Digitized by Google

14.25.R.64

Annotationes

IN STATVTA

SIVE IVS MVNICIPALE

ROMANAE VRBIS,

QVIBVS NON SOLVM IVRISDICTIO ET PRAXIS CAPITOLINI FORI quæ vtpotè iuri communi potissimuminnixa,toti ferme Orbi communis est, explanatur & dilucidatur; Sed præcipua quoque vniuersi Iuris argumenta opportunis locis enodantur.

ACCESSERVNT VARIAE DIVERSORVM PONTIFICVM LITTERAE

De Immunitatibus, ac facultatibus Almæ Vrbis Inclyti Romani Populi,
Decretum Camerale ad fauorem Inquilinorum,
Ac præcipuè Constitutio Pauli Papæ V. de Reformatione Tribunalium,
Et Elenchi Capitum Statutorum, atque Pontificiarum sanctionum.

DECISIONES ETIAM SACRAE ROMANAE ROTAE, CERTIS STATVTORVM CAPITIBVS, ad quæ pertinere videntur, sigillatim inseruntur, decisioni cuilibet sua Epitome præposita.

CVM RERVM INDICE MEMORABILIVM.

AVCTORE

Ioanne Baptista Fenzonio nobili de Brasichella I. C. Comite Palatino, Equite aurato, Sacræ Cæsareæ Maiestatis Consiliario, & ipsius olim Vrbis Senatore.

ROMAE, Ex Typographia Andreæ Phæi. MDCXXXVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur si videbitur Reuerendiss. P. Magistro Sacri Palatij Apostolici.

A. Torniellus Vicesgerens.

PRæclara, ac vtillima Glossemata, seu Adnotationes ad Primum Librum Statutorum Almæ Vrbis composuit Excellentissimus D. Ioannes Baptista Fenzonius, alius eiusdem Vrbis Illustrissimus Senator, quæ transmisit videnda, & examinanda Reuerendissimus P. F. Nicolaus Riccardius Sacri Apostolici Palatij Magister, maximo cum meo fœnore vidi, diligenterq. perlegi, & quia continent doctrinam sanam, orthodoxam, ac vberem, ideo publici iuris fieri posse censeo. Romæ die 20. Martij 1635.

Ita est Angelus Lucianus V. I. D. & in Gymnasio Almæ Vrbis Pontificij Iuris Primarius professor, manu propria.

Imprimatur,
Fr. Nicolaus Riccardius Sacri Palatij Apostolici Magister.

Digitized by Google

VRBANO VIII.
PONT. OPT. MAX.

Io.Baptista Fenzonius F.

QVOD meas hasce Commentationes publicæ luci commissurus, Sanctitatem Vestram interpellare non dubitem, tot scilicet totius Orbis Terrarum grauioribus detentam curis, & immenso sub Christianæ Reipublicæ pondere,ac rerum fasce laborantē; facit ea ipsa, B. P. singularis Vestra facilitas, à qua,vt cum Nazianzeno loquar, tanquam à magnete ferrum, olim allectus,non prius Vrbem Romam communem omnium Parentem vidi,quàm Vestra mihi visa sit humanitas, & longo deinde vsu feliciter à me comprobata benignitas. Illa mihi patefecit aditum ad ipsam obseruandam; illa non abnuentem traxit in amorem sui, illa mihi me prorsus eripuit,sibiq. penitus adiudicauit. Et quamquam humanitatem hanc ego Vestram ijs semper omnibus, quibus licuit, officijs pro mea tenuitate impensiùs excolere non prætermisi;video me tamen ad illam demerendam,non alia adiutrice,quàm ipsa,vsum esse felicius. Nam quinquaginta ab hinc annis Romam simul ingressus,simul exceptus, cōplexusq. perhumaniter,illud asserere liquidò possum,vix aliquem reperiri antiquitate mihi parem, eos inter, qui se totos Sanctitati olim Vestræ sponte deuouerint, ac penitus manciparint. Vt non sit ampliùs in mea repositum potestate mearum aliquid rerum ei denegare, cui me ipsum volens tanto ante, ac libenter obtulerim. Accedit, quòd Vrbano Pontifici iure debetur quidquid, vel in Vrbis ornatum prodit,vel in publicum,Romanæ præsertim gentis, commodum cedit: cedent autem,nisi me fallit animus,labores mei,qui in communem Romanæ potissimum Ciuitatis vtilitatem,tanquam in scopum, rectà collineant. Neque verò,si hæc omnia deficerent, posset Liber hic meus à

Veſtro ipſo conſpectu Dignitatis, Maieſtatisq. pleniſſimo, declinare. Nam ſicut Mercurij ſydus ita Solis eſt aſſecla, vt eius lumine obrui malit, videriq. propterea negligat potius, quàm ab illuſtri ſocietate, viciniaue recedere, credo, quia neſcit veluti transfuga Syderalis familiæ Principem deſerere longè clariſſimum, & eius omnino veſtigijs non inſiſtere, cui lucem ſuam referendam putat; Ita non poteſt ab Auguſto Vrbani Octaui, ac Solari prorſus ingenio meum hoc qualecũque lumen tantiſper abſcedere, quin tenebras venetur, ac nanciſcatur, cùm ab illo lucem, ſi qua eſt, mutuetur ſuam. Patere igitur B. P. nominis Tui litteras tanquã radios oppignorante Sapientia fœtos, ſemperq. radiãtes, in ipſo Operis mei limine collocari; vt illi pariter & legentibus facem præferant intelligentiæ, & mihi ad Aeternitatis aditum vtcumque tentandum, regali ſcilicet auſpicio non inaniter anhelanti, opportunè præluceant.

Digitized by Google

Eminentiſsimis Principibus

FRANCISCO ET ANTONIO S.R.E. CARDINALIBVS BARBERINIS.

Ioannes Baptiſta Fenzonius F.

POſt adoratum Solem, liceat mihi, Fratres Purpureos (lucida ſydera) conuenire, vt veluti Cynoſura, atque Helice ad portum Immortalitatis tenui tanquam Cymba mearum lucubrationum nauigaturo præire nè dedignentur. Scio equidem in alium, hoc eſt auerſum à noſtro, Terrarum Orbem nauigantibus nullam ſuperiore ſæculo Cynoſuram, Helicem nullam, Solem verò ſolum, ſyderum inſtar omnium, præfuiſſe; illum nempè vnum, abiectis ſyderibus, reſpiciebant ſimul, ac ſuſpiciebant, audaces planè Nautæ curſus rectorem, ac moderatorem ſui. At licèt noſtra non ſit nauigatio ſine Sole, quæ ſine Vrbani nominis auſpicijs inchoari non debuit, & abſolui non poteſt; ipſa tamen illum nobis Barberina ſydera blandè conciliant, vt libentius ibi Sol Vrbis, & Orbis Vrbanus, liberaliusque ſe promat, vbi conſanguinea ſibi lumina, & quidem aſpectu beneficentiſſimo radiare cognouerit. Quare Veſtram ego, Eminentiſſimi Principes, lucem ſimul, ac patrocinium imploro, ſingularem expertus iampridem humanitatem, vt per illam mihi tandem, quò votis tanquam immanibus aſpirare non dubito, liceat peruenire. Dabitis hoc ſine dubio Veſtris in me primum egregijs planè meritis, vt quem tot hucuſque officijs deuincire non deſtitiſtis, porrò vinculis adblanditi gratioribus irretiatis, tum etiam Caroli Parentis immortalitate digniſſimi, inſigni prorſus, qua me proſequi conſueuerat, beneuolentia; & quod certum voluntatis erga Vos meæ extare prudens volui monumentum, Vos, vt perpetuum ſit, atque ære perennius, veſtri ſcilicet quà fulgore nominis, quà mitis aura maieſtatis, efficietis.

BERNARDINO SPADAE

S. R. E. CARDINALI EMINENTISSIMO.

Ioannes Baptista Fenzonius F.

TAlia, & tanta sunt, Eminentissime Princeps, tua erga me, non dicam officia, sed merita, vt ea quacunque occasione commemorare, ac deprædicare debeam, quod & lubens hactenus profecto facere consueui; atque ad id ipsum magis, magisque impellor, & obstringor, tum propter amabile communis Patriæ vinculum, tum ob tuam plurimis in rebus grauissimis spectatam, nobilitatamque virtutem. Cum itaque hos qualescumque labores meos ad Ius municipale Romanæ Vrbis exantlatos typis edi, ac imprimi ad publicam vtilitatem curauerim, volui saltem hoc loco in omnium oculis apparere, & in animis impressum extare perpetuum meæ in te reuerentiæ, ac deuotionis monimentum, quando mihi non datur, vt, maiora quæ vellem, præstare, ac proferre, valeam.

Digitized by Google

INCLYTO SENATVI POPVLOQVE ROMANO.

Ioannes Baptista Fenzonius F.

SEnatum, Populumque Romanum præterire Senator non potest, quin se ipsum prætereat. Hinc est, vt licèt tot inter lumina prodeat Liber hic meus, gestiat nihilominus, vestrum nomen inscriptum, vel in fronte præferre; vt veluti seruus splendido, nobilique non tam stygmate, quàm stemmate prænotatus, se sistat ante illos, quorum non minus titulum ambit, quam mereatur tutelam, cum vos Libri conditor, Senatoris partes dum ageret, tueri, venerarique numquam plane destiterit. Hac tutela munitus Liber multo, nisi fallor, innocentius habebitur, atque prostabit in Vrbe Roma, quàm Cæsaris olim Gerua; quæ dum Cæsaris, cuius nomen collo circumferebat, censeretur, ab omni vagabatur iniuria prorsus incolumis, & illibata.

Ad Illustrissimum Ioannem Baptistam Fenzonium I.C. olim Vrbis Senatorem.

FENZONI, amicis tempora frondibus
Per te reuincit candida Veritas,
Latèque fumantes per aras
Religio dominatur Orbi.

Astræa diri nescia criminis,
Intaminatis clara nitoribus,
Quæ tuta se credens Olympo,
Deseruit fugitiua terras,

Remissa ab astris aëreas plagas
Velociori verberat impetu,
Turbasque bacchantes nocentum
Imperio meliore frenat.

Fruſtrà videmus funereum Scinim,
Qui triste ramos laxat in aëra,
Et noxæ inhærentem Procustem
Sanguineis inbiare culpis.

Vis omnis, & Fraus ingenio potens
Dirè scelestos perdidit impetus,
Et cessit Hircanos in agros
Exilium subitura Culpæ.

Sic purus olim Iustitiæ color
Lustrauit oras Orbis inhospitas,
Dum monstra fregit sæuientum
Herculeo domitore Tellus.

Per te sereni iam soboles Poli
Pax assuantes terminat impetus,
Et rupe Tarpeia renidens
Iura Themis meliora pandit.

Iam surgit astris splendidior dies,
Aetasque terris aurea redditur,
Astræa dum vindex reorum
Lethiferos mouet arma in hostes.

Et, quà vetustis se Capitolium
Clarum Triumphis tollit in æthera,
Per te Quirini iam Nepotes
Iustitiæ sacra Templa adorant.

Octauius Tronsarellus.

Brasichellę celebri Æmilię oppido, S.R.E. Cardinalibus, Summis Præsulibus,& Romæ Senatoribus claro.

BRASICHELLA potens, Italis lux aurea terris,
Nunc verè Aemiliæ gloria prima plagæ.
Per te Romano Virtus decoratur honore,
Et geminas ornat Purpura sacra comas.
Plurimus Antistes Cæli tutatur ouile,
Et fulget vario Præsule amicta Fides.
Romuleamque modò lustrat Fenzonius Vrbem,
Cui reserat prudens abdita sacra Themis.
Et, qua Sicaniæ sedit Rex Carolus arce,
Hæc ipse in Populos iussa ferenda dedit.
Parque etiam Romæ, longæua in sæcula natus,
Aeternis mandat Ciuica Iura notis.
Armis nunc ergo si Terras Roma subegit,
Tu Legum imperio subdere cuncta potes.

Octauius Tronsarellus.

Illustrissimo Io. Baptistæ Fenzonio olim Vrbis Senatori, qui in Capitolinas sanctiones scripta æternitate digna elucubrauit.

FENZONI, quondam Tarpeį clare Senator,
Iudiciį specimen, consiliųque decus;
Cuius dextra potens tractauit eburnea sceptra,
Fulgidaque aurato tegmine palla fuit;
Iam Latium, Aegeria per te non inuidet undis,
Pompiliųue senis sæcla nouanda petis.
Nam, sapiens Vrbi dum Ciuica Iura recludis,
Gaudet habere suum nunc quoque Roma Numam.

Octauius Tronsarellus.

Ad eundem.

LEGVM magne Parens, populis cui nata regendis
Clara Senatoris nomina Roma dedit;
Astræa occiduo per te reparabilis Orbe
Insuetum ex astris carpere tentat iter;
Et terras repetens, mouet in Capitolia gressum,
Lauru virgineas implicitura comas.
Vultque alibi scelerum turmas domitura rebelles,
Solùm Tarpeio ferre trophæa iugo.

Octauius Tronsarellus.

INCERTI.

Ad Ioannem Baptistam Fenzonium I. C.

ODE.

TE non inerti Roma silentio
Obliuiosis condet in auribus,
Vnquam nec atris nomen umbris
Ipsa sinet sine voce Pallas.

Te namque vidit manere nobilem
Inter Senatus splendida lumina,
Gestante Paulo, Vaticano
In solio, triplices tiaras.

Viues in omni corde perenniùs,
Quàm viuet almi regia Romuli,
Et Sol serenatis quadrigis
Oceano rediuiuus exiet.

Numquam volumen flamine concidet,
Aus sauienti fulmine corruet;
Nam Laurea ambit fulgurantes
Palladio sub honore crines.

INCERTI.

Ad eundem Epigramma.

QVa te facundo priùs audijt ore loquentem,
Perleget ingenij nunc monumenta tui;
Perleget, & geminam texet tibi Roma corollam:
Hac scribentis bonos, illa loquentis erit.
Vtque tuo Leges quondam sunt ore loquutæ,
Sunt modò de calamo Iura petenda tuo.

LITTERAE S. D. N. D. GREGORII PAPAE XIII.

Confirmationis Statutorum Almæ Vrbis nouissimè editorum.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Vrbem Romam, ex qua, veluti è capite, Iuris ciuilis prudentia defluxit, atque inde, in alias nationes, longe, lateque est diffusa, legibus semper, atque optimis abundare oportet institutis, vt quæ tot donis, prærogatiuisque excellit, se ipsam in primis optimè regat, alijsque deinde Vrbibus, exemplo Reipublicæ recta ratione administrandæ, antecedat. Quod cùm nobis, pro eo, quo illam Principis Apostolorum, eius successorum nostrique, & Christianæ religionis sedem, prosequimur, veræ dilectionis affectu, debitoque nostræ seruitutis officio, maximæ semper curę fuerit; plurimùm in Domino lętati sumus, dilectos filios Populum Romanum, Iustitiæ colendę studio, solicitudini huic nostræ respondisse. Illi enim, cum Vrbis mores, consuetudines, & pleraque omnia negocia, ita viderent esse confusa, vt ius sibi, cum ab antiquis, tum à iunioribus traditum, & denique ipsęmet canonicę sanctiones, in controuersijs, quæ quotidie in iudicium vocantur, dirimendis, alijsque rebus explicandis, prout tempus, moresque postulant, non ita conueniant; ne quid ab eis in concessa sibi facultate, desiderari contingat, priuatas leges, siue Statuta, præsentibus temporibus, ac negotijs congruentia, sibi condere, nostris auctoritate & præsidijs freti, instituerunt. Id verò, dum seriò agunt, nauiterque in Iuris huiusmodi compositionem, nobis annuentibus incumbunt, Statuta Vrbis, quæ sibi à maioribus suis relicta habebant, satis perplexa, & confusa inuenerunt; in quorum libris, ob temporum vetustatem, Magistratuum fortasse negligentiam, multiplicesque superiorum ætatum, editas reformationes sępe, quæ adhuc vigebant, constitutiones, vnà cum abrogatis, & obsoletis, alięque alijs contrariæ, promiscuè continebantur. Cupientes itaque idem Populus, vt ius proprium in certam formam, & quasi non dissentientium inter se Statutorum consonantiam redigeretur, ad præsentiumque temporum mores, & negocia accommodaretur, prouinciam hanc, dilecto filio Lucæ Pæto vtriusque Iuris Doctori, nonnullisque alij ciuibus Romanis demandandam curarunt: eorum verò aliquibus vita functis, alijs diuersorum negotiorum occupatione districtis, idem Lucas Statuta prædicta in quinque libros prius distributa,

ſuperuacaneis ampuratis, necnon inuicem pugnantibus, & ijs quæ vel de. ſuetudine antiquata, vel contraria lege abrogata erant, ſublatis, additiſ. que nonnullis reformationibus, ad dilectorum filiorum Conſeruatorum, Populique Romani Officialium regimen, & directionem, ſpectantibus, quæ nobis Populi eiuſdem nomine obtulerant, in tres breues admodum libros, certo, diſtinctoque ordine redegit, nobiſque ſuperioribus annis exhibuit. Qui intelligentes multa in Populum Romanum prędictum commoda, ex noua huiuſmodi Statutorum compilatione eſſe profectura, Dilecto filio noſtro, Iulio Antonio Tituli ſancti Bartholomæi in Inſula Presbytero Cardinali, Sanctæ Seuerinę nuncupato, mandauimus, vt conuocatis dilectis filijs Conſeruatoribus Camerę Vrbis, & Prioribus Capitum Regionum, qui pro tempore fuiſſent, necnon Hortenſio Frangipano Vrbis Cancellario, Antonio Vellio, Fabricio Lazaro, & qui eiuſdem Populi Romani aduocatus eſt, Horatio Burgheſio, & Vincentio Parentio Aulę noſtrę Conſiſtorij, necnon Bernardino Biſcia, & Horatio de Arrigonibus in Romana Curia aduocatis, Stephano Creſcentio, Marcello Arberino, Petropaulo Fabio, Hieronymo Alterio, Auguſtino Palonio, Valerio de Valle, Proſpero Cafarello, & Riccardo Mazzatoſta, Romanis Ciuibus, à dicto Populo in ſuis Conſilijs, ad hanc rem diuerſis, & ſucceſſiuis temporibus, vna cum prędicto Luca delectis, congregatis quoque dilectis filijs noſtris Alexandro Tit. Sanctę Marię in Aracæli Presbytero Cardinali Riario nuncupato, tunc Cameræ Apoſtolicę generali Auditore, deinde Magiſtro Hieronymo Matthæio, in eiuſdem Alexandri Cardinalis locum, ad munus Auditoris ſuffecto, necnon Venerabili Fratre Hieronymo Epiſcopo Maceratenſi, locum vnius ex officij Clericatus Camerę Apoſtolicę ex indulto Apoſtolico obtinente, ac dilectis item filijs Magiſtris Alexandro Frumento, & Pyrrho Tharo, Notarijs noſtris in vtraque Signatura noſtra Referendarijs, ac etiam Mario Gabrielio eiuſdē Aulę noſtrę Conſiſtorij aduocato, à nobis ad hoc ſpecialiter deputatis, Statuta huiuſmodi per dictum Lucam compilata, diligenter excuterent, atque examinarent; & quæ eis viderentur, ſupplerent, corrigerent, delerent, & emendarent. Qui frequentiſſimè per plures annos in vnum congregati, eiſdemque Statutis diligenter viſis, & ſingillatim examinatis, matureque diſcuſſis, alia emendauerunt, nonnulla addiderunt, nonnullaque etiam ſuſtulerunt. Denique Iulius Antonius, & Alexander Cardinales, ac Hieronymus Epiſcopus, necnon Marius Gabrielius, & Lucas Petus prędicti, eorundem Statutorum relectione, & recognitione, omni ſtudio, & diligentia ab ipſis, de mandato noſtro facta, poſtremam illis manum adhibuerunt. Nos volentes ea, quæ tanto labore, & maturitate ad publicam vtilitatem digeſta ſunt, inuiolabiliter obſeruari, Motuproprio, & ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & quæcumque antiqua Vrbis Statuta, etiam reformata, & innouata, ac quibuſuis approbationibus, & confirmationibus Apoſtolicis roborata, præſentium auctoritate abrogamus, tollimus, & penitus abolemus, neminemq. ad illa deinceps obligari volumus; nouiſſimè verò compilata Statuta prędicta, etiam certis in eis expreſſis caſibus, iuramenti validitatem reſtrin.

gentia,

gentia, ſicuti prædictis tribus libris digeſta ſunt, approbamus, & confirmamus. Et vt approbatio huiuſmodi amplius innoteſcat, has præſentes, in principio omnium librorum eorundem voluminum, quæ vel manu ſcribentur, vel imprimentur, omnino deſcribi volentes, ſtatuimus, & Apoſtolica auctoritate decernimus; vt de cætero, poſt triginta dies à publicatione præſentium, nulla alia Statuta, quàm hæc noua ad futurarum cauſarum deciſionem, ac negotiorum expeditionem allegari poſſint, nec quiſquam illa allegans, audiri debeat, ſed tantùm, ſecundum prædicta noua, à nobis confirmata, in Curia Capitolina, & apud eam in futuris omnibus cauſis, in ipſa Curia Capitolina videlicet, etiam quo ad cauſarum proceſſum, & quo ad alia vbique in ipſa Vrbe, illiuſque diſtrictu, vbi particularia Statuta, de eiuſdem cauſis, & earum caſibus diſponentia, non habentur, quauis alia ſiniſtra, doloſa, vel captioſa interpretatione ſublata, in quacunque inſtantia, inuiolatè, ac perpetuò obſeruentur; ac iuxta illa, lites, & controuerſiæ omnes in futurum iudicari, decidi, & diffiniri debeant; nec illis niſi per Signaturam noſtram, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis manu factam, nequeat derogari. Sitque irritum, & inane quicquid ſecùs, ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus, nec non priuilegiis, & indultis Apoſtolicis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cũ quibuſuis clauſulis irritantibusq. & aliis decretis, conceſſis, confirmatis, & innouatis, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſsa, aut omnino non inſerta, effectus earum impediri valeat, quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorũcũ q. totis tenoribus, ad verbum habenda ſit, in noſtris litteris, mentio ſpecialis; ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium exemplis etiam impreſſis, Notarii publici manu, & perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo obſignatis, ac etiam prædictis voluminibus deſcriptis, eãdem prorſus fidem vbique in iudicio, & extra illud, adhiberi; quæ eiuſdem præſentibus adhiberetur, ſi exhibitæ eſſent, vel oſtenſæ. Nulli, ergo omnino, hominum liceat hanc paginam noſtræ abrogationis, ſublationis, abolitionis, approbationis, confirmationis, ſtatuti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo Quingenteſimo Octuageſimo, Octauo Kal. Iulii, Pontificatus noſtri Anno Nono.

M. Dat.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexiis.

Regiſtrata Apud Cæſarem Secretarium.

ſuperuacaneis amputatis, necnon inuicem pugnantibus, & ijs quæ vel de-
ſuetudine antiquata, vel contraria lege abrogata erant, ſublatis, additiſ-
que nonnullis reformationibus, ad dilectorum filiorum Conſeruatorum,
Populique Romani Officialium regimen, & directionem, ſpectantibus,
quæ nobis Populi eiuſdem nomine obtulerant, in tres breues admodum
libros, certo, diſtinctoque ordine redegit, nobiſque ſuperioribus annis
exhibuit. Qui intelligentes multa in Populum Romanum prędicta
commoda, ex noua huiuſmodi Statutorum compilatione eſſe profectura,
Dilecto filio noſtro, Iulio Antonio Tituli ſancti Bartholomæi in Inſula
Presbytero Cardinali, Sanctæ Seuerinę nuncupato, mandauimus, vt con-
uocatis dilectis filijs Conſeruatoribus Camerę Vrbis, & Prioribus Capi-
tum Regionum, qui pro tempore fuiſſent, necnon Hortenſio Frangipa-
no Vrbis Cancellario, Antonio Vellio, Fabricio Lazaro, & qui eiuſdem
Populi Romani aduocatus eſt, Horatio Burgheſio, & Vincentio Parentio
Aulę noſtrę Conſiſtorij, necnon Bernardino Biſcia, & Horatio de Arri-
gonibus in Romana Curia aduocatis, Stephano Creſcentio, Marcello Ar
berino, Petropaulo Fabio, Hieronymo Alterio, Auguſtino Palonio, Va-
lerio de Valle, Proſpero Cafarello, & Riccardo Mazzatoſta, Romanis
Ciuibus, à dicto Populo in ſuis Conſilijs, ad hanc rem diuerſis, & ſucceſſi-
uis temporibus, vna cum prędicto Luca delectis, congregatis quoque di-
lectis filijs noſtris Alexandro Tit. Sanctę Marię in Aracæli Presbytero
Cardinali Riario nuncupato, tunc Cameræ Apoſtolicę generali Audito-
re, deinde Magiſtro Hieronymo Matthæio, in eiuſdem Alexandri Car-
dinalis locum, ad munus Auditoris ſuffecto, necnon Venerabili Fratre
Hieronymo Epiſcopo Maceratenſi, locum vnius ex officij Clericatus
Camerę Apoſtolicę ex indulto Apoſtolico obtinente, ac dilectis item fi-
lijs Magiſtris Alexandro Frumento, & Pyrrho Tharo, Notarijs noſtris in
vtraque Signatura noſtra Referendarijs, ac etiam Mario Gabrielio eiuſdē
Aulę noſtrę Conſiſtorij aduocato, à nobis ad hoc ſpecialiter deputatis, Sta-
tuta huiuſmodi per dictum Lucam compilata, diligenter excuterent, atque
examinarent; & quæ eis viderentur, ſupplerent, corrigerent, delerent, &
emendarent. Qui frequentiſſimè per plures annos in vnum congregati,
eiſdemque Statutis diligenter viſis, & ſingillatim examinatis, matureque
diſcuſſis, alia emendauerunt, nonnulla addiderunt, nonnullaque etiam ſu-
ſtulerunt. Denique Iulius Antonius, & Alexander Cardinales, ac Hiero-
nymus Epiſcopus, necnon Marius Gabrielius, & Lucas Petus prędicti,
eorundem Statutorum relectione, & recognitione, omni ſtudio, & dili-
gentia ab ipſis, de mandato noſtro facta, poſtremam illis manum adhibue-
runt. Nos volentes ea, quæ tanto labore, & maturitate ad publicam vti-
litatem digeſta ſunt, inuiolabiliter obſeruari, Motuproprio, & ex certa
ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & quæ-
cumque antiqua Vrbis Statuta, etiam reformata, & innouata, ac quibus-
uis approbationibus, & confirmationibus Apoſtolicis roborata, præſen-
tium auctoritate abrogamus, tollimus, & penitus abolemus, neminemq;
ad illa deinceps obligari volumus; nouiſſimè verò compilata Statuta prę-
dicta, etiam certis in eis expreſſis caſibus, iuramenti validitatem reſtrin-

gentia,

gentia, ſicuti prædictis tribus libris digeſta ſunt, approbamus, & confirmamus. Et vt approbatio huiuſmodi amplius innoteſcat, has præſentes, in principio omnium librorum eorundem voluminum, quæ vel manu ſcribentur, vel imprimentur, omnino deſcribi volentes, ſtatuimus, & Apoſtolica auctoritate decernimus; vt de cætero, poſt triginta dies à publicatione præſentium, nulla alia Statuta, quam hæc noua ad futurarum cauſarum deciſionem, ac negotiorum expeditionem allegari poſſint, nec quiſquam illa allegans, audiri debeat, ſed tantùm, ſecundum prædicta noua, à nobis confirmata, in Curia Capitolina, & apud eam in futuris omnibus cauſis, in ipſa Curia Capitolina videlicet, etiam quo ad cauſarum proceſſum, & quo ad alia vbique in ipſa Vrbe, illiuſque diſtrictu, vbi particularia Statuta, de eiuſdem cauſis, & earum caſibus diſponentia, non habentur, quauis alia ſiniſtra, doloſa, vel captioſa interpretatione ſublata, in quacunque inſtantia, inuiolatè, ac perpetuò obſeruentur; ac iuxta illa, lites, & controuerſiæ omnes in futurum iudicari, decidi, & diffiniri debeant; nec illis niſi per Signaturam noſtram, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis manu factam, nequeat derogari. Sitque irritum, & inane quicquid ſecùs, ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus, nec non priuilegiis, & indultis Apoſtolicis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cũ quibuſuis clauſulis irritantibusq. & aliis decretis, conceſſis, confirmatis, & innouatis, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſsa, aut omnino non inſerta, effectus earum impediri valeat, quomodolibet, vel differri, & de quibus, quoruncũ q. totis tenoribus, ad verbum habenda ſit, in noſtris litteris, mentio ſpecialis; ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium exemplis etiam impreſſis, Notarii publici manu, & perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo obſignatis, ac etiam prædictis voluminibus deſcriptis, eãdem prorſus fidem vbique in iudicio, & extra illud, adhiberi; quæ eiuſdem præſentibus adhiberetur, ſi exhibitæ eſſent, vel oſtenſæ. Nulli, ergo omnino, hominum liceat hanc paginam noſtræ abrogationis, ſublationis, abolitionis, approbationis, confirmationis, ſtatuti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo Quingenteſimo Octuageſimo, Octauo Kal. Iulii, Pontificatus noſtri Anno Nono.

M. Dat.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexiis.

Regiſtrata Apud Cæſarem Secretarium.

ANno à Natiuitate Domini, Milleſimo Quingenteſimo Octuageſimo, Indictione octaua, die verò prima menſis Iulii, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Gregorii Diuina Prouidentia Papæ XIII. Anno Nono, retro ſcriptæ litteræ Apoſtolicę affixæ, & publicatę fuerunt ad valuas Eccleſiæ Sancti Ioannis Lateranenſis, Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, nec non ad valuas Palatii Curiæ Capitolij, & D D. Conſeruatorum Vrbis, per nos Petrum Aloyſium Gaytam, & Nicolaum Taglietum Curſores Apoſtolicos.

Petrus Guerra Magiſter Curſorum.

ILluſtriſſimi Domini Cameræ Almæ Vrbis Conſeruatoris, Lęlius Suricus, Alphonſus Auila, & Marius Vellius, ac Prior Capitum Regionum Proſper Buccapadulius, præſentes Apoſtolicas litteras confirmationis Statutorum Vrbis, ſub plumbo expeditas, regeſtandas, & in Archiuio eorum Palatii aſſeruandas, mihi Horatio Fuſco S. P. Q. R. Scribæ, qui tum diſcuſſionibus, & reſolutionibus, tum etiam reuiſionibus, & recognitionibus eorundem Statutorum Congregationibus frequenter habitis coram Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domino Iulio Antonio Sanctorio Cardinali Sanctæ Seuerinæ, aſſiduè interfui & diligenter adnotaui, & cui imprimendi, corrigendique cura commiſſa extitit, tradiderunt atque conſignarunt hodie, Die XV. Menſis Iulii MDLXXX.

Horatius Fiſcus qui ſupra ad fidem, &c.

INDEX CAPITVM TOTIVS OPERIS.

ET ELENCHVS BVLLARVM

Summorum Pontificum, quæ ad Vrbis Statuta ſpectant.

DE Origine, incremento, & ſtatu iuriſdictionis Fori Capitolini Vrbis Romæ. pag. 1
De Magiſtratibus Romanis. ibidem
De Summa Trinitate, & Fide Catholica. cap. 1. 20
De Hæreticis diffidatis declarandis. cap. 2. 22
De Senatore eligendo, & his, quæ ad eum pertinent. cap 3. 24
De Electione Primi Collateralis. cap. 4. 28
De Electione Capitanei Appellationum. cap. 5. 30
De Electione Secundi Collateralis. cap. 6. ibid.
De Iuramento Senatoris. cap. 7. 31
De Iuramento Collateralium, & Iudicis Appellationum, necnon & Iudicis Maleficiorum. cap. 8. 32
De Officio Collateralium Iudicum. cap. 9. 33
De Officio Iudicis Maleficiorum. cap. 10. 34
De Abſentia, ſeu infirmitate alicuius ex Iudicibus præfatis. cap. 11. 36
De Sulpicione Collateralium. cap. 12 37
De Syndicatu Senatoris, & eius familiæ, ac Iudicum Collateralium, Iudicis Maleficiorum, Capitanei Appellationum, & electione Syndicorum. cap. 13. 40
De Officio Syndicorum Senatoris, & Iudicum, ac aliorum. cap. 14. 41
De Officio Conſeruatorum. cap. 15. 42
De Syndicis Conſeruatorum. cap. 16. 44
De Vacatione Officii Senatoris. cap. 17. ibid.
De Officio Capitum Regionum. cap. 18. 45
De Officio Aduocati, & Procuratoris Cameræ. cap. 19. 46
De Protonotario, & eius officio. cap. 20 47
De Electione Notariorum actuariorum Collateralium. cap. 21. 54
De Officio Notariorum actuariorum, & de eo per Subſtitutum non exercendo. cap. 22. 56
De Habitu, & moribus Notariorum. cap. 23 57
Quod Actuarii Iudicibus in Tribunali aſſiſtant, patrocinium non præſtent, & ſilentium ſeruent. cap. 24. 59
De Libro Actorum, & Iuribus productis conſeruandis. cap. 25. ibid.
De Extractibus, & copiis. cap. 26 60
De Notariis moroſis in teſtibus examinandis, & de eorum in examine officio. cap. 27. 61
De Copijs per notarios dandis, & vt nihil pro portandis, oſtendendiſque actis recipiant. cap. 28. 62
De Notariis remotis, & ſuſpectis. cap. 29. 63
De Notario Capitanei Appellationum. cap. 30. 65
Quòd notarii non matriculati, de inſtrumentis & teſtamentis rogari non poſſint. cap. 31. 66

De Notarijs matriculandis. cap. 32. 67
De Prothocollis instrumentorum conficiendis. cap. 33. 68
De eorumdem Notariorum Officio. cap. 34. 70
De Prothocollis scripturis notariorum defunctorum. cap. 35. 73
De Exemplatione instrumentorum notariorum defunctorum, vel absentium. c. 36. 73
De Collegio notariorum, eorumdemque officialium creatione, & auctoritate. cap. 37. 75
De Officio Proconsulum & Correctorum. cap. 38. 75
De Officio Mandatariorum, eorumque iuramento, & cautione. cap. 39. 76
De Officio Executorum. cap. 40. 77
De Foro competenti. cap. 41. 78
De Seruandis Statutis, & illis deficientibus Iure communi. cap. 42. 85
De Causis Capitolinis Iudicibus commissis. cap. 43 87
De Sportulis. cap. 44. 88
De Moderatione sportularum. cap. 45. 90
De Sportulis Capitanei & Iudicis appellationum. cap. 46. 90
Qui pro maioribus habentur. cap. 47. 91
De Tutoribus, & curatoribus, minoribus dandis. cap. 48. 93
De Tutore, seu curatore ad lites minoribus, & infantibus conuenientibus, deputando. cap. 49. 96
De Causis restitutionis in integrum, etiam maiorum, & quomodo in illis procedatur. cap. 50. 98
De Citationibus, & quomodo qui Romæ habitant in ius vocentur. cap. 51. 108
Quando & quibus casibus Procuratorem legitimum citasse sufficiat. cap. 52. 110
Quibus casibus Procurator, & Dominus citari debeant. cap. 53 111
In quibus causis, & casibus relationes Mandatariorum in scriptis fieri debeant. cap. 54. 112
De personaliter Romæ apprehenso, qui in ea domicilium non habet. cap. 55. 112
De absentibus edicto Senatus citandis. cap. 56. 114
Qua hora ius reddi debeat. cap. 57. 114
De Feriis. cap. 58. 115
De Libelli, siue petitionis oblatione, litis contestatione, & dilationibus præfigendis in causis ordinariis. cap. 59 120
Si copia petitionis, iurium, vel articulorum petatur, quando recipienda sit. c. 60 123
De Exceptione declinationis fori. cap. 61. 123
De Exceptionibus litis ingressum impedientibus. cap. 62. 124
De Excommunicationis, aut diffidationis exceptione. cap. 63. 125
Excommunicationis, seu diffidationis exceptionem, & alias hic enumeratas opponens, quid implere teneatur, & quando admittatur. cap. 64. 126
De Termino ad excipiendum contra commissiones, si quæ in causa præsententur. cap. 65. 127
De Iuramento calumniæ, & illius forma. cap. 66. 128
De Reconuentione. cap. 67. 131
De Positionibus, & confessis. cap. 68. 134
De Negantibus filiationem, & reliqua hic expressa. cap 69. 145
De articulis, & aliis quæ habentur pro admissis. cap. 70. 146
De Iuramento testium. cap. 71. 148
De Testibus recipiendis, vel non. cap. 72. 150
De Numero testium. cap. 73. 152
De Interrogatoriis in testium examine dandis. cap. 74. 152
Stylus quomodo probetur. cap. 75. 154
De Remissionibus, rogationibus, & compulsionibus pro testibus extra districtum examinandis, & iuribus extrahendis. cap. 76. 156
De Produceptibus iura in vltima dilatione. cap. 77. 158
De Testium publicatione. cap. 78. 159

De Assertamento, illiusque voto. cap. 79 160
Quòd pro assertamentis, etiam in criminalibus nihil omnino soluatur. cap. 80 162
De Instantiis, & fatalibus. cap. 81 ibidem
De Executione Instrumentorum. cap. 82 165
De Executione Apocharum. cap. 83 171
De Recognitione instrumentorum, & Apocharum. cap. 84 173
De Executione instrumentorum modo alium. cap. 85 176
De Executione testamenti, ym, & quarumcumque vltimarum voluntatum. c. 86 178
De Executione sententiarum, arbitramentorum, & laudorum. cap. 87 179
De Causis summariis. cap. 88 180
De generali forma procedendi in summariis, vbi alia forma à Statutis tradita non est. cap. 89 148
Quòd forma procedendi in summariis seruetur coram omnibus Consulibus artium. cap. 90 184
De Forma procedendi in causis interdictorum, & possessoriis. cap. 91 185
Si plures contendant se, eandem rem possidere. cap. 92 186
De dubitantibus ad rem possessam accedere. cap. 93 190
Si fideiusor, vel expromissor se eximi ab obligatione, vel sibi pro indemnitate cauen-
ri petat. cap. 94 190
De Causis mercedum. cap. 95 192
De Causis infra summam scutorum decem. cap. 96 193
De conuento pro re mobili non possidente immobilia. cap. 97 194
De Suspicione fugę. cap. 98 195
De Instrumentis, & cautionibus vi, vel metu factis. cap. 99 200
De Compromissis. cap. 100 202
De Rerum communium diuisione. cap. 101 209
Quod diuisio facta sit valida. cap. 102 211
De diuisione rerum emphyteoticarum. cap. 103 211
De Seruitute prospectus. cap. 104 214
De Itinere, actuque priuatis, necnon & via publica. cap. 105 216
De Stillicidio, siue canali. cap. 106 221
De Pariete communi. cap. 107. 222
De Refectione rerum communium. cap. 108 223
De Emptione, & venditione. cap. 109 ibid.
De Venditionibus, quæ per consortes fiunt. cap. 110 224
Si venditor rem venditam tradere, aut emptor recipere cesset. cap. 111 226
De Arrhis. cap. 112 228
De Alienatione rerum pupillorum, seu minorum. cap. 113 229
De Venditionibus à decoctis factis. cap. 114 237
De Venditionibus factis ab accusatis, seu inquisitis. cap. 115 240
Vt nullus bona Cameræ emere cogatur. cap. 116 242
Vt emens bona Cameræ defendatur ab ea. cap. 117 ibid.
De Redemptoribus litium alienarum, & de pacto quotæ litis. cap. 118 ibid.
Quòd venditor cogatur facere, vt emptor libere possideat. cap. 119 244
De Euictionibus. cap. 120 246
De Locatione, & emphytheosi. cap. 121 247
Quod res ad longum tempus, & in emphyteosim conductæ pro dote obligari pos-
sint. cap. 122 249
Quòd colonus partiarius vineæ requirat in vindemijs locatorem. cap. 123 252
Quòd emphyteosis finita relocetur successoribus. cap. 124 253
De Feudis. cap. 125 262
Si de feudo fuerit controuersia. cap. 126 265
De Feudis pro dote obligandis. cap. 127 ibidem
De Pignoribus, & hypothecis, ac priuilegiis creditorum in personali. cap. 128 266
De Iure dotis, & quemadmodum constante matrimonio repetatur. cap. 129 267

De Dote à fratribus profecta, cap.130 271
De Lucrò dotis, seu donatione propter nuptias. cap. 131 272
Quando donationi propter nuptias locus sit. cap. 132 278
Soluto matrimonio, intra quantum tempus dos, & donatio propter nuptias solui, & restitui debeat, cap. 133 279
De qua parte dotis mulier decedens testari possit. cap. 134 282
De Reliquis donationibus inter virum, & vxorem. cap. 135 283
De Vestimentis lugubribus, & funeralibus expensis. cap. 136 285
De Fructu dotis pro alimentis. cap. 137 286
Si per viduam alimenta petantur. cap. 138 291
Si alimenta per vxorem à viro petantur. cap. 139 292
De Alimentis à patre liberis, & ex contrario, & per quemcumque præstandis. c. 140. 294
Quod filiæ fœminæ, vel neptes paterno, & auito testamento acquiescant. cap. 141. 298
De Filiis in conditione positis. cap. 142 302
Filiis illegitimis quantum relinqui possit legitimis non obstantibus. cap. 143 304
Filii legitimati quantum ex testamento, vel ab intestato capere possint stantibus legitimis. cap. 144 307
De successionibus ab intestato, cap. 145 309
De Successione fratrum. cap. 146 313
Vt possessio bonorum defuncti, in suos hæredes continuata censeatur. cap. 147. 315
De Noui operis nunciatione. cap. 148 318
De Donationibus inter viuos, & causa mortis. cap. 149 319
De Donationibus insinuandis. cap. 150 324
De Contractibus sine certa solemnitate non valituris. cap. 151 329
De Contractibus prohibitis cum filiisfamilias. cap. 152 422
De Contractibus illicitis, & ciauantiis nuncupatis. cap. 153 431
De Læsione. cap. 154 435
De Fideiussoribus. cap. 155 436
Vt simul contra fideiussorem, & principalem procedi possit. cap. 156 437
Vt Fideiussor petere possit se à fideiussione eximi. cap. 157 ibidem
De Præscriptionibus. cap. 158 439
De Præscriptione pensionum, canonum, & censuum. cap. 159 446
De Præscriptione spolii. cap. 160 447
De Cessione bonorum, & induciis quinquennalibus. cap. 161 450
De Pactis cum altero ex debitoribus insolidum. cap. 162 453
De Pœnis conuentionalibus non exigendis. cap. 163 454
De Obligationibus ad factum. cap. 164 455
De Potentioribus molestantibus ciues in eorum possessionibus. cap. 165 456
De Iurisdictione Iudicis, seu Capitanei appellationum, & nullitatum Vrbis, & de illius Notario. cap. 166 459
De Officio eiusdem Capitanei appellationum. cap. 167 461
Intra quantum tempus appelletur. cap. 168 466
De Tempore redeundi pro apostolis. cap. 169 468
De Repræsentatione appellationis. cap. 170 470
De Appellationibus non recipiendis, & depositio faciendo. cap. 171 471
De Depositio in causis nullitatum. cap. 172 473
De Appellationibus ab interlocutoriis recipiendis, vel non. cap. 173 474
Quod appellationes ante diffinitiuam scribantur per Notarium causæ. cap. 174 476
De Appellatione ab expensarum taxatione. cap. 175 478
De Appellatione à delertione, vel reiectione appellationis. cap. 176 479
Vt à sententiis Syndicorum non appelletur. cap. 177 484
De Appellatione, & reductione à sententiis Arbitrorum, & Arbitratorum. cap. 178. 484
De Appellatione à confessione debiti. cap. 179 485
Ne in vna eademque causa secundo liceat prouocare. cap. 180 487
De Appellatione à sententia Capitanei. cap. 181 494
De Appellatione à sententia Senatoris de appellatione cognoscentis. cap. 182. 496

De Tem-

De Temporibus ad appellandum,& appellationes repræsentandum in tertia instantia. cap. 183 496
De Prosecutione causæ appellationis. cap. 184 497
De Testibus,& Iuribus de nouo repertis in causa appellationis producendis. c. 185. 499
De Sulpitione Capitanei appellationum. cap. 186 502
De Consultore eligendo. cap. 187 503
De Officio Consultoris, & sportulis illius. cap. 188 504
Vacante Officio Capitanei appellationis, Conseruatores inhibeant. cap. 189 507
De Appellationibus subditorum Castrorum,& Terrarum Romani Populi. cap. 190. 508
De Causis nullitatum. cap. 191 509
De Appellantibus,& insimul de nullitate dicentibus. cap. 192 520
De Electione executionis rei iudicatæ. cap. 193 522
De Forma seruanda in pignore prætorio, vel etiam conuentionali mobili, vel immobili vendendo,& de nominibus debitorum. cap. 194 526
De Executione faciendæ,iuris ordine seruato. cap. 195 536
De Expensis litis. cap. 196 539
De Verborum, & rerum significatione. cap. 197 558

LIBRI SECVNDI.

QVi ad accusandum admittantur. cap. 1 579
De Forma accusationis,& modo procedendi,ac custodia reorum. cap. 2 ibid.
De Cautione ab accusare volentibus præstanda,& pœna eorum,qui delicta non probauerint. cap. 3 580
De Abolitionibus. cap. 4. 580
In quibus casibus per inquisitionem procedi possit. cap. 5. 580
De Modo procedendi per inquisitionem. cap. 6. 581
Si mulier de delicto accusetur, aut contra eam inquiratur. cap. 7. 581
Quando procurator admittatur,& de securitate reis danda pro alijs excessibus. c. 8. 582
Quòd testes ex officio super innocentia recipiantur, & eorum dicta integre describantur. cap. 9 582
De Termino reis dando. cap. 10. 582
De Minoribus. cap. 11. 582
De positionibus in casis criminalibus non faciendis. cap. 12. 582
De Quæstionibus & tormentis. cap. 13. 582
De Termino dando capto capitaliter diffidato. cap. 14 583
De Libro diffidatorum & inuestigatorum, & eorum nominibus publicandis. c. 15. 583
Quòd diffidati impunè offendi possint, & quando in iudicio esse permittantur. c. 16. 583
De Homicidis. cap. 17 583
Si homicidium ab aliqua Ciuitate, vel Castro de Vrbis districtu committatur. c. 18. 584
De Pace, & quibus non suffragetur. cap. 19. 584
De Beneficio pacis. cap. 20. 584
De Beneficio confessionis. cap. 21. 584
Vt semel gratiosè à carceribus liberati, amplius non liberentur. cap. 22. 584
De Pace per metum extorta, & quòd securitas non habeat vim pacis. cap. 23. 584
De Occidentibus & percutientibus per pecuniam uulgo Assassinus vocatis. c. 24 584
De Pace fracta. cap. 25. 585
De Frangentibus securitatem vel treugam. cap. 26. 585
Quomodo pacis securitas fracta intelligatur. cap. 27. 585
De Frangentibus reconciliationem osculo oris aut aliter factam. cap. 28. 585
Qui,& quibus casibus petere possint securitatem & fideiussores de non offendendo. cap. 29. 585
Si securitas per ciuem ab aliquo de districtu petatur. cap. 30. 586
De Inferentibus,& nunciantibus minas. cap. 31. 586
De iniuriam inferentibus nuncijs. cap. 32. 587
De Sumentibus vindictam contra innocuos. cap. 33. 587

De Tu-

De Tumultuosis armatorum collectis. cap. 34. 587
Quæ dicantur illicitæ collectæ. cap. 35. 587
De Incendiarijs. cap. 36. 588
De Receptatoribus delinquentium. cap. 37. 588
De Brigosis, & qui te domi pro briga includere possit, & quos secum retinere. cap. 38. 588
De Brigosis non permittentibus executores corũ domos perquirere. cap. 39. 589
De Visitatione brigosorum permissa. cap. 40. 589
De Offendẽtibus Magistratus, Aduocatos, vel Procuratores, aut executionem impedientibus. cap. 41 589
De Blasphemia. cap. 42. 589
De Crimine læsæ maiestatis. cap. 43. 590
De Falsa moneta. cap. 44. 590
De Vendẽtibus aut erogantibus falsas monetas, & de tondentibus, & minuentibus monetam. cap. 45. 590
De Testibus falsum deponentibus. cap. 46. 591
De Testibus contraria deponentibus. cap. 47. 591
De Fabricantibus & fabricare facientibus falsa instrumenta, & priuatas scripturas. cap. 48. 591
De Sodomitarum pœna. cap. 49. 591
De Adulterio, & incœstu. cap. 50. 591
De Stupris, & violentijs. cap. 51. 592
De Raptu meretricum, & vi eis illata. cap. 52. 592
Intra quantum tempus de violentia mulieri illata liceat accusare. cap. 53. 592
De Concubinis. cap. 54. 592
De Plagiarijs. cap. 55. 592
De Priuato carcere. cap. 56. 592
De proditoribus. cap. 57. 593
De Latronibus etiam nocturnis & Pyratis. cap. 58. 593
De Furbis. cap. 59. 593
De Sordibus & corruptela Iudicum. cap. 60. 593
De Termino moto. cap. 61. 593
De Aggressoribus, & aggressione nocturna ac diurna. cap. 62. 593
De Vallis, seu repagulis, & sbarris non faciendis. cap. 63. 594
De Aggressoribus vulnerantibus in facie cũ cicatrice, aut cum membri mutilatione vel debilitatione. cap. 64. 594
De Percussionibus cum sanguine, vel sine. cap. 65. 594
De Percutientibus ad ignominiam. cap. 66. 594
De Percutientibus pugno, vel alapa. cap. 67. 594
De Proijcientibus stercora, aut cornua ad fenestras, vel ostia aliena, deque famosis libellis. cap. 68. 595
De Ponentibus manum ad arma, & terrorem alteri inferentibus. cap. 69. 595
De Alijs iniurijs in personam factis. cap. 70. 595
De Verbis iniuriosis. cap. 71. 595
De Incidentibus vineas, vel pergulas. cap. 72. 595
De Corrumpentibus arma, vel picturas alienas. cap. 73. 595
De Aestimatione iniuriarum. cap. 74. 595
De Prohibita delatione armorum. cap. 75. 586
De Ferentibus, aut iacientibus plumbatam. cap. 76. 596
De vi, & vi armata. cap. 77. 596
Vt filij in parentes deliquentes, parentum arbitrio puniantur. cap. 78. 596
De pœnis minorum deliquentium. caq. 79. 597
De Patre non grauando pro filio. cap. 80. 597
De Duplicatione pœnarum ratione loci, & temporis. cap. 81. 597
De Arbitrio Senatoris in pœnis augendis. cap. 82. 597
De Portione pœnarum, & quod rei non soluentes luant in corpus. cap. 83. 597

Vt iudices inquisitiones, & accusationes cœptas prosequantur. cap.84. 597
De Officio Paceriorum. cap. 85. 597
De Corrigentibus familiam suam. cap. 86. 598
De Corrigenda ignauia inertis iuuentutis. cap. 87. 598
De Congregatione officialium faciẽda pro obseruantia constitutionum. c. 88 598
Vt de similibus ad similia procedatur. cap.89. 599

LIBRI TERTII.

DE Studijs liberalibus Vrbis. cap.1. 599
De Sacrato consilio. cap.2. 599
De Publico consilio. cap.3. 600
De alijs constitutionibus officium Conseruatorum concernentibus. cap.4. 602
De Furnariorum delictis. cap.5. 603
De Macellariorum delictis. cap.6. 604
De Salsamentariorum, seu Pizzicarolorum delictis. cap.7. 604
De Alijs cõstitutionibus officium regionum concernentibus. cap.8. 605
De Officio Scribarum senatus. cap.9. 605
De Alijs ad officium Procuratoris Cameræ concernentibus. cap.10. 606
De Officio gabellarij maioris, & illius notarij, & de suis extraodinarijs. c.11. 606
De Officio Camerarij Cameræ Vrbis. cap.12. 607
De Officio quattuor defensorum decretorum. cap.13. 607
De Officio Secretarij Conseruatorum. cap.14. 608
De Officio Scriptoris Conseruatorum. cap.15. 608
De officio Depositarij Populi Romani. cap.16. 609
De Officio Depositarij Palatij Conseruatorum. cap.17. 609
De Officio Reuisoris Palatij Conseruatorum. cap.18. 609
De Officio Extraordinariorum maiorum, & minorum. cap.19. 610
De Officio Notarij Conseruatorum. cap.20. 610
De Officio Ratiocinatoris, siue Computistæ, necnon & generalis Antygraphei. cap.21. 611
De Officio Notarij Cameræ. cap.22. 611
De Officio Scriptoris Cameræ. cap.23. 612
De Officio Magistri Massarij. cap.24. 612
De Officio Executoris Palatij Conseruatorum. cap.25. 612
De Præconibus, siue Banditoribus. cap.26. 613
De Modo creandi electores officialium Romani Populi. cap.27. 613
De Officio Electorum, siue Imbussulatorum. cap.28. 613
Qui Officiales in solemnitatibus Magistratum comitari tenentur. cap.29. 614
De Applicatione pœnarum delinquentium officialium prædictorum. cap.30. 614
De Forma in venditionibus reddituum Romani Populi seruanda. cap.31. 615
Ne quis pluribus fungatur officijs. cap.32. 615
De Officijs per substitutos non exercendis. cap.33. 615
De Officialibus incidentibus in brigam. cap.34. 615
Ne Officia Terrarum Romani Populi Ciuibus committantur. cap.35. 616
Vt Officiales Terrarum Romani Populi caueant de standosyndicatui. c.36. 616
De Clericis ad officia Capitolina non admittendis. cap.37. 616
De Electis ad officia, recusantibus acceptare. cap.38. 616
De Officio Magistrorum Viarum. cap.39. 616
De Officio Magistrorum Iustitiariorum. cap 40. 616
De Arte Bobacteriorum. cap.41. 619
De Consulibus artium. cap.42. 619
De Statutis Artificum Senatori, & Conseruatoribus exhibendis. cap.43. 619
Vt Officiales aruum sint annales. cap.44. 620
Vbi ius dicant consules artium. cap.45. 620

De

De Ponderibus. cap. 46. 620
De Mensuris. cap. 47. 620
De Vendentibus rem pro re cap. 48. 621
De Nundinis, & ordine in eis seruando. cap. 49. 621
De non emendo in locis prohibitis. 50. 622
De frumento, & ordeo in Platea Campi florae uendendo. cap. 51. 622
Quòd riparum merces ante triduum per negotiatores non emantur. cap. 52. 622
De Monopolijs. cap. 53. 623
Quòd annona ad Vrbem libere deferri possit. cap. 54. 623
Vt nullus in districtu vectigal, aut pedagium exigat. cap. 55. 623
De Ciuium Romanorum immunitate. cap. 56. 623
Quando aduenae Ciuium Romanorum priuilegio vti possint. cap. 57. 624
Vt Romani Ciues etiam delinquentes in districtu ad Senatorem remittantur. cap. 58. 624
De Iuramento per Barones praestando. cap. 59. 624
De Vijs publicis districtus reaptandis, & à latronibus custodiendis. cap. 60. 624
De Venalitiarijs. cap. 61. 625
De Molendinarijs. cap. 62. 625
De Sartoribus. cap. 63. 625
De Aromatharijs, siue Pharmacopolis. cap. 64 625
De diebus festis obseruandis. cap. 65 ibidem
Quòd in mari, & flumine piscari liceat. cap. 66. 626
De Capitibus piscium Conseruatoribus dandis. cap. 67 ibidem
Vt pisces, sylvestria animalia, & alia vbique in Vrbe vendi possint. cap. 68 ibidem
De occidentibus animalia aliena. cap. 69. ibidem
De interficientibus lupum. cap. 70. ibidem
Ne animalia, & pelles emantur à pastoribus, vel ignotis. cap. 71. ibidem
Ne Porci per Vrbem discurrere permittantur. cap. 72. 627
De equis mortuis in seruitio Romani Populi. cap. 73. ibidem
De ludis prohibitis. cap. 74. ibidem
De immunditijs in locis publicis, & riuis aquarum non proiiciendis. cap. 75 627
De famulis cogendis ad seruitii tempus implendum. cap. 76. ibidem
Quòd ludaei non sint exempti à collectis Agonis, & Testaciae. cap. 77 627
Ne ludaei alibi quàm in campis assignatis sepelliantur. cap. 78 ibidem
De Vineis custodiendis. cap. 79. ibidem
Quòd Vassalli Romani Populi Baronibus vassallagium non iurent. cap. 80. 628
De Antiquis aedificijs non diruendis. cap. 81. 628
De Aqua Circi, & aliis aquis non deriuandis. cap. 82 ibidem
De Aquae Marianae alueo purgando. cap. 83 628
De Fonte Triuii, siue Aqua Virgine. cap. 84 ibidem
De Naufragijs. cap. 85. 629
De Custodia Carcerum. cap. 86. ibidem
De Pecuniis erogandis in ludis Agonis, & Testacij. cap. 87. ibidem
De Annulis, & brauijs ludi Agonis, & Testaciae. cap. 88. 630
De Curribus Campi Testaciae. cap. 89 630
De Campo Testaciae à nemine occupando: cap. 90. ibid.
De Viaticis Iudicum, & Salario Assessorum. cap. 91. ibid.
De Salarijs Aduocatorum, & Procuratorum. cap. 92. 551. 631
De Mercedibus Notariorum pro Instrumentis publicis. cap. 93 ibid.
De Mercede Notariorum pro Sententijs. cap. 94 631
De Mercede Notariorum pro Iudiciarijs actibus. cap. 95 632
De Mercede Prothonotarij. cap. 96. 633
De Mercede Notarij Magistrorum Viarum. cap. 97. 634
De Mercede Notarij Maleficiorum, & relaxatione Carceratorum. cap. 98 634
De Mercede Custodis Carcerum. cap. 99. 636
De Mercede Capitanei, siue Executorum Curiae Capitolij. cap. 100. 636

De

De Mercede Scribarum Senatus. cap. 101. 637
De Mercede Notarij Conseruatorum. cap. 102. 637
De Mercede Secretarij Conseruatorum. cap. 103. 638
De Mercede Scriptoris Conseruatorum. cap. 104. 638
De Mercede Notarii Cameræ. cap. 105. 638
De Mercede Scriptoris Cameræ. cap. 106. 638
De Mercede Notarii Gabellarii Maioris. cap. 107. 638
De Mercede Marescalli, seu Executoris Palatii Conseruatorum. cap. 108. 639
De Mercede Præconum, seu Bannitorum. cap. 109 639
De Taxa seruanda per Custodes Portarum, & Pontium. cap. 110. 639
Vt in casibus mercedum non expressis, similes attendantur. cap. 111. 640
Vt Notarii, Officiales, & Custodes sint contenti mercedes eis constituta. c. 112. 640
Vt omnes Officiales publicè habeant taxas mercedum affixas. cap. 113 640
Forma de' Bandi de' Maestri Giustitieri. 640

Gratiæ, Immunitates, & Facultates, per Summos Romanos Pontifices Almæ Vrbis Romæ, Populoque Romano concessæ.

Bonifacij VIII. Littera in fauorem Magistrorum, & Scholasticorum in Gymnasio Almæ Vrbis profitentium. pag. 643

Eugenij IV. Litteræ in quibus salarium Magistris in Gymnasio Almæ Vrbis profitentibus, de vini forensis vectigali assignatur. 644

Iulij II. Littera per quas vini vectigal, quod à salario Magistrorum profitentium superest in refectionem murorum Almæ Vrbis Romano Populo assignatur. 646

Leonis X. Littera de conducendis Magistris, de cessantibus, de Bidello, Rectore, Reformatoribus, & reliquis. 647

Sixti IV. Littera contra sumentes vindictam contra innocuos, necnon & contra Brigosos, & in fauorem Paceriorum. 650

Innocentij VIII. Littera contra sumentes vindictam in personam tertij, ac contra Brigosos, & quod à sententijs Paceriorum non appelletur. 652

Innocentij VIII. Littera aliarum confirmatoriæ, contra homicidas, & sumētes vindictam, ac minantes, & nunciantes minas. 654

Pij V. Litteræ confirmatoriæ aliorum Summorum Pontificum contra homicidas, Bannitos, & alios facinorosos. 656

Pij V. Ordinatio, vt eius littera contra homicidas, bannitos, & alios facinorosos, eorumque receptatores edita singulis annis publicè legantur. 664

Pij V. Littera confirmatoria aliarum Leonis prædecessorum contra Barones Communitates non custodientes eorum Territorium. 665

Pij II. Litteræ, quod antiqua ædificia Vrbis, & eius districtus non diruantur. 667

Sixti IV. Littera contra subtrahentes, aut asportantes lapides porphyreticos, & alios, necnon reliqua ornamenta ex Ecclesijs. 668

Capitula declaratoria iurisdictionum Curiarum Vrbis per S. D. N. Sixtum IV. Pont. Maximum. 669

Iulij II. Litteræ distinctionis iurisdictionum, & Tribunalium. 670

Iulij II. Littera per quas Romanus Populus ad superioritatem, quam habet in Ciuitate Tiburtina reintegratur, & Statuta, & noua reformationes confirmantur. 672

Iulij II. Breue super iurisdictione Capitolij. 673

Pauli III. Confirmatio reintegrationis, ac reformationis iurisdictionis Curiæ Capitolinæ. pag. 674

Pauli IV. Motus proprius iurisdictionum, & gratiarum Romano Populo concessarū. 675

Pij IV. Motus proprius Inclyto Populo Romano concessus super reintegratione iurisdictionum Curiæ Capitolij. 677

Leonis X. Litteræ gratiarum Populo Romano concessarum. 678

Sixti Quarti. Litteræ de ædificijs, & nouis operibus constituendis ad decorem Ciuitatis. 681

Leonis X. Litteræ facultatis testandi de rebus ædificatis, seu etiam emptis in Vrbe, etiam in fauorem incapacium, necnon & iuris congrui. 684

Pij Quarti. Confirmatio iurisdictionis, & facultatum DD. Magistrorum Viarum, cum pluribus aliarum litterarum declarationibus, & ampliationibus ad vtilitatem, & decorem Almæ Vrbis. 688

Pij V. Littera per quas reducuntur ad viam iuris communis ea, quæ à Sixto Quarto, Leone Decimo, Pio Quarto, & alijs Rom. Pont. edita fuerunt super iure congrui. 698

Gregorij xiij. Constitutio de ædificijs, & iure congrui. 700

Decretum Reu. Cam. Apost. ad fauorem Inquilinorum, super quo Magistri Viarum, ac cæteri Iudices causas præfatas cognoscere possunt. 705

Pauli Tertij. Litteræ in fauorem seruorū libertatē in Palatio Conseruatorū acclamātiū. 706

Pij V. Constitutio super forma creandi Census. 707

Gregorij xiij. Constitutio super Doctoribus Romanis ad lecturam in Studio, seu Gymnasio Almæ Vrbis in quacumque facultate eligendis. 708

Pauli V. Constitutio super Reformatione Tribunalium Vrbis, cui adiunctæ sunt Taxæ, & aliæ nonnullæ ordinationes. 709

ANNO-

ANNOTATIONES
IN PRIMVM LIBRVM
IVRIS MVNICIPALIS ROMANÆ VRBIS,
QVOD STATVTA APPELLANT.

AVCTORE

Ioanne Baptiſta Fenzonio Nobili de Braſichella I.C. Comite Palatino, & Equite Aurato, Sacræ Cæſareæ Maieſtatis Conſiliario, olim ipſius Vrbis SENATORE.

DE ORIGINE, INCREMENTO, & ſtatu iuriſdictionis Fori Capitolini Vrbis Romæ.

Compendiaria Enarratio.

DE MAGISTRATIBVS Romanis.

PRimùm, cùm Romana Reſpublica in poteſtate Regum fuit, omnia Regum arbitrio adminiſtrata ſunt: penes enim eos ſummum Ius vitæ, neciſque, & omne gerendi belli Imperium fuit; penes eoſdem vniuerſa iuriſdictio fuit: Siquidem, quod eſt in Annalibus Dionyſij, Romulus Rex alia iudicauit, alia aliorum Iudicio permiſit, neque vero alius Regibus Magiſtratus fuit, quàm Tribunus Celerum, qui rem militarem cum eo curaret, &, quod multis placuit: etiam Quæſtores. qui publicam pecuniam tractarent. Vbi verò Vrbe abſuturus Rex erat; Præfectus Vrbi, cum poteſtate relinqui, & Rege mortuo: Interreges prodi ſoliti ſunt, qui Rempublicam intered, dum Rex alius crearetur gubernarent. Exactis autem Regibus, Conſules duo creati ſunt in omnibus rebus, pari cum Regibus poteſtate, atque Imperio; præter quàm quod illi perpetui, hi annui: ille vnus, hi duo erant, neque enim ſolùm, quod in promptu eſt, bella geſſerunt, ſed etiam ius dixerunt. Deindè poſt annum xvj. Tribuni Plebis creati ſunt, ad Plebem à Conſularibus iniurijs prohibendam; eodemque anno creati Aediles plebis, ad ædes ſacras, in quibus Plebiſcita ſeruarentur, teſte Pomponio, tuendas. Anno inde ab Vrbe condita cccx. cùm Conſules perpetuis bellorum curis impediti cenſum in Ciuitate peragere nequirent, Cenſores duo, qui quinto quoque anno cenſum, luſtrumque facerent, inſtituti; eam quoque curationis publicæ partem Conſulibus ademerunt, quod idem poſt annos etiam octaginta Prætor, & Aediles Curules creati fecerunt; Prætor enim ad ius in Vrbe dicendum, cui rei vacare iam Conſules propter bellicas curas non poterant, eſt creatus. Huc vſq; *Sigonius de antiquo Iure Ciuium Romanorum lib. 1. cap. 20. de Magiſtratibus*, qui ſubinde etiam aliorum Magiſtratuum creationem pro ſerie temporum eruditè proſequitur. Hæc verò omnia, quæ ſummatim perſtrinxit Sigonius, plenius antè recenſuerat *Caius I.C. in l. 2. ff. de orig. Iur.* ſed ne nos inſtituti noſtri limites egrediamur. hic ſubſiſtimus, cùm ad originem, ac inſtitutionem Prætoris deuenerimus, qui ſanè Magiſtratus iuridicundo ſolus in Vrbe præfuit; ſolus inquam Magiſtratus, licet plures, & varij Prætores diuerſis tēporibus electi fuerint, primùm autem anno Vrbis conditæ cccxxcix, Prætor vnus Vrbanus conſtitutus eſt, qui in ipſa Vrbe ius diceret, *vt ex Liuio, Plutarcho, & Pomponio refert Panuinius in Commentario de Ciuitate Romana, titulo de nominibus omnium Ma-*

giſtratuum Populi Romani ab Vrbe condita, vſque ad Conſtantinum Imperatorem ſub initio pag. 301. Verum propter peregrinorum multitudinem ad Vrbem confluentium, cum *Prætor* vnus iuridicundo omnibus non ſufficeret, anno ipſius Vrbis conditę DXII. adiectus eſt *Prætor* alter nuncupatus peregrinus, vtpotè qui peregrinis, reliquiſque, qui Ciues non eſſent, in Vrbe litigantibus, ius diceret, vt Liuius lib. 22. in hæc verba ſcribit, *Roma iuriſdicendi videlicet bona ſors Pomponio inter Ciues Romanos, & peregrines Publio Furio euenit*, & lib. 23. Prætores Prouincias ſortiti Lutius Aprutius vrbanam iuriſdictionem Marcus Acilius Glabrio inter Ciues, & peregrinos; Idem Pappi nius, qui & alios deinde recenſet Prætores creatos ad quindecim in vniuerſum, diuerſis Prouincijs bello in poteſtatem redactis, nominatim attributos: quæ pariter cõprobat *Polletus Hiſtoriæ Fori Romani lib. 3. c. 4. Roſin antiquit. Rom. lib. 9. cap.* 6. Et magna quippe fuit penes Prætorum Magiſtratum publici, priuatique iuris poteſtas: liquidem nouum ius condere, & vetera abrogare facultatem habuerit, & vſque adeo Prætoris poſt modum aucta fuit auctoritas, vt quod Prætor edixiſſet, ius honorarium appellaretur, *vt Liuius lib. 5. & Iuſtinianus Imperator in §. Prætorum quoque edicta Inſtit. de iur. nat. gent. & ciu.* & Prætori regia inſignia, ſella curulis, trabea, lictores ſex, & Conſulares apparatus dabantur, auctoribus Feſto, Flauio, atque Liuio, quę potiſſimum annotauit *Grauat. ad Veſtr. lib. 2. cap. 15. num.* 7. hæc ipſa verò, pluraque alia vberius recenſet *Alexander ab Alexandro genial. dier. lib. 2. cap.* 15. Cæterum Prætoris Vrbani officio re ipſa hoc tempore fungitur, mutato nomine, Senator Vrbis nuncupatus: is enim in Cliuo Capitolino reſidet, & Romanis Ciuibus, atque Incolis ordinaria facultate, Summi tamen Pontificis auctoritate, ius dicit: is verò tres habet ſub ſe Iudices in eodem Prætorio, ſecum vnà commorantes, quorum duo ordinaria iuriſdictione perfunguntur, & Collaterales appellantur, nempè vnus dicitur primus, alter ſecundus Collateralis; tertius verò eſt Iudex maleficiorum, ideſt latrunculator: de prædictis agit, *Veſtr. dicto lib. 2. cap. 15. & Grauat. ibidem num.* 7. *Mouerni tractat. de Tribunalibus Vrbis cap. 2. num.* 74. vbi aſſerunt communiter, omnes fateri, quod Senator Vrbis Prætori Vrbano in iuriſdictione ſucceſſerit *Petr. Gregor. Syntagm. iur. par. 3. lib. 47. cap. 25. in fine, Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 5. cap.* 40. meritò videndus. Qua autem ratione, & quo tempore Prætoris nomen dimiſſum, ac Senatoris aſſumptum ſit, planè non conſtat: quod & ipſe *Grauat.* Vir eruditiſſimus ſe neſcire ibidem profitetur. *Panuinius autem lib. 1. Faſtorum c. de Patricijs, & Senatoribus in fine*, habet hęc verba. *Senatorius, qui & ampliſſimi ordo dicebatur. Roma vſque ad Iuſtinianum Imperatorem, & bellum Gothicum Italicum perduranit, in quo omnis ferè Romana Nobilitas, atque in primis veri Senatory omnes à Gothis exciſi ſunt, ſenſimq; Exarchorum Tyrannide cum Imperij Occidentalis nouiſſimo caſu cum Ordinis nomen, tum Dignitas ipſa defecit, Duce, & iudicibus aliquot Vrbem pro Imperatore Conſtantinopolitano adminiſtrantibus. Porrò circà annum Chriſti MCXI. Senatorius Ordo à Romanis reſtitutus, atque circiter triginta Senatores, contra Romani Pontificis voluntatem facti, diù Vrbis Imperio non ſine magnis ſeditionibus, & inteſtinis diſcordijs potiti ſunt, donec ſenſim deficientibus ad viginti primò, mox decem, deinde ſex, poſtremo ad numerum duorum redacti fuere. Duos autem Populi Rectores, qui ex triginta illorum ordine reliqui fuerant, quos Senatores Populus* Romanus *appellabat, diù Vrbem adminiſtraſſe conſtat, donec, & eorum poteſtate à* Romanis Pontificibus *abolita, vnus tantum relictus fuit, qui Romanis Prætoris loco eſſet, qui in antiqua Inſtitutionis memoriam Vrbis Senator adhuc appellatur.* Hucuſq; *Panuinius, ſed & Flau. Blond. decad. 2. lib. 7.* poſt annum ſalutis 1226. tradit, quod cæperant paulò ante Romani explodo Conſulum Magiſtratu, Senatores quando que binos creare annuos, quibus eadem penè, quæ antea Conſulibus fuerat, cuſtodiæ Vrbis, dicendique iuris poteſtas eſſet attributa. *Et eodem libro*, Vrbano Quarto Pontifice, inquit, quod Romani, omiſſa Senatoris ex Romana gente pridem ſolita creandi conſuetudine, Senatorem, tunc primum exterę originis habere cæperũt Brancaleonẽ Bononiẽſem, quod & *Platina refert in vita ipſius Vrbani*, ipſumque Brãcaleonem appellat virum magni animi, & cõſilij. Atque *etiam lib. 10. idem Auctor* meminit, quod Romæ datus ſingulo Semeſtri à Pontifice Senator ius dicebat, nempè Vrbano Quarto, & Gregorio Nono Pontificibus. Cæterum huiuſce Magiſtratus Titulo *Senatoris*, de quo hic agimus ſat antiqua adhuc memoria reperitur, qua de re diſſerimus etiam infra ad capitulum tertium de *Senatore* deligendo: nam apud Platinam in Vita Nicolai Papæ Tertij, electi anno Domini 1278. de *Senatoria* iſta Dignitate fit mentio, ſic & in Vita Martini Quarti immediatè ſucceſſoris Nicolai, atque in Conſtitutione Bonifacij Octaui edita anno MCCCII. in fauorem Magiſtrorum, & Scholaſticorum in Gymnaſio Almæ Vrbis profitentium datur facultas *Senatori*, vel *Senatoribus*, qui pro tempore fuerint, in Vrbe contra Laicos procedendi, & faciendi, quod Iuſtitia ſuadebit. De iuriſdictione *Senatoris* pariter agitur in Conſtitutionibus aliorum diuerſorum Pontificum, qui poſtea fuerunt, vt in capitulis declaratorijs iuriſdictionis Curiarum Vrbis editis per Sixtum Quartum 12. Iulij MCDLXXIII. & in litteris Iulij Papæ Secundi diſtinctionis iuriſdictionum, & Tribunalium datis anno Domini MDXII. quinto Kal. Aprilis, & de iuriſdictione Curiæ Capitolij plenius habetur in alijs litteris eiuſdem Iulij in forma Breuis ſub die 15. Aprilis eiuſdem anni MDXII. Itidem de cauſis ad forum Capitolinum ſpectantibus, prædictorum Pontificum litterę confirmantur à Leone Decimo in litteris gratiarum Populo Romano conceſſarum quarto decimo Kalendas Aprilis Anno MDXII. ſic etiam ab eodem per alias litteras datas anno Domini MDXIII. Nonis Nouembris confirmatur re ipſa iuriſdictio *Senatori* attributa à Papa Bonifacio Octauo, de qua ſupra, & Paulus Papa Tertius confirmauit iuriſdictionem Curiæ Capitolinæ à ſuis prædeceſſoribus conceſ-

ſam

fam, vt legitur in litteris de confirmatione reintegrationis, ac reformationis iurisdictionis Curiæ Capitolinæ datis decimo Kalendas Octobris Pontificatus sui anno tertio; quas quidem litteras Pauli Tertij deinde confirmauit Paulus Papa Quartus, vt in litteris iurisdictionum, & gratiarum Romano Populo concessarum motu proprio expeditis quarto Kalendas Decembris Pontificatus ipsius Anno primo. Deinde etiam Pius Papa Quartus, Senatoris, & Curiæ Capitolinæ iurisdictionem omnimodam, & integram, prout ea ab alijs Romanis Pontificibus prædecessoribus suis concessa fuerat, motu proprio confirmauit, & ampliorem reddidit.

Verum ipsius Curiæ Capitolij iurisdictio nouissimis statutis Vrbis Pontificia auctoritate conditis, & approbatis postremò apertius explicata, & confirmata apparet præcipuè capit. 41. de foro competenti libro primo, quæ quidem iurisdictio postea demum declarationem recepit per Constitutionem felicis recordationis Pauli Quinti super reformatione Tribunalium Vrbis editam anno MDCXII. 10. Martij felicissimi eius Pontificatus anno VII.

PRAEFATIO.

SVMMARIVM.

1 *Præludia generalia ad materiam Statutorum, qui nam iuris Interpretes conscripserint.*
2 *Statutorum alia censentur ordinatoria iudicij, alia decisoria.*
3 *Quę sint ordinatoria.*
4 *Quę sint decisoria.*
5 *Statuta loci, vbi lis agitur, quo ad ordinatoria iudicij ibidem omnino seruari debent, etiam si litigantes sint alterius fori.*
6 *Litigantes quasi contrahunt in iudicio.*
7 *Subditus quis efficitur ratione quasi contractus, qui alias subditus non erat.*
8 *Statuta ordinatoria iudicij ligant etiam Clericos litigantes coram Iudice seculari.*
9 *Causa regitur secundum naturam iudicij, vbi lis agitatur.*
10 *Leges Ecclesiastica in actis ordinatorijs iudicij ligant etiam laicos litigantes coram Iudice Ecclesiastico.*
11 *Statuta decisoria etiam in alijs Foris, ac Tribunalibus Ciuitatis, ac districtus generaliter seruari debent; quod in specie de statutis Vrbis traditur.*
12 *Statutis quibuscumque vti volens habere, ac seruare debet omnes qualitates ab eisdem statutis requisitas.*
13 *Statutorum materiam qui nam Doct. ex professo pertractauerint.*

AD faciliorem intellectum & explicationem Statutorũ conferunt tanè plurimum generalia quędam præludia è communibus iuris regulis desumpta, quæ quidem Doctores aliqui in vnum collegerunt, atque præposuerũt scholijs, & lucubrationibus suis ad propria quarumdam Ciuitatum statuta, quæ illustranda susceperunt, sicuti *Afflict. in Constit. Neapol. Carpan. ad stat. Mediolan. Monterin. ad stat. Bonon. Sola ad constit. Sabaud. Tort. ad stat Papiæ:* sed plenius, ac distinctius ex professo id præstitit proprio Commentario *Alderan. Mascard.* editis conclusionibus tresdecim ad generalem quorumcumque statutorum interpretationem accommodatis, quæ quidem singulæ ampliationibus, ac limitationibus copiosè exornantur. Quocirca nos superuacaneum duximus actum agere, maximè quia eadem suis locis infra annotationibus nostris inseruimus. Attamen hoc loco pauca quædam non omiserimus, quæ ad statutorum nostrorum interpretationem potissimum pertinere videntur, & ab alijs, qui de statutis generaliter, vel particulariter scripserunt, in præludijs saltem prætermissa, vel certè explanata non apparent. In primis verò illud animaduertendum
2 videtur, alia statuta censeri ordinatoria litis, seù iudicij, alia decisoria, qualia .s. sunt acta, vel materiæ, de quibus statuitur, vti iuris interpretes tradiderunt: Ordinatoria acta dicuntur, quę tendunt ad litis ordinem, & modum procedendi sicuti libellus, citatio, litis contestatio, satisdatio, iuramentum calumniæ, delatio iuramenti, & similia;
3 Item statutum dicitur ordinatorium, vbi dat certum modum procedendi, & exequutionem certo Iudici committit, iuxta *decis. Rot. in Romana Spolij 9. Iunij 1606. coram Carainali Lancellotto iuniori impressa per Marc. s. de commiss. par. 2.*
4 *vbi de commiss. restit. in integr. fol. 202.* Decisoria autem habentur illa, quæ litis decisionem respiciunt sicuti testium attestationes, instrumenta, confessiones, & alia similia acta probatoria, ita *Bellem. glos. in Clem. sæpè verbo defensiones de verb. signif.* conferunt tradita per *Franc. in cap. 7. si duobus. §. denique num. 4. & seq. de appell. & in cap. 59. vt debitus num. 18. eod. tit. & plenius Mascard. ad gener. stat. interpret. concl. 7. nu 76 & seq. & Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 2. nu. 455 & seqq & nouissimè Graff. de effect. cleric. 2. effect. à num. 135. vsque ad num. 157.* nosque infra locis opportunis sigillatim exponemus, quę nam statuta habeantur pro ordinatorijs iudicij, & quæ pro decisorijs. Porro huiusce distinctionis
5 effectus maximi est momẽti: si quidem quoad acta ordinatoria seruari debẽt statuta eiusdẽ fori à Iudicibus, & à quibusuis etiam forensibus litigantibus in foro eorumdem statutorum tantum, non autem in alij foris, vel Tribunalibus, *Bart. in l. 1. n. 15. C. de Summ. Trinit. & fid. cath. Alex. cons. 164. n. 3. lib. 6. vbi etiã n. 6.* hanc de ordi-
6 natorijs rationem afferunt, quia in iudicio quasi contrahitur *l. 1. §. idem scribit, ff. de pecul. l. de stato, §. qui interrogatur, ff. de interrog. actis*
7 ideo ratione talis, quasi contractus efficitur subditus ille, qui alias non erat subditus *l. hæres absens, §. proinde, & l. interdum §. fere ff. de iudic. c. fin. de for. compet. Roman cons. 367. n. 11. Bellamer. decis. 78. Castrens. cons. 320. num. 5. lib. 1. Blanc. tract. de compromiss. inter tract. vniuers. iuris lib. 3. par. 1. quæst. 3. princip. sub nu. 32. fol. 557. in fin. & fol. seq. in princip.* vbi testatur de communi opinione, & alij plures relati per *Scacc. dicto cap. 2. num 525. & seq.* quod in specie de statutis Vrbis traditum est, *Rota coram Scrapbin. decis. 208. num. 2. & coram Ludouis.*

postea

poſtea Gregorio Papa XV. *deciſ.* 15. *num.* 7. vbi, & adductio plures alias cumulat *deciſſ. num.* 11. *& coram Cauall. deciſ.* 62. *ſub num.* 7. atque amplius etiam Clerici litigantes coram Iudice ſæculari ſubijciuntur ſtatutis diſponentibus circa ordinatoria iudicij. *Dec. in cap. Eccleſia S. Mariæ num.* 44. *de conſtit.* vbi etiam *Felin. ſub nu.* 81. *verſ. tertius caſus eſt, & num.* 55. *eodem cap.* vbi quod pariter è conuersò idem ſeruetur, vbi laici litigent in foro Eccleſiaſtico; quia hæc regula tenenda, quod ſemper ſeruabitur lex, ſtatutum, ſeù conſuetudo illius loci, vbi cauſa agitatur, ſcilicet in actibus ordinatorijs, ſecus verò in deciſorijs, *Alciat. de præſumpt. reg.* 3. *quæſt.* 28. *num.* 8. *Doctor. in cap. quod Clerici de for. compet. & ſin. l.* 1. *C. de Summa Trinit. & fid. Cathol. Socin. conſ.* 71. *num.* 7. *lib.* 4. *Dec. in Eccleſia S. Maria num.* 42. *de conſtit. Vant. tract. nullit. tit. de nullit. ex defect. proceſſ. num.* 56. *Scacc. de iudic. lib.* 2. *cap* 2. *num.* 652. vbi hanc teſtatur eſſe communem omnium concluſionem, *& cap.* 5. *num.* 189. *Rota apud Gregor. Pap. XV. deciſ.* 352. *num.* 7. cum alijs ibidem adductis in *annot. num.* 11. *Caldar. conſ.* 11. *num.* 1. *de conſtit. Seraphin. de priuil. iuram. priuil.* 77. *nu.* 25. *Gayl. obſer.* 32. *num.* 10. *lib.* 2. *Graſſ. de effect. Cleric. effect.* 2. *num.* 132. vbi quamplures alios citat.

11 Verum quo ad deciſoria, vtique certum eſt, quod ſtatuta etiam in alijs Fœris, ac Tribunalibus Ciuitatis, ac Diſtrictus, vbi illa vigent, ſeruari debent, ſicuti generaliter, & præcipuè de ſtatutis Vrbis probant *Doct. & deciſ. allata*, quibus accedat, *deciſ. coram Cordubæ in Romana, ſeu Bonon.* 25. *mil.* 7. *May* 1601.

Demum qui ſtatutis noſtris vti velit, debet
12 omnino hoc innixi fundamento, nempe vt ipſe habeat, & ſeruet omnes qualitates ab eiſdem ſtatutis requiſitas, alioqui eis vti non poterit, ſicut cautum reperitur, *deciſ.* 551. *num* 1. *par.* 1. *ſeuerſ. & in Peruſina executionis coram Penia* 18. *Aprilis* 1587 quod quidem aliàs generaliter de quouis ſtatuto, vel conſtitutione traditum eſt, *Bart. in l.* 1. *§. quod autem ait Prætor ff ne quid in flum. pub. Alex. conſ.* 172. *num.* 5 *vol.* 2. *Becc. conſ.* 12 *num.* 14. *Nati. conſ* 474. *num.* 38. *& conſ.* 581. *Grat. num.* 20. *conſ.* 151. *num.* 18. *vol.* 1. & fuſius comprobat *Surd. deciſ.* 268. *num.* 12.

13 De ſtatutis autem ſcripſerunt plures alij iuris Interpretes, quorum opera habentur *tom.* 2. *tract. vniuer. iur* iuxta ordinem ſequentem, *Alberici à Roſate fol.* 2. *Bald. Peruſini fol.* 86. *eiuſdem Regula ſtatutorum fol.* 153. *Bartol. reg. de ſtatutorum fol.* 158. *Alberti Bruni fol.* 169. *eiuſdem conſilium in eadem materia fol* 246. *Georgy Nat. ta fol.* 247. *Ioannis Campeggy fol.* 263. *Laurentij de Palatijs* 272. *Lancellotti Gallia fol.* 283. *Rocchi Curtij fol.* 345. *Petri Rauennatis fol.* 381.

[a]STATVTORVM [b]ALMAE [c]VRBIS ROMAE,

[d]Auctoritate [e]Sanctissimi [f]D.N.D.

[g]GREGORII XIII. [h]PONT. OPT. MAX.

[i]A SENATV, POPVLOQVE ROMANO

[k]EDITORVM

SVMMARIVM.

1 *Ius proprium Ciuitatis est, quod quisque Populus sibi constituit.*
2 *Statuti nomen intelligitur de iure municipali inscriptis redacto.*
3 *Ius municipale duplex est, scilicet scriptum, & non scriptum.*
4 *Statutum pro iure municipali in antiquis legibus vsurpatum non reperitur, sed pro Statuto dicebatur ius municipale.*
5 *Statutum in nouis iuribus Ciuilibus pro iure municipali nuncupatur.*
6 *Et sepius in sacris Canonibus.*
7 *Statutum etiam pro decreto, seu lege generali accipitur in iure Canonico.*
8 *Alma titulus Vrbi Roma merito passim tribuitur.*
9 *Alma accipitur pro sancta, & nutriente.*
10 *Et pro pulchra, excelsa, & clarissima.*
11 *Alma origo, & significatio qua sit, tam apud sacros, quàm alios auctores, explicatur à Didaco Couarr.*
12 *Alma, dicitur ab alendo.*
13 *Vrbis nomine, sine alia adiectione, Roma intelligitur.*
14 *Vrbis Romæ Encomia varia.*
15 *Vrbis statutis tam Vrbs ipsa, quàm continentia ædificia subijciuntur.*
16 *Vrbis appellatio muris, Romæ continentibus ædificijs finitur.*
17 *Vrbs vbi dicitur perinde est, ac si simpliciter dicatur Roma.*
18 *Vrbs, & Ciuitas Romana idem censetur.*
19 *Continentia Vrbis, & Suburbia idem sunt.*
20 *Continentia, vel Suburbia quanta sint, Iuditis arbitrio relinquitur, vbi aliàs non appareat.*
21 *Iudicis arbitrio opus non est, quando res est clara.*
22 *Statuta Vrbis etiam inter personas Districtus seruari debent.*
23 *Auctoritas recte scribitur cum c, t.*
24 *Auctoritas, quinque habet significationes, & quæ sint.*
25 *Auctoritas hoc loco accipienda videtur pro mandato, & iussu Principis, ne dum pro consensu.*
26 *Gregorius XIII. Summus Pontifex Compilationem Statutorum Vrbis delegauit personis aliquot à se electis.*
27 *Et compilata per easdem personas approbauit, & confirmauit.*
28 *Statuta Vrbis vt essent valida, auctoritas Summi Pontificis necessaria fuit, & quare.*
29 *Populus Romanus hodie non potest sine Pontificis auctoritate condere leges.*
30 *Statuta condere iurisdictionis est, & sine ea condi non possunt.*
31 *Populus Romanus quando, & quomodo ius, potestatemque suam in Augustum Cæsarem contulerit remissiuè.*
32 *Imperatoris ius, & potestas in Romanam Ciuitatem ex donatione Constantini Magni translata est in Romanos Pontifices.*
33 *Constantini Imperatoris donatio, auctoritatibus, & rationibus comprobatur.*
34 *Romana Ciuitas Romanis Pontificibus subest etiam ex præscriptione octingentorum annorum,*

norum, & amplius.

35 Statuta condi non possunt per subditos immediatè Sedi Apostolicæ, & condita non valent sine confirmatione Apostolica.

36 Et ita seruatur etiam ex consuetudine.

37 Statuta à Summo Pontifice confirmata in forma specifica sunt valida, & in eis cessat omnis defectus potestatis etiam quo ad personas Ecclesiasticas.

38 Et dicuntur Papalia, ita vt eorum transgressor puniatur, tanquàm transgressor statutorum Papalium.

39 Confirmatio Statuti operatur, quod statutum censeatur ipsius Principis confirmantis.

40 Quodque extendatur ad casum, ad quem aliàs extenai non posset.

41 Confirmatio autem esse debet in forma specifica, & ex certa scientia, scilicet cum causæ cognitione.

42 Confirmatio in forma communi nihil iuris addit actui confirmato.

43 Statuta Vrbis Romæ confirmata fuerunt à Gregorio Papa XIII. cum clausulis Ex certa scientia, Motu proprio, & De plenitudine potestatis.

44 Clausulæ Ex certa scientia, Motu proprio, & de plenitudine potestatis, singulæ per se confirmationem reddunt in forma specifica, cum causæ cognitione, & omni alio meliori modo.

45 Clausula Ex certa scientia habet in se clausulam De plenitudine potestatis.

46 Et continet etiam clausulam Motu proprio.

47 Et operatur, vt non liceat dubitare de eo, quod Papa asseruit.

48 Et facit, quod in confirmatione habeatur pro expresso totus tenor scripturæ confirmatæ.

49 Quodque sit instar sacrilegij dubitare de viribus confirmationis Apostolicæ in se habentis hanc clausulam.

50 Statuta Vrbis robur accipiunt à confirmatione Papæ.

51 Et amplius verè sunt Papalia, quia Papæ mandato apparent condita, examinata, & recognita.

52 Confirmationis Pontificiæ litteras describi voluit Gregorius Papa XIII. in principio librorum eorundem statutorum.

53 Omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur.

54 Statuta Vrbis dicta sunt Papalia, & ideo ligant pariter clericos, ac laicos, Collegia, & Conuentus Religiosorum, & Ecclesias, quod tamen declaratur infra num. 95. & seqq.

55 Et locum habent etiam, vbi agitur cum Ecclesia.

56 Et comprehendunt vtique clericos, & bona intuitu Ecclesiæ acquisita.

57 Et procedunt pariter in causis spiritualibus.

58 Statutorum Vrbis auctoritas, vtpotè Papalium in quamplurimis decisionibus Sacræ Rotæ solum considerata fuit, non autem materiarei controuersæ, & in ea fundatæ decisiones.

59 Pythagoræ dicta neutiquam in dubium reuocabantur.

60 Statutorum vis, & effectus dependent à potestate, & voluntate statuentium.

61 Actus humani omnes à potestate, & voluntate perficiuntur.

62 Papæ potestas super personis, & rebus Ecclesiasticis est indubitata.

63 Ecclesia, & eius persona, ac bona reguntur iure communi; quod tamen declaratur. & infra num. 97.

64 Statuentes censentur velle se conformare cum dispositione iuris communis.

65 Statuta ita debent intelligi, vt minus corrigãt ius commune.

66 Et vt reducantur ad concordiam cum iure communi, quantum fieri potest.

67 Verba simpliciter prolata intelligi debent generaliter.

68 Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus.

69 Verba generalia etiam in Statutis comprehendunt pariter casus maiorem rationem habentes.

70 Statuentes, qui non distinxerunt casum maiorem rationem habentem, eam æque censentur comprehendere voluisse sub generalitate statuti.

71 Statutum loquens per verba generalia comprehendit etiam minores, furiosas, absentes & similes personas, quibus à iure in aliquibus casibus aliqua prærogatiua conceditur.

72 Gregorius Papa XIII. voluit, quod Statuta Vrbis disponerent etiam quo ad sacros Canones, vbi conuenire videretur.

73 Clerici, & aliæ personæ Ecclesiasticæ, earumque bona iuri Canonico subsunt.

74 Proœmium Statuti declarat mentem, ac intentionem Statuentium.

75 Et obtinet rationem causæ finalis.

76 Et lumen præstat ad repellendas omnes subsequentes ambiguitates.

77 Papæ voluntatis defectus obijci potest, vbi verisimile sit Papam noluisse aliquid comprehendere sub generali dispositione.

78 Etiam vbi in dispositione apposuisset clausulas Motu proprio, & Ex certa scientia.

79 Et obijci potest præcipue in casu Statuti Vrbis cap. 124. lib. 1.

80 Argumentum à verisimili frequens est, ac validum in iure.

81 Verisimile habetur pro disposito, nempe vbi disponens

ſponens ita veriſimiliter reſpondiſſet, ſi fuiſſet interrogatus.

8 2 *Quod procedit, ſiue aliquid diſponatur per modum conuentionis, ſiue per modum legis municipalis, ſiue per modum reſcripti.*

83 *Statutorum diſpoſitio generalis reſtringitur ex veriſimili mente ſtatuentium, & num.* 84.85. & 86.

87 *Veriſimilitudo habetur pro lege.*

88 *Papa in generali confirmatione ſtatutorum non cenſetur ea velle confirmare, quæ ſint contra libertatem Eccleſiarum.*

89 *Statuta Vrbis quo ad perſonas, & res Eccleſiaſticas ita debent intelligi, vt de iiſdem perſonis, & cauſis ab Eccleſiaſticis, & competentibus Iudicibus cognoſcatur.*

90 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit de cauſis Eccleſiaſticis priuatiuè quo ad Iudicem laicum, regulariter loquendo.*

91 *Statuta Vrbis ſeruanda ſunt in deciſorijs, atque in ordinatorijs actibus, in ſuis caſibus, & coram ſuis Iudicibus iuxtà ſuperius annot. in præfatione, nu.* 5. *& ſeqq.*

92 *Papæ voluntatis defectus in obſeruatione ſtatutorum Vrbis conſiderari poteſt, vbi materia ſubiecta non permittit ſeruari ius ciuile, & nu.* 94.

93 *Ius Canonicum ſeruari debet etiam per Iudices laicos, quando diſputatur ſuper iuramento.*

94 *Papæ voluntatis defectus in ſtatutis Vrbis conſiderari poteſt pro perſonis Eccleſiaſticis, vt non veniant ſub generali diſpoſitione, quando aliàs reperiuntur à iure ſpecialiter priuilegiatæ.*

95 *Conſtitutio generalis non tollit priuilegium in caſu certo à iure communi conceſſum. Eccleſia in cauſis ſuis regitur iure communi, niſi expreſſum habeat priuilegium.*

96 *Mixtus caſus non venit ſub ſtatuto loquente in caſu ſimplici.*

97 *Clerici filij familias ſine patris conſenſu in iudicio eſſe poſſunt, & pariter contrahere.*

98 *Argumentū à contractibus ad iudicia valet.*

99 *Etiam dictio exprimit caſum magis dubitabilem.*

100 *Expreſſio alicuius particularis rei in ſtatutis fit aliquando ad abundantiorem cautelam & ad omnem dubitationem tollendam.*

101 *Specialiter quod iniungitur, plus timeri ſolet, quàm quod generaliter imperatur.*

102 *Statutum Vrbis cap.* 180. *lib.* 1. *licèt ſit ordinatorium iudicij, ſeruatur tamen in omnibus Curijs Vrbis, etiam in Tribunali Sacræ Rotæ.*

103 *Statutum Laicorum, quando eſt fauorabile Eccleſiæ, poteſt Eccleſia eo vti.*

104 *Eccleſia hoc habet priuilegium, vt ad eius favorem contractus poſſit claudicare.*

105 *Sanctiſſimi titulo Pontificem Romanum veteres omnes appellant.*

106 *Roberti Bellarmini nomen, & dictum celebratur.*

107 *Cæſar Cardinalis Baronius laudatur.*

108 *Sanctitas in Romano Pontifice præſumitur, & num. ſeq*

109 *Sanctitatis hæreditatem recipit Romanus Pontifex.*

110 *Nomen ſæpè dicitur ab eo, quod fieri debet, licet aliquando non fiat.*

111 *Pōtifex ex vocabuli etymologia dicitur ſi, quaſi pontem faciens.*

112 *Imperator dicitur Auguſtus ab augendo.*

113 *Albertus Krantzius lapſus eſt, dum negauit Romanum Pontificem olim dictum eſſe Patrem, & Sanctiſſimum Dominum.*

114 *Henricus Kalteiſen in Concilio Baſileenſi tres dies peroauit, & explicuit, quomodo Sanctitas Romano Pontifici attribuatur.*

115 *Pontificem Romanum titulo Domini noſtri antiquitus veneratus eſt.*

116 *Gregorij XIII. Pontificis virtutes inſignes, & gloriosa memoria.*

117 *Eidem S.P.Q.R. Statuam conſtituit cum præclara inſcriptione.*

118 *Inſcriptio ipſa.*

119 *Collegia fere innumera ad propugnandam, & propagandam Catholicā Fidem à Gregorio XIII. Pontifice extructa.*

120 *Pontificis Magiſtratus omni tempore ſacer fuit, & ſacrorum penes eum ſumma poteſtas.*

121 *Pontifices Maximi apud Hebræos à Deo per Moyſen inſtituti ſunt.*

122 *Moyſes ex præcepto Dei Aaron in ſummum Pontificem vnxit.*

123 *Pontifices Maximi Hebræorum quinquaginta ſex ab Aaron in vniuerſum enumerantur.*

124 *Pontifices Maximi in nouo Teſtamento ex inſtitutione Ieſu Chriſti Domini noſtri ſucceſſerunt.*

125 *Petrus Apoſtolus primus Pontifex in ordine conſtituitur.*

126 *Petrum elegit Chriſtus Dominus in ſummum Sacerdotem, dum ei claues Regni Cælorum attribuit.*

127 *Pontifices noui Teſtamenti indumenta Pontificalia bona ex parte mutuati ſunt ab ornamentis Pontificum Teſtamenti veteris.*

128 *Aliqua etiam ex munere Conſtantini Imperatoris adepti ſunt.*

129 *Pontificatus Maximi dignitas floruit etiam apud Romanos gentiles.*

130 *Pontifex Maximus inde dictus apud Romanos gentiles, quod maximarum rerum, quæ ad Sacra, & Religionem pertinent, Iudex eſſet*

esset, & iudex contumacie priuatorum, & Magistratuum.

131 *Numa Pontificem Maximum ex Patribus legit Numam Martium M. F. eique sacra omnia exscripta, exsignataque attribuit.*

132 *Pontificis Maximi munus, & auctoritas qualia fuerint apud Romanos gentiles ex pluribus auctoribus relatis.*

133 *Pontificum Collegium ex quatuor primo institutum, dein auctum ad octo, & longe post ad quindecim.*

134 *Pontifex Maximus inter alios Collegij Pontificum genere, & dignitate præcipuus erat, & aliorum longe princeps.*

135 *Pontificum Collegiũ permansit vsque ad tempora Imperatoris Theodosij senioris, Christiana Religione omnia tum obtinente.*

136 *Pontifices, Augures, & reliqui Sacerdotes fieri desierunt, cum reditibus omnibus à Christianis Imperatoribus mulctati essent.*

137 *Gratianus Imperator primus omnium edicto vetuit, se Pontificem Maximum appellari, sicque eà Sacerdotij dignitas in Imperatoribus defecit.*

138 *Imperatores omnes post Augustum vsque ad Gratianum Pontificatus maximi dignitatem, vel susceperũt, vel eo titulo se appellari permiserunt, quibus etiam adnumerantur Constantinus, & alij Imperatores Christianæ Religioni addicti.*

139 *Pontificatus maximi accessio multum conferebat ad Imperatoriam Maiestatem, & potestatem.*

140 *Pontificatus maximi auctoritas erat supra Consules, & quæ alia præcipuè possent Pontifices.*

141 *Pontifex Romanus B. Petri successor iure appellatur maximus, idem & summus.*

142 *Pontifex Princeps Sacerdotum est, quasi via sequentium.*

143 *Optimi Maximi titulus Principibus attribui consueuit in antiquis inscriptionibus.*

144 *Optimus intelligitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet.*

145 *Optimus Maximus denotatur per hasce notas O. M. vel opt. max.*

146 *Pontifex dictus est, vt aliqui sentiunt, quasi ponitem faciens, & primùm à Ponte Sublicio facto.*

147 *Pontificum Magistratus pontẽ Sublicium reflituere tenebatur, quoties collaberetur.*

148 *Pons Sublicius fuit ligneus, nullo ære, aut ferro compactus; sacer habitus; & de illo plura.*

149 *Pontes Romæ lignei diu fuerunt, donec ab Aemilio Quæstore lapideus constructus est.*

150 *Pontis Sublicij vestigia apparent medio in Tyberi è regione Montis Auentini.*

151 *Pontifex Romanus B. Petri successor dicitur est, & ipse quasi pontem faciens, nempe ad vehendos Subditos in viam exemplo vitæ, & Doctrinæ.*

152 *Idem summam habet potestatem circa sacra, & Religionem, vti Pontifices alij habuerint penes Hebræos, & Gentiles.*

153 *Pontifex à posse, & facere dictus est, vt alij voluerunt.*

154 *Facere apud veteres sacrificare est.*

155 *Quintus Mutius P. F. Pontifex Maximus ius ciuile primus constituit generatim in libros decem, & octo redigendo.*

156 *Idem complures habuit Auditores, qui insignes euaserunt Iurisconsulti, quorum responsa pro legibus recepta sunt.*

157 *Idem obiurgauit Seruium hisce verbis, nempe quod turpe esset Patricio, & nobili, & causas oranti ius, in quo versaretur, ignorare.*

158 *Quintus Mutius P. F. inter Pontifices Maximos constituitur xxiiij. à Numa Marcio M. F.*

159 *Argumenta à verisimili, & à communiter accidentibus frequentia, & valde probabilia.*

160 *Peritorum iudicio creditur.*

161 *Creditur cuique in spectantibus ad officium suum.*

162 *Nomen sortitur quis regulariter ab eo, quod principaliter agit.*

163 *Pontificium dictum est apud veteres pro iure, & potestate faciendi.*

164 *Romanus Magistratus adhuc seruat antiquum decus sui nominis, nempe S. P. Q. R. referens imaginem florentis Reipublicæ Romanorum.*

165 *Statuta antiqua Vrbis varietate temporum perplexa, & confusa.*

166 *Statuta noua Vrbis in meliorem formam, & in vnam consonantiam condita sunt, atque præsentibus temporibus magis accomodata exteris Statutis antiquis abrogatis.*

167 *Leges, quas ipsa sibi quæque Ciuitas cõstituit, sæpe mutari solent, vel tacito consensu populi, vel alia postea lege lata.*

ANNOTATIONES.

2 1 STatutorum) ideſt Iuris proprij Romanæ Vrbis, in ſcriptis redacti, nam quod quiſq. Populus ipſe ſibi ius conſtituit, id ipſius proprium Ciuitatis eſt, vt inquit *Caius Iurisconſultus in l. omnes Populi ff. de iuſt. & iur. Iuſtinianus Imperator in §. ius autem Inſtit. de iur. nat. gent. & cin.* quod comprobat ibidem *gloſ. verbo Ius ciuile*, addit autem *Alberic. tract. 2. ſtat. lib. 1. quæſt. 1. num. 1.* verbum hoc ſta

a tutum

2 tutum intelligi de iure scripto ad differentiam iuris non scripti, nempè consuetudinis; est
3 enim ius municipale duplex, scilicet scriptum, & non scriptum, iuxta *text. in l. semper §. legem. & ibi glos. verb. Legem ff. de iur. immun. l. non tantum §. non nunquam ff. de decur. l. Magistratus* 25. *ff. de municip. §. constat infin. de iur. nat. gent. & ciu.* Hoc autem vocabulum
4 in hanc significationem legibus antiquis minimè vsurpatum reperitur, nam pro statuto dice-
5 batur ius municipale, vt in *d. l. semper §. legem* & in alijs proximè citatis, comprobat *text. in l. vt gradatim §. sed & si lege municipali ff. de muner. & honor. l.* 3. *§. Diuus ff. de sepulchr. violat. l.* 1. *C. de emanc. liber. l.* 2. *ff. de noxal.* ac in nouis iuribus, maximè in constitutionibus Federici Secundi post librum de vsibus feudorum, vbi abolētur statuta, & consuetudines contra libertatem Ecclesiæ, primum videtur habita mentio statutorum pro iure municipali; apparet id ipsum in *authen. cassa, & irrita C. de Sacr. ss. Eccles. & authen. omnes peregrini C. commun. de succession.* scriptis autem in hunc recentiorem
6 sensum statuta commemorantur iure canonico, *Text. in cap. nouerit* 49. *& cap. grauamen* 13. *de sent. excom. cap.* 1. *de iur. iur. lib.* 6. *cap. Statutum* 9. *de haret. eod. lib. not. Alberic. d. tract. de stat. quæst.* 1. *num.* 3. *& seqq.* Accipitur
7 etiam sæpè in iure canonico verbum hoc statutum pro Decreto, seù lege generali, vt in *cap. statutum* 11. *de rescrip. lib.* 6. *in princ. cap. Statutum* 22. *de elect. eod. lib. cap.* 1. *ne Cler. vel Monac. eod. lib. cap. Statutum* 3. *de præben. eod. lib. & alias frequenter.*

8 Almæ) Hic titulus meritò passim tribuitur Vrbi Romæ exemplo potissimum Iustiniani Imperatoris *in l. prima C. de vet. iur. enucl. §. sed, & si quæ leges* ibi, consuetudo huius almæ Vrbis, ac in Epist. Victor Iustinianus in princ. C. *de sum. Trinit. & fid. Cath.*
9 & accipitur alma pro sancta, & nutriente, vt per *Alber. in suo diction. verbo Alma*, atque
10 etiam pro pulchra, excelsa, & claritissima *Luc. de Pen in l. vnic. C. negoc. ne milit. lib.* 12 quæ quidem omnia epitheta, atque alia similia huic Ciuitatum Reginæ conueniunt, sicuti annotauit *Quintil. Mandos. ad glos. facult. Regen. in loco Audit. Cam. foff. fl. §. nienen electioni, verbo*
11 *Alma.* Sed de origine, & significatione huius vocis, tā apud Sacros quàm alios Auctores, meritò legendus est etiam *Didac. Couarr. in relect. cap. Alma mater* 2. *par. relect. in princ. de sent. excom. in* 6. Consentiunt autem omnes, vt Ro-
12 mana dicatur Alma ab alendo, cui quidem deriuationi alludere videtur etiam *Claudian. in panegyric. ad Stilicon.* vbi de laudibus Romæ, ibi,

Humanumq. genus communi nomine fouit
Matris, non Domina ritu.

13 Vrbis) hoc nomine sine alia adiectione intelligebatur Roma per antonomasiam, probat *text. in l.* 1. *in princ.* ibi non tantum in Vrbe, vbi *glos. ff. de colleg. illic. text. in l. Senatores ff. de Senator. glos. in §. fin. verb. Vrbi Iustin. de satisd. tut. vel cur. Alciat. de verb. signific. lib.* 4. *num.* 7. *Quintil. inst. Orator. lib.* 8. *cap.* 2. *vers. item quod commune, Mandos. ad glos. facult. verbo Vrbis id est Roma in princ.* vbi plurimos titulos ornamenta honoris, & monimenta gloriæ, tum ex sacris litteris, tum ex omnis generis auctoribus in hanc ipsam Vrbem Orbis Terrarum caput eruditissimè congerit vt *Iustus Lipsius de magnitudine Romana*
14 *lib.* 1. *cap.* 2. Romanos inquit rerum Dominos, Romam mundi caput; Mundi Miraculum, mundi compendium, Arcem nationum, ac Regum; lumen gentium; & hæc refert ex alijs Magnis Auctoribus; Nec demum omiserimus, quod Roma nuncupata sit Vrbs, æterna, Ausonius epigrammate, quo fastorum à se digestorum meminit, & alijs duobus, quibus annos ab Vrbe condita ad Consulatum vsque suum computat.

Vrbis ab æterna deductam (Rege Quirino)
Alciat. loc. cit. sic etiam appellatur ab Imperatoribus in *l.* 1. *C. de Suar. lib.* 11. cod mque nomine ornatur Roma ab *Ammiano Marcellino lib.* 15. *& 19. & à Symmacho Epist.* 26. 31. 38. *& 50. lib.* 10. *& epist.* 55. *lib.* 3.

Nec tamen quædam alia Vrbis Romæ præconia, quæ sequuntur, omiserimus.

Martialis.

Terrarum Dea, Gentiumque Roma,
Cui par est nihil, & nihil secundum.

Propertius.

Omnia Romana cedant miracula Terræ,
Natura hic posuit, quicquid vbique fuit.

Pulchrior autem, & vberior Romæ laudatio ex Claudiano.

Quæ nihil in terris complectitur altius Aether,
Cuius nec spatium visus, nec corda Decorem,
Nec laudem vox vlla capit, quæ luce metalli
Æmula vicinis fastigia conserit astris;
Armorū, legumq. parens, quæ fundit in omnes
Imperium, primique dedit cunabula iuris.
Hæc est, exiguis quæ finibus orta tetendit
In geminos axes, paruaq. à sede profecta
Disperfit cum Sole manus, hæc obuia fatis
Innumeras vno gereret cum tempore pugnas,
Hispanas caperet, Siculas submitteret Vrbes,
Et Gallum terris prosterneret, æquore Pœnum.
Nunquam succubuit damnis, & territa nullo
Vulnere, post Cānas maior, Trebiāq. fremebat;
Et cū iam premerent flammæ, murumq. ferirent
Hostis, in extremos aciem mittebat Iberos.
Nec stetit Oceano, remisq. ingressa profundum
Vincendos alio quæsiuit in Orbe Britannos.
Hæc est, in gremium victos quæ sola recepit,
Humanumque genus communi nomine fouit,
Matris, non Domina ritu; Ciuesq; vocauit,
Quos domuit, nexuq; pio longinqua reuinxit.
Huius pacificis didicimus moribus omnes,
Quòd sedem mutare licet, quòd cernere Tybrim
Rursus, & horrēdos quondā penetrare recessus,
Quòd bibimus passim Rodanū, potamus Oronten

Quod

Quod cuncti gens una sumus, nec terminus vnquam.
Romana ditionis erit

Eiusdem.

In bello Getico, de Vrbe Roma.
memorandum.

Reserunt si vera parentes
Hanc Vrbem insano nullius qui Marte petiuit,
Lætatus violasse redit, nec numina sedem
Deffituunt; iactata procul dicuntur in hostem
Fulmina, diuiniq. volant pro mœnibus ignes.

Quod autem Vrbi nihilominus adiectum sit Romæ, forte factum fuerit, quia statuentes vo-
15 luerint statutis subiicere, non solum Incolas ipsius Vrbis, sed etiam continentium ædificiorum;
16 Vrbis enim appellatio muris, Romæ autem continentibus adificiis finitur, quod latius patet, *l. 2. & l. vt Alphenus 87. ff. de verb. signif.* crediderim etiam dictum amplioris, & ornatioris sermonis causa, sicuti annales suos exorditur, *Cornel. Tacit.* his verbis Vrbem Romam *d prin*
17 *cip.* Reges habuere, quodque vbi dicitur Vrbs Roma, perinde sit, ac si simpliciter diceretur Roma, tradit *Alciat. in l. 2. §. Roma, vers. quapro-*
18 *pter, ff. de verb. signif.* prout idem si dicatur Ciuitas Romana, *Menoch. de arbitr. Iud. cas.* 155.
19 *num.* 4. Continentia verò Vrbis, siue suburbia idem sunt, vt colligitur *ex cap. si Ciuitas, vbi etiam glos. de sent. excom. lib. 6 & ex l. 2. ff. de verb. signif. Menoch. de arbitr. iudic. cas.* 155.
20 *num.* 3. & quanta ea sint, Iudicis arbitrio relinquitur, *glos. dicto cap. si Ciuitas, verbo contiuentibus, Menoch. dicto cas. num.* 12. qui tamen ità
21 sentit, vbi ex statuto, vel consuetudine, vel vsu loquendi id ipsum non appareat, vt ibidem n. 13.

An autem hęc statuta extendantur etiam vltra continentia Romæ, apparet declaratio infra
22 *cap.* 42. *lib.* 1. vbi etiam inter districtuales præcipitur seruari Vrbis statuta, nisi in loco districtus in casu contingenti aliter per particularia statuta fuerit prouisum.

Porro districtus Vrbis passibus quadraginta millibus circumquaque finitur *de verb. signif. infra cap.* 197. *in prine.* & quomodo aliàs accipiatur vide *Felin. in cap. 2. de rescript. num.* 17. *verbo Distinctus*, qua de re etiam infra ad *cap.* 7 *Iitte. D. verbo Districtum plura dicemus.*

d Auctoritate) recte scribitur cũ, & vt hic fe-
23 ctũ est, sicuti ex quàmplurimis veterum monumẽtis obseruauit. *Alciat. pareg. Iur. lib. 2. cap. 9. in princip.* quod & pluribus aliis comprobauit, ac demonstrauit *Aldus Manutius in sua Ortographia ad verbum Auctor.* & auctoritas, cum verò significationes quinque hoc
24 verbum habere censeatur, vti considerat, *Alc. d. cap.* 12. *quem sequitur Spiegel. & Schard. in suis lexic. iur. verbo auctoritas*, prima est, vt ius rei suę vendicandæ qualibet vsucapione reiecta significet, vnde in *l. Atinia* dicebatur (quod subreptum erit) eius rei perpetua auctoritas esto, vti prius per eadem verba *l.* 12. *tabul.* cautum fuerat, de quibus legibus præter *Alciat.* meminit *Anton. Augustin. lib. de legi. in l. Atinia de usucapion. & in ll.* 12. *tabularum l.* 15. *de usucap.* qui tamen legit æterna auctoritas pro perpetua; alia significatio est, vt actionem pro re cuicta significet, vt apud Venuleium *l. fin. ff. de euict.* tertia cum pro iure accipitur, quod quis ab auctore, ideit venditore consecutus est, vt in *l. fin. ff. de pignor. act.* quarta pro Iudicis dicto, *vt l.* 1. *si cert. pet. in Cod. Theodos. §. de cætero*, quinta pro mandato, & iussu Principis: *vt. l. unic. de indulgen. reliquor. in Cod. Theodos.* ibi vix dum vno è Prouincia decedenti, cum nouis auctoritatibus alter excurrit, sic accipienda profe-
25 cto videtur auctoritas hoc loco, nempe pro mandato, & iussu Principis, nedum pro consensu,
26 quandoquidem mandauerat Summus Pontifex statuta ista compilari, & componi per egregios aliquot viros ad hãc prouinciam à se delegatos,
27 atque eadem mandato suo sic compilata, & composita, demum approbauit, & confirmauit, sicuti apertè, ac diserte legitur in ipsis litteris Pontificiis sub operis huius initiũ impressis, p quas statuta ipsa cõfirmãtur, datis ann. Incarnation. Dñicæ MDLXXX. vij. Kal. Iulij fuit autẽ planè ne-
28 cessaria hęc auctoritas, quia Populus Rom. Imperatori, & in eum omne Imperium suum, & potestatem antiquitus contulerat *l. fin. ubi Bald. numer.* 6. *C. de legi. l. unic. §. cum enim antiqua leg. C. de uetet. iur. enucl. §. sed quod Principi institit. de iur. nat. gen. & ciuil.* Vnde communis
29 est conclusio, quod Populus Romanus hodiè nõ possit condere leges, vti testatur, *Roman. consil.* 218. *num.* 3. quia nimirum, vt ex iuribus prædictis apparet, iurisdictio ab eo in Principem tran-
30 slata fuerit: statuta autem condere iurisdictionis est, & sine ea profecto statuta condi non possũt, *Rom. d. cons. n.* 1. qui ad citat *tex. in l. nulli.* 10. *C. de iuris. Socin.* qui etiã de communi *consil.* 60. *numero* 3. *volum.* 1. De translatione vero iuris,
31 potestatisque Romani Populi in Augustum Cæsarem habetur historia curiosè perlegenda apud *Conar. præl. quæstion. cap.* 1. *nu.* 3. ex probatissimis auctoribus eruditissimè contexta;
32 ab Imperatore verò illud ius, & potestas peruenit ad Romanum Pontificem ex donatione Constantini Magni Augusti in Beatum Siluestrum Pontificem, eiusque successores *cap. Constantinus* 2. *§. Vnde, ut Pontificalis apex non milescat* 96. *distinct. c. fundamenta de elect. in* 6. Quam
33 quidem donationem fusè comprobat auctoritatibus, & rationibus *Cardinal. Alban. tract. de donat. Constant. tom.* 15. *par.* 2. *inter tract. univer. iur. fol.* 667. *Afflict. ad constit. Neapolit. in prælud quæst.* 2. *numer.* 2. *& seq. Sander. de Visibili Monarch. Eccles. lib.* 7. *fol.* 308. *sub num.* 90. Vtque plures alios omittamus, *Cardinal. Bellarm. tom.* 1. *de controuers. Christ. fid. lib.* 2. *cap.* 9. *de Rom. Pontif. lib.* 5. Atque ad id sufficeret, vt ibi inquit idem Cardin. innocentia, & sanctitate vitæ, ac doctrina celeberrimus, præscriptio
34 800. annorum, & amplius, quæ iam cucurrit; neque enim controuerti potest hæc præscriptio saltem à donatione Ludouici Pii Imperatoris, de qua in *cap. ego Ludouicus* 63. *distinct. & apud*

Petrum

Petrum Messiam de Vitis Imperat. in vita eiusdem Ludouici. qui est in ordine 77. Imperatorum Romanorum. Postremò ut hanc sententiam citare sufficiat *Franciscum Burfatt. cons.* 124. *vol.* 1. qui dum Cardinalis Herculis Gonzagæ Sedis Apostolicæ Legati in Oecumenico Concilio Tridentino à Consiliis exitteret, ab eodem Cardinale requisitus, vt in medium proferret, quid sentiret de veritate, & validitate prædictæ donationis Constantini Imperatoris, in vnum congessit innumeros ferè, qui eam commemorarunt, & approbarunt, præsertim multos Imperatores, aliosque plurimos viros sanctitate, & doctrina celebres, præter Pontificias assertiones, Classes Theologorum, iuris vtriusque Doctorum, atque actestationes Historicorum, ac omnis ferè generis auctorum fide dignorum.

Quodq; Populi immediatè subiecti Sedi Apo-
35 stolicæ non possint condere statuta, & condita non valeant sine confirmatione Papæ; atque ita
36 seruari ex consuetudine, tradit *Bart. in l. omnes Populi sub numer. 4. ff. de iust. & iur. vbi*, & *Bald. n. 14. & Cacialup. nu. 10. Bald. cons. 407. sub n. 2. lib. 2.* quod expressè etiam probauit *Rot. in Ferretran. bonorum coram Buratto 3. Iunij 1613. numer. 1.* quæ impressa extat penes *Marchesan. de comission. tom. 2 fol. 552. in decis. Lud. postea Gregorij Papa XV. 267. num. 6.* Idque aliis decisionibus comprobat annot. ibidem
37 *num. 14.* Vbi verò statuta laicorum Ecclesiasticæ Ditionis à Summo Pontifice confirmata sint, planè sunt valida, & in eis cessat omnis defectus potestatis, etiam quoad personas Ecclesiasticas, vndè dixit *Bald. l. ex placito C. de rer. permut.* quod si Papa confirmat statuta Spoleti in forma specifica, eiusmodi statuta non dicuntur amplius
38 Spoletana, sed Papalia, & eorum transgressor punietur, vti transgressor statutorum Papalium, idem dixit *Alex. seu Barbat. inter cons. Alexan. cons. 123. numer. 17. lib. 4 Barbat. consil. 14. num. 24. vol. 2. Fel. in cap. 1. sub numer. 4. de sponsal. Dec. in cap. cum accessissent num. 12. & seq. de constit.* & ita tenere omnes testatur *Maluas. cons. 30. num. 28. Mandos. de Signat. gratiæ tit. de confirm. vers. statutorum etiam Ciuitatis Ber-*
39 *tazol. cons. ciuili 2. num. 2.* vbi asserit confirmationem operari, quod statutum censeatur ipsius
40 Principis confirmantis, & extendatur ad casum ad quem aliàs extendi non potest; confirmatio tamen ad hunc effectum, nempe, vt à confirmante
41 statuta denominentur, esse debet in forma specifica, & ex certa scientia, scilicet cum causæ cognitione, prout Doctores omnes intelligunt per *text. in cap. cum Apostolica 22. cum ibi not. per glos. verbo Confirmamus de præb. in 6. & in cap. venerabilis, vbi etiam Doct. de confirm. vtil. vel inutil. Alex. dicto cons 123. num. 17. lib. 4. Felin. in cap. 1. num. 4. de sponsal. Cardinal. Tusch. concluf. 67. num. 3. sub littera* N. *Alexand. cons. 59. num. 8. lib. 1. Oldrad. cons. 257. sub numero* 15.
42 vbi de communi: aliàs enim confirmatio in forma communi nihil iuris addit actui confirmato, *cap. 1. & ibi glos. in verbo Confirmatione de confirm. vtil. vel inutil. Tusch plenissimè probat concluf.* 708. Et quidem, quod attinet ad statuta Vrbis, de quibus præcipuè nos agimus, dubium plane nullum relinquitur, quin ex certa scientia,
43 & motu proprio Gregorij Papæ XIII. de Apostolicæ potestatis plenitudine approbata, & confirmata fuerint, hæc enim ipsa verba leguntur in litteris Sanctitatis suæ editis ad confirmationem eorundem statutorum. Quæ quidem clausulæ
44 singulæ per se nedum simul omnes, confirmationem reddunt in forma specifica cum causæ cognitione, & omni meliori modo *Gabri. de clauf. conclus. 1. & 2.* & sola clausula ex certa scientia
45 habet in se clausulam de plenitudine potestatis, *Gabriel. & plures alij Doctores ab eo relati dict.*
46 *concluf 1. num. 8.* & pariter continet clausulam motu proprio, idem *Gabriel. cum aliis citatis eadem concluf num. 18.* atque operatur, vt non liceat dubitare de eo, quod Papa asseruit, cum ex
47 hoc dicatur plenè informatus. *Gabriel.* plures alios sequutus, quos nominat eadem *concluf. 1. num. 29.* & paria sunt, quod in confirmatione
48 expressus sit tenor scripturæ confirmatæ, vel quod apposita sit clausula ex certa scientia, vt ex complurium auctoritate comprobat idem *Gabriel. ibidem num. 30. Mancin. de iuram. par. 4. effect. 1. num. 20.* & dubitare de viribus confir-
49 mationis cum clausula ex certa scientia, esset instar Sacrilegii, vt inquit *Oldrad. cons. 257. num. 13.* qui & alia plura de clausulæ huius effectibus congerit ibidem *num. 12. 14. & 15.* ad hæc pariter conferunt *not. per Card. Tusch. ad clausulas ex certa scientia, & de plenitudine potestatis concluf. 341. & seq. sub littera* C. & ad clausulam motu proprio *concluf. 405. sub littera M.* Quocirca de ipsis statutis nostris, quod ea robur
50 recipiant à confirmatione, & ideo dicantur Papalia, fusius comprobat *Honded. cons. 4. n 43. vol. 2. tradit Alciat. in cap. cum contingat num. 62. de iureiur. Barbat. cons. 14 num. 40. lib. 1. Gabriel. cons. 127. num. 24. lib. 1. Paris. consil. 27. num. 13. volum. 3. Graff. de effect. Cleric. assec. 2. numer. 148. Gratian. discept. forens cap. 913. num. 14. Mancin. de iuram. par. 4. effect. 1. num. 18. Pic. ad stat. Vrb. capit. 151. lib. 1. glos. 2. nu. 27. & glos. 4. num. 12. & glos. 23. numer. 10. Rot. decis. 452. num. 1. par. 1. diuers. & apud Cardin. Seraph. decis. 794. num. 26. par. 1. & decis. 1170. num. 3. par. 2. & in Balneoregien. bonorum 30. Octobris 1589. coram Cardinale Pamphilio impressa loco 249. decis. apud Pacific. de Salu. inter. num. 10. & aliàs vt ex annot. ad decis. Ludouis. 267. nu. 13.*

51 Sed amplius hæc statuta, Pontificis ipsius mãdato, & auctoritate planè apparent conditaexaminata, recognita, & compilata, sicuti apertè explicant Pontificiæ litteræ de ipsorum statuto-
52 rum confirmatione. quas quidem litteras, vt prædicta magis innotescerẽt, describi voluit Sanctitas sua in principio librorum eorundem statutorum, prout in eisdem litteris propè finem habetur; vnde statuta hęc merito, ac verè Papa-
53 lia sunt, si quidem omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur, vt dixit Imperator *in l. 1. §. sed neque C. de veter. iur. enucl. & Pontifex. in cap. si Apostolica 22. de præben. in 6. Abb. in cap. Ecclesia S. Mariæ numer. 5. littera S. vbi, & additio de consilit. dixit Rot in Gerunden. Canonicatus coram Ora no 11. Februarij 1588. numer. 4.* quæ habetur edita *per Pic. ad caput. 151. statut. Vrb. lib. 1. loc. 39.*

*loc.39.notat glo.in c.1.verb.auctoritate de transact.Card.Tusc.conclu.67. sub littera N. Marescott var.resol.lib.2.cap.67.num.14.*Vnde mirum non est, si etiam Rotę Romanę Oraculo eadem statuta Papalium statutorum titulo pas-
54 sim decorata fuerint, atq; adeò iudicatum, quod pariter ligent Clericos, & Laicos, Collegia, & Conuentus Religiosorum, & Ecclesias *Rot.diuer. decis.452.nu.1.par.1.diuer.*quę adducit aliam similem decisionem *coram Robusterio in causa Portuen.plani Vlmi* 1567. *Card. Seraph. decis.* 1170. *num.* 3.vbi citatur alia similis decisio *in Romana dotis coram Robusterio,idē Seraph.decis. 794.nn.26 & deci.* 153.*nu.* 1. vbi citat aliam similem decisionem *coram Robusterio in causa Romana decem millium.Rota in Romana de Carÿs vltima Februarÿ* 1589. *coram Card. Blanchetto.Balneoregien bonorum coram Card.Hieronymo Pamphilio* 30.*Octobris* 1589. *impressa ad tractatum Pacific.de Saluiano interdicto loc.*249. inter decisiones postremæ editionis, quæ decisio num 10.habet, quod Rota sæpius in pluribus causis resolverit, quod statuta Vrbis, vt potè condita mandato Papę, & à deputatis ab eo, sint Papalia. Idem præcisè dicitur apud *Greg.XV.decis.*267.*lit.D.vbi, & annot.num.*13. *Seraph. de-*
55 *cis.*819.*nu.*2.vbi quod ideo hæc statuta locum habent, etiam vbi agitur cum Ecclesia, ad hęc itidem *Rota in Romana Census, seu reconuentionis corā Litta* 12.*Maÿ* 1606.quod quæ cōprehendant etiā Clericos, & bona intuitu Ecclesiæ
56 acquisita *Rot.diuer.decis.*379.*par.*1. vbi etiam *allegd.Portuen. plani Vlmi coram Robusterio,*
57 atque procedunt eadem statuta pariter in causis spiritualibus *Rota coram Cardinale Marquemontio in Romana separationis Thori* 2. *Decembris* 1605.quæ decisio confirmata fuit 16.*Ianuarÿ* 1606.*quæ vltima decisio impressa legitur apud Pacif.de Salu interd.loco* 250.*postremæ editionis Rota coram Cardinale Virili in Rom. Hared. de Arigonÿs* 13.*Ianuarÿ* 1627.vbi expressè legitur quod statutū de duabus conformibus ligat etiam Clericos, & Prælatos,quia est *Papale. Rota coram Card.Caualer. decis.*257.*n.*3.*& seq.* vbi quod statuta Vrbis sunt Papalia,& ideo possunt tollere Iuramentum. Ex quibus omnibus plane iam exploratum habetur, quod in *S.*Rota, & quidem diù receptissimum fuerit axioma istud, quod Vrbis Romę statuta sint Papalia, & ligent etiam Clericos,& personas Ecclesiasticas ita,vt vel ipsius Rotę testimonio *apud Card.Marquemon.d. dec.*150.*nu.*1. nunquā antea in decisionibus Ro-
58 talibus considerata fuerit materia rei cōtrouersę,sed solū auctoritas statuti,vt potè Papalis, & conditi per deputatos à Papa, & hæc fuit ratio,super qua tot decisiones fuerūt fundatę quod vtiq; dictum fuit expressè in *dicta Romana de Carÿs vltima Februarÿ* 1589.*coram Card. Blāchetto.*Verum licet sufficere videretur, quod Rota ità sæpius & consulto dixerit, prout de dictis Pythagorę traditū est,quę neutiquàm in dubium
59 reuocabātur, nihilominus,quia cōtigit,quod idē axioma reprobatū videatur in tribus sat recentibus decisionibus,de quibus infrà opportunè meminerimus. Ideo in mediū hoc loco proferendę videntur euidentes,& fortissimæ rationes, quibus hæc ipsa propositio planè videtur comprobari posse: & primò quidem consideratur, quod duo sunt, ex quibus simul iunctis vis, & effectus
60 statuti dependet, nempe potestas, & voluntas, sicuti de omnibus alijs humanis actibus prædicatur *Alex.cons.*52. *num.*30.*lib.*4.qui hoc asserit ex sententia Boetii philosophi, cum quo inquit Doct.omnes conuenire *Barb.de statutis loquens inter cons.Alex.cons.*123.*nu.* 1. *eod.lib. Bald. in in l.omne verbum num.*8.C.*commun. de leg. per illum tex.& cons.*326.*sub num.*2. *vol.*1. *probat tex.in cap.*23.*cum super Abbatia de offic. delegat. vbi Dec. num.*42. *Io. Andr. & alÿ.facit tex. in cap. super inordinata* 35.*de praben. vers. qui velit,& possit, & in cap.ad hæc* 6 *de appell. Rolan.*
61 *cons.*39.*n.*20. vbi quod ex potestate, & voluntate omnium humanorum actuum constat effectus *Abb.cons.*3 *nitar num.*5. *vers. in omni enim dispositione requiritur potestas, & voluntas Mandos. ad regul. Cancell. regul.* 13. *quæst.* 8. *nu.* 2.*Cardin.Tusc. conclus.* 127. *num.* 7. *sub littera A. vbi & num.* 8. hoc exprimit de Papa; de potestate autem Papæ ad validitatem nostro-
62 rum statutorum etiam quoad personas, & bona Ecclesiastica absit, vt quisquam dubitet per *tex.in cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ cum ibi not. de constit. facit tex.in cap.cuncta per mundum* 1. *&* 2. *& in cap.per principalem* 9. *quæst.* 3. *& in cap duo sunt* 96. *distin.* De voluntate etiam mi-
63 nimè dubitari potest, primo quia Ecclesia, ficq; pariter eius personæ, & bona alioqui regantur iure communi, nisi vbi expressum habeant priuilegium, adhibita tamen distinctione, de qua in *cap.* 1. *vbi glo. verbo adiuuantur & Doct. de nou. oper. nunc.*probat *tex. in cap.* 1. *de alien. feud. not. Salic. in auth. qui rem sub nu.* 2.C.*de Sacrosc. Eccl. Dec.cons.*121.*n.* 2. *lit.B.Corbul. de emphyt.tit.de cauſ.prin.ob non solut. tan. amplia* 20. *nu.*8. *in fin.Capr. concl.* 15.*nu.*4. *& concl.* 16.*nu.*3. *& seq. Felin. in cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ num.* 37. vbi quod leges Imperatorum comprehendunt etiam Clericos plenissimè *Maseard. de stat.conclus.* 1.*num.* 222. consequenter credendum est, ita pariter voluisse Gregoriū XIII.Sum. Pont.auctorem nostrorum statu
64 torum;quia regula est, quod statuentes censeantur velle se confirmare cum dispositione iuris cō
65 munis,& statuta ita debēt intelligi,vt minus cor-
66 rigant ius commune,acvt reducantur ad cōcordiam cum iure communi,quantum fieri potest,vt sentiunt *DD.communiter in l.fin. §. in computatione C.de in. delib.in l.omnes populi ff. de iure iur.& in l.*2.*vbi etiam glo.C.de noxal.act.Canonista in c.cum dilectus de consuet.* & alii relati, *per Masca.tract.de stat.qui de ista cōmuni opin. testatur concl.*12.*nu.*1. *&* 2.

Porrò hæc statuentium voluntas circa comprehensionem Ecclesiæ,& personarum eius comprobatur ex simplicibus, & generalibus verbis statutorum, quæ quidem verba comprehendunt omnes scilicet tam Laicos, quam Clericos propter Iuris regulam, quod verba simpliciter pro-
67 lata intelligi debent generaliter *l.*1.*§.generaliter ff.de leg.præst.l.*3.*ff de off.Præsid.l.si quis seruum §.non dixit Prator ff.de acq.hared.cum similibus* & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus *d.l.* 3. *§. ibi* nec distinguitur; vbi etiam *glos. ff. de offic. Præsid. l. Imperator* ibi nec

adhibetur distinctio *ff.de postul.* atq; regula prædicta de verbis simplicibus generaliter intelligendis procedit etiam in casibus habentibus maiorem rationem: nam casus omnes pares sub dispositione etiam statutaria pariter continentur per *tex.in l.1.§.quod autem ff.de aleat.& in l.fin. §.uxori ff.de aur.& argen leg.not.Duen. regul.* 133.*ampliat.*1. quoniam statuentes, qui non distinxerunt casum maiorem in se rationem habentem, omnia sub generalitate statuti censentur cõprehendere voluisse *Burſatt.conſ.*40.*nu.* 6.*lib.* 1. *Dec.conſ.*5.*nu.*2.*& conſ.*20.*ſub nu.*3.*verſ.quare vt ſupra dixi,& conſ* 536.*nu.*9. vnde fit quod statutum loquendo per verba, generalia cõprehendat etiã minores, furiosos, absentes, & similes, licet eis in aliquibus casibus à iure cõcedatur aliqua prærogatiua *Alex.conſ.*119.*num.* 34. *lib.* 6. *Romã.ſingul.*316 tu auditti, & tcã cõmuniter tenent *Doct.teſte Oddo de reſtit.in integr.p.*1. *q.*4. *art.*7.*n.*48. *Male.de ſtat.concl.*5.*n.*36. Tertio de hac voluntate apertè constare videtur ex proœmio confirmationis statutorum ibi & deniq; ipsemet canonicæ sanctiones &c. voluit enim Summus Pontifex etiam prouidere vbi canonicæ sanctiones non conueniebant in cõtrouersijs diriməndis, alijsq; rebus explicandis, prout tempus, moresq; postularent, & subiungit hæc verba. ne quid abeis, Populo Romano scilicet, in cõcessa sibi facultate desiderari cõtingat, priuatas leges, siuè statuta præsentibus tẽporibus, ac negotijs cõgruẽtia, sibi condere nostris auctoritate, ac præsidijs freti instituerũt. Ergo Papa voluit, quod statuta disponerẽt etiã quoad sacros Cãones, vbi conuenire videretur, ficq; in statutis ipsis etiã Clericos & personas Ecclesiasticas cõprehendi, quę quidẽ, & eorũ bona alias iuri canonico subsunt per *tex. etĩ ibi not.in c.Eccl.S.Maria de cõſt.* nã ex proœmio colligitur mẽs, & intẽtio statuentiũ per *tex. in l.item quia* 4. *§. fin.ff. de pact.& in l.fin.ff. de hæred.inſtit. vbi Bart.Ros deciſ.*153.*nu.*4. *& deciſ.* 185.*num.*4 vbi quod proœmium obtinet rationem causæ finalis, & statuti, & lumen præstat ad repellendas omnes subsequentes ambiguitates, & *deciſ.*221.*nu.*3.*par.*1. *diuerſ. Antonin.var. reſol.lib.*3. *reſol.*15.*nu.*8. *Molin. de primogen.lib.*1.*cap.*5.*nu.*7 Veruntamen negari non potest quin dici possit de defectu voluntatis Papæ in casibus quibusdam, nempe vbi verisimile sit Papam noluisse aliquid comprehendi sub simpli ci, & generali dispositione, vt per *Bald. in l. reſcripta num* 6.*C.de prec.Imper.offeren.Carain. Tuſc. concluſ.* 271. *num.* 1. *& ſeq. ſub littera I.* Et procedit concl. etiam vbi Papa in dispositione apposuisset clausulas motu proprio, & ex certa scientia *Tusc.ead.concl.n.*13. *Pariſ.loquens de clauſ motu proprio conſ.*1.*nu.* 74. *vbi teſtatur de communi Doct.opin.Gabriel.concl.*2.*de clauſ.nu.* 20. & de defectu voluntatis Papæ dici posse in casu statuti Vrbis *cap.*124.*lib.*1.*dixit Ros coram Gypsio in deciſ.*38.*n.*3.*impreſſ.per Pic.ad cap* 151. *Stat Vrb.* arguitur namque à verisimili, quod in iure frequens est & validum argumentum, quippe cum illud habeatur pro dispositio, quod verisimiliter fuisset dispositum, si statuens, seù disponens de eo fuisset interrogatus per *tex in l.*40. *tale pactum §. fin. vbi Doct.ff de pact. & in l. ſi extraneus ff.de condit.cauſ.dat.* idque procedit siuè aliquid statuatur per modum conuentionis, siuè per modum legis municipalis, siuè per modum rescripti, vt per *Bald. Caſtren. & alios in. d.l.tale pactum §.fin Aym.conſ.* 298.*num.*16. *Euer.in ſuis loc. argum. loco a veriſimili num.* 3. *Gabriel.concluſ.*2.*de ſtat.nu.* 21. Vnde & statutorum generalis dispositio restringitur ex verisimili mente statuentium *Aym. conſ.*70.*num.* 15. *& conſ* 221.*num.*7. *Angel.conſ.* 248. *Philippus col.*2. vbi dixit nullam esse dispositionem tam generalem, quæ non restringatur ad ea, de quibus verisimiliter statuentes cogitarunt *Iaſ. in dicta l.ſi extraneus num.*13. *ff de cond. cauſ dat.* qui inquit nullam esse dispositionem adeo generalem; quæ non recipiat interpretationem a verisimili: & pro statuto habetur, quod verisimile est fuisse certò statutum à legislatore, si de hoc fuisset interrogatus *Bald.conſ.*57. *num.*6. *vol.*5. & verisimilitudo habetur pro lege *Olarad. conſ.* 13. *in fin.* cum quæstio: & allegans verisimilitudinem dicitur habere textum legis pro se, ex quo lex mandat verisimilitudinem obseruari *Aym. conſ* 297. *num* 6. *Cardin Tusc. concius.*161. *nu.* 9. *ſub littera V. not. Maſcard.de ſtat. concl.*3. *num.* 160. Itaque ad rem nostram defectus voluntatis Papæ deducitur primo, vbi alias ex generalibus verbis statutorum in aliquo casu libertas Ecclesiastica læderetur, nam in generali confirmatione statutorum non intelligitur velle Papam ea confirmare, quæ sunt contra libertatem Ecclesiarum *Bald. in l.omnes populi num.* 37. *ff. de iuſt.& iur.Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num.* 4. *de conſtit. & cap.*2.*num.* 40. *de reſcript.* quod vtique de statutis nostris dixit *Rota coram Cardin. Marquemontio in Romana ſeparationis thori nu.*11. *impreſſa per Pacif. de Salu. interd.inter deciſ.loc.* 250. vnde etiã sequitur, vt quod dictum est, statuta Vrbis comprehendere etiam Clericos, & personas, & causas Ecclesiasticas, & spirituales, ita debeat intelligi, scilicet dummodo de personis, & causis prædictis ab Ecclesiasticis, & competentibus iudicibus cognoscatur, vti bene declarauit *Rota in dicta deciſ. coram Cardinali Marquemontio nu.* 11. Nec enim statuta quantumuis auctoritate Papali munita extenduntur ad casus, in quibus Ecclesiastica Iurisdictio læderetur, quia neque Papa, neque statuentes id voluerunt iuxta *trad. per Felin. in cap.* 2. *num.* 40. *& ſequen. de reſcript.* Vnde exempli gratia non valet illa consequentia, causa separationis thori comprehenditur in statuto, ergo in Foro Capitolino cognosci potest, vt bene explicatur in prædictis deciſſ. in fin. Cum certum sit, quod Iudex Ecclesiasticus cognoscit de personis Ecclesiasticis, & de causis spiritualibus, seù ad Ecclesiam pertinentibus, & quidem priuatiuè quoad Iudicẽ laicum regulariter loquendo *e.at ſi Clerici* 4. *& cap.cum non ab homine* 10. *de Iudic. cap.* 2. *& ibi glo. de For.comp.cap. Clericum* 3. 11. *quæſt.* 1. *quam concluſionem ſuisè proſequitur Scacc.lib.* 1. *de Iudic. cap.*11. *num.* 14. *& ſeqq. & comprobauit Rota coram Reuerendiſſ. D.meo Coccino Decano in Romana Domus de Scapuccijs* 19. *Ianuarij* 1611. *quæ eſt* 218. *in impreſſ. per Pacific. ad tract. de Salutan interdicto in poſtrema editione.* Verum statuta nostra seruanda sunt

in

91 in deciſorijs, atque etiam in ordinatorijs Iudicij in ſuis caſibus, & coram ſuis Iudicibus *iux. mot. ſuperius in præfatione verſ. atque amplius.* Secundo defectus voluntatis Papæ obijci poſſet,
92 vbi materia ſubiecta non permitteret ſeruari Ius Ciuile, veluti ſi ageretur de re concernente peccatum: exemplum etiam eſſe poteſt, quando diſputaretur ſuper Iuramento; In qua quidem co-
93 gnitione Ius Canonicum etiã per Iudices Laicos ſeruari debet; probat *tex cum ibi not. in c. 2. de iur. iur. in 6. Abb. in c. ſi cautio nu. 25. in fin. de fid. Inſtr. Felin. in c. Sanctæ Mariæ nu. 54. de conſtit. Marant. in ſuo ſpecul. p. 3. principali n. 73. Afflict. deciſ 322. n. 5. Seraph. de priuil. Iuram. priuil 86. ſub nu. 4. & ſeq. Mancin. de Iuram. par. 4. effect. 219. nu. 3. Rot. coram Reuer. ndiſſ. D. meo Decano in Romana Donationis de Caſtellanis*, in qua quidem meritò dictum fuit in ſecundo reſponſo ad obiecta, attendi debere Ius Canonicum, non autem ſtatutum Vrbis propter Iuramẽtum, de quo agebatur, ex quo planè fundamento optimè ſuſtineretur illa deciſio, quæ planè abundat etiam aliis firmiſſimis propoſitionibus Iuris, vti infra comprobauimus *ad cap. 42. hoc tod. lib. in fin.*

Tertio defectus volũtatis Papæ, quo ad obſer-
94 uantiã noſtrorũ ſtatutorum, conſiderari, & opponi poſſe videtur pro perſonis, & cauſis Eccleſiaſticis, quando reperiuntur Iure aliàs ſpecialiter
95 priuilegiatæ, nam per conſtitutiones generales non cenſetur auferri priuilegium in caſu certo à Iure communi conceſſum *l. Decurionibus, & ibi gloſ. 1. de Silentiar. lib. 12. Bald. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ nu. 14 verſ. tertia gloſa dicit de conſtit. Calcan. conſ. 13 n 4. & ſeq. Rot. coram Card. Blãchetto in Romana ſucceſſionis 13. Martij 1586. Bruniten. deciſ. 76. n. 10. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 14 n. 104.* & plures alij ab eo relati, *Gratian diſcept. 710. n. 29 & diſcept. 895. nu. 48.* quibus in locis plures deciſiones, & Doctores allegat *Gabr. concl. 1. de legib n. 1. & ſeqq. Maſcar. de ſtat. concl. 5. nu. 32.* & in huiuſmodi caſibus locuta eſt Rota *in Romana relocationis Domus 13. Martij 1595. coram Gypſio, & in cauſa relocationis Caſalis 16. Martij 1615. coram Card. Sacrato* & recẽtius *in Romana penſionis Prioratus 4. Februarij 1630. coram R.P.D. Pirouano*, qua de re nos fuſius egimus infra *ad caput 124. lib. 1.* vbi diſputata quæſtione illa, an ſtatutum illud comprehendat bona Eccleſiarũ, libenter adhæſimus opinioni ſacræ Rotæ, quam meritò veneramur, quia Eccleſia in caſu ſtatuti ſpeciali priuilegio Iuris Pontificij, immo, & Cæſarei munita cenſebatur. Et cum prædictis declarationibus, ac moderationibus planè videtur ſubſiſtere cõcluſio antiquarum deciſionum, & aliarũ ſuperiùs enunciatarũ, quas, & plurimi Iuris Interpretes ſecuti ſunt, & concelebrarunt, nempe quod ſtatuta noſtra ſint Papalia, & ideo cõprehendant etiam perſonas, & cauſas Eccleſiaſticas, quicquid dixerit *Marchef.* cõtrariũ abſolutè tenens *ad cõmiſſ. nullit. Sanator. p. 3. §. 3. fol. mihi 170.* vbi tamen ingenuè fatetur Rotam aliter ſenſiſſe, & ideo petit veniã nimię curioſitatis, & audaciæ (hæc aũt eius verba) ſiquidem in ipſis principijs hallucinatur, & à recto tramite prorsus abberrat, dum nimirũ ponit, quod ſtatuta hæc ſint ſtatuta Laicorũ, vnde, & reliqua tali fundamento ſubnixa pariter corruere neceſſe eſt ad *tex. in l. 1. ff. de orig. Iur. & in cap. cum Paulus 1. queſt. 1.* & nihilominus ſingula eius argumenta planè diſſoluta apparent ex deductis ſuperius. Non obſtat argumentũ, de quo in tribus recentioribus deciſionibus ſcilicet *in Romana pẽſionis 4. Februarij 1630. coram R.P.D. Pirouano in Romana fideiuſſionis 4. Martij 1630 coram R.P.D. Merlino, ac demum in Romana donationis de Caſtellanis 23. Iun. 1631. coram R.D. meo Cocceino Decano*, nẽpe quod vbi ſtatuta voluerũt cõprehẽdere perſonas Eccleſiaſticas, de illis expreſsa cõtractibus prohibitis, cũ alijs familias c. 152. & in altero de duabus cõformibus c. 180. quoniã ad d. c. 152. Dicimus expreſsionem verbi illius Clerici ideo factam, vt comprehenderetur caſus mixtus, nempe vbi filij familias eſſent etiam
96 Clerici cum alioqui caſus mixtus non veniat ſub ſtatuto loquente in caſu ſimplici, vt eſt communis Doct. opin. de qua teſtatur *Socin conſ. 28. nu. 22. lib. 4. Tiraq. de leg. connub. gloſ. 5. nu. 71. verſ. ſed & hoc potiſſimum ad finem* quos cum aliis plurimis refert, & ſequitur *Polid. Rip. de noctur. temp. cap. 4. ſub nu. 48. a fin.* cõplures pariter referens *in ſua praxi in princ. cap. 4. n. 7. verſ. quod comprobatur Maſcard. de ſtat. concluſ. 4. nu. 20.* Addimus etiam expreſſionem verbi illius Clerici factã dici poſſe, vt pote de caſu magis dubitabili, quia filij familias Clerici hoc habent ex priuilegio, de quo *in cap. ſi annum de Iudic. in 6.* quod ſi-
97 ne conſenſu Patris in Iudicio eſſe poſſint, vnde forte argui poterat, quod vtiq; ſine Patris conſenſu contrahere poſſint, cum valeat argumen-
98 tũ à cõtractibus ad Iudicia, vt per *Everar. in ſuis locis argumẽtãdi loco 39.* quo circa placuit ſtatuerí bus expreſsim nullas reddere obligationes filiorũ familias Clericorũ in quocunq; contractu ſine cõ ſenſu parentũ factas, ne locus relinqueretur diſputandi de validitate eiusmodi obligationũ, non autẽ ex eo, quia Clerici ſub hoc ſtatuto nõ cõpre hendãtur, nã ea eſt natura dictionis etiã, vt exprimat caſũ magis dubitabilẽ, & implicet minus du
99 bitabilẽ *l. etiã 141. ff. de verb. ſignif. l. ſeruentieiutiã C. de Epiſc. & Cler. l. etiã C. ſi tutor. vel cur. Mo-nech. de arbit. Lud. lib. 1. q. 49. n. 8 & de præſumpt. lib. 4. q. 180. n. 52. Card. Seraph. dec. 530. n. 16.* tertiũ accedat reſponſũ ad ſuperius deductũ argumentum, nẽpè quod Clerici hoc ſtatuto expreſſè
100 nominati fuerint ad abundãtiorẽ cautelã, pro vt ad eiuſmodi argumẽtũ, licet in alio caſu reſponderetur in allegata *deciſ. coram Card. Marguemõtio 250 ad Pacif. de Salu. inter. n 9.* Sicuti pariter tale argumentũ in alio caſu ſimili euitatur in *Baineo-regien. in fin. coram Card. Hieronymo Pamphilio 30. Octob. 1589.* impreſſa itidem per *Pacifie. ad trac. Salu. inter. num. 249. inter deciſ.* & quia
101 plus timeri ſolet, quod ſpecialiter iniungitur, quam quod generaliter imperatur *c. 11. ſi aduerſus de hæret. cap. quamquam 23. diſtin. vbi gloſ. in verb. plus*, vnde in cauſis prædictorũ iurium ſpecialia decreta emanarunt, licet antea alij Sac. Canones eadẽ generalibus verbis cõplexa eſſẽt, quod verò attinet ad *cap. 180.* ideo ibi expreſsũ fuit, quod in omnibus Curijs ſtatutũ illud ſeruari deberet, quia cũ ſit ordinatoriũ Iudicij, nõ autem deciſorium *Put. deciſ 416. n. 1. lib. 2. & deciſ 469.*
102 *nu. 1 eodem lib.* in Foro Capitolino alias ſeruandum fuiſſet neceſſariò, non autem in aliis Tribunalibus. *Rotæ deciſ. apud Gregorium Pap. Decimumquintum 352. nu. 7.* cum aliis ibidem

fecerunt mentionẽ, vt in

allegatis in annot. num. 11. *& diuers.* 412. *num.* 8. *par.* 1. vbi prædicta expressè leguntur *in fin. ipsius decisionis*, quæ refert ad id ipsum *decisionem alteram coram Binarino*, quæ emanauerat in *Roman. mediolatis domus de Gaddis* 12 *Februarij* 1571. *Put. decis.* 416. *lib.* 2. *num.* 1. *& decis.* 469. *eodem libro.* Vnde prorsus cessat argumentum supradictum in quo uis magna alioqui fieri videbatur. Demum ad fauorem Ecclesiæ noluimus prætermittere quod, quando statutum Laicorum est fauorabile Ecclesiæ, potest Ecclesia eo uti iuxta communem Canonistarum sententiam *Hostien. in cap. fin. sub num* 11. *de solut.* & ibi etiam *Anb. num.* 20. *Imol. num.* 36. *&* 37. & notant etiam *Canonista in cap. Ecclesia Sancta Maria de constit.* vbi præcipuè *Abb. num.* 37. & latius cæteris *Felin.* qui materiam plenissimè tractat, *& Dec. num.* 52. 69. *&* 70. *& cap.* 1. *de non. optr. nunc. idem Abb. in cap. fin. num.* 2. *de cens. & bonest. cler. Alex. cons.* 121. *nu.* 20. *lib.* 2. vbi affert rationem, quod eo ipso, quod lex, seu statutum laicale est fauorabile, censetur approbatum ab Ecclesia, *& cons.* 123. *num.* 8. *lib.* 3. *Grat. cons.* 162. *num.* 3. *lib.* 2. *Lap. allegat.* 101. *num.* 14. *& allegat.* 100. *num.* 8. *vsque ad fin. Gemin. in cap. fin. de offic. deleg. in* 6. *Franciscus de Cirier. tract. de primogen. lib.* 1. *quæst.* 24. *num.* 33. *tract. tom.* 10. *par.* 1. *fol.* 36. *Ioan. Bertach. de Episc. par.* 1 *lib.* 4. *num.* 97. *in fin. vers. sed an Clerici tract. tom.* 13. *par.* 2. *fol.* 353. *Mandos. tract. annal. cas. num.* 135. *vers. & quod Clerici. Iaf. in l. de quibus num.* 12. *ff. de leg. Brun. in tract. de stat. art.* 12. *num.* 173. *Surd. de alim. tit.* 2. *q.* 35. *nu.* 62. *& cons.* 301. *n.* 14. vbi quod licet Clerici non ligentur statuto laicorum, possunt nihilominus illo vti, quando sibi est fauorabile *Surd. cons.* 560. *n.* 13. *Carol. de Graff. de effect. effect.* 21 *n.* 485. cum alijs pluribus, quos referunt *præc. Doctor.* ex quibus patet hanc conclusionem esse verissimam, & dixit *Rot. in Parien bonor.* 28. *Febr* 1578 *cor Card. Lanuil. Sen. & in Mediol. hæredit.* 11. *Mart* 1596 *coram Card. Millino addem. ad dec. Greg.* 279 *n.* 24 Nec est incõueniens, quod contractus possit sustineri, vel impugnari ad libitũ, quia in hoc consistit priuilegium Ecclesiæ, vt ad eius fauorem contractus
104 possit claudicare. *Gratian. disc. forens.* 202. *n.* 2. *Franc. dec.* 285. *n.* 5. *Rot. dec.* 286 *n.* 3. *p.* 2. *in recens. & benè Beltram. in addit. ad dec. Greg. XV.* 467. *n* 16. *vbi alleg. Surd. Pinel. Hond. Mant. & alios.*

E 105 Sanctissimi) hoc titulo Pontificẽ Romanũ veteres omnes appellãr, teste Card. Bellarm. præclarissimę memo-
106 riæ, qui instar omniũ nobis esse potest *c.* 31. *lib.* C. *de Rom. Pont. lib.* 2. *c.* 1, *de controu. Christ. fid.* vtq; nihilominus antiquissimis monimentis, id ipsum perspicuè docetur. Constantinus Magnus Imp. in Edicto suo ita posuit, sanctiss. ac Beatiss. Patri Patrum Siluestro Vrbis Romæ Episcopo, &c habetur hoc edictum *t.* 1. *conc. impress. Colonien. anno* 1618. *p.* 1. *pag.* 251 sic Epist. Synod. in Conc. Epiri ad Hormisdam Pap. D N. per cuncta Sanctiss. ac Beatiss. Patri Patrum Cõministro, & Principi Episcoporum Hormisda Papæ, quę quidem Epist. habetur *t.* 2. *Conc. impress. Colon.* 1618. *p.* 1. *pag.* 365. *& in eodem impress. Colon. habetur t.* 4. *est pag.* 302. *& inter Epist. Hormisdæ est post Epist.* 7.

Incipit si dignis præmiis: exscripsisse eam ex Codicibus manuscriptis bibliothecæ Vaticanæ, & annalibus suis integram inseruisse, vnà cum alijs, in quibus eadem habetur nomenclatura, asserit doctrina non minus, quàm vitæ Sanctimonia ce-
107 leberrimus Card. Cæsar Baronius in martyrologio à se edito, notatione ad diem decimam Ianuarij littera C. verbo Papæ, idem titulus legitur attributus in Concilio Chalcedonensi actio. 3. Leoni primo Romano Pontifici in tribus Epistolis diuersorum Grecorum, quarum omnium initiũ est, Sanctissimo, & Beatissimo vniuersali Archiepiscopo, & Patriarchæ Magnæ Romæ Leoni. idipsum ratio ipsa suggerit, ac persuadet, quis enim Sanctum dubitet esse, quem apex tantæ dignitatis attollit, in quo si desunt bona acquisita per meritum, sufficiunt, quæ à loci decessore, Petro scilicet, præstantur, aut enim claros ad hæc fastigia erigit, aut qui eriguntur illustrat, sic inquit Symmachus Papa, cuius verba referuntur *cap* 1. *dist.*
108 40. Vnde præsumitur pro Sanctitate Romani Põ-
109 tificis, quia hæreditatem Sanctitas recipit, vt *ibi ibid. glos. verb. qui recipit, & Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 87. *n.* 2. Accedat hisce, quod nomen sæpè ab eo ducitur, quod fieri debet, licet
110 aliquando non fiat; vnde retenta aliquorum opinione, quod Pontifex ex vocabuli ethymologia
111 dicatur quasi Pontem faciens, & Imperator dica-
112 tur Augustus ab augendo; nihilominus, si Pontifex aliquis pontem non faciat, nempè ad vitam æternam, & Augustus Imperii corpus non augeat, Pontificem tamen, & Augustum appellamus, *Abb. in cap.* 1. *sub num.* 36. *de iudic. Iaf. in l.* 1 *num.* 25. *ff. de acquir. poss. Spiegel. in Lexic. iur. verbo Pontificem, & Augustum Lancellot. Conrad. in Templo omn. iudic. lib.* 2. *cap.* 1. *q.* 1. *sub n.* 1. *Euer. in Centur. suo loco ab ethymologia sub num.* 110 Non est autem cur alia adeamus exempla huius Tituli Papæ Romano inscripti post antiquiora illa sæcula, siquidem ea apud scriptores, præsertim Ecclesiasticos, passim apparent, vbi ad Romanos Pontifices verba fiãt, vel Epistolæ dirigantur, vnde meritò quidem
113 *Petrus Gregorius Syntagm. iur. lib.* 15. *cap.* 2. *in fin.* lapsũ inquit *Albertum Krantzium l.* 5. *c.* 38. negantem, quod Summus Pontifex olim dictus
114 sit Pater, & sanctissimus Dominus; & Henricus Kalteisen in Concilio Basileensi, vbi tres dies perorauit de hac appellatione dixit appositè, & explicuit, quonammodo Sanctitas Romano Pontifici attribueretur *tom.* 4. *Concil. par.* 1. *pag.* 339. *&* 367. licet hæretici vt Romanam Ecclesiam odere, ità hunc laudis, honorisque Titulum Romano Pontifici delatum ferre nequeant.

F 115 Domini Nostri) hoc etiam nomine antiquitas Romanos Pontifices venerata est, vti præcipuè constat ex Epistola Synodali in Concilio Epiri ad Hormisdam Papam citata in præcedenti annotatione, & in actio 2. Concilij Calcedonen. vbi Aetius Episcopus Nicopolis vocat Sanctum Leonem primum, Dominum nostrum, & Sanctissimum Papam, vti obseruauit *Cardinalis Bellarminus cap.* 31. *de Romanis Pontificibus libro secundo littera* C. *versic. quicquid tom. primo de controu. Christ. fid.* quo titulo subiungit, nullus

alius

alius hæreticis noſtri temporis magis diſplicet, cum tamen is olim non diſplicuerit vniuerſo Concilio, ac Senatui, & Iudicibus, quibus audientibus Actius dixit: Quoniam nunc Domino noſtro, & Sanctiſſimo Papæ lecta eſt Epiſtola, &c.

G Gregorii XIII.) fuit is XIII. huius nominis Pontifex, At in Catalogo Pontificum 235. Præter robur, ac firmitatē recipiunt æquè conſpicuum ornamētū ſtatuta noſtra felicibus auſpicijs, ac immortali no
116 mine tanti Principis; Is nāq. verè fuit inſignis charitate, iuſtitia, maieſtate, ac deprædicanda in omnes gentes liberalitate, & illi verè conuenit Dauidicum præconium, Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum.

In Vrbe vjuit, viuetquè perpetuò, imò in Orbe Terrarum tam veteri, quam nouo glorioſa huius Principis memoria; & iure quidē S.P.Q.R.
117 ſtatuam ei marmoream, cum inſcriptione præclara ob maxima beneficia accepta in Aula Aedium Senatoris collocauit in hæc verba.

Superius

GREGORIO XIII.
PONT. MAX.

OB farinæ vectigal ſublatum, Vrbem Templis, & operibus magnificentiſſimè exornatam H. S. Octingenties ſingulari beneficentia in egenos diſtributum, ob Seminaria exterarum Nationum in Vrbe, ac toto penè Terrarum Orbe Religionis propagandę cauſa inſtituta, ob paternam in omnes gentes charitatem, qua ex vltimis noui Orbis Inſulis Iaponicorum Regum Legatos triennij nauigatione ad obedientiam Sedi Apoſtolicæ exhibendam, primum venientes Romam pro Pontificia dignitate accepit.

S. P. Q. R.

Inferius

GREGORIO XIII. PONT. MAX. OPT. PRINCIPI.

HVgoni Boncompagno Bononienſi, qui per Rom. Magiſtratus, & Eccleſiaſticas dignitates iuſtitiam, & pietatem colens, ad Pontificiam Sedem euectus, vniuerſam Rempub. Chriſtianam ſumma prouidentia, & charitate moderatur.

S. P. Q. R.

Præcipuam verò, æternamque gloriam illi
119 compararunt innumera ferè Collegia ad propugnandam, & propagandam Catholicam fidem vbique Terrarum extructa, & fundata, quæ exquiſito ordine in Aula maxima Collegij Romani laudatiſſimæ Societatis Ieſu deſcripta recenſentur.

H Pont. Opt. Max.) Fuit quippe omni tempore Sacer Magiſtratus huius nominis, & Sacrorum
120 penes ipſum Summa poteſtas; ſic in veteri Teſtamento apud Hebræos inſtituti fuerunt Principes Sacerdotum, ſcilicet re ipſa Pontifices Maximi à
121 Deo per Moyſen, qui ex præcepto Domini Aa-
122 ron in Summum Pontificem vnxit, *Exod. 37. Leuitic 8. & Iudi. in princip.* quod legitur *diſt. 21. in prime.* & plenius proſequitur ex *Ioſepho lib. 1. antiquit. Polidor. Virgil. de inuent. rer. lib. 4. cap. 5. idem probat. Conrad in Templo omn. iudic. lib. 2. cap. 2. de Pontif. Max. quæſt. 2.* vbi Pontifices Maximi qui fuerint, & qui ſint *num. 3.* Hebræorum verò Pontifices Maximos
123 numerat *Honuphrius Panuinius* quinquaginta ſex in vniuerſum ab Aaron in ſuo Indice Pontificum veteris Teſtamenti poſt *Platin. de vit. Pontifice.* & alia eiuſdem opuſcula. In nouo autem
124 Teſtamento ſucceſſerunt pariter Pontifices maximi ex inſtitutione Ieſu Chriſti Domini noſtri,
125 quorum primus in ordine conſtituitur Beatus Petrus Apoſtolus, quem ipſe Chriſtus Dominus
126 in ſummū Sacerdotē elegit, dum ei præ omnibus & pro oībus Claues Regni Cælorū attribuit, vt fuſius legitur *d. diſt. 22 in prine & apud Cardinalem Reginaldum Polum de Summo Pontifice cap. 4. Panuinium de Primatu Petri cap. 1. Platin. de vit. Pontific. in vita eiuſdem S. Petri,* vt omittam Damaſum Papam, Anaſtaſium Monachū, & cōplures alios, qui ante Platinā vitas Pontif. conſcripſerant, quos quidē Auctores cōmemorat *Panuin. in annot ad ipſum Platin. in vita Sancti Petri,* & in prima Claſſe Auctorum, quibus vſus eſt in Chronico, ſeu Faſtis; denique
Cardin. Bellarmin. cap. 10. & pluribus ſeqq. de Roman. Pontif. lib. 1. to. 1. de controuerſ. Chriſtian. fid. Proinde etiam noui Teſtamenti Pon-
127 tifices indumenta Pontificalia bona ex parte mutuati ſunt ab ornamentis Pontificum Teſtamenti veteris, vti probat *Polidor. Virgil. de inuent. rer. d. lib. 4. c. 5.* vbi & ſigillatim refert quodlibet inſigne veſtimenti, & ſingulorum ſignificationem doctè, ac eleganter explicat, de quibus etiam agit *Caſſan. in Catalog. glor. Mund. Con-*
128 *ſider. 38. conſi 3.* aliqua verò ex munere Conſtantini Imperatoris adepti ſunt, ſcilicet Chlamidem purpureā, tunicam hyaciothinam, Coronam, Phrygium, Lorum, & Superhumerale, vt habetur *in cap. Conſtantinus 2. 96. diſtinct. not. Guillelmus Durandus in ſuo rationali Diuin. offic. lib. 3. cap. de mitra, & Caſſan. d. concluſ. 3. verſ. aduerte etiam.*

129 Verum, & apud Romanos gentiles viguit, & floruit Titulus, & Dignitas Pontificatus Maxi-
130 mi; dictus eſt autem Pontifex Maximus teſte *Dionyſ. lib. 2.* quod maximarum rerum, quæ ad Sacra, & Religionē pertinent, Iudex eſſet, & vindex contumaciæ priuatorum, & Magiſtratuum, de eius creatione ſic ſcribit *Liu. decad. 1. lib. 1.*
131 *liſtera* C. Numa Pontificem deinde Maximum Numam Martium M. F. ex Patribus legit, eique Sacra omnia exſcripta, exſignataque attribuit,

132 deinde fusius reliqua prosequitur, quæ ad Pontificis maximi munus, & auctoritatem pertinent, qua de re pariter scripsit vberrimè *Dyonis. dicto lib.* 2. & Patrum nostrorum memoria plenius conscripsit *Alexander ab Alexandro genial. dier. lib.* 2. *cap.* 8. *vbi, & Tiraquel. in annot. & nouissimè Rosin. antiquit. Roman. lib.* 3. *cap.* 22. *Panuin. de Ciuit. Roman. de Pontifc.* qui & refert sermonem Ciceronis pro domo sua ad Pontifices, vbi de ipsorum munere diserte meminit, fuerat autem antea ab ipso Numa institutum,
133 Collegium Pontificum, qui tum quatuor erant, cum idem crearet Pontificem Maximum, quod tamen Collegiũ mox à Tribunis plebis rogatione promulgata ad octo auctum fuit, mãsitq; huc numerus longo æuo inuiolatus, donec Sylla ad quindecim Collegium ampliauit; inter quos Maxi-
134 mus Põtifex genere, & dignitate præcipuus erat, & aliorum longè Princeps, vti potissimum ex *Alexandro, Rosin. & Panuin. loc. cit.* intelligi potest; Permansit verò Pontificum Collegium
135 Romæ vsque ad Imperatoris Theodosij senioris tempora, quibus Religione Christiana omnia iam obtinente, Imperatoribus antiquæ superstitioni aduersantibus, vno edicto Sacerdotum omnium reditus fisco applicati sunt, quare postea
136 Pontifices, Augures, & reliqui Sacerdotes, planè fieri desierunt, cum redditibus omnibus mulctati essent, hæc *Zosimus lib.* 4. qui etiam docuit, quod
137 primus omniũ Gratianus Imperator edicto proposito vetuerit, le Pontificem maximum appellari, sicque ea Sacerdotij dignitas in Imperatoribus defecerit, cum antea, post Augustum, omnes
138 Romani Principes, qui Imperatoris nomine rei Romanæ præfuerant, Pontificatum maximum, vel suscepissent, vel se Pontifices maximos appellari permisissent, quod nullus Historicus negat, & docent potissimum antiquæ inscriptiones, illa præcipuè quæ Romæ visitur ad arcum triumphalem Septimij Seueri, altera in arcu triumphali Constantini, & plures aliæ, quarum meminerunt *Cardinalis Baronius in Martyrologio Romano sub die* 22. *Augusti littera B. verbo Timothei, Panuin. in Vrb. Rom.* vbi de Vrbis Regionibus *fol.* 161. & vbi de Theatro Marcelli *fol.* 100 *Rosin. antiq. Rom. lib.* 10. *fol.* 480. quinimò neq; Constãtinus, Constantius, Valentinianus, Valens, & Gratianus Augusti, qui Christianæ Religioni addicti erant, quamquam à Pontificis maximi munere abhorrerent, hunc tamen Titulum Elogijs suis adscriptum non aspernati sunt, vel certè non reiecerunt, quam historiam cõfirmat *Card. Baron.* ex Annal. suis excerptã in Martyrol. Rom. ad d. die 22. Aug. sub littera B. verbo Timothei Mart.
139 nec mirum, quia, vt idem differit, ad Imperatoriam maiestatem, & potestatem conferebat sanè multum accessio dignitatis, & auctoritatis ma-
140 ximi Pontificatus, quæ & supra Consules erat: poterat namque inter cætera Pontifex Maximus Comitia ne fierent, Religionis intuitu prohibere, factaque reddere irrita, decretis à Senatu interc dere; eademquè intercidere, fierent ne bella, ex arbitrio suo pendere, cuius quoque iussu se Consules Magistratu abdicarent, atque alia quamplura poterat, vt apud *Liu. Dyonis. Cicer. Alexan. Panuin. Rosin. & Conrad. sup. cit.* sed vt ad institutum nostrum redeamus, iure quidem
141 Romanus Pontifex Beati Petri successor appellatur Maximus idem, & Summus, quo nomine vtitur *Gregorius ipse lib.* 1. *cap.* 4. Dialogorum, *Beatus Bernardus* in omnibus Epistolis ad Romanos Pontifices, & in texta Synodo in Sermone acclamatorio totum Cõcilium vocat Agatonem Sanctissimum Patrem nostrum, & Summum Papam, & vniuersum Concilium Chalcedonense in Epistola ad Leonem, Summitas tua Leoni Pontifici scribit; atque multis præterea titulis insignibus decoratus apparet, etiam vetustissimis temporibus, vt ex *Cardinale Bellarmino d. cap.* 31. apertissimè comprobatur, & *Text. in cap.* 1. 21. *distinct.* hæc habet verba. Pontifex
142 Princeps Sacerdotum est, quasi via sequentium, idem, & Summus Sacerdos ipse, & Pontifex Maximus nuncupatur; Adiecerunt statuentes ver-
143 bum Optimi Maximi, sicuti videmus in antiquis inscriptionibus sæpè seruatum, nempè vt viri Principes, & insignes titulo Optimi Maximi decorentur; verbum hoc optimi intelligitur, cuius
144 bonitas principalem gradum bonitatis habet, vt *Vlpian. ait in l. vbi autem* 7. *in fin. vers. at cum optimum ff. de verb. oblig.* verba hæc Optimus
145 Maximus denotantur per hasce notas O. M vel Opt. Max. vt benè obseruauit *Aldus Manutius* in explanatione notarum sub littera O. Pontifex
146 autem dictus est, vt aliqui sentiunt, quasi pontem faciens, nam cum ij, qui Sacerdotum Principes ex Numæ Regis institutio nominabantur, postea Sublicium pontem Anco Martio Regnante fecissent, Pontifices exinde dicti sunt, ita *Lutius Fenestella de Magistr. cap.* 8. & *Pomponius Latus de Sacerd. cap.* 10. *M. Varro lib.* 4. *de lingua latina, Polidor. Virgil. de Inuentor. rer. lib.* 4. *cap.* 6. *in fin. Schard. in suo Lexicon Iur. verbo Pontifices*, atq; ad eumdem Pontem quoties
147 collaberetur, restituendum idem Magistratus te-
148 nebatur; ille enim ligneus erat, & nullo ære, aut ferro compactus, quem Sacrum Romani æstimarunt, ita vt in aliqua parte labentem, nisi cæsa victima, & sacrificio perfecto reficere non liceret, diuquè Romę pontes fuere lignei, donec post interualla temporum ab Æmilio Qbæstore lapideus constructus fuit, hæc habet *Alexander ab Alexandro d. c.* 8. *genial. dier. lib.* 2 apud quem omnia comprobat ex Auctoribus probatissimis
150 *Tiraquel. ibidem in suis annot.* Sublicii pontis lapidei vestigia apparent adhuc medio Tyberi è regione Montis Auentini, porrò hisce quæ ex antiquitate deduximus apud Gentiles, seu Ethnicos, de ethymologia, seu allusione prædicti vocabuli, & de muneribus Pontificis, æquè pariter conuenire videntur ijs, quæ post Aduentum Domini, Christiana Religio recepit. Nam & Romanus Pontifex Beati Petri Apo-
151 stolorum Principis Successor dici potest, quasi pontem faciens, nempè ad vehendos subditos in viam salutis exemplo vitę, & doctrinæ, vt docet *Abb. in cap.* 1. *suo nu.* 36 *vers. & Papa dicitur Pontifex de Iudic. Ias in l.* 1 *n* 25. *ff. de Iudic. Lancell. Conrad. in templo omn. Iud. lib.* 2. *cap.* 1. *q.* 2. *sub nu.* 1. & summa est eius potestas pariter circa Sacra, & Religionem, vt olim apud
152 Hebræos, & Gentiles, sicuti supradictum est.
153 Alij tamẽ voluerunt Pontificem dictum à posse, & facere, ità apud Varronem Quintus Scæuola

uola Pontifex maximus dicebat de Pontificis ethymologia; miror, inquit *Virgil. institut. tit. de Testam. oratum. in princ. num.* 19. cur nostri potius Varronis sententiam quam Scevolæ sint amplexi, ille à *Sub* & facio faciendo, curandoque nomen deducit, quod nostri postea deflexerunt ad viæ cælestis pontem. Scævola probabilius dixisse videtur à posse & facere dictum Pontificem, siquidem Pontifici illud maximè conuenit, posse, eo quod sacrorum penes illum summa esset potestas, sed congruentius etiam aptatur alterum nempè, & facere, nam Pontificibus ius erat
154 sacrificandi; facere autem apud veteres, sacrificare est, & in hunc sensum hæc vox Sepius vsurpata reperitur, *vt Varro lib. 5. de ling. latin.* cum ait, Agnam Ioui facit, *& Plaut. in Aul.* 18.

—— *Faciam tibi fideliam.*

Cicero pro Murena nolite à sacris patriæ Iunonis Sospitæ, cui omnes Consules facere necessum est, domesticum, & suum Consulem potissimum auellere. *Censor. in dis nat. cap.* 1. quid causæ sit, vt merum fundendum Genio, non hostia faciendum putauerit *Virg. Buc. Eglog.* 5.

Cum faciam vitulo pro frugibus, ipse venito.

& Plaut in Sticho

Iam ne exta cocta sunt, quod agnis fecerat.

Vnde sententiã *Quinti Scævola* secutus est etiam *Alciat. pareg. lib. 2. cap. 6.* hanc ethymologiam refert, & sequitur etiam *Spiegel in suo Lexicon Iuris verbo Pontifex Sacer Magistratus*, eandem Scævolæ sententiam probat, & comprobat etiã *Cardin Baronius in suis annot. ad Martyrolog. Roman. die 9. Aprilis littera I. verbo Pontifice*, vbi amplius inquit, non tantum per Ethnicos, & prophanos Auctores frequenter accipi, verbum facere pro sacrificare, sed etiam diuinis scripturis, vt *Regum 3 cap. 3.* Ego faciam bouem alterum, & imponam super lignia: & paulo inferius, eligite vobis bouem vnum, & facite primi: & in nouo testamento *Luc. 22.* Hoc facite in meam commemorationem: itidem *Paul. 1. ad Corinth. c. 11* Sacrificium sanctissimæ Eucharistiæ, per eadem verba esse mandatum, communis Patrum consensio comprobat multum autem profecto facit etiam pro hac Scævolæ opinione, quod ipse, qui eiusdem ordinis vir, nempe Summus Pontifex erat, ità interpretatus sit, quippe verisimile est, quod Scævola non ignorauit originem, ac institutum suæ Dignitatis, & muneris, quod & in ipsa vocabuli ethymologia continetur is enim doctissimus sanè Vir
155 sui temporis Quintus Mucius Publij Filius Pontifex Maximus ius ciuile primus constituit gene-
156 ratim in libros decem, & octo redigendo, & complures habuit Auditores, qui insignes euaserunt Iurisconsulti, quorum responsa pro legibus recepta sunt, cumq; à Seruio, qui in causis orandis primum locum, aut certè post Marcum Tullium obtinebat, de re amici sui, semel, ac iterum consultus respondisset, nec tamen eius responsum
157 à Seruio perceptum esset, obiurgauit Seruium hisce verbis, nempe turpe esse Patritio, & nobili, & causas oranti ius, in quo versaretur, ignorare, & hæc ipsa monimenta de Quinto Scævola extant *in l. 2. §. post hos Quintus Mutius ff.*
158 *de orig. Iur.* quem Panninius inter Pontifices Maximos vigesimum quartum constituit ab ipso Numa Marcio M. F. suffragantur itaq; Scævolæ
159 iudicio argumenta à verisimili, & à communiter accidentibus, quæ frequentia sunt, & valde probabilia apud legum conditores, vti fusè cõprobat *Euer. in centur. sua* locis ijsdem argumentandi à verisimili, & à communiter accidentibus.
160 Huc etiam pertinere potest, quòd peritorum Iudicio creditur iuxta Iuris dispositionem argumento textus *in l. septimo mense ff. de stat. homin. & in l. simil. C. de re militar. lib.* 12. *Menoch. de*
161 *præsumpt. lib. 2. præsumpt. 86. num. 6.* Et creditur cuiq; in spectantibus ad officium suum ex deductis per *Ruin. conf. 56. n. 5. vol. 1. Gabr concl. 1. num. 19. de Test.*

162 Accedat denique, quod quis regulariter nomen sortitur ab eo, quod principaliter agit *Scar. in lexicon Iur. verbo Nomen* quilibet sortitur, at nemo negauerit, quod Pontifices pro suo officio principaliter omnia possint, & faciant circa sacra. Vnde non ab vno solo ponte faciendo eorum nomen deductum censeri debet, sed à posse, & facere sacra, & quæcumque ad eadem pertineant iuxta superius explicata. à Pontifice Pontifi-
163 cium dictum est apud veteres pro Iure, & potestate faciendi, quod probatur ex *Aulo Gellio lib. Noctium Atticarum primo cap. 13.* in illis verbis quibus negotium id, pontificiumque esset, & ex eodem *Theodos. lib. 8. tit de bon. matern. l. 1.* ibi, vetruendi pontificium habeant *Alciat. pareg. Iur lib. 2. cap. 6. Spiegel. & Schard. in lexic. iur. verbo Pontificium*, & pluribus aliis confirmat *Cardin. Baron. in d. annot. ad Martirolog. Rom. die 9. Aprilis littera I. verbo Pontifici.*

164 S.P.Q.R.) Quippe seruauit sẽper Ma-
I gistratus Romanus antiquũ decus sui nominis referens Imaginem Florentis Reipublicæ Romanorum, sed dicet fortè quispiam cum Historico Doctore, & ductore quamplurium Auctorum, sunt hæc vestigia mortuæ libertatis; At responderi potest cum præclaro, & sapienti illo Vate Claudiano.

Fallitur, egregio si quis sub Principe credit
Seruitium, nunquam libertas gratior extat,
Quam sub Rege pio.

165 Editorum) Habuerat quidem Vr-
K bs Roma alia statuta Pauli II. Alexandri VI. & Leonis X. Sum. Pontificum auctoritate compilata, & confirmata, quæ demum pariter auctoritate Adriani VI. in volumen vnum composita, & ab ipso etiam confirmata fuerant; Verum quia diuturnitate, & varietate temporum satis perplexa, & confuta redditа fuerant, ideò noua hæc condita sunt in me-
166 liorem formam, & in vnam consonantiam, atq; ad istorum temporum mores, & negocia potissimum accommodata, cæteris omnibus statutis antiquis abrogatis, prout in ipsis litteris confirmationis Gregorii XIII. legitur: sic sæpe fieri solet de legibus, quas ipsa sibi quæque Ciuitas cõstituit, quæ nimirum mutari solent vel tacito
167 consensu populi, vel alia postea lege lata, vt legitur in *§. sed naturalia instit. de iur. nat. gent. & ciu.*

LIBER

LIBER PRIMVS.

[a] De Summa Trinitate, & Fide Catholica. Cap. I.

[b] FIRMITER credimus sanctam Fidem Catholicam, cum omnibus suis articulis, quam [c] Beati Petrus & Paulus Apostolorum Principes, per quos sanctum Domini nostri Iesu Christi Euangelium Romæ resplenduit: quique vno die pro merito, vno loco pro gloria, sub vno persecutore pro virtute, Vrbem ipsam glorioso cruore martyrij Christo Domino consecrarunt; eorumdemquè Apostolorum sancti Successores, ac sacra Concilia, & præsertim Tridentinum tradiderunt.

[d] FIRMA quoque fide credimus, & profitemur omnia, & singula quæ continentur in Symbolo Fidei, quo sancta Romana Ecclesia vtitur, videlicet: Credimus in vnũ Deum Patrem omnipotentem, factorem Cæli, & Terræ, visibilium omnium & inuisibilium. Et in vnum Dominum nostrum Iesum Christum, Filium Dei vnigenitum. Et ex Patre natum, ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostrã salutem descendit de Cælis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine: & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis: sub Pontio Pilato passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum scripturas. Et ascendit in Cælum: sedetquè ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos: cuius Regni non erit finis. Et in spiritum sanctum Dominum, & viuificantem: qui ex Patre, Filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et vnam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confitemur vnum baptisma, in remissionem peccatorum. Et expectamus resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi. Amen. Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones, reliquasque huius Ecclesiæ obseruationes & constitutiones firmissime admittimus, & amplectimur. Item sacram scripturam, iuxta eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum scripturarum, admittimus: nec eam vnquam nisi iuxtà vnanimem consensum patrum, accipimus, & interpretamur. Profitemur quoquè septem esse verè, & propriè sacramenta nouæ legis à Iesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis (licet non omnia singulis necessaria) scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium: illaquè gratiam conferre, & ex his baptismum, confirmationem, & ordinem, sine sacrilegio, reiterari non posse. Receptos quoque, & approbatos Ecclesiæ catholicę ritus, in supradictorum omnium sacramentorum solemni administratione recipimus, & admittimus. Omnia, & singula, quę de peccato originali, & de iustificatione, in sacrosancta Tridentina Synodo diffinita, & declarata fuerunt, amplectimur, & recipimus. Profitemur pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium pro viuis, & defunctis; atque in sanctissimo Eucharistiæ sacramento esse verè, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem, vnà cum anima, & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fierique conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem: quam conuersionem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fatemur etiam sub altera tantum specie totum, atque integrum Christum, verumquè sacramentum sumi. Constanter tenemus Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragijs iuuari. Similiter & Sanctos vnà cum Christo regnãtes, venerãdos, atque inuocandos esse: Eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias

liquias esse venerandas. Firmiter asserimus Imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem, & venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumquè vsum Christiano populo maximè salutarem esse affirmamus. Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum matrē & magistram agnoscimus: Romanoquè Pontifici, beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu Christi Vicario, veram obedientiam spondemus, ac iuramus. Cætera item omnia a sacris Canonibus, & Oecumenicis Conciliis, ac præcipuè a sacrosancta Tridentina Synodo tradita, diffinita, & declarata, indubitanter recipimus, atque profitemur; simulq. contraria omnia, atque hæreses quascunque ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, nos pariter damnamus, reijcimus, & anathematizamus. Hanc veram Catholicam Fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quam in præsenti sponte profitemur, & veraciter tenemus, eandem integram, & immaculatam, vsque ad extremum vitæ spiritum, constantissimè (Deo adiuuante) retinere, & confiteri; atque à nostris subditis, seu illis, quorum cura ad nos in munere nostro spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in nobis erit, curaturos.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Summa Trinitas, & Fides Catholica, hic eodem titulo coniunguntur, sicuti antea factum apparet, tum in Decretalibus iur. can. tum in Codice Iustin. Imper.*
2 *Fides Catholica hæc est, vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur.*
3 *Trinitas dicitur quasi trium vnitas; & subijcitur ratio.*
4 *Trinitas dicitur Summa, quia rebus omnibus maior, & prior est, eaque sola vniuersorum principium.*
5 *Trinitas dicitur maxima omnium rerum, cum ab ea planè cuncta procedant.*
6 *Et de ea non humano ore loquendum est, sed diuino.*
7 *De eadem dictum Diui Bernardi.*
8 *Fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium.*
9 *Fidei definitiones sex aliæ, remissiuè.*
10 *Et significationes decem remissiuè.*
11 *Fides Catholica, idest vniuersalis.*
12 *Quæ merito, ac iure ita appellatur; & subijciuntur rationes.*
13 *Fidei, & Religionis Catholicæ verus cultor, quis dicatur.*
14 *Fides Catholica est, quam tenuit, ac tenet sancta mater Ecclesia.*
15 *Credere firmiter significat constanter, & sine vlla dubitatione credere.*
16 *Infidelis est, qui dubius est in fide.*
17 *Trinitatem summam, & fidem Catholicam, pro fundamento suarum Decretalium, & Constitutionum primo loco collocarunt Gregorius Nonus, Bonifacius Octauus, & Clemens Quintus Romani Pontifices; idem fecerat Iustinianus Imperator tit. 4. sui Codicis.*
18 *Fidei Christianæ fundamentum, si deficiat, nullius boni operis est superædificium.*
19 *Leges, & statuta iustitiam spectant.*
20 *Iustus ex fide viuit.*
21 *Iustitiæ fundamentum est fides.*
22 *Fides Christiana omnium nostrarum actionum basis, & fundamentum esse debet.*
23 *Petri, & Pauli Apostolorum Encomia.*
24 *Fidei professionis forma.*

ANNOTATIONES.

1 A EOdem Titulo coniunguntur hæc duo Summa Trinitas, & Fides Catholica, vti factum videmus tum à Gregorio IX. & Bonifacio VIII. in Decretalibus, & in Constitutionibus Clementis titulo 1. Tum etiam longè ante ab Imperatore Iustiniano in titulo 4. sui Codicis, nec mirum, quia vtrumque argumentum in se connexum est, sicuti ex locis citatis apparet, sed clarius adhuc probatur ex Symbolo Sancti Athanasij, & potissimum ex illo versiculo. Fides autem Catholica hæc est, vt
2 vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur. Porro Trinitas *teste Isidoro lib.*
3 1. *ethymolog.* dicitur quasi trium vnitas, quia Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt Trinitas, & vnitas, idem enim, & vnum sunt per Maiestatis Communionem, & tres per proprietatem Perso-
4 narum; Summa verò dicitur Trinitas, quia rebus omnibus maior, & prius est, eaque sola vniuersorum Principium, præter quam aliud inueniri non potest, *cap. 2. §. damnamus tit. de Summ.*
5 *Trinit.* Quinimò maxima omnium rerum, vt potè cum ab ea cuncta procedant, vt habet *Text. in l. 1. circa princip. C. de veter. iur. enucl. & not. Azo in summa d. rubr. de Sum. Trinit. & Fid Cath. num. 2. Hostiens. itidem in Summa num. 1. & 2. eodem tit.* licet de hac
6 materia non humano ore loquendum sit, sed Diuino, *vt idem Hostiens. inquit in fin. d. num. 1. ex text. in cap. in Christo Pater 82. de consecr. dist. 2.* ibi non est humano, &c. Sed concludamus

mus demum cum *Diuo Bernardo inſerm.de Tri-*
7 *nit.* inquirere de Trinitate peruerſa curioſitas eſt, & credere, & tenere, ſicut Sancta Eccleſia tenet, Fides, & ſ. curitas eſt; videre autem eam, ſicuti eſt perfecta, & ſumma, felicitas eſt.

Fides ad rem noſtram, quid ſit, deſcribit, ſeu diffinit Doctor gentium Paulus Apoſtolus in Epiſtola ad Hebræos cap. 11. dicens, fides eſt
8 ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium; & ad diffinitionem iſtam
9 vti perfectiſſimam reducuntur, ſex aliæ diffinitiones fidei, quas affert *Diuus Thomas* 2. 2. *queſt.* 4. *art.* 1. Sumitur alioqui multipliciter hoc verbum fides, nempè decem alias eius ſignificatio-
10 nes tradit *Hoſtienſ. in ſua Summa Rubric. de Fid. Catbol. num.* 1. *verſ. quot modis accipiatur fides, & aliquas Azo itidem in Summa eod rubr. ſub num.* 2. *verſ. item quid ſit fides*. Hic verò adiectum eſt verbum Catholica, vt appareat agi nõ de fide in genere sũpta, ſed de vniuerſali; ſiqui-
11 dem Catholica idem eſt, ac vniuerſalis, nam Græci Catholicon vniuerſale vocant ſecundum *Bottium de Trinit. not. gloſ. in rubr. d. tit. verb. Catholica, vbi etiam Gul de Cun. & Doct. alij poſt eum Azo. in Summa eodem tit. num.* 1. & 3. *Abb. in rubr. de Sum. Trinit. & fid. catb. in princip.* Eſt enim fides Catholica pietas, ſiue Re-
12 ligio noſtra, quæ merito, & iure catholica nominatur, quod non certò alicui populo tradita eſt, vt Iudaico, ſed toti generi humano, nec vllam excludit; omnibus per hanc ſaluis eſſe licet, & ſine hac nulli: nec Religiones in hac ſunt, cuique Genti, ſicut apud Gentiles, alij enim Dij, & alio modo apud Romanos colebantur, quàm apud Græcos, alij apud hos, quam apud Gallos, Hiſpanos, Scythas, Indos, Perſas, omnes verò gentes, quæ Chriſtum profeſſæ ſunt, eumdem colunt Deum, & eodem Sacrificij genere, quæ omnia leguntur apud *Schard. in lexic. iur. verbo Fides*
13 *Catholica*; in hunc ſenſum quis dicatur aſſertor Fidei, & Catholicæ Religionis verus Cultor docetur in *l.* 2. *C. de Summ. Trinit. & Fid. catb. & apud Vincen. Lirinen. contra hæreſes cap.* 3. quibus accedat ſententia *Lactantij lib.* 4. *de vera Sapientia cap.* 30. *circa fin.* vbi inquit, ſola igitur Catholica Eccleſia eſt, quæ verum cultum retinet, hic eſt fons veritatis, hoc eſt domicilium fidei, hoc Templum Dei, quod ſi quis non intrauerit, vel à quo ſi quis exiuerit, à ſpe vitæ, ac ſalutis æternæ alienus eſt. Porrò id ipſum, quod de Catholica Eccleſia hic profertur, æquè pariter conuenit Catholicæ fidei, nam certum eſt
14 eam fidem Catholicam eſſe, quam tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia Catholica; ad hæc plura alia inſignia, & meritò perlegenda ex Sanctis Patribus potiſſimũ collecta habẽtur à *Schard. in ſuo lexic. iur. verbo Catholica Eccleſia, & verbo Fides Catholica.*

B **Firmiter credimus)** ſic exorditur *Decret. prima Gregorij IX. de Summ. Trinit. & Fid. Catb.*
15 firmiter credere ſignificat, conſtanter, & ſine vlla dubitatione credere, *vt not. ibidem Abb. no-*
16 *tab.* 1. alias enim dubius in fide infidelis eſt *cap.* 1. *de hæret. & ibi gloſ. verbo dubius Abb. d. not.*
17 ſic pariter ipſam Summam Trinitatem, & Fidem Catho licam pro fundamento ſuarum Decretalium, & Conſtitutionum primo loco ſub hoc titulo collocarunt alij Summi Pontifices; nempè Gregorius IX. Bonifacius VIII. & Clemens V. Iuſtinianus autem Imperator titulo 4. ſui Codicis æquitatis, Iuſtitiæque ſtatuta exquiſiturus præmittit de *Summ. Trinit. & Fid. Catb.* vt expreſſis verbis Azonis vtamur eadem *rubr. in princip.* Hoc autem iacto ſoliditſimo fundamento reliquum ædificium non poteſt non eſſe bo-
18 num, ſicuti contra, vbi Chriſtianæ Fidei deficit fundamentum, nullum boni operis eſt ſuperædificium in ordine ad vitam æternam *cap. cum Paulus* 1. *queſt.* 1. *clem.* 1. *in princip. de Sum. Trinit. & Fid. Catb. not Doct. in rubr. C. eod. tit.*
19 Accedat, quod leges, & ſtatuta Iuſtitiam potiſsimum ſpectant, at vbi ſana Fides non eſt, non poteſt eſſe Iuſtitia; nam iuſtus ex Fide viuit *cap. vbi*
20 *ſana* 24. *queſt.* 1. liceat hic etiam ad rem noſtrã conuertere pronunciatum illud ſapientiſsimi
21 *Ciceronis de offic. lib.* 1. fundamentum Iuſtitiæ eſt fides, atque demum iuxtà Apoſtolum 1. *ad*
22 *Corinth.* 3. *& Hebr.* 11. Chriſtiana fides omnium noſtrarum actionum baſis, ac fundamentum eſſe debet, quæ verba refert vti maxime ponderanda, *Nicol. Sander. de Clau. Dauid. ſeu de Regno Chri. ſti lib.* 3. *cap.* 4. *pag.* 312.

C **Beati Petrus, & Paulus)** & reliqua
23 verba, quæ de eis ſequuntur, egregia ſunt Encomia Beatorum Principum Apoſtolorum, quæ leguntur in Decretali Nicolai Papæ III. *cap. fundamenta de eleſt. in* 6. ſub initium ibi. iſti ſunt per quos Euangelium Romæ reſplenduit, &c.

D **Firma quoque fide, &c.)**
24 hęc eſt forma profeſsionis fidei à Pio Papa IV. præſcripta Anno MDLXIIII. Idibus Nouembris Pont. ſui anno V.

De Hæreticis diffidatis declarandis.

Cap. II.

Onſtitutionem quoque antiquam in hoc imitantes, ſtatuimus, quod *b* Hæretici, *c* eorumque credentes, fautores, defenſores, & receptatores ſint perpetuo *d* diffidati, eorumque bona publicata; & quilibet Senator in principio ſui officii publicè eos diffidatos, & eorum bona publicata declaret: ſint etiam hoſtes publici, & tamquam hoſtes publici legalibus pœnis feriantur.

SV M-

SVMMARIVM Annotat.

1 *Constitutio antiqua aduersus Hæreticos, de qua hoc capituli dicitur fuisse statutum D. Hannibaldi olim Senatoris Vrbis.*

2 *Pandulphus Sabellus, & Hănibaldus Petri Hănibaldi filius à Populo Romano, auctoritate Martini Papæ Quarti, Senatores delecti Romanam Ciuitatem optimè gubernărunt.*

3 *Potestates seculares pro fidei defensione tenentur præstare iuramentum de Hæreticis exterminandis, è locis suę iurisdictionis.*

4 *Hæretici dicuntur, qui errorem habent aliquem contra fidem cum pertinacia.*

5 *Quod intelligitur de illis, qui iam receperunt baptismum, & fidem Christi, nam illi propriè dicuntur hæretici.*

6 *Hæretici largo modo dicuntur, quicumque non sunt membra Ecclesię.*

7 *Iudęi propriè non dicuntur hæretici.*

8 *Hæretici non sunt illi, qui errore cognito, se corrigunt.*

9 *Hæreticorum credentes, fautores, defensores, & receptatores, qui dicantur, & qua sint eorum pœnæ, remissiuè.*

10 *Excommunicantur prædicti omnes per Bullă Pontificiam in die Cœnæ Domini legi solitam; & eorum absolutio soli Romano Pontifici reseruatur, & num. 13.*

11 *Erant ijdem etiam ante Bullam prædictam excommunicati.*

12 *Hæreticorum absolutio nulli certè personę reseruabatur antiquitus, sed generaliter permissa erat Sacerdotibus confessarijs.*

13 *Postea solis Episcopis reseruata fuit ex Concil. Trident.*

14 *Absoluendi facultate attributa per Pontificem aliis personis in casibus eadem Bulla comprehensis, exclusus censetur nihilominus casus hæresis.*

15 *Diffidati verbum frequenter in statutis Vrbis habetur.*

16 *Diffidatus, & bannitus declaratur quicunque offendens Sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinalem.*

17 *Et qui mandat aliquem interfici per assassinium.*

18 *Item Hæretici omnes.*

19 *Hæretici diffidati quibus periculis, & pœnis obnoxij censeantur; remissiuè.*

20 *Contra eos locum habent pœnę in transfugas, & desertores à legibus ciuilibus decretę.*

21 *Et pœna criminis lesæ Maiestatis in Principem non recognoscentem Superiorem, utpote in reos Maiestatis diuinæ.*

22 *Hæreticorum pœna plures cumulantur, remissiuè.*

23 *Hæresis crimen dicitur publicum, quia in Religionem diuinam committitur; & in eo proceditur summariè, nec datur copia processus.*

24 *Hæreticos diffidare significat, eos hostes declarare.*

25 *Hæretici illi soli ex statuto Vrbis diffidati censentur, qui iam à competenti Iudice declarati sunt hæretici, vel aliàs sint ex facto manifesti.*

26 *Statuta passiuam interpretationem recipiunt à iure communi.*

27 *Oratio Ecclesiæ Catholicæ recitanda, pro conuersione hæreticorum.*

ANNOTATIONES.

A COnstitutionem quoque antiquam) crediderim eam esse, quæ in antiquis statutis c. ibid. 2. habetur ijsdem verbis, & dicitur fuisse
1 statutum quondam Domini Hannibaldi dudum Senatoris Vrbis, is verò fortasse fuerit Hannibaldus Petri Hannibaldi filius, qui à Romano
2 Populo Senator Vrbis vna cum Pandulpho Sabello, auctoritate tamen Martini eius nominis Quarti Pontificis delectus est, qui ambo Senatores Ciuitatem toto suo Magistratu optimè gubernarunt, vt apud Platinam in vita eiusdem Martini legitur: consonat autem eiusmodi Constitutio sensui, ac decreto *text. in cap. excommunicamus 14. §. moneantur de sent. excomm.*
3 vbi monentur sæculares Potestates, vt pro defensione Fidei præstent publicè Iuramentum de hæreticis exterminandis de Terris suę Iurisdictioni subiectis, vt ibi plenius: sic, & laudabiliter factum apparet copiosius in *constit. Regn. Neap. vt per Afflict. ad easd. constit. lib. 1. rubr 1. quæ est de hæret.*

B Hæretici) hæretici dicuntur, qui errorem habent aliquem contra
4 fidem cum pertinacia *cap. dixit. Apostolus, & cap. qui in Ecclesia 24. quæst. 3. Tolet. in sua summ. lib. 1. cap. 19. num. 2.* quod tamen intel-
5 ligendum est de eis, qui iam receperunt baptismum, & Fidem Christi, illi enim propriè dicuntur hæretici, ideoque Iudæi licet videantur hæ-
6 retici, prout hæretici dicuntur omnes, qui non sunt membrum Ecclesiæ Catholicæ per *text. in authen. de priuileg. dot. in princip. cum. ibi not.*
7 *per Bart. num. 1.* tamen non dicuntur propriè tales, quia numquam iuncti fuerunt cum Ecclesia, & fide catholica *Calder. cons. 11. sub num. 1. de iudic. & cons. 2. sub. num. 1. de Iudæis.* Item intelligendum est de pertinacibus tantum, non
8 autem de illis, qui errore cognito se corrigunt, *Caputaq. dec. 69. n. 5. p. 2.*

Eorumque

C Eorumque credentes) qui dicantur hæreticorum credentes, fautores, defensores, & receptatores, & quæ sint eorũ pœnæ habet, *tex. in l. 4. §. credentes C. de hæret. & in cap. excommunicamus §. credentes extr: eod. tit.* atque declarat sigillatim *Tolet. eod. cap. 19. num. 5. & seqq. in sua summa lib. 1.* explicando Bullam legi solitam in die Cœnæ Domini, vbi in primo
10 capitulo prædicti omnes, & singuli excommunicantur, & eorum absolutio soli summo Pontifici reseruatur; Erant etiam ijdem omnes antea excommunicati *cap. excommunicamus extra de hæret. & cap. quicunque eodem tit. in 6.* sed eorum
11 absolutio nulli certæ personæ erat reseruata, at permissa generaliter Sacerdotibus Confessarijs habentibus alioqui potestatem absoluendi à peccatis, vbi docet *Tolet. in d. cap. num. 1.* postea
13 verò ex decreto *Sac. Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 6. in fin.* reseruata fuerat solis Episcopis hæc potestas, quæ hodiernis temporibus in eis etiam cessat ex prædicta Bulla, vbi solo Romano Pontifici reseruatur; quinimmo etiã, tri-
14 buta per Pontificem facultate absoluendi à casibus contentis in Bulla Cœnæ Domini, non comprehenditur casus hæresis, *Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 275. argumento tex. in c. frater noster 16. quæst. 1. Gratian. discept. forens. c. 414. nu. 21. tom. 3.*

D 15 Diffidati) hoc verbo sæpè vtuntur nostri statuentes vt infra lib. 2. cap. 14. 15. 16. 17. & 18. Diffidatus, & bannitus
16 declaratur quicunque offendens S.R.E Cardinalem *cap. felicis de pœn. in 6.* perpetuò diffi-
17 datus est, qui mandat interfici aliquem per assassinium vt in *cap. 1. sub fin. de homic. in 6.* diffi-
18 dantur & banniuntur omnes hæretici in *Authen. Gazaros C. de hæret.* Vnde sequitur, quod hæretici tamquam diffidati censeantur obnoxij periculis, & pœnis, de quibus per *Conrad. Brun. tract. de hæret. lib. 5. cap. 14. num. 15. & 16. inter tract. vniu. iur. tom. 11. par. 2.* argumento nimirum sumpto à pœnis contra transfugas, &
20 desertores à legibus ciuilibus decretis, *vt in l. 3. §. fin. in fin. ff. ad l. Corn. de Sicar. l. 2. c. quand. lic. vnic. fin. iudi. se vind. l. 1. C. de' desert. lib. 12. Farinacc. de hæretic. quæst. 189. §. 3. num. 23. & 24.*

21 Adde, quod ijsdem pœnis, quibus subiacet reus læsæ Maiestatis contra Principem non recognoscentem superiorem, punitur pariter hæreticus, vt potè reus læsæ Maiestatis diuinæ argumento *Text. in cap. cum secundum 19. de hæretic. in 6. Afflict. in constit. Neapolit. lib. 1. rubr. 1. num.*
22 30. *qui amplius num. seqq.* plures alias pœnas aduersus hæreticos sigillatim cumulat: atque
23 crimen hæresis est crimen publicum, quia in Religionem diuinam committitur, & ideò in omnium fertur iniuriam *l. 4. in princip. vers. ac primum quidem C. de hæret.* & in eo summariè proceditur, neque datur copia processus *cap. fin. de hæret. in 6. Caputaq. dec. 69. num. 2. par. 2. & dec. 134. num. 2. par. 3.* Quod verò lex diffidat hæreticos, planè significat hostes ipsos de-
24 clarare, atque alia in eos decernere, vel permittere, quæ fusius Doct. prosequuntur, præcipuè verò *Gemin. in cap. 1. §. Sacri num. 11. de hæ-*
mic. in 6. Conr. Brun. loc. cit. Angel. cons. 14. num. 3. & 4. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 42. num. 2. verum illi hæretici censeri debent ex hoc statuto diffidati, qui iam à competenti
25 Iudice declarati fuerint hæretici, vel aliàs sint ex facto manifesti, ita enim intelligi debet *l. Gazaros*, & eiusmodi alia iura, vt per *Conr. Brun. d. cap. 14. in fin. Seacc. de iudic. cauf. cin. & crim. & hæret. cap. 79 Farinac. d. quæst. 189. num. 36. & 37.* nam statuta recipiunt interpretatio-
26 nem passiuam à iure communi, vt per *Doct. communiter in l. omnes populi ff. de iust. & iur. cap. cum dilectus de consuet. cap. inter dilectos de fid. Instr. vbi Doct. Bellam. cons. 57. num. 11. Pedem. dec. 475. num. 6. & 7. Caputaq. dec. 67. num. 7. par. 2.*

Nos verò interea cum pijssima Matre Ecclesia Catholica Omnipotentem Deum supplices
27 rogemus, vt animæ diabolica fraude deceptæ, omni hæretica prauitate deposita, ab erroribus resipiscant, & ad veritatis diuinæ redeant vnitatem.

De Senatore eligendo, & his quæ ad eum pertinent.

Cap. III.

IN Alma Vrbe, & ad eius regimen sit, & esse debeat *a* vnus Senator, Iuris Doctor, *b* exterus, & ex loco, qui distet ab Vrbe saltem per milliaria quadraginta; cuius quidem Senatoris officium duret *c* per annum: quod tempus prorogari non debeat, nec ad dictum officium denuo eligi, aut assumi ante lapsum integri biennij, à fine sui officij cõputandi. Nullus autem eligi debeat ad prædictum Senatoris officium, qui alicui de Magnatibus Vrbis, aut ciuibus, etiam ex priuilegio in ipsa Vrbe domicilium habentibus, vsque ad tertium gradum consanguinitatis, vel affinitatis, secundum Ius Canonicum inclusiuè computandum, quoquo modo attineat. Habeat autem pro salario à Camera Vrbis, annis singulis tria millia florenorum, qui constituunt nostri temporis scuta duo millia ducenta, cuius salarij prima sexta pars sibi in principio dicti sui officij soluatur: secunda in principio tertij mensis: tertia in principio sexti mensis: quarta in principio noni mensis: & duæ postremæ partes in Camera retineantur, nec sibi soluantur, donec per Syndicos de administratis, & gestis per eum in dicto suo officio fuerit realiter, & cum effectu absolutus. Et

quamuis

quamuis per statutum antiquum teneretur Senator secum amplissimam, & nobilem familiam habere: quia tamen per alia statuta, & nouas reformationes aliter circa Iudices, & nonnulla alia prouisum fuit: præsenti Statuto decernimus, vt Senator ipse (sicut hactenus seruatum est) Primo,& Secũdo Collaterali,& Iudici maleficiorum (qui in Assessamento secum interueniunt) & tribus eorundem equis victus,expensas,& salarium Iudicibus ipsis solui solitum,& quattuor eorum famulis cibaria, atque etiam Tubicinibus salarium,& vestimenta solita præstare teneatur. Neque vnquam in publicum redire debeat,nec ad Tribunal sedere,nisi *d* indutus paludamento ex serico auro intexto, quod Broccatum auri appellant,vel ex serico villoso purpurei coloris,quod etiam vulgo Vellutum cremesinum dicunt, nisi malit æstiuo tempore serico Ermisino eiusdem coloris vti. Dumque ita paludatus ad Tribunal sedet, aut per Vrbem incedet, Sceptrũ eburneum in manibus tenere, & ante se puerum pannis, infra dicendorum colorum indutum portantem ensem, & pileum, & insuper quattuor famulos ad minus, indutos colore rubro, cũ fascijs fului,seu aurei coloris,iuxta insignia Ro.Po.habere debeat. Qui cum hastis,seu baculis eodẽ colore depictis, quas Mazzas appellãt, ipsum Senatorem cũ per Vrbem, & loca publica incedit, antecedant,præcedẽte puero prędicto equestri deferente ensem, & pileum, si Senator equitabit:alioqui pedestri, & duobus familiaribus ad minus vltra Iudices præfatos, subsequentibus;& non aliter,nec alio modo per Vrbem incedat,aut in publicum prodeat:alioqui pœnam xxv.scutorum,vice qualibet de suo salario retinendam, incurrat; & Conseruatores pro tempore,semel saltem in mense,prædicta inquirere,& diligenter animaduertere,& adnotari facere debeãt: alioqui de suo proprio tantumdem refundere teneantur; & vlterius curare,vt in reparationem Palatij suæ residẽtiæ,de Conseruatorum consensu, scuta sexaginta vnoquoque anno de suo salario, iuxta solitum, impendat.

SVMMARIVM *Annotat.*

1 *Senator Vrbis censetur tamquam Prætor Vrbanus. eligitur à Summo Pontifice. In Cliuo Capitolino residet; & ordinaria potestate eius dicit. quæ sit eius potestas, & in quibus eius versetur officium.*

2 *Senatorum antiquiorum institutio, numerus, qualitates, & munera pro mutatione,ac varietate temporum, remissiuè.*

3 *Senatores post translatum Imperium Vrbis Romæ in Romanos Pontifices quot fuerint,et qua auctoritate diuersis tẽporibus cõstituti.*

4 *Franciscus Petrarcha laurea corona insignitus fuit ab Vrso de Anguillaria Vrbis Senatore,Stephano Columna eius Collega absente. Benedicto XII. Pontifice Maximo.*

5 *Carolus Siciliæ Rex munus Senatorium solus Romæ gessit,quod tamen Nicolaus Papa Tertius ab eo in seipsum transtulit,sed Martinus Papa 4. proximus Nicolai 3. successor Carolo Regi Senatoriam dignitatem postea restituit,num.6.*

7 *Caroli Regis epitaphium,quod Romæ in Aedibus Senatorijs visitur.*

8 *Senator Vrbis eligitur nostris temporibus à Summo Pontifice ad suum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum.*

9 *Senatori quæ competant, & conueniant iuxta Statuta Vrbis.*

10 *Eius assertioni creditur,tamquàm vni ex sublimioribus Magistratibus.*

11 *Eidem permitti solet à Romano Pontifice,vt in causis criminalibus non teneatur seruare formam Statutorum Vrbis,sed prout sibi bene visum fuerit,& iuxta facultatis Gubernatori Vrbis quomodolibet concessas.*

12 *Senator ideo nõ tenetur in causis criminalibus adhibere votum Assettamenti, quod aliàs denegare non posset.*

13 *Assettamenti votum in criminalibus sæpè petitur prætextu suspicionis Iudicis maleficiorũ,sed verius plerũq. ad inuoluendas causas & delictorum pœnas subterfugiendas.*

14 *Senator vigore specialis facultatis,quæ sibi concedi solet,in causis criminalibus decernere potest, vt rei in aliquibus casibus torqueantur denegatis defensionibus, & ex processu informatiuo tantum.*

15 *Hæc tamẽ facultas magna cũ moderatione intelligenda est, & ad certos casus restringẽda.*

16 *Defensio iure naturali reo debetur.*

17 *Præuentioni locus est inter Gubernatorem Vrbis, & Senatorem in omnibus causis.*

18 *Senator præfertur Gubernatori in cognitione causarum, vbi ijdem concurrunt.*

19 *Senator interesse debet publicis cõsilijs Senatus, Populiq. Romani, & digniori loco.*

20 *Ad quem effectum.*

21 *Quomodo inuitari soleat à Conseruatoribus ad publicum Consilium.*

22 *Senatoris locus in Cappellis Põtificijs anteactis temporibus erat proximè post Oratorem Cæsareum.*

23 *Eidem adhuc per Cursores Pontificis Cappellæ Pontificiæ denunciantur, sicuti Cardinalibus, & Oratoribus Regum.*

24 *Senator in alijs functionibus coram Cardinalibus absente Pontifice primum post Cardinales locum tenet.*

25 *Senator antiquitus esse poterat etiam, qui ciuis erat Romanus.*

26 *Prætor eligebatur, qui haberet originem, vel domicilium in Vrbe.*

27 *Magistratus iure debent esse annales, vel biennales.*

28 *Magistratus confirmandi sunt iuxta consuetudinem.*

29 *Magistratus, quorum electio spectat ad Principem pro eiusdem arbitrio continuantur.*

30 *Antoninus Pius Imperator viuenti bono Iudici nullum dedit successorem.*

31 *Tiberius Imperator in more habuit continuare munera, ac plerosque ad finem vitæ in ijsdem exercitibus, aut iurisdictionibus habere.*

32 *Senatoris nostrorum temporum vestimenta, et decora insignia, qualia Prætori Vrbano antiquitus concedebantur.*

ANNOTATIONES.

1 NUs Senator) is, de quo statutum loquitur præter nominis dignitatem, nihil fere habet commune cum Senatoribus priscorum temporum, siue Regum, siue Reipublicæ, siue Imperatorum Romanorũ tempora spectes, mansitq; Romanę antiquitatis tantum leue vestigium in eo, qui nunc vti Prætor Vrbanus cẽsetur, & Senator vocatur à Sũmo Pontifice constitutus, qui in Cliuo Capitolino residet, & ordinaria potestate ciuibus ius dicit, sicuti notatũ reperitur apud *Petr. Greg. Synt. iur. p. 3. lib. 47. c. 25. in fi. ex Vest, in prax. lib. 2. c. 15.* qua de re superius egimus in præambulis, vbi de origine iurisdictionis Fori Capitolini. Cæterũ qualis modo eligitur Senator quæ sit eius potestas, & in quibus eius versetur officium, maximè constat ex hoc c. & infra c. 7. eod. lib. vt modo omittamus loca alia statutorũ, vbi peculiares habẽtur casus de ipsius iurisdictione,

2 & officio At de institutione, numero, qualitatibus, & munere antiquiorũ Senatorũ ab initio, & postea pro mutatione, ac varietate Temporum, præter *Liu. Dionys.* & alios vetustiores Historicos, vide *Ritual. Hist. iur. ciu. lib 2. num. 78. & plenissimè Bud. ad l vlt. ff. de Senat. Conrad. in templ. omn. iud. lib. 1. cap. 7. num. 6. 7. & 8. Sebard. lexic. Iur. verbo Senator Polet. in Histor. For. Roman. lib. 3. cap. 8. Sigon. de antiq. Iur. P. R. lib. 2. cap. 2. Rosin. antiquit. Roman. lib. 7. cap. 5.* Verum post translatum Imperium Vrbis Romæ in Romanos Pontifices, in historijs legitur administrationem Vrbis à Populo commissam esse modo vni modo duobus Senatoribus, qui à Pontifice cõfirmabantur, atq; hoc loco referendam ducimus notationem Onuph. Panuin. apud Plat. ad Clementẽ III. qui Pont. 181. recensetur. quoniã illa plurimũ lucis affert ad cognoscendũ, quomodo inter Pontifices, & Populum Romanum ratione Senatorũ diu actũ, & constitutum fuerit. Porrò annot. ipsã citarunt, & approbarũt postea Scriptores alij, & præcipuè auctores nouissimi ad vitas Pontificũ in vita Clementis III. vbi & conditiones transactionis inter eundem Pontificem, & Romanos exactè repetierunt. Ita habet annotatio; perpetuè per annos plus minus quinquaginta inter populum, Pontifices que Romanos, ab Innocẽtio II. vsq; ad Clementem III. discordia ciuilis fuit, regiminis Vrbani occasione excitata, cum populus Romanus Pontifici suo Vrbis administratione submoto Senatores, qui Reipublicæ præessent, cũ patricio quodã, summa cũ auctoritate creassent, vt Otho Frisigensis Episcopus lib. hist. 7. & lib. 1. de gestis Friderici Imperat. c. sup. cit. & Abb. Vrspergensis, item vitarum Pontificum incerti nominis Scriptor Bibliothecę Platinę auctores sunt. Ex cuius rei occasione Innocentius Secundus, Cœlestinus Secudus animi dolore defecerunt, Lucius Secundus pene est interfectus. Eugen. tertius. Alexander III. & Lucius III. Vrbe pulsi, Vrbanus III. & Gregor. VIII. exules fuere donec nouissimè tanti dissidij vtraque parte pertesa. Populus Romanus cum Pontifice populari suo Clemente III. pacem æquis conditionibus facit, Senatoribus confirmatis, patricij verò loco Præfecto, quem Magistratum aboleuerãt, resecto. Huius pacis fœdera, & cõditiones cum omnium subscriptionibus ex libris censuum Cam. Apost. excerptas adhuc apud me sunt: Diuturna deinde quies, tranquilla Ecclesiæ tempora fuerunt: de duobus tradit *Platin. in Vita Martini Quarti* qui in Catalogo Pontificum est 192. de Senatoribus tentãtur ex nostris Iureconsultis Cyn. *Petrarcha*. Aequalis, & coniunctissimus post *Petr. de Bellapert. in l. fin. nu. 1. ff de petit. hared.* Benedicto XII. Pontifice fuerunt Senatores duo, Stefanus Columna, cui Pontifex Senatorium munus ad annos quinque prorogauit, & Vrsus

4 de Anguillaria, qui absente Stefano Collega Frãciscum Petrarcham vernacula lingua Poetarũ facile Principem in Capitolio astante Populo, omniq; Romana nobilitate anno 1341. laurea Corona decorauit, vt per *Platin.* & *Ciaccon. in vita eiusdem Benedicti*, qui tamen in anno Coronationis Petrarchæ errare conuincuntur ex descriptione Pompæ, ac Triumphi coronationis lucu lenter, ac disertè composita *per Senuccium Florentinum lingua vernacula*, qui refert Coronationem eiusmodi celebratã esse 13. Aprilis 1341. cum illi dicant anno 1338. nec apponant diem. Et de Senatoribus simpliciter in plurali idẽ *Platin. in vita eiusdem Martini Papæ. Sigon. de Reg. Italiæ lib. 12. ad fin. anno 1153.* & ad prædicta videri potest annotatio de vita prędicti Martini, & *Azor. Inst. moral. lib. 2. par. 2. lib. 1. cap. 40.* de vno autem nempè Carolo Siciliæ Rege habetur vtique apud *Platin. in vita Nicolai Tertij*, qui tamen Pontifex Senatorium munus, quod Principibus, & Regibus demandari consueue-

5 rat, à Carolo Rege Siciliæ in se transtulit, & ipse solus sustinuit, vt ibidem traditur, qua de re

re extat decretalis eiusdem Nicolai *cap. fundamenta de elect. in 6.* verum Martinus Quartus
6 proximus Nicolai Tertij successor Carolum Siciliæ Regem ad se venientem benignè susceptit,& Senatoria dignitate à Nicolao priuatũ restituit. Et de munere Senatorio Caroli Regis monumentum adhuc apparet in Aula Aedium Senatoris
7 Vrbis hisce versibus.

Ille ego praclari tuleram qui Sceptra Senatus,
Rex Siculis Carolus Iura dedi Populis.
Obrutus heu iacui saxis, fumoque; dederunt
Hunc tua conspicuum tempora Sixte locum.
Hac me Matthæus posuit Tuscanus in Aula.
Et patria, & Gentis gloria magna suæ;
Is dedit & Populo post me bona Iura Senator,
Insignis Titulis, dotibus atque animi.

Anno Domini M. C. D. L. XXXI.

Tertio Semestri

Post Carolum Sicilia Regem.

Titulo, & munere Senatorio Romanæ Vrbis ab eodem Pontifice Martino IV. decoratus dicitur Hispaniarum Infans Henricus filius Regis Ferdinandi Tertij,quod asserunt *Hieronym. Zurita Annal. Aragon. lib. 3. cap. 78. anno 1270. Thom. Fazell. de reb. Sicul. posterioris Decadis lib. 8. cap. 3.*

Sed ne longius ab instituto nostro digrediamur, eligitur nostris temporibus *Senator* arbi-
8 trio Pontificis ad suum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum, & præter ea,quæ vt diximus, ei cõpetunt, & conueniunt iuxta præsentia statuta potissimum hoc cap. & infra cap. 7. & passim alibi in statutis ipsis, hanc habet prærogatiuam,
10 vt eius assertioni credatur tanquam ex sublimioribus Magistratibus, *Seraphin. dec. 1349. num. 1. & 2. per text. in c. nobilissimus 97. distinct.*
11 Consueuerunt etiam Romani Pontifices motu proprio concedere Senatori, vt in casibus criminalibus tam in procedendo, quàm in iudicando non teneatur seruare formam statutorum Vrbis, sed prout sibi beneuisum procedere, & iudicare, atque etiam iuxta facultates in similibus Gubernatori Vrbis quomodolibet concessis; ita enim habetur in litteris apostolicis in forma Breuis mihi concessis per fel. record. Paulum V. Pontif. verè Opt. Max. cum Senatorium munus mihi benignissimè commisisset *1616. 6.* Nouembris, & de eiusmodi facultatibus concedi solitis Senatori à Summo Pontifice ad instar facultatum Gubernatoris meminit *Farinacc. quæst. 81. num. 373.* ex quibus duo præcipuè consequuntur primum est, quod in criminalibus non teneatur Se-
12 nator adhibere Votum Assertamenti, quod aliàs denegari non posset, iuxta statutum infra *cap. 79. lib 1.* & sæpè eorum nomine petitur prætextu
13 suspicionis Iudicis Maleficiorum,sed verius plerunque ad inuoluendas causas, & pœnas delictorum subter fugiendas, vel retardandas; Alterum quod in causis, quæ aguntur coram suo in cri-
14 minalibus Locumtenente decernere possit, vt Rei torqueantur denegatis defensionibus, & ex processu informatiuo tantum, in certis casibus, prout seruatur per Gubernatorẽ Vrbis in sua Cu-
15 ria; Verũ eiusmodi facultas planè intelligẽda est magna cũ moderatione,& restringenda videtur, vt ei sit locus dumtaxat in latronibus insignibus, & eiusmodi alijs reis enormium criminum valdè diffamatis, & concurrente vilitate vitæ rei torquendi, vti præheminentiam Magnæ Curiæ Vicariæ in tali facultate declarat ex consuetudine *Afflict. dec. 391. num. 10. Gram. cons. 64. num. 4. & vot. 3. num. 24. & vot. 30. num. 21. cum pluribus seqq. Rotan. cons. 12. num. 88. vol. 3.* atque ita etiam in Curia Gubernatoris Vrbis seruatum fuisse suo tempore testatur *Ambrosin. tract. de modo forman. process. informat. lib. 3. cap. 1. num. 1.* & quidem maximè cauendum est cuiuis eiusmodi facultate suffulto, nè illa abutatur,alias enim Iustitiam grauiter offenderet,cum interitu animæ suæ, nam hoc modo defensionem
16 reo tolleret,quæ etiam iure naturali debetur *l. vt vim, vbi Doct. ff. de iustit. & iur. Rol. cum pluribus alijs à se cit. d. cons. 12. num. 45.* sed vberius rem istam pertractat *Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 97. num. 88.* quem ego fortè legi post hæc scripta. Cæterum quoad iurisdictionem Senatoris, quæ sanè amplissima est, illud postremo nõ
17 videtur esse prætermittendum, quod inter eum, & Gubernatorem Vrbis in causis omnibus locus
18 est præuentioni; siquè concurrant, Senator præfertur, ita expressè legitur in litteris Iulij Papæ Secundi de distinctione iurisdictionum,& Tribunalium Vrbis datis Anno Incarnationis Dominicæ 1512. 5. Kal. Aprilis Pontific. eius anno 5. idque *not. Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 23. in fin. & Modern. de Tribunal. Vrb. cap. 2. de præuention. num. 13.*
19 Ad *Senatoris* Munus etiam pertinet interesse publicis Consilijs incliti Senatus, Populique Romani, & quidem digniori loco inter Conser-
20 uatores, vt potissimum animaduertat, nè quid fortè decernatur contra iura, aut mentem Summi Pontificis, vtque contentiones, si quæ exoriantur inter Clues in dicendis sententijs, vel ferendis suffragijs,comprimere, aut dirimere pru-
21 denter studeat;Conseruatore verò per Schedam eum pridiè inuitant ad Consilium, ipsa verò die Consilij, vbi Populus conuenerit, mittere solent duos nobiles ad Senatorem, qui eum denuò inuitent, & comitentur ad Consilium.

In Cappellis,vt vocant, Pontificijs locus Se-
22 natoris anteactis temporibus fuerat in ordine primus post Oratorem Cæsareum, vt ex antiquis Cæremoniarum libris, & monumentis compertum fit,quod vsque ad Pontificatũ *Sixti* Papæ V. seruatum esse accepimus. Verum à subsequentibus Põtificatibus desierunt Senatores interesse actibus publicis, coram Sanctitate sua. Mos an-
23 tem vetustus retinetur adhuc, vt *Senatori* per Ministros, quos Cursores appellant, Sũmi Pontificis futuræ Cappellæ denuncientur ritè, sicuti fit cum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & cum primariorum Principum Oratoribus in-
24 Vrbe Romæ commorantibus: in alijs verò Ecclesiasticis functionibus, quæ absente Pontifice præsentibus tamen Cardinalibus habentur, pri-

mus ei honor post Cardinales defertur ante Episcopos, Archiepiscopos, & alios omnes Prælatos nuncupatos, præcipuè per actus exhibitionis thuris, & pacis, idque adhuc seruatur ex antiqua consuetudine decreto Congregationis Sacrorum Rituum approbata.

B Exterus, & ex loco, qui distet ab Vrbe saltem per milliaria quadraginta) Antiquitus tamẽ à Senatoria Dignitate Vr-
25 bis Romæ non excludebatur Ciuis Romanus c. 17. fundamenta § *fin. & ibi glo. vlt. de elect. in* 6. quinimò longè antea Prætor Vrbis, in cuius locum diximus videri subrogarum Senatorem,
26 eligebatur dumtaxat, qui haberet originem, vel domicilium in ipsa Vrbe, *l. fin. C. de offic. Præf. facit l.* 4. *C. de Incol. lib.* 10 & de Prætore, atque de alijs officialibus Vrbis *not. Dec. in l.* 3. *n.* 6. *ad fin. ff. de offic. Assess.* An verò generaliter ad magistratus assumi debeant potius Ciues, quàm exteri copiosè differit ex professo *Mastrill. de Magistrat. lib.* 2. *c.* 7.

C Per annum quod tempus prorogari non debeat) annales enim,
27 aut biennales tantum magistratus esse debere cautum reperitur *l.* 4. *in fin. C. de suscept. Præpos. lib.* 10. neque vltra biennium continuandi, vel confirmandi sunt Magistratus, nisi contraria sit consuetudo, *Natt. cons.* 58. *num.* 2. *Surd. cons.* 261. *num.* 14. *&* 15. *lib.* 2. quæ tamen
28 consuetudo confirmandi, & prorogandi Magistratus est attendenda *l. fin. ibi quod officyi. &c. C. quæ sit long. consuet. Purpur. cons.* 137. *num.* 3 *Natt. & Surd. locis citatis, Gabr. concl.* 1. *de consuet. num.* 41. *Gratian. discept. forens. cap.* 184. *num.* 21. *& seqq. Mastrill. de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 6. *quem vide per tot. illud cap. differentem de materia*, an Magistratus debeant esse perpetui, vel temporales, qui præcipuè num. 34. iure aliàs inquit, verissimam esse conclusionem apud omnes communiter receptam, quod Magistratus non sint perpetui, sed annales. Verum quoad tempus Magistratuum, quorum electio à Principe dependet, Princeps
29 ipse arbitrio suo vtitur, & de Antonino Pio scribit Iulius Capitolinus in eius vita, quod successorem viuenti bono Iudici nulli dedit, qua de re
30 laudatur, *vt not. Menoch. de arbitr. iudic. lib.* 1. *quæst.* 55. *num.* 12. *in addit.* quem refert *Gratian. d. cap.* 184. *num.* 33. & de Tiberio ita tradit *Tacit. annal. lib.* 1. *in fine*, id quoque morum
31 Tiberio fuit continuare Imperia, ac plerosque ad finem vitæ in iisdem exercitibus, aut iurisdictionibus habere, causæ variæ traduntur, &c. ad hæc præterea vide *Gugliel. de Benedic. in cap. Raynutius verbo duas habens filias num.* 41. *de testam. Alex. ab Alexandro genial. dier. lib.* 4. *cap.* 6. *Canall. commun. opin. contra commun. q.* 425. *num.* 23.

Indutus paludamento &c) 32 Regia hæc propemodum insignia videntur, qualia Prætori Vrbano, cuius locum Senator modo retinere dicitur, antiquitus concedebantur, vt ex Festo, Flauio, Liuio, & Alexandro supra retulimus, vbi præcipuè egimus de origine iurisdictionis Fori Capitolini.

De electione Primi Collateralis.

Cap. IV.

A QVoniam in Iudicibus eligendis maxima causæ cognitio versari debet; statuimus, & ordinamus, quòd in publico consilio eligantur quatuor probi viri, quorum vnus sit doctor Romanus, alter procurator Capitolinus, & duo reliqui sint nobiles ciues Romani, per quos fiat, & fieri debeat exactissima inquisitio grauissimorum, & sapientum Iuris vtriusque peritorum in Italia, qui ante per nouennium fuerint in publico collegio doctorati, & aliquod iudicandi munus, & officium exercuerint, & rectè administrauerint: & ab Vrbe origine per quinquaginta milliaria distent: & quotquot haberi à quolibet ipsorum poterint, ac ad eorum notitiam ex relatu fide dignorum peruenerint sub sacramenti religione, in eorum congregatione proponãt; nominaque eorum, qui fuerint ab omnibus præfatis electoribus concorditer nemine discrepante approbati, singulariter in singulis chartulis describantur, singulaque nomina in singulis cereis pilis includantur, quę signo, seu sigillo cuiuslibet ipsorum electorum signentur, sicque in crumenam, quam Bulsulam appellant, ipsaque crumena in scrinio includatur: cuius scrinij tres sint claues, quarum vna retineatur per Conseruatores, alia per Priorem Capitum regionum, alia per Proconsules Collegij Capitolinæ curiæ: quod scrinium in sacrario S. Mariæ de Aracæli reponatur, vsque ad tempus debitum. Sexto autem mense ante finem officij Iudicis exercitium exercentis, conuocato consilio publico in Palatio Conseruatorum, scrinium præfatum publicè cum clangore tubarum associatum ab electoribus præfatis, necnon Proconsulibus Collegij, & Correctoribus, & alijs per Conseruatores deputandis, in consilium deferatur: exindeque publicè tres pilæ sorte extrahantur; factaque signorum, & sigillorum recognitione, de quibus roge-

tur

tur Scriba Senatus, nomina extracta publicè legantur, & incontinenti per Conseruatores, Priorem Capitum Regionum, Cancellarios, & Electores, saltem duos, ad Sanctiſſimum Dominum nostrum Papam deferantur: & qui ex illis tribus, à Sanctiſſimo Domino nostro approbatus fuerit, intelligatur, & *b* sit Primus Collateralis Curiæ Capitolij, & *c* Locumtenens Senatoris, ad vnum annum integrum: qui terminus prorogari non debeat. Reliqua duo nomina, quæ remanserint, iterum pilis inclusa reponantur in crumena, & scrinio, vt supra; & aliter facta electio, & deputatio non valeat. Qua eiusdem Sanctiſſimi Domini nostri approbatione secuta, statim notificetur illi sic electo & approbato, vbicunque in Italia fuerit, cũ conditionibus officij, salarijs, & emolumentis, ad finem, vt possit deliberare, an velit acceptare, & tempus habeat ad componendas sarcinulas; qui, si non acceptauerit, similiter alius extrahatur, & præsentetur vt supra, & tot successiuè extrahantur, donec vnus acceptet.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Iudicis definitio, & qualitates.*
2 *Iudices per pecuniam eligi non debent.*
3 *Iudicum electio si à radice auaritiæ procedat, omnia mala sequuntur.*
4 *Auaritia mater est omnium malorum.*
5 *Collateralis primus, est Iudex primus à latere Senatoris.*
6 *Eligitur à Romano Pontifice, & iurisdictionẽ habet per litteras in forma Breuis.*
7 *Magistratuum Vrbis creatio hodiè ad Principem pertinet, vti antiquitus pertinuit.*
8 *Collaterales Senatoris esse solent viri eminentis doctrinæ, & in foris versati, qui postea sæpè transferuntur ad maiores dignitates.*
9 *Collateralis primus, est Locumtenens Senatoris in causis ciuilibus.*
10 *Locumtenens an habeat eamdem iurisdictionem, quam principalis.*
11 *Locumtenens non potest facere alium Locumtenentem.*
12 *Collaterales, quam iurisdictionem habeant mortuo Senatore.*
13 *Sede vacante, quam iurisdictionem habeant officiales generaliter; Et in specie de Pœnitentiario temporum Sedis Vacantis, remissiuè.*
14 *Officialis etiam post finitum tempus officij exerceat officium ante aduentum successoris.*
15 *Quod tamen procedit in Iudicibus ordinarijs, non autem in delegatis, cum definitione temporis.*

ANNOTATIONES.

A INIudicibus eligẽdis maxima causæ cognitio versari debet) nempè vt Iudex sit vir bonus, iuris dicendi, & æquitatis statuendæ peritus, ad id muneris publica auctoritate vocatus; talis enim debet esse Iudex iuxta elegantem, & veram definitionem *Claud. Cantiunc. tract. de offic. Iud. c. 1. in princ. lib. 1.* qui definitionem ipsam per omnia capita eiusdem lib. doctè comprobat, & exornat, est is *tract. inter tract. vniu. Iur. tom. 3. par. 1. fol. 72.* & qualis esse debeat Iudex, vide etiam *Gratian. in præfat. discept. nu. 20. & seqq. ex Cel. Rhodig. lect. antiq. lib. 23. cap. 14.* præcipuè verò 1 curandum est, ne per pecuniam Iudices eligãtur, 2 sed gratis etiam nihilo suffragiorum nomine dato, aliàs omnia mala sequuntur, 3 si electio à radice procedat auaritiæ, quæ mater est omnium ma- 4 lorum, prout plenissimè legitur in *nouell. 8. vt Iudic. sine quoque suffrag. fiant.*

5 B Sit primus Collateralis) scilicet, Iudex, qui primus est à latere Senatoris: qualis autem esse debeat primus Collateralis, & quomodo eligendus, satis exponitur in hoc ipso cap. Attamen seruatur, vt breuiori via eligatur à so- 6 lo Pontifice, à quo etiam habeat iurisdictionem per Breue Apostolicum; nam in Vrbe magistratuum creatio hodie ad Principẽ pertinet, vt an- 7 tiquitus pertinuit, *l. vnica ff. ad l. Iul. de ambit.* & *probatur ex l. vnica ibi, Regimen Reipub. ad Imperatores perpetuò translatis ff. de offic. præf. prætor. not. glo. in l. vlt. in fin. ff. de re iud.* Et quidem eligi solent ad munus, tam primi, quàm secundi 8 Collateralis viri Eminentis Doctrinæ, & in foris diù versati, qui postea gradatim sæpè transferuntur ad maiores, & maximas dignitates.

9 C Locumtenens Senatoris) scilicet in Causis Ciuilibus tantum, nam Iudex Maleficiorum Curiæ Capitolij Locumtenens est in Criminalibus, & ita seruatur. An verò Locumtenens iure aliis habeat eadem priuilegia, 10 iurisdictionem, immunitatem, & honorem, quæ principalis, vide *Bald. in l. 1. §. à Præfectis ff. de leg. 3. Gratian. discept. 111. num 33. 51. & 54. & per tot.* certè non potest facere alium Locumtenen- 11 tem, *Bald. in dicta l. 1. §. a Præfectis in fin. ff. de leg. 3. per tex. in l. 5. a Iudice C. de iudic.*

12 An idem Collaterales habeãt iurisdictionem, & quam mortuo Senatore, cuius ipsi membra dicuntur, *vide not. per Couar. pract. qq. cap. 4. nu. 4.* & generaliter de Iurisdictione Officialium *Sede* 13 vacante *Caroce. decis. 18. per tot.* & in notabili licet diuerso casu in Pœnitentiario tempore *Sedis vacantis, Bero. q. 1. per tot.* Et post etiam of- 14 ficii tempus finitum ante aduentum successoris

exercent officium *l.1.§.administrationem C. vt omn.iud.Giurb.decis.9.num.6.* Quod tamen secus est in iudicibus delegatis cum definitione
15 temporis, quia dictum præcedens solum procedit in ordinariis,*Giurb. vbi supra num.6.Carocc. decis.18.num.5.*sed quando,& aliàs secus sit,vide *Gratian.discept.184.nu.46.& seq.*

De Electione Capitanei Appellationum.

Cap. V.

Similis electio,& inclusio in sacculo alio, eademque in scrinio, modis, & formis, vt in proximo precedenti Capitulo est expressum, *a* pro appellationũ Capitaneo fiat; & ex eo, vt præmittitur, Capitaneus extrahatur. qui tamen Capitaneus per duodecim annos antea fuerit in publico Collegio doctoratus, & alia officia,& iudicandi munera exercuerit: origine ab Vrbe per milliaria sexaginta distet; nec ex eadem Ciuitate,vel districtu, ex qua Senator, nec illi, nec Iudicibus, nec etiam alicui Ciui consanguinitate, aut affinitate vsque in tertium gradum,de iure Canonico inclusiuè computandum, coniunctus sit.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Capitaneus, & Iudex Appellationum idem est.*
2 *Eius iurisdictio, & officium.*
3 *Eligitur à Summo Pontifice,& de ipsius iurisdictione expediuntur litterę in forma breuis.*
4 *Capitaneus videtur præcedere Secundum Collateralem; Primus autem Collateralis vtrumque eorum præcedit.*
5 *Ordo scripturæ indicat quisnam dignior sit, et præcedere debeat.*
6 *Præcedentiam tribuit consuetudo, quæ quidẽ in materia ista potissimum attenditur.*

ANNOTATIONES.

1 A RO appellationum Capitaneo) Capitaneus,& Iudex appellationum, idem est, vt inf.hoc eod.lib.c.166.&de illius Iurisdictione
2 & officio habetur ibidẽ, & in cap. 167. eligitur
3 hic etiam, sicut alii Iudices Capitolini nostris temporibus à Summo Pontifice,& de electione, & facultatibus eius expediuntur pariter litteræ in forma Breuis. Cum in statuto agatur prius de primo Collaterali, secundo de Capitaneo appellationum, tertio de secundo Collaterali, sumitur argumentum, quod Primus Collateralis præcedere debeat Capitaneum, Capitaneus verò secundum Collateralem, nam ex ordine scri-
4 5 pturæ arguitur,quis nam sit dignior, & præcedere debeat iuxta tradita per *Euerar.in centur.sua loco primo sub num.14.* vbi ad id ipsum refert *glo. in Clem. vn.verb.Regum de baptis.* quę hoc dicit *sub vers.est aduertendum, Abb.ibidem nu.4.* qui hanc theoricam fusius prosequitur,addo *glo. in c.24.quorundam verbo Prædicatorum de elect. in 6.Signorol cons.23.num.26.Cardin. Tusc.conclus.430 num.19.sub littera D.*

Verum an ità ex consuetudine seruetur, nobis planè non constat,consuetudo autem in præcedendo attendi debet,*Bald.in l.obseruare § antequam num.2.& seq.ff.de offic.Præcons. & in cons.387.post med.* ibi itaque gradus excellentiã ostendit consuetudo.*Dec.in l.cum quid n.39. in 2.lect.ff si cert.pet Ias cons.192.* extra est glorioſa *num.13.lib 2.Ruin.cons.155.quia de iure nu.4.* vbi quod consuetudo plurimum potest,& attendi debet in sessionibus, & prælationibus *lib.4. Rip.respons.5.Arelatin num.12.de constit.Prag. de consuetud.q.11. num.500. Card. Tusc. concl. 430.nu.10.& seq.sub littera D.*

De Electione Secundi Collateralis.

Cap. VI.

Similibus modis, & formis,& temporibus, vt de Primo Collaterali dictum est,fiat separatim alia descriptio,deputatio, inclusio, extractio,electio,& præsentatio *a* Secũdi Collateralis: qui etiam habeat easdem qualitates.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Collateralis Secundus est Iudex à Sinistro latere Senatoris,& eadem potest,qua Primus Collateralis, vt infra Cap. IX. De Officio Collateralium Iudicum.*

ANNOTATIONES.

SEcundi Collateralis) hic est Iudex Secundus à sinistro latere Senatoris; & quæ de primo dicta sunt, de secundo pariter statuuntur.

De Iuramento Senatoris.

Cap. VII.

SEnator statim cum Capitolium ascẽderit ad officium exercẽdum, iuret in manibus Conseruatorum ad sancta Dei Euangelia, officium sibi commissum per se, suosque officiales legaliter, & bona fide, cum omni diligentia, & solicitudine exercere; Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, contra Hæreticos, quandocumque fuerit requisitus, fauorem, & auxilium præstare; Vrbem, & eius ciues, & comitatum & districtum in pace, & tranquillitate manutenere, regere, & gubernare, malis hominibus Romam, eiusque districtum purgare; viasque publicas districtus tutas, & securas ab incursione latronum, & bannitorum pro viribus conseruare; Iura, bona, iurisdictiones, & dignitates Vrbis, illiusque Fisci, seu Cameræ conseruare, & tueri; occupataque, & amissa, pro posse, recuperare; Hospitalia, religiosaque, & pia loca tueri, & in causis eorum, necnon Viduarum, Pupillorum, Pauperum, & miserabilium personarum, dotiumque mulierum procedere, & procedi facere, iuxta formam Statutorum, omni mora postposita; Locationes factas, & faciendas ciuibus Romanis, & districtualibus, in perpetuum, vel ad certum genus, seu ad tempus breuius, tueri; ipsosque in eorum possessione defendere, & expulsos in possessionem reducere; Statuta facta, & facienda, vt iacent, absque alia mala, seu sophistica interpretatione, & in casibus, in quibus Statuta aliquid nõ disponunt, Iura Ciuilia, & in eorũ defectum, Iura Canonica obseruare, & obseruari facere; manus puras, & mundas habere, & ab omnibus illicitis abstinere; familiam, & equos suos, & non suppositos, prout à Statutis requiritur, habere; constituta que salaria tribuere, nec aliquas lucratiuas conuentiones, præsertim cum Iudicibus, & Marescallis, siue Executoribus, & Maleficiorũ Notarijs facere: aut tractare; quòdque vt Executores, eorumque birruarij in competenti numero armati, vt decet, die, noctuque incedant, curabit, & quòd sibi liberum arbitrium concedatur; seu quòd non syndicetur, seu quod ante, vel infra tempus sui officij syndicari debeat, non petet: nullamque deliberationem facere, vel procurare, quæ sit, vel esse possit ordinationibus factis, & faciendis per Conseruatores præsentes, & futuros contraria, vel aduersa: quòdque ipsis Conseruatoribus, & eorum Cameræ, siue Fisci iuribus assistet; fauoremque, & auxilium pro posse præstabit. Pauperes, minores, impotentes, & personas ecclesiasticas tenentes, & possidentes terras in dominio, vel infra dominiũ alicuius Potẽtis tuebitur, & eisdem auxilium, & fauorem, quoties fuerit requisitus, pro posse præstabit.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Officiales etiam iuxta iuris communis sanctiones, antequam officium exercere incipiant, iurare debent de rectè administrando munere sibi commisso.*
2 *Idque seruatur etiam ex consuetudine totius Orbis.*
3 *Senator dum à Summo Pontifice sceptrum eburneum suscipit in signum iurisdictionis, iuramentum præstat ad manus Sanctitatis suæ.*
4 *Iuramenti prædicti forma.*
5 *Senator quid debeat, & possit facere.*
6 *Comitatus quid sit.*
7 *Comitatus in dispositione Statuti Vrbis significat Territorium ipsius Vrbis Romæ.*
8 *Aliàs propriè, & naturaliter significat Territorium Villarum, seu Castrorum.*
9 *Quid significet vulgari vsu loquendi.*
10 *Significat aliàs iuxta subiectam materiam totam Diœcesim, aliquando certã eius partem, quandoque etiam, sed impropriè Curiam Principis cum omnibus officijs suis instructam.*
11 *Districtus dicitur Territorium, cui inest iurisdictio, & quid, quantumque comprehendat.*
12 *Districtus latius patet quàm Comitatus.*
13 *Neque comprehenditur sub Statuto loquente simpliciter de Comitatu.*
14 *Et, dictio sui natura dispositionem ampliat.*
15 *Districtus aliàs dicitur etiam Territorium, cui inest iurisdictio.*
16 *Territorium dicitur à terendo, & districtus à distringendo.*
17 *Districtus est propriè Ciuitatum, Comitatus autem*

autemparticularium Dominorum.

18 *Districtus Vrbis passibus quadraginta millibus circumquaque finitur.*

ANNOTATIONES.

A Vret in manibus Cõseruatorum) quippè etiam iuxtà iuris cõmunis sanctiones debẽt Officiales, antequam officium exercere incipiant, Iuramentum præstare de recta administratione muneris sibi commissi, exemplum est in *Authen. vt Iudic. sine quoque suffrag. in fin. & comprobatur ex Authen. de defens. Ciuit. §. initium cum seq. & ex l. rem non nouam C. de Iudic. not. Paris de Put. tract. de syndic. verb. Iuramentum Officialis in princ. fol. 275. inter tract. vniuers. Iur. tom. 7.* & eiusmodi Iuramenta præstari ab officialibus de 2 consuetudine totius Orbis testatur *Mastrill. tract. de Magistr. lib. 2. cap. 2. num. 51.*

3 Sed ad manus Summi Pontificis Iuramentum aliud præstare solet Senator, quando suscipit sceptrum eburneum in signum Iurisdictionis, & potestatis sibi impartitæ, astante Magistro Cæremoniarum, sicut ipse tunc temporis præstiti, vi-4 delicet. Ego N. officium Almę Vrbis Senatoris à Sanctitate Vestra mihi commissum bene, & fideliter exercebo; neque recipiam aliquod genus muneris præter esculenta, & poculenta, quæ triduò consumi possint, iuxta formam Iuris cõmunis, & Breue Sanctitatis Vestræ: sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

5 B Exercere) quid Senator debeat, & possit facere, colligitur ex forma iuramenti à statuto hic prescripta.

6 C Comitatum) est Comitatus quædam Ciuitatis accessio, & naturales eiusdem Ciuitatis pertinentiæ, vbi non habetur Iurisdictio, quia Iurisdictio in Comitatum semper spectat ad Ciuitatem, *Bald. cons. 419. ad euidentiam sub num. 1. lib. 1. Castr. cons. 292. sub num. 2. & cons. 85. num. 7. lib. 1. Corn. cons. 151. sub num. 5. vol. 3 1. Aret. cons. 77. sub n. 4.*

7 Verùm in dispositione nostri statuti hoc loco Comitatus significat Territoriũ Vrbis Romæ, prout in statutis, vel alia dispositione: propriè, & naturaliter Comitatus importat Territorium Villarum, seù Castrorum, vt inquit *Felinus Zabarel. secutus in cap. Rodulphus sub num. 19. ibi*, sed propriè, & naturaliter in statuto, de *rescript. Hieronym. de Mont. tract. de finib. regun. cap. 8. num. 2. etiam tract. to 3. par. 2. fol. 333. inter tract. vniu. Iur.* sed comitatus vulgari sermone dicitur 9 il *Contado*, vnde appellantur vulgariter *Contadini*, qui Comitatum, ideſt Territorium Ciuitatis inhabitant, & subsunt Iurisdictioni Ci-10 uitatis. Cæterum aliàs iuxtà subiectam materiam Comitatus idem est, ac tota Diœcesis, quandoq. sumitur pro certa parte Diœcesis, aliquando etiam, sed impropriè pro Curia Principis cum omnibus officiis suis instructa, *Felin. in d. c. Rodulphus 38. num. 19. verb. Comitatus de rescript. Abb. in cap. veniens 19. nu. 2. not. 3. de præscript.* sed significationes istæ huic loco minimè congruunt.

11 D Districtum) hoc vocabulum comprehendit Territorium cum Castris, locisque aliis intra quadraginta milliaria ab Vrbe positis, vt infra *cap. 197. de verb. sig-*12 *nific. in princ.* Sicq; latius patet Districtus, quam Comitatus, quod & *not. Felin. in d. cap. Rodulphus num. 17. verb. districtus circa fin. vers. & subdit in 6. quæst.* Vnde statutum simpliciter lo-13 quens de Comitatu non comprehendit districtũ, vt per *Felin.* ibidem, & plenius per *Aret. cons. 77. sub num. 4. Anchar. in clem. ne Romani §. sanè sub num. 4. de elect.* Itaque post Comitatum statuentes addiderunt, & districtum ampliatiuè, 14 quod vtique significat dictio, *&*, iuxta naturam suam, *l. ea tamen adiectio 44. vbi Bart. ff. de legat. 3. Ruin. cons. 113 num. 3. vol. 1. Cranet. cons. 9. nu. 25. Paris. cons. 680. num. 5. par. 2. in recent.* Di-15 strictus aliàs dicitur etiam Territorium, cui inest 16 Iurisdictio; nam dicitur Territorium à terendo, & Districtus à distringendo; ideo vbicumque quis habet potestatem terendi, seù distringendi, totũ illud dicitur de Territorio, seù districtu suo *l. pupillus 239. §. Territorium ff de verb. significat. Abb. cons. 20. nu. 1. & seq. par. 1. Bald. cons. 419. num. 1.* ad euidentiam præmittendum *lib. 1.* qui, & subiungit Districtũ à Comitatu differre, quia 17 Districtus est propriè Ciuitatum, Comitatus Dominorũ, *Hieronym. de Monte Baldum referẽs d. tract. de fin. regun. cap. 7. nu. 6. Card. Tusc. concl. 516. num. 3. littera D. D. verb. districtus.*

De Iuramento Collateraliũ, & Iudicis Appellationum, necnon & iudicis Maleficiorum.

Cap. VIII.

QVilibet ex Collateralibus Capitolinæ curiæ, & Iudex appellationũ, & Iudex maleficiorum, antequam ad officium admittatur, *a* iuret in manibus Conseruatorum, officium sibi commissum bona fide legaliter, summaque diligentia, remotis amore, timore, odio, prece, pretio, & omni munere exercere; nihilque vltra suum salarium, & præsentibus Statutis permissa, etiam à sponte dantibus, recipere: Hospitalia, religiosaque, & pia loca tueri, & in causis eorũ, necnon viduarum, pauperum, & miserabilium

lium personarum, dotiumque mulierum, omni mora postposita, procedere; causas omnes, quæ coram ipsis ventilabuntur, infra terminum à statutis præfixum pro posse diffinire; singulisque diebus iurisdicis, & horis debitis ad Tribunal sedere, Statuta obseruare, & iustitiam vnicuique petenti administrare: & insuper ijdem Collaterales, & Iudex maleficiorum votum in Assettamentis exanimi sinceritate, & absque pretio, aut mercede aliqua, quoties fuerint requisiti, dare. Ipseque maleficiorum Iudex, vltra prędicta, de delictis veram, & integram informationem cum omnibus, & singulis qualitatibus, omni dolo, & fraude cessantibus recipere; nullasque qualitates, vel delicta augentes, vel reum excusantes omittere, nec quicquam vltra veritatem apponere.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Collaterales, & alij Capitolini Iudices ad quęnam teneantur.*

ANNOTATIONES.

1 A Vret) Ex forma istius Iuramenti apparet, ad quæ teneatur quilibet eorundem Iudicum; sed quia non omnia ibi expressa fuerant ideò in duobus capitibus sequentibus alia subiiciuntur, quæ ad officium Collateralium, & Iudicis Maleficiorum pertinent.

De Officio Collateralium Iudicum.

Cap. IX.

AD Officium Collaterallium spectat de causis quibuscumque ciuilibus cognoscere, instrumenta dotalia, apochas, & alia publica instrumenta, testamenta, codicillos, & alias vltimas voluntates executioni demandare, & causas ipsas celeriter infra tempora à Statutis præfixa expedire; pupillis, & minoribus Tutores, & Curatores dare; de restitutione in integrum cognoscere, omnibusque de quacumque re ciuiliter querelantibus tam in possessorio, quàm in petitorio iustitiam ministrare; omniaque alia facere, a quæ ordinarij Iudices facere possunt, & quæ in proximo præcedenti Capite, & in his Statutis continentur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Collaterales esse Iudices ordinarios probatur.*
2 *Argumentum ab effectu desumitur.*
3 *Restitutionis principaliter in integrum cognitio ad Iudices ordinarios dumtaxat pertinet.*
4 *Capitaneus, seu Iudex appellationum non cognoscit de restitutione in integrum principaliter.*
5 *Quia limitatam habet iurisdictionem ad causas appellationum, & nullitatum.*
6 *Restitutio in integrum incidenter peti potest coram quocumque Iudice, qui sententiam protulerit.*
7 *Quia hæc per viam exceptionis deducitur.*
8 *Collaterales Capitolini æqualem inter se iurisdictionem habent, & ideò inter eos locus est prœuentioni.*
9 *Et talem, tantamque habent iurisdictionem in causis ciuilibus, vt si Auditor Cameræ in causis coram eis vertentibus processerit, processus sit nullus.*
10 *Quod locum habet etiam, si perrecto memoriale Sanctissimo, in quo narrata fuerit pendentia causę, Papa rescripserit per hæc verba,* All'Auditor della Camera.

ANNOTATIONES.

1 2 QVæ Ordinarii Iudices facere possunt) hinc probatur Collaterales esse iudices ordinarios, nempè per argumentum ab effectu; de quo fusè per *Euerardum in centuria sua* loco ab effectu; nec mirum si proximè dictum sit, quod possint de restitutione in integrum principaliter 3 petita cognoscere, hæc enim cognitio ad Iudicem ordinarium dumtaxat pertinet, *l. fin. C. vbi & apud quem cogn. cap. cum ex litteris ex eodem tit. probat Odd. de restit. in integr. quæst. 32. art. 5. num. 46.* vbi de communi *Doct. opin. testatur*, & ideo de illa non cognoscit Capitaneus 5 Appellationum, quia limitatam habet iurisdictionē ad causas appellationum, & nullitatum, *Lue. Pat. in Iudic. form. Capit. for. lib. 7. cap 1 de rest. in integr. num 4.* quod intelligitur de restitutione in integrum principaliter: nam de altera, 6 quæ dicitur incidenter peti, quilibet Iudex, qui sententiam tulerit in negotio principali, cognoscere potest, cum hæc per viam exceptionis de- 7 ducatur

ducatur *l.1.C.de eod.Iud.Alexan in l.nam postea 9.S.si minor num.5.& 6.obi etiam Iaf. num. 14. ff.de iur. iur. Luc. Pet. loco citato*, porrò Collaterales æqualem habent Iurisdictionem, & ideo
8 inter eos locus est præuentioni iuxta tradita generaliter per *Capic.dec.27.nu. 11.& in specie de Collaturalibus not. Moderni de Tribunal. Vrb. cap.2.de præuention.nu. 15.* sed amplius animad-
9 pertendum est ad fauorem iurisdictionis Collateralium, quod illi in causis ciuilibus habent iurisdictionem talem, & tantam, vt si in eadem causa coram eis vertente Auditor Cameræ processerit, eius processus dicatur nullus, & inualidus *Rot. coram R. P. D. Pirouano in Romana Pecuniaria 5. Martij 1610. est impress. per Marches. de commiss. appell. ab obiig. Camerali fol. 721.* vbi quod Collaterales habent iurisdictionem ordinariam in Ciues Romanos, sicut Auditor Ca-
10 meræ. Ampliatur hoc etiam procedere, si porrecto memoriali Sanctiss. in quo fuerit narrata pendentia causæ, nihilominus Papa rescripserit per hæc verba videlicet, All'Auditore C. quia per dictum memoriale non dicitur tributa aliqua iurisdictio, quod valdet processum A.C. *Rot. in cad. Romana pecuniaria 5. Martij 1610. coram Pirouano.*

De Officio Iudicis Maleficiorum.

Cap. X.

Vdicis maleficiorum officium est, cognoscere *a* de causis quibuscunque criminalibus, ipsasque diligenter audire, & summa integritate decidere; & cauere, ne inter accusatorem, & accusatum collusio fiat, deq. violentijs expulsiuis, & turbatiuis, ac damnis datis *b* de quibus criminaliter agi continget, ac de quibuscumque excessibus, & maleficiis, de quibus per Statuta præsentia permittitur *c* diligenter inquirere; Affectamentis interesse; & votum suum sincerè præstare, eiusque officium incorruptè exercere, & omnia alia facere, quæ in Capite de Iuramento ipsius continentur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Iudex maleficiorum fori Capitolini non cognoscit de causis clericorum, vel aliarum personarum Ecclesiasticarum.*
2 *Iudex debet esse Ecclesiasticus, vt cognoscere possit de causis personarum Ecclesiasticarum.*
3 *Iudex maleficiorum fori Capitolini non cognoscit de causis certarũ personarum, qua proprios habent Iudices.*
4 *Neophytorum causa tam ciuiles, quàm criminales, & mixtæ reseruantur cognitioni eorũ Protectoris, qui solet esse Cardinalis.*
5 *Camerarius Ripæ solus cognoscit de causis delinquentium in Ripa maiori Tyberis.*
6 *Hebræorum causa à Cardinale Vicario Papæ actiuè, & passiuè cognoscuntur inter ipsos Hebræos, quando autem etiam mixtim inter alios, passiuè tantum.*
7 *Auditoris Camerę iurisdictioni subijciuntur, priuatiuè quo ad alios Iudices, eius notarij, & substituti, alijque in eorum Officijs, & intus Officia delinquentes.*
8 *Causæ criminales personarum certis locis pijs inseruientium cognoscuntur in certis casibus à Cardinalibus eorumdem locorum Protectoribus, priuatiuè quo ad alios Iudices.*
9 *Quicunque dictio generaliter comprehendit omnes.*
10 *Restringitur autem per leges, & consuetudines speciales.*
11 *Generi per speciem derogatur, siue præcedat genus, siue sequatur.*
12 *Generalitas verbum restringitur ad habilitatem personæ.*
13 *Iudex maleficiorum fori Capitolini cognoscit etiam de violentijs expulsiuis, ac turbatiuis, & damnis datis, de quibus criminaliter agi contingat.*
14 *Potest autem de causis eiusmodi agi, & ciuiliter, & criminaliter.*
15 *Delicta quænam sint, de quibus in foro Capitolino per inquisitionem cognosci possit.*
16 *Iudices criminalem iurisdictionem habentes per inquisitionem procedere possunt in causis criminalibus ex generali consuetudine nostrorum temporum.*
17 *Quod locum habet tam in publicis, quàm in priuatis delictis.*
18 *Criminalis iurisdictio fori Capitolini, quo ad modum procedendi per inquisitionem, ad certos casus expressos restringitur.*
19 *Nullus dictio est vniuersalis negatiuè, excludens omnes casus.*
20 *Nisi dictio excipit casus post expressos.*
21 *Exceptio firmat probibitionem in casibus non exceptis.*
22 *Statuti dispositio clara omnino seruanda est.*
23 *Processus per inquisitionẽ in omnibus delictis in foro Capitolino per Statuta non permittitur, & quare.*
24 *Processus per inquisitionem iure ciuili non permittitur.*
25 *Puniri nemo debet sine accusatore.*
26 *Statuta ita intelligi debent, vt quàm minimum*

mum lædant ius commune.

27 *Quod præcipuè de statutis Vrbis sentiri debet.*

28 *Statuta Vrbis potissimum fauent obseruationi iuris communis, & quare.*

ANNOTATIONES.

A DE causis quibuscunque Criminalibus) non tamen clericorum, vel aliarum personarum Ecclesiasticarum, harum enim Iudex debet esse Ecclesiasticus, *cap. cum non ab homine de iudic. vbi plenius Doct. cap. & si Clerici eodem tit. cap. 2. & ibi glos. de for. compet. cap. 17. Cleric. 11. q. 1. Clar. pract. crim. quæst 56. Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 11. num. 14.* vbi firmat conclusionem, quod Iudex Ecclesiasticus cognoscit de personis Ecclesiasticis, & de causis spiritualibus, seu ad Ecclesiam pertinentibus, & quidem regulariter loquendo, priuatiuè quoad Iudicem laicum, quàm conclusionem plenissimè prosequitur, declarat, & exornat. Nec etiam idem

3 Iudex maleficiorum cognoscit de cautis aliarum personarum, quæ proprios habent Iudices, habétes iurisdictionem priuatiue, quoad alios, qua-

4 les exempli gratia, sunt Neophytorum eorum enim Protector pro tempore, qui solet esse Cardinalis, solus potest cognoscere causas ipsorum Neophythorum tam ciuiles, quàm criminales, & mixtas, & tam actiuè, quàm passiuè, vt ex constitutione *9. Pauli IV. in Bullario nouo, §. 6. & 7. fol.* 725. similes sunt item cautæ delinquentium in Ripa Tyberis, ad quam appellunt externa naui-

5 gia, & in eius Regione; hæ namque à Camerario Ripæ, dumtaxat cognosci possunt ex constitutione Pauli Papæ Tertij *6. in d. bullar. §. 3. fol. 619. & ex constitutione 23. Pij Papæ Quarti, §.*

6 *3. fol. 36.* item causæ hebræorum, nam ille à Cardinale Vicario Papæ, non autem ab alio cognoscuntur actiuè, & passiuè, quando agitur inter ipsos hebræos, quando autem inter alios passiuè tantum iuxta constit. Iulij Papæ III. 2. §. 1. *eod. bullar. fol. 691.* quam vtique seruari iussit Paulus Papa V. in constit. sua super *refor. Trib. Vrb.*

7 *71. §. 7. eod. bullar. fol.* 170. Item Notarij Auditoris Cameræ, & substituti, ac alij in eorum officijs, & intus delinquentes subsunt iurisdictioni ipsius Auditoris priuatiuè quoad alios Iudices vti legitur in litteris facultatum Auditoris Cameræ positis *ad finem prax. Salust. Tiberij §. 12.* earundem litterarum; sunt etiam alij Protectores locorum piorum in Vrbe, quibus sin-

8 gulis vigore suarum facultatum competit iurisdictio criminalis in personas eorundem locorum, & in certis casibus priuatiuè, quoad alios Iudices, vt innuitur *in d. cõst. Pauli V. §. 10.* ibi Camerarius, Thesaurarius, &c. Quamuis igitur statutum nostrum loquatur de causis quibuscumq; criminalibus, sicque generaliter, quod significat

9 dictio illa quibuscunque *ad text. in cap. solita de maior. & obed. & in l. à Procuratore C. mand. Tiraq. de retract lign. §. 1. gloss. 7. num. 20.*

10 nihilominus restringitur per leges, & constitu-

11 tiones speciales, quia generi per speciem derogatur; *l. in toto ff. de regul. iur.* etiam in legibus, & statutis, siue species præcedat genus, siue sequatur *Dec. ibidem num 7. Euer. in cent. sua loco à generalitate num. 4. & 5.* addo, quod in

12 generalitate verborum sit restrictio ad habilitatem personæ per *text. in l. vt gradatim ff. de mun. & honor. Euer. in cent sua*, loco à ratione legis stricta, seu limitata *num. 7.* vnde statutum nostrum quantumuis generale intelligi debet de causis, ad quarum cognitionem Iudex iure sit habilis.

B De quibus criminaliter agi cõtinget) licet in principio capituli dictum sit huius Iudicis officium esse, cognoscere de causis quibuscunque criminalibus, non ideò superflua est hæc clausula, sed consultò apposita, vt Iudex maleficiorum intelligat, se de actionibus istis, quæ satis frequentes esse solent, in foro Capitolino, non aliter posse cognoscere, quàm si criminaliter

13 agatur; nam, & ciuiliter, & criminaliter agi potest in casibus hic expressis, nempè de violentijs

14 expulsuis, & turbatiuis, ac damnis datis, vt benè explicat *Farinac quæst. 100. num. 47. & pluribus alijs seqq.*

15 C Diligenter inquirere) qui sint isti casus, de quibus per statuta præsentia permittitur inquirere, habes infra *lib. 2. cap. 5.* sed cum temporibus nostris ex generali consuetudine possint

16 Iudices in causis criminalibus procedere per Inquisitionem, vti attestatur *Ant. Gomez. var. resol. to. 3. tit. de delict. cap. 1. num 49 in fin.* vbi hoc declarat habere locum nedum in delictis

17 publicis, sed etiã in priuatis ex iuribus, & *Doct.* à se superius allegatis *Clar. in pract. crim. quæst. 3. num. 6. vers. sed certè, Farin.* cum plurimis alijs à se citatis *quæst. 1. de inquis. num. 10.* fortè aliquis dubitabit, an statutum hoc cap. censeatur prohibere, nè hic Iudex vtatur iure istius consuetudinis generalis, sed iurisdictionem om-

18 nino habeat coarctatam ad casus statutis præsentibus expressos: cessat autem hæc dubitatio ex *d. cap. 5. lib. 2.* vbi prima verba hæc sunt, nulla inquisitio per Senatorem, vel Iudicem maleficiorum formari possit, nisi in casibus infrascriptis

19 videlicet, &c. nam dictio *nulla* est vniuersalis negatiua *l. nulli C. de Epis. & cler. Alex. cons. 185 num. 26. lib. 2.* quæ excludit omnes casus *glos. in cap Statutum verbo nullum de rescrip. lib. 6. Gimin. cons. 35. col. 1. in fin. Asym. cons. 294.*

20 *num. 6.* & dictio *illa*, nisi, excipit casus post expressos, vt in regula peccatum *reg. iur. in 6. & in l. actiones, vbi Bar. Iaf. & Ang. C. de transs. cum allatis per Barbos. de dict. dict. nisi 184.* &

21 exceptio firmat prohibitionem in casibus non exceptis *l. nam quod liquidè § fin. 1. responso ff. de pen leg. l. quæritur, §. denique in fi. & ibi Bar ff. de fund. instr. Euer in cent. sua* loco ab exceptione ad regulam *num. 1.* Vnde statuti dispositio est clara, & omnino seruanda *arg. text. in l. si seruum §. non dixit Prætor. ff. de acq. hæred. Bart. in l. quod constitutum ff. de test. mil. Dec. cons. 5. nu. 2. cum alijs cumulatis per Mascard. de interpret. stat. concl. 4. num. 2. 3. & 4.* Nec

23 mirũ videri debet, quod statuentes nõ laxauerint prorsus habenas Iudici ad procedendum per inqui-

24 *Senator in alijs functionibus coram Cardinalibus absente Pontifice primum post Cardinales locum tenet.*

25 *Senator antiquitus esse poterat etiam, qui ciuis erat Romanus.*

26 *Prætor eligebatur, qui haberet originem, vel domicilium in Vrbe.*

27 *Magistratus iure debent esse annales, vel biennales.*

28 *Magistratus confirmandi sunt iuxta consuetudinem.*

29 *Magistratus, quorum electio spectat ad Principem pro eiusdem arbitrio continuantur.*

30 *Antoninus Pius Imperator viuenti bono Iudici nullum dedit successorem.*

31 *Tiberius Imperator in more habuit continuare munera, ac plerosque ad finem vitæ in ijsdem exercitibus, aut iurisdictionibus habere.*

32 *Senatoris nostrorum temporum vestimenta, et decora insignia, qualia Prætori Vrbano antiquitus concedebantur.*

ANNOTATIONES.

1 VNus Senator) is, de quo statutum loquitur præter nominis dignitatem, nihil fere habet commune cum Senatoribus priscorum temporum, siue Regum, siue Reipublicæ, siue Imperatorum Romanorũ tempora spectes, mansitq; Romanę antiquitatis tantum leue vestigium in eo, qui nunc vti Prętor Vrbanus cẽsetur, & Senator vocatur à Sũmo Pontifice constitutus, qui in Cliuo Capitolino residet, & ordinaria potestate ciuibus ius dicit, sicuti notatũ reperitur apud *Petr. Greg. Synt. iur. p. 3. lib. 47. c. 25. in fi. ex Vest, in prax. lib. 2. c. 15.* qua de re superius egimus in præambulis, vbi de origine iurisdictionis Fori Capitolini. Cæterũ qualis modo eligitur Senator quæ sit eius potestas, & in quibus eius versetur officium, maximè constat ex hoc c. & infra c. 7. eod. lib. vt modo omittamus loca alia statutorũ, vbi peculiares habẽtur casus de ipsius iurisdictione,
2 & officio. At de institutione, numero, qualitatibus, & munere antiquiorũ Senatorũ ab initio, & postea pro mutatione, ac varietate Temporum, præter *Liu. Dionys.* & alios vetustiores Historicos, vide *Ritual. Hist. iur. ciu. lib 2. num. 78. & plenissimè Bud. ad l vlt. ff. de Senat. Conrad. in templ. omn. iud. lib. 1. cap. 7. num. 6. 7. & 8. Schard. lexic. Iur. verbo Senator Polet. in Histor. For. Roman. lib. 3. cap. 8. Sigon. de antiq. Iur. P. R. lib. 2. cap. 2. Rosin. antiquit. Roman. lib. 7 cap. 5.* Verum post translatum Imperium Vrbis Romæ in Romanos Pontifices, in historijs legitur administrationem Vrbis à Populo commissam esse modo vni modò duobus Senatoribus, qui à Pontifice cõfirmabantur, atq; hoc loco referendam ducimus notationem Onuph. Panuin. apud Plat. ad Clementẽ III. qui Pont. 181. recensetur. quoniã illa plurimũ lucis affert ad cognoscendũ, quomodo inter Pontifices, & Populum Romanum ratione Senatorũ diu actũ, & conflictatum fuerit. Porrò annot. ipsã citarunt, & approbarũt postea Scriptores alij, & præcipuè auctores nouissimi ad vitas Pontificũ in vita Clementis III. vbi & conditiones transactionis inter eundem Pontificem, & Romanos exactè repetierunt. Ita habet annotatio; perpetuè per annos plus minus quinquaginta inter populum, Pontificesque Romanos, ab Innocẽtio II. vsq; ad Clementem III. discordia ciuilis fuit, regiminis Vrbani occasione excitata, cum populus Romanus Pontifici suo Vrbis administratione submoto Senatores, qui Reipublicæ præessent, cũ patricio quodã, summa cũ auctoritate creassent, vt Otho Frisigensis Episcopus lib. hist. 7. & lib. 1. de gestis Friderici Imperat. c. sup. cit. & Abb. Vrspergensis, item vitarum Pontificum incerti cominis Scriptor Bibliothecę Platinę auctores sunt. Ex cuius rei occasione Innocentius Secundus, Cœlestinus Secudus animi dolore defecerunt, Lucius Secundus pene est interfectus. Eugen. tertius. Alexander III. & Lucius III. Vrbe pulsi, Vrbanus III. & Gregor. VIII. exules fuere: donec nouissimè tanti diſsidij vtraque parte pertesa, Populus Romanus cum Pontifice populari suo Clemente III. pacem æquis conditionibus facit, Senatoribus confirmatis, patricij verò loco Prætecto, quem Magistratum aboleuerãt, refecto. Huius pacis fœdera, & cõditiones cum omnium subscriptionibus ex libris censuum Cam. Apost. excerptas adhuc apud me sunt: Diuturna deinde quies, tranquilla Ecclesiæ tempora fuerunt: de duobus tradit *Platin. in Vita Martini Quarti* qui in Catalogo Pontificum est 192. de Senatoribus tentatur ex nostris Iureconsultis *Cyn. Petrarchæ*. Aequalis, & coniunctissimus post *Petr. de Bellapert. in l. fin. nu. 1. ff de pet. t. hæred.* Benedicto XII. Pontifice fuerunt Senatores duo, Stefanus Columna, cui Pontifex Senatorium munus ad annos quinque prorogauit, & Vesus
4 de Anguillaria, qui absente Stefano Collega Frãciscum Petrarcham vernacula lingua Poetarũ facile Principem in Capitolio astante Populo, omniq; Romana nobilitate anno 1341. laurea Corona decorauit, vt per *Platin. & Ciaccon. in vita eiusdem Benedicti*, qui tamen in anno Coronationis Petrarchæ errare conuincuntur ex descriptione Pompæ, ac Triumphi coronationis lucu lenter, ac diserte composita *per Senuccium Florentinum lingua vernacula*, qui refert Coronationem eiusmodi celebratã esse 13. Aprilis 1341. cum illi dicant anno 1338. nec apponant diem. Et de Senatoribus simpliciter in plurali idẽ *Platin. in vita eiusdem Martini Papæ. Sigon. de Reg. Italiæ lib. 12. ad fin. anno 1153.* & ad prædicta videri potest annotatio de vita prędicti Martini, & *Azor. Inst. moral. lib. 2. par. 2. lib. 1. cap. 40.* de vno autem nempè Carolo Sicilię Rege habetur vtique apud *Platin. in vita Nicolai Tertij*, qui tamen Pontifex Senatorijs munus, quod Principibus, & Regibus demandari consueue-
5 rat, à Carolo Rege Siciliæ in se transtulit, & ipse solus sustinuit, vt ibidem traditur, qua de re

re extat decretalis eiuſdem Nicolai *cap. fundamenta de elect. in 6.* verum Martinus Quartus
6 proximus Nicolai Tertij ſucceſſor Carolum Siciliæ Regem ad ſe venientem benignè ſuſcepit,& Senatoria dignitate à Nicolao priuatũ reſtituit. Et de munere Senatorio Caroli Regis monumentum adhuc apparet in Aula Aedium Senatoris
7 Vrbis hiſce verſibus.

Ille ego praclari tuleram qui Sceptra Senatus,
Rex Siculis Carolus Iura dedi Populis.
Obrutus heu iacui ſaxis, fumoque, dederunt
Hunc tua conſpicuum tempora Sixte locum.
Hac me Matthaus poſuit Tuſcanus in Aula.
Et patria, & Gentis gloria magna ſuæ;
Is dedit & Populo poſt me bona Iura Senator,
Inſignis Titulis, dotibus atque animi.

Anno Domini M. C. D. L. XXXI.

Tertio Semeſtri

Poſt Carolum Siciliæ Regem.

Titulo, & munere Senatorio Romanæ Vrbis ab eodem Pontifice Martino IV. decoratus dicitur Hiſpaniarum Infans Henricus filius Regis Ferdinandi Tertij,quod aſſerunt *Hieronym. Zurita Annal. Aragon. lib. 3. cap. 78. anno 1270. Thom. Fazell. de reb. Sicul. poſteriorioris Decadis lib. 8. cap. 3.*

Sed ne longius ab inſtituto noſtro digrediamur, eligitur noſtris temporibus Senator arbi-
8 trio Pontificis ad ſuum, & Sedis Apoſtolicæ be-
9 neplacitum, & præter ea,quæ vt diximus, ei cõpetunt, & conueniunt iuxta præſentia ſtatuta, potiſſimum hoc cap. & infra cap. 7. & paſſim alibi in ſtatutis ipſis, hanc habet prærogatiuam,
10 vt eius aſſertioni credatur tanquam ex ſublimioribus Magiſtratibus, *Serapbin. dec. 1349. num. 1. & 2. per text. in c. nobiliſſimus 97. diſtinct.*
11 Conſueuerunt etiam Romani Pontifices motu proprio concedere Senatori, vt in caſibus criminalibus tam in procedendo, quàm in iudicando non teneatur ſeruare formam ſtatutorum Vrbis, ſed prout ſibi beneuiſum procedere, & iudicare, atque etiam iuxta facultates in ſimilibus Gubernatori Vrbis quomodolibet conceſſis; ita enim habetur in litteris apoſtolicis in forma Breuis mihi conceſſis per fel.record.Paulum V. Pontif. verè Opt. Max. cum Senatorium munus mihi benigniſſimè commiſiſſet *1616. 6.* Nouembris, & de eiuſmodi facultatibus concedi ſolitis Senatori à Summo Pontifice ad inſtar facultatum Gubernatoris meminit *Farinacc. quæſt. 81. num. 173.* ex quibus duo præcipuè conſequuntur primum eſt, quod in criminalibus non teneatur Se-
12 nator adhibere Votum Aſſeſſamenti, quod aliàs denegari non poſſet, iuxta ſtatutum infra *cap. 79. lib 1.* & fæpè reorum nomine petitur prætextu
13 ſuſpicionis Iudicis Maleficiorum,ſed verius plerunque ad inuoluendas cauſas, & pœnas delictorum ſubter fugiendas, vel retardandas; Alterum quod in cauſis, quæ aguntur coram ſuo in cri-
14 minalibus Locumtenente decernere poſſit, vt Rei torqueantur denegatis defenſionibus, & ex proceſſu informatiuo tantum, in certis caſibus, prout ſeruatur perGubernatorẽ Vrbis in ſua Cu-
15 ria; Verũ eiuſmodi faculeas planè intelligẽda eſt magna cũ moderatione,& reſtringenda videtur, vt ei ſit locus dumtaxat in latronibus inſignibus, & eiuſmodi alijs reis enormium criminum valdè diffamatis, & concurrente vilitate vitæ rei torquendi, vti præbeminentiam Magnæ Curiæ Vicariæ in tali facultate declarat ex conſuetudine, *Afflict. dec. 391. num. 10. Gram. conſ. 64. num. 4. & vol. 3. num. 24. & vol. 30. num. 21. cum pluribus ſeqq. Rolan. conſ. 12. num. 88. vol. 3.* atque ita etiam in Curia Gubernatoris Vrbis ſeruatum fuiſſe ſuo tempore teſtatur *Ambroſin. tract. de modo forman. proceſſ. informat. lib. 3. cap. 1. num. 1.* & quidem maximè cauendum eſt cuiuis eiuſmodi facultate ſuffulto, nè illa abutatur,alias enim Iuſtitiam grauiter offenderet,cum interitu animæ ſuæ, nam hoc modo defenſionem
16 reo tolleret,quæ etiam iure naturali debetur *l. vt vim, vbi Doct. ff. de iuſtit. & iur. Rol. cum pluribus alijs à ſe cit. d. conſ. 12. num. 45.* ſed vberius rem iſtam pertractat *Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 97. num. 88.* quem ego fortè legi poſt hæc ſcripta. Cæterum quoad iuriſdictionem Senatoris, quæ ſanè ampliſſima eſt, illud poſtremo nõ
17 videtur eſſe prætermittendum, quod inter eum, & Gubernatorem Vrbis in cauſis omnibus locus
18 eſt præuentioni; ſiquè concurrant, Senator præfertur, ita expreſsè legitur in litteris Iulij Papæ Secundi de diſtinctione iuriſdictionum,& Tribunalium Vrbis datis Anno Incarnationis Dominicæ 1512. 5. Kal. Aprilis Pontific.eius anno 5. idque *not. Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 23. in fin. & Modern.de Tribunal. Vrb.cap. 2. de præuention. num. 13.*

19 Ad Senatoris Munus etiam pertinet intereſſe publicis Conſilijs incliti Senatus, Populique Romani, & quidem digniori loco inter Conſer-
20 uatores, vt potiſſimum animaduertat, nè quid fortè decernatur contra iura, aut mentem Summi Pontificis, vtque contentiones, ſi quæ exoriantur inter Ciues in dicendis ſententijs, vel ferendis ſuffragijs,comprimere, aut dirimere pru-
21 denter ſtudeat;Conſeruatore verò per Schedam eum pridiè inuitant ad Conſilium, ipſa verò die Conſilij, vbi Populus conuenerit, mittere ſolent duos nobiles ad Senatorem, qui eum denuò inuitent, & comitentur ad Conſilium.

In Cappellis,vt vocant, Pontificijs locus Se-
22 natoris anteactis temporibus fuerat in ordine primus poſt Oratorem Cæſareum, vt ex antiquis Cæremoniarum libris, & monumentis compertum fit,quod vſque ad Pontificatũ *Sixti* Papæ V. ſeruatum eſſe accepimus. Verum à ſubſequentibus Põtificatibus deſierunt Senatores intereſſe actibus publicis,coram Sanctitate ſua. Mos an-
23 tem vetuſtus retinetur adhuc, vt Senatori per Miniſtros, quos Curſores appellant, Sũmi Pontificis futuræ Cappellæ denuncientur ritè, ſicuti fit cum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & cum primariorum Principum Orateribus in
24 Vrbe Romæ commorantibus: in alijs verò Eccleſiaſticis functionibus, quæ abſente Pontifice præſentibus tamen Cardinalibus habentur, pri-

mus ei honor post Cardinales defertur ante Episcopos, Archiepiscopos, & alios omnes Prælatos nuncupatos, præcipuè per actus exhibitionis thuris, & pacis, idque adhuc seruatur ex antiqua consuetudine decreto Congregationis Sacrorum Rituum approbata.

B Exterus, & ex loco, qui distet ab Vrbe saltem per milliaria quadraginta) Antiquitus tamē à Senatoria Dignitate Vr-
25 bis Romæ non excludebatur Ciuis Romanus c. 17. fundamenta § *fin. & ibi glo. vlt. de elect. in* 6. quinimò longè antea Prætor Vrbis, in cuius locum diximus videri subrogatum Senatorem,
26 eligebatur dumtaxat, qui haberet originem, vel domicilium in ipsa Vrbe, *l. fin. C. de offic. Pref. facit l.* 4. *C. de Incol. lib.* 10 & de Prætore, atque de alijs officialibus Vrbis *not. Dec. in l.* 3. *n.* 6. *ad fin. ff. de offic. Assess.* An verò generaliter ad magistratus assumi debeant potius Ciues, quàm exteri copiosè disserit ex professo *Mastrill. de Magistrat. lib.* 2. *c* 7.

C Per annum quod tempus prorogari non debeat) annales enim,
27 aut biennales tantum magistratus esse debere cautum reperitur *l.* 4. *in fin. C. de suscept. Præpos. lib.* 10. neque vltra biennium continuandi, vel confirmandi sunt Magistratus, nisi contraria sit consuetudo, *Natt. conf.* 58. *num.* 2. *Surd. conf.* 261. *num.* 14. *&* 15. *lib.* 2. quæ tamen
28 consuetudo confirmandi, & prorogandi Magistratus est attendenda *l. fin. ibi quod officijs. &c. C. quæ sit long. consuet. Purpur. conf.* 137. *num.* 3 *Natt. & Surd. locis citatis, Gabr. concl.* 1. *de consuet. num.* 41. *Gratian. discept. forens. cap.* 184. *num.* 21. *& seqq. Mastrill. de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 6. *quem vide per tot. illud cap. differentem de materia*, an Magistratus debeant esse perpetui, vel temporales, qui præcipuè num. 34. iure alids inquit, veriſſimam esse conclusionem apud omnes communiter receptam, quod Magistratus non sint perpetui, sed annales. Verum quoad tempus Magistratuum, quorum electio à Principe dependet, Princeps
29 ipse arbitrio suo vtitur, & de Antonino Pio scribit Iulius Capitolinus in eius vita, quod succes-
30 sorem viuenti bono Iudici nulli dedit, qua de re laudatur, *vt not. Menoch. de arbitr. iudic. lib.* 1. *quæst.* 55. *num.* 12. *in addit.* quem refert *Gratian. d. cap.* 184. *num.* 33. & de Tiberio ita tradit *Tacit. annal. lib.* 1. *in fine*, id quoque morum
31 Tiberio fuit continuare Imperia, ac plerosque ad finem vitæ in ijsdem exercitibus, aut iurisdictionibus habere, causæ variæ traduntur, &c. ad hæc præterea vide *Gugliel. de Benedic. in cap. Raimutius verbo duas habens filias num.* 41. *et testam. Alex. ab Alexandro genial. dier. lib.* 4. *cap.* 6. *Cauall. commun. opin. contra commun. q.* 425. *num.* 23.

Indutus paludamento &c) 31 Regia hæc propemodum insignia videntur, qualia Prætori Vrbano, cuius locum Senator modo retinere dicitur, antiquitus concedebantur, vt ex Festo, Flauio, Liuio, & Alexandro supra retulimus, vbi præcipuè egimus de origine iurisdictionis Fori Capitolini.

De electione Primi Collateralis.

Cap. IV.

A QVoniam in Iudicibus eligendis maxima causæ cognitio versari debet; statuimus, & ordinamus, quòd in publico consilio eligantur quatuor probi viri, quorum vnus sit doctor Romanus, alter procurator Capitolinus, & duo reliqui sint nobiles ciues Romani, per quos fiat, & fieri debeat exactissima inquisitio grauissimorum, & sapientum Iuris vtriusque peritorum in Italia, qui ante per nouennium fuerint in publico collegio doctorati, & aliquod iudicandi munus, & officium exercuerint, & rectè administrauerint: & ab Vrbe origine per quinquaginta milliaria distent: & quotquot haberi à quolibet ipsorum poterint, ac ad eorum notitiam ex relatu fide dignorum peruenerint sub sacramenti religione, in eorum congregatione proponāt; nominaque eorum, qui fuerint ab omnibus præfatis electoribus concorditer nemine discrepante approbati, singulariter in singulis chartulis describantur, singulaque nomina in singulis cereis pilis includantur, quę signo, seu sigillo cuiuslibet ipsorum electorum signentur, sicque in crumenam, quam Busulam appellant, ipsaque crumena in scrinio includatur: cuius scrinij tres sint claues, quarum vna retineatur per Conseruatores, alia per Priorem Capitum regionum, alia per Proconsules Collegij Capitolinæ curiæ: quod scrinium in sacrario S. Mariæ de Aracæli reponatur, vsque ad tempus debitum. Sexto autem mense ante finem officij Iudicis exercitium exercentis, conuocato consilio publico in Palatio Conseruatorum, scrinium præfatum publicè cum clangore tubarum associatum ab electoribus præfatis, necnon Proconsulibus Collegij, & Correctoribus, & alijs per Conseruatores deputandis, in consilium deferatur: exindeque publicè tres pilæ sorte extrahantur; factaque signorum, & sigillorum recognitione, de quibus rogetur

tur Scriba Senatus, nomina extracta publicè legantur, & incontinenti per Conseruatores, Priorem Capitum Regionum, Cancellarios, & Electores, saltem duos, ad Sanctiſſimum Dominum nostrum Papam deferantur: & qui ex illis tribus, à Sanctiſſimo Domino nostro approbatus fuerit, intelligatur, & *b* sit Primus Collateralis Curiæ Capitolij, & *c* Locumtenens Senatoris, ad vnum annum integrum: qui terminus prorogari non debeat. Reliqua duo nomina, quæ remanserint, iterum pilis inclusa reponantur in crumena, & scrinio, vt supra; & aliter facta electio, & deputatio non valeat. Qua eiusdem Sanctiſſimi Domini nostri approbatione secuta, statim notificetur illi sic electo & approbato, vbicunque in Italia fuerit, cũ conditionibus officij, salarijs, & emolumentis, ad finem, vt possit deliberare, an velit acceptare, & tempus habeat ad componendas sarcinulas; qui, si non acceptauerit, similiter alius extrahatur, & præsentetur vt supra, & tot succeſſiuè extrahantur, donec vnus acceptet.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Iudicis definitio, & qualitates.*
2 *Iudices per pecuniam eligi non debent.*
3 *Iudicum electio si à radice auaritiæ procedat, omnia mala sequuntur.*
4 *Auaritia mater est omnium malorum.*
5 *Collateralis primus, est Iudex primus à latere Senatoris.*
6 *Eligitur à Romano Pontifice, & iurisdictionẽ habet per litteras in forma Breuis.*
7 *Magistratuum Vrbis creatio hodiè ad Principem pertinet, vti antiquitus pertinuit.*
8 *Collaterales Senatoris esse solent viri eminentis doctrinæ, & in foris versati, qui postea sæpè transferuntur ad maiores dignitates.*
9 *Collateralis primus, est Locumtenens Senatoris in causis ciuilibus.*
10 *Locumtenens an habeat eamdem iurisdictionem, quam principalis.*
11 *Locumtenens non potest facere alium Locumtenentem.*
12 *Collaterales, quam iurisdictionem habeant mortuo Senatore.*
13 *Sede vacante, quam iurisdictionem habeant officiales generaliter; Et in specie de Pœnitentiario temporum Sedis Vacantis, remissiuè.*
14 *Officialis etiam post finitum tempus officij exercet officium ante aduentum successoris.*
15 *Quod tamen procedit in Iudicibus ordinarijs, non autem in delegatis, cum definitione temporis.*

ANNOTATIONES.

A IN Iudicibus eligẽdis maxima causæ cognitio versari debet) nempè vt Iudex sit vir bonus, iuris dicendi, & æquitatis statuendæ peritus, ad id muneris publica auctoritate vocatus; talis enim debet esse Iudex iuxta elegantem, & veram definitionem *Claud. Cantiunc. tract. de offic. Iud. c. 1. in princ. lib. 1.* qui definitionem ipsam per omnia capita eiusdem lib. doctè comprobat, & exornat, est is *tract. inter tract. vniu. Iur. tom. 3. par. 1. fol. 72.* & qualis esse debeat Iudex, vide etiam *Gratian. in præfat. disceptat. nu. 20. & seqq. ex Cel. Rhodig. lect. antiq. lib. 23. cap. 14.* præcipuè verò
1 curandum est, ne per pecuniam Iudices eligãtur,
2 sed gratis etiam nihilo suffragiorum nomine dato, aliàs omnia mala sequuntur, si electio à radi-
3 ce procedat auaritiæ, quæ mater est omnium ma-
4 lorum, prout pleniſſimè legitur in *nouell. 8. vt Iudic. sine quoque suffrag. fiant.*

5 B Sit primus Collateralis) scilicet, Iudex, qui primus est à latere Senatoris: qualis autem esse debeat primus Collateralis, & quomodo eligendus, satis exponitur in hoc ipso cap. Attamen seruatur, vt breuiori via eligatur à so-
6 lo Pontifice, à quo etiam habeat iurisdictionem per Breue Apostolicum; nam in Vrbe magistra-
7 tuum creatio hodie ad Principẽ pertinet, vt antiquitus pertinuit, *l. vnica ff. ad l. Iul. de ambit.* & *probatur ex l. vnica ibi, Regimen Reipub. ad Imperatores perpetuò translatis ff. de offic. præf. prætor. not. glo. in l. vlt. in fin. ff. de re iud.* Et quidem eligi solent ad munus, tam primi, quàm secundi
8 Collateralis viri Eminentis Doctrinæ, & in foris diù versati, qui postea gradatim sæpè transferuntur ad maiores, & maximas dignitates.

9 C Locumtenens Senatoris) scilicet in Causis Ciuilibus tantum, nam Iudex Maleficiorum Curiæ Capitolij Locumtenens est in Criminalibus, & ita seruatur. An verò Locumtenens iure alijs habeat eadem priuilegia,
10 iurisdictionem, immunitatem, & honorem, quæ principalis, vide *Bald. in l. 1. §. à Præfectis ff. de leg. 3. Gratian. discept. 111. num 33. 51. & 54. & per*
11 *tot.* certè non potest facere alium Locomtenentem, *Bald. in dicta l. 1. §. a Præfectis in fin. ff. de leg. 3. per tex. in l. 5. a Iudice C. de iudic.*
12 An idem Collaterales habeãt iurisdictionem, & quam mortuo Senatore, cuius ipsi membra dicuntur, *vide not. per Couar. pract. qq. cap. 4. nu. 4.* & generaliter de Iurisdictione Officialium Sede vacante *Carocc. decis. 18. per tot.* & in notabili licet diuerso casu in Pœnitentiario tempore Sedis vacantis, *Bero. q. 1. per tot.* Et post etiam of-
14 ficij tempus finitum ante aduentum successoris

exercent officium *l.1.§.administrationem C. vt omn.iud.Giurb.decis.9.num.6.* Quod tamen secus est in iudicibus delegatis cum definitione
15 temporis, quia dictum præcedens solum procedit in ordinariis,*Giurb. vbi supra num.6.Carocc. decis.18.num.5.*sed quando,& aliàs secus sit,vide *Gratian.discept.184.nu.46.& seq.*

De Electione Capitanei Appellationum.

Cap. V.

Similis electio,& inclusio in sacculo alio, eodemque in scrinio, modis, & formis, vt in proximo precedenti Capitulo est expressum, *a* pro appellationũ Capitaneo fiat; & ex eo, vt præmittitur, Capitaneus extrahatur. qui tamen Capitaneus per duodecim annos antea fuerit in publico Collegio doctoratus, & alia officia,& iudicandi munera exercuerit: origine ab Vrbe per milliaria sexaginta distet; nec ex eadem Ciuitate,vel districtu, ex qua Senator, nec illi, nec Iudicibus, nec etiam alicui Ciui consanguinitate, aut affinitate vsque in tertium gradum,de iure Canonico inclusiuè computandum, coniunctus sit.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Capitaneus, & Iudex Appellationum idem est.*
2 *Eius iurisdictio, & officium.*
3 *Eligitur à Summo Pontifice,& de ipsius iurisdictione expediuntur litterę in forma breuis.*
4 *Capitaneus videtur præcedere Secundum Collateralem; Primus autem Collateralis vtrumque eorum præcedit.*
5 *Ordo scripturæ indicat quisnam dignior sit, et præcedere debeat.*
6 *Præcedentiam tribuit consuetudo, quæ quidẽ in materia ista potissimum attenditur.*

ANNOTATIONES.

1 A Ro appellationum Capitaneo) Capitaneus,& Iudex appellationum, idem est, vt inf.hoc eod.lib.c.166.& de illius Iurisdictione
2 & officio habetur ibidẽ, & in cap. 167. eligitur
3 hic etiam, sicut alii Iudices Capitolini nostris temporibus à Summo Pontifice,& de electione, & facultatibus eius expediuntur pariter litteræ in forma Breuis. Cum in statuto agatur prius de primo Collaterali, secundo de Capitaneo appellationum, tertio de secundo Collaterali, sumitur argumentum, quod Primus Collateralis præcedere debeat Capitaneum, Capitaneus verò secundum Collateralem, nam ex ordine scri-
4 pturæ arguitur,quis nam sit dignior, &
5 præcedere debeat iuxta tradita per *Euerar.in centur.sua loco primo sub num.14.* vbi ad id ipsum refert *glo. in Clem. vn.verb.Regum de baptis.* quę hoc dicit *sub vers.est aduertendum, Abb.ibidem nu.4.* qui hanc theoricam fusius prosequitur,addo *glo. in c.24.quorundam verbo Prædicatorum de elect. in 6.Signorol cons.23.num.26.Cardin. Tusc. conclus.430 num.19.sub littera D.*

Verum an ità ex consuetudine seruetur, nobis planè non constat,consuetudo autem in præcedendo attendi debet,*Bald.in l.obseruare § antequam num.2.& seq.ff.de offic.Præcons. & in cons.387.post med.* ibi itaque gradus excellentiã ostendit consuetudo.*Dec.in l.cum quid n.39. in 2.lect.ff.si cert.pet. Iaf.cons.192.* extra est gloriosa *num.13.lib.2.Ruin.cons.155.quia de Iure nu.4.* vbi quod consuetudo plurimum potest,& attendi debet in sessionibus, & prælationibus *lib.4. Rip.respons.5.Arelatin num.12.de constit.Prag. de consuetud.q.11. num.500. Card. Tusc. concl. 430.nu.10.& seq.sub littera D.*

De Electione Secundi Collateralis.

Cap. VI.

Similibus modis, & formis,& temporibus, vt de Primo Collaterali dictum est,fiat separatim alia descriptio,deputatio, inclusio, extractio,electio,& præsentatio a Secũdi Collateralis: qui etiam habeat easdem qualitates.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Collateralis Secundus est Iudex à Sinistro latere Senatoris,& eadem potest,qua Primus Collateralis, vt infra Cap. IX. De Officio Collateralium Iudicum.*

ANNOTATIONES.

SEcundi Collateralis) hic est Iudex Secundus à sinistro latere Senatoris; & quæ de primo dicta sunt, de secundo pariter statuuntur.

De Iuramento Senatoris.

Cap. VII.

SEnator statim cum Capitolium ascēderit ad officium exercēdum, iuret in manibus Conseruatorum ad sancta Dei Euangelia, officium sibi commissum per se, suosque officiales legaliter, & bona fide, cum omni diligentia, & solicitudine *b* exercere; Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, contra Hæreticos, quandocumque fuerit requisitus, fauorem, & auxilium præstare; Vrbem, & eius ciues, *c* comitatum & districtum in pace, & tranquillitate manutenere, regere, & gubernare, malis hominibus Romam, eiusque districtum purgare; viasque publicas districtus tutas, & securas ab incursione latronum, & bannitorum pro viribus conseruare; Iura, bona, iurisdictiones, & dignitates Vrbis, illiusque Fisci, seu Cameræ conseruare, & tueri; occupataque, & amissa, pro posse, recuperare; Hospitalia, religiosaque, & pia loca tueri, & in causis eorum, necnon Viduarum, Pupillorum, Pauperum, & miserabilium personarum, dotiumque mulierum procedere, & procedi facere, iuxta formam Statutorum, omni mora postposita; Locationes factas, & faciendas ciuibus Romanis, & districtualibus, in perpetuum, vel ad certum genus, seu ad tempus breuius, tueri; ipsosque in eorum possessione defendere, & expulsos in possessionem reducere; Statuta facta, & facienda, vt iacent, absque alia mala, seu sophistica interpretatione, & in casibus, in quibus Statuta aliquid nō disponunt, Iura Ciuilia, & in eorū defectum, Iura Canonica obseruare, & obseruari facere; manus puras, & mundas habere, & ab omnibus illicitis abstinere; familiam, & equos suos, & non suppositos, prout à Statutis requiritur, habere; constituta que salaria tribuere, nec aliquas lucratiuas conuentiones, præsertim cum Iudicibus, & Marescallis, siue Executoribus, & Maleficiorū Notarijs facere: aut tractare; quòdque vt Executores, eorumque birruari) in competenti numero armati, vt decet, die, noctuque incedant, curabit, & quòd sibi liberum arbitrium concedatur; seu quòd non syndicetur, seu quod ante, vel infra tempus sui officij syndicari debeat, non petet: nullamque deliberationem facere, vel procurare, quæ sit, vel esse possit ordinationibus factis, & faciendis per Conseruatores præsentes, & futuros contraria, vel aduersa: quòdque ipsis Conseruatoribus, & eorum Cameræ, siue Fisci iuribus assistet; fauoremque, & auxilium pro posse præstabit. Pauperes, minores, impotentes, & personas ecclesiasticas tenentes, & possidentes terras in dominio, vel infra dominiū alicuius Potētis tuebitur, & eisdem auxilium, & fauorem, quoties fuerit requisitus, pro posse præstabit.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Officiales etiam iuxta iuris communis sanctiones, antequam officium exercere incipiant, iurare debent de rectè administrando munere sibi commisso.*
2 *Idque seruatur etiam ex consuetudine totius Orbis.*
3 *Senator dum à Summo Pontifice sceptrum eburneum suscipit in signum iurisdictionis, iuramentum præstat ad manus Sanctitatis suæ.*
4 *Iuramenti prædicti forma.*
5 *Senator quid debeat, & possit facere.*
6 *Comitatus quid sit.*
7 *Comitatus in dispositione Statuti Vrbis significat Territorium ipsius Vrbis Romæ.*
8 *Aliàs propriè, & naturaliter significat Territorium Villarum, seu Castrorum.*
9 *Quid significet vulgari vsu loquendi.*
10 *Significat aliàs iuxta subiectam materiam totam Diœcesim, aliquando certā eius partem, quandoque etiam, sed impropriè Curiam Principis cum omnibus officijs suis instructam.*
11 *Districtus dicitur Territorium, cui inest iurisdictio, & quid, quantumque comprehendat.*
12 *Districtus latius patet quàm Comitatus.*
13 *Neque comprehenditur sub Statuto loquente simpliciter de Comitatu.*
14 *Et, dictio sui natura dispositionem ampliat.*
15 *Districtus aliàs dicitur etiam Territorium, cui inest iurisdictio.*
16 *Territorium dicitur à terendo, & districtus à distringendo.*
17 *Districtus est propriè Ciuitatum, Comitatus autem*

autem particularium Dominorum.

18 *Districtus Vrbis passibus quadraginta millibus circumquaque finitur.*

ANNOTATIONES.

7 A  Vret in manibus Cõseruatorum) quippè etiam iuxtà iuris cõmunis sanctiones debẽt Officiales, antequam officium exercere incipiant, Iuramentum præstare de recta administratione muneris sibi commissi, exemplum est in *Authen. vt Iudic. sine quoque suffrag. in fin. & comprobatur ex Authen. de defens. Ciuit. §. initium cum seq. & ex l. rem non nouam C. de Iudic. not. Paris de Put. tract. de syndic. verb. Iuramentum Officialis in princ. fol. 275. inter tract. vniuers. Iur. tom. 7.* & eiusmodi Iuramenta præstari ab officialibus de
2 consuetudine totius Orbis testatur *Mastrill. tract. de Magistr. lib. 2. cap. 2. num. 51.*

3 Sed ad manus Summi Pontificis Iuramentum aliud præstare solet Senator, quando suscipit sceptrum eburneum in signum Iurisdictionis, & potestatis sibi impartitæ, astante Magistro Cæremoniarum, sicut ipse tunc temporis præstiti, vi-
4 delicet. Ego N. officium Almę Vrbis Senatoris à Sanctitate Vestra mihi commissum bene, & fideliter exercebo; neque recipiam aliquod genus muneris præter esculenta, & poculenta, quæ triduò consumi possint, iuxta formam Iuris cõmunis, & Breue Sanctitatis Vestræ: sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

5 B Exercere) quid Senator debeat, & possit facere, colligitur ex forma iuramenti à statuto hic præscripta.

6 C Comitatum) est Comitatus quædam Ciuitatis accessio, & naturales eiusdem Ciuitatis pertinentiæ, vbi non habetur Iurisdictio, quia Iurisdictio in Comitatum semper spectat ad Ciuitatem, *Bald. conf. 419. ad euidentiam sub num. 1. lib. 1. Castr. conf. 292. sub num. 2. & conf. 85. num. 7. lib. 1. Corn. conf. 151. sub num. 5. vol. 3 1. Aret. conf. 77. sub n. 4.*

7 Verùm in dispositione nostri statuti hoc loco Comitatus significat Territoriũ Vrbis Romæ, prout in statutis, vel alia dispositione: propriè, & naturaliter Comitatus importat Territorium Villarum, seù Castrorum, vt inquit *Felinus Zabarel. secutus. in cap. Rodulphus sub num. 19. ibi*, sed propriè, & naturaliter in statuto, de *rescript. Hieronym. de Mont. tract. de finib. regun. cap. 8. num. 2. etì is tract. to 3. par. 2. fol. 333. inter tract. vniu. Iur.* sed comitatus vulgari sermone dicitur
9 il *Contado*, vnde appellantur vulgariter *Contadini*, qui Comitatum, ideſt Territorium Ciuitatis inhabitant, & subsunt Iurisdictioni Ci-
10 uitatis. Cæterum aliàs iuxtà subiectam materiam Comitatus idem est, ac tota Diœcesis, quandoq. sumitur pro certa parte Diœcesis, aliquando etiam, sed impropriè pro Curia Principis cum omnibus officiis suis instructa, *Felin. in d. c. Rodulphus 38. num. 19. verb. Comitatus de rescript. Abb. in cap. veniens 19. nu. 2. not. 3. de præscript.* sed significationes istæ huic loco minimè congruunt.

11 D Districtum) hoc vocabulum comprehendit Territorium cum Castris, locisque aliis intra quadraginta milliaria ab Vrbe positis, vt infra *cap. 197. de verb. si-*
12 *gnific. in princ.* Sicq; latius patet Districtus, quam Comitatus, quod & *not. Felin. in d. cap. Rodulphus num. 17. verb. districtus circa fin. vers. & subdit in 6. quæst.* Vnde statutum simpliciter lo-
13 quens de Comitatu non comprehendit districtũ, vt per *Felin.* ibidem, & plenius per *Aret. cons. 77. sub num. 4. Anchar. in clem. ne Romani §. sanè sub num. 4. de elect.* Itaque post Comitatum statuentes addiderunt, & districtum ampliatiuè,
14 quod vtique significat dictio, *&*, iuxta naturam suam, *l. ea tamen adiectio 44. vbi Bart. ff. de legat. 3. Ruin. cons. 113. num. 3. vol. 1. Cranet. cons. 9. nu. 25. Paris. cons 680. num. 5. par. 2. in recent.* Di-
15 strictus aliàs dicitur etiam Territorium, cui inest
16 Iurisdictio; nam dicitur Territorium à terendo, & Districtus à distringendo; ideo vbicumque quis habet potestatem terendi, seù distringendi, totũ illud dicitur de Territorio, seù districtu suo *l. pupillus 239. §. Territorium ff de verb. significat. Abb. cons. 20. nu. 1. & seq. par. 1. Bald. cons. 419. num. 1.* ad euidentiam præmittendum *lib. 1.* qui, & subiungit Districtũ à Comitatu differre, quia
17 Districtus est propriè Ciuitatum, Comitatus Dominorũ, *Hieronym. de Monte Baldum refert d. tract. de fin. regun. cap. 7. nu. 6. Card. Tusc. concl. 516. num. 3. littera D. D. verb. districtus.*

De Iuramento Collateraliũ, & Iudicis Appellationum, necnon & iudicis Maleficiorum.

Cap. VIII.

Vilibet ex Collateralibus Capitolinæ curiæ, & Iudex appellationũ, & Iudex maleficiorum, antequam ad officium admittatur, *a* iuret in manibus Conseruatorum, officium sibi commissum bona fide legaliter, summaque diligentia, remotis amore, timore, odio, prece, pretio, & omni munere exercere; nihilque vltra suum salarium, & præsentibus Statutis permissa, etiam à sponte dantibus, recipere: Hospitalia, religiosaque, & pia loca tueri, & in causis eorũ, necnon viduarum, pauperum, & miserabilium

lium personarum, dotiumque mulierum, omni mora postposita, procedere; causas omnes, quæ coram ipsis ventilabuntur, infra terminum à Statutis præfixum pro posse diffinire; singulisque diebus iuridicis, & horis debitis ad Tribunal sedere, Statuta obseruare, & iustitiam vnicuique petenti administrare: & insuper ijdem Collaterales, & Iudex maleficiorum votum in Assettamentis ex animi sinceritate, & absque pretio, aut mercede aliqua, quoties fuerint requisiti, dare. Ipseque maleficiorum Iudex, vltra prædicta, de delictis veram, & integram informationem cum omnibus, & singulis qualitatibus, omni dolo, & fraude cessantibus recipere; nullasque qualitates, vel delicta augentes, vel reum excusantes omittere, nec quicquam vltra veritatem apponere.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Collaterales, & alij Capitolini Iudices ad quænam teneantur.*

ANNOTATIONES.

1 A Vret) Ex forma istius Iuramenti apparet, ad quæ teneatur quilibet eorundem Iudicum; sed quia non omnia ibi expressa fuerant ideò in duobus capitibus sequentibus alia subiiciuntur, quæ ad officium Collateralium, & Iudicis Maleficiorum pertinent.

De Officio Collateralium Iudicum.

Cap. IX.

AD Officium Collaterali um spectat de causis quibuscumque ciuilibus cognoscere, instrumenta dotalia, apochas, & alia publica instrumenta, testamenta, codicilles, & alias vltimas voluntates executioni demandare, & causas ipsas celeriter infra tempora à Statutis præfixa expedire; pupillis, & minoribus Tutores, & Curatores dare; de restitutione in integrum cognoscere, omnibusque de quacumque re ciuiliter querelantibus tam in possessorio, quàm in petitorio iustitiam ministrare; omniaque alia facere, a quæ ordinarij Iudices facere possunt, & quæ in proximo præcedenti Capite, & in his Statutis continentur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Collaterales esse Iudices ordinarios probatur.*
2 *Argumentum ab effectu desumitur.*
3 *Restitutionis principaliter in integrum cognitio ad Iudices ordinarios dumtaxat pertinet.*
4 *Capitaneus, seu Iudex appellationum non cognoscit de restitutione in integrum principaliter.*
5 *Quia limitatam habet iurisdictionem ad causas appellationum, & nullitatum.*
6 *Restitutio in integrum incidenter peti potest coram quocumque Iudice, qui sententiam protulerit.*
7 *Quia hæc per viam exceptionis deducitur.*
8 *Collaterales Capitolini æqualem inter se iurisdictionem habent, & ideò inter eos locus est præuentioni.*
9 *Et talem, tantamque habent iurisdictionem in causis ciuilibus, vt si Auditor Cameræ in causis coram eis vertentibus processerit, processus sit nullus.*
10 *Quod locum habet etiam, si perrecto memoriale Sanctissimo, in quo narrata fuerit pendentia causæ, Papæ rescripserit per hæc verba,* All'Auditor della Camera.

ANNOTATIONES.

Væ Ordinarii Iudices facere possunt) hinc probatur Collaterales esse iudices ordinarios, nempè per argumentum ab effectu; de quo fusè per *Everardum in centuria sua* loco ab effectu; nec mirum si proximè dictum sit, quod possint de restitutione in integrum principaliter petita cognoscere, hæc enim cognitio ad Iudicem ordinarium dumtaxat pertinet, *l. fin. C. vbi & apud quem cogn. cap. cum ex litteris ex eodem tit. probat Odd. de restit. in integr. quæst. 32. art. 5. num. 46.* vbi de communi *Doct. opin. testatur*, & ideo de illa non cognoscit Capitaneus Appellationum, quia limitatam habet iurisdictionē ad causas appellationum, & nullitatum, *Luc. Pat. in Iudic. form. Capit. for. lib. 7. cap. 1 de rest. in integr. num. 4.* quod intelligitur de restitutione in integrum principaliter: nam de altera, quæ dicitur incidenter peti, quilibet Iudex, qui sententiam tulerit in negotio principali, cognoscere potest, cum hæc per viam exceptionis deducatur

ducatur *l.1.C.de eod.Iud.Alexan.in l.nam posteà 9.§.si minor num.5.& 6.vbi etiam Iaſ. num. 14. ff.de iur. iur. Luc. Pat. loco citato*, porrò Collaterales æqualem habent Iuriſdictionem, & ideo inter eos locus eſt præuentioni iuxta tradita generaliter per *Capic.dec.27.nu. 11.& in ſpecie de Collateralibus not. Moderni de Tribunal. Vrb. cap.2.de præuention.nu. 15.* ſed amplius animadpertendum eſt ad fauorem iuriſdictionis Collateralium, quod illi in cauſis ciuilibus habent iuriſdictionem talem, & tantam, vt ſi in eadem cauſa coram eis vertente Auditor Cameræ proceſſerit, eius proceſſus dicatur nullus, & inualidus *Rot. coram R. P. D. Pirouano in Romana Pecuniaria 5. Martij 1610. eſt impreſſ. per Marchef. de commiſſ. appell. ab obitg. Camerali fol.721.* vbi quod Collaterales habent iuriſdictionem ordinariam in Ciues Romanos, ſicut Auditor Cameræ. Ampliatur hoc etiam procedere, ſi porrecto memoriali Sanctiſs. in quo fuerit narrata pendentia cauſæ, nihilominus Papa reſcripſerit per hæc verba videlicet, All'Auditore C. quia per dictum memoriale non dicitur tributa aliqua iuriſdictio, quod valideat proceſſum A.C. *Rot. in eod. Romana pecuniaria 5. Martij 1610. coram Pirouano.*

De Officio Iudicis Maleficiorum.

Cap. X.

Vdicis maleficiorum officium eſt, cognoſcere *a* de cauſis quibuſcunque criminalibus, ipſasque diligenter audire, & ſumma integritate decidere; & cauere, ne inter accuſatorem, & accuſatum colluſio fiat, deq. violentijs expulſiuis, & turbatiuis, ac damnis datis *b* de quibus criminaliter agi continget, ac de quibuſcumque exceſſibus, & maleficiis, de quibus per Statuta præſentia permittitur *c* diligenter inquirere; Affectamentis intereſſe; & votum ſuum ſincerè præſtare, eiuſque officium incorruptè exercere, & omnia alia facere, quæ in Capite de Iuramento ipſius continentur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Iudex maleficiorum ſori Capitolini non cognoſcit de cauſis clericorum, vel aliarum perſonarum Eccleſiaſticarum.*
2 *Iudex debet eſſe Eccleſiaſticus, vt cognoſcere poſſit de cauſis perſonarum Eccleſiaſticarum.*
3 *Iudex maleficiorum ſori Capitolini non cognoſcit de cauſis certarũ perſonarum, quæ proprios habent Iudices.*
4 *Neophytorum cauſæ tam ciuiles, quàm criminales, & mixtæ reſeruantur cognitioni eorũ Protectoris, qui ſolet eſſe Cardinalis.*
5 *Camerarius Ripæ ſolus cognoſcit de cauſis delinquentium in Ripa maiori Tyberis.*
6 *Hebræorum cauſæ à Cardinale Vicario Papæ actiuè, & paſſiuè cognoſcuntur inter ipſos Hebræos, quando autem etiam mixtim inter alios, paſſiuè tantum.*
7 *Auditoris Camerę iuriſdictioni ſubijciuntur, priuatiuè quo ad alios Iudices, eius notarij, & ſubſtituti, alijque in eorum Officijs, & intus Officia delinquentes.*
8 *Cauſæ criminales perſonarum certis locis pijs inſeruientium cognoſcuntur in certis caſibus à Cardinalibus eorumdem locorum Protectoribus, priuatiuè quo ad alios Iudices.*
9 *Quicumque dicto generaliter comprehendit omnes.*
10 *Reſtringitur autem per leges, & conſuetudines ſpeciales.*
11 *Generi per ſpeciem derogatur, ſiue præcedat genus, ſiue ſequatur.*
12 *Generalitas verbum reſtringitur ad habilitatem perſonæ.*
13 *Iudex maleficiorum ſori Capitolini cognoſcit etiam de violentijs expulſiuis, ac turbatiuis, & damnis datis, de quibus criminaliter agi contingat.*
14 *Poteſt autem de cauſis eiuſmodi agi, & ciuiliter, & criminaliter.*
15 *Delicta quænam ſint, de quibus in foro Capitolino per inquiſitionem cognoſci poſſit.*
16 *Iudices criminalem iuriſdictionem habentes per inquiſitionem procedere poſſunt in cauſis criminalibus ex generali conſuetudine noſtrorum temporum.*
17 *Quod locum habet tam in publicis, quàm in priuatis delictis.*
18 *Criminalis iuriſdictio fori Capitolini, quo ad modum procedendi per inquiſitionem, ad certos caſus expreſſos reſtringitur.*
19 *Nullus dictio eſt vniuerſalis negatiuè, excludens omnes caſus.*
20 *Niſi dictio excipit caſus poſt expreſſos.*
21 *Exceptio firmat probibitionem in caſibus non exceptis.*
22 *Statuti diſpoſitio clara omnino ſeruanda eſt.*
23 *Proceſſus per inquiſitionẽ in omnibus delictis in foro Capitolino per Statuta non permittitur, & quare.*
24 *Proceſſus per inquiſitionem iure ciuili non permittitur.*
25 *Puniri nemo debet ſine accuſatore.*
26 *Statuta ita intelligi debent, vt quàm mini-*

mum

num ledant ius commune.

27 *Quod præcipuè de Statutis Vrbis sentiri debet.*

28 *Statuta Vrbis potissimum fauent obseruationi iuris communis, & quare.*

ANNOTATIONES.

A DE causis quibuscunque Criminalibus) non tamen clericorum, vel aliarum personarum Ecclesiasticarum, harum enim Iudex debet esse Ecclesiasticus, *cap. cum non ab homine de iudic. vbi plenius Doct. cap. & si Clerici eodem tit. cap.* 2. *& ibi glos. de for. compet. cap.* 17. *Cleric.* 11. *q.* 1. *Clar. pract. crim. quæst* 36. *Scacc. de Iudic. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 14. vbi firmat conclusionem, quod Iudex Ecclesiasticus cognoscit de personis Ecclesiasticis, & de causis spiritualibus, seu ad Ecclesiam pertinentibus, & quidem regulariter loquendo, priuatiuè quoad Iudicem laicum, quam conclusionem plenissimè prosequitur, declarat, & exornat. Nec etiam idem Iudex maleficiorum cognoscit de causis aliarum personarum, quæ proprios habent Iudices, habétes iurisdictionem priuatiue, quoad alios, quales exempli gratia, sunt Neophyti: eorum enim Protector pro tempore, qui solet esse Cardinalis, solus potest cognoscere causas ipsorum Neophythorum tam ciuiles, quàm criminales, & mixtas, & tam actiuè, quàm passiuè, vt ex constitutione *9. Pauli IV. in Bullario nouo, §. 6. & 7. fol.* 725. similes sunt item cauæ delinquentium in Ripa Tyberis, ad quam appellunt externa nauigia, & in eius Regione; hæ namque à Camerario Ripæ, dumtaxat cognosci possunt ex constitutione Pauli Papæ Tertij *6. in d. bullar. §. 3. fol.* 619. *& ex constitutione* 25. *Pij Papæ Quarti, §.* 3. *fol.* 36. item cauæ hebræorum, nam ille à Cardinale Vicario Papæ, non autem ab alio cognoscuntur actiuè, & passiuè, quando agitur inter ipsos hebræos, quando autem inter alios passiuè tantum iuxta constit. Iulij Papæ III. 2. *§.* 1. *eod. bullar. fol.* 691. quam vtique seruari iussit Paulus Papa V. in constit. sua super *refor. Trib. Vrb.* 71. *§.* 7. *eod. bullar. fol.* 270. Item Notarij Auditoris Cameræ, & substituti, ac alij in eorum officijs, & intus delinquentes subsunt iurisdictioni ipsius Auditoris priuatiuè quoad alios Iudices vti legitur in litteris facultatum Auditoris Cameræ positis *ad finem prax. Salust. Tiberij §.* 12. earundem litterarum; sunt etiam alij Protectores locorum piorum in Vrbe, quibus singulis vigore suarum facultatum competit iurisdictio criminalis in personas eorundem locorum, & in certis casibus priuatiuè, quoad alios Iudices, vt innuitur *in d. cõst. Pauli V. §.* 10. ibi Camerarius, Thesaurarius, &c. Quamuis igitur statutum nostrum loquatur de causis quibuscumq; criminalibus, sicque generaliter, quod significat dictio illa quibuscunque *ad text. in cap. solite de maior. & obed. & in l. à Procuratore C. mand. Tiraq. de retract lign. §.* 1. *glos.* 7. *num.* 20. nihilominus restringitur per leges, & constitutiones speciales, quia generi per speciem derogatur; *l. in toto ff. de regul. iur.* etiam in legibus, & statutis, siue species præcedat genus, siue sequatur *Dec. ibidem num* 7. *Euer. in cent. sua loco à generalitate num.* 4. *&* 5. addo, quod in generalitate verborum fit restrictio ad habilitatem personæ per *text. in l. vt gradatim ff. de mun. & honor. Euer. in cent sua*, loco à ratione legis stricta, seu limitata *num.* 7. vnde statutum nostrum quantumuis generale intelligi debet de causis, ad quarum cognitionem Iudex iure sit habilis.

B De quibus criminaliter agi cõtinget) licet in principio capituli dictum sit huius Iudicis officium esse, cognoscere de causis quibuscunque criminalibus, non ideò superflua est hæc clausula, sed consultò appositа, vt Iudex maleficiorum intelligat, se de actionibus istis, quæ satis frequentes esse solent, in foro Capitolino, non aliter posse cognoscere, quàm criminaliter agatur; nam, & ciuiliter, & criminaliter agi potest in casibus hic expressis, nempè de violentijs expulsiuis, & turbatiuis, ac damnis datis, vt benè explicat *Farinac quæst.* 100. *num.* 47. *& pluribus alijs seqq.*

C Diligenter inquirere) qui sint isti casus, de quibus per statuta præsentia permittitur inquirere, habes infra *lib.* 2. *cap.* 5. sed cum temporibus nostris ex generali consuetudine possint Iudices in causis criminalibus procedere per Inquisitionem, vti attestatur *Ant. Gomez. var. resol. to.* 3. *tit. de delict. cap.* 1. *num* 49 *in fin.* vbi hoc declarat habere locum nedum in delictis publicis, sed etiã in priuatis ex iuribus, & *Doct.* à se superius allegatis *Clar. in pract. crim. quæst.* 3. *num.* 6. *vers. sed certè, Farin.* cum plurimis alijs à se citatis *quæst.* 1. *de inquis. num.* 10. fortè aliquis dubitabit, an statutum hoc cap. censeatur prohibere, nè hic Iudex vtatur iure istius consuetudinis generalis, sed iurisdictionem omnino habeat coarctatam ad casus statutis præsentibus expressos: cessat mitem hæc dubitatio ex *d. cap.* 5. *lib.* 2. vbi prima verba hæc sunt, nulla inquisitio per Senatorem, vel Iudicem maleficiorum formari possit, nisi in casibus infrascriptis videlicet, &c. nam dictio *nulla* est vniuersalis negatiua *l. nulli C. de Episc. & cler. Alex. cons.* 185 *num.* 26. *lib.* 2. quæ excludit omnes casus *glos. in cap Statutum verbo nullum de rescrip. lib.* 6. *Gemin. cons.* 35 *col.* 1. *in fin. Aym. cons.* 294. *num.* 6. & dictio *illa*, nisi, excipit casus post expressos, vt in regula peccatum de *reg. iur. in* 6. *& in l. actione, vbi Bar. Ias. & alij C. de transs. cum allatis per Barbos. de dict. dict. nisi* 184. & exceptio firmat prohibitionem in casibus non exceptis *l. nam quod liquidè § fin.* 1. *responso ff. de pen leg. l. quæritur, §. denique in fi. & ibi Bar ff. de fund. instr. Euer in cent. sua* loco ab exceptione ad regulam *num.* 1. Vnde statuti dispositio est clara, & omnino seruanda *arg. text. in l. vnum §. non dixit Prator. ff. de acq. hæred. Bart. in l. quod constitutum ff. de test. mil. Dec. cons.* 5. *nu.* 2. *cum alijs cumulatis per Mascard. de interpret. stat. concl.* 4. *num.* 2. 3. *&* 4. Nec mirũ videri debet, quod statuentes nõ laxauerint prorsus habenas Iudici ad procedendum per inqui-

24 quisitionem in omnibus delictis, quia iure ciuili communi non permittitur processus per inquisi-
25 tionem, uemo enim sine accusatore puniri debet *cap. 1. de accus. l. rescripto §. si quis accusatorem vbi glos. ff. de mun. & honor. glos. in l. 2. §. si publico, verbo sine accusatore ff. ad l. Iul. de adult.* quam sequuntur communiter *Doct. vt inquit Ang. ibidem num. 2. Farin. de inquis. quæst. 1.*
26 *num. 7.* & statuta ita intelliguntur condita, vt quam minimum lædant ius commune *cap. cum dilectus de consuet. & ibi Doct. cap. inter dilectos vbi etiam Doct. de fid. Instr. Rot. diu. par. 1. de-*
27 *cis. 475. nu. 6.* præcipuè verò de statutis Vrbis hoc modo sentiri debet, cum hæc potissimum
28 faueant obseruationi iuris ciuilis; nec immeritò quando in hac Vrbe Roma iura ciuilia aucta, ortaque sunt, & ad alios populos defluxerunt, & adhuc susceptæ benignè seruantur, vt legitur infrà *cap. 42. lib. 1.* Verum vbi Senator habeat specialem facultatem procedendi etiam non seruata forma statutorum, & iuxta facultates Gubernatoris Vrbis, prout dixi me habuisse supra ad *cap. 3.* de Senatore eligendo, non erit, cur immoremur quoad hoc in dispositione statutorum.

De Absentia, seu infirmitate alicuius ex Iudicibus præfatis.

Cap. XI.

SI quando ex aliqua causa, *a* præuia tamen Conseruatorum licẽtia, aliquis ex Collateralibus, seu etiam maleficiorum Iudex, abesse contigerit, vel ęgrotare, ita quòd ad Tribunal sedere nõ valeat; possit, & debeat alius *b* ex Iudicibus in locũ impediti ad Tribunal sedere, & decreta omnia interlocutoria, à quibus ex forma Statutorum appellatio non datur, citra causæ conclusionem interponere: quæ perinde valeant, & roboris obtineãt firmitatem, ac si à suo Iudice interposita fuissent. Quòd si absentia, vel infirmitas vltra spatium dierum decem *c* durauerit, tunc de Conseruatorum consensu, Senator, vel de alio prouideat, vel in illius locum alterum ex Iudicibus, vsque quo cesset impedimentum, vel alius eligatur, surrogare debeat; qui in omnibus in illius locum succedat.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Senator permittit Iudicibus Capitolinis, vt ad paucos dies ab Vrbe ex causa abesse possint.*

2 *Iurisdictio vbi est ordinaria, locus est iuri accrescendi inter Collegas.*

3 *Iudex, si longo temporis interuallo absit, vel ægrotet, alius eius loco ex iuris prudentia subrogatur.*

4 *Tempus certum, vbi non sit adiectum, Iudicis arbitrio illud relinquitur.*

5 *Princeps, vbi manum apposuit, non potest alius quicquam statuere.*

6 *Papa vbi manum apposuit in beneficialibus, affectio, seu vinculum tale nascitur, vt alius à Papa omnino excludatur, ne se ingerere possit.*

7 *Ligare eius est, cuius est soluere, & contra.*

8 *Iurisdictionem mandare, vel non mandare, & eam adimere pariter fuit in arbitrio Proconsulis, non tamen debuit inconsulto Principe hæc facere.*

9 *Iudex absens consequitur salarium, dummodo licentiam habeat ab habente potestatem concedendi illam.*

10 *Etiam si causa suorum negotiorum abesset.*

11 *Et licentia eiusmodi non est necessaria tempore feriarum iudicialium.*

12 *Iudex infirmus pro tempore infirmitatis habere debet salarium, atque etiam exigere potest alias impensas requisitas ratione Officij, quamuis extraordinarias.*

13 *Iudice mortuo debetur salarium eius hæredibus pro tempore conuento, si vnica præstatio fuerit, si verò plures fuerint, pro prima pensione duntaxat.*

14 *Iudex subrogatus in locum absentis, vel infirmi, an gaudeat ijsdem priuilegijs. remissiuè,*

15 *An exerceat officium sequuta morte infirmi remissiuè.*

ANNOTATIONES.

A PRæuia Conseruatorũ licẽtia) seruatur autẽ, quantum nobis cõstat, quod solus Senator det licentiam Iudicibus, vt ad paucos dies ab Vrbe abesse possint, exempli gratia, si contingat aliquem ex eis requiri ad interponendum Decretum extra Vrbem intra districtum.

B Ex Iudicibus, &c.) id quidem etiam iuri communi consonat, quod in iurisdictione ordinaria locum habeat ius accrescendi inter Collegas *l. 1. ff. de offic. cons. not. Bald. in l. vn. n. 42. C. quan. non peten. par. peten. accresc. Capic. dec. 27. num. 11. Modern. de Tribunal. Vrb. cap. 2. de præuen. num. 15.* vbi in specie de Capitolinis Iudicibus.

Dura-

C **Durauerit)** bonum, & opportunum, sanè temperamentum hic
3 assumitur, desumptum ex iuris prudentia vt in *l. 18. si longius ff. de iudic.* non videretur autem permittendum Collaterali, vt diutius abesset, quoniam in Foro Capitolino quamplurimæ causæ agi solent, & plereque pauperum personarum, Vnde Iudicis absentia, litigantibus damnosa facilè esse potest, id tamen arbitrio Senatoris, vti boni Viri, & supremi Præsidis Curiæ Capitolij
4 relinquendum videtur, vt de tempore alias vbi adiectum non sit, statuit *I. C. in l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig.* & fusius prosequitur *Menoch. de arbitr. Iud. cas. 2. lib. 2.*

D **De alio prouideat)** pertinet hoc notiris temporibus ad Auctoritatem Pontificis, à quo scilicet eligun tur Collaterales, vt superius diximus capite 4. Et cuius mandato Senator deputat Iudicem
5 Maleficiorum, nam vbi *Princeps* manum apponit, non potest alius quicquam statuere ad *text. in c. vt nostrum de appell. c. nomen 2. q. 1.*
6 Sicuti traditur in beneficialibus, quod per manus Papæ appositionem affectio, seù vinculum tale nascitur, vt alius à Papa omninò excludatur, ne se intromittere possit, ità *Mandos. ad reg. 4. Cancell. q. 6. num 6.* Iura, & Doctor. auctoritates copiosè referens, idipsum comprobant Iuris regulæ scilicet *l nihil tamen naturale 36. & l. nemo, qui condemnare non potest. 38. ff. de reg. Iur.*
7 *Text. in l. solet ff. de offic. Proconf.* & eius est ligare, cuius est soluere, & contra *l. 3 ff. de re iudic. glo. in cap. cum inferior verbo ligare de maior. & obed.* Imò amplius, videretur inhærendum prudenti responso *Vlpiani in dicta l solet*, vbi habentur hæc verba, sicut autem mandare Iurisdictionẽ
8 vel non mandare est in arbitrio Proconsulis ità adimere mandatam Iurisdictionem licet quidem Proconsuli, non autem debet inconsulto Principe hoc facere. Vnde facilè intelligitur quanta Principis ratio in eiusmodi negociis haberi debeat.
9 Vbi verò Iudex absit cũ licentia ab habente potestatem eam dandi, salarium consequitur *Boncompag. tract. de Syndic. num. 71 Surd. cons. 42. num. 1. Capice. decis. 125. nu. 7.* vbi etiam si abesset
10 pro suis negociis peragendis *Amat. dec. Marcb. 52 nu. 8. Gratian. decis. Marcb. 100. nu. 1 & seqq.*
11 Tempore autem feriarum non est necessaria li-
12 centia. Pariter si Iudex fuerit infirmus, pro tempore infirmitatis salarium habere debet, quia officium non requirit solum laborem, sed etiam probitatem scientiæ, & intellectus, atque etiam exigere potest alias impensas extraordinarias, & condecentes requisitas ratione officii *Capic. dicta decis. 125. num. 4. & seq. Auset ad Cappell. Tholos. quæst. 268. Amat. dec. 52. nu. 12.* Immo si
13 moreretur adhuc durante officio deberur hæredibus integrum salarium pro toto tempore, si vnica tantum salarii præstatio fuisset facienda, sin autem singulis certis temporibus distributum sit totum id debetur quod in prima pensione Iudex habuisset, si viuus fuisse... *ff. in l. Diem funclo ff. de offic. Assessor. & in l. 1. § Diuus vbi latè Bart. ff. de var. & extraord. cognit.* Quid si in locum
14 absenti.., vel infirmi sit subrogatus alius an gaudeat iisdem priuilegiis? *vide not. per Gra disc. pt.*
15 *111. num. 53. & seqq.* Et an exerceat officium sequuta morte infirmi? *Giurba dec. 9. nu. 1. & seqq.*

De suspicione Collateralium. Cap XII.

a SI ante litem contestatam, *b* vel pro cõtestata habitam; aliquis ex Collateralibus *c* cum iuramento suspectus recusetur; *d* Senator illi adiunctum, vel eo remoto, alium ex reliquis suis Iudicibus, vel etiam extra Capitolium, dare, & deputare debeat. *e* Quòd si post litem contestatam, vel pro contestata habitam, suspectus allegetur: tunc causa suspicionis exprimatur in actis; & Senator *f* arbitrio suo, *g* omni, & quacunque appellatione remota, suspicionem reiicere, vel primo remoto, alium non suspectum (vt præmittitur) dare, & deputare possit, & debeat, qui in locum ordinarij in omnibus, & per omnia succedat, & ab eo ad Capitaneum Appellationum appelletur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Litis contestatio fit per petitionem in iure propositam, & responsionem sequutam.*
2 *Vel cum Iudex per narrationem negotij causam audire cœperit.*
3 *Vel si reus per solam negationem, seu responsionem ad libellum actoris, simpliciter diffitetur contenta libelli.*
4 *Litis contestatio, vbi non requiritur, lis habetur pro contestata per primum actum, qui aliàs immediatè fieri solet post litis contestationem, videlicet eo ipso, quod Iudex incipit cognoscere de meritis causæ.*
5 *Litis contestatio in causis summarijs inducitur per primum actum, qui respicit merita causæ.*
6 *Exemplum sit, vbi iura producuntur ex vna parte, & ex alia respõdetur generalia cõtra.*
7 *Litis contestatio non inducitur, si obijciatur exceptio declinatoria fori.*
8 *Vel si respondeatur cum protestatione de animo non contestandi litem.*
9 *Litis contestatio quamuis in causis summarijs non sit necessaria, requiritur tamen in ordinarijs, si in eis summariè procedatur.*

10 *Litis conteſtatio non eſt neceſſaria, vbi Iudex procedere poteſt ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij.*

11 *Litis conteſtatio in quibus caſibus non requiritur. remiſſiuè.*

12 *Non requiritur regulariter, vbi libellus non requiritur.*

13 *Iuramentum hoc habet priuilegium inter cætera, quod ex eo probetur ſuſpicio contra Iudicem, qui ideo poſſit in totum recuſari.*

14 *Quod tamen procedit in recuſatione Iudicis delegati, non autem ordinarij.*

15 *Iudex ordinarius de iure ciuili, etiam cum iuramento recuſari non poteſt, ita vt remoueatur in totum, ſed tantum, vt illi detur adiunctus.*

16 *Iudex de iure ciuili recuſari poteſt, etiam non expreſſa cauſa ſuſpicionis.*

17 *Secus autem de iure Canonico, iuxta quod recuſari poteſt tã delegatus, quàm ordinarius, ſed cauſa ſuſpicionis exprimi debet per arbitros cognoſcenda.*

18 *Iudicem recuſandi cauſa, quàm plurima. remiſſiuè.*

19 *Iudice recuſato vti ſuſpecto, acta coram eo geſta de iure ciuili, & in foro Capitolino ſunt nulla; & recuſato vno ex Collateralibus, Senator poteſt eum prorſus remouere, Iudice alio in locum ſuſpecti ſubrogato.*

20 *Iudicis recuſatio fieri debet cum appellatione ab vlteriori proceſſu, aliàs proceſſus ſuſtinetur.*

21 *Etiam ſi cauſa recuſationis eſſet iuſta.*

22 *Vel in termino præfixo probata non fuiſſet.*

23 *Recuſatio cenſetur reiecta per proceſſum ad vlteriora, quando non fuerit appellatum.*

24 *Recuſatio cum appellatione ſufficit ad nullitatem actorum, licèt appellatus non fuerit proſequutus appellationem.*

25 *Recuſationi cenſetur renuntiatum per comparitionem coram Iudice recuſato.*

26 *Etiam ſi obtentum ſit reſcriptum ad alium Iudicem.*

27 *Proteſtatio de non conſentiendo in iuriſdictionem excuſat comparitionem factam poſt recuſationem.*

28 *Si tamen proteſtatio non ſit contraria facto.*

29 *Et repetatur in quolibet actu.*

30 *Recuſari poteſt Iudex ex noua cauſa non probata, ſed tamen tali, quæ ſi probata foret, legitima eſſet ad recuſationem.*

31 *Tertius veniens ad cauſam, poteſt allegare Iudicem ſuſpectum.*

32 *Suſpicionis cauſa ceſſat mutato Iudice, ideoq. proceſſus à ſucceſſore factus eſt validus.*

33 *Recuſatio fieri debet per procuratorem cum ſpeciali mandato, vel per ratificationem ipſius principalis.*

34 *Mandati exhibitio in recuſatione Iudicis eſt neceſſaria, parte opponente.*

35 *Mandatum generale continens facultatem Iudices, ſeu Notarios recuſandi cenſetur ſufficiens ad recuſationem certi Iudicis in ſpecie.*

36 *Lites, vt ſine ſuſpicione procedant, Principi debet eſſe cordi.*

37 *Iudex ſi ſuſpectus ſit, durum, & graue eſt coram eo litigare.*

38 *Recuſatio Iudicis cenſetur modici præiudicij.*

39 *Iudex non allegatur ſuſpectus poſt litem conteſtatam, niſi ex noua cauſa.*

40 *Iudici ſi detur arbitrium, intelligitur prout de iure.*

41 *Et quo ad merita cauſæ, non autem quo ad ſolemnitates iudicij, in iſtis enim liberum relinquitur iudicium Iudici.*

42 *Clauſula, Arbitrio Iudicis, aliquantulum relaxat rigorem iuris.*

43 *Clauſula, Appellatione remota, non operatur, quando decretum eſt notoriè iniuſtum.*

44 *Clauſula, Remota recuſatione, non habet locum, quando adeſt legitima ſuſpicio.*

45 *Iudici ſuſpecto non poteſt Princeps etiam ſupremus de plenitudine poteſtatis committere cauſam, recuſatione remota.*

46 *Quod ſaltem in Principibus inferioribus, ſine dubio procedit.*

ANNOTATIONES.

1 A 2 3 S I ante litem conteſtatam) per petitionẽ in Iure propoſitam, & reſponſionem ſequutam litis conteſtatio fit, ita *tex. in cap. vn. de lit. conteſt.* aliter dicitur *in l. vnic. C. eodem tit.* ibi lis enim tunc conteſtata videtur, cum Iudex per narrationem negocii cauſam audire cæperit, communis autem concluſio eſt, quæ & ſenſui prædictorum Iurium apprimè congruit, litis conteſtationem per ſolam negationem, vel reſponſionem ad libellum induci, quando videlicet reus ſimpliciter diffitetur contenta in libello *Gail. pract. obſer. lib 1. obſer. 73. num. 1. ex glo. in dicto cap vn. & in dicta l. vnic. vbi Bart. nu. 3. & ibi etiam Pariſ. in addit. Rota in nou. decil. 2. de lit. conteſt. Marant. in ſua prax. par. 6. de lit. conteſt. 10 membr. iudic nu. 3.*

4 B Vel pro conteſtata habitam) vbi non requiritur litis conteſtatio, lis habetur pro conteſtata per primum actum, qui alias ſolet immediatè fieri poſt litis conteſtationem in cauſis, vbi lis conte-

teſtatur, videlicet eo ipſo, quod Iudex incipit cognoſcere de meritis cauſæ *Marant.membr.cit: nu.2.referens Rom.conſ.*164.*col.*2,*Bart.& Bald. in l.nulla C.de proc.*& alios, idem *not. Pariſ. in addit.ad Bart.in d.l.vnic.C.de lit.cõteſt.in fin.*Et
5 quod in ſummariis primus actus,qui reſpicit merita, cauſæ habeatur loco conteſtationis, tradit
6 *Straph. dec.*920.*n.*1.*&* 3.ponens casũ,vbi Iura producuntur ex vna parte,& ex alia reſpondetur generalia contra *iuxta conſ.Aret.* 30. *num.* 10. *verſ.quinimo*.

7 Non tamen dicitur lis cõteſtata, quando obiicitur exceptio declinatoria Fori *Mantic.dec.*204
8 *num* 7.*& ſeqq.& num.* 14. vel etiam ſi reſponderetur,ſed cum proteſtatione de animo non cõteſtandi litem *Soc. conſ.*47.*num.*2.*l.*4. *vbi de communi opin.*

9 Licet conteſtatio nõ requiratur in cauſis ſummariis,tamen in cauſis ordinariis,in quibus procedit ſummariè, requiritur. *Guidopap.dec.*369.
10 *num.*1. Niſi etiam concurrerent alia verba ſummariè de plano ſinè ſtrepitu, & figura iudicii, quia per ea verba tollitur litis conteſtatio *Gui-*
11 *doPap.vbi ſupra*,caſus autem,quibus iure non eſt neceſſaria litis conteſtatio,vide apud *Soc.in cap. quoniam frequenter, vt lit. non conteſt. vbi* 81. *fallentias ponit, & Bertach.tract.de gabell.*9.*par. prin.num.*10.*cum ſeq.vbi* 31.*fallentias notat*, ſed
12 pro regula traditur, quòd vbi non requiritur libellus, nec litis cõteſtatio requiritur *Gail.practi. obſer.lib.* 1.*obſerv.* 76 *num.*4 cum pluribus aliis Doct.à ſe citatis.

C Cum iuramẽto ſuſpectus recuſetur)

inter priuilegia Iuramenti, hoc ponit ſeptimo
13 loco *Seraph.tract.de priuil. iuram.* nempe quod ex eo probetur ſuſpicio contra Iudicem,, vt potè quid conſiſtens in animo, quod aliàs directè probari non poteſt. & licet Iure id expreſſè cautum non reperiatur, *vt not.Alex.in l. quia poteſt ſub n.*5.*ff.ad Trebell.traditur tamen a glo. in l. apertiſſimi ,ver. recuſare C. de Iudic.* quem ibi ſequuntur *Bald. Salic. Aretin. & Iaſ.* & dicit ſingularem *Angel.in S.ergò ſiquidem ſub num.*2.
14 *Inſt.de fideic.hared.* Verùm id procedit in Iudice delegato, de quo loquitur *dicta l. apertiſſimi* quo verò ad Iudicem ordinarium communis eſt concluſio Doct.quòd de Iure ciuili non poſſit recuſari, ita vt remoueatur tanquam ſuſpectus,ſed ſi ſuſpectus iuretur, peti poſsit, vt ei detur adiunctus iuxta *Authen ſi vero contigerit C. de Iudic.* de hac vti vera, & communi concluſione teſtatur *Iaſ.in d.l.apertiſſimi num.* 4. *Seraph. d. priu.* 7.*n.*5. & ita communiter tenent Doct.vti
16 teſtatur *Gail practi.obſer.lib.*1.*obſer* 33 *n.*1.Sicq; de Iure ciuili in recuſatione Iudicis,non oportet
17 exprimere cauſam, ſecus autem de Iure Canonico, ex quo nimirum tam delegatus, quàm ordinarius poteſt in totum recuſari, ſed tamen cauetur exprimi debere cauſam ſuſpicionis, de qua poſt cognoſcant arbitri, vt in *cap. ſuſpicionis de offic.deleg.in c.*2.*requiris, & in c.cum ſpeciali de appell.& tradit Grat.lib.*2 *reſpon.*132.*col.*1. *in princ.* vbi teſtatur hanc eſſe communem Doct. opin. *Marant.in ſua prax.par.*4.*diſt.* 5.*princ.*an ſit Iudicium ordinarium, vel delegatum nu. 42.
18 Porrò quæ ſint cauſæ iuſtè recuſandi Iudicem, vide eundem *Marant.* congerentem quadraginta in eadem *prax.par.*6.2. *art.* & quandoque appellatur à num.24.vſque ad 74 & plenius *Steph. Auſrer.de recuſ.iud.inter tract.vniu.Iur.tom.* 3. *par.*1.*fol.* 355. *& Lanfr. de eadem materia inter eoſdem tract.*ſtatim poſt *Auſr.Iaſ.in dicta l.apertiſſimi nu.*6.*& plur.ſeqq. Bertach. tract. de epiſc. lib.*4.vbi congerit quinquaginta quinque cauſas, ex quibus Iudex poteſt allegari ſuſpectus, vide etiam *Mynſing.centur.* 3.*obſer.* 63. ad materiam
19 iſtam plures alios cumulantem : Acta verò poſt recuſationem Iudicis tanquam ſuſpecti coram eo ſecuta ſunt nulla in Foro Capitolino, vbi nimium ſeruatur Ius ciuile,vt dixit Rota *deciſ.*135. *num.*4.*part.*1.*diu.in recent.*

20 Requiritur tamen,quod poſt recuſationẽ Iudicis fuerit ab vlteriori proceſſu appellatum,quia alias ſuſtinetur proceſſus *Lancell. de attent. poſt recuſat.Iud.c.*6.*par.*2.*n.*6.*Rot apud Achil. dec.* 1. *num.*1.*de except.apud Seraph.deciſ.*983.*num.* 11. *& apud Greg.dec.*466.*num.*7.*&* 11. *& in recen. dec.*440.*n.*4. *p.* 2. *& in Mediolanen. Decimarum* 27.*Ian.* 1595. *corã* Card. *Hieronymo* Pamphilio,
21 Etiamſi cauſa recuſationis eſſet iuſta. *Rota in Caſaraugußana ſtatus de morata* 7.*Febr.* 1586. *co-*
22 *ram Bubalo*,et in termino præfixo non eſſet probata *Gratian.diſceptation.*701. *num.*21. Eoque magis,quãdo recuſatio eſſet friuola,& calumnioſa *Seraph.deciſ.*532.*num.*1.*&* 897.*nu.*2. *&* nu.6. *Rot.deciſ.*531.*num.*2. *&* 3.*par.*1.*recent.* Et cum
23 eſſet reiecta per proceſſum ad vlteriora, nec eſſet appellatum *Rota apud Greg.vbi ſupra,& in recent.deciſ.*284.*num.*4.*&* deciſ.440.*num.*4. p.2.
24 ſufficeret autem cum expreſſione cauſæ fuiſſe appellatum, licet appellans appellationem non fuiſſet proſecutus *Rota deciſ* 2.*num.* 18. *par.* 2. *diu.& in Sabinen. Terrarum* 11.*Decemb.* 1617. *coram Vbaldo.*Dummodo poſtea non fuiſſet coram eodem Iudice ab appellante comparitum,
25 quia tunc receſſum dicitur à recuſatione *Seraph. deciſ.*532.*num.*2.*&* deciſ.1057. *num.*1,*Rot.apud Greg.deciſ.*292.*num.*2.*deciſ.*368.*num.* 2.*&* deciſ. 466.*nu.*9.*& in recent.deciſ.*284.*ad finem par.* 2. Etiam ſi fuiſset obtentum reſcriptum ad alium
26 Iudicem *Rota deciſ.* 141. *num.* 2. *par.* 2. *recent.*
27 Niſi ſit facta proteſtatio de non conſentiendo in iuriſdictionem, ſeù de non recedendo à recuſatione *Rot. coram Greg. deciſ.*368.*num* 2.*&* deci. 292.*num.*2.*vbi*, *& annot.num.* 4. Dum tamen
28 huiuſmodi proteſtatio non ſit contraria facto *Seraph. d.deciſ.* 897.*num.*7. Veluti ſi ſubſequatur explicatio, & perfectio alicuius Actus *Put. deciſ.*370.*nu.*3.*lib.*3.*Adden. ad Greg. dicta deciſ.*
29 292.*num* 4.& dummodo repetatur in quolibet actu.*Seraph.deciſ.*1057.*num.*2.Poſſet tamen de-
30 nuo recuſari idem Iudex ex ſuperuenienti noua cauſa, etiam non probata. ſed ſolum deducta, quę tamen eſſet talis, vt ſi probaretur, eſſet legitima *Gratian.diſc.*701. *n.*18. *Seraph.deciſ.*897. *num.*4. Et hæc inter ipſos ab initio litigantes,
31 quia quoad tertium venientem ad cauſam pro eius intereſſe,etiam ſi veniret defendendo Reum conuentum, qui cum aliàs forum declinare nequeat, & admittatur ſolum in terminis, in quibus cauſa reperitur ; tamen poteſt Iudicem ſuſpectum allegare, vt in terminis Venditoris, qui de euictione tenetur iuxta diſpoſitionem *l.*

Venditor ff.de Iudic Gail obſeru. 71. *num.* 7. *Affliét.deciſ.* 15. *num.* 3.

Prædicta tamen omnia intelligẽda ſunt de Proceſſu coram eadem perſona Iudicis recuſati : 32 quia ſi perſona eſſet mutata, ex quo alter in officio ſucceſſiſſet, validus eſt Proceſſus coram nouo officiali factus tanquam ceſſante cauſa ſuſpicionis *Rot. deciſ.* 141 *nu.*1.*par.*1.*recent.* Et dum- 33 modo recuſatio fiat per Procuratorem cum ſpeciali mandato *Gratian.dicta diſcept.*701. *nu.* 19. *Greg.deciſ.* 368.*num.*1 vel ſaltem interueniat ratificatio ipſius principalis *Rot.deciſ.*440. *num.* 2. *par.*2.*recent.* etiam tacita veluti reſultans ex eo quod principalis fecerit Iudicium proſecutus coram alio Iudice *Addit.ad dicta deciſ. Greg.* 368. 34 *num.*8. Cuius mandati ſpecialis exhibitio requiritur in proceſſu, quando fuiſſet à parte oppoſitum, neque ſufficeret, quod poſtea oſtenderetur *Gratian.dicta diſcept.*701.*num.*20 ſufficiens ta- 35 men eſt mandatum continens in genere facultatem, Iudices, ſeù Notarios recuſandi *Addit. ad Greg.d.deciſ.*368 *num.*8. *In fin.*

D **Senator illi adiunctum, vel eo remoto alium dare debeat)** licet vt proxime dictum eſt de *Iure cõm.* non poſsit Iudex ordinarius recuſari tanquam ſuſpectus cum iuramento, ſed peti tantum, vt detur ei adiunctus, nihilominus ſtatuentes hic voluerunt etiam Iudicem ordinarium, qualis eſt Collateralis, poſſe in totum recuſari cum iuramento, & licere Senatori eum prorſus remouere: quod prudenter factum crediderim, nempè quia cordi eſſe debet Principi, 36 vt omnes lites ſinè ſuſpicione procedant, ſicuti habetur in *d. l.aperti ſſimi*, & quia durum eſt, & 37 graue coram ſuſpecto Iudice litigare *gloſ. in l. ex quacunque verſ. ſciatur ff. ſi quis in tus voc. nõ iuer.cap.quod ſuſpecti* 3.*q.*5.*cap.cum inter vbi Abb.de excep.* Rom. *conſ* 521. *num.*6. Accedat 38 quod recuſatio Iudicis cenſetur modici præiudicii, vt per *Anchar.conſ.* 263. *& Alex. conſ.* 104 *vol.*3.*ſub num* 2.

E **Quod ſi poſt litem conteſtatam, vel pro conteſtata habitam ſuſpectus** 39 **allegetur)** hoc intelligi debet ex noua cauſa, ſi quidem in his caſibus alias non admittitur recuſatio Iudicis, probat *text. in l. non diſtinguemus §. cum quidam ff. de arbitr. & in l. Iulianus ff.de iudic not. Lanfranch. tract.de recus.in princ. nu.*2. *Maran. in ſuo ſpecul. par.* 6. *act. princ.* 2. & quandoque appellatur *num.* 75. vbi inquit, quod recuſatio Iudicis poſt litem conteſtatam non admittitur, niſi notoriè, & euidenter conſtet, quod cauſa noua ſuſpicionis ſuperuenerit.

F **Arbitrio ſuo)** quod tamen intelligitur, prout de iure, & quoad merita cauſæ, non autem quoad ſolemnitates iudicij, in- 40 41 his enim liberum relinquitur arbitrium Iudici, *Mart. de clauſ. par.* 1. *clauſ.* 13. *num.* 1. *&* 2. *cum plurimis Rot. deciſ. & Doct. à ſe cit. & am-* 42 *plius hæc clauſula aliquantulum relaxat rigorem iur.vt per eundem n.*3. *Mareſcot.var.reſol.lib.*1. *c.*197.*n.*1. *&* 2. *confirmat Barboſ.de clauſ.clauſ.*8.

G **Omni, & quacunque appellatione** 43 **remota)** hæc autẽ clauſula nõ impediret appellationem, vbi Decretum eſſet notoriè iniuſtum, & inferret manifeſtum grauamen *vt per Mart. clauſ.* 12. *num.* 7. *& 8. & Barboſ. clauſ.* 7. *num.* 7. videlicet ſi ſuſpicio eſſet legitima, & clara, nam in proprijs terminis habemus, quod ſi Princeps committat cauſam remo- 44 ta recuſatione Iudicis, non cenſetur prohibere recuſationem ob legitimam ſuſpicionem *Spec.tit. de recuſ. §.iam verſ. Quid ſi cauſa committatur &c. Butr. in cap. Paſtoralis in princ. vlt. col. de appell. Iaſ. in d. l. apertiſſimi num.* 18. vbi etiam proſequitur hoc dictum pluribus rationibus, & exemplis; Immò amplius tenet in *cap.* 45 *ad hæc gloſ. magna in fin. de reſcript.* quod ſupremus Princeps non poſſit etiam de plenitudine poteſtatis committere cauſam Iudici legitimè recuſato, prohibita eius recuſatione, eamque *gloſ. Abb. ibi in fin.* multum commendat, ſequitur *Dec. conſ.* 275. *ſub num.* 3. ſunt tamen Doctores, qui contradicunt, quos refert, & ſequitur *Iaſ.in d. l. apertiſſimi num.* 19. ſed quicquid ſit de opinione illius gloſæ, & contradictorum, 46 illud ſaltem certum eſt, quòd inferiores Principes hoc facere non poſſunt iuxta ea, quæ habentur in *l. reſcripta* C.*de prec. Imp. offer. Seraph. de priu. Iur d. priuil.* 7. *ſub nu.* 1.

Demum quia ſæpe recuſantur Iudices artificiosè ad cauſas protrahendas, ab ea parte ſcilicet, quæ iuribus ſuis diffidet, conſultum erit alteri parti, ſi ſtatim conſenſerit in alium Iudicem, non ſuſpectum, vt cauſam ſuam liberè proſequi poſsit omiſſa omni diſputatione circa ſuſpicionem primi Iudicis, ſic ars deluditur arte, ita conſulit *Luc. Pat. lib.* 5. *cap.* 9. *num.*1. & experientia docet ita omnino expedire.

De Syndicatu Senatoris, & eius familiæ, ac Iudicum Collateralium, Iudicis Maleficiorum, Capitanei Appellationum, & electione Syndicorum.

Cap. XIII.

Enator, ac quilibet ex Collateralibus, Iudex Maleficiorum, & Capitaneus Appellationum, illorumque Officiales, & familiares per ſeipſos finito eorum Officio, & *a* ſtare ad ſyndicatum

per

per dies decem teneantur, & personaliter coram Syndicis deputandis querelantibus respondere; coram quibus Syndicis de gestis, administratis, & factis per eos, & eorum quemlibet, rationem reddere debeant & vnicuique querelanti respondere de iure, & omnibus satisfacere, quibus de iure tenentur; & de suo salario (quod retinebitur per Cameram in vltimo termino) & aliàs de suo, integrè soluere: quòd si non sufficiat, personaliter detineantur, quousque soluerint, & satisfecerint, cui condemnabuntur. Syndici autem præfatorum, & cuiusque ipsorum, imbussulentur, & non extrahantur de Bussula, donec eorum, & cuiusque ipsorum Officium vacauerit: & si ante vacationem eorum deputatio facta fuerit, non valeat: & alii deputari debeant pro syndicatu præfato: nec per sententiam Syndicorum ante vacationem electorum, Senator, & alii prædicti liberati censeantur. quorum quidē Syndicorum alter sit vtriusq. Iuris Doctor, & omnes gratis eorum officium prestare teneantur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Magistratus omnes muneris gesti rationem reddere tenentur.*
2 *Et ideo per dies quinquaginta subsistere tenentur in locis, vbi ius dixerint, idque ex iure communi, sed ex statuto nostro subsistere debent per decem dies dumtaxat.*
3 *Syndicatus materiam quinam Doct. ex professo pertractauerint.*
4 *Magistratus in Syndicatu eumdem honorem habere debet, quem habebat in officio.*

ANNOTATIONES.

1 A Tare ad syndicatum per decem dies teneantur) Magistratus omnes muneris gesti ratione alijs reddere tenentur de iure communi *text. in l. 1. C. vt omn. Iud. tam Ciu. quam Milit. Authen. vt Iud. sine quoquo suffrag. § necessitate Amod. Ia ff. de syndic. in exor. n. 3. Mastril. tract. de Magistr. par. 2. lib. 6. cap. 1.* & ideò per dies quinquaginta
2 tenentur subsistere in locis, quæ rexerint, vt in Iuribus allegatis, statutum verò nostrum dies decem tantum ad syndicatum præscribit.
3 Ad materiam syndicatus videri possunt Doct. qui eā ex professo pertractant, & præcipuè. *Paris de Put.* qui plenissimè. *Amod. Iustin. Angel. de Peruf. Catald. de Boncompagnis*; quorum tract. vnus post alium habentur inter *tract. vniuers. Iur. tom. 7. a fol. 225, vsque in fin. libri. Mastril. d. tract. per tot. lib. 6. par. 2.*
4 Illud etiam notari potest, quòd Senator, aliiq; officiales in syndicatu eumdem honorem habere debeant, quem habebant in officio propter reliquias præcedentis Magistratus, prout tanquam notandum *refert Surd. de alimen. tit. 5. q. 127. num. 8. Bald. in l. Nec quicquam §. proficisci ff. de offic. proconf.*

De Officio Syndicorum Senatoris, & Iudicum, ac aliorum.

Cap. XIV.

a Vdices ad syndicandum electi, gesta per Senatorē, & alios quoscumque supradictos diligenter examinent; querelas querelantium audiant; condemnandos condemnent: absoluendos absoluant: de male, & negligenter gestis (odio, amore, timore, prece, pretio, & omni munere remotis) debitas pœnas inferant. Forma autem procedendi in syndicatu hæc erit: mittantur præconia tria in Palatio, & per loca Vrbis solita, primum prima die decendij, secundum tertia die, tertium quarta die, in quibus moneantur omnes, vt infra biduum suas querelas proponant: lapso autem decendio, his tribus præcedentibus edictis, Iudices querelas, & causas pro iustitia terminent. Et prædicta Iudices syndicatores ipsi, in sui officij ingressu, in manibus Conseruatorum iurent obseruare.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Syndici electi, quid facere debeant, præscribitur à statuto.*
2 *Syndicatus forma quoad processum à statuto tradita seruari debet, omissa forma iuris communis.*

ANNOTATIONES.

A 1 Vdices ad syndicādū electi) clarè hic describitur, quid facere debeant syndici electi, vt in superiori cap. atque traditur forma procedendi in syndicatu, quæ quidem seruanda erit omissa dispositione iur. communis, vt per *Bald. de synd. num. 20. Mastrill. de Magistr. par. 2. lib. 6. cap. 2. num. 2.*

De Officio Conseruatorum Cap.XV.

AD Officium Conseruatorum ante omnia spectat vigilem, ac præcipuam curam pro Statu Sanctissimi Domini Nostri Papæ, ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & pro Vrbis tutela, & ciuium quiete, ac sanitate conseruanda semper habere; & quæcumque ædificia, & opera publica, præsertim antiqua, inuiolata, & illæsa custodire; Contra quoscumque interceptores, aut violatores eorum acerrimè insurgere, & inquirere, ac animaduertere: necnon vt in omnes Templorum, & Ecclesiarum ornamenta, aut lapides surripientes, aut corrumpentes diligenter inquiratur, & animaduertatur per eos, ad quos pertinet insistere, & curare, & vt Sacraria, & Reliquiæ Sanctorum diligenter in Vrbe custodiantur inuigilare. Claues tabernaculi, vbi inclusa sunt capita Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli in Basilica Sancti Ioannis Lateranensis, per eos custodiri solitas, apud se, vel alios deputatos retinere: & vt Statuta, decreta, constitutiones omnes approbatæ perpetuo custodiantur, & per omnes ius dicentes seruentur, & iuramentum solemne à Senatore in ingressu sui officii, & à suis Iudicibus, & à Capitaneo appellationum Romani Populi, super eorum officii obseruatione recipere, & præstari facere; & ne Monopolia per Artifices, & ipsorum Vniuersitates, vel quasuis alias personas, aut per easdem Vniuersitates aliquæ constitutiones fiant, quę generalibus Vrbis Statutis aduersentur, prohibere: quorũ etiam Artificum, & Vniuersitatum constitutiones corrigendi, refutandi, vel admittendi, vt infra de Statutis Artificum traditur lib. 3. auctoritatem, & potestatem habent, & de quibuscumq. iniustitiis, & sententiis per Cõsules, & Officiales Artium, à quibus appellari prohibitum est, per approbata ipsorum Statuta quibuscumque personis illatis, per viam querelę cognoscere, & summatim terminare, nisi aliter per eadem Statuta sit prouisum; quod possit videri de iniustitia per eos facta, & super omnes Artes, & Consulatus Curiæ Capitolii subiectas, iurisdictionem exercere; & similiter etiam sententias Capitum Regionum Vrbis per viam querelæ reuidere, & terminare; & de omnibus causis extraordinariis ad Cameram Vrbis pertinentibus cognoscere; Extraordinarios minores instituere, eosdemque, ac etiam maiores punire, & coercere; &, si iusta subsit causa, priuare: Mandatarios etiam publicos pro singulis regionibus constituere, ac mutare, & priuare possint; Sex etiam Caballarios Cameræ prędictæ, ac supraſtantes, siue Curatores, vel Reuisores murorum, & ędificiorum publicorum, Custodes carcerum Curiæ Capitolinæ, Numeratoresque pecudum pariter instituere, ac deputare; Officia præterea Palatij Capitolini, & Tubicines renouare, & confirmare, & cum vacauerint, de nouo concedere; Potestates, & Officiales Terrarum Inclyto Populo Romano subditarum, ex præscripto publici Consilii iuxta modum, & formam per nouas reformationes traditam creare, ac deputare, & deputatos, si rationabilis causa subsistat, priuare, & punire; Priuilegia Romanorum ciuium, & ciuilitatem possidentibus bona stabilia, & habitantibus pro maiori parte temporis in Vrbe, conuocatis in concionem Capitibus Regionum cum tresdecim, & viginti sex Consiliarijs, & præuia relatione à quatuor Deputatis Nobilibus, seu eorum maiori parte, & non aliter, dare, nisi honoris gratia Illustribus, vel claris Viris postulantibus, & cum assensu omnium, vel maioris partis ipsorum; reliquis, publico Consilio adhibito, & assentiente, concedere; Quoscumq. introitus, & exitus, & computa Camerariorum Vniuersitatum artium, siue in solemnibus diebus festiuitatis Assumptionis Beatiſsimæ Mariæ semper Virginis, siue in ludis publicis, qui in Agone, & Campo Testaccio celebrantur, diligentissimè reuidere, & taxare; & omnibus rationibus dictæ Cameræ præesse; &, si iusta, & rationabilis causa existat, pœnas extraordinarias, & banna mitigare, & gratias denunciatis facere, vel cum eis componere: In vendentes ad victum necessaria animaduertere; Generali Gymnasio Vrbis assistere; ac etiam Collegium per bon. memor. Cardinalem Firmanum institutum, visitare, & vt Satuta eiusdem seruentur, operam dare; Reficiendorum Murorum, Pontium, Aquęductuum, & omniũ ædificiorum publicorum sollicitam curam, diligentiamque habere; eaque frequenter visitare, & ne vitientur, curare. Præconia inspicere, & vtilia registrari facere. Portarum, & Pontium stationarios, & Custodes indebitè exigentes plectere, & carcerare, & ad seruandum tabulas mercedum compellere. De causis quarumcũque appel-

latio-

lationum à ſententijs latis in Terris Romani Populi, ſi ad eos recurſum fuerit, ſeu de nullitate dictum, & de omnibus alijs cauſis dictarum Terrarum ſummatim cognoſcere; Mareſcallis, & executoribus omnibus, quæcũque eis viſa fuerint, præcipere, & mandare & ad parendum cogere; Pœnas, quas arbitrati fuerint, imponere, & irrogare, & commiſſas exigere; &, ſi contra ſubditos Romano Populo irrogantur, fabricæ eorum Palatij in totum, vel in partem applicare: Terras Romano Populo ſubiectas, iuxta ordinem præſcriptum, viſitare, & facinoroſis hominibus purgare, & quoſcumque malefactores pro ipſorum arbitrio punire: Ita tamen quòd pro huiuſmodi viſitationibus nihil præter victum pro perſonis, & equis accipiant, & ab omni munere abſtineant: & quicquid præter victum receperint, in quadruplum tempore ſyndicatus reſtituant: & omnia alia facere, exercere, & exequi, quæ ex Bullis, Indultisq. Apoſtolicis conceſſa apparent, & quę in aliis capitulis præſentium Statutorum continentur: Quæ capitula in ſuo robore, quatenus præſenti capitulo, & contentis in eo non adnerſentur, remaneant, atque perdurent.

SVMMARIVM *Annotat.*

1 *Conſeruatores, & Officiales inclyti Populi Romani, quibus anni diebus, & quomodo eligentur; & qua die poſt electionem, quibus præſentibus, & quo ordine iurent Summo Pontifici fidelitatem. remiſſiuè.*
2 *Conſeruatorum officium in quibus verſetur.*
3 *Conſeruatores antiquorum Conſulum imaginem referunt.*
4 *Et vbi munus ſuum impleuerint, Conſeruatorum nomen merentur.*
5 *Conſulum Romanorum inſtitutio, dignitas, & poteſtas. remiſſiuè.*
6 *Conſulatum, & libertatem Lutius Brutus inſtituit.*
7 *Conſeruatores durante eorum officio non poſſunt conueniri, nec conuenire, etiam in cauſis iam incœptis niſi venia impetrata à Summo Pontifice, qui eam dare ſolet per ſimplex reſcriptum.*
8 *Magiſtratus de iure communi, quouſque munere ſuo perfunguntur, cauſas ſuſtinere non poſſunt, ſiue agendo, ſiue defendendo.*
9 *Quod tamen procedit in maioribus Magiſtratibus habentibus dignitatem cum adminiſtratione, & temporalibus non perpetuis.*
10 *Conſeruatores ius ad officia vacatura poſt ipſorum munus concedere non poſſunt.*

ANNOTATIONES.

A D officium Conſeruatorum) Quomodo, & quibus anni diebus eligãtur Cõſeruatores, atque alii officiales inclyti Populi Romani, qua die poſt electionem, quibus præſentibus & quo ordine iurent Sũmo Pontifici fidelitatem, vide apud *Mandoſ. in gloſ facul. §. nec non electioni ſub verbo electioni*;

2 Quid autem ad eorumdem Conſeruatorum ſpectet officium ſat clarè exponitur hoc cap.

3 Hi referunt imaginem antiquorum Cõſulum;

4 & vbi ea impleuerint, quæ ſibi pro munere ſuo incumbunt, Conſeruatorum nomen meritò eis, ac propriè conuenit, vti proſequitur idem *Mandoſ. d. §. in verbo Conſeruatorum*, Cœterum de

5 Conſulum Romanorum inſtitutione, dignitate, & poteſtate, vide ad ſaturitatem *Roſin. antiquit. Roman lib. 7. cap 9. de Conſulib. Feneſtell. de Magiſtr. Rom. cap. 7. de Conſul. Pompon. Læt. ibidem de Magiſtr. Rom. de Conſul.* vt hiſtoricos alios omittamus.

6 Et quoad inſtitutionem Conſulum eam tradit *Tacit. in princ. lib 1. ſuorum annalium* ibi libertatem, & Conſulatum Lutius Brutus inſtituit quod etiam refert *Caius lib. 2. ad legem 12. tabularum tit. de orig. iur. lib. 2. §. quod ad Magiſtratus attinet*.

7 Inter alias prærogatiuas, Conſeruatores durante officio, non poſſunt conueniri, nec conuenire. etiam in cauſis iam motis, & cæptis, ſaltem ex Vrbanitate *Caputaq. dec. 386. par. 2.* quod etiam vſu receptum eſt, & ideo ſeruatur, quod venia petatur à Summo Pontifice per libellum vulgo memoriale, nuncupatum, vt Conſeruatores in iudicio conueniri, vel conuenire poſſint, quam quidem veniam Pontifex dare ſolet per ſimplex reſcriptum à tergo libelli dati. Eiuſmodi verò

8 prærogatiua fundamentum habet à iure ciuili, de quo eſt tex. expreſſus *in l. 48. pars litterarum ff. de iudic.* cuius hæc ſunt verba à græco in latinũ translata, Magiſtratus, quo anno cum Imperio ſunt, neque propriam, neque eorum, quorum, tutelam, vel curam gerunt cauſam in iudicio, vel agendo, vel defendendo ſuſtinere decernunt, vbi *Bart. Bald. Angel. not.* quod maiores Magiſtratus, durante eorum officio, non poſſunt conueniri, ſed quidem eo finito *Amod. tract. de ſynd. ſub num. 4. inter tract. vniuerſ iur. tom. 7. Pariſ. deput. tract. de ſyndic. eodem tom. verbo durante officio ſub num. 1. Borgnin. deciſ. 5. num. 20. par. 1.* vbi hanc concluſionẽ pro regula ponit *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 6. cap. 5 num. 9.* Concluſio tamen

9 procedit ſolum in maioribus Magiſtratibus habentibus dignitatem cum adminiſtratione, & temporalibus, non perpetuis, vt per Doct. citatos, talem verò eſſe Magiſtratum Conſeruatorum nõ ambigitur, quod apparet ex hoc ipſo cap. & conferunt *not. per Borgnin. dicta deciſ. 5. ſub num. 5.* Quod autem dictum eſt, non poſſe Conſeruatores

res durante ipsorum officio alios conuenire, sicut nec iidem conueniri possunt, iuris æquitati planè congruit, facit tex. *in l. Iudæos* C. *de Iud.* & conferunt not. per *Brun. de cessio. bon. quæst.* 18. *princ. num.* 14. *inter tract. vniuers. iur. tom.* 3. *par.* 2.

Demum ad rem nostram de Cõseruatoribus illud adiicimus, quod illi ex auctoritate hic à statuto eis concessa, non possunt concedere ius ad officia vacatura post ipsorum munus, & sic disponere non possunt in præiudicium successorum super huiusmodi officiis. *Rota in Romana efficij æstimationis Ripæ* 24. *Aprilis* 1570. *coram Cardinale Lancelloto seniore.*

De Syndicis Conseruatorum. Cap. XVI.

Conseruatores pro gestis, & administratis per eos in eorum officio, de furto, barattaria, & omni pecuniarum & *a* munerum illicita perceptione, & *b* non de alijs, syndicari possint.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Munera, donauè accipi non possunt à Iudicibus, vel Magistratibus, nisi esculenta, vel poculenta; quæ intra tres dies proximos prodigantur.*

2 *Iudices, vel Magistratus non omnia, nec passim, nec ab omnibus accipere debent.*

3 *Munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum.*

4 *Officiales, siue Magistratus iure syndicari nõ possunt, nisi de furto, barattaria, & omni pecuniarum, & munerum illicita perceptione, non de alijs, idque etiam ex consuetudine seruatur.*

ANNOTATIONES.

A 1

Vnerum illicita perceptione) quæ nam munera licitè, vel illicitè percipiantur, disce ex prudenti responso *Modestini I.C. in l. plebiscito* 18. *ff. de offic. Præsid.* vbi hæc verba leguntur. Plebiscito continetur, nè quis Præsidum munus, donumuè caperet, nisi esculentum, poculentumuè, quod intrà tres dies proximos prodigatur, idque etiamnum seruatur ex præscripto Principis, ac vsus declaratione.

Accedat huic præcepto prudens monitum ex
2 veteri prouerbio ab *Vlp.* græcè tradito *in l. solet §. sin autem ff. de offic. Procons.* in his verbis. οὐκ πάντα τοῖς πᾶσιν. quæ quidem verba latinè reddidit *Angel. Politian. Miscellan. cap.* 95.
3 idest non omnia nec passim, nec ab omnibus, sequitur adhuc latinus Textus, nam valdè inhumanum est à nemine accipere, sed passim, vilissimum est; & omnia, auarissimum.

Hæreat verò semper cordi cuilibet Iustitiæ administro diuinum dictum *Deuter cap.* 16. munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba Iustorum.

6 B Non de aliis syndicari possint) id ipsum generaliter in officialibus ex consuetudine seruari tradit *Clar quæst.* 73. *nu* 3. cæteris aliis Doct. quos ipse refert.

De Vacatione Officii Senatoris. Cap. XVII.

I Snatoris Officium quoquo modo vacare contigerit, Conseruatores pro tempore possint, & debeant dictum Senatoris Officium, vt præmittitur, vacans, cum mero, & mixto imperio; ijsdem tamen Iudicibus, & Notarijs remanentibus *a* exercere, & in ipsis Conseruatoribus Officium Senatoris duret vsque quo nouus Senator ad ipsum Officium electus Capitolium ad Officium inchoandum ascenderit; habeantque eo tempore vltra emnlumenta, quæ habent ratione Officii Conseruatoratus, die qualibet à Camera Vrbis, quantum consequitur Senator, & subeant eadem onera, quæ idem Senator subire tenetur, & vltra nihil petere possint: & eodem Officio finito, syndicentur, & syndicari debeant de omnibus per eos in Officio gestis, & administratis, sicut Senator syndicari potest, & debet: & si contigerit aliquam legationem venire à loco extra districtum Vrbis, dicto tempore, dicti Conseruatores possint, si eis videbitur, & placebit, in honore faciendo dictæ legationi, expendere in confectionibus, vel confiuiis, vel similibus, vsque ad quinque florenos auri, de pecuniis Cameræ Vrbis, pro qualibet legatione.

SVM.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Conseruatores Vrbis, vacante Officio Senatoris, illud exercent, quod præcipuè seruatũ probatur duobus exemplis in casu vacantis Officij per obitum.*

ANNOTATIONES.

1 A Xercere) quod, & vsu seruatum est, vti præcipuè docet monumentũ extans in primo Conclaui post Aulã magnam Aedium Senatoris defuncto Galeatio Poggio Senatore tempore Gregorij Papæ Decimitertij fel. rec. Quod & factum est, defuncto Iuliuo Cartario Senatore anno decimo Pontificatus Sanctissimi D.N. Vrbani Octaui.

De Officio Capitum Regionum.

Cap. XVIII.

AD curam Capitum regionum spectat de causis eis concessis, quæ olim per officium Antepositorũ cognoscebantur, in eorum domibus cognoscere; Regionem pro posse custodire, ne quid violentiæ fiat; arma ab illicite deferentibus in eorum regiones auferre; Homines tam mares, quam fœminas ad matrimonium habiles, & contrahere volentes, si opus sit, consilio, & factis iuuare; quæstiones & differentias tollere; Male, & vltra modum facultatum, aut sine exercitio viuẽtes, hortari, & monere, vt ad exercitium aliquod animum, & operam applicent, aliàs Superioribus deferre; inhonestè viuentes ab honestis vicinis suæ regionis expellere; ædificare volentibus in eorum regione facere, impedientes reprimere; aduenis otiosis in eorum regionibus commorantibus, & nihil agentibus, commeatum dare; aut Superioribus deferre; violentias comprimere, & Conseruatoribus pro tempore existentibus nunciare; ciues regionis conuocare ad singulas ciuitatis necessitates, & eos iuxta superiorum iussum conducere; Conseruatoribus dietim assistere, saltem per eorum Priorem; & omnes, si requisiti fuerint, ad consilium vnà cum alijs deputatis vocatis uenire; rectè & fideliter consulere; ante consilij finem de consilio non recedere, & assistere fauoribus opportunis, vt Statuta, & ordines Ciuitatis seruentur; tresque consiliarios singuli, qui tredecim & viginti sex nuncupantur, pridiè suę assumptionis, cum quibus in consilijs interueniant, omnino eligere debeant.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Regionum Capita, ipsorumque Capitum Prior quomodo eligantur. remissiuè.*
2 *Regionum Capita referre videntur imaginem Tribunorum Plebis.*
3 *Ita appellantur, quia eorum singuli propriam habent Regionem custodiendam.*
4 *Regio, significat hoc loco partem Vrbis certis suis viis, ac limitibus distinctam.*
5 *Romana Vrbs antiquitus in Regiones quatuordecim distincta fuit, sicut & nostris tẽporibus distinguitur.*
6 *Regionum Capita ad quæ pro officio suo teneantur.*

ANNOTATIONES.

1 QVando eligãtur capita Regionum, & quomodo ab eis eligatur Prior ipsorum, qui Conseruatoribus assistere consueuit, distinctè *trad. Mandos. in glo. facul. §. nec non electioni*, qui etiam eadem capita existimauit nuncupari posse Tribunos Plebis retenta scilicet Imagine priscorum Magistratuum Vrbis.
2 Appellantur autem capita Regionum, quia singuli propriam habent Regionem custodiendam,
3 Regio autem hoc loco significat partem Vrbis distinctam certis suis viis, ac limitibus, sicuti idem Verbum interpretari videtur *glos. in l. 1. §. olt. verb. Regionum ff. de off. Præf. Vrb* idũ inquit Regionum, idest Contratarum, quæ sunt in Vrbe Roma, quas Regiones Romani appellant, & ad id eadem *glos. citat. tex. in l. 3. in princ. ff. de off. Præf. Vigil.* vbi habentur hæc verba, hic congruè referenda. Itaq; septem cohortes (de Cæsare loquitur) opportunis locis constituit, vt binas Regiones Vrbis, vnaquæque Cohors tueatur, præpositis eis Tribunis, vnde colligitur, vt bene animaduertit *Mandos. vbi supra*, Vrbem Romã
5 aliàs etiam antiquitus distinctam fuisse in quatuordecim Regiones, adde singulis binis Regionibus Præfectum fuisse Tribunum cum Cohorte; Verum de distinctione Vrbis in XIV. Regiones luculentius docet Tacitus de incendio loquens Neroniano. In Regiones, inquit quatuordecim Roma diuiditur, quarum quatuor integras manebant

bant,tres solo tenus deiectæ,septem reliquis pau ca tectorũ vestigia supererãt lacera,& semi iusta; testabatur idem quoque hæc antiqua inscriptio, quæ Romæ in Capitolio sub Porticu Palatii Cõseruatorum in antiqua marmorea basi extabat hi sce verbis.

IMP. Cæsari Diui Traiani Parthici fil. Diu. Neruæ nepoti Traiano, Hadriano Augusto Pont. Max. Tribunic. Potestat XX. Imp. II. Com. III. P P. Magistri Vicorum Vrbis Regionum XIIII.

Hæc postrema ex antiquitatum eruditissimo Viro Onuphrio Panuinio in *Cõmentar. Reipub. Roman. cap.de Vrb. Region. accepimus.*

6 A Ad curam) sequitur vsque ad finem enarratio eorum, quæ ad officium Capitum Regionum spectant, sunt autem,& alia infra *cap.8.lib.3.* vbi eis traditur forma eligendi quosdam alios officiales, & præcipuè Priorem ipsorum.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Camera Vrbis à Camera Apostolica distinguitur, vtriusque tamen est Dominus Sũmus Pontifex.*
2 *Cameram habere solet quælibet Ciuitas, & illa redditus, prouentus, ac vectigalia colligit, custodit, distribuit per Officiales,& Ministros suos ad id constitutos.*
3 *Vrbs Roma suam habet Cameram, propriumque Camerarium.*
4 *Camera Apostolica proprios habet Officiales magnæ auctoritatis,ac dignitatis.*
5 *Cameram suam habet Imperium, quæ differt à Camera Imperatoris.*
6 *Fisci Apostolici procurator generalis non se immiscet in causis Capitolinis,quia istæ habent suum proprium Procuratorem fiscalem.*

De Officio Aduocati,& Procuratoris Cameræ.

Cap. XIX.

ADuocatus,& Procurator a Cameræ Vrbis, circa defensiones, executiones, & prosecutiones causarum Cameræ, sint intenti, & cũ diligentia perquirant libros cẽsuales, & tributarios, numquid in tributis & censibus Camera sit fraudata, & an sit de eis executio facta perfectè,& apud Senatorem,& Conseruatores maneant assiduè pro eorum iuribus manutenendis, conseruandis, recuperandis, & ab impugnare volentibus defendendis. circa alia vigilanter, & sagaciter explorent quid agant Iudices super criminalibus, & ciuilibus deputati, & an infra tempus debitum lites,& causæ,quę coram eis agitantur, fuerint terminatæ, vt de omnibus tempore syndicatus Senatoris, &Iudicum possint ad plenum rationem reddere, & Syndicos,ac eorum Iudicem informare; & sic iurent facere, & obseruare. Caueant autem patrocinium in curia Capitolij, aut Conseruatorum pro aliqua particulari persona suscipere: Qui contrafecerit, pœnam aureorum viginti vice qualibet incurrat.

ANNOTATIONES.

A Ameræ Vrbis) ita enunciatur etiam in statuto veteri *c.* 29. *lib.* 1. *Rubr.* de officio Cõseruatorum Cameræ Vrbis; dictum nõ est Cameræ Apostolicæ,quia distinguitur Camera Vrbis à Camera Apostolica, cum tamen vtriusque sit Dominus Sum. 1 2 Pontifex, nam quælibet Ciuitas Cameram habere solet, quæ redditus,prouentus, ac vectigalia colligit, custodit, distribuit per officiales, & ministros suos ad id constitutos, vt de Camera Ciuitatis Paduæ loquitur *Aluar. de feud. cogn. §. sciendum col.* 1. *& refert Dec. cons.* 104. *nu.* 1. Id verò multo magis conuenire videtur Vrbi Romæ, vt potè Ciuitatum Principi, nempè vt suam 3 habeat Cameram, propriumque Camerarium, & alios huisce negotij ministros, sicuti, & Camera Apostolica proprios habet officiales ma- 4 gnæ profecto auctoritatis, & dignitatis, vt de hac,eiusque officialibus differit *Cassi. cons.* 106. *lib.* 1. *Dec. d. cons.* 404. *col.* 1. sic, & Imperium Romanum Cameram habet, & differt Camera 5 Imperij à Camera Imperatoris *glos. ad rubric. C. de Iur. Fisc. lib.* 10. *Mandos. ad glos. facult. §. necnon electioni in verbo Camera*; Hinc sequitur, quod Procurator generalis Fisci Apostolici 6 non se immiscet in causis Capitolinis, cum istæ habeant suum proprium Procuratorem Fiscalẽ; quod quidem notorium est in Vrbe, & apparet *ex Const. fel. rec. Pauli Papæ V. super reform. Tribun. Vrb. tit. de Fisc. proc.& subst. in princ.* ibi exceptis dumtaxat causis fori Capitolini, & melius sub tit. de Capitolio, & eius officialibus in fin.

De

De Protonotario, et eius Officio.

Cap. X X.

AD Protonotariatus officium, per Conseruatores *b* eligatur & assumatur vnus Notarius Romanus, bonæ famæ, & integræ opinionis, modestus, & discretus, qui sedere debeat ante Tribunal Senatoris, & scribere, & adnotare acta omnia, quæ coram ipso Senatore fieri contigerit: mandataque de relaxando carceratos tam ex causa ciuili, quàm criminali (de quorumcumq. Iudicũ Capitolinorum mandato capti sint) conscribat: vota quæcunque Assettamenti in causis vertentibus coram ipso Senatore, vel etiam Iudice maleficiorum conscribat: & adnotet *d* fideiussiones quascumque de non offendendo, seu de pace seruanda, & à carceratis præstandas recipiat; de mane, & de sero in loco, & camera, sibi in Capitolina curia assignata, resideat; scripturas summa vigilantia custodiat, & alia faciat, quæ ad dictum eius officium pertinere noscuntur. Possit etiam ad tribunal secum vnum; vel plures coadiutores habere, qui & ipsi morigerati sint, dummodo & ipse (nisi infirmitate, aut necessaria absentia per Senatorem approbanda impeditus) præsens assistat. eius vero officio finito, omnia instrumenta, protocolla, scripturas, extractus, & regesta quęcumque ad dictum officium pertinentia, Successori per repertorium, siue inuentariũ assignet, quæ perpetuo in loco præfato conseruentur: nihil autem vltra taxatam mercedem petat: Quoties autem contrafecerit, pœnam decem aureorum ipso iure, & irremissibiliter incurrat.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Protonotarius dicitur primus Notarius, sic Protomartyr primus Martyr, & multa similia.*

2 *Minister Principis maioris præcedere debet Ministrum Principis minoris, vbi aliàs Ministri sint in pari gradu.*

3 *Dominum honorare videor, si eius subditum honoro.*

4 *Protonotarius Senatoris licet à Conseruatoribus eligatur, approbari tamen debet à Senatore.*

5 *Notarij approbari debent à Superiore sui Tribunalis.*

6 *Notarium sibi eligit Iudex de iure communi.*

7 *Protonotarius Senatoris non debet se immiscere in causis criminalibus, neque fideiussiones recipiendo, neque mandata subscribendo.*

8 *Quod tamen seruatur in prima instantia causarum criminalium, non autem in secunda.*

9 *Interpretatio legis sumitur ex obseruantia.*

10 *Interpretatio ea sumenda est, per quam quis minus damni patiatur, vel minus lucri amittat.*

11 *Fideiussiones, quæ à Notarijs recipiuntur, esse debent idoneæ, aliàs par est, non recepisse fideiussorem, vel non idoneum.*

12 *Reus dimissus sub fideiussore non idoneo potest iterum capi; & per talem capturam non est liberatus fideiussor.*

13 *Fideiussor, vt sit idoneus, debet possidere bona æquiualentia quantitati debiti, vel pœnæ, pro quibus fideiussit.*

14 *Fideiussor idoneus est, qui est locuples, & soluendo.*

15 *Fideiussoris idonei bona debent esse stabilia.*

16 *Nec tamen refert, quod illa supposita sint fideicommisso, vel restitutioni.*

17 *Quod procedit solum in satisdatione de iudicio sisti.*

18 *Fideiussor idoneus, ad effectum satisdationis de iudicio sisti, ille etiam censetur, qui habet bona mobilia, quæ facilè asportari non possunt, vel multa nomina debitorum.*

19 *Non autem sufficeret, quod talis fideiussor haberet magnum creditum, & esset solitus satisfacere suis creditoribus, & esset bonæ fidei vir.*

20 *Fideiussor, qui sit coniuncta persona rei, admittitur in obligatione de iudicio sisti, vel de repræsentando reum, licèt non habeat bona æquiualentia debito, pro quo fideiubet, in alijs autem casibus non admittitur.*

21 *Fideiussor, vt sit idoneus, regulariter possidere debet immobilia; limitatur tamen regula in quibusdam alijs casibus remissiuè.*

22 *Fideiussor idoneus censetur, si bona stabilia possideat, saltem in eadem Prouincia, seu sub iurisdictione eiusdem Principis.*

23 *Prouincia complectitur quo ad effectum prædictum, omnia loca, & ciuitates, ad quas porrigitur iurisdictio eiusdem Præsidis.*

24 *Prouincia dicitur a Præside, & cum Præses iurisdictionem habet in pluribus Prouincijs, illæ*

illæ omnes dicuntur vna Prouincia quoad vnum Præsidem, sicuti contra, vbi diuersi sunt Rectores, diuersa Prouincia censentur.

25 *Fideiussio, vt sit valida, attenditur facilitas exactionis, & executionis.*

26 *Fideiussor possidens bona stabilia extra iurisdictionem, vbi agitur, non dicitur idoneus, veluti, si iudicium fiat Romæ, & bona sint Neapoli.*

27 *Debitor ad effectum euitandi mandatum suspicionis fugæ, sat est, si possideat bona stabilia in loco sui domicilij, licèt maneat sub diuersa iurisdictione, nempè Venetijs sit domicilium, & locus iudicij Romæ.*

28 *Fideiussor idoneus non habetur, qui sit clericus, licèt possideat bona stabilia.*

29 *Et alij, qui difficulter conueniri possunt.*

30 *Fideiussoris idoneitas probatur, vel per testes, vel per approbationem ab alijs factam.*

31 *Fideiussorem qui tenetur præstare, debet idoneum præstare, & qualitatem illam idoneitatis probare, aliàs repellitur exceptione non adimplementi validi.*

32 *Fideiussor si per Notarium recipiatur, probata censetur qualitas idoneitatis eius, ita tamen, vt non ideo censeatur excluſa probatio contrarij.*

33 *Notarius, dum fideiussores recipit, debet idoneos recipere, alias si recipit minus idoneos, tenetur ad damna, & interesse parti læsæ.*

34 *Quod procedit etiam si Notarius sit minor.*

35 *Non tamen teneretur Notarius, vbi fideiussorem recepisset de consensu expresso, vel etiam tacito partis, seu fisci.*

36 *Et sufficeret fideiussorem fuisse receptum citata parte, & non reclamante.*

37 *Quæ procedunt in fideiussoribus iudicij.*

38 *Fideiussores contractuum approbari dicuntur per contrahentes, non autem per Notarios.*

39 *Fideiussorem minus idoneum, si receperit Notarius iussu, & mandato Iudicis, tenebitur Iudex, non autem Notarius ad damna, & interesse parti læsæ.*

40 *Notario asserenti, etiã in instrumento, se fideiussorem recepisse de mandato Iudicis, nõ creditur, sed legitima probatio ex parte Notarij requiritur.*

41 *Notarius non tenetur ex eo, quod receperit laudatorem, aut approbatorem.*

42 *Neque tenetur, vbi principalis reus sit valde diues.*

43 *Et non tenetur nisi in subsidium, facta nimirum in primis excussione non solum fideiussoris, sed etiam principalis debitoris, & num. 51.*

44 *Neque tenetur, si fideiussor declaratus fuisset idoneus per interlocutoriam Iudicis, seu Arbitri, dummodo in declaratione, seu sententia partis citatio interuenisset.*

45 *Neque posset conueniri Notarius ob receptionem fideiussionis nullæ, quando ex ea aliunde pars damnum pateretur, quàm culpa Notarij.*

46 *Notarius excusatur, si tempore obligationis fideiussorem idoneum receperit, licèt postea tempore actionis fideiussor effectus esset non soluendo.*

47 *Tenetur autem probare, quod fideiussor tempore fideiussionis fuerit idoneus.*

48 *Et quidem per concludentem probationem.*

49 *Nec sufficeret probatio per vnum testem deponentem de tempore, nisi etiam alij testes de eodem tempore deponerent.*

50 *Tempus vbi est de substantia probationis, non supplentur dicta testium ex dicto alterius vnici testis.*

51 *Notarius non tenetur probare fideiussorem fuisse idoneum tempore receptionis, nisi prius facta sit excussio fideiussoris, qui etiam repertus fuerit non idoneus tempore actionis.*

52 *Notarius, qui fideiussorem non idoneum receperit pro lucro, & dolo, semper tenetur ad damna, & interesse parti læsa.*

53 *Fideiussoris excussione non facta, agi dicitur sine actione contra Notarium sub prætextu, quod fideiussorem minus idoneum receperit & num. 68.*

54 *Et talis excussio facienda est etiam contra principalem debitorem, & omnes obligatos.*

55 *Et non solum quo ad res, sed etiam quo ad personas; & vsque ad saccum, & peram.*

56 *Quomodo de personis, & quomodo, & quo ordine in realibus fieri debeat excussio. remissiuè.*

57 *Et quo ad bona fieri debet excussio, etiam si sint litigiosa.*

58 *Litigiosa bona recipiunt æstimationem, sicuti æstimari potest dubius litis euentus.*

59 *Et in facienda excussione prædicta partis citatio requiritur.*

60 *Quæ quidem citatio debet esse specialis; nec sufficit generalis, quãdo ille, de cuius interesse agitur, est certus.*

61 *Inuentarium conficiendum per hæredem requirit specialem citationem personarum, quas certum est habere interesse, sed quoad personas incertas de interesse sufficit citatio generalis.*

62 *Excussio debitoris non censetur legitimè facta per attestationem publici executoris, quod non inuenerit bona, sed omnino citari, vel moneri debet pars cuius interest, vt vadat cum executore.*

63 *Excussio censetur sat legitimè facta, vbi petitio facta sit parti, vt indicet bona excutienda.*

64 *Quod tamen procedit in excussione contra simplicem fideiussorem, non autem in excussione contra fideiussorem indemnitatis.*

65 *Fideiussor simplex conueniri potest in multis casibus etiam non facta excussione principalis debitoris, si de tali excussione non facta non opponatur.*

66 *Secus vero est in fideiussore indemnitatis, qui nimirum conueniri non potest, nisi prius facta legitima discussione principalis rei.*

67 *Etiam si fideiussor indemnitatis renunciasset beneficio discussionis.*

69 *Statutum disponens, quod fideiussor conueniri possit, etiam non discusso principali reo, non habet locum in fideiussore indemnitatis.*

70 *Excussio principalis rei, vt sit legitima in praiudicium fideiussoris indemnitatis, requirit etiam sententiam, seu decretum Iudicis, quod legitimè facta sit.*

71 *Licèt pronunciatio super excussione petita non sit.*

72 *Quæ tamen pronunciatio facta censetur per processum ad vlteriora; debet autem fieri mentio de tali interlocutoria in sententia, quæ diffinitiua fertur.*

73 *Excussionis facta pronunciatio, an appellationem admittat.*

74 *Excussionis exceptio cessat, quando est notorium, quod reus excutiendus non sit soluendo, vel difficultor conueniri possit.*

75 *Neque est necesse, quod Iudex pronunciet super eiusmodi notorio, sed sufficit eius processus ad vlteriora.*

76 *Excussionis materia fusius à quibusnã Doct. pertractetur.*

77 *Excussionis expensæ, an, & quomodo computentur, remissiuè.*

78 *Notarius tenetur custodire scripturas, & ea ratione officij, atque illa partibus, quarum interest exhibere, aliàs tenetur ad interesse.*

79 *Etiam si scripturæ non essent originales, & pars dixisset nolle eis vti.*

80 *Atque etiam si non essent de actis, sed à Iudice Notario simpliciter consignatæ.*

81 *Iurium productio si non fuerit realis, sed verbalis tantum, Notarius non tenetur ea exhibere, quia iura non dicuntur de actis.*

82 *Iurium productio dicitur realis, quando parte citata iura producuntur, & petitur ea per Notarium cum actis registrari, vt de actis fiant.*

83 *Et tam si originalia dimittantur in actis, quàm si dimittatur eorum copia collationata, & restituantur, citata tamen parte, & notata per Notarium productione.*

84 *Iurium productio verbalis dicitur, quando ea dimittuntur penes Notarium ad fidem Iudici faciendam, ita vt non registrentur in actis, nec ponantur in processu.*

85 *Et quando parti restituuntur, ita vt vestigium aliquod eorum non remanent in actis.*

86 *Atque etiam licèt adesset notata productio, non tamen citata parte.*

87 *Iurium productio realis probatur, quando in productione adest clausula tenoris, &c.*

88 *Et vbi adsit clausula facto, &c.*

89 *Et ex protestatione facta ab aduersa parte, quod iura producta carent solemnitatibus, vel similibus.*

90 *Notarius tenetur ad custodiam, & exhibitionem scripturarum, aliàs ad interesse partis, vt supra numero 78. etiam si scriptura esset nulla, & suspecta de falso.*

91 *Neque excusatur allegando diligentem perquisitionem, seu amissionem etiam cum iuramento.*

92 *Actorum amissione probata, si aliquid de actis deficit, vtique præsumitur amissum.*

93 *Actorum amissio facta per Notarium non debet nocere parti.*

94 *Quod præcipuè de amissione cedulæ appellationis productæ.*

95 *Et de Inuentario.*

96 *Et de mandato procuræ.*

97 *Notarius per compulsoriam cogitur exhibere scripturas, de quibus rogatus fuerit, sique contra veritatem neget se rogatum, tenetur pœna falsi.*

98 *Atque tenetur tam de facto proprio suimet ipsius, quàm eius substituti, vel aliorum Ministrorum sui officij.*

99 *Quinimmo etiam tenetur de facto sui auctoris, seu anteceßoris, quando habet causam iure transmissionis, secus si ex ordine temporum, aut alio titulo.*

100 *Notarius successor tenetur in subsidium, quando agi non possit contra antecessorem, vel hæredem vniuersalem illius.*

101 *Amissionis scripturarum interesse taxatur iuxta summam contentam in scriptura, quæ non editur.*

102 *Notario actuario magis creditur, quàm eius coadiutori.*

ANNOTATIONES.

A DE Protonotario) hunc crediderim ita appellatum, quasi primum Notarium fori Capitolini, protos enim græcè latinè primus dicitur, vt alias de Protonotariis Apostolicis adnotauit *Gomes. in prooemio regul. Cancell. cap. de orig. & off. Protonot. vers. Creuit autem*, Vndè, & protomartir Primus Martyr *glos. in §. illud Auth. de tabell. Cassan. in Catalog. glor. Mund. 4. par. consid. 29. in prine.* hinc protocollum dicimus primam scripturam, indè protomedicus, protoplautus, protogonus, & quam plura alia similia vocabula deducuntur, *vt per Gomes. ibidem*, atque ità conuenire videtur, propter supremum dignitatis gradum, quem in eo loco tenet Senator, cui Protonotarius ante Tribunal debet astare, scribere, & adnotare omnia acta. prout in hoc cap.

2 legitur, & ad id confert quod Minister Principis maioris præcedere debet Ministrum Principis minoris, vbi alias Ministri sint in pari gradu; vnde etiam dicitur, quòd si subditum honoro, vi-

3 deor, Dominum honorare, *vt not. Io. de Plat in l. fin. §. fin C. de re milit. lib. 12. per illum text. Capoll. tract. de Imp. milit. eligen. cap. pro Imperatore n. 10. & seq. Cassan. in Catalog glor. mund. 7. par. consid. 10. vers. & ideò legatus.*

B 4 Eligatur) approbandus tamen à Senatore, sicuti sit etiam in Notariis constitutis certo stipendio à locis pijs in Officiis ipsorum propriis, nam & tales Notarii approbari debent à superiore sui Tribunalis, vt illud officium exercere possint, prout habetur in *Constitutione Pauli V. sel. rec. super refor. Tribun. Vrb. cap. de not. Trib. Vrb. vers. & loca pia* ibi; à superiore sui Tribunalis approbato, verum aliàs de

6 iure communi Iudex eligit sibi Notarium *text in cap. Statutum §. Notarium de rescript. in 6. vbi Gemin. num. 1. c. quoniam contra §. Statuimus de prob. & ibi Felin. num 4. Bald. cons. 137. in prim volum. 3.*

C Quàm criminali) istud sublatū est, vt & illud quod paulo post subsequitur de recipiendis fideiusionibus de nō offendendo, per constitutionem prædictam Pauli Papæ V. *tit. de not. Trib. Vrb. vers. Protonotarius Senatoris*, vbi hæc habentur verba. Protonotarius Senatorius non se immisceat in causis criminalibus, neq; fideiusiones recipiendo, neq; mãdata subscribendo: quod tamen seruatur in prima instantia Causarum criminalium, non autem in secunda scilicet, vbi à Capitaneo Appellationum contingat appellari ad Senatorem, tunc enim Protonotarius vtitur iure suo iuxta hoc statutū:

9 & ista quidem obseruantia attendi debet ex text. *in l. si de interpretatione ff. de leg. Aym. cons. 201. num 11. Crescent. decis 1. num. 1. de constit. Rot. diu. par. 2. decis. 256. in fin.* atque talis interpretatio eò magis amplectenda, quòd Protonotarius

10 minus damni patiatur, vel minus lucri amittat, iuxta *not. per Doct. in l. fin. §. in computatione C. de iur. deliber. & in l. adigere §. quamuis ff. de iur patr.* cum pluribus aliis Doct. relatis per *Mascard. de gen. stat. interpr. concl. 4. num. 118. & sequen.*

11 D Fideiusiones recipiat) Intellige idoneas, cum par esset non recepisse fideiussorem, vel non idoneum *l. 1. cum ibi not. per Ang. & Alex. ff. in ius vocat. & idem Angel. in l. quoties ff. qui satisd. cog.* ideò

12 reus dimissus sub fideiussore non idoneo, posset iterum tanquam non bene relaxatus capi, & per talem capturam non est liberatus fideiussor, vt per *Bald. in l. 1. sub num. 3 ff. si quis in ius vocat. non ier.* & alios, quos refert, & sequitur *Farinac. de carcer. & carcerat. q. 33. num. 82.*

13 Idoneus autem fideiussor debet possidere bona æquiualentia quantitati debiti, vel pœnę, pro quibus fideiusit *l. fideiussor in Iudicio in prine. & ibi glos. & l. 1. ff. qui satisd. cog. Rot. d. decis. 374. sub n. 1. p. 4.* & alii ferè oēs modo inferius allegandi, & is demum est idoneus fideiussor, qui est locu

14 ples, & soluēdo *iux. n. 1. per DD. in l. 2. ff. de fund. dot. l. patri 28. § penult. ff. de minor l. 3 C. de vsur. pupillar.* cum aliis citatis per *Herring. de fideiuss. cap. 8. num 53.* qui hoc modo describit idoneum fideiussorem. Et quidem eius bona debent esse

15 stabilia *l. 2. in prin. & l. Seimanum §. possessor ff. qui satisd. cog. glos. in auth de exhiben. reis §. suscepto in verbo personalis collat. 5. & in l. 1. 12. si quis stipulatus sit Stychum §. si quis stipulatus de verb. obligat Marsil. ad rubr. de fideiuss. num. 227. &*

16 *pluribus seqq.* nec tamen refert, quod dicta bona sint supposita fideicōmisso, vel restitutioni *Marsil ibidem nu. 262. Rota dicta decis. 374. sub nu. 1.*

17 quod tamen procedit solum in satisdatione de iudicio sisti, quia hæc introducta est ad tollēdam suspicionem fugæ, non autem vt actori fit cautum, vt benè distinguit *Herring. de fideiuss. cap. 8. n. 54. declarando dictum Angeli in l. Sciendum §. si fundus, vbi, & Ios. in 2. notab. ff. qui satisd.*

18 *cog.* vel saltem debent esse mobilia, quæ facilè asportari non possent, vt magna Apotheca, seu Mensa; vel multa nomina Debitorum, quæ verisimiliter fideiussor non relinqueret *Bartol. num. 5 Ias. num. 3.* & alii *in dicta l. sciendū idem Bart. & Imol in l. facere posso ff. sol. matr. Marsil. vbi supra num. 286. Farinac. dicta quæst. 53. nu.* 81. & dixit Rota *in una Veneta pecuniaria 17. Ianij 1605. coram Penia.* Nec videtur verū esse dictum *Castren. in l. si stipulatus 112. §. si stipulatus num. 1. vsque ad fin. de verb. oblig.* qui voluit sufficere, quod talis fideiussor haberet magnum creditum, & esset solitus satisfacere suis Creditoribus, & sic bonæ fidei vir, ita vt si alias recusaretur, haberet actionem Iniuriarum, quia sub illis prætextibus non esset cautum creditoribus,

19 quibus per fideiussores intendunt leges prospicere *§. vlt. Instit. de replicat. & Castren.* aliosq;

idem

idem ſentientes reprobat *Marſil. ad rubric. de fideiuſſ num* 239. *& ſeqq.* & pluribus confutat *Herring. de fideiuſſ. cap. 8. num. 59. & ſeqq.* Præ-
20 dicta autem æquiualentia bonorum non requiritur in fideiuſſore qui ſit coniuncta perſona rei *l. 1. & ibi Iaſ.* & alii *ff. in Ius. vocan.* vt eant, Quod tamen in fideiuſſore, de iudicio ſiſti, vel repræſentando eum, non autem in alijs caſibus admittitur *Gratian. deciſ. March 69. num. 18.* maximè ſi ſtatutum requirens fideiuſſorem non loqueretur ſimpliciter, ſed adderet qualitatem nempe facultatibus idoneũ, quia verificanda eſt idoneitas in facultatibus, non autem ex coniunctione ſanguinis, ibidẽ nu 19. ſed quibuſdã alijs caſibus,
21 limitatur etiã regula, quod fideiuſſor, vt ſit idoneus, poſsidere debet immobilia, vt per *Marſil ad rubr. de fideiuſſ. a num. 228. per plures ſeqq. & per Herring. de fideiuſſ. cap. 8. a num. 86. ad plures ſeqq.* qui de veritate earundem limitationum ſigillatim diſſerit.

Verũ poſſeſsio huiuſmodi bonorũ ſtabiliũ ſufficit nõ ſolũ, ſi ſit in ciuitate, in qua fit fideiuſſio, ſeù eſt locus iudicii, ſed etiam ſufficit quod poſ-
22 fideatur in eadem Prouincia, ſeù ſub iuriſdictione eiuſdem Principis *l. fin. C. de Princip. agen. in reb. lib. 12.* ibi; ij qui in ſacratiſsima Vrbe, vel in Prouincijs immobiles poſsident facultates *l. ſi fideiuſſor §. ſi neceſſaria ff. qui ſatisd. cog.* ibi poteſt audiri, ſi in alia eiuſdem Prouinciæ ciuitate ſatisdationem præſtare paratus ſit, *vbi Iaſ. num. 8. Angel. num. 1. Soc. num. 1. & 5. Iacob de San Eto Georg. in prine. Cyn. in l. ſciendum §. Poſſeſſor. num. 24.* vbi etiam *Bart. num. 1. Alex. num. 1. Aliq; ſcrib. ff qui ſatisd. cog.* Ad hunc autem ef-
23 fectum de Prouincia dicuntur omnes loci, & ciuitates, ad quas porrigitur iuriſdictio eiuſdem Præſidis *Soc. in dicta l. ſciendum num. 13.* Pro-
24 uincia enim dicitur à Præſide; Immo cum Præſes habet iuriſdictionem in pluribus Prouincijs illæ omnes dicuntur vna Prouincia quoad vnũ Præſidem, ſicuti contra, vbi diuerſi ſunt Rectores diuerſæ Prouinciæ cenſentur *Bart. in l. 1. n. 4. verſ. arbitror tamen C. de metropol. lib. 11. Alciat. in l. Notionẽ §. continentes in fine ff. de verb. ſig. Herring. de fideiuſſ. cap. 14. num. 33.* & in terminis idoneitatis fideiuſſoris, *Iacob. de Arena dicta l. ſciendum §. Poſſeſſor, vbi etiam Bellapert. Cyn. Doct.* & alij omnes *Io. Faber. in §. ſed hodie num. 5. inſtit. de ſatisdat. Roderic. Suarez. in tit. dellos Amplexiamẽtos particulacterius quaritur num. 2.* in Regno Neapolis, quod non teneatur reus ſatisdare in ciuitate Neapoli *Greg. Lop. in 41. tit. 2. par 3 verſ. En laterne* qui idem firmat de Toto regno Caſtellæ *Petr. Perez. tract. de iur. ſiſten. & man. inuect. cap. 31. num. 7.* cum pluribus alijs latè deductis per nouem Conſilia diuerſorum Aduocatorum Vrbis impreſſ. *per Farinacc. poſt eius conſ. 165. lib. 2.* ſufficit enim, & ſolum
25 attenditur facilitas exactionis, & executionis ità in ſimili colligitur ex diſtinctione *Theſ. deciſ. 40. Put. deciſ. 185. lib. 1.* iuxta emendatam impreſſionem *Marcobrun. conſ. 28. Surd. conſ. 309. nu. 1. & ſeq. Farinacc de carcer. & carcerat. q. 33. num. 52. & ſeqq. Rimin. iun. conſ. 432. num. 2. Angel in Auth. de fideiuſſ §. ſed neque num. 10. Negus. de pignor. par. 8. membr. 1. num. 42. Bal. in l. fin. §. ſed ſi num. 8. verſ. ſed pone ff. ſi cert. pet. Alexan. conſ. 84. num. 11. vſque ad fin. lib. 3. Gozad. conſ. 7. nu. 22. Papien. in prax. in form. libell. Act. Hypoth. in verb. exceptione num. 15. Marſil. ſing. 220. Gratian. diſcept. 13. nu. 18. & diſcc. 230. n. 6. & ſeqq.* cum alijs etiam cumulatis in ſupradictis nouem Conſilijs poſt *conſ.*
26 *Farinac. 165 lib. 2.* ſi autem fideiuſſor poſ ſideat extra eandem iuriſdictionem, non dicitur idoneus, vt de poſſidente Neapoli, ſi locus iudicij ſit Romæ, dicit *Rota in Neapolitana legati Alimentorum 19. Ianuarij 1581. coram Robuſterio*, licet alias eadem *Rota in vna Venetiana pecuniaria 17. Iun. 1605. coram Penia, dixerit*
27 ſufficere poſſeſſionem ſtabilium in loco domicilij, licet maneat ſub diuerſa iuriſdictione, nempe Venetijs, & locus iudicij ſit in Vrbe, loquitur tamen ad effectum euitandi mandatum ſuſpicionis fugæ, prout etiam id tenent *Dec. conſ. 75. ſub num. 1, verſ. 8. & vltimo. Natt. conſ. 430. num. 14. & ſeqq. Neuiz. conſ. 52. num. 20. & ſeqq. Bald. conſ. 985. num. 1. & 2. lib. 2. Aret. conſ. 95. num. 50.* qui tamen omnes loquuntur ad excuſandum debitorem à ſuſpicione fugæ. Non tamen quilibet, licet poſſideat bona, vt ſupra, eſt
28 idoneus fideiuſſor, vt de Clerico dixit *Carol. de Graſſ. de effect. Clericat. effect. 44. num. 9. & ſeqq.*
29 Et de nobilibus habentibus oppida munitiſsima, qui propterea ſunt difficilis conuentionis *dicit Menoch. recupe. poſſeſſ. tom. 1. num. 315.*
30 Idoneitas autem ſufficienter probatur, vel per teſtes, vel per approbationem ab aliis factam, vti cenſuit *Rota coram Reuerendiſsimo D. meo Coccino Decano deciſ. 342. in princ. in eius deciſionibus impreſſis.* itaque reus qui tenetur præ-
31 ſtare fideiuſsorem debet præſtari idoneum, & cõſequenter probare iſtam qualitatem idoneitatis, alias repellitur exceptione non adimplementi validi, attamen ſi fideiuſſor receptus ſit per No-
32 tarium, tollitur dicta exceptio, non adimplementi; & cenſetur probata qualitas idoneitatis ex quo ſuper huiuſmodi idoneitate, fides Notario adhiberi ſolet propter eius intereſſe, dum ipſe tenetur non exiſtente idoneo fideiuſſore ab ipſo receepto, & licet non excludatur probatio cõtrarij, tamen interim probata remanet idoneitas Ita *Rota in Senogallien. Pradij 10. Iunij 1619. coram R. P. D. Pirouano in fin.*
33 Notarius igitur debet fideiuſſores recipere idoneos, alias ſi nõ recipit idoneos, tenetur ad dãna, & intereſſe parti læſæ *l. fin. C. de Magiſtr. cõuen. l. prima § ſciendum ff. eodem* Rota *deciſ. 574. num. 4. par 4. diuerſ.* quod procedit non ſolum in fideiuſſore pupilli, ſeu Reipublicæ, ſed etiam in omnibus caſibus tam ciuilibus, quàm criminalibus, in quibus quælibet perſona priuata læditur ex facto Notarii *Ioſeph. Lodouic. deciſ. Lucen. 33. nu. 1. & ſeqq. par. 1. Farinacc. dicta quæſt. 33. nu. 88. verſ. qua Iura licet loquantur &c.* Et procedit,
34 licet Notarius eſſet minor *Bald. in l. 5. n. 4. verſ. Item facit ad queſtionem C. qui, & aduerſus quos in integrum reſtitut. Adden. ad Gratian. deciſ.*
35 *March. 64. numer. 2.* Non tamen teneretur Notarius, ſi fideiuſſor ſuiſſet acceptus de conſenſu expreſſo, vel etiam tacito Partis, ſeù fiſci *Ioſeph. Ludou.* vbi ſupra, *num. 16. Farinac. dicta*

quæst. 33. *num.* 92. *Rot.d decis* 374. *num.* 2. *p.*4.
36 *dic.*vbi quod sufficit fideiussorem iussse receptum citata parte, & non reclamante; Ideoque prædi-
37 cta intelliguntur de fideiussoribus Iudicij; secus
38 cum fideiussoribus contractuum, quia in contractibus per contrahentes non autem per Notarium fideiussores approbati dicuntur *Seraphin.*
39 *decis.* 576. *num.* 6. Vel si fideiussorem recepisset notarius nominatim de iussu, & mandato Iudicis, quia tunc teneretur Iudex, & non Notarius *Ioseph. Ludou.d. decis. Lucen.* 33. *num* 13. cum alijs per *Farinac. d. quæst.* 33. *num.* 84. & 90. Non
40 tamen crederetur Notario dicenti, ac etiam apponenti in Instrumento, se illum recepisse de mãdato Iudicis, cui non poterat contradicere, nisi aliter constet per scripturam aut Rogitum alterius Notarij de huiusmodi iussu, & commissione, maximè cum agatur de lucro, aut dãno *Gratian.*
41 *d. decis March* 69. *num* 14. Item non teneretur Notarius, si recepisset Laudatorem, aut ap-
42 probatorem *Farinac. d. quæst.* 33. *nu.* 89. Item si ipse principalis reus sit valde diues, quia per eius facultates suppletur paupertas fideiussoris: quod eò verius videtur, cùm antequam agatur
43 contra Notarium, sit facienda excussio non solum fideiussoris, sed etiam principalis debitoris, cùm solùm teneatur notarius in subsidium, vt infra dicemus *Ioseph Ludou. d. decis. Lucen.* 33. *num.* 14. *Farinac. d. quæst.* 33. *num.* 91 Item
44 si fideiussor fuisset declaratus Idoneus per interlocutoriam Iudicis, seù arbitri, dummodo citatio partis interueniisset in declaratione, seù sententia *Gratian. d. decis. March.* 69. *nu.* 26 & 27.
45 Item non posset conueniri ob receptionem fideiussionis nullæ, quando ex ea aliunde pars damnum pateretur quã culpa Notarij *Gratian dict. p.*
46 497. *n* 9 & 23. sufficeret autem Notario fideiussorem tempore obligationis fuisse idoneum, vel etiam communiter pro tali habitum, licet tempore actionis fuisset effectus non soluendo *Farinacc. d. quæst* 33. *num* 93 *Rot. d. decis.* 374. *sub*
47 *num.* 1. *par.* 4. *diuers.* Onus tamen probationis quo tempore fideiussionis fuerit talis, Notario incumbit *l.* 1. *§. etsi satis, & §. si magistratus, & l* 4 *ff de magistr. conuen. Doct. mi.* 1. *C. de*
48 *transact.* Et quidem probationis concludentis.
49 Nec enim sufficeret probatio per vnum Testem deponentem de tempore nisi etiam alij Testes de illo deponerent, quia hoc casu, ex quo tempus
50 est, de substantia, non supplentur eorum dicta ex dicto alterius vnici testis *Gratian. d. decis.* 69.
51 *num.* 10. quod est intelligendum; dummodo prius fuisset facta excussio, & repertum, quod fideiussor tempore solutionis non esset idoneus, quia cum Notarius solum teneatur in subsidium, antequam agatur contra eum, necessario faciendã est excus-
52 sio fideiussoris, & prædicta intellige quando Notarius non recepisset pro lucro, & dolo, quia tunc semper tenetur *Io. Baptista Costa tract. de Iudic. subsid. Salic. in leg.* 1. *C. de magistr. conuen. Doctores* fere omnes supra citati, & *Rot. dicta dec.* 374. *par.* 4. *diuers. sum. n.* 1. & *nu.* 2. *in fin.*
53 vbi enim prius non constet de excussione dicitur agi sine actione *Castr. in l. Decem de verb. oblig.* cum alijs *per Gabr. de fideiuss. concl.* 1. *n.* 13. & *seq.*
54 *Afflict. decis.* 318. *n.* 2. & quidem non solũ est facienda excussio fideiussoris, sed etiam principalis debitoris, & omnium obligatorum *l.* 1. & 4. *C. de magistr. conuen. Benedict de Plum. in tract. de*
55 *excuss. n.* 15. cum alijs. Et non solum quoad res, sed etiam quoad personas *l. ait Prator. §. fin ff. in quibus caus. maior. auth hoc si debitor C. de pign. Bart. in l. si ita tamen n.* 2. *ff. de leg.* 2. & est faciẽda vsque ad saccum, & peram *Bart. tract. de excuss. n.* 8 *Iacob. de Aren. eodem tract. n.* 14. *Bened. de Plumbin. eod tract.* in principio, quos omnes adire potes in hac materia excussionis. Quo-
56 modo autem facienda sit excussio de personis, vide *Bart. in l. duobus ff. de duob. reis*; & quomodo, & quo ordine sit facienda in realibus, vide
57 *Bald. in auth sed hodie C. de action. & obligat.* & quoad bona est facienda, etiamsi essent litigiosa,
58 quia recipiunt æstimationem, prout potest æstimari dubius litis euentus. Benedict. vbi supra,
59 *num.* 6. in facienda autem huiusmodi excussione requiritur citatio partis *Bald. in l.* 2. *quando Fisc.* cum alijs per *Benedict.* vbi supra *num.* 8. *Aren. n.* 30. *Gabr concl.* 1. *de fideiuss. nu.* 4. *Surd.*
60 *decis.* 256. *n.* 17. quæ quidem citatio debet esse specialis *Neguss. de pignor.* 1. *memb.* 8. *part. n.* 13. *Aym. cons.* 140. *n.* 9. *vers. nõ obstat notata per Bart. lib.* 4. *Surd. cõs.* 452. *n.* 13 *licet Alex. cõs.* 58. *n.* 26. *lib.* 5. dicat sufficere citationem generalẽ, quem credo loqui, quando ille, de cuius interesse agitur, non est certus, vt in simili dicitur in materia Inuẽtarij
61 conficiendi per hæredem, quod quoad certos debet esse confectum illis specialiter citatis, quoad incertos sufficit generalis citatio. Ideoque
62 non arridet mihi praxis illa simplicis fideiussoris executoris, quod nõ inuenerit bona, quia executorum Anaritia. & malitia eò peruenit, vt pro paucis obolis contra veritatem fidem facerent, sed omnino debet citari, seu moneri pars cuius interest, vt vadat cum executore *Bal. in l.* 2. *n.* 46. *de vsufr. leg. Arm. d tract. num.* 30. *Surd. dicto cons.* 452. & licet *Alex in l. in illa n.* 18 *de verb. oblig.* & ibidem *Bart. in fin. ac Surd. cons.* 39. *n.* 16. videantur firmare sufficere relationẽ Nuntij missi à Iudice, attamen id videtur esse intelligendũ cum supradicto temperamento, hoc est cum præsentia, vel citatione partis ad interessen. ex supra dedu-
63 ctis, neque etiã crediderim hoc casu sufficere ad docendũ de excussione prout aliàs sufficere solet petitio ista facta parti, vt indicet bona excutienda, vt per *Rolan. cons.* 9. *num.* 3. *lib.* 1. *Surd. dicto cons.* 39. *nu.* 18. etiam, quando aliqua bona fuissent indicata, quæ essent modici momenti, Idem *Rolan. d. cons.* 9. *n.* 31. id enim solùm videtur intel-
64 ligendum, vbi ageretur contra simplicem fideiussorem non autem, quando agitur cõtra fideiussorem indemnitatis, prout in casu nostro, quia in
65 primo casu agi potest, si non opponatur; secundo verò non potest agi, quia nõ dicitur orta actio, non prius facta legitima discussione, cum enim fundamentum intentionis agentis sit, discussionem esse factam, videtur de illa debere concludenter docere; non autem per simplicem præsumptionem, ex quo pars non indicat bona, & semper in ista materia excussionis, tenementi distinctionem inter fideiussorem simplicem, & fideiussorem indemnitatis, & conditionalem quia maxima est differẽtia, vt ex prædictis iuribus colligitur, quibus adde *Thes dec.* 52. *Pur. dec.* 182. *lib.* 1 *Pedem. dec.* 2. *Alc. cons.* 382. *Aym. cõs.* 263. *Roman.*

cons.

conſ 243. *Marſil. de fideiuſſ. quæſt* 44. *num.* 314. *& ſeqq.* Vbi inter alia, quod in pluribus caſibus contra Fideiuſſorem ſimplicem nõ requiritur excuſsio, ſemper tamen requiritur contra fideiuſſorem
66 Indemnitatis. Et ſi fideiuſſor indemnitatis renunciaſſet dicto beneficio, quia aliàs non dicitur
67 68 orta actio. Et in caſu ſtatuti, quale extat infra
69 *cap.* 155 in quo diſponitur, quod fideiuſſores poſsint conueniri nõ diſcuſſo principali, quod non habet locum in fideiuſſore indemnitatis, *Caſtren. conſ.* 239. *nu.* 1 *lib.* 1. *Magon deciſ Flor.* 38. Inſuper ad hoc, vt talis excuſsio dicatur legitimè facta
70 requiri etiam Iudicis ſententiam, ſeu decretum illam legitimè factam, notat *Neguſ.* vbi ſupra *num.* 10. *Ayno d. conſ.* 263. *nu.* 11. *in fin. & n.* 21. *Gabr. num* 26. *Benedict. num.* 11. *&* 13. *Soc. d. conſ* 452. *num.* 33. *Aret. in §. ſi quis in fraudem. num.* 14 *& ſeqq. Inſt. de action. Bart in l. proſecutione num.* 7. *de pignor & in tract. de excuſſ. col.* 2 *verſ. & facta Inquiſitione. D. c. in l. fin. nu.* 6. *ff. ſi cert. pet. Put. deciſ.* 30. *lib.* 1. *in nouis impreſſion.* 38. *Roman. conſ.* 93. *num.* 7. *& conſ.* 211 *ſub num.* 3 *verſ. quinimo aduertendum eſt, vbi de cõmuni. Alex conſ.* 58. *num.* 5. *lib.* 5. qui ampliat id
71 procedere, licet pronunciatio ſuper excuſſione non ſit petita, quia ſufficit, quod veniat in conſequentiam petiti, quod ſi procedit, quando requiritur petitio excuſsionis, in quibus terminis ipſe loquitur, quanto magis procedit in hoc caſu, quo abſque petitione excuſsio eſt facienda, cum agatur contra obligatum tantum ad Indemnitatem, & in ſubſidium ad differentiam fideiuſſoris ſimplicis ex ſupra deductis. Verumtamen credo huiſmodi ſententiam non eſſe neceſſario ferendam in
72 ſcriptis, ſed per Proceſſum Iudicis ad vlteriora intelligi pronunciatum ſuper ea, *Aldobrandin. conſ.* 82. *lib.* 5. *Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ.* 45. *nu.* 8. *& ſeqq.* Videtur tamen requirere, *Roland. dicto conſ.* 9. *num.* 27. *lib.* 1. quod fiat mentio de tali interlocutiua in ſententia, quæ deinde diffinitiuè
73 fertur. An autem à prædicta pronuncia detur appellatio. Et quod ſic *Neguſ.* vbi ſupra, *num.* 39. *Put. deciſ.* 50. *de Iudic. per conſ. Alex.* 73. *lib* 6. Vide tamen diſtinctionem apud *pract. Papien in forma libell. in Act. Hypoth. nu.* 2. *fol. mihi* 412. vbi quod pendet ab eo, an ſit interlocutoria, vel diffinitiua, & declaratur, quando ſit interlocutoria,
74 vel diffinitiua; Ceſſat autem exceptio excuſsionis quando eſt notorium, quod reus excutiendus non ſit ſoluendo *Caputaquen. deciſ.* 175. *num.* 10. *par.* 2 vel difficulter conueniri poſſit *Bart. in l. ſi ego nu.* 1. *ff. ſi cert. pet. l. decem in fin. ff. de verb. oblig. l fin. in prine. ff. ſi cert. pet. & l. empt. in prine. ff. de act. empt. Benedict. d. tract. num.* 4. Et licet
75 ſuper iſta notorietate videatur requiri pronunciatio Iudicis, ſeù ſententia *Rom. conſ.* 9. *num.* 7. *& conſ.* 211. *ſub num.* 3. *& conſ.* 241 *num.* 7. *Put. deciſ* 32. *num.* 1. *lib.* 1. Tamen ſufficiens videtur proceſſus ad vlteriora, cum inde dicatur pronunciatum ſuper ea, *Aldobran. conſ.* 82. *lib.* 1. *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſina* 4. *num.* 8. *& ſeqq.* Et iſta ſufficiant circà hanc materiam excuſsionis. Quæ
76 autem quæſtiones accidere poſſunt videre potes apud *Bart. Benedict. Aren.* & alios ſupradeductos in *tract. de excuſſ.* ac apud *Gabr. de fideiuſſ. concl. prima.* Illud ſolum notabile addam, ſi cupiatur
77 ſciri an, & quomodo expenſæ factæ in faciendadiſcuſſione computentur, videndũ eſſe *Caſtrenſ. conſ.* 239. *nu.* 4. *lib* 1.

D Scripturas ſumma vigilantia cuſtodiat.) Tenetur Notarius cuſtodire ſcripturas, & acta ratione officij, & illa partibus exhibere, quarum intereſt, aliàs tenetur ad intereſſe *c. quoniã contra*, vbi *Abb. num.* 3. *&* 4. *probat l.* 2. vbi *Doct. C. de eden. l. ſi quis ex Argentarÿs §. hoc edicto l. Argentarius §. cum autem, ff. eod. Dec. in cap.* 1. *numero* 46. *&* 53. *de probat. Farinac. quæſt.* 152. *num.* 42. Etiamſi non eſſent originalia, & pars dixiſſet, nolle eis vti *Dec. dicto c.* 1. *Rot. in Aſſiſien. pecuniaria* 1. *Iun.* 1611. *coram Mãzanedo*, vbi etiã aliaadditur ampliatio nẽpè e.
80 tiãſi non eſſent de actis, ſed à Iudice notario ſimpliciter cõſignatæ. De qua tñ ampliatione dubitarẽ, quia quando productio non fuit realis, ſed
81 ſolum verbalis, Notarius non tenetur ad exhibitionem, quia iura non dicuntur de actis *Bart. in Extrauag. ad reprimen. in. v. de Plano num.* 3. *Roma. conſ.* 156. *nu.* 3. *& conſ.* 519. *num.* 3. vbi *Manoſ. in Addit.*

Quamuis enim productio eſſet de Actis, tamen Iura non poſſent dici de Actis *Caualer. deciſ.* 342. *num.* 3.

82 Tunc autem productio dicetur realis, quando parte citata Iura producuntur, & petitur per Notarium cum Actis regiſtrari, vt de Actis fiant *Bellam in cap cum in Iure nu.* 8. *verſ. communis autem ac officio Deleg. Rot. in Placentina deuolutionis* 10. *Maij* 1602. *coram Penia*. Et tam
83 ſi eadem originalia dimittantur in Actis, quam ſi dimittatur copia collationata, & reſtituantur, citata tamen parte, & notata per Notarium productione *Rot. in d. Placentina.* verbalis autem contra dicitur, quando fit dimiſsio Iurium
84 in actis, vel penes Notarium ad fidem Iudici facien. Iraut non regiſtrentur in actis, nec ponantur in proceſſu *Bart. & Rom.* vbi ſupra. Et quãdo parti reſtituuntur, ità vt eorum non remaneat
65 aliquod veſtigium in Actis, atque etiam licet
86 adeſſet notata productio, non tamen citata parte *Rot. in d. Placentina coram Pania*. Item, &
87 productionem fuiſſe realem probatur, quando in productione adeſt clauſula tenoris &c. *Alex. in Auth. ſi quis in aliquo, nu.* 9. *verſ. tamen dictam* C. *ae eden. Felin in cap. quoniam contra n.* 51. *verſ. hanc concluſionem de probat. Maſcard. de probat. concl.* 71. *num.* 71. *Rot. in Peruſina reſtitutionis adminiſtrationis* 26. *Iunij* 1613. *corã Emin ntiſſimo D Carain. Veroſpio, & in Rom. Saluiani* 19. *Aprilis* 1614. *coram Buratto*. & de clauſula facto &c. *Caualer. d. dec.* 542. *n.* 3. dicitur etiã realis productio probata ex proteſtatione facta à parte aduerſa, quod producta carẽt ſolemnitatibus, vel ſimilibus, *Rot. in d. Peruſina coram D. Cardinale Veroſpio.*
88 89

Ampliatur etiam ſupradicta concluſio, quod Notarius teneatur ad cuſtodiam, & exhibitionẽ alias ad damna, etiamſi ſcriptura eſſet nulla, & ſuſpecta de falſo *l. qui tabulas, & l. fullo, ff. de furt. Bartol. in l* 2. *§. hoc interdicto ff. de Tabul. exhiben. Pacian. de Probat. cap.* 65. *nu.* 9. *Rota in Romana pecuniaria* 11. *Martÿ* 1613. *coram Manzanedo*, neque excuſatur allegando
90 diligentem perquiſitionem, ſeù amiſsionem
91

etiam cum iuramento *Cephal conſ. 170. num. 6. Mandel. conſ. 309. n. 11. Federic de ſen conſ. 113. num. 2. Rot. in ſupra dicta Aſſiſien. pecuniaria pri. Iunij 1611. coram Manzanedo, & dec. 35. Impreſſ. per Farinac. poſt lib. ſecundum conſiliorum.* Probata autem amiſsione actorum, ſi
62 aliquid de actis deficit, vtique præſumitur amiſſum *Rot. deciſ 604. num. 2. par. 2. recen.* huiuſmodi autem amiſsio facta per Notarium non
93 debet nocere parti *Gratian. diſcept. 468. nu. 41. & 653. num 66.* vbi loquitur in terminis rogitus, in terminis autem productionis, *Rot. in Romana Saluiani 19. Aprilis 1624. coram Burato*, & in terminis de amiſsione cedulæ appellationis productæ. *Put. deciſ. 15. de fide Inſtrm.*
94 & in puncto Inuentarii producti in *l. fin. §. cum*
95 *igitur nu 5. C. de iur. deliber. Boro. conſ. 129. n. 9. lib. 2. Mantic. de Inuent. ex num. 6. verſ. quod ſi*
96 *non hares amiſit ſed Notarius &c.* Et in terminis mandati Procuræ. *Rota in Vigleuanen. locationis 30. Ianuarij 1597. coram Corduba.* Et cogitur
97 per compulſoriã exhibere, *Caualer. d. deciſ. 542. num. 2. & 4.* ſiquè contra veritatem neget ſe rogarum, teneretur pœna falſi *Dec. d. cap. 1. de probat. num. 265. Bala. in l. & qua d Diuo Pio num. 23. C. de eden.* Et tam de facto prop io ſuimet ipſius,
98 quam eius ſubſtituti, vel aliorum miniſtrorum officij, *Dec.* vbi ſupra *num. 203. & 265. & ſeq.*
99 quinimmo etiam ex facto ſui auctoris, ſeù anteceſſoris *Caualer. d. deciſ. 542. nu. 4. Rot. in Romana depoſiti 9. Iunij 1595. coram Pamphilio*, quod tamen procedit, quando habet cauſam iure tranſmiſsionis, ſecus ſi ex ordine temporum, aut alio titulo, *Bald. conſ. 345 nu. 8. lib. 1.* requiritur namque probatio, quod talis ſucceſſor habuerit penes ſe prædicta acta, alias diuerſum eſt Ius in ſucceſſore, quam in Notario defuncto coram quo fuit facta productio, facit in ſortioribus terminis in tutore *tex. in l. alio Iure, C. de in lit.*
100 *tur. Seraph. deciſ. 692.* Et ſolum in ſubſidium, & quatenus actio dari non poſſit contra prædictũ Notarium, vel hæredem vniuerſalem *Caſtren. in l. quadam §. nihil intereſt num. 8.* vbi etiam, *laſ. num. 11. & Angel. num. 6. ff. de Eden. Dec. dicto cap. 1. num. 236. ad fin. Pacian. de probat. c. 64.*
101 *num. 6.* Intereſſe autem, & damna, ad quæ propterea tenetur, reficiuntur, & taxantur iuxta ſummam contentam in ſcriptura, quæ non editur *l. argentarius, §. cum autem, ff. de eden. l. qui tabulas, & l. Fullo la prima, in fin. ff. de furt. Bart. in l. 3. 9 condemnatio, ff. de tabul. exhiben. Rota in Rom. pecuniaria 11. Martij 1613. Manzanedo.*

E Coadiutores) In concurſu tamen contrarietatis inter ipſos magis
102 Notario actuario creditur, quam eius Coadiutori *Rota coram Reuerendiſs. D. Coccino Decano dec. 226. nu. 2*

De Electione Notariorum actuariorum Collateralium.

Cap. X XI.

D acta ſcribenda corã Primo, & Secundo Collaterali, deputari non poſſit aliquis, niſi is ſit Romanus ciuis, aut domicilij habẽs in Vrbe, pro ciue Romano, iuxta formam Statutorum habitus, & reputatus; & niſi ſit in matricula Notariorum Romanorum (quæ penes Secretarium Conſeruatorum conſeruatur) deſcriptus, & niſi præuia diligenti inquiſitione de vita, & moribus, de qua Notarius Proconſulum rogatus fidem faciat: ac etiam pręuio rigoroſo examine per Senatorem, Proconſules, & Correctores, ſeu duos eorum (aliis ita mandantibus) ſuper ſufficientia, & idoneitate; & eo ſufficienti idoneo reperto, & mandato à præfatis Senatore, Proconſulibus, & Correctoribus in ſcriptis habito: aliàs verò contra prædictam formã electus, & deputatus amoueatur, etſi officium exercuerit, tàm ipſe, quàm qui eum elegerint, pœna quinquaginta aureorum pro quolibet mulctentur: & acta nihilominus per ipſum interim ſcripta valeant.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Notarij à notis dicti ſunt.*
2 *Nota ſunt compendia dictionum, quibus ſingulis ſingula verba ſignificantur.*
3 *Notarij abſtinere debent à notis, vel ſignis, quæ non ſint in vſu, neque communiter intelligantur.*
4 *Notariorum noſtri temporis ars, & exercitiũ in tribus conſiſtit, & quænam ea ſint.*
5 *Notarij actuarij debent eſſe qualificati, & approbati iuxta hoc ſtatutum.*
6 *Notarij debent eſſe ſaltem puberes.*
7 *Impuberes officij publici ſunt incapaces.*
8 *Notarij creari non poſſunt impuberes ſub ea conditione, vt non exerceant officium, niſi poſt pubertatem.*
9 *Notariatus, ſeu tabellionatus officium, an pręiudicet nobilitati.*
10 *Notariatus ars dicitur honeſta, & viris ciuilibus apta.*
11 *Notarij fama integra, ac diuites cum decore viuentes in Vrbe admittuntur ad honores, & munera publica.*

Sixtus

2 *Sixtus Papa Quintus per constitutionem suam erexit Collegium Notariorum Curiæ Capitolij numero triginta, nempè quindecim Primi, ac totidem Secundi Collateralis.*

13 *Quæ constitutio vsu recepta, & in viridi observantia est, præter quàm in certo casu expresso.*

14 *Et Statutis expressè derogat.*

15 *Ideo seruanda tamquam alia lex postea lata.*

16 *Notariorum Curiæ Capitoly officia per Constitutionem Sixti Papæ Quinti pro dimidia tantum parte erant vacabilia; pro altera vero parte transibant ad hæredes Notarij defuncti.*

17 *Paulus Papa Quintus concessit Notariis Curiæ Capitolij, vt eorum officia nulla ex parte sint vacabilia, sed spectent ad hæredes Notariorum defunctorum tamquam bona stabilia.*

18 *Notariorum Curiæ Capitolij officia recipiunt hypothecam, & dominij reseruationem ex contractu partium*

19 *Etiam absque alio beneplacito Apostolico, & tam quo ad titulum, quàm quo ad proprietatem, & quo ad scripturas tam præsentes, quàm futuras hypothecari, & alienari possunt.*

20 *Officij titulus potest esse penes vnum, & dominium penes alium.*

21 *Notarij demortui scripturæ remanere debent penes eius hæredes.*

ANNOTATIONES.

A

1 NOtarij dicti sunt à notis, *cap. Monachus iuxta gl. verb., vel Notarius 77. dist. speculator. de Instrum. edit. §. Instrum ergo publicum num. 26. vers item opponitur*, quod Instrumentum scriptum *Petr. Greg. Syntag Iur. lib. 42. c. 3. num 4. Cuias lib. 12. obser fin.* notæ vero sunt

2 compendia dictionum *l. sed cum patrono 6. §. fin. ff. de bon. poss. lit. § sed caterarum 7. ff. de var. & extr. cogn. l. Lucius 40. de testam. mil.* & vt inquit *Gran. ad Vestr. lib. 2. c. vlt. n. 3.* Notarij dicebantur quia notis scribebant, idest compendioso scribendi genere fit, vt miranda quadam solertia, atque celeritate omnium dicta notis exciperent, erant enim notæ quædam literæ, quibus singulis singula verba significabant veluti Q. D. E. R. F. P. D. E. R. V. I. C. hoc est: quid de ea re fieri placeret, de ea re vniuersi ità censuerunt, & de veterũ notarũ explanatione potissimum cõscripserunt Valerius Probus antiquus Auctor, & nouissimè Aldus Manutius, & notas Iuris separatim collegit Magno, quæ habentur post *C. Theodos.* impressæ, curante

3 Cuiacio; debent autem Notarij abstinere à notis, vel signis quæ non sint in vsu, neque communiter intelligantur, licet vti possint vsitatis, quæ communiter intelligantur per ea quæ *not. Bart. l. quoties §. sed si non num. 4. ff. de hared. instit.* & ibi *Alden. Month. de art. not lib. 1. cap. 1. n. 14.*

4 Notariorum verò nostri tẽporis ars & exercitium in tribus consistit, scilicet in contractibus, in vltimis voluntatibus, & in ijs, quæ in Iudicijs agitantur ità *Mandos. ad glos. faculs. §. fitque verbo notarios in fin.* sed de illis, qui Iudiciorum acta

5 conscribunt, Statutum nostrum hic loquitur; porro isti debent esse qualificati, & approbati iuxta

6 tenorem huius statuti; addo quod non admittantur, nisi sint puberes: cum enim officium istud sit

7 publicum, planè sequitur, quod impuberes illius sint incapaces, *Bart. in l impuberem, num. 3. ff. ad*

8 *l. Corn de falsi.* vbi, & additio ad literam b. imò neque impuberes creari possent Notarij sub ea conditione, vt non exerceant offic um nisi post

9 pubertatem, vt per *Bart.* ibidem. An vero Notariatus, seù Tabellionatus officium nobilitati præiudicet, contrauersa admodum est quæstio, vt legitur in *decis. 297. num. 2. par. 1. recentior.* & quidem quoad obtinendum habitum nobilissimi Equestris ordinis Sancti Ioannis Hierosolymitani censuit *Rot* eiusmodi officium præiudicare cuicunq. etiam natiuitate nobili, maximè propter statuta peculiaria illius militiæ vt in *d. decis.* & in altera 504. *ea. par.* Verum alias dixit ea-

10 dem *Rot.* quod ars Notariatus sit honesta, & viris ciuilibus apta *decis. 594. num. 3. par. 4. diuers.* & suffragatur Notariis præcipuè *Couar. pract. quæst. cap. 19. nu. 7.* asserens istud officium non esse vile, nec nobilitatem excludere, quod qui-

11 dem, & consuetudine Romanæ Vrbis receptum esse videtur, vbi nimirum notarij, qui famæ integræ ac diuites sint, & cum decore viuunt, admittuntur ad honores, gradus, & munera publica.

12 Post statutum edita est anno 1587. Constitutio Sixti Papæ V. cui titulus, erectio Collegij notariorum Curiæ Capitolij, & Iurisdictionum facultatum, ac priuilegiorum, concessio, per quam Notariorum huius Curiæ numerus antea incertus, & indefinitus, ad certum, ac definitum numerum redactus est, ad triginta scilicet, quindecim coram primo, & quindecim coram secundo di-

13 &æ Curiæ Collateralibus, quæ quidem constitutio in omnibus vsu recepta, & in viridi obseruantia est, præterquam in *vers Declarantes*, vbi dicitur, quod diebus, in quibus consilium publicum habetur, alijsque carnis priuij, non tamen Iouis, Lunæ, & Martis diem Cinerum præcedentibus Ius dici, & reddi in dicta Curia possit, ac debeat; nam hoc seruatur, vt Ius non dicatur in diebus consilij publici, neque carnis priuij, incipiendo à die Lunæ, quo Hebræi concurrunt ad brauium;

14 Nec dubitandum quin cõstitutio ista statutis deroget, vbi non obstet contraria obseruantia, cum in clausulis derogatorijs habeat non obst. statutis Vrbis tam antiquis, quàm nouis: vnde sublato

15 statuto seruari debet constitutio, tanquam alia lex postea lata, *§. pen. instit. de Iur. nat. gen. & ciu.* ideo quoad statutũ hoc cap. nihil est quod adnotetur. Quod verò attinet ad Constitutionem ipsam, non prætermiserim, quod per eam officia dicti Collegij Notariorum erant vacabilia pro dimidia tantum parte, pro altera verò dimidia transibant ad hæredes Notarij defuncti perpetuò, tàm ratione tituli, quam scripturarum,

postea

17 postea verò Paulus V. per aliam constitutionem, anno 1612. promulgatam præfata officia statuit nulla ex parte esse vacabilia, sed spectare ad hæredes defunctorum notariorum, tamquam bona stabilia perpetuò liberè, & integrè; seruatis in reliquis Sixti Prædecessoris litterarum super erectione dicti Collegij tenoribus, & forma prout in ipsis Pauli litteris legitur. Vndè iam nõ dubitatur, quin
18 eadem officia recipiant hypothecam, & dominii reseruationem ex contractu partium, vt in Romana Notariatus Capitolij *coram Rembaldo* 1. *Iunij* 1620. vbi censuit Rota officium notariatus, de quo agebatur, recepisse hypothecam, & dominij reseruationem à partibus, saluo non tamen obtẽto beneplacito Sanctissimi, factam, itaut noceret alijs, ad quorum fauorem postea fuerat à Sanctissimo reseruatum Decretum super eodem officio, Ista omnia copiosè, ac elegantèr probat *Gratian. discept. Forens. tom.* 3. *cap* 580. *& tom.* 4. *cap.*770. *num.* 19. *& cap.* 730. *n.*8. 45. 52. *& seq.* vbi quod
19 etiam absque alio beneplacito Apostolico, & tam quoad titulum, quàm quoad proprietatẽ, & scripturas tam præsentes, quàm futuras hypothecari, & alienari possunt eiusmodi officia; adde quod of-
20 ficij titulus potest esse penes vnum, & dominium illius penes alium *Rot. decis.* 305 *n* 6. *par.* 1. *r c. Gratian. discept.* 730. *num.* 49. Quodque scripturæ demortui Notarij remanere debent penes eius hæredes *Rot. decis.* 437. *n.* 3. *par.* 2. *recentior.* tam ex hoc iure nostro municipali infra *cap.* 35. quàm etiam de iure communi, vt ex allegatis in prædicta decisione.

De Officio Notariorum Actuariorũ, & de eo per substitutum non exercendo.

Cap. XXII.

NOtarij Actuarij omnes coram quocumque Iudice, scribant per se ipsos; quæ ad eorum officium incumbunt, & infra dicentur explicent, & exerceant: nulloque modo (etiam extra tribunal iuris) eorum officium per substitutum exercere possint. Qui contrafecerit, pœnam vigintiquinque aureorum vice qualibet incurrat: acta fidem non faciant, & vlterius parti ad interesse teneatur, & Substitutus eadem pœna puniatur, & ad officium Actuarij perpetuò inhabilis existat, exceptis Protonotario, & Notario appellationum, vt supra dictum est.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Industria personæ, vbi electa est, officium exerceri non potest per substitutum.*
2 *Notarijs Curiæ Capitolij indultum est per Constitutionem Sixti Papæ Quinti de erectione eorum Collegij, vt officia exercere possint etiam per substitutos idoneos, & ita seruatur.*
3 *Notarius dominus officij tenetur ex facto, seu delicto sui substituti.*
4 *Etiam si substitutus fuisset deputatus à Iudice, vel Superiore; atque fuisset habitus pro persona integra, & legali num.* 7.
5 *Et de delicto satis dicitur constare per eius de substituti contumaciam.*
6 *Sententia tamen in hoc casu lata non præiudicaret alteri tertio non citato, etiam in consequentiam.*
8 *Notarius dominus Officij, etiam si adsit arrendatarius eiusdem officij, tenetur nihilominus ipse ex facto, seu delicto sui substituti, non autem arrendatarius.*
9 *Tenetur tamen in omnem casum non ad pœnam, sed solum ad interesse partis.*
10 *Et solum, quando substitutus deliquit in officio, seu circa concernentia officium.*
11 *Substitutus quando censeatur deliquisse in concernentibus officium. remissiuè.*
12 *Notarius officij dominus, quando liberetur exhibendo substitutum, qui in officio deliquerit.*
13 *Notarij delinquentis in officio pœnæ.*
14 *Delinquens in officio, & remotus ab eo propter delictum, officium illud amplius exercere non potest.*

ANNOTATIONES.

A PER Substitutum) cum in precedenti cap. præscriptum sit, qualis esse debeat Notarius actuarius, & quomodo sit eligendus, personę industria vtiq; electa apparebat, ita ut iure per substi
1 tutum non posset exercere officium ex *text. in l. inter artifices ff. de sol. l. fin. in princ. ff. de excus. tut. in l. vni. § fin autẽ talis C. de cad. toll. l. vbi Bar. & Ale. in addit. ad eum verbo ne autem* cum aliis allegatis per *Mandos. ad glo. sacul. §. ac tam verbo per se.*

2 Verum Constitutio Sixti Quinti, de qua in antecedenti cap. hoc etiam Notariis Capitolinis permittit, vt per substitutos exercere possint officia pag. 1. ibi; vel saltem idoneum substitutum à Collegio examinatum, & approbatum habentes & fac. 1. paginæ 2. ibi; ita quod liceat eisdem no-

notariis eorum officia per ſe,vel ſubſtitutos idoneos,vt præfertur approbandos exercere atq;ità ſeruatu: ſtatuto nô ob tanto, ſicuti pariter fit in aliis Collegiis Notariorũ huius Almę Vrbis. Tenetur autem Dominus ex facto, ſeu delicto ſui ſubſtituti *Bart.in l.1. §.familia ff. de Publica. abb in cap.1.num.7.de reſtit.ſpol. Felyn.in cap. Petrus num.6.8.& 10.de Homicid. Roman conſ. 11.num.3.& conſ.338.num.7.Seraph.deciſ. 527. num.2 Gregor.deciſ.233.num.1.* quod procedit etiamſi ſubſtitutus fuiſſet deputatus à Iudice, vel ſuperiore; id verò fit vigore Bullarum *Seraph. ibidem num.2.* Ac licet de delicto non conſtaret niſi per eius contumaciam, nempè ex diſpoſitione earundem Bullarum *Seraph ibidem, & in alia deciſ. Seraph.relata per Farinac. q. 24. num. 72.* tamen in tali caſu ſententia non præiudicaret alteri, tertio non citato etiam in conſequentiam *Gratian.diſcept 772.num.17.* & locum habet ſupradicta concluſio, quamuis talis ſubſtitutus eſſet reputatus perſona integra, & legalis, quia licet hoc excuſaſſet Notarium de iure communi *Seraphin.vbi ſupra Greg.d.deciſ.233.nu 5.* vbi tamen quod eſt probandum, & quid requiritur ad huiuſmodi probationem; ſecus tamen eſt hodie propter expreſſam diſpoſitionem Bullarum *Seraph.vbi ſupra*, Ampliatur etiam intantum teneri Dominum, quod ſi adſit Arrendatarius officii non teneatur Arrendatarius, ſed ipſe Dominus, *Seraph.deciſ.relata per Farinac. vbi ſupra num.68.vſque ad 72.78.& ſeq.* Idemq; *Seraph.deciſ.576.Gratian.diſcept.771. num.11.* Immo neque teneri Arrendatarium ad releuandum Dominum *Seraph.& Farinacc.* ibidem: hoc tamen crederem ſolum procedere, quando ſubſtitutus erat electus à Domino, ſecus ſi ab ipſo Arrendatario propter Identitatem ratiõnis; Verum licet Dominus teneatur de facto, & delicto ſui ſubſtituti, non tamen tenetur ad pœnam, ſed ſolum ad intereſſe partis *Bart.in l.ne quid ff. de incend. ruin.& naufrag. Rom. dicto conſ. 11. num.3. Franc. Marc.deciſ. 413.num 13. par. 1.* Et ſolùm quando ſuoſtitutus deliquit in officio, ſeù circa concernentia officium, ſecus autem in non concernentibus officium *Bald.in l.2.§.mi lei ff de his qui not.infam. Rot. deciſ. 379. par. 4. diu.num. 1. & ſeqq.* Vbi etiam dicitur, quando hoc debeat probari. Quando autem dicatur deliquiſſe circa concernẽtia officium vide *Farinac. d.q 24.num.59.& quæſt.19. num. 44. Gratian. diſcept.184.num.39. Rot.decis.754.par.1.diu. Et in Romana locorum montium 23.Ianuarij 1595. coram Card. Millino*, Et nota inter alia, quod non dicitur deliquiſſe in officio, ſi verbi gratia, ſubſtitutus rogatus fuiſſet de ſocietate ſcutorum 200. & illa vel non integra conſignaſſet, quia nõ concernit officium habere in manibus illas pecunias, ſed ſolum rogare de ſocietate, vnde ſufficit, quod non adſit delictum in rogitu *Rot. dicta deciſ.379.par.4.diu.* vide tamen ad hęc etiam *Greg.deciſ.233.* Liberatus tamen dicitur remanere Notarius ſi dictum ſubſtitutum exhibuerit *Bart.in dicta l.1 §.familia ff de publica. Felyn. in d.cap.Petrus num 8. de hom cid. Roman. d. conſ. 11. num.3.& conſ. 338.num.7.* hoc tamen ſolum procederet in officialibus publicis, & qui nomine officii habent perſonas ſubordinatas, ſecus in officiali, cuius perſona cum fuiſſet ſpectata, & eius induſtria electa non potuiſſet, neque debuiſſet ſeruire per ſubſtitutum, nam talis perſona non liberatur exhibendo ſubſtitutum *Boſſ. tit.defuit num.55.Greg.deciſ.133.num. 3.* qui loquitur in terminis Secretarii montium. Et vlterius hodie ex diſpoſitione dictarum Bullarum ſolum liberatur exhibendo ſubſtitutum Dominus, quando ſubſtitutus eſſet ſoluendo, aliàs ſecus. *Seraph.deciſ.551.num.5.Farinacc.dicta quæſt. 24. n.66.* vide ad hęc etiam *Io Bapt.Coſtam tract.de Iudic.ſubſidiar. & Boſſ.in prax.tit.de furtis 56. & in tit. de damno dato num 7.* Notarii autem delinquentis in officio quæ ſint pœnæ, & quicquid aliàs ſit circa difficultatem, an ſit priuandus ſolo officii exercitio, vide atur Bulla Pii Quinti in ordine 117. per quam inducta eſt pœna priuationis officii, & quoad exercitium, & quoad proprietatem *Farinacc.conſ.111.num.37.& 39. & ſeq lib 2.* reperio tamen *Rot.decis.343. nu.3. par.2.recent. dixiſſe*, quod ſi Notarius reddatur inhabilis, non ſit priuandus officio acquiſito tit. oneroſo, præcipuè quando decretum eſt reſeruatum ad fauorem alterius, ſed quod cogatur illud vendere, etiam quod inhabilitas proueniret ex delicto, vel delicti cauſa etiam commiſſi circa idem officium, quia ſolũ eſt priuandus exercitio, non autem proprietate *Rot.deciſ.769. par.1. diuerſ.* vbi latè &c.

Et nota, quod remotus ab officio, in quo deliquit propter delictum, illud amplius exercere non poteſt *l.ſi aliquis C. de ſuſcept. prænos. & Arctin.dib.* 10. *l.Caſſius ff de Senat.* Et ità tenere Doct. communiter teſtantur *Marc.deciſ.199.nu. 2.& Clar.q.73 num.4.*

De Habitu, & Moribus Notariorum.

Cap. XXIII.

Notarij omnes, etiam qui Actuarij non ſunt, habitum gerant decentẽ, & honeſtum, à veſtibus verſicoloribus abſtineant, frappis aut plurimis omnino non vtantur; ludis illicitis, & inhoneſtis non ludant; cauponias ad comeſſandum, & bibendum non ingrediantur; nec enſem deferant. Contrafacientes, vice qualibet, pœnam aureorum decem incurrant.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Veſtes proprio congruentes ordini quilibet deferre debet.*

2 *Veſtes variæ pro qualitate ordinum, & perſonarum*

ſonarum omni tempore adinuentæ.

3 *Veſtes indicant, qualis ſit, qui eas defert.*

4 *Mores conuenire debent habitui veſtium.*

5 *Ludi quinam ſint illiciti, & de iure prohibiti. remiſſiuè.*

6 *Ludens ludo prohibito non obligatur ex promiſſione, ſiue ex perditione in ludo facta.*

7 *Ludi alearum occaſione ſi contractus, & inſtrumenta fiant, omnia ſunt irrita.*

8 *Et ſicut agere illorum vigore non poſſet is, qui vicit, ita nec alius, cui ceſſum fuiſſet eiuſmodi creditum.*

9 *An, qui in ludo perdidit, habeat repetitionem, ſi ſoluerit. remiſſiuè.*

10 *Ludentibus, ſeu retinentibus ludum pro mutuo facto, non datur actio ad repetendum, quando pecunia eſt deperdita.*

11 *Ludus ad pilam, vel alius proueniens ex hominis induſtria, ingenio, & fortuna permiſſus eſt.*

12 *Si tamen fiat animi gratia, ſecus ſi fiat cauſa lucri, & de non modica quantitate pecuniæ, etiam inter diuites cum periculo blaſphemiæ.*

13 *Ludi varij nominatim, qui liciti, & qui illiciti.*

14 *Scacchorum ludus licitus eſt etiam Clericis.*

15 *Ludens aſſiduè dicitur bona ſua dilapidare, & malè uti ſubſtantia ſua.*

16 *Ideo non admittitur in teſtem in cauſa criminali, neque in cauſa matrimoniali.*

17 *Ludus vbi tenetur, & tempore quo luditur, ſi furtum committatur in domo ludi, non committitur actio furti.*

ANNOTATIONES.

A 1 HAbitum gerant decentem) oportet namque quoslibet veſtes, prio congruẽtes ordini ſemper deferre, vt per decentiã habitus extrinſeci, morum honeſtatem intrinſecã oſtẽdant. ità de *Cleric. loquitur Sac. Concil. Triden. ſeſſ. 14 de Reform. cap. 6. de Clericorum veſtibus habetur in cap. penult. de vit. & honeſt. Cler.* de de veſtibus Aduocatorum fusè dixit *Spec. lib. 1. tract. 4. de Aduoc § 2.* Hinc veſtes variæ pro qualitate ordinum, & perſonarum omni tempore adinuentæ, de quibus paſſim in hiſtoriis, & cumulatè per *Caſſan in Catal glor. Mund. par. 12 conſid. 96. & Cal Rhodig. lect. antiq. lib. 16 cap. 9 10. & 11.*

3 Accedat quod talis quis præſumitur eſſe, qualem eum eſſe indicant veſtes *l. item apud Labeonem. § ſi quis Virgines ff. de iniur. & contingit 2. de ſent. excom. c. ſi Iudæx eodem tit. in 6. Spec. loc. cit. ſub num. 1. gloſ. ad prag. ſanct. tit. quom. diu. offic. ſit celebr. verb. habitu Eucr. in cent ſua loco a veriſimili num. 7. Menoch. de præſump. lib. 3. præſump. 64. num 3. Seraphin. de priuil. Iuram. priuil. 1. nu 44. & priuil. 4. num. 31.*

B Ludis illicitis) Hoc & quæ ſequuntur vſque ad clauſulam con-

4 trafacientes, pertinent ad mores: qui quidem pariter conuenire debent habitui veſtium, & officio Notariorum huiuſce Collegii, argumento eorum quæ habentur in *cap. penult. de vit. & hon. Cler.* cum aliis proximè allegatis, atque huic loco congruit ſententia Philoſophi. Hominum vita rectè diſpoſita modum conſonantiam & actionũ concinnitatem ſuſcipit.

5 Ludi autem qui ſint illiciti, & de Iure prohibiti *Amod. de Iuſſin. tract. de ſyndicat. ſub nu. 91. Farinacc. quæſt. 109.* Adde tamen quod ludens

6 ludo prohibito non obligatur ex promiſſione, ſiue ex perditione in ludo facta *Aret. conſ 81. n. 1. Stracch. de ſponſion. par 2.* & in terminis ludi Alea

7 rum *Greg. deciſ. 47.* vbi ampliatur, quod etiã omnes contractus, & inſtrumenta occaſione eius fa-

8 cta irrita ſint. Et quod ſicut agere illorum vigore non poſſet is qui vicit; Ita nec alius, cui ſuiſ-

9 ſet ceſſum huiuſmodi creditum; An autem qui in ludo perdidit habeat repetitionem, ſi ſoluerit, vide *Cappell Tholoſ quæſt. 193. Molin. de contract diſput. 319. & ſiqq. Farinacc. dicta quæſt.*

10 *109. par 5. & 6.* Ac etiam quod pro mutuo facto ludentibus, ſeù retinentibus ludum non detur Actio ad repetendum, quando pecuuia eſt deperdita *Gramat. deciſ. 40. num. 3 Stracch. de ſponſion. par. 2 Cappell. Tholoſ. dicta quæſt. 193. Mantic. de tacit. & ambig conuen. lib. 6. tit. 3. num. 34.* & licet

11 ludus ad pilam, vel alius proueniens ex hominis induſtria ingenio, & fortuna ſit permiſſus *l 2. ff. de Alea luſorib. & Alcator l ſi gratuitam § fin iuncta gloſ. ff de præſcript. verb. l. 1. C. de ſpect. lib. 11. cap decorem de vit. & honeſt. Cler. Stracch. de ſponſion. dicta par 2. Amode. vbi ſupra dicto nu. 92.* Tamen, & talis ludus eſt prohibitus, ſi non fiat recreationis gratia, ſed Lucri, & vbi tracta-

12 tur de non modica quantitate pecuniarum etiam inter Diuites cum periculo blaſphemiæ *Caroc.*

13 *deciſ. 30. nu. 55.* Ludus ad Azzordum an, & quando ſit licitus *Bald. in Authen ex teſt. num. 28. C. de Collat.* Ludus taxillorum prohibitus eſt propter Blaſphemias, quæ in eo ſæpiſſimè committuntur, *Mantic. de Tacit. lib. 14. tit 41. num. 27.* licitus tamen eſt, quando aliquid committitur ludicio ſortis, vel fortunæ *Bald. in dicta l. auth. ex teſtamento nu. 28. C. de collat.* & vide etiam *Dec. conſ. 75.* Ludus ſponſionis vulgo ſcommiſſa an valeat vide *Stracch de ſponſion. par. 2. & Rota in Romana ſponſionum Octobris 1587. coram Blan-*

14 *chetto*, Scacchorum autem ludus eſt licitus etiã Clericis, *gloſ in Authen. Interdicimus C. de Epiſc.*

15 *& Cleric. in ver. ad Tabulas*, & non prætereo, quod ludens aſſiduè dicitur bona ſua dilapidare, & malè vti ſubſtantia ſua *l. Is qui § fin. ff. de Tutor & Curator. dat ab eis &c. l. prima ff. de Curat furioſ. Bar. in § illud in Proœmio digeſtorum Bald. in Auth. qui locum circa finem C. de collat.*

16 *Dec. conſ. 163. nu. 19.* Ideoque, talem ità ludentem non admitti in teſtem in cauſa criminali, neque in cauſa matrimoniali *Grammat. deciſ. 11.* & de-

17 nique notatu dignum videtur, quod ſi furtum cõmittatur in Domo, in qua ludus tenetur, & tem-

pore

pore, quo laditur, non committitur Actio furti, *Grammat. dec. 40. num. 6. per tex. in l. 1. in prin. ff. ac alcat.*

Quod Actuarii Iudicibus in Tribunali assistant, patrocinium non præstent, & silentium seruent. Cap. XXIV.

SEdente Iudice pro Tribunali, Actuarij omnes assistant, à Tribunali, quam diu Iudex sederit, non discedant; patrocinium alicui in Curia Capitolij *a* non præbeant; in taciturnitate, & silentio maneant; scribendis actis diligenter incumbant; Iudicem nisi interrogati non alloquantur, nisi forte parte altera abiente, quo casu absentiam supplere possint, Iudicem de his quæ in actis sunt, informando. Qui secus fecerit, aureorum decem pœna mulctetur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Notarij Capitolini actuarij Iudicibus assistentes quomodo se gerere debeant, præscribitur hoc cap. & Constitutione Pauli Papæ V. super refor. trib. Vrb. vbi plura alia à Notarijs seruanda in actis iudiciarijs.*

ANNOTATIONES.

1 A NON præbeant) idem statuitur in Cõstitut. Pauli V. *super reform. Trib. Vrb. tit de Notar. cap. & tam ipsi*, sed plura alia à Notariis seruanda in actis iudiciariis vide sub eodem tit. in ipsa Constitutione.

De libro Actorum, & iuribus productis conseruandis. Cap. XXV.

SEnatoris Protonotarius & quilibet Notarius ad scribendum acta deputatus, vnoquoq. anno, seu semestri librum, quem Manuale Actorum appellant, benè compactum, & ligatum conficere teneatur, *a* & debeat; in cuius initio nomen ipsius Notarij; & Iudicis coram quo scribit, anni Domini, Nomen summi Romani Pontificis, & numerus chartarũ exprimatur: & in eo omnia acta, quæ quotidie fient, antequam à Tribunali recedat, saltem substantialiter describat; iura, quæ producuntur, fideliter, & diligenter conseruet, illaque neutri partium credere, aut commodare, nec restituere audeat, nisi parte citata, & Iudicis præcedente mandato; & tunc *b* copia collationata retenta. Contrafacientes pœnam aureorum decem vice qualibet incurrant; & nihilominus si originalia amiserint, parti ad totale interesse teneantur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Notarij quomodo se gerere debeant in scriptione actorum, & conseruatione instrumentorum, tum ex statuto, tum ex Constitutione Pauli V. super refor. Tribunal. vrbis.*

2 *Notarij tenentur acta, & iura producta partibus interesse habentibus gratis ostendere, copijs vero etiam tradere soluta solita mercede, & aliàs iuxta hoc statutum, & iux. refor. tribun. Vrbis Pauli V.*

ANNOTATIONES.

1 A DEbeat) quoad actorum cõscriptionem benè prouisum est à statuto, quò vero ad instrumenta ne pereant, habẽtur in *Reformat. Trib. Vrb. sub tit. de Notar. hac verba Instrumenta*; quæcunque ab eis rogata Notarii debeant infra tres menses à die celebrati contractus, vel instrumenti in librum, quem Filzam vocant, redegisse, vel in protocollum, quod alii manuale extensorum appellant, descripsisse cum suo Iudice; & amplius in fine taxæ Notariorũ Curiæ Capitolii adúit alias pœnas vltra hasce statutarias Notario, qui quolibet anno nõ confecerit suum Protocollum Instrumentorum, & manuale Actorum iuxta formam statuti, & infrà duos menses post Festum Natiuitatis Domini illa non exhibuerit perfecta Decano, & Mensario.

2 B Copia collationata retenta) tenetur autem Notarius etiam iuxta *reform. sub tit. cit.* cap. alia cuiuscumque generis, gratis ostendere partibus interesse habentibus ad eorum beneplacitum quæcunque acta, vel Iura producta, ipsisque copiam facere, & tradere soluta solita mercede competenti, sine tamen die, anno, mense, testibus, itaut nullam in Iudicio fidem facere possint. Neque id repugnat statuto nostro prohibenti nè Notarius restituat, vel commodet alterutri partium iura

iura producta nisi parte citata, & Iudicis præcedente mandato, & tunc copia collationata recepta.

De Extractibus, et Copiis, Cap. XXVI.

N qualibet *b* causa summã vigintiquinque ducatorũ auri excedente, teneatur Notarius, si id ab altera partium petatur, de actis iuridus & scripturis omnibus, quæ in causis ipsis fient, & producentur, solemnem, & ordinatum *c* Extractum conficere, in quo omnia acta de verbo ad verbum, & vt in Manuali sunt descripta, nihil addito, vel extenso adnotare debeat. *d* Scribatur autem Extractus littera Italica legibili, & ita vt in qualibet facie cuiusliber paginæ, sint lineæ, seu versus viginti, & quælibet linea contineat in se ad minus dictiones octo, seu litteras triginta duas: & habeat pro quolibet folio bolenenos tres & nõ vltra: quem Extractum non audeat partibus collitigantibus quoquo modo concredere, sed solum *e* causæ Procuratori, ad tres, vel quatuor dies, & non vltra visendum accomodare; quibus elapsis debeat ipse Notarius illũ à Procuratore recuperare, & si cõtingat aliqua acta pro dicta recuperatione fieri, illa nullatenus in Extractu principalis causæ inserat. Hunc autem Extractum, cum causa erit instructa, cum copijs Testium, altera partium petente, Iudici tradere debet quem perficere teneatur Notarius infra octo dies à die habitæ Arrhæ numerandos, si numerus ducentarum chartarum non excesserit: aliàs *f* arbitrio Iudicis, & Correctorum. Quod si, aliter quàm supra expressum est, Extractus fiet, partes non teneantur pro illo aliquid soluere, deponensque pro aduersario non nisi debitam, vt dictum est, mercedem deponat: si aliter deposuerit, ab aduersario repetere non possit. Quod etiam depositum ante factam chartarum numerationem fieri non possit; & nihilominus Notarius, quoties contrafecerit, decem aureorum pœna mulctetur. Eadem littera, iisdemque versuum & dictionum numeris, copiæ omnes petitæ describantur, pœna eadem contrafacientibus imminente.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Extractuum, & copiarum materiam quis pertractet.*

2 *Causa summam ducatorum vigintiquinque excedens, dicitur ordinaria.*

3 *Ducatus auri iulijs vndecim computatur.*

4 *Extractus fieri non debent etiam vna, vel vtraque partium petente, nisi de Iudicum licentia in scriptis obtenta, vel nisi acta ad alium iudicem essent transportanda.*

5 *Actorum editio Iudice mandante, & non aliter à Notario facienda est.*

6 *Extractus quomodo à Notarijs conscribi debeant.*

7 *Correctorum Collegium, quod erat Curiæ Capitolij suppressit Sixtus Quintus in erectione Collegij Notariorum eiusdem Curiæ.*

8 *Extractus, & quæcumque aliæ scripturæ, tam ciuiles, quàm criminales, & instrumenta etiam publica gratis dari debent pauperibus.*

9 *Pauperum Aduocato, & Procuratori gratis ostendi debent etiam originales scripturæ.*

10 *Paupertas, vbi probanda fuerit, testes gratis, & summariè examinari debent.*

11 *Et de paupertate standum est arbitrio Iudicis.*

12 *Litigantium commoda, & leuamenta plura remissiuè.*

ANNOTATIONES.

1 A Ide ad istam materiam *Senec. lib. 1. de Iudic. cap. 100.*

B In causa summam vigintiquinque ducatorũ excedente) quæ causa dicitur ordinaria ex statuto nostro infra cap. 59. lib. primo

3 ducatus autem auri Iulijs vndecim computatur, vt infra hoc eodem *lib. cap. vlt. vers. ducatus auri.*

C Extractum conficere) idipsũ in causis ordinarijs statuitur per *Reform. Trib Vrb. tit. de Registris extractibus, & copijs.* sed & alia additur, & præcipuè quod extractus non fiant etiã vna, vel vtraq; partium petente, nisi de Iudicum licentia in scriptis obtenta, vel nisi acta essent ad alium Iudicẽ trasportanda, vt in *princ. eiusdem tit. & in primo cap.* licentia autẽ Iudicis iure necessaria est, nam

5 actorum editio Iudice mandante, & non aliter à Notario facienda est *Bald. in l. is apud quem col. 1. vers videbit, vbi Castrens.* & alii C. *de eden. Grauat. ad Vestr. lib. 7. cap. 1 nu. 20.*

D Scribatur autem extractus) *Reform. d. tit. de*

6 *registr. cap singula folia*, mandat in qualibet pagina haberi ad minus lineas vigintiquatuor, & in vnaquaque linea ad minus duodecim syllabas, quæ scribantur litteris bonis, & intelligibilibus, & in charta bona, non infecta, nec bibula.

E Causæ Procuratori) idem de Registris vulgò registris scri so.

ri solitum *trad.Vestr.in prax.lib.7.cap.1.sub n.3. ibi*, & vbi satisfactum sit Notario.

F Arbitrio Iudicis, & Correctorum)

7 officium, & Collegium Correctorum penitus, & omninò suppresit, ac extinxit Sixtus *Papa* Quintus in erectione Collegii notariorum Curiæ Capitolii, de qua supra cap.21. ibi; ac volentes, quod in transumptis, & c. ideò hic locus erit arbitrio solius Iudicis; Additur in reformatione,
8 quod pauperibus dentur gratis extractus, regiſtra, instrumenta etiam publica, & aliæ quæcunque expeditiones, & scripturæ tam ciuiles, quam
9 criminales, & ostendantur etiam originalia Pauperum Aduocato, & Procuratori similiter gratis,
10 & absq; vlla impensa, & si quando contigerit, probandam esse paupertatem. Testes similiter gratis,
11 & summariè examinentur. & de paupertate stetur arbitrio Iudicis, Sancta quidem decreta, & Iuri alias conformia, vt ex adductis per *Scacc. de Iudic.lib.1.cap.100.sub nu.8.* Verum summo studio curandum esset, vt illa seruentur. Plura alia
12 ad materiam istius statuti, quæ commodum, & leuamentum litigantium planè respiciunt, vide in *Reform.sub tit.superius citato de Regiſtris.*

per datis articulis, & interrogatorijs Testes diligenter examinare, eorumque dicta prout à Teste proferuntur, explicitè, integrè, & per extensum describere: & nullo modo scribere; talis dixit, vt talis; aut, sub compendio; dixit articulum verum: aut, contenta in interrogatorio vera: nisi Testis ipse ita deponat, & tunc Notarius illum monere debeat, vt explicitè per extensum factum explicet. quòd si nihil aliud dicere velit, nisi articulum aut interrogatorium verum, tunc depositio eiusdem Testis nihil omnino probet: & si aliter scripserit, puniatur vice qualibet in ducatis auri decem; & nihilominus parti ad interesse teneatur, Notarius quoque debeat omni casu, etiam vbi Interrogatoria data non fuerint à parte, omnino Testes super quolibet dicto ipsius Testis, de causa scientiæ, loco, tempore, & quibus præsentibus, ipsũ interrogare, sub pœnis prædictis dãnorũ, interesse, & pecuniaria. Et si Notarius datis à parte interrogatorijs, Testes super illis examinare omiserit, possit à tota causa remoueri, & nihilominus parti ad interesse teneatur.

De Notàriis Morosis in Testibus examinandis, & de eorum in examine officio.

Cap. XXVII.

NOtarij in testibus examinandis, omnem omninò diligentiam adhibeant, & si requisiti (oblata vel deposita debita mercede) vltra duos dies cessabunt, nisi ex legitima causa à Iudice approbata, excusentur, *a* ipso iure intelligantur ab illa causa remoti; & nihilominus parti ad omne interesse teneantur. quòd si Testes vere abfuturi sint, aut in vitæ discrimine cõstituti, & Notarius legitimè impeditus; Iudex alium Notarium ad eorum tantum examen recipiendum suo arbitrio deputet: & si ob Notarij suspicionem, vel ex alia legitima causa, alius fuerit Notario in examine adiunctus, si is venire statutis à Iudice hora, & loco cesset, possit Notarius cautæ absque eo ad examen deuenire. Debeat autem Notarius, quocumque casu, su-

SVMMARIVM Annotat.

1 *Notarij substituti cessantis in examine testium pœna à statuto decreta locum habet, si pars de cuius interesse agitur, ita velit, & nõ aliàs; neque transfertur in Notarium dominum officij, quominus ipse possit per se, vel per alium à se deputandum examen perficere, num. 3.*
2 *Dispositapor legem in alicuius fauorem numquam habent locum, nisi ab eo petantur.*
4 *Pœna non transgreditur delinquentes.*
5 *Statuta in pœnalibus intelligenda sunt strictius, vt delictum, & pœna euitetur.*
6 *Famulus, si delinquat in officio, cui præpositus est, tenetur dominus ciuiliter ad interesse partis, non autem criminaliter.*
7 *Notarij officiorum domini, quando, & quomodo teneantur pro culpa suorum substitutorum ad damna, & interesse partium.*

ANNOTATIONES.

A IPso Iure intelligãtur abillacausa remoti) quod tamen intelligendum videtur si pars, cuius intererat examinari Testes, id petat per *glo. in l.vniuersa ver.præbeatur C.de prec. Imp. offer.* & *in l.scimus in prin.ver.ipso Iure* C.*de inoff.test.*
1

quæſt. 33. *num.* 92. *Rot.d deciſ* 374. *num.* 2. *p.* 4.
36 *diu.* vbi quod ſufficit fideiuſſorem fuiſſe receptum citata parte, & non reclamante; Ideoque prædi-
37 cta intelliguntur de fideiuſſoribus Iudicij; ſecus
38 cum fideiuſſoribus contractuum, quia in contractibus per contrahentes non autem per Notarium fideiuſſores approbati dicuntur *Seraphin.*
39 *deciſ.* 576. *num.* 6. Vel ſi fideiuſſorem recepiſſet notarius nominatim de iuſſu, & mandato Iudicis, quia tunc teneretur Iudex, & non Notarius *Ioſeph. Ludou. d. deciſ. Lucen.* 33. *num* 13. cum alijs per *Farinac. d. quæſt.* 33. *num.* 84. & 90. Non
40 tamen crederetur Notario dicenti, ac etiam apponenti in Inſtrumento, ſe illum recepiſſe de mãdato Iudicis, cui non poterat contradicere, niſi aliter conſtet per ſcripturam aut Rogitum alterius Notarij de huiuſmodi iuſſu, & commiſsione, maximè cum agatur de lucro, aut dãno *Gratian.*
41 *d. deciſ March* 69. *num* 14. Item non teneretur Notarius, ſi recepiſſet Laudatorem, aut ap-
42 probatorem *Farinac. d. quæſt.* 33. *nu.* 89. Item ſi ipſe principalis reus ſit valde diues, quia per eius facultates ſuppletur paupertas fideiuſſoris: quod eò verius videtur, cùm antequam agatur
43 contra Notarium, ſit facienda excuſsio non ſolum fideiuſſoris, ſed etiam principalis debitoris, cùm ſolùm teneatur notarius in ſubſidium vt infra dicemus *Ioſeph Ludou. d. deciſ. Lucen.* 33. *num.* 14. *Farinac. d. quæſt.* 33. *num.* 91 Item
44 ſi fideiuſſor fuiſſet declaratus idoneus per interlocutoriam Iudicis, ſeù arbitri, dummodo citatio partis interueniſſet in declaratione, ſeù ſententia *Gratian. d. deciſ. March.* 69. *nu.* 26 & 27.
45 Item non poſſet conueniri ob receptionem fideiuſsionis nullæ, quando ex ea alluude pars damnum pateretur quã culpa Notarij *Gratian diſcep.*
46 497. *n* 9 & 23. ſufficeret autem Notario fideiuſſorem tempore obligationis fuiſſe idoneum, vel etiam communiter pro tali habitum, licet tempore actionis fuiſſet effectus non ſoluendo *Farinac. d. quæſt* 33. *num* 93 *Rot. d. deciſ.* 374. *ſub*
47 *num.* 1. *par.* 4. *aduerſ.* Onus tamen probationis quo: de tempore fideiuſſionis fuerit talis, Notario incumbit *l.* 1. *§. etſi ſatis, & §. ſi magiſtratus, & l* 4 *ff. de magiſtr. conuen. Doct. in l.* 1. *C. de*
48 *tranſact.* Et quidem probationis concludentis.
49 Nec enim ſufficeret probatio per vnum Teſtem deponentem de tempore niſi etiam alij Teſtes de illo deponerent, quia hoc caſu, ex quo tempus
50 eſt, de ſubſtantia, non ſupplentur eorum dicta ex dicto alterius vnici teſtis *Gratian. d. deciſ.* 69.
51 *num.* 10. quod eſt intelligendum, dummodo prius fuiſſet facta excuſsio, & repertum, quod fideiuſſor tempore ſolutionis non eſſet idoneus, quia cum Notarius ſolum teneatur in ſubſidium, antequam agatur contra eum, neceſſario facienda eſt excuſ-
52 ſio fideiuſſoris, & prædicta intellige quando Notarius non recepiſſet pro lucro, & dolo, quia tunc ſemper tenetur *Io. Baptiſta Coſta tract. de Iudic. ſubſid. Salic. in leg.* 1. *C. de magiſtr. conuen. Doctores* fere omnes ſupra citati, & *Rot. dicta dec.* 374. *par.* 4. *aduerſ. ſum. n.* 1. & *nu.* 2. *in fin.*
53 vbi enim prius non conſtet de excuſsione dicitur agi ſine actione *Caſtr. in l. Decem de verb. oblig.* cum aliis *per Gabr. de fideiuſſ. concl.* 1. *n.* 13. *& ſeq.*
54 *Aſſlict. deciſ.* 318. *n.* 2. & quidem non ſolũ eſt facienda excuſsio fideiuſſoris, ſed etiam principalis debitoris, & omniũ obligatorum *l.* 1. *& 4. C. de magiſtr. conuen. Benedict de Plum. in tract. de*
55 *excuſſ. n.* 15. cum alijs. Et non ſolum quoad res, ſed etiam quoad perſonas *l. aut. Prator. §. fin ff. in quibus cauſ. maior. Auth hoc ſi debitor C. de pign. Bart. in l. ſi ita tamen n.* 2. *ff. de leg.* 2. & eſt faciẽda vſque ad ſaccum, & peram *Bart. tract. de excuſſ. n.* 8 *Iacob. de Aren. eodem tract. n.* 14. *Bened. de Plambin. eod tract.* in principio, quos omnes adire potes in hac materia excuſſionis. Quo-
56 modo autem facienda ſit excuſſio de perſonis, vide *Bart. in l. duobus ff. de duob. reis*; & quomodo, & quo ordine ſit facienda in realibus, vide
57 *Bald. in auth ſed hodie C. de actionib. & obligat.* & quoad bona eſt facienda, etiamſi eſſent litigioſa,
58 quia recipiunt æſtimationem, prout poteſt æſtimari dubius litis euentus. Benedict. vbi ſupra,
59 *num.* 6. in facienda autem huiuſmodi excuſsione requiritur citatio partis *Bald. in l.* 2. *quando Fiſc.* cum alijs per *Benedict.* vbi ſupra *num.* 8. *Aren. n.* 30. *Gabr conel.* 1. *de fideiuſſ. nu.* 4. *Surd.*
60 *deciſ.* 256. *n.* 17. quæ quidem citatio debet eſſe ſpecialis *Neguſ. de pignor.* 1. *memb.* 8. *par. n.* 13. *Aym. conſ.* 140. *n.* 9. *verſ. nõ obſtat notata per Bart. lib.* 1. *Surd. cõſ* 452. *n.* 13 *licet Alex. cõſ.* 58. *n.* 26. *lib.* 5. dicat ſufficere citationem generalẽ, quem credo loqui, quando ille, de cuius intereſſe agitur, non eſt certus, vt in ſimili dicitur in materia Inuẽtarij
61 conficiendi per hæredem, quod quoad certos debet eſſe confectum illis ſpecialiter citatis, quoad incertos ſufficit generalis citatio. Ideoque
62 non arridet mihi praxis illa ſimplicis fidei alicuius executoris, quod nõ inuenerit bona, quia executorum Auaritia, & malitia eò peruenit, vt pro paucis obolis contra veritatem fidem facerent, ſed omnino debet citari, ſeu moneri pars cuius intereſt, vt vadat cum executore *Bal. in l.* 2. *n.* 46. *de excuſſr. leg. Aren. d tract. num.* 30. *Surd. dicto conſ.* 452. & licet *Alex in l. in illa n.* 18 *de verb. oblig.* & ibidem *Bart. in fin. ac Surd. conſ.* 39. *n.* 16. videantur firmare ſufficere relationẽ Nunty miſſi à Iudice, attamen id videtur eſſe intelligendũ cum ſupradicto temperamento, hoc eſt cum præſentia, vel citatione partis ad intereſſen. ex ſupra deduc-
63 tis, neque etiã crediderim hoc caſu ſufficere ad docendũ de excuſsione prout aliàs ſufficere ſolet pẽtitio iſta facta parti, vt indicet bona excutienda, vt per *Roſan. conſ.* 9. *num.* 3. *lib.* 1. *Surd. dicto conſ.* 39. *nn.* 18. etiam, quando aliqua bona fuiſſent indicata, quæ eſſent modici momenti, Idem *Roſan. d. conſ.* 9. *n.* 31. id enim ſolùm videtur intel-
64 ligendum, vbi ageretur contra ſimplicem fideiuſ-
65 ſorem non autem, quando agitur cõtra fideiuſſorem indemnitatis, prout in caſu noſtro, quia in primo caſu agi poteſt, ſi non opponatur; ſecundo verò non poteſt agi, quia nõ dicitur orta actio, non prius facta legitima diſcuſsione, cum enim fundamentum intentionis agentis ſit, diſcuſſionem eſſe factam, videtur de illa debere concludenter docere; non autem per ſimplicem præſumptionem, ex quo pars non indicat bona, & ſemper in iſta materia excuſsionis, tenementi diſtinctionem inter fideiuſſorem ſimplicem, & fideiuſſorem indemnitatis, & conditionalem quia maxima eſt differẽtia, vt ex prædictis iuribus colligitur, quibus adde *Theſ dec.* 52. *Pur. dec.* 182. *lib.* 1 *Pedem. dec.* 2. *Alc. conſ.* 382. *Aym. cõſ.* 263. *Roman.*

conſ.

conſ 243. *Marſil. de fideiuſſ. quæſt* 44. *num.* 314. *& ſeqq.* Vbi inter alia, quod in pluribus caſibus contra Fideiuſſorem ſimplicem nõ requiritur excuſsio. ſemper tamen requiri contra fideiuſſorem indemnitatis. Et ſi fideiuſſor indemnitatis renunciaſſet dicto beneficio, quia aliàs non dicitur orta actio. Et in caſu ſtatuti, quale extat infra *cap.* 155 in quo diſponitur, quod fideiuſſores poſsint conueniri nõ diſcuſſo principali, quod non habet locum in fideiuſſore indemnitatis, *Caſtren. conſ.* 239. *nu.* 1. *lib.* 1. *Magon deciſ Flor.* 38. Inſuper ad hoc, vt talis excuſsio dicatur legitimè facta requiri etiam Iudicis ſententiam, ſeù decretum illam legitimè factam, notat *Neguſ.* vbi ſupra *num.* 10. *Aym d. conſ.* 263. *nu.* 11. *in fin. & n.* 21. *Gabr. num* 26. *Benedict. num.* 11. *& 13. Soc. d. conſ* 452. *num.* 33. *Aret. in §. ſi quis in fraudem. num.* 14 *& ſeqq. Inſt. de action. Bart in l. proſecutione num.* 7. *de pignor & in tract. de excuſſ. col.* 2 *verſ. & facta Inquiſitione. D. c. in l. fin. nu.* 6. *ff. ſi cert. pet. Put. deciſ.* 30. *lib.* 1. *in nouis impreſſion.* 38. *Roman. conſ.* 93. *num.* 7. *& conſ.* 211 *ſub num.* 3 *verſ. quinimo aduertendum eſt, vbi de cõmuni. Alex conſ.* 58. *num.* 5. *lib.* 5. qui ampliat id procedere, licet pronunciatio ſuper excuſſione non ſit petita, quia ſufficit, quod veniat in conſequentiam petiti, quod ſi procedit, quando requiritur petitio excuſsionis, in quibus terminis ipſe loquitur, quanto magis procedit in hoc caſu, quo abſque petitione excuſsio eſt facienda, cum agatur contra obligatum tantum ad Indemnitatem, & in ſubſidium ad differentiam fideiuſſoris ſimplicis ex ſupra deductis. Verumtamen credo huiuſmodi ſententiam non eſſe neceſſario ferendam in ſcriptis, ſed per Proceſſum Iudicis ad vlteriora intelligi pronunciatum ſuper ea, *Aldobrandin. conſ.* 82. *lib.* 5. *Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ.* 45. *nu.* 8. *& ſeqq.* Videtur tamen requirere, *Roland. dicto conſ.* 9. *num.* 27. *lib.* 1. quod fiat mentio de tali interlocutiua in ſententia, quæ deinde diffinitiuè ſertur. An autem à prædicta pronuncia detur appellatio. Et quod ſic *Neguſ.* vbi ſupra, *num.* 39. *Put. deciſ.* 30. *de Iudic. per conſ. Alex.* 73. *lib* 6. Vide tamen diſtinctionem apud *pract. Papien in forma libell. in Act. Hypoth. nu.* 2. *fol. mihi* 412. vbi quod pendet ab eo, an ſit interlocutoria, vel diffinitiua, & declaratur, quando ſit interlocutoria, vel diffinitiua; Ceſſat autem exceptio excuſsionis quando eſt notorium, quod reus excutiendus non ſit ſoluendo *Caputaquen. deciſ.* 275. *num.* 10. *par.* 2 vel difficulter conueniri poſſit *Bart. in l. ſi ego nu.* 1. *ff. ſi cert. pet. l. decem in fin. ff. de verb. oblig. l fin. in princ. ff. ſi cert. pet. & l. empt. in princ. ff. de act. empt. Benedict. d. tract. num.* 4. Et licet ſuper iſta notorietate videatur requiri pronunciatio Iudicis, ſeù ſententia *Rom. conſ.* 9. *num.* 7. *& conſ.* 211. *ſub num.* 3. *& conſ.* 241 *num.* 7. *Put. deciſ* 32. *num.* 1. *lib.* 1. Tamen ſufficiens videtur proceſſus ad vlteriora, cum inde dicatur pronunciatum ſuper ea, *Aldobran. conſ.* 82. *lib.* 1. *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſina* 4. *num.* 8. *& ſeqq.* Et iſta ſufficiant circà hanc materiam excuſsionis. Quæ autem quæſtiones accidere poſſunt videre potes apud *Bart. Benedict. Aren.* & alios ſupradeductos in *tract. de excuſſ.* ac apud *Gabr. de fideiuſſ. concl. prima.* Illud ſolum notabile addam, ſi cupiatur ſciri an, & quomodo expenſæ factæ in facienda diſcuſſione computentur, videndũ eſſe *Caſtrenſ. conſ.* 239. *nu.* 4. *lib* 1.

D Scripturas ſumma vigilantia cuſtodiat.) Tenetur Notarius cuſtodire ſcripturas, & acta ratione officij, & illa partibus exhibere, quarum intereſt, aliàs tenetur ad intereſſe *c. quoniã contra*, vbi *Abb. num.* 3. & 4. *probat l.* 2. vbi *Doct. C. de eden. l. ſi quis ex Argentarijs §. hoc edicto l. Argentarius §. cum autem ff. eod. Dec. in cap.* 1. *numero* 46. *& 53. de probat. Farinac. quæſt.* 152. *num.* 42. Etiamſi non eſſent originalia, & pars dixiſſet, nolle eis vti *Dec. dicto c.* 1. *Rot. in Aſſiſien. pecuniaria* 1. *Iun.* 1611. *coram Mãzanedo*, vbi etiã aliàs additur ampliatio nẽpè etiãſi non eſſent de actis, ſed à Iudice notario ſimpliciter cõſignatæ. De quaſi ampliatione dubitarẽ, quia quando productio non fuit realis, ſed ſolum verbalis, Notarius non tenetur ad exhibitionem, quia iura non dicuntur de actis *Bart. in Extrauag. ad reprimen. in. v. de Plano num.* 3. *Roma. conſ.* 156. *nu.* 3. *& conſ.* 519. *num.* 3. vbi *Mandoſ. in Addit.*

Quamuis enim productio eſſet de Actis, tamen iura non poſſent dici de Actis *Caualer. deciſ.* 542. *num.* 3.

Tunc autem productio dicetur realis, quando parte citata iura producuntur, & petitur per Notarium cum Actis regiſtrari, vt de Actis fiant *Bellam. in cap cum in iure nu.* 8. *verſ. communis autem de officio Deleg. Rot. in Placentina deuolutionis* 10. *Maij* 1602. *coram Penia*. Et tam ſi eadem originalia dimittantur in Actis, quam ſi dimittatur copia collationata, & reſtituantur, citata tamen parte, & notata per Notarium productione *Rot. in d. Placentina.* verbalis autem contra dicitur, quando fit dimiſsio Iurium in actis, vel penes Notarium ad fidem Iudici facien. Itaut non regiſtrentur in actis, nec ponantur in proceſſu *Bart. & Rom.* vbi ſupra. Et quãdo parti reſtituuntur, ità vt eorum non remaneat aliquod veſtigium in Actis, atque etiam licet adeſſet notata productio, non tamen citata parte *Rot. in d. Placentina coram Penia*. Item, & productionem fuiſſe realem probatur, quando in productione adeſt clauſula tenoris &c. *Alex. in Auth. ſi quis in aliquo, nu.* 9. *verſ. tamen dictam* C. *de eden. Felin in cap. quoniam contra n.* 51. *verſ. hanc concluſionem de probat. Maſcard. de probat. concl.* 71. *num.* 71. *Rot. in Peruſina reſtitutionis adminiſtrationis* 26 *Iunij* 1613. *coram Eminentiſſimo D Cardin. Veroſpio, & in Rom. Saluiani* 19. *Aprilis* 1624. *coram Buratto*. & de clauſula facto &c. *Caualer. d. dec.* 542. *n.* 3. dicitur etiã realis productio probata ex proteſtatione facta à parte aduerſa, quod producta carẽt ſolemnitatibus, vel ſimilibus, *Rot. in d. Peruſina coram D Cardinale Veroſpio.*

Ampliatur etiam ſupradicta concluſio, quod Notarius teneatur ad cuſtodiam, & exhibitionẽ aliàs ad damna, etiamſi ſcriptura eſſet nulla, & ſuſpecta de falſo *l. qui tabulas, & l. ſullo, ff. de furt. Bartol. in l* 2. *§. hoc interdicto ff. de Tabul. exhibend. Pacian. de Probat. cap.* 65. *nu.* 9. *Rota in Romana pecuniaria* 11. *Martij* 1613. *coram Manzanedo*, neque excuſatur allegando diligentem perquiſitionem, ſeù amiſsionem

etiam cum iuramento *Cephal conſ. 170. num. 6. Mandel. conſ. 309. n. 12. Federic de ſen conſ. 113. num. 2. Rot. in ſupra dicta Aſſiſien. pecuniaria pri. Iunij 1611. coram Manzanedo, & dec. 35. Impreſſ. per Farinac. poſt lib. ſecundum conſiliorum*. Probata autem amiſsione actorum, ſi aliquid de actis deficit, vtique præſumitur amiſſum *Rot. deciſ 604. num. 2. par. 2. recen.* huiuſmodi autem amiſsio facta per Notarium non debet nocere parti *Gratian. diſcept. 468. nu. 41. & 653. num 66.* vbi loquitur in terminis rogitus, in terminis autem productionis, *Rot. in Romana Saluiani 19. Aprilis 1624. coram Buratto*, & in terminis de amiſsione cedulæ appellationis productæ. *Put. deciſ. 15. de fide Inſtru.* & in puncto Inuentarii producti in *l. fin. §. cum igitur nu 5. C. de iur. deliber. Bero. conſ. 129. n. 9. lib. 2. Mantic. de Inuent. ex num. 6. verſ. quod ſi non bares amiſit ſed Notarius &c.* Et in terminis mandati Procuræ. *Rota in Vigleuanen. locationis 30. Ianuarij 1597. coram Corduba*. Et cogitur per compulſoriã exhibere, *Caualer. d. deciſ. 542. num. 2. & 4.* ſiquè contra veritatem neget ſe rogarum, teneatur pœna falſi *Dec. d. cap. 1. de probat. num. 265. Bald. in l. & qua à Diuo Pio num. 23. C. de eden.* Et tam de facto proprio ſuimet ipſius, quam eius ſubſtituti, vel aliorum miniſtrorum officij, *Dec.* vbi ſupra *num. 203. & 265. & ſeq.* quinimmo etiam ex facto ſui auctoris, ſeù anteceſſoris *Caualer. d. deciſ. 542. nu. 4. Rot. in Romana depoſiti 9. Iunij 1595. coram Pamphilio*, quod tamen procedit, quando habet cauſam iuré tranſmiſsionis, ſecus ſi ex ordine temporum, aut alio titulo, *Bald. conſ. 345 nu. 8. lib. 1.* requiritur namque probatio, quod talis ſucceſſor habuerit penes ſe prædicta acta, alias diuerſum eſt ius in ſucceſſore, quam in Notario defuncto coram quo fuit facta productio, facit in ſortioribus terminis in tutore *tex. in l. alio Iure, C. de in lit. iur. Seraph. deciſ. 492.* Et ſolum in ſubſidium, & quatenus actio dari non poſſit contra prædictũ Notarium, vel hæredem vniuerſalem *Caſtren. in l. quadam §. nihil intereſt num. 8.* vbi etiam, *laſ. num. 11. & Angel. num. 6. ff. de Eden. Dec. dicto cap. 1. num. 256. ad fin. Pacian. de probat. c. 64. num. 6.* Intereſſe autem, & damna, ad quæ propterea tenetur, reficiuntur, & taxantur iuxta ſummam contentam in ſcriptura, quæ non editur *l. argentarius, §. cum autem, ff. de eden. & qui tabulas, & l. Fullo la prima, in fin. ff. de furt. Bart. in l. 3. 9 conuinnato, ff. ac tabul. exhiben. Rota in Rom. pecuniaria 11. Martij 1613. Manzanedo.*

E Coadiutores) In concurſu tamen contrarietatis inter ipſos magis Notario actuario creditur, quam eius Coadiutori *Rota coram Reuerendiſs. D. Coccino Decano dec. 226. nu. 2.*

De Electione Notariorum actuariorum Collateralium.

Cap. XXI.

AD acta ſcribenda coràm Primo, & Secundo Collaterali, deputari non poſſit aliquis, niſi is ſit Romanus ciuis, aut domicilio habẽs in Vrbe, pro ciue Romano, iuxta formam Statutorum habitus, & reputatus; & niſi ſit in matricula Notariorum Romanorum (quæ penes Secretarium Conſeruatorum conſeruatur) deſcriptus, & niſi præuia diligenti inquiſitione de vita, & moribus, de qua Notarius Proconſulum rogatus fidem faciat: ac etiam pręuio rigoroſo examine per Senatorem, Proconſules, & Correctores, ſeu duos eorum (aliis ita mandantibus) ſuper ſufficientia, & idoneitate; & eo ſufficienti idoneo reperto, & mandato à præfatis Senatore, Proconſulibus, & Correctoribus in ſcriptis habito: aliàs verò contra prædictam formã electus, & deputatus amoueatur, etſi officium exercuerit, tàm ipſe, quàm qui eum elegerint, pœna quinquaginta aureorum pro quolibet mulctentur: & acta nihilominus per ipſum interim ſcripta valeant.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Notarij à notis dicti ſunt.*
2 *Notæ ſunt compendia dictionum, quibus ſingulis ſingula verba ſignificantur.*
3 *Notarij abſtinere debent à notis, vel ſignis, quæ non ſint in vſu, neque communiter intelligantur.*
4 *Notariorum noſtri temporis ars, & exercitiũ in tribus conſiſtit, & quænam ea ſint.*
5 *Notarij actuarij debent eſſe qualificati, & approbati iuxta hoc ſtatutum.*
6 *Notarij debent eſſe ſaltem puberes.*
7 *Impuberes officij publici ſunt incapaces.*
8 *Notarij creari non poſſunt impuberes ſub ea conditione, vt non exerceant officium, niſi poſt pubertatem.*
9 *Notariatus, ſeu tabellionatus officium, an pręiudicet nobilitati.*
10 *Notariatus ars dicitur honeſta, & viris ciuilibus apta.*
11 *Notarij fama integra, ac diuites cum decore viuentes in Vrbe admittuntur ad honores, & munera publica.*

Sixtus

2 *Sixtus Papa Quintus per constitutionem suam erexit Collegium Notariorum Curiæ Capitolij numero triginta, nempè quindecim Primi, ac totidem Secundi Collateralis.*

13 *Quæ constitutio vsu recepta, & in viridi observantia est, præter quàm in certo casu expresso.*

14 *Et Statutis expressè derogat.*

15 *Ideo seruanda tamquam alia lex postea lata.*

16 *Notariorum Curiæ Capitolij officia per Constitutionem Sixti Papæ Quinti pro dimidia tantum parte erant vacabilia; pro altera vero parte transibant ad hæredes Notarij defuncti.*

17 *Paulus Papa Quintus concessit Notariis Curiæ Capitolij, vt eorum officia nulla ex parte sint vacabilia, sed spectent ad hæredes Notariorum defunctorum tamquam bona stabilia.*

18 *Notariorum Curiæ Capitolij officia recipiunt hypothecam, & dominij reseruationem ex contractu partium*

19 *Etiam absque alio beneplacito Apostolico, & tam quo ad titulum, quàm quo ad proprietatem, & quo ad scripturas tam præsentes, quàm futuras hypothecari, & alienari possunt.*

20 *Officij titulus potest esse penes vnum, & dominium penes alium.*

21 *Notarij demortui scripturæ remanere debent penes eius hæredes.*

ANNOTATIONES.

A Notarij dicti sunt à notis, *cap. Monachus iuxta gl. verb., vel Notarius 77. dist. speculator. de Instrum. edit. §. Instrum ergo publicum num. 16. vers item opponitur*, quod Instrumentum scriptum *Petr. Greg. Syntag Iur. lib. 42. c. 3. num 4. Cuiac lib. 12. obser fin.* notæ vero sunt

1 compendia dictionum *l. sed cum patrono 6. §. fin. ff. de bon. poss. l. 1. §. sed caterarum 7. ff. de var. & extr. cogn. l. Lucius 40. de testam. mil.* & vt inquit *Grau. ad Vestr. lib. 2. c. vlt. n. 3.* Notarij dicebantur quia notis scribebant, idest compendioso scribendi genere fic, vt miranda quadam solertia, atque celeritate omnium dicta notis exciperent, erant enim notæ quædam literæ, quibus singulis singula verba significabant veluti Q. D. E. R. F. P. D. F. R. V. *I.* C. hoc est: quid de ea re fieri placeret, de ea re vniuersi ità censuerunt, & de veterũ notarũ explanatione potissimum cõscripserunt Valerius Probus antiquus Auctor, & nouissimè Aldus Manutius, & notas Iuris separatim collegit Magno, quæ habentur post *C. Theodos.* impressæ, curante

2 Cuiacio; debent autem Notarij abstinere à notis, vel signis quæ non sint in vsu, neque communiter intelligantur, licet vti possint vsitatis, quæ communiter intelligantur per ea quæ *not. Bart. l. quoties §. sed si non num. 4. ff. de hæred. instit.* & ibi *adden. Honth. de art. not lib. 1. cap. 1. n. 14.*

4 Notariorum verò nostri tẽporis ars & exercitium in tribus consistit, scilicet in contractibus, in vltimis voluntatibus, & in ijs, quæ in Iudicijs agitantur ità *Mandos. ad glos. facult. §. fitque verbo notarios in fin.* sed de istis, qui *Iudiciorum* acta

5 conscribunt, statutum nostrum hic loquitur; porro isti debent esse qualificati, & approbati iuxta

6 tenorem huius statuti; addo quod non admittantur, nisi sint puberes: cum enim officium istud sit

7 publicum, planè sequitur, quod impuberes illius sint incapaces, *Bart. in l impuberem, num. 3. ff. ad*

8 *l. Corn de falsi.* vbi, & additio ad literam b. imò neque impuberes creari possent Notarij sub ea conditione, vt non exerceant officium nisi post

9 pubertatem, vt per *Bart.* ibidem. An vero Notariatus, seù Tabellionatus officium nobilitati præiudicet, contrauersa admodum est quæstio, vt legitur in *decis. 197. num. 2. par. 1. recentior.* & quidem quoad obtinendum habitum nobilissimi Equestris ordinis Sancti *Ioannis* Hierosolymitani censuit *Rot* eiusmodi officium præiudicare cuicunq. etiam natiuitate nobili, maximè propter statuta peculiaria illius militiæ vt in *d. decis.* & in altera 504. *ea. par.* Verum alias dixit ea-

10 dem *Rot.* quod ars Notariatus sit honesta, & viris ciuilibus apta *decis. 594. num. 3. par. 4. diuers.* & suffragatur Notarijs præcipuè *Couar. pract. quæst. cap. 19. nu. 7.* asserens istud officium non esse vile, nec nobilitatem excludere, quod qui-

11 dem, & consuetudine Romanæ Vrbis receptum esse videtur, vbi nisi nimirum notarij, qui famæ integræ ac diuites sint, & cum decore viuunt, admittuntur ad honores, gradus, & munera publica.

12 Post statutum edita est anno 1587. Constitutio Sixti Papæ V. cui titulus, erectio Collegij notariorum Curiæ Capitolij, & Iurisdictionum facultatum, ac priuilegiorum, concessio, per quam Notariorum huius Curiæ numerus antea incertus, & indefinitus, ad certum, ac definitum numerum redactus est, ad triginta scilicet, quindecim coram primo, & quindecim coram secundo di-

13 ctæ Curiæ Collateralibus, quæ quidem constitutio in omnibus vsu recepta, & in viridi obseruantia est, præterquam in *vers Declarantes*, vbi dicitur, quod diebus, in quibus consilium publicum habetur, alijsque carnis priuij, non tamen *Iouis*, Lunæ, & Martis diem Cinerum præcedentibus *Ius* dici, & reddi in dicta Curia possit, ac debeat; nam hoc seruatur, vt Ius non dicatur in diebus consilij publici, neque carnis priuij, incipiendo à die Lunæ, quo Hebræi concurrunt ad brauium;

14 Nec dubitandum quin cõstitutio ista statutis deroget, vbi non obstet contraria obseruantia, cum in clausulis derogatorijs habeat non obst. statutis Vrbis tam antiquis, quàm nouis: vnde sublato

15 statuto seruari debet constitutio, tanquam alia lex postea lata, *§. pen. instit. de Iur. nat. gen. & ciu.* ideo quoad statutũ hoc cap. nihil est quod adnotetur. Quod verò attinet ad Constitutionem ipsam, non prætermiserim, quod per eam officia dicti Collegij Notariorum erant vacabilia pro dimidia tantum parte, pro altera verò dimidia transibant ad hæredes Notarij defuncti perpetuò, tàm ratione tituli, quam scripturarum,

postea

17 postea verò Paulus V. per aliam constitutionem, anno 1612. promulgatam præfata officia statuit nulla ex parte esse vacabilia, sed spectare ad hæredes defunctorum notariorum, tamquam bona stabilia perpetuò liberè, & integrè; seruatis in reliquis Sixti Prædecessoris litterarum super erectione dicti Collegij tenoribus, & forma prout in ipsis Pauli litteris legitur. Vndè iam nõ dubitatur, quin
18 eadem officia recipiant hypothecam, & dominii reseruationem ex contractu partium, vt in Romana Notariatus Capitolij *coram Remboldo* 1. *Iunij* 1620. vbi censuit Rota officium notariatus, de quo agebatur, recepisse hypothecam, & dominij reseruationem à partibus, saluo non tamen obtẽto beneplacito Sanctissimi, factam, itaut noceret alijs, ad quorum fauorem postea fuerat à Sanctissimo reseruatum Decretum super eodem officio, Ista omnia copiosè, ac eleganter probat *Gratian. discept. Forens. tom.* 3. *cap* 580. *& tom.* 4. *cap.*770. *num.* 19. *& cap.* 730. *n.*8. 45. 52. *& seq.* vbi quod
19 etiam absque alio beneplacito Apostolico, & tam quoad titulum, quàm quoad proprietatẽ, & scripturas tam præsentes, quàm futuras hypothecari, & alienari possunt eiusmodi officia; adde quod of-
20 ficij titulus potest esse penes vnum, & dominium illius penes alium *Rot. decis.* 305 *n* 6. *par.* 1. *r c. Gratian. discept.* 730. *num.* 49. Quodque scripturæ demortui Notarij remanere debent penes eius hæredes *Rot. decis.* 417. *n.* 2. *par.* 2. *recention.* tam ex hoc iure nostro municipali infra *cap.* 35. quàm etiam de iure communi, vt ex allegatis in prædicta decisione.

De Officio Notariorum Actuariorũ, & de eo per substitutum non exercendo.

Cap. XXII.

NOtarij Actuarij omnes coram quocumque Iudice, scribant per seipsos; quæ ad eorum officium incumbunt, & infra dicentur explicent, & exerceant: nulloque modo (etiam extra tribunal iuris) eorum officium per substitutum exercere possint. Qui contrafecerit, pœnam vigintiquinque aureorum vice qualibet incurrat: acta fidem non faciant, & viterius parti ad interesse teneatur, & Substitutus eadem pœna puniatur, & ad officium Actuarij perpetuò inhabilis existat, exceptis Protonotario, & Notario appellationum, vt supra dictum est.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Industria personæ, vbi electa est, officium exerceri non potest per substitutum.*
2 *Notarijs Curiæ Capitolij indultum est per Constitutionem Sixti Papæ Quinti de erectione eorum Collegij, vt officia exercere possint etiam per substitutos idoneos, & ita seruatur.*
3 *Notarius dominus officij tenetur ex facto, seu delicto sui substituti.*
4 *Etiam si substitutus fuisset deputatus à Iudice, vel Superiore; atque fuisset habitus pro persona integra, & legali num.* 7.
5 *Et de delicto satis dicitur constare per eius dẽ substituti contumaciam.*
6 *Sententia tamen in hoc casu lata non præiudicaret alteri tertio non citato, etiam in consequentiam.*
8 *Notarius dominus Officij, etiam si adsit arrendatarius eiusdem officij, tenetur nihilominus ipse ex facto, seu delicto sui substituti, non autem arrendatarius.*
9 *Tenetur tamen in omnem casum non ad pœnam, sed solum ad interesse partis.*
10 *Et solum, quando substitutus deliquit in officio, seu circa concernentia officium.*
11 *Substitutus quando censeatur deliquisse in concernentibus officium. remissiuè.*
12 *Notarius officij dominus, quando liberetur exhibendo substitutum, qui in officio deliquerit.*
13 *Notarij delinquentis in officio pœnæ.*
14 *Delinquens in officio, & remotus ab eo propter delictum, officium illud amplius exercere non potest.*

ANNOTATIONES.

A PER Substitutum) cum in precedenti cap. præscriptum sit, qualis esse debeat Notarius actuarius, & quomodo sit
1 eligendus, personæ industria vtiq; electa apparebat, ita ut Iure per substitutum non posset exercere officium ex *text. in l. inter artifices ff. de sol. l. fin. in princ. ff. de excus. tut. in l. 2. ni. § fin autẽ tutis C. de ead. tol. l. vbi Bar. & Ale. in addit. ad eum verbo ne autem* cum aliis allegatis per *Mandos. ad glo. facul. §. ac tam verbo per se.*

2 Verum Constitutio Sixti Quinti, de qua in antecedenti cap. hoc etiam Notariis Capitolinis permittit, vt per substitutos exercere possint officia pag. 1. ibi; vel saltem idoneum substitutum à Collegio examinatum, & approbatum habentes & fac. 1. paginæ 2. ibi; ita quod liceat eisdem no-

notariis eorum officia per ſe, vel ſubſtitutos idoneos, vt præfertur approbandos exerceat; atq; ità ſeruatur ſtatuto nõ obſtante, ſicuti pariter fit in aliis Collegiis Notariorũ huius Almæ Vrbis. Tenetur autem Dominus ex facto, ſeu delicto ſui ſubſtituti *Bart. in l. 1. §. familia ff. de Publica. abb in cap. 1. num. 7. de reſtit. ſpol. Felyn. in cap. Petrus num. 6. 8. & 10. de Homicid. Roman conſ. 11. num. 3. & conſ. 338. num. 7. Seraph. deciſ. 527. num. 2. Gregor. deciſ. 233. num. 1.* quod procedit etiamſi ſubſtitutus fuiſſet deputatus à Iudice, vel ſuperiore; id verò fit vigore Bullarum *Seraph. ibidem num. 2.* Ac licet de delicto non conſtaret niſi per eius contumaciam, nempè ex diſpoſitione earundem Bullarum *Seraph ibidem, & in alia deciſ. Seraph. relata per Farinac. q. 24. num. 72.* tamen in tali caſu ſententia non præiudicaret alteri, tertio non citato etiam in conſequentiam *Gratian. diſcept. 772. num. 17.* & locum habet ſupradicta concluſio, quamuis talis ſubſtitutus eſſet reputatus perſona integra, & legalis, quia licet hoc excuſaſſet Notarium de iure communi *Seraphin. vbi ſupra Greg. d. deciſ. 233. nu 5.* vbi tamen quod eſt probandum, & quid requiritur ad huiuſmodi probationem, ſecus tamen eſt hodie propter expreſſam diſpoſitionem Bullarum *Seraph. vbi ſupra*, Ampliatur etiam intantum teneri Dominum, quod ſi adſit Arrendatarius officii non teneatur Arrendatarius, ſed ipſe Dominus, *Seraph. deciſ. relata per Farinac. vbi ſupra num. 68. vſque ad 72. 78. & ſeq.* Idemq; *Seraph. deciſ. 576. Gratian. diſcept. 771. num. 11.* Immo neque teneri Arrendatarium ad relcuandum Dominum *Seraph. & Farinacc* ibidem hoc tamen crederem ſolum procedere, quando ſubſtitutus erat electus à Domino, ſecus ſi ab ipſo Arrendatario propter Identitatem ratiõnis; Verum licet Dominus teneatur de facto, & delicto ſui ſubſtituti, non tamen tenetur ad pœnam, ſed ſolum ad intereſſe partis *Bart. in l. ne quid ff. de incend. ruin. & naufrag. Rom. dicto conſ. 11. num. 3. Franc. Marc. deciſ. 413. num 13. par. 1.* Et ſolùm quando ſuoſtitutus deliquit in officio, ſeù circa concernentia officium, ſecus autem in non concernentibus officium *Bald. in l. 2. §. miles ff de his qui not. infam. Rot. deciſ. 379. par. 4. diu. num. 1. & ſeqq.* Vbi etiam dicitur, quando hoc debeat probari. Quando autem dicatur deliquiſſe circa concernẽtia officium vide *Farinac. d. q 24. num. 59. & quæſt. 19. num. 44. Gratian. diſcept. 184. num. 39. Rot. deciſ. 754. par. 1. diu. Et in Romana locorum montium 23. Ianuarij 1595. coram Card. Millino*, Et nota inter alia, quod non dicitur deliquiſſe in officio, ſi verbi gratia, ſubſtitutus rogatus fuiſſet de ſocietate ſcutorum 200. & illa vel non integra conſignaſſet, quia nõ concernit officium habere in manibus illas pecunias, ſed ſolum rogare de ſocietate, vnde ſufficit, quod non adſit delictum in rogitu *Rot. dicta deciſ. 379. par. 4. diu.* Vide tamen ad hęc etiam *Greg. deciſ. 233.* Liberatus tamen dicitur remanere Notarius ſi dictum ſubſtitutum exhibuerit *Bart. in dicta l. 1 §. familia ff de publica. Felyn. in d. cap. Petrus num 8. de homicid. Roman. d. conſ. 11. num. 3. & conſ. 338. num. 7.* hoc tamen ſolum procederet in officialibus publicis, & qui nomine officii habent perſonas ſubordinatas, ſecus in officiali, cuius perſona cum fuiſſet ſpectata, & eius induſtria electa non potuiſſet, neque debuiſſet ſeruire per ſubſtitutum, nam talis perſona non liberatur exhibendo ſubſtitutum *Boſſ. tit. defuit num. 55. Greg. deciſ. 133. num. 3.* qui loquitur in terminis Secretarii montium. Et vlterius hodie ex diſpoſitione dictarum Bullarum ſolum liberatur exhibendo ſubſtitutum Dominus, quando ſubſtitutus eſſet ſoluendo, aliàs ſecus. *Seraph. deciſ. 551. num. 5. Farinacc. dicta quæſt. 24. n. 66.* vide ad hęc etiam *Io Bapt. Coſtam tract. de Iudic. ſubſidiar. & Boſſ. in prax. tit. de furtis 56. & in tit. de damno dato num. 7.* Notarii autem delinquentis in officio quæ ſint pœnæ, & quicquid aliàs ſit circa difficultatem, an ſit priuandus ſolo officii exercitio, videatur Bulla Pii Quinti in ordine 117. per quam inducta eſt pœna priuationis officii, & quoad exercitium, & quoad proprietatem *Farinacc. conſ. 111. num. 37. & 39. & ſeq. lib 2.* reperio tamen *Rot. decis. 543. nu. 3. par. 2. recens. dixiſſe*, quod ſi Notarius reddatur inhabilis, non ſit priuandus officio acquiſito tit. oneroſo, præcipuè quando decretum eſt reſeruatum ad fauorem alterius, ſed quod cogatur illud vendere, etiam quod inhabilitas proueniret ex delicto, vel delicti cauſa etiam commiſſi circa idem officium, quia ſolũ eſt priuandus exercitio, non autem proprietate *Rot. deciſ. 769. par. 1. diuerſ.* vbi latè &c.

Et nota, quod remotus ab officio, in quo deliquit propter delictum, illud amplius exercere non poteſt *l. ſi aliquis l. C. de ſuſcept. præpoſ. & Aritin. lib. 10. l. Caſſius ff. de Senat.* Et ità tenere Doct. communiter teſtantur *Marc. deciſ. 199. nu. 2. & Clar. q. 73. num. 4.*

De Habitu, & Moribus Notariorum.

Cap. XXIII.

NOtarij omnes, etiam qui Actuarij non ſunt, habitum gerant decentẽ, & honeſtum, à veſtibus verſicoloribus abſtineant, frappis aut plurimis omnino non vtantur; ludis illicitis, & inhoneſtis non ludant; cauponas ad comeſſandum, & bibendum non ingrediantur; nec enſem deferant. Contrafacientes, vice qualibet, pœnam aureorum decem incurrant.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Veſtes proprio congruentes ordini quilibet deferre debet.*

2 *Veſtes variæ pro qualitate ordinum, & perſonarum*

ſonarum omni tempore adinuentæ.

3 *Veſtes indicant, qualis ſit, qui eas defert.*

4 *Mores conuenire debent habitui veſtium.*

5 *Ludi quinam ſint illiciti, & de iure prohibiti. remiſſiuè.*

6 *Ludens ludo prohibito non obligatur ex promiſſione, ſiue ex perditione in ludo facta.*

7 *Ludi alearum occaſione ſi contractus, & inſtrumenta fiant, omnia ſunt irrita.*

8 *Et ſicut agere illorum vigore non poſſet is, qui vicit, ita nec alius, cui ceſſum fuiſſet eiuſmodi creditum.*

9 *An, qui in ludo perdidit, habeat repetitionem, ſi ſoluerit. remiſſiuè.*

10 *Ludentibus, ſeu retinentibus ludum pro mutuo facto, non datur actio ad repetendum, quando pecunia eſt deperdita.*

11 *Ludus ad pilam, vel alius proueniens ex hominis induſtria, ingenio, & fortuna permiſſus eſt.*

12 *Si tamen fiat animi gratia, ſecus ſi fiat cauſa lucri, & de non modica quantitate pecuniæ, etiam inter diuites cum periculo blaſphemiæ.*

13 *Ludi varij nominatim, qui liciti, & qui illiciti.*

14 *Scaccorum ludus licitus eſt etiam Clericis.*

15 *Ludens aſſiduè dicitur bona ſua dilapidare, & malè vti ſubſtantia ſua.*

16 *Ideo non admittitur in teſtem in cauſa criminali, neque in cauſa matrimoniali.*

17 *Ludus vbi tenetur, & tempore quo luditur, ſi furtum committatur in domo ludi, non committitur actio furti.*

ANNOTATIONES.

A 1 HAbitum gerant decentem) oportet namque quoslibet veſtes proprio congruētes ordini ſemper deferre, vt per decentiā habitus extrinſeci, morum honeſtatem intrinſecā oſtēdant. ità de *Cleric. loquitur Sac. Concil. Triden. ſeſſ.* 14 *de Reform. cap.* 6. *de Clericorum veſtibus habetur in cap. penult. de vit. & honeſt. Cler.* de de veſtibus Aduocatorum fusè dixit *Spec. lib.* 1. *tract.* 4. *de Aduoc* § 2. Hinc veſtes variæ pro qualitate ordinum, & perſonarum omni tempore adinuentæ, de quibus paſſim in hiſtoriis, & cumulatè per *Caſſan in Catal glor. Mund. par.* 12 *conſid.* 96. & *Cal. Rhodig. lect. antiq. lib.* 16 *cap.* 9 10. & 11.

3 Accedat quod talis quis præſumitur eſſe, qualem eum eſſe indicant veſtes *l. item apud Labeonem.* § *ſi quis Virgines ff. de iniur. & contingit* 2. *de ſent. excom. c. ſi iudex eodem tit. in* 6. *Spec. loc. cit. ſub num.* 1. *glo. ad prag. ſanct. tit. quom. diu. offic. ſit celebr. verb. habitu Lucr. in cent. ſua loco a veriſimili num.* 7. *Menoch. de præſump. lib.* 3. *præſumpt.* 64. *num* 3. *Seraphin. de priuil. Iuram. priuil.* 1. *nu* 44. & *priuil.* 4. *num.* 31.

B Ludis illicitis) Hoc & quæ ſequuntur vſque ad clauſulam con-

4 trafacientes, pertinent ad mores: qui quidem pariter conuenire debent habitui veſtium, & officio Notariorum huiuſce Collegii, argumento eorum quæ habentur in *cap. penult. de vit. & hon. Cler.* cum aliis proximè allegatis, atque huic loco congruit ſententia Philoſophi. Hominum vita rectè diſpoſita motum conſonantiam & actionū concinnitatem ſuſcipit.

5 Ludi autem qui ſint illiciti, & de Iure prohibiti *Amod. de Iuſtin. tract. de ſyndicat. ſub nu.* 91. *Farinacc. quæſt.* 109. Adde tamen quod ludens

6 ludo prohibito non obligatur ex promiſſione, ſiue ex perditione in ludo facta *Aret. conſ* 81. *n.* 1. *Stracch. de ſponſion. par.* 2. & in terminis ludi Alea-

7 rum *Greg. deciſ.* 47. vbi ampliatur, quod etiā omnes contractus, & inſtrumenta occaſione eius fa-

8 cta irrita ſint. Et quod ſicut agere illorum vigore non poſſet is qui vicit; ita nec alius, cui ſuiſ-

9 ſet ceſſum huiuſmodi creditum; An autem qui in ludo perdidit habeat repetitionem, ſi ſoluerit, vide *Cappell. Tholoſ. quæſt.* 193. *Molin. de contract. diſput.* 319. & *ſeqq. Farinacc. dicta quæſt.*

10 109. *par* 5. & 6. Ac etiam quod pro mutuo facto ludentibus, ſeu retinentibus ludum non detur Actio ad repetendum, quando pecuuia eſt deperdita *Gramat. deciſ.* 40. *num.* 3 *Stracch. de ſponſion. par.* 2 *Cappell. Tolof. dicta quæſt.* 193. *Mantic. de tacit. & ambig conuen. lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 34. & licet

11 ludus ad pilam, vel alius proueniens ex hominis induſtria ingenio, & fortuna ſit permiſſus *l.* 2. *ff. de Alea luſorib. & Aleator l. ſi gratuitam* § *fin. iuncta glo. ff. de præſcript. verb. l.* 1. C. *de ſpectac. lib.* 11. *cap decorem de vit. & honeſt. Cler. Stracch. de ſponſion. aucta par* 2. *Amode. vbi ſupra dicto nu.* 92. Tamen, & talis ludus eſt prohibitus, ſi non fiat recreationis gratia, ſed Lucri, & vbi tracta-

12 tur de non modica quantitate pecuniarum etiam inter Diuites cum periculo blaſphemiæ. *Carac.*

13 *deciſ.* 30. *nu.* 55. Ludus ad Azzordum an, & quando ſit licitus *Bald. in Authen ex teſt. num.* 28. C. *de Collat.* Ludus taxillorum prohibitus eſt propter Blaſphemias, quæ in eo ſæpiſſimè committuntur, *Mantic. de Tacit. lib.* 14. *tit* 41. *num.* 27. licitus tamen eſt, quando aliquid committitur in dicto ſortis, vel fortunæ *Bald. in dicta l. auth. ex teſtamento nu.* 28. C. *de collat.* & vide etiam *Dec. conſ.* 15. Ludus ſponſionis vulgo ſcommiſſa an valeat vide *Stracch. de ſponſion. par.* 2. & *Rota in Romana ſponſionum Octobris* 1587. *coram Blanchetto*, Scacchorum autem ludus eſt licitus etiā

14 Clericis, *glo. in Authen. Interdicimus* C. *de Epiſc.*

15 & *Cleric. in ver. ad Tabulas*, & non prætereo, quod ludens aſſiduè dicitur bona ſua dilapidare, & malè vti ſubſtantia ſua *l. Is qui* § *fin. ff. de Tutor & Curator. dat ab eis &c. l. prima ff. de Curat. furioſ. Bar. in* § *illud in Præmio digeſtorum Bald. in Auth. qui locum circa finem* C. *de collat.*

16 *Dec. conſ.* 163. *nu.* 19. Ideoque talem ità ludentem non admitti in teſtem in cauſa criminali, neque in cauſa matrimoniali *Grammat. deciſ.* 11. & de-

17 nique notatu dignum videtur, quod ſi furtum cōmittatur in Domo, in qua ludus tenetur, & tem-

pore

pore, quo laditur, non committitur Actio furti, *Grammat. tract. 40. num. 6. per tex. in l. 1 in prin. ff. ad aleat.*

Quod Actuarii Iudicibus in Tribunali aſsiſtant, patrocinium non præſtent, & ſilentium ſeruent. Cap. XXIV.

SEdente Iudice pro Tribunali, Actuarij omnes aſsiſtant, à Tribunali, quam diu Iudex ſederit, non diſcedant; patrocinium alicui in Curia Capitolij *a* non præbeant; in taciturnitate, & ſilentio maneant; ſcribendis actis diligenter incumbant; Iudicem niſi interrogati non alloquantur, niſi forte parte altera abſente, quo caſu abſentiam ſupplere poſſint, Iudicem de his quæ in actis ſunt, informando. Qui ſecus fecerit, aureorum decem pœna mulctetur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Notarij Capitolini actuarij Iudicibus aſsiſtentes quomodo ſe gerere debeant, præſcribitur hoc cap. & Conſtitutione Pauli Papæ V. ſuper refor. trib. Vrb. vbi plura alia à Notarijs ſeruanda in actis iudiciarijs.*

ANNOTATIONES.

1 A NON præbeant) idem ſtatuitur in Cõſtitut. Pauli V. *ſuper reform. Trib. Vrb. tit de Notar. verſ. & tam ipſi*, ſed plura alia à Notariis ſeruanda in actis iudiciariis vide ſub eodem tit. in ipſa Conſtitutione.

De libro Actorum, & iuribus productis conſeruandis. Cap. XXV.

SEnatoris Protonotarius & quilibet Notarius ad ſcribendum acta deputatus, vnoquoq. anno, ſeu ſemeſtri librum, quem Manuale Actorum appellant, benè compactum, & ligatum conficere teneatur, *a* & debeat; in cuius initio nomen ipſius Notarij; & Iudicis coram quo ſcribit, anni Domini, Nomen ſummi Romani Pontificis, & numerus chartarũ exprimatur: & in eo omnia acta, quæ quotidie fient, antequam à Tribunali recedat, ſaltem ſubſtantialiter deſcribat; iura, quæ producuntur, fideliter, & diligenter conſeruet, illaque neutri partium credere, aut commodare, nec reſtituere audeat, niſi parte citata, & Iudicis præcedente mandato; & tunc *b* copia collationata retenta. Contrafacientes pœnam aureorum decem vice qualibet incurrant; & nihilominus ſi originalia amiſerint, parti ad totale intereſſe teneantur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Notarij quomodo ſe gerere debeant in ſcriptione actorum, & conſeruatione inſtrumentorum, tum ex ſtatuto, tum ex Conſtitutione Pauli V. ſuper refor. Tribunal. Vrbis.*

2 *Notarij tenentur acta, & iura producta partibus intereſſe habentibus gratis oſtendere, copijs vero etiam tradere ſoluta ſolita mercede, & aliàs iuxta hoc ſtatutum, & iux. refor. tribun. Vrbis Pauli V.*

ANNOTATIONES.

1 A DEbeat) quoad actorum cõſcriptionem benè prouiſum eſt à ſtatuto, quò vero ad inſtrumenta ne pereant, habẽtur in *Reformat. Trib. Vrb. ſub tit. de Notar.* hæc verba *Inſtrumenta*; quæcunque ab eis rogata Notarii debeant infra tres menſes à die celebrati contractus, vel inſtrumenti in librum, quem Filzam vocant, redegiſſe, vel in protocollum, quod alii manuale extenſorum appellant, deſcripſiſſe cum ſuo Iudice; & amplius in fine taxæ Notariorũ Curiæ Capitolii adáit alias pœnas vltra haſce ſtatutarias Notario, qui quolibet anno nõ confecerit ſuum Protocollum Inſtrumentorum, & manuale Actorum iuxta formam ſtatuti, & infrà duos menſes poſt Feſtum Natiuitatis Domini illa non exhibuerit perfecta Decano, & Menſario.

2 B Copia collationata retenta) tenetur autem Notarius etiam iuxta *reform. ſub tit. cit.* cap. alia cuiuſcumque generis, gratis oſtendere partibus intereſſe habentibus ad eorum beneplacitum quæcunque acta, vel iura producta, ipſiſque copiam facere, & tradere ſoluta ſolita mercede competenti, ſine tamen die, anno, menſe, teſtibus, itaut nullam in Iudicio fidem facere poſſint. Neque id repugnat ſtatuto noſtro prohibenti nè Notarius reſtituat, vel commodet alterutri partium

iura

iura producta nisi parte citata, & Iudicis præcedente mandato, & tunc copia collationata retenta.

De Extractibus, et Copiis, Cap. XXVI.

a IN qualibet b causa summã vigintiquinque ducatorũ auri excedente, teneatur Notarius, si id ab altera partium petatur, de actis iuribus & scripturis omnibus, quæ in causis ipsis fient, & producentur, solemnem, & ordinatum c Extractum conficere, in quo omnia acta de verbo ad verbum, & vt in Manuali sunt descripta, nihil addito, vel extenso adnotare debeat. d Scribatur autem Extractus littera Italica legibili, & ita vt in qualibet facie cuiuslibet paginæ, sint lineæ, seu versus viginti, & quælibet linea contineat in se ad minus dictiones octo, seu litteras triginta duas; & habeat pro quolibet folio bolenenos tres & nõ vltra: quem Extractum non audeat partibus collitigantibus quoquo modo concredere, sed solum e causæ Procuratori, ad tres, vel quatuor dies, & non vltra visendum accomodare; quibus elapsis debeat ipse Notarius illũ à Procuratore recuperare, & si cõtingat aliqua acta pro dicta recuperatione fieri, illa nullatenus in Extractu principalis causæ inferat. Hunc autem Extractum, cum causa erit instructa, cum copijs Testium, altera partium petente, Iudici tradere debet quem perficere teneatur Notarius infra octo dies à die habitæ Arrhæ numerandos, si numerus ducentarum chartarum non excesserit: aliàs f arbitrio Iudicis, & Correctorum. Quod si, aliter quàm supra expressum est, Extractus fiet, partes non teneantur pro illo aliquid soluere, deponensque pro aduersario non nisi debitam, vt dictum est, mercedem deponat: si aliter deposuerit, ab aduersario repetere non possit. Quòd etiam depositum ante factam chartarum numerationem fieri non possit; & nihilominus Notarius, quoties contrafecerit, decem aureorum pœna multetur. Eadem littera, iildemque versuum & dictionum numeris, copiæ omnes petitæ describantur, pœna eadem contrafacientibus imminente.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Extractuum, & copiarum materiam quis pertractet.*

2 *Causa summam ducatorum vigintiquinque excedens, dicitur ordinaria.*

3 *Ducatus auri iulijs vndecim computatur.*

4 *Extractus fieri non debent etiam vna, vel vtraque partium petente, nisi de Iudicum licentia in scriptis obtenta, vel nisi acta ad alium iudicem essent transportanda.*

5 *Actorum editio Iudice mandante, & non aliter à Notario facienda est.*

6 *Extractus quomodo à Notarijs conscribi debeant.*

7 *Correctorum Collegium, quod erat Curiæ Capitolij, suppressit Sixtus Quintus in erectione Collegij Notariorum eiusdem Curiæ.*

8 *Extractus, & quæcumque aliæ scripturæ, tam ciuiles, quàm criminales, & instrumenta, etiam publica gratis dari debent pauperibus.*

9 *Pauperum Aduocato, & Procuratori gratis ostendi debent etiam originales scripturæ.*

10 *Paupertas, vbi probanda fuerit, testes gratis, & summariè examinari debent.*

11 *Et de paupertate standum est arbitrio Iudicis.*

12 *Litigantium commoda, & leuamenta plura remissiuè.*

ANNOTATIONES.

1 A Vide ad istam materiam *Sanct. lib. 1. de Iudic. cap. 109.*

B In causa summam vigintiquinque ducatorũ excedente) quæ causa dicitur ordinaria ex statuto nostro infra cap. 59. lib. primo

3 ducatus autem auri Iulijs vndecim computatur, vt infra hoc eodem *lib. cap. vlt. vers. ducatus auri.*

C Extractum conficere) idipsũ in causis ordinariis statuitur per *Reform. Trib Vrb. tit. de Registrit extractibus, & copijs*, sed & alia addũtur, & præcipuè quod extractus non fiant euã vna, vel vtraq;

4 partium petente, nisi de Iudicum licentia in scriptis obtenta, vel nisi acta essent ad alium Iudicẽ trasportanda, vt in *princ. eiusdem tit. & in primo cap.* licentia autẽ Iudicis Iure necessaria est, nam

5 actorum editio Iudice mandante, & non aliter à Notario facienda est *Bald. in l. is apud quem col. 1. vers videbit, vbi Castrens.* & alii C. *de eden. Grauat. ad Vestr. lib. 7. cap. 1 nu. 20.*

D Scribatur autem extractus) *Reform. d. tit. de*

6 *regist. cap. singula folia*, mandat in qualibet pagina haberi ad minus lineas vigintiquatuor, & in vnaquaque linea ad minus duodecim syllabas, quæ scribantur litteris bonis, & intelligibilibus, & in charta bona, non infecta, nec bibula.

E Causæ Procuratori) idem de Registris vulgò registris fieri so-

ri ſolitum *trad. Veſtr. in prax. lib. 7. cap. 1. ſub n. 3. ibi,* & vbi ſatisfactum ſit Notario.

5 Arbitrio Iudicis, & Correctorum)

7 officium, & Collegium Correctorum penitus, & omninò ſuppreſsit, ac extinxit Sixtus Papa Quintus in erectione Collegii notariorum Curiæ Capitolii, de qua ſupra cap. 1. ibi; ac volentes, quod in tranſumptis, & c. ideò hic locus erit arbitrio ſolius Iudicis; Additur in reformatione,
8 quod pauperibus dentur gratis extractus, regiſtra, inſtrumenta etiam publica, & aliæ quæcunque expeditiones, & ſcripturæ tam ciuiles, quam
9 criminales, & oſtendantur etiam originalia Pauperum Aduocato, & Procuratori ſimiliter gratis,
10 & abſq; vlla impenſa, & ſi quando contigerit, probandam eſſe paupertatem, Teſtes ſimiliter gratis,
11 & ſummariè examinentur, & de paupertate ſtetur arbitrio *Iudicis*, Sancta quidem decreta, & Iuri alias conformia, vt ex adductis per *Scace. de Iudic. lib. 1. cap. 100. ſub nu. 8.* Verum ſummo ſtudio curandum eſſet, vt illa ſeruentur. Plura alia
12 ad materiam iſtius ſtatuti, quæ commodum & leuamentum litigantium planè reſpiciunt, vide in *Reform. ſub tit. ſuperius citato de Regiſtris.*

De Notàriis Moroſis in Teſtibus examinandis, & de eorum in examine officio.

Cap. XXVII.

NOtarij in teſtibus examinandis, omnem omninò diligentiam adhibeant, & ſi requiſiti (oblata vel depoſita debita mercede) vltra duos dies ceſſabunt, niſi ex legitima cauſa à Iudice approbata, excuſentur a ipſo iure intelligantur ab illa cauſa remoti; & nihilominus parti ad omne intereſſe teneantur. quòd ſi Teſtes vere abſuturi ſint, aut in vitæ diſcrimine cõſtituti, & Notarius legitimè impeditus; Iudex alium Notarium ad eorum tantum examen recipiendum ſuo arbitrio deputet: & ſi ob Notarij ſuſpicionem, vel ex alia legitima cauſa, alius fuerit Notario in examine adiunctus, ſi is venire ſtatutis à Iudice hora, & loco ceſſet, poſſit Notarius cauſæ abſque eo ad examen deuenire. Debeat autem Notarius, quocumque caſu, ſuper datis articulis, & interrogatorijs Teſtes diligenter examinare, eorumque dicta prout à Teſte proferuntur, explicitè, integrè, & per extenſum deſcribere: & nullo modo ſcribere; talis dixit, vt talis; aut, ſub compendio; dixit articulum verum: aut, contenta in interrogatorio vera: niſi Teſtis ipſe ita deponat, & tunc Notarius illum monere debeat, vt explicitè per extenſum factum explicet. quòd ſi nihil aliud dicere velit, niſi articulum aut interrogatorium verum, tunc depoſitio eiuſdem Teſtis nihil omnino probet: & ſi aliter ſcripſerit, puniatur vice qualibet in ducatis auri decem; & nihilominus parti ad intereſſe teneatur, Notarius quoque debeat omni caſu, etiam vbi Interrogatoria data non fuerint à parte, omnino Teſtes ſuper quolibet dicto ipſius Teſtis, de cauſa ſcientiæ, loco, tẽpore, & quibus præſentibus, ipsũ interrogare, ſub pœnis prædictis dãnorũ, intereſſe, & pecuniaria. Et ſi Notarius datis à parte interrogatorijs, Teſtes ſuper illis examinare omiſerit, poſſit à tota cauſa remoueri, & nihilominus parti ad intereſſe teneatur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Notarij ſubſtituti ceſſantis in examine teſtium pœna à ſtatuto decreta locum habet, ſi pars de cuius intereſſe agitur, ita velit, & nõ aliàs; neque transfertur in Notarium domi num officij, quominus ipſe poſſit per ſe, vel per alium à ſe deputandum examen perficere, num. 3.*
2 *Diſpoſita per legem in alicuius fauorem numquam habent locum, niſi ab eo petantur.*
4 *Pœna non tranſgreditur delinquentes.*
5 *Statuta in pœnalibus intelligenda ſunt ſtrictius, vt delictum, & pœna euitetur.*
6 *Famulus, ſi delinquat in officio, cui præpoſitus eſt, tenetur dominus ciuiliter ad intereſſe partis, non autem criminaliter.*
7 *Notarij officiorum domini, quando, & quomodo teneantur pro culpa ſuorum ſubſtitutorum ad damna, & intereſſe partium.*

ANNOTATIONES.

A IPſo Iure intelligãtur abillacauſa remoti) quod tamen intelligendum videtur ſi pars, cuius intererat examinari Teſtes, id petat per *glo. in l. vniuerſa ver. præbeatur C. de prec. Imp. offer.* & *in l. ſcimus in prin. ver. ipſo Iure C. de inoff. teſt.*
1

not.moderni tract. de clauſ. ad clauſ. ipſo Iure
2 *291. par.1.* nam Iuris eſt regula, quod diſpoſita per legem in fauorem alicuius numquam habent locum, niſi ab eo petantur *glo.fin.vbi etiam Abb. num.15.& alij in cap.fin.de reſcript. Rip. in l.2. §.meminiſſe nu.18 ff.de nou.oper. nunc. Cuman. conſ. 50. num.2. Socin. regul. 299. in fin.* vbi dicit hāc eſſe communem opinionem, & ſeruari in practica *Surd.deciſ.57*, hic autem dubitari nō poteſt, quin ſtatuentes reſpexerint ſaltem principaliter commodum & fauorem partis, quæ vrgebat examen teſtium, cui etiam teneri voluit notarium ad intereſſe.

3 Sed quid ſi ſubſtitutus, vel aliquis alius notarius officii contraueniat ſtatuto in hac parte, nam vt ſupra dictum eſt ad cap. 22. Conſtitutio Sixti Quinti permittit notarijs Capitolinis, vt habeant ſubſtitutos, an ideo cenſeatur remotus nedum ſubſtitutus, vel alius, qui contrauenit, quin etiam Notarius Dominus officii, itaut ad officium alterius Notarii cauſa transferatur, crederem ſubſtituti culpam, vel negligentiam hoc caſu non obeſſe notario Domino officii, quo minus ipſe poſſet vti Notarius retinere, ac proſequi cauſam, & eius acta conſcribere, & confi-cere per ſe ipſum, vel etiam per alium ex Notarijs ſui officij partibus non ſuſpectum, quemadmodum aliàs in ſimilibus caſibus, ſi benè memini, fieri conſueuit, quoniam eiuſmodi remotio à cauſa eſt pœna à ſtatuentibus inflicta ei, qui ſine legitima cauſa, vltra duos dies ceſſauit in examinandis teſtibus, quod apparet ex lectura ipſius ſtatuti, conſequenter talis pœna ad alios extendi
4 non debet, nam pœna non tranſgreditur delinquentes *l.ſancimus C.de pœn.Seraphin.deciſ.537 num.3.& 4.par.1.* vbi de caſu ſimili agitur, & eò
5 magis quo ſtatuta in pœnalibus ſtrictius ſunt intelligenda, vt delictum, & pœna euitetur iuxta tradita *per Doctores in cap.odia, & cap.in pœnis de regul.Iur.in 6.& in l.factum §. in pœnalibus ff.eodem tit.* & hæc eſt communis vulgata Doct. ſententia, vt per *Moſcard. de gen.ſtat. interpr.*
6 *concluſ.4 num.89.* & in ſpecie, quod vbi famulus delinquit in officio, cui præpoſitus eſt à Domino, teneatur Dominus pro intereſſe partis non autem criminaliter, probatur *ex gloſ. in l. obſeruare §.proficiſci ff.de off. Proconſ. Bart. in l. nequid ff.de incen.ruin.et naufrag.addit.ad Cappel.Toloſ deciſ.196. num.2. Franc. Marc.deciſ. Delph.423.num.13.par.1.* & alij quos refert, & ſequitur *Farinacc.quæſt.24.num.89 de delict. & pœn.*

Verum quod attinet ad intereſſe partis, de quo in hoc ipſo cap. cenſerem Dominum officij te-
7 neri pro ſubſtituto ex cōſtitutione Pij Papæ IV. *de reform.Trib.ordin.58.in Bullario nouo §.60.* vbi habentur hæc verba; nec ſubſtitutos recipiāt, niſi approbatos: loquitur Conſtitutio de Notarijs omnibus etiam Capitolinis, vt in §. præcedenti, pro quibus ad damna, & intereſſe, quæ illorum culpa partibus euenerint, etiamſi ipſos exhibuerint, & ſoluendo non fuerint, teneantur, & obligati ſint, atque ita eadem conſtitutione inſpecta cenſuit *Rota apud Seraphin. deciſ. 527.* vbi quod prædicta cōſtitutio Pij IV. eſt generalis, & comprehendit etiam Notarios Auditoris Cameræ, vt in *fin.deciſ.& 537.par.1.not.* & ſequitur *Farinacc.de delict.& pœn. quæſt.24.ſub. nu.85.* *ibi prima concluſio quod vigore Bullarum.& cap. ad hæc demum*, vide ſuperius annotata ad c.22.

De Copiis per Notarios dandis, & vt nihil pro portandis, oſtendendiſq; actis recipiant.

Cap. XXVIII.

PEtitas copias Notarij ad primam dare teneantur, & ſi nimis magnæ fuerint, infra duos, aut tres dies, & non vltra; aliàs (ſi iuſta cauſa, & à Iudice approbata, impediti non fuerint) à cauſa ipſo iure remoti intelligantur, ſub qua etiam pœna, diem datæ, vel oblatæ copiæ, in actis adnotare teneantur: Debeantque, quoties legitimè fuerint requiſiti, Iudici, & partibus acta oſtendere, nulla recepta mercede; nihilque omnino pro oſtendendis actis, ſcripturis, & iuribus productis, neque pro portandis ipſis actis, iuribus, ſcripturis, vel extractu Iudici, à partibus etiam ſponte dantibus, recipiant; ſub pœna priuationis officij, ipſo iure incurrenda, cum debeant ſua mercede eſſe contenti.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Statutum hoc comprobatur per Conſtitutionem Pauli Quinti ſuper reformatione Tribunalium Vrbis.*

ANNOTATIONES.

1 QVod Notarij petitas copias dare Iudici, & partibus acta gratis oſtendere præcipitur etiam in Bulla Pauli Quinti ſuper *reform. Trib. Vrb. tit.de notarijs cap.alia cuiuscunque generis.*

De

De Notarijs remotis, & suspectis.

Cap. XXIX.

QVicumque Notarius, vel à Iudice, vel ex præsentibus constitutionibus, ter fuerit remotus à causis, in quibus scribebat, ipso iure intelligatur esse priuatus officio Actuarij, nec ad illud, aut aliud Capitolij Tribunal vlterius admitti possit: & si de facto admitteretur, aut se intruderet, pœna falsi puniri possit: & hæc exceptio, & accusatio popularis sit. Notarij quoque *a* exemplo Iudicium, *b* ante litem contestatam, seu pro contestata habitam, si alicui partium suspecti sint, *c* sola suspicionis allegatione à scribendo in causis ipsis remoueri possint. post litem vero contestatam, seu pro contestata habitam, non nisi causa expressa, per Iudicem approbanda, recusari possint: *d* a cuius arbitrio, etiam per processum ad vlteriora declarato, nullatenus appellari, aut reclamari possit. Remoto autem primo Notario (eo casu quo remouendus veniret) si partes ad primam diem de alio non concordauerint, Iudex vnum ex Bussula omnium Notariorum sui Tribunalis extrahat: & huic omnia iura illucusque producta, per primum Notarium absque mercede tradantur. De actis vero, de quibus Notarius recusatus, rogatus fuerit, ipse idem recusatus Extractum facere teneatur: pro quo sibi satisfiat de competenti mercede. quem extractum Notario deputato consignare teneatur infra triduum; aliàs pœnam aureorum decem incurrat, & parti ad interesse teneatur. *e* si vero in examine suspectus fuerit allegatus, detur ei adiunctus, vt fieri consueuit. Hæc autem remotio, seu suspicio etiam pluries reiterata Notario pro nota infamiæ, aut in pœnam non imputetur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Notarius recusatur tanquam suspectus, sicuti recusatur Iudex.*
2 *Sed in Notario leuis causa suspicionis sufficit.*
3 *Notarij Capitolini hoc habent ex priuilegio Sixti V. in erectione ipsorum Coll: gij, quod nullus ex Notarijs eiusdem Collegij possit à partibus allegari suspectus, nisi expressa Iudici causa suspicionis, & illa saltem extraiudicialiter, aut ipsius Iudicis arbitrio iurata.*
4 *Quæ recusationis forma si seruata fuerit, tenebit recusatio, nec poterit Iudex per acta Notarij sic recusati procedere, aliàs processus esset nullus.*
5 *Et Notarius Capitolinus ita recusatus à causa in totum remouendus erit.*
6 *Notario si detur adiunctus non suspectus, suspicio omnis cessare videtur.*
7 *Sed contraria opinio tenenda est, nempe quod non ideo tollatur suspicio, & hæc opinio in Curia Romana seruatur.*
8 *Notario recusato, & remoto quomodo consulatur, vt seruetur indemnis.*
9 *Notarius, si non fuerit omnino recusatus, & remotus ab officio, sed solum deputatus alter adscribendum pro eo, poterit nihilominus publicare acta, cum remanserit Magister actorum.*
10 *Subiecta talia sunt, qualia prædicata demonstrant.*
11 *Testium examen non fit ante litem contestatam.*
12 *Stare non prohibetur, quod non mutatur.*
13 *Iudicis recusatio ob legitimam suspicionem nõ cessetur prohibita, etiam si Princeps causam committeret cum clausula, remota recusatione Iudicis.*
14 *Statuta ita intelligi debent, ne sequatur absurdum.*
15 *Statutorum verba quantumuis generalia restringuntur ad id, quod est rationis.*
16 *Notario recusato vti suspecto in examine datur adiunctus, non autem remouetur in totum ex hoc statuto & cur.*
17 *Et ita seruandum in foro Capitolino propter consuetudinem ipsius fori.*
18 *Quæ quidem consuetudo viget etiam in alijs locis expressis.*
19 *Non tamen Romæ in Notarijs Sacræ Rotæ.*
20 *Notarius adiunctus Actuario non recipit acta licèt eidem Actuario assistat, & subscribat acta ad tollendam suspicionem.*

ANNOTATIONES.

A Exemplo Iudicum)

1 vt enim Iudex recusatur vti suspectus, ità & Notarius *Rot. apud Veralt. dec.390.p.2.& dec. 604. par.1.diu.* sed in Notario leuis causa suspicionis sufficit *Gonzal.ad regul. 8.con. nullit. num.* 101. *Gratian.discept.forens.tom.primo cap.*100.*n.*52. & 53.

B Ante litem contestatam, seu pro contestata habitam) dixi supra ad eadem verba cap.12.

C Sola suspicionis allegatione) 1 hæc verò non sufficit post bullam Sixti V. de erectione Collegii Notariorum Curiæ Capitolii, de qua supra ad cap.21. in ea enim habetur, quod nullus ex Notariis dicti Collegii, possit à partibus allegari 3 suspectus, nisi expressa Iudici causa suspicionis & illa saltem extraiudicialiter, aut ipsius Iudicis arbitrio iurata, statuto Vrbis aliter disponente 4 non obstante hæc sunt verba bullæ. Seruata autē hac forma recusationis notarii tanquam suspecti non poterit Iudex per eius acta in causa procedere, aliàs processus esset nullus *Abb.in cap.super quæstione num.5.de offic.deleg. Felin. in c. quoniam contra num.4.de prob. Alex.cons.* 104.*nu.*3. *lib.5.Veral.dicta decis.*390.*par.*2.atque talis notarius 5 totum remouendus erit à causa, licet 6 enim si detur ei adiunctus alius Notarius non suspectus, cessare videatur omnis suspicio, *auth. si contigerit vbi Ias. num.*2.C. *de Iudic. Rotæ dec.* 377. *sub num.5.apud Greg.Papam XV.* attamen 7 contrarium nempe quod non ideò tollatur suspicio, quia potest nihilominus notarius suspectus reuelare dicta Testium dixit *Rot.d.decis.*604. *par* 3.*diuers.*& alias sæpè fuisse obtentum tradit *Gonzal.loco cit* vbi amplius in Curia seruari quod notarius suspectus omnino remouetur, confirmat *Beltram.in annot. ad dicta decis.*327. *num.* 16. *Gratian.discept forens.tom.*1.*cap.*100. *num.* 54. neque obstare debet detrimentum notarii maximè eius, qui titulo oneroso scilicet emptionis habet officium, quia subrogatur alius, qui deducta cōgrua mercede pro suis laboribus reliqua emolumenta restituit principali notario causæ recusato, prout in Curia Romana seruari testatur *Gonzal.loco cit.num.*101.*Gratian.d.discept num.*59. 9 addo, quod vbi notarius non fuerit omnino recusatus, & remotus ab officio, sed solum deputatus alter ad scribendum pro eo, poterit nihilominus idem primus notarius publicare acta, cum remāserit Magister actorum *Seraphin.dec.*1390. *num.*2.*per glo.in authen.de Tabellion.verbo ipsis per se in fin.*

I A cuius arbitrio) vide not. superius sub eodem verbo ad c.12.

D E Si verò in examine, & c.detur ei adiunctus) hic loquitur statutum de recusatione notarii post litem contestatam, quod apparet tum quia hæc clausula est sub parte huius cap. quæ incipit post litem verò 10 contestatam, talia enim sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant *l.3.in princ.ff de fund. instrum.cap. inter dilectos de fid.instr.* Tum quia examen testium contingit post litem contestatā, quod notum est ex cap.quoniam frequenter, vbi *Doct.vt lit.non contest.* & apparet infra ex cap. 59.nostri statuti,& ex annot.superius ad cap.12. in verbis post litem contestatam, vel pro contestata habitam, vnde statutum hoc casu firmum remanet, cum Bulla Sixti Quinti de hoc non loquatur, sed tantum de recusatione notarii ante litem contestatam, vel pro contestata habitam, 12 quod enim non mutatur, cur stare prohibetur? *l. sanctimus C. de testam. l.præcipimus in fin.C. de appell.* Quod verò bulla prædicta nō cōprehēdat hunc casum, adhuc probatur, quia aliàs prohiberet recusationem notarii cum causa, qualis nimirum esse debet ea recusatio, quæ fit post litem contestatam, id verò non potest præsumi, quinimmo vbi Princeps committeret causam, remota recusatione Iudicis, non ideo censeretur prohibere recusationem ob legitimam suspicionem 13 *Specul. tit de recus. §.iam vers.qui à Statuto committitur*, & alii superiùs per nos citati ad c.12. verbo omni, & quacunque appellatione remota; alioqui certè sequeretur absurdum, quod in 14 interpretatione statutorum est maximè cauendum, & ideo verba quantumuis generalia restringuntur ad id, quod est rationis, tuxta iuxta lare tradita 15 *per Buer. loco absurdo Roman.in repet.l si vero. §. de viro in 7.fallen.ff.sol. matrim. Doct. in l.2. C.de noxali & in l.vt gradatim §. 1. ff de mun. & honor.l.cum alijs cumulatis per Mascard. de gen. statut. interpr.concl.4. num.*114.& 115.

16 Cum vero statuentibus placuerit adiunctum dari notario recusato, vti suspecto in examine, non autem eum in totum remoueri, cum tamen vt supra dicebamus, ex aliorum sententia ad istud caput in verbo *sola suspicionis allegatione*, non cessaret periculum recusantis per accessionem adiuncti, dicam eos secutos esse opin. alteram, quod cesset suspicio ex auth.si vero contigerit, vbi *Ias.num.*2.*C.de Iudic.* prout tenuit etiam *Rota dicta decis.*327. *apud Greg. XV.* atq; 17 etiam adhæsisse consuetudini ipsius Fori Capitolini quam memorant in proximè subsequentibus 18 verbis, vt fieri consuevit, quæ quidem consuetudo viget etiam in aliis locis, vti testatur *Io.de Plat.in l multi ad fin. C.de numer.& actuar.lib.* 10.& in Hispania potissimum teste ipso *Gonzal. dicta glo 9.nu.*100.& licet idem postea *nu.* 101. affirmet aliter seruari in Curia, loquitur expressim de Notarijs Rotæ, non autem de Notarijs 19 Capitolinis, Nota amplius, quod Notarius ad- 20 iunctus Actuario non recipit acta, licet eidem Actuario assistat, & subscribat acta ad tollendam suspicionem, propter quam fuit adiunctus *Seraphin.dec.*1213 *num* 4.

De

De Notario Capitanei Appellationum.

Cap. XXX.

NOtarius Capitanei Appellationum ea omnia seruare teneatur, quæ per alios Notarios seruari mandauimus, sub eisdem pœnis illis cõminatis. Possit tamen vnum, aut plures coadiutores habere, sicut & Protonotario *b* est permissum.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Officium Notariatus Capitanei Appellationum est vacabile, & ideo non recipit hypothecam, sicut recipiunt Notarij Primi, & Secundi Collateralium.*

2 *Nisi quo ad pretium, & fructus, non autem quo ad titulum.*

3 *Quia non est in commercio sine licentia Principis.*

4 *Et quia est vacabile, capax est societatum officij, vt super eo contrahi possint.*

5 *Non tamen vacat per ingressum religionis, et emissam professionem.*

6 *Quia dicitur esse in commercio, & acquiritur titulo oneroso, & magis conceditur propter lucrum, quam propter exercitium.*

7 *Et licèt officium vacet, nihilominus scripturæ eius videntur spectare ad hæredes Notarij.*

8 *Transeunt enim ad eos cum suo onere, & habentur tamquam res propria hæredum.*

9 *Licèt ab officio, seu officij titulo separari non possint; ideo teneri hæredes illas vendere, ijs, qui obtinent titulum officij.*

10 *Notariatus officium, licèt vacabile, vendi, & resignari potest, sicut cætera officia Romanæ Curiæ, de licentia tamen Principis.*

11 *Idem imputatur etiam in legitimam.*

12 *Et potest locari, aut in administrationem concedi etiam per loca pia, ad quæ illud pertinet.*

13 *Et potest obligari respectu pretij, & fructuũ, licèt non sit in commercio.*

ANNOTATIONES.

A 1 2 

Stud officium est vacabile, & ideo non recipit hypothecã, sicuti recipiunt officia Notariorum Primi, & Secundi Collateralium, de quibus supra cap. 21. nisi quoad pretium, & fructus, non autem quoad titulum, quia nimi-

3 *rum non est in commercio, nisi de licentia Principis, vt legitur in Romana pecuniaria coram Dunozetto 21. Iunij 1619. quæ est in terminis istius officij, & videnda, quia determinat casum notabilem.*

4 *Ideoque quia est vacabile huiusmodi officium, potest super eo contrahi societas. vt in simili per Rotam in Romana officij Hebræorum 18. Iunij*

5 *1621. coram R. P. D. Pirouano. Non tamen propterea vacat per ingressum religionis, & emis-*

6 *sam professionem, quia dicitur esse in cõmercio, & acquiritur titulo oneroso, & magis conceditur propter lucrum, quam propter exercitium. Rot. dec. 543. per tot par. 2. recent. maximè in præ-*

iudicium illius, cui fuisset reseruatum decretum ibidem; videtur tamen in contrariũ facere, quod dicit Rota in supradicta Romana pecuniaria 2. Iunij 1619 coram Dunozetto, nempe non esse in commercio respectu tituli, nisi de licentia Principis, & propterea non recipere Dominii reseruationem, quæ tamen decisio declaratur in fine huiusce annot. licet autem vacet officium,

7 *tamen scripturas credere remanere penes hæredes; & ad illos spectare, vt per Rot. dec. 437. nu.*

8 *2. par. 2 recent. Transeunt enim ad hæredes cum suo onere, & habentur tanquam res proprię hæ-*

9 *redum Seraph. dec. 905. num. 2. Non tamen posse separari ab officio, seù officii titulo, ac teneri hæredes illas vendere iis, qui obtinent titulum officii Seraph. d. decis. 905. num. 4. Potest tamen*

10 *officium Notariatus licet vacabile vendi, & re-*

11 *signari sicuti cætera officia Romanæ Curiæ de licentia tamen Principis: idemque imputatur etiã in legitimam Castr. & Ias. in l. omnimodo §. imputari C. de inoff. testa. Ias. in l. illud num. 6. C. de collat. Rip. in l. in quartam num. 164. ad leg. Falcid. Gratian discept. 670. num. 12. Rot. decis 495 nu. 2. par. 2. recent. & in Romana resignationis officij 15. Decembris 1613. coram Buratto, & in supradicta Romana officij Hebræorum 18. Iunij 1621. coram R. P. D. Pirouano. Et possunt locari,*

12 *aut in administrationem concedi etiam per loca pia, ad quę illa pertineant Gratian. discept. 465.*

13 *num. 2. & 3. Necnon possunt obligari respectu pretij, & fructuum, licet non sint in commercio, vt limitando prædictam decisionem coram Dunozetto in Romana pecuniaria de anno 1619. probauit Gratian. discept. 670. num. 18.*

B Est permissum) vt supra cap. 20. §. possit etiam.

Quod Notarii non matriculati de Instrementis, & testamentis rogari non possint.

Cap. XXXI.

NVllus Notarius creatus à quocunque, quauis facultate fungente, possit officium Tabellionatus, seu Notariatus in Vrbe exercere, aut de quibusuis contractibus distractibus, testamentis, aut quibusuis vltimis voluntatibus se rogare, aut quouis modo instrumenta conficere, nisi fuerit a in matricula Notariorum Vrbis, quæ penes Secretarium Conseruatorum retinetur, descriptus, & adnotatus: & qui cõtrafecerit, ipso iure falsi pœnam incurrat, & tanquam falsarius puniatur; & nihilominus gestis per eum, nulla omnino nec, in iudicio, nec extra, fides adhibeatur: exceptis his, qui in matricula Archiuij Romanæ Curię fuerint descripti, & Notariis aliorum Tribunalium Vrbis.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Instrumento rogato per Notarium, in matricula Archiuij non descriptum, fidem non esse adhibendam.*
2 *Etiam si instrumentum rogatum sit ad fauorem piæ causę.*
3 *Licèt alias constaret ipsum Notarium esse verum, ac legitimum Notarium.*
4 *Acta per eum, qui communiter reputabatur Notarius, cum tamen talis non esset, an sustineantur, & quando remissiuè.*
5 *Notarij Curiæ Capitolij admissi iuxta formam Constitutionis Sixti Quinti de erectione eorum Collegij non tenentur facere se describi in matricula hoc statuto præscripta, & num. 9.*
6 *Notarij à Protonotarijs creati, iuxta ipsorum facultatem non censentur admissi ad exercitium Notariatus in Vrbe, nisi seruata forma huius Statuti, & Constitutionum Iulij Papæ Secundi, & Leonis Decimi.*
7 *Constitutio noua intelligi debet iuxta antiquam.*
8 *Et eatenus priorem reuocare videtur, quatenus ipsi posteriori repugnet, & non amplius.*
10 *Matricula Notariorum Curiæ Capitolij in desuetudinem abijt post constitutionem Sixti Quinti de erectione Collegij Notariorum dictæ Curiæ.*
11 *Consuetudo est optima legum interpres.*
12 *Notarius descriptus in matricula Notariorũ, an præsumatur Notarius? distingue vt num. 13.*
14 *Statutum huius Capituli prohibens Notarios non descriptos in matricula Capitolina, non posse ibi exercere suum munus, procedit in contentiosa, non autem in voluntaria iurisdictione.*

ANNOTATIONES.

1 IN matricula Notariorum Vrbis.) huic statuto inhærens *Rota coram Manzanedo in una Romana nullitatis testamẽti 3. Iunij 1619.* Censuit non esse adhibendam fidem testamento rogato per Notarium in matricula Archiuij non descriptum, & in simili casu affert *cons. Plot. 1. num. 2. & 3. & decis. Mobed. 2. de testament.*
2 quod procedit etiam in testamentis rogatis ad fauorem piæ causæ *Mobed. d. decis. vers. & quo*
3 *ad bullam*, licet alias constaret ipsum notarium esse verum, ac legitimum notarium: quid autem
4 dicendum sit de eo, qui diu se gesserat pro notario cum non esset; vide *Bart in l. Barbarius num. 6. in prima lect. ff. de offic. Prat.* & ibi adden. lit. e. & repet. eiusdem *l. num. 8. Dec cons. 42. num. 1. Alex. cons. 137. n. 2. 7. & seqq. Gabr. conclus 8. de prob. num. 24. & seqq. Hunem. de art. notariat. lib. 1. cap. 19. sub n. 4. & seqq.* vbi probat requiri quinque ab ipso notata, vt valeant acta illius, qui cõmuni opinione reputabatur notarius, licet talis
5 non esset, sed quid dicendum de notarijs admissis iuxta formam constitutionis Sixti V. de erectione Collegij notariorum Curiæ Capitolij, vt in particula, quodque ad officia huiusmodi in futurum esse debeant, vt eorum instrumentis fides adhibeatur, an scilicet isti etiam nihilominus descripti esse debeãt in matricula iuxta hoc statutũ, & videretur dicendum, quod sic; quia constitutio in hac parte non tollit expressè statutum, & quãuis decernat modum admissionis notariorum ad Collegium, non ideò excludit eorum descriptionem in matricula iuxta statutum, quod vtique *ex dicta decis. initio huiusce annot. allegata*, colligi videtur, dum inquit, quod licet protonotarij
6 habeant facultatem creandi notarios, non tamen censẽtur illi admissi ad exercitium in Vrbe, nisi seruata prius forma dicti statuti, & constitutionũ Iulij Papæ Secundi, & Leonis Decimi: accedat hæc ratio, quod alias noua constitutio intel.
7 ligi debet iuxta antiquam ad *Text. in l. sed & poste-*

8 *poſteriores ff. de leg.* & eatenus priorem reuocare videtur, quatenus ipſi poſteriori repugnat, & non amplius *text. in l. vn. §. bis tantummodò ibi ea inefficax*, quantum ad eam partem remaneat, *C. de Lat. lib. toll. Rom. con. 57. nu. 1. & 322. n. 2. Dec. in l. in toto iure poſt n 7 ff. de reg. Iur. Tiraq. de vtroque retract. tit. 1. §. 15. gloſſ 2 in fin.* quos refert, & ſequitur *Maſcard. de gen. ſtat. Interpr. concl. 2. num* 106. contrarium tamen cenſeo ve-
9 rius, quia conſtitutio Sixti, non tantum præſcribit, quomodo admittantur Notarij Capitolini, ſed etiam progreditur vlterius nempe, quod ſic admiſſi gaudeant multis priuilegijs, quæ ibidem recenſentur, vt potè notarij ipſius Collegij, tum erecti, vndè dubitari non poteſt, quin eiſdem etiam exercitium officij ſui eò ipſo, quod fuerint admiſſi, liberè concedat, ſinè quo alias inutile foret collegium, vti pariter factum legitur de Notarijs Archiuij *Rom. Cur. in Bulla Iuly Secundi. de Inſtit. colleg. ſcriptor Arcb. Rom. Cur. quæ eſt in Bullar. nouo* 15. §. 4. ibi, ac eo ipſo, quod ad huiuiuſmodi officium aſſumpti fuerint. Neque obſtat ſupradicta deciſio, quia loquitur de Notarijs creatis à Protonotarijs, qui quidem non habent facultatem eos admittēdi ad exercitium, niſi ſeruata forma ſtatuti, prout legitur in ipſa deciſ. Secus autem dicendum eſt in caſu noſtro, vbi ab ipſo Summo Pontifice creantur, & declarātur Notarij, nec dubitari poteſt de illius facultate, & voluntate admittendi eos ad exercitium, etiam non ſeruata forma ſtatuti Vrbis, cui am-
10 plius in fine conſtitutionis expreſsè derogauit, atque demum ità comprobauit conſuetudo; nam poſt dictā Conſtitutionem matricula Notariorū Curiæ Capitolij in deſuetudinem abijt, optima-
11 autē eſt legum interpres cōſuetudo, *l. ſi de interpretatione ff de leg. Aym. conſ. 101. n. 12. Creſcent. deciſ. 1. de conſt.*

Cæterum retentis terminis ſtatuti, & circum-
12 ſcripta Conſtitutione Sixti, An deſcriptus in Matricula Notariorū præſumatur & ipſe Notarius? Cōis eſt opinio, quod præſumatur vt per *Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumption. 78. num. 3. & 5.* multi tamen contrariam tenent opinionem, ſed
13 fædere diſtinctionis conciliantur opiniones, nempe quod communis procedat, quādo matricula facta eſt auctoritate eius, qui potuit creare notariū altera verò, vbi matricula confecta eſt, eius auctoritate, qui non poterat creare Notarium, ità *Menoch. eadem præſumpt. num. 5. & 7.* cum alijs ab eo relatis.

14 Denique nota, quod ſtatutum hoc prohibens notarios non deſcriptos in matricula Capitolina, poſſe ibi exercere ſuum officium, procedit in his quæ ſunt contentioſæ, non autem voluntariæ iuriſdictionis, & ideo notarij etiam non Capitolini poſſunt donationes inſinuare, vt fuit reſolutum *coram Cotta in vna Anconitana de Tomaſijs prima Iunij* 1576.

De Notariis Matriculandis.

Cap. XXXII.

4 IN Matricula Notariorum nullus deſcribatur Notarius, niſi is fuerit Romanus Ciuis, vel habitans in Vrbe, & pro ciue ſecundum formam Statutorum habitus, & reputatus; & ſit ætatis annorum ad minus viginti; bonis moribus imbutus, honeſtiſque parentibus natus, & ſaltem per quadriennium antea à mecanicis artibus ſe abſtinuerit: ac prius diligenter à Proconſulibus & Correctoribus examinatus, in Grammatica, & in arte Notariatus, & ſuper Vrbis Statutis, ſaltem officium Tabellionatus concernentibus, ſufficiens & idoneus repertus fuerit; de cuius examine, & idoneitate, ac approbatione, conſter Secretario Conſeruatorum per mandatum dictorum Proconſuium, & Correctorum & Secretarius, qui ſine dicto mandato aliquem in matricula deſcripſerit, & ille, qui deſcriptus fuerit pœnam falſi incurrant; & nihilominus taliter deſcriptus de matricula deleatur: geſta tamen per ipſum nihilominus valeant. Ipſe autem matriculandus, in ipſa matricula ſua manu ſe ſubſcribat, & ſignum, quod ſibi elegerit, apponat, ita vt faceret, ſi aliquod inſtrumētum publicaret, & ad hoc, vt inde, ſi contigerit, litterarum comparatio ſumi poſſit.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Matricula ceſſat hodie ex Conſtitutione Sixti Quinti de erectione Collegii Notariorum Curiæ Capitolinæ.*

ANNOTATIONES.

A 1 IN matricula Notariorum.) Conſtitutio Sixti V. de qua in præcedenti cap. præſcribit qualitates, quas habere debent perſonæ aſſumendæ ad Collegium notariorum Curiæ Capitolij, & modum, ac formam, in earum admiſsione tenendam, nec matriculam requirit, vti proximè dictum eſt, ſicque omnino derogat huic ſtatuto, ſed ad fauorem hæredum notariorum defunctorum, & aliorum, in quorum perſonas fiant reſignationes iſtorum officiorum plenius poſtea prouidit etiam in hac parte Conſtitutio Pauli V. de reduct. ad perpetuitatem offi. ciorum notariorum *Cur. capit.* 161. & facta præſentatione.

De

De Protocollis Instrumentorum conficiendis.

Cap. XXXIII.

SInguli Notarij, annis singulis, *a* suum conficiant Protocollum, quod cõsistat ex chartis numeratis, benè compactis, & ligatis, quotquot ipse Notarius voluerit, in quo instrumenta, de quibus rogatus fuerit, saltem substantialiter in mundum infra mensem à die rogitus omnino redigat, & describat. Quod Protocollum in fursnitio contineat Annum, Indictionem, Pontificatum, nomen & signum ipsius Notarij, illudque infra octauam festiuitatis Natalis Domini Proconsulibus præsentare tenea tur; qui in eo, nulla recepta mercede, signa Collegij imprimant: ita demum si ipse Notarius Protocollum instrumentorum præteriti anni cõpletum ostenderit. Et qui aliter in prædictis versatus fuerit, nisi rationabili causa fuerit impeditus, pœnam quinquaginta aureorum vice qualibet incurrat: & quia publicè interest, vt instrumenta rectè conseruentur, publica sit accusatio.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Protocolli nomine quid significetur, & nu. 3.*
2 *Notarij omnes ex generali consuetudine habere debent, & seruare Protocollum.*
4 *Hæc vox Protocollum an debeat scribi duplici l.*
5 *Protocolli substantialia.*
6 *Protocollum si non habeat omnia requisita, non probat.*
7 *Protocolli requisita non eadem sunt, quæ in ipsis instrumentis requiri consueuerunt ad effectum, vt probent.*
8 *Instrumenta non vitiantur per omissionem cuiuslibet requisiti, sed illius, quod ex consuetudine locorum apponi debuerat.*
9 *Substantialia instrumenti illa sunt, quæ in contractibus solent apponi.*
10 *Varietate reperta inter Protocollum, & instrumentum, stari debet Protocollo.*
11 *Instrumentum si careat subscriptione, & signo Notarij, si tamen illius nota sit in Protocollo descripta, recipit robur ex Protocollo.*
12 *Scriptura reperta in filcia Notarij cum attestatione eiusdem de rogitu alicuius instrumenti, an, & quando probet. & n. 13. 14. 15. & 16.*
17 *Instrumentũ si non contineatur in Protocollo, attamen habeat alia requisita, non tollitur eius fides. Intellige vt n. 19. 20. & 21.*
21 *Notarij negligentia non debet nocere Partibus*
23 *Protocollo deperdito, statur instrumento dato Parti, & deperdito Originali, statur copiæ repertæ in actis.*
24 *Scriptura originali testamenti deperdita, sufficit sola testamenti publicati fides.*
25 *Protocolli amissio quibus diligentijs probetur; remissiuè.*
26 *Instrumento licet non sit adhibenda fides, quãdo non reperitur matrix in Protocollo Notarij, debet tamen constare, quòd illa fuerit perquisita in Protocollo, & non reperta.*
27 *Instrumenta reperta in Protocollo non est necesse, quod ad illorum perfectionem contineant omnia, quæ in instrumentis publicis requiruntur.*
28 *In Protocollo si habeant clausulam, Actum, &c. dicuntur Authentica.*
30 *Dum tamen sint scripta manu ipsius Notarij.*
31 *Quando autem essent scripta manu aliena, an probent. & n. 32. & 33.*
34 *Protocollum habere debet omnem substantiam instrumenti publici.*
35 *Et continet instrumenta omni ex parte perfecta, sine tamen extensione clausularum.*
36 *Constitutio Pauli V. super reformat. Tribunal. tit. de notar. vers. instrumenta quæcunque, non derogat statutis diligentiorem formam requirentibus.*
37 *Proconsulum Collegium extinctum fuit per Syxtum V. & eorum loco, quibus, & quando præsentari debeant Protocolla à Notarijs Curiæ Capitolinæ.*
38 *Notarij delictum ex statuto huius cap. inter publica delicta referri videtur.*
39 *Publica delicta sunt, quorum accusatio, vel persecutio commissa est cuilibet de Populo.*
40 *Damnatus de crimine publico est infamis.*

ANNOTATIONES.

1 A SVum conficiãt protocollum.) hoc loco protocolli nomine accipitur Codex, seù liber, in quem exemplaria, seù originalia Instrumentorum ex ordine singulis annis cõpinguntur, & colliguntur, quod satis apparet, tum ex titulo, tum ex textu huius statuti; sic pariter protocollum intelligitur in constitutione Pauli Papæ V. super reformat. *Tribun. Vrb. cap.*

cap. de notar. verſ. inſtrumenta quacunque. Rot. decis. 349. n. 3. p. 1. in recent. Gratian. diſcept. 889.
2 *nu. 23.* atquè librum eiuſmodi, protocollum, nuncuparum ex generali conſuetudine, hodiè Notarij omnes habere, & ſeruare debent *Honthem. de art notariat lib. 3. cap. 5 nu. 23. Petr. de Vnzol. de art notariat. lib. 1. c. 2.* vbi præcipuè deſcribit,
3 qua forma haberi debeat protocollum, vt quam maximè ſit fide dignum, quod, & plenius docuit *Honthem. d. lib 3. cap. 2.* alias verò propriè protocollum ſignificat illud primũ exẽplar, liuè originalem ſcripturam, quæ legitur, & publicatur tempore, quo fit actus antequã per Notariũ extendatur in libro ſuarum rogationum, vti declarat *Bero. conſ. 1. num. 5. vol. 2.* cum aliis per eum ibidem alleg. *Maſcard. de prob. concl. 1249. num. 1.* ita pariter ſentit *Anchar. conſ. 431. nu. 1.* vbi inquit, quod protocollum eſt ſcriptura primaria, de qua ſumi debent inſtrumenta originalia partibus aſsignanda, & *Dec. qui Anchar.* refert *conſ. 447. num. 2.* idem aſſerit *Couar. practic. quæſt. c. 19. n. 2. verſ. de his autem protocollis.*
4 dicitur verò protocollũ duplici *l*, prima rei ge ſig concinnatio à protos, ideſt primũ, & colla græca dictione, quæ dicitur latinè, gluten; aliis placuit protocollum ſimplici *l.* dici quaſi primam membranam, aut primam orationis, ſeù ſcripturæ membrum, quia κόλον, membrum ſignificat, atque ità *Hermolaus in Plin. lib. 13. cap. 12.* interpretari videtur, protocollum quaſi primam membranam, aut primam chartam, vt & matrocollum longam chartam ex *Plin. in d. cap. 12.* & *Cic. lib. 13. Epiſtol. ad Atticum*, ità notauit *Cou. d. cap. 19. præct. quæſt. ſub num. 2. verſ. fit item.*
5 Porrò protocolli ſubſtantialia hæc ſunt, primo, Annus Domini, ſecundo Indictio, tertio dies, & menſis, quarto nomen, & cognomen notarij, quinto ſubſcriptio eiuſdem Notarii, ſexto ſignum eiuſdem Notarii, ſeptimo locus, vbi celebratur rogitus, octauo nomen Regis, vel Imperatoris, vel Papæ, qui tunc regnat, nono deſcriptio Teſtium, ità *trad. Aſſiſt. ad conſtit. Regni lib. 1. rubr. 83. nu. 93.* & ibi addit. *vlt. Bart. in repet. l. ſi quis ex argentarijs 6. §. ſi initium. num. 6. ff. de eden.* quę colliguntur etiam *ex Bal. in l. contractus 16. præcipuè nu. 13. C. de fid. inſt.* Imò habentur *in gloſſ. in l. generali C. de tabul. lib. 10* Et eadem collegit, ac plenius explicauit *Maſcard. de probat. quæſt. 6. num. 20. cum ſeqq.* & *Honthem. de art. notariat. d. lib. 3. cap. 2. per*
6 *tot.* Quod ſi protocollum non habeat omnia requiſita, minimè probat *Maſcard. d. concl. 1249.*
7 *num. 16.* requiſita verò protocolli veri eadem ſunt, quæ in ipſis inſtrumentis requiri conſueuerunt ad effectum, vt probent *Maſcard. d. q. 6. num 97. Alex. conſ. 153. num. 12. vol. 2.* quibus omiſsis non valet Inſtrumentum *gloſſ. in Authe. vt prapon. nomen. Imper. §. ſi qua verò verbo auctore Ioan. Andr. in addit. ad ſpecul. tit. de Inſtr. edit §. videndum verbo in prine.* vbi hoc notat, *Accurſ. Anan. conſ. 33. num. 2. Pariſ. ad Bart. in l. ſi quis ex argentarijs 6. §. ſi initium litera b. verb. quod nouem requiruntur ff. de eden. Guido Pap. dec. 19 nu. 2. Maſcard. d. quæſt. 6 n. 94.* & *conc. 4. num. 17.* & *d. concl. 1249. num. 27.* ſed
8 animaduertendum eſt, non quoduis requiſitum ex prædictis collectis per *gloſſ.* & *Doct.* vitiare inſtrumentum, ſed illud tantum vitiare, quod ex conſuetudine locorum apponi debuiſſet, nec ta-
9 men appoſitum fuerit, illa enim ſunt de ſubſtantia inſtrumenti, quæ in contractibus conſueta ſunt, apponi in illa Prouincia, vel loco, vti docet *Bart. in repet. d. l. ſi quis ex argentarijs §. ſi initium num. 6. in fin. ff. de eden. iuxta d. gloſſ. in authen. vt prapon. nom. Imper. §. ſi qua verò verbo auctore*, & *in d. l. generali C. de tabul. lib. 10.*
10 Neque prætermittimus, quod vbi varietas aliqua reperiatur inter protocollum, & Inſtrumentum publicum, ſtari debet protocollo *Bart. in l. Sempronius Proculo 48. num. 3. ff. de leg. 2. per text. in d. l. ſi quis ex argentarijs, §. penult.* & *in auth. de tabellion. §. penul. Anchar. conſ. 431. num. 1. Afflict. ad conſtit. Regn. lib. 1. de ſer.* & *ſalar. rubr. 73. nu. 94. in fin. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 330. num. 49.* & hanc eſſe communem *Doct.* ſententiam, à qua in iudicando minimè recedendum refert *Maſcard.* compluribus aliis citatis, *concl. 1249. num. 3. de probat.*
11 Ex protocollo namquè dicitur Inſtrumentum recipere robur, licet careret ſubſcriptione, & ſigno Notarii, ſi illius nota ſit in protocollo deſcripta *Seraph. deciſ. 909. num. 12.* etiam ſi ſcripturæ plures in eodem Protocollo imperfectæ reperirentur, quia non derogant fidem cæteris perfectis *Seraph.* ibidem *num. 8. lib. 1. fol. 647.* Dum tamen reperiantur in protocollo: quia licet re-
12 periretur ſcriptura eiuſdem Notarii in filcia, non ſufficit, quamuis Notarius ſub ea ſcriptura atteſtaretur de rogitu *Gratian. diſcept. 93. num. 13.*
13 niſi reperiretur aliqua alia ſcriptura eiuſdem Notarii Authentica, in qua faceret mentionem de illa ſcriptura, *Surd. conſ. 163. ſub num. 42. Gratis.*
14 vbi ſupra, *num. 14.* vel niſi probaretur tenor illius per Teſtes *Gratian.* ibidem *num. 15.* vel niſi
15 eſſemus in loco, vbi ex conſuetudine filcia ſcripturarum habetur loco protocolli, licet ſint folia volantia, dum tamen habeat rubricellam *Seraph. deciſ. 888. num. 2. deciſ. 902. num. 4.* & *d. dec 909.*
16 *num. 10.* & *13.* debent tamen huiuſmodi folia, quæ non reperiuntur inter rogitus, eſſe ſubſcripta;
17 Verum licet protocollum non contineret Inſtrumentum, de quo eſſet quæſtio, ſi tamen Inſtrumentum haberet alia requiſita, non tollitur eius fides *Alex. conſil. 175. num. 4. lib. 7. Mantic. deciſ. 32. nu. 10. Caualer. deciſ. 122. num. 11.* ma-
18 ximè ſi Notarius ſit bonæ fidei, & reperiatur ſcriptum illius manus *Surd. conſil. 175. num. 109.* etiamſi contractus eſſet in ſcriptis celebratus, dũmodo ſit de manu eiuſdem Notarii *Surd.* ibidem.
19 hæc tamen intelligenda videntur, non quãdo apparet de Protocollo, & in eo non adeſt inter alia Inſtrumentum, de quo agitur, ſed quando protocollum ipſum non reperiretur *Alex. d. conſil. 175. num. 4 lib. 7. Surd. d. conſil. 173. num. 109.* Dum-
20 modo non ſit ſolitus Notarius non conficere Protocollum, ſed filciam *Surd.* vbi ſupra, & faciũt quæ ſupradicta ſunt, licet in contrarium, quamuis in Protocollo ipſo non reperiatur Inſtrumentum, ſi tamen habeat requiſita, probat quia; Notarii negligentia non debet nocere partibus.
21 *Gratian. d. diſcept. 93 num. 15.* Hæc autem non
22 procederent in locis, vbi ſpecialiter eſſet cautum quod non valeant Inſtrumenta, niſi reperiãtur matrix, & originalis ſcriptura, vt in Ciuitate Conſtan-

ſtantinopolitana, *Bald.*& alii relati per *Alex. dicto conſ.* 175. *ſub n.*4. *lib.*7. *& Surd.d. conſ.*173.
23 *dicto num.* 109. Deperdito autem Protocollo ſtatur Inſtrumento dato parti, & probat ſi habeat alia requiſita in eo iuxta ſuperius deducta ad hoc ipſum verbum, *verſ. verum licet protocollum* & deperdito originali ſtatur copiæ in actis repertæ *Mobed. deciſ.*1 *de fid. Inſtrumen. Rot. in Romana mutui.* 10. *Ianuarij.* 1600. *coram* Lancellotto, *& deciſ.* 569. *numero* 1. *parte* 1.
24 *recen.* Et deperdita originali ſcriptura teſtamenti, ſufficit ſola teſtamenti publicati fides *l. publicati C. de teſtam. l.* 1. *§. ſi quis ex ſignatoribus*,
25 *ff quemad.teſta. aper.* Protocolli autem Amiſsio ex quibus diligentijs probetur, & quæ diligentiæ ſufficiant, quando res non inuenitur apud Auctorem ſcripturæ, vide *Gratian. diſcept.*468. *nu.*27.
26 & 29. Adde etiam, quod licèt aliàs fides non ſit adhibenda Inſtrumento, quando non reperitur matrix in Protocollo Notarij, debet ſaltem conſtare, quod ipſa matrix fuerit perquiſita in Protocollo, & non reperta *Rot.in Bonon. fideicom. de Gozzad.* 21. *Maij* 1614. *coram Pamph.* Neque eſt neceſſe, quod Inſtrumenta reperta in Proto-
27 collo de neceſſitate ad illorum perfectionem cõtineant omnia, quæ in Inſtrumentis publicis requiruntur *Seraph.d.deciſ.* 909. *num.* 4. Et ſufficit, licet non habeant ſubſcriptionem, & ſignũ Notarij, quod habeant alia requiſita, quia in protocollo non requiritur ſubſcriptio, & ſignum
28 Idem *Seraphin.*ibidem *num.*3. *&* 6. *&* *deciſ.*902. *n.* 5. ſiquè habeant clauſulam Actum &c. ſufficit
29 quia dicuntur Authentica *Seraph. deciſ.*888. *n.*9. dum tamen ſint ſcripta manu ipſius Notarij, non
30 autem manu aliena, quia hoc caſu non probarẽt, niſi ſaltem in margine eſſet adnotatum de manu
31 ipſius Notarij, quod fit de voluntate ſua *Seraph. d. deciſ.* 888. *num.* 3. vel niſi eidem eſſent data
32 ad cuſtodiendum *Seraph.* ibidem *num.*4. quia poteſt tali caſu Notarius illa dare ſub forma Inſtru-
33 menti per ſe rogati tamquam inter Protocolla reperti, narrando eius qualitatem ibidem *num.*9.

34 Saltem ſubſtantialiter) ſi quidem protocollum habere debet omnem ſubſtantiam Inſtrumenti publici *Alex. conſ.*153. *nu.*12. *vol.*2. *Dec cõſ.* 447. *num.*5. vbi expreſsè inquit, quod Protocollum habere debet omnia ſubſtantialia, quæ in Inſtrumento requirũtur *Carpan. ad Stat. Mediol c.*330. *num.* 25. qua de re diximus in præcedenti annot. atque ità ſeruatur Romæ, vt Protocollum con-
35 tineat Inſtrumentum omni ex parte perfectum, ſine tamen extenſione clauſularum, quas poſtea etiam ijdem Notarij extendunt iuxta ſuum ſtylũ, dum exempla publica conficiunt, petentibus ijs, ad quos ea pertinent.

Infra menſem a die rogitus &c.)
C *Reform. Tribunal. Pauli V. tit. de Notar. verſ. Inſtrumenta quæcunque*, tribuit terminum trium menſium à die celebrati contractus, non tamen derogando, vt inquit, ſtatutis diligentiorem formam requirentibus, itaque adhuc ſeruari de-
36 bet diſpoſitio ſtatuti in hac parte.

Proconſulibus præſentare teneatur)
37 D Proconſulum Collegium ſuppreſſum, & extinctum eſt per Conſtitutionem Sixti V. vt ſupra diximus ad cap. 26. verbo; arbitrio Iudicis, & Correctorum, itaque eorum loco præſentari debet Protocollum. infra octauam feſtiuitatis Natalis Domini, Decano, & Menſario Collegij Notariorum Curiæ Capitolij iuxtà ſuperius annotata ad cap.25 verbo debeat.

38 Publica ſit accuſatio) hic eſt caſus expreſſus à ſtatuto,
E vbi cuilibet accuſare permittitur, alias verò non liceret; vti apertè ſatis diſponitur infra *c.* 1. *lib.*2. quod & iuri cõmuni conſonat, atque notarii delictum, de quo agitur, ex diſpoſitione *Iuris* noſtri municipalis inter publica delicta referri videtur, cum publica eius accuſatio decer natur:
39 publica delicta ſunt, quorum accuſatio, vel perſecutio commiſſa eſt cuilibet de populo *Inſtit. de public. Iudic. in princ.* ibi; publica autem dicta ſunt, quod cuiuis ex populo executio eorum plerunque datur; & eſt communis Doct. opinio, de qua teſtatur *Ant. Gomes. cap.* 1. *delictorum ſub num.*1. & conteſtatur *Clar. lib.*5. *§.*1. *ſub num* 1. idem comprobat *Farinac. quæſt.* 12. *de accuſat. num.*7. *& de delict. quæſt.*18. *num.*8. vbi dictum iſtud in delictis pro regula ponit; magni verò effectus eſt, quod delictum ſit publicum, quia non
40 ſolum eius accuſatio cuiuis de populo permittitur, vti dictum eſt, ſed etiam quia damnatus de crimine publico eſt infamis *l. infamem ff. de public. Iudic. not. Farin. d. quæſt.*18. *num.*10.

De eorundem Notariorum officio.

Cap. XXXIV.

QVilibet Notarius, quoties fuerit requiſitus, ſi iuſta cauſa impeditus non fuerit, vnicuique roganti ſuum impartiatur officium, & ſcripturam de rogatis *a* conficiat, etiam ſi ſibi merces non fuerit ſoluta, niſi incontinenti fuerit roganti *b* proteſtatus, ſe non ſcripturum, ſi ſibi de mercede ſatisfactum non fuerit; quo caſu à ſcribendo poſſit abſtinere. Cum vero de aliquo actu rogatur, antequam ex loco & à partium præſentia recedat, actus ipſius ſubſtantiam, teſtium nomina, & locum ſpecificè deſcribat; & ſi duo fuerint Notarij de vno inſtrumento, aut teſtamento rogati, ſi inſolidum, *c* (quod in dubio præſumatur) quilibet notulæ alterius incontinenti, & antequam ex loco recedat, ſe ſubſcribat; quod & in protocollis, & inſtrumentorum ipſorum publicatione facere omnino teneantur: & ſi in breuiatura fuerint

par

partium, aut testium subscriptiones, eam diligenter conseruent, eoque casu in protocollis de subscriptione, ita ut est in matrice, faciant mẽtionẽ, & clausulas in matrice cœteratas, secundũ suum stylum, in protocollo, & publico instrumento extendere possint. Petentibus instrumenta publica, infra octo dies (oblata mercede competenti) dare omnino teneantur. Instrumenta etiam de partium consensu cancellata (de quo omnino in margine cum testium adnotatione constare debeat) nullo modo ex protocollis aboleãt; immo ea sic cancellata, prout in Protocollo iacent, petentibus; & interesse habentibus, in publicam formam dare teneantur, de cancellatione prædicta mentionem faciendo. Qui autem in præmissorum aliquo defecerit (si iustam, & à Iudice, & Proconsulibus approbatam causam se habuisse non docuerit) ipso iure pœnam aureorum viginti quinque incurrat, & omni casu parti læsæ ad interesse teneatur.

SVMMARIVM *Annotat.*

1 *Notarius tenetur ex iure communi instrumenta conficere, & confecta exhibere.*
2 *Notarij dicuntur serui publici.*
3 *Notarius an præsumatur rogatus.*
4 *Certus qui est, certiorari vlterius non debet.*
5 *Scire, vel scire debere, sunt paria.*
6 *Scientiam habere præsumitur quilibet de eo, quod publicè scitur.*
7 *Superfluitas verborum toleratur ad dubitationem tollendam.*
8 *Notarius, quando creatur, iurat se paratum fore ad scripturas pro officio suo tradendas, soluta sibi sua mercede.*
9 *Instrumentum publicatum per vnum tantũ Notarium probat.*
10 *Officium publicum auctoritate, ac vtilitate, quando demandatur duobus, semper censetur attributa eis auctoritas insolidum.*
11 *Tabellionis officium est publicum auctoritate, ac vtilitate.*
12 *Circuitus generaliter euitari debent.*
13 *Notarij duo, vbi simul adhibentur, vnus sine alio nihil facere potest, & num. 14. Declara vt num. 25.*
15 *Et in dubio, de iure communi censetur data potestas Notarijs coniunctim.*
16 *Factũ illud præsumitur, quod fieri consueuit.*
17 *Notarij duo simul, si de eodem instrumento rogati fuerint, debent illud subscribere incontinenti, non ex interuallo.*
18 *Mens statuentium attendi debet.*
19 *Notarij forenses in conficiendis instrumentis seruare tenentur solemnitates illius loci, vbi ipsa instrumenta conficiuntur, & num. 20.*
21 *Instrumenta ab vtroque Notario adhibito non subscripta, tum in rogitu, tum in publicatione, sunt nulla, ob non seruatam formam traditam à Statuto.*
22 *Clausula cœterata extendi possunt à Notarijs, etiam de iure communi.*
23 *Notarius censetur rogatus apponere in instrumento omnes clausulas, & formas consuetas.*
24 *Imbreuiatura Notarij suppletur ex clausulis consuetis.*
26 *Notario non creditur scribenti in margine instrumenti, illud fuisse cancellatum, vel non habuisse effectum, absque testibus ad id ipsum adhibitis.*
27 *Et, si dicat se lacerasse instrumentum, seu rogitum, eius confessio alijs non nocet.*
28 *Neque nocet, si confiteatur se falsum instrumentum confecisse.*

ANNOTATIONES.

1 A onficiat) tenetur enim notarius etiã ex iuris communis dispositione Instrumenta conficere, & cõfecta exhibere *Tusc. pract. concl. Iur. verb. notarius concl. 74. num. 1. & 2. Honthem. de art. notar lib 1. cap. 10. num. 3.* Notarij namque dicuntur serui
2 publici *l. 2. ff. rẽ pupill sal. fore. glo. in §. serui autem, verbo seruare Intitt. de iur. pers. Honthem. d. c. 1. n. 1 & 3. Mandos. ad glo. sacul. § fitq; verbo*
3 *notarios*. An verò notarius præsumatur rogatus die, vt per *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 81.*

B Protestatus) sed ad quid talis protestatio notarij, cum satis sciat, vel scire debeat, qui vult scripturas à Notario ratione eius officij, se eidem debere mercedem? nam
4 eum qui certus est certiorari vlterius non oportet: regula *cum qui* de *regul. iur in 6.* & paria
5 sunt scire, vel scire debere *l. quod tecũ & ibi not.*
6 *ff. fi cert. pet.* scientiam verò quilibet habere præsumitur de eo, quod publicè scitur *glo. in l. si tutor. C. de peric. tut. verb. offenderis, vbi etiam Bar. in l. verius in fin. ff. de prob. Gramm. decis 35. num. 15. & seq.* cum aliis cumulatis per *Gabriel. concl. 5. num. 21. de reg Iur.* Ego verò censerem, statuentes ità cauisse, quia cum merces debeatur notario, si eam velit, videbatur vtique expedire, vt is voluntatem suam declararet, ne fortè putaret alter scripturam petens, quod Notarius nollet mercedem, si non peteret, & Notarius interea differret scripturas conficere, ac tradere petenti, donec sibi de mercede satisfieret, hoc autem modo prospici videtur vtrique parti, neque nouum
7 est, quod ad dubitationem tollendam toleretur superfluitas verborum *l. qua dubitationis tollenda causa ff. de reg. iur.* vbi præcipuè *Cagn. n. 1.*

8 & 4. Vndè passim seruatur, quod vbi Notarius requiritur vt scripturas pro officio suo tradat, respõdeat, se ad id paratum soluta sibi sua mercede, quod, & iurat, quando creatur Notarius, vt in forma Iuramenti notarij Apostolici, quam ponit *Honthem. dicto tract. lib. 1. cap. 29. nu. 6. in fin. ibi* saluo meo iusto, & consueto salario.

9 C Quod in dubio præsumatur) sic, & iure cõmuni præsumitur, itaut Instrumentum publicatum per vnum Notarium tantum probet *Rota apud Put. decis. 5. lib. 1.* iuxta emendatam impressionem, ea præcipuè ratione, quod vbi duobus demandatur officium publicum auctoritate, ac vtilitate, vel etiam sola auctoritate, semper eis attributa censetur auctoritas in solidum, iuxta theoricam *Bart. in l. prima §. si plures sub num. 1. vers. vt igitur liqueat ff. de exercit.*

11 *actio* at officium tabellionis esse publicum auctoritate, ac vtilitate in eadem *decis. Putei & nu. 1. admittitur*, & saltem auctoritate publicum esse planè compertum est, vt colligitur *ex c. cum P. Tabellio de fid. Instr. cum ibi not. & ex l. orphanotrophos 31. & glo. ibi verb. tabularijs in fin. C. de Episc. & Cleric. not. Innoc. in c. 1. nu. 8. eod. titul. glos. in §. si verò absit verbo tabularijs authen. de hared. & falcid. Tiraquel. de Iur. Constit. par. 3. limit. 30. num. 27.* quæ quidem omnia benè explicat, & probat *Marescot. var. resol. lib. 1. c. 46.* & certè ita expedit ad faciliorem, & breuiorem expeditionem negociorum, ac ad euitandos cir-

12 cuitus, qui aliàs generaliter euitari debent *l. Dominus testamento in fin. ff. de cond. indeb. l. 1. in prin. C. com de leg. Clem. Auditor de rescript.* aliàs

13 enim vbi duo adhibentur notarij simul, vnus sine alio nihil facere potest *arg. text. in cap. si duo de proc. in 6.* nec valet Instrumentum, nisi per ambos notarios fuerit debitè visum, & signatum *Guido Pap. dec. 121. sub nu. 2.* nec sufficit, quod vnus scribat, nisi alter subscribat, aut ambo per se scribant extensè, vt inquit *Alex. cons. 124. sub num. 4. Tusc. pract. concl. Iur. verb. notary concl. 73. num. 1 & 2. Gabriel cons. 39. per totum lib. 1.*

15 vbi etiam quod in dubio aliàs de iure communi censetur data potestas Notarijs coniunctim, non autem insolidum *num. 5.* & intactum non sufficit dispositio vnius sine altero, & ob eorum contrarietatem, si quæ adesset, actus non valeret. *Gratian. discept. 474. num. 30. & 32.* & propterea statutum nostrum hoc cap. alias diligentias præscribit adhibendas circa Instrumenta, vbi de eis notarij duo separatim, non insolidum rogati fuerint. Accedat, quod præsumptio ista inducta per statutum nititur etiam consuetudine, vel saltem communiter accidentibus, cum soleant notarij duo, saltem, vt plurimum rogari insolidum,

16 non separatim; Vnde illud factum præsumitur, quod fieri consueuit latè *Euer. in cent. suo* loco ab vsitato, seù à solitis *sub nu. 8. & per tot.* & in loco à communiter accidentibus *num. 1. & 2. per tot.*

D Incontinenti, &c. se subscribat.) quod & ex Iure communi aliàs procedit, vbi enim ex dispo-

17 sitione statuti alicuius cauetur, quod si duo notarij simul, vel simpliciter de eodem Instrumento rogati fuerint, quilibet debeat se subscribere, notulæ alterius: subscriptio vtriusque notarij fieri debet incontinenti, non ex interuallo, vt not. *Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 106. num. 13. & seq.* nam ex interuallo præcipuè oriri potest oblitio, & falsitas iuxta *tex. in l. peregrè 44. in princ. ff. de acq poss. Aym cons. 18. num. 4. & cons. 65. sub nu. 10.* Vndè aliàs non satisfieret menti statuentium, quæ ea planè censenda est in hoc casu, vbi alia non apparet, nempè, vt falsitatis, & erroris suspicio euitetur, cum tamen certum sit at-

18 tendendam esse mentem statuentiũ *Alex. cons. 54. num. 7. vol. 4. Ossech. decis. 58. n. 7. Paris. cõs. 16. num. 51. vol. 3.* Sed hic cadit quæstio, an statutum nostrum certas præscribens solemnitates, vbi duo notarii adhibentur, & præcipuè requirẽs subscriptionem vtriusque notarii de eodem Instrumento rogati, comprehendat etiam notarios forenses; Et dicendum est, quod comprehendat,

19 nam communis est, & vera conclusio, quod notarii forenses in conficiendis instrumentis, tenentur seruare solemnitates statutorum loci, vbi instrumenta ipsa conficiunt ex *text. in §. fiqua verò Auth. vt præpon. nom. Imper. facit tex. in l. si fundus 6. ff. de euiction Bart. in l. cunctos populos, num. 13. & seq. C. de sum. Trin. & fid. Cath.* vbi & alii Doct. communiter *Rolan. cons. 91. nu. 17. lib. 3. Ias. cons. 48. col. 1. vol. 1.* vbi dicit hanc esse communem, & indubitatam conclusionem, *Gozzadin. cons. 149. num. 15. & seq.* & in terminis statutorum Vrbis, quod in solemnitatibus contractuum ligent forenses contrahentes in Vrbe, sunt decisiones apud *Caputaque 195. & 206. lib. 3* atque prædicta, & alia articulum istum declarantia plenius complexus est *Marescot. var. resolut. lib. 2. cap. 106. Lamberteng.* qui plures alios refert *tract. de contract. gloss. 2. nu. 27.* & confirmat

20 conclusionem, quod statuta contractus solemnitatem respicientia, non autem personam inhabilitantia à forensibus quoque in locis statutorum contrahentibus sunt obseruanda,

21 Prædictis amplius additur, quod statutum hoc censetur annullare instrumenta ab vtroque notario adhibito, non subscripta, tum in rogitu, tum in publicatione eorumdem Instrumentorum iuxta ipsius statuti dispositionem, vt potè forma tradita non seruata, sicuti bene probat *Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 29* argumentis in vtramque partem abundè deductis.

22 E Extendere possint,) licet enim Notariis, etiam de iure communi extendere clausulas cœteratas *Alex. cons. 89 num. 12. lib. 3.* & alii per eum relati *Tusc. pract. concl. Iur. verb. notarius concl. 75. num. 1.* nam

23 censetur rogatus notarius, vt in Instrumento apponat omnes clausulas, & formas consuetas per *text.* quem meliorem de iure dicit *Alex. loc. citat. & in fin.* vbi etiam *Bald.* C. *de fideiussor. Gabriel. concl. 3. de consuet num. 1.* Vnde amplius imbre-

24 uiatura notarii suppletur ex clausulis cõsuetis idẽ *Gabr.* cum pluribus aliis citatis eadem *concl. n. 4. Euerar. in cent. suo* loco ab vsitato, seù à solitis *sub num. 4. Honthem. de art. notar. lib. 3. cap. 8. num. 1.*

Postremo ex declaratione *Sacræ Rotæ coram*

25 *Orano in vna Romana Fideicommissi de Vrsinis 14. Martij 1584.* dicitur, quod hoc statutum locum habet, quando duo notarii sunt simpliciter

zer rogati, nec est locale, nec contra ius commune.

F 26. Cum testium adnotatione &c.) Non enim creditur Notario, qui in margine instrumenti 27 scripserit illud fuisse cancellatum, vel nõ habuisse effectum absque testibus ad id ipsum adhibitis, *Marsil. singul.466. num.* 1. & pariter eius confessio, quod laceraſſet instrumentum, seù rogitũ aliis non nocet *Put.decis.* 363. iuxta emendatam 28 impresionem; prout neque confessio fit falsũ instrumentum confeciſſe *Seraph.decis.*1300. *n.* 4.

De Protocollis, et Scripturis Notariorum defunctorum.

Cap. XXXV.

PRotocolla, imbreuiaturę, & originales omnes scripturæ defunctorũ Notariorum, in matricula Capitolina descriptorum, peractis exequijs, statim post triduum, si is decedens filium, aut ex filio nepotem Notarium matriculatum, & actu Romæ officium Notariatus exercentem, vel habilem, & exercere volentem, hæredem non habuerit, per Proconsulem, & Primum Correctorem, ac Archiuistam alterum, in vna capsa, aut alio loco tuto (retenta per vnum ex eis claue) diligenter includantur: deindè infra mensem per Archiuij scriptorem Repertorium omnium protocollorum cum numero chartarum; & si fuerint imbreuiaturæ, aut scripturæ in solijs non ligatæ, singulariter singulæ cum adnotatione diei, & Anni, & nominum contrahentium similiter describantur; & relicto penes hæredem Repertorio, Archiuistæ consignentur conseruandæ, vt in Archiuij Statutis continetur. Emolumentorum autem, quæ ex publicatione dictarum scripturarum percipientur, duæ partes sint hęredum, tertia autem diuidatur inter Iudicem auctoritatem, & decretum interponentem, & subscribentem, cui assignamus bolenenos quindecim; & Notarium Correctorum, cui applicamus bolenenos septem cum dimidio; & Archiuistam, seu scribentem transumptum, cui applicamus bolenenos quindecim; & residuum sit Collegij, quod penes Correctores more solito conseruetur pro Collegij emolumentis, & expensis, iuxta dicti Collegij statuta'. Vbi vero dicto defuncto filius, aut nepos ex filio Notarius vt supra successerit, fiat Inuentarium vt supra, quod in Archiuio conseruetur: Scripturæ tamen penes ipsum Notarium hæredem relinquantur, qui illa conseruare teneatur; aliàs partibus ad omne interesse teneatur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Statutum hoc mutatum est per Constitutionem Sixti Quinti, & per aliam Pauli V.*

ANNOTATIONES.

1 IMmutata est dispositio huius capituli per constitutionem *Sixti* V. de erectione Collegii notariorum Curiæ Capitolini vers. succedente verò obitu alicuius ex sic creatis notariis; & per alteram Pauli V. de reductione ad perpetuitatem officiorum dd. Notariorum *versic. & insuper.*

De exemplatione Instrumẽtorum Notariorum defunctorum, vel absentium.

Cap. XXXVI.

REperta notula, imbreuiatura, siue protocollo, is qui transumptationem desiderat, partem de cuius interesse principaliter tractatur, si ea in Vrbe sit, more solito; sin autem citandus præsens non sit, vel non sit certus contradictor, per edictum coram altero ex Collateralibus Curiæ Capitolij, & Correctoribus citari faciet, ibidemque notula, aut protocollo per eum, ad quem pertinet. exhibita, facta per testes idoneos recognitione manus, & litteræ, aut subscriptionis eius, qui de tali instrumento rogatus dicetur; aut per comparationem litterarum, per præfatos Iudicem, & Correctores transumptari mandetur, cui transumpto, & Iudex, & Correctores eorum propria manu se subscribant, huicq; transumpto taliter transumptato, eadem fides adhibeatur, quæ originali scriptu-

ræ ritè, & rectè recognitæ adhiberetur. Et si in notula originali cassaturæ, cancellaturæ, aut interlineaturæ fuerint ea omnia, prout ia cēt in originali, in ipso transumpto per Notarium transumptantem notentur, facta de eis in sua subscriptione mentione speciali; actusque recognitionis, & transumptationis per Notarium Correctorū in suo Manuali actorum describantur, & forma prædicta in transumptatione non seruata, ipsi transumpto nulla fides adhibeatur, sublatis quibuscumq; priuilegijs transumptandi, & exemplandi, hactenus quibuslibet personis concessis. Merces autem erit eadem, quę pro instrumentis Notarijs viuentibus, & publicantibus instrumēta debetur: quæ merces distribuetur, prout in supra proximo Capite est dispositum.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Exemplationis forma tradita à Statuto, conuenit dispositioni cap. cum P. Tabellio, de fide instrum. & seruari debet etiam post erectionem Collegij Notariorum. num. 4.*
2 *Exemplatio vt sit valida. octo requiruntur.*
3 *Et ea omnia implicitè, ac virtualiter habentur in hoc statuto.*
5 *Correctorum, & Proconsulum officia, & antiquorum Collegium Curiæ Capitolinæ, suppressa sunt per Constitutionem Sixti V.*
6 *Exemplationis Instrumentorum in Archiuio Capitolino praxis.*
7 *Quæ non seruatur in Officijs Notariorum Collegij.*
8 *Notarij hæres vel successor, habēs penes se Protocolla defuncti, si & ipse sit Notarius, non tenetur in exemplatione ad formam d. cap. cum P. Tabellio. & num. 9.*
10 *Benignior opinio in dubio semper est sequenda.*
11 *Notarij successor, regulariter potest extrahere scripturas sui antecessoris, etiam absque solemnitate: & lite etiam pendente. n. 12.*
13 *Et potest eas publicare absque alia extractione compulsorialium.*
14 *Declara, quòd nisi sit successor, non potest alius Notarius hoc facere.*
15 *Notarius an possit pro alio Notario se rogare.*

ANNOTATIONES.

1 A Perta notula &c.) Forma exēplationis, quę hic traditur, conuenit dispositioni *cap. cum P. Tabellio, de fid. instrum.* & aliis ibidem plenius explicatis per Doct. licet verò octo distinctè numerentur ad validam exemplationem requisita, vt per *Couar. pract. quæst. cap. 21. nu. 3.* & nouiss. mè *per Honthem. de art. notar. lib. 3. cap. 11. per tot.* Attamen ea omnia implicitè, ac virtualiter habentur in hoc statuto, si eius verba, & sensus bene perpendantur, atque eadem forma adhuc seruari debet, etiam post erectionem Collegij notariorum Vrbis, de qua in constitutione *Sixti* Quinti, quoad exemplationem instrumentorum, in Archiuio Capitolino, vel alibi, non tamen in officiis notariorum dicti Collegij existentium, & excepto, vt in ipsa constitutione legitur, quod loco Correctorū deputentur duo dicti Collegii notarii, vnus de primi, & alter de secundi Collateralium Bancis; qui loco Correctorum dicta transūpta subscribant, quorum quidē Correctorum, & Proconsulum officia, & antiquum dictæ Curiæ Collegium, vt ibi habetur, penitus, & omnino per easdem literas Pontificis supprimitur, & extinguitur; praxis verò exēplationis Instrumentorum in Archiuio Capitolino, vel alibi præterquam in officiis notariorum dicti collegii existētium, hodie hęc est; pars, quæ petit exemplum citat alterā partem de cuius interesse agitur coram altero ex Collateralibus ad videndum fieri transumptum Instrumenti rogati per N. Notarium sub die tali ex scripturis eiusdem N. Notarii in Archiuio existentibus; citatio autem executa reproducitur penes Secretarium eiusdem Collegij, deindè Custos Archiuij conficit exemplum, seù transumptum, vt vocant, Instrumenti, cui subscribit Collateralis, coram quo citata fuerat pars vt supra, & subscribit etia m Secretarius ipse Collegij Notariorum, postea verò subscribunt etiam alij Notarij duo Capitolini ad exemplationem similiter deputati attestātes se auscultasse transumptum quodq. illud cum originali concordet, demum etiam subscribit alius Notarius Capitolinus Archiuista.

Quo verò ad exemplationem Instrumentorum existentium penes Notarium hæredem, vel successorem per dictam constitutionem, quæ quidem in hoc maximè seruatur, aliud non requiritur nisi, quod idem hæres, vel successor parti petenti tradat in publicam formam exemplum Instrumēti, verba constitutionis in hac parte hæc sunt; nec non quæcumque Instrumenta &c. tam à suis prædecessoribus, quam ab alijs notarijs confecta, & rogata in eorum, & cuiuslibet ipsorum officio existentia scribere, & authenticare, ac in publicam formam redigere absque alicuius iudicis, vel Archiuistæ, seù alterius ab eodem Collegio deputati manibus, aliisque solemnitatibus vigore statutorum, seù nouarum reformationum, aut alias quomodolibet requisitis.

Id ipsum confirmat constitutio altera Pauli V. reducens ad perpetuitatem officia Notariorum Curiæ Capitolij in fauorem hæredum, & Successorum,

Neque hoc à iure communi omninò alienum 8 videtur, siquidem, vbi hæres, vel Successor Notarii, sit & ipse Notarius, habeatque penes se protocolla defuncti, non tenetur in exemplatione ad formam *cap. cum P. Tabellio de fid. Instrum. Abb.* ibidem, *num. 2.* & addit. *Bart. in l. si quis ex argentarijs §. 1. nu. 3. ff. de eden.* licet contrarium teneant communiter DD. citati per *Couar. pract. quæst. cap 21. sub num. 3.* quorum opinione *Iure* satis defenditur, ac probatur, & ideò sequenda

quenda esset, nisi aliter per Constitutiones prædictas constitutum foret.

9 Nequè nouum est, quod Notarijs hæredibus defunctorum Notariorum ex peculiari statuto detur facultas exemplandi Instrumenta hæreditaria, & exemplis tribuatur fides, absque solemnitatibus *dicti cap. cum P. Tabellio*, vt de simili statuto existente Perusij *tradit Bald. in Auth. si quis in aliquo nu.* 11. C. *de eden. Alex. cons* 106. *n.* 18. *lib.* 5. *nat. Tusc. pract. concluf. Iur. verb. exemplum scriptura concl.* 374. *num.* 4. sed quod immò acta extracta per successorem in officio de iure communi probent, quamuis in jis extrahëdis non fuerint seruatæ omnes solëmitates aliàs præscriptæ dixit *Rot. decis.* 465. *num.* 3. *par.* 1. *diuer. in recent.* ideò hæc opinio videtur sequenda, cum sit
10 etiam benignior ad regulam *semper in dubijs ff. de reg. iur.*

11 Quippe successor Notarij regulariter potest extrahere scripturas sui Antecessoris etiam absq; solemnitate *Rota apud Canaler. decis.* 634. *nu.* 1. *apud Greg. XV. decis.* 3. *num.* 1. *& in recent. decis.* 381. *num.* 4. *par.* 2. etiam lite pendente *Rot. itidē apud Canaler. decis.* 640. *nu.* 2. *& in recent. decis.*
12 132. *nu.* 3. *par.* 2. Et potest scripturas antecessoris publicare absque alia extractione compulso-
13 rialium, & sufficit sola recognitio *Seraph. dec.* 1334. *num.* 4. & in terminis prouisionum ab Antecessoribus rogatarum. *Rot. decis.* 544. & 702. *par.* 4. *diuer.* Nisi tamen sit successor, non potest
14 alius Notarius hoc facere, neque acta extrahere *Caputaq. decis.* 244. *num* 2. *par.* 2. *Mantic. decis.* 206. *num.* 9. Neque regulariter potest alius Notarius pro alio se rogare, licet hodie Notarius
15 quilibet de stylo Curiæ in absentia Notarij cau se ad referendū eidem Notario causæ de actis iudicialibus admittatur *Rot. dec.* 595. *nu.* 2. *par.* 1. *recent.*

De Collegio Notariorum, eorundemque officialium Creatione, & Auctoritate.

Cap. XXXVII.



N die celebrationis festiuitatis Beati Lucæ Euangelistæ, conuocato Senatore, Cōseruatoribus, Iudicibus Palatij Capitolij, Doctoribus Vrbis, omnibusque Procuratoribus, & Notarijs Vrbis matriculatis, in loco Capituli, qui est in claustro Monasterij Beatæ Mariæ de Aracæli, Missa ad laudem omnipotentis Dei, & Beati Lucæ Euangelistæ celebretur, cum distributione cereorum singulis prædictis assistentubus, more solito, expensis Collegij, & vniuersitatis officij Tabellionatus; qua celebrata per Imbussulatores de quadriennio in quadriennium creari solitos Proconsules, Correctores, eorumque Notarij, necnou & Syndici eligantur, qui Proconsules locum, & Tribunal in Curia Capitolij habere possint, cum potestate mulctandi inobedientes vsque ad ducatos auri vigintiquinque: possitque etiam Collegium præfatum sua condere Statuta post Conseruatorum approbationem, & Senatoris confirmationem valitura.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Festo die S. Lucæ Collegium Notariorum cum Senatore, & Curia Capitolina conueniunt in Ecclesia S. Mariæ de Aracæli, & alia peraguntur, prout in Cap.*

ANNOTATIONES.

1 Audabilis mos adhuc meo tempore retinebatur, dū ipse Senatoris munere fūgerer, vt in die festo Sancti Lucæ, curante Collegio Notariorum Curiæ Capitolij, ijsque præsentibus, & conuocatis Senatore, Conseruatoribus, & alijs personis hoc cap. nominatis in Ecclesia Beatæ Mariæ de Aracæli celebraretur Missa ad altare maius, haberetur sermo in honorem eiusdē Sācti, & distribuerentur candelæ cereæ, quibus peractis Notarii omnes Collegii comitabantur Senatorem, & Iudices Capitolii in Aedes Palatii Senatoris, ibiq. sistebant omnes, & fiebant verba, prout occasio postulabat, de spectātibus ad officium ipsorum Notariorum, & Collegii; Reliqua vero de electione Proconsulum, Correctorum, & aliorum, abrogata sunt per Constitutionem Sixti Quinti de erectione noui Collegii Notariorum Curiæ Capitolij.

De officio Proconsulum, & Correctorum.

Cap. XXXVIII.

Mnis controuersia, quæ oriri continget tam inter se ipsos Notarios, quàm cum alijs de rebus ad officium, & exercitium Notarij pertinentibus, quæ per præsentia Statuta determinata non fuerint, terminentur per Proconsules, & Correctores, cum Senatoris,

aut alterius ex Collateralibus interuentu, à quibus, seu ab eo quod ab eorum maiori parte, seu etiam duobus eorum decisum fuerit, appellari nullatenus possit.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Proconsulum, & Correctorum officium sublatum est per Constitutionem Sixti V.*

ANNOTATIONES.

1 ABrogatum est omnino statutum hoc loco, per suppressionem, & extinctionem officij Proconsulum, & Correctorum, de quibus in Constitutione Sixti Quinti, vti alias superius, & præcipuè ad cap. 36. adnotauimus.

De officio Mandatariorum, eorumque iuramento, et cautione.

Cap. XXXIX.

MAndatarij antequam ad officij exercitium admittantur, animaduertatur, vt benè *a* legere, & scribere littera intelligibili sciãt ac *b* iurent *c* in manibus Conseruatorum, se eorum officium exercituros bene, legaliter, & bona fide, remotis odio, amore, prece, pretio, & timore. Quod iuramentum in libris Cameræ describatur; & nihilominus teneantur *d* fideiussoriam cautionem penes acta Senatoris præstare vsque ad summam Ducatorum auri centum, & aliter officium exercere non possint. Qui quidem Mandatarij datas sibi citationes, intimationes, & monitoria, celeriter, fideliter, & vna die pro alia per se ipsos, exequantur, faciendo dilucidam fidem, an personaliter, vel domi dimissa copia citauerint: & quoties personam citandam non repererint, copiam in manibus domesticorum, & illis non repertis, vno saltem adhibito Teste, in ostio domus affixam relinquant; in qua explicitè, & littera intelligibili ad minus contineatur, coram quo Iudice, in qua causa quis citetur, ad quem actum, pro qua die, & ad cuius instantiam; & de forma executionis per ipsum factæ, fidem explicitè faciat in subscriptione; nihilque omnino à citato pro copia recipiant, teneantur quoque ad citati instantiam semper, & quandocumque is petierit, de citatione & forma illius fidem facere, oblatasque sibi citationes cum mercede, nullatenus recipere recusent. Qui in aliquo ex prædictis defecerit, pœnam aureorum quinque vice qualibet incurrat: sed, si dolus interuenerit, pœna falsi puniri possit, & debeat; & officio priuetur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Mandatarij scire debent legere, & scribere latinè.*

2 *Mandatarij, Cursores, & similes alij, Apparitores latinè nuncupantur. Et an credatur eorum relationi, num. 4. 5. 7. & 9.*

3 *Connexa ea censentur, quæ sunt individua, & inseparabilia.*

6 *Mandatarium, siue Nuncium, sufficit iurasse semel, cum nempè ad officium admissus fuit.*

8 *Nuncio dicenti se fuisse verberatum à citato an credatur.*

ANNOTATIONES.

1 A LEgere, & scribere) latinè, addit *Reform. Pauli V. Trib. Vrb. tit. de Curs. & Mand. vers.* 2. quo quidem titulo plura alia à Mandatariis in exercitio officij sui seruanda præscribuntur, sed illud maximè curandum esset, nempè vt illi pignora subhastanda licitantibus publicè exponerent loco certo, & cognito, quo nimirum iusto pretio distrahantur, cum alioqui fraudes in hac materia facilè committantur in graue damnum pauperum debitorum. Post hæc scripta superuenit edictũ S.D.N. Vrbani Papæ Octaui 20. Iulii 1629. Romæ editum de depositis, & venditione pignorum faciendis certo loco ad id constituto, per quod circa prædicta, ità prouidetur, vt nihil amplius desiderari possit; de modo autem tenendo in citandis iis, qui Romæ habitant, vide *infra cap.* 51. *hoc lib.*

B Iurent) iurare enim debent Nuntij in ingressu sui officij, alias eorum relationi non creditur, prout inferius ad cap. illud annotauimus.

C In manibus Conseruatorum) quia officia Mandatariorum applicata sunt Magistratui Conseruatorum Cameræ Vrbis, itaut pretiũ eorum ad Conseruatores ipsos pro tempore spectet iuxtà vacationes eorundem officiorum, quæ quidem vacabilia sunt per mortem ea obtinentium; laborauit quidem Collegium Mandatariorum, dum

ipso

ipso Senator etiam a Summo Pontifice impetraret ea fieri non vacabilia, exemplo officiorum Tabellionum ipsius Curiæ Capitolij, sed tum reiecta fuit petitio iustis de causis.

D Fideiussoriam cautionē penes acta Senatoris præstare) meritò quidem, cum Senator supremum locum teneat Curiæ Capitolij, atq; idem pro suo munere, quantum fieri potest, prospicere debeat
2 indemnitati litigantium ibidem, an verò credatur relationi publici nuncij, quo nomine veniūt Mandatarij, Cursores, similes alij apparitores latinè nuncupati, vide *Gabr. concl. 4. de cita. Menoch. de arbitr. Iud. cas. 112. Asin. in prax. Iud. §. 9. cap. 2. & seq.* qui omnium plenissimè materiam istam pertractat *Tusc. pract. concl. Iur. verb. Nuncio concl. 155.* tenēt sanè omnes credi debere Nuncio in ijs, quæ ad ipsius officium spe
3 ctant, & etiam in connexis; connexa autem ea censentur, quæ indiuidua, & inseparabilia sunt, vt *per Menoch. d. cas. n. 17. & cas. 95. num. 5.*
4 Vnde creditur Nuncio referenti super bonorum executore, cum refert mobilia non inuenisse, & ob id ad immobilia deuenisse iuxta *l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de re iud.* si enim mandatū est nuncio, vt creditori satisfaciat ex bonis debitoris siue mobilibus, siue immobilibus, fides adhibenda erit Nuncio referenti se mobilia non reperisse, quoniam aliis ad immobilia deuenire non potuisset *Menoch. dicto cas. 112. in fin. Gabr. dicta concl. num. 11. Asin. dicto §. 9. cap. 19. Tusc. item dicta conclus. sua num. 52. & 53.* Verum conclu-
5 sio ista, quod Nuntio credatur in ijs, quæ ad ipsius officium pertinent, declaratur primò, vt procedat, vbi Nuncius sit publicus, & iuratus, ità *not. in glos. in cap. cum parati verbo suus Nuntius de appell.* & alij *per Asin. cit. dicto §. 9. cap. 3. num. 1.* tunc enim maximè præsumitur, quis officium suum fideliter exercere *cap. ad audientiam de præscript.* ibi, cum iuratus sit officium suum fideliter exequi *cap. sancimus 1. quæst. 7.* Sufficit autem eum iurasse semel, nempè quando ad officium admissus fuit, prout fieri solet *Bald. in l. magis puto §. illud ff. de rebus eorum Asin. d. cap. 3. num. 3.* quod de nostris Mandatarijs *hoc cap. statuitur.* & de iuramento præstando à Cursore, siue Nuntio de fideliter exercendo officium suum tradit *Mandos, ad reg. 6. Cancell. q. 4. num. 2.* Secundo creditur Nuntio in ijs quæ illi à Iudice commissa sunt, & ab ipsius officio, & facto dependent, videlicet se ciasse, non autem in ijs, quæ à facto aliorum procedunt *glos. in dicto cap. cum parati, Bart. in Extrauag. ad reprimendum verbo per Nuncium num. 10. Corn. conf. 79. visis processu, col. 2. lib. 3.* Vnde non creditur Nuncio
8 dicenti, se fuisse verberatum a citato, in quo quidem Doct. omnes conueniunt; neque creditur, si retulerit citatum dixisse se nolle comparere, vti tenuerūt multi DD. cumulati per *Asin. d. s. 5. n. 6.* contrariam tamen opinionem asseruerunt multi alij ab eodem *Asin. congesti. & communem legistarum dixit Præpos. in dicto cap. cum parati sub num. 44.* quam etiam secuta est Rota apud *Put. decis. 187. lib. 3.* sed procedit opinio negatiua vbi cum dicto Nuntij alia præsumptio non concurrat, altera verò vbi relatio Nuntij præsūptione coad-
iuuetur, vt benè distinguunt *Abb. & Franc. in dicto cap. cum parati*, quam distinctionem sequi videtur *Præp. ibidem nu. 4.* probat *Mascar. concl. 189. num. 6.* neque creditur Nuntio dicenti de mandato Iudicis, se citasse, vt per *Asin.* & quāplures alios ab eo cumulatos *dicto cap. 3. per tot. Farinac. de test. quæst. 56. art. 11. num. 375.* vbi quod non credatur Nuntio dicenti se citasse de mandato, refert communem esse opinionem; de stylo autem Rotæ creditur Cursori referenti se citasse de mandato Iudicis, sicuti & Notario attestanti de sua deputatione *Caputaq. decis. 245. & 266. par. 2.* Item Cursori referenti se tali personæ intimasse sequestrum, & quod ille responderit se acceptasse *Put. deci. 187. lib. 3. & deci. 6. de*
9 *sequestr.* Cæterum non est adhuc omittendum, quod vbi constitutum est, iuxta prædicta, debere credi Nuntio nihilominus non excluditur, quin contrarium probari possit, ità *Asin. dicto §. 9. cap. 11.* & plurimi alij ibid. relati *Menoc. de præsump. lib. 2. præsumpt. 25. in fin.* nam cum credulitas illa præsumptione sola iuris nitatur, admittit vtique contrariam probationem, nempè Nuntium non citasse, vt retulit *Menoch. ibidem ex Ang. Imol. & Alex. in l. qui bona §. qui damni ff. de damno infect.* & alij congesti per *Asin. & Menoch.*

De Officio Executorum.

Cap. XL.

EXecutores Capitolinæ Curiæ, caueant in initio suī officij pro se, & eorū familia Senatoris arbitrio (ita tamen vt per huiusmodi cautionem Senator à Syndicatu pro illis non eximatur) de officio suo fideliter exequendo. Ipsique executiones mandatorum eisdem per Senatorem, illiusque Iudices Ciuiles, & Maleficiorum iniunctorum, & commissorum celeriter, & diligenter exequantur, & impleant; infra triduum ciuilia mandata exequi negligentes, pœna aureorum decem mulctentur: nullamque personam sine Iudicis mandato in scriptis, & sigillato grauent, aut capiant, nisi in flagranti crimine repertū; taxam mercedum eorum obseruent, eadem pœna imminente. Itidem per Vrbem, & extra die, noctuque discurrant, portantes arma diligenter perquirant, latrones, diffidatos, homicidas, & alias personas infames quærant, persequantur, & apprehendant; dumque Ius in Curia Capitolij redditur, & Iudices pro Tribunali sedent, armati, vt decet

cum eorum familia assistant. Quoties verò in præmissis, seu eorum aliquo contrauenerint, pœnam aureorum decem incurrant: Peregrinis tamen, & præsertim Vltra montanis, tempore Indulgentiarum, & Quadragesimę arma non auferant. Si secus fecerint, supra scriptam pœnam incurrant, & nihilominus Syndicatui stare teneantur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Executores, & Nuncij, in dispositionibus iuris æquiparantur.*
2 *Executoribus an, & quibus in casibus credatur.*

ANNOTATIONES.

A EXecutores Capitolinę Curiæ) officium executorum Curiæ, fusius adhuc declarat, & prosequitur *Reform. Trib. Vrb. Pauli V. tit. de Baroncellis, & Executoribus, ideo vide.*

Quo vero ad fidem adhibendam eorum relationi idem dicas, quod de Nunciis superiori *cap* 1 *annotauimus* cum nimirum illi, & illi in dispositionibus iuris æquiparentur, vt intelligi potest apud *Mascar. concl. 189. verbo Birruarij*, & apud *Tusc. concl. 153. verb. Nuntio. & Birruarij num. 23. & 24. & penes Farinacc. de test. quæst 56. num.* 2 *374. & seq.* Adde, quod in criminalibus neque creditur executoribus vulgò birruarijs appellatis, contra Reum, asserentibus se eum in flagranti crimine deprehendisse, nisi tamen in leuibus, in grauibus verò minimè, nisi vbi testes alij haberi non potuerint, & hoc quidem casu nec habebuntur birruarij pro testibus integræ fidei, & omni exceptione maioribus, atque etiam non aliter admittendi erunt, quàm cum tortura, vt benè, ac iusè explicat idem *Farinacc. dicta quæst. 56. num. 378. 379. & 396.*

De Foro Competenti. Cap. XLI.

B ROmani Ciues, *c* vel Incolæ laici, non alibi quàm in Curia Capitolij conueniri possint: & si alibi conueniantur, & eorum declinatoria non admittatur, possint causam in vim præsentium Statutorum coram Senatore, vel alio quo *ex* Collatetalibus reassumi facere, & inhibitionem etiam sub pœna obtinere: Nisi coram aliquo Iudice conuenti, *d* in Iudicio consenserint, aut litem contestati fuerint; vel alium actum fecerint; qui pro litis contestatione habetur: quibus casibus pœnitere non possint; sed is cognoscat, in quem est consensum, vel lis contestata, aut pro contestata (vt dictū est) habetur: *e* Exceptis Campsoribus, necnon quibuscumque Mercatoribus, & *f* Officialibus Romanā Curiam sequētibus: Oratoribus quoq; Principum, & quarumuis Cōmunitatum, eorumq; familiaribus. Præterea Sanctissimi Domini Nostri Papæ, Illustrissimorum, ac Reuerendissimorum Dominorū Sanctæ Romanæ Ecclesiæ *g* Cardinalium, & Prælatorum familiaribus, continuis commensalibus, atque aliis Curialibus Romanam Curiam sequentibus, & eorum similiter familiaribus: Exceptis quoque causis Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, & aliorum Piorum locorum, & vbi de rebus eorum agitur: Necnon causis, quę summam decem ducatorum auri non excedunt: Item Ciuilibus Fiscalibus, seu Cameralibus, vel quæ in Camera tractari debent, aut solent, & Ripalibus: necnon causis obligationum in forma Cameræ, & aliarum obligationum executiuarum, in quibus inter Auditorem Cameræ, & Curiam Capitolinam, inter Ciues, & Incolas, iuxta formam Motus proprij fe. re. Pij Papæ Quarti, præuentioni ab Actore faciendæ locus sit: Causis quoque mercedum exceptis, in quibus inter omnia Vrbis Tribunalia præuentioni locus existat. In his omnibus vtique casibus, & personis exceptis, reassumptiones, & inhibitiones fieri non possint: & factæ nullius sint roboris, vel momenti. Ipsi quoque Romani Ciues, vel Incolæ, si aliquem alium Ciuem, vel Incolam (causis tamen, & personis suprà dictis exceptis) alibi, quàm in Curia Capitolina, conuenire ausi fuerint, pœnam Aureorum Quinquaginta irremissibiliter exigendam, incurrant; & acta, quo ad eorum fauorem attinet, nullam fidem faciant, sed irrita sint, & nulla. Insuper præter causas, & personas supra exceptas, *h* Contentus ratione rei Romæ existentis, aut Contractus Romæ initi, aut delicti inibi perpetrati, forum declinare non possit: quauis alia exemptione, vel Priuilegio non obstante.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Præuentioni locus datur inter Auditorem Cameræ, & Curiam Capitolinam, vbi agatur vigore obligationis Cameralis.*

2 *Inco-*

2 *Incolarum nomen iuxta iuris dispositionem intelligi debet.*
3 *Ciues facit origo, manumissio, allectio, vel adoptio.*
4 *Ciues ex priuilegio, verè, & propriè sunt Ciues.*
Declara vt num. 6.
5 *Qualitatem inesse naturaliter, aut ex priuilegio, sunt paria.*
7 *Incolæ in quibus differant à Ciuibus.*
8 *Incola quoad priuilegium Fori venit appellatione Ciuis.*
9 *Incolæ definitio.*
10 *Domicilium quis habere dicitur, vbi larem, rerumque suarum summam constituit.*
11 *Domicilium quot modis quæratur, remissiuè.*
12 *Domicilium quem contraxisse, quibus coniecturis dignosci possit.*
13 *Habitatio ad effectum contrahendi domicilium, debet esse in ciuitate ipsa, vel loco, non autem in villis, & prædijs.*
14 *Habitare an quis possit pluribus in locis, & habere plura domicilia.*
15 *Domicilium originis, & domicilium habitationis in dubio, quod nam præualeat.*
16 *Aduenæ, siue forenses, habentes priuilegiũ Ciuilitatis, quæ habere debeant ad hoc, vt excusentur à vectigalibus; remissiuè.*
17 *Renunciare quilibet potest fauori pro se introducto.*
Fallit in Clerico, num. 18
19 *Campsores subijciuntur Foro Auditoris Camerę.*
20 *Quid autem, si sint Ciues Romani, vel ex ijs, qui aliàs Foro Capitolino subijciuntur? num. 22. 24. & 26.*
21 *Causa naturalis præualet accidentali, vbi amb ę simul concurrunt.*
Declara vt num. 25.
23 *Exceptio debet esse de regula.*
27 *Lex vna declarat aliam.*
28 *Clausula generalis non ad omnia præcedentia, sed ad proximiora, refertur.*
29 *Ciues, vel Incolæ Romani habentes quædam officia, quæ eos non obligant ad sequendam Curiam, non sunt Officiales Romanæ Curiæ.*
30 *Familiares Cardinalium, & Prælatorum, qui dicantur, & num. 31.*
32 *Statuta recipiunt interpretationem à communi vsu loquendi.*
33 *Communis vsu loquendi, ritum in Statutis præfertur cuicumque dispositioni legali.*
34 *Voluntatis quæstio in claris non admittitur.*

ANNOTATIONES.

A 1 CONstitutio Sixti V. de erectione Collegii Notariorum Curiæ Capitolij expressè declarat inter Auditorem Cameræ, & Curiam Capitolinam, vbi agatur vigore obligationis Cameralis, præuentioni locum esse iuxta formam huius statuti, sed & videtur annotandum, quod ad dirimendas controuersias iurisdictionis inter Tribunalia Capitolii, & Auditoris Cameræ, reformatio Tribunalis Vrbis, Pauli Quinti, sub Tit. de Auditore Cameræ, & eius Tribunali, habet hæc verba, & quoad præuentionem inter ipsum, loquitur de Tribunali Auditoris Camerę, & forum Capitolinum in causis vertentibus inter
2 Ciues, & Incolas, statuimus, & declaramus nomen Incolarum iuxtà iuris dispositionem esse intelligendum, & vbicumque super hoc dubitare contigerit, orta inter Tribunalia differentia ad Cardinalem signaturæ Iustitiæ pro tempore Præfectũ recurri mandamus, qui hunc articulũ manu regia sinè scriptura, omni, & quacumq. appellatione, & recursu remotis, in quolibet casu controuersiæ terminet, & decidat.

Opportuna autem fuit ista prouisio, quod ad Præfectum iustitiæ recurratur in eiusmodi casibus, quia aliàs antea cõtentiones iurisdictionis fiebãt magno cum incommodo, ac dispendio partium litigantium, nec sinè perturbatione Tribunalium.

3 B Romani Ciues) Ciues quidem facit origo, manumissio, allectio, vel adoptio, *text. in l. ciues C. de incol. lib.* 10. hoc
4 tamen statutò comprehẽdi videntur etiam Ciues ex priuilegio, hi enim verè, & propriè sunt ciues, & omnibus commodis, & fauoribus potiuntur, quibus originarij Ciues *Imol. cons.* 35. *num.* 11. *Boer. decis.* 260. *num.* 23. vbi dicit, quod appellatione ciuis, comprehenditur ciuis ex priuilegio factus *Rom cons.* 61. *nu.* 9. *dixit Rot. in Rom. seu Cæsenaten. hæreditatis coram Rpd. Pirouano* 6. *Nouembris* 1619. *vers. non obstat*, quod Ciuis
5 ex priuilegio, confert, quod qualitatem inesse naturaliter, aut ex priuilegio paria sunt *l. cum oratione in princ.* vbi Doct. *ff. de excus. tut.* quodque priuilegium idem operetur, ac ipsa natura, & statutum extendatur ad casum priuilegiatum. *Bald. in l. sine possidetis. num.* 10. *vers. contrarium est verum C. de prob. Mandos. ad reg. Cancell.* 16. *quæst.* 45. *num.* 2. *cum seqq.*

6 Hoc tamen ità declarandum est, si tales Ciues in Vrbe habitent, & onera sustineant, nam assumptus in Ciuem, quando non habitat, nec onera sustinet, in nihilo differt à forenti, & desinit esse municeps per non habitationem, quamuis nõ desinat esse Ciuis *l. 1 ff. de municip. Rot. cons.* 79. *n.* 30. *lib.* 3. *Ruin. cõs.* 200. *n.* 1. *vol.* 2. *Surd. cons.* 82. *n.* 55. *vol.* 3. ex quibus cõsideratis per *Rot. ind. Romana, seu Cæsenaten. hæreditatis*, concluſum fuit quod statutum Vrbis, *infra cap.* 146. *lib.* 1. non suffragatur Ciuibus Romanis ex priuilegio, qui non habitant, nec onera sustinent in Vrbe.

7 C Vel Incolæ) hi à ciuibus differunt quoad creationem, vt probatur ex ipsa

sa *l. Ciues de Incol. lib.* 10. ibi; incolas verò domicilium facit, vbi not. *gloss.* quod incola fit solo animo, & facto eius, qui acquirit domicilium, at Ciuis fit, vel suo facto tantum, vel alterius, vt in exemplis positis supra littera B. *verbo, Romani Ciues*.

Verùm quoad priuilegium fori hoc statuto ciues, & incolæ æquiparantur, immo Incola venit
8 appellatione Ciuis *Socin. Iun. cons.* 7. *num.* 10.
9 *in fin. lib.* 2. definitur ideò Incola, vt ille sit, qui in aliquam Regionem domicilium contulit, ita Pōponius *I.C. in l pupillus §. Incola ff. de verb. Socin. Iun. d. consil.* 7. *num.* 5. *lib.* 2. *signif.* Domicilium verò haberi non ambigitur, vbi quis larem, re-
10 rumque, ac fortunarum suarum summam constituit, vndè rursus non sit discessurus, si nihil auocet, vnde cum profectus est peregrinari videtur; quod si rediit, peregrinari iam desitit, quæ plane verba habentur in ipsa *l. Ciues*, & optimè declarant ad domicilium contrahendum requiri animum, & factum, sed amplius demonstrant quale factum esse debeat, vnde animus pariter dignoscatur; cæterum quot modis domicilium quæratur, planè explicat *Rebuff. tract. de domicil. elect. in præf. num.* 9. *& seqq. vers.* 2. quot modis, & cœt. coniecturas verò, & signa quamplura minutatim congesta ad cognoscendum, an quis contraxerit domicilium in loco certo, sicque ibi sit Incola, ponit *Menoch. de arbitr. Iud. cas.* 86. *Masc. concl.* 535. *verb. Domicilium, Gratian. discep. forens. tom.* 1. *cap.* 181. *Rot. in rec. diu. par.* 2. *dec.* 188. *&* plenissimè examinauit, & declarauit materiam illam ad casum huius nostri Statuti Franciscus Penia olim Sacræ Rotæ Decanus vir sui temporis doctissimus, ac integerrimus in voto suo lato die 13. Febr. 1609. quod ad fin. huius verb. *vel incola* integrum subnectitur *Ioseph. Ludouicus decis. Perusina* 77. *num.* 10. *& seqq. Lucas Petus in prax. lib. primo cap.* 6. *num.* 4. *& seqq.* vide etiam *Rot. in Ariminen. Gabella* 19. *Aprilis* 1627. *coram Cardinale Virili*, vbi habebis aliquas notabiles adnotationes in proposito incolatus, & inter alia, quod potest per Patrem acquiri pro filio infante, & quod non est necessarium decennium, quando constat de voluntate acquirendi incolatum à principo, vel de trā. slatione maioris partis bonorum, & quod, qui vellet dicere non esse maiorem partem bonorum, teneatur probare, & quod statutum de forensi, non comprehendit Incolam, licet non sit Ciuis & quod sufficiat, istam qualitatem incolatus adesse tempore Actus, & in cogitatione dicatur esse prius quam Actus &c. Adde etiam vltra tradita per dictos Doctores, quod habitatio videatur debere esse in Ciuitate ipsa, vel loco, non autem in Villis, & prædijs, quia ex hoc dicitur patere quem non contraxisse Domicilium *Bald. in l.* 1. *§. habitasse ff. de bis qui deiec. vel effuder.* cæterum durante absentia à Ciuitate originis ex causa permanendi in Villa, dicitur nihilominus interim retenta habitatio in Ciuitate *Bart. in l.* 1. *§. Permittitur num.* 7. *ff. de liber. agnosc. Felin. in cap. quoniam n.* 2. *de officio ordin. Rot. decis.* 643. *par. prima diuers.* Et quo ad habitationem requiritur maior pars anni *Afflictus decis.* 384. *num.* 11. & ibi addit in littera *a. Vrsillus num.* 5. Potest
14 autem quis in duobus locis habitare, & habere plura domicilia *Surd. cons.* 456. *num.* 51. *ad fin. Ioseph. Ludou. decis. Perus.* 85. *num.* 3. Tamen hoc ità intelligendū videtur, quando vtrobique ità se quis instruxit, vt non ideò minus apud alterum se locasse videatur *l. assumptio §.* 1. *vers. præcedentibus ff. ad municipal. l. eius* 27. *§. fin. ff. eod. & facit cap. cum quis §.* 1. *de sepult. in* 6. *Lap. alleg.* 99. *num.* 2. *vers. hinc est*, verum quod principalius domicilium sit habendū in consideratione facit *Cagnol. in l. exigere num.* 19. *ff. de Iudic.*
15 & in dubio inter Domicilium originis, & habitationis tunc prævalere videtur Domicilium posterius, quando Domicilium originis retinetur quo ad honores tantum, secus, quando in eo etiam habitatur: quia hoc casu, ex quo concurrunt duo vincula habitationis, & originis, illud videtur attendendū, non aliud, quamuis frequentius, vt post *Alciat. cons.* 3. *num.* 11. *& seq. tom.* 1. *lib.* 2. alias *cons.* 55. *num.* 13. *ad fin. de dignit. Barbos in l. Hæres absen. §. fin. num.* 62. *vers. Pro concordia ff. de Iudic.* & de eo, qui possideret communiter cum fratribus Domum hæreditariam paternam in loco originis, vbi etiam adiuerit hęreditatem paternam &c. quod non dicatur habuisse animum contrahendi Domicilium in alio loco deliberatum, & fixum, prout requiritur, dicit *Rota in Collen. Hæreditatis* 10. *Iunij* 1616. *coram Buratto*. Quæ verò requirantur, vt aduenæ siuè forenses habentes priuilegium ciuilitatis, atque mercatores, & alij aduenæ intelligantur Ciues Romani ad effectum habendæ excusationis à vectigalibus, seu gabellis, vide infra *lib.* 3. *stat. cap.* 57. quod quidem Capitulum, dum declarat illos mercatores, & aduenas intelligit ciues Romanos, qui habent in Vrbe maiorem fortunarum suarum partem, & in ea continuò habitant cum familia, disponit tantum ad effectum, vt aduenæ possint gaudere priuliegiis Ciuium Romanorum quoad immunitatem, non autem quoad effectum recedendi à diffinitione iuris communis circa Incolas *Rota coram Cardinale Lancellotto in Ciuitatis Castelli supplements legitima* 14. *Nouembris* 1603. *& coram Comitulo in Romana societatis Aromatoria* 1. *Iunij*. 1509. vbi dictum fuit in hunc sensum accipiendum esse *Caputaque par.* 2 *decis. decis.* 80.

VOTVM

R.P.D. Peniæ Rotæ Decani

Ven. 13. Februarij 1609.

SVMMARIVM.

1 *Incola quis dicatur, & num.* 2. 3. *&* 12.
4 *Incola, & Aduenæ discrimen, & num.* 5.
6 *Incolatus quot modis contrahatur, & num.* 7. 8. 9. 10. *&* 18.
11 *In dubio pronunciatur pro Incolatu.*
13 *Incolatus probatur propria, & directa voluntate.*
14 *Coniecturæ, quibus probatur Incolatus, quando*

do Incola non declarauit voluntatem suã & num.15.16.17.

19 *Roma, cum sit patria communis, eius Incolatus facilius acquiritur, & num.25.*

20 *Incolæ appellatione quid intellexerit statutum lib.1.cap.41.& num.24.*

21 *Statuentes si indistinctè loquantur, statutum etiam indistinctè intelligendum est.*

22 *Argumentum ab æquiparatis valet.*

23 *Exceptio firmat regulã generalẽ in contrariũ.*

26 *Exceptio qualibet præsupponit comprehensionem.*

AGitur de intellectu noui statuti Romani *lib.1.cap.41.* quo cauetur Romanos Ciues, vel Incolas laicos non alibi, quàm in Curia Capitolina conueniri posse.

Et quoniam de Ciuibus non est controuersia, nam Ciues, facit origo, manumissio, allectio, & adoptio *l.Ciues C.de Incol.lib.10.* sed de Incolis merito dubitatur, cum multis modis Incolatus contrahatur, & effectus est notabilis propter Iurisdictionem, quia veros Incolas laicos iudicabit Curia Capitolina, cæteros alij Iudices. Ideo de hoc est paulo diligentius agendum, qua in re apertioris doctrinæ gratia aliquot occurrunt inspectiones breuiter, & di lucidè perstringendæ.

Prima. Quis dicatur Incola, & in quo differat ab Aduena.

Secunda. Quot modis contrahatur Incolatus.

Tertia. Quomodo Incolatus probetur.

Quarta. De quibus Incolis intelligat statutum.

Quinta in diluendis oppositionibus versabitur.

Primam Inspectionem proposuit, & declarauit *Pomponius in libro singulari Enchiridij*, cuius sententiam retulerunt pandectarum Architecti in *l pupillos 239.de verb signif.* qui dixit. Incola,

1 est qui in aliqua regione domicilium suum contulit, quem Græci παροικον appellant. Hæc ille. *Andreas Alciatus lib.2.Parergon.cap.7.* postquam à Pirrhi Anglebermæi sententia discessisset, concludit his verbis. Igitur sciendum in iure nostro non simpliciter alienigenas habitatores,

1 res, sed eos qui domicilium, sedemque rerum suarum animo permanendi fixerint, quos iurecõsultus peritus dixit παροικον pro domicilio accipiẽs, quod ab eis translatum sit. Hæc Alciatus; hinc idem auctoritate illius legis, *& l. prima C. de municip.d.l.Ciues C.de Incol.lib.10.* & communi-

3 ter dixerunt Doctores Incolam esse, qui aliunde venit ad habitandum animo ibi permanendi, & domicilium constituendi *glos.in dicta l. 1.C. de municip.& in l.Ciues C.de Incol. lib.x. Bertran. cons.75. lib.2.num.17.Cuiac. in commentarijs ad lib.x.Codicis tit.39.Couar.in pract. quæst. c.37. nu.1.Cephal.cons.451.Honded. cons.1.lib.1.nu.17 Ruin.cons.112.num.11.lib.1.glos.in c.significauit de parochis, & in eum nullus de temp. ordinat.lib.6. Matth.de affict.decis.383.num.5. late Abb.cons.100.incip.* videtur primo dicendum *lib.2.* & alijs, quos recensent Doctores recentiores, qui ordine Alphabetico Iuris tractatus compilauerunt.

Ex hac positione patet discrimen inter Incolam, & Aduenam, quem *Pomp in d.l. pupillus*

4 dixit a Græcis vocari παροικον idem Colonum, qui licet priores ædes deseruerit, non tamen domicilium constituerit vt censuit idem *Alcia lib.2.Parergon.c.7.* affirmans, eum dici Aduenam, qui domicilium non contraxit, licet paulo post exinterpretatione verborum Græcorum aliud indicare videatur & affirmare à παροικον Incolarum appellatione contineri, quod verum erit, si in Coloniam missi domicilium constituerint, vt paulo post dicetur.

Hanc differentiam in nostris statutis idest Populi Romani agnouerunt, & constituerunt sta-

5 tuentes *lib.3.cap.57.* vbi Aduenam, siue forensẽ noluerunt haberi, vel reputari pro Ciue, vt haberet priuilegium Ciuilitatis, ad hoc vt Ciuium Romanorum priuilegio quoad Gabellam Dohanæ pecudum, vel frui possit nisi habeat Domum in Vrbe, & Vineam prope Romam infra quinque milliaria, & habitet per tres partes anni in Vrbe cũ sua familia, quod priuilegiũ patenter loquitur de Aduena donato Ciuilitate per priuilegium, & sic nullam habet communionem cum priuilegio, de cuius intellectu agitur, vt minus verè arbitrantur informãtes pro Collegio Notariorum A. C.

In secunda inspectione quæritur, quomodo cõtrahatur Incolatus, quæ Inspectio, quia non potest vnica regula terminari, propterea iuxta receptas Doctorum traditiones, & præsertim decisiones Rot. quibus dubia occurrentia sæpe fuerunt decisa, controuersia explicabitur.

6 *Sit* ergo prima regula. *I*ncolatus contrahitur per domicilium, & Incolas domicilium facit. Hanc regulam firmat in termin. *tex.in dicta l.Ciues C.de Incol.lib.10.& ibi glos. Bart.& communiter Doctores*, vbi Diocletianus, & Maximinianus regulam declarãtes addiderunt hæc verba & in eodem loco singulos habere domiciliũ non animo igitur vbi quis larem, rerumq; ac fortunarũ suarum summam constituit, vnde rursus non sit discessurus, si nihil auocet, eãdem regulam constituerũt vbiq; *DD glo.vero ibi*, in verbo summam, affirmant alterum sufficere ad constituendum Incolam, videlicet vel larem constituere, idest animum perpetuo habitandi habere, vel summam rerum, idest, maximam partem suarum facultatum dum nodo plus alibi non habeat, quod adhuc apertius ex infrascriptis regulis explicabitur.

7 *Secunda* regula est, Incolatus contrahitur per decem annorum habitationem in aliquo loco. Hæc regula constituitur *in l.2.C. de Incol. lib.10.* quia ex diuturna habitatione sibi sedem constituerint, vbi rectè affirmant id præsumi *DD. eum glos.in verbo constituerint*, ex transcursione decennij *l.cum de in rem verso ff.de vsur.l.si filiũ de pet.hared.* eandem *reg.sæpe Rota firmauit*, & signanter *in vna Mediolanen. Represaliorum die 1.Iunij 1557.coram Accorambono*, quam refert *Verall.decis.80.incip.Incolatus par.2.* vbi concludit Incolatum de Iure communi in Vrbe contrahi per habitationem decem annorum; & allegat

duo

duo statuta Vrbis,quæ tunc vigebant vnum *lib.*1 *cap.* 157. incip.illi fauentes,titulo de Ciuibus intelligendis pro Romanis in *lib.* 3. cap. 151. incip. Item statuimus vero de forensibus habendis pro ciuibus,vbi constituitur illum forensem habendum pro Ciue & priuilegio Romanorum gaudere, qui habet domum, & vineam in Vrbe,cæterum animaduertendum est in his duobus statutis;nihil dico de habitatione per decem annos, licet de Iure communi eandem reg. *Verall. ex sententia* Rotæ firmauerit.

8 Et propterea ponitur tertia regula,quod cum quis in aliquem locum, siue Ciuitatem transmigrauerit, & illuc domicilium transtulit, & lares fixit eo animo,vt ibi perpetuo vitam ageret, etiã non cursis decem annis,efficitur Incola, si eo secum bona mobilia transtulit, aut agrum emit, seu domum ,vel conduxit, & habitare cæpit.tũc enim sufficit, licet maiorem partem bonorum alibi habeat,nam declarato animo cum isto facto subsecuto contrahitur *Incolatus*. Hæc regula cum *glos.in dicta l.Ciues C.de Incol. lib.* 10. & *Rot.apud Cãtuccium in vna Legionen. Cappellania die* 9.*Iunij* 1581.*habetur* 2.*par.diuer.dec.*150 *num.*7.& 8.vbi Rota affirmauit,quod præter declarationẽ animi requiritur etiam aliquis actus declaratiuus domicilij, videlicet, quod Aduena emerit, vel conduxerit domum, eandem regulam asserunt,& confirmant *Marian. Socin. in cap. licet ratione de foro competen. num.* 24. & 25. *vers.circa secundum modum,* & *Io.Pet.Surd.cõs.* 346.*incip.omisso articulo. n.*3. *vers.*2. *dicitur* & 4.& in Vrbe Romana secundum statuta antiqua super allegata,res videbatur olim clara,dum constitutum fuerat illum forensem haberi pro Ciue, qui haberet domum in Vrbe, & vineam prope Romam per tria milliaria.

Pro declaratione,siue ampliatione istarum regularum animaduertendum censeo, quod Rota *in vna Romana officy scriptoria die* 21 *Iunij* 1591 *coram D. Comitulo* nunc Episcopo Perusino censuit,quandoque dici contrahi Incolatum etiam ex sola decennali habitatione absque alia animi declaratione, Ius enim interpretatur domicilium fuisse acquisitum, nisi aliunde animus excludatur *dicta l. Ciues C. de Incol.lib.*10.*Bald.cons.*53. *lib.* 1.*Paris.cons.*12.*num.*14 & 10 *lib.*3.

10 Quarta regula est,incolatum contrahi per allectionem, siue adscriptionem,vt cum quis petit a Magistratibus illius loci, vel Ciuitatis, vt in Incolam recipiatur;nã si recipitur, & cum bonis mobilibus, & cum sua familia inhabitet, & præsertim cum domo aperta, tunc etiam sine transcursione decem annorum contrahitur Incolatus *l.*1.*vbi Bart.num.*16.& *l.assumptio §. Iurisprudentibus* vbi idem *Bart.num.*2.*ff.ad municip.Bal. in rubr.C.si an non.compet Iudic. Rebuff.in d.l.pupillus §.Incola ff.de ver.sign.*& sic causa discussa firmauit *Rot.in causa Granaten.Cappellania die* 1. *Decembris* 1606. *coram D. Marquemontio.*

11 Quinta regula est,in dubio pro Incolatu pronunciandũ est *Bart.in l. lex Cornelia §.si tamen num.*1 *vers.venio ff.de Iniur.Io.Andr.* & *Bellamer.in proœmio Gregoriano,* & *in cap.quod Clericis de for.comp* quos refert, & sequitur *Abb. d. cons.*100.*in princ.* licet ipse postea in illo casu ex certis argumentis arbitretur non fuisse contractum Incolatum ab eo qui conductus, vt medicinam profiteretur Senas se contulerat, & ibi etiam vxorem duxerat.

12 Vltima regula desumitur ex *dicta l.pupillus §. Incola vers.nec tamen ff.de verb. signif.* vt ille sit Incola, qui non solum moratur in oppido, sed etiam in finibus oppidi, vel Ciuitatis, vbi sic agrum habeat, vt in eo quasi in domicilio se recipiat,id quod *Pomp* his verbis expressit.Nec tãtum hi,qui in oppido morantur,Incolæ sunt, sed etiam qui alicuius oppidi finibus ita agrum habent,vt in eo se quasi in aliquam sedem recipiãt.

In tertia Inspectione petitur,quando in dubio probetur Incolatus;& breuiter dicitur bifariam potissimum probari, videlicet propria,& directa voluntate secundo facto ipsius acquirentis ita *Marian.Socin.in c. fin. de for.comp.nu.* 24.& 25 & *seq.*quem refert & sequitur *Menoch. de arbitr. Iud. lib.*2. *centur.* 1. *casu* 86. qui alios allegant.

13 Prima ergo directa voluntate probatur Incolatus,quãdo quis coram Iudice, seu Magistratu eius loci,ad quem transtulit domicilium, vel coram testibus declarauit, & protestatus fuit se esse velle Incolã talis loci, & talem se nominauit, & pro tali receptus fuit, & aliquam partem bonorum mobilium eò transtulit, sic *Rota in dicta causa Granaten.coram D.Marquemontio.* Quoniam vero sæpè homines,qui Incolæ fieri volunt alicuius loci prædictis modis non declarant suam voluntatem, neque asserunt, se velle contrahere Incolatũ, propterea tunc succedunt coniecturæ, ex actibus positiuis petitæ.

14 Prima ergo,& potissima est cõiectura, si quis ad locũ vbi prætendit cõtrahere domiciliũ secũ adduxit maiorem partem bonorum *gloss. in dicta l. Ciues in verb. summam C. de Incol. lib.* 10. *vers. vel summam rerum Bart. in l. de Iure num.* 2. *ff. ad municip.Ruin.cons.*61.*nu.*22.*lib.*5. *Bald. cons.* 393 *lib.*1. *Menoch.de arbitr. d. casu* 88. *num.* 17. *vers.quartus casus*, vbi affirmat Aduenam, qui numquam declarauit se velle perpetuo in loco esse,transtulisse tamen maiorem partem bonorũ, ex eo solo censeri contrahere domicilium,ita *Bart. in l.de Iure nu.*2.*ff.ad municip. Ang.cons.*27.*Felin.in cap.dilectus in l.*2.*nu.*12. *de discript.* & alij, quos refert & sequitur *Tiraq. de retract. §.* 36. *gloss.* 3. *num.*3.

15 Secunda coniectura vrgens est;si familiã quoq; transtulit *Alciat. in l. detestatio §. vnicus ff. de verb sig.* & maximè si simul cum translatione in loco, vnde discesit, distraxit aliqua bona propria.

16 Tertia coniectura iudicio meo vrgens quoq; putatur,si in loco, ad quem se contulit,duxerit vxorem *Alciat.respons.*719.*num.* 5. vbi magnam putat coniecturam ad demostrandum in illo loco fuisse contractum domicilium *Dec.cons.* 284.*nu.* 21. *vers. postea matrimonium,Menoch.cons.*692. *dicto casu* 86 *num.* 28. *vers.accedat etiam*, vbi impugnat *Alciat.* opinionem, qui alibi aliter senserat.

Non obstat *Panorm.cons.* 100. *lib.*2. vbi ex hac coniectura traductionis vxoris non putauit contrahi domicilium, quia in eo casu, vbi alia concurrebãt in contrariũ, fortasis bene dixit in eo quia, qui venerat Senas conductus, vt profiteretur medicinam.

17 Quar-

17 Quarta coniectura est, ex facto positiuo deducta petitur, ex eo quod alienigena, siuè Aduena Hispanus, vel Gallus, vel Germanus, vel alterius Nationis familiam tuam aluit in Vrbe, & negociando vitam transegit, & possessiones, & domos emit in ea, nam tali casu Incola censendus est, ita censuit *Surd cons.* 174. *num.* 10. *vers. & ibi domum Boer. decis.* 260. *num.* 9. cum aliis allegat, per *D. Virilem*, & tenuit in terminis *Rota in causa Romana officij scriptoriæ, coram D. Comitulo supra allegato, vers. & iste Antonius, & Claudius.*

18 Demum Incolatus contrahitur per Iuris dispositionem *l. statutum, & l. priuilegia*, vbi notat *Bald C. de Incol. lib.* 10.

Item per priuilegium Principis;

Item per adeptionem dignitatis in loco, quæ non nisi à Ciuibus obtineri solet *l.* 1. *ff. ad municip.* vbi *Bart. in dicta l.* 1. *& in l. fin. §. fin. ff. ad muncip. Lap. in cap.* 1. *de offic. deleg. lib* 6.

Item per alios modos, quos late recenset *Marian Socin. in d. cap. fin. de for. comp. num.* 27. *& multis seqq.*

19 Cum verò Roma patria sit communis *l. Roma. ff. ad municip.* & varia sint exercitia, quibus homines Aduenæ vitam ducere possunt commodius quam in paruis oppidulis, vbi sæpè nati sùt, facilius acquiritur incolatus, sic in terminis censuit Rota *in dicta causa Romana officij Scriptoriæ. die* 21. *Iunij.* 1591. *coram D. Comitulo, nunc Episcopo Perusino.*

Superest vltima inspectio, cuius gratia præcedentes disputatę sunt, quid appellatione Incolæ intellexerit statutum *lib.* 1. *cap* 41. & breuiter re-
20 spondeo, quod cum huiusmodi statutum coarctarit antiquum, *lib.* 3. *cap.* 250. ad Incolatum duo requisita postulabantur, videlicet Domus in Vrbe, & Vinea prope Romam per tria milliaria & indistinctè videtur intelligendum, vt supra recensuimus vsque ad quartam coniecturam inclusiuè, nam de alijs maior est dubitatio.

Primo, si enim duo requisita veteris statuti in noua compilatione statuentes postulassent, vel id expressissent, vel ad illud expressam relationem habuissent.

21 Secundo, quia cum statuentes indistinctè locuti fuerunt, statutum indistinctè intelligendum est, *l.* 1. *§. generalem ff. de leg. præst. l. quique, §. præterea ff. de in ius voc. l. item apud Labeonem, §. generaliter ff. de Iniur.*

Tertio, quia in eodem statuto Ciues, vel Incolæ sæpè repetiti videntur æquiparati, vnde ratione æquiparationis, quod dicitur de Ciuibus respectu fori, intelligendum, quoque est de Incolis, cũ
22 valeat argumentum ab æquiparatis.

Quarto, cum à regula generali posita in principio statuti excipiantur Campsores, mercatores, & officiales Romanam Curiam sequentes, & oratores Principum, & quarumuis Communitatum earumque familiares, & Sanctissimi Papæ, & DD. Cardinalium, & Prælatorum familiares, continui Commensales, & alij Curiales Romanam Curiam sequentes, & eorum familiares proculdubio ista exceptio firmat regulam generalem in
23 contrarium, vt sunt iura vulgaria.

24 Ex prædictis conseo Appellatione Incolarum, in hoc statuto intelligendos Incolas, qui supradictis modis explicatis vsque ad quartam coniecturam inclusiuè in Vrbe Incolatum contraxerunt.

His ita constitutis postrema succedit inspectio in qua respondendum est, quibusdam oppositionibus, quæ ex aduerso fiunt, & primo quatenus vnus ex informãtibus pro collegio Notariorũ A. C. in responsione Iuris *vers. stante hoc fundamento* constituitur, quod verbum Incola, de quo in statuto nouo, non sit intelligendum generaliter, & absolutè, prout acquiritur Incolatus de iure communi, sed de Incolatu, ex quo acquiritur ciuilitas, apertè videtur petere principium, quia cum sit id de quo potissimum disputatur, non potest constitui pro certo, & stabili fundamento. Imò verius quispiam diceret, quod cum statuentes de Ciue, vel Incola generalem regulam constituerint, & deinde particulares exceptiones in eodem statuto inseruerint. Regula generalis nullo pacto potest ad terminos statutorũ restringi; præsertim cum statuẽtes processerint statuta antiqua corrigendo, & nouum constituendo, & ad excludendam hanc consulentis considerationem, conferunt omnia, quæ paulo ante docuimus in quarta inspectione, quæ difficulter conuelli possunt.

Rursus dum ex aduerso dicitur ab eodẽ Informante, exceptionem de sequentibus Romanam Curiam capere omnes, qui sunt de iurisdictione Curiæ iuxta *cons. Oldrad.* 21 *num* 5. ita vt etiam originarius Vrbis, ex qualitate Curialitatis potius videretur Curialis Romam curiam sequens quam Ciuis originarius, quia ista qualitas est tantæ potentiæ, vt præponderet qualitati originis ex *Anch. in cap. præsenti notab.* 5. *de præben. lib.* 6. *& ex Rot. in causa Roma. beneficiatus San. Petri die* 27. *Ianuary* 1593. *coram D. Cardinale Blanchetto tunc Rotæ Auditore, non subsistit ex multis.*

Primo, quia si illi interpretationi locus foret, inanis, & vacua redderetur dispositio statuti, & omnis Incolatus penitus euanesceret, cum generaliter, & latè loquendo omnis, non Ciuis Romanus Curiam sequens dici posset, mens autem statuentium aperta fuit, non fictam, & commentitiam legem, sed veram, & subsistẽtem fore ità, vt Incolę Vrbis sicut Romani Ciues fori Capitolini iurisdictionem sortirentur.

Secũdo istam interpretationem sustulit apertè *Rota in sept allegata causa Romana officij Scriptoriæ*, vbi cum contra quendam Gallum Vrbis, Incolam opponeretur declinatoria fori, ex eo, quod sollicitauerat expeditiones beneficiorum, & esset officialis, vt propterea de eo iudicandum foret, tanquam de sequen. Romanam Curiam, qui non habet animum Romæ contrahendi domicilium iuxta id, quod de Aduocato sequente Curiã Maceratensem consuluit *Paris. cons.* 53. *num.* 89. *lib.* 3. *Rot. respondit*, non repugnare Incolam esse officialem & vacare negocijs Curiæ, vt patet inquit in eisdem statutis Vrbis *lib.* 1. *cap.* 41. *in* casu autẽ Parisii deficiebant signa, & Argumenta ex quibus colligeretur animus Aduocati in Ciuitate Maceratensi perpetuo permanendi, cum verò aliundè suppetunt talia signa, & argumenta, qualia recensuimus in coniecturis paulo antea relatis, pro Incolatu pronunciandum est, & maximè in Vrbe, vbi non est absonum considerare,
25 quod facilius præsumitur contrahi domicilium,

& in-

& incolatum,quia est communis Patria *l. Roma, ff. ad municip.* quam in Ciuitatibus inferioribus. Hac fere *Rota in præcitata decisione*. Vnde facilè dissoluuntur omnia,quæ ex aduerso repræsentãtur,& præsertim illud, quod ex Reuerendissimo, refert idem consulens dicens, quod in Vrbe Roma non ampliantur regulæ Iuris, communis ad effectum,nisi duo copulatiuè concurrunt; primò videlicet signa animi acquirendi Incolatum, secundo, quod sint talia,quæ includant Curialitatem, hoc enim postremum falsum est cum Rotare maturè discussa in præcitata decisione Incolam esse officialem, & vacare negocijs Curiæ.

Postremo, non obstat, quod officiales Romanam Curiam sequentes, non sint adscripti Curiæ Capitolinæ, sicut Ciues Romani, & *I*ncolæ laici, qui alibi quam in dicta Curia conuentiri, non possunt vigore huius statuti, *lib. 1. cap. 41.* quia *Rota in prædicta decisione* consultò huic obiectioni respondẽdo pronunciauit in hæc verba,retorquetur argumentum, si quidem nisi exciperentur nominatim officiales Romanam Curiam sequentes, ab obligatione fori Capitolini in eodem *c. 41.* & in litteris, & Tribuualium proculdubio com-
16 prehenderentur in regula, quia omnis exceptio presupponit comprehensionem *l. 1. §. excipiuntur ff. de feriis Iseren. in cap. 1. num. 5. qui succed. in feud.* ergo prædicta exceptio statuti in casu limitato ad obligationem fori non est trahenda ad statutum disponens circa appellationes,sed vtrũque, cum suis exceptionibus seruandum est in suo casu *Gemin. in cap. 1. num. 14. de iur. iur. Dec. in l. pacti nouissima n. 5. C. de pactis &c.*

D 17 In Iudicem consenserint) debet autem hoc eis licere, quia hoc priuilegium est personale, & stat Iuris regula, quod quilibet potest renuntiare fauori pro se introducto, & in specie priuilegio fori. *l. si quis in conscribendo C. de Episc. & Cler. l. pen. C. de pact. quod tamen Clericis minimè licet c. diligenti de for. comp.* quia, vt in eodem text. legitur, beneficium fori Clericis concessum non est
18 personale, cui renuntiari valeat, sed potius tori Collegio Ecclesiastico publicè est indultum, cui priuatorum pactio derogare non potest.

E Exceptis Campsoribus) Isti,cum alijs nominatis in
19 hac clausula, subiiciuntur foro Auditoris Camerę in litteris facultatum eius *num. 6. quas posuit Salust. Tib. ad fin. suæ prax.* Sed quid si idem
20 Campsores, & alij subiecti foro Auditoris Cameræ sint etiam Ciues Romani, vel ex alijs, qui alias foro Capitolino subiiciuntur? Et videretur respondendũ eos ipsi foro Capitolino adhuc su-
21 besse,quia naturalis causa præualet accidẽtali,vbi ambæ simul concurrunt, *l. si quis posthumus*, & ibi *Bart. in princ. ff. de lib & posth Bart. in l. fin. ff. de offic. proconsul. Mandos. ad reg. Cancell.* 20. *q. 4. nu. 3.*

22 Contrarium tamen probari videtur ex ipso statuto, quia cum excipiat à Ciuibus Romanis, vel Incolis Cãpsores, mercatores, &c. vtique habet istos exceptos etiam pro ciuibus, vel incolis
23 & nihilominus ipsos excludit, nam exceptio debet esse de regula in *rub. de reg. Iur. lib. 6.* vbi, *Dyn. & Bart. in l. si eum §. qui iniuriarum ff. si quis caut. num. 6.* aliàs non esset exceptio, & sicuti species detrahitur ex genere, ità exceptio ex regula, sicque sub illa continetur, tamquam pars sub toto per *Bart.* ibidẽ & per *Euer. in Cons. sua loco ab except. ad reg. num. 9.* Verum exceptio vitiat regulam in casibus exceptis *l. 1. ff. de reg. iur.* cum ibi *not. l. in his, l. quod verò & l. Ius singulare ff. de leg. Euer. d. loc. num. 1.* Ex quibus concluditur statutum nostrum disponere, 24 quod licet Campsores, mercatores, & alij in exceptione expressi sint Ciues, vel Incolæ nihilominus sub eo, non comprehendantur, sed ab eodem hoc loco excludantur; *I*llud verò dictum, quod causa naturalis præualet accidentali, 25 locum haberet, vbi essemus indubio, in claris autem omnis cessat dubitatio, *leg. ille, aut ille ff. de leg. 3. l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig.*

Verũ re ista melius cõsiderata post hæc scripta 26 in eam venimus sententiam, vt arbitremur clausulam illã exceptis Campsoribus &c. referri ad verbum incolæ dumtaxat, non etiam ad verbum ciues, itaut sit sensus, quod Campsores &c. licet sint etiam incolæ Vrbis, alibi quam in foro Capitolino conueniri possint, non etiam si Campsores &c. sint Ciues Romani, hos namque foro Capitolino subesse planè consonum esse videtur rationi, atque ità distinguit Constitutio *I*ulij Papæ Secundi. *28. in Bullar. nouo Declaratio Iurisdictionis &c. §. 2.* vbi ab Incolis, qui planè generaliter foro Capitolino subijciuntur, Campsores excipiuntur; quinimmò & declaratur, quod officiales Romanæ Curiæ, qui etiam in exceptione, cum Campsoribus expressè comprehenduntur, si Romani, sint non excipiantur, vt in illis verbis parentesis, & exceptionis, dummodo Romani non existant; ac deindè subijcitur, quod Ciues omnes seculares in Curia Capitolij conueniantur, ità statutum nostrum à constitutione præfata planè recipit declarationem, sicuti 27 non est nouum,quod lex vna declaret aliam *l. non est nouum 26. cum duabus seqq. ff. de legi;* ea fieri debet interpretatio, vt iura iuribus concordẽtur *cap. cum expediat 29. de elect. in 6. cap. 1. de non. oper. nunc.* atque retento, hoc intellectu verba illa statuti nostri, exceptis Campsoribus, referenda erunt ad verbum *I*ncolæ, dumtaxat, 28 tanquã proximius, prout iure dicitur de clausula generali quæ non ad omnia præcedentia, sed ad proximiora refertur, vt euitetur contrarietas *Gabriel. cum pluribus citatis concluſ. 9. de clauſ. num. 9.* vel vbi est diuersa ratio inter proximiora, & alia præcedentia, idem *Gabriel. eadẽ concl. n. 3.* vel vbi verba congruè referri non possunt ad omnia præcedentia, sicut ad proxima tantum idem *Gabriel. eadem concl. num. 16.* quæ quidem limitationes omnes casui nostro rectè conueniunt,vt ex prædictis apparet, atque ità statutum nostrum intellexit *Luc. Pat. lib. 1. cap. 6. §. verſic. ex his Incolis excipiuntur. & Scace. lib. 1. de Iudic. 34. num. 2. verſ. Vnde poſtquam.*

F 29 Officialibus Romanam Curiam sequentibus) hisce non debent ad numerari Ciues, vel Incolę habentes quædam officia, quæ eos non obligant ad sequendam Curiam, veluti milites *S*ancti Petri, *S*ãcti Pauli, de Lilio, Lauretani, & similes officiales, alioqui ferè eluſoria redderetur dispositio statuti nostri, sicuti *Rot. censuit in Romana officij ſcripturta coram Comitulo 21. Iun. 1591.* quam probauit

habuit olim Reuerendissimus *D. Penia Rota Decanus, in d. Voto prolato 13. Febr. 1609.*

C Cardinalium, & Prælatorum familiaribus) Familiares ad effectum reseruationis beneficiorum, de quo in *reg. 3. Cancell. Apost.* qui dicantur, est apud omnes eiusdem reg. interpretes satis compertum: quia nimirum ibidem eis adiungitur alterea qualitas, vt esse debeant continui Commensales; ideò iuxta terminos regulæ illi dicentur familiares, qui honesto Cardinalis seruitio addicti sunt, & ab eo alimenta recipiunt, ità substantialiter probatur ex verbis ipsius regulæ, & ex *cap fin. de priuil. in 6.* concludunt omnes *Gomes. ad reg. de Impetr. ben. vac. per obit. famil. Cardin. quæst. 13. in princ. Manlos ad reg. 12 quæst 10. num. 3. Bero. q. 3. n. 2. & 3. Mascard concl. 745. num. 1. & 2.* eadem planè interpretatio statuto huic nostro conuenire videtur, si quidem communis sensus, & vsus loquendi nos docet, illos dici familiares Cardinalium, Prælatorum, aliorumque Curialium, qui albo familiæ vulgò, Rollo, adscripti sunt, ipsisque actu inseruiunt, & eorumdem Dominorum sumptibus viuunt, qui aliàs vulgari, communiquè sermone appellantur seruitores, statuta autem interpretationem recipiunt à communi vsu loquendi, ad *text. in leg. librorum §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3. glos. in cap nonnulli verb. vltra duas Dietas, ac ibi p. vbi Canonistæ omnes Euerar. in Cons. Ingolet. in Etymologia n.* 10. vbi inquit, quod cõmunis vsus loquendi, etiam in statutis præfertur cuicumque dispositioni legali, plenius idem *Euer.* loco ab opinione vulgi *Mascard. de gen. stat. Interpretat. conclus. 3. per tot.* qui conclusionem istam plenissimè exornat.

Quid si tales familiares sint etiam Romani Ciues, fit etenim hoc non rarò, crederem vtique eos non excipi à statuto, sicq non esse exemptos à iurisdictione fori Capitolini, nam verba sunt clara, vti ad hoc ipsum *cap. ann. exuimus sub littera D.* ideo non admittitur quæstio voluntaris. *l. Ancilla*, vbi *Bald. & alij C. de furt. idem Bal. de verbis statuti loquens conf. 174. vol. 2. in fin.*

D Conuentus ratione rei) ista clausula, vsque in finem capituli, nempè, quod consensus ratione rei Romæ existentis, aut contractus Romæ initi, aut delicti initi perpetrati forum declinari non possit, quauis alia exemptione, vel priuilegio non obstante, consonat pariter Iuri communi iuxta *text. in cap. 1. de priuil. in 6.* vbi etiam declaratur, quid nam operetur exemptio, ne exempti careant omnino in his commodo libertatis.

De seruandis Statutis, & illis deficientibus Iure communi.

Cap. XLII.

a Nter ciues, incolas, & *b* districtuales vbique seruentur Vrbis Statuta; nisi in loco Districtus, in casu contingenti, aliter per particularia Statuta fuerit prouisum; & vbi Statuta nõ disponunt, *d* seruetur ius ciuile, (nec immeritò, quando in hac Vrbe Roma Iura ciuilia orta, auctaque sunt, & ad alios Populos defluxerunt, & adhuc suscepta benignè seruantur) & vbi deficit ius ciuile, tunc ad Sacros Canones recurratur.

SVMMARIVM *Annotat.*

1 *Clerici veniunt sub nomine Districtualium.*

2 *Statuta Vrbis debent seruari à locis comprehensis in districtu, licèt exemptis à iurisdictione fori Vrbis, nisi habeant alia particularia Statuta.*

3 *Statutum Vrbis disponens seruari debere ius ciuile in deficientiam Statutorum, quomodo intelligatur. & n. 7. 9.*

4 *Ius Ciuile correctum, non dicitur amplius ius ciuile.*

5 *Statuta in casu, de quo sit dubium inter ius ciuile, & ius canonicum, à quonam iure interpretationem recipiant. & num. 6.*

8 *Testamenta condita in Vrbe iuxta dispositionem cap. cùm esses, de testam. non sustinentur, ex efficacia Statuti disponentis, seruari debere ius ciuile.*

ANNOTATIONES.

A Nter Ciues, & Incolas) qui sint Ciues, & Incolæ dictũ est in præcedenti cap. sub litteris A. & B.

B Districtuales) qui veniant sub hoc nomine, satis intelligi potest ex annot. supra ad cap. 7. sub littera C. sed amplius 1 veniunt etiam Clerici *Rot. decis. 452. num. 2. par. 1. diuers. Roman. singul. 446.* nam & hi de districtu, sicque districtuales existunt. *Bald. in l. 1. §. huius studij nu. 21. ff. de Iust. & Iur. Io. Andr. ab eo citatus in cap. fin. de rescript. in nouell. Felin. in cap. Rodulphus 35. num. 17. & 18. sub verb. Districtus. Andr. Siculus in clem. ne Romani §. sanè de elect.* Immò & veniunt Prælati Clerici habentes Dignitatem in districtu. *Gemin. in cap. fin. in princip. sub num. 6. de offic. deleg. in 6. arguendo ex eodem text. §. nec aliquis*, & quicquid sit de illa disputatione, an in statutis Laicorum, & quando Clerici comprehendantur, de qua *Gemin. ibidem sub num. 8. & Felin. in dicto cap. Rodulphus sub num. 18.* & alii *in cap. qua in Ecclesiarum. & in cap. Ecclesia Sancta Maria decõ-*

ſſic. in caſu huius ſtatuti noſtri omnis planè dubitatio ceſſat, cum ſtatuta Vrbis auctoritate Greg. XIII. Summi Pontificis edita ſint Papalia, & ligent etiam Clericos, vti ſupra, fusè deduximus ad verbum auctoritate littera D. in tit. operis ;

3 Addo amplius, quod licet Caſtra aliqua, vel alia loca in Diſtrictu comprehenſa à Iuriſdictione Fori Vrbis exempta demoſtrarentur, nihilominus hæc ſtatuta ibi ſeruari deberent, niſi alia particularia ſtatuta adeſſent, vt per *Alex. conſ.* 151 *num.* 5. *vol.* 2. & *Corn. conſ.* 151. *num.* 6. *vol.* 3. *Luc. Pat. in præx. for Capit. lib.* 1. *cap.* 6 *ſub num.* 11.

C Fuerit prouiſum) quod & Iuri alias conſentaneũ eſt *not. Caſtr. in l. omnes Populi n.* 7. *ff. de Iuſt. & iur.* probat *Corn. conſ.* 151. *num.* 6. *vol.* 3. *Socin. Iun. conſ.* 11. *num.* 5. *lib.* 1. & tenent alibi Doctores communiter, vti teſtatur *Maſcard. de gen. ſtat. Interpr. concluſ.* 2. *num.* 86.

D Seruetur ius ciuile) & dixit *Rot. apud Seraphin. deciſ.* 487 *num.* 3. & *inter diuerſ. deciſ.* 685. *num.* 8. *par.* 1. & *in Peruſina bonorum* 20 *Aprilis* 1592. *nu.* 3. *coram Penia, quæ eſt* 37 *deciſ. inter impreſſas per*

3 *Pic. ad c.* 151. *ſtatutorum Vrbis hoc cod. libro*, niſi tamen ius ciuile expreſsè correctum ſit per Ius

4 canonicum, quoniam Ius ciuile correctum non dicitur amplius Ius ciuile *glo. in l. fin. vbi Bart. ff. ad l. Corn. de falſ. Capr. conſ.* 70. *nu.* 12. *Rota inter Doct. impreſſ. per Farinac. poſt lib.* 2. *conſil. dec.* 65. *num.* 2. exemplum ſit in pœnis a Iure ciuili impoſitis ſecundò nubentibus ex *l.* 1. & 2. *C. de ſecund. nupt. quæ à Iure Can. ſublata ſunt c. ſuper illa & c. vlt. de ſecũd. nupt.* vbi Canoniſtę cõiter *Gabr. tit. de ſecund. nupt. concl.* 5. *n.* 1. & ideò nec locũ habere poſſunt inter perſonas ſubiectas ſtatuto Vrbis, inter quas alioqui ex hoc ſtatuto ſeruari debet Ius ciuile, vti cenſuit & declarauit *Rota in Peruſina bonorum* 27. *ad gloſ. D. Pic in ſtat. Vrb.*

5 Quid ſi agatur alicubi de interpretatione ſtatutorum in caſu, de quo ſit dubium, ſeu differentia inter Ius ciuile, & Ius Canonicũ, nec tamen Ius ciuile correctũ ſit, à quo nam iure interpretationem recipere debeant ſtatuta ipſa? diſtingue

6 hoc modo, ſi ſumus in materia canonica, vt in matrimonio, & ſimilibus, ſtatutum recipiet interpretationem à iure canonico, non autem à iure ciuili; ſi autem tractabitur de materia ciuili, puta ſucceſſionum, tunc interpretatio deſumetur à iure ciuili, ſi autem ſimus in materia indifferenti, ideſt conuenienti vtrique iuri, vt in periurio, & in adulterio, tunc in terris Eccleſiæ præualebit ius canonicum, & ab eo ſtatuta ſument interpretationem iuxta *not. in cap.* 1. *de oper. nou. nunciat. & in l. priuilegia C. de Sacroſanct. Eccle.* In terris verò Imperii, aut ſtatutum factum eſt ab Epiſcopo, & tunc attendetur pariter ius Canonicum in interpretatione, aut à populo, & tũc ſtatutum regulabitur à iure ciuili, ita diſtinguit *Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de ſucceſſ ab inteſt. §.* 1. *verſ. ſed an filij, & verſ. quam de gradibus mentionem fecimus*, & illum referendo ſequitur *Sanct. Seuer. in repet. d. l. omnes populi num.* 215. & idem voluit *Dec. in cap. cauſam quæ, numero* 26. *de reſcript. & in conſ.* 158. *num.* 1. *col.* 2. *Brun. in d. ſtat. fam. excluſ art.* 5. *quæſt.* 11. iuribus etiam ibi per eum, idem voluit *Decian. dict. tract. crim. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 9. vbi ideo infert, quod in ſtatuto de gradibus loquendo, & generaliter de concernentibus peccatum, intepretatio ſumitur à canonico non ciuili, omnes ſcribentes in *cap. Sanctæ Mariæ de conſtitut. Calcan. conſ.* 74. *col.* 9. *Alex. conſ.* 69. *col.* 3. *vol.* 3. *Anchar. conſ.* 411 & plenius *Maſcar. de gener. ſtatut. interpret concluſ.* 2. *num.* 254. & in terminis, quando ageretur de iuramento, quod ſit ſeruandum ius canonicum etiã vbi ius ciuile viget etiam per iudices laicos in puncto purgationis moræ dixit *Rota in Romana fideiuſſionis de repræſentãdo* 10. *Martij* 1618. *coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano.*

7 Statutum hoc denique procedit in deciſoriis, non autem in ordinatoriis ita *Rota declarauit coram Achille de Graſs. deciſ.* 1. *in tit. de offic. deleg.*

Et amplius ſciendum eſt, quod ex efficacia huius ſtatuti diſponentis ſeruari debere ius ciuile,

8 teſtamenta cõdita in Vrbe iuxta diſpoſitionem *cap. cum eſſet de teſtam.* non ſuſtinentur, ità in terminis huius ſtatuti *Rota declarauit in Romana de Storchis* 27. *Maij* 1588. *coram bo: me: Cardinale Hieronymo Pamphilio*, & idem voluit *Magdal. de num. teſt. in teſtam. requiſ. in cap.* 8. *nu.* 24. 25. & 26. *par.* 2. *fol.* 441. *Gratian. diſcept.* 223. *num.* 52.

Poſtremo non omiſerimus, quod *Sacra Rota in cauſa Romana donationis de Caſtellanis* 23. *Iunij* 1631. *coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano*

9 cenſuerit ſtatutum hoc non comprehendere perſonas Eccleſiaſticas; verum contra iſtud pronunciatum militant antiquæ deciſiones, & rationes per nos in medium adductæ ſuperius ad titulum ſtatutorum in verbo auctoritate, itaque id ipſum videretur coarctari poſſe ad caſus, in quibus dici poſſit de defectu voluntatis Papæ auctoris ſtatutorum, veluti vbi Eccleſiaſtica iuriſdictio aut libertas detrimentum caperet, vel perſonæ Eccleſiaſticæ ſpeciali priuilegio per legitimas ſanctiones antea communitæ fuiſſent, ſeù vbi materia ſubiecta non permitteret ſeruari ius ciuile, & quoad vltimum caſum exemplum eſſe poteſt, quando agitur de iuramento, in qua quidem cognitione ius canonicum, etiã vbi ius ciuile viget etiã per Iudices laicos ſeruari debet, vt in pũcto purgationis moræ aliàs dixit *Rota in Romana fideiuſſionis de repræſentando* 10. *Martij* 1618. *coram Reuerendiſſimo D. meo Decano prædicto*, & recentius coram eodem idem repetit in dicta Romana donationis, quoniam vbi agitur de materia concernente peccatum, qualis eſt materia iuramenti, ſeruari debet ius Canonicum tam in foro Eccleſiaſtico, quam in foro laicali *Abb. in cap. ſi cautio num.* 25. *in fin. de fid. inſtru. Fel. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ num.* 54. *de conſtit. Marant. in ſuo ſpecul. par.* 3 *prine. num.* 73. *Mancin. de juramento par.* 4. *effect.* 219. *num.* 3. *Afflict. deciſ.* 322. *num.* 5. *Seraph. de priuileg. iuram. priuil.* 86. *ſub num.* 4. & *ſeq.* probat *tex. cum ibi not. in cap.* 2. *de iureiur. in* 6. Vnde merito in caſu dictę vltimæ deciſionis reſponſum fuit non debere attendi ius ciuile, ſed ius Canonicum propter iuramentum, de quo agebatur, ex quo quidem fundamẽto optimè ſuſtinetur illa deciſio, ſicuti ſuperius diximus ad verbum, auctoritate, in titulo ſtatutorum.

De

De Causis Capitolinis Iudicibus commissis.

Cap. XLIII.

SI quando Senatori, Collateralibus, Capitaneo appellationum, & alijs Capitolinis Iudicibus, per specialia rescripta Apostolica aliquę causæ committantur, quæ aliàs ad forum Capitolinum spectarent, si in illis certa, & specialis forma procedendi non detur: Statuimus, quod tam in procedendo, quàm in terminando Statuta, & stylus fori, & consuetudo seruetur, & intra initantiam statuariam decidi, & terminari debeant: qua elapsa, deserta remaneat, & ad Capitaneum vel à Capitaneo ad Senatorem, prout Statuta præcipiunt, appelletur. Et si contingat Senatorem, cui committitur, Iuris peritum non esse, Locumtenens ipsius, qui primus Collateralis est, de ea cognoscat, nec possit alium Senator deputare, nisi is Locumtenens suspectus, iuxta formam supra traditam, allegetur: quo casu seruetur, quod ibi statutum est.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Lex, seu Constitutio, debet esse de casu dubitabili.*
2 *Limitata causa limitatum producit effectum*
3 *Signatura Iustitiæ quibus in casibus rescribat ad Iudices Capitolinos.*
4 *Signatura Gratiæ rescribit in omni casu; & potest statutis ipsis derogare.*
5 *Rescripta, si non dant formam procedendi, censentur continere admonitionem.*
6 *Forma dat esse rei: Et ea non seruata in rescriptis appositæ, processus Iudicis est ipso iure nullus. & n. 7.*
8 *Commissio in causis Capitolinis, cum clausula quòd procedatur cum voto Rotæ, non tollit in reliquis ordinariam Iudicis facultatem.*
9 *Lex una declarat alteram.*
10 *Debeat, verbum, positum in cap. 3. lib. 1. statuter. stat pro Deceat.*

ANNOTATIONES.

A PER specialia rescripta Apostolica aliquæ causæ committantur) Sixtus Papa V. in suis litteris de erectione Collegij Notariorum Curiæ Capitolij, de quibus supradictũ est ad c. 21. pro maiori declaratione, atq; etiã ampliatione iurisdictionis Collateraliũ Fori Capitolini posuit hæc verba, volumus quoq; quod eisdẽ Collateralibus rescripta tã à Iustitiæ, quam gratiæ Signatura dirigãtur, & dirigi possint, prout *Signat. Iustitiæ*, & Gratiæ huiusmodi Auditori Camerę rescribere solet; De Senatore non fecit verbum, Tum quia de illius iurisdictione, & facultatibus non poterat dubitari, Lex autem, seù constitutio debet esse de casu du-
1 bitabili ad *tex. in l. quod Labeo ff. de carb. edic.* Tũ quia litteræ illæ emanarunt ad fauorem notariorum vtriusque Collateralis, qui tum primùm in erectione eorum Collegii experunt habere officia notariatus titulo oneroso, vnde non erat cur etiam de Iurisdictione Senatoris mentio fieret, ex qua directè saltem non promanat luerum ad notarios Collateralium; nam limitata causa
2 limitatum producit effectum *l. in agris ff. de aq. pro. dom.*

Hinc verò scilicet tam ex statuto, quam ex litteris prædictis apparet, non esse verũ simpliciter, quod quasi vulgo ab imperitis dici solet, signaturam Iustitiæ non rescribere in causis Capitolinis, siquidem rescribit etiam eadem signatura ad Iudices Capitolinos, in casu prorogationis fataliũ & generaliter aliàs in õnibus casibus prętquam in ijs, quibus, per statuta Vrbis planè prouisum est; quo verò ad signaturam Gratiæ; quæ dicitur Sanctissimi, res caret prorsus dubi-
4 tatione in omni casu, cum hæc possit etiam statutis ipsis derogare, quibus tamẽ alias non derogatur, sicuti patet ex litteris Gregorij Papæ XIII. fel. rec. ad confirmationẽ eorundem statutorum editis propè *fin. vers.* nec illis nisi per Signaturam nostram, & pro tempore existentis Romani Pontificis manu factam nequeat derogari.

B Si in illis certa, & specialis forma procedendi non detur) adde, quæ eisdẽ statutis non inest; nam si inesset, non ideò rescripta censen-
5 tur dare formam, sed potius continere admonitionem iuxta tradita per *Ruin. cons.* 133. *nu.* 7. *volum.* 5. & ante eum per *Abb. in cap. cum dilecta nu.* 12. *de rescript. & per Felin. ibid. sub nu.* 6. ibi, primum signum formæ est.

Vbi verò detur certa, & specialis forma procedendi aliter, quam statuta præscribant, tum illud certum erit, quod causa non erit amplius Capitolina, sed qualis eam faciet ipsa forma,
6 Siquidem forma dat esse rei, & dignessio de vna forma in aliam dicitur rem mutare, licet eadem materia perseueret *l. Iulian. §. si quis rem, & ibi Bald. ff. ad exhib. l. mulieris §. 1. ff. de verb. signif.* trad.

trad & exornat axioma istud *Euer.in cent. sua loco à defectu forme num.* 1. Ideo non seruata
7 forma talis rescripti, processus Iudicis esset ipso iure nullus *cap.Pisanis,& ibi glos.verbo irritum de rest.spol. cap.venerabili vbi gloss. in verb.cassamus de off.deleg.text,in l.eam y §. si Prætor ff. de transact.*not. & latè prosequitur *Felin. in d. c. cum dilecta littera B,* ibi, gesta contra formam sunt nulla.

8 Vnde commissio,quæ aliquando in causis Capitolinis conceditur,quod procedatur cum voto Rotæ, in reliquis non tollit ordinariam Iudicis facultatem, nec facit Iudicem de ordinario delegatum,nec enim dat certam, & specialem formam procedendi, sed vult tantum, vt in articulis Iuris procedatur cum voto Rotæ, vt habetur *in decis.343.num.9.par.1.diu.in recent*, quæ loquitur in causa tum vertente coram Senatore.

C Et si contingat Senatorem, cui cōmittitur, Iuris peritum non esse) deberet quidem Senator non solum esse Iurisperitus, sed etiam Doctoris titulo insignitus,vt supra *cap.3.in princ.* Verum hoc altero cap. declaratur posse contingere,vt Senator non sit Iurisperitus quodque tum Locumtenens ipsius, qui primus,Collateralis est, cognoscat de causis eidem Senatori etiam per specialia rescripta Apo-
9 stolica commissis, nec est nouum,quod vna lex
10 alteram declaret *l.non est nouum cum aliys duabus seqq.ff.de legi.* Vnde etiam interpretari possumus verbum debeat positum dicto cap. 3. vt stet pro deceat,vti accipitur in *tex.iuncta gloss. d.l.de de sponsi.in sub.si be not. Ponor.Euer.in Cent.sua loco a subiecta materia sub n.17.* Sicque euitatur correctio, & vnum cap. cum altero sat commodè concordatur,vti aliàs fieri debet,iuxta *text.in cap.cum expedat in princ.de elect.in 6.*

D Locumtenēs ipsius, qui primus Collateralis est,) vt supra, *cap.* 1. ibi. sit Primus Collateralis Curiæ Capitolii & locumtenens Senatoris.

E Seruetur,quod ibi statutum est) scilicet supra cap. 12.

De Sportulis.

Cap. XLIV.

A Portulæ per Iudices ordinarios nullatenus recipiantur, etiam in causis, in quibus per Apostolica rescripta eorum iurisdictio excitaretur, etiā si in illis summarius processus daretur, vel quoquomodo iurisdictio augeretur, vel minueretur; exceptis causis ab initio merè commissarijs, inter personas, quæ, seu earum aliqua Capitolino foro subiectæ non essent; & tunc moderatè, vt in sequenti capite dicitur, ac palam ab vtraque parte, vel saltem parte altera citata, & reculante, de illis in iudicio, & penes acta Notarij depositum fiat & quicquid etiam modicum vltra inferius præfinitum modum datum, promissum; vel receptum fuerit, in corruptelam, seu Barattariam imputetur, & in quadruplum in syndicatu Iudex puniatur; & interim possit ab officio arbitrio Conseruatorum remoueri; & si fuerit Senator, facto verbo cum Sanctissimo, & nihilominus sententia sit ipso iure nulla, respectu dantis, vel promittentis tantum, tamquam per corruptelam data; & plus dantes sint infames.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Statutum huius cap.loquitur de sportulis,quæ dantur Iudicibus.*
2 *Sportulæ Iudicibus ordinarijs Vrbis prohibentur per Constitut. Pauli V. Et an etiam prohibeantur Iudicibus delegatis.& n. 3.*
4 *Sportulæ quæ soluuntur Executoribus litium & Præsidentibus Officijs publicis,atque Nuncijs, siue apparitoribus, quomodo differant ab ijs,quæ soluuntur Iudicibus,remissiuè.*
5 *Sportularum origo.*
6 *Sportularium materiam qui pertractarint.*
7 *Iudices ordinarij de iure communi non possunt recipere sportulas.*
Idem in Iudice ordinario Ecclesiastico, ex iure Canonico. n. 9.
8 *Iudices ordinarij salarium habent à publico.*
10 *Consuetudine introduci an possit, vt Sportulæ à Iudicibus recipiantur?*
11 *Iudices ordinarij sportulas accipientes, qua pœna puniantur per Statutum?*
12 *Cambysis Regis supplicium aduersus Iudicem, qui per sordes iudicauerat.*
13 *Barattaria idem est ac corruptela: & aquiparatur crimini læsæ maiestatis. n. 14.*

ANNOTATIONES.

A Portulæ) statutum, vt apparet
1 hic, loquitur de sportulis, quæ dantur Iudicibus de quibus habetur in *leg. fin C. de fruct. & lit. expens. & in authen.de Iudic. §. ne autem.*

Sed ad materiam istam videnda est constitutio Pauli Papæ V. de *Reform. Vrb. cap. de sport. seu propin.* quæ vsu seruatur, & quoad Iudices ordinarios sportulas, seu propina, prohibet hisce verbis: Nullus Iudicum
2 Ordinariorum Vrbis, & Romanæ Curiæ cuiuscumque dignitatis etiam speciali nota dignus, in

causis

causis ciuilibus ordinarijs, ratione sportularum, siuè propinarum aliquid prorsus accipiat, etiam
3 à sponte dare volentibus, quo vero ad Iudices delegatos sportulas permittit in quibusdam causis, & cum certis moderationibus, pro vt fusius in ipsa constitutione perlegenda.

Aliæ sunt sportulæ, quæ soluuntur executoribus litium, & præsidentibus officiis publicis, atque Nuntijs, siuè apparitoribus, de quibus loquitur *text. in §. tripli. Instit. de action. in Nouell. sed hodie C. de Episc. & Cler. in nouell. vt litig. lur. in exord. §. & hoc quoque, & in nouel. de Sanctiss. Episc. §. sportularum*. Quomodo autem differant istæ ab illis, explicat *Oinotom. in d. §. tripli. nu. 3. & plur. seqq. Mynsing.* ibidem
4 *num.* 8. cum aliis *seqq.*

5 Sportulæ verò originem ducunt ex antiqua obseruatione Romani moris, cum enim populares, & plebeii ad limina Potentum accurrerent, vt Dominos salutarent, & comitarentur, distribuebantur eis munuscula in sportulis, quæ distributiones hinc assumpserunt nomẽ sportularum *Oin. loc. cit. secundum Zas.* ibidem *Alciat. lib. 3. dispun. c.* 17. & ità dicuntur sportulæ à sporta, ideſt, vase de minutis virgis concinnato, quo continebantur illa salaria, seù distributiones, sicque ponitur continens pro contento, vt annot *glos. in eodem §. Fab.* ibidem, *num.* 4. *Plat. nu.* 6. *Mynsing. n.* 8 *Bud. in Pandec. ad Tit. de offic. q.* ibi. sportæ sportulæ, sportellæ munerum sunt receptacula, sed plenius ad significatum, & materiam sportularũ vide *Bud. ad l. si mulier ff. de don. int. vir. & vx.* & aliquid apud *Cal. Rhodig. lect. antiq. lib.* 12. *cap.* 21. *& Alciat. in l. pecunia verbum §. actionis num.* 5. *ff. de verb. signif.* vbi ponit originem sportularum Iudiciorum hoc modo, nempè, quod dum Iudicium accipiebatur, ideſt lis contestabatur, actor, & Reus deponebant in æde Sacra sportulam, in qua pecunia erat, quam qui vicisset lucrabatur, & hæc pecunia sacramentorum dicebatur; inde est apud M. Varronem, & Ciceronem Sacramento vincere; & quia deinde cœptum est ex huiusmodi more Iudicibus honoraria persolui, sportulæ Iudicum inde nomen traxerunt, id ipsum tradit idem *Alciat. ex Suida dispunct. lib.* 3. *capit.* 17. *prope fin. Polet. histor. for. Roman. lib.* 5. *cap.* 11. *Cal. Rhodig. d. cap.* 21. *in fin.*

6 Postremo autem sportularum materiam vberrimè pertractauit, ac explicauit *Polet. Histor. for. Rom. d. lib.* 5. *cap.* 11. vbi de sportulis Iudicum, & Apparitorum *Gregor. Tholos. de Repub. lib.* 2. *cap.* 6. *à num.* 16. *vsque ad* 20. *Cutac. obseru. lib.* 12. *cap.* 22.

B 7 Per Iudices ordinarios) hi etiam de iure communi nõ possunt accipere sportulas. imò neque esculenta, & poculenta iuxta magis communem *Doct. opin. de qua testatur Ias. in §. tripli. nu.* 46. *in fin. Inst. de act. vbi, & Fab. num.* 2. *Oinotom.* ibidem *sub num.* 4. huius opinionis auctor asseritur *Innoc. in cap.* 1. de plus petitio *num.* 1. *& in cap.*
8 *cum ab omni* 10. *de vit. & honest. Cler.* & ratio est quia Iudices ordinarij salarium habent à publico *l. fin. C. ad leg. Iul. repet. §. oportet. igitur te pure cap.* 1. *authen de mand. Princ. facit glos. in l. fori verbo Castrense* C. *de aduoc. diuers. Iudicior. gloss. verb. auaritiam authent. vt Iud. fin. quo fundr. cap. scriptum est exemplar.* Vnde propter similẽ rationem iure Canonico sancitum est *cap. cum ab omni* 10. *de vit. & honest. Cleric.* quod Clerici Ecclesiasticos habentes redditus Iudicia gratis exerceant, & ibi Canonistæ not. in specie, quod
9 Iudex Ecclesiasticus ordinarius, siue delegatus, non potest petere sportulas, id verò nouissimè tradidit *Gratian. discept. forens. cap.* 561. *num.* 1. *tom.* 3. Consuetudine tamen induci potest, vt
10 sportulæ à Iudicibus recipiantur, vti censuit *Anchar. cons.* 201. *n.* 2 secutus *Specul. tit. de Salar. Iudic. §.* 1. *num* 9. & hæc opinio est magis communis, vt attestatur *addit. 1. ad singul. Roman.* 183. idem *Gratian. d. cap. num.* 7.

Multi tamen contra sentiunt, & præcipuè *Granat. ad Vestr. lib.* 7. *cap.* 1. *nu.* 32. & alij relati ab eodem, *& Gratian. d. cap. numer.* 4. *& seq.* quorum sententiam dicit etiam esse communem *Sylvest. verbo iudex.* 1. *num.* 13. propè fin. verum opiniones prædictæ conciliantur, vt infra dicemus ad *cap.* 46. *littera A. verbo salarium est tenue.*

Sed quoad sportulas, seù propinas, vt vocant, habemus modo Reformationem expressam *capit. de sport. seu propin.* de qua supra initio huiusce annot. quo verò ad esculenta, & poculenta præscribitur Capitolinis Iudicibus in litteris Apostolicis, quæ in forma Breuis singulis expediuntur, quod ea tantum accipiant, quæ triduo consumi possunt.

C 11 In corruptelam, seù Barattariam imputetur) pena inflicta per statutũ Iudicibus ordinarijs sportulas accipientibus scilicet gravis est, & pertimescenda; de corruptela puniuntur Iudices ex *l. Iul. repet. l.* 3. *& l. Lex Iulia §. hodie ff. eod. tit.* pœna tamen huius delicti ex Iure communi est arbitraria Iudici pro qualitate factorum, & personarum; quocirca tales, Rei aliquando in exilium mittuntur, aliquando in Insulam deportantur, aliquando etiam morte puniuntur, vt per *Menoch. de arbitr. Iud. cas.* 342 *num.* 7. exemplum insignitæ seueritatis in Iudicem corruptum vide apud *Valer. Max. lib.* 6. *cap. de seuerit.* & apud *Alex. lib.* 3. *dier. genial. c.* 5.
12 qui referunt Cambysem Persarum Regem Iudicis cuiusdam, qui per sordes iudicauerat, detractam pellem sellæ intendi; in eaque filium eius iudi-
13 caturum considere iussisse; Barattaria idem est, crimen, atque corruptela, & habetur vtrumque apud Doct. pro synonimis; nam & barattariam interpretatur vulgus, vbi Iudex per pecuniam iudicat *Anchar. cons.* 171. *de ticul. num.* 4. *tradit Boss. tit. de offic. corrup. num.* 1. *&* 2. & hoc ipsum crimen appellatur repetundarum, vt per *Mascard. concl.* 164. *verb. barattaria in princip.*
14 æquiparatur autem barattaria crimini læsæ maiestatis *ex glos. in authen. nouo Iure verb. confiscatis C. de pœn. Iud. qui mal. Iud.* atque etiam crimini Simoniæ iuxta *not. per Mascard. d. concl. nu.* 9. *&* 10. Quomodo autem probetur, vide eumdem *Mascard. concl.* 165. *&* 166. & de eius pœnis vide *Clar. q.* 73. *num.* 2. & Doctor. alios ab eo citatos.

De Moderatione Sportularum.

Cap. XLV.

IN cauſis à vigintiquinque ducatis de carlenis infra, carleni quinque pro parte qualibet; à ducatis vigintiquinque vſq; ad quinquaginta inclusiuè, carleni ſeptem; à quinquaginta vſque in centum, carleni quatuordecim; à centum vſque ad quamcumque ſummam, non excedantur ducati duo auri pro qualibet parte: in decretis, & viaticis ſeruetur taxa infra tradenda.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Quantum petatur, non quantum debeatur, quærendum eſt, quoties quæritur de quantitate, à qua pendeat iuriſdictio.*
2 *Conſuetudo eſt optima Legum interpres.*

ANNOTATIONES.

A MOderationem ſportularũ præter eam, quam ſtatutum hic præſcribit, nempè magis plenam, & generalem, ac recentiorem, vide in Reformat. Trib. Vrb. Pauli Papæ V. ſupra citata *capit. de ſport. & prop.*

B In cauſis à viginti quinque ducatis)

1 quoties de quantitate, à qua pendeat iuriſdictio quæritur, ſemper quantum petatur, quærendum eſt, non quantum debeatur, ità *Vlp. in l. cum quadam §. quoties ff. de Iuriſd. omn. Iud.* ideò non attenditur effectus actionis, ſed ſumma petitionis *Bart. in d. §.* vbi etiam *Iaſ. num. 5. Decian. ſub num. 3.*

Hinc traditum eſt etiam quoad quantitatem ſportularum recipiendarum attendendam eſſe petitionem, quod & forenſis vſus comprobauit,
2 Vnde aliàs interpretatio ſumitur, optima enim eſt legum interpres conſuetudo *l. ſi de Interpretationi, & l. ſeq. ff. de leg.*

De Sportulis Capitanei, & Iudicis Appellationum.

Cap. XLVI.

ET quia Capitanei, & Iudicis appellationũ ſalarium eſt tenue, ſtatuimus, quod vltra ſalarium a Camera recipere conſuetum, pro qualibet ſententia diffinitiua habeat in cauſa, à decem ducatis infra, carlenos duos à qualibet parte; à decem ducatis vſque ad vigintiquinque, carlenos quattuor; à vigintiquinque vſque in quinquaginta, carlenos quinque; à quinquaginta vſque in centum, habeat ducatum vnum de carlenis; à centum vſque ad quadringentos, iulios decem; à quadringentis vſque in infinitum, ducatos duos auri à qualibet parte; & hoc ſiue cauſa ſit ordinaria, ſiue commiſſaria. Quòd ſi maiores ſportulas receperit, facto vel promiſſione, incidat in pœnam vigintiquinque ducatorum, & in delictum corruptelæ, ſeu Barattariæ imputetur, & de eo in ſyndicatu puniatur; poſſitq; interim ab officio arbitrio Conſeruatorũ remoueri: & nihilominus ſententia ſit ipſo iure nulla, vt ſupra dictum eſt; tamquam per corruptelam lata, & dantes plus ſint infames, quibuſcumque in contrarium facientibus non obſtantibus. Excipimus tamen à ſolutione ſportularum cauſas mercedum, & miſerabilium perſonarum, in quibus nihil exigi volumus ſub pœnis prædictis, præterquam quo ad nullitatem ſententiæ. In cauſis autem, in quibus de voto Conſultoris Capitaneus pronunciabit, tantundem pro conſultore, & non vltra, deponi poſſit, quantum Capitaneo debetur; aliàs ſit locus pœnis ſupradictis.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Capitaneus Appellationum an poſſit recipere ſportulas.*
2 *Nouell. 82. de Iudice §. ne autem, an habeat locum etiam in Iudicibus ordinarijs.*
3 *Conſuetudo, vt ſoluantur ſportula, an valeat.*
4 *Sportula, vbi debentur Iudicibus, ſi per ipſos non ſtet, quominus ſententiam proferant, iuſtè ab illis exiguntur, licèt tum partes litigan-*

tigantes ad concordiam inter se deuenissent.
5 *Miserabilium personarum causæ, etiam de iure cõi à sportulis immunes esse debent.*

ANNOTATIONES.

1 A Alariũ est tenue,) æqua planè ratio affertur, cur permittatur Capitaneo Appellationum sportulas recipere, nempe scilicet labor sine mercede fiat, sicuti in hac ipsa materia dicitur, & statuitur ab Imperatore Iustiniano in *Nouell.* 82. *de iudic. §. ne autem*, 2 quam quidem constitutionem locum habere etiã in iudicibus ordinarijs, vt in delegatis notauit, ibi *gloss. verbo pedaneis*, & probat ibidem *Bart.* n. 2. sed hæc opinio *gloss. & Bart.* repugnare videtur communi Doct. opinioni, & alijs per nos adductis in præcedenti *cap.* 44. ad verbum per iudices ordinarios; attamen vtraque opinio conciliari facilè potest cum hoc temperamento, nempè, vt prima, & communis locum habeat, vbi Iudices salarium à publico habeant congruum, quod eorum labori respõdeat, ideo enim hi sportulas accipere prohibentur *arg. text. in cap. cum ab omne de vit. & honest. Cler & in nouell. const. vt Iudic. sine quoq. suffrag. §. cogitatio. & dicto §. ne autem authen. de Iudic.*

Altera verò procedat, vbi tenue sit salarium, nec æquale labori, quod statuentes in casu nostro vtique considerarunt; laboris namque ratio haberi debet *d. §. ne autem probat text. in l. 1. §. in honorarijs ff. de var. & extr. cognit.* & nemo cogitur suis stipendijs militare, *c. iam nunc. §. in fin. 28. q. 1. cap. cum ex officij. 26. de præscript. Spec. tit. de salar. Iud. §. 1. in prin.* & iuxta hãc distinctionem 3 soluitur quæstio, an valeat consuetudo, vt soluantur sportulæ, de qua aliquid diximus supra, ad *cap. 44. de sportul. littera B. verb. per Iudices ordinarios*, in qua quidè quæstione ita expressè distinguit *Corsett. singul.* 297. idque tam de iure ciuili, quam Canonico, & ità pariter sentire videntur complures Doct. si eorum dicta, & rationes benè ponderentur, præcipuè verò *Specul. dicto tit. de Salar. Iudic. §. 1. in princ. Menoch. de arbitr. Iudic. cas.* 342. *in fin. Honded. cons.* 84. *n.* 64 *vol.* 2. & plures alij relati per *Gratian. d. cap.* 561. *num.* 8. *& seq.* atque ità demum sentire videntur Iuris nostri municipalis conditores, dum hic aperte permittũt Capitaneo Appellationum sportulas ex expressa ratione, quia salarium eius est tenue; itaq. permittuntur etiam in nouissima Reformatione Trib. Vrb. sportulæ Capitaneo Appellationum iuxta taxam à nostris statutis constitutã, non tñ in casibus sibi ead. Reform. interdictis sicuti habet eadem reformatio specialiter *cap. de sport. vers. Capitaneus autem Appellationum*; nullum vero casum eadem constitutione interdictum comperio præterquam *in cap. de Capitolio, & eius Official. vers.* 2. vbi hęc habentur verba, Capitaneus Appellationum pro reuocatione, seu moderatione quarumcumque Inhibitionum, sportulas nullo pacto accipiat. Demum verò adhuc, non omiserimus, quod vbi Iure alias debẽtur sportulæ Iudicibus, si iidem in causarum cognitione debitam operam impenderint, ita ut per ipsos iam non stet, quominus sententiam proferant, iustè sportulas exigent, licet tum partes litigantes ad concordiam, seù transactionem inter se deuenissent, iuxta *not. per Specul. tit. de Salar. Iudic. §. 1. dicituri in fin. & per Franc in cap. Statutum §. assessorem in fin. de rescript. in 6. Iason. in §. tripli num* 58. *inst. de action.* & ibi addit. *verb. aduertas Dec in l. in iure ciuili* 121. *in princ. ff. de reg. Iur. facit consil. Roman.* 85. *per tot. & consil.* 434. *sub nu.* 5. *Gratian. discept. forens. c* 55. *num.* 15. *vol.* 1. *& cap.* 561. *num.* 34 *& seqq.* qui plures alios refert, & plenius hunc articulum explicat, atque huc conferunt, quæ de Aduocatorum honorarijs per nos annot. reperiuntur inferius ad *cap.* 91. *de Salar. Aduoc. lib.* 3. *littera H. verbo*, & *tantundem Procurator.*

5 Miserabilium personarum) earũ causę etiam
B de Iure communi à sportulis immunes esse debent ex traditis per *Asin. in prax. Iud. §.* 3 *cap.* 11. *num.* 34. *facit text. in § sit tibi quoque vbi, & glo. verb. vilium Auth. ac Mand. Princip. in l. illicitas* 6 *§. ne potentiores vers. ne tenuis ff. de offic. Præsid. & in l. nonnunquam* 72. *ff. de Iud.*

Qui pro maioribus habeantur.

Cap. XLVII.

Maiores Viginti Annis in quolibet contractu, actu, & negotio, & tam iudiciali, quã extraiudiciali in omnibus, & per omnia pro maioribus habeantur, omnesque dispositiones, & iura de maioribus annorum vigintiquinque loquentia, in eis seruentur, & tibi locum vendicent.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Statuta disponentia circa personam legitimandam ad aliquem actum, non ligant forenses, secus si disponãt circa solẽnitatẽ actus*
2 *Habeatur, verbum, denotat fictionem.*
3 *Fictio in casu ficto idem operatur, quod veritas in casu vero.*
4 *Casus fictus an regulariter veniat sub Statutis?*
5 *Maiores ficti excluduntur à petitione restitutionis in integrum, si non habeant iustam causam. Limita vt n.* 6. *&* 9.

Maiores

7 *Maiores ficti an habeantur pro maioribus in alienatione immobilium? & n* 8.

10 *Minor an possit per Statutum, vel per consuetudinem, fingi maior? & de ratione Statuti Vrbis circa hanc materiam. n.* 11.

12 *Maior fictus per Statutum, existens extra territorium, ibique disponens de Bonis in territorio Statuentium sitis, debet seruare solemnitates loci Statuti.*

13 *Secus si Bona essent extra territorium loci, in quo per Statutum fuit habilitatus.*

14 *Statutum de maioribus est decisorium, & non ligat forenses.*

ANNOTATIONES.

A 1 MAiores viginti annis) hic non comprehenduntur personæ forenses, nam statuta Ciuitatum, quæ disponũt circa personam legitimandam ad aliquem actum, quale est hoc nostrum, non porrigũtur ad eas personas, quę non sunt suæ Iurisdictionis, sed ad eas tantum, quæ sunt originariæ, vel habent domicilium, licet secus sit in statutis disponentibus circa solemnitatem actus ex *doctr. Bart. in l. 1. num.* 8 *ff. de tut. & curat. dat. & in l.* 1, *num.* 16. *C. de sum. Trinit. & fid. Cath* passim recepta, & canonizata, præcipuè apud *Rot. decis.* 709. *num.* 5. *par.* 2. *in recent.*

2 B Pro minoribus habeantur) Fictio est, idquedeno tat verbum habeantur ex *text. in l. Iure ciuil. ff. de contit. & demonstr. not. Bart. in l. si is qui pro emptore num.* 3. *ff. de vsucap.* vbi etiam addit. *nu.* 35. *littera B.* atque disposita de verè maioribus, iuxta ius commune, locum pariter habebunt in

3 istis fictis maioribus ex iure municipali; idemnamque operatur, fictio in casu ficto, quod veritas in casu vero, *l. unica in princ. C. de rei vxor. act. Euer. in cent. sua loco à vi fictionis num.* 4. neque de hoc vlla in statuto nostro cadere potest dubitatio propter clara, & prægnantia verba ibidem expressa; vnde quoties in statutis Vrbis de maioribus mentionem fieri continget, vtique comprehendentur huius generis maiores, licet

4 enim alias sub statutis regulariter non veniat casus fictus *ex tex. in l.* 3. *§. hæc verb. ff. de neg. gest.* iuxta tradita per *Bart. in l. omnes populi num.* 62 *ff. de iur. & iur.* cum aliis cumulatis per *Mascar. de gen. stat. interp. concl.* 1. attamen venit, vbi statutum expressè tribuit eamdem vim casui fictoCarp *ad stat. Mediolan. in pralud. nu.* 432. *Mascard. d. concl. num.* 43.

5 Hinc etiam consequitur, quod isti ficti maiores excludantur à petitione restitutionis in integrum, si iustam causam non habeãt illam petendi perinde ac si essent maiores vigintiquinque annis quod vtique tenendum est propter illa verba statuti; in quolibet contractu, actu &c. in omnibus, & per omnia, licet secus esset iuxta communem

6 Doctor, conclusionem, si statutum simpliciter loqueretur, admittendo minores ad certos actus tamquam maiores, & legitimam personam habentes iuxtam quamplurium Doct. auctoritatem quos referunt, & sequuntur *Boer. decis.* 350. *sub n.* 4. *prope fin. Barbat. in addit. ad Bal. in l. vnica. C. si de momen. poss. sub littera B. Contar. ad d. l. vnicam limitat.* 8. *n.* 17. *Caldas. ad leg. si curatorem C. de restit. in integr. verb. implorare in integ. rest. num.* 49. quidquid dixerit *Odd. tract. de rest. in integr. par.* 1. *q.* 15. *art.* 9. *sub num.* 75. qui tamen non loquitur in casu statuti habentis tam ampla et clara verba, atque hoc nostrum; vbi cessare videtur omnis dubitatio, & maximè ex vltima clausula, ibi omnesque dispositiones &cæt. *Marant. in repetitione l.* 15. potest in quarta limitatione *num.* 238. *ff. de acq. hæred.* vbi etiam

7 loquitur in pœnalibus; in alienatione autem immobilium, isti ficti maiores aliàs non habentur pro maioribus, vbi hoc non sit expressum, sed contrahere debent cum decreto iudicis, & alijs solemnitatibus statutarijs *Rol. cons.* 7. *n* 17. *vol.* 3. quem sequuntur *Contar. & Caldas. locis citatis tradit. Odd.* vbi supra, *num.* 77. *Scac. de appell. q.* 16. *remed.* 1. *num.* 23. vbi de veriori, & receptiori opin. verum in statuto nostro quoadhoc etiam

8 isti habentur pro maioribus, quod præcipuè cõprobatu rex *cap.* 151. infra hoc eod lib. vbi solẽnitates adhibendæ in contractibus ratione minoris ætatis restringuntur ad minores viginti annis, quod & comprobauit *Rot. apud Seraph. decis.* 746 *& 751. & decis.* 431. *par.* 1. *diuers. in recent.*

9 Nec etiam eis prohibita censetur restitutio in integrum ex regula generali, si qua mihi iusta causa videbitur, iuxta tradita per eosdem *Contar. & Cald. ijsdem locis.*

10 An autem aliàs statutum possit minorem fingere maiorem, dic haberi pro indubitato, quod possit, quodque etiam id possit consuetudo, vt per *Tiraquell tract. de nobil. cap.* 10. *nu.* 42. cum pluribus alijs ab ipso relatis *Odd. de rest. in integr.* qui de statuto loquitur *d. art.* 9. *num.* 76. *Rot. diuer. decis.* 786. *num.* 1. *par.* 2. *in recent.*

11 Hic vero non extra rem quęri posset de ratione istius statuti, siquidem nulla in eo affertur ratio, quod tamen in aliis capitibus, vbi de grauibus rebus statuitur, à nostris statuentibus sæpè fieri consueuit.

Et quidem ego censerem, eam esse rationem, quia sub hoc felici, fortunato, & augusto Cælo Romano hominum ingenia præclariora sint, & pueri citius adolescant & sapiant, quod experientia ipsa docet, & cæteris Romana præstitisse ingenia scribit M. Tullius, vti refert *Cæl. Rhodig. lection. antiquar. lib.* 18. *cap.* 25. *littera* C.

Sed amplius longe post hæc à me scripta, fortè reperi, quod *Quintil. Mandos.* insignis eruditionis I.C. hanc ipsam attulerit rationem huius nostri statuti, licet loquatur de veteri statuto *cap.* 65 *lib.* 1. tum vigente *in tract. de stat. minor cap.* 5. *num* 82. quæ quidem ratio, vt inquit ipse, vnica reddi potest, & ideo pro expressa habetur ad *tex. in l.* 2. *ff. de lib. & posthum. addo glos. singularem in l.* 15. *quamuis verbo curauit C. de fideicom. vbi Bald. in princ. & adden. ad eum littera B. Castr. ibidem num.* 4. *glos. fin. & in l.* 40. *tale pactum §. fin. ff. de pact. Euer. loco argumenti à ratione legis larga num.* 21. idem confirmat ipse *Mandos. ad*

regul.

regul. Cancell. 18.*q.* 14.*fub nu.* 3. ibi non absque magna ratione *Stat. Vrb. lib.* 1. *cap.* 65. cautum est maiores viginti annis in quolibet actu, ac negotio pro maioribus haberi; adeo enim sapere, & iudicio pollere Romanum viginti annis maiorē sicuti quemuis alium vigintiquinque. & paulò superius sub eodem numero, inquit, cum nostri, de Romanis loquitur, & ingenio alios quicunq; fiat, vincant, quod nemo qui sapiat, vnquam negauit.

Accedat etiam, quod in hac Alma Vrbe facilius sit proficere in litterarum studiis, prudentia & vsu rerum, atque etiam facillimum sit consulere peritiores. & sapientiores viros, quorum Romę profecto infinitus est numerus, nam Orbis epitomen Romam dixit nobilis auctor Grę-cus. Vnde meritò licuit liberam rerum suarum administrationem relinquere viris maioribus viginti annis, cum nimirum cesset ratio fragilis, ac infirmi consilii minorum annis vigintiquinque, quodque illud multis captionibus suppositum, multorumque insidiis expositum sit, quæ quidem alióqui cōmuniter cōsiderantur in Prætoris Edicto *ad l.* 1. *in princ. ff. de minor.* nam de Romanis adolescentibus, verè dici potest, quod ingenij præstantia in eis supplet ętatem, ne dicamus quod malitia supplet ætatem, sicuti etiam iure cōi aliquando considerātū, & pronunciatū reperitur, vt in *tex. l. si alterius C. si min. se maior aix.*

12 Hoc loco nō prætermiserim, quod Rot. censuit statutum hoc habilitare personam, & ideo iste sic habilitatus existens extra Territorium, & ibi disponens tantum de bonis in Territorio statuētium sitis, non debet seruare aliquas solemnitates loci contractus, sed benè solemnitates huius statut, ità Rota in istis puris terminis huius nostri Capituli declarauit, vt *apud Card. Seraphin. decis.* 746. & 75 .

13 Quodque secus esset, si talis habilitatus disponeret de bonis sitis extra Territorium loci, in quo per statutum fuit habilitatus, quia tūc essent seruandæ solemnitates loci contractus, si quæ requirerentur, aut in illarum defectum ius commune seruari deberet. ità pariter *Rota voluit corā Seraphino in praallegat decis.* & *insuper decis.* 782. & 791.

14 Atq; demum animaduertitur, quod hoc statutum est decisorium, & consequenter forenses nō comprehendit, *Caputaq. dec.* 283. *par.* 1. & *Rot. in Tudertina, seu Romana nullitatis obligationis* 4. *Iulij* 1614. *corā Buratto*, vbi de Tudertino, qui Romæ contraxerat, quæ decisio reperitur impressa per *Pic. ad Stat. Vrb. decis.* 63. *num.* 17. habet enim verba directa in personas. *Rot. in eadem Tudertina, seu Romana* 1. *Iunij* 1615 *coram Buratto impress. apud eumd. Pic. decis.* 64 *num.* 6.

De Tutoribus, & Curatoribus Minoribus dandis.

Cap. XLVIII.

QVilibet Capitolinus Iudex teneatur omnibus Tutores, & Curatores dare, iuris forma seruata. Possit tamē Iudex, si super hoc aditus fuerit, aliquem Notarium ad personas infirmas, & absentes ab Vrbe, vel in aliquo alio necessitatis casu, & maximè ad Viduas volentes tutelam, seu curam filiorum, vel nepotum ex filio, seu filia suscipere, aut actorem ad lites deputare, destinare, & delegare: cuius delegati decreto, & auctoritate prædicta fieri possint; & facta, prætextu defectus iurisdictionis, impugnari non possint. De qua infirmitate, vel absentia, seu alia necessaria causa sufficiat fieri fidem Iudici per sacramentum prædicta petentis: de petitione autem, delegatione, & iuramento prædictis, rogetur alius Notarius insolidum cum Notario delegando. Possit etiam Iudex, siue propter difficultatem inueniendi Tutorem, seu Curatorem, qui onus acceptet vel quādo Minor, seu Pupillus pauper esset, vel in paruis causis illi prouidere de persona Procuratoris specialiter ad causam, cum quo Iudicium agitetur, & valeat.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Tutores dare, ad quos Magistratus antiquitus pertinebat.*
2 *Tutores hodie dare potest quilibet Magistratus, & Iudices Ciuitatis. Intellige quoad Magistratus, vt n.* 3.
4 *Tutor dandus est à Iudice, vel originis, vel domicilij pupilli, vel ab eo, sub cuius turisdictione sunt bona pupilli.*
5 *Et quid, si pupillus habeat plures Iudices?*
6 *Tutores dantur impuberibus: Curatores verò puberibus, furiosis, prodigis &c.*
7 *Tutela materiam qui tractarint.*
8 *Actor ad lites quando deputetur. periculo tamen Tutoris, vel Curatoris.*
9 *Tutores, sicut Curatores, non possunt ex sua persona in rem pupilli, vel minoris procuratorem facere, sed actorem constituere debent ante litem contestatam. Et ratio, num.* 13.
10 *Vis non fit in verbis, sed in modo.*
11 *Tutor non impeditus pro pupillo agere, an possit deputare Actorem ad lites.*
12 *Decretum Iudicis est necessarium in constitutione Actoris ad lites pupilli. & nu.* 18. *Declara vt n.* 19.
14 *Procurator ad negocia pupilli, vel minoris potest constitui per Tutorem; & dicetur Procurator*

curator Tutoris, vel Curatoris, & n. 15.

16 *Actor, & Procurator, in quibus differant; remissiue.*

17 *Praxis constituendi Actorem Iudicis auctoritate.*

20 *Tutor in constitutione actoris debet confeciſſe inuentarium, & alia. Intellige vt n. 21.*

22 *Actor constitutus cum decreto Iudicis an poſſit abſque alio decreto reuocari?*

23 *Actoris officium expirat cum ipſa tutela, ſeu cura.*

24 *Actor comparens an teneatur producere legitimam Actoriam, & Tutoriam?*

25 *Et an cauere, pupillum, & tutorem ratum habituros? & n. 26.*

27 *Et an conficere inuentarium?*

28 *Pupillus an habeat obligata Bona Actoris non legitimè conſtituti?*

29 *Actor non ſolùm conſtituitur ad lites, ſed etiam ad negocia. Fallit in Actoribus vniuerſitatum n. 30.*

31 *Pupillus cum auctoritate tutoris non poteſt conſtituere procuratorem quoad alienationem Bonorum; ſed requiritur Decretum Iudicis.*

ANNOTATIONES.

1 A **Vilibet Capitolinus Iudex teneatur)** Ad quoſnam Magiſtratus antiquioribus temporibus pertinuerit cura dandi Tutores pupillis, tradit *Iuſtinianus Imperat. tot. tit. inſt. de Attil. tut. vbi Myſing. in §. ſed ex his & ſeq.* antiquitatem ipſam plenius explicat, iure verò, quod ipſius Iuſtiniani tempore in vſu erat, tutores creare debuit Romæ Præfectus Vrbis, vel Prætor, in Prouinciis earum Præſides, ac demum etiam in Ciuitatibus Defensores earum cum Antiſtite, non expectata iuſſione Præſidum.

2 Hodie autem de iure, & conſuetudine generaliter ſeruatur, vt quilibet Magiſtratus municipalis, ſeù Iudices Ciuitatis dent tutores pupillis *l. ius dandi ff. de tut. & cur. §. nos autem Inſt. de*
3 *Attil. tut. vbi Oinotom.* requiritur tamen quod tales magiſtratus ſaltem habeant mixtũ Imperium idem *Oinot. Inſtit. de curat. in pr. n. addit ſub littera B. ſub n. 7.* ſicq; ſtatutum noſtrum iuri communi conſonat.

4 Verum iure dandus eſt tutor à Iudice vel originis pupilli, ſeù domicilii, vel ab eo, ſub cuius iuriſdictione ſunt bona pupillorum, qui ſi non morantur in aliquo ex illis locis, reducendi ſunt ad patriam, ſeù locum originis *ex tex. in l. vnic. C. vbi pet. tut. gloſ. d. §. nos autem, verbo Creent*, & in
5 hac quæſtione, quando pupillus plures habet Iudices, quis ſit Iudex competens in dando tutore, communiter ità diſtinguitur; aut pupillus habet domicilium, & bona in eadem Prouincia, & Iudex illius loci dat ei tutorem *d. l. vnica*, & *l. 1. ff. eod.* aut habet in vno loco domicilium tantum, & in alio bona, & ſecundum *Azon* ſententiam, quam *Bart. in d. l. vnica num. 4* dicit eſſe veriorem Iudex originis, ſeù domicilij poteſt dare tutorem, qui res etiam in alia Prouincia ſitas adminiſtrare debet.

Hæc liceat retuliſſe ex *Oinotom.* docto, ac eleganti auctore loco citato, quem fortè non omnes cauſidici habent in ſuis bibliothecis.

B **Omnibus tutores, & curatores dare)** ſcilicet impuberibus tutores *§. impuberes Inſt. de Attil. tut.* puberibus verò vſque
6 ad 25. ætatis annum expletum, curatores dare de iure communi *l. 1. §. prætor, & §. apparet ff. de min. Inſt. de curat. in princ.* ſed ex iure municipali noſtro vſque ad vigeſimum annum complerum iuxta diſpoſitionem noſtri ſtatuti cap. præcedenti tradit *Luc. Pat. in prax. for. Capit. lib. 1. cap. 7.* dantur etiam Curatores furioſis, & prodigis, licet maiores ſint viginti, vel vigintiquinque annis, itidem & mentecaptis, & ſurdis, & mutis, & ijsqui perpetuò morbo laborant, quia rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt, ità ſanxit *Inſtin. Impir. inſtit. de curat. §. furioſi.*

C **Iuris forma ſeruata)** quæ potiſſimum apparet ex *tit. ff. de tut. & cur. & qui pet. tut. & cur.* atque *Inſt. tit. de legit. agnat. tut. de Attil. tut. de Curat. & C. qui pet. tut. & Curat. qui dar. tut. vel cur. poſſ. de Cur. fur. & prodig.* cum traditis per Doct. in eiſdem locis.

7 Materiam porrò iſtam egregijs commentarijs nouiſſimè illuſtrarunt *Io. Gutierez, Paul. Montani, Io. Harpprecht. & Marcell. conuerſ.* præter auctores alios, quorum tract. habẽtur *tom. 8. par. 2. tract. vniuerſ. iur.*

8 **Aut actorem ad lites deputare)** Actor eiuſ-
D modi ex iure cõmuni deputatur periculo tamen tutoris, vel Curatoris, vbi tutor, vel curator non poteſt negotia pupilli, vel minoris adminiſtrare *l. ſolet ff. de tut. l. decreto ff. de adminiſtr. tutor. §. fin. Inſt. de Curat.* Quod intantum procedit, vt in conſtitutione illius debeat dici, quod conſtituitur periculo ipſius Tutoris *Aret. in §. præterea num. 53. in principio Inſtit. de except.* neque Tu-
9 tores, neque Curatores ex ſua perſona in rem pupilli, vel adoloſcentis procuratorem facere poſſunt, ſed actorem conſtituere debent ante litem conteſtatam, ita tradit Imperator in *l. neque Tutores C. de proc. & ibi Bart. & Bald. num. 1. §. fin. Inſtit. de Curat. Marant. in repetitione. l. ſi Actor. num. 3. ff. de Procur. & in eius prax. par. 4. v. Validum, vel Inualidum num. 54. fol mihi 128. Abb. in c. petitio in princ. ante nu. 1 de Procurator. Aſſi. deciſ. 262. num. 5. verſ. 30. & c. Cacheran. deciſ. Pedem. 89. nu. 7* Parum autem intereſt, an tutor in conſtitutione vſus fuerit verbo actor, vel potius procurator, dummodo interuenerint ſolemnia, & Iudicis Decretum, quia
10 non fit vis in verbis, ſeu nomine, ſed in modo conſtituẽdi & qualitate rei mandatæ Itaque etiã ſi loco Actoris fuiſſet dictus Aſinus ſuſtineretur deputatio, vt in ſpecie dicit *Abb. illum text. in cap. petitio veſtra in principio ante num. 1. Ibiq. Innoc. 10. de Procurat. Bart. d. l. neque Tutores,*

num. 4.

num. 4. & Bald. num. 11 ad fin. Alex. conf. 461. lib. 4. Affl. d. decis. 262. num. 6. & in simili in constitutione Tutoris, si fuisset dictum de Curatore *Iaſ. in l. quoties in stipulationibus nu. 5. ff. de verb. oblig & in l. si quis in fundi vocabulo n 46.*

11 *Deleg. 1.* Sed quid si tutor non sit impeditus, quominus pro pupillo agat, sed tamen nolit agere, an possit nihilominus actorem ad lites deputare? *Bart. in d. l. neque tutores num. 7. in 1. lect.* dicit, quod omnes Doct. tenent sufficere, quod tutor nolit, sed crediderim *Bart.* hic velle dicere, quod liceat tutori actorem constituere, licet non habeat causam necessariam, exempli gratia infirmitatis, vel iustæ absentiæ, debere tamen, si nolit agere per se ipsum, afferre causam probabilem, saltem decentiæ, vel honestatis, cur nolit, prout ipsemet plenius declarat in *l. actor. nu. 3. ff. rem. rat. hab.* & hoc modo non erit ille sibi contrarius *Aretin. in §. preterea nu. 53. Institut. de except.* debet autem etiam causa esse honesta *Papien. in prax. in form. libell. quo agitur ad remed. §. & Curatores num. 12.* Immo euidens, vt infirmitatis, & absentiæ, nobilitatis, & similium *Aret. vbi sup. Ioseph. Ludou. dec. Perus. 4. n. 1.* Honesta autē, & sufficiens causa esset, si tutor esset mulier, vel egregia persona *Bart. d. l. Actor. nu. 3. Aret. d. num. 53.* vbi etiam enumerat alias causas, &c. Vnde concluditur in eiusmodi actu requiri cau-

12 sam aliquam pro statu, & conditione tutoris, ea potissimum ratione, quia decretum iudicis est necessarium in constitutione talis actoris *l. solet, l. decreto, & §. fin.* supra citatis; in decreto autem iudicis semper requiritur causa *l. eum bi §. si Prætor. ff. de transs.* cum simil. atque ità seruatur in praxi, quod & not. *Aret. in d. §. fin. n. 1. & 4.*

Cur autem non liceat tutori, vel curatori Pro-

13 curatorem pupillo constituere, sed actorem, ea affertur ratio, quia Domino tantum, & non alijs permittitur constituere Procuratorem *l. 1. ff. de procurat. not. Bart. in d. l. neque tutores num. 1. & Bal. n. 2. vers. quaro de ratione Oinotom. in §. in §. interdum. Inst. de curat. n. 3.* Potest autē Tutor vel Curator post litem contestatam procuratorē pupillo constituere *d. l. neque Tutores in fin.* quia dicitur effectus Dominus litis *Marant. in d. l. si Actor. nu. 3. in fin. ff. de procurat.*

14 Et hæc quoad Procuratorem ad lites, secus tamen quoad negocia, quia potest constitui procurator etiam antè, *Bald. in d. l. neque Tutores, num. 2. & Bart. num. 5 & 6. Fract. Papien. vbi supra nu. 12.* Est autem aduertendum, quod quādo Tutor constituit Procuratorem in casu per-

15 missio, talis Procurator non dicitur procurator Pupilli, vel Adulti, sed ipsius tutoris, vel curatoris, vnde in suo libello debet comparere tanquam procurator Tutoris, non autē pupilli, alias actus esset nullus *Marant. in d. l. si Actor. num. 4.*

16 Differunt verò in pluribus actor, & procurator, vt per *gloss. in eod. l.* verbo debent cum ibi, *not.* per Doct. & præcipuè per *Bart. ibidem n. 8. & Bald. num. 12.*

17 Demum non omiserim, quod modus duplex in praxi traditur constituendi actorem iudicis auctoritate, & vterque bonus, nempè, vel quod tutor actorem constituat cum Decreto Prætoris, vt probari videtur in *l. Actor. ff. rem. rat. hab. & in d.* [illegible] quod ipse Iudex det actorem ad petitionem tutoris, periculo eiusdem tutoris ità docet *Aretin. ex sententia Bart. & aliorum in d. §. fin. Inst. de Curat. nu. 4. vers. & aduertas*, & in tantum Iudicis decretum requiritur, vt

18 aliàs sententia lata contra pupillum, & Processus nullitatis vitio subiaceant *Rot. decis. 153. num. 3. par. 4. diuers. Marant in d. l. si Actor. Afflict. d. decis. 262 sub num. 5.* Neque admittitur allegatio præsumptionis huius decreti Addit. ad *Aret. dicto §. preterea in littera A institut. de except* vbi etiam, quod neque sufficit, quod dicatur constitutus apud acta; Hæc tamen procedunt in Tutore simpliciter constituto in testamento, secus

19 si etiam fuisset constitutus liber administrator, quia tunc non est necessariū factum Iudicis *Affli. decis. 262. num. 6. vers. in contrarium*, quod tamen est intelligendum, si inuentarium confeciſſet, vel esset saltem ei remissa confectio illius *Affl. vbi supra num. 7.*

20 Vltra namque Decretum Iudicis requiritur etiam, quod Tutor confecerit Inuentarium, & alia solemnia *Gabr. conf. 125. num. 5. lib. 2.* Quæ

21 tamen omnia procedunt ad hoc, vt factum Actoris possit præiudicare pupillis, secus autem in præiudicium aliorum, seù in fauorem pupilli, nisi fuisset oppositum in *princ Greg. decis. 31. num. 4. decis. 530. nu. 9. & decis 574. num. 1. & seqq.*

22 Vtrum autem, quando talis Actor est constitutus cum Decreto, possit absque alio decreto reuocari, & quod sic *Bart. in d. l. si Actor. num. 9.* in contrarium tamen vide *Bald. distinguentem*

23 *in d. l. neque tutores num. 8. & seq.* Item huiusmodi officium expirat cum ipsa Tutela, seu Cura *Bart. in d. l. Actor. nu. 5. & in d. l. neque tutores num. 8. & seqq. vbi etiam Bald. num. 10.* Inter alia notatu digna non præteribo, quod talis actor

24 comparens tenetur producere huiusmodi legitimam Actoriam, & quidem non solum Actoriam, sed etiam Tutoriam, quando tamen vtrumque simul opponitur *Bald. in l. si quis aliena §. quamquam ff. de neg. gest. addit ad Bart. in d. l. Actor sub littera B* ad quam tamen probationem non est ità necessaria scriptura, quin illa possit suppleri per Testes, non tamen vnicus sufficeret *Ioseph. Ludo. decis. Perus. 4. num. 1.* Item tenetur cauere

25 pupillum, & tutores ratum habituros *Papien. in prax. in form. libell.* quo agitur ad remed &c. *§. locatores num. 12. Borgni. tract. de tutor. num. 39.* quod tamen solum procedit, quando non constaret de Actoria, seù de ea foret dubium, secùs si de legitima Actoria doceatur. *Aret. d. §. preterea nu. 54. vers. sed Bart.*

26 Et dummodo fuerit petitum à parte, aliàs secus *Borgnin.* vbi supra *nu. 40. addit. ad Papien.* vbi supra. De cætero autem die; aut talis actor fuit creatus à Iudice ad petitionem Tutoris, & debet cauere pupillum ratum habiturum, aut fuit creatus à Tutore cum Decreto Iudicis, & tunc cauebit, quod Tutor ratum habebit *Bart. in d. l. neque Tutores in lectura antiq. num. 19. & in dict. Actor. nu. 5. Aret. d. §. preterea nu. 54.* Non te-

27 netur tamen facere Inuentarium, quando est creatus à Tutore, & eius periculo *Aret. ibidem n. 54.*

28 *vers. Nec talis Actor.* An autem Pupillus habeat obnoxia, & obligata bona Actoris non legitimè constituti. Dic, aut constituitur intuitu Pupilli, & tunc Pupillus habeat hypothecata bona Actoris,

ris, aut constituitur à Iudice intuitu tutoris, & tunc tutor, non autem pupillus habet illa obnoxia *Aret. d. num. 54. ver. & tene menti, Ioseph. Ludou. dec. Perus. 4. num. 2.*

29 Item notandum est, Actorem non solum cõstitui ad lites, sed etiam ad negocia, *Aret. d. §. preterea num. 1. vers. Et aduertas infilit. de except.* & quidem non solum ad præsentes lites, & negocia, sed etiam ad futuras, & futura, quicquid sit
30 in Actoribus vniuersitatum, cum aliud sit in actore priuatæ personæ *Bart. in l. Item eorum §. sed ita ff. quod cuiusque vniu. nom. addit. ad Bart. d. l. Actor sub litter. B.* Et quod pupillus cum auctoritate Tutoris possit Procuratorem constituere, *d. l. Neque tutores, vbi Bart. num. 10. Bald. num 6. Marant. d. l. si Actor. num. 54. Aret. d. §. preterea nu. 53. ad med. vers. nam pupillus*, quod
31 tamen non est intelligẽdum quoad alienationem bonorum, quia tunc requiritur Iudicis decretum, *Bart. vbi supra. num. 11.*

De Tutore, seu Curatore ad lites Minoribus, & Infantibus cõuenien-dis deputando.

Cap. XLIX.

MInores vtriusque sexus puberes in iudicio conueniendi, si Curatorem non habeãt, ter citentur ad legitimè comparendum in illa causa, quã Actor contra eos mouere intendit, illisque contumacibus existentibus, Iudex Curatorem præsentem, siue etiam absentem, ad illam tantum litem eisdem *a* etiam non petentibus, absentibus, & inuitis (vt præmittitur) deputet: *b* qui caueat, & impleat, quæ de iure implere tenetur. Vel si Actor malit, illis ter citatis ad comparendum legitimè, vt supra, aliàs videndum contra eos decerni grauamen: & exinde ad pignorum capturam, eorumq; subhastationem, & deliberationem procedat; & eo vsque grauamen prosequatur, & alteret, donec tædio affecti legitimè comparuerint; & per electionem vnius alteri non præiudicetur. Si verò conueniendi sunt Impuberes, aut Infantes, & Tutorem, aut Curatorem ad lites, aut etiam Actorem legitimè deputatum non habeant, Iudex per duos, aut tres testes, qui eos, & eorum patrem nouerint, summariè, & extraiudicialiter examinãdos de Cognatis, Affinibus, Vicinis, aut alijs, qui credantur defensionem Pupilli non omissuros, se diligenter informet: & citatis duobus ex nominatis per testes libero Iudicis arbitrio (etiam si deinde compettum fuerit, electos per Iudicem illis Pupillis, aut Infantibus non fuisse Proximiores, aut magis ad defendendum aptos) necnon & illo in cuius domo Infans, aut Pupillus educatur; ad suscipiendam Pupilli, siue Infantis defensionem, aliàs videndum dictis Infantibus, & Pupillis de Tutore, aut Curatore ad eam litem prouideri. Et ijs omnibus contumacibus existentibus, aut curam non suscipientibus, Iudex vnum, quem elegerit etiam ex non citatis, Tutorem, vel Curatorem, etiam absentem, ad illam tantum litem, qui solemnia implere, & satisdare teneatur, illis deputet: vel si ille ex legitima causa, infra triduum probanda, se excusauerit, alium deputet, vt supra. Si verò legitimam excusationem, arbitrio Iudicis, non habuerit, captis pignoribus, Tutelam, siue Curam suscipere, & solemnia, vt præfertur, implere cogatur, omni, & quacumque appellatione & recursu remotis. Vel si Actor magis elegerit ad decretum, & relaxationem grauaminis, pignorum subhastationem, & deliberationem, contra illos duos citatos, & vt præmittitur per Iudicem electos, vt supra de Adultis dictum est, procedat, & deueniat: nec per electionem vnius viæ alteri præiudicetur, vt supra. Si vero aliquis ex supradictis citatis, vel quiuis alius pro Pupillis, & Infantibus prędictis comparuerit, & aliquos ipsorum Proximiores Agnatos nominauerit, teneatur Iudex illos sic nominatos (si legitimam excusationem, vt præmittitur, non habuerint) ad curam, & defensionem ipsorum Pupillorum, in illa causa suscipiendam, etiam captis, distractisque pignoribus cogere: qui similiter solemnia vt supra implere teneantur. Et processus cum Tutoribus, seu Curatoribus, sic vt dictum est, deputatis, factus, & agitatus valeat, & teneat, nec etiam à Minoribus, & Infantibus ipsis in posterum defectu legitimitatis personæ quoquo modo impugnari possit: Et Iudex, qui in præmissis negligens fuerit, pœnam aureorum decem vice qualibet incurrat. In citationibus autem contra præfatos Minores, eorumque Tutores, & Curatores in prosecutionibus causarum exequendis, illa seruentur, quę infra de citationibus Maiorum tradita sunt: dummodo persona Tutoris, & Curatoris numquam omittatur. Possit etiam Iudex in paruis causis secundum qualitatem personarum, vel quando Minor, siue [illegible]

per

per esset, illi prouidere de persona Procuratoris specialiter ad illam causam, cum quo iudicium agitetur & valeat.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Minores, etiam inuiti, Curam in litem accipiunt.*
2 *Iudicium, cum Minore sine Curatore, non valet.*
3 *Casus à Statuto omissus remanet in dispositione iuris communis.*
4 *Curator, de quo Statutum, an debeat satisdare rem pupilli saluam fore? & n. 5.*
6 *Curatoris ad lites officium non consistit in administratione.*
7 *Curator ad lites, si recuset onus, an possit compelli per Iudicem ad illud suscipiendum? Et à quo Iudice detur? n. 8.*
9 *Iudex Ecclesiasticus dat Curatorem ad lites Minori laico litiganti coram se; & viceuersa Iudex laicus Minori Clerico. n. 10.*
11 *Statutum si mandat aliquid fieri, adiecta pœna, nullitas actus quando cesset.*
12 *Omissio formæ Statuti parit nullitatem.*
13 *Gesta contra formam præscriptam quando sint nulla; remissiuè.*
14 *Infanti Curator solus dari non potest.*

ANNOTATIONES.

IN præcedēti cap. generaliter actum est de tutoribus, & curatoribus dandis minoribus, vt alios in iudicio cōuenire possint, hoc autem capite præscribitur in specie, quid seruandum circa deputationem tutoris, seu curatoris ad lites, vbi minores, & infantes conueniuntur.

A Etiam non petentibus, absentibus, & inuitis) loquitur in hac prima parte statutum de minoribus pubertibus qui planè etiam inuiti curatorem in litem accipere debent ex iure communi, licet aliàs non accipiant curatorem, vt *Inst. de Curat. in prine. vers. item inuiti. Ait Prætor. § permittitur ff. de min. l. qui habent. §. si pupillus ff. de tut. l. vnic. C. qui pet. tut. vel cur. Afflict. decis. 256. num. 2. & seqq. Abb. in c. Imperatorem num. 7. de iuramento Calum. Aret. §. permissum num. 8. inst. de Tutelis.* Et licet statutum loquatur tantum in casu, vbi illi conueniantur, idem tamen ex iur. communi seruandum erit, vbi ipsi agant, nam iudicium cum minore sine curatore non valet, quia minor legitimam personam stādi in iudicio non habet, aliàs iudicium auctoritas redderetur elusoria, si minor indefensus condemnaretur *l. scita §. contra ff. de re iud. l. 1. & 2. C. qui legit. person. hab. Ran. in vid. l. clarum. C. de auth. præst. not. Ang. in d. prin. inst. de cur. sub num. 6. Oinotom. n. 10. Gail. pract. obser. lib. 2. obser. 108. in fin.* cumque casus iste à statuto omissus sit, remanet in dispositione iuris communis, *l. si vero §. de vire ff. sol. matr. l. commodissimè ff. de lib. & posth.* Ad quod vide *glo. in §. 1. in ver. In litem institution. de Curator. distinguentem & ibidem Aret. num. 6.* qui dicit tam si agatur, quam si conueniatur,

B Qui caueat, & impleat, quæ de iure implere tenetur) debet autem talis curator, de quo statutum loquitur, satisdare rem pupilli saluam fore *iux. not. per gloss. & Bartol. in l. & si ad species ff. rem pup. sal. for. Angel. in princip. Inst. de Cur. num. 10.* qui addit amplius se credere, quod debeat satisdare, vtilia facere, & inutilia prætermittere, & minorem indefensum non relinquere ad similitudinem tutoris per *tex. in l. fin. §. defensionem C. de admin. tut. & ex not. per Bart. in l. legitimos in fin. princ. ff. de legit. tut.* & de obligatione satisdandi *not. Fab. in d. princ. Inst. de Cur. num. 2.* addens, non requiri satisdationem de iudicatu soluendo, siquidem de constitutione ipsius Curatoris appareat per *tex. in l. sancimus §. defensionem C. de admin. tut. & in l. vulgo ff. de admin. tut.* sed vsu non seruatur, vt Curatores isti satisdationem vllam præstent, nec etiā apud *Rot.* & inter Romanos non obstante statuto Vrbis *Mand in prax. comiss. form. 4. verbo Curatorem ad lites Put. decis. 130. num. 4. par. 3. Lud. decis. Perus. 48. num 2.* Nec est consuetudine receptum, quod conficiat inuentarium bonorum minoris, vt inquit *Ang. loco cit. num. 10. ex gloss. in l. de creationibus verbo conscripto C. de Episc.* audi cum alijs ab eo relatis; Nec est de iure *Rot. decis. 1. de iudic. in nou. Mant. sing. 582. incip. Iuli erat*, vbi etiam vsu forensi ità receptum esse inquit, quia talis curatoris officiū non consistit in
6 administratione, nec ei rectè soluitur *argum. l. ad protegendam C. de in lit. dan. tut. vel Cur. & in l. hoc iure ff. de sol. Spec. tit. de act ab vniuers. vel cur. deput. §. 1. vers. puberes Put. d. decis. num. 6.* Atque ita seruari pariter in Camera Spirēsi testatur *Gail. pract. obser. lib. 2. obser. 108. n. 11. & 12.*

An autem Curator sic deputatus minoribus puberibus, quatenus recuset, iure aliàs compelli possit per Iudicem ad suscipiendum talis curæ onus? dicas, eum posse compelli ex causa, vt de Curatore bonis dando habetur *in l. 2. §. quæritur ff. de cur. bon. dan.* ità tenent *Bart. in l. 3. § si pupillus num. 3. ff. de tut. Ang. in princ. inst. de cur. nu. 7. & Fab. num. 3. Oldr. cons. 59. in fin. vers. Item dubitatur*, an possit compelli *Gail. d. obser. nu. 5. facit tex. in l. munerum §. defensores ff. de mun. & hon.* idq; factū videmus ab hoc ipso nostro statuto sub altera parte huius c. vbi præscribit, quid agendum, si impuberes, aut infantes conueniātur, quod vtique dicendum est licere pariter in prima parte, nempè vbi statuitur de Curatoribus minoribus puberibus dandis, nam eadem est ratio, ergo & idem ius *l. adigere §. quamuis ff. de iur. patr. cum alijs vulg* nec de potestate statuentium dubitari potest, cum illi statuta condiderint auctoritate Summi Pontificis, à quo & eadem postmodum confirmata fuerunt, sic statuta sunt Papalia, quia ea nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur, vti supra ad *tit.*

statutorum,verb, Auctoritate annotauimus; Vnde ad rem bene facit argumentum ex *text. in d. l.2.§.quæritur ff.de cur.bon. dan.* ibi voluntarius itaque Curator quærendus est, nisi & magna necessitate, & Imperatoris arbitrio hoc procedat,
8 vt & inuitus crearetur. Quis det Curatorem ad litem, an Iudex domicilij, vel originis, vel litis Doct.mirificè cõstituantur,vt inquit *Mynsig.sing. obser.cent.1.obser.87.* sed videtur dicẽdum cũ eodem ex sententia *Oldr.cons.59* quod si ad vnam causam tantum dandus sit Curator, Iudex causæ, corã quo ea vertitur, id facere debeat, si tñ talis sit Iudex,cui hoc iure cõpetat, sicuti cõsueuit dici in prorogatione iurisdictionis *C. de Iurisdict. l.1.* si verò simpliciter ad lites, quo casu generaliter ad omnes censetur datus ex *text. in l.qui habet §.vlt.ff.de tut.* tunc dandus erit à Iudice domicilij, vel originis, quis autem ex his duobus debeat hoc casu dare curatorem, dic vt ad præcedens caput annotauimus in verbo,quilibet Capitolinus Iudex in fine, & generaliter aliàs dantur Curatores ab ijsdem Magistratibus,à quibus, & tutores *Inst.de curat. in princ.vers. Dantur tamen*.

9 Nec omittam, quòd Iudex Ecclesiasticus dat curatorem ad litem minori laico litiganti
10 coram se *c.fin.de iudic.lib.7.*& contra Iudex laicus minori clerico litiganti coram se, *Marant in suo spec. iudic. 4. par. dist 11. num. 13. Mysin. d. obser.*

Demum quæro.num;hoc cap. tradita sit forma creandi curatorem in casibus expressis, ita ut si ea seruata non fuerit, Curatoris datio nulla sit, & crederem, quod non, quia verba statuti dirigũtur in Iudicem, cui etiam pœna imponitur aureorum decem vice qualibet, si in præmissis negligens fuerit; Est autem vera iuris conclu-
11 sio, quod vbi statutum aliquid mandat fieri adiecta pœna non facienti, tunc cessat nullitas actus, quando illa nullitas non tenderet ad præiudicium alterius,vt probatur *ex l.filius §.fin.ff.ad l. Corn.de falsi.not glos. in l.nullus videtur dolo facere ff.de re iudic, & in Clem.prima de iur. patr. Bart.* & alij communiter *in l.Prætor in princ.ff. de nou.oper. nunc.* & alij relati per *Alex. cons.24. lib.6.* vbi ideo ipse consulit, quod si statutum imponat pœnam Consultori reddenti consilium post terminum,valida erit nihilominus redditio Consilij post terminum, attento quod si nulla esset redditio consilij, talis nullitas non afferret præiudicium ipsi Consultori, sed parti: aliud exemplum simile ex multis aliis, Doct. auctoritatibus adijcit ibidem *Alex num.2.* atque hanc conclusionem plenius probat *Mascard. de gen.stat.interpr. concl. 9. num. 38.* Itaque hinc etiam infertur,non esse hic præscripta formam,
12 alias necessariò consequeretur nullitas ob omissionem formæ statuti iuxta tradita per *Felin. in c.cum dilecta sub n.6.* ibi gesta contra formam sunt nulla, *Mascard. d.concl.num.13.& 15.* cum pluribus alijs Doct.citatis.

Accedat,quod statutum non disponit sub verbis negatiuis, vel prohibitorijs, vel conditionalibus,neq. habet clausulam annullatiuam,neq. hic apparet aliquod aliud signum ex consideratis ad inducendam formam, de quibus potissimum agitur per *Felin.* ad cuius doctrinam in hac materia tanquam magistralem recurri solet *in c.cum dilecta num. 6.& pluribus sequentib.* & nouiter per *Mascard. dicta concluf. 9.* qui am-
13 bo locis citatis fusè, etiam pertractant, quando gesta contra formam sint nulla.

De causis restitutionis in integrum, etiam Maiorũ, et quomodo in illis procedatur.

Cap. L.

SI in integrum restitutio (à quacumque persona,etiam priuilegiata) principaliter in iudicio petatur, procedatur prout in ordinarijs procedi debere mandauimus; & si in vim illius aduersus duas conformes executione iam cœpta, seu etiam petita, inhiberi petatur, si executio irretractabilis non sit,sine præiudicio duarum conformium,& rei iudicatæ inhibeatur, & inhibitum esse censeatur. Si verò incidenter petatur, (quo casu summariè procedi volumus) tunc is, qui petit, suam intentionem iustificare teneatur intra dies vtiles decem quibus elapsis. Iudex ad instantiam eius, contra quem restitutio petita est, si nihil probatum, aut non releuanter probatum viderit,ad vlteriora procedat: sed si sibi supersedendum videbitur, possit ad alios dies quinque vtiles, & non vltra, ne quid noui fiat, inhibere; quibus elapsis, & nihil releuanter probato, omnino ad vlteriora in negotio principali procedatur, perinde ac si talis in integrum restitutio petita non fuisset.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Restitutionis in integrum materiam qui Doctores fusè pertractarint.*

2 *Restitutio in integrum competit non solum Minoribus, sed etiam Maioribus.*

Intellige

Intellige vt n. 3.

4 *Ea tamen, quę datur Minoribus, est fauorabilior.*

5 *Et quando dicatur peti principaliter, & quãdo incidenter.*

6 *Ordinarij Iudices in Vrbe qui sint remissiuè.*

7 *Collaterales Senatoris omnia facere possunt, quæ Iudices ordinarij.*

8 *Mandatum speciale ad petendam restitutionem in integrum, an, & quando requiratur.*

9 *Non requiritur ad defendendum reum conuentum in eodem iudicio.*

10 *Restitutio peti non potest per Procuratorem, quando principalis in prima causa personaliter comparere debuerit.*

11 *Restitutionem petere an quis possit, sine aliqua saltem summaria cognitione Iudicis.*

12 *Restitutio subsequitur causam, seu negocium principale.*

13 *Iudicium quodlibet custodit propriam naturam.*

14 *Causa semel summaria an semper remaneat summaria in quacumque instantia? remissiuè.*

15 *Restitutio non retardat executionem obligationis Cameralis.*

16 *Sententiæ duæ conformes habent ex statuto vim trium; & faciunt rem iudicatam.*
Et an hoc procedat in vna tantum sententia, quæ transitum fecerit in iudicatum? n. 17.

18 *Statuta strictè sunt intelligenda, non autem extendenda.*

19 *Restitutione postulata, nihil est innouandum.*

20 *Sententiæ duæ conformes, de quibus statutum, debent esse diffinitiuæ, non interlucutoriæ.*

21 *Executio quando censeatur cœpta, seu petita, & num. 22. 23. 24. 27. 28. 29 30.*

25 *Statutum cap. 180. de duabus sententijs conformibus, &c. habet locum in omnibus Tribunalibus Vrbis inter Ciues, Incolas, & districtuales.*

26 *Restitutio quando dicatur petita.*

31 *Et an detur in causis executiuis.*

32 *Sententia confirmatoria prioris sententiæ prolata ambabus partibus præsentibus, si eodẽ tempore ambæ instent, altera pro mandato, altera pro restitutione in integrum; quęnam pars censeatur præuenisse?*
Et quid si victor incipiat petere executionem, & nondum absoluta petitione, pars victa postulet restitutionem? n. 36.
Et quid vbi secunda sententia fertur à Capitaneo Appellationum, & eadẽ die victor petit coram eo executionem, & victus petit coram Iudice ordinario restitutionem in integrum? n. 40. 41. 42. & 43.

33 *Reo fauendum est potius quàm Actori, quãdo iura partium sunt obscura.*
Ampliа, etiam si reus per accidens efficiatur Actor. n. 35.

34 *Restitutio fauorabilior censetur, quàm executio.*

37 *Perfectum dici non potest, cui aliqua particula deest.*

38 *Regula, quæ fiunt incontinenti, inesse actui censeantur; non habet locum in momentaneis.*

39 *Capitaneus Appellationum non est Iudex ordinarius; & coram eo non potest peti restitutio in integrum principaliter.*

44 *Præuentio an inducatur, quando citatio, vel alius actus, quo nititur præuentio, præcesserit sententiæ prolationem?*

45 *Restitutio quando petatur incidenter.*

46 *Restitutionem in integrum petens an debeat eam iustificare ex actis causæ, an etiam possit aliunde? & n. 50. & 53.*

47 *Probationum facultas non debet coangustari.*

48 *Probationis nomen modos omnes probandi includit.*

49 *Lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet.*

50 *Summarijs in causis libera relinquitur facultas probandi quocumque legitimo modo.*

51 *Reus impedire volens executionem sententiæ, potest ex nouiter deductis detegere iniustitiam ipsius sententiæ.*

52 *Actor tenetur iustificare sententiam ex eiusdem actis.*

54 *Iudex debet sequi regulas iuris, rationis, & aquitatis.*

55 *Et ad eius arbitrium pertinet discernere, ac decernere, an restitutio petatur per calumniam.*

56 *Appellatio non datur à Decreto, Procedi ad vlteriora.*

57 *Dictio, omnino, omnem excludit exceptionem.*

58 *Iudex non tenetur intra terminum assignatum petenti restitutionem in integrum, expedire causam.*

59 *Consultor in articulo restitutionis in integrum incidenter, si petatur ab alterutra parte, an dari debeat? & num. 60. 61. 62. & 63.*

64 *Remedium rescindens, & remedium rescisoriũ proueniunt à restitutione in integrum: & quæ nam sint. n. 65. & 66.*

67 *Iudicium vbi cœptum est, ibi terminari debet.*

68 *Continentia causæ diuidi non debet.*

69 *Contrarietas sententiarum euitari debet.*

70 *Intentari non possunt duo iudicia eodem tempore, si vnum sit præiudiciale alteri.*

71 *Processus Iudicis nullus valet, parte non opponente.*

72 *Restitutio incidenter si petatur, & Iudex manet ad vlteriora procedi, an possit reus eam denuo petere principaliter coram alio Iudice competenti.*

73 *Restitutio semel denegata in vna causa, amplius non conceditur:*
Limita vt n. 74.

75 *Restitutio si petatur principaliter, & denegetur, an possit deinde peti incidenter?*

76 *Restitutionis in integrum remedium competit in Iudicijs possessorijs.*
Contrarium n. 77.
Intellige vt n. 78. 80.

79 *Mandatum de manutenendo non admittit exceptionem requirentem altiorem indaginem.*

81 *Restitutio in integrum in possessorio non datur Maioribus etiam propter Instrumenta nouiter reperta.*

82 *Restitutio in integrum non datur ex capite nullitatis contractus, seu sententiæ.*
Secus, si sententia sit iniusta. n. 83.

84 *Iniustitia, licet non sit notoria, sufficit ad restitutionem.*

ANNOTATIONES.

1 AD hãc materiam tractatus extat omni ex parte absolutus Sfortij Oddi, & alter etiam Frãcisci de Cal das, præter alium itidem copiosum Io. Mauritij Bolani, qui insertus est tractatibus vniuersi iuris tõ. 5. fol. 114.

A Etiam maiorum) Maiores iuxta statutum nostrum accipi debent, qui vigesimum ætatis annum excedunt vt supra *cap.* 47. *cum annot. ibidem.*

2 Hic habemus, quod non solum minores, sed etiam maiores restituuntur in integrum prout de iure communi, de minoribus habemus *tit. ff. de min. & C. de in integ. rest. min.* De maioribus verò *ex quibus caus. maior itidem ff. & Cod.* Verũ hæc
3 est differentia inter minores, & maiores in hac materia, quod minoribus læsis conceditur hoc beneficium propter solam ætatem, absque alia legitima causa *l. 1 ff de min. in princ. l. verum § fi. in fin. ff. eod.* Maioribus autem datur ex aliis iustis causis, vt in *princ. & toto tit. ff. & C. ex quibus caus. maior.*

4 Est tamen fauorabilior restitutio, quæ datur minoribus, quam quæ maioribus iuxta magis communem Doct. sententiam, de qua testatur *Oddus tract. de rest. in integr. par. 1. q. 3. art. 1. sub nu.* 3. & de effectu huius conclusionis, vide eumdem *in princ. ipsius. art.*

B Principaliter in iudicio petatur) quando restitutio peti dicatur principaliter, & quando incidenter, satis declarat *Luc. Pat. lib. 7. cap. 1. de caus. rest. in integr. num.* 5. *& Odd. q.* 33. *num.* 8. sed vera, & plana videtur sententia, quam refert, & communem dicit idem *Luc. Pat. sub d. num.* 5. incipiendo ibi *Bart.* verò, & sui distinguunt, ac prosequendo vsque ad *vers.* his igitur cognitis.

Et principaliter peti debet coram Iudice Ordinario dumtaxat qui reo competens sit, vel coram delegato à Principe *l. fi. C. vbi, & apud quem c. causa restitutionis de in integr. restit.* vbi omnes, *not. Luc. Pat. d. c* 1. *nu.* 3. *Odd. quæst.* 32. *art.* 3. *num* 28. & debet esse de Foro Rei *Marant. in pract. sit. & quandoque Appellatur nu.* 113. licet id fallere videatur in Clericis, & Ecclesia, ex quo habent priuilegium petendi restitutionem coram suo Iudice *Abb. in c. constitutus de rest. in integr. num.* 1. Ordinarius verò Iudex is censeri debet, cui à lege, consuetudine, populo, seù vniuersitate, vel Principe, aut legitima præscriptione iuris dicendi potestas competit, ità declarant Doct. communiter *in l. more, & in l. quia ff. de iurisd. omn. Iud. Vant.* qui, & alios refert *tract. de nullit tit. de nullit. ex defect. iurisd. num.* 31. *Scacc.* qui etiam aliis modis Iudicem ordinarium describit *lib.* 1. *de iudic. c.* 16. *n.* 5. Adde quod Iudex ordinarius ad effectum concedendæ restitutionis debet habere administrationem iurisdictionis *c. causa restitutionis de in integr. rest. Specul. tit de restit. in integr. §. videndum ref. at num.* 2. *Bart. in l. fin. num.* 8. *C. vbi, & apud quem Innoc. in d. cap. causa num.* 4. *de in integr. rest. Scac. de appell. quæst.* 19. *remed.* 2. *num.* 19.

6 Qui verò sint in Vrbe Ordinarij Iudices, vide apud *Scacc. d. q.* 19. *remed.* 1. *conclu.* 6. *num.* 79. & quoad Capitolinos, Senator supremus est huius Tribunalis, & ordinarius Iudex, vt per eumdem *Scacc. ibidem, & lib. primo de iudic. cap.* 34. *Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defect. iurisdic. num.* 14. 43.

7 Collaterales etiam Senatoris omnia facere possunt, quæ Ordinarij iudices, & inter cætera de restitutione in integrum principaliter cognoscere, vt expressè habetur supra c. 9. huius primi libri statutorum. sub verbo petatur. Cadit hic etiam declaratio alterius articuli ad praxim Fori Capitolini frequenter pertinentis,
8 scilicet an, & quando requiratur mandatum speciale ad petendam restitutionem in integrum, & quidem pro indubitato, & pro regula traditur apud omnes, quod restitutio in integrum principaliter fine speciali mandato à procuratore peti non potest *ex l. illud §. fin. ff. de min.* Incidenter verò peti potest ex mandato generali per *tex. in l. qui proprio §. item quæritur ff. de proc. Odd. quæst.* 31. *art.* 12. *&* 13. *Luc. Pat. cap. de caus. rest. in integr. num.* 13. *Gargiare. Patrocin.* 107. *num.* 6. vbi de principaliter, *& num.* 30. vbi de incidenter *lib.* 2. *Salust. Tib. in prax. cap.* 11. *lib.* 2. *nu.* 1. *& seq.* Vnde primum dictum aliqui ità strictè intelligunt, vt omninò opus sit nouo, et speciali mandato; verum largius, & facilius intelligi debet, quia sufficit mandatum antea datum ad causam principalem, vt possit procurator pariter agere causam restitutionis

cum

cum hæc ſit de appendicibus primæ cauſæ, vt inquit *Bar. in l. inuitus C. de proc. in antiq. lect. prope fin. verſ. Nam ſicut ibi*, procurator datus *Mant. ſing. 644 Odd. d. art. 12. nu. 64. & ſeq Couar. var. re ol. lib. 1. c. 6. n 1. Caldaſ. ad l. ſi curator. in verb Implorandum num. 3. verſ. Contrarium tamen C. de in integr. reſtitut.* Etmultò magis, vbi in mandato adeſſent clauſulæ, quæ communiter noſtris temporibus apponi ſolent, ſcilicet ad agendum, defendendum &c. vel ad faciendum ea, quæ mandatum ſpeciale requirunt *Mantic. eccles. 11. num. 2.* ex pluribus alijs auctoritatibus probat idem *Odd. ibidem num. 51. & 52.* quem vide per totum illum articulum, in quo ſexdecim profert limitationes ad regulam ſupradictam; quam demum generaliter limita, vbi ſpeciale mandatum comprehenditur ſub generalitate verborum vt *not Abb. in cap. coram nu. 5. de in integr. reſt.* quem ſequitur *Caſſad. d. cif 1. de proc. nu 3.* ac vbi eſſent nominati aliqui caſus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum *Mantic. d decis. 11. num. 2.* Coniunctum autem pro comũcto nõ admitti ad petendum huiuſmodi reſtitutionem dixit *Gratia. diſcept. 401. num. 14.* niſi tum eſſet legitimus adminiſtrator, vt Pater; legitimum autem adminiſtratorem quemcumque petere poſſe certum eſt *Gargiare. d. patrocin. 107. num. 30.*

Sed neque hoc omittendum videtur, quod licèt ſpeciale mandatum, vt ſupra, requiratur ad pe
9 tendam reſtitutionem, non tamen requiritur ad defendendum reum conuentum in eodem iudicio, iuxta tradita per *Caſſadorum d. cif. 2. de procuratorib. ſub num. 2. quem ſequitur Oddus relatis pluribus alijs d. artic. 12. num. 46.* facit regula, qui ad agendum admittitur, eſt ad excipiendum multò magis admittendus *c. 71.* qui ad agendum *de regul. iuris in 6.* Item pariter no-
10 tandum eſt, quod licet reſtitutio poſſit peti per Procuratorem, ſecus tamen eſt, quando principalis in prima cauſa perſonaliter comparere debuerit *Decia. reſp. 18. num. 234. lib. 1.*

11 Opportunè etiam hic quæri poteſt, an ſine aliqua ſaltem ſummaria cognitione iudicis, quis admitti debeat ad petendam reſtitutionem in integrum principaliter, dic. q. non requiritur cauſæ cognitio, vt bene *not. Innoc. in c. cauſa n. 2 de in integ. reſt.* quem ſequuta eſt *Rota in antiq. dec. 1. cod. tit.* atque ità docet forenſis vſus, nam admitti ſolet libellus reſtitutionis eiuſmodi cum clauſula Si & in quantum &c. & deinde proceditur ad cauſæ cognitionem iuxta naturam primi iudicij intentati.

C Procedatur, prout in ordinarijs procedi debere mandauimus) ſcilicet infra cap. 59. quod tamen intelligendum videtur, ſi primum iudicium fuerit ordinarium, nam ſi ſummarium, vt in ſummarijs procedendum erit *Odd. d. tract. q. 35. art. 8. num. 55.* vbi ponit notabile dictum *Beliam. deciſ. 166.* nempè quod ſi in negotio principali obtentum ſit ab vna parte, vt procedatur ſummariè & poſtea obtineatur per alteram partem mandatum de reſtituendo in integrum, prout de iure, procedetur in hoc articulo reſtitutionis in integrum ſummariè, licet hoc in commiſ-
12 ſione dictum non fuerit, & ea eſt ratio, quia reſtitutio ſubſequitur cauſam, ſeù negocium principale, quod ità paſſim appellant *Doct. & deciſ. Rot.* ad differentiam reſtitutionis in integrum, facit *deciſ. Caſſad. 2. de proc. num. 2.* & dictum *Bart. in l. inuitus C. de proc. in antiq. lect. in fin.* Acceſſorium autem ſequitur naturam ſui principalis *c. acceſſorium de reg. iur. in 6.* Et quodlibet
13 iudicium cuſtodit propriam naturam *c. paſtoralis de cauſ. poſſ. & propr. c. conſtitutus, vbi glo. de fil. preſb. not. Bal. in l. ſi quis conductionis nuu. 13. C. de loc. Abb. conſ. 16. num. 3. in fin. par. 2. Contar. ad l. vnic. C. ſi de mom. poſſ. limit. 2. num.* 14 34. Et in ſpecie quod cauta ſemel ſummaria, ſemper remaneat ſummaria in quacunque inſtantia, & coram quocunque Iudice probat *Rot. diuerſ. decis. 785. par. 3.* & comprobat plenè *Scacc. de appell. quæſt. 11. ſub num. 17. verſ. Confirmatur, & num. 59. verſ. Deduco ſecundo*.

Hinc videmus etiam, quod licet aliàs reſtitutio ſoleat retardare executionem per *tex. in rubr. & in nigr. C. in integr. reſt. poſt ne quid nou. fi.* quod, & *Doct.* pro regula ſtatuunt, vt per *Odd. quæſt. 42. art. 1. num. 1.*

15 Attamen non retardat executionem obligationis Cameralis, vbi in eo iudicio petita, vel etiam conceſſa fuerit *Rot. deciſ. 32 num. 1. & 15. & decis. 134. num. 4. in Collect. per Zacch. ad Galleſ. de oblig. Camer.* qui hoc ipſum notat. apud eumdem *Galleſ. quæſt. 37. num. 58. Greg. decis. 120. num. 17.* Neque aduerſus ſententiam Principis *Marant. in prax tit. Eo quoque appellatur num. 109.* vbi etiam relatiuè ponit, quo modo poſſit peti reſtitutio aduerſus ſententiam Principis.

16 D Aduerſus duas conformes) duæ conformes ſententiæ ex ſtatuto noſtro infra cap. 180 habent vim trium, & rem faciunt iudicatam, vnde omnia, quæ aliàs iure communi decernuntur de tribus cõformibus, locum ſibi vindicant in duabus; quod in hac præcipuè materia reſtitutionis in integrum tradit *Pariſ. conſ. 109. n. 17. par. 4. Odd.* cum pluribus alijs relatis *q. 93. art. 3. in fin Luc. Pat. de iudic. form. capit. fer. lib. 8. cap. 7. de cau. reſt. in integr. num. 24. Lancellot. de Attentat. pend. reſt. in integr. cap. 18. num. 86. & ſequen.* Ideo non mirum, ſi hic ſtatuatur, quod reſtitutio in integrum petita aduerſus duas conformes retardet earum executionem, vbi executio cœpta, ſeù petita non fuerit, id ipſum namque in reſtitutione aduerſus tres conformes petita iure communi conſtitutum videtur *Rip. in l. 4. § con demnatum num. 30. in fin. Alex. conſ. 223. num. 6. lib. 6. Put d cif. 277. lib 2. in emend impreſſ et deciſ. 10 de in integr. reſt. & recentius Rot. coram Eminẽtiſſ. Card. Pamphilio iuniori in Cornetana pecuniaria 4. Iunij 1601* quã vide apud *Saluiſt. Tib. in pract. iud lib. 2. c. 11. & fuſius per Odd & Doct. alios ab eo cit. q. 43. art. 3 6. & 7.*

17 Hic etiam opportunè quæri poteſt, an quod ſtatuitur de duabus conformibus, cenſeatur ſtatutum pariter in vna tantum ſententia, quæ tranſitum fecerit in iudicatũ negatiuè cenſerem reſpõdedũ in terminis ſtatuti attẽtis eius verbis, quia ſtatutum loquitur de duabus conformibus, ſicque non videtur extendendum ad vnicam ſententiam *Maſcard. de Probat. concl. 1280. num. 23.*

18 cum regula sit, quod statuta strictè sunt intelligenda, non autem extendenda, vt per *Doctor. in l.omnes populi ff.de iust. & iur.in l.non dubiũ C.de leg. in l.quod constitutum ff.de testam. mil.* & in pluribus aliis locis relatis per *Mascard. de gen. stat interpr. concl.* 4. & maximè si disponat contra ius commune, vt per eumdem, & quamplures alios Doct.in eadem concl. ab ipso citatos num.51.statutum verò nostrum disponit contra ius commune, dum vult inhiberi, non posse in vim petitæ restitutionis in integrum aduersus duas conformes, vbi executio cœpta, vel petita sit, nisi absque præiudicio duarum conformium, & rei iudicatæ, cum tamen aliàs ex iuris dispositione, circumscripto statuto, id concedatur tantum tribus conformibus, vt est videre apud Doct. qui examinant articulum, an aduersus tres conformes detur restitutio, & præcipuè *Lancell.de attent.cap.*18. *num.*87. *& pluribus seqq. Odd.q.*43.*art.*3.*Scacc.de appell.q.*19. *rem.* 2. *nu.* 95. *& seq.* Immò ex multorum sententia neque tribus conceditur, nisi perfecta executione, & hæc quidem opin. valde probabilis redditur ex deductis per *Beninten.decis.*85.*sub nu.*15. quem sequitur *Lancell.d.cap.*18.*num.*28.*Odd.d.q.*43. *art.*6.*&* 7.& nititur iuris regula in *rubr.& nigr. C.in integr.rest.post ne quid noui fiat*; confirmatur id ipsum, quia statim ac statutum aliquid operatum est contra ius cõe omnino restringi debet, *cum dilectus, & ibi Doct.d. consuet. Ossec. dec.* 21.*num.*14.*Scacc.de appell.q.*19.*remed.*2 *sub nu.* 20.*& vol.*2.*de Iudic.cap* 8.*num.*410. *Rom. cons.* 199.*præsens num.*6.*Rot.diuers. par.*1.*decis.* 432. *num.*10.*& decis.*475.*nu.*6.

Accedat, quod maior est præsumptio boni iuris pro pluribus sententiis, quam pro vnica, vt ratio ipsa satis docet, & probatur argumento à vi geminationis; & reiterationis actus, de quo fusè per *Buer.in cent sua eodem loco, not. Gabr. cons.* 49. *num.*7.*vol.*1. vbi ideò tenet, quod dispositio *Clem. vt calumnijs de re iud.* prohibens victum agere de nullitate trium sententiarum, vel alicuius earum, quando tres latæ sint conformes ad fauorem alterius, nisi prius illæ executionem habuerint, non habet locum, vbi duæ tantum sint, licèt etiam extaret statutum appellationem prohibens à duabus conformibus, idem sentit *Vital.ad eamd. Clem num.*31.36. *&* 92. & ante eos *Bal.in l.*1.*num.*6 *C.ne lic.ter.prouoc.* cum aliis citatis per *Gabr.d.loco*, ad hoc facit etiam quod dicit alter *Gabr.concl.*1.*de exec.rei iud. nu.* 17.*verf. Sed extra omnem difficultatem*; Vnde cessat dispositio statuti cessante ratione ad *tex. in c.cum cessante de appell.& in l. adigere §. quamuis ff.de iur.patr.* Itaque dicemus casum istum, vel omissum à statuto remanere in dispositione iuris communis ad *tex. in l.commodissimè ff.de lib. & posth.* Verum attenta iuris communis dispositione quid dicendum? censerem postulationem restitutionis retardare executionẽ vnius sententiæ, & rei iudicatæ, licèt ex parte Victoris petita, vel etiam cœpta fuisset executio, dummodo executio non esset perfecta, quia regula iu-
19 ris est, quod restitutione postulata nihil est innouandum, vt in *rubr. & in l vnica* C. *in integr. rest* post ne quid *nou.fi.* neque contrarium iure decisum reperitur in hoc casu, Ergo nec dicendum *l.præcipimus in fin.* C. *de appell. l. sancimus C.de testam. l. illam C.de coll. l. si vero §. de viro ff.sol.ma r.* cõprobatur ex traditis per *Beninten. decis.*85.*sub num.*5. *Lancell. de atten.cap.* 18. *nu.* 128.*& seq.Odd.q.*43.*art* 6.*&* 7. Atque ità seruauit Assettamentum, quamdiù ipse functus sum munere Senatoris Vrbis. Demum sub hoc verbo aduersus duas conformes, adhuc fortè dubitari potest, an comprehendantur etiam sententiæ interlocutoriæ? sed soluitur dubitatio *ex decis.Rot.* 88. *inter collectas per Zach. ad Gallef. de oblig.*
20 *cam.* vbi apertè decernitur, quod statutum istud intelligi debeat de duabus diffinitiuis, quia verba intelligenda sunt in potiori significatu *§. sed ius quidem ciuile instit.de iu.nat.gen. & ciu.*

E Executione iam cœpta, seù etiam petita) Apud *Iur.Ciuil.* interpretes magna erat controuersia, & opinionum dissensio, an petita, vel etiam cœpta executione, & quando, restitutio in integrum postulata ipsam retardaret executionem, vt videre est apud *Odd. q.*47.*art.*6.*&* 7. *Lancell.de attent. lib.*2. *cap.* 18. *præsertim num* 12 *limit.*6.*Benint.decis.*85. *num.* 15. *Scac.de appell.q.*19.*remed.*2.*præsertim n.*109 *&* 110. ex hoc autem statuto cessat ista disputa-
21 tio. Sed videamus, quando executio cœpta, seù petita censeatur ad effectum statuti nostri; Et
22 quidem crederem, quod cœpta esset, vbi decretum, & relaxatum fuerit mandatum, vt in citata *decis apud Salust.Tiber.in pract.iudic. lib.*2.*cap.*
23 11.& in aliis decis. in ea allegatis, vel vbi litteræ executoriales pro sententia, & re iudicata decretę fuerunt *Rot.decis.*138 *num.*2.*par.*2.*diuer. in recens* vel vbi deuentum sit ad carcerationem
24 debitoris *Rot. dec.*77.*n.*5.*par* 2 *diuers.in recent.* cũ aliis decisionib allegatis per *Adden ad Greg. dec.*458.*n.*10 *verf. Cæpta autẽ*, hæc adnotasse extra rem nõ fuerit, cum etiã in ipso *Sacr.Rot. Tribunali* contingere possit huius materiæ tractatio
25 si quidem statutum nostrum *c.*178 de duabus sẽtentijs conformibus in vim rei iudicatæ exequendis locum habet in omnibus Tribunalibus Vrbis etiam in Rota inter Ciues, Incolas, & Districtuales, *Rot.decis.*647.*nu.*1. *&* 662.*num.*2.*par.*2.*diu. in rec.* & in alijs in vtraq. decis. citatis, atq. apud *Reuerendiss.D.meũ Decanũ, dec* 427. *n.*2. *Caualer.decis.*387.*n.*2. Vnde habemus, quando dicatur capta executio etiam in causis Rotalibus, ita vt in integrum postulata restitutio non retardet executionem sententiarum, iuxta dispositionem hu-
26 ius nostri statuti; Petita autẽ dicetur restitutio in causis ordinarijs, vbi petitum fuerit, decerni monitorium de parendo sententiæ, & rei iudicatæ; tum enim verè petitur executio, quod, & vsus praxisque docet; Quo verò ad causas fori Capitolini, aut sunt ordinariæ, aut summariæ, aut
27 executiuæ; si ordinariæ, executio dicetur cœpta, non per sententiam, quia in causis ordinarijs mãdatum executiuum in sententia non relaxatur, nec per monitorium de parendo sententię, quæ in rem iudicatam transierit, quia in eo pariter non continetur mandatum executiuum, sed demum per ipsam mandati executiui relaxationem, quæ fit post octo dies à monitorio elapsos ex statuto nostro *c.* 87. quod benè declarat *Luc. Pet. lib.*9.*c.*2.*de exec.rei.iud.in ordin. præsertim. num.*13. *&* 14. idque consonat supra traditis ex

sen-

ſententia *Rotæ in deciſionibus allegatis*.

28 Si cauſæ ſint ſummariæ crederem non poſſe dici cœptam executionem, nec etiam petiram per relaxationem primi mandati contenti in decreto quod eſt loco ſententiæ, nam in cauſis ſummarijs poſtquàm proceſſus factus fuerit iuxta formam traditam infra c.89. citatur reus ad videndum relaxari mandatum executiuum, & in termino huius citationis, ſi ità iuſtum Iudici videatur, ille decernit, & relaxat mandatum, vnde non habetur temporis interuallum, quo peti poſſit per reum reſtitutio, antequam actor petierit executionem, atque eadem ratione minus dici poteſt executio cœpta ob negligentiam rei in petenda reſtitutione, qui ſe paſſus fuerit ab actore præueniri in petenda executione; vnde nihil eſt, quod reo imputetur, cum per ipſum non ſteterit, quin fecerit, quod fuerat faciendum, *ad text. in c. imputari, de reg. iur in 6. facit tex. in l. fin. C. de temp. in integr. reſt. pet.* eſſet enim alias modus infallibilis impediendi reſtitutionem, cum ſemper in omnibus ſententijs poſſit decerni. & relaxari mandatum ſi ſufficeret mandati relaxatio in ſententia, *Adden. ad Greg. d. deciſ. 458. ſub n. 10. verſ. capta autem in fine*.

29 Videtur itaque dicendum, quod petita eſſet executio in iſtis cauſis, vbi poſt primum decretum relaxationis mandati ſequatur petitio actoris ad videndum illud exequi, ſibi enim tum imputet reus, quod audito primo decreto non petierit reſtitutionem; cœpta autem cenſetur executio per primum actum executionis facti, qui ſequitur, & hæc quidem declaratio, licet à nemine fiat, quem ipſe legerim, ab ipſa tamen ratione docetur quę eſt anima legis, & attendi debet *ad text. in l. cum ratio ff. de bon. dam. & in l. ſcire ff. de leg. Bal. in l. ſi quis ſeruo num. 7. verſ. ex his apparet. C. de ſur. gloſſ. in c conſuetudo, verbo ratione diſt. 2. Abb. in c ratio nulla primo not. de præben. Dec. conſ 64. & diligenter pro viribus nu. 6. verſ. ratio enim legis*.

Si demum cauſæ ſint executiuæ, eadem quippe regula tenenda videtur ad iudicandum, quando cœpta, vel petita ſit executio, quam ſuperius conſideranimus in cauſis ſummarijs, ſi quidem & illa regula pari ratione benè aptatur cauſis, quæ ſunt executiuæ iuxta formam noſtrorum ſtatutorum.

30

31 Nequè dubitari poſſe videtur, quin etiam in cauſis executiuis iure alias detur reſtitutio etiam ad impediendam executionem per ea, quę copioſè *not. Odd. q. 41. art. 6.* & ſpecialiter in pluribus cauſis, quas ſtatuta noſtra executiuas eſſe decernunt, datur appellatio, vt probatur *ex Luc. Pet. lib 3. c. 2. de exec. inſtr. num. 28. & lib. 8. c. 3. nu. 1. de exec. reſtitud. in exec.* Ergo etiam datur reſtitutio, ita enim regulariter in iſta materia arguitur ſecundum *gloſſ. fin. in l. fin. C. ſi adu. rem. iud.* quã communiter ſequuntur Doct. vt per *Albert. in l. in cauſa la 2. nu. 1. ff. de min. probat Odd. q. 16. num. 2. 3. & 5.* Excipiuntur autem ab alijs cauſis executiuis illæ, in quibus proceditur in vim obligationis Cameralis; hæ namque ſpecialem habent diſpoſitionem à ſtatuto infra c. 179. cæterum prædicta omnia videntur intelligenda, quando executio iurè ſit valida, quia ſi eſſet nulla, non diceretur præuentum, vt declarat *Rot. deciſ. 111. nu. 8. par. 1. recent.* Prædictis ſubiungo, non videri neceſſarium executionis actum, ſed ſufficere petitionem ex ſupradictis, neque enim videtur oportere, quod executio ſit decreta per Iudicem, ſed ſufficere ſolam citationem partis, *Rot. in Ferrarien. bonorum ac Zanaleis 26. Iunij 1615. coram Pamphilio*.

Verum quia tantum videmus poſitum in præuentione petitionis, vel executionis, vel reſtitutionis, non ab re erit hic diſcutere, ac ſoluere dubitationes quaſdam in hoc puncto, quæ ſæpè alias in foro Capitolino contingere ſolent.

32 Quæro igitur in primis, quid ſi præſentes fuerint ambę partes litigantes, ſeù earum procuratores coram Senatore, quando profertur ſententia confirmatoria alterius prioris ſententiæ nempè Capitanei appellationum, & lecta ſententia, victor petit mandatum de parendo ſententijs victus verò reſtitutionem in integrum aduerſus eas, & vno quidem tempore, ita vt ex conflictu, & confuſione votum non poſſit conſtare de præuentione, quis nam cenſeatur præueniſſe? Solet enim vtraque pars ad Tribunal tunc adſtare, quaſi curſum ad ſtadium audito ſigno arreptura arbitrarer præſumendum, & iudicandum ad fauorẽ

33 poſtulãtis reſtitutionem, quia in effectu hæc pars rei vicem ſuſtinet, cum nitatur ſe defendere contra executionem ſententiarum, quando autem iura partium ſunt obſcura, reo faucndum eſt potius, quam actori c. 11. cum ſunt partium iura *de reg. iur. in 6. vbi Din. verſ. item ſi neuter*. exemplum ponit, quando nec actor, nec reus aliquid probauerit, *& verſ. item ſi ago hypothecaria*. vbi tradit, quod ſi vna res duobus eadem die obligata fuerit, nec appareat, cui nam prius, abſolui debet reus per *text. in l. 10 ſi debitor ff. de pignor. text.*

34 *in l. fauorabiliores ff. eod. tit.* & eo magis quo reſtitutio fauorabilior cenſetur. quã executio iuxta magis communem Doct. ſententiam, vt per *Odd. q. 44. art. 1. ſub nu. 2.* quod ſi diceretur, poſtulantem reſtitutionem aſſumere partẽ actoris, nihilominus ad eius fauorem militant eadem iura, cum

35 procedant etiam vbi reus per accidens efficitur actor, vt per *Dec. in d. reg. fauorabiliores ſub n 2.* ſi quidem attendi debet, quod principaliter intenditur *l. ſi quis nec cauſam* vbi Doct. fuſius *ff. ſi cert. pet. l. rogaſti in princ. ff. eod. tit Dec. conſ. 293. viſo teſtamento poſt nu. 6. Mandoſ. ad reg. Cancel. 33. q. 9. ſub num. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 76. nu. 9. p. 2.* Atque dato etiam, quod ille cenſeretur actor, attamen eidem adhuc magis fauendum eſſet, quam alteri parti, quia in principio cauſæ fauorabilior eſt actor quam reus *gloſſ. in d. c. cum ſunt partium, iure verba actori Dec. in d. l. fauorabiliores nu. 4.*

36 Quid ſi victor incœperit executionem petere à Iudice, & nec dum abſoluta per eum petitione ſua, victus contra poſtulauerit reſtitutionem, num dicetur victor præueniſſe in petenda executione? Arbitrarer negatiuè, quia ex actu imperfecto nihil ſequitur, cum nihil actum eſſe credatur, vbi aliquid addendum ſupereſt *l. fin. in fin.* vbi hæc præciſa verba profert Imperator, C. *de his*

37 *quibus vt indign.* Nec perfectum dici poteſt, cui aliqua particula deſit *l. ſi is, qui quadringenta 79. §. quædam ff. ad leg. Falc.* pluribus comprobat *Mandoſ. ad reg. 34. Cancel. q. 66. ſub n. 5.* Vnde nec præuentio induci poteſt ex actu imperfecto, ſicut

nec

nec inducitur ex actu nullo, *Fel.in c.illud nu. 5. de præscr.Rom.cons* 412.*nu.*5.& 9. cum alijs ibi citatis per alterum *Mandos. in audit. Mascard. concl.*1232.*de prob. nu.* 16.& *seq.* Actus enim imperfectus est etiam nullus, vt ex supra deductis apparet, sed quid si absoluta per victorem petitione executionis, etiã antequam iudex aliquid proferat, victus incontinenti postulet restitutionem? Arbitraret victorem satis præueniſſe in petitione executionis, & ideo non posse retardari executionem iuxta statutum nostrum propter subsecutam postulationem restitutionis, datur enim præuentio etiam in puncto, vt de præuentione in possessione tradit *Rot. apud Cassad. decis.* 20. *sub num.*1. *de prob.* & *decis.*135. *diuers.sub n.* 1. *par.*2.*in recent.*

38 Nec obstare debet vulgaris illa conclusio, quod quæ incontinenti fiunt, ineſſe actui censeãtur, de qua præcipuè in *l. stella ff. si cert. pet.* vbi Doct. eam fusius exornant, quoniam locum non habet in momentaneis, scilicet in ijs, quæ certo temporis momento terminantur argumento *tex. in l.* Thais 41. *§.intra certa tempora ff. de fidei. libert.declarat Tiraq. de retract. lign.§.*1.*gloss.* 5. *num.*13. *Gabr. concl.*13.*de præsum. nu.* 30. *Asin. tract de execut §.*6 *c.* 10.*nu.*35.

Idem vtique pro victo dicendum esset, vbi is præueniſſet in postulanda restitutione, cum æqualitas in iudicijs sit seruanda *c.* 2. *de mut. peti.* & *l. vbi falsi C. ad l. Corn. de falſ.* & multo magis quia reo potius fauendum est, quam actori *l. fauorabiliores*, & *l. non debet actori, cum ibi not per DD.ff.de reg.iur.* Nota tamẽ, quod supradictæ dubitationes non possunt contingere ad Tribunal
39 Capitanei appellationum, quia coram eo postulari non potest restitutio in integrum principaliter, cum ea peti debeat coram Iudice ordinario: ille verò non sit talis; sed limitatam habeat iurisdictionem ad causas appellationum, & nullitatum, vt benè docet *Luc. Pet ad c. vnicum de cauſ.reſtit. in integ. num.* 4. *lib.*8. quod & vsu receptum est, sed solum habere locum possunt dumtaxat coram Senatore, vbi contingat ipsum confirmare sententiam Capitanei, & Iudicis in gradu appellationis, nec tamen alioqui quicquam detractum velim iurisdictioni Capitanei, & Iudicis appellationum, quæ quidem insignis meritò haberi debet, cum ille cognoscat de causis appellationum, & nullitatum sententiarum tam aliorum omnium Iudicum fori Capitolini, quàm Senatoris, ac etiam sententiarum latarum de voto Assettamenti.

40 Quid autem dicendum, vbi secunda sententia confirmatoria primæ ferturà Capitaneo, & appareret eadem die petitam esse executionem coram Iudice ordinario per reum, vnde contentio sit de præuentione inter partes, abitrarer considerandos, ac distinguendos esse plures casus; aut enim
41 ex appositione horæ adiectæ petitioni in actu citationis, vel aliter constat, quæ nam pars præuenerit, ad quam quidem probationem adhiberi possunt etiam Testes *Cassad.dec.*20 *de prob. n.* 1. *Bald.in l.de rebus num* 5. *C.de dian ant.nup.Dec. in c.pastoralis* 65.*nu.*19.*de rescript.* Et sumus extra difficultatem, nam prior in tempore potior erit in iure *c.qui prior de reg.iur.in* 6. quod etiam in puncto procedit, vt supra diximus ex *dec. Rot. apud Cassad.*20.*de prob. sub nu.* 1.& *decis.* 135. *diuers.par.* 2.*in recent.* aut altera tantum ex par-
42 tibus in actu suæ petitionis horam adnotari fecit, nec probatur partem aduersam in petitione, quæ sibi incumbebat, præueniſſe, & illa propter horam appositam censeb tur præueniſſe ex decisionibus prædictis nam generalis est regula, quod si duo actus reperiantur facti eadem die, si alter habet horam, censetur anterior, tum enim videtur probatio certior, licet de necessitate non concludat *Bal.& Dec. locis proximè citatis Tiraqu. de retract.lign.§.*11. *gloss.*1.*num.*10 *cum alijs citatis per M.noch.de arbitr.iud.cas.*48.*nu.*25. *cum seq.lib.*2.& *de adipisc.poss. rem.d.*4.*num.*792. aut
43 eiusmodi diligentia fuit omissa, nec aliàs apparet quæ nam pars præuenerit, & pro reo victo restitutionem postulante præsumendum, & iudicandum erit, ex regul. cum sunt partium iura, & alijs superius annot. ad primam quæstionem huiusce articuli. Quibus etiam accedat hæc ratio, quod nimirum ad victorem pertinet probare præuentionem in petitione executionis tamquam fundamentum suæ intentionis, cum ipse intendat habere executionem, sine qua aliàs inutiles forent sententiæ ad sui fauorem reportatæ, actore enim non probante, qui conuenitur, & si nihil ipse præstet, obtinebit *l.qui accusare C. de eden. l.actor*, quod asseuerat, *C. de prob. l.fin. C. de rei vendic*

44 Quæro amplius, quid si citatio, seù actus aliàs quo nititur præuentio, præcesserit sententiæ prolationem, an præuentio inducatur? Censerem, quod non; Primo quia ex citatione, vel alio eiusmodi actu nullo, vel inualido non inducitur præuentio, cum ea, quæ minus legitimè facta sunt, pro non factis habeantur probat *tex. in l. quoties, ff. qui satisd. cog.* & in terminis citationis *not.* & *comprobat ex multis Felin. in c. ex tenore num.* 5. *de rescrip. tradit Asin. in prax. iudic.* §. 6. *c.* 12. *num.*5. *Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defic. cit. n.*22. *Mascard. concl.*1232. *num.*16.& 17.

Eiusmodi autem citatio haberi debet pro minus legitima, & inualida, quia pro fundamento ponit sententiam latam, dum eius executio petitur ab actore, vel à reo, aduersus eam postulatur restitutio, & tamen sententia lata non est, sicque citatio tanquam sine fundamento efficitur nulla, & euanescit ad *tex in c. cum Paulus* 1.*q.*1. *in l. nam origo ff.quod vi, aut clam,* & *in l. egi tecum ff.de except rei iudic* Atque id ipsum etiam suadetur, quia aliàs facilè sequeretur, quod qui rectè procederet per viam iudicialem expectando tempus prolationis sententiæ, quò legitimè, ac opportunè exposceret iuris remedium tum sibi cõpetens, eluderetur per malitiam alterius, qui eum ante tempus citasset, vt præueniret, ex malitia autem sua nemo debet commodum reportare *cap. cognoscentes de consti. cap. plerumque de rescript. l.in fundo ff. de res vend. l.itaque fullo ff.de furt.* Neque via malitijs, & fraudibus aperiri debet *d. l.in fundo*, & *c.porro de diuort.Clem.*1.*vbi Card.de vsur.Clem.*1.*§.fin.* vbi etiam *idem Card. de prob.*

45 Si verò incidenter petatur) quando restitutio in
F integrum incidenter peti dicatur, distinctè, & clarè declarat *Odd.q.*34.*art.*4.*d nu.* 23. vsque in *fin.*

fin. Et regula sit, quod vbi per viam exceptionis, vel replicationis petitur, dicatur incidenter peti; item, vbi ante rem iudicatam licet post sententiã *Luc. Pat. tit. de cauſ. reſt. in integr. num.* 7. ponit formam libelli in petitione huiusce restitutionis; libellus tamen non exigitur in hoc iudicio, cum in eo summariè procedatur, vti statutum nostrum disponit *hoc c. & c.* 88 ibi, in quibus causis, infra hoc eodem libro: nec ego vidi vnquam hoc casu dari libellum, si verò dari contingat, non ideò processus erit irritus, nec etiam irritandus, sicuti generaliter decernitur in causis sũmarijs *Clem ſæpe de verb. ſign. in prin.* ibi libellum necessario non exigat *& in fin. gloſſ. ibidẽ verbo non exigat.*

46 G **Iustificare teneantur intra dies vtiles decẽ)** sed nũquid ex eiusdẽ causæ actis tantũ, an etiam possit aliundè iustificare? censerem, & etiam aliũde, primo quia nullibi cautũ reperio contrarium, contra vero regulam habemus, quod
47 probationum facultas non debet coangustari, sed ampliari *l. quoniam in fin.* C. *de haret. l. generaliter in princ. de reb. cred. l. ne quid ff. de incen. ruin. nauf. cum plurimis alijs auctoritatibus citatis per Parian. tract. de prob. lib.* 1. *c.* 5. *num.* 9. *qui n.* 10. *&* 11. probat, id procedere tam quo ad modos probandi, quàm etiam quo ad tempus, probationis autẽ nomẽ modos omnes probandi includit *Bart. in l. ſi duo patroni §. item Iulianus n.* 3. *ff. de iure iur. Parian. d. nu.* 10. consequenter pro-
48 batio in casu nostro, non ex actis causæ tantum, sed etiam alijs legitimis modis confici potest, dũ statutum nostrum *hoc c. disponit*, quod si iudex nihil probatum, aut non releuanter probatum viderit in termino decem dierum dato petenti restitutionem in integrum, incidenter ad vlterio-
49 ra procedat, quibus suffragatur vulgaris regula iuris, quod lex generaliter loquens generaliter intelligi debet *l. de pretio ff de publ. in rem. act. l.* 1. *§. generaliter ff. delegat. præſt. l. in fraudem, §. vlt. ff. de teſt. mil. l cum quærebatur* 240. *ff. de verb. ſignif.* Cõfirmatur istud fundamentũ, quia ẽt
50 in causis sũmarijs libera relinquitur facultas probandi quocunq. legitimo modo, vt infra *c.* 89. *hoc eodem lib.* Ergo id pariter licere debet in hoc iudicio, in quo procedi, debet prout in summarijs
51 ex statuto nostro; secundo principaliter amplius considero, quod vbi reus vult impedire executionem sententiæ, tunc potest etiam ex nouiter deductis detegere iniustitiam ipsius sententiæ, licet contrarium dicatur de actore executionem
52 petente, qui nimirum tenetur iustificare sententiam ex eiusdem actis; vt ad materiam, quando restitutio in integrum retardet executionem benè explicat *Mareſc. var. reſol. lib.* 2. *c.* 121. *num.* 20. iuxta plurium Doctor. auctoritatem, *& Rot. decisiones à ſe citatas*, quarum vna est *Reuerendiſſimi, D. mei Sac. Rota Decani in Romana Saluiani interdicti* 8. *Februarij.* 1602. *& eſt* 56. *inter impreſſas Lugduni anno* 1623. quæ hoc habet *nu.* 5. at reus petens restitutionem in integrum incidenter, semper intendit impedire executionem sententiæ, nec aliquid amplius petit, cum hoc remedium, quo vtitur, sit rescindens, & non rescissorium iuxta tradita per *Luc. Pat. c. de cauſ. reſt. in integr. ſub num.* 5. Vnde etiam non est mirum, si statutum nostrum mandet superseder in execu-
53 tione post peticam eiusmodi restitutionem, consequenter potuerit probare, & iustificare, quod intendit etiam aliundè, quàm ex actis, eiusdem iudicij. Neque vsus meo tempore aliter docuit.

H **Sed si sibi superſedẽdum videbitur)** hic datur arbitrium iudici, regulatum tamen arbitrio boni viri ex traditis per *Menoch. de arbitr. iud. in clauſula ſi tibi videbitur q* 8. *nu* 1. *&* 2. *per text. in l. fideicommiſſaria libertas* 2. *in princ. ff. de fideico. libert. & in l. fideicommiſſa §. quamquam, de leg.* 3. quàm conclusionem vno ore ab omnibus receptam ille sub eodem nu. 2. attestatur, vnde
54 infertur debere iudicem sequi regulas iuris, rationis, & æquitatis, vt per eumdem *Menoch* & quã plures alios Doct. ab eo citatos *q.* 13. *num.* 15. *de arbitr. iudic.* & consequenter illum non posse sine causa inhibere ad alios quinque dies vtiles, nempè si reus in termino decem dierum sibi præfixo ad docendum de causis restitutionis petitæ, nihil probauerit, nam tunc insurgit contra eum præsumptio calumniæ, & ideò non debet executio retardari *Corn conſ.* 111. *ſub n.* 4. *verſ. tum etiam quia nihil probauit vol.* 1. *Lancell. de attent. c.* 18. *n.* 73. *Odd. q.* 43. *n.* 37. quod quidè est animaduertendum, nam nimis facilè aliàs solẽt iudices eiusmodi dilationem reis concedere, cum tamen cõtingere possit, vt inde graue damnum inferatur actori in retardatione executionis ipsi alias iure
55 debitæ. Generaliter autem ad iudicis arbitrium pertinet discernere, ac decernere, an per calumniam petatur restitutio, vt ex veriori, & securiori Doct. sententia tradit *Lancell. d. c.* 18. *num.* 75. *Odd. d. q.* 43. *nu.* 77. *Scac. de appell. q.* 19. *remed.* 2. *num.* 86.

I **Omninò ad vlteriora in negotio principali procedatur)** iuxta hæc verba debet iudex proferre decretum, vbi reus in termino sibi præfixo non probauerit, quod sibi incũbebat, & ab isto decreto, quo scilicet mandatur procedi ad vlteriora, non datur appellatio prout vsu seruatur, & iure quidem, cum à decreto de exequendo, quale est illud, non detur appellatio iuxta communẽ DD. opinionem, de qua *Fel in. c. quoad conſultationẽ n.* 13. *cũſeq. de re iud. & in rub. de re iud n.* 10. *&* 11. *Capic. dec.* 1. *n.* 17. *Veral. dec* 40. *par.* 1. *Gabr. concl.* 4. *de appel. ſub n.* 1. vbi hanc dicit magis cõmunem opinionẽ, quod & indicat dictio illa omnino, hic apposita, quæ omnẽ excludit exceptio-
57 nem, vt per *gloſſ. fin. in c. fin. de offic. delig. in* 6. *not. Fel. in cap. ex parte* 1. *ex eod. tit.* & exponitur etiam nullo iure reseruato *Io. Adr. in c. dudum, ad gloſ.* 1. *de conuerſ. coniug. Fel. loc. cit.* atq. intelligitur liberè, absolutè, ac simpliciter vt per *Tuſc. pract. concl. tom.* 2. *lit. D. concl.* 322. *nu.* 1. *Barboſ. de dict. dictione* 206. sicque tollit appellationẽ.
58 Sed numquid factis per rerum probationibus, quantum in ipso fuit intra terminum sibi assignatum, teneatur pariter iudex intra eumdem terminum expedire causam huiusce restitutionis, dic quod non, quinimmo tenetur causam diligenter examinare procedendo tamen, vt in summarijs, iuxta statutum, atque etiam durabit instantia ipsi iudici iuxta dispositionem statuti *infra c.* 81. *hoc eodem libro*, quod loquitur in omnibus causis ciuilibus etiam summarijs, & executiuis, de quo per *Scacc. de appellat. quæſt.* 15. *num.* 282.

&

59 *& lib.* 2. *de iudic. cap.* 2. *numero* 710.

Quid si ab alterutra parte petatur Consultor, in articulo restitutionis in integrum incidenter. an dari debeat? distingue iuxta *stat. infra c.* 186.

60 *cod. lib.* aut ex rationabili causa iudex recusatur, vt suspectus, & puto, quod sic, sed arbitrarer rationabiliem causam eam esse ad hunc effectum, quæ etiam sit noua; & alioqui legitima sicuti; iure cõi aliàs diffinitum est de iudice, in quẽ iam ab initio consensum fuerit *ex text. in c.* 25. *insinuante de offic. delegat. & in l. non distinguemus §. cum quidam ff. de arbitr. not. gloss. in d. c. insinuante, in verbo post modum. Fel. ibidem nu.* 8. vbi inquit ideo omnes ibidem dicere, quod exceptio dilatoria de nouo superueniens post litem contestatam opponi potest, tradit *Marant. in suo specul. par.* 2. *actu principali* 2. & quandoque appellatur *num.* 75. & hanc refere communem esse opinionẽ & sequitur *Asin. in sua praxi §.* 13. *cap.* 2. *limit.* 1. Doct. plurimos afferens, tradit *Scac. de iudic. lib.* 1. *c.* 101. *num.* 10. 11. *&* 12. vbi etiam refertur de communi opinione *& lib.* 3. *de appell. c.* 2.

61 *q.* 11. *num.* 52. Aut sine causa eiusmodi, & non debet dari Consultor, quia ab initio, scilicet ante litem contestatam, vel pro contestata habitam recusari debuisset iudex, vt suspectus, & post Consultor *ex d. c. stat.* 186. cui consonat supra, *cap.* 12. vbi de suspicione Collateralium, quod & iuri communi congruit ex traditis per Doct. lo-

62 cis proximè citatis; Nec obstat si fortè dicatur, quod petitio huiusce restitutionis constituat nouum iudicium, sicque etiam dici possit, quod in principio litis deueniatur ad recusationem Iudicis vti suspecti, & simul ad petitionem Consultoris, quia restitutio ista petitur incidenter, ac per modum exceptionis, vel replicationis, vt per *Odd. q.* 34. *nu.* 19. & per alios, sicque est pars primi iudicij, vnde idem de ea censeri debet, ac de iudicio principali, cum idem iuris sit de parte, ac de toto *l. quæ de tota* 75. *ff. de rei vendit.* quod argumenti genus prosequitur *Euer. in cent. sua loco* à toto ad partem; conferunt ad id etiam tradita per *Cassad. decis.* 2. *de proc. sub nu.* 2. Verùm

63 in omnem casum censeremus iudicem, quantum fieri possit, debere euitare deputationem Consultoris in articulo restitutionis in integrum incidenter, cum facilè contingere possit, vt lis iam finita ad initium reuocetur, fiatque immortalis, maximè si Consultor non sit, qualis esse debeat, doctrina, integritate, ac iudicandi peritia.

Quid si coram Capitaneo appellationum postulata sit restitutio incidenter aduersus duas cõformes. quod plerumque fieri solet, & ille mandauit supersederi per decem dies iuxta formam statuti, an eo termino pendente, postulari etiam possit coram Senatore, vel altero ex Collateralibus, restitutio principaliter. Pro solutione huius dubitationis declarandum videtur in primis, quid sit remedium rescindens, & quid rescissoriũ

64 quæ quidem remedia proueniunt à restitutione in integrum tanquam eius effectus, immò sæpè

65 denominantur pro ipsa causa; Iudicium rescindens est officium iudicis, per quod datur in integrum restitutio, & rescindit obstaculum; quod impediebat restitutum agere & reum reponit in statu, quo erat tempore secutæ læsionis, Rescis-

66 sorium est, quod competit rescisso obstaculo, verbi gratia usu capisti meam rem, quam potuissem vendicare, nisi absentia tua me impediuisset, datur in integrum restitutio, & rescinditur vsucapio, ità quod ego rem meam vendicabo, ac si vsucapta non esset, vt in *§. rursus inst. de act.* Et hæc in integrum restitutio datur per officium iudicis, & appellatur iudicium rescindens, sed rei vendicatio, quæ vsucapione rescissa competit, vocatur rescissoria, hæc ex *Io. Fabr. in eodem §. rursus, num.* 3. referre visum est, is enim terminos istos omniũ optimè perstringere, ac declarare videtur, & probat potissimum ex *l. quod si minor.* 25 *§. fi. ff. de min. l. ab hostibus* 18. C. *de postlim. rev. & l. si quis stipulatus ff. ex quib. caus. maior.* & cõprobari possunt *ex l. quod si minor §. fin. & l. in causa cognitione*, vbi etiam *gloss. in verb. praterea verſic. quarto dic. ff de minor.* atque ista pariter confirmantur *ab Odd. q.* 33. *num.* 8. *& ab Otnot. in d. §. rursus*, qui etiam materiam istam plenè, ac dilucidè explicat; His positis videtur negatiuè respondendum ad propositam quæstionem primo,

67 quia est regula iuris, quod vbi cœptum est iudicium, ibi debet terminari *l. vbi acceptum, & l. si quis postea ff. de iudic.* prosequitur *Gabr. concl.*

68 1. *de iudic.* & continentia causæ diuidi non debet

69 *l. nulli* C. *de iudic.* addo, quod sententiarum cõtrarietas euitari debet, vt dixit *Rot. in Romana affictus coram R. P. d. Pirouano* 17. *Nouembris.* 617. *argomento text. in c. si fortè de elect. in* 6. posset autem fieri, vt sententia iudicis cognoscentis de restitutione incidenter, contraria foret sententiæ Iudicis cognoscẽtis de restitutione principaliter & contra secundo accedat, quod vbi duo sunt iudicia, & vnum sit præiudiciale alteri, verumque

70 non potest eodem tempore intentari, vt legitur, & notatur in *c. tuam de Ord. cogn. & l. fundi cum l. seq. vbi fusè Bart. ff. de except.* sed iudicium restitutionis incidenter, quod est remedium rescindens tantum, est præiudiciale alteri iudicio restitutionis principaliter, quod nimirum continere solet etiam remedium rescissorium, maximè iuxta stylum fori Capitolini, vt apparet ex forma libelli huius iudicij tradita per *Luc. Pat. d. c. de resti. in integr. num.* 6. consequenter pendente restitutione incidenter non potest intentari altera principaliter, nam si in remedio rescindente ferarur sententia absolutoria, vtique non poterit competere remedium rescissorium, quod ex altero procedit, sicuti arguit, & concludit, ideò non posse simul intentari ista remedia *Fabr. in d. §. rursus sub num.* 23. *Angel. ibidem num.* 18. qui asserit, ità teneri communiter *Abb. in c. cum ex litteris de in integr. rest. sub num.* 19. quorum opinio vera est, & communis, qui licet loquantur in cumulatione vtriusque remedij in eodem libello, nihilominus ex identitate rationum, opinio eorumdem procedere debet etiã, vbi apud duos iudices ista duo remedia eodem tempore intententur, si quidem hoc etiam casu vnum est præiudiciale alteri, & absolutoria in vno pareret exceptionem rei iudicatę in altero, verum tamen si victor non opposuerit istas exceptiones, legitimè procedet alter iudex, coram quo postulata fuerit in integrum restitutio principaliter, ita enim limitatur regula *l. vbi acceptum, & l. nulli* C. *de iudic. Innoc. in c. cum* M. *de consti. num.* 10. *Cassi. decis.* 354. *cum plurimis alijs relatis per Gabriel.*

concl. 1.

concl.1.de iudic.num.18. Ias. in d. l. nulli nu. 5.

71 Et generalis est conclusio, quod processus iudicis nullus valet parte non opponente, *Gabr.* & quãplures ab eo citati *concl.1.de exec. rei iud. n. 24.* Non curabit autem victor opponere contra processum in hoc casu, quando quidem commodius ei fuerit expectare, vt excurrant dies decem, & etiam quinque amplius, quibus elapsis habeat à iudice decretum solitum, nempè, vt procedatur ad vlteriora, & consequenter ad executionem rei iudicatæ.

72 Quid verò, si reus postquã decretũ emanauerit, vt ad vlteriora procedatur, velit denuo petere restitutionem principaliter in eodem articulo corã alio iudicio Capitolino comperenti, an erit audiẽ-

73 dus? & puto, quod sic, quia licet regula sit, quod vbi semel denegata sit restitutio in vna eadem causa, amplius non concedatur *l.1.& l. fin. C. si sæp. in integr. rest. posiq. c. ſi.de in integr. restit.*

74 limitatur tamen, vt procedat, quando expressè denegata fuerit, secus verò si non denegata licet concessa non fuerit *Oddus cum aliis ab eo relatis quæstione 16. artic.1.numero 8.* talis autem est casus noster, si quidem per decretum prædictum non denegatur restitutio expressè, sed datur locus executioni, quod vtique rationi, ac iustitiæ conuenit, vt supra annotauimus ad verba, sed si supersedendum videbitur *litteras N.* nec est nouũ quod minus operetur tacitum, quam expressum, quoad effectus quosdam, vti apparet ex *not. per Euer. in cons. sua loco ab expresso ad tacitum n.10.* atque ità seruat praxis fori Capitolini; Quid au-

75 tem è conuerso si prius petita fuisset, & denegata restitutio principaliter, ac etiam dicta sententia denegatoria confirmata, an posset peti restitututio incidenter, & crederem, quod non ex supradicta regula *l. prima, & l. fin. C. si sæp. restit. in integrum, & l. interdum C. de minor.* Quæ procedit, etiam si iterum petatur non per modum agendi, sed excipiendi *Castr. in l. si autem is §. si quocumque modo n.1.2.& 5. de neg. gest. Innoc. in c. fin. de ordin. cognit. Sebast. medic. tract. de compensat.*

Demum generaliter ad hanc ipsam materiam restitutionis in integrum aliqua subijciamus quæ potissimum ad praxim eiusdem fori vtilia fore videntur.

76 Et primo quæro, an iudicijs possessoriis competat remedium restitutionis in integrum? dico autem, quod competit iuxta communem omnium sententiam, de qua testatur *Odd. q.68. num. 42. Contar. ad l. vnic. C. si de mom. poss. limit. 8. nu. 10.* Et est opinio *gloss. in d. l. vnic. verbo reformationem*, quam ibi, & alibi sequuntur plurimi, quos recenset *Oid. & Contar. & ante Menoch. retin. poss. remed. 3. nu. 851.* qui, & hanc testatur esse communem *Pacif. de Salu. inter. inspect. 4. c. 3. num. 40. Mastrill. decis. 134. nu. 1. Capic. dec. 13. Scac. de appellat. lib. 3. cap. 2. q. 19. remed. 2.* Con-

77 trarium tamen tenuit *Rot. apud Put. decis. 34. lib. 1. num. 1.* vbi expressè dicitur, quod Rota non solet restituere super possessorio, quia est modici præiudicij, ex quo grauamen super eo illatum potest in petitorio reparari, & apud *Cæs. de Graf. dec. 16. de prob. num. 14.* vbi pro regula ponitur, quod restitutio in integrum non datur in possessorio. Idem etiam videtur voluisse apud *Achil. decis. 5. de integr. rest.* dum restringit restitutionem in possessorio ad casum, quãdo per possessionem inferetur enormissimum damnum, sed *Contar. d. limit. nu. 24. & seq.* miratur decis. istã vti contrariam regulæ, & conclusioni supradictæ, quã inquit Doct. passim & indistinctè tenere, atq. studet ei hunc intellectum applicare, vt procedat in restitutione post quadriennium petita, sed hæc est diuinatio, nec certè euitari possunt aliæ duæ decis. ad id ipsum adductæ, quarum tamen ipse non meminit, neq. quisquam alius, quẽ ego viderim ex scribentis ad hunc articulum; sed non ideo videtur recedendum à communi omniũ sententia, si quidem ratio illa *decis. Put.* quod possessorium, sit modici præiudicij non subsistit, cum immo magnum patiatur damnum, qui amittit possessionem, vt ad propositum restitutionis inquit *glos. d. l. vnica verbo reformationem* ibi, item & damnum videtur pati magnum probat *text. in §. retinenda Inst. de inter.* & duodecim possessionis commoda magnificienda congerit *Rip. in cap. sæpe de rest. spol. col. 1.*

78 Limitatur autem communis ista conclusio, vt locum non habeat in summarijssimo possessorio, vt per *Contar. & relatos ab eo d. limit. num. 22. & per Odd. d. q. 68 num. 54. Couar. pract. 99. c. 17. num. 4. vers. Ad hæc, Menoch. retinen. remed. 3. nu. 851. & seq. Scac. de appellat. lib. 3. c. 2. q. 19. remed. 2. nu. 24. vers. restringe eam Mastrill. d. dec. 134. Capic. dec. 13.* atque in hoc casu locum habebunt supracitatæ decisiones, si quidem tale possessorium minimi præiudicij esse cẽsetur, cum in eo debeat iudex partium iura tam in possessorio ordinario, quam in petitorio reseruare, vt benè considerat *Contar. d. num. 22.* atque idem possessorium duret tantum, quantum ipsa lis, vnde mandatum de manutenendo in tale iudicio trahit secum executionem, & numquam transit in iudicatum, ita ut à iudice retractari non possit, si altera pars melius doceat de sua possessione, *Seraph. decis 1295 nu. 2. 3. 4. & 5.* atque manda-

79 tum ipsum de manutenendo vti possessorium sũmarijssimum non admittit exceptionem requirentem altiorem indaginem *Rot. diuers. decis. 366. nu. 6. & 583. nu. 2. par. 1. in recent.* limitationes aliàs ad prædictam conclusionem ponunt ijdem *Odd. q. 68. & Contar. limit 8.* satis verò sit nobis hanc annotasse, quæ in praxi forensi potissimum

80 vsui esse potest, quippe cum mandatum de manutenendo valde frequẽs in iudicijs esse soleat; prædictam tamen conclusionem intellige in minore, Ecclesia, vniuersitate, & similibus, ijs enim solis datur huiusmodi restitutio in possessorio, secus autem maioribus, quia eis non datur *Cæs. de Graff. dec. 2. n. 3. de rest. in integr. Odd. d. p. 2. q. 68. nu. 51 & 52. Pacif. de Salu. interd. inspectione. 4. c. 3. num. 40. & 41.* Et in his terminis loquuntur Doctores omnes superius allegati, si benè aduertantur, quod intantum procedit, vt neque propter Instrumenta nouiter reperta concedenda sit

81 maioribus *Cæs. de Graff vbi supra num. 2.* licet ex legitima causa, seù impedimento etiam maioribus dari voluerit *Odd. d. q. 68. nu. 49.* Quæro, an

82 detur restitutio in integrum, ex capite nullitatis contractus, seù sententiæ? non datur, quia hoc casu adest remedium ordinarium scilicet restitutionis *ex text. in l. in causa 2. in princ. ff. de min. vbi*

Bart.

Bart. Bald. Alber. & omnes Odd. quæst. 17. art. 7. num. 62. vbi de contractu, & de sentētia *nu. 70. ex tex. in l. penult. C. si adu. rem iud. & in l. verū §. ex facto ff de min.* tenuit *Rot. decis. 731. nu. 2. p. diuers. 2.* & numq̄ dātur restitutio aduersus
83 sententiā, nisi de eius iniustitia constet *Rot. dec. 1. de restit. in integr. in non. & apud Seraph. decis. 1238. num. 5.* sufficit autem ad restitutionem iniustitia licèt nō sit notoria *Cæs. de Graff. dec. 10. n. 12. de re iud. Seraph. dec. 251. num. 1. Mantic. decis. 106. num. 2. & decis. 381. nu. 1. par. 2. diuers. in recent.*

Hæc vti ad praxim Fori Capitolini potissimū pertinentia ex ampla, ac difficili restitutionis in integrum materia delibasse sufficiat, in reliquis alios cōsulas iuris interpretes, qui peculiares de ea tractatus ediderunt, et præcipuè *Oddum*, qui doctissimè, ac vberrimè illam explicauit, & illustrauit.

De Citatione, & quomodo qui Romæ habitant, in ius vocentur.

Cap. LI.

Citationes, quæ in quibuscumque causis tàm ciuilibus, quàm criminalibus, & mixtis in curia Capitolij quomodocumque vertentibus fieri debent, per Mandatarios Curiæ factæ sufficiant *a* exceptis causis ab initio per rescripta Apostolica cōmissis, quæ per Cursores suæ Beatitudinis fieri debent. Quilibet autem ciuis Romanus, vel quiuis alius Romæ habitans, cum sua familia *b* citetur personaliter, vel ad domum suæ *c* solitæ habitationis; & si ad domum citatio fiat, siue in ciuilibus, siue criminalibus, siue mixtis *d* talis citatio non afficiat citatos, personaliter non inuentos, nisi dimissa saltē breui schedula in manibus cohabitantium; vel si nemo inuentus sit, qui illam recipiat, in ostio affixa, vno saltem Teste præsente, vt supra dictum est, *e* per quam declaretur, quis citetur, corā quo Iudice, ad quem actum, *f* pro qua die, & ad cuius instantiam; & citationes prædictę vna die pro alia fieri debeant, & aliàs non valeant, nisi aliàs in specie per præsentia Statuta mandetur, *g* vel mora sit damnum irreparabile allatura, de quo stetur arbitrio Iudicis. Præcepta etiam, siue monitoria quæcūque, quæ in causis ciuilibus fient, domi copia dimissa feciſſe sufficiat. *b* Præsentes verò in iudicio, si vna die pro alia per Iudicem monitū fint, pro citatis solemniter habeantur: sic & citatio per Iudicem in sequentem diem iuridicam diffundi possit.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Iura iuribus concordanda sunt.*
2 *Citatio personalis, vel citatio ad domum, vna ex istis sufficit, ex Statuto.*
3 *Citatus domi an præsumatur perquisitus à Nuncio? remissiuè.*
4 *Citari debet quis in domo solita habitationis: nec sufficit quòd sit domus ipsius citato, nisi ab eo habitetur, num. 5.*
Et quid si habitaret duas domos diuersis temporibus? num. 8.
6 *Domus solita habitationis quæ præsumatur? & num. 7.*
9 *Citatio ad apothecam citati an valeat? & num. 10.*
11 *Citatio facta, vbi quis non habitat, Romæ est nulla.*
Declara, vt num. 12. & 13.
14 *Citationes exequendi forma tradita à Statuto: qua non seruata, nulla est citatio, & num. 15.*
16 *Citatio facta in manibus vnius de familia, quando valeat.*
17 *Statutum non tollitur per non vsum, etiam spatio mille annorum.*
18 *Neque per contrarium vsum, nisi interueniat scientia Principis.*
19 *Citatio debet specificare omnia, quæ prætenduntur. Intellige, vt num. 22. & 23.*
20 *Nec sufficit probare eam esse factam, nisi probetur eius tenor.*
21 *Et debet esse certa, & non generalis.*
24 *Citatio simpliciter facta, intelligitur ad primam, & non ante, ex Statuto, num. 25.*
26 *Et, si fiat pro eadem die, an sit nulla?*
27 *Citatio non legitima, vel inualida, in quibus casibus habeatur pro valida, & legitima? & num. 28. 29. 30. 31.*
32 *Monitio, & Diffusio requirunt præsentiam Partium.*
Et an in dubio præsumatur Pars præsens? num. 33. & 34.

ANNOTATIONES.

A Exceptis causis ab initio per rescripta Apostolica cōmissis) hic subintelligenda censeo verba, quæ causæ aliàs ad Forū Capitolinum non spectarent, vel in quibus certa, & specialis forma procedendi detur.

detur, vt nimirum caput iſtud concordet cum *cap.43.* ſupra hoc eodem libro, nam vbi per ſpecialia reſcripta Apoſtolica Iudicibus Capitolinis cauſæ committuntur, quæ aliàs ad Forum Capitolinum ſpectarent, ſi in illis certa, & ſpecialis forma procedendi non detur, ſtatuta, & ſtylus Fori Capitolini ſeruari debet, vt in eodem *cap.* legitur, ad quod ibi, & aliqua non inutiliter annotauimus, nam iura iuribus concordanda ſunt 1 *c.cum expediat de elect. in 6.c.1.de oper.nou.nun.* & vna lex alteram declarat *l.non eſt nouum cum duabus ſeqq.ff.de legi.*

B Citetur perſonaliter, vel ad domũ)

in terminis talis ſtatuti tradit *Bart.in l.4.§. ait Prætor ff.de dam.infec. vbi etiam addit. littera C. & Abb. conſ.* 42.*nu.*2.*par.*2.*Scace.de iudic.lib.*1. *cap.* 45.*num.*6. quod ſufficiat citatio alterutro modo nempè perſonaliter, vel ad domum, vt ſtatutum ſcilicet aliquid operetur, cum alioqui ex iure communi requiratur ordo, nempe, vt primò curetur citationem intimari perſonaliter, quod ſi hoc non ſuccedat, tum citatio fiat ad domum *l.*1.*§.*1.*ff.de liber.agnoſ.* Et Nuncius debet dicere in relatione, quod eum perquiſiuit diligenter, & quia non potuit inuenire, citauit ad domum *Bart.in l.ſi tamen num.*3.*de leg.* 2. An autem citatus ad Domum præſumatur perquiſitus à Nuncio *Menoch.præſumpt.*16.*lib.* 2.

C 4 Solitę habitationis) ideſt tempore citationis, vt aliàs ex plurium Doctorum ſententia declarauit *Rota apud Caputaq.deciſ.*117.*num.*2. *par.*1. *& deciſ.* 119.*num.*6.*par.*3. *deciſ.* 525.*num.* 5. *par.* 2. *recent.* Neque ſufficit, quod ſit Domus illius, niſi 5 etiam ipſe eam inhabitet *Gabr.de Maleſic. concl.* 6 10.*ſub nu.*4. Et Domus ſolitæ habitationis præſumitur illa, quam quis vltimo loco habitabat *Rota Lucen diuerſ.deciſ.*10.*ad finem.* Ac illa vbi 7 adeſt Vxor cum familia, vnde valet citatio ibi facta, licet reus ab ea domo abeſſet *Gratian.diſcep* 697.*num.*25.*Menoch. præſumpt.*27. *lib.* 2. Et 8 ſi quis habitaret duas domos diuerſis temporibus, poſſe in vtraque citari etiam in ea, in qua frequentius non habitat *idem Menoch. ex Bald.* dicit *caſ.* 234.*lib.*1.*ratio vbi ſupra num* 26.*Gratian. diſcept.* 697. *num* 23. Sed ſi quis citatus 9 fuerit ad Apothecam ſuam, non valeret citatio 10 *Surd.conſ.*88.*nu.*5. Vbi tamen ſecus dicit, quando citatio relinqueretur in manibus alicuius familiaris *num.* 17. cui adderem, & ſecus ſi ibi- 11 dem habitaret, aliàs autem citatio facta Romæ vbi quis nõ habitat, nulla eſt *Gabr.conſ.*52.*nu.*16 12 *lib.*1. Niſi tamen ità citatus compareret in iudicio, quia diceretur approbaſſe domum pro domicilio *Rota coram Reuerendiſſimo D. meo Decano Coccin.deciſ.*256.*num.*25. ac niſi alibi, quàm 13 in domo propriæ habitationis domicilium elegiſſet, vbi vellet citari, prout in notabili ori caſu de domicilio electo per debitorem per ſe, & ſuis Fideiuſſoribus in inſtrumento obligationis, cui fideiuſſores acceſſerunt modo, & forma quo principalis; quia etiam ipſi fideiuſſores legitimè citati dicuntur in d.domicilio electo per Debitorem *Rot.deciſ.* 362.*num.*4 *par.*1. *recent.*

D Talis citatio non afficiat citatos perſonaliter non inuentos, niſi &c)

14 hic traditur forma exequendi citationes. quod apparet ex verbis prohibitiuis, & conditionalibus, & habentibus vim decreti annullatiui, & ex dictione illa, niſi iuncta actui in futurum perficiendo iuxta alias tradita de prędictis per *Felin. in c. cum dilecta de reſcript.ſub num.*6.*verſ. ſecundum ſignum & verſ.quintum ſignum, & verſ. ſeptimum ſignum, & per Maſcard. de ſtat. concluſ.*9. *num.* 1. *& ampliat.*1.2.*&* 3. *cum plurimis alijs Doct.per eum citatis Rot.deciſ.*167. *nu.* 7. *par.* 2. *diuerſ.in recent.Barboſ. tract.de diction. diction.* 15 184. *num.*4. Et in terminis ſtatuti noſtri nullam eſſe citationem forma iſta non ſeruata, cenſuit *Rot. in Romana Vineæ coram* D. *Io. Baptiſta Pamphilio nunc Cardinale Eminentiſſi.* 21.*Aprilis* 1614. vbi amplius quod nec ſufficiat, ſi nuntius referat ſe citaſſe domi dimiſſa copia, vt præſumatur eum citaſſe iuxta formam ſtatuti, ſed in relatione ipſa etiam addendum, quod reliquerit ſchedam in manibus cohabitantium, & aliàs prout requiritur ex forma ſtatuti, idque conſonat doctrinæ *Bart.in l.4 §. Prætor ait num.* 14. *ff. de dam. infec.* hiſce etiam illud addi poſſe videtur, 16 quod citatio in manibus vnius de familia tunc ſolum valet, quando ſit apprehenſus in Domo, ſecus ſi extra *Surd.conſ.*88.*nu.*6.

Neque obſtat, quod iſtud ſtatutum, vt multi aſſerunt, non ſit in vſu, quia id non probatur, & quatenus etiam ſtatutum nõ eſſet vſu receptum, 17 non ideo ſublatum eſt, nec tolleretur per non vſum etiam ſpatio mille annorum iuxta communem Doct ſententiam, de qua teſtatur *Iaſo. in l. de quibus num.*23.*ff.de legi.* quam ſecuta eſt *Rot. deciſ.*213. *num.*2. *tom.* 1. *diuerſ. in recent.* vbi 18 amplius additur ex plurium auctoritate, quod neque etiam tolleretur per contrarium vſum, niſi probaretur in eo interueniſſe ſcientiam Principis, quod & *not.Maſcard.de ſtat.concl.*6.*nu.*93. *& alij ab eo relati.* Verum ceſſat omnis difficultas quia quod ſtatutum hic præcipit, iuſſit etiam poſtea *Paulus Papa* V. *in conſtitutione edita anno* 1612. *ſuper reform. Trib. Vrb. cap. de Curſ. & Mand.verſ.inſuper curent.*

E 19 Per quam declaretur) requirit enim citatio ad ſui eſſentiam omnium, quæ prætenduntur, ſpecificationem exactam *Rom. conſ.* 369. *num.* 8. *Alex. conſ.* 137.*num.*13.*lib.*2. *Marſil.in rubr. de citat. num.* 368. *in l. de vtroque num.* 143.*ff.de re iud. Rot. deciſ.*151.*num.* 2. *par.*2. *diuerſ.* Neque enim 20 ſufficit probare citationem eſſe factam alicui, niſi etiam probetur citationis tenor *Rot. deciſ.* 492. *num.*3. *& deciſ.* 535. *num.*1. *& ſeq.par.*1.*recent.* 21 Et debet eſſe certa, & non generalis, vt citatus poſſit ſcire, ad quid vocetur *Surd.deciſ.* 5. *nu.* 1. *in fin.* Aliàs non arctat citatum, quando actus aliter geritur, quam dictum fuerit in citatione *Caputaque deciſ.* 123.*num.*2.*par.*3. attamen, quan- 22 do in ipſa citatione non ſunt expreſſa omnia, & ſingula, quæ citans intendit deducere ad notitiã citati, ſufficere videtur q̃ ea ſint expreſſa in relatione, quia tunc non excuſatur de ignorantia citatus, & illa relatio ad acta facit rem notoriam ſicut ipſa citatio *Dec.cõſ.*91.*n.*9. *Soci.cõſ.*38.*col.*7.

verſ.prine ipaliter. lib 1. *Aret. conſil.* 42. *n.* 5. *Pariſ. conſ.* 111. *num.*7. *lib.*4. *Neuiz. conſil.*7. *n.*7. *& facit Rot. deciſ.*814. *ad fin.* quod tamen non
23 haberet locum, quando eſſet facienda aliqua obla tio, ſeù depoſitum, quia tunc id debet contineri ſpecificè in citatione, nec ſufficeret citatio generalis, vt ad videndum fieri proteſtationem &c. *Greg. deciſ.* 491. *num.*16.

F Pro qua die &c. & vna die pro alia &c.) alias citatio ſimpliciter facta intelligitur ad pd. & non antè *Mantic. deciſ.*
24 8. *num.*3 Et ſi fieret pro eadem die, eſſet nulla
25 propter breuitatem temporis, & ideò nec poſt terminum, quis comparere teneretur *Mantic. d. deciſ* 8. *num.* 2. licet aliàs Rota non damnauerit citationem ad ſententiam ad hodie per totam *Seraphin. deciſ.*1115. *num.* 2. *& nuper in vna* Romana *cenſus* 10. *mil.*27. *Martij, &* 9. *Iunii.*1628. *coram* Vbaldo. Verum deciſiones prædictæ non loquuntur in terminis ſtatuti noſtri expreſsè, & pro forma diſponētis, quod citationes vna die pro alia fieri debeant, & aliàs non valeant.

G Vel mora ſit damnum irreparabile
26 allatura) nempè, vt eſt in inhibitionibus, & prorogationibus fatalium, & inſtantiarum; ſi tempore eſſent perituræ, quæ exempla ad hoc propoſitum ponit *Luc. Pat. lib.*1. *cap.* 8. *de in ius voc. nu.*13. in his namque caſibus, & ſimilibus citationes ad ſtatim fieri poſſe iuris ratio dictat; ad materiam autem iſtam facit etiam ſupra cap. 39. cum ibi notatis atque conferunt alia tradita per *Luc. Pat. d. cap* 8. *& cap.* 12. *de fatalib. verſ. euenit quandoque lib.* 5. Adhuc tamen non omiſerim, quod citatio illegitima, vel
27 inualida pro legitima, & valida habetur, vbi ad notitiam citati peruenerit, & per eam ille ſatis inſtrui potuerit de eo, quod ipſum ſcire oportebat *ex tex. in Clem. cauſam in fin. & ibi Doct. de elect. & in l.* 1. *§. ex edicto*, ibi neque ad notitiam peruenit *ff. quæ ſent. ſin. appell. reſcind. Feli. poſt alios in cap. cum contingat col.* 6. *verſ. & pro iſta* 1. *limit. de reſcript. Rom. conſ.*410. *incip. vt clarior reddatur col.* 1. *Boer. deciſ.*135 *col. penult. in princ. Marſil. ſing.* 259. *in fin. & in rubr. de Probat. num.*371. *Rot. deciſ.* 151. *num.*6. *par.* 2. *diuerſ.* Confert ad hoc etiã conſtitutio Innoc. 8. in Bullario 10. quæ incipit finem litibus, *notat. Vant. de nullit. tit qual. ſen. & proceſſ. num.* 122.
28 Atque etiam ſanatur defectus citationis, vbi pars citata comparuerit, *gloſſ. Bald. Alex. & alij in l.* 1. *ff. de fir.* nam comparere in iudicio æquipollet citationi & ſufficit ſatisfactum eſſe hoc modo menti, & rationi legis, quæ ad eum finem citationem decreuit, vt citatus fieret certus de actu contra ſe faciendo *Caſſad. deciſ* 2. *de iudic. Bal. ad ſpecul. tit. de reo in verbo. Qui habeat ius reuocandi, & in l. ſi accuſatoribus ſub num.* 13. *C. de accuſ. & ibi addendi litterā D. Abb. in cap. tenor col. fin. de re iud. Caputaque deciſ.* 293. *numer.* 3. *par.* 1. *Greg. deciſ.*27. *num.* 7. vbi etiam addit *ſub*
29 *num.* 9 ampliat, etiam ſi citatus compareret ad effectum excipiendi de nullitate dictæ citationis *Chartar. deciſ. Ianuen.* 14. *num.* 8. *& ſeqq.* vbi quod etiamſi requireretur citatio perſonalis, & de forma tradita à ſtatuto *Vant. de nullitat. tit. de nullitat. ex defec. cit. num.* 18. qui hanc dicit veram, & communem opinionem, *& tit. quæ*[l.] *ſint. & proceſſ. num.* 116. & hoc caſu impletur forma per æquipollens, cum ſatisfactum ſit men-
30 ti, & fini legis, vt per *Caſſad. & Vant. locis cit.* quod procedit etiam in ſola comparitione Procuratoris *Seraphin. deciſ.* 144. *num.* 4. *adden. ad Greg. d. deciſ.*27. *nu.*11. *& ſeqq. vbi etiam n.* 14. neque ad hoc requiritur mandatum ſpeciale, ſed ſufficit generale, licet Rota aliàs videatur aliter ſenſiſſe in prædicta deciſ. *coram Seraphin. Rot. in Ferrarien. affictus* 9. *Decembris* 1613. *coram Dunozetto, & in Nouarien. legitima* 3. *Iulij* 1628. *coram R.p.d. Pirouano*, Debet autem conſtare de legitimo mandato procuræ *Seraphi. deciſ.*972. *num.*8. *Rot. in Terdonen. honeſti.*16. *Decem.* 1614. *coram Manzanedo*.

31 Amplius ſanatur etiã defectus citationis per ratificationem eius tacitè alias, vel expreſsè ſubſecutam ex text. *in c. quod ſicut in princ. cum gloſ. verbo Conſentire de elect.* Vant. *dicto tractato tit. qual. ſint. & proceſſ. num.* 116. *in fin.* vt potè per conſtitutionem Procuratoris etiamſi longe poſt citationem ſequuta eſſet *Adden. ad Greg. dec.*27. *num.*12. *& ſeq.*

32 Præſentes verò in iudicio &c.) quippe ad
H monitionem, & diffuſionem requiritur præſentia partis, prout eſt de iure *Felin. c.*1. *nu.*18. *de iud.* vbi inquit requiri, quod Notarius dicat Parte præſente, vel aliàs atteſtetur de eius præſentia *Seraph. deciſ.*1118. *n.* 1. *Vant. de nullit. ex defectu citat. num* 12. in dubio tamen præſumitur facta
33 monitio præſentibus partibus. Ideoque ſolum procedere poſſet contrarium, quando probaretur
34 abſentia *Gratian. deciſ. March.*36. *nu.*21. *& ſeqq. & diſcept.*738. *n.*21. *&* 22.

Quando, & quibus caſibus Procuratorem legitimum citaſſe ſufficiat.

Cap. LII.

IN cauſa cuiuſ, in qua a Procurator habens legitimum mandatum ſemel comparuerit, non ſit vlterius neceſſe dominum citare, ſed ipſum procuratorem in ſingulis iudiciorum actibus citaſſe ſufficiat, niſi in caſibus in infraſcripto capite expreſſis: non tamen proceſſus vitietur, ſi dominus ipſe etiam ſolus, b ſuper intermedijs citetur; & ſi principalis, ſiue actor, ſiue reus extra diſtrictum domicilium habeat, neque illud in Vrbe habeat, neque etiam irrequiſitus elegerit, citatio contra procuratorem tantum, etiam

etiam ad sententiam audiendam, executa sufficiet. imputet enim sibi, qui in Vrbe litigat, & domicilium non eligit, & extra Vrbis iurisdictionem degit.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Mandatum legitimum in Procuratore potest esse vel expressum. vel tacitum. & n. 3.*
2 *Mandatum tacitum aquiparatur expresso.*
4 *Citatio facta Procuratori generali, quando sufficiat; remissiuè.*
5 *Procurator quando ex Statuto citari debeat.*

ANNOTATIONES.

1 A Procurator habens legitimum mandatum,) quod vel expressum, vel tacitum esse potest, ità enim dupliciter legitimatur persona comparentis *Marsant. in sua prax. par. 6. membr. 9. verbo aduertatur ad exceptiones oppositas num. 56.* vbi declarat etiam, quomodo personæ legitimatio expressè, ac tacitè, inducatur, & de tacito, ac præsumpto mandato *Seac. de iudic. lib. 1. cap. 101. num. 34. & 35.* plura ponit exempl. *Vant. de nullit. tit. qual. sent. & proceſſ. num. 93. & 94. cum pluribus*
2 *seqq.* nam tacitum mandatum aliàs æquiparatur expresso, & par est vtriusque virtus, vt apud eosdem Doct. locis citatis, & alias sicut mandatum expressum operatur, & inducit actionem mandati, ità etiam tacitum mandatum *l. si fideiussor illa glos. verbo patiente C. mand. l. si remunerandi §. si passus l. qui fide l. qui patitur ff. eod. l. semper ff. de regul. iur. not Euerard. in centuria sua loco ab expresso ad tacitum num. 7.* & generalis, notoriaque est regula, quod taciti, & expressi par est virtus *l. cum quid ff. si cert. pet. cum alijs adductis per Euerard. eod. loc. num. 1.* & amplius
3 vbi quis approbatus sit tamquam procurator, quia cum eo vti tali alter litigauit, satis legitimata censetur eius persona, itaut nec impugnari possit *Surd. decis. 104. num. 10. Odd. de rest. in integr. quæst. 37. art. 1. num. 15*

Quod autem etiam ex iure communi sit citandus Dominus, non autem Procurator, quando de
4 graui præiudicio agitur, & quando citatio facta Procuratori generali sufficiat *Dec. cons. 460 numero 30. & seq.*

B Super intermedijs citetur) circumscripto statuto, actus corrueret propter quem facta esset citatio, vbi Dominus citaretur, & non Procurator Dominus litis effectus, videlicet
5 in receptione testium, vel in productione iurium, siuè in alio actu substantiali intermedio, & nullus compareret pro citato *Dec. in cap. in nomine Domini num. 77. de test. Rot. decis. 2. de proc. edition. 1. num. 1. & alij relati per Luc. Pal. lib. 2 cap. 8. de in ius. voc. num. 11. quem vide amplius vsque in fin. cap. ad plenioremdeclarationem huius statuti.*

Quibus casibus Procurator, & Dominus citari debeant. Cap. LIII.

IN omnibus causis ordinarijs, & possessorijs recuperandæ, adipiscendæ, & retinendæ possessionis ad sententiam audiendam, & in causis executiuis ad videndum pronuntiari instrumentum, apocam, sententiam, seu testamentum fore exequendum: necnon ad videndum pronuntiari articulos haberi pro confessatis in omnibus causis prædictis; citatio contra principalem & procuratorem fieri debeat. In reliquis autē causis & casibus sufficiat procuratorem, vel dominum citasse. Sed & si plures procuratores in causa cōparuerint, aut fuerint constituti, vnum citasse sufficiat, dummodo is onus acceptauerit. vltimo loco comparuerit, & penes acta reuocatus non fuerit: Et, si Dominus lite pendente cum sua familia ab Vrbe abesse cœperit, sufficiat citationis contra Dominum exequendæ copiam dimisisse affixam in ostio domus solitæ habitationis; vno saltem teste præsente vt supra: & sufficiat relatio nuncij asserentis cum iuramento audisse à vicinis illum ab Vrbe recessisse.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Citatio non facta Domino, & Procuratori in casibus à Statuto expressis est nulla.*

ANNOTATIONES.

A Dul. D Iure communi sufficit procuratorem solum citare, vt per *Vant. & alios ab eo relatos tit de nullit. ex defec. cit. nn. 84 & seq.* attamen placuit statuentibus, vt in certis casibus, hic præscriptis, vt potè magis præiudicialibus citetur procurator, & dominus, quod
1 quidem eis decernere licuit, ita ut nulla sit citatio statuto hoc non seruato, prout in genere de ci-

tatione facta nõ seruata forma statuti tenẽt Doct. commuuiter vti testatur *Scacc.de iudic. lib.*1.c 45 *num.*1. qui & de hoc statuto meminit *cap.* 88. *sub num.*30. sicuti & meminit *Vant. de nullit. tit. de nullit.ex defec.cita.num.*86.*& Luc.Pat.in prax.for.Capitol. lib.*1.*cap.*8.*num.*5.

Inquibus causis,& casibus relationes Mandatariorum in scriptis fieri debeant.

Cap. LIV.

IN omnibus causis, & iudiciorum actibus *a* sufficiat verbalis Mandatarij relatio in actis facta, exceptis infrascriptis videlicet, in productione petitionis, seu libelli, in causis ordinarijs; ad videndum pronunciari quem pro confesso in omnibus causis, & ad sententiam audiendam in ordinarijs; ad videndum pronuntiari instrumenta etiam dotalia, apochas, sententias, seu testamenta fore exequenda; & in causis interdictorum retinendæ, adipiscendæ, & recuperandæ; pariter in actu ad sententiam: in alijs vero causis, & actibus relatio in scriptis necessaria non sit, dummodo seruetur forma supra tradita in Capitibus de citationibus.

SVMMARIVM Annotat.

a *Relatio Nuncij de executa citatione, non est necessariò facienda in scriptis, ex iure communi.*
Secus ex Statuto. n. 2.

2 *Relatio debet constare in actis causæ: aliàs nec citatio, nec sententia, nec totus processus valeret. Et num.* 4.
Limita vt n. 5.

ANNOTATIONES.

1 A SVfficiat verbalis, mãdatarij relatio in actis facta) Relatio Nuntij de executa citatione ex iuris communis dispositione in scriptis necessario non est facienda, & ita vsu seruari in pluribus locis Ecclesiasticæ Ditionis tradit *Scacc.de iudic. lib.*1.*cap.*48.*nu.*13. attamen statutum nostrum ad euitanda fraudum pericula, disposuit in certis actibus iudiciarijs grauioribus hic expressis relationes eiusmodi inscriptis debere fieri, vt per *Scac. loc. cit. & Luc.* 2
Pat. lib. 1. *cap.*8. *num.* 12. Porrò de relatione constare debet in actis causæ; est enim eiusmodi 3
citatio actus substantialis, alias nec citatio, nec sententia, neque totus processus tamquàm in contumaciam actus valeret *ex text.in l. hac autẽ §.non defendi ff.quib.ex caus.in poss eat.& ibi Bar. num.*1.*&* 2.*idem Bart. in l.*21. *multum num.*9. *ff.de condit & demon Salyc.in l.fin. num.*2. C. *de fer. Maran. in suo Specul. par.*6. *tit. de cit.nu.*54. *& num.*124. *cum seq. Gail. pract. obser.lib.*1.*obs.* 54 *num.*7.*Grauat.ad Vestr.lib.*4. *c.* 4. *num.* 246.
4 quinimmò licet post actum à Iudice factum nuntij relatio sequeretur, non ideo actus iam nullus conualesceret, cum à principio de relatione debuisset constare, & liquere Iudici, vt de iurisdictione sua certus fieret ex *d. l. hac autem §. non defendi & ex Bart. not. Vant. de nullit. ex defec. cit. nu.*146. *Scacc. de iudic.lib.*1. *c.*48. *num.*5. vbi de communi opinione testatur, sicuti *& Vant.loco citato* 7. quæ tamen opinio limitatur, vt non
5 procedat, si iudex partibus præsentibus, aut quãdo periculum foret in mora, vel probabiliter credens partem fuisse citatam, processisset *Vant. dicto num.* 146. *in fin. & Scac. d. cap.* 48. *num.* 2. *& seqq.*

De personaliter Romæ apprehenso, qui in ea domicilium non habet.

Cap. LV.

SI quis aliquem aduenã, aut in districtu habitantem, Romæ domicilium non habentem, qui in ea tamen forum aliquo modo *a* de iure, aut ex forma Statutorum fortiatur, ad certam causam coram certo Iudice, & ad procuratorem reperibilem, & acceptantem constituendum, *b* & domicilium vbi citari velit eligendum, aliàs videndum decerni processum per affixionem ad valuas Curiæ, etiam vsque ad sententiam inclusiuè, personaliter citari fecerit: si is contumax fuerit, sufficiat reliquum processum, siue ordinaria sit causa, siue summaria, siue executiua, etiam vsque ad sententiam inclusiuè per affixio,

affixionem ad valuas Curię impleuiſſe; & talis proceſſus, defectu citationis impugnari non poſſit; &, ſi procuratorem conſtituerit, aut domicilium elegerit, niſi vtrumque fecerit, adhuc in caſibus, in quibus principalem, & procuratorem citari debere ſupra ſtatuimus, procurator ipſe, principalis autem per affixionem cedulæ citari debeat: in reliquis vero actibus iudiciarijs cõtra procuratorem citatio fiat.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Forum alicuius Iudicis quibus modis quis ſortiri poſſit; remiſſiuè.*
2 *Citandus, ſi careat certa habitatione, tenetur eligere domicilium vbi citari poſſit.*
Declara vt num. 3. 6. 7. 8. 10. 15.
4 *Indefinita locutio æquipollet vniuerſali.*
Et num. 5.
9 *Citationes poſt conſtitutionem Procuratoris, quibus in caſibus faciendæ ſint etiam in perſonam Domini?*
11 *Domicilio electo, ad effectum citationis, non admittitur variatio; niſi iuſta cauſa variationis ſubeſſet. n. 12.*
14 *Petitio requiritur ex parte illius, ad cuius fauorem lex mandat aliquid fieri.*

ANNOTATIONES.

A 1 DE iure, aut ex forma ſtatutorum) de iure forum alicuius Iudicis, qui ſortiri poteſt per varias, & quamplurimas rationes, & modos, quippe centum, & decem, ac nouẽ congerit *Marian. Socin. ad rubr. de for. compet. à num. 1. vſque ad fin. quem refert. Scac. materiã iſtam pertractans lib. 1. de iudic. c. 40. num. 6.* ex forma autem ſtatutorum Vrbis foro Capitolino ſubijciuntur Ciues Romani Incolæ Vrbis, & qui intra diſtrictum Vrbis habitant, vt ſupra *c. 41. not. Luc. Pat. lib. 1. cap. 6. tit. qui Capitolino foro ſubijciuntur.*

2 B Et domicilium, vbi citari velit, eligẽdum,) quod certa carens habitatione teneatur eligere domicilium, vbi citari poſſit conſonat vtique iuri communi, probat *Bart. in conſtit. ad reprimendum verbo per edictum num. 15. Specul. tit. de reſcript. præſent. 9. §. ratione autem cauſæ, ſub num. 8. verſ quid ſi non diſcernatur Socin. tit. de cita. art. 17. in fin. & art. 25. q. 3. ſub num. 2. verſ. conſuluit. tamẽ Rebuff. tract. de domicil. elect. gloſſ. vnic. num. 1. & ſeqq. & habetur in conſtit. Regni Franc. vt apud Rebuff.* ibidem, qui & rationes quatuor huiuſce conſtitutionis ex ipſo iure communi prouenientes ſubijcit.

3 Declaratur autem concluſio, primo, vt locum habeat in omnibus cauſis, tàm ordinarijs, quam ſummarijs, & executiuis, & tam in ciuilibus, quam in criminalibus, vbi tamen in iſtis auditur reus extra carceres, prout de conſtitutione prædicta tenet *Rebuff d. gloſſ. num 39.* aſſerens eam comprehendere omnes cauſas, nam eadem conſtitutio per verba generalia loquitur, & ideò generaliter intelligenda eſt iuxta *tex. in l. 1. §. & generaliter ff. de lega. præſtan.* vt inquit idem *Rebuff.* ſic de ſtatuto noſtro idem pariter dicendum, & quia de cauſa indefinitè loquitur in principio. ibi ad certã
4 cauſam coram certo iudice, indefinita autem locutio æquipollet vniuerſali *l. ſi ſeruitus 22. ff. de ſeruit. vrban. prad. l. ſi pluribus 44. ff. de legat. 2.*
5 *l. ſi plures 98. ff. de leg. 3.* quę quidem regula procedit etiam in ſtatutis vbi omnium in oratione indefinita cõprehenſorum eadem ſit ratio, prout in caſu ſtatuti noſtri eſſe ſatis intelligitur *Bar. in l. omnes populi nu. 57 ff. de iuſt. & iur. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 13. ſub num. 8* vbi de cõmuni opinione teſtatur *Maſcard. de gener. ſtat. interpret. concl. 5. num. 13. Barboſ. in hoc commun iur. verbo indefinita num. 20.* quinimmo inferius declara-
6 tur in ſpecie hoc ſtatutum procedere, ſiue ordinaria ſit cauſa, ſiue ſummaria, ſiue executiua, nec ideo putarem aliter eſſe dicendum etiam in cauſis criminalibus, in quibus contingat reum audiri extra carceres, & per procuratorem, quando quidem in iſtis pariter militant eædem rationes electionis domicilij, quas deduxit *Rebuff d. gloſſ. vnic. num. 3. & ſeq.* Et quatenus caſus iſte
7 à ſtatuto fuiſſet omiſſus, remaneret in diſpoſitione iuris communis, iuxta iura vulgata, ſicque nihilominus foret locus præſcriptæ electioni domicilij etiam in cauſis criminalibus ſecundum prædicta.

8 Declaratur ſecũdo eadem concluſio quod licet pars elegerit procuratorem reperibilem, & acceptantem, adhuc tamen tenebitur dominus eligere domicilium, nam & ſi procurator habeat
9 domicilium, tamen citationes quandoque etiam poſt conſtitutionem procuratoris faciendæ ſunt in perſonam domini, vt in iuramento de calumnia, per verbum credit, vel non credit, & ad reſpondendum libello, & articulis, & in multis alijs caſibus iuris communis, vt per eumdem *Rebuff. d. gloſſ. num. 15.* præcipuè verò in alijs à ſtatuto noſtro expreſſis ſupra capitolo 53.

10 Declaratur tertio, quod tam reus, quàm actor teneatur ad electionem domicilij iuxta formam ſtatuti, vt in caſu ſimilis ſtatuti dixit *Alex. conſ. 64. num. 1. & 2. lib. 3. Card. Tuſc concl. 598. littera D.* ſi quidem actoris, & rei eadem eſt conditio *c. 2. de mutu. petitio l. vlt C. de fruct. & liti. expenſ. l. 41.* non debet actori *ff. de regul. iur. & c. 32. non licet actori de reg. iur. in 6. cum vtrobique not. per Doct.*

11 Declaratur quarto, quod electione domicilij facta, non admittitur variatio per text. in *l. 5. ſirui electione legata in princ. ff. de legat. 1. facit text. in l. 12. ſi mihi, & tibi in princ. ff. de*

legat. 1. not. Rebuff. d. gloss. num. 51. nisi tamen
12 iusta variationis causa suboriretur, vt per eumdem *Rebuff. ead gloss. nu. 52.*

13 Declaratur quinto, quod electio domicilij facienda sit, si petatur ab altera parte, cuius interest, & non aliàs, argumento *tex. in l. vniuersa C. de preci. Imper. offeren. & in l. 4. §. hoc autem ff. de damn. infect.* idque suadetur etiam ex text. huius nostri statuti, ibi personaliter citari fecerit: hoc enim statutum est in fauorem partium, ergo illi fauori partes renunciare poterunt non petendo per *tex in l. penult. C. de pact. Rebuff. d. gl. n. 13.* atque illud regulare est, quod petitio requiritur
14 ex parte illius, ad cuius fauorem lex mandat aliquid fieri, aliàs alter non tenetur facere *Iaf. in d. l. vniuersa num. 2. Surd. decis. 57.* Demum ad materiam illam electionis domicilij alia cumulata reperiuntur per *eund. Rebuff. d. tract.*

De absentibus edicto Senatus citandis.

Cap. LVI.

Iues, qui extra Vrbem, & in districtu cum sua familia habitant, ac illi, qui de districtu, vt præmittitur, sunt Romæ conueniendi, citentur edicto Senatus, *a* iuxta formam consuetam, cum expressione causæ ad quam citantur, siue ea sit ordinaria, siue summaria, siue executiua, & cum comminatione, quòd in eorum contumaciam procederur contra eos per affixionem citationis ad valuas Curiæ; & in causa vlterius non citabuntur, præterquam ad sententiam audiendam, in ordinarijs, & executiuis, & interdictorum. Quam citationem Nuncius Capitolinæ Curiæ, siue Notarius aliquis, siue Cursor personaliter, si reum personaliter apprehendere poterit, exequatur: sin autem, Citationem alta, & intelligibili voce legat, & illius copiam in manibus domesticorum, vel in ostio domus solitę habitationis saltem vno Teste præsente vt supra affixam; & quatenus domum habitationis non reperiat, in manibus inibi iustitiam ministrantium relinquat, & Nuncij, seu Notarij, seu Cursoris relationi in præmissis credatur. In intermedijs autem in vnoquoque actu, si citati contumaces fuerint, per affixionem cedulæ ad valuas Curiæ citari debeant; & talis processus valeat, & teneat. Ad sententiam autem audiendam in ordinarijs, & tribus interdictis adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ, & in executiuis ad videndum pronunciari instrumenta, apochas, sententias, arbitria, lauda, & testamenta fore exequenda, iterum modo, & forma præmissis citentur. In reliquis verò iudiciorum actibus, alijsque casibus, citationes etiam ad diffinitiuam, seu vim diffinitiuę habentem, ad valuas Curiæ affixæ sufficiant, dummodo hoc in primo edicto illis fuerit comminatum.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Forma statuti non seruata, actus est nullus.*

ANNOTATIONES.

A

Vxta formam consuetã) quam vide apud *Lucam Pat. d. cap. 8. sub nu. 1.* sique modus, seu forma à statuto tradita in exequendis citationibus tã hoc *cap. quam supra cap. 51. & 53.* seruata non fuerit, processus erit nullus, sicuti in specie de istis duobus capitibus censuit *Rota coram Eminentiss. D. Cardinale Pamphilio iuniori in Romana Vima 11. Decembris 1613. & 21. Aprilis 1614.* nam vera est iuris conclusio, quod forma statuti non seruata actus est nullus per *tex. in l. non dubium vbi Doct. C. de legi.* quod pluribus comprobat *Mascard. de gener. stat. interpre. conclus. 9.* forma autem expressè traditur hoc statuto, & in supradictis tradita censetur, quia in eis exactè referuntur; quæ in exequendis citationibus obseruari debent iuxta tradita per *Assn. in praxi. iudic. §. 3. c. 36. sub nu. 3. vers. præterea, & per Mascard. d. conclusione sub num. 82. vers. dicetur.*

1

Qua Hora ius reddi debeat.

Cap. LVII.

Ingulis nõ feriatis diebus *a* de mane in foro Capitolij Ius reddatur, *b* circiter tertiam diei horam, & aliàs secundum temporum mutationem, Conseruatorum arbitrio; & simul Campana audientiæ consueta pulsari incipiat. Et ne quis ignorantiam prætende-

re

re poſſit, per quartam partẽ vnius horæ pulſetur. c Sedere autem debeant Iudices per horas duas continuas, computato tempore, quo ſedet Locumtenens ad Tribunal Senatoris. Reliquis autem diei horis, partibus, & Notariis informare volentibus, benignas aures præbeant; & die, quæ Aſſettamentum præcedit, nullatenus à Curia Capitolii recedant: alioqui, ſi iuſtam excuſationem non habuerint, pœnam aureorum decem vice qualibet incurrant.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Romanis antiquitus horis matutinis ſolebant ſerijs rebus vacare.*
2 *Dies in hoc Statuto intelligitur ab ortu ad occaſum Solis.*
3 *Dies, quot, & quibus modis accipiatur. Et num. 4.*
5 *Sedere cur debeant Iudices, quando ius reddunt?*
6 *Sedere dicitur Prætor cùm pro tribunali iuris dicendi cauſa ſedet.*
7 *Dies, in quibus Prætor ius dicit, appellantur Dies Seſſionum.*
8 *Sententia lata à Iudice pro tribunali non ſedente, eſt nulla: etiamſi ſit interlocutoria. Et num. 9. Declara remiſſiuè vt n. 10.*
11 *Clauſula, Sola facti veritate inſpecta; & clauſula, Summariè, &c. æquiparantur.*

ANNOTATIONES.

1 A E mane) quibus ſanè horis matutinis Romanos ſerijs rebus antiquitus vacare ſolitos docet eruditiſſimus *Alciat in l. 2. §. cuiuſq. diei num. 14. & ſeq. ff. de ver. ſignif.* & probatur ex verbis Pauli iuriſconſulti ibidem, quæ hæc ſunt, cuiuſque diei maior pars eſt horarum ſeptem primarum diei, non ſupremarum.

2 B Circiter tertiam diei horam) hic appareret ſtatutum loqui de die naturali, nempè ab ortu ad occaſum ſolis, duobus autem alijs modis accipitur

4 dies, vno ſecundum Romanæ Eccleſiæ morem, vt in *c. de fer.* qui & Athenienſium fuit, vt ab occaſu ſolis incipiat, & in ſequentem occaſum finiat, quo quidem vulgò vtimur; altero modo dies eſt,

4 qui ciuilis nuncupatur à media nocte incipiens, & in ſequentem mediam finiens, de quo in *l. more Romano ff. de fer.* & hodiernis tẽporibus apud Gallos, Germanoſque pleriſque in locis dicitur eſſe in vſu, hæc omnia habet *Alciat d. in l. 2. §. cuiuſq. diei nu. 6. & ſeqq ff. de verb. ſignif.*

C Sedere autem debeant Iudices) ſolemnitas iſta ſedendi adinuenta eſt, tum ob maieſtatem iu-

5 dicis conſeruandam, tum etiam, vt maiori prudentia, & animi maturitate, ac deliberatione ſententia ipſa proferatur, ità *Vant. de nullit. tit.*

6 *de null ex defic. proceſſ ſub nu. 84.* & ſedere dicitur Prætor, cum pro Tribunali iuris dicendi cauſa ſedet *l. 2. §. confeſtim ff. ad Tertyll. l. 7. ff. de reſt. in integr. l. 2. §. dies ff. quis ord. in bon. poſſ. ſer.*

7 vndè dies, quibus Prætor ius dicit pro Tribunali ſedens, ſeſſionum appellantur *d. §. dies, & l. 15. cui §. ſatisfactionis ff. vt in poſſ. leg.* Et ſententia

8 lata à iudice pro Tribunali non ſedente eſt nulla *c. fin. de ſent. & rei iud. in 6. & ibi gloſſ in ver. ſedendo, not. Specul. tit. de ſent. §. iuxta nu. 10. Bart.* qui aſſerit hoc procedere etiam in ſententia

9 interlocutoria, quæ cauſæ cognitionem deſideret. *in l. 2. num. 6. C. de ſenten. ex breui c. recit. Vant. vbi ſupra Marant in prax. par. 6. tit. & denum ſertur ſententia, nn. 48. & ſeqq.* Vbi etiam

10 quod ſecus in iudice delegato, & quando cum alijs ampl. & limit. &c. Adde tamen aliam limitationem datam per eumdem *par. 4 diſtinctione 9. nu. 35.* ſtante clauſula ſola facti veritate inſpecta, ſeù ſummariè &c. quæ æquiparantur, quia

11 tunc non eſt neceſsè, quod Iudex ſedeat pro Tribunali.

De Ferijs.

Cap. LVIII.

Iebus in honorem omnipotentis Dei, & Sanctorum eius dicatis, *b* nullatenus in Curia Capitolina *c* ius redditur. ſunt autem qui ſequuntur.

Dies omnes Dominici.

De Menſe Ianuarij.

A Circunciſione Domini vſque ad Epiphaniam incluſiuè.
S. Antonij Abbatis.
Cathedræ Romanæ ſancti Petri Apoſtoli.
SS. Fabiani, & Sebaſtiani.
S. Agnetis Virginis, & Martyris.
Conuerſio ſancti Pauli Apoſtoli.
Indulgentię ad Aquam Saluiam.

De Menſe Februarij.

Purificationis B. Mariæ Virginis.
S. Blaſii Epiſcopi, & Martyris.
S. Agathæ Virginis, & Martyris.
Cathedræ Antiochenæ ſancti Petri Apoſtoli.
S. Matthiæ Apoſtoli.

De Menſe Martij.

S.Thomæ de Aquino Confeſſoris.
S. Franciſcæ Romanæ.
S. Gregorii Papæ.
S.Ioſeph ſponſi Beatiſſimę ſemper Virginis Mariæ.
Dedicationis Cappellæ S.Crucis in Hieruſalem.
Annunciationis B.Mariæ Virginis.
Omnes ferię ſextæ, ſeu dies Veneris huius menſis.

De Menſe Aprilis.

S. Georgii Martyris.
S. Marci Euangeliſtæ.

De Menſe Maij.

SS. Philippi,& Iacobi Apoſtolorum.
Inuentio S. Crucis.
S. Ioannis Apoſtoli ante Portam Latinam.
Apparitionis S.Michaelis Archangeli.
S. Bernardini Confeſſoris.

De Menſe Iunij.

S. Barnabæ Apoſtoli.
S.Antonii de Padua.
Natiuitatis S.Ioannis Baptiſtę.
SS. Petri, & Pauli Apoſtolorum.
Commemorationis S.Pauli Apoſtoli.

De Menſe Iulij.

Viſitationis B. Mariæ Virginis.
S. Alexij Confeſſoris.
S. Mariæ Magdalenę.
S. Iacobi Apoſtoli.
S. Annæ Matris S.Mariæ Virginis.

De Menſe Auguſti.

S. Petri ad Vincula.
S. Dominici Confeſſoris.
Dedicationis B.Mariæ ad Niues.
S. Laurentii Martyris.
A Vigilia Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis vſque, & per totam octauam incluſiuè.
S. Bartholomæi Apoſtoli.
S. Auguſtini Epiſcopi.
Decollationis S.Ioannis Baptiſtę.

De Menſe Septembris.

S. Egidii Abbatis.
Natiuitatis B.Marię Virginis.
Exaltationis ſanctę Crucis.
S. Matthęi Apoſtoli, & Euangeliſtę.
SS.Coſma, & Damiani Martyrum.
Dedicationis S. Michaelis Archangeli.
S. Hieronymi Presbyteri,& Confeſſoris.

De Menſe Octobris.

S. Franciſci Confeſſoris.
S. Lucæ Euangeliſtę.
SS. Simonis, & Iudę Apoſtolorum.

De Menſe Nouembris.

Omnium Sanctorum.
Commemorationis Defunctorum.
S.Caroli Epiſcopi,& Confeſſoris.
S.Leonardi Confeſſoris.
Dedicationis Baſilicę Saluatoris.
S. Martini Epiſcopi,& Confeſſoris.
Dedicationis Baſilicę SS. Petri,& Pauli Apoſtolorum.
Pręſentationis Beatę Marię ſemper Virginis.
S. Cęcilię Virginis,& Martyris.
S. Clementis Papę, & Martyris.
S. Chryſogoni Martyris.
S. Catharinę Virginis,& Martyris.
S. Andreę Apoſtoli.

De Menſe Decembris.

S. Nicolai Epiſcopi,& Confeſſoris.
S. Ambroſii Epiſcopi, & Confeſſoris.
Conceptionis Beatę Marię Virginis.
S.Lucię Virginis, & Martyris.
S. Thomæ Apoſtoli.
A Vigilia Natiuitatis Domini vſque ad Epiphaniam incluſiuè.
Dies Cinerum.
Dies Stationis ad S.Marcum.
Septem dies prędcedentes diem Dominicũ Reſurrectionis Domini,& nouem ſequentes.
Dies Aſcenſionis Domini cum tribus diebus prędcedentibus, quibus Rogationes fiunt.
Duo dies poſt Pentecoſtem.
Dies feſtiuitatis ſacratiſſimi Corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti.
Dies Proceſſionis eiuſdem in Eccleſia Beatę Marię ſupra Mineruam.
Dies Octaua eiuſdem,quo die S. mem.Paulus Secundus inſtituit ſingulis Annis per Cameram Vrbis dari vnum Calicem, & Torcias duas Eccleſiæ ſancti Marci, & Candelas Magiſtratui, & officialibus Ro. Pop. aſſociantibus ob reuerentiam illius diei,& indulgentias conceſſit.

Pro-

Propter hominum quoque tum publicam, cum priuatam vtilitatem, & lætitiam, ſequentes etiam dies feriati ſunt, videlicet:

Dies decem, dies Cinerum præcedentes.
Dies Anniuerſarius Creationis Pontificis viuentis.
Dies Anniuerſarius Coronationis eiuſdem.
Dies in quo Officiales Ro. Po. Magiſtratum ineunt, & in quo Conſilium publicum fit.
Dies ingreſſus Senatoris cum duobus ſequentibus.
Dies Natalitius Vrbis, qui eſt vigeſimus primus Menſis Aprilis: in his autem, exceptis cauſis criminalibus, ius nõ redditur.

Poſt octauam quoque diem Menſis Iulij vſque ad vigiliam Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis propter meſſes, & æſtiuos calores feriæ inductæ ſunt, & Vindemiarum tempore, ſi alter ex litigatoribus, ſe vel procuratorem ſuum in Vindemiis impeditum iureiurando aſſerat, induciæ Iudicis arbitrio moderandæ, perſonarum qualitate penſata tribuendæ ſunt. Ab his tamen Meſſium, & Vindemiarum ferijs excipiuntur cauſæ tam ſummariæ, quàm executiuæ cuiuſcunque generis; & cauſæ omnes appellationum, & nullitatum, & reſtitutionis in integrum: nec non cauſæ criminales, & aliæ à præſentibus Statutis exceptæ; in quibus, non obſtantibus ferijs prædictis Meſſium, & Vindemiarum, ius petentibus redditur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Kalendaria & Faſti antiquitus publicæ vtilitatis cauſa edebantur.*
2 *Et quis primus Faſtos in albo circa Forum poſuerit.*
3 *Feriæ vnde dictæ, quot earum ſpecies, nomina, & alia; remiſſiuè.*
Et num. 4.
5 *Feriæ omnes dilationibus probatorijs includuntur.*
Intellige vt n. 7.
6 *Probandi tempus eſt continuum.*
8 *Appellatio interponi poteſt feriarum tempore; ſed interpoſita non poteſt exerceri; nec propterea fatalia prorogantur.*
9 *Feriarum impedimentum non eſt iuſta cauſa reſtitutionis in integrum.*
Limita vt n. 10.
11 *Decretum an interponi poſſit per Iudicem die feriata in honorem Dei?*
Et num. 12.
13 *Inſtrumenta an confici poſſint diebus feriatis in honorem Dei vel Sanctorum: & confecta ſic an ſuſtineantur?*
Et n. 14. 16. 18.
15 *Actus voluntatis, qui citra aliquam contentionem, & ſtrepitum Iudicij exercentur, etiam feſtiuis diebus celebrari non poſſunt.*
Declara vt n. 19.
17 *Facta multa tenent, quæ fieri prohibentur.*
20 *Citatio fieri poteſt die feriata.*
An autem ad diem feriatam? num. 21. 22. & 23.
24 *Ius ciuile in vrbe ſeruari debet, vbi ſtatutum aliter non diſponat.*
25 *Proteſtationes an poſſint fieri diebus feriatis?*
Et num. 26.
27 *Teſtes examinari poſſunt die feriata.*
28 *Libellus an poſſit offerri Iudici die feriata?*
Et n. 29. 30.
31 *Neceſſitas excuſare ſolet ab obſeruatione feriarum.*
32 *Suſpectus de fuga capi poteſt diebus quibuſlibet feriatis. & n. 33.*
34 *Ferijs in honorem Dei renunciari non poteſt à partibus litigantibus.*
Amplia vt n. 35.
Secus in ferijs propter priuatam hominum neceſſitatem inductis. n. 36.
Quod intellige vt n. 37.
38 *Iudex, procedens in cauſa ferijs non obſtantibus, neque partibus opponentibus de illis, videtur quoad ſe ferijs renunciaſſe.*
39 *Statutum, vel conſuetudo poteſt introducere vt ferijs in honorem Dei derogetur: in certis tamen caſibus.*
40 *Ius poſitiuum poteſt interpretari ius Diuinum.*
41 *Poſſeſſio, quæ capi poſſit Romæ in ferijs inductis per viſitationem generalem?*
42 *Statutum Vrbis circa ferias reſpicit ordinatoria Iudicij.*
43 *Dictio, nullatenus, excludit omnem iuriſdictionem.*
44 *Verbum præſentis temporis prolatum à lege, refertur ad futurum.*

ANNOTATIONES.

1 MOS fuit antiquitus, vt Kalendaria, & faſti publicę vtilitatis cauſa ederentur, & inciſi marmore publicè exponerentur, primus autem omnium, qui faſtos in
2 Albo circa forum poſuerit, vt quando lege agi poſſet, ſciretur, fuit C. Flauius Gnei F. Aedilis, vt auctor eſt *Liu. decad. 1. lib. 9. ad finem, quem refert Cardin. Baron. in ſuis annot ad Martyrol. Rom. die 22. Auguſti littera B. verbo Timothei ad fin.* & hunc

hunc quidem morem hoc loco imitati sunt statutorum nostrorum conditores, dum festos, & feriatos dies, in quibus á forensibus negotijs cessari debet, per exactum catàlogum hic exponunt.

3 Feriæ autem vnde dictæ sunt, quot earum species, nomina, & alia circa eas scitu digna ex priscis auctoribus vide apud *Macrob.lib. 1. Saturn. cap.16. Riuall.hist.iur.ciu.lib.2.num. 32. in fin. ibi alia igitur lex, & per alios quatuor num.seqq. Scard.in Lexic.iur verbo Feria, Mandos.commiss. 13.verbo Ferias, Aret. S. appellatur num. 28. & seqq.instit.de exception.Thesaur.decis.pedem.39.* & ad rem nostram accommodatius, ac plenissimè *Scac. lib. 2.de iudic.cap. 5.* qui ferias ad tres species redigit, scilicet in solemnes, repentinas
4 & publicas, licèt iure distinguantur in duas species dumtaxat, scilicet in solemnes, & in repentinas *l.omnes 1.C.de fer.l.siue pars C.de dil.* quam iuris distinctionem sequitur *Odd.de restit. in integr.q.14.num.22. & 25.* atque idem *Scacc.* singulas species á se positas diligenter examinat. Nos verò conclusiones aliquot generales, quæ maximè ad praxim pertinere videntur, hic subijcimus.

5 Prima sit, quod feriæ omnes dilationibus probatorijs includuntur, & connumerantur, quia
6 regulariter tempus probandi est continuum *l siue pars §.feria C.de dilat. Maran. in specul. par. 6.2. par iud.art.3.de dilat nu.18. Franc. Mar. decis.31.nu.1.par.1.Gail.pract.obser.lib. 1.obser. 53. num.12.* nisi tamen feriæ absorberent totam
7 dilationem, vel maiorem eius partem, vt per *Marant loc.cit. & per Grauat. & alios ab eo citatos in addit. ad Vestr.lib.3.cap.4 num.7.*

8 Secunda conclusio, quod tempore quarumuis Feriarum appellatio potest interponi, sed interposita non potest exerceri, nec propter ferias fatalia prorogantur, quæ quidem omnia simul cõprobantur *ex l.1.vbi Bald.C.de fer. & ex traditis per Mandos. commiss. 13 q.14 Gail.pract. obser.lib 1.obser.53 num 11. Scacc. de appell q. 12. num.51.vbi notat.* appellationem interponi posse etiam die feriata in honorem Dei.

9 Tertia conclusio, quod impedimentum feriarum, quæ sint ordinariæ, scilicet dierum festorũ, vel aliàs certis anni temporibus iudici solitæ, vti pro messibus, & vindemijs quorannis recurrentes, non est iusta causa restitutionis in integrum,
10 secus autem si feriæ fuerint repentinæ, & extra ordinem, exempli gratia, ob res prosperè gestas, vel in honorem Principis, *tex. est qui vtrumque casum decidit in l.sed, & si per Praetorem §.si feriae ff.ex quib caus.maio.vbi omnes, Abb.in c.fin.nu. 8. de fer.cum alijs relatis per Odd. qui ita tenet, & affirmat Doct. alios passim ita tenere q.14. de rest.in integr.num.22. & 25.*

11 Quarta conclusio, quod decretum in alienatione rerum minoris, vel in alijs similibus contractibus per iudicem interponi non potest die feriata in honorem Dei ex Doct.sententia, quam veriorem, & communem testatur, & sequitur *Mandos.d.commiss.14.q.7. Simoncell.tract.de decret.lib.1.tit.1.inspect.3. num. 84. idem testatur Scacc.de iudic.lib.2.cap.5.num.105. licet contrariam opinionem teneat num.seq.* quæ tamen con-
12 clusio limitari debet, vt non procedat in re pia, & in casu necessitatis iuxta tradita per *Simoncell. d.insp num.87. Guid.Pap.q.53.nu.9. Gail. pract. obser.lib.1.obser.13.n.13. Scacc.c.cit.n.105.* atque ità videtur congruè conciliari vtraque opinio in hoc articulo.

13 Quinta conclusio, quod instrumenta per notarios confecta diebus feriatis in honorem Dei, vel Sanctorum sustinentur, licèt *iuxta tex.in c.1. de fer.* illa fieri non debuissent, vti veriorem, & communiorem esse DD. sententiam tradit *Mãd. quam & ipse sequitur d.commiss.13.q.5.* in fortio-
14 ribus terminis, nempè, quod talia instrumenta confici possint, & licet non exprimat conclusionem habere locum quamuis in instrumentis habeantur iuramenta contrahentium attamen idipsum pro posito haberi debet cum certum sit, iuxta consuetudinem nostrorum temporum non confici instrumenta sine iuramentis partiũ, quod lippis, & tonsoribus esse notum tradit *Mancin. tract.de iurem.par.2.art.17. nu. 12. qui pariter eod.art.num. 10. asserit* contractus festiuis diebus iniri posse, & iuramenta præstari, ea potissimum
15 ratione nixus, quod actus voluntarij, qui citra aliquam contentionem, & iudicij strepitum exercentur, ipsis etiam festiuis diebus celebrari possint *ex tex in l.actus, & in l.fin. C.de fer. Guid. Pap.decis.215.sub num 2. Maran.in suo spec par. 4. diffin.16.num.86.spec.de fer.lib.2. §. sequitur videre num.2. Menoch.de arbitr.iud.lib.1. q. 30. num* 14. & demum colophonis loco subijcio *decis. Rot. apud Seraphin.782.d num.3. vsque in*
16 *fin.* vnde probatur sustineri contractum cum iuramento initum die festo, & respondetur *tex. in c.1.de fer.* vel quod ille non procedat in extraiudicialibus iuxta sensũ *innoc.Host.Abb. & aliorũ ibidem*, & procedat potius de consilio, quàm de præcepto, vel dato quòd generaliter procederet tam in iudicialibus, quam in extraiudicialibus, & ideò contrauenientes peccarent, tamen hinc non benè inferri ad inualiditatem contractus, & iuramenti, ne pro vno peccato vitando, incurratur in duo, nempè in iurando, & in periurando, prout fusius eadem decisio prosequitur, quæ videri meritò debet, comprobatur ex iuris
17 regula, quod multa facta teneant, quæ fieri prohibentur *c.ad Apostolicam de regul. Rom. cons. 213. Marsil.cons.19.num.3. Natt cons.123 col.1. Seraph.de priuil.iuram.priuil. 59. num.22.* licet quod quamuis sustineantur contractus, tamen nihil suffragetur iuramentum, dixerit *Surd. cons. 122.num.4. & seqq.* qui etiam *num.18.* dicit hoc fallere in Iudæis.

Et hæc quidem conclusio sic concepta nullam, vel sanè modicam habet difficultatem; Verum non ideo auderem asserere veram conclusionem alteram conceptam sub his verbis, quod in diebus festiuis in honorem Dei, & Sanctorum, &
18 præsertim diebus Dominicis confici possint de quocunque contractu instrumenta cum iuramento, obstat enim *c.1. de fer.* quo Sacramenta nisi pro pace, vel alia necessitate diebus Dominicis generaliter prohibentur, atque adeò non seruatur debita veneratio diebus cultui diuino dicatis, vndè malum exemplum & scandalum facilè consequitur, & hæc opinio tanquam tutior pro anima videtur planè sequenda *ad tex. in Clem. exiui §. item quia, & ibi Card.de verb.signif. c. presbyteri 48 diffin.c.iuuenis de sponsal.Natt.cons.*
19 *136.num.10.* licet enim actus voluntariæ iurisdi-

ctionis, & contractus eiuſmodi diebus feſtiuis habiti teneant, tamen non fiunt ſine peccato, *vt not. Abb. in c. fin. ſub nu. 18. de fer. addit. ad Boer. deciſ. 215. verbo Executio*, quod etiam admitti videtur in allegata deciſ. Rot. niſi in caſibus hoc diſtichon. comprehenſis.

Pax, & fama, fides, reuerentia, cautio damni,
Defectus veri ſibi poſſunt magna cauere.

quod habetur in *addit. ad glo. fin. c. 1. de fer.* & certè quantum mihi ipſi conſtat, qui iam per annos quadraginta, & amplius Romæ permanſi, non conſueuerunt fieri inſtrumenta cum iuramento in diebus feſtiuis, exceptis caſibus prædictis; vndè miror, quod contrarium aſſeratur, etiam quoad inſtrumenta iuramento communita, vt in *d. tract. Mancini, de iuram. par. 2. art. 17. num. 12.* Porrò qui dies à Chriſtianis cauſa Religionis obſeruandi ſint, ad ius Pontificium humanum decernere pertinet, vti docet *Couar. var. reſol. lib. 4. cap. 19. num. 5.*

20 Sexta concluſio, quod citatio die feriata, etiã in honorem Dei ad diem iuridicam fieri poteſt, licet enim Doct. cõmuniter teneant contrarium, vt aſſerit *Mandoſ. ad commiſſ. 13. q. 3. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. de cit. num. 119. Tiraq. de retract. lign. ad fin. tit. num. 79.* attamen concluſionem illam multi Doct. magnæ auctoritatis probarunt, vt videre eſt apud eundẽ *Tiraq. & Guid. Pap. q. 215. ſub num. 2.* atque etiam approbauit conſuetudo, vti teſtatur idem *Tiraq. loc. cit. ſub num. 81.* ibi ſed quidquid ſit de iure communi; primam illam opinionem approbauit conſuetudo, quæ ideo tenenda eſt ad *tex. in l. ſi de interpretatione, & ſeq. ff. de legi.* & de tali vſu in iudicijs teſtatur etiam *Iaſ. in l. 1. §. nunciatio num. 8. ff. de nou. oper. nunc. Vant. de nullit. tit. qual. ſent. & proc. num. 119. & Veſtr. in ſua prax. lib. 4 cap. 3. nu. 6.* ibi generaliter autẽ omnis citatio quocũq; tẽpore etiam feriarum generalitũ, vel aliàs die feriato etiam in honorem Dei exequi poterit in Curia, vel extra in prouincijs, & concluſionem iſtam probauit *Rot. deciſ. 1. nu. 2. de fer. in nou. & apud Caſſad deciſ. 5. de dol. & cont.* ea ratione vtrobique expreſſa, quia citatio fiuè ad perſonam, fiuè ad domum facta eſt, & die feriato exequi poteſt, cum non fiat per iudicem, neque cum cauſæ cognitione, ſed per Nuntium, vel per litteras; Ad
21 diem verò feriatam non valere citationem regulariter pro indubitato habetur ex *tex. in l. 2. ff. ſi quis in ius vocan. non ier. & in l. fin. C. de fer. & in c. fin. eod. tit. Iaſ. in l. 1. §. nunciatio num. 8. ff. de nou. oper. nun.* & hoc procedit etiam parte nõ opponente *Alex. conſ. 101. n. 6. viſis omnibus vol. 5.*
22 niſi tamen citatio eſſet pro ijs actibus, qui etiam feriatis diebus expediri poſſunt *gloſſ. in d. l. 2. verbo Dies feriati ff. ſi quis in ius voc. Alex. proximo loco cit. Gail. pract. obſer. lib. 1. obſer. 53. num. 15. Et hoc iuxta opin. interpretum iur. cit.*

23 Verum Canoniſtæ contrarium ſentiunt, nempè quod citatio ad diem feriatam valeat, ita tamen vt citatus comparere debeat ad primã diem iuridicam poſt feriatam per *tex. in c. cum dilecti de dol. & cont. vbi Abb. num. 4. cum alijs adductis per Vant. de nullit. tit. de null. ſent. ex def. cit. & per Gail. d. obſer. nu. 1. & 2.*

Sed quidquid ſit de iure Canonico, tenenda eſt
24 opinio altera ex iur. ciu. deducta, cum ſeruari debeat ius ciuile in Vrbe Roma, vbi ſtatuta aliter non diſponant cap. 42. ſupra hoc eodem lib. atq ad euitandam eiuſmodi difficultatem vſu inductũ eſt ſaltem in citationibus, quæ citatis tribuunt interuallum plurium dierum ad comparendum nec ideo facilè ſciri poteſt, an dies comparitionis caſurus ſit in diem feriatam, vt citationi adijciatur clauſula, quod citatus compareat tali die, quæ ſi non fuerit iuridica, compareat die iuridica ſequenti, ità *Socin. tract. de cit. ſub nu. 10. Vant. de nullit. tit. de null. ex defect. cit. num. 66. Gail.* qui tradit in Camera Spirenſi ità ſeruari loco proximè citato, ſed euitatur difficultas vno verbo, nempè ſi citatio fiat ad primam diem iuridicam.

25 Septima concluſio, quod proteſtationes poſ-
26 ſunt fieri etiam diebus feriatis, ſecus tamen quãdo fiant ad incitandum vt aliquid expediatur in iudicio, niſi tamen proteſtatio fieret die feriato, vt caderet ſub die ſequenti non feriato *Bart. in l. non ſolum §. morte nu. 58. & ſeqq. ff. de oper. nou. nunc.*

27 Octaua concluſio, quod diebus feriatis examinari poſſunt teſtes, qui iuranerint die non feriata *Guid. Pap. q. 115 num. 3. & q. 125.* nam eorum examen retertur ad diem iuramenti vt in eadem q 125. ex doctrina *Bart. in l. ſi quando num. 11. C. de teſti. probat Menoch.* ex aliorum plurium auctoritate *q. 31 num. 15. de arbitr. iudic. lib. 1. & Mandoſ. ad d. commiſſ. 13. ſer. non obſt. q. 3.* Et hæc eſt communis omnium ſententia, quæ etiam vſu ſeruatur, vt atteſtatur *Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 5. num. 73.*

28 Nona concluſio, quod libellus iudici offerri non poteſt die feriata, vt eſt magis communis Doct. opin. de qua teſtatur *Mand. d. commiſſ. 13. q. 2. Maran. in ſuo ſpecul par. 6. membr. 3. de libell. obla. num 19. Scacc. de iuaic. d cap. 5. nu. 80. lib. 2.* nã actus omnes contẽtioſæ iuriſdictionis, vel requirentes cauſæ cognitionẽ diebus iſtis, prohibẽtur *ex l. actus, & l fin. C. de fer. not. Abb. in c. fin. ſub n. 20. de iudi, Fel. ibid. ſub n. 13. Guid. Pap. dec. 215. ſub n. 2. Maran in ſuo ſpec. p. 6. act. iudic. 10. nu. 39 & ſeq. Menoch. de arbitr. iudic. q. 30. n. 9.* Ve-
29 rumiuxta rationem iſtam declaratur concluſio, vt procedat, vbi libellus ſit actus iudicij, nempè cũ citatione partis *iuxta doctr. Abb in d. cap fin. ſub num. 17. Maran. d. membr. 3. de libell obla. ſub num. 20. Socin. in c. 1. de libell. obla. nu. 148. Scacc. d. cap. 5. nu. 82.* Secus verò ſi ſit actus extraiudicialis, prout eſſe poteſt, exemplum eſt clarum *in l. libertus aduersus patronum ff. de in ius voc.* tumque libellus nullum in iudicio producit effectum, vt per *Socin. ſub d. num. 148. vers. & ideo ſi petitio extraiudicialiter producitur*, limitatur
30 etiam concluſio, vt non procedat vbi res, vel actio ſit tempore peritura *Soc. eod. loc. Alexand. in addit. ad Specul. tit de libell. concept. §. nunc videamus verbo Sexaginta. Mil. in ſuo repet. verſ. feriatis diebus etiam in honorem Dei Abb. in d. c. de iudic. ſub num. 17. Adden. ad Felin. eod c. verbo Feriata verſ. intel lige niſi res, vel actio periret*, & eſt communis opinio, de qua teſtatur *Scacc. d. cap. 5. num. 35.* nam in eiuſmodi caſibus militare videtur ratio neceſſitatis, quæ aliàs generaliter excuſare ſolet ab obſeruatione feriarum ad *tex. in c. licet de fer. cum ibi nos.*

32 Decima concluſio, quod ſuſpectus de fuga capi poteſt diebus feriatis etiam in honorem Dei *Abb. d.c.fin.de iudic num.22. verſ. ſed ſi executio, Felin.ibidem num.14.ibi propter periculum moræ. Milis,in ſuo repert.verſ.feriatis diebus etiã ad honorem Dei* ſecundo *Maran. in ſuo ſpecul. par.4.diſtin.16.num.92.verſ ſimiliter limitatur Scacc.qui hanc aſſerit communem eſſe opin.* & quã plurimos refert eam tenentes *d.cap.5 ſub nu. 28. Caccialup.de debit. ſuſpect.q.4 num* 4.atque capi
33 poteſt ſuſpectus fugę etiã die Paſchatis,ſiuè Natiuitatis Domini N. *Aſin. in prax. §. 31. cap. 2. ampl.13.num.1. & ſeqq.cum pluribus alijs ab eo citatis.*

34 Vndecima concluſio, quod ferijs in honorem Dei renunciari non poteſt à partibus litigãtibus, tex.expreſſus in *c.fin.de fer.*ibi, vt conſentientibus etiam partibus, nec proceſſus habitus teneat, & de hoc nemo dubitat.

35 Ampliatur concluſio, vt procedat etiam in ferijs repentinis, ſcilicet gratia Principis indictis *Speculat.tit.de fer.§.nunc videamus in princ.& alij relati per Bald. in l.1. in fin.* C. *de fer. Alexan. in l.1. in fin.C. de fer. Alexan. in l. 1. num. 7. ff. de fer.* vbi communem dicit eſſe opinionem *Gail. pract. obſer. lib. 1.obſer. 53. ſub nu.16.*limitatur autem in ferijs propter priuatorum homi-
36 num neceſſitates inductis,quibus nimirũ expreſsè, vel tacitè renunciari poteſt ex *tex.in d.c. fin. de fer.in fin.& in l.1.in princ ff. de fer. not.Spec. Gail.& alij proximè citati Marchęſan de commiſ. par.2.c.1.n.672.*atque comprobatur hæc limitatio ratione, quia in hominum fauorem dumtaxat feriæ iſtæ decretæ ſunt, & ideo iuxta iuris regulas homines illis renũciare poſſunt ad *tex.in c. ad Apoſtolicam de reg.& in l.ſi quis in cõſcribendo* C. *de pact.vbi Doct.cum ſimil.*Et ferijs renunciare quis dicitur,petens ijs pendentibus ſententiam ferri, ita vt amplius illas allegare nequeat *Surd conſ.8.num.22.Magon. deciſ.Lucen.25 nu.* 40. Vbi loquitur,quando quis actauit illis pendentibus &c.& contra quando citatus ad Actum comparuit, & non allegauit ferias,tum eis renunciaſſe dicitur,licet ſecus ſi nõ comparuerit *Alex.*
37 *conſ.213.*Hæc tamen renunciatio nihil operaretur, niſi iudex etiã nollet procedere,poſſet enim iudex partibus dicere, ſi vos ferijs renunciaſtis, ego non renuncio; nam & eiuſmodi feriæ inductæ ſunt etiam ob quietem magiſtratuum,qui tota reliqua parte anni iudicijs incumbunt, vt per *Theſaur.deciſ.139.nu.* 3. ibi aduertendum etiam eſt *Scacc.d.c.5.num.* 151. licet contrarium, quod nec Iudex allegare illas poſſit, quando partes tacitè renunciant, videatur voluiſſe *Magon. deciſ. Lucen.25.num.40.*ſed hoc iure procedit, quia
38 dum Iudex in cauſa proceſsit ferijs nõ obſtantibus,neque partibus litigantibus de ferijs opponentibus,videtur & ipſe Iudex quo ad ſe ferijs renunciaſſe,ſicuti de partibus litigantibus ſupra dictum eſt,& facit *tex.in l.1.in princ.ff de fer.*

39 Duodecima ſit concluſio, quod poſſit ſtatutũ, vel conſuetudo in certis caſibus, & ex cauſa inducere, vt ferijs in honorem Dei derogetur, non tamen vt generaliter derogetur, vti probat *Bal. conſ.166.Statuto Ciuitatis num.2.vol. 5. & in l.more Romano num.2.ff.de fer. & dilat. Maran. in ſuo ſpecul.par.4 diſtin. 16.num. 91, & Scacc. qui hanc concluſionem ità diſtinctam communem dicit lib.2.de iudic.cap 1.queſt-16.num. 133. & ſeq.& d.cap.5.num.130.* licet enim feriæ ad honorem Dei dicantur eſſe de iure diuino *c. licet de*
40 *fer.* nihilominus poteſt ius poſitiuum interpretari, & declarare ius diuinum iuxta traditas generaliter, & ad rem noſtram *per Scacc.d.lib.2. de iudic.cap.5.num.130.*

Decimatertia ſit concluſio, quod licet executio, ſeu actus adeptionis poſſeſſionis fieri ne-
41 queat diebus feriatis in honorem Dei,tamen pendentibus ferijs indictis per viſitationem gratioſam,vt pura tempore Natiuitatis, ſeù Reſurrectionis Domini &c.poſsit nihilominus capi poſſeſſio,quæ non foret in executionem pro debito ciuili,ſeù &c. ſed ex capite ſucceſſionis, vel ſimili dicit *Rota in Romana de Bombellis* 31. *Maij 1613.coram Sacrato impreſſ. per Marchęſan.*

42 Pro decimaquarta, & vltima concluſione addo, quod hoc ſtatutum dicitur reſpicere ordinatoria iudicij, & ideo circa ferias attendi debet locus iudicii, vt eſt communis *Doct. opinio,* de qua teſtatur *Scacc.d.c.5.num.189.*

Alia ad materiam iſtam vide potiſſimum apud *Speculat.Mandoſ. & Scacc.locis citatis, & apud Arec.in § appellantur Inſt. de except à num.28. vſq; ad* 42. nam pleraque præcipua,& ad praxim huius Fori pertinentia dumtaxat nobis hoc vno loco generaliter attigiſſe ſat fuerit.

43 B Nullatenus in Curia Capitolij,&c.) hęc dictio omnem excludit iuriſdictionem,vt per *Barb.tract.de dict.ad iſtam dictionem, quæ eſt* 192. *cum alijs ab eodem relatis*, itaut nullum ſit, quidquid aliter fiat *iuxta glo. in Clem. vnica. de ſequeſtr.poſſ.& fruct.verb. Nullatenus conſonat. tex. in cap.fin.de fer.*ibi nec proceſſus habitus teneat, nec ſententia, quam contingit diebus huiuſmodi promulgari.

C Ius dicitur) perinde eſt, ac ſi poſitum eſſet verbum dicatur,quia verbum
44 præſentis temporis à lege prolatum refertur ad futurum *Bar.in l.ſi ita nu 3.ff.de aur.& arg.leg.* quia lex ſemper loquitur *l. Arriani* C. *de hæret.*

De libelli, ſiue petitionis oblatione,litis conteſtatione, & dilationibus præfigẽdis in cauſis ordinarijs.

Cap. LIX.

A N cauſis, in quibus de maiori ſumma *b* vigintiquinque ducatorum auri, vel re valorem prędictum excedente, tractatur (ſi cauſæ à iure communi, vel ex forma præſentium Statutorum *c* priuilegiatæ non

non sint;) *d* forma infra tradita procedatur. In primis actor citare faciat reum, iuxta formam supra traditam, ad videndum *e* productionem petitionis, & respondendum illi, quam actor facto teneatur exhibere in scriptis, & altera die, vel aliàs ad libitum actoris, ante tamen productionem articulorum, & testium examen, reo citato ad contestãdum litem; aliàs videndum pronuntiari litem haberi pro contestata, & ad præstandum, præstarique videndum *f* iuramentum calumniæ; eo non comparente, vel comparente, & litem huiusmodi non contestante, in eius contumaciam lis habeatur pro contestata, & actor iuramentum calumniæ, vt infra dicetur, præstet. Quibus peractis, producantur positiones, vel articuli, inducantur testes, aliaque fiant hinc inde in causa; quæ pro verificatione, seu impugnatione dictæ petitionis respectiuè necessaria fuerint, aut opportuna. Teneatur tamen Iudex; si altera pars petierit, dare in causis prædictis *g* tres dilationes partibus ad probandum de eorum iure competentes, iuxta cautarum importantiam, & difficultatem illarum, videlicet, duas ad probandum, & tertiam ad probatum habendũ, per omne genus probationis, & perfecti examinis. Quibus dilationibus lapsis, Iudex cautam expediat; nec requiratur alia tela, seu ordo iudiciarius: & alias prædictis non seruatis, sententia ferenda sit ipso iure nulla. Non possit tamen actor aliquid addere, vel detrahere dictæ petitioni, post huiusmodi litis contestationem, seu habitam pro contestata, absque reiectione expensarum; & Iudex teneatur totam causam petitionis expedire, absoluendo, vel condemnãdo, prout iustum fuerit: alioqui pœnam vigintiquinque ducatorum auri incurrat.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Dictio* siue, *quandoque stat expositiuè.*
2 *Ducatus auri computatur iuliorum vndecim*
3 *Causæ summariæ de iure communi, quænam sint; remissiuè.*
4 *Solèmnitas omnis, & substantialis forma est iuris publici: Nec potest mutari pactis priuatorum. & n. 5.*
6 *Forma à statuto præscripta an renunciari possit?*
7 *Pactum, per quod Iudiciorum ordo tollatur, non valet.*
8 *Renunciari Iudicio summario potest: sed renuncians non potest amplius ad illud redire.*
9 *Iudicio ordinario Partes renunciare non possunt, & de ordinario facere summariũ.*
10 *Libellus, & petitio in quo differant.*
11 *Petitio aliquando in iure ponitur pro libello.*
12 *Verba intelligenda sunt iuxta subiectam materiam.*
13 *Iuramentum calumniæ, si non petatur, omitti potest de iure communi.*
Secus ex statuto. n. 14.
15 *Dilatio quæuis probatoria in causis ciuilibus est peremptoria.*
Limita remissiuè n. 16.
17 *Probationum facultas ampliari, non coangustari debet.*
18 *Dilationes concessæ in Foro Capitolino, quot sint, & quot dierum.*

ANNOTATIONES.

1 Libellus, & petitio hic stare videntur pro synonimis, dictio autem *siue*, stabit expositiuè, quo i non est nouum *Rot. apud Seraph. decis. 393. num. 9 Barbos de diction dictio. 312 sub nnm. 3. & 4.* sed de hoc plenius infra hoc c. ad verbum productionem petitionis.

2 B Vigintiquinque ducatorum aurei) ducatus aurei iuliorum vndecim computatur, infra *de verb. & rer sign. cap. 197. vers. Ducatus aurei*.

3 C Priuilegiatæ non sint) scilicet si non sint summariæ, quæ nam autem sint summariæ, de iure cõi habes fusè apud *Maran. in suo specul. 9. distin. princ. a nu. 41. vsque ad 201.* vbi recenset triginta casus, quibus causa habetur summaria apud *Asin. in sua praxi §. 2. cap. 31. per tot.* & apud *Vsc. concl. 887. per tot.* quæ verò sint summariæ ex forma præsentium statutorum, habes infra *cap. 88. hoc eodem libro.*

D Forma infra tradita procedatur) per hæc verba sine dubio præscribitur forma processus in causis ordinarijs iuxta *not. per Grat. cõs. 16. num. 14. col. 1. Gozad. cons. 73. num. 13. Asin. in sua praxi §. 3. cap. 36. num. 1. & 3* ibi multo ergo magis, idque comprobatur etiam ex ordine, ac textura huius telæ iudiciariç iuxta tradita per *Asin. ibidem vers. præterea*, atque ex decreto irritanti adiecto, ibi, & aliàs prædictis non seruatis sententia ferenda sit ipso iure nulla ex traditis per *Fel. in c. cum dilecta de rescrip. signo forma 5.* sed numquid partibus expressim, vel tacitè consentientibus sustineatur processus in his causis summariè factus? arbitrarer quod nõ, quia
4 omnis solemnitas, & substantialis forma est iuris publici *l. 3. ff. de testam. l. nemo potest. ff. de leg. 1.*
5 & ideo priuatorum pactis mutari nõ potest *l. ius publicum ff. de pact. l. nec ex Prætorio. ff. de reg. iur. l. neque pignus §. priuatorum conuentio ff. de reg.*

6 *iur.* quodque formæ datæ à statuto renunciari non possit, videtur esse regula generalis.vbi forma spectet ius publicũ, non autem solum fauorẽ priuatorum *not Rlascar.de gen.stat.interpr. cõcl* 9.*num* 60.vbi plures alios ad idem memorat,ne-
7 que aliàs valet pactum,per quod iudiciorum ordo tollatur iuxta *glo in cap.de causis . verbo consensu partium de offic.deleg.Dec.ibidem num.* 65. vbi hanc opinionem dicit esse communem *Doct. in auth.offeratur* C.*de lit.contest.Alex. in l.si cõuenerit num.6.ff. de re iud.*sed dubium facit,quod
8 iudicio summario, siuè executiuo potest renunciari, immo renunciasse censetur,qui processerit vel procedi permiserit via ordinaria, vnde nec ad iudicium summarium, vel executiuum potest amplius redire *glo fin.in Clem. sæpe de verb. sign. & ibi Vital. in § si tamen num.* 8. *Roman. cons.* 133.*sub num.*1.*Maran. in suo specul par.*4. *dist. princ* 9.*sub nu.*211.*Gallesi. de oblig.Cam.q.*11.*nu.* 4.*&* 5.*& ibi Zacch.num.*9. *Rot.in collect.per eum decis.*68.*num.*1.*&* decis. 132.*num.*4.*& diuers de.* c*is.*551.*num.*5.*par.*3.*Graff.tract.de except.in pra. lud.num.*64. Verum huic dubitat oni respõdetur iuxta *d.glos.fin.in Clem sæpe* quod in primo casu
9 nempe, quando sumus in iudicio ordinario non priuilegiato , si partes velint illud facere summarium, vel executiuum , fit contra ius commune, id verò non licet ex superius adductis , sed contra conceditur iudicium summarium, vel executiuum reddere ordinarium , quia reditur ad ius commune. res verò facilè reuertitur ad naturam suam *l. si vnus §. quod, & in specie ff. de pact. l. eius militis §. militia missus ff. de testam. milit. & hanc glos.* distinctionem approbant *Doct. præcipue Vitalin. & Maran. locis proximè citatis .*

E Productionem petitionis (videntur hic statuentes minus propriè locuti, nam in causis ordinariis , de quibus hoc capitulo agitur,libellus requiritur , petitio autem sufficit in summariis, *vt docet Asin. in sua praxi §.* 4. *cap.* 1. *nam , vt ille inquit ex Card. in Clem. sæpe num.* 17. *de verb. sign.* inter libellum , & pe-
10 titionem illud est discrimen , quod libellus quædam ad præscriptam iuris formam , simulque agentis intentionem continere debeat , ex quibus omnibus aptè concipiendus sit , at petitio ijs ,quæ formam respiciunt omissis , agentis intentionem simplici modo demonstrare debet , quod & dixit *Blanc. tract. de compromiss. quæst.* 8. *num.* 8. *&* 10. atque hoc etiam statuto nostro comprobatur *infra cap.* 79. *hoc eodem lib.* vbi in causis summariis dicitur petitionem faciendam , nec de libello quicquam habetur tam in nigro , quam in rubro , verum quia statuentes in rubrica huius cap. dixerunt de libelli , siue petitionis oblatione breuiati postea studentes in corpore *cap. nominarunt*
11 *solum petitionem* , nam & petitio aliquando ponitur pro libello , vt *Auth. quomod. oport. Epis. c.* 11. *vers præsertim*,si quædam sint lites, *& ibi glo. verbo,&petitiones not. Alciat.ad l. si decem* 48.*sub nu.* 10.*de verb. oblig.*& iuxta subiectã materiã petitio hic intelligi debet de libello , qui nigrum,requiritur in causis ordinariis, de quibus hoc loco agitur; vulgaris enim est
12 regula, quod verba secundum subiectam materiam sunt intelligenda *cap. solita de maior. & obed. vbi Canonistæ not. l. si vno in princ. & ibi etiam Doct. ff. loc. not. Alciat. de hoc ipso verbo Loquens in dicta l. si decem num.* 9.*&* 10. licet aliàs etiam petitio significet actionem in rem *l. actio* 27.*ff. de act. & oblig. l. pecuniæ verbum* 178.*§. actionis verbo ff. de verb. sig.*

13 F Iuramentum calumniæ (alias quidem, de iure cõmuni eiusmodi iuramentum tacitè omitti potest ideò si non petatur , & nihilominus tenet processus *cap.* 1. *§. propter omissum de iuram. calum. in* 6. *& ibi glo. verbo Tacitè , & verbo Annullandus* ; *Rot. decis.* 1. *de iuram. calum. in antiq. Vant. de nullit. tit. de nullit. ex de-*
14 *fect. proces. num.* 29. Sed hic iuxta dispositionem, & formam statuti omnino citatio fieri debet , & iuramentum præstari , aliàs processus esset nullus tanquam factus non seruata forma statuti iuxta annot. superius à nobis *hoc eodem cap. ad verbum* Forma infra tradita procedatur *littera D.quod & not. Luc. Pat. lib.* 2. *cap.* 3. *num.*1.*in fin.*

G Tres dilationes (iure cõi alias vna tantum dilatio dari debet
15 in causis ciuilibus , nam omnis dilatio probatoria in eis est peremptoria *l. orationes , & l. fin. ff.de fer.l.*1.C. *de dilat.* quod quidem communiter tenent Doct. esse *Gail. pract. obser. lib.* 1. *obser.* 91. *in princ. post Marant. in suo specul.*
16 *par.* 6. *act.* 3. *num.*2. Hæc tamen regula nonnullas admittit limitationes , vt apud prædictos *Doct. & not. præsertim Granat. in addit. ad Vestr. lib.* 5. *cap.* 4. *num.*8. *& sequen.* Verum placuit nihilominus conditoribus nostrorum statutorum , vt iudex teneatur tres dare , credo
17 quia probationum facultas non coangustari, sed ampliari debet , ne veritas occultetur , *tex. in l. quoniam in fin. C.de hæret.in l. generaliter §. necessitate* C. *de rebus cred.cap. quoniam frequenter.§.*1. *vt lit. non contest. cap. fin.* 14. *quæst.* 2. *cap.* 36.*significauerunt de testi. glos. in cap.* 1. *verb. Octo dierum de except. in* 6. *Affict.decis.*30
18 *in fin.* Et nota,quod prima dilatio esse solet in Foro Capitolino quinque dierum vtilium , secunda quatuor , tertia trium , possunt tamen esse longiores dilationes arbitrio Iudicis, vt per *Gail. pract. obser. lib.* 5. *obser.* 91. *num.* 13. & statutum nostrum idem disponit sub illis verbis iuxta causarum importantiam , & difficultatem earum .

Plura alia ad intellectum , & praxim huius statuti pertinentia vide apud eumdem *Luc.d.lib.* 2. *cap.*2.*&* 3. *de tertia cap.* 10.quibus locis diligenter explicat materiam petitionis in causis ordinariis,nempè litis contestationis , & iuramenti calumniæ , atque dilationum , quæ tria potissimum complectitur cap.illud , vt ex ipsius rubrica apparet .

Si copia petitionis Iurium, vel articulorũ petatur, quando recipienda sit

Cap. LX.

COpiam petitionis articulorum iurium, aut aliam quamuis petens, ab hac lege monitus cẽſeatur ad illam recipiendam ad eam diem, quam Notario ad eam ſibi tradendã *a* ſupra ſtatuimus: & ſi non receperit, ſibi imputetur, & pro contumace habeatur, & contra illum tamquam contra contumacem in eo actu procedatur: nec ſit opus aliqua alia citatione ad illam recipiendam, niſi per eum ſteterit, *b* & de hoc proteſtatus fuerit. Tempora autem dandarum, & recipiendarum copiarum in dilationibus pendentibus non computentur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Proteſtatio neceſſaria eſt impedito in probationibus faciendis, ad conſeruandum ius ſuum.*
Limita remiſſiuè num. 2.
3 *Impedito non currit tempus.*

ANNOTATIONES.

A Vpra ſtatuimus) nempe cap. 28.

B Et de hoc proteſtatus fuerit) nam communis eſt
1 doctrina, quod ad conſeruandum ius ſuum impedito in probationibus faciendis, proteſtatio neceſſaria eſt *Myſingn. ſingul obſer cent. 3. obſer, 59.* qui tamen tres affert
2 caſus, in quibus hæc communis opin. non procedit *Graual. ad Veſtr. lib. 6. c. vlt. num 24.*

C Non computentur) & iure quidem tempora dandi, & recipiendi copias ſcripturarum in dilationibus pendentibus non computantur, quia dum datæ, & receptæ non ſint ſcripturæ, non poſſunt inſtrui, & exhiberi probationes, quarum cauſa dilationes conceduntur, Vnde impedito non currit tẽpus *c. quia diuerſitatem de conceſſ. prob lib. 1. §. fin. C. annal. excep. cum aliis adductis per Barboſ. in locis com. vtriuſque iur.* loco, impedito non currit tempus, hinc videmus, quod terminus ſtatutus à iudice ad probandas aliquas exceptiones, non currit, dum diſputatur, an exceptiones illæ ſint admittendæ, quodque tempus ad excipiendum non currit parti, donec altera, quæ ſcripturã edere tenetur, illã non exhibet, ſicuti probat *Aſin. in ſua praxi §. 29. cap 19. nu. 2 & 3.*

De exceptione declinationis Fori.

Cap. LXI.

a PRiuilegiati, *b* & qui ius habent declinandi forum, de quorum exẽptione *c* notoriè non conſtaret, ſi citati non comparuerint, & contumaces fuerint, non remittantur niſi refectis expenſis contumaciæ; *d* & ſi conſenſerint in iuriſdictionem, *e* & iuriſdictio ſit prorogabilis, non poſſint ſe in eadem cauſa poſtmodum à Iudice, in quẽ conſenſerunt, eximere, vſque ad determinationem, effectualemque executionem: & ſemper in omnibus cauſis tam ciuilibus, quàm criminalibus ab eo, qui prius cognoſcere coeperit, & iuriſdictionem legitimè præoccupauerit, proſecutio fiat; & intimatione legitimè, & authenticè facta, ab altero deſiſtatur: & ſi quid attentetur, irritum, & nullum exiſtat.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Dictio Et, aliquando ſtat declaratiuè.*
2 *Exemptio quæ dicatur.*
3 *Exemptus citatus ad allegandum priuilegium ſuum, an teneatur comparere, & num. 4.*
5 *Conſentire in iuriſdictionem quis poteſt, vel expreſsè, vel tacitè.*
Et exempla num. 6.
7 *Iuriſdictio quomodo prorogari poſſit? & nu. 9. & 10.*
8 *Prorogatio non cadit, vbi non eſt iuriſdictio.*
11 *Prorogatio iuriſdictionis habet locum etiam in cauſis criminalibus.*
12 *Præuentio iudicij facit ceſſare iuriſdictionem Iudicis, tam in ciuilibus, quam in criminalibus.*

ANNOTATIONES.

A Riuilegiati) scilicet qui ex priuilegio clauso in corpore iuris, vel aliàs ex specialibus constitutionibus, & priuilegijs Principis proprium habent iudicem, vt supra capit. 41. hi omnes forum declinare possunt.

1 B Et qui ius habent) dictio, &, hic stat declaratiuè, quod aliàs contingit, vt per *Gonzal. ad reg. 8. Cane glos. 3. num. 9. & Barbos. de dictio. dictionum.* Et 93. *n.* 16. vnde sensus est, priuilegiati qui ex priuilegio ius habent declinandi forum, nec enim statutum hic loqui voluit de personis non priuilegiatis, quæ tamen ex rationibus iuris forum declinare possunt, exempli gratia, per suspicionem Iudicis, q̃ comprobatur ex mox seqq verbis, de quorum exemptione &c. nam exemptio dicitur, vbi quis
2 ex priuilegio liberatur ab ordinarij iurisdictione *ex not. per Gemin. in c. si Papa n 7. de priuil. in 6. & per Dec. in cons. 113. nu. 7. & cons. 153. n. 2.*

3 Notorie non constaret) vbi autem constaret, non tenẽtur citati cõparere, licet enim regulariter citatus teneatur cõparere allegaturus priuilegium suũ, *e. veniens de accus l. 2. ff. si quis in ius. voc. l. si quis*
4 *ex aliena ff de iud. id* tñ locum non habet, vbi ille tali exemptione suffultus sit, ex qua notorium sit iudicem in eum non habere iurisdictionem *gloss. in c. si duobus, verbo nisi cognouerit de appell.* quã ab omnibus approbatam tradit ibidem *Fel. n. 5. vers. licet regulariter*, vbi & quamplures alios, Doct. ad id nominat *gloss. in d l. 2. verbo Senatum* & materiam istam breuiter, ac dilucidè declarat *Mysing. singul. obser cent. 6. obser. 7.*

D Et si consenserint in iurisdictionem)
5 expressè vt in *l. 1. & 2. ff. de iudic.* & *l. si conuenerit ff. de iurisd. omn. iud. cum ibi not.* vel tacitè,
6 quia in principio causæ, nempè ante litem contestatam nó opposuerint exceptionem declinatoriã fori, quæ quidem ante alias exceptiones opponi debet *l. fin. C. de except. vel alia vsi fuerint exceptione c. inter monasterii de re iud. l. sed & si suscepit in princ. ff. de iurisd. omn. iud. Aret. in § appellantur nu 27. in fi. de except. Maran. in suo specul. par. 6. membr 9 num. 2. Asin. in sua praxi §. 13. cap. 8. num 1 & 4. Mysing. singul. obser. cent. 4. cap. 27.*

7 E Et iurisdictio sit prorogabilis) prorogatur autem iurisdictio quatuor modis, videlicet de persona ad personam, de re ad rem, de tempore ad tempus, & de loco ad locum *Bart. in l. 2. §. consentisse ff. de iudic Marant. qui fusius materiã prosequitur in suo spec. 4. par. 12. princ. distinct. 1. nu. 3. Grauat. ad Vestr. lib. 8. cap. 2. num. 14.* qui tamen omittit modum de loco ad locum, & plures alios recenset materiam istam pertractantes. Id verò præcipuè attendi debet pro fundamento, & regula, quod vbi non est aliqua iurisdictio, vt in priuato, ibi non cadit prorogatio, quia
8 quod non est, prorogari non potest *l. sed & si manente ff. de precar. Iaf. in l. si per errorem n. 1. ff. de iurisd. omn. iud. Abb. in cap. si diligenti sub num. 14. de for. compet.* Et amplius, quod iudex
9 debet habere iurisdictionem similem casui, ad quẽ facienda sit prorogatio ob prædictam nimirum rationem, vt per *Abb. ibidem not. Iaf. in d. l. si per errorem num. 3. cum alijs seq. vsque ad nu. 7.* vbi hanc dicit communem esse opinionem. probat, *Maran. d. distin nu. 18.* atque debet esse capax
10 iurisdictionis prorogandæ, vt in *additio. ad eumd. Maran. tod. loc. not. Alser. verbo Iudex., & Graua. ad Vestr. lib. 8. cap. 2. num. 15.* alia vero ad materiam istam vide apud *glos. & Doct. in c. P. & G. de offic. deleg.* vbi esse mare magnum dicit *Iaf. in d. l. si per errorem num. 2. & apud. Tusc. pract. concl iur. concl. 923. & alijs septem sequen. concl.*

11 Demum tamen non omiserim, quod etiam in causis criminalibus locus est prorogationi iurisdictionis iuxta communem Doct. senten. quid quid alij quidam senserint, vt per *Farinac. q. 7. num. 4. vers. sublimata 4.* qui refert, & sequitur *Clar. q. 42.*

12 F Protecutio fiat) & iure quidem, quoniam Iudex, qui præuenit, procedere debet, alterinsque iudicis etiam competentis iurisdictionem cessare *facit l. si quis postea ff. de iud. c. proposuisti de for. comp. s. vt debitus de appel. cũ plures offic. deleg. in 6. Rom. cons. 412. pro habenda n. 4. Alin. in sua praxi in prine. c. 1. n. 17. Farinac. cum plurimis alijs à se citatis q. 7. nu. 52. Tusc. pract. concl. iur. con. l. 646. num. 1. & 2.*
13 quæ quidem conclusio procedit tam in ciuilibus, quam in criminalibus, vt videre est in iuribus, & auctoritatibus prædictis, & præcipuè *apud Tusc.*

De exceptionibus litis ingressum impedientibus. Cap. LXII.

a Ante litis cõtestationẽ opponatur à reo exceptio Iudicis incompetentis, litis alibi pendentis, Rei iudicatæ, Iuramenti litis decisiui deferendi, Transactionis, Litis finitæ, Petiti compromissi, Præposterati ordinis substantialis, Causæ præiudicialis, Pendentis termini ad perficiendum inuentarium, secundum *l. fin. C. de iure deliberandi*. Pacti de non petendo, Excommunicationis maioris, Inhabilitatis, vel etiam illegitimitatis personæ, *b* aut alia per quam per præsentia Statuta audientia prohibeatur, vel actio agenti denegetur, super illis discutiatur, & parti opponenti Iudex quinque dierum vtilium terminum præfigat, infra quem, si exceptionem

non

non probauerit, per Iudicem ad vlteriora in causa procedatur: & exceptiones, quæ merita concernere possunt, c censeãtur ad merita reseruatæ.

SVMMARIVM *Annotat.*

1 *Exceptiones declinatoriæ fori, & cæteræ dilatoriæ opponi non possunt post litem contestatam.*
2 *Exceptiones peremptoria opponi semper possunt vsque ad sententiam.*
Intellige vt n. 4. & 5.
3 *Exceptiones peremptoriæ, declinatoriæ fori, quæ nam sint?*
7 *Exempla non restringunt dispositionem.*
Ampliatetiam in Statutorum interpretatione n. 7
8 *Statuentes, censentur velle se conformare dispositioni iuris communis.*
9 *Reseruatio in exceptionibus quid operetur?*

ANNOTATIONES.

A Sante litis contestationem) cum exceptiones in tex. stat hic expresse ex sui natura impediant litis ingressum, & de talibus agatur hoc cap. sicuti præfert Rubr. vnde alias tex. seu nigrum declaratur ex *not. per Euerar. in centur. sua* loco à rubro, iure quidem statuentes decernunt, quod si illæ ante litis contestationem opponantur, super iisdem discutiatur, siquidem post litis contestationem exceptiones, quæ sunt declinatoriæ Fori, & simul impediunt litis ingressum, sicuti exceptio incompetentiæ iudicis litis alibi pendentis, & aliæ dilatoriæ, de quibus per *Maran Asin. Mynsin. supr. cit. à nobis in precedenti cap. ad verbum* & si consenserint, opponi non possunt, ex iuribus ibidem adductis, quod & *not. Luc Pat. lib. 2. cap. 2. de causis ordin sub num. 16. vers. nam vt ad dilatorias*; quæ verò sunt perẽptoriæ semper opponi possunt vsque ad sententiam *l. peremptorias C. senten. rescin. non poss. quod probat, & declarat Aretin in §. appellantur num. 2. Instit. de excep. Maran. in suo spec. par. 6. membr. 9. nu. 12. verbo aduertatur ad exceptiones oppositas Asin. in sua praxi §. 13. cap. 3.* cæterum ex peremptoriis exceptionibus nonnullæ sunt, quæ etiam sunt declinatoriæ fori, & dicuntur litis finitæ, scilicet iuramenti, transactionis, rei iudicatæ, præscriptionis, vt per *Maran. & Asin. locis proximè citatis*, atque amplius sex aliæ, quas colligit *Bald. in l. postquam liti C. de pact. à num. 7. vsque ad 9.*

Eiusmodi autem exceptiones cum opponi possunt ad litis ingressum, ac processum impediendum, atque etiam ad merita causæ, si ad priorem effectum deducendæ fuerint, ante litis contestationem obijciendæ erunt, & cum declaratione huiusce intentionis, nempe ad litis ingressum impediendum, vt bene docet ex plurium aliorum auctoritate *Ias. in l. ait Prætor 7. ff. de iureiuran. num. 17. Marant. dicto membr. 9. num. 13. Asin. dicto cap. 3. num 5. Luc. Pat. dicto cap. 2. num. 16.* alias verò post litis contestationem censebuntur oppositæ ad merita causæ, & ad perimendum ius agentis, atque de ijs cognoscet Iudex in ferenda sententia definitiua, vt per *Asin. & per alios communiter ab eo citatos d. num 5.*

B Aut alia, per quam &c.) Exceptiones aliç impedientes litis ingressum quamplurimæ colliguntur ex corpore iuris per *Marc. Ant. Blanc. tract. de compromiss. quæst. 4. num. 32. vbi incipit de except. imped. lit. ingress. vsque ad nu. 130.* Sed an statutum procedat etiam in eiusmodi alijs exceptionibus, de quibus non loquitur, crederem, quod procedat propter iuris regulam, quod exempla non restringunt dispositionem *l. 1. §. quod vulgo ff. de vi, & vi arma. l. damni infecti stipulatio 30. ff. de dam. infect.* quæ quidem regula etiam in statutorum interpretatione locum habet, vt per *Mascard. de interpre. stat. concl. 4 num. 204.* nam cum eadem sit ratio, idem ius pariter vigere debet *l. illud ff. ad l. Aquil. l. adigere §. quamuis ff. de iur. patron. cum similibus*; Accedat, quod & statuentes censentur, velle se conformare dispositioni iuris communis, vt per *Dec. communiter in l. fin. §. in computatione C. de iu. delib. & in l. omnes populi ff. de iust. & iur. & in c. cum dilectus de consuet. probat. fusè idem Mascard. dicto tract. conclus. 12. à num. 1. vsque ad 7.*

C Censeantur ad merita reseruatæ) quid autem operatur ista reseruatio? dic, quod si in processu iudicij apparebit, istas exceptiones esse veras, & militare, quicquid ante factum fuerit, non valebit, & omnia acta habebuntur pro non factis, ità declarat *Maran d. memb. 9. num. 14. iuxta doctr. Bart in l. illo à quo 13. §. si de testamento num. 3. ff. de Trebell.*

De Excommunicationis, aut diffidationis exceptione.

Cap. LXIII.

EXcommunicati *a* excommunicatione maiori, *b* vel ciuiliter diffidati, cum constiterit, *c* non audiantur agendo, nisi satisfecerint: vel legitimè absoluti, vel reassidati demonstrentur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Excommunicationis maioris definitio.*
2 *Excommunicatio minor priuat tantùm participatione Sacramentorum.*
3 *Excommunicationis exceptio in quacumque parte Iudicij posita differt lites, & repellit agentes.*
4 *Excommunicatus conueniri potest in iudicio, & debet per alium respondere.*

ANNOTATIONES.

A 1 EXcommunicatione maiori) quæ sic definitur, vt sit Ecclesiastica censura, qua homo Christianus priuatur participatione tam actiua, quàm passiua Sacramentorum, & conuersatione aliorum Christianorum, ita *Nauar. iuxta communem Theolog. & Canonist. sententiam, vt ipse refert in manual. confess. cap. 27. sub num. 1. & Tolet. in sua summa lib. 1. cap. 4. num. 1. & 2.* Minor autem excommunicatio priuat tantum participatione sacramentorum, vt per eosdem, & habetur *in c. si celebrat de cler. excom. ministr.*

1 Vel ciuiliter diffidati) qui nam sint isti, *not. superius ad cap. 2. verbo diffidati.*

C Non audiatur agendo) quod statuerat *Innoc. IV. in c. 1. de excep. in 6.* vbi quod exceptio ista in quacunque parte iudiciorum apposita lites differat, & 3 4 repellat agentes; potest autem excommunicatus conueniri, & debet per alium in iudicio respondere, ne videatur de sua malitia commodum reportare *c. intelleximus 7. de iudic.* vbi plenius Doctor. materiam istam prosequuntur, ad quam etiã videri potest eruditissimus *Granat. ad Vestr. lib. 7. cap. 1. num. 25. & plur. alijs sequen.*

Excommunicationis, seu diffidationis exceptionem, & alias hic enumeratas opponens, quid implere teneatur, et quando admittatur.

Cap. LXIV.

EXceptionem excommunicationis, aut diffidationis, siue in personam aduersarij, siue iudicis quæ probatione indigeat, opponens, *a* post lapsum secundę dilationis statutariæ, nullatenus audiatur, nisi facto deponat ducatos auri quinque penes acta Notarij illico parti aduersæ assignandos; nisi de ea infra tres dies vtiles legitimè docuerit: post lapsum vero dilationum, seu conclusum in causa, dictæ exceptiones præsumantur malitiosè oppositæ, & nullatenus sententiç prolationem impediant. Si vero post lapsum trium dilationum, aut ad impediendam executionem rei iudicatæ, vel aliam quamcumque executionem exceptiones noui pacti, seu conuentionis, liberationis, aut satisfactionis, pendentisque alibi litis opponatur, non audiatur opponens, nisi rem, aut summã iudicatam, seu pro qua executio petitur, deponat cum effectu, illico victori consignandam, nisi infra tres vtiles dies de dicta exceptione legitimè docuerit. Instrumenta autem scripta à *b* Notario diffidato, vel excommunicato, *c* aut si testes in instrumento adhibiti ciuiliter diffidati, aut excommunicati dicantur, & sint, non vitientur; similiter nec vitietur sententia, aut laudum latum à Iudice vel arbitrio diffidato, vel excommunicato, nisi publicè ab omnibus tempore latę sententiæ vel laudi *d* vt excõmunicatus vitabatur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Statutum Vrbis, licèt disponat in materia merè Ecclesiastica seruari debet, quia est Papale.*
2 *Notarij excommunicati, & denunciati vti tales Instrumenta, & acta sunt nulla, ex Iure communi.*
Secus si non sit denunciatus. n. 3.
Intellige vt n. 4.
5 *Excommunicati quando sint euitandi.*

ANNOTATIONES.

A POST lapsum secundæ dilationis statutariæ,) hic apparet statutum non loqui, vbi exceptio excommunicationis, aut diffidationis obiecta fuerit ante litis contestationem, tum enim vnicus terminus, nempè dierum quinque vtilium ad pro-

probandam eiuſmodi exceptionem præfigens foret, *vt ſupra in c.62.* Sed loquitur, vbi oppoſita fuerit ad merita cauſæ in iudicio ordinario, in quo dilationes tres dantur partibus ad probãdum ex ſtatuto noſtro c.59. iure autem Canonico eiuſmodi exceptio probanda eſſet per opponentẽ apertiſſimis documentis infra octo dierum ſpatium, die in qua proponitur minimè computata, *vt in c.1. de ex.ep.in 6.* ſed ſeruandum eſt ſtatutum noſtrum, licet diſponat in materia merè Eccleſiaſt. quoniã eſt Papale, vt ſupra notauimus ad rubr. ſeù titulũ ſtatutorũ in verbo auctoritate

1

B 2 A notario diffidato, vel excommunicato) aliàs & iure communi, ſi ille nominatim ſit excommunicatus, & denunciatus vt talis nulla ſunt eius inſtrumenta, & acta iuxta communem ſententiam Canoniſtarum, vt per *Suarez de cenſ. diſput. 16. ſect. 3. num. 3.* Si verò non ſit denunciatus, valida erunt eius acta 3 in vtroque foro, vt per eumdem *Suarez num. 8.* cum declaratione tamẽ adducta iuxta ipſius opin. fundatam præcipuè *in Extrauag. Martin. Papæ V. ad euitanda edita in Concil. Conſtantien.* ſcilicet ſi partes, ſeù alij ad quos pertinet vſus ſcripturarum talis notarij, vel quorũ voluntate, & cõ ſenſu factæ ſint, licet illi ſciuiſſent eum excommunicatum, ijſdem ſcripturis vti velint, atque ita cenſerem tenendum etiam in caſu ſtatuti noſtri, quod cum dicat à notario diffidato, vel excommunicato, non tamen addit nominatim, & denunciato, ſicque loquendo ſimpliciter non videtur comprehendere caſum iſtum, vt pote valdè qualificatũ iuxta aliàs tradita per *glo. in Clem. dudum §. nos etenim verb. Pacta de ſepul. vbi etiã Vital. num. 10.* plus enim poteſt hoc tale, quam hoc ſimplex, vt ibi dicit *glo. & probatur ex tex. in cap. ſtatutũ de elect. in 6. in c. quamuis de pact. in 6. in c. licet de iure iur. c. fin. de for. comp. in 6. c. conſtitutus 19. & ibi Abb. num. 7. de reſcrip.* Vnde in terminis noſtris videmus, quod iuxta *d. Extrag. ad euitanda Martini Papæ V.* quam refert potiſſimum *Nauar. in Manual. confeſſ. cap. 27. num. 35 & in cap. 1. §. laboret. de pœnit. diſt. 6.* Excommunicati aliàs euitandi non ſunt, niſi nominatim excommunicati, denunciati fuerint, vel ſint notorij percuſſores clericorum, vt per *Suarez. d. trac. diſput. 3 ſectio. 14 num. 2.*

5

C Aut ſi teſtes in inſtrumento adhibiti ciuiliter diffidati, aut excommunicati dicantur, & ſint) quoad teſtes excommunicatos idem videtur dicendum ac de notario, vt in annot. præcedenti conferunt *not. per Suarez d. diſput. ſect. 6. num. 3. & 4.* auctorem hunc cito ſolum in hac materia, quia eſt mihi inſtar multorum, cum doctrina præſtet tum in Theologica, tum in Canonica facultate.

D Vt excõmunicatus vitabatur) erat ergo publicè excommunicatus ſcilicet nominatim, & denunciatus, ſicque iure vitiatur eius ſententia, aut laudum, vt in ſtatuto, *& eſt tex. in c. ad probandum de ſent. & reiud* ibi excommunicationis vinculo eſſet publicè innodatus, quando ſententia lata fuit, conferunt tradita per *Suarez. d. diſp. 3 ſectio 1. num. 5.*

De termino ad excipiendum contra commiſſiones, ſi quæ in cauſa præſententur.

Cap. LXV.

4 CItato ad dicendum contra commiſſionem, ſiue Apoſtolicum reſcriptũ, ſi petierit terminum ad opponendum, is ad primam diem poſt habitam copiã *b* aſſignetur: quòd ſi opponatur aliquid, quod probatione dignum videatur, hac lege vtrique parti terminus duorum dierum vtilium ad iuſtificandum & impugnandum, probandum, probatumque habendum, abſque alio ludicis miniſterio datus eſſe intelligatur, poſt cuius lapſum ad reliquos incumbentes actus in cauſa procedatur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Commiſſiones, ſeu Reſcripta, non tribuunt iuriſdictionem ante citationem ad dicendum contra.*
Et per citationem fiunt communes vtrique parti. & n. 2.
3 *Interpretari eius eſt, cuius eſt condere.*

ANNOTATIONES.

1 A CItato ad dicendum contra commiſsionem) commiſsiones, ſeù reſcripta vt in ſacris legibus appellantur, iuriſdictionem non tribuunt ante eiuſmodi citationem *Fran. in c. vt debitus nu. 37 de appell. Caſſa. d. dec. f. 7. ad fin de appell. Veſtr. in ſua praxi lib. 7. cap. vlt. num. 13. verſ. quia commiſſio non trobat. Luc. Pat. cap. 11. num. 7 lib. 5.*

2 Et per ipſam citationem reſcripta fiunt cõmunia vtrique parte, ante vero, licet in actis exhibita ab vna parte fuerint, retrahi poſſunt, & lacerari, *Franc. in cap. interpoſita §. ille denique num. 11. de appell. not. Doct. communiter in c. ex conqueſtione de reſt. ſpol.*

B Aſſignetur) ſolet aliàs vbi nihil ſit oppoſitum decretum ad citationẽ interponi ſub his verbis, admiſit ſi & in quantum &c. & mandauit procedi iuxta formam commiſſio-

missionis, quod si dubia,& disputationes excitentur circa intellectum, ac interpretationem commissionis, remittendæ tum erunt partes pro declaratione ad Præfectum signaturæ, vndè nimirum commissio emanauerit, nam eius est interpretari, cuius est condere *l.si Imperialis Maiestas C. de*
3 *legi l. leges sacratissimæ C. eod. c.inter alia de sen. excom.c.cum venissent de iudic.facit iur.regula in l.nihil tam naturale ff. de regul iur.* Vndè etiam facilè euitabitur disputatio de subreptione, vel obreptione rescripti, quæ quidem disputatio aliàs dicitur non habere locum in Curia ob facilem aditum ad Principem *Rot.apud Achil. decis.29. in fin.de appell.& apertius apud Lancellot. in Cartagen. Canonicatus die 17. Decembris 1610. quæ habetur impressa penes Marches. de commiss.par.3 §.3 fol.90.*

De Iuramento Calumniæ, & illius forma.

Cap. LXVI.

a PRincipales personę, si præsentes sint, per se ipsos iuramentum calumniæ præstent: si vero ab Vrbe vltra viginti milliaria absint, de qua absentia periuramento procuratoris constet, tunc procurator eorum legitimus speciale mandatum ad iurandum de calumnia habens, *b* ad iurandum admittatur; &, si altera pars etiam a procuratore aduersario iuramentum calumniæ ex sua persona exigat, ipse quoque procurator, *c* etiam in animam suam illud præstare tenea tur; & si actor à reo, illiusque procuratore iuramentum exigat prædictum, non ante reus, vel illius procurator ad excipiendum, vel defendendum admittatur, quàm & ipsi, vt supra, *d* iuramentum calumniæ præstent: & nihilominus actor contra ipsos *e* procedere possit. In iuramento autem calumniæ præstando, hæc nominatim,& specificè à iurantibus *f* asserantur. primum, quòd non calumniandi animo agit, vel defendit, sed quia lis pro parte sua sibi videtur iusta: Secundum, quod probationem non exiget, nisi quam pro veritate sibi necessariam putabit: Tertium, quòd nihil dedit, aut promisit, dabit vel promittet Iudicibus, vel Notario, aut testibus, vel mediatoribus, aut alicui alteri personæ, vt sententia detur: Quartum, quòd calumniandi animo aliquam dilationem non petet: Quintum, quòd pactum de quota litis non fecit.

Quæ capitula principalibus personis, per Actuarium *g* declarari mandamus: possitque Iudex pro huiusmodi iuramento recipiẽdo, *h* ad egregias personas, vel impeditas, necnon, & honestas mulieres Notarium in Vrbe & extra per viginti milliaria, eorum sumptibus, destinare. Notarij, qui in prædictis negligentes fuerint, pœnam aureorum decem vice qualibet incurrant, nec vlterius ad scribendum in illa causa admittantur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Principales personæ in Iudicio sunt ipsimet litigantes nomine proprio.*
2 *Procurator ad iurandum de calumnia, debet ex Statuto habere mandatum speciale. Intellige vt n. 4.*
3 *Ex generali verò consuetudine sufficit mandatum generale ad lites.*
5 *Pater potest iurare de calumnia pro filio, etiã absque mandato.*
6 *Principalis, si est præsens, & requiratur, vt iuret de calumnia, tenetur iurare.*
7 *Procurator iurat de calumnia in animam suam.*
8 *Reus, vel illius Procurator, antequam admittatur ad excipiendũ, vel defendendum, debet iurare de calumnia.*
9 *Aequalitas in Iudicijs est seruanda.*
10 *Pœna recusantis iurare de calumnia.*
11 *Iuramentum calumniæ non præstitum reddit processum nullum. Amplia à n. 12. ad 19. Limita verò à n. 20. ad 30.*
17 *Iuramentum calumniæ remitti non potest expresse, neque per partes.*
18 *Neque per Iudicem.*
19 *Neque per Statutum, vel consuetudinem.*
25 *Iuramentum calumniæ peti debet, antequam sit conclusum in causa: nec datur post conclusum in causa, nisi in summarijs.*
26 *Iudex an possit ex officio deferre iuramentum calumniæ, etiam post conclusum in causa?*
27 *Iuramentum calumniæ præstare satis est in actu seruationis terminorum substantialiũ*
28 *Protestatio de iuramento calumniæ præstãdo debet repeti in quolibet actu: aliàs censetur ab ea recessum. Et quomodo possit repeti?*
31 *Iuramentum calumniæ adinuentum est à Summis Pontificibus, & ab Imperatoribus, ne veritas occultetur.*
32 *Iuramenti calumniæ capita debent per Notarium declarari iurantibus; ex Statuto, & ex Const. Pauli V.*
33 *Iudex potest pro iuramento accipiendo ad egregias personas, vel impeditas, & ad honestas mulieres Notarium destinare.*

34 Sta-

4 *Statutum Vrbis de iuramento calumniæ præstandi à principalibus, est ordinatorium.*
35 *Statutum ordinatorium ligat litigantes, si sint præsentes, in loco Statuti dumtaxat.*
36 *Statutum in decisorijs non ligat forenses litigantes in loco Statuti.*

ANNOTATIONES.

A **Principales personæ)** Pita exorditur *auth. principales personæ C. de iur. prop. cal. dan & glos.* explicat principales, quæ inchoarũt causas, ac ex communi vsu loquendi in iudicijs sunt ipsimet litigantes nomine proprio.

B **Ad iurandum admittatur)** procurator ex hoc sta-
2 tuto ad iurandum de calumnia debet habere speciale mandatum, cum ità hic expressè disponatur; id verò in foro Capitolino dumtaxat necessariò seruandum erit, cum pertineat ad ordinatoria iudicij, vt fuit dictum in *Romana domorum coram Pamphilio* 22. *Martij* 1604. *annot. etiam Beltr. ad decis. Ludou.* 282. *num.* 8. Verum ex generali consuetudine, quidquid sit rigore iuris, admitti-
3 tur ad eiusmodi iuramentum procurator habens mandatum generale ad lites *Rot. decis.* 101. *nu.* 3. 4 & 5. *apud Zach. de oblig. Cam. & in alijs decis. ad ductis per Beltram. loc. cit. not. Maresc. var. resol. lib.* 1. *cap.* 47. *num.* 8. quod autem statutum nostrum, seù etiam rigor iuris hac in parte decernit, ita intelligendum est, vt non in qualibet ca-
4 usa requiratur mandatum in specie, sed sufficiat generale mandatum ad lites cum expressa facultate iurandi de calumnia in omnibus causis, sicuti tradit *Bart. in l. qui bona fide §. si alieno nu.* 7. *ff. de damn. infect. Alex. ibidem nu.* 8. *Matthesil. singul.* 149. *& Gail. d. obser. num.* 3. *vers. tamen hoc tam stricte* quorum dictis fundantur *decision. &*
5 *Doct.* citati, ad quod etiam illud noto, quod Pater potest iurare pro filio, neq. est necessarium aliud mandatum *Socin. in cap. in pertractandis nu.* 19.
6 *de iuramento calum. cum alijs per Rotam in vna Romana assecurationis Dotis* 12. *Decembris* 1605 *coram Marquemontio*, & supradicta omnia crederem intelligen. quando nõ peteretur præstatio Iuramenti ab eodemmet principali, qui esset in Curia, quia tunc videtur præstari debere per ipsummet principalem *Thes. decis.* 17. *num.* 2.

C **Etiam in animam suam)** iurat autem de calumnia
7 procurator in animam suam *Surd. dict. decis.* 18. *num.* 3. etiam ex consuetudine Romanæ Curiæ, quæ fundatur *in c.* 2. *§. Procuratores quoque, vbi gloss. in verbo ab ipsis de iur. cal. lib.* 6. *Rot. in nou. decis.* 1. *de iur. cal. nu.* 3. cum alijs per addend. ad statutum Agriculturę *c.* 24. *sub littera S.*

D **Iuramentum calumniæ præstent)**
8 Et iure quidem tenetur pariter reus, vel illius procurator antequam ad excipiendum, vel defendẽdum admittatur, iuramentum eiusmodi subire, vt in statuto habetur, quia æqualitas in iudicijs seruanda est *l. fin. C. de fruct. & lit. expen. s. in iu-*
9 *dicijs, vbi Din. de reg. iur. in* 6.

E **Procedere possit)** omiserunt statuentes adiungere pœnas, & alios effectus istius iuramenti non præstiti, vt potè iuri communi satis cognitos; Quæro igitur quænam sit pœna recusantis hoc iuramentum,
10 cum præstandum fuerit; ea est, vt actor ab instituta cadat actione, reus autem haberi debeat pro confesso, *text. in cap. vlt. §. fin. de iur. cal. l.* 2. *§. quod si actor. C. eod. tit. Cott. in memorial. verb. Iuramentum calumniæ in princ.* & sic recusans Iurare amittit causam *Mancin. de iuramento par.* 2. *art.* 1. *num.* 5. Neque potest ab Aduersario petere idem iuramentum *Marchesan. de commiss. par.* 2. *§.* 3. *num.* 125. quod si nihilominus procedatur in causa, post quam iuramentum istud fue-
11 rit petitum, nec tamen præstitum, processus erit nullus, & sententia pariter nulla *c.* 1. *§.* 1. *de iur. cal. l.* 2. *§. sed quia veremur C. eod. tit. vbi Bart. n.* 3. *Rot. decis.* 2. *de iur. cal. in antiq. Vant. tit. de nullit. ex defec. process. n.* 29. *Matthesil. singul.* 64. *& seqq. Marant. in suo specul. par.* 6. *de iur. actu.* 1. *Gab. consil.* 49, *num.* 6. *vol.* 1. vbi ponit istud iuramentũ inter substantialia processus *Rot. apud Mantic. dec.* 33. *nu.* 3. nullitas verò ista in iudicijs attenditur, licet non sit de tribus, quia potius respicit iustitiam, quam processum *Rot. apud Seraph decis.* 1319. *num.* 1. licet aliàs *in dec. impress. per Farin.* 46. *post lib.* 2. *consil.* eadem Rota dixerit illius defectum, ex quo non sit de tribus non debere attendi.

Conclusio autem ista, quod iuramentum calumniæ non præstitum reddat processum nullum,
12 ampliatur primo, vt locum habeat etiam in causis summarijs, tum ex statuto nostro *infra cap.* 89. *in fin. hoc tod. lib. tum ex iure communi Clem. sæpe de verb. Signif. not. Put. decis.* 388. *lib* 2. *Surd. decis.* 18. *num.* 6. *Cott. in memorial. verb. Iuramẽtum calumniæ Mantic. d. decis. num.* 4. Secundo, ampliatur, vbi procedi potest manu regia ad vo-
13 luntatem, & arbitrium *Put. d. decis. num.* 1. Tertio vbi agitur vigore obligationis Cameralis Rot
14 *in Romana domorum de Valentinis coram Litta* 16. *Ianuarij* 1604. Quarto etiam in causis crimi-
15 nalibus ex communi Doct. sententia, vt per *Clar. q.* 18. *num.* 3. Quinto ampliatur, vt procedat etiã
16 *coram arbitris Io. Andr. ad speculat. c. fin. de Iu-*
17 *ramento calum. sub littera C.* ampliatur Sexto, vt nec partes expressè possint eiusmodi iuramentũ remittere *l.* 2. *§. sed quia veremur C. de iureiuran. prop. calum.* & Imperator rationem exprimit ibi quia non pro commodo priuatorum, sed pro cõi vtilitate præsentem legem posuimus *not. Doctor. ibidem & Maran. d. par.* 6. *act.* 1. *num.* 2.

18 Ampliatur Septimo, vt nec per iudicem remitti possit *Put. & Mantic. in d. decis.* Octauo vt nec per statutum, nec per consuetudinem
19 *cap. cæterum de iur. cal. c. constituens de fideiuss. cum alijs adductis per Gail. obser.* 85. *nu.* 3. *lib.* 1. *Surd. d. decis.* 18. *num.* 8. *Mancin. tract. de iuram. par.* 2. *act.* 1. *num.* 9. limitatur autem conclusio,
20 vt non procedat, primo vbi iuramentum istud tacitè remissum sit, scilicet quia petitum non sit ex *text. in c.* 1. *§. propter de iur. cal. in* 6. *Marant. loco cit. Gail. obser.* 84. *num.* 2. *Gratia. discep.* 946. *num.* 33. *Matthesil. singul.* 64. *Hostien. in summa.*

tit. at

*tit.de litis conteſta. ſub nu.*3.*Greg.dec.*157. *nu.*2.

21 & 23. ſecundo vbi viua voce in iudicio petitum non ſit, ſed in ſcriptura aliqua iudicialiter exhibita, quàm pars altera non viderit, ac ideo non iurauerit *Socin. in cap. fin.num.*53.*de iur. cal.Gail.*

22 *d. obſer.* 84. *num.* 7. Item tertio limitatur concluſio, vt non procedat, vbi petitum ſit eiuſmodi iuramentum in parte aliqua inſolita Proceſſus, vt in terminis in ſpecificatione materiarũ *Rot.in* Romana Domus 23. *Iunij* 1608 *corã Sacrato*, quar-

23 to vbi quis plenè probauerit intentionem ſuam, itaut clarè conſtet de bono eius iure *Cott. in memorial.verbo Iuramentum calumnia verſ ſed hæc omnia*, quæ dixit ſingulariter limitantur *Seraph. d. deciſ.* 1355. *num.*6. quod & alias cenſuit *Rot. coram Sacrato in Aprutina, ſeu Montis alti cenſus* 4.*Iulij* 1601. *Mareſcot. var. reſolut. lib* 1. *c.* 47. *n* 10. quod tamen ſine difficultate nõ procederedixit ead. *Rota coram Mantic. dec.*33. *ſupra allegata* quinto limitatur, ſeù declaratur concluſio, dummodo fuerit petitum iuramentum ante-

24 ſententiam *cap.* 1. *de Iur. Cal. in* 6. neque ſufficit quod fuerit petitum in calculo ſententiæ poſt factas probationes *Rot. in ſupradicta Romana armorum* 22.*Martij* 1604. *coram Pamphilio, & in Romana Tranſitus,ſeu Viridarij* 13. *Iunij* 1602.

25 *coram Iuſto.* Immo peti debet antequam concluſum ſit in cauſa, tum enim nempe poſt relatum in cauſa non datur niſi in ſummariis *Seraph. d. deciſ.*

26 1355.*num.*2. poteſt tamen iudex ex officio illud deferre etiam poſt concluſum in cauſa, vti tradũt omnes in *c.* 1.*de iur.calum. in* 6. *Seraph. d. deciſ. num.*3. Ad quæ tamen vide notata per *addit. ad Statutum Agricultura c.* 24 *ſub littera* R. Sexto,

27 limitatur, vt ſufficiat iuramenti huius præſtatio in actu ſeruationis terminorũ ſubſtantialium *Rot. in Roman.reſeſſionis contractus* 16.*Martij* 1590 *coram Penia in Bon. Cenſus* 25.*mil.*7.*May* 1601. *coram Corduba in ſupradicta Romana Domorum* 22. *Martij* 1604.*coram Pamphilio & deciſ*46.*poſt lib.*2.*Farinac. & in dicta Romana Aſſecurationis*

28 *Dotis coram Marquemõtio*, Septimo limitatur, vt non ſufficiat ſemel proteſtatum de hoc iuramento præſtando, niſi proteſtatio fuerit in quolibet Actu repetita, quia cenſetur ab ea receſſum *Rot. in Romana pecuniaria* 2 *mil.* 28. *Iunij* 1613.*coram Manzanedo addẽ. ad Greg. deciſ.*157.*n.*23. ſufficeret tamen dicere non recedendo ab aliàs proteſtatis, ſeù illis repetitis &c. *Alex. in l. non ſolum §. morte ſub num.* 12.*ff. de oper.nou. nunc.* Vel quod in prima proteſtatione fuiſſet dictum, quod per quemcumque alium actum, ſeù comparitionem non cenſeretur a dicta proteſtatione receſſum *Bart in d. §. morte num.*16. *& ſeqq.* In quibus locis ità limitatur regula illa generalis, vbi eſt fundata huiuſmodi limitatio, nempè, quod in iudicialibus, niſi fiat repetitio in quolibet actu cenſeatur a ſemel facta proteſtatione receſſũ &c. *Mobeda. dec.*44 *alias* 2.*de iudic. Put. deciſ.* 217. *lib.*2.*Rot.dec.*688. *nu.*2. & 3.*& d. dec.* 799. *nu.*2. *par.*1. *diuers.* & aliàs ſæpiſsimè limitatur Octa-

29 uo ſi fuiſſet coram vno iudice ſemel iuratum, quia non eſt neceſſe, quod iuretur coram alio, vt puta coram iudice appellationis, niſi ſupereueniret noua cauſa calumniæ *Socin. in c.* 1. *de Iuram. cal. num.*16.*Rot.in Romana Domus* 9. *Decemb.*1624.

30 *coram Ramboldo*, Nono limita, vt ſufficiat ſi fuiſſet præſtitum iuramentum, quando fuit petitũ ab vno ex pluribus conuentis *Greg. d. deciſ.* 157. *num.*1. limita decimo ſi Dominus ageret contra Vaſſallum, quia Dominus non tenetur præſtare iuramentu eiuſmodi *Surd.d. deciſ.*18. *n.*12.

F Aſſerantur) puncta quinque in iuramento calũmniæ comprehenſa, quæ hic ſubijciuntur, ponit, & declarat *Spec. tit.de iuran cal.§.nunc dicamus in princ.n.*ſeq. *Maran. in ſuo ſpec.par.*6.*act.*1.*nu.*10. qui tamen ſpeculatur ibidem *nu.*11. *ex ſenſu Bal in l. ſi poteſt ſub num.*1. C.*de euic.* quod melius eſſet, vt iuramentum iſtud prorſus tolleretur à iudiciis ad cuitandã nimirum periuria, quæ à litigatoribus committuntur, qua ratione, quod Clerici non teneantur iurare de calumnia *dixit Carol. de Graff. de effec. clericat. effect.*24.*per tot.*

31 Verum, quia tum ab Imperatoribus, tum à Sũmis Pontificibus ob publicam vtilitatem, nec ſcilicet veritas occultetur, adinuentum, & probatum eſt eiuſmodi iuramentum, dubitari non poteſt, quin editas de illo ſanctiones ſecuare oporteat, atque conueniat.

Neminem autẽ diuiqi timoris contẽnendoiuramentũ, arbitremur immemorẽ, vt ſalutiproprię vllum cõmodum anteponat inquit Imperator *in l. ſancitũ C. ad l.Iul.repet.* & hæc ipſa verba leguntur *in c. ſancimus* 1.*q.*7. prudenter verò, & ſanctè ſtatuto noſtro amplius cauetur, vt nominatim, & ſpecificè à iurantibus capitula hic expreſſa aſſerantur, & *Conſt.ſel.record.Pauli Papæ.* V.

32 *ſuper Reform.Trib. Vrb. cap.de Not. Tribu.verſ. in iuramento calumnia præcipit*, quod eadem capitula per Actuarium iurantibus declarentur ſub pœna aureorum decem vice qualibet incurrenda, ita enim intelligent ſaltem litigantes, quid & ad quid iurent, quod aliàs plerique ignorant.

G Declarari mandamus,) quod ſeruari mãdat pariter conſtitutio prædicta, vt diximus.

H Ad egregias perſonas, vel impeditas) quod ius muncipale hoc cap. ſtatuit, nempè, vt

33 poſſit Iudex pro iuramento recipiendo ad egregias perſonas, vel impeditas, nec non honeſtas mulieres notarium deſtinare, iure communi pariter decretum apparet *text.eſt in l.ad egregias* 15. *ff. de iureiur. & in l.*2. *§. ſin autem C.de iureiur. prop. calum.notat. Mancin. tract. de iura. par.*2. *art.*1.*num.*49.

Denique non omittendum, quod ſtatutum

34 hoc mandans ſcilicet principales litigantes, ſi præſentes ſint, per ſe ipſos iuramentum calumniæ præſtare &c. eſt ordinatorium, & ideò vltra forũ Capitolium non extenditur *Rot. coram Iuſto in* 35 *Romana Viridarij* 13. *Iunij.* 1602. eſt enim generalis concluſio, quod ſtatutum reſpiciens acta ordinatoria iudicij ligat litigantes, ſi ſint præſẽtes in foro ſtatuti dumtaxat, vt in ſpecie de ſimili ſtatuto Vrbis eſt *deciſio* 352. *Ludouiſ. poſtea Gregorij XV. nu.*7 *cum ibi not. per Beltramin. n.*11 qui plures aliàs deciſiones ad id refert, quod ſtatuta Vrbis ordinatoria iudicij non ſint attendenda extra forum Capitolinum, deciſoria vero ſeruari debeant in omnibus Vrbis Tribunalibus, & præcipuè dictum fuit in ſupradicta *Romana Domus de Cardellis* 27.*May* 1609. *coram Cauale-*

rio

vio, & in Romana, seu Bononien. census 25. mil. 7. May 1601. coram Corduba vltra not. per Seac. lib. 2. de iudic. c. 2. num. 650. 651. & 652. quo numero vltimo testatur ità tenere Docto. communiter:

36 Cæterum in decisoriis statutum non ligat forenses litigantes in foro statuti *Asbill. decision. 2. num. 5. de constit. comprobat decis. 673. par. 1. diuers.* sicuti superius in præludijs, vt potè loco opportuno fatis deduximus.

De Reconuentione.

Cap. LXVII.

SI Reus actorem *b* ante litis contestationem, seu habitam pro contestata, tam in ordinarijs, quàm summarijs *c* (vbi de iure reconuẽtio fieri potest) reconuenerit, in vtraq; causa *d* pari passu procedatur; & dilationes datæ in vna, currant in alia: & vtraque vna, eademque sententia, prout iustum fuerit, terminetur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Iudicium aliud est conuentionale, aliud reconuentionale: & quid sit vtrumque*
2 *Compensatio non semper conceditur in Iudicijs.*
3 *Reconuentio & Compensatio in quo differant remissiuè.*
4 *Reconuentionis materiam qui tractarint.*
5 *Reconuentio in causis ordinarijs fieri debet ante litis contestationem.*
Idem in summarijs, vbi ita habetur pro contestata. n. 8.
6 *Et an possit fieri incontinenti post litem contestatam?*
7 *In continenti quæ fiunt censentur inesse.*
9 *Æquiparatorum idem est iudicium.*
10 *Statuta interpretationem recipiunt à iure communi.*
11 *Reconuentio dicitur Exceptio.*
12 *Iudex an possit procedere in causa Conuentionis, nisi cognito de Reconuentione.*
13 *Reconuentio assumit naturam ipsius Conuentionis.*
Intellige vt n. 14.
15 *Sententia lata super Conuentione, omissa causa Reconuentionis, an sit nulla? & num. 16. & 17.*
18 *Reconuentio datur etiam contra Clericum, coram Iudice laico.*
19 *An detur etiam coram Arbitro.*
20 *Et an in criminalibus?*
21 *Reconuentio non datur in causis executiuis, ad effectum impediendi executionem.*
Intellige vt n. 27
22 *Exceptio fauorabilior est, quàm actio.*
23 *Reconuentio non datur in causis, quæ celerem requirunt executionem.*
Declara vt n. 24.
25 *Reconuentio an detur in causis summarijs de causis ordinarijs? & n. 26.*
28 *Et an detur in possessorio? & n. 29.*
30 *Reconuentio non datur in causa Appellationis. Limita vt num. 31. & 32.*
33 *Neque datur in actione depositi.*
34 *Reconuentus non potest reconuenire.*
35 *Reconuentio quando permittatur quoad processum simultaneum?*
36 *Dilationes datæ in causa Conuentionis currunt etiam in causa Reconuentionis.*
37 *Appellatione prohibita in Conuentione, erit etiam prohibita in Reconuentione.*
38 *Appellatio à sententia Conuentionis non impedit processum in causa Reconuentionis.*

ANNOTATIONES.

A (DE reconuentione) 1 iudicium aliud conuẽtionale, aliud reconuẽtionale, iudicium conuentionale illud est, in quo primum actor cõuenit reum, & reconuentionale, in quo idem reus statim coram eodem iudice conuenit actorem, & de recõuentione agitur in *l. cum Papinianus illa autb. & consequenter* C *de sent. & interl. & in c. 1. & 2. de mut. peti.* sed nonne satis consultum videbatur reo primum conuento per remedium compensationis? dicam quod non, quia 2 non semper est locus compensationi, nam illiquidi ad liquidum non datur compensatio, vel si ex vna parte debetur species ex alia quantitas, vel si petita compensatio maiorem exposcat indaginem, vel si agatur de depositio, sicuti de his omnibus cautum expressim reperitur *in l. fin.* C *de compens.* vel si de debito iurato agatur, & obiicia tur compensatio de credito non iurato, vel si aga tur actione iniuriarum, nam etiam in his duobus postremis casibus reijcitur compensatio iuxta communem *Dost. sententiam, de qua testatur addit. littera* B. *verbo Compensatio ad Maran. in suo specul. par. 4. dist in. 6. princ. tit. an sit iudicium conuentionale, vel reconuentionale.*

Accedat, quod sæpè magis consultum videtur 3 reo conuento vti remedio reconuentionis, quàm compensationis, quia excipiens de compensatione fatetur debitum, vt benè considerat *Soc. in c. ex litteris n. 46. de mut. pet.* sunt & aliæ differentiæ inter compensationem, & reconuentionem, vt per *Socin. ibidem*; Est tamen reconuentio similis cõpen-

penſationis, vt *not. Bald. in d. auth. & conſequitur num.* 5. & exceptio compenſationis, licet non ſit propriè reconuentio, & mutua petitio, eſt tamen ſimilitudinariè, vt inquit idem *Bald. in d. l. cum Papinianus num.* 11. *C. de ſent. & interloc. omn. iudic.*

4 Reconuentionis autem materiam tractat *Bart. in auth. & conſequenter de ſent. & interloc. Lap. alleg.* 3. *& ibi addem. Marant. in prax. p.* 4. *diſtinctione* 6. *num.* 5. *& ſeqq.*

B Ante litis conteſtationem) ſi quidem vbi lis cõteſtatur, nempe in cauſis ordinarijs, reconuentio fieri debet ante litis cõteſtationẽ, vt vera dicatur recõuentio, pariq. paſſu cum cõuentione ambulet *Clem. ſape §. verum de verb. ſign. vbi gloſ. in verb. Exordio*, & *ita tenent Doct. cõmuniter, vt teſtatur Fel. in c.* 1. *de mut. pet. num.* 2. *Marant. d. diſtinc.* 6 *ſub nu.* 5. *Tuſc. practi. concl. iur. verbo Reconuentio concl.* 61. *nu.* 5. idem tamen ſentiunt *Marant. & Tuſc.* ſi poſt litem conteſtatam incontinenti fiat reconuentio, quod & ſenſiſſe videtur *Felin.* cum dicat communem eſſe opinionem, quod poſt litem conteſtatam ex interuallo non poſſit fieri reconuentio, & communiter hoc pariter teneri tradit *addit. ad alleg. Lap.* 3. *verbo Secundo littera D.* ibi prædictæ duæ opiniones ſunt etiam ex mẽte *Lap. hic*, *& communiter ab alijs tenentur*, 7 huic ſententiæ ſuffragatur *iur. reg.* quod q. incontinenti fiunt, quæ cenſentur inefficia *l. lecta* 40. *§. dicebam ff. ſi cert. pet. l. petens C. de pact. & offic.* 38. 8 *de elect.* Quod verò dictum eſt de litis conteſtatione in ordinarijs, idem cenſetur dictum in ſummarijs, vbi lis habetur pro conteſtata, nam caſus iſti tum iure communi, tum ex ſtatuto noſtro æquiparantur tum hic, tum in alijs locis, & præcipuè ſupra cap. 12. vbi, & nos annotauimus, quãdo lis dicatur conteſtata, & quando habita pro conteſtata, & regulare eſt, quod æquiparatorum, 9 idem ſit iudicium *l.* 1. *ff. de leg.* 1. *cap. ſi poſtquam §. fin. de elect. in* 6. *probat. Butr. in cent. ſua loc. a pari.*

C Vbi de iure reconuentio fieri poteſt)

10 iure ſcilicet communi, à quo ſtatuta interpretationem recipiunt, & ad quod referri debent *l. vt gradatim verſ. & ſi lege municipali ff. de mun. & hon. gloſſ. in l. fin. §. in computatione in verbo* Cõfundantur *in fin. C. de iu. de lib. c. cum dilectus ver. ceterum, cum ſupradictum ſtatutum de conſuetud.* iure autem permiſſa cenſetur reconuentio generaliter in omnibus cauſis, niſi vbi prohibita reperiatur, argumento *text. in l. nec non §. quod eis ff. ex quib. cauſ. maior. in integr. reſt. & in l. ab ea parte ff. de prob. cum alijs adductis per glo. in d. §. quod eis verbo prohibeant, ſequitur Socin. in c. ex litteris num.* 44. *de vſur. pet. Marant. d. parte* 4. *diſt.* 6. *princ. q.* 3. *princ. ſub n.* 33. *in fin.*

11 Amplia primò, quod renunciatio dicitur exceptio *Marius Giurba deciſ.* 2. *num.* 2. vnde non 12 poteſt iudex, non cognito de illa, procedere in cauſa conuentionis, quod tamen intelligitur, vbi eiuſmodi exceptio ſit incidens, & emergens ad proceſſum *Giurb. eadem deciſ. nu.* 9. & reconuen- 13 tio aſſumit naturam ipſius conuentionis, ita vt iudex habens iuriſdictionem in vna, eandem habeat pariter in alia, & data commiſſione in vna procedit vtique commiſſio in alia, & peremptâ inſtantia in cauſa conuentionis, ſit etiam peremptа in cauſa reconuentionis, & ſic in pluribus ſimilibus & ad ſummã reconuentio habet eadem Priuilegia, quæ habet conuentio *Giurba deciſ.* 3. *num.* 2. *& plurib. ſeqq.* Et prædicta procedunt, etiam quoad locum, nedum quoad Iudicem *Rot. deciſ* 39. *num.* 3. *par.* 1. *recent.* Illud autem eſt ad- 14 uertendum, quod licet reconuentionis iudicium aſſumat naturam conuentionis, ita vt dicatur eſſici ſummarium, ſi ſummarium ſit iudicium conuentionis; Id tamen ſolum intelligendũ eſt, quoad modum procedendi, non autem quoad vires probationum, quia ſi v. g. cauſa conuentionis admitteret leues probationes, non ſic cauſa reconuentionis, quæ ſui natura requireret plenam probationem, *Giurba d. deciſ.* 3. *num.* 3. Facta autem reconuentione ſi de vtraque liqueat, ſuper vnaquaque eſt ferenda ſua ſententia eodem tempore, licet vnica ſententia videatur propter connexitatẽ *Chartar. dec. Ianu.* 3. *n.* 12. *& ſeq.* ſi vero nõ ſit liquida tum in tempore præfixo executioni ſententiæ conuentionis ſecus eſt, quia non impedit executionem ibidem num. 14. ſententiam 15 autem latã ſuper conuentione omiſſa cauſa recõuentionis oppoſita nullam eſſe, licet dixerint aliqui citati per *Giurb. d. deciſ.* 2. *num.* 4. contrariũ tamen, quod nulla non ſit, ſed ab ea poſſit appel- 16 lari tanquam à grauamine tenuit *Giurba d. deciſ.* 3 *num.* 6. *& ſeqq.* vbi reſpondet contrariis, *Vant. de nullit. ex defec. proceſſ. nu.* 99. Et hoc etiam 17 procederet ſolum, quando cauſa conuentionis eſſet appellabilis, quia ſi in ea non daretur appellatio, neq. daretur in cauſa reconuentionis *Giurba ibidem.*

18 Amplia ſecundò regulam reconuentionis, vt habeat locum etiam contra Clericum is namque reconueniri poteſt coram Iudice Laico, *Vinc. de Franc. deciſ.* 103. *num.* 3. vbi hanc opinionem aſſerit veriorem eſſe, & communiorem, pluribus Doct. citatis & ibi *addit. Flau. Amendul.*

Amplia tertio, vt competat reconuentio, licet Actor deſiſteret à lite, de quo tamen vide eãdem *Addit. Fla. Amend. ad deciſ eiuſdem Vincen. de Franc.* 376. *& deciſ.* 349.

19 Quarto amplia, quod etiam coram Arbitro datur reconuentio; *Giurb. dec.* 3; *nu.* 6. *& Io. Arno. ſingul.* 95. ſed vide in contrarium *Rom. ſing.* 49. *& ſingul.* 776. quem tamen procedere intelligas in arbitrio voluntario, ſecus in neceſſario *Fla. Amend. in addit. ad Vinc. de Franc. dec.* 193. *n.* 13.

An vero in criminalibus permittatur reconuẽtio, articulus eſt plenißimè diſcuſſus, & declaratus per *Soc d. cap.* 1. *à nu* 64. *vſque ad* 88. *& per Maran. d. diſtin. à num.* 56. vbi dicit quæſtionem hanc eſſe valde arduam, & intricatam vſque ad fin. illius diſtinct. firmatur tamen concluſio, & hæc ſit 20 Quinta ampliatio, quod reconuentio locum habet in criminalibus, ſicut in ciuilibus, quando reus ſuam, ſuorumque iniuriam proſequitur, maximè ſi fiat reconuentio antequam nomen rei inter reos receptum ſit per *tex. in l.* 1. *vbi Bal. n.* 17 *cum ſeq. & in l. neganda in princ. C. qui accuſ. non poſſ. Bart. in l. is qui reus ff. de pub. iud. num.* 1. *& ſeq. & in auth. & conſequenter C. de ſent. & interloc. omn. iud. not. Maran. d. num.* 56. ibi accuſatus criminaliter, & hanc Doctor. ſententiam

com-

communiorem tradit *Gail. tract. de pact. pub. cap.* 12. *num.* 1.

Limitatur autem regula prædicta, primo in
21 cauſis executiuis, in his enim non admittitur reconuentio ad impediendam executionem *Caſſad. decis* 1. *de mut pet. ſub num* 2. *nam reconueniens agit d. l. cum Papinianus & auth. & conſequenter C. de ſent. e.* 1. *& 2. de mut. pet. glo. in cap diſpendis verbo exp riri de reſcript. in* 6. Vnde is non poteſt agendo impedire executionem obligationis, contra quam admitteretur excipiendo de ſolutio
22 ne, vel falſitate dumtaxat. eſt autem tanorabilior exceptio, quã actio. *c. qui ad agendũ de reg. iu in* 6. *l. inuitus* 199. *§. cui damus ff. eod. tit nec de ſylo*, vt inquit ibidem *Caſſad.* datur abſolutio aduerſus obligationem iuratam in forma Cameræ, etiam ad effectum agendi, atq. concluſionem iſtã tenuit abſolutè *Socin. d. c. ex litteris num.* 60. *Rot. deciſ.* 32 *num.* 12. *in collectis per Zacch. ad Galleſ. de oblig Cam & idem Galleſ. q.* 18. *num.* 11.

23 Secundo non admittitur in ijs cauſis, quæ celerem deſiderant expeditionem *Socin d. c.* 1. *nu.* 57. ibi quinto fallit *Butr.* & alii ab eo citati, vbi etiam idem *Soc.* ex aliorum ſententia adducit iudicis arbitrio relinqui, quæ ſint iſtæ cauſæ; declaratur tamen præcedens concluſio, vt procedat
24 quoad effectum ſimul terminandi cauſam reconuentionis cum altera, quæ celeritatem requirit, hæc enim prius terminanda erit, ſecus verò quoad prorogationem iurisdictionis; nam hæc quidem fit nihilominus coram eodem iudice, ſi quidem ex reconuentione alioqui duo iſti effectus conſequuntur nempè, vt ſimul terminetur cauſa reconuẽtionis cum cauſa conuentionis niſi aliud obſtet, ſcilicet exempli gratia diſparitas cauſarum; atque vt Iudicis iuriſdictio in cauſa reconuentionis prorogetur, qui tamen effectus iuxta rationes, & qualitates cauſarum ſunt ſeparabiles, vt in hoc caſu, ſicuti probat idem *Soc. d. num.* 47. *in fin. & certius in c. prudentiam eod. tit. num.* 20. *q. princ.* 10. *Maran. d par.* 4. *diſtin.* 6. *num.* 36. *in fin. cum alijs citatis.*

25 Tertio in ſummariis non datur reconuentio de cauſis ordinarijs, quoad effectum ſimultanei proceſſus, ſed tantum quoad prorogationem iuriſdictionis in Iudice, iuxta declarationem præcedentis concluſionis *Iaſſred. deciſ* 279. vbi hanc aſſerit opinionem communem eſſe *Canoniſt. & Legiſt Socin. d. c.* 1. *de mut. pet. num.* 58. *ibi ſeptimo fallit. Maran. d. par.* 4. *diſtin.* 6. *num.* 38. quod
26 ſi ambæ cauſæ ſint ſummariæ, ſine dubio procedit reconuentio vt per *Marant.* ibidem ſicut idẽ dici-
27 tur de executiuis, & ſi vtraq; cauſa ſit executiua detur reconuentio *Salye. in auth. & conſequenter num.* 14. *C. de ſent. & interlocut. omnium Iud. Anchar. quæſt.* 18. *n.* 6. *Chartar. deciſ. Ian.* 1. *n.* 7.
28 *& ſeqq.* in iudicijs poſſeſſorijs non datur reconuentio niſi de alio remedio poſſeſſorio æque priuilegiato, exempli gratia, conuentus ſuper ſpolio nõ poteſt reconuenire, niſi ſuper alio ſpolio *gl. penult. in cap.* 1. *de mut pet. & in cap. vlt. verbo Reſtitutionem patentem de ordin. cognit.* nam cauſa ſpoliationis priuilegium habet, quod prius debeat expediri *dicto cap. vlt. cap. in litteris, & cap. ſuper conqueſtione de reſt. ſpol.* & concluſionem illam tenet *Speculator. de recon. §.* 2. *num.* 3. *& tit. de petit. & poſſeſſ. §.* 1. Iciendum igitur *nu.* 1 *Socin. d. cap.* 1. *num.* 62. *Marant. d. par.* 4. *diſt.* 6. *num.* 41. *cum pluribus alijs ab eiſdem relatis.*

29 Quid autem in poſſeſſorio ſummarijſſimo, & quãdo agitur contra Clericum *vide Flau. Amendul. in Addit. ad deciſ.* 193. *Vinc. de Franc. num.* 17. *& ſeq.*

30 Quinto non datur reconuentio in cauſa appellationis ex communi Doct. ſententia, de qua teſtatur *Maran. d. diſtin. num* 24. *ità tradunt Doct. in cap.* 1. *de mut. pet. Specul. tit. de reconu. §.* 2. *num.* 6. *Iaffred. deciſ.* 65. limitatur tamen hæc concluſio, vt per eoſdem, quibus accedit
31 *Socin. d. cap.* 1. *num.* 95. niſi appellans, cum haberet copiam Iudicis appellationis in proprio
32 domicilio, voluerit ad alium remotum Iudicem appellare, & amplius limitatur in appellatione extraiudiciali, nam in iſtis caſibus admittitur reconuentio in cauſa appellationis, vt præter alios Doct. allegatos *notat Præpoſ. in rubr. de appell. num.* 77. vel niſi appellaretur ad interlocutoria lata ante litem conteſtatam *Natt. conſ.* 115. *n.* 4.

33 Sexto non datur reconuentio in actione depoſiti *l. vltima vbi Bart. num.* 10. *C. de compenſat.*
34 Septimo licet detur in conuento, quod poſſit reconuenire non tamen datur in reconuento, quod poſſit reconuenire, *Speculator. tit. de reconuentione, §. nunc dicamus ad fin num.* 13. *Flau. Amendul. vbi ſupra in addition. ad deciſionem Vincent. de Franch.* 193. *num.* 11.

In hac demum materia quamplures alii caſus particulares hic omittuntur, tum quia ſatis pertractantur à citatis Doct. & præcipuè à *Socin. & Maran.* tum quia videntur decidi poſſe iuxta declarationem ſuperius adiectam ſecunda conclu
35 ſione *nu.* 28. ſi quidem vt reconuentioni ſit locus quoad ſimultaneum proceſſum, cauſæ vtique debent eſſe ſimiles natura, & qualitate, atque reconuentio fieri debet ante litem conteſtatam vel ſtatim poſt litem conteſtatam non ex interuallo, quo vero ad effectum prorogandæ iuriſdictionis in iudicem, illa non requiruntur, & ſufficit reconuentionem fieri ante ſententiam durante iudicio *Iaſſr. deciſ.* 279. *Doct. & alij cit. ſupra in declaratione ſecundæ concluſionis.*

Pari paſſu procedatur) ſcilicet, vt dilationes datę
D
36 in cauſa conuentionis currant in cauſa reconuẽtionis, & vtraque cauſa vna, & eadem ſententia terminetur, ſicuti in tex. huius ſtatuti legitur, & aliàs iuxta diſpoſitionem iuris communis, de qua potiſſimum in *l. cum Papinianus, & authen. & conſequenter* C. *de ſent. & interloc. omn. iud & cap.* 1. *& 2. de mut. pet. ad hæc videndus Speculator. tit. de reconuen. §.* 4. *videndum reſtat per totum.* Denique non omiſerimus, quod appellatione prohibita in cauſa conuentionis, vtpote ſi commiſſa fuerit cauſa appellatione remota, erit etiam prohibita appellatio in cauſa reconuentionis, vt habet *tex. in d. c.* 2. *& ibi gloſſ. & Abb. num.* 2. *Franc. in c.* 53. *paſtoralis ſub num.* 9. *verſ. decimo operatur de appell. Contar. ad l. vnicam c. ſi. de moment. poſſeſſ. limit.* 17. *num.* 5. & 6. Non tamen propterea appellatio à ſententia conuentionis impedit proceſſum in cauſa reconuentionis, *Myſinger. & alij per Flau. de Amendul. in addit. ad Vinc. de Franch. deciſ.* 349. *num.* 3.

De Positionibus,& confessis.

Cap. LXVIII.

ACtor,quandocumque *b* ante lapsum tertię dilationis à Reo responsum habere voluerit, *c* suas positiones, seu articulos, *d* disposituè,& ponēdo conceptas, *e* suo iuramēto *f* parte ad id citata exhibeat,quas Notarius parti, contra quam producuntur, nullatenus ante factam responsionem, *g* ostendat; alioqui de falso puniri possit. Quibus productis moneatur reus personaliter, vel domi copia dimissa, vt supra, vt infra triduum, illis *h* per verbum, credit, vel, non credit, *i* simpliciter, & explicitè, ac *K* singulariter singulis, *l* medio iuramento debeat respondisse; cum comminatione,quòd eo respondere cessante habebitur *m* pro confesso,super omnibus, quibus de iure respondere tenetur, prout sibi deterius fuerit. *n* Quo contumace existente, dicto triduo elapso, & eo iterum citato, Iudex eas positiones,quibus reus de iure respondere tenetur *o* pro confessatis,& reum in illis pro confesso haberi, prout sibi deterius erit, *p* pronuntiet: & si ea die reus compareat,respondendo simpliciter,& explicitè, vt dictum est, & expensas reficiat, eo ipso *q* contumaciam purgásse censeatur: eo autem die elapso, vlterius ad moræ purgationem admitti nō debeat; *r* & idem fiat, si reus responsum ab actore habere velit. quo casu, si actor in respondendo rei positionibus,moram fecerit; ipse donec sua contumacia durauerit,non audiatur,&tempora dilationum, & termini ad ipsius præiudicium currant; & nihilominus, si reus maluerit eum pro confesso, vt supra dictum est, haberi, ad ipsius quoque instantiam contra actorem, vt dictū est, procedatur, & vnius viæ electio alteri non præiudicet. *f* Responsio autem credulitatis habeatur pro confessione, & non credulitatis pro negatione: *t* nec confessio ex partis alterius absentia impugnari possit, sed perinde teneat, ac si parte præsente,& acceptante facta fuisset. Si vero pars, à qua responsum desideratur, tempore cœptæ litis, vel post motā litem sine fraude à iudicio abesse cœperit, si per quadraginta milliaria,& vltra absens sit,nec illius reditus de proximo speretur, de qua absentia *u* procurator suo iuramento fidem faciat: Tunc procurator, si plenè se instructum iurauerit, & mandatum ad respondendum positionibus saltem in genere habeat, *x* ad respondendum admittatur. Si autem per calumniam,aut intra quadraginta milliaria absens fuerit, & aduersarius dominum vti legaliorem, & eius omnino responsum desideret; possit Iudex Notarium *y* sumptibus absentis ad responsum recipiendum destinare; qui si respondere cessauerit, aut aliter respondiderit,quàm de iure, & ex præsentium Statutorum forma respondere tenetur, pro confesso, siue actor,siue reus sit, vt supra dictum est, habeatur. Illa autem responsio, credit, si de iure probetur, nullatenus admittatur; & qui taliter respondiderit, pro non respondente habeatur, sicut & is, qui ignorare, aut nescire responderit.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Positiones adinuentæ sunt ad faciliorem expeditionem litium: Et ad releuandum ponentem ab onere probandi. & n. 2.*
3 *Positionum materiam qui pertractarint.*
4 *Positiones in causis ordinarijs exhibēdæ sunt ante lapsum tertiæ dilationis.*
Et quid in causis summarijs? & num. 6. & 7.
5 *Subiecta talia sunt, qualia prædicata demonstrant.*
8 *Termino ad probandum elapso, an quis teneatur respondere? & n. 9.*
10 *Probatio ex confessione fieri potest in quacunque parte iudicij; etiam post conclusum in causa, & num. 11.*
12 *Dilatio datur ei qui tenetur respondere positionibus,si dubitet de modo respondendi.*
13 *Positiones an sint admittendæ post publicationem testium, remissiuè.*
14 *Dictio* Seu, *disiungit verba, sed coniungit sensum.*
15 *Positiones, & Articuli habentur in statuto pro synonimis.*
16 *In quibus differant? & n. 17.*
17 *Positiones faciunt resultare confessionem contra ponentem.*
Amplia in Tutore n. 20.
18 *Positiones,seu Articuli debent ex statuto exhiberi cum iuramento.*
Intellige vt n. 36. 38.

Forma

19 *Forma censetur apposita, vbi lex refert ea, quæ obseruari debent.*

21 *Positiones, seu Confessio an possint reuocari? & n. 22. 23. 24.*

25 *Positiones datæ à Procuratore possunt quandocũque reuocari per dominum: & possunt corrigi in secunda instantia, si sint datæ à Procuratore in prima. & n. 26.*

27 *Positiones exhiberi debent per modum ponendi, non per modum interrogandi.*

28 *Et an exhiberi debeant cum iuramento? Et n. 29. 32.*

30 *Forma Statuti non seruata, actus est nullus.*

31 *Constitutiones Pontificiæ non tollant nullitatem prouenientem ex forma non seruata.*

33 *Confessio sponte facta, non seruata forma, tenet.*
Intellige vt n. 35.

34 *Consensus partis ũfacit, vt ritè procedatur, vbi eo cessante, malè procederetur.*

37 *Lex, vel Statutum, vbi mandat aliquid fieri, intelligitur, si petatur.*

39 *Actore exhibente positiones cum iuramento, debet reus illis respondere cum iuramento: & n. 73.*

40 *Positiones, seu Articuli debent exhiberi parte citata.*

41 *An ostendi possint parti ante factam respõsionem? & n. 42. 43.*

44 *Verbum Credit, à parte prolatum, veritatem exprimit.*
Et si veritas sit in contrarium, permittitur periurium. & n. 45.

46 *Dictio, simpliciter, varijs modis accipitur in Iure.*

47 *Simpliciter respondere positioni dicitur qui respondet, Non credit vt ponitur, & ad effectum ad quem ponitur.*
Intellige vt n. 48.

49 *Simpliciter respondere positioni quis dicatur? & n. 52. 53. 54.*

50 *Positio qualis est, talis debet esse responsio.*

51 *Expressum dicitur etiam illud, quod tacitè inest, & ex mente colligitur.*

53 *Responsio, Accepi, sed restitui, facta positioni de mutuo, non est admittenda, ex Statuto.*

56 *Et quid de responsione qualificata, si tu mutuasti, ego restitui?*

57 *Item quid in responsione, non credit habuisse aliquid, ad cuius restitutionem teneatur?*

58 *Positiones debent esse simplices, & explicitæ.*

59 *Positioni iuris respondendum non est.*

60 *Responsio qualificata in quibus personis admittatur? & n. 61.*

62 *Positioni vnicæ comprehendenti plures articulos, non est respondendum.*

63 *Et quid, si in responsione vnum tantum de contẽtis in positione negetur, vel affirmetur, & de cæteris nihil dicatur, an reliqua omnia, quæ tacita fuere, censeantur negata, vel affirmata? & n. 64. 65.*

66 *Et quid, si positio multiplex sit in parte vera, & in parte falsa? & n. 67. 68.*

69 *Positio de quantitate debet ad cautelam ponere, si non credit de tanta quantitate, &c.*

70 *Respondens positioni, referendo se ad instrumentum, &c. an respondeat sufficienter? & n. 71. 72.*

74 *Positionibus non respondens habetur pro confesso, ex statuto. & n. 82. 87. 131.*
Limita vt nu. 90. 91. 94. 95. 96. 98. 99. 101. 103. 106.

75 *Contumax in respondendo positionibus, quibus de iure respondere debet, habetur pro confesso.*

76 *Contumacia in responsione ad positiones, vt inducatur, quæ requirantur per Statutum? & n. 77. 78. 79. 113.*

80 *Et ab hac contumacia quælibet causa excusat.*

81 *Statutum inducens, quod positiones, &c. habeantur pro confessatis, dicitur rationabile, & vtile, non odiosum.*

83 *Confessio inducta per non responsionem ad positiones, habet executionem paratam.*
Amplia vt n. 84.
Et quid in Rota? n. 86.

85 *Paria sunt, non respondisse, & minus sufficienter, quàm requiritur.*

88 *Dilatio data ad probandum an currat, donec respondeatur positionibus?*

89 *Contumacis in respondendo pœna, remissiuè.*

92 *Positiones pertinentes, & impertinentes, quæ dicantur. & n. 93.*

97 *Positiones negatiuè conceptæ quando habeant implicitam affirmatiuam?*

100 *Positiones factæ super iure disponente, & super iure disposito, differunt inter se.*

102 *Potentia probandi cui denegatur, denegatur pariter potentia ponendi.*

104 *Positionibus, in casibus, in quibus recusari potest iuramentum litis decisiuum, non tenetur quis respondere.*
Et qui sint illi casus? remissiuè. n. 105.

107 *Appellatio datur in Foro Capitolino ab interlocutoria, qua pronuncietur positiones haberi pro confessatis.*

108 *Mora regulariter purgari potest: vbi non fit facta executio à lege, vel ab homine. num. 109.*
Et quid in foro Capitolino? n. 110. 111.

112 *Mora quando dicatur remissa.*

114 *Mora quanto temporis interuallo purgata censeatur, relinquitur arbitrio Iudicis, ex Iure communi: Secus ex statuto.*

114 *Reus in excipiendo est actor.*

116 *Confessio resultans ex responsione ad positiones, perinde tenet, ac si parte præsente, & acceptante facta fuisset; ex statuto.*
Secus ex iure communi. & n. 117.

118 *Responsio ad positiones an possit fieri cum præsentia Aduocati, vel Procuratoris? & nu.* 119. *& 127.*

120 *Iurans præsumitur non immemor salutis æternæ.*

121 *Recusatio Iudicis initio causæ censetur modici præiudicij.*

122 *Mandatum tam ad ponendam, quàm ad respondendum an sufficiat, quòd sit in genere tantum; an verò debeat esse speciale?*

123 *Procurator absentis requisiti, vt respondeat positionibus, tenetur procurare, quòd illæ transmittantur ad suum principalem: ex iure communi.*
Secus ex statuto. n. 124.

125 *Procurator an possit cogi respondere positionibus? & n.* 126.

128 *Mulier potest positiones iam datas denuò dare, & testes super antiquis articulis inducere.*

129 *Respondens positionibus potest à Iudice compelli ad iteratò respondendum.*
Intellige vt n. 130.

131 *Respondens, si conuincatur de mendacio, vel in vna tantum positione, præsumitur etiam mendax in alijs*

132 *Positio an possit fieri contraria positioni date per aduersarium?*

133 *Negans non potest fundare in positione negata.*
Amplia vt n. 134.

135 *Ponens an possit reuocare confessionem suam factam in positionibus, & acceptare confessionem partis emanatam in ijsdem positionibus?*

136 *Responsio simplex data vltimæ positioni, est referenda tam ad confessata, quàm ad negata; neque infertur ad præcedentia, si respondens in antecedentibus dixisset; nihil scire.*

ANNOTATIONES.

A Oniungũtur hic ista duo quia ex positionibus vnius partis pluribus modis resultare potest confessio alterius partis, sic videmus, quod in iure Canonico sub *tit. de confessis tam in* 5. *quam in* 6. *Decretal.* continetur materia positionum, & confessionum, & Speculator Practicorum Princeps iuxta titulum de Positionibus, collocauit titulum de confessionibus, quam rationem prædictam ipse affert ad *rubr. de*
1 *confess. in princ.* Accedat, quod positiones ad facilliorem expeditionem litium propter partium confessionis vsus longæuus in causis admisit, vt legitur in *Clem. sæpè de verb. sign. ipso vers. Et*
2 *quia positiones* & adinuentæ dicuntur ad releuandum ponentem ab onere probandi *c. statuimus de confess. in* 6. *l. eum qui* 30. *in princ. ff. de Iure iuran. Asin. in prax. §.* 19. *cap.* 26. *nu.* 4. *Ioseph. Ludouic. decis. Perus.* 8. *num.* 1. *Rota in Romana Quarti dotalis* 27. *Iunij* 1625. *coram Burato, & decis.* 779. *num.* 1. *par.* 2. *recent.*

3 Materiam porrò istam pertractarunt *tit. de positionibus Iacob. de Arena, Odofred. Beneu. Vbert. de Rob. & sub tit. de position. & interrog. Franc. Curt. quorum singulorum tract.* habentur ex ordine vnus post alium inter *tract. Vniu. iur. in princ. tom.* 4. & post eos modernior *Blasius Michalor. tract. de posit. Specul. tod. tit. iuncto tit. sq. de confess. Maran. in suo specul. par.* 6. *art.* 4. *tit. procurator articuli, & positiones Asin. in sua praxi. §.* 19. *per plura cap. Carpan. ad Stat. Mediol. Rubr. gener. de positio. cap.* 83. *Mancin. tract. de iuram. par.* 2. *art* 2. & demum ad hoc ipsum cap. nostri statuti copiosè, ac dilucidè *Luc. Pat. lib.* 2. *prax. For. Capit. cap.* 4. *&* 5.

B Ante lapsum tertiæ dilationis) hic loquuntur statuentes in causis ordinarijs, in quibus tres dantur dilationes ad probandum, vt supra cap. 59. & disponitur, quod ante lapsum tertiæ dilationis si actor à reo responsum haberi voluerit, suas positiones &c. exhibeat, talia enim
4 sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant *l.* 2. *ff. de fund. instr. l. fin. §. cui dulcia ff. de trit. vin. oleoque leg. probat. Surd. decis.* 149. *nu.* 18. sed nihilominus, quod hic statuitur de positionibus, seu
5 articulis exhibendis, locum pariter habere debet
6 in causis summarijs, licet istæ non requirant dilationes illas, & aliam habeant formam circa processum traditam infra *cap.* 8. *hoc eod. lib.* quoniam ita iure alias cautum est *Clem. sæpe §. verum quia de verbor. signif.* & hoc statutum habere locum etiam in causis summarijs, de quibus in *d. c.* 88. *fuit decis. coram Oratio in vna Romana alimẽtorum* 5. *Iunij* 1592. ratio autem ipsa ità persuadet, quia sicuti etiam in summarijs plenæ alioqui requiruntur probationes, *vt per Bart. in extrau. ad reprimendum verbo Summariè n.* 11. *&* 12. *& Alex.* qui hanc probat esse cõmunem Doct. opin.

conf.

conſ. 139. num. 14. vol. 6. vbi addit. littera G. ad id refert quàm plures alios, ità admittendæ ſunt poſitiones, quę probationum loco ſuccedunt, vt probat *Specul. tit. de poſitionib. §. 3. num. 3. Gail. practicarum obſeruationum lib. primo, obſeruation. 79. num. 5.* ſi quidem arguitur a vi ſubrogationis ad *text. in l. ſi cum §. qui iniuriarum ff. ſi quis cau. & ad latè tradita per Euer. in cent.* 7 *ſua loco à vi ſubrogationis*; Poteſt verò iudex in ſummarijs vnum, & eumdem terminum dare ad ponendum, & articulandum, quod ſeruari communiter in Regno Neapolitano tradit *Maran. in ſuo ſpecul. par. 6. art. 4. nu. 5.* Elapſo autem termi- 8 no probatorio, vel dato ad probandum, quod quis non teneatur reſpondere ponit *Maſcard. de probat. concl. 1181. nu. 3. & ſeq. Capic. deciſ. 15. num. 2.* circumſcripto autem ſtatuto noſtro, quod clarè loquitur de reſponſione facienda poſitionibus in termino dilationum, videtur dicen. poſi- 9 tiones eſſe admittendas, & reſponderi poſſe etiã poſt lapſum terminum datum ad probandum, 10 quia cum agatur de probatione ex confeſsione partis, eiuſmodi probatio in quacumque parte iudici fieri poteſt, etiam poſt concluſum in cauſa *Papien. tit. de Forma excipiendi, contra Poſitiones §. 1.* quia lapſa ſunt tempora *ſub num. 2. verſ. prædictam autem concluſionem fol. mihi 113. in* 11 *princ. 2. colum.* maximè ſi quod poneretur de nouo, deueniſſet ad notitiam ponentis, vbi amplius dicitur, quod quando poſitio eſſet obſcura, poſſet etiam poſt terminum declarari, & peti reſponſio, &c. Et quod poſſit declarari etiam poſt terminũ, dixit etiam *Surd. deciſ. 29. num. 3.*

12 Quid verò ſi quis dubitat de modo reſpondendi, vel quia non recordatur die dandam eſſe dilationem *Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 8. num. 9. & vide Veſtr. lib. 5. c. 14. num. 34. Marant. in prax. par. 6. Actu. 4. tit. de poſitionum productione nu.* 13 22. Quid autem an poſt publicationem teſtium liceat ſuper materia deducta, & ad probandum admiſſa facere poſitiones, & an Aduerſarius teneatur reſpondere, vide *Oſaſcb. deciſ. Pedemont. 10. per tot.*

C Suas poſitiones, ſeu articulos) dictio, ſeu di- 14 iungit verba, ſed ſenſum coniungit *Bart. in l. ſi quis ità 32. num. 1. ff. de aur. & arg. leg. & in l. ſi is qui ducenta §. vtrum nu. 2. ff. de reb. dub. Dec. conſ. 399. num. 3. Seraph. deciſ. 393. nu. 9.* vnde de poſitionibus, ac articulis idem hic diſponitur, 15 & iſta pro ſynonimis habentur in ſtatuto, quod etiam apparet, quia in toto hoc cap. non repetitur amplius vocabulum articulorum, ſed poſitionum dumtaxat, atque iſta duo temporibus hiſce confundi in iudicijs fori noſtri, tradit *Luc. Pat. de poſitio. & confeſſ. cap. 4. lib. 2.* quod & in Camera Spirenſi fit, vt per *Gail. practi. obſer lib. 1. obſer. 79. num. 3.* licet autem fuiſſent nominati articuli tamen ſi re vera conſtat eſſe poſitiones, de illis iudicandum eſt ſicut de poſitionibus, vt ſi fuiſſet præfixus terminus parti ad reſpondendum 16 *Gregor. deciſion. 385. num. 4. & deciſ. 575. nu. 4.* poſitiones alioqui differunt ab articulis primo ratione finis, quia illæ adinuentæ ſunt, ad probandam intentionem ponentis per confeſſionem ipſius reſpondentis *cap. ſtatuimus de confeſſ. lib. 6. Specul. tit. de poſition. §. 2.* Articuli verò ad eam probandam per teſtes, vel ſcripturas *Bala. in leg. generaliter §. ſed iuramento nu. 6. C de reb. cred. Specul. tit. de teſt. §. 5. nunc videndum col. 1. verſic. ſciendum eſt igitur*, & hæc de poſitionibus, & articulis comprobat *Marant. in ſuo ſpecul. par. 6. act. 4 num. 1. Gail. dict. obſerv. 79. num. 1. & duobus ſeqq.* Atque eadem comprobat etiam praxis forenſis, ſolent enim à cauſarum patronis componi poſitiones, & articuli ſub his verbis, item ponit, & probare intendit, vnde in effectu primo habetur poſitio, deinde articulus, vt per *Marant. dict. actu ſub num. 3.* Secundo differunt in effectu, & quidem notabili, quia ponens 17 fatetur ex *text. in l. cum precum C. de liber. cauſ. Specul. titul. de poſition. §. 8. in princip. Alexand. conſil. 71. num. 4. lib. 3. Gabriel. concluſ. 4. de confeſſ. num. 24. Granat. ad Veſtrium lib. 5. cap. 14. ſub num. 17. Rota in recentiorib. diuerſ. deciſ. 227. num. 2. & deciſion. 779. num. 1. par. 2. & apud Ludouiſium deciſ. 143. nu. 1.* articulans autem non facetur *Alexand. conſ. 172. num. 1 vol. 6.* vbi differentiam illam inter poſitiones, & articulos, & ſua, & plurium aliorum auctoritate comprobat *Gail. d. obſer. 79. num. 6, & 7. Rot. apud Mantic. deciſ. 198. num. 3. & apud Seraph. deciſ. 1054. num. 2.* Vbi igitur contingeret exhiberi poſitiones vti verè, & propriè poſitiones vel contra articulos, vti verè, ac propriè articulos, diuerſi effectus conſequerentur iuxta prædictam. Attamen, vbi articuli dantur in actis cum iuramento, inde etiam dicitur emanare confeſsio, quæ tum, contra articulantem plenè probat, vti cenſuit *Rot. apud Ludouiſ. deciſion. 215. numero 2. vbi refertur deciſ. altera apud Caputaquen. 145. libro 1. in manuſcript. Rota in Romana legatis libraria 10. Maij 1624. coram Vbaldo.* Ex hoc autem ſtatuto noſtro pro forma 18 traditur, quod poſitiones, ſeu articuli cum iuramento exhibeantur, vt in principio cap. Vnde in caſu ſtatuti noſtri articulans, cenſebitur fateri contenta in articulis perindè, ac ponens in poſitionibus, quod autem hic tradatur forma, ſatis 19 probatur. quia, vbi lex refert ea quæ obſeruari debent, eadem cenſentur appoſita pro forma, per *tex. & ibi Doctor. in l. hac conſultiſſima C. qui teſtam. fac. poſſ. not. Aſin. in prax. iud. lib. 3. §. 36. ſub num. 3. Maſcard. de gen. ſtat. interpret. concluſ. 9. in fin.* ibi dicetur, & ſtatutum formam inducere, & in terminis huius ſtatuti ità tenuit *Rota in Romana alimentorum coram Orano 28. Februarij 1592.*

Et quod ſupra diximus ex poſitionibus reſultare confeſsionem contra ponentem, Amplia- 20 etiam ſi datæ eſſent à Tutore, quia dicitur reſultare confeſsio Pupilli, & in præiudicium illius *Gregor. deciſion. 506. numero 8.* Et procedit licet ageretur, tam contra Tutorem, quàm contra Pupillum, vt quia ambo conuenirentur tamquam principales, quia nihilominus contrauentio Tutoris nocet pupillo, cum cauſa ſit connexa *Seraphin. deciſione 415. numero 6.* An autem 21 poſsint reuocari Poſitiones, ſeu confeſsio? dic quod docto de errore competat reuocatio *Rolan. conſil. 69. num 33. lib. 3. Riminal. Iun. conſ. 130.*

num.6 9. & seq. lib.2.Decian.resp. 39.num. 10. lib. 3. Caputaq. decis.291.par.1. Iust.in Romana pecuniaria de Grandis 26. Nouembris 1605. coram Marquemontio. Immo quod possint reuocari positiones, etiam non docto de errore, dummodo re integra, dixit notabiliter *Rot.coram Reuerendiss. D.meo Coccino Decano decis.170 num.3.& seqq.*

23 Et quod dicitur, de probatione erroris procederet, quando res non est integra *ead.decis num.5.* Neque ad hūc effectum dici posset rem non integram, postquā fuit scriptum à Notario ex doctrina *Iason.* quem ibi allegat, quia id procedit, quādo agitur de correctione positionum, non autem de totali reuocatione *nu. 4.* & non essent attendenda alia requisita per *Alex.d.num.5.* Immo ea

24 dem Rota aliàs voluit, posse reuocari positiones licet non essent incontinenti reuocatæ, ac etiam si à Parte fuissent acceptatæ in *una Romana locorum montium 12. Nouembris 1612. coram Vbaldo*, sed hæc vltima decisio loquitur in casu, quo constabat de errore, Decisio autem coram *Coccino* in casu, quo non docebatur de errore: multo igitur magis dicendum erit posse reuocari, si nedum fuerint à parte acceptata, sed à Iudice, vel parte improbata *Magon.decis. Lucen 25.n 32.* ad hæc etiam vide notata infra *in s. seq. in princ.* Insuper notabilius est, quod quis non solum potest eiusmodi confessionem in positionibus factam reuocare, sed potest ea vti, & se fundare in responsione, seù confessione facta à parte super positionibus ab eo datis *Coccin decis. 164.num.4.& dicta decis.170.num. 1.* Et posse etiam contrarium probari eius, quod est positum licet positiones sint pronunciatæ pro confessis *Magon.d.decis.25. num.25.& seq.* Semel autem tantum, & non vltra competere, & dari huiusmodi reuocationē dicit *Matthesil.sing. 171.nu.7*

25 Non omittam hic, quod dicunt Doctores, positiones si sunt datæ à Procuratore, posse quandocūq; reuocari per Dominum etiam non docto de errore *Coccin.d.decis. 170.num.6. Mancin.tract de*

26 *confess.c.9.art.5.n.21.* Et posse corrigi etiam in secunda instantia, si sint datæ à Procuratore in prima, idem *Mancin.eod.tract cap 4.num.44.* licet si verum est, vt supra dictum est, non admitti Procuratorem nisi cum speciali mandato ad ponendum sic, & sic videri confessionem ipsiusmet principalis, qui dedit mandatum ad sic, & sic, respondendum.

27 D **Dispositiuè**) scilicet exiberi debent positiones, seù articuli per modum ponendi, non autem interrogandi, vti declarat *decis.1.num.1.de sequest.poss.& fruct.Granat.ad Vestr. lib.5. cap.14.de posit.num.19 Maran in suo specul.6 par.princ.act.4.nu.13. Mascard.de probat.concl.1081.num.10.*

E **Suo iuramento**) sed quid vbi sine iuramento, circumscripto hoc statuto

28 positiones exhiberi possent etiam sine iuramento, quod tamen præstandum foret, si à parte altera peteretur *Rot.decis.3.circa princ.de caus. poss. & fruct.in nou.Granat.ad Vest.cap.14. num. 17.*

29 Verum attento statuto non tenebitur reus respõdere positionibus, quæ non fuerint exhibitæ cum iuramento, & ideo nec habebitur pro confesso, si non responderit, quin immo quocumque modo respõderit, ibi nõ præiudicabit *Rot.in d.Romana alimentorum coram Orano 21 Maij 1587.* nam

30 forma statuti nõ seruata actus est nullus *l. ult bic. §. si Prætor vbi Iason 1.n.1. ff.de transact. & in l. Iulianus §. sed si quis num.4 C.de iur. & facti ignor.* Vnde in casu non seruatæ formæ huius noui statuti ita censuit *Rot.in actis Romana alimentorum coram Orano 28 February 1592.* quā totam refert *Mancin.in tract.de iuram.p.2.art.2. sub n.85.* sicuti idem sentit Rota vbi termini substantiales iudicii seruati non fuerint, & in similibus alijs casibus ad formam tele iudiciariæ non seruatam pertinentibus, licet aliàs eiusmodi nullitates non sint ex tribus solis attendendis per

31 constitutiones Pontificum, quia constitutiones Pontificiæ non tollunt nullitatem prouenientem ex forma non seruata, vt in *decis.coram Orano in Romana Saluiani interdicti 6. Nouembris 1598. quæ 6 est inter impressas anno Pacif.tract. de Salarian.interpr. in postrema editione probat.tex.in c.cum dilecta de referip. Felin in c. quoniam contra concl.5.vers si tamen vt lit.non contest.* si ea-

32 men reus sciret positiones, & articulos non fuisset conceptos, & exhibitos iuxta formam statuti, & nihilominus respõderet nulla facta protestatione, sibi præiudicaret, vt in eadem decis. consideratur, quæ quidem in hoc sequitur *decis. 3. de sequest.poss. & fruct.in nou.sub num.1.* nam aliàs

33 etiam confessio ponte facta, non seruata forma tenet, & nullitatis prætextu non irritatur *Clem. constitutionem in fin. de elect. in 6. not. Rip. in l.edita num.206. ac eden. Matthesil. sing. 53. num.5. lib.1.* & in terminis nostris *Abb. cons. vlt. num.4.par.2. Mancin. cum alijs à se citatis d.*

34 *art. 2. num. 97.* Et consensus partium facit, vt procedatur, vbi eo cessante, malè procederetur *cap.1.de rest.spol.auth. generaliter, & ibi Bald. num.4. C.de Episc.* & *Cler. Aym. cons. 140.*

35 *sub num.4. Manc.in d art num.98.* si tamen positiones essent admissæ cum clausula saluo iure impertinen. & non admitten. posset etiam post responsionem videri, an debuisset responderi, vel admitti, maximè si aliquid posset imputari parti, per quod consenserit *Bart.in l.si quo Patroni §. idem Iulianus num.11 ff.de iur. iur.* vbi etiam *Iaf. num.15.* & *Castr.in fin.*

36 Verum attento statuto adhuc videtur posse dubitari, an iuramentum in exhibitione positionum ita demum requiratur, si ab altera parte petitum fuerit, vel etiam si non sit petitum, & videretur requiri petitio; nam regulare est, quod vbi

37 lex, vel statutum mandat aliquid fieri, intelligitur si petatur *l.2.§.quod ait Prator, & l.si quis filium §. stipulatio ff.de collat.bon. l.4 §. hoc autē iudicij ff.de damn.infect.* vbi *Rip. cap.1.de sent. excomm. in 6. cum alijs Doct. & rationibus, exemplis, cumulatis per Surd.dec.57.n.1. & tribus alijs seqq.*

38 sed nihilominus contrarium est tenendum, nempe quod in dispositione nostri statuti iuramentum in exhibitione positionum præstari debeat, etiam si non fuerit petitum, quia regula prædicta limitatur, vt non procedat, vbi forma traditur seruanda ab initio explicationis actus, prout est in casu huius statuti, tunc enim talis forma seruari debet etiam nullo requirente, vel opponente, ità idem *Surd.eadem dec.num.5. & 6. iuxta gloss.in cap vt circa verbo Prætitio de elect.in 6. & ibi cupient. §. vero de elect. in 6. & not. per Socin. tracta-*

tat.

fallent. regul. 599. *nn.*4. quod etiam in terminis huius statuti considerauit, & censuit *Rot. in Romana alimentorum coram Oram* 4. *Iunij.* 1593.

Atq. ēt limitatur amplius eadem regula, vt locum non habeat, vbi aliquid exigitur, ad fauorem non vnius partis tantum, sed vtriusque, tunc enim petitio non requiritur, quod probatur *ex l. stipulatio §. 1. ff. de oper. nou. nunc.* & doctè comprobat *idem Surd. d. decis. sub. num.* 9. *&* 10. Iuramentum vero, quod hic exigit statutum, est ad
39 fauorem rei, & actoris, quia dum Actor positiones exhibet cum iuramento, tenetur etiam reus ad easdem respondere cum iuramento, vt ex ipso statuto apparet. & confert. *tex. in capit. statuimus de confess. in 6. gloss. in l vnica C. de confess. Iaf. in l. possideri* 3. *num.* 24. *ff de acquir. poss. Rot. d. dec.* 3. *nu.* 1. *in fin.*

F Parte ad id citata) quod in exhibitione
40 positionum, seu articulorum pars aduersa citetur, id pariter est de forma, nec potest omitti, vt proximè notauimus ad verbum suo iuramento.

G Ostendat) iure quidem prohibetur, ne Notarius ostendat positiones parti,
41 contra quam producuntur ante factam responsionem, nam aliàs à reo instructo responsum quærere plerumque superuacaneum esset iuxta not *per Alex. in l.* 2. *nu.*4. C. *de eden. & per Luc. Pat. c.* 3. *num.* 11. *lib.* 2. *suæ praxis* sicque hoc statuto tollitur praxis, quæ in Vrbe inoleuerat dandi copiam articulorum Parti monitæ ad respondendum, quo nimirum instructa eisdem articulis responderet, de qua praxi testatur *Vestr. d. lib.* 5. *cap.* 14.
42 *num.* 9. alibi autem contraria praxis seruatur, sed attento hoc statuto, quod clarè loquitur, nullus dubitandi locus quoad hoc in foro Capitolino amplius relinquitur, statuto autem circumscripto viderētur attendendæ moderationes, ac declarationes, de quibus per *Graual. ad Vest. d. c.* 14.
43 *n.* 33. & præcipuè, quod quando positiones à facto proprio respondentis dependent, exemplū earum dari non debeat, priusquam eisdem responsum fuerit, quæ fuit sententia *Purpur. in l. is apud quē*
H *num.* 92. *C. de eden. cui & Graual. ipse accedit.*

44 Per verbum credit, vel non credit) istud verbum à parte prolatum, veritatem exprimit, & ità præiudicat confessio de credulitate, ac de veritate *Specul de position. §. 6. num.* 11. *vers. hoc autem certum est, not. gloss & Doct. in c. ex litteris de iureiur. Cum. cons.* 186. *num.* 2. *vol.* 3. *& alij citati per Graual. d. c. nu.* 28. licet in teste talis responsio non admittatur nisi in casibus, de
45 quibus per *Bald. in l.* 7. *mense ff. de stat. hom. Honded. cons.* 79. *num.* 61. *lib.* 1. *Cravet. cons.* 201. *n.* 7. *Gabr. concl.* 1. *de testibus* & in aliis casibus, vt per *Specul.* & alios proximè relatos, vnde in responsione ad positiones per verbum credo, si veritas inest contrarium, committitur periurium, vt per *Surd. & alios ab eo citatos decis.* 58. *in fine.*

Simpliciter) hæc dictio variis modis in
46 iure accipitur, vt apud *Scard.*
I *in suo Lexicon iuris verbo Simpliciter*, sed in terminis similis statuti, nempe mandantis responderi positionibus simpliciter, peculiares alios sensus habet *Bart. Iaf. & alij in l.* 1. *§. si quis simpliciter ff. de verb. oblig.* scilicet purè, & sine conditione *ex d. §. si quis simpliciter, nihil addito, vel detracto ex l. fin. C. de oct. prom. & l. iubemus C. de appell.* quodque simpliciter dicatur responderi positionibus, vbi præcisè respondetur, sicuti eadē positio ad litteram iacet, *not. Iaf. in d. §. si quis simpliciter sub num.* 8 *ex text. in auth. de sanct. epis. in prine colla.* 1. *Bald. in l. intestato nu.* 1. *C. de suis, & legit.* & iste vltimus intellectus optimè quadrare videtur huic nostræ materiæ.

47 Sed hic opportunè quæri potest, an simpliciter positioni respondere dicatur, qui ità respondet, vti sæpe solet responderi, non credit, vt ponitur, & ad effectum ad quem ponitur, Et quidè *Rot. censuit simpliciter esse responsū, vt in dec.* 846. *vers. ad tertiū p.* 4. *diuers.* debet autem adesse co-
48 pula & seu negatiua neq. vel similis in medio orationis, ita vt dicatur nō credit, vt ponitur & seu, neq. ad effectum ad quem ponitur, quod, & not. *Beltram. ad dec. Ludou.* 282. *n.* 10. *Sacc. de Iudic. lib.* 2. *c.* 7. *q.* 15. *num.* 544. *& quæst.* 22. *num.* 709. *vers. Verum quicquid &c.* Et ratio est, quia responsio prima est certa, & simplex, hæcque debet attendi: addo quod eiusmodi adiectio sustinetur, quia planè venit directè ad responsionem positioni, nam tum ex petitione declarata in lite mota, tum ex solito alioqui proœmio, & forma positionum, & articulorum; satis apparet de effectu, quem intendit ille, qui positiones exhibet, nec certè negari potest, quin ipsi positioni insit saltem tacitè eius effectus consequenter, &
49 ad effectum potest responderi, simpliciter enim dicitur respondere positioni, qui responsionem affert etiam ad ea, quæ licèt non expressè, sub eadem positione implicitè comprehenduntur; vt bene docet *Bal. in l.* 1. C. *de adil. act. n.* 1. nam qualis
50 est positio, talis esse debet responsio, vt correlatiuorum eadem sit dispositio. *l. fin. C. de indic. vid. toll. & l. fin. ff. de accept.* cum alijs latè cumulatis per *Hucr. in centur. sua loco a correlatiuis*, vnde non tenetur quis respondere clarè, & explicitè, vbi positio sit implicita argumento *tex. in l. vt responsum C. de transact. Bal. in l. insinuandum* 3. *§ non semper ff. de iure iur. Io de Armon sing.* 2. *n.* 3. *Asin. in sua prax. §.* 19. *cap.* 18. *limit.* 2. latisque dici potest expressus per poncē effectus ex præmissis, & qua expressum etiam
51 illud dicitur, quod tacitè inest, & ex mente colligitur, *l. Prator ait in princ. quem tex.* ad id ponderant communiter ibidem *glo. Angel, & alij ff. de non. oper. nunc. Innoc. in c.* 2. *in princ. verbo remissionem cod tit. Curt. iun. cons.* 139. præsupponitur in facto *num.* 3. *&* 4. *Manaos. ad regul. Can*
52 *cell.* 33. *q.* 12. *num.* 3. Accedat amplius, quod dicitur responsio illa simplex, quæ est sine plica, & ad vnum casum tantum refertur, nec ad alias qualitates extraneas infertur *Alex. cons.* 42 *n.* 2. *&* 3. *vol.* 5. *Asin. in sua praxis* 19. *cap.* 18. *num.* 2. *addit. ad Matthesild. sing.* 37 *num.* 2. *vers. item illud*, quos refert, & sequitur *Carpan ad Statu. Mediol. c.* 83. *litera* V. *verbo Sine vlla conditione*, talis est autem responsio, de qua agitur, si bene consideretur.

53 Simpliciter etiam dicitur responsum, licet in responsione alia addantur, quæ sint de natura rei positæ, vti docet, & exēplificat *Bald. in d. l.* 1. C. *de adil. act. num.* 1. *Riminald. cons.* 228. *n.* 17. *lib.* 2.
54 Et licet respondeatur sub conditione, dummodo intrin-

intrinseca,non autem extrinseca *Negusa. de Pignor. par.2.3.memb.5.par.principalis nu.12.ver.*

55 *nam si respondeat* illa verò responsio accepi, sed restitui vbi positio contineat mutuumdum taxat, attento statuto nostro, non debet admitti, quinimmò sic respondens habetur pro confesso,cum restitutio sit alius actus diuersus à datione mutui, sicque responsio sit duplex,non simplex iuxta tradita in casu simili per *Bart. in d.§. si quis simpliciter sub num. 3. & in l.1. in princ.ff.de vulg. & pupill. num.* 4. vbi addendum littera A verbo pro confesso,referunt plures alios eiusdem opin. quam & communem esse testantur, sequitur pariter, & veram,communemque dicit *Alexan. ibidem sub numer.* 3. *Maran.in suo Specul.par.6. art. 5. sub num.* 27. *Asin.dicto §.* 19. *cap.* 21. *num.* 5. Et licet *Granat.ad Vestr.dicto cap.* 14.

56 *lib.* 1. dicat eiusmodi petitioni cũ hoc moderamine posse responderi scilicet ,situ mutuasti ego restitui, *& Surd.decis.*257. *sub nu.*4.confessionem ità qualificatam asserat non posse diuidi, nisi præsumptio sit contra confitentem, attamen ita intelligenda sunt eorum dicta, vt locũ non habeant in casu statuti mandantis simpliciter respõderi positionibus,tum propter rationẽ,tum propter Doct.auctoritates, & communem opinionem ipsorum adductas.

57 Prout etiam licet aliàs admittatur similis responsio,non credit habuisse aliquid ad cuius restitutionem teneatur, maximè quando Iudex suspicatur de secuta restitutione,quam forsan respondens probare non posset,tamen secus est stãtibus terminis nostri statuti; quod sit simpliciter respõdendum fuit decisum in *Romana Quarti Dotalis* 27.*Iunij* 1615.*coram Buratto*.

Et hoc quidem statutum procedit etiam in responsionibus coram quocunque Tribunali datis, ac etiam in Rota, attento quod est decisorium, vt dixit eadem Rota *in supradicta Romana quarti dotalis*.

58 E conuerso verò etiam positiones debent esse simplices, & explicitæ ita,vt si essent super læsione, vel nullitate non sufficeret, quod continerent læsionem,seù nullitatem in genere, vt quia ponatur Instrumentum esse læsiuum, vel nullum, sed requiritur,quod in specie contineant valorem rei,vel Actum nullitatis;Itaut colligi possit læsio, seù nullitas [*Rota in Romana pretense lasionis* 26.*Iunij* 1619. *coram Cardinale Pamphilio*, Ad quod etiam ea reddi potest ratio, quia positioni

59 Iuris respondendum non est *Prax. Papien.tit.de forma excipien. contra positiones in verbo Potius in fine num.*1.*fol.mihi* 135.

60 Hæc autem procedunt regulariter, sed in Rustico,seù homine ignaro videtur admittenda responsio qualificata *Menoch.de arbitr.cas.*294.*nu.* 79.Et forsan idem in Mulieribus, & minoribus tanquàm imperitis ex notatis per eũdem *cas.*293

61 *n.*5.Nisi tamen tales personę essent sagaces,vt in simili colligitur *Ioseph. Ludou. decis. Perus.* 81. *per tot.*

K Singulariter singulis)quid si positio vnica comprehẽdat plures articulos,vel plura dicta,non debebitur respõ

62 sio, quia positioni multiplici quis non cogitur respondere iuxta *glo.communiter receptã in c.2. verbo Absque rationabili vers.itẽ si sit multiplex de confess.in* 6.*Curt.tract.de posit.Breuiloq.* 10.*&* 18.*Osasc.decis.Pedemont.*178.*num.*1.vbi de communi opin sed iure poterit dicere alteri parti, explica tua dicta aliàs non respondebo, vel ipsemet poterit explicare,scilicet hoc est verum,illud autem falsum argumento *tex.in l.precibus C.de impub.& al.subtilit.& in l.1.in princ.& §. sequen. ff.ad leg.Corn.de fals ità docet Vbert.de Bob.in suo tract.de posit.sub num.*51. *Specul.de posit. lib.* 2.§.7.*num.*21.

63 Quid verò si positioni multiplici responsum fit, & vnum tantum de contentis in ea negatum, vel affirmatum fuerit, & de cæteris nihil dictum, an reliqua omnia tacita censeantur pariter negata, vel affirmata,dic quod vno negato, reliqua videntur affirmata, & contra, vno affirmato reliqua videntur negata *Franc. in cap.fin. num.*15.*vers.aduerte de confess.in* 6.*Curt.iun. in l.*2.§.*quod obseruari num.*64.*C.de iure&jur. prop. propt.calum.Luc Pat.d.c.nu.*22.*lib.* 2. *Matthes. fing.*77.*not. quod positio*, qui tamen declarat,

64 quod tacita censentur negata, vel affirmata solũ ex præsumptione, & semiplena probatione,& ità eum referunt,nec impugnant *Luc.Pat.d.nu.* 22. *Carpan.ad Stat.Mediol.d. cap.*83. *vers. positio si contineat duo capita Mancin.tract.de iuram.par.* 2.*art.*2.*num.*31.led quod confitens in parte tan-

65 tum positionem negare videatur in alijs simpliciter; & contra, *not.Surd.decis.*291.*num.*22. *ex Bal.in l.at si fine §.sed & quod Papinianus nu.*2. *ff.de min & Alex.in l.qua dotis num.*36.*ff.sol.matr.& Ruin.conf.*115.*nu.*8.*vol.* 5. qui omnes hoc expresse,& absolutè dicunt.

66 Quid si positio in parte vera, & in parte falsa sit, an respondens impunè possit eam totam negare ? distinguendum in primis videtur hoc modo, quod aut positio est in parte falsa respectu qualitatis videlicet conditionis, vel diei adiectæ, & eo casu potest absolutè negari in totum ex Theorica *Bart. in l.*1. *§. si stipulanti in prin. & nu* 2. *ff. de verb.oblig.* nam diuersitas in qualitate inducit diuersitatem in substantia obligationis, alia enim est obligatio pura, alia conditionalis, sed diuersitas in quantitate, in ea quantitate, in qua est concursus, nullam diuersitatem parit, itaut non sit eadem obligatio, & eodem modo, & ad idem, licet sit minus, cum plus, & minus non faciant differre specie;& quod positio falsa respectu qualitatis possit absolutè, ac impunè negari, consentire videntur omnes, & præcipuè *Surd.expressim decis.* 58.*num.* 2. Si ve-

67 rò positio sit in parte falsa respectu quantitatis petitæ,magis communis est Doct. opin. pariter quod non possit impunè, & sine periurio negari, vti testatur *Gabriel conc'.*2.*de expens.num.*1. *Didac.var.resol.lib.*1.*cap.*2.*sub num* 5. attamen

68 contrariam opinionem, nempè, quod eiusmodi positio possit in totum negari, communem, &,veriorem dicunt, atque in iudicijs seruari solitam plures relati per *Surd.dicta decis.*58.*nu.*3. *& alys per Gratian.discept.*109. *num.* 20. qui & ipse hanc dicit verissimam sententiam, cum ea tamen moderatione, vt prima opinio procedat, quãdo agitur de interpretanda responsione iam data,vt sic periuriũ euitetur; quidquid sit,quãdo tractatur de responsione danda, vide eum, atque etiam *Didac.d.c.*2.*nu.*5. *Gratian.d.discept.* 109.

num 24.

num.24. quos solos allegasse sufficiat, nam ambo rationes in vtramque partem distinctè ponunt, & doctè examinant, aliorum Doct. sententias etiam referendo, nec tamen silentio prætereundum videtur, quod licet *Didac.* transeat cum supradicta priori opinione, attamen subdit in *vers. Verum quod attinet in fi.* quod peccat tandem, & mortaliter debitor partis conuentus in iudicio super toto, si non explicauerit bona fide, quid verè debeat, actorique soluere teneatur, quo & ipse onere debiti liberetur, & actorem à probatione incommoda, & inutili, nec necessaria liberet; Verum dubitatio ista locum haberet in simplici responsione, sed planè cessat, vbi respondetur per verbum non credit, vt ponitur, sicuti iam vsu receptum est, quod etiam considerauit *Ludou. decis. Perus.* 51. *num.* 7. *par.* 1. licèt ille non vtatur verbis istis præcisis, sed æquipollẽtibus; *Surd. d. decis.* 58. *num.* 5. *in fin. cum alijs compluribus, per Gratian. discept.* 109. *num.* 9. *& seqq. Rot. dec.* 34. *post lib.* 2. *collect. per Farinac.* Cæterum
69 in positione super quantitate, si ponens velit habere certum responsum, cautela est, vt ponat, si non credit, de tanta quantitate, dicat de quanta, & hoc addat amplius, descendendo vsque ad minimum, ità *Ludou. d. decis. num.* 6. *& Surd. cad. decis* 58. *num.* 10. *Gratian. vbi supra.* Quid si re-
70 spondens positioni dicat, se credere, si Instrumentum appareat, vel referat se ad instrumentum, an sufficienter respondeat? distingue, aut positio instrumenti mentionem facit, aut non, si facit, bona est responsio, ità vt non plus dicatur confessũ, quam contentum in Instrumento relato, neque in plus præiudicet confessio *Magon. decis. Lucen.*
71 25. *num.* 52. sique non reperitur in Instrumento id, quod quis confessus est referendo se ad Instrumentum, confessio non nocet *Rot. decis.* 158. *n.* 4. *& seq p.* 2. *recent.* si vero positio instrumenti mẽ-
72 tionem non facit, non est bona responsio se referens ad instrumentum, ita docet, ac eleganter probat *Gail. pract. obser. lib.* 1. *obseru.* 82. *nu.* 24. *cum alijs seqq. vsq. in fin. & est communis Doctor. opin. de qua testatur Ludou. decis. Perus.* 8. *nu.* 3. 4. *& 11. p.* 1. *Rot decis.* 846. *num.* 1. *& num.* 2. *ver. Quantum ad octauum p.* 4. *diuers.*

L Medio iuramento) cum actor pariter
73 medio iuramento positiones exhibuerit; meritò vtique reus respõdere debet cum iuramento, ità enim æqualitas seruatur, quæ in iudicijs potissimum seruari debet, iuxta tradita ad hanc materiam in *decision.* 3. *num.* 1. *de sequestr. poss. & fruct. in nou. & conferunt supr. not. ad hoc cap. verbo suo iuramẽto tex. in cap. præsentium de test. lib.* 6. *Graual. d. cap.* 14 *num.* 16.

M Pro confesso) hæc est alioqui pœna iuris communis contra nõ respõ-
74 dentem positionibus, vt ille habeatur pro confesso *c.* 2. *de confess. in* 6. *vbi gloss. in verbo pro cõfesso Specul de posit. §.* 9. *num.* 4. *qui amplius not.* quod sicut tacens habetur pro negante, cum dãnosa est ibi negatio, sic pro cõfesso habendus est cum dãnosa esset ei confessio, si fateretur, vt sẽper inspiciamus id, quod ei facit præiudicium in pœnã contumaciæ, & vtrobique quasi de mendacio punitur tanquam de falsa negatione, & falsa confessione, quæ quidem omnia dispositioni statuti nostri apprimè conueniunt *Gail. pract. obser. lib.* 1. *obser.* 80. *num.* 1.

N Quo contumace existente) scilicet in respon-
75 do positionibus, quibus de iure respondendum est, aliàs enim quo ad positiones, quibus non est respondendum, numquam contumax habetur pro cõfesso *Curt. de posit. breuiloq.* 6. *per totum Carp. d. c.* 83. *verbo pro confessatis num.* 195. *& pluribus alijs seqq. Rot in Romana Vinea coram Car-*
76 *dinale Pamphilio iuniore* 21. *Aprilis* 1613.

Ad inducendum autẽ huiusmodi contumaciam requiritur monitio cum commination e, & post triduum citatio, prout expressè disponit statutum, quæ in effectu sunt idem ac requisita per *Franc. in cap.* 2. *de confess. in* 6. *num.* 9. quorum omnium concursus requiritur ad huiusmodi contumaciam *Rot. apud Seraph decis.* 408. *num.* 2. *apud Reuerendiss. D. meum* Coccinũ Decanum *decis.* 470. *num.* 6. *& in Romana Datis* 21. *Martij* 1626. *coram eodem, vbi dicta requisita Franch. ponuntur per extensum, in Bononien. Salutiani* 11. *Ianuarij* 1627. *& in Asculana Societatis* 28. *Iunij* 1628.
77 *coram Cardinale Virili*, licet quando cõcurreret obligatio Cameralis an sit necessarius concursus dictorum requisitorum non resoluerit, sed solum tetigerit *Rota in Romana Vineæ* 1. *Febru.* 1613. *coram Cardinale Pamphilio*. Quorum monito-
78 rii, & citationis executio debet esse personalis, vel si facta sit domi dimissa copia, constare saltẽ debet, quod fuerit dimissa in manibus Domesticorum per relationem mandatarii, seu Nuncij, vt declarauit *Rot. in eadem Romana Vinea* 11. *Decembris* 1613. *& 21. Aprilis* 1614. *coram eodem Cardinale Pamphilio*, iuxta dispositionem statuti, & prout in eo notauimus *supra c.* 51.

79 An autem sit necesse, quod dd. monitorium, & Citationes sint reproductæ ante pronunciationẽ Iudicis pro confessatis, vide deducta per *Gratian.*
80 *discept.* 639. *num.* 1. *& seqq. vbi plenè*. Ab eiusmodi autem contumacia quælibet causa, etiam colorata excusat *Rot. in d. Romana Vinea coram Pamphilio* 11. *Decemb.* 1613. *&* 21. *Aprilis* 1614. vbi explicat in eo, qui fecerat reassumi causam ab A. C. & dum disputabatur de iurisdictione non comparuit, & quælibet etiam causa bestialis excusat *Gratian. discept.* 639. *num.* 15. Et quodlibet impedimentum, veluti si non fuissent repertæ positiones, quando quis volebat respondere *Bald. cons.* 315. *in fin. lib.* 2.

O Pro confessatis) statutum potest induce-
81 re, quod positiones habeantur pro confessatis, Immo & dicitur rationabile, & vtile, non autem odiosum *Surd. consil.* 360. *num.* 7. *vsque ad* 37. *Gratian. discept.*
82 639. *num.* 28. & 30. Et Iudex regulariter proficiat pro confesso recusantem respondere positionibus *Surd. vbi supra num.* 44. sicut ex prædicta pronunciatione resultare dicitur confessio Partis *c.* 2 *de confess. in* 6. *Franc. in c. fin. col.* 6. *eodem tit. Cremsing.* 109. *Rol. cons.* 80. *nu.* 5. *&* 15. *lib.* 3.
83 *Luc. Pat. tit. de Position. num* 13. Quæ quidem confessio habet executionem paratam *l. post rem iudicatam ff. de re iudic. & ibi Bart. & aly l. si Debitoribus. ff. de iudic. l. certum. §.* 1. *ff. de confess. late Roderic. Suarez. in repet. d. l. post rem iudicatam*
84 *not.* 3. *num.* 1. Quod procedit, licet pars respondis-

sen-

sent, sed minus sufficienter, quia habetur pro cõfessa *Bello.conf.65.nu.*11. Par enim est non respon
85 disse, & minus sufficienter, quã requiritur *l. certum in prin.ff.de cõfess.l. de ætate §.nihil interest vbi Bart.nu.*1.*ff de interrogat. Act.l.Titia Textores vbi Ias.nu.*2.*ff.de leg.*1.*Mantua singul.*203. vbi exemplificat. Quo tamen casu Rota, quæ non admittit in suo Tribunali sufficientem heri
86 probationem per huiusmodi factam cõfessionem dixit, quod deberet instari, vt cogatur reus per Iudicem ad præcisè respondendum, vt apud *Seraph.decis.*408.*num.*3. Prout neque etiam sufficit quod quis se obtulerit verbo promptum respondere, nisi cum effectu responderit *Gratian.discept.* 639.*num.*18.& *seqq.* Ampliatur etiam conclusio,
87 quia recusans respondere, seù contumax in respondendo non solum habetur pro confesso, sed etiam ei denegatur audientia, vt clarè disponit idem Statutum; in Rota verò, sicut non habetur quis pro confesso, ità nec repellitur à iudicio *Canaler. decis.*562.*num.*1. In Tribunali verò A. C. non conceduntur mandata nisi facta prius respon sione *Zacch. de oblig. Camer.quæst.* 17. *num.*16.
88 An autẽ donec respondeatur Positionibus currat dilatio data ad probandum vide *Cassr.in l.in pecuniarijs num.*9.*& seq.ff.de fer. & dilat.* distinguentem inter casum dilationis ad probandum tantum, & inter casum ad probandum, & probatum habendum, & inter casum, quo Positiones sint datæ ante dilationem, & quo sint datæ post dilationem; Et istæ, sunt inter alias plures pœnę, quas patitur contumax in respondẽ-
89 do, quas quidem poenas vsq; ad vigintiquatuor enumerat *Surd.dicto cons.*360.*num.*7.*& seqq.*

Prædicta autem conclusio licet regulariter in quacunque causa, & casu procedat *Surd. decis.*
90 22.*num.*4. Nihilominus in multis casibus secus est, in quibus quis non tenetur respondere, sicut enim non tenetur respondere, ita non potest haberi pro confesso *Magon.decis.Lucen.*15.*nu.*30. *Luc.Pat.lib.*2.*tit.de Posit.cap.*4.*num.*17.*Rot.in supradicta Romana Vinea coram Cardinale Pamphilio, & in Bononien.Saluiani* 10.*Iunij* 1627.*co-*
91 *ram Carain. Virili*. Et quidem si positiones essent irrelevantes, quis non tenetur respondere, quia tunc neque sunt admittendæ *Canaler. decis.* 562.*nu.*2. Dum autem sunt pertinentes, licet essent insufficientes respondendũ est *Alciat.cons.*38
92 *num.*10.*lib.* 6. pertinentes autem dicuntur, vel quotiescunque nascuntur ex libello, vel directè, vel indirectè cõcernunt cõtenta in libello *Egid.*
93 *decis.* 168. impertinentes autem vice versa illæ sunt, quæ ità se habẽt, quod etiam confessatæ non relevant Ponentem *Pract.Papien.in tit. de form. excip.contra positiones in verbo Impertinentes fol.*
94 *mihi* 135 Siq; esset criminosæ obiectiuæ cõtinentes turpitudinẽ partis *Magon.d.loc.* 25. *Lucen.* *num.*30. vbi etiam quoad criminosas dicit haberi etiam non criminosas, cum tamen per illas ad criminalitatẽ deueniri posset *Rot. apud Greg. decis.*563.*num.*14.*& in recent.decis.*377.*num.* 6. *par.*2. Quod tamen secus esset, quando tales positiones includerent Ius partis *Rot.inter impress. per Farinac.post.lib.* 3.*cundum consiliorum decis.* 309.*n.*2. item si sint incertæ, & quando dicantur
95 incertæ *Pract.Papien.vbi supra in verbo Incerta fol.mihi* 134.*num.*2. Item si essent captiosæ, & quando dicantur captiosæ *Surd.dicta decis.* 22. *nu.*3. Si essent præiudiciales ex alio capite, quàm quod in Actis deducitur, vt si darentur contra Emptorem, & continerent Dominium rei emptæ, quia possent præiudicare, quoad actionem euictionis *Surd.vbi supra num.*2.*Pacific. de Saluian.inst.rdict. inspect.*1.*cap.*7.*num.*35.*Mancin. d.tract.de Iuram.cal.*2.*num.* 27.*par.* 2. Et licet contrarium videatur dixisse *Bald.cons.*362.*lib.*1. tamen aduertendum est, quod loquitur, quando non agitur de fundãda, sed de coadiuuanda intenr-
96 tione &c. item si concernerent Possessionem *Surd. idem num.*5. *Rot.in dicta Bononien. Saluiani* 11.*Ianuarij* 1627. *coram Cardinale Virili*, si essent obscuræ. dubiæ, impossibiles, licet illas Iudex admisisset, quas tamen admittere non debuisset *Addit.Matth.ad Guido Pap. dec.* 365. *Magon.d.decis.*25.*num.*30.*Pract.Papien. vbi supra verbo Obscure, & verbis seqq. fol. mihi* 134. si essent negatiuè conceptæ *Surd.decis.*38.*num.* 10.*Mascard.de probat.concl.*1181.*num.*19. Licet hodiè contrarium esse ex dispositione *c.*2.*de confess. in* 6. dixerit *Pract.Papien.tit. de form. posit. Actor.in verbo per verbum credere num.*3.*fol. mihi* 29. Quando tamen licet negatiuè cõceptæ habent implicitam affirmatiuam, Tunc respondendum esse, dixit *Rot.inter impress.per Farinac.post lib.*2. *cons.* 4.*decis.* 309. *num.*3. Si continerent
98 contrarietatẽ *Surd. decis* 196. *nu.* 11. Si continerent factum alienum *Ioseph.Ludou. dec. Perus.* 8.*num.*15.*Mysinger.centur.*6.*observat.* 62.*Rot. collect.*258.*ad fin. Rot in suprad. Romana Vinea* 11.*Decembris* 1613.*coram Cardinale Pamphilio*
99 Si continerẽt dispositionem Iuris, & quando dicantur tales *Pract.Papien.in.de form.excip. contra Positiones in verbo Ponus in Iure num.*1.*fol.*
100 *mihi* 135. Distinguit tamen *Io.Faber. in §. Item extraneus Instit.de Haredit. qua ab intest. &c.* quem refert, & sequitur pro notabili *Frãc.Curt. tractat. de position. in Breuiloq. num.* 48. inter positiones factas super iure disponente, & super iure dispositio, vbi propterea dixit quem teneri respondere, an animo adiuerit hæreditatem, item si iudicium esset nullum, *Rota in supradicta Romana Vinea coram Cardinale Pamphilio* Item quando quis intentionem suam fundatam haberet scilicet publicatis Testibus vel iam productis Instrumentis *Curt.d.tract.de posit. Breuiloq.*17.*Cott.in memor. verbo Iuramentum calumnia Osasch.decis.*10.*num.*7.*&* 8.*Carpan.d. cap.*83, *verbo Quibuslibet positionibus nu.*47. Et ratio est, quia volens exhibere positiones hoc casu Iure non admittitur ad probandum; Vnde locus videtur Iuris regulæ, cui denegatur potentia probandi, denegatur pariter potentia ponendi ad *Angel. in l.sed & si restituatur §.*1.*num.*4. *per illum textum ff.de Iudic.Cur. & Cott.vbi supra.* Item vbi positio penderet, ab alia cui tamen esset responsum nempe ad effugiendam contrarietatem *Bart.in l.*2.*§.quod obseruari num.*26.*C. de Iur.iura. propt.calumn.Carpan.d.cap.*83.*verbo Respondere teneatur n.*25.*Surd. dec.*196.*n.*11
104 Item si continerent aliquid ante iureiurando decisum *Specul.tit. de posit. §.*7.*num.* 20. *Mancin. d. art.*2.*num.* 18. Item generaliter non tenetur quis respondere positionibus in casibus, in quibus Iuramentum litis decisiuum recusari potest

Ne-

Neuiz.conſ.7.num.8. Purpurat. in l. manifeſtè,
105 *num.22. ff.ſi cert. pet.* Caſus autem prædictos notant Doctores in *l. 38. manifeſta ff. de iure iura.* vbi præcipuè *Bart. num.4. & ſeqq.* nouem caſus ſimiles explicat. Aliàs plures limitationes colli-
106 gere potes ex deductis per Nos, ſub diuerſis verbis in hoc *cap. ſtat. & per gl. in cap. 2. in ver. abſque rationabili cauſa de confeſſ. in 6. per Bart. & alios in d.§. obſeruari, Speculat. Grauat. ad Veſtr. Carpan. Mancin. & Pract. Papien. in locis ſup. allegatis.*

P **Pronuntiet)** ab iſta ſententia interlocuto-
107 ria, qua pronuntiatur poſitiones haberi pro confeſſatis, & reum pro confeſſo haberi numquam habente vim diffinitiuæ, quam ideo iudex reuocare non poteſt, datur appellatio vt per *Luc. Pet. & alios ab eo citatos d.cap.4. nu. 16. not. Seacc. de iudic. par. 1. cap. 97. num. 45. & 46. & 105. & de appell. q.17. limit. 47. membr. 1. num.64.* vbi teſtatur de communi opinio. & ità ſeruatur in Foro Capitolino, idque comprobatur, quia vbi petitur votum Aſſertamenti, an ſit reſponden. articulis, illud numquam denegatur; votum autem petitur in illis articulis, in quibus per hæc ipſa ſtatuta appellare permittitur, vt infra cap. 79. quid verò cautè patroni cauſarum agere debeant poſt adeptum decretum de habendo articulos pro confeſſatis, vide apud eundem *Luc. d.cap. 4. num 29.*

Q **Contumaciam purgaſſe cenſeatur)**
108 mora ſcilicet regulariter purgari poteſt, tàm de iure Canonico, quàm de iure ciuili *Bald. in l. qui crimen. num.20. C. de ijs, qui accuſ. non poſſ. DD. in l. ſi inſulam ff. de verb. oblig. & in l. ſi quis maior, vbi præcipuè Alex. num.7. C. de tranſact. Rot. apud Seraph. deciſ. 591. num.7. & in Romana fideiuſſionis de repræſentando coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano 3. Iunij 1617. & 16. Mar-*
109 *tij* 1618 quod ſine difficultate procedit, vbi non ſit facta executio à lege, vel ab homine, *vt per Alexan. in d.l. ſi quis maior n.7. Caputaq. deciſ.234. par.2.* Ideoque videmus, quod in alius Tribunalibus ſemper admittitur reſponſio etiam poſt terminum datum, quod tamen non eſt dicendũ in
110 hoc foro Capitolino ſtante præciſa ſtatuti forma, & regulare eſt, quod contumax in reſpondendo poſitionibus in termino ſibi aſſignato nõ poteſt pur-
111 gare moram, niſi legitima aliqua cauſa ſubſiſtente *Maſcard. de probat. concl. 1181. num.55.* ſubſiſtẽte autem legitima cauſa, ſeu impedimento admittitur reſpontio etiam poſt terminum, & in puncto ſi non fuiſſent repertæ in actis poſitiones, quãdo Pars volebat reſpondere *Bald. conſ. 315. in fi. vi lib, 2.* Probandum tamen eſt impedimentum per aſſerentem illud *Gratian. diſcep. 639. n. 15. &*
112 17. notabilis tamen alia limitatio affertur, quando Pars poſt terminum elapſum de nouo citaret ad reſpondendum, quia cum dicitur remiſiſſe moram, & receſſiſſe à primo actu, & citatione, vel quando fieret reſponſio præſente Aduerſario, vt benè per *Magon. deciſ. Lucen. 25. num. 31. & ſeqq.* Vt
113 autem quis tamquam contumax in reſpondendo poſitionibus habeatur pro confeſſo, non fit ipſo iure, ſed requiritur vltra monitionem, & citationem, de quibus ſupradictum eſt in *ver. quo contumace, iudicis ſententia interlocutoria Curt. dicto tract. de poſition. num.10. Carpan. d.c.83. n.161 Cepoll. caut.50.* & ità pariter diſponit ſtatutum noſtrum *verſ. quo contumace exiſten. &c.* fieri namque poſſet, vt reus non reſpondens afferret aliquam legitimam cauſam, cur non reſponderit? vnde non deberet haberi pro confeſſo, vel pro ne-
114 gante, vt per *Curt. ibidem*, porrò hic expreſsè diſponitur, quanto temporis interuallo contumacia, ſeù mora purgata cenſeatur, quod aliàs iudicis arbitrio relinquitur *l. mora in princ. ff. de vſur. Menoch. de arbitr. iud. caſ.7. num.13. & caſ.220. num. 2. & 3.*

R **Et idem fiat, ſi reus reſponſum ab actore velit)** fiũt enim poſitiones ab vtraque parte hinc inde *Speculat. tit. de poſit. §.3. num.3. & 4. ex tex. in cap. prout de dol. & cont. & c. vnico de lit. conteſt. Veſtr. d.*
115 *cap. 14. nu.2.* reus ſiquidem aliquando oneratur probatione, cum in exceptionibus ſit actor *l.1. & l. in exceptionibus ff. de except.* & debet inter reũ, & actorem ſeruari æqualitas, vt ſupra dictum eſt hoc cap. ad verbum ſuo iuramento.

S **Reſponſio autem credulitatis habeatur pro confeſſione)** reuidenda ſunt ſuperius not. ad verbum credit, vel non credit, adde *Maſcard. de probat. concl. 348 num.23.*

T **Nec confeſsio &c. ex partis alterius**
116 **abſentia)** per hoc ſtatutum impugnari non poteſt confeſſio reſultans ex reſponſione ad poſitiones, ſed perinde tenet, ac ſi parte præſente, & acceptante facta fuiſſet: licet
117 iure aliàs partis alterius præſentia requiratur, vt confeſſio præiudicet confitenti *l. certum §. ſi quis abſente ff. de confeſſ. l. fin. ff. de interrog. action.* placuit verò nihilominus ſtatuentibus, partis præſentiam hoc caſu non requiri, quia ſatis videatur confidi poſſe in hoc actu de iudicibus, & notarijs
118 tamquam publicis, & authenticis perſonis. Vnde nec admittitur, vt aduocati, vel procuratores reſpondentis poſitionibus ſint præſentes, cum ille ſolus adeſſe, ac reſpondere debeat *Speculat. tit. de poſition §.3. num.7. Maran. d. act.4. nu.15. Veſtr. d.*
119 *c.14. nu.8.* niſi tamen reſpondens eſſet ruſticus, vel aliàs idiota, & ſimplex perſona *Alex. in l.1. ſub nu.4. ff. de vulg. & pupill. Marant. d. act. num.16. Grauat. ad Veſtr. d. cap. num.30.*

V **Procurator ſuo iuramento fidem fa-**
120 **ciat)** præſumitur namque id verum, quod iuramento aſſeritur, quia iurans præſumitur non immemor ſalutis æternæ *l. fin. C. ad l. Iul. repet. Menoch. de præſumpt. lib. 12. præſump. 60. nu.1. & 2.* & meritò quidem in actu, qui vel nullius, vel modici præiudicij eſſe poteſt, nempe in probanda abſentia eius, qui deberet reſpondere poſitionibus. ſtatuentes contenti fuerunt hac probatione, ſicuti eamdem ſufficere voluerunt in ſuſpicione iudicis ante litem conteſtatam ſupra cap.12. quod & iure communi ſeruandum eſſe dixerunt Doct. ex ea ratione, quia iudicis recuſatio initio cauſæ cenſeatur modici præiudicij *Bal. in l. apertiſſimi num.10. C. de iudic. Seraphin. de*

iudic.

priuileg.iuram.priuil.6.num.3. cum alijs Doctо. ab eo citat.

X Ad respondendum admittatur) per hoc
122 statutum sufficit mandatum in genere ad respondendum positionibus,sed in casu absentiæ principalis,seu domini vltra 40. milliaria,& absque fraude, aliàs requiritur speciale mandatum nempe ad respondendum sic, & sic,prout parirer ad positiones faciendas requiritur mandatum ad ponendum sic & sic iuxta *not. per Bart.in l.vltima in fin. C.de Procur.Couar.pract. qq. cap.20 vers. Est tamen hac in re, & per Vbert.de Bob.in tract.de positio. nu.10. Pract. Papien. in forma position.act.verb. Simoninus num.1.& 2. Rot. in recent.diuers. decis. 779.par. 2.* vbi quod requiritur mandatum specialissimũ,& indiuiduũ tã ad ponendũ, quã ad respõdendũ *Belt.ad Greg.dec.282.n.9.& Rota in Ascul.Societatis 28.Iunij 1618.coràm Card. Virili* Itaque nec sufficit mandatum amplum iuxta formularium Curiæ Romanæ,in quo licet contineatur talis facultas,tamen tũ potest dici,quod Dominus dederit mandatum speciale ad respondendum sic, & sic, cum non constet de scientia,aut certioratione ejusdem Domini, quod hoc contineretur in dicto formulario *Rota in Bononiensi fideicõmissi 6. Martij 1996.coram Lancellotto.*Si tamen confessio fuisset expressè, vel tacitè acceptata,sufficeret,vt annuit *Rot.in Romana pecuniaria de Grandis 26.Nouembris 1605. coram*
123 *Marquemontio*. Quando autem Procurator absentis requisiti, vt compareat ad respondendum positionibus, comparet ad allegandum eius absentiam,tenetur procurare,quod positiones transmittãtur; & quidem sumptibus sui principalis, *Afflict. dec.177.Rot.Lucen.vers. nec obstat*,quod speciale mandatum &c.in fine,& hoc de iure cõ-
124 muni; In casu autem statuti nostri secus videtur, quia attendenda est distinctio, & forma per il-
235 lud tradita; An autem ipse Procurator possit cogi respondere positionibus? & quod sic *Bart. in l.referre & Bald. & Angel. in l.non solum ff. de procurat. Pariſ. conſ.70.num.15.lib.4.Afflict.de-*
126 *cis.92.*secus tamẽ dixit Rota nisi habeat ad id speciale mandatum *in Bisuntina Pensionis 18. Maij 1603.coram Sacrato.*Quem etiam videtur distinguere,quod circa,ea quæ quis sciuit, vel scire potuit,tanquam Procurator non potest cogi,quia nõ tenetur pandere secreta causæ, quo verò ad ea, quæ sciuit tanquã extraneus,& tanquã quilibet de populo, potest cogi cum hoc tantum casu possit cogi etiam subiicere se examini *Rota vbi ſupra &c.*sed vbi nam debet expediri actus respõsionis ad positiones? dic quod ante Iudicem, vti docet *Bart.in l.vbicunque num 20.ff.de interrog.action. Specul depoſit.§.5.num.12.& 13. & ita diſponit conſtitutio fel.recor.Pauli Papæ V. ſuper reform. Tribun.Vrb. cap.de notar. vers. reſponſiones ad articulos*, quæ tamen expressè permittit aliter fieri ex causa infirmitatis, aut legitimi impedimenti litigantium, & ita vsu seruatur; maxime verò illud etiã seruatur,vt ad personas egregias,vel valetudine impeditas mittatur notarius,qui respõsiones ad positiones recipiat *per tex in l.ad perſonas egregias ff.de iureiur.not. Aſin. in ſua prax.§. 32.2.ampl. 32. Ludou.decis.Peruſin.77.nu.10.*

par.2.cum alijs citatis per Carpan.d.cap.83.n.12
127 Et quidem huiusmodi responsiones debent fieri absq; præsẽtia Procuratoris,seu Aduocati,quod tamen fallit in homine simplici, rustico, muliere, vel minore, quia tunc pro eis admittitur respõsio per Procuratorem *Menoch.de arbitr.caſ.293. nu.4. & caſ.294.nu.78.*quod autem,an,& quãdo procedat vide *Ludou. decis. Peruſ.81.per tot.*

Y Sumptibus absentis) quod absente eo, qui positionibus respondere debet, possit Iudex ad eum destinare Notarium, qui responsum recipiat sumptibus ipsius absentis. Iuris aliàs esse traduut *Aſin.deciſ. Peruſ.& Carpan.locis proximè citatis*.

Demum hic subiiciamduo notatu digna,& Sacræ Rotę auctoritate potisimùm approbata,
128 vnum est, quod mulieri etiam post didicita testificata per viam restitutionis in integrum potest positiones iam datas denuo dare, & testes super antiquis articulis introducere *Afflict. dec. 216.num.2.Oſaſc.decis.Pedemont. 87.num. 3. & tenuit Rot.in Romana pecuniaria 1.Iulij 1620.*
129 *coram Remboldo*, Alterum est,quod qui positionibus semel respondit, potest nihilominus à Iudice compelli ad iterato respondendum, quia possibile est,quod hodie credat vnum,cras aliud *Rot.dec.1.de confeſſ.in antiq. Surd.deciſ.17.num.* 8. & ideo non poterit respondens dici periurus *Surd. ibidem Calderin. conſil. 152. alias 4. de confeſſ. Tuſc cõcl.286 n.42.*verbo posi io,quæ
130 tamen conclusio hanc recipit distinctionem, quã ponit *Surd.d.decis.num.12.* nempè vt procedat, vbi quis respondeat ad positionem de facto alieno,secus autem si de facto proprio. Addo & tertium notabile pro admonitione respondentium positionibus, quod præter alias poenas inductas contra falsum dicentes in responsionibus ad positiones,de quibus supra littera M.ad verbum pro confesso *num.74 & littera O.ver. pro confeſſatis* & infra *cap.ſeq littera A. num.2.& 12.Si* respõdens de mendacio postea conuincatur, vel in
131 vna tantum positione, præsumitur etiam mendax in alijs,ita vt probandi onus trãsferatur in ipsum & habetur pro confesso, etiam quoad alias, facit *tex.in c.ſemel malus de regul.iur.in 6. & in l. ab ea parte ff.de probat. not Caſtren.conſ.302.lib.2. Natt.cons.59.num.19.& ſeq. Aym.cons.282.n.9.*
Et patitur etiam poenam, vt contra eum possit iurari in litem *Surd.d.deciſ.58.num.1.Gratian diſcept.109.num.3.& 5.*Neque prædictis obstat tlatutum nostrum, quia sunt casus ab eo omissi,qui ideireo remanent in dispositione iuris communis *ad tex. in l. commodiſſime ff.de lib. & poſthum. cum ſimilibus*. Notatu etiam dignum videtur in
132 hac materia, quod positio potest fieri contraria positioni datæ per Aduersarium *Surd. decis. 17. num.1.*quamuis quando sint datæ contrariæ positiones hinc inde, & vterque litigans iurauerit de calumnia,neutram partium teneri ad respondendum,dixerit idem *Surd. deciſ. 196. num. 10.*
133 Nec non etiam notandum quod in positione negata non potest negans se tundare *Surd. d. deciſ. 96.num.3.*& amplius ex positione negata neutrã
134 partium posse sumere fundamentũ,tradunt Doct. omnes, vti testatur *Pract.Papien.in form libelli act.real.verb. Primo quod publica vox num.4.fol.*

mihi.

mihi 160 Et pariter qui recusauerit, respondere per illa positione recusata exerceri, non potetit constituere fundamentum *Bald. & Alex. in l. 3. circa fin. C. de repud haered. Gabriel. concl. 1. de regul. iur. num. 11. Surd. d. decis. 196. num. 4.* potest
135 tamen ponens reuocare confessionem suam in positionibus factã, & acceptare cõfessionem partis emanatam super ijsdem positionibus ex *Rot. apud Reuerendissimum D. meum Decanum Coccin. decis. 164. num. 4. & decis. 170. num. 1.* id vero permittitur, si reuocatio fiat incontinenti, idest tẽ integra, vel si concurrant alia requisita ad facultatem reuocandi, de quibus *Alex. ad Bart. in l. post ligatum in prine. verbo Sibi sufficiet ff. de his quib. vt indign & Gabriel. concl. 1. de reg. iur. praecipuè num. 14 & seqq. Rot. in praedictis decisionibus proximè citatis.*

136 Non videtur denique omittendum, quod si vltimæ positioni sit data simplex responsio ea est referenda tam ad confessata, quàm ad negata, neque infertur ad præcedentia, si respondens in antecedentibus dixisset nihil scire *Prati. Papien, tit. de form. excipien. contra Positiones verbo. Vltima positioni fol. mihi* 137.

De negantibus filiationem, & reliqua hic expressa.

Cap. LXIX.

QVicumq; positionibus, siue articulis respondendo, filiationem, fraternitatem, matrimonium, dignitatẽ, officium, rabellionatum, communionẽ, mortem, vel vitam alicuius negauerit; & contrarium postea fuerit probatum, puniatur in ducatis auri quinque pro vnaquaque positione; ex præmissis. c Si vero solutionem, aut satisfactionem debiti sibi factam negauerit, in ducatis auri decem parti mulctetur. In quibus per Iudicem in sententię prolatione condemnari debeat: aliàs ipse de suo teneatur, & nihilominus pœna prędicta per partem læsam, tam in syndicatu à Iudice, quàm ab aduersario, qui negauerit, quandocumque peti possit.

SVMMARIVM *Annotat.*

1 *Pœna negãtium veritatem in multis casibus;*
2 *Mendacium velut delictum habetur.*
3 *Mendacium est falsa significatio vocis, cum intentione fallendi.*
4 *Falsum iurando mentitur qui scit falsum esse quod iurat.*
5 *Mendacium non punitur, quando veritas negatur per errorem, vel sine dolo, vel lata culpa.*
6 *Neque vbi reuocata sit negatio ante litis contestationem: vel antequam negans sit conuictus de mendacio: neque vbi pars grauata non fuerit. & n. 7.*
Amplia vt n. 8. 10. 11.
8 *Confessio in positionibus an reuocari possit in continenti?*
9 *Contrariorum eadem est disciplina.*
13 *Dictio, Quicunque, omnes includit, etiam personas priuilegiatas. & n. 14. 15.*
Declara in casu Statuti, vt non comprehendat minores. n. 16.
17 *Minor non includitur in statuto, vel consuetudine puniente aliquid, quod de iure communi non sint punibile.*
18 *Determinatio respiciens plura determinabilia debet pariformiter determinare.*
19 *Restitutio in integrum an, & quando concedatur aduersus responsiones malè factas positionibus? remissiuè.*
20 *Et quid in minore aduersus positiones in sui praeiudicium factas?*

ANNOTATIONES.

A Simile statutum extat Mediolani, quoad primam partem huius cap. nempe vsque ad verticulum si verò solutionem, ideo videndæ sunt lucubrationes doctissimi Viri *Horatij Carpani ad cap. 84 statut. Mediolani*, de pœna negantis posi-
1 tiones filiationis; pœnas verò negantium veritatem in multis, variisque casibus, vbi contrarium probetur, vide apud *Bertach. in suo repert. sub verbo Negatio, & verbo Negans, & Gabriel. de acquiren. poss. concl. 5. Specul. tit. de position. §. 9. n. 7.*
2 mendacium namq; velut delictum habetur *l. sed & si ex parte §. 1. ff. quod cum eo, vbi glos. verbo Propter mẽdacium* citat quamplures alias leges, quæ mendacium in diuersis causis puniunt *text. est præcipuè in l illud §. penult. & ibi etiam glos. verbo Domino negare ff. de tribut. actio.*
3 Est autem mendacium falsa significatio vocis cum intentione fallendi *Thes. dec 50. nu. 6.* & habetur ex *Diuo Augustin. in c. Beatus Paulus 22. q.*
4 2. vbi etiam traditur, quod ille falsum iurando mentitur, qui scit falsum esse, quod iurat, refert *glos. in l. de aetate §. si cum esset, verbo Mendacij ff. de interrog. actio*, vnde conclusio deduci posse videtur, quod vbi veritas negetur in positionibus, vel alibi per errorem, vel aliàs sine dolo, vel lata culpa, non est locus pœnis in iuris cõis,

vel municipalis contra negantes veritatem id ipſum probatur *ex dicta l. de ætate §. ſi cum eſſet, & §. qui iuſto errore, ff. de interrogat. actio. not. gloſ. fin. in l. fin. ff. de rei vendic. & ibi Bartol. num. 1. & 2. Angel ſub num. 3. Alex. in l. etiam §. licet in dotalibus num. 9. ff. ſolut. matrimon. Gabriel concluſio. 5. de acquirend. poſſeſſ. num. 26. Carpan. d. c. 84. n. 24. & 25.*

6 Neque locus eſt eiuſmodi pœnis, vbi reuocata ſit negatio ante litis conteſtationem, vel antequam negans conuictus ſit de mendacio, ſicque, vbi pars grauata non fuerit *Gabr. dicta concl. 5. de acquir. poſſeſſ. num. 26.* & alij ab eo cumulati *Carpan. dicto cap. 84. verbo negauerit Aſin.* 7 *in ſua praxi §. 19. cap. 10.* nam ex negatione & mendacio, quis non debet puniri, niſi pars grauetur, vt probat idem *Aſin. dicto cap ſub num. 5. Theſaur. dicta deciſ 50.* ſicuti pariter dicitur 8 de confeſſione in poſitionibus, quod ea reuocari poſſit incontinenti, & *Gratian. diſceptation forenſ. 109. num 23. & ſeqq.* qui etiam dat plures alias limitationes, & ante partis acceptationem etiam non docto de errore, aliàs regulariter non reuocatur confeſſio niſi docto de errore, *Bart. in l. de ætate §. qui iuſto in princ. ff. de interrog. action. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 5. num. 15. & 16. Mancin. tractat. de confeſſ. artic. 5. cap. 4. num. 43.* quæ quidem pariter procedunt tam in confeſſione quàm in negatione, ita vt in ſuis caſibus æque reuocetur negatio, 9 atque confeſſio. Contrariorum enim eadem eſt diſciplina, & ratio *l. etſi contra in fin. ff. de vulg. & pupill. inſtit. & de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. in princ. Euer. in cent. ſua loco à contrarijs*; ad hæc tamen vide omnino, quæ dicta ſunt in *c. precedenti in verbo ſuas poſitiones verſ. & quod ſup. diximus.*

10 Nec locus foret eiſdem pœnis, ſi reſpondens diceret ſe negare narrata, prout narrantur eſſe vera *Gabr. d. concl. 5. de acquir. poſſ. n. 28. Carpan. d. verbo negauerit.*

11 Nec vbi poſitio erat impertinens, vel inepta *Aſin. in ſua prax. §. 19. c. 12. Gabr. d. concl. n. 29. Carpan. d. verbo negauerit in fin.*

Verum vltra pœnam ſtatuto noſtro in hoc caſu in dictam, alteram etiam puto addi poſſe, quæ generalis eſt ex diſpoſitione iuris communis, nempè 12 quod poſitione à ſe negata non poteſt quis ſe iuuare *Specul. de poſit. §. 8. n. 1. Alex. conſ. 122. n. 9. lib. 2. Guid. Pap. q. 182. Curt. iun. conſ. 41. n. 14. Gabr. concl. 1. de reg. iur. n. 2. & uide ſup. not. 6. precedenti propè fin.*

B Quicumque poſitionibus, ſiue arti-

13 culis) dictio iſta quicumque omnes includit, & neminem excludit, *c. ſolita vbi gloſ. verbo quodcumque de maior. & obed.* & comprehendit etiam perſonas priuilegiatas *Bald. in l. in*

14 *fraudem §. fin. vbi probat ex text. ff. de teſtam. milit. Dec. in l. 1. num. 8. ff. de reg. iur. Natt. conſ. 613. n. 7.*

15 Vnde videtur includere etiam ætate minores regulariter, quod in ſpecie ex communi *Doct. ſententia not. Marſil. ſingul. 481. probat. text. in c. conſtitutus de in integr. reſt. & in l. fine hærede §. Lutius ff. de adminiſtr. tut. tradit Alex. conſ.*

16 *254. num. 4. lib. 6.* Attamen in caſu huius ſtatuti non videntur comprehendi minores, vt in caſu ſtatuti imponentis pœnam negantibus ſcripturam propriam, *tradit Anchar. conſil. famil. lib. 2. conſil. 39.* motus ex ſingulari dicto *Ro-*

17 *man. 8. 6.* nempè, quia vbi ſtatutum, vel conſuetudo punit aliquid, quod de iure communi non eſt punibile, tunc minor non includitur in ſtatuto, vel conſuetudine *cap. 2. de delict. puer.* Vnde ad prædictam concluſionem ſingularis ſumitur limitatio, quam menti tenendam idem *Roman.* admonet, hanc etiam *Roman. & Anchoran.* opinionem ſequitur in caſu ſtatuti, de quo agitur *Carpan. d. c. 84. verbo ſi quis n. 1.*

C Si vero ſolutionem) huic parti etiam accommodari videntur *not. ſuperius ad rubr. & 1. p. huius capituli* & dum hic ſtatuitur de negatione ſolutionis, aut ſatisfactionis debiti, intelligere debemus de negatione in poſitionibus facta, nam verba initij huius capit. .ſ. quicumq; poſitionibus, ſiue articulis reſpondendo referantur pariter, vt apparet, etiam ad iſtam ſecundam partem argumento *text. in l. iam hoc iure §. ſed ſi alter partes ff. de vulg. &*

18 *pupill.* vnde aliàs regula deſumitur, quod vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet pariformiter determinare.

19 Demum verò circumſcripto hoc ſtatuto an, & quando minor, vel maior de iure communi in integrum reſtituantur aduerſus reſponſiones malè factas ab ipſis, vel eorum procuratoribus aduerſarij poſitionibus, *vide Odd. tractat de reſtit. in integr. queſt. 65. artic. 3.* & alijs ab ipſo ibidem in fine indicatis. Amplius an, & quando minor

20 reſtituatur aduerſus poſitiones à ſe ipſo in ſui præiudicium factas, vide eumdem *Odd. dicta q. art. 2.*

---

a De Articulis, & alijs, quæ habentur pro admiſsis.

Cap. LXX.

b

Rticuli, inſtrumenta, exceptiones, replicationes, teſtes, & iura quæcumque c à quacumq; legitima perſona in iudicio, d parte legitimè citata producantur, ipſo iure per hanc legem cenſeantur, ſi & in quantùmſaltem exceptionibus, & iuribus hinc inde in fine cauſæ diſcutiendis, e admiſſa; & ſi admitti non debebant, habeantur pro non productis, neq; admiſſis, & nullã fidẽ faciant, neq; adminiculum ad mouendum animum Iudicis, & Iudex diffinitiuè pronuntiando, cenſeatur omnia obſtantia f tacitè reiecciſſe, &, ſi articuli medio iuramento dati fuerint, g alia materiarum ſpecificatio non requiratur.

SVMMA.

SVMMARIVM Annotat.

1 Iurium appellatione quid significetur in Iudicio?
2 Dictionis, Quacunque, vis.
3 Instrumentorum appellatione an veniant tantum instrumenta publica, vel etiam scriptura priuata? remissiuè. & n. 4
5 Verba in Statutis accipiuntur iuxta communem vsum loquendi.
6 Productio iuriū quomodo facienda; remissiuè.
7 Actus iudicialis exerceri non potest nisi à legitima persona.
8 Citatio est necessaria ad videndum fieri productionem iurium: & eius effectus. n. 9.
10 Iurium admissio cum clausula, si & in quantum, &c. facit vt lites celeriùs expediantur.
11 Decretum Iudicis super admissione iuxta formam statuti, positionum & articulorum euidenter impertinētium, an iure subsistat & n. 12. 13. 14.
15 Grauamen est causa immediata appellationis.
16 Iudex per processum ad vlteriora videtur exceptiones reiecisse.
17 Citationis ad dicendum contra articulos forma; remissiuè.

ANNOTATIONES.

A T iura quæcumq.) iurium appellatione ex communi vsu loquendi in iudicijs notoriè veniunt
1 scripturæ omnes, ex quibus partium iura panduntur, sicq. ponitur continēs pro contento, quod etiam in legibus sæpè fit *l. solet in princ. & ibi gloss. v. Custodiarum ff. de offic. Proconſ, not. Euer. in sent. sua loco & subiecta materia num.* 12. Vtque iura omnia includerentur, nullo excluso additum est, etiam verbum quæcunque, cuius scilicet dictio-
2 nis hæc uis est, vt omnnia includantur, & nihil excludatur *c. solita, vbi gloss. verbo, Quodcumque de maior. & obed. cum alijs adductis per Barbos. dict. ien. 269. quicliqne tract. de dict.*

Posset autem fortè quispiam dicere, quod ad id ipsum satis fuisset verbum instrumenta, quod etiā positum est in hoc cap. quandoquidem instrumentorum nomine ea omnia accipienda sint, quibus causa instrui potest *l. 1. ff. de fid. instrum.* sed respondetur, q̄ quidquid sit de iure, an appellatione instrumentorum veniant tantum instrumenta
3 publica, vel etiam scripturæ priuatę, qua de re disputatur inter Doct. *ex l. 1. in princ. vbi gloss. verbo, Littera* C. *de iure iur. propt. calum.* illud videtur satis certum, quod saltem ex communi
4 vsu loquendi nomine instrumentorum intelligantur scripturæ publicæ, non autem priuatæ, vt not. *Bart. in dicta l. 1. nu. 2. & sequitur Caste. ibidem sub nu. 8. Asin. in sua prax. §. 22. c. 4. num. 10. vbi hanc Bart. distinctionem communiter à Doct. receptam esse testatur*, vnde cum verba in statu-
5 tis accipiantur iuxta communē vsum loquendi *ex text. cum ibi not. in l. Labeo ff. de supellect. legat.* vtiq. in statuto nostro, verbum iustrumēta potuisset intelligi de publicis documentis tantum, cum vero mens statuentium esset generaliter comprehendere quascumq. scripturas, ideo v ti sunt verbo iura, quod est magis generale, vsi deducitur, *ex Castr. loco citato*, ibi alia ad producendum iura, *& not. Asin. d. c. 4. num.* 13.

B Articuli) quid præcisè seruādum sit in eorum productione, & citationis
6 formula ad hunc actum vsu recepta, vide apud *Luc. Pat. lib. 2. cap 5. de admiss. artic. nu. 1. & 6.*

7 C A quacunque legitima persona) nam si talis non esset, illa certè non posset iudiciales actus exercere, vnde processus planè corrueret, iuxtà tradita per *Vant. de nullitat. tit. de nullit. ex defec. inhabil. seu mand. comparen. nu* 3. & *per tot. illum tit. latissimè*.

8 D Parte legitima citata] necessaria est enim citatio ad videndū fieri productionem iurium *Rot. decis. 1. n. 3. de fid. instr. in nou. Luc. Pat. lib. 2. c. 8. de iur. siuè instr. produc. cum alijs Doct. relatis ab eo.* Ex citatione verò is sequitur effectus, quod si pars citata nihil opposuerit intra terminum ad opponendum,
9 non poterit amplius opponere, quia censebitur iura illa approbasse *Put. dec. 116. lib. 2. Rot. diuers. dec. 581. num. 1. p. 2. in recent. cum alijs relatis per Beltram. in annot. ad dec. Ludou. 192. nu.* 6.

E Admissa) dum iura, vt per hoc statutum, ipso iure si, & in quantum saluis
10 exceptionibus, & iuribus hinc inde in fine causæ discutiendis censentur admissa &c. remouentur profectò inutilia, impedimenta, & circuitus, atque expeditius, celeriusque proceditur ad finem litium, cui quidem fini potissimum studere solent Pontificię, & Cęsareæ sanctiones *c. finem litibus, & c. venerabilis. de dol. & cont. l. properandum in princ. C. de iud. l. litibus imponentes celeritatē C. de agric. & cens. lib.* 11. Et de simili statuto Florentinæ Ciuitatis, quoad positiones, & capitula, mentionem facit *Asin in sua praxi §. 19. c. 9.* Et quoad exceptiones reseruandas in fine litis extat pariter statutū Papiæ, & Brixiæ, vt refert *Me-*
11 *noch. de præs. lib. 2. præsu. 64. nu. 8.* sed quid si positiones, & articuli euidenter impertinentes producti sint, & iudex mandet nihilominus eos haberi pro admissis iuxta formam huius statuti, atque responderi positionibus, & examinari testes super articulis, cum clausula si, & in quantum, & saluis exceptionibus, ac iuribus hinc indè in fine causę discutiendis, vt in hoc statuto habetur, an iudicis decretum iure subsistat? putarem quidem non teneri, nec debere iudicem admittere eiusmodi positiones, vel articulos, vt in casu statuti mandantis iudicē debere admittere omnes probationes, & exceptiones, saluo iure in fine causę impertinentiū, & non admittendorum tradunt Doct. in *l. 4. Prætor ait ff. de dam infect. Iaſ. in l. si duo patroni § idem Iulianus nu. 24. ff. de iure iur. Paris. cons. 97. num. 136. par. 1.* verum vix dari posse
12 videtur talis casus; at vbi res sit aliquo modo dubia, non est dubitandum de validitate decreti, nam etiam circumscripto statuto nostro, ino-
13 leuit generalis consuetudo, quod non facta di-

scussione, an positiones, vel articuli sint impertinentes, iudex interloquatur eos esse admittendos saluo iure impertinentium, & non admittendorum, ita docet *Ang. in l. in specialis 63. ff. de rei vendic. & in l. si quis libertatem 7. §. quoties num. 3. ff de petit. hared.* cum alijs ibidem relatis, vbi addit ita practicari per aduocatos, & 14 assessores bonos, & nihilominus in casu statuti nostri, vbi iudex admisisset, iura qualiacumque non daretur appellatio, quia cessaret omnino grauamen propter clausulas, & cautelas hic adiunctas, quas perpendere, ac declarare superuacaneum esset, prout de statuto Florentino, licet in dispositione simpliciori, & longè minus forti, quam sit hæc nostri statuti, tradit *Ang. dicto §. 19.* 15 *c. 9 sub nu. 6.* nam grauamen est causa immediata appellationis, & sine eo cessat appellatio *c. suggestum, & c. cum cessante de appellat.*

F Tacite reiecisse) quod aliàs generaliter iuris est, nam iudex per processum ad vlteriora videtur exceptiones reiecisse *l. à procedente vbi Bart. nu. 4. C. de dilat. c. ex parte 67. de appell. vbi Doct. Alex. cons.* 16 *37. n. 19. lib. 2. & cons. 100. n. 2. lib. 5.*

G Alia materiarum specificatio non requiratur) quæ aliàs requireretur, vt videre est apud *Vestr. lib. 6. c. 2. n. 5.* vbi ponit 17 formulam citationis ad dicendum contra articulos, & plenius *nu. 19.*

De Iuramento Testium. Cap LXXI.

TEstes, *b* parte citata inducti, *c* commissione iuramenti per iudicem facta, saltem *d* tempore examinis iuramentum in manibus Notarij præstent: Notarius verò, qui illud recipere *e* cessauerit, in ducatis auri quinque pro vnoquoque teste puniatur; & damnum parti læsę resarciat, & nihilominus dictum Testis *f* non probet.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Testium materiam licèt multi Doctores pertractarint, consultius tamen est, eam videre in corpore vtriusque iuris.*

2 *Testium, & probationum fides relinquitur arbitrio Iudicis. Et quomodo hoc sit intelligendum? num. 3.*

4 *Citatio est necessaria ad videndum iurare testes: alioquin testes sine tali citatione examinati non probant, & num. 5.*
Amplia vt num. 11.
Limita vt num. 19. 20. 21.

6 *Casus, in quibus potest omitti citatio. remissiuè.*

7 *Citatio generalis ad omnia pertinentia ad causam, includit etiam citationem ad videndum iurare testes.*

8 *Interrogatoria Partis aduersæ præseruant nullitatem examinis testiũ ex defectu citationis ad videndum iurare, quando testes fuerint iuxta illa examinati, & num. 10.*
Intellige vt num. 9.

12 *Citatio ad videndum iurare testes debet esse personalis.*

13 *Neq; testes debent iurare eadem die, & n. 14.*

15 *Iuramentũ testium cum citatione an stet præstandum ante examen? & num. 16. 17.*
Distingue vt num. 18.

22 *Receptio iuramenti testium, illorumque examen in forma debet à Iudice committi Notario causæ.*

23 *Et an testis examinatus absque tali commissione probet? remissiuè.*

24 *Testes ex antiquo stylo Fori Capitolini præsumuntur iurasse eo tempore, quo illorum nomina eduntur.*

25 *Et quid iuxta communem praxim?*

26 *Notario ex iure communi non creditur de commissione Iudicis super iuramento testiũ. Secus ex stylo, num. 27*

28 *Testes in dubio præsumuntur iniurati.*

29 *Notario creditur quoad executionem commissionis à Iudice sibi datæ.*
Intellige vt num. 30. 32. & 33.

31 *Probatio admittitur contra præsumptionem iuris.*

34 *Testis sine iuramento non probat.*
Fallit. remissiuè, num. 35.

ANNOTATIONES.

MAteriã testium, de qua in hoc capitulo, & alijs tribus seqq. pertractarunt 25. Auctores quorum tractatus ex ordine habentur in *tract. vniuers. iur. tom. 4.* & recentius, ac plenissimè omnium *Farinac. tract. de test.* sed quia sub titulo de teste in iure ciuili & in iure Canonico mirum in modum hæc ipsa materia declaratur philosophicè, moraliter, & iuxta iuris prudentiam, ideo planè consultum videretur, vt omnes ius dicentes accuratè perlegerẽt leges omnes, et capita eo titulo in vtroq; iure comprehensa, atq; capita 4. q. 2. & 3. ita n. sibi ipsis plurimũ diminuerẽtur laboris, et incõmodi in euoluendis tot Doct. voluminib. de hoc argumento editis, atq; tũ ex regulis generalib. tũ ex casibus particularib. earumdẽ legũ mirificè illustraretur eorum intellectus ad cognoscendum quæ, & quanta fides cuique testi adhibenda sit, sicque æquo vti possent arbitrio, cui quidem arbi- 2 trio fidem testium, & probationum leges ipsæ demum relinqui voluerunt, vti apertè, ac sapienter docet *I.C. in l. 3. §. ideoque Diuus Adrianus leg. quæsitum in fin. & l. ob carmen. §. si testes ff. eod. tit. tradit Dec. cons. 620. num. 1. ac tribus alijs seqq. &*

653.num.4. *Surd. decis.* 105.*num.*13. *Menoch.de arbitr.lib.*4.*cas.*90. vbi plurimos in hanc conclu-
3 sionem congerit, & declarat etiam *num.* 8. *&* 9. quomodo illa ut intelligenda.

B Parte citata inducti) requiritur namque
4 citatio ad videndũ iurare testes, & alias iuxta formulam citationis, quam docet *Luc. Pat lib.*2. *cap.* 5. *de admiss. art. num.*1. *& Vestr. in sua prax.lib.*6.*cap.*2.*num.*5. iure autem communi nititur hæc praxis *l.si quando* C.*de testib. e. in nomine Domini extra eod.tit. vbi Fel.num.*3.*not.* quod testes absque eiusmodi
5 citatione examinati, non modo non probant, sed nec etiam faciunt indicium, & fuit hæc opin. *Bart. in l. Maritus num.*3.*in fin. ff. de quæstion. tradit Afflict. decis.*39.*nu.*5.*&decis.*47.*sub n.*2.*Marian. in suo specul.par.*6,*art.*6. *num.* 2. *Rot. apud Ludouis. dec.*268. *num.*2. Casus autem plures, in qui
6 bus eiusmodi citatio omitti potest, collegit *Rom. singul.* 369. *&ad* 14.*collegit Fel.in d.cap. à n.* 7. *vsque ad* 17. Citatio tamen generalis ad omnia
7 pertinentia ad causam includit etiam citationem ad videndum iurare testes, vt per *Beltram. in annot. ad præditam decis. num.* 12. *iuxta aliam*
8 *decis.Rot.apud R.p.d. Pirouanũ in causa nullius iurisdictionis* 20. *Iuny* 1617. atque etiam testis non inductus, vel examinatus sine citatione probat, vti bene examinatus, si iuxta interrogatoria partis aduersæ fuerit examinatus, tunc enim interrogatoria suppient omnem defectum, *Put. dec.*301.*num.*2.*lib.*3 *Caputaquen. decis.*293. *n.*3. *par.*3 *Rota in Venet. pretensæ legitimationis coram Penia* 6. *Nouembris* 1598. *& coram eodem in Perusina spoly Domus* 21. *Aprilis* 1606. *& coram Iustio in Interamnen. de Brunellis* 24. *Aprilis* 1606. *& in decis.* 555.*sub num.* 4.*par.*1. *in recent. not. Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 9. *§.* 1. *tract.de nullit.num.*77. vbi inquit sustineri examen testium, quando pars, quæ non fuit legitimè citata dedit interrogatoria, per quæ fuerunt interrogati testes examinati, vel saltem eiusmodi defectum esse sanabilé per commissionem in Signatura gratiæ porrigendam, & pro validitate examinis, & probationis testium in hoc casu tenet solida ratione innixus *Farinac.de testib. quæst.*72. *cap.* 1. *ampliat.* 12. *nu.*33. postquam retulerat alios contrarium asserentes, eorumque rationes: Requiri
9 tamen arbitrium iudicantis, vtpotè commissionem causæ arbitrio Iudicis, seù quid simile, aliàs nõ iuncere totam exhortationem Interrogatoriorũ, etiãi Testes super eis examinati fuerint, dicit *Rot.decis.*716.*nu.*5.*par.*2.*in recent.& apud Greg. ibique adden decis.*466.*num.*1.*&*11.*& in Bonon. fideicommissi de Alfanis* 6. *Martij* 1623. *coram Reuerendissimo D.no meo Coccino Decano*; Quod sicuti prædictum est, sanctus nullitas examinis te-
10 stiũ, etiã ampliauit Rota, licet Interrogatoria darentur cum protestatione de non conualidando examen *In Tolentana Iurisdictionis* 11. *Decembris* 1617. *coram R.p.d. Pirouano relata per adden. ad Greg. d decis.* 466. *num.*1.*in fin.*

Ad regulam autem suprapontã de requisita citatione ad videndum iurare testes vltra prædicta, & alias ampliationes communiter per Doctores
11 adduci solitas notabilius amplia, primo regulam ipsa procedere, licet Pars citanda, fuisset præsens quando Iudex decreuit Testes examinari, quia nihilominus requiritur citatio prædicta in cõmissione iuramenti per Iudicem facienda *Rot. in Caputaquen. vnionis* 14. *Feb.* 1591. *coram Peruin.*
12 Secundo amplia, quod huiusmodi citatio debet esse personalis *Rot.coram Reuerendiss.D. meo Decano Coccino decis.*216.*num.* 22. adde, quod
13 neque debeant Testes iurare eadem die *Rot. dec.*
14 74.*num.*1.*par.*4. *diuers.* Imò si pars citata protestetur, quod intendit interesse iuramento testium pro die, & hora certis, iuramentum præstitum absque tali citatione pro die, & hora certis non sustinetur, quia requiritur citatio *Mant. decis.*
15 155.*n.*3. *& dec.*159.*n.*2. & huiusmodi iuramentũ cũ citatione est præstandũ ante examen, non autem, sufficeret, si post ea præstaretur, qua de re ta
16 men diuersæ sunt Doct. opiniones. Sed ea verior esse videtur, vt satis sit iuramentum examen subsequi, vbi Testis sit bonæ famæ *Specul. tit. de test. §. sequitur vers. quid si testis deponit non iuratus & postea iuret. Nell. tract. de testib. ad Bart. n.*
17 60. vel si confestim post examen iurauerit, vti ex pluribus citatis per *Grauat. ad Vestr. lib.* 6. *cap.*2. *num.*36. qui subnectit etiam distinctionem ex *Fel.& Marian. Soc.* per quam pugnantes opi-
18 niones in hoc articulo concordantur, nempe hoc modo, aut sponte, vel ad Iudicis interrogationẽ testes iurant post præbitum testimonium, & sustinentur dicta testium tamquam iurata, aut iurant aliter, & sufficit tale iuramentum, vt valeat examen sine iuramento habitum.

Limita autem eãdem regulam primo, vt non
19 procedat, vbi pars, quæ vult dare de nullitate examinis ex defectu istius citationis, via esset ad ia-
20 tionibus eorumdem Testium, vel eorum publicationem petijsset *Rot.d. decis.* 74 *num* 6.*par.*4.*diuers.* Secundo limita, vbi pars ipsa talem defectũ obijciens, aliàs induxisset easdem personas in Testes, quia censetur illos approbasse, & ideo nulla habenda ratio defectus iuramenti, cum iuramẽtum scilicet solum præstetur ad supplendam fidẽ, & fides ex inductione eorumdem suppleta dicatur; Ita quod exclusa remaneat exceptio contra eorũ personam, & fidem *Bal.cons.*291.*n.*10.*lib.*3.*Alex. cons.*191.*n.*3.*&* 313.*n.*13.*lib.*7.*Rol.cons.*4.*nu.*24. *lib.*4.*Iu.dec.*172.*n.*10. qui loquitur in teste inducto ab vno, & examinato ab alio; limita tertio, vbi idem Aduersarius, qui vellet vti huiusmodi ex-
21 ceptione, ipse quoque testes examinasset sine huiusmodi citatione, sicq. in eamdem incidisset nullitatem, quia non posset huiusmodi defectũ obijcere ex tot.*tit.quod quisq.iur.Coccin.dec.*131.*n.*3 *Adden.ad Greg. dec.*453.*num* 9.

22
C Commissione iuramenti per Iudicem facta) debet enim à iudice committi Notario receptio iuramenti testium, illorũ que examen in forma, vt legitur in formulis citationum apud *Vestr.& Luc.Pat.locis citatis initio proximè not.ad verbum parte citata inducti*, nec dubium est, quin iudices id facere possint *text. in Clem.*1,*de offic deleg.& in l.iudices tunctia auth. apud eloquentissimum C.de fid.instr.vbi etiã DD. not.Vestr.lib.*6.*c.*2.*n.*12. vbi testatur ita fieri etiã ex consuetudine Romanæ Curiæ, & præsertim de consensu partis expresso, vel tacito *Bald. cons.* 481. *nu.*3. qui amplius addit. *num.*4. quod pars, cui tales cõmissio displicet, ab ea, vtpote

vim interlocutoriæ habente debet appellare *Cardin. Tusc. concl* 145. *num.* 12. *sub littera T.* quę

23 vide per totū illam conclusionem declarantem, quando testes examinati sine commissione iudicis non probant, & quando secus, nec tamen citari partem, quoad commissionem examinis attestatur *Vestr. loc. cit. & Luc. Pat. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 5. vbi amplius inquit ex antiquo stylo fori Ca-

24 pitolini testes præsumi iurasse eo tempore, quo illorum nomina eduntur, ideo notarios post iudicis decretum de examine testium consuevisse apponere illa verba, qui testes comparuerunt, & iurauerunt, licet tunc temporis non recipiant iuramentum testium, qui tum veriſimiliter absunt, sed verè recipiant, vbi testes ipſi comparuerint vt examini se subijciant, vnde iuramentum refertur ad tempus commissionis, sicuti etiā examē

25 ipsum testium. Quod autem aliàs iuxta communem praxim examen testium ponatur sub tempus præstiti iuramenti tumque dicatur testis deponere, quando iurat, tradit *Bart. in l. si quando sub num.* 1. *in prima lectur. & in antiqua nu.* 10. *C. de test.* vnde laudat praxim eorum, qui numquam faciunt scribi diem, vel locum, vbi testes examinantur, sed tantummodo diem, & locum iuramenti *ead. l. lect. num.* 4. *& in antiqu dicto num.* 10.

26 Sed numquid credatur notario ipſi de tali commissione? De iure magis communis opin. Doct. est, quod non credatu, vti testatur *Put. in addit. ad Bart. sub littera C. in l. ex sententia ff. de testam. tut. vbi etiam refert quam plurimos ità tenentes, tradit B. ll in l. iudices sub nu.* 5. C. *de fid. instr. Dec. cons.* 42. *num.* 5. *Ruin. cons.* 63. *nu.* 17.

27 quidquid vero sit de iure, certum est, quod de stylo creditur notario in hoc casu *Verall. decis.* 245. *par.* 2. quam refert, & sequitur *Menoch. de præsum. lib.* 2. *præsum.* 79. *nu.* 20. & hic quidem stylus in Vrbe, & præcipuè in foro Capitolino notorius est, ideo seruari debet, etiamsi leges aliter disponerent, vt per *Asin.* qui plurimos alios recenset ad id ipsum in sua praxi *§.* 12. *cap.* 16. *limit.* 3. *num.* 1. *& secundo.*

D Tempore examinis) sufficiāt dicta ad præcedentē notat.

E Cessauerit) debet autē apparere iuramentū per

28 testes fuisse præstitū, aliàs in dubio præsumuntur iniurati deposuisse *Graual. ad Vestr. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 40. *Greg. decis.* 351. *num.* 20. & licet id probetur ex attestatione Notarij, tamen debet hoc

29 per eum esse expressum, sed quomodo probari poterit notarium defecisse in receptione iuramēti certum quidem est iure præsumi pro notario ex traditis plenè per *Menoch. de præs. lib.* 2. *præs.* 79 *à n.* 1. *vsq ad* 16. & in specie creditur ei, quoad executionem commissionis à iudice sibi datæ, vt est casus noster *Dec. cons.* 42. *num.* 5. *Menoch. d. præ-*

30 *sump. num.* 19. Attamen conuinci poterit de tali defectu per testes deponentes de negatiua coarctata loco, & tempore, nam contra iuris præsū-

31 ptionem, qualis est hæc, admittitur probatio, vti fat notum est, & probatur ex *Menoch. de præsum. lib.* 1. *q.* 4. *nu.* 7. *& q.* 60. *& lib.* 3. *præsump.* 121.

32 *num.* 7. Vel etiam conuincetur notarius, si in receptione iuramenti non adnotauerit dispositiuè, quod testis iurauit tactis scripturis, nec enim satis esset enūciatiua videlicet testis iuratus *Rot. apud Verall. decis.* 285. *num.* 1. *& 2. & decis.* 295.

33 *par.* 3. *& decis.* 234. *par.* 1. *in recent.* Quod tamē intelligendum est cum quinque limitationibus relatis per addend. ad *Greg. dec.* 39. *num.* 4. *& seqq.*

F Non probet) testi enim sine iuramento ni-

34 dem non adhiberi certum est *l. iusiurandi religio. & l. si quando C. de test. cap. nuper* 11. *eod. tit. Graual. ad Vestr. lib.* 6. *c.* 2.

35 *num.* 36. *& seq.* fallit tamen regula in sex casibus de quibus *per Fel. in cap.* 39. *suis quæstionibus n.* 2. *& seqq. de testi. Graual. d. cap. num.* 40.

De Testibus recipiendis, vel non.

Cap. LXXII.

NVllus in causa sui *b* Collegii in testem recipiatur, & recepto, fides non adhibeatur, nisi sit persona *c* grauis, & fide digna, & nullum in ea causa *d* priuatum interesse prætendat. Diffidata autem Communitate, singulares personæ à testimonio *e* non repellantur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Rubrica restringitur, & declaratur per nigrum, quando illa non habet orationem perfectam.*

2 *Ratio reddi non potest omnium, quæ à maioribus gesta sunt.*

3 *Collegij definitio.*

4 *Collegia ea licita sunt, quæ legum, & Principum auctoritate sunt comprobata: alia autem sunt illicita.*

5 *Collegium, & Vniuersitas sunt idem.*

6 *Collegium, vt constituatur, requiruntur saltem tres personæ. Retineri tamen potest per vnam, vbi ius omnium in ea reciderit, & num.* 7.

8 *Collegio Artificum in Vrbe instituta fuere à Numa Pompilio.*

9 *Testes esse debent graues, & fide digni.*

10 *Testis habens causam lucri, vel gratiæ non admittitur.*
Amplia etiam in personis singularibus Collegij pro ipso Collegio.

12 *Testi de Collegio, quanta fides sit danda, est arbitrarium Iudicis.*

13 *Collegij personæ admittuntur in testes in causa con-*

sa contra ipsum Collegium.
14 *Ratio legis vbi cessat, cessat etiam ipsa lex.*
15 *Communitatis diffidatæ personæ singulares non repelluntur à testimonio.*

ANNOTATIONES.

A Vbrica, seù titulus iste adeo generalis multum pollicetur, sed nihilominus ita restringitur per nigrum, seu textum vt decernat qui nã in causa sui Collegij nõ recipiãtur vel recipiantur in testes, & amplius adiicit, quod diffidata Communitate singulares personæ à testimonio non repelluntur, sic rubrica restringi-
1 tur, & declaratur per nigrum, quando illa non habet orationem perfectam, vt hic iuxta tradita per Doct. & alios *in l. 1. ff. si cert. pet. & Euer. in cons. suo loco à rubro.*

Verum cum plurimi dentur casus, vbi certæ personæ in testes non recipiuntur, de quibus pòtissimum in toto *tit. ff. & C. de testi.* & inter alios tractatus de Testibus apud *Farina.* cur nam statuentes, hic locuti sint, & disposuerint tãtummodo de vnico casu? Possemus fortè in primis respondere cum Iuliano I.C. ꝙ non omnium, quę a maioribus constituta sunt, ratio reddi potest *l. nõ omnium 20. ff. de leg.* sed nihilominus rem ipsam melius perpendendo arbitrarer, id factum esse, quia in toto *tit. ff. & C. de testib.* casus isti expressè decisi non reperiuntur, cum tamen vtrobiq. leges ferè omnes versentur in decernendo, quæ nã personæ non admittantur ad dicendum testimonium, nam quibus non est interdictum, illi omnes id iure præstare possunt *l. 1. in princ.* ibi, & ij, quibus non interdicitur testimonium; accedat quod agitur sæpissimè in Foro, & iudicijs, quanta sit adhibenda fides testibus, qui pro eorum vniuersitate, seù Collegio testimonium dicunt, vt satis notum est, & refert *Menoch. de arbitr. iud. cas.* 106. in primis verbis, vnde articulum istum videmus à quàmplurimis Doct. fusè examinatum, & præcipuè ab eodem *Menoch.* ibidem à *Mascard. concl.* 1421. & nouissimè à *Farinac. tract. suo de test. q.* 60. *illat.* 17. à *num.* 450. *vsque ad nu.* 543. *mitto Canonist. in c. insuper eod. tit.* & alios, in aliis locis, nam tres recentiores nominati præcipuè *Farinac.* rem ipsam adamussim discussérunt, & explicarunt, atque adeo non est mirum, simile statutũ in hoc articulo haberi etiã in Ciuitate Mediolanesi, quod scholijs illustratũ est ab *Horatio Carpano cap.* 86.

3 B Collegij] Collegium est societas plurium personarum, quę sunt eiusdem Ordinis, ac professionis, & vnum corpus constituunt, vt colligitur *ex l. 1. in princ. & §. 1. ff. quod cuiusq; vniuersi. nomin. l. fin ff. de excus. tut.*
4 *l. ne quis 19. C. de pan.* Ea verò Collegia licita sũt quæ legum, & Principum auctoritate cõprobata sunt, alia autem illicita sunt *l. Collegia vers. in summa autem ff. de Colleg. d. l. 1. ff. quod cuiusque vniuersi. nom. in princ. & §. 1.* Quibus autem permissum est corpus habere Collegij Societatis, siue cuius alterius earum nomine, proprium est ad exemplum Reipublicæ habere res communes, arcam communem, & actorem, siuè Syndicũ, per quem tanquam in Republica, quod communiter agi, fierique oporteat, agatur, & fiat, ita habetur in eodem §. 1. cuius verba prædicta placuit hic reponere tamquam elegantia, & ad maiorem declarationem huius materiæ valde oppor-
5 tuna. Porrò Collegium, & vniuersitas idem sunt, quod probatur potissimũ ex *d. l. 1. iuncto §. quod si nemo, & l. seq immò ferè per tot. illum tit.* nam vnum pro altero sæpè ponitur; sunt etiam alia synonima eiusdem significationis, vti tradit *Luc. de Pen. in l. 2. §. Collegio C. de Cur. Vrb. Rom. lib.* 11.

6 Ad Collegium autem faciendum tres saltem personæ requiruntur *l. Neratius* 85. *vbi glos. ff. de*
7 *ver. sign.* retinetur tamen per vnã, vbi ius omniũ in ea reciderit *l. sicut mancipium §. fin ff. quod cuiusque vniuers. nom not glos. in dicta l. Neratius, Mandos. ad glos. facult. §. volentes verbo Collegium circa prine.*

8 Demum, ne hoc etiam prætetmittam, Collegia, artificum in Vrbe Roma primum instituisse dicitur Numa Pompilius, ita vt suum peculiare corpus haberent tubicines, suum aurifices, architecti, tinctores, sutores, coriarii, fabri ærarii, figuli, reliquasque artes etiam singulas omnes in suum quamque corpus redegisse, atque sic primũ sublatam ex Vrbe eã diuersitatem, qua alii Romani, alii Sabini, hi Romuli, illi Tatii Ciues censebantur, ità habetur apud *Plutare in vita Numæ*, qua de re etiam aliquid meminit, *Plin. lib.* 34. *cap.* 1.

C Grauis, & fide digna) hæ enim qualitates in Testi-
9 bus requiruntur *l. in testibus ff. de testibus.*

D Priuatum interesse prætendat) nam hoc etiam generaliter in testibus animaduertendum est
10 ne causam habeant lucri, vel gratiæ, alioqui non admittuntur *l. testium fides in princ. in postremis*
11 *verbis ff. eod. tit. l. omnibus C. eod. tit.* & in specie nostra, quod vbi personæ singulares Collegii habeant priuatum interesse in causa ipsius Collegij, excludantur à testimonio pro eodem ferendo, tradit *Menoch. d. casu* 106. *num.* 13. *Mascar. d. concl.* 1421. *num.* 16. *Farinac. d. q.* 60. *nu.* 496. Et hæc quidem opinio communis est, & verissima, sicuti testatur ibidem *Farinac.* quanta autem
12 fides testi de Collegio, seù vniuersitate adhibenda sit, iudicis arbitrio relinquitur *Menoch. dicto cas.* 106. *num.* 9 & 11. *in fine* & ita tenent communiter Doct. sicuti testatur *Farinac. d. q.* 60. *n* 538.
13 personæ verò Collegij in causa contra Collegium admittentur, cum nimirum cesset prædicta ratio priuati interesse, & cessante legis ratione,
14 cesset [& ipsa *lex l. quod dictum ff. de pact. l. adsigere §. quamuis ff. de iur. patr.* & ideo iure communi non prohibetur earum testimonium, sicq; eædem personæ remanent sub regula iuris volente, vt ij omnes testimonium dicere possint, quibus non est interdictum *l. 1. in princ. in final. ver. & l. ex eo ff. de testi. probat Carpan. in casu similis statuti d. cap.* 87. *num.* 4. *Farinac. d. q.* 60. *n.* 488.

15 E Non repellantur) nec iure quidem communi repellantur à te-

stimonio

simonio personæ singulares diffidata communitate, ideo eisdem permissum esse censetur dicere testimonium *d. l. 1. in princ. & d. l. ex eo ad hæc confert c. 64. supra hoc eod. lib.*

De numero testium.

Cap. LXXIII.

IN qualibet causa, vltra septem testes *a* non recipiantur super quolibet articulo, seu capitulo.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Testium numerus ex iure communi relinquitur arbitrio Iudicis. Et ratio num. 2.*
3 *Statutum, in quo non derogatur iuri communi, debet iuxta illud intelligi.*
4 *Testes ad probationem in omni negocio, duo saltem requiruntur.*
Contrarium in quibusdam casibus, remissiuè, num. 5.
6 *Testium numerus, quando dicatur effrenatus, &c. remissiuè.*
7 *Statutum super numero testium est ordinatorium iudicij, non decisorium.*

ANNOTATIONES.

1 A (NON recipiãtur) sic iure communi permittitur iudicibus, vt numerum testium in causis examinandorum moderentur, & eum solum testium numerum, quem necessariũ esse putauerint, euocari pa-
2 tiantur, ne effrenata potestate ad vexandos homines superflua multitudo testium protrahatur, ita tradit *I.C. in l. 2. §. quamquam ff. de testib.* probat *Menoch. viden. cas. 249 de arbitr. iud. lib. 2.* posset igitur Iudex pro suo arbitrio iubere, vt etiam pauciores testes, quàm septem, adhiberentur, quot nimirum intra numerum septennarium
3 viderentur necessarii, nec enim statutum in hoc derogat iuri communi, & ideo iuxta illud intelligi debet *c. cum dilectus de consuet. & c. inter dilectos de fid. instr.* ac vtrobiq; Doct. quod passim notatum reperitur, licet vltra septem recipi non
4 posse hic decernatur; Alioqui vero in omni negotio duos saltem testes ad probationem requiri, eosque sufficere certum est, *c. in omni negotio & c. licet vniuersis extra de testi. l. vbi numerus, & ibi glos. & Doct. ff. eod. tit.* quod & iure naturali, ac Diuino comprobatur iuxta illud *Deuteron.* In ore duorum, vel trium stabit omne verbum, quod relatum est, *in c. fin. 35. q. 6.* & pluribus prosequitur *Magdal. in egregio suo tract. de numer. testi. par. 1. c. 1. nu. 2. & plurib. alijs seqq.*
5 licet legumlatores in quàmpluribus casibus ex rationibus particularibus plures testes quã duos esse voluerint, nam quandoque tres, aliquando quinque, aliàs septem, interdum octo requiruntur, *vt not. glos. in d. l. vbi numerus & in dicto c. licet vniuersis*, atque plures etiam in certis casibus adhibendi sunt, vt per eumdem *Magdal. d. c. n. 11.* ad huius cap. interpretationem, & declarationẽ cũ plurib quæstionib. vide *Petr. de Rebuff. tract. de testib. art. 1. & seq. quem refert Farinac.*
6 *de testib. quæst. 80. oppos. 41.* vbi etiam quis, & quando dicatur effrenatus numerus testium, & quando sit locus refrenationi, & quomodo de Iure Canonico, vel Ciuili ibid. in *princ. d. oppos. 41.*
7 Notandum est hoc statutum esse ordinatorium iudicii, non autem decisorium, & ideo in Rota non attendi, vt ipsa Rota censuit *coram Seraph. in vna Romana prælationis die 27. Nouembris 1573. in impress. 208.*

a De interrogatoriis in testium examine dandis.

Cap. LXXIV.

b (CItatus ad dandum interrogatoria *c* ad primã, & sequentem dies, si post habitam copiam articulorum, vel alterius actus, super quo testes examinari petitur, vel lapsum terminum ad illam recipiendam, per illam, & sequentem dies interrogatoria non dederit; sibi imputetur, & testes sine interrogatorijs, sub religione tamen Notarij, & iuxta supra traditam formam de Notarijs morosis, diligenter examinentur; nec sit opus alia pronuncia super interrogatorijs dandis: & terminus prædictus intelligatur per hanc legem datus sine iudicantis ministerio. Quocumque autem tempore (examine nondum perfecto) interrogatoria producantur, testes qui nõdum examinati fuerint *d* super illis interrogentur, nec admittatur ad testium repetitionem, qui in dandis interrogatoriis contumax fuerit, etiam si illos suis sumptibus repeti petat: interrogatoria autem, si excessiua aut impertinentia sint, Iudicis arbitrio *e* rescecentur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Interrogatoria quid sint.*
2 *Articulorum copia dari debet Parti, contra quam producuntur.*

3 *In-*

3 *Interrogatoria in quibus casibus fiant, & qualiter; & eorum effectus; remissiuè.*

4 *Citari debet Pars, contra quam dantur articuli, ad dandum interrogatoria.*
Et quotus terminus præscribatur ad ea danda? num. 5.

6 *Examen testium ante lapsum termini ad dãdum interrogatoria, est nullum.*

7 *Termino ad dandum interrogatoria elapso, ijsque non datis, examen testium est validum.*
Amplia etiam in præiudicium minoris. n. 9.

8 *Interrogatoria non sunt de substantia Iudicij.*

10 *Testes examinati absque interprete, an, & quando possint repeti? & num. 11.*

12 *Testes examinati super articulis tantum, si Pars dedit in tempore interrogatoria, possunt repeti super interrogatorijs, etiam facta publicatione testimoniorum.*
Et cuius expensis sit facienda repetitio. num. 15.
Et quando tale examen dicatur nullum? num. 13. & 14.

16 *Interrogatoria communicari non debent Parti aduersæ.*

17 *Interrogatoria superflua, vel impertinentia, quæ dicantur.*

19 *Testis recusans respondere interrogatoriis, nihil probat.*
Fallit in interrogatorijs, crimen infamiæ, & turpitudinem ipsius testis continentibus. num. 20.
Et quid de interrogatorio, an testis eo anno sua peccata confessus sit? n. 21. & 22.

1 A Interrogatoria ex communi vsu loquendi in iudicijs sunt interrogationes, quas facit pars testibus productis contra se, & formantur super articulis ab altera parte datis iuxta qualitates causæ ac testium *glos. in c. præsentium §. testes verbo Interrogatoria de testi. in 6.* ideo
2 copia articulorum dari debet parti contra quam producuntur, vt hoc cap. nostri statuti, & supra c. 60, & de hisce interrogatoriis plenè tractat *Specul. tit. de testib. §. iam de interrogatorijs, & Canonista in d. cap. præsentium*; Interrogationes verò proprium est iuris vocabulum, & fieri solent an-
3 te litis contestationem; in quibus autem casibus, & qualiter, & quis sit earum effectus, vide *Specul. eodem tit. Carp. ad stat. Mediolan. in Rubr. gener. de interrogat. & cap. 73. 74. 75. & 76. Maran. in suo specul. par. 6. memb. 7.*

4 B Citatus) debet enim iure citari pars, contra quam dantur articuli, ad dandum interrogatoria ex regula *l. de vnoquoque 47. ff. de re. iud. Papien. in form. iuram. testi. verbo Citati num. 1. vers. rursus citari debet pars. Gail. pract. obser. lib. 1. obsir. 101. nu. 2. Farinac. quæst. 73. nu. 25.* quod, & vsu forensi apud nos receptum est, vt videre est in forma citationis eiusmodi apud *Vestr. lib. 6. cap. 2. num. 17. & apud Luc. Pat. lib. 2. cap. 5. num. 1.*

5 C Ad primum, & sequentem dies) talis terminus præscribitur in formulis citationum, de quibus proximè apud *Vestr. & Luc. Pat.*
6 Expectandus autem est finis dicti termini, quia si procederetur ad examen, eo non lapso examen
7 esset nullum *Put. decis. 317. in princ. lib. 3.* eo autẽ elapso validum est examen absq; interrogatorijs,
8 quia non sunt de substantia Iudicij, & sufficit, quod Pars fuerit citata ad illa dandum, quæ si nõ dederit, sibi imputet *Rot. apud Greg. decis. 351. num. 48.* & ibi addendum. Et inter *diuers. decis. 128. num. 1. par. 3. Mantic. decis. 9. num. 6.* maxime cessante alia protestatione, vt apud *Reuerend. diff. D. Decanum Coccin decis. 176. num. 2.* Quod
9 & ampliatur in minore, quia si illius Tutor citatus non dedisset Interrogatoria, non restituitur, & validum est examen *Put. decis. 9. de restit. in integr. Vin. com-opin. 896. nu. 7.* Idemque non præ-
10 teribimus pariter procedere, si examinati fuissent testes absque interprete, si tamen præcesserit citatio pro die, & hora certis, & interpres non cõparuerit, vel si cõparuerit & non expectauerit vsq; ad extremitatem horæ intimatæ, tum enim vali-
11 dum est examen, licet instante Parte possit repeti *Seraph. decis. 1279. num. 2.* facit, *& addit. ad Gregor. decis. 331. num. 22. ad fin.*

12 D Super illis interrogentur) sed erit nec nullum examen super articulis, si super interrogatorijs testes examinati non fuerint? dic quod non, sed parti, quæ interrogatoria in tempore dederat, remanet facultas faciendi, vt testes super interrogatorijs etiam facta testimoniorum publicatione repetantur, ità *Alex.* qui loquitur etiam vbi dolo, aut negligentia examinantis omissa fuerint interrogatoria *conf. 142. num. 9 lib. 4.* vbi & alios citat, *probat. tex. in cap. per tuas 48. & ibi Doct. de testib. Dec. in cap. licet causam num. 56. de probat. Put. decis. 13. aliàs 10. de testi. Peregr. dec. 48. lib. 1. Greg... decis. 331. num. 17. & 22. Seraph.*
13 *decis. 1456. num. 2.* licet quando adesset protestatio super nullitate, si examen fieret absque Interrogatoriis, tum nullum posset dici *Coccin. decis. 176. num. 2. adden. ad Greg. d. decis. 331. num. 22.*
14 dummodo illa fuissent data in Actis cum protestatione; non autem satis esset, si essent penes Interpretem, idem *Coccin. decis. 226. num. 1.*

15 Hujusmodi autem repetitio cuius expensis est facienda? Et quidem petentis repetitionem *Put. decis 317. nu. 2. lib. 3. & dec. 427. in prin. lib. 1.* sed dic clarius, aut Interrogatoria erãt data, & sine eis fuit factũ examẽ, & hoc casu repetuntur sũptibus illius ad cuius instantiã testes fuerũt prius examinati sine illis *Pereg. dec. 282. lib. 3.* Aut non erant data, et fit sumptibus petentis repetitionem, idem *Peregr. dec. 313. lib. 2. Vin. d. comm. opin. 896. n. 6 & 7. Put. vbi sup.*

16 Cæterum interrogatoria communicari non debent aduersæ parti, ne testes examinandi ad falsitatem instruantur *glo. in d. c. præsentium §. testes, verbo interrogatoria de testi. in 6. Abb. & Fel. in d. c.*

d.c. per tuas nu. 10. *Graual. ad Vestr. lib.* 6. *c.* 2. *nu.* 55. *Asin. in sua prax. §.* 25. *c.* 7. *n.* 5. *Maran. in suo specul. p.* 6. *memb.* 7. *in fin.*

E 17 Resecentur) ita, & iure communi Iudex resecat interrogatoria superflua, vel impertinentia *glo. d. verbo interrogatoria, comprobat prax. for. Capitol. d. cap.* 5. *nu.* 14. *lib.* 2. quæ autem interrogatoria dicãtur incongrua, siue impertinentia, tradit *Rip. in l.* 1. *num.* 18 41. *ff. si cert. pet.*

19 Demum non omittam, quod regula sit, si testis recuser respondere interrogatoriis, nihil probare *Rot. apud Greg. decis.* 553. *num.* 10. *& in recent. decis.* 700. *sub num.* 32. *par.* 2. Neque teneri 20 testem ad respondendum interrogationi, quæ crimen, infamiam, & turpitudinem ipsius testis contineat, licet eiusmodi interrogatoria nostris adhuc temporibus fieri consueuerint, ità habet cõmunis Doct. opin. de qua testatur *Farinac.* qui plurimos recenset eiusdem sententiæ *d. q.* 73. *nu.* 53. & subijcit *num.* 54. Non licere testem inter- 21 rogare, an eo anno peccata sua confessus sit, quidquid tñ specificè in hoc interrogatorio iure decretum esse dicatur, contrarium seruatur consuetudine, ac vsu forensi, vt est notorium, & ità interrogari posse testem *not. Card. Tusch. conclus.* 322. *littera I. verbo Interrogari de quibus possit testis, vel non num.* 8. Declaratur tamen hæc ipsa 22 regula multipliciter per eumdem eadem *q. & per Maran d. membr.* 7. *num.* 7. *&* 8. quos ambos videre poteris plures alios casus recensentes, quibus non tenetur testis ad interrogatoria respondere, ad quam materiam conferunt maximè tradita per *Bal. in l.* 2. *§. quod obseruari num.* 23. *C. de iuram. calum.* nobis enim satis fuerit hunc vnicũ casum, tamquam frequentiorem in specie notasse post generalem regulam supra traditam.

Stylus quomodo probetur.

Cap. LXXV.

B Stylus allegetur, c & de eo dubitetur, is nullatenus per foliũ subscribentium, etiã quantæcumque dignitatis subscribentes sint, probetur; neque talis probatio quomodocumque valeat, nec adminiculum faciat: sed probetur *d* per testes iuratos, ac rite, & rectè examinatos super articulis & interrogatorijs partium, si dare voluerint; sin autem, sub religione examinantis, vt dictũ est.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Styli vocabulũ propriè significat instrumentũ ferreũ, quo Antiqui vtebantur ad scribendũ*
2 *Inde verò translatum fuit ad significandam scriptionem, & locutionem.*
3 *Stylus quomodo accipiatur in iure. & n.* 4.
5 *Collegia, & Curiæ possunt habere propriam consuetudinem, seu practicam, quæ appellatur Ritus, vel Stylus.*
6 *Stylus tanquam pro forma seruari debet.*
7 *Stylus locum habet in libellis.*
8 *Libellus formatus contra stylum potest à Iudice reijci.*
9 *Clausula, & abbreuiaturæ Notariorũ extenduntur iuxta eorum stylum & num.* 10.
11 *Sylus differt à Consuetudine, vt species à Genere: vnum tamen pro alio aliquando ponitur, & nu.* 12.
13 *Consuetudinis definitio. & nu.* 14. *&* 38.
15 *Stylus probari debet ab eum allegante; & est probandus de tempore actus, & in ijs terminis, in quibus est controuersia, & nu.* 18.
17 *Stylus tempore mutari potest.*
19 *Stylus, vbi esset notorius, sufficeret, quòd Iudex ex officio extraiudicialiter se de illo informaret.*
Intellige, vt nu. 21. *&* 25.
20 *Stylus non est plenè probandus, nisi vbi allegetur ad decisionem causarum. & n.* 25
22 *Stylus disponens de modo probandi, est decisorius.*
23 *Causa decisio, & victoria pendent ex probationibus.*
24 *Verba generalia Statuti restringi debent ad id, quod est rationis.*
27 *Testi non creditur sine iuramento.*
28 *Stylus plenè, & exactè probatus est seruandus pro lege, & num.* 37.
Et acta contra eum erunt nulla, & n. 31.
29 *Amplia in stylo Cancellariæ Apostolicæ; & in stylo Sacri Palatij, & n.* 30.
32 *Rescriptum, vel Priuilegium deuians à stylo præsumuntur falsa.*
33 *Stylus excusat à falso.*
34 *Stylus contra ius commune non valet, nisi sit præscriptus.*
Nec potest induci à Iudicibus, & n. 35.
36 *Stylus debet esse manifestus, non autem obscurus, & incertus.*

ANNOTATIONES.

1 A Stylus vocabulũ, istud prius ac naturaliter sumptum significat instrumentum ferreum, quod antiquitus vsui erat ad scribendum, cuius habitum, & figuram ex veteribus auctoribus eruditè describit *Petr. Crinit. de honest. discipl. lib.* 17. *cap.* 4. & de eo mẽminit *Plin. sen.* 3. *lib.* 34. *cap.* 14. *vbi not.* quod stylo scri-

scribere vetitum fuerat ex auctoribus vetustissi-
2 mis, inde translatum est vocabulum ipsum adscri-
ptionem, & dictionem, seù locutionem, vt passim
apud Ciceronem, aliosque Latinos scriptores vi-
deri potest.

Ad rem verò nostram, licèt stylus sit in vsu lo-
quendi, cũ non benè declaratur à iure, vt inquit
Bart. in l. de quib. sub n. 10. in repet ff. de leg. Ang.
in §. ex non scripto inst. de iur. nat. gent. & ciuili.
3 dupliciter autẽ potissimũ sumitur, vno modo sci-
licet pro forma scribendi, præsertim in bullis, ac
breuibus, & rescriptis Pontificijs, de quo fusè per
Specul. tit. de rescript. præsent. §. 4. vbi plura huius-
modi exempla refert, & Mandos. ad reg. Cancel.
27 q. 12. num. 7. Bal. in rubr. de rescript. num. 17.
vbi ita definit stylum, stylus est forma ritè rectèq;
scribendi consuetudine Romanæ Curiæ appro-
bata, quam quidem definitionem sequitur *Fel.*
in c. 2. num. 18. de rescript. Mandos. 4. q. & num.
verbo Autem, ac definitione styli, venit non so-
lum conceptio verborum, & ordo scripturæ, vt in
indicatis exemplis per *Specul.* sed etiam qualitas
characteris, & chartæ, vt per *eund. eod tit §. 1.*
num. 4. 5. & seq. & probatur ex c. licet & cap. quã
graui in fin. de crim. falsi. Altero modo stylus ac-
4 cipitur pro obseruatione, seù consuetudine, quæ
respicit ordinem loquendi, scribendi, & proce-
dendi in iudicijs *Bart. in l. de quibus num. 10. ff.*
de leg. Iaso. in l. 1. nu. 8. in fin. C. de Sacros. Eccles.
5 *Mandos. 4. q. num. 8.* quodque Collegia, & Curiæ
possint habere propriam consuetudinem, & cor-
suetudo, seù practica alicuius Curiæ, puta Præsi-
dialis, vel Episcopalis appellatur ritus, seù stylus
qui tãquam pro forma seruari debeat tradit *Bal.*
in l. fin nu. 1. C. quæ sit long. consuet. exemplum
vnum sit in foro nostro Capitolino, quando Iu-
6 dex per decretum suum committit notario rece-
ptionem iuramenti testium, & eorum examen,
& notarius notat eiusmodi decretum cum adie-
ctione quod iidem testes tum nominati compa-
ruerunt, & iurauerunt licèt forte eo tẽpore fue-
rint absentes, sicuti supra notauimus *ad cap. 71.*
verbo Facta.

7 Item stylus locum habet in libellis *Alex. cons.*
36. num. 9. lib. 2. & ideo iudex potest libellum
8 formatum contra stylum sui Tribunalis reijcere
Ang. in l. 1. num. 4. ff. de offic. assess. quæ citat glos.
in l. de quib. verbo Inueterata ff. de leg. Fel. in c. 2.
nu. 17. de rescript. multa autem exempla alia re-
censentur *per Tusc. pract. concl iur. tom. 7. verbo*
stylus Curiæ circa multa concl 696.

9 Non tamen vnum ad huc præteribo satis fre-
quens, nempè, quod clausulæ notariorum, vt vul-
go dicitur cæteratæ, & aliæ abbreuiaturæ exten-
duntur iuxta eorum stylum, vt per *Modern. trac.*
de claus pur. 1. claus. 276. num. 2. Honthem. de art.
10 *notariat. lib. 3. cap. 7. num. 8.* & stylus notarii at-
tendi debet in explicandis abbreuiaturis *Specul.*
tit. de instr. edit. §. 4. nu. 17. Alex cum aliis ab ipso
citatis cons. 14. num. 24. lib. 6.

11 Stylus porro differt à consuetudine tamquam
species a genere; nam stylus propriè est particu-
laris personæ, vel alicuius officij, & respicit scri-
pturam, & ordinem procedendi; vt supra etiam
diximus; consuetudo autem generalis est in qui-
buscunque personis, officijs, & actibus *Dec. in*
rubr. de consuet. num. 13. & 14. & in cons. 11. n. 11
Ang. in §. ex non scripto sub num. 6. instit. de iur.
natur. gen. & ciu. & ante eos *Bart. in l. de quibus*
12 *num. 10. ff. de legi.* Vnum tamen pro altero ali-
quando ponitur, *vt in cap. quam graui de crim.*
falsi. Dec. in d. rubr. de consu. sub num. 13. Alciat.
in l. continuus 137. §. si vt aliquid nu. 5. ff. de ver.
oblig. Cæterum consuetudo ità definitur per *Bar.*
in l. de quibus num. 6. prima lectur ff. de legi. & in
13 *l. 2. num. 4. C. quæ sit long. consuet.* Consuetudo est
ius non scriptum moribus, & vsibus populi, vel
à maiori parte ipsius ratione initiatum, cõtinua-
tum, & introductũ habens vim legis, & hæc qui-
dem definitio communiter recepta est, vti demõ-
strat *Angel. in §. ex non scripto num. 4. in fin. Inst.*
de iur. nat. gen. & ciu. attestatur *Dec. in d. rubr. de*
consuet, num. 18. qui tamen probat etiam defini-
tionem alteram, de qua *in c. 5. dist. 1.* nempe, vt
14 consuetudo sit ius quoddam moribus institutum,
quod pro lege suscipitur, cum deficit lex.

B Si stylus allegetur) porro alleganti sty-
lum incumbit onus
15 probandi, est enim quid facti *Io. Andr. & alij in*
cap. fin. de consuet. Soc. cons. 46. n. 31. lib. 4. Aret. cons.
103 sub n. 9. Paris. cons 168. n. 15. p. 4. Surd. cõs. 414.
n. 42. cum aliis citatis per Mascard. concl. 1344.
16 *n. 1. & 2.* & quidem est probandus de tempore
actus nã tẽpore mutari potest *Mantic. decis. 357.*
17 *num. 3.* Et non generaliter, sed in specie in ijs ter
18 minis, de quibus est controuersia *Mantic. ibidem*
num. 4. & decis. 159. num. 4. Sura. cons. 74. nu. 13.

C Et de eo dubitetur) si quidem, vbi esset
19 notorius, sufficeret,
quod iudex ex officio, etiam extraiudicialiter se
de illo informaret, sicuti alias in notorijs genera-
liter permittitur *Pelin. in c. 2. n. 7. de testi. Surd.*
decis. 326. nu. 82. & seq. Dec. cons. 483. num. 20. &
de stylo notorio in specie not. Bart. in l. lege Iulia
in fin. ff. de testib. vbi etiam Paris. in addit. verbo
De consuetudine Angel. in §. ex non scripto nu. 7.
inst. de iur. nat. gen. & ciu. Vant. de nullit. ex de-
fec. proceff. num. 86. Mascard. & alij ab eo relati
d. concl. n. 6. Tusc. pract. concl. iur. cõcl. 695. n. 20.
vol. 7. Quid autẽ si stylus allegetur non ad decisio-
nem causæ, sed circa alia ad causam pertinentia,
an locum habere debeat statutum nostrum quoad
formam probationis styli traditam? & quidem
20 Do. & inhærentes dispositione iuris communis te-
nent stylum non esse plenè probandum, nisi vbi
allegetur ad decisionem causarum *Bart. in repet.*
l. de quibus n. 22. ff. de legi. Dec. cons. 483. num. 29.
Rebuff. tract. de consuet. styl. & form gloss. 13. n.
53. Mascard. de prob. concl. 1344. nu 3. & 4. Tusc.
21 *d. concl. 695. num. 14. & seqq.* ac quamplures alij
per eosdem *Mascard. & Tusc. relati. Si* vero agi-
tur de stylo circa ordinem iudicij, & circa eiusmo
di alia, quę modici prę iudicij esse solent, tum sen-
tiunt posse iudicem summariè, & sine scriptis se
informare ab aduocatis, procuratoribus, notarijs
alijsq. personis in foro versatis, vt per *Bart.* alios-
que proximè citatos, quibus accedunt *Mant. dec.*
357. num. 2. & sub num. 5. Coccin. dec. 182. nu. 2. &
adden. ad Greg. dec. 484. num. 8. circa hæc noto
quod stylus disponens de modo probandi est deci-
22 sorius, & ideo concludenter, & formiter probã-
dus *Rota apud Coccin. decis. 192. n. 1.* quando qui-
dem decisio causæ, & victoria pendet à proba-
tionibus idem *Cocin. d. dec. 182. num. 2.* in quibus

planè

23 planè censerem statutum nostrum esse intelligendum iuxta dispositionem iuris ciuilis à Doct. vt supra firmatam, si quidem communis est, & vera conclusio, quod statuta recipiunt interpretationem, & declarationem à iure communi *cum dilectus de consuet. Dost. vt l. omnes populi ff. de iust. & iur. planissimè per Mascard. de probat. concl. 2.* Et generalia verba statuti restringi debent ad id, quod est rationis *l. quamuis ff. de in ius voc. Bald. in auth ingress. num. 16. C. de Sacrosc. Eccles. Ias. in l. non dubium num. 36. C. de legi. Euer. in cent. sua loco ab absurdo num. 6.* rationis autem
25 videtur esse, quod plena, & exacta illa probatio stylj, quam statutum nostrum prescribit, adhibēda sit dumtaxat, vbi stylus allegetur ad decisionē causarum, vbi nimirum res tota consistere videtur, non autem vbi stylus versetur circa ordinem
26 iudicij, & similia, quæ parui sunt momenti iuxta ea, quę superius ex Doct. distinctione dicta sunt, alioqui processus cum dispendio, & incommodo partium nimis in longum protraherentur contra sanctiones Pontificias, & Cesareas studentes litium breuitati ad *text. in Clement. dispendiosam de iudic. c. finem litibus de dol. & cont. l. properādum C. de iudic. l. litibus C. de agric. & cens. lib. 11.*

27 **Per testes iuratos.** nam hoc generaliter
D iuris est, quod testi nō credatur sine iuramento *Liuiurandi C. de testi. cap. nuper si eod. tit.* Et in specie, quoad probationem stylj *Guid. Pap. cons. 129. nu. 4. Bero cons. 40. n. 7. vol. 3.* & amplius ritè, & rectè examinari debent testes super articulis, & interrogatorijs partium, vt in hoc statuto. Vbi verò stylus hoc
28 modo probatus fuerit, pro lege habendus, & seruandus erit *c. ex litteris de constit. vbi Abb. nu. 6. & Areti. col. 1. in fine Decian Rubr. de consuet. n. 15. Marsil. singul. 119 Mil. in suo Repert. verbo Stylus Curiæ Alber. in dictionar. verbo Stylus Curiæ facit ius Mandos. ad regul. Cancell. 8. q. 4. num. 13. & regul. 34. q. 56. num. 1. text. in l. fin. C. de iniur. vbi Angel. num. 3. facit text. in l. iuniore 23. ff. de*
29 *legi.* atque, quod de stylo fori, & Curiæ dicitur, id de stylo Cancellariæ Apostolicæ traditur *Rot. dec. 55. num. 2. de concess. prab. in antiq. Mandos. ad*
30 *regul. Cancel. 6. q. 1. num. 7. & ad regul. 27. q. 12. num. 2.* Idem de stylo Sacri Palatij *Rot. decis. 6. de consuet. in antiq. & decis. 2. sub num. 2. de appell. in nou.* Et acta contra eum etiam nulla *Rot. d. dec.*
31 *55. nu. 2. de concess. prab. in antiq. cum deductis ibidem, probat text. in cap. qua contra de reg. iur. in 6 Mandos. ad regul. Cancell. 6. q. 1. num. 7.* quinimò habebunt suspicionem falsi *c. licet & c. quam grauis de crim. falsi. not. Bald. in rubr. de rescrip. num. 19. Fel. in cap. 1. n. 16. ext. eod. vbi tradit etiā ex sen-*
32 *tentia Abb.* quod commissarius rescripti, vel priuilegij deuiantis à stylo, potest supersedere in executione, quodque talis præsumptio falsitatis est sufficiens ad cōdemnandum de falso, quoad pœnam criminalem, vt ex aliis Doct. per eum allegatis, idem not. *Mil. in suo reper. verbo Rescriptum Apostolicum*; contra verò stylus excusat à falso *Hostien. Io. Andr. & alij in cap. 2. de fabricē. Alex. cons. 39. num. 5. lib. 3.*

34 Verum animaduerti debet, quod non valet stylus contra ius commune, nisi sit prescriptus *Aym. cons. 204. num. 19. Rocb. de Curt. in repert. rubr. de consuet. q. 4. col. 3. Alex. cons. 36. in fin. lib. 2. & cons. 212. nu. 21. lib. 6. Rebuff. ad const. Gall. tom. 3. tit. de consuet. art. 20. gloss. 13. nu. 16. vers. ad secundum Marsecol. var. resol. lib. 2. cap. 100. num. 20.* Non enim potest inducia iudicibus, &
35 quod tali casu sit necessaria etiam probatio, quod ità fuerit obtentum contradicentibus Partibus, & & iudicatum *Cocin. d. decis. 182. n. 3. & 5. Sard. cons. 74. num. 11.*

Cæterum contra prædicta, nempe, quod immo stylus Curiæ præ lege seruari non debeat, illud facere videtur, quod idem stylus dicatur modo albus, modo niger *Lap. alleg. 64. num. 2. Fel. in cap. Rodulphus post num. 22. vers. ubi autem dixi de rescript. & ins. 2. num. 18. eod. tit.* vbi quod non debemus dicere, ità seruat Curia Romana, nisi illa obseruantia sit firmata constitutione Apostolica *Gassad. decis. 7. de rescript. num. 4.* qui omnes referuntur à *Mandos. ad regul. Cancell. 33. q. 8. n. 5.* quibus adiungo *Pucian. de probat. lib. 1. cap. 49 num. 29.* lex enim debet esse manifesta *c. vrit auct. 4. distinct.* sic que pariter stylus debet esse manife-
36 stus, non autem obscurus, & incertus, si ei tribuēda sit vis legis, vt in simili arguendo de *l. ad testatorem* docet *Euer. in cent. sua loco a lege ad testatorem sub num. 4. vers. sexto illud facit ad hoc* sed
37 facilè tollitur illud obiectum, & firma remanent, quæ de vi, & effectu stylj superius deducta sunt, siquidem illa tribuuntur stylo antiquo, & vsitato, ac firmo, & fixo, non autem stylo vario, & incerto, vt benè respondet *Mandos. in sua praxi commiss. secunda commiss. verbo S. V. & in additi. ad allegat. Lap. 61. v. Stylum*, & de hoc loquitur statutum nostrum, cum velit eum legitimè probari debere iuxta formam traditam; Nec admittitur dictum illud *Felin.* quod obseruantia Curiæ Romanæ non sit attendenda, nisi firmata sit constitutione, vel declaratione Apostolica, videtur namque nimis asperum, & rigorosum, vt benè existimat *Mandos. ad d. commiss. sub d. verbo S. V.* Immò tunc non esset propriè, & simpliciter consuetudo, vel stylus iuxta definitiones consuetudinis, & stylj supra hoc capitulo appositas, & probat, *text. in S. constat, & S. ex non scripto Institut. de iur. nat. gent. & ciu. not. Bart. in l. de quibus sub num. 6. vers. Tu dic secundum Gul.* esset, autem tunc Ius scriptum, consuetudo vero dicitur; Ius
38 non scriptum moribus vrentium approbatum: *cap. consuetudo distinct. 1. cum alijs supra deductis*

---

[a] De remissionibus [b] rogationibus [c] & compulsionibus pro testibus [d] extra districtum examinandis, & iuribus extrahendis.

Cap. LXXVI.

SI pars aliqua testes vltra districtum se habere proponat, ad quorũ examen se petat admitti, vel etiam iura ad causam necessaria habere asserat, & proinde dilationem sibi concedi, seu datam prorogari petat: volumus, quòd in primis teneatur *e* nominare testes, vel iura, & loca, ac exprimere, & designare probationes, quas habere intendit. Quo facto, antequam sibi dilatio detur, deponat penes Notarium causę pignora valoris ducatorum auri vigintiquinque assignanda, Camerę pro medietate, & pro alia parti, contra quam dilatio petitur, si apparuerit eum, dilationem *f* calumnioſè petijſſe: & ex tunc sibi iuxta distantiam loci dilatio assignetur, vel data prorogetur. & intelligatur dilatio *g* calumnioſè petita, si infra terminum sibi per iudicem assignatum, nominatos testes examinare non fecerit, vel examinati nihil de causa probarent; aut iura asserta non produxerit, seu si producta, non id quod asserebat, contineant. Depositum autem prædictum necessarium non sit, si notoriè appareret dilationẽ calumnioſè non peti, & Iudex hæc sua interlocutoria declarauerit.

SVMMARIVM *Annotat.*

1 *Remissorialium materiam qui tractarint.*
2 *Rubrum declaratur per nigrum.*
3 *Remissiones ad Iudices extra Districtum, possunt dici Rogationes.*
4 *Compulsionis argumentum qui tractarint.*
5 *Testes intra districtum vocantur ad se subijciendum examini ad locum Iudicis: & contumaces compelluntur.*
6 *Rota concedit Remissorias, quando prius fit in Curia nominatio testium.*
7 *Calumnia quibus modis euitari possit in dilatione super examine testium; remissiuè.*
8 *Dilatio quando intelligatur calumnioſè petita; & non concedatur. & n. 6. 10. 14.*
11 *Dilatio, & Remissio habent similitudinem inter se.*
12 *Remissoria an sit arbitraria Iudici in ciuilibus? & num. 13.*
15 *Remissio interrogationis testium non datur regulariter in criminalibus.*
Limita remissiuè, vt num. 16.
17 *Citatio requiritur ad obtinendas remissoriales: alioquin examen subsecutum est nullum.*

ANNOTATIONES.

A 1 DE remissionibus) materiam istam nempè litterarum remissorialium, quas vocant, ad effectum examinãdi testes extra locum iurisdictionis ius dicẽtis ex professo accuratè pertractarunt peculiaribus opusculis hoc *tit. editis Hercul. Seuerol. tract. vniuers. iur. tom. 3. par. 1.* & *post eum Virgin. de Boccat. at demum Scaet. de iudic. lib. 2. c. 8. à n. 725. vsque ad 865.*

B Rogationibus) fortè dici debuit prorogationibus, nam & de prorogatione dilationum hic expresè agitur in textu, vbi de rogationibus nullum verbum, sic textus titulo conueniet, seu vt dici assolet, nigrum rubro, & nigrum attendetur, vti magis clarum, quod iure aliàs fieri debet *Roman. cons. 104. nu.* 2 *5.* & rubrum declaratur per nigrum *Alex. cons. 13. num. 8. lib. 3. conferunt not. per Iaſ. in l. 1. num. 12 ff. si cert. petat. & per Buerard. in centuria sua loco à rubro num. 11. & 12.* potest autem 3 etiam stare verbum rogationibus, quia, vbi remissoriæ litterę dantur ad iudices extra Districtum, rogantur Iudices, vt per *Speculat. lib. 1 tit. de testib. §. 3. num. 16. in fine, notat Luc. Pat. lib. 2. cap. 6. num. 10.* sieque, dum agitur de remissionibus extra Districtum, implicitè habentur etiam rogationes.

4 C Et compulsionibus) de hoc argumento extat *tract. Guid. Pap. inter tract. vniuers. iur. tom. 3. par. 2. fol. 70. & aliqua not. Boccas. tract. de litter. remiss. cap. 3. num. 6. & 7.*

5 D Extra districtum) quia intra districtum vocantur testes ad locum iudicij, vt testimonium ferant, sique fuerint contumaces, compelluntur venire, etiam captis pignoribus, *l. si quando, C. de testib. c. statutum, §. proferendo de rescript. in 6.* remissiones verò, & compulsiones locum habent extra districtum, vnde testes ad veniendum Romam cogi nõ poterãt, neque instrumenta, & iura auctoritate proprij iudicis extrahi possunt ad *tex cum ibi not. in l. fin. ff. de iurisd. omn. iudic. Salyc. in d. l. si quando num. 3. C. de testib.*

6 E Nominare testes, &c.] Rota etiam concedit remissoriam licet adesset timor subornationis, quando prius fit in Curia nominatio testium, *Coccin decis. 10. num. 7. & decis. 20. num. 6.*

7 F Calumniosè petijſſe) ad euitandam calũniam, quando pars aliqua vltra districtum testes se habere proponit, ad quorum examen se petit admitti, vel etiam iura ad causam necessaria habere asserit, & proinde dilationem sibi concedi, seu datam prorogari petit, & in alijs eiusmodi casibus iure communi, & iure municipali diuersis modis prouisum est, de iure communi, *tex. est vbi etiam glos. in cap. statutum, §. proferendo de reserip. in 6. c. constitutus, & ibi Doct. de fideiuss. Menoch. recup possess. remed.*

remed.15.nu.136.Seuerol.de remiss.litigant.cap.5. non mirum, si etiam statutum nostrum circa idipsum expressè disposuerit.

8 G Calumniosè petita) hic declaratur, quãdo dilatio intelligatur calumniosè petita; adde idem, vbi petitur di-
9 latio ad probandum illud, quod probatum non releuat *l.matrem C.de prob. Rom.cons.* 226. *n.3. Seuerol.d.c.5.* vel vbi cõstat de cõtrario *Rom. cõs.*
10 273. *infin.* & plura ad detegendam calumniã in remissionibus cumulat *Felin. in cap. de cætero 5.de re iudic.num.12.* idem porro dicendum in remissione, quod in dilatione, cum ista habeant si-
11 militudinem inter se *Cassad.decis. 3. de dilat. nu. 1.arg.tex.in cap. inter cæteras de rescript. c.2. de transl. Episcop l. non possunt et l. nam. vt ait Pedius ff.de legi.* Vnde inquit *Cassad.* quod sicuti dilatio in pluribus dilationum speciebus etiã respectu termini, ac loci est arbitraria iudici *l.2. & ibi Bart.num.9.& 10.ff.de re iud.cum alijs ci-*
12 *tatis in d.decis.* ita & remissoria in ciuilibus *l.iudices iuncta auth.seq. apud eloquentissimum C. de fid.instr.& in corpore vnde sumitur de testi.§.& quoniam scimus clemen.vnic.de offic. deleg. Rot. decis.134.num.2.in recent.diuers par.2.* quod ta-
13 men dictum *Cassad.* de remissoria declarandum videtur, vt plenè per *Menoch. recuper. possess. remed. 15. à num. 337. vsque ad num.362.*& vltra casus, quos ille, aliique supra citati recensent,
14 in quibus non datur remissio, adijci potest, vbi peteretur ad probandum illud, quod per scripturam probatum est, vel facilè probari potest *Egid. decis.9.num.1.Rot.decis. 46. de testi. in antiq.* & *decis.* 196.*diuers. num.8. par.1.in recent.* & *decis.414.num.3. par. 2. in eisdem.* Et complures casus, in quibus præsumatur calumnia, vel ne, ac quibus detur, vel denegetur remissoria, videre potes apud plures decisiones impressas in recentioribus, & apud *Seraphin.Greg.& alios.*

15 Non omittam, quod in causis criminalibus regulariter non datur remissio interrogationis testium, nam in criminalibus testes apud iudices repræsentandi sunt, & cum res exegerit, tormentis subijciendi, vt est *tex.in auth. apud elo-*
16 *quentissimum C.de fid.instru.* datur tamen in certis casibus, vt per *Fe.in inc.cum causam 37. de testi à num.21.vsque ad 25.* & *per Menoch.recup.poss.remed.15. a num.358. vsque ad 362.*

Demum aduertendum censeo, quod ad obtinendas huiusmodi litteras remissorias requiritur ciratio, alias examen subsecutum esset; nullum *Caputaq.decis.272 par.3.*

De producentibus iura in vltima dilatione.

Cap. LXXVII.

SI quis instrumenta, aut priuatas scripturas seu documenta quæcunque in vltima dilatione, quæ ad probandum, & probatum habẽdum datur, produxerit, ne parti contra quam producuntur, defensio tollatur, volumus quod illi noua dilatio, *a* si petierit, detur; vel data Iudicis arbitrio prorogetur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Testes publicati in vltima hora instantiæ, quando non potuit dari copia, & terminus alteri Parti ad faciendas suas defensiones, non probant.*
2 *Iura producta non probant, si pars petit eorum copiam, & sibi non traditur.*
3 *Æqualitas seruari debet inter Actorem, & Reum.*
4 *Dilationes debent esse probatorij communes vtrique Parti.*
5 *Dilationes qui vult, debet eas petere.*
6 *Fraudibus, & astutijs via præcludenda est.*
7 *Defensio nemini tolli debet.*
8 *Mora regulariter non committitur durante termino præfixo dilationi.*
9 *Termino à Iudice præfixo durante, si aliquid fiat, an Pars sit citanda? & n. 10.*

ANNOTATIONES.

a Si petierit, detur) merito quidem decernitur, quod si pars iura produxerit in vltima dilatione, alteri parti, si petierit, noua dilatio detur, vel data Iudicis arbitrio prorogetur; sic vi-
1 demus, quod vbi testes publicati fuerint in vltima hora instantiæ, & non potuit dari copia, & terminus alteri parti ad faciendas suas defensiones, non probant, vt colligitur ex dictis *Bart.in extrauag.ad reprimendum verbo Sinè figura.* Et
2 idem si pars petit produci copiam iurium, & sibi non traditur, vt possit suas defẽsiones facere, talia iura producta non probant per *tex.in cap.charta 3.q.9.et in l fin.C: de fid.instr not.Bal.in l si quã do in fi.C.de testi. Specul.tit.de instr edit.§.videndũ est autem*, si idẽ non exhibeat ad hæc *Socin. cons.* 105.*num.7.& seq. vol.4 & Roman. cons.* 519. *num. 2.& seq. vbi & addit littera A.verbo De plano iuxta not. per Bal.in l. petendæ num. 5. c.de tempor.in integr.restit.vbi*, & *additio litte-*
3 *ra C* atque hoc modo inter reum, & actorem seruatur æqualitas, vel pariter cautum reperitur hoc statuto nostro supra *cap. 68. de positio. & confess.vers.& idem fiat*, quod & iure cõmuni generaliter traditum est ad *tex. in cap. 2. de mut. pet.& in l.vltima C.de fruct.& lit.expens.* atque

in

4 in ſpecie de dilationibus probatorijs, quod communes eſſe debeant vtriq; parti probatur ex *text. in l. petenda C. de temp. reſtit. in integr. not. Marant. in ſuo ſpecul. par. 6. de dilat art. 3. num 18.*

5 dilationes vero, qui volunt eas petere debent, vt in hoc ſtatuto noſtro, & eſt de iure communi, *vt not. Bald. in d. l. petenda num. 1.* & eſt apud omnes indubitatum; Demum vero per hoc ſtatutum via præcluditur fraudibus, & aſtutijs liti-

6 gantium, quod fieri debet iuxta ciuiles, & canonicas ſanctiones *l. in fundo 39. ff. de rei vēd clem. 1. §. fin. de conceſſ. preben. 8.* Neque fraus, & dolus alicui patrocinabitur, quod leges abhorrēt *l. itaq. furta 12. in princ ff. de furt. c. dictum 30 q. 1. cap. intelleximus de iudic.* ac denique defenſio alicui

7 non tolletur, prout tolli non debet *l. 3. §. ſi ad diē ff. de re milit. l. penult. C de tempor. in integr. reſtit. peten. c cum inter de except.* idque in ſpecie conſiderarunt ſtatuti huius conditores, ibi ne parti, contra quam producuntur, defenſio tollatur.

8 Adhuc autem non omiſerimus, quod aliàs termino dilationis præfixo durante regulariter non cōmittitur mora *Card. Tuſc. & alij*, & ab eo relati

9 *concl. 68. littera l.* quodque termino à Iudice præfixo durante, ſi aliquid fiat, debeat pars citari,

10 ſecus tamen eſt, quando illud fit die vltima termini, quia tum non requiritur citatio ita generaliter tenet *Bart. in l. 2. in prine. C. de tempor. appel.* vbi etiam *Angel. num. 1. verſ. in tex.* dicit ita præticari, & eſſe verum *Roman. conſ. 176. iſta ſunt num. 4 cum alijs relatis per Card. Tuſc. concluſ. 69. in prin. littera l.* Vnde videtur non teneri partem, quæ dilationem certam habuerit ad producenda iura, citare alteram partem ad dicendum contra &c. vbi vltima die dilationis ea producuntur, prout etiam videmus, quod commiſſa cauſa cum clauſula, ſi quid exequendum, licet non poſſit fieri iuſtificatio ex nouiter deductis ad effectū executionis nihilominus ſi per reum fiat noua exceptio, admittitur Actor replicando ad elidendam d. nouam pro bationem, vt per plures deciſiones relatas ab adden. *ad Greg. deciſ. 581. n. 12.*

---

[a] # De Teſtium publicatione.

Cap LXXVIII.

IN quacumque cauſa, ſiue ea ordinaria ſit, ſiue etiam executiua, & in quacumque inſtantia, ſi teſtium in cauſa examinatorum publicatio petatur, [b] per Iudicem concedatur, & per Notarium infra tempora ſuperius præſcripta, petita copia detur, & à die habitæ copiæ, vel à die, quo eam Notarius ei tradere tenetur, is qui eam petierit, terminum dierum quinque vtilium ad opponendum contra perſonas, & eorum dicta, & oppoſita probandum habeat: qui terminus cenſeatur, & ſit per hanc legem abſque Iudicis miniſterio datus: quo lapſo in cauſa ad incumbentia procedatur: In ſummarijs vero terminum prædictum Iudex arbitrio ſuo moderetur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Publicatio teſtium quando dicatur facta.*
2 *Publicationis teſtium effectus, & alia; remiſſiuè.*
3 *Pars petens, vel conſentiens publicationi teſtium, dicitur tacitè renunciare productioni, & examinationi aliorum teſtium.*
4 *Publicatione teſtium facta, an, & quando liceat ſuper ijſdem, vel directò contrarijs, alios teſtes examinare? remiſſiuè.*
5 *Appellatio conceditur Parti cui denegata fuerit publicatio teſtium, &c.*
6 *Publicatio teſtium, quoad Partes, cenſetur de ordine iuſtitiæ, non de ordine ſubſtantialis iudicij.*

ANNOTATIONES.

1 A PVblicatio atteſtationū, ſiue teſtiū, de qua hic, facta dicitur vbi partes poſſint atteſtationes ipſas legere, & ſuper illis diſputare *arg l. de his ff. de tranſact. & l. publicati C. de teſtam. not. Bal. in c. causā 10. extra de teſtib. num. 5. Felin. in c. cum l. & A. 22. de re iudic. ſub num. 1* porrò effectus eiuſmodi publicationis, & alia ad

2 materiam iſtam pertinentia fuſius proſequitur *Luc. Pat. lib. 2. cap. 11. de teſtim. public. Farinac. de Teſtibus q. 75.* Illud etiam notabo, quod pars petens, vel conſentiens publicationi Teſtium dicitur tacitè renunciare productioni, & examini aliorum Teſtium *Socin. conſ. 8. num. 20.* vbi habes alia plura circa hanc materiam.

4 An autem, & quomodo poſt dictam publicationem liceat ſuper eiſdem, vel directo contrarijs alios Teſtes examinare vltra *Luc. Pat. loco citato*, vide latè apud *Marant. par 6. art. 6. Surd. deciſ. 153. Gabriel. concl. 21. de Teſtib. Port. reg. 39. Menoch. de arbitr. q. 22. Afflict. deciſ. 216. Specul. tit. de Teſtib. §. 8. Fel. & alios in c Fraternitatis de Teſtib. Farinacc. cod. tract. q 75.*

5 B Per Iudicem concedatur) qui ſi deneget, dabitur appellatio parti, cui denegata fuerit publicatio, & vbi fuerit appellatum, ſi iudex ad vlteriora proceſſerit, nullus erit proceſſus, ſi vero nō appelletur, & iudex nō attēta petitione publicationis ad vlteriora procedat, nō ideo nulla erit sētētia, quoniā proceſſus quoad iudicē sēper dicitur publicatus,

6 & quoad partes publicatio cēſetur de ordine iuſtitiæ, nō de ord. ſubſtātialis iudicij ita *not. Abb. in*

cap. cum I. & A, 22. de re indic. num. 10. Felin. ibidem num. 1. & 2. Ancar. conſ. 53. Caſſad. deciſ. 6. de appell. num. 1. Vant. cum pluribus alijs relatis ab eo tit. de nullit. ex defect. proceſſ. nu 4. Aſin. qui hanc dicit opin. frequentioribus clauſulis receptam *in prax. ſua iudic §. 3. cap. 11. num. 3.*

De Aſſettamento, illiuſque voto.

Cap. LXXIX.

ITem ſtatuimus, quod *b* in omnibus ſententijs, & articulis, *c* & in his in quibus per præſentia Statuta appellare permittitur, & quãdo quis à poſſeſſorio ad ſuſpenſum petitorium parte opponente *d* trenſire vellet, de conſilio, & voto totius aſſettamenti, ſi id ab altera partium petitum fuerit, pronuncietur, & iudicetur; & de tali aſſettamento, & voto cauſæ Notarius rogari debeat: aliàs prædictis non ſeruatis, ſententia ipſo iure *e* non valeat, & omnes Iudices teneantur ſine aliqua mercede, ſeu ſportulis votare, pœna vigintiquinque aureorum ipſo facto incurrenda, imminente: &, ſi quid datum, vel receptum fuerit, aut promiſſum pro tali aſſettamento, & voto, vni vel pluribus Iudicibus, ſententia ſit ipſo iure nulla, reſpectu tantum committentis huiuſmodi corruptelam, & Iudicibus imputetur in corruptelam, & pro corruptelę delicto irremiſſibiliter in ſyndicatu puniatur, & poſſit is Iudex ab officio remoueri arbitrio Conſeruatorum. Senator autem Iudices pro Aſſettamentis faciendis, ſaltem ter in hebdomada de mane congregare teneatur. Volumus etiam, quòd in cauſis, in quibus à partibus votum Aſſettamenti non fuerit petitum, ſi Iudex aliquod conſiliũ ſuper aliquo ab alijs Iudicibus petat, teneantur illud gratis tradere, vt ſupra; quo caſu Notarij ſcriptura neceſſaria non ſit, nec tale votum in ſcriptis redigatur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Aſſettamẽti vox eſt vulgaris: & quid ſit n. 2.*
3 *Aſſettamentum habet locum in omnibus cauſis, vbi datur appellatio.*
4 *Copula Et, aliquando ſtat ampliatiuè.*
5 *Statutum permittere poteſt appellationem, vbi iure communi denegetur.*
6 *Appellatio vbi permiſſa eſt ſimpliciter intelligitur tam deuolutiuè, quàm ſuſpenſiuè.*
7 *Iudex an poſſit peruertere ordinem Iudicij?*
8 *Ordo, vbi nõ eſt ſubſtãtialis Iudicij, ſed conſeruatis tantum, eius omiſſio non reddit ſententiam nullam.*
9 *Sententia lata contra ſtatutum redactum in volumine ſtatutorum eſt nulla. Amplia, vt num. 10.*
11 *Sententia an ferri poſſit ſine voto Aſſettamenti, quando Pars, qua proteſtata eſt Nihilfieri niſi cũ voto aſſettamẽti, procedat poſtea ad alium actum ex interuallo, eadẽ proteſtatione non repetita? & n. 14. 19.*
12 *Proteſtans ſe non conſentire in iuriſdictionẽ Iuditis, & non repetens in quolibet actu eamdem proteſtationem, cenſetur in talem Iudicem conſentire.*
13 *Iuris idem eſt de parte quoad partem, quod de toto quoad totum.*
15 *Proteſtatio tollitur per actum contrarium. Intellige vt num. 16.*
17 *Proteſtatio in iudicialibus in quolibet actu repeti debet: ſecus in extraiudicialibus. Declara vt num. 18.*
20 *Aſſettamenti vota quando non ſunt conformia, ſtatur maiori parti. Et quid ſi vota ſint paria? num. 21.*
22 *Aſſettamenti votum debet peti re integra, & ante factum decretum.*

ANNOTATIONES.

A VOcabulum iſtud, licet in celeberrimo Latij loco, ſcilicet in Capitolio Vrbis ortum habuerit, non tamen eſt Latinũ, ſed vulgare Fori Capitolini, porro Aſſettamentum eſt cõſeſſus Iudicum quatuor
1 Fori Capitolini, nẽpè Senatoris, Primi, & Secundi Collateralium, ac Iudicis Maleficiorum certis diebus, & horis ad examinandas, & decidendas cauſas in caſibus ab ipſo Vrbis ſtatuto præſcriptis, atque alia de Aſſettamento ſatis explicat, *Luc. Pat. lib. 2. cap. 13. ſub hoc tit.*
2

3 B In omnibus ſententijs, & articulis) ſcilicet vbi detur appellatio, ità enim comprobat vſus huius fori, qui ſtatutum ipſum interpretatur *l. ſi de interpretatione cum l. ſeq. ff. de legi.*

C Et in his, in quibus per præſentia ſta-
4 tuta appellare permittitur) copula, & hic ſtare vi detur ampliatiuè, vti alibi ſæpè videmus, exẽplum eſt in *l. qui dolo §. hac lege ff. ad l. Iul. de vi pub. l. ea tamen adiectio 44. vbi Bart. in princip. ff. de lege 3. not. Surd. conſ. 315. n. 17. Ruin. cõſ. 133. num 3. vol. 1. Rot. deciſ. 680. num. 5. tom. 1. par. 2. in recent.* & quidem cum ratione, quoniam per ſtatutum permitti poteſt appellatio, vbi iure com-

cõmuni denegetur, exempli gratia in poſſeſſorio iudicio not. *Nicell. de concord. gloſſ. ſub concord. 6. & num. 26. ſub fin. vers. vndecimo moderatur*, eſt iſte tract. *inter alios vniu. iur. tom. 18. Bero q. 44. num. 1. & 2. Scac. de appell. q. 17. limit. 6. memb. 7 num. 82.* Immo amplius, vbi ſimpliciter permiſſa ſit appellatio, intelligitur tam deuolutiuè, quam ſuſpenſiuè *Rot. dec. 330. num. 4. par. 2. diuerſ.*

D **Tranſire vellet)** expreſſerunt ſtatuentes, vt puto, caſum iſtum, quia
7 aliàs non leuis eſt diſputatio inter iuris interpretes, an poſſit iudex iudicij ordinem peruertere ſcilicet à poſſeſſorio ad petitorium tranſeundo, vbi opponatur per alteram partem, cuius interſit, id ei non licere, & an eius ſententia nulla ſit, ſi reiecta oppoſitione ad ſententiam ferendam nihilominus proceſſerit, licet etiam non eſſet appellatum à non admiſſa tali oppoſitione, qua de re per *Scac. & Doct. alios quamplurimos in huius q. examine ab eo citatos de appell. q. 17. limit. 6. memb. 7. num. 127.* qui tamen demum concludit, & benè, non ideo nullam eſſe ſententiam propter ſolam oppoſitionem, niſi etiam à reiecta oppoſitione per proceſſum ad vlteriora opportunè fuerit appellatum, idque propter validam illam iuris con-
8 cluſionem, quod vbi ordo non eſt ſubſtantialis iudicii, ſed congruitatis tantum, qualem hunc eſſe affirmant Doct. ab eo citati, eius omiſsio non reddit ſententiam nullam iuxta per nos etiam *not. ad proxime precedens cap. verbo Per iudicem concedatu*.

E **Non valeat)** puto etiam, quod nulla dici
9 poſſit, quia lata contra ſtatutum redactum in volumine ſtatutorum iuxta *deciſ. Verall. 136. par. 3. cum alijs ibi citatis*, immo amplius tanti eſt eiuſmodi nullitas, vt ea
10 non cenſeatur comprehenſa ſub ſtatuto infra cap. 191. prohibente agere, vel replicare de nullitate poſt annum, vt bene animaduertit *Luc. Pat. lib. 6. de cauſ. null. cap. 1. num. 30.*

11 Quid ſi poſt factam proteſtationem nempe nihil fieri niſi cum voto Aſſectamenti, eadem pars, quæ ità proteſtata eſt, deinde proceſſerit ad aliquem alium actum ex interuallo eiuſmodi proteſtatione non repetita, an poſtea ferri poſſit ſententia ſine voto Aſſectamenti.

Et arbitrarer, quod ſic, quia iure indubitatum habetur, quod qui ſemel proteſtatur ſe non cõſentire in iuriſdictionem alicuius iudicis, ſi poſtea in quolibet actu eiuſdem cauſæ coram eodem iudice eamdem proteſtationem non repetat, cenſetur, vel per vnicam omiſsionem talis proteſtatio
12 nis in iudicem ipſum conſenſiſſe *Abb. in cap. cum M. Ferrarienſis ſub nu. 21. ibi item aduerte Fel. ibidem nu. 68. & 69. Rot. apud Put. deciſ. 213. lib. 2. in emendata impreſſione, & apud Mohed. deciſ. 2. de iudic. & par. 1. diuerſ. deciſ. 688. num. 3. & ità ſeruat Rot.* vti notum eſt, quod præcipuè teſtatur *Mareſcot. var. reſol lib. 1. c. 92. num. 2.*

13 Qui autem proteſtatur nihil fieri, niſi cum voto, perinde facit, ac ſi diceret, ſe non conſentire in iudicium, & iuriſdictionem ſolius iudicis, coram quo ità proteſtatur, ſicque verſamur in terminis prædictæ concluſionis ab omnibus receptæ Nec obſtat, quod in caſu noſtro non recuſetur iudex, & eius iuriſdictio in totum, ſed in parte ſcilicet, quatenus ille cum alijs iudicibus ad proceſ-
13 ſum, & ſententiam non procedat, quia idem iuris eſſe debet de parte, quoad partem, quod de toto, quoad totum argumento *tex. in l. qua de tota 75. in princ. ff. de rei vend.* cum alijs iuribus, & exemplis plenius ad eiuſmodi argumentum cumulatis per *Euer. in cent. ſua loco citato ad partem*.

14 Sed quid ſi proteſtatio comprehenderet etiam omnes futuros actus per verba generalia futuri temporis, exempli gratia, proteſtor, quod per aliquem actum, quemfacio, vel faciam, non intendo in vos ſolum iudicem conſentire, niſi quantũ de iure teneor, ſed requiro ſemper votum *Aſſectamenti*, quale exemplum aliàs generaliter ponit *Innoc. in cap. Cumana 50. de elect. num. 4. de quo ibidem per alios Doct. & in dicto c. cum M. Ferrarienſis & in l. non ſolum §. morte ff. de nou. oper. nunc. & per Angel. in l. ſed & ſi ſuſceperit 52. n. 1. de iudic.*

Arbitrarer vtique ſicuti in præcedenti caſu, nempe, quod talis proteſtatio in vnoquoque actu repetenda eſſet, aliàs ab ea cenſeretur eſſe receſſum *ex tex. in cap. ſollicitudinem 54. de appell.* vbi qui ab Epiſcopo ſuo ad ſedem Apoſtolicam appellauerat, ac deinde cum fuiſſet ab eodem excommunicatus, ad Metropolitanum confugerat, vt ipſum abſolueret, & in ſtatum, quo tempore appellationis fuerat, reduceret, adijciens, quod appellationi primum obiectæ non renunciabat, ſed eamdem proſequi volebat, nihilominus decernitur, quod Metropolitanus ad cognoſcendũ de cauſa poterat interponere partes ſuas, quia idem appellans appellationis proſecutioni tacitè renunciaſſe videretur, & adijcitur, quod ſi idem verbo, vel facto appellationem ſe velle proſequi proteſtaretur, non eſſet tamquã aduerſa petens, & ſibi contrarius audiendus; Ecce quod licet in iudicialibus proteſtetur aliquis etiamper
15 verba de futuro, attamen per actum contrarium tollitur vis proteſtationis, quod & *notat. per hunc text. Innoc. in dicto cap. Cumana ſub nu. 3.* ibi item non videtur, quod talis proteſtatio ſibi debeat prodeſſe, cum factum contradicat proteſtationi, id ipſum inquit *Bald. in leg. pacta nouiſſima 12. C. de pact. ſub num. 9.* ibi iſtud etiam probatur *Abb. in dicto cap. cum M. ſub num. 21. vers. item aduerte Bart. in dicto §. morte num. 16. & 17.* vbi concludit, quod proteſtatio per verba generalia directo reſcipientia tempus futurum tollitur per actum contrarium, vbi actus contrarius proteſtationi celebratur cum alio, prout in caſu dicti *cap. ſollicitudinem, de appell. at. quem tex. ille allegat ſequitur Alexand. in dict. §. mor-*
16 *te num. 13.* licet aliter ſentiat, vbi proteſtatio dependeat ſolum à facto ipſius proteſtantis, vt eſt teſtamentum, hæreditatis aditio, & ſimilia. Nos autem verſamur in actu facto cum iudice, & cum parte iuxta terminos eiuſdem capituli ſolli-
17 citudinem, quodque in iudicialibus non ſufficiat vnica proteſtatio, ſed ea in quolibet actu repetẽda ſit, licet contrarium ſit in extraiudicialibus dixit *Rot. apud Put. dec. 213. lib. 2. in emendata impreſſione, & apud Mohed. dec. 2. de iudic.* nec diſtinguit, an proteſtatio concepta fuerit per verba reſpicientia futurum tempus, & omnes futuros actus, ſed generaliter firmat regulam iſtam in iu-

18 dicialibus, vbi tamen actus protestationi sit contrarius, atque amplius iudex eum admittat, quam quidem opinionem cum istis moderationibus magis communem testatur *Alex. in d. §. morte sub n.* 15. relatus in eisdem decision. Ad rem nostram igitur licet, qui petit votum Assettamenti protestetur verbis respicientibus futurum tempus, &
19 quemlibet futurum actum nihil fieri sine voto, nihilominus si postea fecerit aliquem actum coram iudice eadem protestatione non repetita, & iudex illum actum admiserit, euanescet protestatio antea facta, & valebit actus; Quo circa tutius erit sine dubio seruare cautelam, quam Doct. generaliter tradunt in eiusmodi materia, nempe, quod eadem protestatio in quolibet actu repetatur, vel dicatur hoc modo non recedendo à protestatione aliàs facta, vt per *Arsbid. in c. Diaconi distin.* 28. *vers. ideo cauti Aduocati repetunt, quem refer. & sequitur Bald. in d. l. pacta nouissima sub n.* 10. *vers. item in iudicys est vtile. & Alex. in d. §. morte sub num.* 12. *vers. ideo dat cautelam*, quod, & forensi vsu passim receptum est.

Demum ad hoc caput non omittam, quod vbi
20 vota omnia Assettamenti non sint cõformia statuæ maiori parti, nempe tribus ex quatuor, tunc que dum votum in scriptis redigitur, exprimi debet quod DD. de Assettamento pro maiori parte fuerunt in tali voto &c.

Si verò contingat vota esse diuisa, & vtrinque
21 paria, quod semel tantum accidit eo septennio, quo ipse Senatoris munus sustinui, tum de consensu eorumdem DD. exquiri poterit votum viri alterius docti, integri, & non suspecti, iuxta, quod quatenus conueniat cum votis alterutrius partis iudicetur, sicuti tum benè, ac legitimè factum fuit suffragante, cum sententiæ meæ, & iudicis mihi adherentis D. Martino Cappelletto vtriusque Signaturæ Referendario digno me: qui antea diu Senatorio munere in Vrbe, magna cum laude, perfunctus fuerat: atque hoc modo *Signaturam* adire non oportebit, vti aliàs in tali casu vidisse fieri tradit *Luc. Pat. d. c.* 12. *nu.* 6.

Item aduerten. quod huiusmodi votum debet
22 peti re integra, & ante factum decretum, quia si petatur post, iudex non tenetur illud concedere *Marsil. in prax. criminal. §. sequens num.* 49. *Asin. in prax. c.* 5. §. 23. *Carpan. ad Stat. Mediol. c.* 57. *nn.* 4. *p.* 1. qui loquitur in terminis fortioribus nempe, quando fuit petitum post concluſum in causa.

Quod pro Assettamentis, etiam in criminalibus, nihil omnino soluatur.

Cap. LXXX.

IDem in Assettamentis pro causis criminalibus faciendis *a* volumus obseruari, ne quis Iudex, aliusq; officialis aliquid pro votis in assettamentis, neque pro ipso assettamento recipiat, promissione vel facto, sub pœna in proximo præcedenti capite contenta: & nihilominus ipsa assettamenti deliberatio sit nulla; ita quod de nouo contra illum, pro quo fuit votatum, possit inquiri, & procedi, ac cognosci de eodem delicto.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Assettamenti votum adhibetur tam in causis criminalibus, quàm in ciuilibus. Et in quibus causis possit denegari in criminalibus? n.* 2.

ANNOTATIONES.

A 1 VOlumus obseruari) Assettamenti votum, ità adhibetur in criminalibus causis atque in ciuilibus, nec mirum, quia regulariter sicut proceditur in ciuilibus, sic pariter in criminalibus, nisi diuersa ratio subsit, vel contrarium reperiatur à iure expressè decisum, vti docet *Euer. in cent. sua loc. a similibus ad criminalia num.* 1. *&* 2. Hinc apparet non posse denegari votum Assettamenti etiam in causis criminalibus, si a reis petatur, quod tamen
2 locum non habet, vbi *Senatori* specialis facultas à Summo Pontifice attributa sit procedendi in causis criminalibus nõ seruata forma statutorum sicuti superius notauimus ad cap. 3. de Senatore eligendo; hoc enim casu licet *Senatori* eiusmodi votum denegare.

a De Instantiis, et fatalibus. Cap. LXXXI.

CVpientes quantum possumus *b* finem litibus imponere, statuimus, vt *c* causę omnes ciuiles, *d* etiam executiuę, & summarię, coram quibuscumque Iudicibus, & Magistratibus, & ius dicentibus Capi-

Capitolinæ Curiæ, infra Biennium à die litis conteſtationis, ſeu pro conteſtata habitæ computandum, *e* terminentur; quo Biennio elapſo, *f* inſtantia pereat, & actor condemnetur in expenſis, & Iudex pœnam vigintiquinque aureorum incurrat: & nihilominus poſt lapſum inſtantiæ, teneatur Iudex ad inſtantiam rei *g* cauſam expedire. Volumus etiam, quòd inſtantia perempta, *h* omnia acta, præſertim ordinatoria in dicta inſtantiâ facta, fidem faciant in quocumque iudicio; & hæc in prima. In ſecunda autem inſtantia, fatalia ſint menſium ſex, *i* à die appellationis interpoſitæ. In tertia vero, *K* vbi eſſe contigerit, ſit menſium quattuor, à die appellationis, vt ſupra; quibus fatalibus elapſis, *l* appellatio deſerta remaneat: & nihilominus ſi appellatus petierit, cauſa appellationis per Iudicem terminari poſſit, & debeat.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Dictio, Et, poni ſolet inter diuerſa.*
2 *Inſtantia eſt actionis exercitatio à litis conteſtatione in definitiuam ſententiam, certo tempore coarctata.*
3 *Fatalia continentur ſub Inſtantia, vt Species ſub Genere.*
4 *Inſtantia, & Fatalia, in quibus differant; remiſſiue.*
5 *Statutum quomodo cognoſcatur, ſit nè fauorabile, an odioſum?*
6 *Statutum fauorabile largè interpretari debet.*
7 *Cauſæ criminales in Foro Capitolino, quoad inſtantias, remanent in diſpoſitione iuris communis.*
Idem de cauſis quæ ad ius fiſcale pertinent. num. 8.
9 *Statutum ita eſt interpretandum, vt quantum fieri poteſt, ſit conforme iuri communi.*
10 *Cauſæ executiuæ, & ſummariæ cenſentur habere inſtantiam triennalem: & ex ſtatuto æquiparantur quoad inſtantiam alijs ciuilibus. & n. 11.*
12 *Statutum cur quoad inſtantiam nominauit expreſsè cauſas executiuas, & ſummarias? & n. 17.*
13 *Omne qui dicit, nihil excludit.*
14 *Dictio Etiam, ſolet exprimere caſum magis dubitabilem.*
15 *Cauſæ executiuæ, & ſummariæ, tam ex iure communi, quàm ex ſtatuto, breuiores habent proceſſus.*
16 *Inſtantia per ſtatutum comprehenſa intelligitur etiam in ſummarijs.*
18 *Inſtantia in cauſis executiuis, & ſummarijs habet initium, cum partes de meritis cauſæ tractare incipiunt.*
19 *Inſtantia de iure Canonico, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus numquam perit.*
Secus de iure ciuili, & ex ſtatuto. & n. 20.
Et ratio diuerſitatis; remiſſiuè n. 21.
22 *Inſtantiæ, ſeu Fatalia, an prorogari poſſint, ſi partes velint? & n. 23. 24.*
25 *Fatalia quando non currant; remiſſiuè.*
26 *Inſtantia terminus quando ſit præfixus Iudici? & n. 27.*
28 *Acta Iudicij, quoad inſtantiam, ſunt ea, quæ tendunt ad litis ordinem, & appellantur ordinatoria iudicij.*
29 *Acta litis, ſeu cauſæ, deciſionem litis reſpiciunt.*
30 *Clauſula, ſine figura iudicij, tollit aliqua acta ordinatoria iudicij, non autem probatoria, & deciſoria litis.*
31 *Inſtantia elapſa, pereunt omnia acta ordinatoria iudicij, de iure communi.*
Secus de actis probatorijs. & n. 32.
33 *At in Curia Capitolina, neque acta ordinatoria pereunt, licèt parte citata ſint repetenda. num. 33.*
Et faciunt fidem in quocumq; iudicio. n. 34.
35 *Fatalia incipiunt à die interpoſita appellationis.*
36 *Cauſa appellationis deſerta, an ſit neceſſe quod pronuncietur vt talis à Iudice ad quem?*

ANNOTATIONES.

A 1 DIfferunt inter ſe inſtantiæ, & fatalia) merito inter verũque poſita eſt dictio &, quæ poni ſolet interdiuerſa, vt in *rubr. C. de ſent. & interloc.* & *in rubr. Inſtit. de vſucap.* & *long. tempor. præſcrip.* Vocabulo inſtantiæ in hoc ipſo ſignificato vtitur *Vlp. l. C. in l.* & *poſt edictum* §3. *in princ. verſ. circumductio edicto ff. de iudic.*

2 Definitur autem, ſeu deſcribitur inſtantia ab *Alciat. in l. ſi diuerſa nu.* 16. *C. de tranſact.* ſub his verbis; inſtantia nihil aliud eſt, quam actionis exercitatio a litis conteſtatione in definitiuam ſententiam certo tempore coarctata. De fatalibus mentio nominatim præcipuè habetur in *l.* 2. & *in l. fin. C. de temp. appell.*

3 Fatalia autem videntur contineri ſub nomine inſtantiæ tamquam ſpecies ſub genere, nam reſtringuntur ad cauſas appellationum, & incipiunt à die interpoſitæ appellationis, inſtãtia vero dicitur de primo iudicio, ac ét de iudicio appellationũ; quo-
4 tuplex vero differẽtia ſit inter inſtantiã, & fatalia, ſuſè habetur per *Scacc. de appell. c.* 3 *q.* 15. *art.* 11. *per totum*, vbi quatuor notabiles enumerat differentias, quas quidem ſingulas copioſè proſequitur, ſed & argumentum totum de fatalibus, & inſtantijs cauſarum, idem per totam, illamq; diffuſè

fusè pertractat; Ad hanc ipsam materiam abunde videri potest etiam praxis *Asin. in princ. cap.* 2. & 3. ad multas limitationes, circa peremptionẽ instantiæ vltra alios vide *Thes. decis.* 10. *per tot.*

B Finem litibus imponere) quod iura tum canonica, tum ciuilia maximè intendunt *c. finem litibus, & c. fin. de dol. & contu. c.* 2. *de re iud. l. properandum in princ. C. de iudic. l. litibus C. de agric. & cens. lib.* 11. hoc verò statutum censeri debet fauorabile, inspecta nimirum principali immo vnica mente statuentium, quæ publicum bonum

5 respicit, ità enim cognoscitur an statutum sit fauorabile, vel odiosum per *tex. in l. qui exceptionem ff. de condic. indeb. & in l. si quis nec causam ff. si cert. pet. Roman. cons.* 4 *num.* 7. *& cons.* 328. *n.* 2. *& ibi adden. littera B. Paris. cons.* 83. *num.* 4. *lib.* 3. *Tiraquell. de utroq. retract. in præfat. n.* 65. vnde hoc statutum latè debet interpretari iuxta

6 *not. per Asin. in sua prax. iudic. §.* 4 *cap.* 2. *num.* 6. *quod, & not. Luc. Pat. lib.* 2. *cap.* 14. *de instan. num.* 7.

C Causæ omnes Ciuiles) consulto statuentes omiserũt cau

7 sas criminales, istæ igitur remanent in dispositione iuris cõmunis iuxta *tex. in l. cõmodissime ff. de lib. & posthum.* Vnde remanet earum instantia biennalis *ex l. fin. C. ut intr. cert. temp. crim. quæst. termin. l properandum in princ C. de iudic. quod*, & Doct. omnes affirmant, sicuti de Ciuilibus hoc statuto nostro cauetur.

8 Excipiantur etiam causæ, quæ ad ius Fiscale pertinent, vel quæ ad publicas respiciunt functiones, vt est de iure communi ex *d. l properandum*

9 *in princ. vers. exceptis*, nam ita debemus interpetrari statutum, vt sit conforme iuri communi, quantum fieri potest ad *vulg. tex. in cap. cum dilectus de consuet. Rot. diuers par.* 1. *decis.* 475. *nu.* 6.

D Etiam executiuæ, & summariæ) sic tam istæ, quam illæ iuxta magis receptam

10 Doct. sententiam censentur habere instantiam triennalem, de qua in *d. l. properandum, vt per Maran. in suo specul par.* 5. *princ. num.* 5. & 7. *Asin. in prax. vid. in princ. cap.* 3. *sub num.* 37. ibi contrariam verò opinionem, & per plures alios numeros, præcipuè verò *num.* 42. *Scacc. de appel. q.* 15. *art.* 11. *num.* 244. & 248. Nec mirum si ius

11 nostrum municipale causas eiusmodi aliis ciuilibus æquiparet quoad instantiam, vt scilicet cum dispositione iuris communis, quantum fieri potest se conformet ad *tex. cum ibi not. in cap. cum dilectus de consuetudine.* Sed cur nam statutum expressim nominauit causas executiuas, & summarias, quæ satis comprehendi poterant sub vniuersali illo sermone causæ ões ciuiles iuxta vulga-

12 tam iuris regulam; quod qui omne dicit, nihil excludit *l. Iulianus* 66. *in prin. ff. de leg.* 3. *cum simil.*

13 & cum ditione etiam, quæ quidem dictio solet exprimere casum magis dubitabilẽ *l. etiã* 159. *ff. de verb. sign. l. conuenticulã C. de Epis. & cler. cũ simil.* cum tamen minus dubitari posse videbatur de voluntate statuentiũ quoad celeriorẽ expeditionem eiusmodi causarũ, quam cæterarũ ordina-

14 riarum, nã, & iure communi, & nostro municipali causæ executiuæ, & summariæ breuiores habent processus, vt notum est. Et instantia per statutum comprehensa intelligitur etiamin summarijs *Natt. cons.* 32. *num.* 14. Existimo id factum

17 quia Doct. non pauci senserant in causis istis non dari instantiam, & ideo eas non comprehendi sub dispositione legali de instantijs loquente, eos autem Doct. recensent *Asin. & Scacc. locis proximè citatis*, Vnde voluerunt statuentes omnem scrupulum in hoc articulo remouere.

E Terminentur intra biennium à die contestationis litis) scilicet in causis ordinarijs, vbi nimirum lis contestatur, vel à die litis habitæ pro contestata, vbi lis non contestatur, sicuti in sum-

18 marijs, & executiuis: nam in eiusmodi causis instantia tum habet initium, cum partes de meritis causæ tractare incipiunt, & primus tum factus actus vim habet contestationis litis iuxta *glos. in c.* 1. *§. sed si ars alia verbo Absentia de elec. in* 6. *Bart. in l. nulla* 23. *C. de procur. vbi, & alij Doct. Marant. in suo specul. par.* 5. *princ. nu.* 4. *Seraph. decis* 920. *num.* 3. *Asin. d. c.* 3. *nu.* 34. & 44.

19 Instantia pereat) hoc est de Iure Ciu. & F nostro municipali, de iure autem Canonico instãtia numquã perit *tex. est & ibi Abb. & alij in c. venerabilis, & in c. si de iudic. Corn. cõs.* 210. *in fin. vol.* 4. *traq. in foro Ec-*

20 *clesiastico*, & in Ditione Ecclesiæ, vbi seruetur ius Canonicum, numquam perit instantia siue in Ciuilibus, siue in criminalibus *Maran. d. p.* 5. *nu.* 14 *Corn. d. cons. Asin. in prax. iudicial in princ. d. cap.* 3. *num.* 22. vbi asserit hanc esse communem seu-

21 tentiam, & rationem diuersitatis, quoad hoc inter ius Canonicum, & ius Ciuile affert sub *num.* 23. & 24. Quid si partes instantiam, seu fatalia prorogare velint, numquid possint cõmunis DD. opin. est quod non possint partes prorogare, sed tantum suspendere, exempli gratia per compromissum *Vestr. in sua prax. lib.* 7. *cap. vlt. num* 18. vbi etiam plenius *Grauat. num.* 42. *Alexan. cons.* 137. *num.* 2. *lib.* 2. *& cons.* 180. *num* 2. *lib.* 6 sed ve-

23 rior videtur opin. contraria per *tex in l. fin. §. vlt. C. de temp. appell. in clem. quamdiu de appell.* & hanc tenuerunt Auctores grauissimi, quorum non paucos recensет *Thesaur. decis.* 244. *num.* 2. qui & eam vti veriorem, ac æquiorem sequitur *Osasc. decis.* 28. *num.* 13. dicens de ea tanquam de casu legis ex iuribus prædictis non esse dubitandum *iuxta tex. in l. ancillæ C. de furt.* Neque hoc casu dicitur noua causa *Bald. cons.* 436. *nu.* 1. *in fin. Menoch. de arbitr. iud q.* 67. *num.* 7. Fatali-

24 bus vero lapsis nõ est locus prorogationi *Vestr.*

25 *d. cap. nu.* 16. quando autem fatalia aliàs non currant, sicque non pereat instantia vide *Scacc. de appell. q.* 15. *per totam*, qui copiosè ac docte materiam istam exornat.

26 Causam expedire) hinc apparet termi-
C num instantiæ præfixum esse iudici, & ideo iure permittitur eidem post terminum causam expedire iux. *not. per Castren. cons.* 16. *num.* 9 *tom.* 1. *Maran. d. par. princ.*

27 *num.* 58. aliud verò esset, vbi instantia præfixa esset iurisdictioni, parti, causæ, vel actioni, vt per *Scacc.* & quamplures alios ab eo citatos *lib.* 2. *de iudic. cap.* 2. *num.* 709. *& seq. & de appell. q.* 15. *n.* 288. nam tunc sententia lata post peremptam instantiam esset ipso iure nulla, & nullum habe-

ret

tet effectum *Maran.d.num.*38. & plures alij ab ipso citati.

H **Omnia acta præsertim ordinatoria)**

28 acta in præsenti materia sunt duplicis generis, alia iudicij, alia litis, iudicij acta dicuntur illa, quę tendunt ad litis ordinem, quæ ideo à Doct. appellantur ordinatoria iudicij, sicuti libellus, citatio, litis contestatio, satisdatio, iuramentum calumniæ, delatio iuramenti, & similia. Litis
29 verò, seù causæ acta ea dicuntur, quæ litis decisionem respiciunt, sicuti depositiones testium, instrumenta, confessiones, & alia similia acta probatoria, ità declarat *glo.in element. sapè, verb. Defensiones de verb sign.* & concludit, quod clau-
30 sula sine figura iudicij tollit aliqua acta ordinatoria iudicij, non autem probatoria, & decisoria litis, quodque ideo iudex probationes, & legitimas delationes admittit, nõ obstãte tali clausula.

31 Nunc ad rem nostram de iure communi per lapsum instantiæ pereunt omnia acta tendentia ad litis ordinem, & in specie omnes satisdationes receptæ in iudicio, vt est *tex.in d.l.properandum*
32 *§.& siquidem, & in l.2.ff. iudic solu. Thes. decis.* 202.*num.*12.*vers.2.est casus*. Acta verò probatoria non pereunt *Specul.tit.de iudic.deleg.§. reflat.vers.sed numquid omnia Dec. in l.* 15. *apud quem num.* 60. *C. de eden.* & alij quamplures, quos refert, & sequitur *Maran.d.par.*5.*sub nu.* 55.vbi hanc testatur esse veram, & communem opin. *Afflin.in sua praxi §.*14.*cap.* 3.*num.*9.*Scacc.*
33 *d.q.*15.*num.* 348 Sed in Curia Capitolina neque acta ordinatoria pereunt, licet parte citata fine repetenda *Luc.Pat.in prax.lib.*2. *tit. de Instantia num.*14.

34 Attamen nostris statuentibus hic decernere placuit, quod instantia perempta omnia acta præsertim ordinatoria fidem faciant in quocunque iudicio, vt nimirum finis litibus quanto citius imponatur, quæ quidem ratio finis est huius statuti, sicuti docet proœmium *ad tex. in l.fi. ff. de hared.instit. & in l.*1.*ff. ad Macedon.*

I **A die appellationis interpositæ)** sic pa
35 riter ex iure communi fatalia incipiunt à die interpositæ appellationis *authe. qui appellat*, vbi *Bart.num.*2.*C.de temp.appell. l.fin. § illud vbi Bart.num.*2. *C. de temp.appell. l.fin.§.illud vbi glos. verbo Inchoatam, & ibidem addit. C. de temp. appell.c. ex parte* 12.*de rescript. elemen sicut de appellat. & ibi glos. verbo A die*, atque hæc hodie est communis conclusio, quæ non habet contradictorem, vt inquit *Scacc.d.quæst.*5. *num.*162.

K **Vbi esse contigerit)** siquidem datur tertia instantia etiam iuxta dispositionem statutorum Vrbis, vt infra *tod. lib.cap.*181.*&* 182.

L **Appellatio deserta remaneat)** tum verò pote
rit appellatus instare coràm Iudice à quo pro executione sententiæ ad sui fauorẽ latæ, citata tamẽ
36 parte, nec opus erit, vt Iudex ad quem pronunciet causam desertam, sicque euitabitur magnus circuitus, vti docet *Ang.in l. si contra maiorem* 8. *C.de appell. & probat ex ipso tex.* sequitur *Felin.* dicens aurea esse verba, *Angeli in cap.ex parte* 12.*num.*9.*de rescrip.* vbi etiam addent. *Franc. in c.ex ratione* 8.*num.*99.*de appell.* & hæc est cõmunis opinio, de qua testatur *Luc.Pat. in sua formula iudic.lib.*8.*cap.*1.*de execut rei iudic. nu.*16.

De executione Instrumentorum. Cap. LXXXII.

b ontra publica Instrumenta, per creditorem executioni demandari petita, nulla possit opponi exceptio, nisi dumtaxat falsitatis, simulationis, vsurarum, solutionis siue satisfactionis, pacti de non petendo perpetuo, vel ad tempus; rei iudicatæ, præscriptionis, & litis pendentiæ: Quas exceptiones, seu earum alteram, possit debitor opponere, & oppositas probare debeat, infra decem dies vtiles, computandos à *c* die, pro qua debitor citatus fuerit, ad videndum productionem Instrumenti præfati, seu à die datæ copiæ, seu ad illam recipiendum præfixa, si reus copiam petierit: qui terminus sit legalis, datus ab hac lege sine ministerio iudicantis, non solum ad probandum, sed etiam ad probatum habendum *d* per omne genus probationis; & non sufficiat testes in termino iurasse, nisi realiter, & cum effectu *e* in termino prædicto deposuerint. quo etiam termino durante Actor suam intentionem liquidare teneatur. Et si dicta Testium publicari contingat, seruetur, quod supra de testium publicatione traditum est. Quibus diebus elapsis, ad petitionem creditoris, *f* seu habentis ius cessum ab eo, si exceptio aliqua de prædictis non fuerit oppositа, seu oppositа, & non probata, Iudex realiter, & cum effectu vnica citatione præcedente, dictum instrumentum executioni demandet, vel ipsum non mereri executionem pronunciet, & sufficiat, vel pronunciasse Instrumentum fore exequendum, vel relaxare mandatum executiuum. Fiat autẽ executio realis, & personalis, prout actor elegerit, & per electionem vnius viæ alteri non præiudicetur; & prædicta locũ habeant, & seruentur etiam *g* ad instantiã hæredum creditoris, & contra hæredes debitoris, prętерquam quo ad personalem quo ad illos hęredes, qui beneficio legis, & inuentarij *h* tuti sunt.

SVM-

SVMMARIVM Annotat.

1 *Statutum de executione instrumentorum est ordinatorium, non decisorium.*
2 *Statutum ordinatorium non ligat nisi litigantes in Foro Statuti.*
Limita quoad Forum Capitolinum: vt num.3.
4 *Instrumenta, ex communi vsu loquendi, nõ appellantur nisi publica.*
Secus ex propria appellatione, n.5.
6 *Instrumenti publici definitio.*
7 *Instrumentum publicum duo principaliter continere debet, factum, quod dicitur contractus, & publicationem.*
8 *Scriptura omnis, cui de iure, vel speciali consuetudine creditur, dicitur publica.*
9 *Testimonia per publicum Notarium scriptis excepta, & redacta in publicam formam, an comprehendantur sub instrumentis? & num.12. & 28.*
10 *Dispositum de vno in aequiparatis, censetur aquè dispositum de altero.*
11 *Duo vbi æquiparantur lege antiqua, lex noua loquens de vno, censetur loqui pariter de altero.*
Intellige vt num.26.27.
13 *Vsus communis loquendi attenditur in statutis, & præfertur cuicumque dispositioni legali, & n.17.*
14 *Doctori attestanti de consuetudine credi debet.*
15 *Instrumentum facilius probat, quod actum est, quàm testes, & n.25.*
16 *Instrumentum publicum est probatio probata, & facit veritatem manifestam.*
18 *Testimonia non sunt verè, & propriè instrumenta.*
19 *Verba in statutis sunt strictè intelligenda.*
20 *Statutum tantum disponit, quantum loquitur; & non vltra.*
Et si sit contra ius commune, restringi debet & n.21. & 47
22 *Statutum tribuens executionem paratam publicis instrumentis est contra ius commune.*
23 *Instrumenta publica, ex iure communi, non habent executionem paratam, nisi habeant guarentigiam.*
Amplia, etiamsi contineant iuramentum confirmatorium. & n.24.
29 *Testes parte non citata examinati non probãt.*
Intellige vt n.30.
31 *Statutum reijciens omnes exceptiones, non excludit exceptionem nullitatis instrumenti, & n.33.*
Intellige vt n.34.
32 *Nullitas non est propriè exceptio, sed defensio.*
35 *Exceptio tollens qualitatem, in qua fundatur statutum, potest opponi: sicut exceptio liquidationis instrumenti. & n.36.*
37 *Statutum decernens executionem paratam instrumentis publicis, intelligi debet de liquidis.*
38 *Instrumentum non liquidum, liquidandum est ante omnia, vt habeat executionem.*
Intellige vt n.39.
40 *Instrumentum, si ad aliud instrumentum referatur, an ad hoc vt exequatur, debeat ostendi relatum? & n.41.42.*
43 *Statutum disponens, quòd contra instrumentum publicum opponi non possint nisi quædam exceptiones expressæ, non videtur ideo prohibere alias exceptiones iustas, & similes expressis.*
Contrarium. n.48.
44 *Similium ad similia idem est iudicium.*
45 *Regula, quòd exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, non habet locum in casibus similibus ijs, qui excepti sunt.*
46 *Exceptio, & taxatiua, non excludunt casus similes exceptis, & taxatis.*
49 *Exceptionum contra executionem instrumẽti, & exceptionum contra instrumentum, diuersi sunt effectus.*
50 *Statutum Vrbis probibere videtur exceptiones contra executionem instrumentorum.*
51 *Dictio, A, vel Abs, posita in termino, ponitur exclusiuè.*
52 *Terminus ad probandum simpliciter, & terminus ad probatum habendum per omne genus probationis, differunt inter se: & eorum differentia. n.53.54.*
55 *Executio instrumenti competit cessionario eodem modo quo competebat principali creditori, ex statuto.*
56 *Actiones actiuæ, & passiuæ transeunt in hæredem.*
57 *Beneficium legis, & inuentarij efficiunt, vt hæredes debitoris immunes sint ab executione personali.*
58 *Statutum disponens, quod executio instrumenti fiat contra hæredem, sicut contra defunctum, intelligitur, nisi hæres fecerit inuentarium.*

ANNOTATIONES.

A 1 HOc statutum respicit ordinatoria non decisoria iudicij, & ideo necessariò seruandum est in Foro Capitolino dumtaxat iuxta tradita per *Iaſ. in l. cunctos populos num. 57. & 58. in 2. lectur. C. de sum. Trin. & fid. Cath.* Bened. *de Barz. in tract. de quarentig.*

sig. par 2.q in princ. ibi primus est, & per Cas. Barz. decision. Bonon. 41. num. 13. Rota in Sabi. men. dotis coram Sacrato 13. Martij 1606. impressa apud Marches. de commiss. super attent. par. 2. cap. 2. fol mihi 32. Et in Bononien. Bonorum de Zaffignanis 21. Aprilis 1600. coram Lancellotto. Et hoc quidem regulare eſt, quod ſtatutum reſpiciens ordinatoria iudicij non ligat niſi litigantes
2 in foro ſtatuti iuxta ſuperius deducta in prælud. num. 5. licet contrarium ſeruetur in caſu ſtatuti
3 cap. 180. infra hoc eodem libro, quod quidem ſtatutum habetur pro ordinatorio, ſed hoc fit ſingulariter propter verba ibi expreſſa in fine, nempe, quod ſtatutum in omnibus Curijs inter Ciues, Incolas, & Diſtrictuales Vrbis ſeruari volumus ſicuti dixit *Rot. decij 452. num. 6. par. 1. diuerſ.*

B Contra publica inſtrumenta) ſatis fuiſſet dicere contra inſtrumenta, quia ex communi vſu loquendi, non dicuntur inſtrumenta niſi publica,
4 vnde ſtatutum loquens de inſtrumentis ſimpliciter, probata iſta conſuetudine loquendi reſtringeretur ad inſtrumenta publica *Caſtr. in l. 1. num. 8. C. de iureiur. prop. calum. Aſin. in ſua praxi §. 22. cap. 4. num. 9.* Verum ad maiorem declarationem placuit ſtatuentibus adiicere verbum publica, cũ alijs inſtrumentorum appellatione propriè ve-
5 niant de iure etiam ſcripturæ priuatæ per *text. in l. 1. ff. de fid. inſtr.* quæ tamen ſcripturæ inſpecto communi vſu loquendi, non veniunt ſub nomine inſtrumentorum iuxta diſtinctionem *Bart. in d. l. 1. num. 2.* quam communiter eſſe receptam teſtatur *Aſin. d. cap. 4. num. 10.*

Publicum autem inſtrumentum à *Specul. tit. de inſtr. edit. §. 1. in princ.* Sic definitur, eſt ſolemnis
6 & ritè ordinata ſcriptura per authenticæ perſonę manum publicæ cauſa memoriæ facta, atque idem *Specul. eod. tit. §. 2 in princ.* ſubijcit in ſpecie, quod
7 publicum Inſtrumentum duo debet principaliter continere, ſcilicet factum, quod dicitur contractus, atque etiam publicationem; ad hanc vero nouem requiri per eumdem ibidem appoſita, & examinata, ſine quibus inſtrumentum dici non poteſt publicum, & non probat, vti etiam notauit *Aym. videndus conſ 216. præſertim num. 2. & 3. & 16. Tuſc. pract. concl. iur concl. 243. num. 4. & concl. 239.* Rurſus idem *Specul. eod. tit. §. nunc videndum in princ.* plenius proſequitur plures ſpecies publicorum, ſeù authenticorum inſtrumentorum, & deinde num. 3. generaliter notat omnẽ ſcripturam dici publiam cui de iure, vel ſpeciali
8 conſuetudine creditur per *text. in cap. cum dilectus de fid. inſtr. not. etiam Innoc. in cap 1. n. 2. eod. tit.* ſed numquid etiam hic comprehendantur
9 teſtimonia per notarium publicum ſcriptis excepta, & in publicam formam redacta? res dubia videtur: quod autem comprehendantur ſuadent infraſcripta, 1. *text. in l. 1. ff. de fid. inſtr.* cuius hęc ſunt verba, inſtrumentorum nomine ea omnia accipienda ſunt, quibus cauſa inſtrui poteſt, & ideo tam teſtimonia, quam perſonæ inſtrumentorum loco habentur. Secundo idipſum arguitur ex *l. in exercendis 15. C. de fid. inſtr.* quæ habet hæc verba, in exercendis litibus eamdem vim obtinent,
10 tam fides inſtrumentorum, quam depoſitiones teſtium; ergo cum iſta æquiparentur, ſequitur, quod diſpoſitum de vno, cenſetur æquè diſpoſitum de altero iuxta *gloſſ in cap. ſi poſtquam 33. §. fin. v. Prouiſione de elect. in 6. & in c. præſenti 10. verb. Declaramus de ſent. excomm. in 6.* nam æquiparatorum idem eſt iudicium *Tuſc. qui hanc regulam late proſequitur pract. concluſ. iur. concluſ. 308. littera E.* Tertia accedat, quod cum iſta duo iure commuui in materia probationum, & proceſſuum iudicialium adæquentur, ſtatutum noſtrum de inſtrumentis diſponens cenſetur etiam de teſtium dictis diſponere, iuxta iuris regulam, quod vbi duo lege antiqua æquiparantur, lex nona de
11 vno loquens cenſetur loqui pariter de altero quam regulam ponit *gloſſ. in d. cap. ſi poſt quam, §. fin. de elect. in 6.* vbi etiam *Gemin. ſub num. 2. gloſſ. in Clem. vnica de offic. vic. verbo Sacerdotili Abb. conſ. 75 ſub num. 6. par. 1. Alex conſ. 227. num. 26. lib. 6. Dec in cap. translato 1. lectur. in 2 not. & in ſeq. lectur. eod. not de conſtit.* Rip. *in l. ſi conſtante num. 69. ff. ſol. matr. Euer. in cent. ſua loco à ratione legis larga num. 27. Roman. conſ. 32 ſub num. 9. & conſ. 129. vbi, & addatio littera* A, atque demum opinio iſta ſuffulta eſt auctoritate *gloſſ. in l. fin. verbo diſpoſitionibus C. de epiſc. diu. Adrian. toll. quam communiter receptam tradit, & ſequitur Alex. conſ. 93. n. 14. & 15. vol. 6. Angel. in d. l. fin. ſub nu. 3. qui ex eadem gloſſ. hoc elicit,* quod etiam ſingulare, & mirabile dicit, nẽpe, quod ſi ex ſtatuto inſtrumenta habeant executionem paratam, & de debito non ſit confectũ inſtrumentum, ſed de eo poſtea facta ſit probatio per teſtes, quorum dicta in ſcripturam redacta ſint, talis ſcriptura habebit executionem æquè ac inſtrumentum, ſi illud confectum fuiſſet, *& Ang. ſequitur Alex. d. conſ. annot. ad ſingul. Matthæſil. 5. num. 11. Marſil. ſingul. 484. & alij multi relati per Tiraq. de retract. §. 2. gloſſ. 1. num. 13. Luc. Pat. lib. 3. cap. 2. de execut. inſtru. nu. 2.*

12 Contraria tamen ſententia videtur verior ex hoc potiſſimum argumẽto, quia ex communi vſu loquendi nomine inſtrumentorum teſtes non veniunt, quod *not. Bart. num. 2. & Alciat. num. 5. in leg. notionem 99 §. inſtrumentorum ff. de verbor. ſign. Imol Fel. & Dec. in rubr. de fide inſtr. Franc. Aret. conſ. ſi videtur ſub num. 2. Tiraq. d. gloſſ. 1. num 15. Aſin. in ſua prax. §. 19. cap. 31.*
13 conſequenter ſtatutum noſtrum de inſtrumentis loquens, teſtes non comprehendit, quia in ſtatutis attenditur communis vſus loquendi, & præfertur cuicumque diſpoſitioni legali *ex text. in l. Labeo, vbi Bart. ff. de Suppellect. leg. not. Tiraq. d. gloſſ. num. 5. vbi quam plurimos alios ad id refert Euer. in cent. ſua loco ab Etbymologia nu. 10. & loco ab opin. vulg. ſub num. 3. & 4. Maſcard. d. tract. concl. 3. num. 23.* tàm multis verò Docto. ijſque omnibus inſignibus, & tam antiquis, quàm recentioribus atteſtantibus de iſto communi vſu loquendi, credi debet, ſicuti Doctori atteſtanti;
14 de conſuetudine credendum eſſe iuxta magis cõmunem Doct. ſententiam de qua teſtatur *Gabriel. concl. 4. de prob. num. 1. Lamberteng. de contract. gloſſ. 11. verbo agnati num. 13. Maſcard. de gen. ſtat. interpr. concl. 4. ſub num. 53.* qui de probando communi vſu loquendi in ſpecie loquitur, ſed alijs notorius generalis, & publicus dici poteſt communis iſte vſus loquendi, ſcilicet, vt qui di-

cit

cit instrumentá, non intendat dicere testes, sicq. opus non est illum probare, sufficit autem allegare, *Dec.conf.284. num.10. Curt. Sen.conf.73. n. 25. conferunt not. per Fel. in cap. 2. num.7. de testib.per Surd. decis. 326. num. 82. & 83. & per Lambert. d.gloss 11. num.31.*

15 Accedat, quod per instrumentum facilius probatur, quod actum est, quàm per testes *l. contrahitur 4.§. fiunt enim ff. de pign. not. gloss. in c. 1. §. postquam autem verbo inscriptis de cens. in 6.* vbi recenset triginta quatuor casus, in quibus idcirco instrumentum requiritur, & aliquot etiam *not. Tiraq. d. gloss. 1. num. 16.* dicens ideò valere statutum probationem per instrumentum requi-
16 rens, omnēque aliam reijciens, sic instrumentum publicum est probatio probata, & facit veritatem manifestam *l. fin. vbi glos.* C. *de reb. cred. Rolan. conf. 58. num.6. vol.2. Paris.conf. 58. num.6. vol. 2. Asin. tract. de exec. §. 1. cap. 29. num.1. & seqq. Verall. decis. 421. par. 2. in princ. Mantic. decis. 69. num. 2.* non mirum igitur si priuilegium executionis, de quo in statuto nostro, facilius dari posse videatur instrumentis, quàm testibus; in his namque cessare videtur ratio statuti, quæ viget in illis, sicque cessare etiam dispositio iuxtà *text. in cap. cum cessante de appell. & in l. quod dictum ff. de pact.* quibus accedant alia deducta per *Euer. in cent. sua loco à cessatione rationis*. Atque hanc sententiam sequuti sunt etiam multi, à quibus non dissentit *Tiraq. sed referens d. gloss. 1. n. 15 & Iason d. l. fin. num. 20. eamque tenet cum pluribus alijs à se citatis Asin. d. §. 29. cap. 31.* Non obst. ad iucta superius pro altera parte, & primo *text. in l. 1. ff. de fid. instru. quia l.C.* ibi loquitur iuxta intellectum, & interpretationem iuris communis, nos autem inspecto communi vsu loquè-
17 di, qui quidem attendi debet, & præferri cuicūque dispositioni legali ex adductis superius; Ad-
18 do etiam, quod testimonia iuxta verba l.C. in eadem *l.* non sunt verè, ac propriè instrumenta si quidem, inquit ille, quod instrumentorum loco habentur, sicque impropriè *gloss. ibidem, verbo Habentur, conferunt not. per Bart. in l. 1. in prin. ff. de fisis. & legit. quidquid alias dixerit idem Bart. & Alciat. in l. nouionem. 99. §. instrumentorum ff. de verb. sign.* vnde in statuto non venirent
19 sub vocabulo instrumentorū, quia in statutis verba propriè, & strictè intelligenda sunt, vt per Doct communiter in *l. omnes populi ff. de iust. & iur.* quod latè prosequitur *Mascara. de gen. stat. interpret. concl. 4. per totam*.

Non obstat secundum argumentum desumptū *ex l. in exercendis litibus C. de fid. instrum.* quia procedit in dispositione iuris communis, sed non potest habere locum in dispositione iuris nostri municipalis, quod loquitur tantum de instrumentis, & ex communi vsu loquendi non includit te-
20 stes, vt supra diximus, nam statutum tantum disponit, quantum loquitur, & non vltra *Bald. in l. testamentum non ideo in fin. C. de testam. Petr. Gber. sing. 7. num. 10. & Iason in l. non tantum n. 6. ff. de re iud. Bertazzol. consil. crim. 505. num. 19.*
21 *lib. 2.* & quatenus sit contra ius commune, restringi debet, quàm maximè fieri potest *not. Dec. respon. 21. num. 41. lib. 2* & in specie de statuto dante paratam executionem instrumentis strictissimè intelligendo loquitur *Angel. conf. 263. statuto Pistorien. num. 2. Oset. decis. 21. num. 14.* vbi testatur hanc esse communem Doct. opinionem, & quamplures alios citat; quod autem sta-
22 tutum paratam executionem attribuens publicis instrumentis, quale est hoc nostrum, sit contra ius cōe tradit *Angel. in l. ait Prætor 5. §. si iudex n. 3. ff. de re iud. & in d. cōs. 263. Anan. conf. 16. n. 5. & conf. 50. num. 8. Paris. in addit. ad Bart. in leg. minor 25. annis 41. ff. de minor.* si quidem instru-
23 menta publica ex iure communi regulariter paratam non habent executionem, nisi habeant guarentigiam *d. l. minor & ibi Bart. num. 2. quem ibidem alij sequentur Alex. in d. l ait Prætor §. si iudex num. 4. Benedict. Barz. tract. de quarentig. p. 1. in princ. q. 8. vers. aliquando autem Boer. dec. 295. num. 5. Osasc. decis. 129. num. 2. Thesaur. dec. 26. n. 1. Carol. de Graff. ad stat. excl. omnes excep. in prælud. num. 1. Diaz. regul. 334. Ioseph. Ludou.*
24 *dec. Perus. 23. nu. 2.* etiam si continerent iuramentum confirmatorium, secus tamen si contineant decisorium *Socin. conf. 120. num. 10. lib. 1. qui ita Bartolum declarat*, circa quam regulam plures alias sallentias, & ampliationes videre potes apud *Thes. dec. 26. per tot.*

Neque etiam illud subsistit, quod eadem sit ratio in testibus, ac in instrumētis; quinimmo longè
25 maior est in instrumentis, maximè ad effectum paratę executionis, vt supra probauimus, atque vsus ipse docere posset, quod in dictis testium facilè contingunt varietates, & dubia, ex quibus liquida impeditur probatio debiti, sinè qua executioni locus esse non potest ad tradita per *Galle. de oblig. Camer. q. 34. num. 10. cum seq. & q. 35. à princ. per plures num. Bald. in l. 2. nu. 7. & alijs seqq. C. de exec. rei iud. Bart. in l. proinde 25. §. notandum ff. ad l. Aquil. num 3. & ibi addend. litteris C. Rot. diuers. decis. 324. num. 2. p. 2.* & liquidatio in multis sæpè contulit, vtque sufficienter fiat, nō parum operæ requiritur, vt videre est apud *Gall.* & alios proximè citatos; sic in dictatione, & exactione publicorum instrumentorum per publicum notarium facilius euitantur dubia, & inde etiam facilius requisita insurgit liquidatio, quod vsus, ac sensus ipse planè docet, tertium denique obiectum tollitur, quia regula allegata procedit so-
26 lum, vbi æquiparatio de re ad rem fit à iure communiter, & in omnibus, itaut sit etiam in eodem articulo, de quo lex noua loquitur, vt bene declarat *Dec. Abb. Roman. & alij citati ad comprobationem d. gloss. in cap. si postquam §. fin. de elect. in 6. Seraph. dec. 288. nu. 5.* at in casu nostro statuti, nulla confideran potest esse æquiparatio iuris communis inter testes, ac instrumenta cum ex eodē iure nec instrumenta paratam habeant executionem, vti supra probauimus: Accedat,
27 quod eadem regula limitatur, vt procedat, vbi in æquiparatis eadem militet ratio in omnibus, secus autem dicendum est, vbi diuersa sit ratio, vt in casu nostro *Mascar. cum alijs à se relatis dicto tract. concl. 4. num. 199.*

Ex quibus omnibus opin. istam veriorem planè arbitrarer, vbi verò altera potius teneretur opinio, ea vtique declaranda videretur, vt locū
28 haberet, si testes citata parte, de cuius interesse agitur, testificati essent, cum iuris firmissima re-

gula

gula sit, quod testes parte non citata examinat minimè probent *cap.2. extr.de test. vbi gloss.verb. Admonendus & Doct.omnes*, quam quidem regu-
29 lam multipliciter exornat *Farinac. q.72. de test.*
30 *cap.* 1. nisi tamen periculum esset in mora, quo quidem casu omitti posset citatio, sicuti & in alijs quibusdam casibus de quibus in *cap. quoniã frequenter.*, *vt lit. non contest.* & aliàs, vt fusius *per eundem Farinac.in ipsa q. num. 36. limit.1. & in alijs subsequen.*

Et litis pendentiæ,) sed licebit ne ne opponere exceptiones aliis similes præter hic expressas? puto breuiter responderi posse per conclusiones ad euitandam prolixitatem, & confusionem, prima igitur sit conclusio, quod non censeantur exclusæ exceptiones illæ, quæ reddunt instrumentum
31 nullum, nam verissima est conclusio, quod statutum reiciens omnes exceptiones, non excludit exceptionem nullitatis instrumenti, probat *text. in l. non erit 5. iuxta Doctrinam Angel. ibidem num.2.ff.de iureiur.tradit.Fel.in cap.ex parte 13. n.17. de rescri.& nouissimè Carol.de Graf.ad stat. exclud.omn.except.20.except.* vbi in numeros formè congerit Doct. huius sententiæ, si quidem
32 nullitas non est propriè exceptio, sed defensio,& ideò statutum eiusmodi eam non comprehendit, *Bald. in l.1. num.6. C. de iur. & fac. ignor. Fel. d. cap. ex parte num.17. Graff. de except. num. 3.*
33 & hæc quidem conclusio locum habet, siuè nullitas proueniat ex instrumento ipso, veluti ob non seruatas solemnitates, siuè ex contractu cõsento in eo *Graff. ibidem. num. 4. conferunt tradita per Gallef. de oblig. Camer. q. 3. per tot. &*
34 *per Zach. ad tandem q* quæ tamen conclusio intelligẽda videtur de nullitate patenti,& euidenti & per viam exceptionis deducta, secus autem de deducta principaliter à debitore conuento, seù conueniendo, & quæ requirat liquidationem seù probationem, vt colligitur ex *Giurb.dec.100 nu. 3. & seqq.* Et quando eiusmodi nullitas deduceretur per debitorem; quod si per ipsum Creditorem daretur de nullitate, vel rescissione contractus, vtpotè venditionis &c. non interim impeditur quin possit quoad fructuum, seu Censuum exactionem executiuè nihilominus agere, vt per eundem *Giurb.ad. dec.* 100. *nu.9.& seqq.*

35 Secunda est conclusio, quod opponi possit exceptio tollens qualitatem, in qua fundatur statutum vnde cũ statutũ nostrũ disponat super publicis Instrumentis, licebit reo conuẽto vigore eiusdem statuti opponere, quod instrumentum non sit instrumentum, vel non sit publicum, & cõclusionem istam tenent Doct.omnes, præcipuè *Abb. in c. item cum quis 6. n.6. de test. spol.* in terminis statuti loquentis de instrumẽto publico, quale est hoc nostrum, & ibi adden. *Bart. in l. diuus 25.n.1.ff.de milit.test.& ibi add.& in l.1.§.parui sub n.3.ff.quod vi, aut clam, Fel.in d.cap.ex parte sub nu.6. vers.2.fallit Osasc. decis.122.nu.2.& 3. Asin in sua prax.§.31.c.21.* ibi primo igitur, vbi *num.2.* asserit ità tenere Doct.communiter *Graf. d.tract. except.* 2. qui rationes subijcit huiusce conclusionis, eamque plenius prosequitur, ac exornat.

36 Tertia conclusio, quod exceptio instrumentũ non esse liquidum, opponi potest in casu statuti nostri, nam generaliter traditum est, quod statu-
37 ta, quæ paratam decernunt executionem publicis instrumentis, de liquidis intelligi debeant *not Bald.in l.2.num.7. C.de exec.rei iudic Osasc. dec. 129.num.8.& 9.Asin. tract. de execut.cap. 29.n. 18.Graff.d.tract.except.36.* qui conclusionem istã ratione, & quàm plurium Doct.auctoritate cõ-
38 probat Instrumentum enim non liquidum oportet ante omnia liquidari, vt executionem habeat prout ex compluribus probat *Giurba decis.15.n. 6. & seqq.* licet tamen, quãdo contineret aliquid
39 incertum, & aliquid certum pro eo quoad certum est, executioni mandari possit *Idem Giurba decis.60.num.11. & seqq.* & pariter si Instrumentũ ad aliud Instrumẽtũ referatur, nõ est exequen-
40 dum
41 nisi ostẽdatur Instrumentũ relatum. Quod tamen solum procederet, quando Instrumenti, cuius executio petitur, substãtia ad aliud Instrumẽtum refertur, secus quando est secundum Instrumẽtum propter aliud emissum, quod potest principaliter disponere, quia non tam conditionaliter, quàm causatiuè alterius sit mentio, vti distinguen. comprobat Idem *Giurba decis.10.n.15.*
42 *& seqq.* quando enim Instrumentum referens, est per se certum, & determinatum pr obat, etiã absque relato addend. ad *Gregor. decis. 439. num.13.*

43 Quarta conclusio, quod statutum disponens contra publicum Instrumentum opponi non posse, nisi quasdam nominatas exceptiones, & nullã aliam opponi posse, non ideo videtur prohibere, alias iustas, & similes exceptiones, ità formal cõclusionem *Bart in l.1.§.& parui refert num.3.ff. quod vi, aut clam*, quæ quidem conclusio videtur esse iuxta sensum *glo.in l.ità nobis cordi 7.C. ad l.iul.de adult.& eam tenet Angel.in l.sciendum 32.in princ.ff.de euic & in l.si homin.m 47.§ si in editicijs ff.de adil.act. Asin.in prax. iudic. §. 31. cap.57. Caroc.tract. de deposit.par.1.tit. de culpa depositi concl.1.num.6.* atque plures alij ab ijsdem *Asin.*, & *Caroc. relati Luc. Pat. lib.3. cap.2. de execut. instr.n.* 12. & ratio conclusionis ea est,
44 quia de similibus ad similia idem est iudicium *c. inter ceteras de rescrip.c.2 de transl. Episco.l.non possunt ff.de leg* & vbi est eadem ratio, vel æquitas, ibi eadem esse debet iuris dispositio *l. illud ff. ad l. Aquil. l.à Titio ff.de verb. oblig.* quod argumenti genus plenè prosequitur *Euer. in cen.sua loco à simili*, nec obstare potest modus loquendi per exceptionem, & simul per dictionem taxatiuam, vt in contextu huius statuti nostri, quia re-
45 gula, quod exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, non habet locum in casibus similibus ijs, qui excepti sunt etiã, quando in *l. vel statuto exceptiuè loquente habetur dictio taxatiua*,
46 nam exceptio, & taxatiua non excludunt casus similes exceptis, & taxatis, vt bene probat idem *Euer.in cent.sua loco ab exceptione ad regul. sub num* 5. & in loco à natura dictionum taxatiuarũ *num.* 4. quod procedit amplius, vbi exceptioni adiuncta essent verba taxatiua geminata, & quidem in casu statuti *Alex. cons.* 132. *num.5. & 6. vol.*4. atque hæc conclusio eo magis tenenda videtur, quòd per eam minus lęditur ius communem, illud enim executionem paratam non tribuit instrumẽtis, vt supra probauimus, sed aduersus ea permittit obijci exceptiones omnes iuri,

& rationi congruentes, quod verò ea interpretatio, vel opinio in statutis capessenda sit, per quam minus lędatur ius commune, planè notum est ex *tex. in c. cum dilectus de consuet. vbi Doct. & aliàs supra plenius probauimus.*

48 Attamen contraria sententia in hoc articulo placuit quampluribus alijs, & præcipuè *Bald. qui* eã etiam consuetudine seruari asserit in *d. l. ità nobis pudor num. 1. quem sequitur Franc. Aret. cons. 106. num. 8. & cons. 20. sub nu. 3. vers. quid plura? Milanen. q. 2. nu. 26. post decis. 13. lib. 2. & alij citati à Carol. de Graff. tract. de excep. in prælud. sub num. 250.* vbi hanc sententiam meliorem dicit, quam & communem dixit *Capr. concl. 51. nu. 19. quem refert, & sequitur Burg. de Laudem. par. 3. inspect. 40. num. 8.* Verum quidquid asserant isti, prior sententia solidioribus rationibus innixa videtur, cum altera fundetur tota in cortice, & rigore verborum statuti, cui quidem fundamento superius satis respõsum apparet.

49 Demum verò inutile non videtur hic adnotare, quod aliud est per statutum prohiberi exceptiones contra executionem instrumenti, aliud prohiberi exceptiones contra instrumentum, scilicet contra validitatem instrumenti, primo nãque casu, licet debitor non possit contra executionem excipere, poterit tamen post solutionem factam solutum tanquam indebitum repetere, vbi tutus fuerit aliqua legitima exceptione, in posteriori verò casu aliter dicendum est, quia statutum semper viget, & stat pro instrumento, ita vt dum extat instrumentum, sẽper locum habet priuilegium instrumenti, non sic in statuto fauente executioni, quoniam ea facta, nihil est amplius, quod statutum operetur, ità declarat, *Carol. de Graff. d. tract. & prælud. d. exception. num. 232. & seq. ex decis. Viu. 175. num. 2. & ex alijs allegatis*, statutum verò nostrum videtur
50 prohibere exceptiones, contra executionem instrumentorum in primis verbis, nempe contra publica instrumenta per creditorem executioni demandari petita, sicque sumus in primo casu, vide ad hęc *Giurb. decis. 44. num. 9. & seqq.*

C Die, pro qua debitor citatus fuerit) dies ista non computatur in termino decem dierum
51 hic assignato per statutum, nam dicto à vel ab ponitur exclusiuè in termino, cui adiungitur *gloss. in c. Statutum, verbo numerandum de prob. in 6. & in clem. sicut verbo a die de appell. Gratia. decis. Marchia 124. num. 4. & 5. Tusc. pract. cõclusion. Iur. litera D. concl. 238. nu. 10.* idem dic paulò inferius ibi à die datæ copiæ.

52 D Per omnes genus probationis) longè differunt inter se isti duo termini, scilicet terminus ad probandũ simpliciter, ac terminus ad probatũ habendum per omne genus probationis, nam iste vim habet conclusionis in causa *Alex. consil. 101. num. 4. lib. 2. Ioan. de Amici cons. 108. nu. 5 & alij relati per Grauat. ad Vestr. lib. 6. cap. 2. num. 61.* Vnde hoc elapso nec probatio per iuramentum admitteretur iuxta magis communem Doct. sententiam, de qua testatur *Asin. in sua*
53 *praxi §. 22. cap. 3. sub num. 3.* contra verò eiusmodi probatio nempe per iuramentum admittitur post lapsum terminum ad probandum simpliciter datum, vti doctè, & benè distinguit ibidem *Asin.* conciliando dicta plurium Doct. quos ipse citat, qui inter se dissentire videbantur.

E In termino prædicto deposuerint) hic est altera differentia inter prædictos duos terminos, si quidem in termino ad probandum simpliciter dato, satis est testes intra terminum iu-
54 rasse, vt post terminum examinari possint, secus verò, vbi præfixus sit terminus ad probatum habendum, tunc enim intra hunc terminum, testes non solum iurare, sed etiam testificari debent, aliàs eo elapso testificari non poterunt, licet eo durante iurassent *Bart. in l. si quando num. 8. vers. & hoc verum C. de testib. vbi etiam Barbat. in apostill. Fel. in cap. licet causam num. 22. vers. tertius casus de prob. post Bal. Specul. Io. Andr. Imol. Abb. & alios Io. de Amici d. cons. Graua. ad d. c. 2. num. 61.* ficque statutum nostrum in hoc conforme est iuri communi,

55 F Seù habentis Ius cessum ab eo &c.) competit autem huiusmodi executio Instrumenti vigore statuti Cessionario eodem modo, quo competebat principali Creditori, qui cessit *Char. dec. Ianuen. 63. num. 1. & seqq. & præcipuè nu. 25.* requiritur autem, quod agat d. nomine cessionario, & quod licet Debitorem C *hartar. vbi supra num. 6. Bald. in l. si præfatam C. mandati num....* vbi quod hoc procedit, licet cedens potuisset absque citatione exequi *Alex. cons. 15. nu. 10. lib. 7. Thes. decis. 220. num. 5. Bellamer. decis. 732. de libelli oblatione num. 2.*

G Ad instantiam hęredum creditoris, & cõtta hæredes debitoris) ratio cur quæ statutum de executione instrumentorum disposuit locum etiam habere, & seruari velit ad instantiã hæredum Creditoris, & contra hæredes debitoris illa quippe est, quia actiones actiuæ, &
56 passiuæ in hæredem transeunt *l. vnica C. vt actio. ad hared. & contr. hared. l. 1. in princ. ff. ad Trebell. l. 1. & ibi Bal. n. 4. C. quor. legat. idem Bal. in l. vnica §. videamus ad fin. C. de rei vxor. action.*

H Tuti sunt] id enim iure præstat beneficium
57 legis, & inuentarij, nempe vt hæredes debitoris eo suffulti immunes sint ab executione personali ex causa instrumenti, quo debitor ipse obligarus fuerat *Bart. in l. fin. §. in computatione ad fin. C. de iur. delib.* vbi inquit tota
58 die practicari, si statutum dicit, quod executio instrumenti fiat contra heredem, ficuti contra defunctum, intelligi, nisi hęres fecerit inuentarium, vt ibi per *gloss.* & subjcit tene menti, rogote, comprobat *Dec. in l. debitori num. 18. C. de pact. Alex. in l. postulante. n. 4 ff. ad Trebell. Soc. cons. 231. lib. 2. cum alijs per Borgian. de tutor. & curat. nu. 327. & per Bero q. 57.*

De

De executione Apocharum.

Cap LXXXIII.

IDem modus, & forma *b* per omnia seruetur in executione Chirographorum, seu Apocharum scriptarum, seu subscriptarum, manu alicuius priuatæ psonæ: & *c* contra scribentem, seu subscribentem, illiusque hæredes, sicut publica instrumenta executioni demandentur; etiam quòd Apochæ prædictæ *d* careant tempore, loco, causa, & partis præsentia; & si is, qui eam scripserit, neget eam sua manu scriptam, & contrarium probetur; negans, si sũma sit infra ducatos centum, pœnam ducatorum decem; si supra centum, ad rationem decem ducatorum pro quolibet centenario pro medietate parti, & pro alia Cameræ Vrbis applicandam, *e* incurrat: in quibus, executionis tempore per Iudicem condemnetur, aliàs ipse de suo teneatur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Apocha, siue apodissa quid sit, & n. 3. 4.*
2 *Scriptura priuata est triplex.*
3 *Apocha quam fidem faciat ex dispositione Iuris communis.*
6 *Apocha priuatæ, & instrumenta publica non differunt inter se, quoad executionem.*
7 *Dictio, Per omnia, infert omnem substantiam & qualitatem.*
8 *Apocha scripta de mandato alterius an subijciet mandantem executioni statuti? & nu. 12. 13. 14. 15.*
9 *Statutum intelligi non debet de casu fictio, sed de vero.*
10 *Fictè scribere dicitur qui per alium scribit.*
11 *Regula, Qui per alium facit, &c. non habet locum in statuto loquente de faciente. Limita vt num. 12.*
16 *Subscriptio sola in apocha idem importat, ac si tota scripta esset manu subscribentis. Limita in subscriptione facta in folio albo, n. 17. & 18.*
19 *Subscriptio non est necessaria, quando scriptura facta est de nomine illius, qui debuisset se subscribere.*
20 *Apocha, licèt careat tempore, loco, causa, & præsentia Partis, habet executionem, ex statuto. & n. 25. Et ratio n. 23.*
21 *Obligatio instrumentalis sine causa, de iure communi non obligat, neque probat saltem plenè.*
22 *Præsentia partis est de substantia obligationis.*
24 *Pœna negantis veritatem in iudicio, remissiuè.*
26 *Statutum tribuens executionem apochæ, est ordinatorium iudicij: & non ligat extra forum Capitolinum. Limita vt n. 27.*
28 *Chirographarius anterior præfertur instrumentario posteriori, dummodo scriptura priuata sit subscripta per tres testes: vel aliunde probetur illius veritas, & n. 29.*

ANNOTATIONES.

1 DE executione apocharum) in præcedẽti cap. de publicis instrumentis actum est, vt constat expressis verbis textus, hic verò agitur de apochis priuatis, vt in textu etiã declaratur ibi, manu alicuius priuatæ personæ, & aliàs apocha, quæ etiã apodissa apud aliquos vulgo nuncupatur, est vnũ genus priuatæ scripturæ ex tribus generibus quæ
2 constituit *Bart. in Authen. at si contractus nu. 7. C. de fid. instru.* alterum genus est liber rationũ, quem quis priuatim sua sponte sibi conficit.

Testium verò literæ, seù epistolæ, quæ ab vna persona ad aliam mittuntur, quod & *not.* idem *Bart. in l. admonendi num. 25 ff. de iureiur.* & hęc
3 quidẽ distinctio triplicis generis, seù potius triplicis speciei priuatæ scripturæ communiter a Doct. recipitur vti testatur *Genu. tract. de priuat script. lib. 1. quæst. q. 2. num. 1.* sumitur autem apocha, seù Chirographum in hoc statuto nostro generaliter pro scriptura, qua alter alteri aliquid promittit, vnde postea promissionis præstatio, & executio petatur, vt satis colligitur, & probatur ex textu ipsius statuti.

4 Cęterũ in iure cõi apocha strictè accipi consueuit pro scriptura, qua creditor confitetur se debitũ recepisse, antapocha verò vice versa pro scriptura debitoris ad declarationem debiti soluti in præstationibus annuis necessariam propter præscriptionem, & similia, quod probatur ex *l. plures apochis C. de fid. instru. vbi gloss. verbo Apochis plenius hoc explicat, not. etiam gloss. in rubr. C. de apoch. lib. 10. & Alciat præterm. lib. 1. ver. Apocha.* Quam vero fidem, seù probationem
5 apocha faciat iuxta dispositionem iuris communis, vide *Bart. in d. auth. at si contractus, & apud alios citatos in apostill. Put. ad eumdem Bart. ibidem in antiq. lect. & Bart. in dicta l. admonendi num 26. vbi & Put. verbo Apocham & fusius, Genu. d. tract. lib. 2. per tria cap. quæ liber ille complectitur Papien. in prax. in form. oppo contr. Instrum. fol. 192. in gloss. quæ incipit, & maximè, ac in gloss. sequentis incip. quod negatur &c.*

B 6 Per omnia) ideſt indiſtinctè, & ſine exceptione, ita vt inter inſtrumenta publica, & apochas priuatas, quoad executionē nulla ſit differentia *Iaſ.in l. 1.num.15, ff.de leg.1.* & per iſtam dictionem plures deciſiones in practica traduntur à ſcribentibus, quas ille ſubijcit ad hæc confert *tex. in §.ſed non vſque inſtit. de legatio. & in §. cum autem verſ pari ratione inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu. l. Antoninus 42. verbo Per omnia ff. de fideicom liberi. l. ius ciuile verbo, Per omnia ff. de iuſt. & iu. l. fin. verb.* 7 *Per omnia C. de contrahen. empt. c. cum inter 13, ad fin. verb. Per omnia de re iudic.* eadem dictio infert omnem ſubſtantiam, & qualitatem *Cott. in memor. verbo, Per omnia.*

8 C Contra ſcribentem, ſeu ſubſcribentem) quid ſi aliquis tertius ſcripſerit, ſeù ſubſcripſerit de mandato alterius, num quid aſſertus mandator cenſebitur ſubiectus executioni huiuſce ſtatuti? puto, quod non, quia ſtatutum requirit ſcriptionem, ſeù ſubſcriptionē manu illius perſonę, contra quam executio decernitur, nec à verbis proprijs ſtatuti eſt recedēdum *l. 3. §. hac verba ff. de neg. geſt Doct. communiter in l. omnes populi ff. de iuſt. & iur & in leg. non dubium C. de legi. cum alys ſupra ſapius ad id* 9 *allegatis* neque ſtatutum intelligi debet de caſu ficto, ſed de vero, maximè vbi ſtatutum à iure cōmuni exorbitat prout hoc noſtrum, quod auctoritate plurimorum Doct. comprobat *Maſcard. de gen. fiſc. interpr.* quem ſolum ideo citaſſe ſufficiat 10 *concl. 10. num. 1. & 17.* fictè verò ille dicitur ſcribere, qui per alium ſcribit, vel ſubſcribit 11 vnde in caſu ſtatuti loquentis de faciente non eſt locus regulæ iuris, qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur, de qua in *cap. qui facit per alium de reg. iur. in 6. & in l. 15. damnum dat. 130 ff. de reg. iur. quod not. Dec in eadem l. ſub nu. 3. & Cagnol. num. 2.* qui etiam rationem affert, quia hæc regula procedit ex quadam iuris fictio 12 ne, ſeù interpretatione. Secus tamen dicendum eſſet, vbi ſtatutum loqueretur in rem, verbi gratia pro furto, vel homicidio pœnam imponēdo, vt per *Dec. & Cagnol. ibidem.* Verumtamen mandator ſinè dubio obligatus eſſet, & conueniri poſſet ex mandato iuxta diſpoſitionem iuris communis *l. diuus §. Senatus ff ad l. Corn. de falſ. & toto tit. ff & C. mand.* licet executioni contra eum locus eſſe non poſſit iuxta formam huius ſtatuti.

13 Et procedunt iſta, vbi de mandato aliàs conſtet, vel non opponatur ab aſſerto mandatore, nam alioqui non creditur aſſerenti ſe ſcripſiſſe de mandato alterius, vt potè vnico teſti *Bart. in l. admonendi ſub num. 24. ff. de iureiur. Fel. in cap. ſcripta num 2. de fid. inſtr. Dec. conſ. 510. n. 2. Roman conſ. 204. num. 1. Couar. pract. queſt. cap. 12. nu. 2. Marſil. ſingul. 471. Gabriel. concl. 3. de teſtib. num. 12.* Sicque ſupradicta ceſſaret diſputatio. Imo etiamſi fuiſſet ſubſcripta à Teſtibus, non ſufficeret, niſi illi teſtes in eorum ſubſcriptione atteſtarentur, quod illa Apocha fuit manu tertij ſcripta de voluntate partium *Rip. in l. admonendi num. 105. verſ. Niſi teſtes ff. de iureiur. Innoc. in cap. 3. num. 8. & ſeq. vbi etiam Felin. num. 3. de fid. inſtrum. Roman. conſ. 204. num. 2. Couar. practic. qq. cap. 22. ſub num. 2.*

14 Verum, quod Apocha manu tertij confecta aſſerentis illam ſcripſiſſe de mandato vtriuſque partis; nullum tamen habentis intereſſe, plenè probet, etiamſi fuiſſet ſubſcripta ab vna tantum parte dixit *Rota deciſ. impreſſ per Farinac. 73. poſt lib. ſecundum eius conſiliorum.*

15 Cęterum occurrit, quoad ſupra deducta illud adnotare, quod licet *Roman. in d. conſ. 204.* videatur velle, quod ſubſcriptio vnius partis non ſufficiat, ſed requiratur vtriuſque partis, Intelligendum ſit ad effectum, vt perficiatur contractus, quia requiritur conſenſus vtriuſq. ſed contra ipſum debitorem, qui ſolus ſe ſubſcripſit, & de cuius ſolo præiudicio agitur, ſufficit ſola eius ſubſcriptio *Rolan. conſ. 84. num. 5. & in fin. lib. 3. Rot. deciſ. 303. par. 1. in recent. num. 4.*

16 Inſuper additur, idem importare operari ſubſcriptionem, ac ſi totam apocham ſubſcribens ſcripſiſſet *Surd. conſ. 61. num. 31. Mant dec. 321. num. 4.* quod procedere, etiamſi ſubſcribens faceret tantum mentionem de parte contentorum in Apocha, ſeù ordine *voluit Rot. in una Romana aſſecurationis Dotis 12. Decembris 1605. coram Marquemontio*, & prædicta procedunt, etiamſtante ſtatuto loquente ſolum de ſcribente non autem faciente mentionem de ſolum ſubſcribente, quia nihilominus comprehendit ſolam ſubſcriptionē, cū ſubſcribens dicatur propriè ſcribere *Dec. in auth. ſi quis in aliquo num. 17. C. de eden. Imol. in leg. ſi ità ſtipulatus §. Griſogonus num. 10. de verb. oblig. & ibidem alij, & Ret. Ruin in repetitione l. Gallus §. Et quid ſi tantum num. 96. de liber. & poſthum. Iraquell. poſt ll. Connub. Gloſſ 7. num. 199.* Quid autem ſi opponeretur ſubſcriptionem fuiſſe factam in folio albo, vide *Caroce dec. 5. per tot.* quando enim cōſtaret ſubſcribentem non habuiſſe notitiam omnium ſuperius deſcriptorum, non videretur, idē efficere ſolam ſubſcriptionem, quod Apocha ſcripta. *Imol. & §. Griſogonus num. 10. verſ. Item adde &c.* In dubio autem etiamſi diceretur ſubſcriptio facta in folio albo, præſumitur ſcientia ſcribentis omnium in Apocha contentorum, & illi interim ſtatur, donec contrarium probatum fuerit *Rot. in vna Romana Societatis officij 30 Octobris 1598. coram Orano.*

18 Subiungitur etiam quod non ſit neceſſaria ſubſcriptio, quando ſcriptura eſt facta nomine illius qui debuiſſet ſe ſubſcribere *l. cum antiquitas, & ibi Bald. ad fin. C. de teſtam Bertachin. in ver. Inuentarium hæredis quomodo fieri debeat. & c.*

20 D Careant tempore, loco, cauſa, & partis præſentia) magnum ſanè priuilegium, quod executio detur apocæ ſine cauſa, & partis præſentia, cum 11 ex iure communi obligatio inſtrumentalis ſine cauſa non obliget, neque probet ſaltem plenè, *l. cum de indebito in fin. ff. de prob.* & partis præſentia ſit de ſubſtantia obligationis *l. certum §. ſi quis abſente ff. de confeſſ. l. quacunque ff. de act. & oblig.*

In eo autem, quod ſtatutum neque diem, neque locum requirit, iuri communi conforme eſt, *l. cum tabernam §. idem quæſiuit ff. de pignor. Deci. in cap. 2. num. 24. de fid. Inſtrumen. iſta*

huc

hic notauimus, quia locus iuxta ordinem nostrum ità expoſcere videbatur, ſed eadem plu riam auctoritate cõprobata videri poſſunt apud *Lut. Pat. lib. 3. cap. 3. de exten apoch. nu. 2. & 3.*

23 Cur autem ſtatutorum noſtrorum Conditores tantum tribuerunt priuatis apochis? arbitraret factum ad finem innumeris litibus, quæ alioqui facilè in longum protrahi poſſent, celerius impo nendum, nam valdè frequens eſt vſus apocharum in Vrbe, & plerumque fieri ſolent apochæ de modicis ſummis, ac bona fide, huicque fini ſtudẽt & fauent ſtatuta noſtra, vt ſupra capi. 81. exemplo ſcilicet ſacrarum ſanctionum, vt in cap. cordi nobis eſt lites minuere de appell. *in 6.* & in *cap. finem litibus de dol. & cont. in l. properandum in princ. C. de iudic.* & *in l. litibus* C. *de agricol. & cenſ. lib. 11.*

E incurrat) pœnam hanc ſcilicet ſtatuti me retur negans ſcripturam manu

24 ſua factam, ſi quidem in pœnam negantium veritatem in iudicio varia ſacris legibus decreta ſunt, exempium in *l. fin. ff. de rei uend. in l. contra negantem C. ad l. Aquil. in auth. contra, qui pro priam* C. *de non num. pec.* vbi propriam negans ſcripturam in duplum ſummæ petitæ, ſeù ſolutæ teneatur, & ibi plura per *Doct. notat Aſin. in ſua prax. §. 17. cap. 2. in fin.* & nos plura ſuperius notauimus ad *cap. 69. verbo, Negauerit*. Denique non prætermittimus, quod Rota canonizauerit

25 hoc ſtatutum in apocha ſcripta manu Cardinalis, quam dixit habere vigorem publici inſtrumenti, & executionem paratam vt apud *Cardin. Mantic. deciſ. 238. num. 2.* quod & de ſimili ſtatuto meminit *Socin. Iun. conſ. 136. num. 4. lib. 2.*

26 & adhuc addimus, quod eadem Rota cenſuerit hoc ipſum ſtatutum eſſe ordinatorium iudicij, non autem deciſorium, & ideo non eſſe ſeruandum extra forum Capitolinum, vt in *Sabinen. datis 13. Martij, 1606. coram Cardinali Sacrato, quæ impreſſ. reperitur apud Marchef. de commiſ. par. 2. deciſ. 2. per attent. fol. mihi 32. iuxta doctrinam Bart. in l. 1. num. 15. de ſumm. Trin. & fid. Cath. Alex. conſ. 164. n. 3. lib. 6. & Rom. conſ. 137*

27 *num. 11.* attamen, vbi apocha contineat obligationem Cameralem agi poterit, cum eiuſmodi apocha etiam coram A. C. vigore obligationis Cameralis, dummodo ipſa obligatio extendatur iuxta *deciſ. 24. impreſſam per Zacch. ad Galleſ. de oblig. Camer.* quod ſi extẽſio obligationis Cameralis facta non fuerit, tum iudicium iuxta apocham factum erit nullum, vt in eadem deciſion. *num. 1.* & faciunt tradita per *Galleſ. q. 34. n. 2. vbi*, & *Zacch.* ad verbum contra Inſtrumentum productum, quando autem non fuiſſet actum vigore ſtatuti, non competeret dicta executio, licet actum eſſet in vim obligationis Cameralis, ſed innalidè, quia no fuiſſet extenſa *Rot. deci. impreſſ per Zacch. de oblig. Camer. 24. in fin. fol. 303.*

Demum forte quæri poteſt an hoc ſtatutum procedat ad fauorem Creditoris Chirographarijs nõ obſtãte cõcurſus alterius Inſtrumẽtarij, Creditoris, qui tñ tẽpore poſterior ſit Chirographario vbi Chirographarius doceat de veritate, & anterioritate ſui crediti; & quidem videtur locus eſſe ſtatuto ad fauorem Creditoris Chirographarij, quia prior in tempore eſt potior in Iure, & ſtatutum nihil diſponit de cõcurſu ſcripturæ priuatæ contra Inſtrumentum publicum, ideo tanquam caſus omiſſus remanet indiſpoſitione Iuris communis *l. commodiſſimè. ff. de lib. & poſth.*

28 Iure autem præfertur Chirographarius anterior poſteriori Inſtrumentario, dummodo ſcriptura priuata ſit trino teſte munita iuxta *tex. in l. ſcripturas C. qui pot. in pig. hab.*

29 Et quamuis deficeret ſubſcriptio trium teſtiũ, tamen ſi per teſtes, vel aliunde probaretur illius veritas, locum haberet eadem prælatio, quia dicta l. ſcripturas emanauit ad euitandas fraudes, ne ſit in poteſtate debitoris, colludendo cum alio, eludere cum antidata veros Creditores, vnde ſi iudex poteſt eſſe certus, quod verè ſcriptura priuata præceſſit Inſtrumentum, & quod ceſſet ſuſpicio fraudis, & antidatæ intrat prælatio ad fauorem Chirographarij, & ad hunc effectum admittũtur etiam indicia, & coniecturæ, prout hęc omnia fuerunt latè firmata in cauſa *Rauennaten. pecuniaria 6. Nouembris 1624. coram R. p. d. Merlino, quàm deciſ. ſequuta eſt pariter Rot. in Romana anterioritatis 20. Decembris 1628. coram Dunozetto*, ad quas me refero, ne fin prolixior, quam oporteat.

De Recognitione Inſtrumentorum, & Apocharum.

Cap. LXXXIV.

PVblica Inſtrumenta, ſeu Scripturæ, publica manu ſcriptæ, aut ſubſcriptæ per duos Teſtes, qui manum, & ſcripturam ſcribentis *a* recognouerint, etiam ſi non fuerint præſentes confectioni talis ſcripturę, intelligantur plenè recognita; etiam quo ad illorum executionem petendam. Apochæ verò, ſeu aliæ priuatæ ſcripturæ recognitæ per tres Teſtes, deponentes vt ſupra, pro plenè recognitis habeantur, etiam quo ad illarum executionem petendam: & nihilominus poſſit fieri, tam Inſtrumentorum, quã Apocharum recognitio, per comparitionem litterarum, prout iura diſponunt. Poſſit quoque Reus mulcta indicta, & captis pignoribus, ad recognoſcẽdum ſuam manum compelli: vel in contumaciam non recognoſcentis, ipſo & eius procuratore legitimo, & vt ſupra de habendo aliquem pro confeſſo dictum eſt, citatis, pro recognita haberi.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Recognitio ſcripturarum non eſt neceſſaria, niſi pars, contra quam producuntur, obijciat*

de recognitione facienda, & num. 3.

2 *Scriptura qualibet, etiam priuata, probat in iudicio, nisi contra eam opponatur.*

4 *Recognitio scripturarum potest fieri quandocunque, etiam post sententiam, Intellige vt n. 5. 6.*

7 *Recognitio scripturarum an intelligatur petita in Iudicio per solam protestationem generalem? an verò requiratur specialis oppositio? & n. 8.*

9 *Recognitio apocha potest, ex statuto, fieri per testes, etiamsi non fuerint præsentes scriptioni ipsius. Idem ex stylo Sacri Palatij, & ex communi vsu Romanæ Curiæ. & n. 12. Secus de iure communi. n. 10.*

11 *Libri rationum, & litteræ priuatæ plenè probant per solam scripturæ comparationem.*

13 *Apocha priuata, ex statuto, recognosci debent per testes. Limita vt n. 15.*

14 *Periculum, vbi maius intenditur, ibi est plenius consulendum.*

16 *Recognitio per comparationem litterarum est remedium subsidiarium.*

17 *Verbum, Possit, affirmatiuè prolatum, importat facultatem, & liberam voluntatem.*

18 *Recognitionis Instrumentorum, & apocharum materia à quibus tractetur, & num. 20. & 27.*

19 *Reus potest compelli mulcta indicta, & captis pignoribus ad recognoscendum manum suam. Neque potest opponere de alijs exceptionibus. n. 21. Limita vt n. 25.*

22 *Appellatio non datur à præcepto recognoscendi manum suam, aliàs videndum pronunciari haberi pro recognita.*

23 *Appellans sine grauamine condemnatur in expensis.*

24 *Recognitio propriæ manus potest fieri etiam per Procuratorem, speciale tamen mandatum habentem.*

26 *Recognitio manus non retrotrahitur in præiudicium aliorum habentium ius ad tempus ipsius scripturæ.*

28 *Recognitio non dicitur probata ex enunciatiua Notarij facta in fide productionis.*

ANNOTATIONES.

REcognouerint) recognitio autem non est necessaria nisi pars, contra quam scriptura exhibetur, obijciat expressè, vel sub verbis generalibus, quod scriptura non sit recognita, ita communiter sentiunt *Doct. vti testatur Seraph. lib. 2. de iudic. cap. 11. num. 918.* Est enim hoc generale, quod quæuis scriptura etiam priuata in iudicio producta probet, nisi contra eam opponatur *Mascard. concl. 1300. num. 18.* cum alijs citatis ab eo, quod de exemplo tradit *Doc. in auth. si quis in aliquo nu. 27. C. de eden.* & de notariatu, & de teste non idoneo, & de instrumento mandati non legitimi nempe, quod illa omnia in iudicijs censeantur approbata, & probent, nisi contra opponatur, *not. Aym. cons. 12. num. 1. & cons. 150. num. 2. in fin. Mascard. de prob. concl. 1253. n. 11. & plur. seq. Seraph. d. cap. num. 919. & seqq.* Contra vero, vbi de recognitione facienda opponitur, ea vtique necessaria est, *Caputaq. decis. 99. num. 3. p. 2.* plurèsque alij citati per *Seraph. d. c. num. 897. vbi in fi.* asserit hanc esse communem conclusionem, & passim in praxi seruari. Addo, quod recognitio scripturarum fieri potest, quandocumque, etiam post sententiam, vt censuit *Rot. apud Seraph. decis. 1407. num. 3.* quod quidem dictum intelligi debet, vbi oppositum non fuerit de recognitione, alioqui post oppositionem, si secuta non sit recognitio debito tempore processus erit nullus, sicuti dicitur de mandato, nempe, quod si de eo non opponatur, poterit illud, quandocumque, etiam post sententiam produci, & valebit sententia, si verè mandatum extabat, *Put. decis. 373. num. 1. lib. 2. Crescen. decis. 1. num. 4. de sent. & re iud. Seraph. dec. 1261. num. 1. & decis. 933. num. 1.* Si verò opponatur, nec mandatum producatur, nullum est, quod postea agitur *Aym. cons. 108. num. 1. Gabr. cons. 25. num. 27. & 28. Rot. diuers. decis. 105. nu. 2 & 3. par. 1.* nec sanabitur talis nullitas, per productionem postea subsecutam. *Canal. decis. 23 nu. 17. par. 1.* Amplius huiusmodi oppositionem sufficere factam in allegationibus Iuris testatur *Gratian. discep. 834. nu. 29. & discept. 677. lit. 12.* quod tamen non ità indistinctè videretur admittendum propter auctoritatem *Guido Pap. q. 221. & q. 404.* vel propter distinctionem *Bart. in l. cum qui ità 56. §. qui ità num. 4. ff. de verb. oblig.*

Sufficere autem protestationem generalem voluerunt *Aym. de antiq. temp. in 5. partic. prima part. principalis num. 30. in fin. & num. 32. Seraph. de iudic. lib. 2. c. 11. num. 898. Mascard. de probat concl. 1294. sub num. 18. lib. 3.* Contrariũ autem, & quod requiratur specialis oppositio tenuit *Menoch. præsump. 46. num. 29. lib. 2.*

Et quod dicitur de oppositione, licet aliqui dixerint id procedere quoad scripturas publicas, non autem, quoad priuatas, quia priuatæ etiam absque oppositione non mandantur executioni, nisi prius recognitę, vt per *Alex. cons. 241. n. 6. lib. 6.*

lib.6. Boer.dec. 293. *num.*15. *cum alijs per Gratian. diſcept.*183.*num.*3.*& ſeqq.* Tamen contrarium verius, quod & in illis requiratur oppoſitio *Scac. de iudic. lib.*2.*c.*11. *par.* 4. *nu...* *Tuſc. in verbo Recognitio, concluſ.*51.*nu.*26. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1194.*num.*18.*lib.*3.

8 Id tamen adhuc videtur aduertendum, quod licet non fuiſſet oppoſitum à Parte, poſſet Iudex nihilominus fidem non adhibere ſcripturæ non recognitæ, & per proceſſum ad vlteriora cenſeretur fidem habere voluiſſe *Caputaq. deciſ.* 117. *num.*7.*par.*3. *Scac. d. lib.*2. *cap.*11.*num.*932.

B Etiamſi non fuerunt præſentes) per hoc

9 ſtatutum permittitur, vt recognitio ſcripturarum, fieri poſsit per teſtes, etiamſi non fuerint præſentes ſcriptioni ipſarum, at iure communi tales teſtes debent adfuiſſe præſentes ſcrip-

10 tioni apocharum, & hoc ipſum atteſtari §. *ſed & ſi quis authent.de inſtru. caut.& fid. Aret.cõſ.* 64.*col.*2.*verſ.& primo Alex. conſ.* 150. *num.* 16. *vol.*5. *Gram.deciſ.* 84. *per totam*, *& deciſ.* 106. *num.*33. *Veſtr.* & alij ab eo citati in ſua praxi. *lib.*6.*cap.* 1.*ſub num.*8. *Grauat. in annot. ibidem num.* 26. qui & rationes affert huiuſce concluſionis. Aliud tamen cenſetur in litteris priuatis & in libris rationum, ſi quidem tam in litteris, quam in libris eiuſmodi ſola ſcripturarũ compa-

11 ratio plenè probat *in l. nuda ratio num.* 10.*ff. de donatio.* & ità tenent, ac ſeruari communiter atteſtantur *Alber. in l. comparationes C.de fid.inſtru. Gram. deciſ.*34.*num.*15.*Grauat.ad Veſtr.d. cap.*1. *lib.*6.*num.*17. *Ruin. cons.* 70. *ſub num.* 4. *vol* 4. atque ita pariter ſentire videtur *Rot.apud Achill.dec.* 2.*nu.* 1.*&* 2. *de fid. inſtrum. & apud Seraph.deciſ.*1163.*num.* 3.*&* 4 *par.*2.*&* *dec* 150. *num.*11.*&* 2. *par.*1.

12 Cæterum ex ſtylo Sacri Palatii communi vſu Romanæ Curiæ recepto ſufficit, ſi teſtes dicant ſe recognoſcere manum ſcribentis, quia ſit ipſis valda nota, licet non fuerint præſentes ſcriptioni, ſicuti teſtatur *Veſtr.ibidem, qui deinde nu.*9. & 10. fuſius proſequitur argumentum recognitionis ſcripturarum, & præcipuè docet, quibus modis eiuſmodi recognitio facilius; vſu forenſi haberi poſſit *Rot. deciſ.* 303.*num.*1.*par.*1. *recent. vbi etiam num.*5. ampliat, etiam ſi non fuiſſet recognita manus teſtium ſubſcriptorum, quia ſufficit recognitio ſolius manus debitoris,& *dec.*582.*eadem par.*1. Non tamen ſufficeret vnicus Teſtis cum adminiculis *Rot.dec.* 234. *par.* 2. *recent.*

C Per tres teſtes) merito quidem plures teſtes requiruntur in reco-

13 gnitione priuatæ ſcripturæ, quam in recognitione publicæ, in qua nimirum ſtatuitur ſatis forè

14 teſtes duos, quia vbi periculum maius intenditur, ibi eſt plenius conſulendum *cap.vbi periculum* 4.*de elect.in* 6. nemo etenim negauerit, quin ſcriptura priuata falſitati facilius obnoxia ſit quã publica; huiuſmodi autem ſtatutum non procedit in Apochis priuatis factis ad pias cauſas, quia ſufficiunt duo teſtes ex congeſtit per *Gratian.diſcept.*395. *num.*45.*&* *diſcept.* 710.*nu.*24. *&* *ſeqq.* vbi etiam quod neque habet locum in v.timis voluntatibus, & quod eſt ordinatorium, & non deciſorium.

16 Per comparationem litterarum) hoc re-

D medio ſubſidiarium eſſe animaduertit *Veſtr.d.c.*1.*n.*10. *lib.*6. ſcilicet ex vſu forenſi, vbi non ſuccedat modus recognitionis per teſtes, nec mirum ſi in ſtatuto noſtro poſt primum modum recognitionis ſcripturarum iſte ſubiiciatur, ſed non ideo præſcribitur ordo ſeruandus ad recognitionem habendam, at liberum relinquitur parti, cuius intereſt vti hoc, vel illo remedio, quod ſignificant verba illa præcedentia,& nihilominus poſſit fieri

17 ſi quidem verbum poſſit, importat, facultatem ac liberam voluntatem, quando affirmatiuè proferetur iuxta *text.in l.ſapè cum ibi not.ff. de offic. Præſid. & in l.*1. *C. quomodo,& quand. iud. not. gloſſ.in cap. ſtatutum de reſcrip.in* 6. *verbo poſſit.*

E Prout iura diſponunt) ſcilicet poſſe fieri recognitionẽ

18 tam inſtrumentorum, quam apocharum ex *text. in l.comparationes in auth. ad hæc, & in authen. & ſi contractus C. de fid. inſtrum.* & Doctores materiam iſtam examinant in *d. l. comparationes & in l. ſcripturas C. qui pot. in pign. hab. & in l.admonendi, vbi præcipuè Iaſ.in repet. num.*88. *cum ſeqq.ff.de iureiur. Afflict. deciſ.* 181. *& nouiſſimè plenius Scac. lib.*2.*de iudic.cap.*11.*n.*999. *& ſeqq.*

F Poſsit quoque) de poſtremo iſto modo recognoſcendi manum

19 ſcribentis nempe, vt reus mulcta indicta, & & captis pignoribus ad recognoſcendam ſuam

20 manum compellatur, ſcribit *Roman.conſ.*373.in caſu propoſito in princ.*& plures alij de quibus ibidem in addit.*

21 Addo citatum ad recognoſcendum manum ſuam non poſſe opponere de aliis exceptionibus; quia aliud non quæritur ab eo, quam de facto proprio, an ſcripſerit, vel ne *Magon. deciſ. Lucen.* 23.

22 *num.*42. Neque à præcepto recognoſcendi manum ſuam facto à Iudice, aliàs videndum pronũciari haberi pro recognita, datur appellatio, quia non ducitur grauari, nam ſi vult, poteſt recognoſcere: Et appellans ſine grauamine condemnatur

23 in expenſis *Rot.Lucen.deciſ.* 11.*verſ. additur ex abundanti.* Vbi ampliat etiam in Carcerato, ſeù

24 impedito, quia poteſt huiuſmodi recognitio fieri etiam per Procuratorem ſpeciale tamen mandatum habentem *verſ. Quibus tamen non obſtat. & verſ. Nec obſtat, quod ſpeciale mandatum &c.* Verum in his attendenda ſunt ea, quæ in ſimili dicũtur de pronuncia poſitionum pro confeſſis.

25 Videtur tamen admittenda oppoſitio, quod ſcriptura, cuius recognitio petitur, nõ ſit in actis formiter producta *Roman.conſ.*249. quod tamen in caſu ſuo non admiſit, immo contrarium cenſuit *Rota deciſ.*247.*par.*1.*recent.*

In huiuſmodi recognitione facta per ipſummet ſcribentem illud ſubiungo, quod non retro-

26 trahitur recognitio in præiudicium aliorum, ſeù Tertii haben. medio tẽpore hypothecã, ſeù aliud Ius ad tẽpus ipſius ſcripturæ, licet quoad præiudicii ipſius recognoſcẽtis retrotrahatur *Couar. lib.*2.*var.reſol.cap.*11.*ſub num.*4.*verſ. cui illud adijciendum cum alijs per Gratian. diſcept.* 501 *num.*14.*&* *diſceptat.*873.*num.*18.

27 Demum ad vniuerſam materiam recognitionis inſtrumentorum, & apocharum, tam ex præ

ſcripto

scripto iuris communis, quam huiusce nostri municipalis, vide *Scace.d.cap.11.lib.2.de iudic.p.4. nu.896. vsque ad finem eiusdem partis,& Card. Tusc.in verbo Recognitio concl.30.& 31.*

21 Illud autem addã, q recognitio non dicitur probata ex enunciatiua Notarii facta in fide productionis, nempe copia productorum, quia et in hoc non creditur, cum de dicta recognitione non fuerit rogatus vt *dixit Rota in vna Perusina bonorum 28. Nouembris 1611.coram Manzanedo impress.per Zacch.de oblig.Camer.decis.132.num.2.*

De executione instrumentorum dotalium.

Cap. LXXXV.

INstrumenta dotalia *b* donationis propter nuptias,*c* alimentorũ,*d* & quæcumque alia documenta, ex quibus aliquid debeatur sub nomine, & occasione dotis,*e* citatis personis, quæ ex hoc principaliter lędi creduntur,*f* statim vt exhibita fuerint,per Iudicem executioni mandentur contra debitores,& eorum hæredes, & quoscumque possessores bonorum tacitè, vel expresè obligatorum, etiam si tertij possessores sint, & ab obligante causam non habeant; dummodo bona prædicta per obligantem tempore obligationis, aut post *g* possessa fuisse probentur: necnon & contra depositarium dotis, & bona eius; nullaque contra dicta instrumenta exceptio, nisi falsitatis,solutionis,siue satisfactionis dũtaxat, *b* opponi possit; quas, siue earum aliquam opponens, infra decem dies vtiles computandos,vt supra de executione instrumentorum dictum est, deducere, & probare, vt ibidem statutum est,teneretur. Quibus decem diebus elapsis, dicta instrumenta executioni mandẽtur realiter,ac etia personaliter, quoad obligatos, *i* eorumque hæredes in omnibus, & per omnia, prout in dicto capite est expressum: & per vnius viæ electionem alteri *k* nullatenus præiudicetur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Statutum, quòd instrumenta dotalia possint exequi etiam contra tertios possessores, est decisorium.*
Idem in alimentis,& fructibus debitis ante restitutionem dotis, etiam dote restituta. num.2.
3 *Dotis causa semper, & vbique præcipua est.*
4 *Donatio propter nuptias æquiparatur dotiquo ad pacta, & actiones.*
5 *Argumentum ab alimentis ad dotem, & à dote ad alimenta, valet.*
Contrarium num.4.
Distingue vt num.7.
8 *Documentorum appellatione in statuto, comprehenduntur etiam apocha.*
9 *Mulier agens vigore instrumenti dotalis contra tertios possessores, debet citare etiã principales debitores.*
10 *Instrumentum, cuius executio petitur, debet necessariò exhiberi ab initio, & parte citata.*
11 *Executio instrumentorum dotalium peti potest ad fauorem mulierum contra tertios possessores, etiam non excusso principali debitore; ex statuto.*
12 *Mulier habens pro dote, hypothecata certa bona specialiter, alia generaliter, an possit relicta speciali, intentare contra tertium possessorem hypothecam generalem? & num. 13.14.15.*
16 *Dos non venit in generali dispositione legis, vel statuti, vbi reperitur specialiter priuilegiata in casu eiusdem l. vel statuti; aliàs vero comprehenditur in l. vel statuto generali.*
17 *Casus omissus à lege habetur pro omisso.*
18 *Exceptiones, quæ opponi solent contra instrumenta dotalia, sunt tres tantùm.*
Et an aliæ similes illis tribus censeantur reiectæ à statuto? n.15.
19 *Dilationes iudicij debent in actione dotis abbreuiari, quantum fieri possit, sine incommodo litigantium.*
21 *Regula, Actiones hæreditariæ tam activæ, quam passiuæ diuiduntur, non habet locum in causa dotali, in qua, si sint plures hæredes, potest quilibet insolidum conueniri.*
22 *Dictio, Nullatenus, quid importet; remissiuè.*
23 *Conditio ob causam dotis, potest ex statuto, intentari executiuè, etiamsi agatur constante matrimonio.*
Declara vt n.24.25.& 26.

ANNOTATIONES.

A 1 HOC statutum, quod Instrumenta dotalia possint etiam contra tertios possessores executioni demãdari, est decisoriũ,& seruandũ in oĩbus Vrbis tribunalib. *Rota in Romana hæred. de Gaddis 12. Februarij 1571. coram Binarino, & in Romana dotis de Millinis 17. Februarij*

Ianuarij 1578. *coram Robusterio in fin.* vbi legitur, quod Duc. in eadem causa id pluries dixerunt, & in *Terracinen dotis coram Eminentissimo Card. Verospio* 1. *Decembris* 1614. & 14. *Martij* 1616. atque ità etiam declarauit *Clemens Papa VIII. fel. rec. in sua Signatura die* 9. *Iunij* 1599. vti probatur *in pract. Saluss. Tiber. lib.* 2. *cap.* 25. *sub*
2 *num.* 13. & habet locum idem statutum etiam in alimentis, & fructibus debitis ante dotis restitutionem, itaut dote restituta pro illis agi possit contra tertios possessores, prout in *d. Romana de tit coram Robusterio.*

3 Dotis verò causa semper, & vbique præcipua est, nam & Reipublicæ interest dotes mulieribus conseruari, cum dotatas esse fœminas ad sobolem procreandam, replendamque liberis Ciuitatem, maximè sit necessarium, ità loquitur *I. C. in l.* 1. *ff. sol. matr.* merito itaque statutorum nostrorum cõditores, dotalium instrumentorum executionem comprehendere noluerunt sub generali dispositione de executione Instrumẽtorum supra cap. 82. sed eam voluerunt peculiari tractatione complecti, ac singularibus priuilegijs prosequi.

B 4 Donationes propter nuptias) hæc donatio dotì æquiparatur quoad pacta, & actiones ex iure communi *l. cum multa* 20 C. *de donat. ant. nupt.* vbi expressim habetur, quod nomine, & substantia nihil distat à dote ante nuptias donatio, *vers. si igitur, & nomine in princ. & inferius in §. sin autem donatio*, additur, quod æquis passibus ambulet tam dos, quam donatio, non mirũ si ius nostrũ municipale eadem æquiparet in executione obligationũ instrumentaliũ, sed æquiparat etiam in alijs casibus, quod patet infra *c.* 122. 131. & *duobus seqq. hoc cod. lib. vide autem not. per nos in fra d. cap.* 122. *ad verbum Pro dote, & donationis propter nuptias.*

C Alimentorum) scilicet dotis causa, veloccasione debitorum, nã de talibus alimentis apparet loqui statutum ex illis verbis subsequentibus, & quæcunque alia documenta, ex quibus aliquid debeatur sub nomine, & occasione dotis, & de huiusmodi alimentis dotalibus loquitur statutum infra *cap.* 137. 138. 139. hoc eodem libro, aliàs tamen dos, & alimenta æquiparãtur *glo. in l. ob as* C. *de prad. min.* Vnde valet argumentum ab alimentis ad dotem *Euer. in cent. sua loco ab alimentis ad dotem, & loco subsequente à dote ad alimenta Surd. de alimentis. tit.* 1. *q.* 14. *num.* 14 & *q.* 23. *num.* 20. *tit.* 18. *priuileg.* 56. *num.* 10. *Seraph. decis.* 58. *num.* 6. *Rot. in Romana assertæ dotis* 29. *Nouembris* 1593. *coram Orano*, vbi propterea quod qui tenetur alere, tenetur dotare, & *in Romana alimentorum* 3. *Iunij* 1613 *coram Manzanedo*, vbi quod alimenta, & dos dicuntur inuicem alterius officium
6 habere. at esse diuersa dicit *Boer. cons.* 165. *num.* 30. *lib.* 2. sed magis fauorabilia esse alimenta quam dotem dixerunt alij allegati per *Gratian. discept.* 832. *nu* 33. At in materia præsumptionis donationis fauorabiliorem esse dotem, quam alimenta probat *Mantic. de tacit. lib.* 13. *tit.* 13. *n.* 3.
7 sed supradicta conciliari posse videntur, quando argumentum sumitur affirmatiue, secus autem si negatiuè, quia multi alere tenentur, qui non tenentur dotare, nisi saltem concurrat eadem ratio *Giurba decis.* 5. *num.* 40. & 42. vel quando non agitur de dote congrua, sed de dote ad quãtitatem vsq; ad alimenta necessaria ad sustentionem vitæ *Giurba d. decis.* 5. *num.* 41.

D 8 Et quæcunque alia documenta) hic apochas etiam comprehendi iam dubium non est quidquid esset, si de instrumentis simpliciter statutum loqueretur *Luc. Pat. d. cap.* 5. *sub num.* 25. nam documenta propriè sunt id, quod nos docet *Schard. in lexic. iur. verbo Documenta*, id vero apochæ vtique præstant.

9 Citatis personis) in hoc iudicio per mulierem intentato contra tertios possessores vigore instrumenti dotalis, non solum tertij possessores citari debent, sed etiam principales debitores, vel illius hæredes *Rota coram Cardinale Millino in Romana executionis* 8. *Iunij* 1601. vbi dicitur ità decisum fuisse, quia statutum mandat citari omnes personas, quæ in tali iudicio lædi possunt.

10 F Statim, vt exhibita fuerint) nam exhibitio instrumenti, cuius executio petitur, ab initio est necessaria, & amplius citata parte, aliàs instrumenta non dicerentur de actis, nec sufficeret exhibitio post iudicis decretum, vt in *decis.* 136. *num* 4. & 8. inter collectas per *Zacch. ad Gallesi. de oblig. Cam.* quam solam citasse sufficiat, quia planè probat, & comprobat prædicta.

G Possessa fuisse probentur) ficque nõ requiritur excussio bonorũ viri, licèt aliud sit de iure communi, nam ex eo in hoc non reperitur dos priuilegiata contra *authen. hoc si debitor C. de pign.* ità tenet *glos. in l. vbi adhuc* 29. *verbo Qui non potiora* C. *de iur. dot. Bart. in l. si constante* 25. *nu.* 7. *ff. sol. matr.* quam quidem opin. magis veram, & communem dicit *Neguſan. tract. de pign. & hypoth. membr.* 1. 8 *par. princ. sub nu.* 23. licet contra aliqui sentiant. Itaque iam ex hoc statuto
11 euidenter apparet executionem instrumentorum dotalium peti posse ad fauorem mulierum contra quoscunque etiam tertios possessores bonorũ tacitè, vel expressè pro dote hypothecatorũ, libere, & recta via minimè excusso principali debitore.

12 Sed quid si mulier pro dote sua habeat certa bona specialiter hypothecata, alia verò generaliter poterit, ne eadẽ, relicta speciali hypotheca, cõtra tertiũ possessorẽ rei generaliter obligatæ executionẽ dotalis instrumẽti ex hoc ipso statuto pete
13 re? probatur, quod nõ possit, quia statutũ de hoc casu non loquitur, vnde locus esse debet dispositioni iuris communis, de qua in *tex. notab. l.* 2. C. *de pignor.* vbi ex æquitate iuris scripti repellitur primus creditor, qui relicta speciali hypotheca, vult venire contra secundum creditorem rem aliã sibi generaliter obligatam possidentem, qui *tex.* procedit etiam in causa dotis *Roman. cons.* 187. in re præsenti *num.* 1. *Aym. cons.* 77. *num.* 16. *Corn. cons.* 246. *in princ. & num.* 1. *vol.* 1. *Socin cons* 198.
14 *sub num.* 2. & 5. namque casus omissus a lege pro omisso habetur *l. si vero* 65. §. *de viro ff. sol. mat. cũ similibus Tiraq. de iu. primog. q.* 40. *nu.* 194. Nec
15 obstat, quod aliqui asserant legem generalem

non

non complecti causam dotis,& ideo contrariam
16 teneant opinionem, quia non est verum simpliciter, quod generalis lex, vel constitutio non comprehendat casum dotis, sed solum, vbi dos specialiter in casu eiusdem legis aliàs priuilegiata reperitur iuxta tradita per *Tiraq. de retract. consanguin.§.1.glo.14.nu.93.Bou. de preferi.stat. glo.3.num.4.Lambertenq.de contract.glo.21.nu. 3.*vbi ideo vult, quod in causa dotis seruandæ sint solemnitates statuti *Boss.tit.de princip. num. 339* vbi in statuto prohibente alienationem in forensem *Blanc.de compromiss.q.4.num.20.*vbi sentit statuto illo ligari causam dotalem *Gabriel.cõs. 20 num.1.& 4.lib.2.*vbi de communi opinione testatur *Surd.decis.160.nu.5.* qui etiam de communi *Mascard.de gener. Stat. interpret. concl. 5. num 32.*qui pariter de communi, *Rot.decis.264. num. 2. par 4. diuers.* vbi dicitur Rot. semper amplexam esse hanc opinionem, & plures aliæ decisiones ad id ipsum referuntur, eamdem conclusionem magis communem dicit, & sequitur *Maresc.var resol.lib.1.cap.43.nu.8.& Luc. Pat.in prax.For.Capitol.lib.3.cap.5.num.16.*qui ideo contra mulierem iudicatum in casu proposito asserit, nullibi enim reperitur dotem esse priuilegiatam in casu *d.l.2.C.de pignor.*

H 37 Opponi possit) exceptiones, quæ contra dotalia instrumenta opponi possint hic ad tres dumtaxat reducuntur, cum generaliter contra alia Instrumenta expressim admittantur octo supra cap.82.sed numquid
18 aliæ similes istis tribus censentur à statuto reiectu; censerem,quod non, sed tenendum, vt supra *not.ad Caput.82.verbo Et litis pendentia,*ma
19 ximè quia etiam statutum paratam tribuens executionem instrumentis dotalibus, quale est hoc nostrum, aduersatur iur.communi,vt *not Bald. in d.l.vbi adhuc num.35.prima lectur. C. de iur. dot.* nam in actione de dote requiritur libellus, litis contestatio, & reliqua solita in iudicijs ordinarijs, vt docet *tex in l si cum dotem 23.§.eo autem tẽpore ff sol. matr.*licèt dilationes iudicij debeant abbreuiari,quatenus fieri possit sine incommodo litigantium, vt per *Bald.loco citato.*

Eorumque hæredes) qui tamen sine beneficio legis, & inuentarij hereditatem adiuerint,secus verò si eiusdem beneficio tuti sint, vt supra traditum est in *cap.82. in fin.*quod & dispositioni iuris communis consentaneum est iuxta ibidem per nos *not. verbo Tuti sint*, nam statuta recipiunt interpretationem à iure communi, & cum eo,quantum fieri potest, concordari debent, quò illud quàm minimè lædant, vt notum est, & supra pluribus in locis opportunè comprobauimus. Notari au-
21 tem potest hoc casu,si plures sint hæredes,posse quemlibet insolidum conueniri contra regulam, quod Actiones hæreditariæ tam actiuè,quam passiuè diuiduntur pro virili ex *Bald.nouell. de dot. priuileg.15.num.1.par.9.Surd.decis. 90. num. 1.* sed ad distinctionem vide eumdem *Surd. num. sequentibus.*

K Nullatenus præiudicetur) supra c.82 vbi de executione instrumẽtorum generaliter ponitur etiã clausula,quod per electionem vnius viæ alteri non præiudicetur, hic vero amplius addita est dictio nullatenus, quò nimirum magis faueatur executioni instrumentorum dotalium, hæc
22 enim dictio hoc loco importare potest, quod ipso iure seruari debeat statutũ iuxta *glo.in authen. si qua mulier verbo Nullatenus C.ad Senatus Cons sult.Vellei.& iuxta not.per Corset.* qui multipliciter alias interpretatur istam dictionem in suis *singul. verbo Nullatenus Mosetti de dictionedict.44.num.1.*

23 Denique ad hoc cap.per modum ampliationis notari potest,quod conditio ob causam,quæ cõpetit pro dote potest etiam stante simili statuto intentari executiuè *Bald in l.1.in fin.de cond. ob caus.dat.* Et remedium huius statuti competere etiamsi agatur constante matrimonio propter
24 vergentiam viri ad inopiam, vt benè per *Giurbam decis.16.num. 4. & 7.* Limitando tamen, quod beneficium huius statuti procedat contra tertios, quando fuit intentata hæc via executiua, secus si ex libello constaret aliam viã esse intentatam, quia tũc cessaret executio contra tertium ex regula, quod potui nolui &c. *Rota in Romana Vinea 1 July 1606.coram Penia.*

25 Item solum procedere, quando mulier habet Instrumentum suæ dotis, seù crediti illius, secus si non habeat,sed probaret per testes, quia tunc non competit executio contra tertium *Rot. vbi supra coram Penia.*

26 Item, quod non sufficit docere de Instrumento dotis, sed etiam probandum est matrimonium subsecutum, nisi tamen in Instrumento diceretur illud contractum, non autem contrahendum, *Bald.in l.ab executione num.6.C.quorum appellat.non recip.*

De executione testamentorum, & quarumcumque vltimarũ voluntatum.

Cap. LXXXVI.

TEstamenta, Codicilli, Fideicommissa,& quęcũque aliæ vltimæ voluntates, ad instantiam illius cuius interest, citatis ijs, quorum principaliter interest, si aliqua per eos legitima exceptio infra decem dies vtiles nõ opposita,aut opposita, probata nõ fuerit,vt supra de executione instrumentorum dictum est,per Senatorem, & Collaterales simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, & omni iuris solemnitate omissa, *a* executioni mandentur, in bonis, quę per defunctum tempore obitus *b* possidebantur, pro omnibus in eisdem vltimis voluntatum

luntatibus contentis, & præsertim relictis ad pias causas; nec alia pronũtia opus sit, quàm declarare testamentum, aut aliam vltimam voluntatem esse executioni demandandam, vel mandatum executiuũ relaxare: fiat quoque contra hæredem realis; & si non adiuit cum beneficio legis, & inuentarij, etiam personalis executio, prout actor elegerit: & vnius vię electio alteri non prejudicet.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Testamentum habet executionem paratam, de iure communi: non tamen contra tertium possessorem, & num. 2.*
3 *Executio non competit, quando adest legitimus contradictor.*
4 *Executio instrumenti Testamentarij, quomodo petatur; remissiuè.*
5 *Statutum de executione testamentorum est ordinatorium.*

ANNOTATIONES.

A EXecutioni mandẽtur) testamentis datur etiam executio ex *l. fin. C. de edic. diu. Adr. toll. vbi Bald. sub n. 13. & Ias. num. 6. not.* hunc esse vnum ex casibus specialibus, vbi Instrumentum habet executionem paratam de iure communi *Ripa in l. ait Prætor §. si Iudex num. 6 ff. de re iudic.* Verum statutum nostrum longe plenius fauet huic executioni, vt facilè videri, ac intelligi potest. Non tamen habet locum contra tertium Possessorem *Angel. cons. 263. per totum*. Neque etiam de iure communi competit executio, quando adest legitimus contradictor *Menoch. recuper. possess. remed. 4. num. 693. Thesaur. decis. 25. num. 5. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 23. num. 6.*

B Possidebantur) sic disponit etiam *d. l. fin.* ibi mittatur quidẽ in possessionem earum rerum, quę fuerunt tempore mortis testatoris.

C Etiam personalis executio) sic supra *de execut. instr. c. 82.* & ibi aliquid notauimus *in verbo Tutisunt*.

4 Formulam vero petitionis huiusce executionis, & alia quædam ad praxim huius cap. spectantia vide apud *Luc. Pat. lib. 3. cap. 6.*

5 Addimus, quod statutum istud est ordinatoriũ, non autem decisorium, cum det modum procedendi, & executio imponatur Iudicibus Capitolij huius, vnde extra Curiam Capitolij attendi non debet, ita dixit *Rota in Romana spoly coram Cardinale Horatio Lancelloto 9. Iunij 1606. in fin. impressa apud Marchesan. par. 2. §. 3. de commiss. resbit. in integr. fol. 202. & in eadem decis. citatur altera in causa Romana hæreditatis 26. Nouembris 1591. coram Penia, tunc Decano.*

De executione sententiarum, Arbitramentorum, & laudorum.

Cap. LXXXVII.

OMnis *a* sententia, arbitriũ, *b* arbitramentum, & laudum, à quo, vel à quibus appellatum, seu contradictum non est, seu quæ in rem transierint iudicatam, siue per expressam confirmationem, siue tacitam, ex temporis lapsu resultantem, per Senatorem, & Collaterales ad partis victricis instantiam *c* executioni demandentur: & ex arbitriis, arbitramentis, & laudis descendentibus ex cõpromissis, cum pœna, vel sine, *d* oriatur actio & exceptio, sicut ex sententia Iudicis ordinarii, quæ transiuerit in rem iudicatam: &, si reus monitus, vt dictæ sententiæ arbitrio, arbitramento, & laudo parere debeat, infra octo dies non paruerit, aut de causa rationabili legibus approbata, quod parere non debeat, minimè docuerit, relaxetur contra eum citatum mandatum executiuum realiter, & personaliter exequendum; & per vnius viæ electionem alteri non præiudicetur. Si verò sententia, arbitrium, arbitramentum, seu laudum, per Iudicem, ad quem fuerint expressè confirmata, ipse etiam confirmans suam sententiam *e* exequi possit, vt infra tradetur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Argumentum à iudicijs ad arbitria valet.*
2 *Arbiter pronuncians dicitur sententiam ferre.*
3 *Arbitramenta, & iudicia nullam habent similitudinem inter se.*
4 *Arbitria, & Arbitramenta in quibus differant; remissiuè.*
5 *Laudum est sententia ab arbitratore prolata: non venit tamen sub appellatione sententiæ; & præcipuè in Statutis, num. 6.*
7 *Sententiæ Iudicum, & arbitrorum, & lauda arbitratorum habent æquè executionem, ex Statuto: atque eiusmodi executionis causæ sunt summariæ, & num. 9. Et eius praxis; remissiuè, num. 8.*
10 *Statutum de executione sententiarum, est ordinatorium iudicij.*
11 *Arbitria, arbitramenta, & lauda; faciunt ex statuto oriri actionem, & exceptionem.*

ANNO-

ANNOTATIONES.

A Sententia, arbitrium &c.) sunt enim aliàs arbitria ad simili endinem iudiciorum *l. 1. cum ibi not. per glos. & Doct. ff. de recept. arbitr.* Et valet argumentum à iudicijs ad arbitria, quod fusè prosequitur *Euer. in cent. sua loco à iudicijs ad arbitria*, & vbi arbiter pronunciat, dicitur sententiam ferre, vel dicere, vt legitur passim in legibus *d. tit. de arbitr.* & ap-
1 2 pareat ex ipsa rubrica, quæ sic concepta est de receptis arbitris, & qui arbitriũ receperunt, vt sententiam dicant, sicuti benè considerauit doctissimus *Alciat. lib. 1. parerg. cap. 45.*

B Arbitramentum, & laudum] inter iudicia verò, & arbitramenta nulla est similitudo, quia
3 arbitramenta redacta sunt ad instar contractuum, non iudiciorum. *Innoc. in c. quintauallis* 23. *nu.* 1 *& 3. de iureiur.* vbi, & alij. *Ancar. cons.* 443. *sub*
4 *num.* 2. *Euer. d. loco à iudicijs ad arbitria nu.* 19. Cæterum inter arbitria, & arbitramenta plures sunt, & notabiles differentiæ, quæ videri possunt apud Doct. *in d. c. quintauallis*, & apud *Bart. in l. societatem* 77. *§. arbitrorum ff. pro Soc. à num.* 7. *per plures seqq. & Specul. tit. de arbitr. & arbitra §. 1. per totum*, atque centum colligit differentias *Bapt. de Sancto Blasio in tract. de arbitro, & arbitratore*, qui est *inter tract. vniuer. iur. tõ. 3. p. 1 fol.*
5 296. laudũ porrò dicitur sententia ab arbitratore prolata, quod vulgare est vocabulũ & apud Latinos (auctores non reperitur, vti docet *Alciat. d. c.* 45. & probat. *Lanfr. de Oria tract. de arbitr. par. 1. num.* 37. qui & addit *num.* 39. appellatione
6 sententiæ non venire laudum, vt per *Bar. in auth. si verò num.* 2. C. *de iudic.* quod in statutis præcipuè procedit *Io. de Imol. cons.* 130. *sub num.* 5. & cum ista distinctione tractat de sententia arbitri, & de laudo arbitratoris *Bapt. de S. Blas. d. tract. q.* 70. licet alij quidam iuris communis interpretes promiscuè vtantur isto vocabulo laudi, tã pro sententia arbitratoris, quàm arbitri, vt appareat præcipuè *ex Fel. in c. quoniam contra de prob. nu.* 37. vbi ponit sextam conclusionem sub his verbis pro iustitia, & rectitudine laudi arbitri, vel arbitratoris, ità præsumitur, sicut pro sententia iudicis, *& Tusc. pract. concl. tur. verbo Laudum concl.* 21. 22. *& 27. ponit in princ. hæc verba Laudum arbitri, vel arbitratoris.*

C Executioni demandentur) sic iudicũ, & arbitrorum sententiæ, atque lauda arbitratorum æquè
7 ex statuto nostro executionem habent, quod & rationi consonum esse videtur, quia sicuti pro sententia iudicis est præsumptio, sic etiam pro laudo arbitri, vel arbitratoris est præsumendum, vti tradũt quàm plures Doct. citati per *Fel.* quos, & ipse sequitur *in d. c. quoniam contra eodem nu.*
8 37. hæc autem executio instituẽda, & perficienda erit iuxta praxim traditam à *Luc. Pet. infra lib. 8. cap. 1. num. 4. de execut. rei iud.* atque etiam sciendum est, quod Capitulum istud volens post rem iudicatam fieri debere monitorium de parendo sententiæ infra octo dies, non inducit formam quæ non possit adimpleri per æquipollens, cum vltra non procedat factum in contrarium annullando, & propterea si iudex talis monitionis relaxabit mandatum infra decem cum intimatione, satisfactum erit huic statuto, ex quo resultat idem effectus, ac si talis monitio decreta fuisset *Rot. in vna Romana Vineæ 5. Maij* 1589, *coram Orano*, vbi in puncto circa declarationem præsentis *cap.* 87. ità firmando declarauit, nec præterimus, quod eiusmodi executionis causæ sunt sum-
9 mariæ *l. à Diuo Pio §. si super rebus, & ibi Doct. ff. de re iud. not. Maran. in sua specul. p. 4. distinc. 9. princ. num.* 175. *Asin. in sua praxi cap.* 31. *§.* 3.
10 *num.* 13. Atque addimus statutum hoc esse ordinatorium iudicij, vt pote ad Senatorem, & Collaterales directum, sicque extra Forum Capitolinum non habere locum, quod dixit *Rot. decis.* 91. *num. 7. inter collectas per Zacch. ad Gallef. de oblig. Camer.*

C Oriatur actio, & exceptio) ex sententia arbitri regulariter non oritur actio, nec exceptio *l. 2. ff. de recep arbitr. not. Specul. tit. de arbit. & arbitrator. §. sequitur 7. num.* 32. *Graual. in Vetr. lib. 3. cap. 3. num* 6. idem dicitur de laudo arbitratoris, vt benè declarat *Bart. d. l. societatem §. arbitrorum nu.* 14. qui paulo post *num.* 16. subijcit per statuta tamen terrarum prouideri, quod arbitramenta executioni mandentur, idque hic factum
11 videmus per statutum nostrum, quod nimirũ reiectis ambagibus liberè, ac aperte decreuit ex arbitrijs, arbitramentis, & laudis descendentibus, ex compromissis cum pœna, vel sine oriri actionem, & exceptionem.

E Exequi possit) in hoc statutum conforme est iuri communi, sicuti pariter, quoad executionem decernendam per Senatorem, & Collaterales, de qua supra in princ. huius cap. prout ex sententia Doct. *in l. intra aies 7. ff. de re iud.* & alijs in locis cõprobat. *Luc. Pet. lib. 8. cap. 1. de execut. rei iud. sub nu.* 3. & de istis duobus modis petendi executionem videri potest etiam *Grauat. ad V stat. lib. 8. cap. vlt. verbo Sed iudicis num.* 24.

De Causis summariis.

Cap. LXXXVIII.

SVmmariæ causæ sunt omnes, in quibus de summa infra ducatorum auri viginti quinque, vel de re valorem prædictum non excedente, agitur. Item & causæ Cameræ Vrbis & Fisci Romani Populi, necnon possessoriæ omnes, & interdictorum, & alimentorum.

Item

Item & omnes cauſæ, quæ *b* iure communi ſummariæ ſunt, vel ex forma præſentium Statutorum diſponitur, vt in illis ſummariè *c* procedatur: necnon cauſæ Aduenarum & Clericorum, qui forum rei ſequi coguntur virtute reaſſumptionis, aut inhibitionis, illis alibi agentibus, factæ. Item cauſæ locationum quarumcumque, in quibus quæſtio dominii, vel poſſeſſionis de iure referri non poteſt; necnon & cauſæ penſionum, domorum, prædiorum, caſalium, prætij herbarum, reſponſionum etiam vinearum, & locorum quorumcumque cenſuum, & canonum, cuiuſcumque ſummæ, & quantitatis exiſtant; & omnes cauſæ, quæ de iure celeritatem deſiderant: In quibus cauſis volumus, quòd ſine libello, litis conteſtatione, aut aliis ſolemnitatibus, ſeu ordinibus iudiciorum, etiam ſubſtantialibus, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, *d* omni iuris ſolemnitate omiſſa (ſeruata in probationibus æqualitate) procedatur. Item & cauſæ Eccleſiarum, Hoſpitalium, miſerabilium perſonarum, & mercedis, in quibus non ſolum modo præmiſſo, ſed etiam, ſi iuſta ſubeat cauſa, extraiudicialiter omnibus diebus, etiam feſtis, præterquam in honorem Dei indictis, & omnibus horis, Iudicis arbitrio procedatur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Summaria cauſarum cognitio cur inuenta?*
2 *Cauſa ad hoc, vt fiant ſummaria, eſt neceſſaria auctoritas Principis non recognoſcentis ſuperiorem, alioqui ſunt ordinaria.*
3 *Cauſa ſummaria iure communi, quænam ſint? remiſſiuè.*
4 *Clauſula ſummariè, ſimpliciter, & de plano, quid importent; remiſſiuè.*
5 *Clauſula ſummariè &c. non tollunt citationẽ: nec probationes. n. 6. nec iuramentum calumniæ, ſi petatur. n. 7.*
8 *Cauſæ grauaminis expreſſio non requiritur in appellatione ab interlocutoria in cauſis ſummarijs; ex ſtatuto.*

ANNOTATIONES.

1 AD coarctandam diſpendioſam litium prorogationem, & ne cauſarum proceſſus, & ſententiæ retardentur, vbi ſpecialis ratio ita expoſcit, adiuncta eſt ſummaria cauſarum cognitio, quod colligitur ex conſtitutione *Clementis Papæ Quinti diſpendioſam de iudic. & extranag. Henrici VII. Imperatoris ad reprimendum tit. quomodo in crimin. læſ. Maieſt. procedi.* Vnde frequens eſt vſus eiuſmodi cognitionis, & in Regno Neapolitano per iura municipalia cauſas omnes ciuiles factas eſſe ſummarias tradit *Maran. in ſuo ſpecul. par. 4. diſtin. princ. 9. in princ.*

2 Eſt autem neceſſaria Principis auctoritas non recognoſcentis ſuperiorem ad reddendas cauſas ſummarias, vbi illæ alioqui ſint ordinariæ, vt *not. glo. in Clem ſæpe in prin. verb, Mandamus de verb. ſignif. & glo. in c. fin de hæret. in 6. verbo Figura Card. in d. Clem. diſpendioſam in fin. Fel. in c. olim 19. num. 3. de accuſ. Alex. conſ. 106. num. 12. lib. 2.* vbi rationem addit, quia hoc eſt contra ius commune *Maran. vbi ſupra num. 3.*

B 3 Iure communi ſummariæ ſunt) de his vide *tex. in dicta Clemen. diſpendioſam Maran. dicta diſtinct. 9.* qui triginta recenſet ſpecies eiuſmodi cauſarum, & *Aſin. in ſua prax. iudic. §. 3. cap. 31.* vbi quadragiata tres cumulat.

C 4 Procedatur) quid importent præcedentes clauſulæ, ſcilicet ſummariæ ſimpliciter, & de plano, & alię ſimiles adiectæ vide *tex. in dicta Clem ſæpe, & ibi gloſ. verb. Figura, & verbo Neceſſario gloſ. in dicta extranag. ad reprimendum, & Bart. ibidem ad ſingula verba, & clauſulas Grauat ad Veſtr. lib. 5. cap. 1. num. 7. Marant. dicta diſtinct. 9. num. 8. & alij ab eo relati.*

D 5 Omnis iuris ſolemnitate omiſſa) non tamen iuris naturalis, qualis eſt citatio, quæ id circo neceſſaria eſt non obſtantibus eiuſmodi & qualibuſcunque alijs clauſulis, vt per *Maran. d. diſtin. nu. 9. & Grauat. d. cap. 1. num. 8.* Et cita-

6 tio quidẽ expreſsè reſeruatur in ipſa *Clem. ſæpe;* Nec etiam omitti poſſunt probationes, quas vtique ſtatutum noſtrum reſeruat expreſsè, ſicuti reſeruatę ſunt *in d. Clem. ſæpe illi* enim ex iuris diuini *c. nouit. de iudic. & habetur Matth. cap. 18. Maran. d. diſtinct. nu. 10. & Granat. d. nu. 8.*

7 Sed præterea iuramentum calumniæ etiam in cauſis ſummarijs ab vna parte præſtari debet, ſi ab altera petitum ſit per *tex in d. Clem. ſæpe not. Put. deciſ. 388. lib. 2. Surd. deciſ. 18. num. 6. Cott. in ſuis memor. verbo Iuramentum calumniæ Matheſil. not. 65. not. quod ſtatutum per tex in c. caterum de iur. calum.* quod ex ſtatuto noſtro apertè cauetur cap ſequenti.

Poſtremo vnum ſingulare hic ſubijcimus, nempe quod cum per ſtatutum iſtud mãdetur in cauſis ſummarijs hic expreſſis procedi ſine ſtrepitu,

8 & figura iudicij, ideo non requiritur, vt alias requireretur, expreſsio cauſæ grauaminis in appellatione ab interlocutoria iuxtà *conſ. Angel. 267. ſub num. 1. verſ. 2.* quia, quod ſequuta eſt Rota ſuper hoc eodem ſtatuto *in Romana Saluiani interdicti 11. Martij 1594. & 19. Nouembris 1593. coram Penia impreſſis apud Pacif. tract. de Salu. interd. in vltima impreſſione num. 82. & in prima impreſſione deciſ. 64. & 67.*

Alia ad caput iſtud ſtatuti vide *apud Luc. Pat. lib. 4. cap. 1.*

ANNOTATIONES.

A Sententia, arbitrium &c.) sunt enim aliàs arbitria ad similitudinem iudiciorum *l. 1. cum ibi not. per glos. & Doct. ff. de recept. arbitr.* Et valet argumentum à iudicijs ad arbitria, quod fusè prosequitur *Euer. in cent. sua loco à iudicijs ad arbitria*, & vbi arbiter pronunciat, dicitur sententiam ferre, vel dicere, vt legitur passim in legibus *d. tit. de arbitr.* & ap-
2 paret ex ipsa rubrica, quæ sic concepta est de receptis arbitris, & qui arbitriũ receperunt, vt sententiam dicant, sicuti benè considerauit doctissimus *Alciat. lib. 1. parerg. cap. 45.*

B Arbitramentum, & laudum] inter iudi-
3 cia verò, & arbitramenta nulla est similitudo, quia arbitramenta redacta sunt ad instar contractuum. non iudiciorum. *Innoc. in c. quintauallis 23. nu. 1 & 3. de iureiur.* vbi, & alij, *Ancar. cons. 443. sub*
4 *num. 2. Euer. d. loco à iudicijs ad arbitria nu. 19.* Cæterum inter arbitria, & arbitramenta plures sunt, & notabiles differentiæ, quæ videri possunt apud Doct. *in d. c. quintauallis*, & apud *Bart. in l. societatem 77. §. arbitrorum ff. pro Soc. à num. 7. per plures seqq. & Specul. tit. de arbitr. & arbitra §. 1. per totum*, atque centum colligit differentias *Bapt. de Sancto Blasio in tract. de arbitro, & arbitratore*, qui est *inter tract. omnes iur. tõ. 3. p. 1. fol.*
5 296. laudũ porrò dicitur sententia ab arbitratore prolata, quod vulgare est vocabulũ & apud Latinos auctores non reperitur, vti docet *Alciat. d. c. 45.* & probat. *Lanfr. de Oria tract. de arbitr. par. 1. num. 37.* qui & addit *num. 39.* appellatione
6 sententiæ non venire laudum, vt per *Bar. in auth. si verò num. 2. C. de iudic.* quod in statutis præcipuè procedit *Io. de Imol. cons. 130. sub num. 5.* & cum ista distinctione tractat de sententia arbitri, & de laudo arbitratoris *Bapt. de S. Blas. d. tract. q. 70.* licet alij quidam iuris communis interpretes promiscuè vtantur illo vocabulo laudi, tã pro sententia arbitratoris, quàm arbitri, vt apparet præcipuè *ex Fel. in c. quoniam contra de prob. nu. 37.* vbi ponit sextam conclusionem sub his verbis pro iustitia, & rectitudine laudi arbitri, vel arbitratoris, ità præsumitur, sicut pro sententia iudicis, & *Tusc. pract. concl. tur. verbo Laudum concl. 21. 22. & 27. ponit in princ. hæc verba Laudum arbitri, vel arbitratoris.*

C Executioni demandentur) sic iudicũ, & arbitro-
7 rum sententiæ, atque lauda arbitratorum æquè ex statuto nostro executionem habent, quod & rationi consonum esse videtur, quia sicuti pro sententia iudicis est præsumptio, sic etiam pro laudo arbitri, vel arbitratoris est præsumendum, vti tradũt quàm plures Doct. citati per *Fel.* quos, & ipse sequitur *in d. c. quoniam contra eodem nu.*
8 37. hæc autem executio instituẽda, & perficienda erit iuxta praxim traditam à *Luc. Pet. infra lib. 8. cap. 1. num. 4. de execut. rei iud.* atque etiam sciendum est, quod Capitulum istud volens post rem iudicatam fieri debere monitorium de parendo sententiæ infra octo dies, non inducit formam quæ non possit adimpleri per æquipollens, cum vtera non procedat factum in contrarium annullando, & propterea si iudex talis monitionis relaxabit mandatum infra decem cum intimatione, satisfactum erit huic statuto, ex quo resultat idem effectus, ac si talis monitio decreta fuisset *Rot. in una Romana Vineæ 5. Maij 1589, coram Orano*, vbi in puncto circa declarationem præsentis *cap. 87.* ità firmando declarauit, nec præteri-
9 mus, quòd eiusmodi executionis causæ sunt summariæ *l. à Diuo Pio §. si super rebus, & ibi Doct. ff. de re iud. not. Maran. in sua specul. p. 4. distinc. 9. princ. num. 175. Asin. in sua praxi cap. 31. §. 3.*
10 *num. 13.* Atque addimus statutum hoc esse ordinatorium iudicij, vt pote ad Senatorem, & Collaterales directum, sicque extra Forum Capitolinum non habere locum, quod dixit *Rot. decis. 41. num. 7. inter collectas per Zacch. ad Gallef. de obligat. Camer.*

C Oriatur actio, & exceptio) ex sententia arbitri
1 regulariter non oritur actio, nec exceptio *l. 2. ff. de recep. arbitr. not. Specul. tit. de arbit. & arbitrator. §. sequitur 7. num. 5 1. Granat. ad Vetr. lib. 3. cap. 3. num. 6.* idem dicitur de laudo arbitratoris, vt benè declarat *Barum d. l. societatem §. arbitrorum nu. 14.* qui paulo post *num. 16.* subiicit per statuta tamen terrarum prouideri, quod arbitramenta executioni mandentur, idque hic factum
11 videmus per statutum nostrum, quod nimirũ reiectis ambagibus liberè, ac aperè decreuit ex arbitrijs, arbitramentis, & laudis descendentibus, ex compromissis cum pœna, vel sine oriri actionem, & exceptionem.

E Exequi possit) in hoc statutum conforme
2 est iuri communi, sicuti pariter, quoad executionem decernendam per Senatorem, & Collaterales, de qua supra in princ. huius cap. prout ex sententia Doct. *in l. intra dies 7. ff. de re iud.* & alijs in locis cõprobat. *Luc. Pet. lib. 8. cap. 1. de executori iud. sub nu. 3.* & de istis duobus modis petendi executionem videri potest etiam *Grauat. ad V str. lib. 8. cap. vlt. verbo Sed iudicis num. 24.*

De Causis summariis.

Cap. LXXXVIII.

SVmmariæ causæ sunt omnes, in quibus de summa infra ducatorum auri viginti quinque, vel de re valorem prædictum non excedente, agitur. Item & causæ Cameræ Vrbis & Fisci Romani Populi, necnon possessoriæ omnes, & interdictorum, & alimentorum.

Item

Item & omnes cauſæ, quæ *b* iure communi ſummariæ ſunt, vel ex forma præſentium Statutorum diſponitur, vt in illis ſummariè *c* procedatur: necnon cauſæ Aduenarum & Clericorum, qui forum rei ſequi coguntur virtute reaſſumptionis, aut inhibitionis, illis alibi agentibus, factæ. Item cauſæ locationum quarumcumque, in quibus quæſtio dominii, vel poſſeſſionis de iure referri non poteſt; necnon & cauſæ penſionum, domorum, prædiorum, caſalium, prætij herbarum, reſponſionum etiam vinearum, & locorum quorumcumque cenſuum, & canonum, cuiuſcumque ſummæ, & quantitatis exiſtant; & omnes cauſæ, quæ de iure celeritatem deſiderant: In quibus cauſis volumus, quòd ſine libello, litis conteſtatione, aut aliis ſolemnitatibus, ſeu ordinibus iudiciorum, etiam ſubſtantialibus, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, *d* omni iuris ſolemnitate omiſſa (ſeruata in probationibus æqualitate) procedatur. Item & cauſæ Eccleſiarum, Hoſpitalium, miſerabilium perſonarum, & mercedis, in quibus non ſolum modo præmiſſo, ſed etia, ſi iuſta ſubſit cauſa, extraiudicialiter omnibus diebus, etiam feſtis, præterquam in honorem Dei indictis, & omnibus horis, Iudicis arbitrio procedatur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Summaria cauſarum cognitio cur inuenta?*
2 *Cauſa ad hoc, vt fiant ſummaria, eſt neceſſaria auctoritas Principis non recognoſcentis ſuperiorem, alioqui ſunt ordinaria.*
3 *Cauſæ ſummariæ iure communi, quænam ſint? remiſſiuè.*
4 *Clauſulæ ſummariè, ſimpliciter, & de plano, quid importent; remiſſiuè.*
5 *Clauſulæ ſummariè &c. non tollunt citationē nec probationes. n. 6. nec iuramentum calumniæ, ſi petatur. n. 7.*
8 *Cauſæ grauaminis expreſſio non requiritur in appellatione ab interlocutoria in cauſis ſummarijs; ex ſtatuto.*

ANNOTATIONES.

1 AD coarctandam diſpendioſam litium prorogationem, & ne cauſarum proceſſus, & ſententiæ retardentur, vbi ſpecialis ratio ita expoſcit, adiuncta eſt ſummaria cauſarum cognitio, quod colligitur ex conſtitutione *Clementis Papæ Quinti diſpendioſam de iudic. & extranag. Henrici VII. Imperatoris ad reprimendum tit. quomodo in crimin. laeſ. Maieſt. proced.* Vnde frequens eſt vſus eiuſmodi cognitionis, & in Regno Neapolitano per iura municipalia cauſas omnes ciuiles factas eſſe ſummarias tradit *Maran. in ſuo ſpecul. par. 4. diſtin. princ. 9. in princ.*

2 Eſt autem neceſſaria Principis auctoritas non recognoſcentis ſuperiorem ad reddendas cauſas ſummarias, vbi illæ alioqui ſint ordinariæ, vt *not. glo. in Clem ſæpe in prin. verb. Mandamus de verb. ſignif. & glo. in c. fin de hæret. in 6. verbo Figura Card. in d. Clem. diſpendioſam in fin. Fel. in c. olim 29. num. 3. de accuſ. Alex. conſ. 106. num. 12. lib. 2.* vbi rationem addit, quia hoc eſt contra ius commune *Maran. vbi ſupra num. 3.*

B 3 Iure communi ſummariæ ſunt) de his vide *tex. in dicta Clemen. diſpendioſam Maran. dicta diſtinct. 9.* qui triginta recenſet ſpecies eiuſmodi cauſarum, & *Aſin. in ſua prax. iudic. §. 3. cap. 31.* vbi quadraginta tres cumulat.

C 4 Procedatur) quid importent præcedentes clauſulæ, ſcilicet ſummariæ ſimpliciter, & de plano, & aliæ ſimiles adiectæ vide *tex. in dicta Clem ſæpe, & ibi gloſ. verb. Figura, & verbo Neceſſario gloſ. in dicta extranag. ad reprimendum, & Bart. ibidem ad ſingula verba, & clauſulas Grauat ad Veſtr. lib. 5. cap. 1. num. 7. Marant. dicta diſtinct. 9. num. 8. & alij ab eo relati.*

D 5 Omnis iuris ſolemnitate omiſſa) non tamen iuris naturalis, qualis eſt citatio, quæ in circo neceſſaria eſt non obſtantibus eiuſmodi & qualibuſcunque alijs clauſulis, vt per *Maran. d. diſtin. nu. 9. & Grauat. d. cap. 1. num. 8.* Et citatio quidē expreſsè reſeruatur in ipſa *Clem. ſæpe;*

6 Nec etiam omitti poſſunt probationes, quas vtique ſtatutum noſtrum reſeruat expreſsè, ſicuti reſeruatę ſunt *in d. Clem. ſæpe ſūt* enim ex iuris diuini *c. nouit. de iudic. & habetur Matth. cap. 18. Maran. d. diſtinct. nu. 10. & Grauat. d. nu. 8.*

7 Sed præterea iuramentum calumniæ etiam in cauſis ſummarijs ab vna parte præſtari debet, ſi ab altera petitum ſit per *tex in d. Clem. ſæpe not. Put. deciſ. 388. lib. 2. Surd. deciſ. 18. num. 6. Cott. in ſuis memor. verbo Iuramentum calumnia Matheſil. not. 65. not. quod ſtatutum per tex in c. caterum de iur. calum.* quod ex ſtatuto noſtro apertè cauetur cap ſequenti.

Poſtremo vnum ſingulare hic ſubijcimus, nempe quod cum per ſtatutum iſtud mādetur in cauſis ſummarijs hic expreſſis procedi ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ideo non requiritur, vt alias requireretur, expreſsio cauſæ grauaminis in appellatione ab interlocutoria iuxtà *conſ. Angel. 267. ſub num. 1. verſ. 2. quia*, quod ſequuta eſt Rota ſuper hoc eodem ſtatuto *in Romana Saluiani interdicti 11. Martij 1594. & 19. Nouembris 1593. coram Penia impreſſis apud Paciſ. tract. de Salu. interd. in vltima impreſſione num. 82. & in prima impreſſione deciſ. 64. & 67.*

8 Alia ad caput iſtud ſtatuti vide *apud Luc. Pat. lib. 4. cap. 1.*

De Generali forma procedendi in Summariis, vbi alia forma a statutis traditanon est.

Cap. LXXXIX.

ACtor *a* citato reo, suam *b* verbalem petitionem, qualem qualem, per Notarium in actis describi, & redigi faciat, & si iterum, & tertio reus citatus contumax fuerit, pro re, vel summa petita, contra eum, tamquam cõtumacem, mandatum executiuum relaxetur, & executio fiat, *c* iuris ordine seruato: & si reus adhuc in contumacia perstiterit, procedatur ad subhastationem, & deliberationem pignorum, vsque ad integram satisfactionem summæ petitæ, vt infra de executione Iuris ordine seruato traditur. Si verò reus comparuerit, & expensas contumacię refecerit, *d* audiatur: executio tamen (si facta fuerit) non reuocetur, sed stet vsque ad finem litis, vel vsque quo reus idoneum depositarium dederit: & si reus actoris intentionem confiteatur, detur ei, si petierit terminus ad soluendum *e* dierum decem. Si verò actoris intentionem negauerit, & actor illi iuramentum litis decisiuum *f* deferre voluerit, *g* cogatur reus aut iurare, aut referre; & si iurare cessauerit, Iudex referat actori, & reum ad soluendum per mandati executiui relaxationem cogat: & si actor ex delatione iuramenti à reo faciendo iurare noluerit, absoluatur reus; *h* & si neutra partium sacramentum deferre petierit, Iudex det partibus (si altera petierit) terminum dierum quinque vtilium ad probandum: quo termino elapso, causam expediat, vel reum absoluendo, vel contra eum mandatum executiuum relaxando, prout iustum fuerit. Possit etiam in prædictis via Monitorij procedi, & tunc articuli, si dabuntur: sin autem monitorium ipsum loco petitionis, & pro petitione attendantur. *i* Iuramentum quoque calumniæ, si petatur, præstari debeat, vt supra in ordinarijs est expressum; & si attestationum publicatio petita fuerit, seruentur ea, quæ supra de publicatione in ordinarijs traduntur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Libellus non requiritur in causis summarijs: sed sufficit quæuis petitio, etiam verbalis, & num. 3.*
Debet tamen in actis redigi positio per notarium, & num. 2.
4 *Contumax audiri non debet nisi refectis expensis.*
Et si facta sit contra eum executio, non reuocatur per refectionem expensarum, nisi dederit idoneum depositarium, & n. 5.
Et an statutum procedat in vero contumace solum, an etiam in ficto? & n. 6. 8. & 10
7 *Statuta intelligenda sunt de casu vero, non de ficto.*
9 *Clausula apposita in fine, refertur ad omnia præcedentia.*
11 *Odia sunt restringenda.*
12 *Contumax verus dicitur, qui personaliter citatus comparere, contemnit: fictus autem, qui domi citatus fuerit, nec constat citationem peruenisse ad eius notitiam.*
13 *Citatus si non potest propter aliquod impedimentum absque sua culpa comparere, non debet haberi pro contumace.*
14 *Terminus decem dierum ad soluendum, fatentibus debitum, concessum est de iure communi.*
16 *Iur' cogitur reus iuramentum subire, vel deferre, ex statuto, licet actor de sua intentione nihil probauerit, nec habeat pro se præsumptionem: Et etiam si vellet probare contrarium ab intentione actoris, per testes, vel instrumenta, & num. 17.*
Intellige, nisi actor ab initio viam probandi aliter quam per iuramentum elegerit, & num. 20
18 *Iuramentum subire, vel deferre quilibet tenetur, nisi iustum habeat causam recusandi. Et causæ recusationis, remissiuè. n. 19.*
21 *Reus in excipiendo dicitur Actor.*
22 *Nullitas ex defectu iuramenti calumniæ non præstiti respicit potius iustitiã, quàm processum.*

ANNOTATIONES.

A Itato reo) nam vti notauimus ad præcedẽs caput verbo, Omni iuris solemnitate omissa, etiam in causis summarijs necessario requiritur citatio.

B I Verbalem petitionem) quoniam in eiusmodi causis non requiritur libellus, sed sufficit aliqualis petitio, quæ facta narrationem comprehendat

2 hendat quam etiam ſolo verbo fieri poſſe, ac demum per Notarium in actis redigi debere decernit ſtatutum noſtrum, quod in hac parte conuenit cum diſpoſitione iuris communis iuxta tradita per *Bart. in extrauag. ad reprimendū verb. Et figura nu.* 8. *& ibi adden. ſub littera G. Lanfr. in clem. ſæpe, verbo Libellus, Alex. conſ.* 50. *ſub n.* 5. *lib.* 2. *Corn. cōſ.* 62. *ſub n.* 2. *vol.* 1. *Maran. in ſuo ſpecul. par.* 4. *diſtinc.* 9 *princ. nu.* 12. atque
3 hoc dictum videtur procedere etiam reo opponente & petente, vt libellus in ſcriptis offeratur, dummodo iſta tali quali petitione actoris poſſit reus comprehendere, quid actor velit, vt eſt doctrina *Bart. d. verbo, & figura ſub nu.* 8 *verſ. ſi tamen narratione*, quam alij multi ſequuntur, *vt ibi in addit. ſuo littera H.* quidquid in hac parte ſenſerit *Grauat. ad Veſtr. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 10. *verbo Quia in ſummarijs*; Nec dubitarem id ipſum habere locum etiã in diſpoſitione huius noſtri ſtatuti propter regulã, quod ſtatuta recipiunt interpretationẽ à iure cõmuni, de qua per Doct. communiter in *l. omnes popul. ff. de iuſt. & iur. & nouiſſimè Maſcard. de gener. ſtat. interpr. concluſ.* 2.

C Iuris ordine ſeruato) de huiuſmodi executione facienda vi de[illegible]eſt ſtatutum *cap.* 195. *hoc eodem lib. & Luc. Pen. lib.* 8. *de exec. rei iudic. in ſummarijs cap.* 4.

D Audiatur) vna ex pœnis legalibus contra
4 contumacem hæc eſt, quod non audiatur, niſi refectis expenſis *l. ſancimus* 13. C. *de iudic.* vbi Doct. & præcipuè *Iaſ. n.* 1. *c.* 1. *de dol. et cont. in* 6. *not. Maran. in ſuo ſpecul par.* 6. *memb.* 2. *iudi. nu.* 16. *verb. Et aduertatur circa contumaces, & ibi adden. ſub littera* C. *Grauat. ad Veſtr. lib.* 4. *c.* 4. *n.* 20. & amplius audiendus non erit, niſi prius de iudicio ſiſti cauerit, quando velit recuperare tenutam, idque ex iure communi *§. ſi verò ſemel*, ibi, igitur ne latente reo. *auth. de exhib. re.* quæ refertur C. *de bon. auth. iud. poſſid. authen. & qui iurat Iaſ. Maran. & Grauat. locis citatis*, attamen ſtatutum noſtrum melius prouidet actori contra contumacem, nempe vt ſi facta ſit exe-
5 cutio, ea non reuocetur etiam refectis expenſis, niſi reus contumax idoneum depoſitarium dederit. An vero ſtatutum noſtrum procedat in vero
6 contumace ſolum, an etiam in ficto; Et videtur quidem ſtatutum intelligi debere de vero contumace tantum, non etiam de ficto, quia regula iuris eſt communiter recepta, quod verba ſtatutorum intelligenda ſunt de caſu vero, non autem
7 ficto *text. ap in l.* 3. *§. hæc verba ff. de neg. geſt.* qui ad hoc ſolet allegari, vt ibidem *not. Bologn. comprobat Maſcar.* innumeros fere Doct. afferẽs *trac. de gener. ſtatut. interpret concl.* 10. atque in ter-
8 minis ſtatuti loquentis de contumace, quod procedat in vero contumace, non in ficto, conſulnit *Angel. Perufin. conſ.* 186. *num.* 1.

Accedat, quod in terminis iuris cõmunis idem videretur dicendum *ex dicta l. ſancimus in vltimis verbis*, vbi conſideratur, quod requiſiti litigatores mala conſcientia abfuerint, quem *tex.* ad id ponderat *Iaſ. ibidem num.* 15. & refert *Iacobum de Aren. Cin. Angel. & Innocen.* ità tenere, licet poſt ſubijciat contrarium teneri ab aliis, quos etiam nominat, eoſque moueri ex generalitate ipſius legis, quæ tamen generalitas ſatis reſtringi videtur ex prædictis verbis demonſtrantibus litigatorem verum contumacem,
9 & hæc quidem clauſula ibi in fine poſita refertur ad omnia præcedẽtia *l. talis ſcriptura §. fin. ff. de legi.* cum alijs cumulatis per *Gabriel. ad hanc con*
10 *cluſ. quam* 10. *ponit lib.* 6. *de clauſ.* atque demum cum agatur de odio, & pœna in contumaces, extraditis præcipuè per *Marant. dicta part.* 6. *memb. verb. Et aduertatur circa contumaces*, vbi pœnas vigintiquatuor in eos recenſet & inter eas hanc præcipue *num.* 19. quod verus contumax non poteſt appellare ſuffragantur vtique
11 huic opinioni regulæ iuris, quod odia reſtringi debent *cap. odia* 15. *de regul. iur. in* 6. *l. cum quidam ff. de liber. & poſthum.* & in pœnis benignior fieri debet interpretatio *c. in pœnis* 49. *de reg. iu. in* 6. *l. penult. ff. de pœn.*

12 Denique non omittam, quod verus contumax is dicitur, qui perſonaliter citatus comparere contempſerit, fictus vero, qui domi citatus fuerit, nec tamen conſtat citationem ad certam eius peruenisſe notitiam, vt ex communi Doct. ſententia tradit *Grauat. ad Veſtr. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 53. *Marant. in ſuo ſpecul. par.* 6. *act.* 2. *princ. num.* 285. addo amplius ad illam mate-
13 riam, quod vbi citatus non poſſit propter aliquod impedimentum abſque culpa ſua comparere, non debet haberi pro contumace, nec tenetur reſicere expenſas, vt benè concludit *Affict. deciſ.* 19. *nu.* 3. *ex doct. Alex. in l.* 2. *§. ſi quis in fin. ff. ſi quis cautio.*

E Dierum decem) quod & de conſuetudine ſeruari tradit *Bar. in l. debitoribus* 31. *ff. de re iud. num.* 2. *cum*
14 *eadem l. & l. ſi debitori* 21. *ff. de iudic.* decernatur, *debitoribus fatentibus debitum concedendum eſſe tempus ad ſoluendum, quod ſufficere pro facultate cuiuſque videbitur, neque enim damnum magnum eſt*, vt dicitur in hac ipſa *l. ſi debitori, in mora medici temporis*, vnde *gloſ. in dicta l. ſi debitori verbo Indultum eſt*, tradit per hanc *l.* hodie fieri præcepta de ſoluendo intra decem dies, atque id in Foro Capitolino præcipuè vſu receptum eſt.

F Deferre voluerit) cum approbatione ta-
15 men iudicis, aliàs poſſet ab altera parte recuſari *Bart. in l. manifeſta ff. de iureiuran. num.* 3. quod diligenter eſſe notandum admonet additio ibidem littera A *verbo Approbauerit Maran. in ſuo ſpecul. par* 6. *act.* 9. *num.* 22. *& alij ab eo citati.*

G
16 Cogatur reus aut iurare, aut deferre) quod fieri debet, licèt actor de ſua intentione nihil probauerit, nec etiam habeat pro ſe præſumptionem, ita enim ex iure communi tenent Doctores per *tex. in dicta l. manifeſta*, & hanc opinionem magis communem eſſe teſtatur *Iaſ. in l. admonendi n.* 73. *ff. de iureiur.* & Aym. *conſ.* 207. *n.* 4. atq; eamdem opinionem veriorem, ac æquiorem, & in praxi ſeruari dicit *Purpur. in dicta l. manifeſta nu.* 10. *in fin.* relatus ab *Oſaſ. deciſ. Pedemont.* 95. *num.* 10. ſequitur *Rip.* dicens etiam, quod ea ſeruetur *Granut.* qui eam pariter communem dicit, ac tenet *theore.* 10. *ſub nu.* 5. vnde ita etiam intelligi debet ſtat. noſtrum,

vt pote passiuam interpretationem recipiens à iure communi, & cum eo quantum fieri possit concordandum iuxta iuris regulas, quas supra sæpius legum auctoritate, & communi Doct. sententia comprobauimus.

17 Quid verò dicendum, vbi ille, cui deferrur iuramentum, non vult iurare, nec deferre, sed vult probare contrarium ab intentione actoris per testes, vel instrumenta? dic, quod is tenetur iurare, vel deferre, nam verba *d.l. manifesta*, comprehendunt etiam istum casum, cum eum non excipiant ad *tex. in l. 1. §. generaliter ff. de leg. præst. l. de pretio ff. de public. act. & l. si vero §. de viro ff.*
18 *sol. matr.* & generaliter tenetur quilibet subire, vel deferre eiusmodi iuramentum, nisi iustam habeat causam recusandi, vt bene docet *Bart. in*
19 *cad. l.* qui & causas explicat huiusce recusationis *num.* 3. 4. 5. & 6. ità etiam sentit *Surd. cons.* 111. *sub num.* 9. *vers. præmissis verò non obst. l. manifesta lib.* 1 & hanc opinionem expressè tenuit, ac probauit *Ias. in cad. l. manifesta in* 3. *q. sub num.* 3. *Ofase. decis.* 11, *num.* 2. *Boer. decis.* 95. *num.* 1. & 2.

20 Sed quid si actor ab initio viam probandi aliter, quam per iuramentum elegerit, nec tamen per eam assequi potuerit intentionem suam, poterit ne hoc remedium intentare? respondendum videtur, id minimè licere per *tex. in l. si quis iusturan. in princ. C. de rebus cred.* ibi absurdum est enim, cum desperauit aliam probationem, ad religionem conuolare, & hanc opinionem communem dicit *Boer. dicta decis. sub nu.* 5. quem refert, & sequitur *Luc. Pat. dicto cap.* 2. *sub num.* 8. eamdem opinionem sequitur, ac tuetur contrarijs argumentis respondendo *Surd. dicta decis.* 111. *a num.* 5. *vsque in fin.* cui quidem opin. suffragatur regula iuris, via quam elegisti tibi pateat *l. in delictis §. si detracta ff. de noxal. l. quod heredem §. eligere ff. de tribu. act. Gabr. commun. concl. lib.* 2. *tit. ac action. concl.* 2. *nu.* 1. *& seqq.*

Et hic quidem casus à statuto nostro videtur omissus, quidquid sentiat *Luc. Pat. dicto cap.* 2. *num.* 8 Vnde remanet in dispositione iuris communis, & ità declarandus ad *tex. in l. commodissimè* 10. *ff. de lib. & posth.*

H Et si neutra partium) licet superius de actore, non etiã de reo statutum dixerit, hic tamen apparet, quod idem de reo intellexerit, atque ita pariter intelligendam esse *d.l. manifesta docet Bart. ibidem quæst.* 1. *ante num.* 1. & sentit *Boer. dicta decis.*
21 95. *num.* 2. nam & reus in exceptionibus actor dicitur *l. in exceptionibus* 19. *ff. de prob.*

I Iuramentum quoque calumniæ) vide quę supra annotauimus ad Cap. LXXXVIII. verbo Omni iuris solemnitate omissa, Addo
22 quod si iuramentum istud etiam in summarijs nõ fuerit præstitum, vbi sit petitum, processus erit nullus *Cott. in memor. verbo Iuramentum calumniæ, Mathes. not.* 65. *not. quod statutum Put. decis.* 388. *lib.* 2. *Mantic. decis.* 33. *num.* 3. & 4.
23 Et ista quidem nullitas attenditur, licet non sit ex illis tribus notis, quia potius respicit iusticiam, quam processum, *Seraph. decis.* 1355. *num.* 1. *parte* 2.

Quod forma procedendi in Summariis seruetur corã omnibus Consulibus artiũ. Cap. XC.

PRædictam in Summarijs causis procedendi formulam seruari mandamus coram omnibus Consulibus artium in quibuscumque causis coram ipsis quomodocumque, & qualitercumque, etiam in vim rescriptorum Apostolicorum, *b* si in eis alia forma tradita non sit, vertentibus. Cassantes, irritantes, & annullantes quascumq. aliàs formulas per eorum particularia Statuta traditas, vt iudiciaria formula ad vnam consonantiam, quantũ fieri poterit, reducatur; exceptis Statutis nobilis artis Agriculturæ Vrbis, quæ tam in procedendo, quàm in decidendo, in eorum foro seruari mandamus.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Consulatus, & Artes, quæ Curiæ Capitolinæ subiectæ sunt, Conseruatorum iurisdictioni subduntur.*

2 *Conseruatores cognoscunt per viam querelę, & recursus de iniustitia sententiarum Consulum, & Officialium in causis non appellabilibus.*

3 *Capitaneus appellationum cognoscit in causis appellabilibus Consulum, &c.*

ANNOTATIONES.

QVodlibet mercatorum, artificum, & negotiatorum licitum Collegium duos habere debet Consules, & quosdam alios Officiales, vt infra *lib.* 3. *cap.* 42. Iidem Consules sunt annales, & ius dicere debent in porticu Palatij Conseruatorum Almæ Vrbis Romæ in locis sibi assignatis, notario eis assistente ad proprium ipsorum Tribunal, vt eodem lib. cap. 44. & 45 de ijsdem quales esse debeant, de quibus cautis cognoscere possint, & alia ad ipsos pertinentia, vide in prædictis tribus Capit. & cap. 43.

1 Ijdem porro Consulatus, & Artes, quæ Curiæ Capitolij subiectæ sunt non enim omnes artes huic Curiæ subsunt, Conseruatorum iurisdi-
2 ctioni subduntur, qui etiam per viam querelæ, & recursus de iniustitia sententiarum Consulum, & Officialium earumdem artium in causis non appellabilibus cognoscunt, vt habetur

supra

ſupra *cap.15.col.1 ſub num.50.* Vbi verò ſint appellabiles, earum cognitio per appellationem deuoluitur ad Capitaneum, vti Iudicem appellationum à ſententijs Iudicum, & Officialium quorumcumque Curiæ Capitolij *ex cap.166. infra hoc cod.lib.& not. Scacc.de appell.lib.3.cap.2. queſt.8.num.134.*

B Sin in eis alia forma) tradita non ſit, vide ſuperius *not.ad cinſmodi clauſulam cap.42.verbo In illis.*

De forma procedendi in cauſis interdictorum, & poſſeſſoriis.

Cap. XCI.

IN cauſis *a* Poſſeſſoriis, & Interdictorum, actor citato reo, ſuam petitionem *b* exhibeat in ſcriptis; qua exhibita, ſiue reus litem conteſtetur, ſiue non, actor ſibi incumbentia probet, & productio articulorũ, ſeu materiarum ſpecificatio, vel etiam iuriſ productio, *c* pro conteſtatione habeatur: in reliquis procedatur, prout ſupra de generali forma procedendi in ſummarijs *d* traditum eſt.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Copula Et, aliquando ponitur inter duo, quorum vnum ex neceſſitate ineſt alteri.*
2 *Interdictorum cauſa ſunt poſſeſſoriæ.*
3 *Interdictorum formę; remiſſiuè.*
4 *Iudicium poſſeſſorium non ſemper procedit ex interdictis Prætorum, & in quibus caſibus; remiſſiuè.*
5 *Copula Et, poſita inter genus, & ſpeciem, non inducit diuerſitatem.*
6 *Cauſæ poſſeſſoriæ ſunt ſummariæ, ex diſpoſitione iuris communis.*
7 *Cauſæ ſummariæ non habent litis conteſtationem.*
8 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.*
9 *Appellatio in poſſeſſorijs an concedatur? & num. 11. & 12*
10 *Interdictorum materia, vbi videri poſſit.*

ANNOTATIONES.

A Nterdictorum, & poſſeſſorijs) copula hic nõ ſtat inter diuerſa, vti aliàs de ſui natura eſſe ſolet ex *rubr.ff. & C. de iur. & fact.ign.l.ſi is qui ducenta in princ. & ibi Bart.ff. de rebus dub.* ſed eſt inter
1 duo, quorum vnum ex neceſſitate ineſt alteri, vnde illa verba interdictorum, & poſſeſſorijs reſoluuntur in vnum, ac ſi diceretur interdictorum poſſeſſoriorum argumẽto *tex.in l.1.in prin.* ibi placitum, & conſenſus, vbi *Bart.num.2.Euer.in cinſ.ſua loco à natura copula ſub nu.11.* Certum
2 eſt enim, quod cauſæ interdictorum ſunt poſſeſſoriæ. Erant autem interdictæ formæ atque conceptiones verborum, quibus Prætor aut iubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat, quod tum maximè fiebat, cũ de poſſeſsione, aut quaſi poſſeſsione inter aliquos contendebatur, ità Iuſtinianus Imperator *inſt. de interdic. in princ.* Et de his
3 quidẽ formis cognoſci plenius poteſt apud *Briſſon.tract.de formul.lib.5.fol.mihi* 434. & 435. *& lib.3.fol.317.& 318.*

Sunt tamen adhuc interdicta quædam, quibus agitur ad ius, non autem ad poſſeſſionem rei, vt colligitur ex *inſtit.* verbis ſupra poſitis ibi; quod tunc maximè fiebat iuxta *not. per gloſ.ibidem verbo Maximè*, vbi ponit exempla, ſed ſtatuentes noſtri hoc loco voluerunt dare formam iudiciis poſſeſſorijs dumtaxat, vt apparet; Nec omit-
4 tam dari etiam iudicium poſſeſſorium, quod ex Prætorum interdictis non procedit, ſed eſt ciuile, nempe ex Conſtitutione Iuſtiniani, & antiquo Adriani edicto *l.vlt.C.de edict.Diui Adrian. tollen.* ſicuti pariter in alijs caſibus poſt eum notatis per *Menoch.in pralud.de adipiſcẽ.poſſ.à nu.15.vſque in fin* atque in pluribus alijs, de quibus ſtrictè in elencho argumẽtorum recuperandæ poſſeſſionis apud eumdem *Menoch.* ante principium operis, Vnde hoc attento copula, Et, poſita videbitur inter genus, & ſpeciem, ſicque non inducet
5 diuerſitatem, vt per *Barboſ.tract.de dict.93.dict. & ſub num.14* ſi quidem cauſę poſſeſſoriæ erunt tanquam genus, interdicta vero vti ſpecies ſumendo genus, & ſpeciem, non vt apud Dialecticos, ſed vt apud Legiſtas, qui accipiunt ſpeciem pro omni eo, quod eſt diuerſum ab alio.

B Exhibeat in ſcriptis) in alijs cauſis ſummarijs ſufficit etiã verbalis petitio, quæ tamen in ſcriptis per Notarium redigatur, vt ſupra *cap.89.in princ.* nec ta-
6 men dubitari poteſt, quin cauſæ poſſeſſoriæ ſint ſummariæ ex diſpoſitione iuris communis *Bart. in extrauag. ad reprimendum verbo Summaria nu.12.per tex in l.momẽtaria C. vnde vi. Alc.cõſ. 66.n.1.vol.5.& tex.in l.meminerint verbo Illico C vnde vi. Marian.in ſuo ſpecul.par.4.diſtinc.9. princ.num.43.* vbi diſtinguit, ac declarat illud dictum, *Aſin.in ſua prax.iudic.§.3.cap.31.nu.3.* atque etiam ex præſcripto noſtri ſtatuti eſt ſupra *c.88.* ibi poſſeſſoriæ omnes, & interdictorum, ſed ſtatutũ hoc nihilominus nõ vult eiuſmodi cauſas

tractari tamquam summarias in omnibus, & per omnia cum eis peculiarem formam hoc cap. præscripserit.

C 7 *Pro contestatione habeatur)* in sūmarijs causis ius commune litis contestationem non requirit, sed primus actus, qui in causis ordinarijs illico post litis contestationem subsequi solet, in summarijs vim contestationis litis obtinet, præcluditque aditū exceptionibus dilatorijs, alijsq; actibus, qui post litem contestatā geri non possunt *Maran.q.6. membr.*10.*iudic.num.* 2. *Asin.* 9.3.*cap.*8.cum pluribus alijs ab vtroque citatis, tales sunt planè actus hoc cap. expressi, vnde iuri cōmuni conforme hic se reddit ius nostrum municipale.

D *Traditum est)* sic formatur regula procedendi in causis possessorijs prout aliàs in summarijs generaliter, exceptis paucis actibus supra hoc ipso cap. specialiter descriptis, nam exceptio firmat regulam in casibus
8 non exceptis *l. nam quod liquide §. fin. primo responso ff. de penu. leg.* quod argumentum copiosè prosequitur *Euer.in cent.sua loco ab excep.ad regul.* vnde in causis istis decretum censetur, vt procedatur sine strepitu, & figura iudicij, & ideo appellatio in eiusmodi causis possessorijs sustinetur, licet appellatio non contineat
9 causam grauaminis iuxta *consil. Angel.* 267. *sub num.*1.*vers.*2. *quia*, sicuti dictum fuit in *decis. Roman.Sal. interd.* 11.*Martij* 1594.*corā Penia, impressa ad Pacif.de Salu.interdict.nu.* 82. *decisionum in postrema editione*.

Reliqua ad praxim huius cap. spectantia vide
10 *apud Luc.Pat.lib.*4.*c.*4. Verum ad cognitionē interdictorū à fundamentis percurrere poteris totum *tit. de interd.in instit.& in ff.* nam vtrobique per descriptiones, ac diuisiones, & distinctiones faciliori forte methodo, quā in corpore iuris alio qui contingere soleat, tota hæc materia explicatur generaliter, atque post generalem tractationem de interdictis *lib.* 43.*tit.*1.*digestorū* subsequuntur ordinatè, ac sigillatim alij tituli triginta vnus de varijs interdictis porrò ex iuris interpretibus *Iacob Menoch.* amplissimis, doctissimisq; commentarijs materiam vniuersam adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ possessionis, ità copiosè complexus est, vt quasi superuacaneum videatur diuagari in euoluendis de ea aliorum scriptis,

11 Demū quādo liceat appellare à sentētijs latis in causis possessorijs, & interdictorum, præter ea quæ sparsim tradidit *Menoch in citat.oper* habes materiam accuratè collectā, & explanatam apud *Cōtard.ad l.vnic.C.si de monēt.poss.fuer.appell.* & itidem recentius, ac vberius apud *Scacc.de appell. q.*17.*limit.*6. *per totam*, vbi ille tum interdicta, tum alia remedia possessoria exactè, ac plenè examinat, & declarat, Certum est autem, quod
12 pro regula ponitur appellationem de iur. ciuili, denegari in eiusmodi causis ex *d.l. vnica* idq; tenent Doct. communiter, vt inquit *Rip.in cap.sapè num.*3.*vers.ex præmissis de restit.spol & alij citati per Scacc.d.q.& limit.num.*1.*& inferius in* 2.*& 3.membr.eiusdem limit.nu.*1.

Si plures contendant se eandem rem possidere.

Cap. XCII.

SI plures de eadem possessione contendant, & nullus eorum velit agere, sed altercantes inter se quisque asserat se possessorem, & in possessione esse, & velle insistere, nec de alicuius possessione constet; *a* ad tollendas rixas, quæ inde verisimiliter exoriri possent, Senator, vel eius Iudices, ex suo officio, sequestrata, vel ad se auocata possessione, terminum vtrique parti quinque dierum vtilium ad docendum de eorum possessione statuat; & illum, qui melius, aptiusque de actuali possessione, & eius iure docuerit, in possessione manuteneat, atque defendat, etiam manu militari, si opus fuerit, & succumbentem ad cauendum cogat de non turbando, nec molestando vlterius via facti: necnon eidem ad agendum, siue super possessorio ad recuperandam possessionem amissam, siue alio remedio, vel interdicto à iure, vel Statuto prodito, terminum duorum mensium statuat: quo elapso, ad partis perentis instātiam, si agi cæptum non fuerit, quo ad possessorium, perpetuum imponat silentium, dictamque causam retinēdæ possessionis *b* omnino quacumque appellatione reiecta, infra viginti dies vtiles terminet; aliàs pœnam viginti-quinque aureorum, tempore syndicatus de suo salario retinendorum incurrat.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Iudex quando possit per sequestrum auocare ad se possessionem rei, de qua controuertitur? & num.* 4.

2 *Iudicium auocationis, appellatur præparatorium iudicij possessorij principalis; & iudicium summarium, seu possessorium summarijssimum, & num.* 3. 23.

Et ab eo non datur appellatio, ex Statuto, & num. 13.

Limita, vbi decretum sequestri esset euidenter nullum, vel notoriè iniustum, & n. 17. 20. 22. 24. 27. 29.

3 *Materiam remedij possessorij, quis plenè pertractarit?*

6 *Clauſula omni, & quacunque appellatione remota, reÿcit omnem appellationem; tam quoad ſuſpenſiuum, quam quoad deuolutiuum iudicium, &* num. 11.

7 *Dictio, Omnino, comprehendit omnes caſus: & excludit exceptionem, & vim habet prohibendi ſimpliciter, omni tempore totaliter, & indiſtinctè, &* n. 8.

9 *Dictio Quicunque comprehendit etiam caſus improprios; & latius patet, quam Dictio Omnia. Et includit etiam ea, quæ ſpecialem mentionem requirunt. & n.* 10.

11 *Statutum diſponens non poſſe appellari; continet extenſionẽ iuris, vt intelligatur prohibere appellationem etiam in caſibus à iure permiſſis.*

14 *Appellatio an detur de iure communi in poſſeſſorio ſequeſtri, &c. & n.* 15. 16.

18 *Exceptio, vel allegatio alicuius iuris, licèt præcisè excludatur, non cenſebitur excluſa, ſi ſit notoria.*

19 *Nullitas notoria, & euidens iniuſtitiæ, quoad diſpoſitionem, æquiparantur.*

21 *Forma ſtatuti non ſeruata, actus eſt nullus.*

26 *Appellatio datur in poſſeſſorio, quando ex actis conſtat de iniquitate ſententiæ.*

28 *Attentata committuntur in cauſa ſequeſtri in prophanis: ſecus in beneficialibus.*

30 *Grauamen in interlocutoria ſuper poſſeſſorio plenario, facilè reparatur.*

31 *Statutum in poſſeſſorio ſequeſtri, eſt ordinatorium.*

32 *Statutum ordinatorium dicitur, quando tollit, vel reſtringit ordinem iudicialem.*

ANNOTATIONES.

A 1 AD tollẽdas rixas) Statuentes adhæſerunt praxi, quam docuerant iuris interpretes in hac materia, nempe, vt ſi plures contendant de poſſeſſione, & non cõſtet Iudici, quis eorum poſſideat, & ſubſit timor verisimilis, quod partes ad arma, & rixas deueniant, tunc iſtis tribus cõcurrẽtibus poſſit iudex procedere ad ſequeſtrum auocata ad ſe poſſeſſione rei, de qua cõtrouertitur, ità traditGuid. Pap. q. 378. litt. A. Capic. deciſ. 96. ſub nu. 10. & ſeq. Binſtend. deciſ. 73. num. 1. Menoch. retinend. poſſeſſ. remed. vlt. ſub num. 1. Ioſeph. Lud. decis. Peruſin. 20. num. 2. & ſeqq. Seace. de appel. quæſt. 17. limit. 6. membr. 2. num. 18. & ſeqq. qui omnes ponunt praxim ſeruandam in hoc iudicio, quod alij præparatorium iudicij poſſeſſorij principalis, atque plenarii appellant, vti Bero. conſil. 11. num. 1. lib. 1. Alciat. parerg. libro 8. capit. 24. in fin. Couſard. ad l. vnic. C. ſi de moment. poſſeſſ. limit. 16. num. 3. in fin. iuxtà tex. in l. liberis §. vlt. ibi eo tempore, quo lis præparabatur ff. de liber. cauſ. alit iudicium ſummarium, ſeù ſummariiſſimum poſſeſſorium nominant, ità Neuiz. conſ. 81. num. 7. Alciat. reſp. 386. num. 1. Cagnol. in l. in pari 171. num. 6. ff. de regul. iur. Guid. Pap. quæſt. 552. & alij citati per Menoch. d. remed. vlt. retinend. poſſeſſ. nu. 4. porro remedium iſtud deductum eſt ex l. 16. ſi vſusfructus § ſed inter duos, ff. de vſufruct. in illis verbis, cur enim, inquit Iulianus, ad arma, et rixam procedere patiatur Prætor, quos poteſt iuriſdictione ſua compeſcere? ex quo tex. ibidem in princ. not. Bart. Bald. Angel. Fulgoſ. licere Iudici rem ſequeſtrare, de cuius poſſeſſione cõtrouertitur, vbi timeatur, ne partes ad arma, & rixam procedant, cõprobantur prædicta ex Paul. Caſtren. conſ. 3. nu. 1. & ſeqq. lib. 2. & ex Didac. pract. qq. cap. 17. num. 1. & 2. & per tot. cap.

2 3 4 Sed materiã iſtam doctè, ac plenè proſequitur Menoch. d. remed. vlt. retinen. poſſ. vbi ponit originem huius remedii poſſeſſorij, quale ſit, quãdo, & quomodo locus eſſe debeat, & deindè per quæſtiones viginti tres rem ipſam diſcutit, ac dilucidat.

6 B Omnino, & quacunque appellatione reiecta) clauſula hæc adeo generalis omnẽ tollit diſputationem, an appellatio admittenda ſit nec ne, nam ad hunc effectum adinuenta eſt, vt omnis reiiciatur appellatio, cum aliàs complures caſus reperiantur in quibus appellatio iure permittitur, non obſtante ſimplici prohibitione appellationis, vt per Marchеſ. de commiſſ. par. 1. cap. 8. de commiſſ. cum clauſ. appell. remot. num. 56. nam dictio omnino 7 omnes caſus comprehendit gloſ. in l. ſi cum exceptionem §. quatenus in verbo Omnino, vbi etiam, Bart. n. 1. ff. de eo, quod met. cauſ. Pariſ. de reſign. lib. 11. in præfat. num. 12. Seraph. de priuileg. 8 iuram. priuileg. 49. num. 44. vbi etiam aſſerit, quod excludit exceptionẽ, & vim habet prohibendi ſimpliciter, omni tempore, totaliter, & indiſtinctè, Oldrad. conſ. 324. Iub. num. 8. Rolan. conſ. 84. num. 3. & ſeq. lib. 1. Alber. in ſuo diction. in verbo Omnino Felin. in cap. ex parte 12. ſub princip. de reſcript. Card. Tuſc. concluſ. 322. litera D. per tot. & præcipuè num. 1. & 2. Et dictio 9 quicunque eſt vniuerſalis, & comprehendit etiã caſus improprios, ac latius patet, quàm dictio omnia Tiraquel. de retract. §. 1. gloſſ. 7. num. 10. cum ſeqq. eſt generalis, & vniuerſalis c. ſolitæ, in fin. vbi quodcunque vbi Abb. in vlti. not. de maior. & obed. cum adductis latiſſimè per adden. ad Roman conſ. 31. Socin. conſ. 3. num. 23. lib. 4. 10 qui aſſerit hãc dictionẽ omnia includere etiam illa, quæ expreſſam, & ſpecialem mentionem requirunt Rot. dec. 2. num. 3. penes Pic. ad cap. 151 ſtat. Vrbis. Atque eadem clauſula ità intelligi- 11 tur, vt appellationem inhibeat, tam quoad ſuſpenſiuum, quàm etiam quoad deuolutiuum iudicium (quod vtiquè aliàs generaliter in terminis ſtatuti prohibentis appellationẽ cenſuit Rot. deciſ. 330. num. 4. par. 2. diuerſ. Abb. in cap. 8. ad reprimendam ſub num. 10. de offic. ordin. Grat. conſ. 16. num. 8. vol. 3. Dec. in cap. paſtoralis 53. in prine. num. 36. de appell. Rolan. conſ. 77. viſo

num.

*num.*17.*lib.*2.*Lancell.de attent. par* 2.*cap.* 12.*limit.* 25. *num.* 31. *Maſcard. de genr. ſtat. interp. concluſ.* 5. *num.*3. Accedat quod ſtatutum, diſponens non poſſe appellari, continet iuris extenſionem, ita ut intelligatur prohibere appellationem etiam in caſibus alioquin de iure permiſsis, ne ſuperfluum reddatur, ſed aliquid operetur. *Bald. in l.* 2. *ſub nu.* 1. C. *de appell. Aret. conſ* 105. *in præſenti dubitatione ſub num.* 11. *Ruin. conſ.* 81 *num.* 4. *lib.* 5. *Rolan. conſ.* 7. *num.* 79 *lib.* 3. *Benint: concluſ.* 17. *in fin.* vbi ſubiungit hoc facere ad cõſtitutionem Marchiæ, per quam prohibetur appellatio in poſſeſſorijs *Contard. ad l. vnic.* C. *ſi de moment. poſſeſ. in ampliat. ſeu quaſi num.* 131. *& ſeqq.*

12

Ex quibus apertè patet, quod attento hoc ſtatuto, quidquid ſit aliàs de iure communi, omnis planè appellatio in hoc poſſeſſorio ſummario, ſeu ſummariiſſimo prorſus reiicitur, & iure quidem dici poteſt, quod hic habemus caſum legis, vt aliàs de conſtitutione prohibente appellationem in poſſeſſorio iudicio, licet ea non contineret clauſulam ità prægnantem, vt habet ſtatutum noſtrum, dixit *Corn. conſ.* 10. *præſuppoſito num.* 2. *lib.* 4. & *Lancellott. de attent. appell. pen. limit.* 25. *num.* 32. Verum circumſcripto

13

hoc ſtatuto, in terminis iuris communis non defuerunt, qui tenuerint in iudicio poſſeſſorio ſequeſtri decreti ad impediendas rixas, & armorũ pericula, appellationem dari, ità reſpondit *Angel. conſ.* 107. *dicta conſtitutio num.* 3. *quem ſequuti ſunt Duen. regul.* 44. *limit* 2. *& Marant. in ſuo ſpec. l. par.* 6. *act.* 2. *princ. verbo, Et quandoque appellatur num.* 307. *limit.* 2. *fol. mihi* 527. Sed

14

hæc opinio videtur procedere, vbi iudex non cognito, ſaltem ſummariè de periculo armorum, & ſine partis præſentia, vel citatione ſequeſtrum decreuerit, vti declarat ipſemet *Angel. d. conſ. in fi.* & ità intelligendi ſunt alij, qui eum allegant, & ſequuntur iuxtà dictum *Bart. in l.* 9. *non ſolum, §. ſi liberationis verba num.* 7. *ff. de liber. leg. quod ſequitur Roman. conſ.* 211. *ſub num.* 5. *& alij communiter, vt per adden. ad Bart. ibidem littera F. verbo Debet intelligi, & ad Rom. litter.* L. *verb. Allegat*, Contra verò quod in ſpeciè à decreto

15

ſequeſtri, ne partes procedant ad arma, vbi non conſtet quis poſſideat, non detur appellatio, ſẽtiunt ferè omnes, & præcipuè, *Bald. in l. vnic. ſub nu.* 3. *in fin.* ibi tu dic, quod ratio *Salic. nu.* 3. *ſub fin.* ibi dicit ergo C. *ſi de moment. poſſeſſ. idem Bald. in l.* 2. *num.* 22. C. *de Epiſc. aud. Alciat. reſponſ.* 386. *num.* 2. *verſ. tertio videtur, Beninten. concl.* 79. *primo dubio num.* 1. *& ſeqq.* qui pariter loquitur de appellatione, quoad vtrumque effectum, ſicuti itidem *Menoch. retinen. poſſeſſ. remed. vlt. num.* 48. 49. *& 50. & Ludouic. dec. Peruſin.* 20. *nu.* 9. *& ſeq. Contard. ad d. l. vnic. C. ſi de mom. poſſeſſ. limit.* 16. *ratione ſequeſtri num.* 2. *& ſeqq.* rationes porrò huius ſententiæ penes Doct. prædictos cumulatè perleguntur, neque hic locus eſſe videtur eas referendi.

Cæterum, quæ de omnimoda reiectione appellationis in terminis ſtatuti noſtri ſuperius diximus, limitationem hanc recipiunt, vt non procedant, vbi decretum ſequeſtri eſſet euidenter

17

nullum, vel notoriè iniuſtum, numquam enim per quæuis verba quantumuis prægnantia prohibita cenſetur appellatio ab eiuſmodi decretis, ſeu ſententijs per *gloſſ. communiter receptam in cap.* 10. ex conqueſtione verbo poſt appellationẽ *de reſtit. ſpoliat. Franc. in c.* 63. *dilecto nu.* 141. *& ſeq. de appell. Abb. conſ.* 55. *nu.* 2. *par.* 2. *Vant. de nullit. tit. quis poſſ. dic. de nullitat. ſub num.* 51. *verſ. & quod nullitas Contard. de poſſeſſorijs iudicijs tractans, à quibus aliàs non datur appellatio in d. l. vnic. C. ſi de moment. poſſeſſ. limit.* 7. *ratione nullitatis, num.* 63. *& ſeq. & limit.* 9. ratione notoriæ iniuſtitiæ *num.* 2. 4. *&* 17. vbi & regulam

18

ponit, quod in omni materia, licet præcisè exceptio, vel allegatio alicuius iuris excludatur, num. quam tamen excluſa cenſetur exceptio, vel allegatio notoria, & de iudicijs poſſeſſorijs itidem, *Aufrer. ad q.* 501. *Cappell. Tholoſ. in principio addit. Lancell. de attent. cap. de att. appel. pend. lim.* 8. *num.* 11. & alij plures citati per eumdem *Lancel. ibidem Carol. Graſſ.* qui alios ferè innumeros cõgerit *tract. de except.* 20. *exception. num.* 18. *&* 19. *Marchеſ. de commiſſ. par.* 1. *cap.* 8. vbi de commiſſione cum clauſula appellatione remota *Caballin. ad conſtit. March. lib.* 5. *gloſſ. cap.* 1. *verbo, Nullitate, & verbo Grauamine Rot. apud Card. Mantic. dec.* 33. *num.* 2. atque etiam idem dicitur, vbi clauſula ſit omni, & quacunque appellatione remota *Modern. de clauſ. par.* 1. *clauſ.* 12. *num.* 7. *& ſeq. vbi plures Rot. deciſ. allegantur*, & locum habet dicta regula etiam in diſpoſitione ſtatuti prohibentis appellationem *Abb. in c. paſtoralis* 53. *in princ. num.* 12. *&* 14. *de appell. & conſ.* 44. *ſub num.* 3. *verſ. ſed his non obſtantibus lib.* 1. *Dec. conſ.* 49. *num.* 3. *Natt. conſ.* 172. *n.* 4. *Ruin. conſ.* 82. *ſub num.* 1. *lib.* 5. *Pariſ. de Put. in tract. Syndic. ſub verbo Appellatio c.* 2. *in princ. Rolan. conſ.* 29. *num.* 37. *&* 43. *lib.* 1. *Lancellott. de attent. cap.* 12. *de atten. appell. pend. limit.* 187. *num.* 29. *Contard. ad d. l. vnic. limit.* 9. *nu.* 6.

Promiſcuè autem citauimus Doct. loquentes

19

vel de notoria nullitate, vel de euidenti iniuſtitia, quia iſta duo ità æquiparata ſunt, vt diſpoſitũ in vno cenſeatur pariter diſpoſitum in altero *Rot. apud Card. Seraph. deciſ.* 493. vbi dicitur ità ſæpiſſimè fuiſſe deciſum, & apud *Card. Mantic. d. deciſ.* 33. *num.* 2. & dictum fuit, *in* Romana *de Bombellis* 3. *Maij* 1603. *coram Cardin. Sacrato*, vbi habetur, quod ſicuti datur manutentio aduerſus factum iudicis nulliter procedentis, ità datur etiam, vbi ludex notoriè, iniuſtè procedat, quod & eadem *Rot. comprobauit coram Scotto in* Romana *officij* 23. *Ianuary* 1608. Quo

20

circa etiam in caſu ſtatuti noſtri, vbi contingeret decretum ſequeſtri eſſe notoriè nullum, vel notoriè iniuſtum, appellationi locus eſſet, exempli gratia, ſi ex actis conſtaret, quod ludex in decreto ſtatuti formam, & diſpoſitionem non ſeruaſſet, nam regula iuris eſt, quod ſtatuti forma non ſeruata actus eſt nullus argumento *tex. in c.* 22. *cum dilecta de reſcrip. in cap. fin. de reſtitut. ſpol. in cap.* 37. *venerabili de offic. deleg. & in l.* 8. *cum ij §. ſi Prator ff. de tranſac. Fel. in d. c. cum dilecta verſ. geſta contra formam ſub num.* 9. *Euer. in cent. ſua loco à defectu forma n.* 2. *Dec. conſ.* 11. *num.* 9. *Anchar. conſ.* 36. *viſa nu.* 3. *Socin. conſ.* 43. *viſa appellatione num.* 9. *verſ. reſpondetur lib.* 1. *Brun. tract. ſuo de form. & ſolemn. in membr. de poteſt. & effec. form. & ſolemn. effec.* 21 *Aſin. in*

ſua

sua praxi §. 3. c. 36. sub num. 5. & §. 28. cap. 3. num. 3 vbi amplius inquit idem esse, si prætor, vel citra formam actus fiat iuxtà *not. per Felin. in d. c. cum dilecta vers. gesta contra formam in prima amplia. vbi citat. Io. Andr. in cap. 21. prudentiam super verbo Citra de offic. deleg.* dicente nō per illum *text.* æquiparari in regula ista contra, citra, & præter; atque idem *Fel.* ampliationem istam plurium auctoritate comprobat, quo ique actus factus contra statuti dispositionem nullus sit etiam ipso iure *not. Bart. in l. non dubium nu. 21. C. de legib. Borgnin. decis. 10. nu. 9. lib. 1. iuxta tradita per Doct. in d. l. nō dubiū & in c. 2. de test. Masc. de gener. stat. interpr. concl. 9. num. 14. & num. 61.* & procedit conclusio etiam si vnus tenuis actus ex pluribus requisitis omissus fuerit, *Dec. in cap. prudentiam 4. not. de offic. deleg. & in l. 2. §. vni vers. adhac responderi potest ff. de offic. ei. Tiraq. tract. de reb. exig. vers. secundo est text. & de retract. ligng. §. 36. glo. 2. num. 16. Euerard. d. loco à defectu forma sub num 3. vers. hinc etiam est Alex. cons. 50. num. 3. lib 5. Angel. cons 36. n. 2. Asin. d. cap. 36. num. 6.* cum pluribus aliis ab eo citatis.

22 Neque videtur dubitandum, quin hoc statutū nostrum præscribat formam in iudicio isto, de quo agit, obseruandam, cum nimirum exactè referat ea, quæ obseruari debent iuxta tradita per *Asin. d. §. 3 cap. 36 sub num. 3.* quem refert, & sequitur *Mascard. de generat. stat. interpret. concluf. 9. sub num. 82. in fine, & probat text. in l. hac consultissima, vbi Doctores not. C. qui test. fac. pos.* atque etiam quia statutum ipsum expressè prouidet in hoc iudicio aliter, quàm de iure communi prouisum reperiatur, certam, & moderatam iurisdictionem attribuendo, quo casu pariter dicitur tradita forma, sine qua non valet quod agitur *Dec. cons. 528. num. 12. Fel. in d. cap. cum dilecta vers. nonum signum faciunt not. per Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defect. proces. num. 54. & seqq. Mascard. de gener. stat. interp. d. concl. 9 num. 13.*

Certum est autem, quod in casu huius statuti iure communi prouisum non apparet, saltem expressè, licet Doct. ex eodem iur. deducant tria illa requisita superius sub verbo ad tollendas rixas initio notata vt ex *Guid. Pap. Capic. Beninted. Menoch. Iosep. Ludou. & Scacc. locis citatis*, atque licet Doct. asserant summariam, & breuem causæ cognitionem in hoc iudicio requiri, vt *not. Castren. d. cons. 3. sub n. 2. lib. 2.* quæ sententia probatur *ex l. liberis §. vlt. ff. de liber. caus. & ex cap. cum venissent de instit. not. Mansuer. in sua pract. tit. de possessorio num. 24.* in hoc iudicio summatim esse procedendum breui tempore, & paruo testium numero.

Hispanicam praxim docet *Didac. pract. quæst. cap. 17. num. 4. vers. tertio erit hoc in tractatu ob-*
23 *seruandum, & omnes Doct.* demum in hoc ad sūmam conueniunt, quod summaria cognitio in hoc iudicio adhibenda sit, aliàs non possit decerni sequestrum *Beninted. decis. 73. num. 3. & seq. Capic. decis. 55. num. 8. & decis. 96. num. 10. & 15. Angel. cons. 107. num. 2. & in fin.* vbi inquit in eiusmodi iudicio non credi verbis iudicis nisi quatenus constet ex actis, idem dicit *Contar. ad d. l. vnic. C. si de moment. possess. in quinta ra-*
tione decidendi nu. 10. & seqq. Menoch. d. remed. vlt. retineri poss. num. 33. Scacc. d. q. 17. limit. 6. membr. 2. num. 28.

24 Cæterum statuentes nostri propriam dederūt famam causæ cognitioni in hoc iudicio, quæ omninò seruanda est, ideò ea non seruata, nullum esset, quidquid in eodem iudicio actum esset, iuxta iam proximè adducta.

Notoriè verò, ac euidenter constaret de nullitate, & iniustitia decreti sequestri, vbi ex actis appareret non fuisse seruatam omni ex parte formam in hoc iudicio à statuto præscriptam, no-
25 toria namque nullitas, & iniustitia dicitur, quæ ex actis apparet *Bald. in l. 1. in prin. C. ne lic. test. prouoc. Fel. in c. 9. cum inter cæteras num. 10. de re iudic. & in cap. cum ordinem nu. 11. vers. prima declaratio de rescrip. Angel. in l. fin. num 3. ff. de petit. hared. Alex in l. 1. C. vt quæ des. aduoc. & cons. 59 nu. 17. lib. 4. Roman. cons. 42. num. 3. & 4. vbi & adden. sub littera H. Vant. de nullit. tit. 1. quid sit nullitas num. 22. & tit. quis poss. dic. de nullit. n. 52. Contar. ad d. l. vnic. C. si de mom. poss. limit. 7. ratione nullitatis n. 57. & limit. 9. ratione notoriæ iniustitiæ nu. 19. Scac. de iudic. lib. 1. c. 97. num. 34 Afflict. decis 39. nu. 5. & seq. Rot. diuers. dec. 361. num. 4. par. 1. Iosepb. Ludouic. d. dec. Perus fin. 20. num 25.* qui complurimum Doct. auctoritate inquit, quod quoties ex actis constat de
26 iniquitate sententiæ, tunc à sententia lata etiam
27 in possessorio licet appellare, vnde in casu isto, nempe notoriè nullitatis, vel euidentis iniustitiæ decreti sequestri ad euitandas rixas, & pericula armorum post appellationem locus erit reuocationi attentatorum, nam, & in causa eiusmodi sequestri committi attentata in prophanis,
28 licet secus in causis beneficialibus, tenuerunt, *Afflict. decis. 98. num. 2. & seqq. & Lancell. de attent. par. 1. cap. 12. de attent. appell. pend. ampl. 7. num. 1. & 2.* sicque supponunt appellationem admitti, tenet enim consequentia, dantur attentata, ergo datur appellatio, & contra per *text. in cap non solum in princ. ibi exceptis casibus, vbi gloss. in verb. Exceptis de appell. in 6. Lancell. de attent. cap. 12 de attent. appell. pend. ampliat. 15 num. 8. & eod. cap. limit. 25. num. 31. & lim. 53. vbi num. 1. d. gloss.* opinionem asserit communiter esse receptam *Scac de appell q. 17. limit. 6. c membr. 2. sub nu. 15. vers. confirmatur primo, atq.*
29 ità intelligi debet opinio prædicta, quod in ho iudicio detur appellatio, & committantur attentata, nempe, vt locum habeat dumtaxat, in casibus notoriæ nullitatis, vel iniustitiæ euidentis, cum aliàs eiusmodi iudicio non permittatur appellatio, vti supra iuxta communem DD. sententiam diximus, quia causa celeritatem desiderat, & sumus in possessorio summarijssimo, atque in mera interlocutoria, cuius grauamen in
30 plenario possessorio, ne dum in petitorio facilè reparatur, sicuti consideratum *Beninted. Meno. Ludou. & alij quos supra ad id ipsū retulimus, & præcipuè Contard. ad d. l. vnic. limita. 16. ratione sequestri num. 2. & seqq.*

31 Postremo non prætermittimus, quod statutum hoc est ordinatorium iudicij, non autem decisorium, & ideo non attendendum extra forum Capitolinum, quia dat modum, seù formam procedendi, & eius exequutio Senatori, & Collate-

teralibus Capitolinis demandatur, ſicuti ſupra conſideraui mus *ad cap.86.iuxta dec. Rot. in Romana Spolij 9.Iunij 1606. coram Card. Lancello. iun.impreſſ.per Marchef.de commiſſ par.2.vbi de commiſſ reſtit.in integr. par.2.§.3.fol.mihi* 202.

32 accedat regula generalis, quę traditur, nempe, quod ſtatutum tunc dicitur reſpicere ordinatoria iudicij, quando tollit, vel reſtringit ordinem iudicialem, prout hic fit per ſtatutum *Iaſ.in l.1.n. 56.& ſeqq.C.de ſum.Trinit.& Fid.Cath.Carol. Graſſ in tract. de offic.cleric.offic.2.nu.135.*

De dubitantibus ad rem poſſeſſam accedere.

Cap. XCIII.

TEncantur *a* Senator, & eius Iudices, cuilibet dubitanti accedere ad rẽ immobilem, quam poſſidet, dare Mandatariũ, vel Mareſcallum, *b* qui eum aſſocict ad requiſitionem petitoris, niſi aliud de iure obſtaret.

SVMMARIVM Annotat.

Præſes curare debet, vt Prouincia, quam regit, quieta ſit, atque pacata.

2 *Iudex poteſt ius facere parti, vt intret propria auctoritate abſque nuncio, vel executore in poſſeſſionem rei contentioſæ, aut adiudicatæ.*

3 *Iudex ex officio, maximè in criminalibus, debet partes inter ſe diſſidentes ad concordiã compellere, &c.*

4 *Mandati de aſſociando forma, remiſſiuè.*

5 *Statutum remedij poſſeſſorij præſentis capituli eſt ordinatorium.*

ANNOTATIONES.

SEnator, & eius Iudices) ſi quidem ad officium Iudicum id pertinet, vnde docet, *Bald. in l.1. § quies, ſub nu.2.ff de offic.Præf. Vrb.* quod abſque libello peti hoc poteſt per quemlibet, qui timet ſibi vim inferri in ſua poſſeſſione, quam doctrinã refert, & probat *Fel. in rubric.de tregu. & pac. ſub num.* 12: huc ſpectat monitum *Vlpiani* ad Præſidem Prouinciæ, *vt prohibeat ne potentiores viri humiliores iniurys afficiant l. illicitas §.*
1 *ne potentiores ff.de offic. Præſid.* vtq. *pacata, atq. quieta prouincia ſit quam regit, id enim congruit bono, & graui Præſidi curare, l. congruit. eod.tit.* confert ad hæc ipſa, quod habetur *in l. ſi vſusfruct.16.§ ſed ſi interduos ff.de vſufr* & quæ nos deduximus ad precedens caput in 1. annot. pro fundamento rationis eiuſdem Capit.

2 Atque etiam ex diſpoſitione iuris communis poteſt Iudex non ſolum per nuntium, vel executorem publicum rei poſſeſſionem adiudicare parti, ſed etiam poteſt eidem parti ius facere, ve propria auctoritate intret in poſſeſsionem rei cõtentioſæ, aut adiudicatæ *Iacob.de Arẽ.in l.1.§. nunciatio ſub num. 2.verſ ſed contrarium crede ff.de oper .nou.nunciat. Bart.in l.* 11. iuſtè poſſidet *ſub num.2.ff.de acquir.poſſ.* cuius opinionem dicit communem, & ſequitur *Alex.in rub.l.n.30 tenet Ruin conſ.*10. *ſub num.* 4 *Marant. in ſuo Specul par.* 6. octauo actu verbo, & producuntur ſcripturæ *ſub num.*30. ibi, vel agendo vrbanius *Tiraq.de tu.conſtit.poſſeſſ.lim.*. 7. *ſub n.*13.

3 Et quidem ex rationibus ſupradictis ad ſubditorum quietem, & publicum bonum ſpectantis iudicis officium eſt etiam maximè in cauſis criminalibus partes inter ſe diſſidentes ad concordiã cõpellere, ne ſequatur delictum, vel ad præſtandã cautionem de non offendendo, & eiuſmodi alia iurare, ac præcipere, de quibus fusè ſatis per *Fel. viden in rubr.de treg.& pac.n.*3.& 10. *& per tot.* addo ad iſtam materiam *Paris. cons.* 168. *par.* 4.

B Qui eum alloci*et*] formã mandati, quod vocant de aſſociando

4 vide apud *Saluſt. Tiber. pract. iud. lib.*4. *fol.*416. *& ſeqq.*

5 Statutum hoc eſt ordinatoriũ Iudicij, & ideo ſpectat ad forum Capitolinum dumtaxat, quia dat modum procedendi, & eius exequutio Capitolinis Iudicibus committitur, ſicuti dictũ eſt ad proximè precedens cap. in fin. not.

Si Fideiuſſor, vel expromiſſor ſe eximi ab obligatione, vel ſibi pro indemnitate caueri petat.

Cap. XCIV.

b FIdeiuſſores, aut expromiſſores, *c* qui ſe obligauerint pro aliquo, ſi iuxta formam infra ſuo loco traditam, ſibi ſuccurri velint, Iudicem adeant, qui citatis illo, pro quo ſe obligauerint, & aliis quo-

quorum interest, si ij cessauerint eum à fideiussione eximere, aut fideiusorem de releuando indemnem præstare, e vnica citatione præcedente contra eum, pro quo facta est fideiussio, vel expromissio, mandatum executiuum realiter, & personaliter exequendum relaxet; & per vnius viæ electionem alteri non præiudicetur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Fideiussoris definitio exacta non reperitur in iure: & quomodo possit definiri, n. 4.*
3 *Fideiussor in Statuto intelligendus est is, qui alienæ obligationi accedit.*
5 *Fideiussor quoad creditorem censetur vti debitor principalis.*
6 *Expromissor est qui se solum reum constituit, & debitorem liberat: vel qui intercedit pro non obligato. & num. 8.*
Et an differat à fideiussore, n. 7. 10.
9 *Verba in dubio intelligenda sunt de actu valido.*
11 *Fideiussori, vel expromissori, vt possit petere se eximi ab obligatione, quid requiratur.*
12 *Fideiussori, dantur duo remedia alternatiuè: & per electionem vnius non præiudicatur alteri, & n. 13.*

ANNOTATIONES.

A Vbintellige scilicet, qua forma iudicij sit agendum; huc namque pertinet istud caput, vt ex eius lectione appareat, siquidem statutum adhuc prosequitur formã iudicij causarum summariarũ, de quibus iam incæpit agere supra à cap. 89. de iure autem, & remedijs competentibus fideiussoribus, vel ex promissoribus ad se liberandum à fideiussionibus, vel expromissionibus habetur plenius infra cap. 157. hoc libr.

1 Fideiussores, aut expromissores) fideB iussor quis sit non reperitur iure definitum exactè, quod asseuerat etiam *Hering. tract. de fideiuss. c. 3. num. 1. & 2.* sed omissis definitionibus aliorũ, quas ipse refert, cum eo dicere possemus, quod
2 fideiussor sit, qui per stipulationem pro debitore aliquo, fidem suam citra nouationem interponẽdo ad debiti solutionem in subsidium obligatur, vel dicamus cum *Treutlero select. disput. vol. 2. disput. 28. thes. 1.* fideiussor est, qui stipulatione interposita, alijs tuto credi spondet suo periculo & fide, principali debitore, nihilominus manente obligato, *Bart. autem in l. reos ff. de duob. reis sub num. 1.* breuiter inquit, quod fideiussor potest intelligi strictè, qui alienæ obligationi accedit, vt *ff. de fideiuss. l. 1. et l. fideiussor obligari §. fideiussor*, quodq. potest etiam largè accipi fideiussor quicumque obligatus est pro negotio, quod ad aliũ spectat, non ad se, quo modo accipitur *in tit. ad*
3 *Vellei an. vt l. 1. C. eo tit.* Verum in hoc statuto fideiussor intelligi debet strictè iuxta breuẽ *Bart.* descriptionem, cui adhæret vtique exacta *Hering.* definitio, cum notum sit aliàs verba statutorum strictè esse intelligenda iuxta *tex. in l. 3. §. hac verba ff. de neg. gest.* cum aliis adductis *per Mascard. tract. de gener. stat. interpr. concl. 4.* &
4 amplius hic ipse, qui alienam suscepit obligationem, licet se constituerit principalem debitorem, & insolidum, erit adhuc verè, & propriè fideiussor, quoad principalem debitorem, qui alienam suscepit obligationem ex *tex. instit. de fideiuss. in*
5 *prine. Doct. in rubr. C. de fideiuss.* licet, quod Creditorem censeatur vti debitor principalis *Surd. cons. 436. num. 5. Gabr. conclus. 2. de fideiuss. nu. 1. & 11. Cotten cons. 331. in causa Syluestri vol. 1. in prine. Alex. cons. 41. nu. 2. volum. 5.* vbi inquit, quod statutum loquens de fideiussore locum habet etiã in correo principaliter obligato *Rot. diuers. decis. 112. num. 2. par. 1. & in Bonon. Census coram Ortembergo 16. Decembris 1607. impressa loco 20. per Cinc. tract. de Cens. num. 3. & 4.* vnde in tali fideiussore procedit etiam sine dubio statutum nostrum, quod & forensis vsus comprobauit, vt notum est.

6 Expromissor autem is est, qui se solum reum constituit, & debitorem liberat, idque potissimum colligitur *ex l. vt res. 53. ff. de contrab. empt. l. quod si 10. de pign. act. l. quod seruus 57. ff. de peculi. l. 5. §. si pater ff. de iur. dot.* Itaque expromis7 sor à fideiussore differt, nam ille solus obligatur, hic cum alio, ille reus principalis est, hic accessorius, illum qui dat liberatur, hunc verò qui dat obligatus manet, ità *Sebard. in suo lexicon. iur. verbo Expromissor.* Verum amplius multi dixe8 runt expromissorem propriè eum esse, qui intercedit pro non obligato, idest pro eo, qui non est efficaciter obligatus, ità *glo. in authen. de fideiuss. §. 1. verbo Fideiussorem Marsil in rubr. ff. de fideiuss. num. 4. Alex. in l. 5. §. Stipulatio ff. de verb. oblig. Paris. cons. 110. nu. 4. par. 1. Bertaz. in tract. clausi. in tit clausi. 39 glos. 1. num. 7. Iaf. in l. 4. §. ait prætor sub num. 3.* vbi hanc dixit communem doctrinam *ff. de re iud.* atque multi alij præterea relati *ab Hering. d tract. de fideiuss. cap 4. num. 41.* qui tamen hoc dictum mox reprobat, & refellit respondendo sigillatim legibus in ea n sentẽtiam allatis & pro opin. *Henring. videtur facere tex. in l. 5. §. satis acceptio ff. de verb. oblig.* quem expressum, & inecutabilem dicit *Iaf. in d. §. ait Prætor* vbi promissor idest principalis debitor, per stipulationem obligatus, dat expromissorem, nec loquitur *l. de promissore obligato*, inefficaciter, & inualidè, sed generaliter de promissione, sicque debet intelligi de obligato validè, nam verba de
9 actu valido intelligi debẽt in dubio *l. 4. §. cõdẽnatum ff. de re iud. cum simil. & cum effectu l. 164. nomen fiscarum §. fin. ff. de verb. sign.* & in potiori significato *l. 1. §. qui in perpetuum ff. si ag. vect.* ex quibus regulis iuris intellectus iste maximè comprobatur.

10 Cæterum ad rem nostram iure communi dubium non est, quin inter se differant fideiussor, & expromissor, quod probatur præcipuè *ex d. l. vt res 53. ff. de contrab. empt.* vbi tamquam diuersi nominantur argumento *tex. in l. si idem C. de codicill.* vnde *Bald. in l. in personam 31. §. 1. vers. tertio nota ff. de pact. Rip. in l. 4 ait Prætor ff. de re iud. & Iaf. ibidem num. 3.* tenuerunt statuta disponentia, quod fideiussoribus fiat ius summarium,

prout

De causis infra summam scutorum decem.

Cap. XCVI.

CAusæ, *b* quæ infra summam scutorum decem *c* coram Senatore, & illius Collateralibus tantum, *d* & præsertim inter pauperes, & miserabiles personas, vertuntur, *e* omni prorsus appellatione remota, terminẽtur, & celeri executioni demandentur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Causa breues, seu modicæ summæ, ex dispositione iuris communis, debent expediri summariè.*

2 *Modica summa, quæ dicatur, relinquitur arbitrio Iudicis, ex iure communi.*

3 *Dictio, infra, excludit diem, quo terminus assignatur.*

4 *Interpretatio in dubio ita fieri debet, vt admittatur appellatio.*

5 *Appellationi an sit locus in Curia Capitolina, si petitio sit supra scuta decem, & condemnatio sequatur infra decem? & n. 7.*

Et quid si agatur de annuis præstationibus? n. 8.

Itẽ quid si actum sit ex pluribus summis, quæ singulæ per se non facerent causam appellabilem, sed coniunctæ redderent causam appellabilem? num. 9.

7 *Iurisdictio, vt fundetur, attenditur petitio libelli, non effectus actionis.*

10 *Libellus vnus esse dicitur, & sententia vna, quando vna actione tantum plures res petuntur.*

11 *Dictio, tantum, est taxatiua, & excludit omnes casus positos extra orationem, in qua ipsa est.*

12 *Dictio præsertim, exprimit casum minus dubitabilem, & includit etiam magis dubitabilem.*

13 *Clausula, omni prorsus appellatione remota, remouet appellationem, etiam quoad effectum deuolutiuum.*

14 *Appellatio, vbi prohibetur simpliciter, censetur prohibita, quoad vtrumque effectum deuolutionis, & suspensionis.*

ANNOTATIONES.

A HAs etiam causas statuentes nostri inter summarias cõprehendere voluerunt, vti considerauit pariter *Luc. Pat. lib. 4. cap. 6.* & meritò quidem, cum iuxta dispositionem iur. communis causæ breuis, seù modicæ summæ expediri summariè debeant ex *tex. in*

1 *auth. nisi breues C. de sent. ex brevi. recit. vbi glo. Bart. & Bald not. gloss. in §. necessitatem verbo. Ex non scripto authe. vt ind. fine quoquo saffrag. tex. in §. it tibi quoq. authen. de mand. princ. iuncta glo. ibidem verbo breuiore*, iudicis autem arbitrio relinquitur, quæ nam dicatur modica sũma ad istum effectum, vt per *glo. & Doct. in dict. auth. nisi breues, quam opinionem testatur esse communem Menoch. de arbitr. iudic. cas. 72. n. 9.* At statutum nostrum causas modicæ summæ ad rem nostram declarauit infra summam scutorum decem.

B Quæ infra summam scutorum de-

3 cem) sic excluduntur causæ scutorum decem inspecto nimirum significato d. dictionis infra, de quo per *Barbos. dictio. 138. sub num. 1. in fin.* vbi not. quod hæc dictio de sui natura excludit diem, quo terminus assignatur, ita vt dies ipse primus termini non computetur in termino, sic ad rem nostram excluditur numerus scutorum decem, & ità vsu receptum est in foro Capitolino, nempe, vt admittatur appellatio in causis scutorum decem, atque aliàs in dubio fieri debet interpretatio, vt admittenda sit appellatio *cap. 48. Sacro in fin. & ibi glo. verb. dubitari de sent. excomm. glos. in cap. 59. vt debitus verbo ex rationabili de appel. spec. ti. de appel. §. nunc dicamus num. 2 in fin. & sub nu. 6. & 8. vers. item appellatione lib. 2. Franc. in cap. 31. de priore num. 1.* ibi aut sumus in dubio *cap. 45. constitutus num. 18 & d. cap. 19 vt debitus sub n. 43 de appell. Alex. cons. 113. num. 2. lib. 5, Tiraq. tract. le mort. saisit leuit. p. 6. declar. 6 n. 10. Surd. tract. de aliment. tit. 18. priuileg. 70. sub num. 1. & 2. & cons. 163. num. 5. lib. 2. Scacc. de appell. q. 7. ampliat 17 num. 60.*

5 Quid si petitio sit supra decem scuta, condemnatio vero sequatur infra decem, erit ne locus appellationi hoc statuto non obstante?

6 Videtur esse locus appellationi, quia ad fundãdam iurisdictionem attenditur petitio libelli, non effectus actionis *l. cum quædam §. quotiens ff. de*

7 *iurisd. omn. iud. & ibi Doct.* si tamen in gradu appellationis eadem petitio sufficiens continuabitur, vt in prima instantia.

8 Quid si agatur de annuis præstationibus infra summam scutorum decem, habebit ne locum statutum? distingue, aut controuersia est. de obligatione originali talium præstationum, à qua dependet successiuè ius earumdem præstationum, & statutum eiusmodi causas non comprehendit vtpotè æstimandas longè supra d. summam, aut simpliciter agitur ad executionem ipsarum præstationum, & statuto est locus *Luc. Pat. d. cap. 6. n. 2. Scacc. de appell. q. 17 limit. 42. n. 5.*

9 Quid si actum sit ex pluribus summis, quæ singulæ per se non facerent causam appellabilem, sed coniunctæ redderent causam appellabilem, erit ne locus appellationi? Exẽpli gratia si actor vnica actione ex causa vẽditionis vini petat octo, & ex causa venditionis frumenti petat sex, appellationi vtique locus erit, quia vtraque summa vnica actione, nempe ex empto petita est, & hoc casu ad validitatẽ appellationis iure coniungũtur sũmæ, vt probat *tex. in l. 10. qui separatim §. si quis cũ vna actione ff. de appell. not. Io. Ferrar. de appell. n 153. est is tract. inter alios vniuersi iuris to. 5. fol. mihi 62. Luc. Pat. in prax. For. Capitol. d. cap. 6. num. 4. lib. 4. Scacc. de appell. q. 17. limit. 6. membr. 9. num. 25. in fin.* ibi, & in casu

10 statuti, cum enim vna actione tantum plures res petuntur, quoad omnes vnus est libellus, & sententia vna *Ruin. cons. 12. num. 3. vol. 4.*

C Coram Senatore, & illius Collateralibus tantum) Ergo hic non comprehenduntur, immo excluduntur causę quorumcunque aliorum Iudicum, & Officialium Capitolinorum, à quorum sententijs appellatur ad Capitaneum iuxta *cap. 166. infra hoc eod lib.* Dictio enim tantum, quæ est taxatiua, excludit omnes casus extra orationem, in qua ipsa

11 est posita *l. 2. C. de patri. quisil. distrax. l. ob as C. de prad. min traast Euer. in cent. sua loco à natura dictionũ taxatiuarũ n. 2.* atque ità seruatur.

12 D Præsertim inter pauperes) hæc dictio præsertim exprimit casum minus dubitabilem, nẽpe causas pauperum, & miserabilium personarum, & includit etiam magis dubitabilem, scilicet causas quarumcunque aliarum personarum, talis est enim natura huius dictionis, quæ idem importat ac dictio maximè *Alber. in suo dictionario in verbo præsertim Menoch. de arbitr. iud. cas. 416. nu.* 19. quodque statutum nostrum hoc cap. comprehendat etiam causas diuitum, & ità seruetur in praxi etiã ex stylo Signaturę tradit *Scacc. ex Marchis. à se cit. q. 17. limit. 42. num. 2.*

13 Omni prorsus appellatione remota)
E hæc verba remouẽt appellationem etiam quoad effectum deuolutiuum, quod *not. Scacc. de appell. q. 17 limit. 42. num. 3.* nec locus vllus remanet

14 dubitandi, quia etiam vbi appellatio simpliciter prohiberur, censetur prohibita quoad vtrumque effectum scilicet deuolutionis & suspensionis *Abb. in c. ad reprimendum num. 10. de offic. ordin. Dec. in rubr. de appell. num. 5. Rol. cons. 77. num. 12. lib. 2. Lancell. de attent. par. 2. c. 12. de attent. appell. pend. limit. 53. num. 70.*

De conuento pro re mobili non possidente immobilia.

Cap XCVII.

SI is, qui conuenitur pro re mobili in specie, *a* non possideat immobilia in Vrbe, nec in illius districtu valoris rei petitæ, *b* satisdet de iudicio sisti, & de re non permutãda, seu barattanda, & quòd eam rem exhibebit ante litem, & post litẽ, ad omne Iudicis mandatum; *c* quam satisdationem si cessauerit præstare infra terminum Iudicis arbitrio, personarum, & rei qualitate pensata, præfigendũ, res petita Iudicis arbitrio *d* sequestretur; & in hoc articulo nullus alius processus, aut iudiciaria tela *e* requiratur, nisi tantum præstatio iurumenti calumniæ, si petatur: in reliquo autem processu secundum causæ naturam procedatur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Possessores rerum immobilium non coguntur satisdare. Intellige vt num. 2.*

3 *Satisdatio, de qua in Statuto, tria continet: & quæ nam sint, & num. 4.*

5 *Effectus dummodo habeatur, non est curandum de modo.*

6 *Sequestratio regulariter prohibetur, nisi in subsidium.*

7 *Sequestrum reuocatur incontinenti, præstita cautione.*

8 *Sequestrũ contra aduenas transeuntes, &c. quomodo faciendum.*

ANNOTATIONES.

A 1 NOn possideat immobilia) secus autem si possideat, quia possessores rerum immobilium satisdare non coguntur, verba hęc sunt l. C. *in l. sciendum in princ. ff. qui satisd. cog.* possessor autem ad ef-

2 fectum euitandæ satisdationis iudicio sisti. de qua hic loquitur statutum, accipiendus est qui in Ciuitate, vel in agro, dicamus in Vrbe, vel districtu iuxta verba statuti, rem soli possidet etiam ratione vtilis dominij tantum, vel & qui solam proprietatem habet, vti statuit ius commune in eadem *l. sciendum §. 1.* cum quo & ius municipale nostrum conuenire censendum est, vbi aliter non disponat *c. cum dilectus de consuet. l. 1. C. de inoffic. dot. not Steph. de Federic. tract. de interpr. leg. par. 2. princ. in prine.* cum alijs sæpius supra per nos ad id citatis.

3 Satisdet) tria continet satisdatio ista, ut in
B contextu statuti, primum de iudicio sisti, secundum de re non permutanda, seù barattanda, tertiũ quod eam rem exhibebit ante litem, & post litem ad omne Iudicis mandatum, prima duo deducuntur ex *l. fideiussor §. satisdatum iuxta glos. verbo satisdatio ff. qui satisd. cogan. & ex l. Senatus consulto in fin. ff. de offic. Præsid.* & satisdat o continens ista duo datur pro forma ad euitandum sequestrum *Angel. in d. §. si satisdatum num. 4. & 5.*

4 Tertium verò reperio apud *Marant. in suo speeul. par. 6. membr. 8. iudicij num. 18.* huius autem loco ponebant Doct. alij satisdationem debere expressim continere, quod reus in casu Victoriæ restituet rem, de qua agitur Victori, absque vlla procrastinatione, dicentes, quod ũ-

ne

ne non sufficeret simplex satisdatio ità *Bart. in l. Iubet num.* 5. C. *de agric. & cens. lib.* 11. *per illum text. Alex. qui addit hoc in pract.* diligenter esse notandum *in d. §. si satisdatum num.* 7. *Ias. ibidem num.* 17. cum alijs ab ijsdem citatis, verum satis consultum est nihilominus actori per statutum in satisdatione de exhibenda re etiam post litem, tum enim iudex eamdem ex officio suo Victori restitui mandabit, quod iure fieri debet sine vlla difficultate iuxta tradita per Doct. prædictos, sicque effectum habemus nec de modo alio qui curare debemus *l.* 3. C. *de instit. & subst. vbi Bald. sub num.* 1.

C Quam satisdationem) datis nempe fideiussoribus, vt in eiusmodi satisdatione declarat *Caius* I. C. *l.* 1. *in fin. ff. qui satisd. cog.*

6 D Sequestretur) iure quidem non deuenitur ad sequestrum nisi in subsidium scilicet satisdatione non sequuta, nam regulariter prohibetur sequestratio *l. vnica* C. *de probib. sequest. pec.* permittitur autem in tali casu ex iure speciali propter suspicionem ne qui rem habet, quam alter petit eam habere desinat *glos. in d. §. Satisdatum, verbo Satisdatio*, vbi, & alia ex alijs legibus affert exempla similia, & in *d. l. Senatus Consulto verbo Et deponatur, & ibi addit. Bart. in eodem §. satisdatum num.* 3. satisdatione verò præstita incontinenti sequestrum renocatur, *vt ex eodem §. not. Angel. num.* 3. qui addit etiam ità practicari *Bart. in citta l. Iubet num.* 5.

E Requiratur) & hic est casus summarij processus, vbi remediũ valde vtile, ac opportunum actori præbetur, vt benè ad hoc statutum conferat *Luc. Pet. lib.* 8. *cap.* 9. *in fin.* & confert dictum *Angel. Castr. & Ias. in d. §. satisdatum num.* 1. consuli nimirum dominis equorum, vel aliarum rerum contra aduenas trãseuntes per Ciuitatem cum ipsis equis, vel rebus, cum possint Domini sua recognoscentes per iudicis officium, & curare ea sequestrari penes hospitem, tum enim si ijdem aduenæ volent à sequestro se liberare, tenebuntur satisdare de iudicio sisti. & re non barattanda.

De suspicione fugæ. Cap XCVIII.

ASserenti aliquem suũ debitorem fugam parare, seu illum sibi de fuga suspectum esse, mandatum de capiendo non concedatur, nisi extraiudicialiter de credito suo Iudicis arbitrio *b* docuerit, ac suo iuramento debitorem bona immobilia in Vrbe, vel eius districtu non habere *c* affirmauerit; & si obligationis dies *d* non venerit, de deterioratione conditionis docuerit; & tunc mandatum de capiendo debitorem, & eum ad præsentiam Iudicis adducendo, relaxetur; qui Iudex, *e* vt sibi videbitur, creditori prouideat. Mandati verò, & executionis impensa per creditorem sine spe repetitionis fiat; sed si reum citari fecerit ad cauendum, & in illius contumaciã ipsum de fuga suspectũ iurauerit, quod hoc casu sufficiat; tunc nisi is debitor docuerit se possidere in Vrbe, vel districtu immobilia, vel mobilia, quæ *g* de facili amoueri non possint, æquiualentia tamen; vel dato idoneo fideiussore de standō iuri, & se repræsentando, cauerit; mandatum contra eum relaxetur, & ipse reus *b* propter ipsius contumaciam, ad expensas omnes teneatur. Quandocumque autem reus ipse de standō iuri, & se repræsentando cauerit, illico relaxetur, & causa inter eos pro illius qualitate *i* pertractetur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Materiam suspicionis fugæ qui tractarint.*
2 *Mandata suspicionis fugæ quomodo concedantur in Vrbe ex Constitutione Pauli Quinti.*
3 *Clausula, Iudicis arbitrio, intelligitur prout de iure.*
4 *Mandatum suspicionis fugæ vt concedatur de iure, debet prius constare Iudici de credito liquido.*
Amplia vt num. 5.
6 *Iudicium inchoatur per citationem.*
7 *Suspectus de fuga non citatur in probatione crediti.*
8 *Creditor iurans debitorem suspectum de fuga censetur implicitè iurare quod idem debitor non possideat bona immobilia sufficientia, & nu.* 24
9 *Debitor possidens bona immobilia sufficientia ad persoluendum debitum non potest de iure iurari suspectus de fuga.*
10 *Captura vnicuique ignominiosa est.*
11 *Creditor calumniosè iurans suspectum de fuga, tenetur actione iniuriarum.*
12 *Debitor de fuga suspectus, præstita cautione relaxatur. Et cautela in tali casu pro creditoribus, num.* 13.
14 *Agens ante diem obligationis repellitur exceptione. Fallit in debitore de fuga suspecto n.* 15. *Et vbi iusta causa suspicio subesset, n.* 16. *Intellige vt n.* 17.
18 *Deterioratio conditionis debitoris debet ex iure communi constare ante mandatum suspicionis fugæ. Nec etiam sufficit quæcumque deterioratio, sed notabilis, n.* 20.

19 *Deterioratio conditionis, &c. debet probari quod subsecuta sit post contractam obligationem.*

21 *Verba, vt sibi videbitur, significant arbitrium regulatum boni viri.*

22 *Reus non tenetur ad expensas iud. cij, nisi sit contumax, vel litiget, & vincatur.*

23 *Mobilia, quæ de facili amoueri non possunt, habentur loco immobilium.*

25 *Contumacia est causa condemnationis rei ad expensas.*

26 *Debitor relaxatus per cautionem de stando iur. & se repræsentando, an videatur approbasse capturam alioqui nullam. & num. 27. 32.*

28 *Consensui nihil est tam contrarium, quàm vis, atque metus.*

29 *Carceratus præsumitur, si se obligat, se metu obligare.*

30 *Nullitas obligationis personæ detentæ in carceribus, remissiuè.*

31 *Protestationes de metu multum conferunt ad illius probationem.*

33 *Captura vigore cessionis, quæ debitori cesso denunciata non fuit, est nulla.*

34 *Debitor, nulliter captus vti suspectus de fuga, si verè constet de eius debito liquido, non est relaxandus, sed retinendus, & n. 45 Contrarium, si non constaret de debito, & quidem liquido, & debitor nulliter aliàs esset captus. & n. 39.*

35 *Tenuta nulliter data non reuocatur, vbi denuo esset, danda.*

36 *Nulliter rectum reuocari non debet, quando sic ita factum non esset, fieri denuo deberet. Intellig', vt n. 37.*

38 *Spoliatus etiam vi expulsiua, non restituitur, vbi notoriè ex actis constat eum ius nõ habere.*

40 *Vis compulsiua quid sit.*

41 *Actio, per quam quis restituitur aduersus vim compulsiuam, solum damnum prosequitur.*

42 *Debitor, soluens verum debitum, non censetur sentire damnum.*

43 *Voluntas coacta, voluntas est.*

44 *Exempla non restringunt regulam.*

46 *Vis, seu violentia, quotupliciter dicatur; remissiuè.*

47 *Debitor fugitiuus captus nulliter pro vno debito, an possit retineri validè pro altero? & num. 48.*

49 *Captura suspicionis fugæ an inducat litis pendentiam? & n. 52.*

50 *Nullum quod est, nullum producit effectum.*

51 *Citatio inualida non inducit præuentionem iurisdictionis.*

53 *Captura dicitur citatio realis: & præualet citationi verbali, n. 54.*

55 *Mandatum suspicionis fugæ decerni non potest pro debito minimæ quantitatis: & quæ summa censeatur minima, ex iure communi? num. 56. Et quæ ex statuto? num. 57.*

ANNOTATIONES.

1 A D materiam istam pertinet *tract. de debit. suspect. & fugit. Io. Bapt. Caccialupi, tract. Petr. Peccb. de iur. sisten. & & tract. Fran. Cur. Senior de sequestr.* qui quidem tractatus habẽtur singuli vnus post aliũ inter tractatus vniuersi *iur. tom 3. par. 2.*

Habemus longe post statutum editam constitutionem *fel. recor. Pauli Papæ Quinti super Reformatione Tribunalium Vrbis, quæ sub cap. de Iudicibus in causis ciuilibus*, habet hæc verba, quæ hic planè referenda censuimus, vt pote plurimum conferentia ad statuti nostri declarationem, & vsum.

2 Mandata suspicionis fugæ, non citato debitore in Vrbe non concedantur, nisi constito in actis summariè de credito liquido, ac de suspicione fugæ, saltem per iuramentum creditoris, & quod ipsi creditori non sit cautum per alios correos, vel fideiussores, & tunc etiam non relaxentur, nisi seducendo debitorem ad præsentiam Iudicis, non autem ad carceres, & Iudex ipse debitore dum to audito, prout ipse videbitur, prouideat; expensis autem mandati, & capturæ creditor ipse absque vlla spe repetitionis exsoluat.

Et si creditor aliter eiusmodi mandatũ extorserit arbitrio Iudicis puniatur, & Notarij in concessione huiusmodi mandatorũ suspicionis fugæ, aut si quæstrorum nullo pacto possint creditores cogere ad soluendam, vel deponendam mercedem mandati executiui; mandata suspicionis fugæ non subscribantur, nisi visis à Iudice iuribus, & à Iudicibus non subscripta executioni nequaquam mandentur.

B Docuerit) Constitutio prædicta declarat istam clausulam, nempe, quod in actis constet summariè de credito liquido, cum per statutum id relinquatur arbitrio Iudi-
3 cis, sed re ipsa idem est, quia clausula ista Iudicis arbitrio intelligitur prout de iure *Bart. in extrauag. ad reprimendum verbo Videbitur nu. 9. per tex. in l. 1. ff. de arbitr. Paris. cons. 56. nu. 5. par. 1. & cons. 8. nu. 21. par. 4. Cas. de Graff decis. 8. n. 2. & 4. de sent. & re iud.* & plurimi alij citati per *Modern. de clauſ. par. 1. clauſ. 13.*

4 De iure autem est, vt Iudici constet de credito liquido

liquido, antequam mandatū suspicionis fugæ decernant cōtra assertum debitorem, vt docent cōmuniter omnes iuris interpretes, præcipuè verò *Ang. in l. nemo carcer.ᵉ C. de exact. trib. lib.* 10. & *in l. si arbitrio §. qui ex causa vers. eod. modo ff. qui satisd. cog. Bal. in l. consentaneum num.* 32. *vers. quæro C. quo. & quan. iud. Imol. in l.* 2. *n.* 6. *circa prin. & ibid. Rip. n.* 58. *ff. solut. matr. Alex. cōs.* 141 *num.* 14. *lib.* 3. vbi de cōi opin. *Dec. cons.* 75. *nu.* 1. *vers. quinto suadetur Rol. cons.* 65. *nu.* 14. *lib.* 3. vbi etiam de communi *Caccialup. tract. de debit. suspect. q.* 6. *num.* 9. *Thes. decis.* 220. *num.* 2. & 3. *Viu. com. opin.* 177 *sub num.* 1. *Gail. pract. obser. lib.* 2. *obser.* 44. *num.* 6. *Rot. diuers. decis.* 490. *num.* 5. & *dec.* 478. *par.* 1. *in recent.*

Neque solum debet constare de credito liquido per testes, vel per authentica documenta, verum etiam talis probatio est necessaria, quæ sufficeret ad condemnationem, si ea parte præsente, seù citata facta fuisset *Angel. in l.* 1. *num.* 3. *vers. sit ergo cautus* C. *quorum appell. non recip. & in d. l. nemo carcerem Soc. tract. de citat. art.* 20. *q.* 14. *vers. quinto requiritur num.* 69. *vers. sexto, etiam facit Rol. cons.* 65. *num.* 14. *vers. immo plus & nu.* 26. *vers. & si quis lib.* 3. & ità communiter teneri, & seruari in practica tradit *Corn. cons.* 136. *num.* 3. Exigit amplius reformatio, quod in actis de credito constet, cum statutum requirat tātum, vt de credito doceatur extraiudicialiter in genere, quod fieri posse videtur, etiamsi non doceatur in actis, sed verè totius est pro iustitia mandati, vt penes acta notarij, qui expedit mandatum, constet de credito, tanquam fundamento ipsius mandati, nec tamen iudicialis erit, sed extraiudicialis eiusmodi probatio, sicque statuto nostro consona, nam iudicium inchoatur per citationem. *Bart. in l. vbi acceptum* 30. *nu.* 3. *ff. de iudic. Alex.* in *l. postquam liti num.* 2. *C. de pact.* at in probatione crediti contra debitorem fugæ suspectum, non fit citatio, ne ille scilicet instruatur ad fugam, vti Doct. omnes consentiunt, & præcipuè *Felin. in cap. cum ab homine num.* 11. *vers. limita tertio de iudic. Bald. in l. eum Fratrem in fin. C. de de his quib. vt indign. Bart. in l. ait Prator.* 10. *§. si debitorem num.* 1. 2. & 6 *ff. qua in fraud. cred. Bal. in l. creditor* 28 *sub num.* 3. *ff. si cert. pet.* consequenter non est iudicium, nec eiusmodi probatio dici potest actus iudicialis, quamuis notetur in actis notarij.

C. Affirmauerit) iuramentum sub verbis à statuto præscriptis, nō exigit prædicta constitutio, forte quia pro certo habuerit, quod creditor, qui de fuga suspectum iurat debitorem suum, censeatur etiam implicite iurare, quod idem debitor non possideat immobilia sufficientia ad persoluendum debitum, siquidem iure non posset aliàs iurari de fuga supectus per *text. in l. sciēdum in princ. ff. qui satisd. cog. vbi glos. Bart. & Doct. communiter, Rom. cons* 241. *nu.* 1. *vers. cæterum Bal. cons.* 285. *num.* 2. *lib.* 1. *Caccialup. d. tract. q.* 1. *num.* 10. & *seqq.* & fuit decisum *in Veneta pecuniaria* 17. *Iunij* 1607. *coram Penia*, Vnde videmus potissimum in hac alma Vrbe ius dici criminaliter debitoribus querelāex ponentibus, quod de fuga suspecti iurati fuerint, cum immobilia possiderēt contra creditores, qui cos suspectos iurauerint, vt pote contra calumniatores, & periuros.

Accedat, quod inquit *Rol d. cons.* 65. *num.* 16 *lib.* 3. magnum quippe præiudicium, & irreparabile ueri debitori capto per mandatū suspicionis fugæ, cum vnicuique captura ignominiosa sit, quia infamet, conferunt quæ tradit *Bal. in l. si clericus num.* 6. *C. de Epis. aud. Iaf. in l.* 4. *§. condemnatum num.* 31. *ff. de re iud. Neuiz. cons.* 35. *num.* 8. *Angel. Aret. in §.* 1. *sub num.* 15. *Inst. de act. Curt. tract. de sequestr.* q. 8. *princ. num.* 43. *inter tract. vniuers. iur. tom.* 3. *par.* 2. *Hering. tract. de fideiuss. cap.* 6. *num.* 45. *Petr. Peceb. trac.* 11 *de iur. fisten. cap.* 18. qui ideo addit creditores hoc casu teneri actione iniuriarum *ex l. si vero §. qui pro rei ff. qui satisd. cogun. l. si creditores in fin. ff. de priuil. credit, l. item apud Labeonem §. si quis non debitorem ff. de iniur. & l. penult. C. qui bon. ced. poss.* cum pluribus Doct. ab eo relatis, & prædicta pluribus confirmat *Card. Tusc. concl.* 75. *sub littera C. per totam ferè concluf.*

Verum adhuc amplius, quàm in statuto habeatur, requirit eadem constitutio, nempe quod constet creditori non esse cautum per alios correos, vel fideiussores, & meritò quidem, quoniam hoc modo satis cautum esse posset creditori, ex quo planè cessaret causa capturæ debitoris; dicunt enim omnes, vt refert *Caccialup. q.* 12 9. *num.* 1. quod debitor de fuga suspectus capitur, vt satisdet, quodque præstita satisdatione debet relaxari, quod probatur *l. Senatus consulto §. si quid ff. de offic. Præf. l. neque impuberes §. quia in ius voc. l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisd. cog. l. si creditores in princ. ff. de priuil. cred. l. si pecunia ff. vt in poss. leg. &* in puncto est *decis. Rot. Ianuen. Carter.* 117. *not. Coler. de proc. exec. p.* 1. *cap.* 6. *num.* 121. *suffragatur tex. in l. si plures* 28. *§. præterea si queratur ff. de fideiuss. cum ibi not. per Bart. Castren. & alios Bald. in* in *authen. sed hodie num.* 1. *C. de act. & oblig. Dec. in l. nemo dubitat* 95. *num.* 1. *ff. de reg. Roman. cons.* 320. *num.* 2. *Alex. cons.* 60. *num.* 7. *circa fin. lib.* 5. *Marsil. in rubr. de fideiuss. nu.* 179. & *sing.* 179.

Atque demum idipsum vsus forensis passim comprobat, maximè verò ità seruat supremum, ac æquissimum Tribunal Dominorum Visitatorum Carcerum Vrbis; ideo cauti creditores iurare solent pariter suspectos alios correos, & fideiussores, vbi iure id facere possint.

D Non venerit) In primo casu statuti obligationis dies venerat, & super eo satis dispositum, hic est alter casus statuti, de quo tamen non loquitur constitutio scilicet, vbi obligationis dies non venerit, nam licet aliàs ante diem agens exceptione repellatur *l. cedere diem* 213. *ff. de verb. signif. l. vnic. vt act. ab hared. l. quod in diem ff. de compens. l.* 1. *§. fin. ff. quan. dies vsufr. leg. ced.* Attamen debitor in diem, si de fuga suspectum se præbeat, & non aliter, fisti, arrestarique potest per *textum in l. in omnibus* 41. *ff. de iudic. vbi Bar. Bald. Roman. & alij*; In omnibus enim bonæ fidei iudicijs, cum non dum dies præstandæ pecuniæ venit, si agat aliquis ad interponendam cautionem, ex iusta causa condemnatio fit, ità *Papin.*

n l.in omnibus 41.*ff. de iud.* Est etiam ad hoc *tex. & ibi glo.verbo Quia interest in l.quæsitum ff.de pig.* vbi ità loquitur *Vlpian.*quæsitum est, si nondum dies pensionis veniat, an & medio tempore persequi pignora permittendum sit? & puto dandum pignoris persequutionem, quia interest mea, & ità *Celsus scribit*, & conclusionem quidem istam ità probat, & tradit locum etiam habere in iudicijs stricti iuris *Petr.Peceh.tract. de iur.sisten.cap.4.num.6. inter tract. vniuers. tur. tom.3.par.2.* Verum oportet, vt doceatur de deterioratione conditionis debitoris, & in hoc etiã statutum conforme est iuri communi, vt videri potest apud *Caccialup. d.tract.q.3.princ.num.2. ex glo.* quam dicit ordinariam in *l. quæsitum* 14. *ff.de pign.& Bart. & Bald.*ibidem *Angel. in l.si ab arbitr.§.qui ex causa ff.qui satisd.cog.* qui per hoc dicit se fecisse relaxari multos captos vt suspectos, & fugitinos, & hac de re potissimum admonet aduocatos, vt sine cauti,idem tenet *Alex. cons.19.num.1.& seq. lib.3.Dec.cons.75. num. 2. vers.tertio quia Rom.cons.* 320. *num.* 3. *vers. vt probetur Rol.d.cons.* 63.*num.9.Natt.d.cons.* 430. *num.*12.*Angel.Aret.in §.1 num.*15.*Inst. de act.*

18 quæ quidem probatio ex iure communi procedere debet mandatum suspicionis fugæ iuxta Doct. sententiam, vt inquit *Rol.d.cons.*65.*nu.* 11. ità vt non sufficeret probationem istam deteriorationis debitoris facere post capturam, quod pariter in dispositione nostri iuris municipalis. nullam habet dubitationem, vnde si hæc forma à statuto tradita non seruaretur,captura vtique debitoris nulla esset in casu similis statuti dixit *Rol.d. cons.* 65.*num.*26. *lib.*3.

19 Atque amplius probandum erit per creditorem, quod deterioratio conditionis debitoris emerserit post contractam obligationem, nam si tempore contractus debitor fuisset suspectus, idque Creditor scivisset, deberet creditor sibi imputare, quod cum eo contraxisset, & ei credidisset per *tex.in l. si is à quo §.fin.ff. de in poss. legat.in l.qui bona §.de illo ff.de dam.infect. & in l. qui satisdare 3.in fin.ff.de fideiuss.* & iuxta tradita per *Ang.* & alios proximè citatos *Caccialup. d. tract.q.6 princ.num.2.Gail.pract.observ.lib.2. ob-*

20 *ser.*44.*num.*5. quinimmo nec sufficeret quæcunque deterioratio ad validitatem mandati, sed ea deberet esse notabilis, & clara *Bal.in l. si pro ea num.*2.*Camand.Dec.d cons.*75.*nu.*2. *vers. & non qualibet mutatio. Rotund.d.cons.*65.*num.*9.

E 21 Vt sibi videbitur) hæc verba significant arbitrium regulatum boni viri, quod probat *Menoch.de arbitr. iud. q.* 8.*num.* 1.*& 2.per tex.in l fideicommissaria libertas* 46. *in princ. ff. de fideicom. libert.* & conclusionem istam vno ore ab omnibus receptam, idem subijcit *sub num.*2. quàmplurimos referens Doct.eam tenentes, vnde fit, vt iudex eiusmodi habens arbitrium sequi debeat Canones, seù regulas iuris, rationis, & æquitatis iuxta sententiam ipsius *Menoch.*& plurium aliorum, quos ipse citat *q.* 13. *num* 15.*& seqq. & d.tract.* quocirca iudices cauere debent, ne quid contra ius decernant,alioquin facerent litem suam, prudenter vero fecerint, & securè procedent in dubio Iudices Vrbis Romæ, vbi præcipuè hinc Tribunal in magna habetur veneratione,si statà die visitationis carcerum coram DD. Visitatoribus, & partibus præsentibus de causa referant, eamq; deferant ad iudicium eorumdem DD. maximè, quia ipsorum quasi propriæ videntur esse eiusmodi cognitiones, sicuti experientia docet, atque ijdem præcipuè planam habent facultatem relaxandi debitores captos vt suspectos defuga data cautione de se representando sub pœna debiti, item relaxandi debitores nulliter,& indebitè captos, vt expressè legitur in *Constitutione Pauli Quinti sol: rec:* de qua superius *cap. de facultat. visitat. Carcerum.*

22 Sine spe repetionis) & iure quidem quoniam ad expensas

F iudicij,siuè ratione debiti non tenetur nisi reus, qui sit contumax, vel litiget, & vincatur *l. eum quem temere in princ.ff.de iudic.cap finem litibus vbi plenius gloss.verbo Expensas de dol.& contu. l.properandum §.sine autem alterutra vbi Iaf.in net.C.de iudic. Marsil.sing.*237.*& sing.*485. acq. conuenit, vt hoc saltem timore perterritus creditor non facilè in grauamen debitoris vanam suspicionis fugæ causam prætexat, simili quippe ratione mouetur Summus Pontifex Innoc. Tertius in promulgatione decretalis prædictæ *finem litibus* in fine

23 De facili amoueri non possint) eiusmodi

G mobilia habentur loco immobilium ad effectum euitandæ suspicionis fugæ, exempli gratia,magna suppellectilia, vel apotheca magna in platea *Caccialup. d.tract.q.*1.*prin.n.*10.nam,vt cesset suspi-

24 cio fugæ,nec satis est debitori possidere pauca immobilia,sed tanta ralia,quæ bona siue immobilia, siue mobilia esse debêt,quæ debitoris affectione ad ea benè considerata,ille verisimiliter non sit corpore derelicturus *Bart.in d. l scienum n.* 5. *Ias.num.*3. *Angel. num.*2. *Alex. in l. facere* 29. *sub num.*3.*ff.sol.matr. Marian. Socin. tract. de vitat.art.*20.*q.princ.*24. *num.*67. & ita communiter sentiunt Doct. vt attestatur idem *Caccial. d.q.*1.*sub num.*9.

25 Propter ipsius contumaciam) Ecce quod

H contumacia est causa condemnationis rei ad expensas iuxta superius not. ad verbum, sine spe repetitionis,

26 Illico relaxetur) Sed debitor sic relaxatus nempe per cautionem

I de stando iuri, & se representando videbitur ne approbasse capturam, quæ alioquin nulla fuerat? dic quod censebitur approbasse iuxta sententiam *Bart.in q.6. lapes captus sub nu.* 18. *vers.*& ideo isto casu est aduertendum, vbi inquit, quod qui præstat fideiussores de non recedendo, vt habilius detineatur, censetur capturæ consentire, *Bartolum sequitur Socin. cons.* 113.*num.* 4.*& seqq.volu.* 4. loquens vbi debitor captus tamquam fugitiuus cautionem præstiterat de iudicio sisti, & iudicato soluendo, & respondet ad obiecta contra *Bart.opin.Amod.in tract.Syndic. in fin.num.*218.*vers.Postremo dicendum est, qui & Bart.allegat.in d.q* 6.*Thom.Perrat.in cant.*14 incipiente *iura sunt vulgaria in* 2. *membr. Cels. Hugos.in consil.*71.*nu.*10. *vers.Quoad vero capturam,& cons.* 121.*n.*2. facit quod inquit *Decian. respons.*25.*nu.*26. *vol.*1.quod dans fideiussorem,

vel

vel ſe ipſum pro re aliqua fideiuſſorem conſtituens fatetur ſe nullum ius in ea habere, *Farin. q.27.num.150.* vbi tener, quod reus carceratus, qui cautionem pręſtiterit de ſe repræſentando non poſſit amplius dicere de nullitate capturæ, & agere contra iudicem in ſyndicatu, & plures aliòs refert ad id ipſum *Card. Tuſc. concluſ.74.*
27 *num.1. ſub littera* E. Dura tamen videtur hæc opinio inquit prędipnè *Caccialup. d. tract.q.15. num.4. Petr. Peth.d.tract.de iur. ſiſten.s.18. n.6.* eamque diſcuſſa ſuſius *quaſi reprobat, & confutat Henriq.de fideiuſſ.cap.5.num.153. cum ſeq.* & quidem contra militare videntur plures regulæ iuris, illaque præcipuè, quę eſt 116. *tit. de reg.*
28 *iur.* & habet hæc verba, nihil conſenſui tam cõtrarium eſt, quæ uis atque metus, vnde ad rem noſtram obligatio facta in carcere ad fauorem eius, qui in carcerem alterum detruſit, nullius eſt momenti, *l. qui carcerem 22. ff. de eo quod met. cauſ.* quia detentus in carcere pręſu.
29 mitur metu ſe obligaſſe per *d.tex.vbi DD. not. Menoch. de præſum.lib.3.præſum.126. num.26. Rot.deciſ.490.part.1. diuerſ.* in recentior. quæ quidem meritò videnda eſt, nam materiam iſtam
30 nullitatis obligationis perſonæ in carceribus detentæ, pleuè, ac doctè proſequitur, & exornat, atque ampliat concluſionem prædictam, etiam vbi tempore obligationis reus detentus poſitus fuiſſet extra carceres, ſi poſtea ad eos remiſſus fuerit, quia non ideo metus purgatus eſt, vt in eadem *deciſ.num.4.* qua in re animaduertendum
31 eſt, quod proteſtationes de metu multum conferunt ad illius probationem *l.quiin alienã 6. §. Celſus ff.de acq.hered.vbi gloſſ.& Doct. Menoch. de præſum.lib.3. præſum.126. num.23. Rot. d.*
32 *deciſ.490.num.3.* Veruntamen non auderem dicere, quod ab opinione *Bart.* recedendum eſſet, quam ipſe cum per ſeptennium Sacræ Congregationi DD. Viſitatorum Carcerum Curiæ Capitolij, tamquam Vrbis Romæ Senator intereſſem, obſeruatam ſemper vidi, nec vnquam in dubium reuocatam, & iuxta eam *Socin.conſ.113.* aſſerit ſæpius ſe obtinuiſſe in Ciuitate Piana, nec ab ea in iudicando eſſe recedendum.

Cæterum quoad cauſas iniuſtitiæ, ac nullitatis capturę in caſibus ſuſpicionis fugæ præter alias, de quibus ſupra apud citatos Doct. & præcipuè *in d.deciſ.490.* adiungo caſum, quando ca-
33 ptura emanauit vigore ceſsionis, quæ debitori ceſſio denunciata non fuit, de quo loquitur *deciſ. Pedemont. apud Theſau.220. ſub num.4. verſic. quinto quia, & ita ſenſit. Rot. in Senogallien. pecuniaria coram Orano 13. February 1580. & in deciſ. diuerſ.151. in princ. & ſub num.5. par.2.* atque talem nullitatem ipſe vidi præcipuè obſeruatam in viſitatione Carcerum Curiæ Capitolij.

34 Quid ſi debitor vti ſuſpectus de fuga nulliter captus ſit, ſicque ſpoliatus libertate ſua facto iudicis, attamen vere conſtet de eius debito liquido, vel per ipſius confeſſionẽ, vel per ſententiam, vel per alias probationes eritne relaxandus, an retinẽdus? Dic eum retinendum *Caſtr. conſ.472.n.4 p.1. Dec.conſ.449.n.19. Aym.conſ.46. n.7. Rot.d. dec.151.n.5.* vbi, & alij referuntur, fundamentũ autẽ huius concluſionis deſumitur ex *l fin.ff.de eo quod met cauſ.* quod quidem procedit, licet nullitas proueniat ex vi expulſiua, ſicuti explicatur in *deciſ.Put.177. ſub num.2.par.1.*

Confirmatur autem prędicta concluſio ex al-
35 tera ſimili, quæ habet, quod tenuta nulliter data non reuocatur, vbi denuo eſſet danda *Angel. in l.ſi finita 15.num.2.ff. de damn.infec.* qui hoc dicit ſe pluries practicaſſe *Alex. ibidem num.5. & ſeqq. Aym.conſ.46. nu.7. & conſ.65. num.4. &*
36 *conſ.179.num.6.* vbi pro communi Doct. concluſione tradit, quod nulliter geſtum reuocari non debet, quando ſi ità factum non eſſet, denuo fieri deberet, hoc enim caſu partis non intereſt reuocationem fieri, vnde, & ceſſat ratio reuocationis *Angel. Aret.in §. quadrupli ſub n.72. Inſt. de actio. Vant.tract. de nullit.tit. vltim.nu.130.*
37 Id vero locum habet, vbi notoriè conſtat ex actis quod actus de nouo ità fieri deberet, vbi factus non eſſet, vt benè declarat *Aym. d. conſ.46.n.7.* & deducitur ex *d.deciſ. Put.177.* hinc pariter ui-
38 demus, quod ſpoliatus etiam vi expulſiua non reſtituitur, vbi ex actis notoriè conſtat eum ius nõ habere, vt not. *in cap. cum Eccleſia & in cap. cum ſuper de cauſ. poſſ.& propr. & in cap. ad decimas de reſtit. ſpoliat. in 6. Dec.d.conſ.449.num.20. Aym.d.conſ.46.num.7. Innoc. in cap.conſtitutus de fil. præſb. Alex. in l.naturaliter §. nihil commune 10. Fallentis num.27. & 14. Fallen. num 31. Caſtren d conſ.472.in fin. Verall. d. dec. 175. & Put.d.deciſ.177.in fin.* Non mirum itaque ſi captus tanquam de fuga ſuſpectus nulliter, ſiq. propria ſpoliatus libertate hoc caſu non reſtituatur, quia ſi non eſſet captus, denuo eſſet capiendus.

39 Contra verò vbi notoriè non conſtaret, vt ſupra de debito, & quidem liquido iuxta ſuperius notata ſub verbo docuerit, & debitor nulliter aliàs eſſet captus, nempe ex mandato iudicis nullo, tum ſine dubio, tanquam libertate ſua a Iudice ſpoliatus, liberè deberet reſtitui priſtinæ libertati *Bart.in d. q. Lapus in princ. & in l.ſed eximendi §.item ſi quis nu.3. ff. ne quis eum qui in ius voc. vi exim. vbi etiam Caſtren. circa fin. Alex.conſ.241.num.5. verſ. cum ergo Captura num.6. Pariſ. conſ.101. num.7. lib 3. Gabr. de reſtit. ſpol. concl.1. ampliat.4. nu.20. Gail. prac. obſer. lib.2. d.obſer.44. num.9. Rot. d. deciſ. 151. num.2. & ſeqq.* Nam hoc quidem ſpolium iudicis procedit à vi expulſiua, alterum verò prius, de quo ſupra in princ. huiusce quæſtionis cadit in vim compulſiuam, vnde locus eſt diſpoſitioni *l.fin.§.fin.cum ibi not. ff de eo quod met. cauſ.* & iuxtà prædicta ad ſuminam tenuunt Doct. qui omnes ſequuntur theoricam *Bart. de vi expulſiua, & compulſiua in q. Lapus num. 18. & ſeqq.*

Vnum tamen ſupereſt, quod ad intellectum vis compulſiuæ in prædicta diſtinctione declaratio-
40 nem requirere videtur, ſi quidem vis compulſiua iuxta Doctores eſt illa, per quam iudicis auctoritate, vel eius officialium interpoſita ſine iuris ordine debitor ſoluit debitũ creditori ſuo, vt in caſu *d.l.fin.§.ſi.quod met.cauſ.* quo caſu licet de-
41 bitor nulliter compellatur hoc modo ſoluere, quia tamen perſoluit verè debitum, non reſtituitur ad repetendum, quoniam natura actionis, per quam quis reſtituitur aduerſus vim compulſiuam, hęc eſt, vt ſolum damnum proſequatur,
42 *l.ſed & partus §. fin.ff.quod met. cauſ.* At debitor

tor soluens verum debitum, non censetur sentire damnum, & consequenter non potest vti actione, *quod met. caus.* immo amplius videtur volens soluere, quia in hac ipsa materia voluntas coacta voluntas est *l. si mulier §. si metus 2. ff. quod met. caus. gloss. in l. 1. §. metum verb. Voluntati ff. eod tit. Felin. in cap. 2. num. 2. de iureiur. Rot. in nou. dec. 5. sub nu. 2 de renun.*

Verum ad rem nostram non videtur applicari vis compulsiua, vbi debitor fugitiuus captus non soluit, vel alio modo non consentit capturæ, prout consentire censetur per aliquem actũ exempli gratia, si det cautionem de non recedendo à carcere, sicuti tradit idem *Bart. in d. q. sub nu.* 181. vel fideiussionem de se repræsentãdo, vel aliàs iuxta superius not. per nos ad istud *cap. verbo illico relaxetur*. Sed dicas, quod hic etiam consideratur vis compulsiua, & exempla
44 non restringunt regulam, vt vulgare est *l. 1. §. quod vulgo ff. de vi, & vi arm. l. scire oportet. 15. §. qui non iussit ff. de exceus. tut. l. damni infecti stipulatio. 30. §. quod dictum ff. de damn. in-*
45 *fec.* nam alia ratione consideratur vis compulsiua, in debitore vero fugitiuo, & iustè alias, licet nulliter capto, si quidem per iudicẽ, vel eius officiales peruenit ad creditorẽ ius retẽtionis debitoris, vnde fit, vt creditor eo iure sibi verè debito & etiam acquisito priuari non debeat, q̃ quidem ius si ei datũ non esset, denuo dãnum foret, sicuti de tenuta nulliter data proximè superius dictum est, sicque quoad factum iudicis, vel eius apparitorum in tali casu vis compulsiua tantum a Doct. consideratur, licet ex parte debitoris detenti non sequatur actus aliquis positiuus, per quem censeatur approbata captura.

46 Cæterum quatuplex dicatur esse vis, seu violentia magistraliter docet *Bart. in l. extat nu. 3. cum seqq. ff. de eo quod met. caus. occasionem natus ex pleniori glosa*: ibidem verbo non habebit, & hæc doctrina desũpta est ex substantia plurium, & variarum legum de vi, & violentijs agẽtium, estque tanquam methodus ad huiusce materiæ generalem cognitionem.

47 An autem debitor fugitiuus pro vno debito nulliter captus detineri validè possit pro altero debito? respondè secundum prædictam distinctionem *Bart in d. q. Lapus nu.* 19. *& seqq.* quam
48 Doct. alij passim sequuntur, & probare consuevit *Rot. vt apud Put. d. decis. 277. par. 1. & apud Reuerendissimum D. Decanum in Romana additionis hereditatis* 29. *Nouembris* 1613. quod aut debitor captus est per vim iudicis expulsiuã aut per compulsiuam, primo casu iure non potest detineri, vel arrestari, nec ad petitionem creditoris, qui fuit auctor capturæ, nec etiam ad instantiam alterius creditoris, altero autem casu poterit tam per vnum, quam per alium Creditorem detineri, vel arrestari.

49 I Pertractetur) dubitatum est, an captura, de qua hic agitur, inducat litis pendentiam coram iudice, qui eam decreuit, & existimarem ita distinguendum, aut captura fuit nulla, aut valida: si nulla nec litis pendentiam, seu præuentionem, nec vllum alium effectum
50 producere potest ex iur. regula, quam Doct. deducunt *ex l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. l. non dubium C. de legib.* nempe, quod nullum est nullum producit effectum. Vnde videmus, quod cita
51 tio inualida non inducit præuentionem, seu iurisdictionis præoccupationem, vti tradunt *Ioan. Andr. & alij in cap. cum plures de off. deleg. in 6. probat tex. in cap. proposuisti, verbo legitimè de for. compet. Roman. cons. 412. num. 5. & seqq. & not. alij, quos refert, at sequitur Grauat. ad Vsat.*
52 *lib. 7. cap. vlt. num. 37.* Aut captura fuit valida, & videtur quæsita præuentio, & litis pendentia, quia sicut per citationem verbalem legitimam dicitur iudicium cæptum, vt per argumentum à contrario probant iura, & Doct prædicti *& inst. de pen. tem. litig. §. fin. glos. & Doct. in rub. ff. & C.*
53 *de in ius voc.* ità fortius per capturam, quæ dicitur citatio realis secundum *glo. Bart. Alex. & alios in l. 2. ff. de iurisd. omn iud. & in l. consentaneum C. quom. & quan. iud. Maran in suo spec. par. 6. tit. recte concipiatur citation. 58. Marian.*
54 *Socin. tract. de cit. art. 20. num 71.* Et prævalet verbali, vt per Doct. *in l. vbi captum, & l. si quis postea ff. de iudic. vbi addit. ad Bart. Caccialup. d. tract. de debit. sũsp. q. 15. num. 1. Confert. consilt. super reform. Tribun. Vrb. de quâ supra cap. de iudic. crimin. vers. captus ab incompetenti iudice in fin.* vbi cognitio causæ rei capti ad eum defertur, qui fuit diligentior in captura
55 Demum nolim prætermittere, quod pro debito minimæ quantitatis decerni non potest captura contra debitorem de fuga suspectum, vt benè animaduertunt, & probant *Caccialup d. tract. quæst. 3. princ. sub num. 2. Socin. d. tract. de cit. ar. 20. nu. 20. Rom. sing. 96. incip. die mihi quod non potest Petr. Peceh. tract. de iur. sistendi cap. 5. n. 20.*
56 quæ verò summa censeri debeat minima ad hunc effectum, iudicis arbitrio relinquitur, vt benè per *Caccialup d. q. 3. num. 5. & Peceh. d. cap. & n. conferunt not. per Aym. cons. 46. nu. 13. & seqq.* Ve-
57 rum attentò statuto nostro fortè censenda est summa minima, nec sufficiens ad relaxationem mandati suspicionis fugæ à decem scutis infra, à quâ nec vllam prorsus dari appellationem statuentes voluerunt generaliter in quocunque genere personarum sup. cap. 96. vbi & nos aliqua tauimus, quæ huc etiam pertinere possunt.

De instrumentis, & cautionibus vi, vel metu factis.

Cap. XCIX.

Si quis in priuatis Carceribus, aut aliàs à non habente iurisdictionem detentus, seu aliter vi, vel metu coactus, obligationem aliquam, aut aliquod instrumentum, cuiuscumque generis contractus, seu etiam quietationis & li-

& liberationis, & in fauorem carcerãtis, detinentis, aut vim, vel metum inferentis, ſeu filiorum, vxoris, aut conſanguineorum, ſeu familiarium illius, fecerit, celebrauerit, vel emiſerit: ſeu alium pro ſe obligari, vel fideiubere fecerit; & de his, vel aliquo prædictorum querelam coram Senatore, vel ſuis Iudicibus expoſuerit, & per quinque viros idoneos Teſtes de publica fama deponentes dictam carcerationem, detentionem, vim, metumue probauerit, Senator & Iudices prædicti ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſola facti veritate inſpecta, obligationes, contractus, liberationes, & inſtrumenta huiuſmodi & aboleri, & caſſari mandent: ita, & taliter, vt prædicti obligati, ſeu contrahentes pleniſſimam, perpetuamque liberationem, & in priſtinum ſtatum reſtitutionem conſequantur; & nihilominus prædicti carcerantes, detinentes, vim, vel metũ inferentes pœnis ſtatutariis, & iuris communis & plectantur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Crimen læſæ maieſtatis cenſetur habere priuatos carceres.*
2 *Carcer eſt cuſtodia, & retentio omnis vbilibet, vnde libertas tollitur, &c.*
3 *Captura ab incompetente Iudice perueniens eſt nulla.*
4 *Vis, vel metus præſumuntur in eo, qui priuato carcere, aut à non habente iuriſdictionem detinetur.*
5 *Vis vel metus quibus modis, & quibus coniecturis præſumatur; remiſſiuè.*
6 *Metus proueniens ex iniuſta detentione in carcere, eſt metus cadens in conſtantem virum.*
7 *Metus iuſtus, & cadens in conſtantem virum probatur arbitrio Iudicis.*
8 *Verba futuri temporis in diſpoſitionibus legalibus important ſententiam, non autem ipſo iure.*
9 *Metus ex iniuſto carcere præſumptus nullam reddit obligationem, ex iure communi.*
10 *Dictio, Nullius, importat ipſo iure.*
11 *Metus cauſa geſtum, non eſt nullum regulariter, ſed reſcindendum.*

ANNOTATIONES.

A 1 N priuatis carceribus) priuatos habere carceres cenſetur crimen læſæ maieſtatis *l. vnic. C. de priuat. carcer. & de* pœnis vide ibidem, nec licet alicui priuatę perſonæ debitorẽ, ſeu delinquẽtem citare perſonaliter, vel realiter, quod eſt capere ſine iudicis auctoritate *l. neminẽ C. de exhib. reis vbi gloſ.* & *Doct. communiter, vti refert & comprobat Gomeſ. var. reſol. tom. 3. cap. 9.* vbi de captura reorum *num.* 3. & nos de priuato carcere prohibito habemus ſtatutum infra *lib. 2. cap. 56.* Verum nomine carceris venit pariter cuſtodia, & retentio omnis vbilibet, vnde libertas tollitur, ac impeditur, quis ne recedat, probat *tex. in l. qui neque 48. ibi glo. verbo Seruatur ff. de verb. ſign. not. Bart. in l. qui in carcerem n. 2. ff. quod met cauſ. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 7. cap. 10. num. 18. Farinac. q. 27. num.* 11. qui per totam, illã quæſt. agit metũ priuati carceris in vnum colligit, & docte examinat, & declarat.

3 A non habente iuriſdictionem detentus) is etiam de iniuſto, ac indebito carcere iurè conqueritur, qui ab incõpetenti iudice captus eſt, ideo & nulla eſt eius captura *Rol. conſil. 65. num. 6.* plenè probat *Farin. d. q. num 4. & eſt communis Doct. opin. teſte Bonac. ff. in Theſa comm. opin. tom. 1. verſic. captura ad hoc in fine.*

B Coactus) vis, vel metus per verba ſtatuti
4 noſtri hic habetur pro indubitato in eo, qui priuato carcere, aut à non habente iuriſdictionem detinetur, quo ! & conſentaneum eſt regulis iur. communis *d. l. qui in carcerem, ff. quod met cauſ. quæ quidem l. locum* habet in quauis iniuſta detentione perſonæ, vt per *Bart. Bal. & Angel. ibidem probat Aret. conſ. 14 ſub n. 15. Rot. diuerſ. deciſ. 490 num. 1. & 2. in recent.*
5 ſed idem diſponitur de alia vi, vel metu, qui pluribus modis contingere poteſt, & præſumitur ex varijs coniecturis, vt apud *Menoch. de præſum. lib 3. præſum. 126. & præſum. 4.* atque probatur in multis caſibus congeſtis per *Farinac. Fragmen. crimin par. 2. littera M. cap. incip. metus annullans, & inualidans actum.*

Debet autem eſſe vis, vel metus ſimilis in effectu precedentibus expreſſis, licet in modo diuerſus, quod indicant dictiones illæ, vel aliter iuxta *not. in deciſ. Rot. 170. in fin. ibi, vel aliàs lib. 3. & per Mandos. ad regu. Cancel. 27. q. 19. ſub nu. 4.* ſicque metus cadens in conſtantem virũ,
6 qualis eſt proueniens ex iniuſta detentione in carcere iuxta tradita per *Farinac in fragmen. d. cap. num. 107.* Iudicis tamen arbitrio aliàs reſtinquitur, quando ex coniecturis cenſeatur probatus metus iuſtus, & cadens in conſtantem virum, quod apparet *ex l. metus autem cauſa ff. ex quib. cauſ. maior. & Doct. omnes communiter admittun-*
7

mittunt Menoch.de arbitr.iud.caſ.135.num.3.& caſ.ſeq. num.2. Farinac in fragmẽ. d. c.uu.68.

In fauorem carcerãtis) ità intelligitur *tex.in l.qui in Carcerem ff.de eo quod met cauſ. Bart. & Angel. ibidem vterque num.1.Farinac. q.35.nu.11.* & hoc extenditur etiam,vt in clauſula iſta ſtatuti, nempe etiam ad fauorem filiorum, & coniunctorum carcerantis, & detinentis, prout ex auctoritate quamplurium tradit *Farinac. in fragm. ſupradicto cap.num.107.*

D Aboleri, & caſſari mandent) ſcilicet per ſẽtentiam, non autem ipſo iure, nam ità denotãt
8 eiuſmodi verba,quæ sũt futuri tẽporis *ex tex.in l.iubemus,§. œconomus vbi etiã glo.verbo priuetur C.de Sacroſ.Eccl.Feb.in cap. Rodulphus 35. ſub num.24.& ibi addit littera A. de reſcrip. nec* talia ſunt,quæ excludant ſententiam, & importent ipſo iure, vt videre eſt etiam in exemplis pleniſſimè allatis per *Alex. in addit. magna ad Bart.in l.Imperator 41.verb.mox ff.de iur. Fiſc. probat tex.in c.ſi diligẽti 42.* ibi causã perdãt, & à cõmunione fideliũ habeãtur extranei,*vbi Abb. n.3.conferũt not.per Vant.de nul.tit.quæſt.& quib mod.nullit.ſub nu.35.* ibi ſi lex non procedit annullando, ſed tradit modum annullandi, actus non cenſetur ipſo iure nullus; licet vero verba noſtri ſtatuti quoad hoc ſatis clara videantur, attamen ſi dubia eſſent, ità interpretari deberent,vt ſententia requireretur,non autem annullatio obligationis ipſo iure induceretur *Alex.d. addit.& altera addit.Clau.ad eumdem Bart.ibidem littera C.verbo tertium dictum Fel. in d.c. Rodulphus ſub nu.24.* ibi nemini dubium, quod verbum cadat.

9 Verũ ex iuris communis diſpoſitione metus, qui ex iniuſto carcere præſumitur, nullam reddit obligationem ipſo iure *d.l. qui in carcerem per illud verbum nullius momenti Rot. deciſ. 690.*
10 *n.2.* quod quidem verbum importat ipſo iure *l.ſi quis Sempronium 68. in fine ff. de hæred.inſt.*
11 licet alàs regulariter geſtum ex cauſa metus nõ ſit nullum, ſed reſcindendum *l.1. C. de reſcind. vend l.interpoſitas C.de tranſac. vt in deciſ. ipſa* ibidem habetur *Farinac in fragm.crim. par. 2. littera M. verbo Metus cauſa num.25.*

E Plectantur) de pœnis ex ſtatuto noſtro infligendis contra reos de priuato carcere, habetur infra lib.2.cap.56.

De compromiſsis. Cap. C.

IN cauſis, In quibus via executiua *b* non proceditur; *c* inter cõſanguineos vtriuſque ſexus, vſque ad tertium gradum, *d* de iure Canonico computandum incluſiuè, & inter ſocerum, & generum, ſocrũ & nurum, *e* priuignum & nouercam, & *g* inter alios affines primi gradus, *f* affinitate durante, *h* ad inſtantiam alterius partis petentis, compromiſſum (ſi ante litis conteſtationem, vel pro conteſtata habitam petatur) fieri mandetur; arbitrique hinc inde eligantur, qui eius conditionis ſint, vt per Senatorem, & eius Iudices ad iudicandum poſtquam acceptauerint, cogi poſſint; & qui alias perſonas elegerit, *k* vt ſunt Clerici, nec non Vagabundi, Brigoſi, & ſimiles, calumnioſè eligere præſumatur; & ſi ſit is qui compromiſſum fieri petijt, beneficio compromiſſi priuetur, & Iudex in cauſa ad vlteriora procedat. Si vero ſit is, contra quem de compromiſſo faciendo obijcitur, Senator, ſeu Iudex, coram quo cauſa ventilatur, in eiuſdem ceſſantis locum, & pro eo vnum ſuo arbitrio eligat. In arbitris autem eligendis, id quoque Iudex animaduertat, vt perſonæ idoneæ ſecundum negotij qualitatem eligantur de peritis illius artis, & ſic de cæteris. Et quoniam contingere poterit, vt arbitri diſcordent, volumus, vt diſcordia non expectata, tertius eligatur, in cuius electione ſeruetur forma infra de electione conſultoris Capitanei appellationum tradita; iuxta cuius conſilium arbitri diſcordes
12 pronuntiare teneantur. Volumus etiam, vt arbitri, in manibus Iudicis coram quo eligũ-
13 tur, ſeu Notarij iurent, ſe ex bona fide, veritate, & iuſtitia, aut partium conſenſu, ſententiam omnino dicturos. Coram arbitris prædictis quęque pars, infra quindecim dies,
14 quos ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis præſenti lege prefixos eſſe decernimus, ſuam intentionem iuſtificet, & infra alios quinque immediatè ſequentes, ſi quid reprobandum duxerint, reprobent. Infra reliquos autem dies decem, cauſa per Arbitros terminetur, quæ ſi terminata non fuerit, in negotio principali, perinde ac ſi compromiſſum petitum nec factum fuiſſet, per Iudicem cauſæ, ad vlteriora (cauſam in ſtatu, in quo ante petitum compromiſſum erat, reaſſumendo) procedatur. Poſſit autem *m* iterum, & tertio,
15 & non vltra, compromiſſum peti; Teſtibus quoque coram arbitris prędictis, ac quibuſcumque alijs etiam arbitratoribus, parte citata examinatis, & iuribus hinc inde productis, fides adhibeatur, perinde, ac ſi coram ordinario examinati, & reſpectiuè producta fuiſſent. Teſtes verò, ſi ſine interrogatorijs partis examinati ſint, *n* repeti poſſint expenſis petentis, dummodo durante termino probatorio petatur.

SVM-

SVMMARIVM Annotat.

1 Compromissi materia à quibus tractetur.
2 Statutum de Compromissis est ordinatorium iudicij non decisorium.
Et an de consuetudine seruet ur etiam in omnibus Tribunalibus Vrbis? & n. 3. 5
4 Statutum conditum ad lites dirimendas est fauorabile, & extendendum. & n. 19.
6 Compromissum, peti non potest, vbi proceditur via executiua. Neque in testamentis. num. 7. Neque in re clara, vel liquida. num. 8. Neque si pars altera contra quam petitur compromissum, habeat pro se exceptionem aliquam impedientem litis ingressum num. 10.
9 Liquidum, vel breui liquidandum, sunt paria.
10 Compromissum fieri debet de re dubia.
12 Naturales non legitimi, ac spurij, an in casu compromissi cumprehendantur inter consanguineos? & n. 17. 18.
13 Consanguineus, & Coniunctus in materia compromissi confunduntur.
14 Naturalis filius quis dicatur? & n. 15.
16 Spurius quis sit?
20 Gradus consanguinitatis, quoad matrimonium, computantur iuxta ius Canonicum. Et quoad successionem in bonis hereditarijs, computantur de iure ciuili, & n. 21.
22 Priuignus, mortuo patre, vel matre, non est amplius priuignus, & soluta est affinitas.
23 Affinitas quoad compromissum, debet esse præsens; & non sufficit, quod quondam fuerit. Secus quoad matrimonium. & n. 24.
25 Affinitas secundi generis non consideratur amplius tam de iure Canonico, quam Ciuili.
26 Compromissum iuxta statutum habet locum in Marito, & Vxore.
27 Iudex non debet per se compellere partes ad compromissum; & quando petitur ab vna parte, debet altera citari.
28 Iudex non impertitur officium suum nisi petenti.
29 Petitio Compromissi est exceptio declinatoria, seu dilatoria. Fallit, vt n. 60.
30 Compromissum an peti possit per Procuratorem habentem generale mandatum? & n. 31. 40 41. 43. 45.
32 Compromissum est quædam transactio.
33 Mandatum generale comprehendit omnia necessaria per consequentiam.
34 Compromissi petitio, saltem quoad statutū, est voluntaria.
35 Illatio non fit ex diuersis.
36 Compromissum est species alienationis.
37 Minores compromittere non possunt sine solemnitatibus aliàs requisitis in alienatione bonorum.
38 Mandati fines diligenter custodiendi sunt.
39 Mandatum cum generali, vel libera administratione bonorum, vel in rem suam, æquipollet mandato speciali.
42 Mandatum speciale, vbi requiritur, non sufficit cautio rati.
44 Necessitas facit licitum, quod aliàs Procuratori lege non esset licitum.
46 Explicari non possunt per Procuratorem generale mandatum habentem ea, quæ latent in animo domini.
47 Exceptio compromissi facti iuxta formam statuti impedit executionem eiusdem obligationis. Secus in compromisso voluntario, & n. 48.
49 Statutum de Compromissis comprehendit minores, & mulieres, & n. 52. 53. & an teneantur seruare solemnitates statuti lib. 1. cap. 151. n. 54.
50 Statutum, vel consuetudo, simpliciter loquens comprehenditetiam Minores. Fallit, vt n. 51.
55 Statutum disponens circa solemnitates in contractibus minorum, vel mulierum, nō habet locum, vbi adsit causa necessaria contrahendi. Intellige, vt n. 57. 58.
56 Solemnitates statutariæ non comprehenduntur in obligatione necessaria.
59 Compromissum an peti possit post litis contestationem?
61 Simile quod est, non est idem.
62 Clerici possunt esse arbitri ex compromisso.
63 Instantia perempta, non perit actio: secus in fatalibus.
64 Compromissum quoties peti possit ex dispositione statuti.
65 Infinitas generaliter euitari, ac impediri solet.
66 Compromissum si prorogetur, an censeatur factum cum ijsdem facultatibus, & conditionibus appositis in primo? & n. 67. & 69.
68 Prorogatio censetur facta cum ijsdem facultatibus, quas habuit primus actus.

ANNOTATIONES.

1 AD materiam istam inter tract. vniuers. iur. to. 3. par. 1. extant tract. Marci Ant. Blanci fol. 138. Iacob. Butrig. fol. 206. Lanfra. de Orian. fol. eod. Io. Bapt. Perusf. fol. 224. sunt. quæstio. Bart fol. 294. tractat. Bapt. à S. Blasio fol. 296. Petr. Iacob. à monte pessul

peſſul.fol.309.idem argumẽtum pertract. Carp. ad ſtat.Mediol.à cap.115.uſque ad 121. & Scac. de iudic.lib.2.per totum cap.2.

2 Hoc ſtatutum eſt ordinatorium iudicij *Caſtr. conſ.321.ſub num.5.lib.1.* vbi aſſerit ità vidiſſe teneri, & obſeruari, ac eſſe veriſsimum *Capic. deciſ.66.num.2.* & ex plurium aliorum auctoritate benè comprobat *Seſcelde iud.vbi ſupra nu. 526.& num.650, & ità cenſuit Rot.in Romana hæreditatis coram Sacrato 31.Maij 1600.*

3 Sed nihilominus ſeruari de conſuetudine in omnibus Tribunalibus Vrbis, nedum in Foro Capitolino, teſtatur idem *Scac.d.cap.2.num.658.* dicens hoc ſtatutum eſſe potius conſuetudinem redactam in volumen ſtatutorum, quam ſtatutũ, vti de eiuſmodi conſuetudine in ſtatutum redacta generaliter tradit *Roch.Cur. in rubr. de conſuet.in præfat. ſub num.7.inter tractat. vniuerſ. iur.tom.2.fol.345.* qui etiam hanc aſſerit communiorem eſſe opin. quodque ſtatutum compellens perſonas coniunctas ad compromiſſum, vigeat ferè per totam Italiam teſtatur *Marſil. ſingul.467.in princ.quem refert.Carpan.d.cap.115 num.1.& probat.ſeqq.num.* ſtatutum tale eſſe exorbitans à regulis iuris communis, valere tamen vti fauorabile, ac extenden. quia conditum
4 ad lites dirimendas dixit *Iaſ. in l. qui ſe patris, num.32.C. vnd. lib. Marſil. ſingul.467. n.13. Alex conſ.125.num.11. & 14. lib.7. Caputaq. dec.215. num.4.lib.3. & eſt Doct. communior opin.vti teſtatur Blanc.d.tract.quæſt.1. princip.*
5 *num.3.* Verum, quod hoc ſtatutum vti ordinatorium non ſeruetur in Sac. Rotę Tribunali, ſed reſtringatur ad Forum Capitolinum expreſsè legitur in prædicta *deciſ. coram Sacrato*, quæ quidem *dec. fuit etiam deinde comprobata in vna Perufina compromiſſi 26. Aprilis 1602. coram Litta impreſſa per Marcbeſ. de commiſſ. p.1. §.1. vbi de commiſſ. appell. à Laud & perit.relat.fol. 1128.* nec recedendum eſt à prædictis deciſis.

6 B Non proceditur) vbi verò proceditur via executiua vt ſupra *à cap.82.* vſque ad *cap 87.* ſtatutum non habet locum, quod præcipuè in remedio poſſeſſorio *l.fin.C.de edit.diu.Adr. toll.prædicta deciſ. in Romana hæreditatis coram Sacrato* definiuit, in hoc namq. remedio executiuè proceditur *Bal. in eadem l.fin. in tertio notab. vbi, & Dec.n.16. verſ.ſexto nota Capic.deciſ.48. num.2.* vbi ideo
7 aſſerit locum non eſſe petitioni compromiſſi, quando agitur vigore teſtamenti ex eadem *l.fin.*
8 ſed idem cenſetur, vbi res, de qua petitur compromiſſum, ſit clara, vel liquida, *Marſil.d. ſingul.num.1.& 2.* & paria ſunt ad hunc effectum
9 habere ius liquidum, vel brevi liquidandum *Capic.d.deciſ.num.2 per text.in l.fin.C.de compenſ.*
10 cum alijs per eum allegatis, nam compromiſſũ, ſicut & tranſactio fieri debet de re dubia per *tex.in l.1.ff.de tranſac. Surd. deciſ.185. num.9.*
11 *Marant.in ſuo ſpecul. par.6.2.act.num.18.* Idem ſi pars altera, contra quam petitur compromiſſum, habeat pro ſe exceptionem aliquam impedientem litis ingreſſum *Marſil.num.4. & Maran. num.17. locis citatis*, qui ambo, ſcilicet ille toro eo ſing. & ille per totum locum citatum plures alios caſus cumulant à talis ſtatuti diſpoſitione exceptos.

12 C Inter conſanguineos) an inter iſtos hic cenſeantur comprehenſi etiam naturales non legitimi, ac ſpurij? quod naturales tantum in caſu ſimilis ſtatuti, tenuit *Ancar.conſ.187* conſulens in caſu ſtatuti loquentis de compromiſſo inter conſanguineos, qui hanc opinionem pluribus argumentis & rationibus confirmat, & veriorem, communemque dicit opinionem, & probat *Blanc.tra. de comprom.quæſt.3.princ. verbo Naturalis ſub num.7. verſ. in hoc articula qui tamen loquitur* in ſtatuto diſponente inter coniunctos, ſed in
13 hac materia confunduntur vocabula iſta conſanguineus, & coniunctus, itaut vnum pro altero pariter accipiatur, vt uidere eſt in *d.conſ.Ancar. & apud Blanc.d.verbo Naturalis num.7. uſque ad 8.* idem colligitur *ex Alex. in l. ex facto 17. §.ſi quis rogatus nu.33. cum ſeqq. ff. ad Trebell.*
14 Naturalis autẽ ille propriè dicitur, qui natus eſt ex concubina in domo honeſtè retenta ab eo qui ſolutus erit *§.ſi quis autem defunctus auth. quib.mod.natur.ſi. effic.ſui, & in auth.de trien. & ſemiſſ. §.conſideremus, not.Alexan.conſil. 60. num.8. Abb in cap.tanta num.12. Blanc.d.nu.7. verbo Naturalis verſ. in hoc articulo*; Atque iſti naturales filij ſuccedunt patri ab inteſtato in duabus vncijs totius hęreditatis, dummodo non extent filij legitimi, vel coniux legitima *authen. licet patri C.de natur. lib.* & hoc ſecundum iuris ciuilis ſubtilitatem. verum qui natus eſt ex ſo-
15 luto, & ſoluta, dicitur etiam filius naturalis ſecũdum veram naturalitatem, canonicam æquitatem, & communem loquendi vſum ità *Bal. conſ. 129 ſub num.3.vol.2.* conſiderando diſpoſitionẽ *c.innotuit 20.de elect.* idem tenet *Blanc.d. verbo Naturalis num.9.* qui ideo prædictam concluſionem ad talem filium naturalem extendit, quæ tamen extẽſio procedere poterit quoad effectus per *Bal.* & *Blanc.* conſideratos, & forte ſimiles alios, non autem, quoad effectum ſucceſſionis prout de *iur.ciu. nam hoc ipſi iur.* repugnaret *vt in d. auth.*
16 Quo vero ad ſpurios, qui planè cenſentur omnes ex quocunq. alio illicito coitu à iur. ciudamnato procreati, vt per *Bart.in l fin.num.2. ff.de bis.quib. vt indign.* & *Abb.in cap. tanta nu. 13. qui fil.ſint.legit. text.in auth.licet patri C. de natur.lib.con'entiunt.Doct.* omnes eos non com
17 prehendi in hoc ſtatuto, quia iidem nullam coniunctionem, vel cognationem habere videntur ex parte patris *§.fin.auth.quib.mod.natu.effic.ſui l.ſi ſpurius ff. vnd.cogn.not.Dyn cons. 16. in fin.* & ità præcipuè tenet *Alex. conſil 60.num.9.lib.2 Imol.in l.ex facto 17.§. ſi quis rogatus ff.ad Trebell.* ſecus tamen ſi ageretur inter coniunctos ex
18 parte matris, hoc enim caſu etiam ſpurius dicitur coniunctus ad effectum petendi compromiſſum, vti diſtinguit *Marant. in ſuo ſpec. par.6. a 7.2.num.5.& 10.* iuxta auctoritatem aliorum Doct. quos allegat.

Addo, quod ſtatutum comprehendit etiam viduas mulieres, cum indiſtinctè loquatur de conſanguineis, & affinibus, & eadem ratio ſtatuti
19 vigeat etiam quoad viduas, maximè quia ſtatutum eſt fauorabile, nempe ad dirimendas lites, vt ex *dec.Caputaq.215.num.4. lib 3.* & alias per nos ſupra deductis *ad litteram*. nec ideo *obſt.*

debet

debet l.vnic. C.*quan.Imper.int.pupill. & vidu:* sicuti dictum fuit in d *Perusina prætensi compromiss. 26. Aprilis 1602. coram Litta impress. per Marsebel.de commiss. par.1. §. 1. vbi de commiss. appell.à laud.& peris. relat. fol.mihi 1128.* cum in ea causa dubium excitatum esset, num vidua in simili statuto de compromissis Perusij extante comprehenderetur.

D De iure Canonico computandum) ad cognoscendum, in quo gradu per matrimonium inter se constituti sint consanguinei, vel affines, debet attendi ius Canonicum *tex.in cap. non debet de consang. & affin. confirmat. Sacr. Concil. Trid. de Sacra.matrim. sess. 24. can. 30.*
21 & de hoc hic agitur, licet aliàs quoad effectum successionis in bonis hæreditarijs personę defunctæ computentur gradus, prout de iure ciuili, quod ipsum ius Canonicum in hoc vtique approbauit, vt expresse habetur in *cap.ad sedem 35.quæst.5. not. Paleott. tract.de noth. & spur. cap.42 in fin.& cap.6. num.7.inter. tract. vniu. iur.tom.8.part.2.* hic verò ad omnem dubitationem tollendam, scilicet iuxta quod ius computari deberent gradus, ius Canonicum attendi voluerunt statuentes; ità pariter factum legimus in simili statuto, vt apud *Blanc. quæst.1. num. 16.* verbo vsque ad certium gradum, contra vero in *pragmat. sanctio. Regni Neapolitani*, quę incipit odia, vt per *Marant.d.act.2. in princ.*

R Priuignum, & nouercam) viuente tamen
22 Patre filij, qui nouercæ priuignus est, nam Patre mortuo soluta foret affinitas, nec amplius esset priuignus, qui quondam fuerat, & ideo statutum cessaret *Bal. in l. affinitatis num. 4. C commun.de succes. & est communis Doctor.opin. vti testatur Viu. commun. opin. lib 1. verb. Sub statuto disponente coniunctos, & affines, probat Castren. consil.80. sub num.2. lib. 2. Maran. in suo Specul. par.6. act. 2. num.16.* vbi etiam *addem. littera I.verbo priuignum nouercam Blanc. tract de compromiss. quæst. 3. num. 28. Alex. consil. 207. sub num. 11. lib. 7.* vnde statutum nostrum nolens in hoc à iure communi discrepare adiecit verbum affinitate durante.

F Affinitate durante) nam ea cessante non esset locus statuto iubenti compromissum fieri inter affines, *Alex. dicto consil. 207. num.8. lib. 7. & in l. 20. non tantum sub num.* 17. ubi hanc asserit communem Doctor. sententiam, vti pariter in *dicto consil. in fin. not. Bartol. Bald. & Angel. in l. cui eorum §. affinitates ff. de postul. vbi* Vlpia,
23 profert hæc verba affinitates non eas accipere debemus, quæ quondam fuerunt, sed præsentes idem *Alex. in l. rei iudicatæ in princ. num. 11. ff. sol. matr. Viu. comm. opin. lib.1.verbo Statutum disponens*, quod causę vertentes inter affines *Scac. qui & de hac communi opin. testatur cap.2. de iudic. q.4. num.208. versic. limita* ter-
24 tio durat autem impedimentum affinitatis, quoad matrimonium *Marant. & alij locis citatis, & præcipue Alex. d. cons. 207. num.7 lib.7.*

G Inter alios affines primi gradus) non tamen secundi generis quidquid dixerit *Castren in l. qui se patris num.11.* C. *vnd. lib.* cuius opin.reprobat *Iaso in l. quod Seruius sub n.3.* ibi sed hoc confirma ex eo, & apertius in *dict. l.*
25 *qui se patris num.59.* quia affinitas ità secundi generis non considerabatur amplius tam de iur. ciu. quam de iur Canon. *cap. non debet, & ibi gloss. verb. in 2. & 3. de consang. & affin.* videtamen declarationem *Blanc. q.3. num.30. verb. Affinis in secundo genere.*
26 Sed habebit ne locum statutum in marito, & vxore? respondetur, quod sic, immo idē in sponso, & sponsa, prout arguit, & probat *Bald.in l. affinitatis num. 3.C.commun. de success. vberius Iason.in l quod Seruius num.2.& seqq. Maran. d.act. 6.num.2. & 3.*

H
27 Ad instantiam alterius partis petentis) alioqui non debet iudex per se compellere partes ad compromissum, & quando petitur ab vna parte, debet pars altera citari *Alex. consil.82.num.4.lib. 1. Marant. d. act. num.13. Blanc. q.4. verbo Si petatur num. 1.* & est ratio, quia iudex non impartitur officium
28 suum, nisi petenti *l.3. §. hoc autem iudicium ff. de damn.infec. gloss in cap. fin in fin. de rescript. & ibi Abb. infert ad statutum*, quod disponitur, quod Iudex intra certum tempus causam expediat sub pęna, intelligitur, si pars petierit, est &
29 alia ratio, quia petitio compromissi est quædam exceptio declinatoria, seù dilatoria, & ideo per partem proponi debet *l.1.§. & parui ff.quod ui, aut clam*, ità *Lanfranch. tract.de arbitr. 7. par. quæst.45. sub num. 92.* plura autem similia, quæ non fiunt nisi parte petente, vide apud *Blanc.d. verbo Si petatur.*
30 Verum quod attinet ad petitionem compromissi, vtrum retento themate statuti nostri compromissi petitio fieri possit, etiam per Procuratorem habentem generale mandatum ad agendum. An vero speciale mandatum requiratur, ad compromittendum? videtur dicendum non
31 sufficere generale mandatum ad agendum, sed requiri speciale mandatum ad compromittendū, iuxta *tex.in cap. per tuas in princ. de arbitr.* ibi non tamen ei mandauit, vt sine speciali mandato compromittere posset, vel transigere super eo vbi *Abb.nu.2.Specul.tit.de proc. §.1. sub num. 4. ibi 15. in compromisso Dec.cons.60.num 1.Castr. cons.71.sub nu.1.col.2 vers. non obstat si dicatur lib.* 1. *Soc. cons.18.num. 37. lib. 1.* sicut speciale mandatum requiritur ad transigendum *l. 60.mandato generali ff.de proc. l.7. transactionis C. de transac.c.qui ad agendum §.procurator quoque de proc.in 6.* nam compromissum, & transactio pari passu ambulant *d. cap. per tuas vbi, & Abb.*
32 *num.2.* quia compromissum est quædam transactio vt *not Bald. Salicet. Paul. de Castr. in dict. l. transactionis vbi & Dec.* qui eos refert *num. 7. per text. in §. si verò contigerit authent. vt differen. iud. vbi & gloss. in verbo conuentum Alex. cons. 22. num.3. lib.1.*

Nec obstat, quod dicitur in compromisso necessario, & forma statuti non requiri speciale mandatum, sed solum in compromisso volūtario,

§ quasi

31 quasi in mandato generali veniant omnia necessaria per consequentiam *ex text. in l.* 56. ad rem mobilẽ,& *in l.*62.*ad legatũ ff.de proc.* vti considerat *Iaſ.* qui,& aliqua alia subiicit pro hac opinione, quam ipse tuetur in *d. l. transactionis*,
34 *num.* 3. quia saltem in dispositione statuti nostri petitio compromissi est voluntaria, cum illud fieri mandetur ad instantiam alterius partis petentis, vnde non tenetur quisquam petere compromissum,nec illud conceditur nisi petenti,qua de re aliqua diximus supra hoc cap. verbo ad instantiam partis petentis,ficque compromissum quoad dominum,seù principalem efficitur voluntarium,& pariter, vel magis etiam, quoad procuratorem.

Quodque petitio compromissi ab alterutra parte facienda sit, non solum procedit in statuto nostro,& in similibus alijs, vbi hoc expressum est,sed etiam in alijs statutis simpliciter mandantibus, vt per Iudices compellantur partes ad compromittendum *Seac.* qui etiam asserit Doct. omnes communiter ità tenere *lib.*2. *de iudic. c.*2 *quaſt.* 2. *num.*30. *poſt Lanfranc.de* Orian.*trac. de arbitr.diuiſ.* 7. *q.* 45. *num.* 91. *Alex. conſil.* 82. *in cauſa vertente ſub num.*4. *verſ.tertio ſtatutum lib.*1. Blanc.*de compromiſſ. q.*5. *verbo Si Petatur num.* 1. *&* Maran. *in ſuo Speculpar.* 6. *act.*2. *ſub num.*17. quandoquidem Iudex non impartitur officium suum nisi petenti ex regula iuris, quam ponit *gloſſ. in cap. fin. de reſcrip. vbi Abb. de qua tex. eſt in l.*3. *§. hoc autem iudicium ff.de damn.infec.* Ad iura verò deducta respondetur, quod loquuntur, & locum habent in ijs, quæ in necessariam consequentiam veniunt generalis mandati, in quibus etiam concurrit verisimiliter voluntas mandantis, quia inde non aliud quam commodum, ac vtile eidem prouenire possit, at compromissum non venit in consequentiam necessariam generalis mandati ad agendum dati; nam aliud est agere, aliud compromittere, qui enim agit litigat, qui verò compromittit litem tollit, vnde ex diuersis non fit
35 illatio *l.* 21. *Papinianus in princ.ff. de minor. l. fin. ff. de calumn. l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poſſeſſ. l. neque Natales* C. *de probat.* nec est verisimile,quod Dominus voluerit sibi præiudicare concedendo facultatem procuratori suo ad compromissum faciendum, quẽ
36 constituit ad agendum, cum compromissum sit species alienationis *l.*35. *ſi minor §. minores ff. de min.facit tex.in l.*56. *ſi dictũ §. ſi cõpromiſero ff.de euic. Lap. alleg* 102. *num.* 7. *verſ. hinc eſt, & ibi Mandoſ. in addit. verbo compromittere in*
37 *fin. Pariſ. conſ.*134. *num.*15. *lib.*4. Vnde videmus, quod minores compromittere non possunt sine solemnitatibus in alienatione bonorũ aliàs requisitis *Verall. deciſ.*165. *per tot. par.*1. *Tiraquell. de legib. connub. gloſſ.*5. *nu.*202. *Vin. comm. opin.*796. *verbo Statutum diſponens*; *Pat. deciſ.*158. *num.*1. *ſecundum emend. impreſſion Lambertenq. de contract. gloſſ.*1. *num.*358. *& ſeq. Pic.* & alij plures ab eo citati *ad c.*151. *ſtat. Vrb. gloſſ.* 7. *num.*56. quapropter potius dicendum est locum esse debere iuris regulæ, quod
38 mandati fines diligenter custodiendi sint *l. diligenter in princ. ff. mand. cap.*22. *cum dilectus in fin. de reſcrip. Dec. in d. l.* 7. *tranſactionis nu.*2 C. *de tranſac. vbi*, & *hanc opin. probat eſſe vi. riorem nu.*5. *& ſeqq. contra Iaſ.* qui aliter sentit in eadem *l. num.*3.

Declaratur tamen prædicta conclusio, nempe, quod in casu statuti nostri mandatum speciale procuratori necessarium fit ad legitimè cõpromittẽdũ,vt sufficiat etiã mandatũ cum generali,& libera administratione bonorũ,vel in rem
39 suam, nam eiusmodi mandata speciali mandato æquipollent *gloſſ. in cap. qui ad agendum verbo conceſſa de proc. in* 6. *Abb. in cap.*9. *per ſuas n.* 7. *de arbitr. vbi*, *& addit. littera A.* ad verbum compromittere *verſ. ad hoc, vt compromiſſum poſſit fieri à procuratore gloſſ. in d. l.* 60. *mandato generali verbo exercendis ff. de proc. & gloſſ. in d. l.* 7. *tranſactionis verbo deroganit* C. *de tranſact. vbi & Iaſ. num.* 7. *Dec. num.* 8. *Alex. conſ.*22. *ſub num.*9 *lib.*1. quocirca tales procu-
40 ratores, perinde ac si speciale mandatum haberent,legitimè compromittere possunt, vt ex *gloſ.*
41 *& Doct. citatis* Mandatum verò cum promissione de rato, non sufficeret *Soccin. d. conſ.* 18. *ſub num.* 37. *lib.* 1. vbi testatur hanc esse communem opin. *Iaſ. in dict. l. tranſactionis* C. *de tranſaction. ſub num.* 8. *Abb. in dict. cap. per tuas*,
42 *num.*7. *de arbitr.* nam vbi speciale mandatum requiritur, non sufficit cautio rati *Cardin. Tuſc. concluſ.* 503. *ſub littera* C. *verbo Compromiſſum factum num.*2.

43 Verum quod immo non sit necessarium speciale mandatum in compromisso, quod fit ex statuto, præter *Iaſon. in dict. l. tranſactionis num.*3. C. *de tranſaction. videtur tenuiſſe Rot. in Ravennaten. Lauds* 28. *Iuny* 1613. *coram Cardinale Veroſpio impreſſ. ad Marcheſ. vbi de commiſſ. appellation. à laud. & perit relat. par.* 1. *§.* 1. *fol. mihi* 1125. *in quo num.*3. legitur, quod quando compromissum vigore statuti est necessarium,quilibet procurator etiam sinè mandato compromittere potest, sed fortè sensus illius dicti ità intelligi debet, vt procedat dictum ex parte eius, contra quem compromissum vigore statuti petitum est, tum enim compromissum est verè necessarium, nec potest Dominus, vel procurator illud impedire, & quod aliàs pro-
44 curatori lege non esset licitum, necessitas facit licitum *cap. quod non eſt licitum extr. de regul. iur. l.* 112. quæ propter necessitatem *ff. de regul. iur. l.* 8. tutor, qui repertorium *in princip. ff.de adminiſtr. tut. l. vt gradatim §.*1. *ff. de muneric. & honorib.* Et iudici, ac legi parere necesse est *cap.* 24. quod quis mandato de *regul. iur. in* 6. aliàs verò, quod nemo sinè mandato, & quidem speciali pro alio compromittere possit, satis,superque ex supra deductis comprobatum est.

Demum quando ea teneretur opinio, quod in compromisso ex forma statuti necessario generale mandatum sufficeret, limitanda plane
45 esset, vt locum dumtaxat haberet quousque per iudicem decretum foret, quod fieri debeat compromissum, sed non quoad electionem arbitrorum, in quo quidem actu speciale requiritur mandatum, cum aliàs verisimiliter ignoret generalis procurator,quibus nam perso-

nis

nis confidat, aut diffidat dominus, seu principalis vt pote quid latens in animo eiusdem Domini, nec potestatem habeat procurator eligendi potius vnum, quam alium, prout distinguit *Blanc. de compromiss. quæst. 3. princ. nu. 16 in fin. verbo Procurator*, & maximè conferunt tradita per eumdem *eod. tract. 7. quæst. princ. verbo Morte*, & alibi traditum est, quod ea, quæ latent in ani-
46 mo domini, non possunt explicari per procuratorem generale mandatum habentem, sed ad ea speciali mandato opus est *Angel. in l. 66.* si quis intentione *nu. 3. & 4. ff. de iudic. Alex. cons. 78. num. 14, lib. 5. cons. 31. num. 112. & seqq. lib. 1. Rolan. consil. 19. num. 2. & seq. lib. 3.* exemplæ sunt in suspicione iudicis & in declaratione libelli obscuri, vt apud eosdem *Doct. facit regula 76. ff. de regul. iur.* quæ habet hæc verba, in totum omnia, quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi vera, & certa scientia perfici possunt, & conferunt *not. per Tiraquel. de retract. gloss. 8. num. 183. atque hanc Blanc.* distinctionem sequitur *Benintend. decis. 21 sub num. 8.* sicque conciliantur opiniones *Ias. & Dec. in l. transactionis C. de transac.*

Postremo hic non omittimus, quod exceptio
47 compromissi facti iuxta formam huius statuti impedit executionem obligationis, quia hoc casu suspenditur iurisdictio iudicis ordinarij, & consequêter suspenditur etiam executio obligationis, secus autem sit in compromisso voluntario,
48 quia arbitri electi secundum ius commune non suspendunt iurisdictionem, sed altera partium redire potest ad iudicem ordinarium, tametsi aduersus partem recedentem ab arbitris, & redeũtem ad iudicem ordinarium pœna compromisso adiecta committatur *per tex. in l. 35. si quis rem ff. de arbitr. Rot. apud Card. Mantic. decis. 221. num. 16. & seq. iuxta tradita per Blanc. de Compromiss. quæst. 6. de effect. compromissi num. 17. in princ. not. Marescot. var resol. lib. 2. cap. 121. nu. 91. Zach. ad Gelles. de oblig. Camer. q. 19. nu. 16. vers. sed quid dicendum.*

An vero hoc statutum de compromissis cõ-
49 prehendat minores ætate, & mulieres? Et comprehendere dicendum est, quia statutum generale regulariter comprehendit minores etiam infantes, furiosos, mulieres, absentes, & similes, licèt aliquando in aliquibus casibus eisdem personis aliqua concedatur prærogatiua *Alex. cons. 119. num. 34. lib. 6. per text. in l. 33 si fine herede §. Lucius ff. de administr. tut. & in cap. constitutus de in integr. restit.* & hæc est communis opinio, de qua testatur idem *Alex. Rom. singul. 816. in audisti Odd. de restit. in integr. par. 1. quæs. 4. art. 7. num. 48.* vbi testatur communem esse opinionem, quod statutum, vel consuetudo, vel
50 alia iuris dispositio simpliciter loquens comprehendit etiam minores *Mascard. de probat. stat. interpr. conclus. 5. num. 36.* licet regula fallat in ali-
51 quibus casibus, & præcipuè, vbi statutum punit aliquid, quod de iure communi non erat punibile, atque vbi casus, de quo statutum loquitur, de iure communi erat specialiter priuilegiatus, vt per *Roman. & addend. ad eum, & per Mascard. locis proximè citatis*, & adhuc plenius per *Odd. de restit. in integr. par. 1. quæst. 15. num. 62. vbi* hanc ponit regulam, & exceptiones, seu fallentias.

52 Quo circa in specie nostra, quod minor veniat sub statuto de compromissis faciẽdis, tenuit *Bald. in l. fin. num. 3. C. de restit. in integr. vbi Barbat in addit. complures alios refert ad id ipsũ Alex. d. cons. 19. nu. 35. lib. 6. & cons. vlt nu. 4. eod. lib. Odd. de restit. in integr. lib. 1. quæst. 15. num 60. Blanch. de compromiss. q. 3. princ. verbo Minor. vers. & per prædicta Simoncell. tract. de decret tit. 6. inspect. 8. num. 84. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 2. num. 251. & seqq. vbi ex dicto Simoncell.* affirmat hanc sententiam frequentiori Doctor. calculo esse receptam, atque de mulie-
53 re idem planè dicendum est, iuxta conclusionem præcedentem, & not. præcipuè *Blanc. de compromiss q. 3. princ. num. 36. verbo Fœmina*, & statutum vtique nostrum id exprimit, dum nominat socerum, nurum, nouercam, & generaliter aliòs affines primi gradus, conferunt adhæc, quæ idem *Blanch. scribit d. quæst. num. 21. verbo Affinis, & Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 2. num. 566. 615, & seqq. vsque ad Octauum quæsitum.*

54 Sed numquid teneantur minores, & mulieres in compromissis ex præscripto huius statuti faciendis seruare solemnitates alterius statuti infra capit. 151. de contractibus sine certa solemnitate non valituris? planè concluditur, quod non teneantur, quia generalis est regula, quod
55 statutum, vel quæuis alia constitutio disponens circa solemnitates in contractibus minorum, vel mulierum adhibendas, locum non habet, vbi adsit causa necessaria contrahendi, probat *text. in l. 3. §. item queri potest ff. de reb. eor. & in l. 1. & 3. C. quand. decret. opus non est Bald. in l. 1. sub num. 1. ff. de reb. eor. Rom. consil. 219. nu. 8. & seq. vbi & addit. ad litteram G. & 349. sub num. 3. vers. caluit quidem Alex. consil. 215. num. 1. & seq. & num. 7. lib. 6. Tiraquel. de legib. connub. gloss. 8. num. 188. & 200. Benintend. decis. 21 n. 11. & n. 17. & seqq. Soc. cons. 80. n. 25. lib. 4. Gabr. cons. 10. num. 43. & 50. lib. 2. Simoncell. tract. de decret. lib. 1. tit. 1. num. 4. & seq. Burg. tract. de laudim. par. 1. inspect. 1. nu. 13. 39. & 40. Rot. apud Verall. decis. 199. p. 3*
56 *præsertim in fin.* vbi expressè inquit, quod in obligatione necessaria solemnitates statutariæ non requiruntur, & *decis. 177. num. 8. par. 1. diuers. in recent. & decis. 867. num. 5. par. 3. diuers. Put. decis. 100. num. 3. & seq. in emendata impress. & decis. 9. de constit. & coram Orano, in Romana de Cosciarij. 3. Ianuarij 1599. impr. per Zacch. ad Gelles. de oblig. Camer. loco 111. n. 8.* quo propter minores, & mulieres huic statuto subiectos posse compromittere sine aliis solemnitatibus statutariis sæpius *per Rot. decisum est, vt in d. decis. 867. num. 5. & apud Put. in eis. decis. addem. ad consil. Roman. 219. in fine tenuit Benintend. decis. 21. num. 11. Alexan. consil. vlt. per tot. lib. 6. Iason. in l. 7. iurisgentium §. final. num. 14. ff. de pact. & nouissime Pic. ad cap. 151. stat.* Vrb. *gloss. 7. num. 57.* vbi alios refert, & præcipuè *Vinium* attestantem hanc esse communem opinionem in verbo minor litigans siue opin. 505.

57 Hæc tamen conclusio ità declaratur, vt quãuis in compromisso necessario ex forma statuti minor non teneatur adhibere solemnitates, de quibus infra cap. 151. teneatur tamen seruare solemnitates alioqui à iure communi inductas, quæ duæ sunt, prima est tutoris, seù curatoris auctoritas *Specul.tit.de arbitr §.restat vers.sed quid in minore*, quem sequitur *Blanc.de compromiss.q.3.princ.num.40.* altera solemnitas est decretum Iudicis *Afflic.dec.283.num.15. Menoch. de arbitr.iudic.lib.2.cent.2 cas.171.num.44.* & 58 amplius requiritur etiam causa legitima alienationis bonorum, scilicet æs alienum minoris, vt *ff.de reb. eor per tot. & C. de prad. min. per tot. Castr.consil.106. in princ.lib.2.* Nec enim statutum intendit minuere solemnitates, sed eas potius cumulare, & augere ad beneficium minorũ Ergo non debet operari contrarium effectum argumento *l.71.cum tale §.fin.ff de condit. & demonstr.* sicuti arguit *Castr in casu simili d.cons. 306.sub nu 3.* Accedat altera ratio, nempe quod ità debent intelligi statuta, vt iuri communi minus detrahant, & cum eodem iure, quantum fieri possit, ad concordiam reducantur, vt per *Doctor. communiter in l.fin. §.in computatione C de iur. delib. in l. omnes populi ff. de iust. & iur. in l.2.* vbi etiam *gloss. C. de noxal actions. & in c. cum dilectus de consuetud. & per Maje. qui plures alios congerit de gener. stat. interpret. conclus.12.nu.1. & seqq.* Ex quibus concluditur quod statutum mandans, vt minor non possit contrahere sine consensu duorum propinquorũ, non ideo excludit alias solemnitates, quæ de iure communi in contractibus minorum requiruntur, vti consuluit *Castren.d consil.106.lib.2*, quem sequutus est *Dec.cons.110. sub nu.1.* quos refert, & sequitur *Mascard.de gener stat.interp. conclus.2.num.38. & seqq.* & in terminis nostrorum statutorum ità sentit, & probat, *Seraf. de iudic.lib.2.c.2.num.506. & seq.* qui etiam inferius *num.54.* hæc verba subiicit, & interim non recedas à communi opinione, quæ est, vt solæ solemnitates statutariæ possint omitti, loquitur in compromisso necessario ex statuto, sed non illæ, quæ requiruntur de iure communi.

59 I Ante litis contestationem) alias circumscripto statuto compromissum peti posset, etiam post litis cõtestationem, & quandocunq. ante sententiam dummodo per publicationem processus, vel alio modo res non esset effecta liquida *Bald. in l.2. sub num.1.ff.de transac. Alex.consil.82. num 4. lib.1. Blanch.d.verbo Si petatur nu.3.* Nec enim 60 simpliciter verum est, quod petitio compromissi, sit quædam exceptio declinatoria, seu dilatoria, & ideo opponenda ante litis contestationẽ, vt in præcedenti annot. proximè diximus, sed videtur potius habere eius exceptionis similitudinem, vt per *Castr. consil.320 sub num.4.* confert quod *not. Bart. in l.1 sub num.4. C. vbi in rem actio*, quod autem est simile, non est idem *l. quod Neruaff.depos.*

62 K Vt sunt Clerici) nam isti quidem possunt esse arbitri ex compromisso *l.37. non distinguemus §. Sacerdotio ff. de arbitr.not. Blanc.q.2.num.3. verbo Sacerdos, & Clericus*, sed per iudices Fori Capitolini cogi non possent ad ferendum laudum, quia huic iurisdictioni non subiacent, vt notum est.

L Procedatur) ità tamen, vt prima instantiæ terminus ob interpositum tẽpus compromissi non censeatur fuisse suspensus, sed cucurisse, ità enim sentiunt Doct. ferè omnes, vti testatur *Blanc.quæst.6.num 22.* verbo secundus effectus ibi contrarium, quod immo nõ suspendatur vsque ad 23. *nu. Maran in suo spec. par.5.princ.num 21. Seraf.d appell cap.2.q.15. num.322.* vbi quamplures refert huius sententiæ Doct. & de communi opin. testatur ex testimonio *Salic.in l.properandum sub num.6. vers. quæro an per modum compromissi C. de iudic.* licet contrarium in fatalibus appellationis decernatur *in clem quamdiu de appell.* rationem ve- 63 rò differentiæ inter instantiam, & fatalia hanc asserunt, quia peremptà instantia non perit actio, sed nihilominus integrum manet ius agendi denuo, peremptis verò fatalibus appellationis ius totum appellantis extinguitur, quia sententia transit in iudicatum, vti ex complurium Docto. auctoritate probat *Seraf. de appell. d.cap.2.q. 15. sub num 132.*

M Iterum, & tertio, & non vltra cõ- 64 promissum peti] prudenter factum ad infinitatem tollendam, vt idem fere habetur de statuto ad compromittendum inter consanguineos apud *Afflict. decis. 46. vbi in fin* traditur, quod si bis factum sit cõpromissum, & expiravit, non debet iudex tertio compellere partes ad compromissum, & ità censuisse Sac. Consilium nemine discrepante, atque, ità ibidem seruari ad hoc testatur *Gram. in addit.ad ipsam decis.* & iure quidem infinitas 65 generaliter vitari, ac impediri solet *l.13. qui bona fide §.fin.ff.de damn.infec. vbi gloss. in verb. Debet, qui cauet l.11. fideicommissa § ß quis decem ff.de leg. 3. l.fin. C. de sacrof. Eccles. l. vnica C. de sent. qua pro eo, quod interest profer. am. shen. vt determin. sit num.cleric.§.1. facit text. in cap 42. licet vbi etiam gloss. 2. de testi. cap. 2. in princ. de referip. in 6.* vbi hæc verba leguntur cum in multis iuris articulis infinitas reprobetur; attamen de iure communi contrarium asseuerant Doct. nempe toties debere renouari cõpromissum, quousque finem accipiat, vt habetur in prædicta addit. ibidem *littera B.* ad quod verobiq. referuntur quamplures alii, & hæc plane videtur esse communis opin. si perpendatur numerus eam tenentium, statutum verò nostrum petitioni compromissi sat moderatum modum præscripsit.

66 Quid dicendum, si compromissum prorogetur prout prorogari posse iterum, & tertio hoc statutum decernit, an censeatur factum cum eisdem facultatibus, & obligationibus in primo compromisso appositis, si ille expressim in tali prorogatione repetitæ non fuerint, & videtur dicẽdum, quod sic *Rota in Firmana executionis laudi 26. Januarij 1598. coram Pamphilio*, vbi dicitur adeo hoc esse verum, vt etiam Cameralis obligatio in tali prorogatione repetita censeatur, & *ead. Rot. in Romana laudi coram Buratto 13. Iunij 1614 impres. per Marb. de com p.1.§.1. vbi de commiss.*

commiss. appell. & laud. & perit. relat. fol. 1139. n. 18. vers. sed si admittemus Blanc. tract. de compromiss. q. 1. num 53. si quidem regula iuris est,
68 quod prorogatio censetur facta cum eisdem qualitatibus, & conditionibus, quas habuit primus actus ad *text. in l. si d, & si manente ff. de precar.* cum alijs adductis per *Gabriel. concl. 2. num. 4. de dilat. & in terminis compromissi tex. est in l. 30. labeo ait §. hac autem ff. de recept. arbitr.* quod
69 tamen intelligitur, vbi prorogatio compromissi fiat simpliciter, vt per *Blanc. & Gabriel. locis citatis.*

[N Repeti possint] nisi tamen pars citata ad danda interrogatoria contumax fuerit in eis dandis, vt supra capitulo 74.

De rerum communium diuisione.

Cap. CI.

QVilibet asserens se cum aliquo *d* rem vnam, vel plures hæreditatem, aut *f* societatem habere communem, possit illius, seu illarum *g* diuisionem petere, & pro parte eum contingente sibi pro diuiso adiudicari, & super hoc *h* summariè procedatur, & *i* constito Iudici de communione, etiam si aduersarius se *K* possidere neget, interloquendo pronunciet *l* diuisioni locum esse, vel eiusdem pronunciæ loco, mandet eligi peritos agrimensores, & æstimatores secundum rei cuius diuisio petitur, naturam, & in locum cessantis eligere, & prò eo ipse Iudex eligat peritum, qui sic electi, habita adiacentiæ bonorũ, & commoditatis partium consideratione, vt melius potuerint, portiones facere debeãt, etiam mandando vni, aut alteri, vt pecuniã reficiat, aut vnam portionem grauando ad tradendum alteri certam summam, si aliter diuisio commodè fieri non possit, & aliàs prout eis pro iustitia visum fuerit expedire: & si plura bona essent communia, & vnus diuisionem vnius rei, alter omnium diuisionem peteret, omnia diuidi debeant, vt supra; & exinde Iudex, peritorum relatione habita, si partes aliàs concordes non sint, *m* sorte immissa, portiones ipsas, prout cuique sors tulerit, pro diuisis adiudicet, ipsasque partes ad diuisionem obseruandã, etiã per præstationem fideiussorum de non molestãdo alterutram partem in portione assignata, iuris & facti remediis opportunis *n* cogat, & compellat, & dictam diuisionem omnino faciat obseruari: quam diuisionem volumus etiam *o* per minores, & pupillos, & eorũ nomine à legitimis personis peti posse & fieri debere, eis portionibus adiudicatis, prout melius, & vtilius visum fuerit.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Communio necessario subesse debet, vt locus sit iudicio diuisorio.*
2 *Communio quotupliciter consideretur.*
3 *Dictio, Quilibet, est vniuersalis, & cuilibet attribuit insolidum.*
4 *Dictio, Aliquis, comprehendit omnes personas vniuersaliter absque vlla distinctione.*
5 *Dictio, Res, est generalis.*
6 *Actio pro socio magis pertinet ad personales inuicem præstationes, quàm ad communia rerum diuisionem.*
7 *Remedium diuisionis est generale in quacumque communione, licet pactum fuisset inter Partes de standO in communione perpetuò.*
Intellige, vt nu. 9.
8 *Pactum intra certum tempus in communione, valet.*
10 *Clausula Constito, reddit conditionalem iurisdictionem Iudicis: & in eius verificatione aduersarius citari debet, & num. 11.*
12 *Iudicium communi diuidundo datur etiam si neuter possideat.*
13 *Agens communi diuidundo an repellatur actione pignoratitia?*
14 *Diuisiones sæpè fiunt iudicio sortium.*
15 *Diuisio per sortem facta, lesionis causa retractari non potest, neque impediri per appellationem, num. 16.*
Et an possit in tali casu enormis lesionis implorari officium Iudicis? num. 18. 19.
17 *Appellatio non datur à sententia lata per sortem.*
20 *Iudex in iudicio communi diuidundo debet curare vt caueatur de euictione ijs quibus rem adiudicat.*
21 *Diuisionem potest quilibet petere.*
Amplia vt num. 23.
22 *Stare in communione nemo cogitur.*
24 *Diuisio bonorum communium quare adinuenta?*

ANNOTATIONES.

A Bene conceptus est iste titulus, siquidē, vt diuisorio iudicio locus sit, communio de necessitate subesse debet *l.1. in fi. ff.com.diuid.* communio autem tripliciter consideratur, videlicet aut ratione proprietatis, aut ratione possessionis, & dominij simul, ità inquit *Angel.cons.* 305. *nu.*1.

B Quilibet) dictio est vniuersalis comprehēdens omnes, ità tamen, vt cuilibet attribuat in solidum; Dictio autem omnis simul, & collectiuè *Bart. in l. hoc articulo* 29. *num.*3. *ff. de haredis. inst. Dec.cons.* 527. *sub num.*12. *& cons.*619. *num.*2. *Mandos. ad regul. Cancell.* 12. *q.*6. *num.*9.

C Cum aliquo) hæc dictio cōprehendit omnes personas vniuersaliter absque vlla distinctione, & est adeo vniuersalis, vt comprehendat etiam superiorem *Gozad. cons.* 27. *num.*22. *Graust. cons.*308. *sub nu.*4. *& in fi. culum, & fœminam. Barbos. de diction. dictione aliquis* 14. *num.*3. cum alijs ab eo citatis, atque amplius *Brunor. a sol. in suo compend. resolution. littera D. verbo Dictionis aliqua, natura est.*

D Rem vnam, vel plures) rei verbum, vt generale statuē tes hic elegerunt, ficuti à Prætore factū legimus *in l.*1. *in fine ff. si vert. pet.* quod quidem omnia contioet *l. rei appellatio* 5. *vbi gloss. verbo continet ff. de verb. signif. Alex. cons.*102. *sub nu.*10. *lib.*6. *& cons* 195. *num.*1. *eod. lib.* & rei appellatione in dubio intelligitur tota res *l. de pupillo.* 5. *§ qui renunciat vbi Bart. & alij de oper. nou. nun. Alex. d. cons* 195. *in prin. Rui.* qui ità cōmuniter teneri attestatur *cons.*80. *sub num.*5. *lib.* 2.

E Hæreditatem) huc pertinet actio familiæ erciscundæ *lib.* 10. *digest. tit.* 2.

F Societatem) pro socio actio magis ad personales inuicem præstationes pertinet, quam ad communiū rerum diuisionem: ideo communi diuidundo iudicium necessarium fuit *l.*1. *ff. com. diuid.* & procedit siue cū societate, siue sine societate res cōis sit *l.*2. *ff. eod. tit.*

G Diuisionē petere) remedium huius statuti generale est in quacumque communione, vt apparet, licet pactum fuisset inter partes de stando in communione perpetuo *l. in hoc iudicium* 14. *§. si conuenit ff. com. diuid.* valet autem pactum intra certum tempus, vt *in d. §. si conueniat & l. multa* 71. *ff. pro soc.* quam communem opin. dicit, & sequitur *Thesau. decis.*141. atque vbi pactum iuramento vallatum sit de stando in communione perpetuo, illud seruandum erit, vti defendit *Seraph. de priuil. iuram. priuil.* 58. *num.*6. *cum 5. qq. & ità censuit Senatus Pedemont. d. decis. in fine*, licet contraria opinio communis diceretur, vt in ipsa *decis. num.*3. Cessat autem remedium diuisionis, si res communis non sit *d. l.*1. *in fin. & l. familia C. comm. vtriusque iudic.*

H Summariè procedatur) vt supra de generali forma procedendi in summarijs cap. 89.

I Constito iudici de communione) hæc clausula reddit conditionalem iurisdictionē iudicis, *Paris. cons.*94. *num.*6. *& 7. par.*4. *Mod. tract. de clauf. par.*1. *clauf.*19. ideo in primis verificanda erit conditio communionis iuxta *tex. in d. l.*1. *in fin. & d. l. familia*, aliàs quidquid iudex decreuerit, erit nullū *Paris. & Modern. dict. claus. locis citatis Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defect. iurisd. deleg. num.* 91., atque in verificatione talis clausulæ erit citandus aduersarius, vti tradunt quamplurimi relati in eadem *claus. n.*1. aliàs processus esset nullus, vt per *Vant. dict. num.*91.

K Possidere neget) datur enim iudicium cōmuni diuidundo etiam si neuter possideat *l. penult. ff. eod. tit.*

L Diuisioni locum esse) hic non prætermittam, quod agens communi diuidundo repellitur actione pignoratitia, nisi soluerit debitum, pro quo res est pignori, vel hypothecæ subiecta *l. si quis putans* 6. *§. idem scribit ff. com. diuid. not. Negus. de pignor.* 3. *membr. par.* 2. *princ. num.*44.

M Sorte immissa) si quidem diuisiones fiūt iudicio sortium, probatur ex *l.* 2. C. *quam.* & *quib. quar. part deb. vbi & gloss. verbo in sortium lib.*10. *not. Bal. in l. si duobus num.*3. *C. com. de legat. & de optionibus tex. est verissimus in ipsa l. si duobus in prin.* & bonorum diuisio per sortem facta nec læsionis causa retractari potest vt benè probat, & declarat *Caldas. ad l. fi curatorem C. de integr. restit. verbo, Vel aduersarij dolo num.*13. *Odd. de restit. in integr. q.*66. *sub num.*25. *vers. limitatur secundo*. Neque per appellationem impediri potest, quia non datur appellatio à sententia lata per sortem, cum fortuna non habeat superiorem in hoc mundo *Bald. in l. fin. in prin. C. comm. de leg. Franc. in rubr. de appell. num.*10. Posse autem iudicis officium implorari ratione enormis læsionis, etiam in causa diuisionis factæ per sortem tenet *Franc. loco citato argum. l. maioribus C. comm. vtriusq. iud. idem tenet Odd. vbi supra vers. sublimitant Doct.* quod vti singulare admonet esse menti tenendū, quia alibi non reperitur *Franc. in d. rub. de appell. nu.*11. Verum dictum istud ità declarari debet, vt locum non habeat, vbi diuisio facta sit per sortes iudicis auctoritate, nec à diuisione appellatum fuerit, sed illa transierit in iudicatum, debuit enim appellare, qui ledebatur, aliàs sententia reformari non potest *l.*1. *C. si sap. in integr. restit. postul.* ibi appellare debuistis, si vobis sententia displicebat, ità *Bald. in d. l. maioribus num.*3. *vbi & addit. Imera B. & Petr. Vbald. de duob. fratr. par.*11. *prin. num.*79. *& 87. inter. tract. vniuers. in tom.* 6. *par.*1. *quem sequitur Odd. d. q.*66. *artic.*4. *in fine.*

N Cogat, & cōpellat) debet etiam iudex curare, vt de euictione cauetur, ijs quibus ità rē ad iudicat *l. heredes* 26. *§. si*

S. si filius versatem curare debet ff. famil. ercis. l. item quamvis 10. in fin. ff. comm. divid. l si fratres C. comm. utrusq; iudic.

20 Per minores, & pupillos) potest enim, quilibet petere diuisionem, vt supra in princ. huius cap. vbi notauimus, cum nemo cogatur stare in communione *l. fin. C. comm. diuid. l si non sortem §. si centum ff. de conditione indeb. Olarae cons.* 241. *num.* 1. quod locum habet, etiamsi agatur de diuisione bonorum emphyteuticorum, aut
21 feudalium, & siue minor, aut pupillus prouocet siue prouocetur ad diuisionem, vt doctè, ac vtè consuluit *Alex. cons. 7 lib. 5. in fin.* & iure fauè-
24 dum est diuisioni bonorum communium, quæ nimirum ad hoc inuenta est, vt per eam cessent odia, & discordiæ, quæ oriri solent ex communione *l. in re communi ff. de seruit. Vrban. prad. l. cum pater 79. §. duabus ff. de leg. 2. not Aym. cons. 264. num. 1.*

Quod diuisio facta sit valida.

Cap. CII.

SI ostendatur diuisionem aliquam factã esse inter fratres aliquos, seu consortes, *b* de aliquo castro, terris, casalibus, vineis, possessionibus, domibus, aut aliis locis tam intra, quàm *c* extra Vrbem, siue ea sit communi consensu facta, siue de iudicis mandato, *d* non possit irritari, retractari, seu in dubium reuocari; immò iudex ad petitionem alterius partis, cogat molestantem, etiã per præstationem cautionis, omnibus iuris, & facti remedijs, summariè, vt de causis summariis dicitur, ad illius obseruationem, vt in præcedenti capite dictum est: & iudex, qui in prædictis negligens fuerit, puniatur in ducatis auri quinquaginta, de suo salario, & tempore syndicatus retinendis.

SVMMARIVM Annotat.

a Diuisio de castris peti, ac decerni debet.
b Statutum loquens de casu simplici non comprehendit casum qualificatum

ANNOTATIONES.

A
B

NN precedenti cap. actum est de diuisione facienda auctoritate iudicis, in hoc autẽ de diuisione facta, siuè de communi partium consensu, siuè de iudicis mandato.

De aliquo Castro) nam & de Castris diuisio peti, ac decerni debet, & proinde facta erit valida & seruãda, vti consuluit *Alex cons. 7. lib. 5.*

C Extra Vrbem) in districtu tamen vt supra *cap. 42.*

D Non posse irritari) nisi ex capite enormis læsionis nam eiusmodi læsio etiam vbi diuisio facta fuerit per sortem, iudicis officio irritatur, vti notauimus ad præcedens caput, verbo sorte immissa, quia statutum loquitur in casu simplici, non autem in casu qualificato, nempe vbi adest enormis læsio, cõsequenter casum ita qualificatum non comprehendit *iux. text. in cap. fin. de præbend. in clem. 1. de regular. & in l. Titia textoris 36 in princ. ff. de leg. 1. Roman. cons. 498. num. 2.* plus enim potest hoc tale, quam hoc simplex *c. statutum de elect. in 6 glo. in c. cum non deceat circa fin col. 3. in 6. & in Clem dudum circa fin. verbo Pacta de sepul. & ibi Doct. Alber. de Rosat. de stat. 1. par. q. 16. in fin.* & videmus in hac ipsa materia diuisionis, quod longè plus potest enormis læsio quam simplex, sicuti ad præcedens *cap. notauimus*, verbo *Sorte immissa*, igitur casus iste tanquam omissus à statuto remanebit in dispositione iuris communis, *per tex in l. si vero 65. §. de vtroff sol. matr. & l. commodissimè 10. ff. de lib & posthum. cum similibus.*

De diuisione rerum emphyteuticarum.

Cap. CIII.

HAbentes domum, solum, ortum, vineam, agrum, vel rem aliquam communem, sub proprietate alicuius personæ, vel loci, in emphyteusim concessa, possint talem rem inter se *a* diuidere, sine consensu domini proprietarii, iure tamen ipsius proprietarii integro remanente; nec propterea res locata incidat in commissum.

SVM-

SVMMARIVM Annotat.

1 *Emphyteotica res diuidi potest inter socios, etiam sine consensu Domini proprietarij. & n. 2. Intellige vt n. 5.*

3 *Ius offerendi, domino directo concessum, non habet locum in diuisione rei emphyteoticæ: nisi in tali diuisione daretur pretium pro re.*

6 *Laudemium an debeatur pro bonis inter emphyteutas diuisis? & n. 7.*

8 *Emphyteusis Ecclesiastica, & laica, non differunt inter se: & quod habet locum in vna, habet locum etiam in altera.*

ANNOTATIONES.

1 A Diuidere sine consensu domini proprietarij) inter emphyteutas scilicet vti statutum loquitur, quod quidem iuri communi pariter congruit iuxta communem Doct. sententiam per *tex. in l. inter prædia 10. ff. famil. ercisc. vbi Bald.* expressè ponit, quod coheredes possunt inter se diuidere rem emphyteoticam etiam ignorante, & irrequisito domino, *not. Bart. in l. qui Romæ 122. §. duo fratres num. 24. ff. de verb. oblig. & ibi addit. littera G. & seq.* hanc esse communem opinionē testantur multi relati per *Clar. §. emphyteusis q. 14.* & per *Corbul. tract. de emphyteusi tit. de cauſ. priu. ob alien. irrequiſ. domin. fact. limit. 7.* inter ferè innumeros hanc sequentes opin congestos per eosdem *Clar. & Corbul.*

2 Quæ quidem conclusio ampliatur, etiā licet inter emphyteutas non sit locus iuri accrescē di in bonis emphyteuticis, de quorum diuisione agitur, sed si etiam aliàs in diuisione conueniatur, vt vni ex emphyteutis bona omnia emphyteutica obueniant pro parte sua, alteri verò tot bona allodialia æquiualentia, sicuti hanc esse veram, & magis communem opinionem testatur *Gabr. conſ. 84. ſub num. 8. lib. 1.* quam etiam sequitur *Corbul. d. limit. 7. ſub num. 6.* ibi tertia ratio est,

3 hoc enim casu non potest habere locum ius offerēdi domino directo concessum ex *l. ſi. C. de iu. emphyt.* sicque cessat ratio cur talis diuisio fieri non possit, irrequisito domino, vt bene considerant *Gabr. & Corbul.* alijque ab eis citati, vnde sequitur, quod aliter dicendum esset, vbi in diuisione

4 daretur pretium pro re emphyteutica, tunc enim domino competeret ius offerendi, sicque diuisio

5 eiusmodi eo irrequisito nulla esset *Corbul. d. limit. num. 9. & Gabr.* itidem loco citato.

6 An vero pro bonis emphyteuticis inter emphyteutas diuisis laudemium solui debeat? dic, quod non regulariter, & est communis Doct. opin. de qua testatur *Iaſ. in l. fin. num. 47. C. de iur. emph. & addit. ad Capell. Tholoſ. 75. ſub nu. 2.* eamque receptissimam tradit *Amad. à pons. in quæſt. Iaudem q. 25. in prine.* Ibi contrarium tamen receptissimum est, sunt hæ *quæſt. inter tract. communes. iur. tom. 10. par. 2. fol. mihi 180.* atque ita tenuit *Guliel. de Cun. in l. & ideo in prine. ff. de condic. furt. vbi & Bart. Bald.* & quamplures alij cumulati per *Burg. tract. de laudem. par. 2. inſpec. 30.*

7 *num. 3.* limita tamen, & declara vt per eumdem *Burg.* ibidem, & per *Gabr. d. conſ. 84.*

Hęc porrò, quæ dicta sunt de diuisione permissa inter emphyteutas irrequisito domino, & sine solutione laudemij locum sibi vendicant etiam

8 in emphyteusi Ecclesiastica, nec enim inuisce differentia reperitur inter emphyteusim Ecclesiasticam, & laicam, cum in legibus tum apud eorū interpretes, immo *Bar.* qui à ceteris habetur ante signatus communis opinionis de diuisione vt supra permissa in *l. qui Romæ §. duo fratres num. 24. ff. de verb. oblig.* casum ponit in emphyteusi Ecclesiastica. & iuxta eius scripta, reliqui materiam pertractarunt, atque non secus factum est in articulo laudemij non soluendi.

De Seruitute prospectus.

Cap. CIV.

NVllus *b* contra antiquam debitam seruiturem, seu contra conuentiones, & pacta in aliqua domo, casaleno, siue loco, ædificium ex quibus materia construat, aut apponat, per quod vicini impediatur aspectus; Qui contrafecerit, non solum diruere cogatur, sed pœnam viginticinque ducatorum auri fisco applicandam, incurrat: aliis verò liberè suum tollere ædificiū, & ædificare permittitur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Seruitus ne prospectui officiatur? seruitus luminis: & seruitus vt prospectus præstetur; in quibus differant inter se; remissiuè.*

2 *Seruitus acquiri potest per pacta, & conuentiones.*

Seruitute cessante, ad fauorem alterius constituta, liberum est cuique vsque ad calam ædificare. Limita remissiuè.

5 *Seruitutes, quando, & quomodo acquirantur præscriptione temporis?*

6 *Constitutio Imperatoris Zenonis, quæ est lex 12. C. de ædific. priuat. affertur tota per extensum: in qua quicquid in ædificijs*

eijs construendis seruandum sit, præscribitur.

7 *Præfatio Antonij Contij.*

8 *Factum Decisionis coram Pirouano in causa Romana altius non tollendi.*

9 *Loca publica, ad effectum gaudendi priuilegijs concessis, quæ dicantur.*

10 *Vtilitas publica benè consideratur in Seminario Romano. & n. 14. 15. 17. 19. 21.*

11 *Imperiti, & illiterati, magistratus obtinere non possunt.*

12 *Causa dotis continet in se publicam vtilitatem.*

13 *Causa studiorum, & causa dotis, solent inter se equiparari.*

16 *Priuata persona loca publica inchoare interdictum est à legibus.*

18 *Sumptus de publico nomen priuati operis totaliter excludunt.*

19 *Locus publicus, vt constituatur, requiritur perpetua loci destinatio.*

20 *Seminaria clericorum puerorum eriguntur in executionem Sacri Concilij Tridentini.*

21 *Socij habitationis de commodo, & vtilitate consocij participant, licèt in priuilegio non sint comprehensi.*

22 *Decisio R. P. D. Buratti in eadem Causa Romana Altius non tollendi.*

23 *Interdictum Ne quid in loco publico, habet locum etiam, si quid fiat in priuato, quod noceat publico.*

24 *Seruitus altius non tollendi, ne venti excludantur in damnum publicæ vtilitatis, inducitur ipso iure.*

25 *Quisque in re propria est moderator, & arbiter.*

26 *Publicè interest Ciuitates ædificijs insignibus ornari.*

27 *Ædificiorum elatio non præsumitur fieri ad æmulationem.*

28 *Præuentio in constructione ædificij operatur vt ædificium habeatur pro perfecto.*

29 *Probatio, vt concludat per necesse, quid requiratur?*

30 *Venti Septentrionales appellantur à Peripateticis Apogei.*

31 *Venti Aquilonares refracti salubriores sunt quàm si impetuosi liberè ingrediantur.*

32 *Insalubritas loci non infertur necessario ex omnimoda exclusione Ventorum Aquilonarium.*

33 *Experientia semper attendi debet, tamquã rerum magistra.*

34 *Venti collaterales Aquilonaris, vti participantes ipsius naturam, sunt æque salubres.*

35 *Venti Orientales, & Occidentales, sunt valde salubres: & præsertim Ethesia, flantes tempore æstiuo. & n. 36.*

37 *Testium contrarietas contra producentem ipsos interpretationem recipit.*

38 *Indefinita in Teste, non æquipollet vniuersali.*

39 *Testibus verisimiliora deponentibus magis credendum est. & n. 41.*

40 *Testibus deponentibus pro reo, in dubio, data paritate magis standum est, quam deponentibus pro actore. Amplia etiamsi essent numero pauciores. n. 41.*

42 *Reo sufficit probationem testium inuicem conquassari.*

43 *Iuri alterius derogandum non est, quoties publicæ vtilitati potest aliter prouideri.*

44 *Eleuare ædificium, seu aperire fenestras respicientes in Monasteria Monialium, etiã citra æmulationem, non licet. & n. 52. Amplia etiam in Collegijs, & Seminarijs, &c.*
Contrarium n. 47. 48.

45 *L. Altius C. de seruit. & acqu. non procedit in præiudicium loci publici.*
Declara, vt n. 51.

46 *Alia decisio R. P. D. Pirouani in eadem causa.*

49 *Æmulatio in dubio non præsumitur, & quomodo probetur in ædificijs? & n. 50.*

53 *Locus publicus non est specialiter priuilegiatus, vt habitans prope ipsum non possit in suo ædificio facere fenestras, etiam ad prospectum.*

ANNOTATIONES.

A 2 Vide tract. *Barth. Capoll. de seruit. Vrban. præd. præcipuè cap. 33.* vbi ponit tres seruitutes, quæ licet in multis conueniant, tamen inter se differunt, nempe seruitus ne prospectui officiatur, seruitus luminis, ideſt ne luminibus officiatur, & seruitus vt prospectus præstetur de quibus *tex. est in l. inter seruitutũ eũ l. sequenſſ. de seruit. Vrban. præd.* videetiam *Carpan. ad stat. Mediol. rubr. gener. de seruit. & seq. cap. 332. parte 2.*

B Contra antiquam debitam seruitutem) videlicet ab altero acquisitam per præscriptionem, seu consuetudinem, aut per testamentum iuxta *not. per Capoll. d. tract. c. 19. num. 1.*

C 2 Seù contra conuentiones, & pacta) nam hisce modis etiam acquiritur seruitus, nempe per conuentiones, & per pacta vt per eumdem *Capoll. loco cit.* & probat *tex. in §. vlt. Inſt. de seruit.*, vbi, & *Mynsing. verbo Pactionibus* plenius explicat quot, & quibus modis seruitutes acquirantur.

Ædi-

D 3 Aedificare permittitur) nam ceſſante ſeruitute, vti dictum eſt ad fauorem alterius conſtituta, cuilibet liberum eſt vſque ad cælum ædificare *not. glo. in dicto §. verbo ædes ſuas*, eius eſt enim cælum, cuius eſt ſolum *tex. in l. altius, vbi etiam glo. verbo prohibetur C. de ſeruit. & aq. l. cum eo 8. ff. de ſeruit. Vrb. prad l. fin. in princ ff. de ſeruit. Marſil. ſingul.* 154. qui tamen regulam limitat in tri-
4 bus caſibus per ipſum collectis, & videndis *Gail. practi. obſer. lib 2. cap. 69. Honded. conſ. 80. nu. 14. lib. 1.* vbi & plures alios ad id ipſum congerit, dixit *Rot. coram R.P.D. Pirouano in Romana altius non tollendi 7. Iunij 1613.*

Quando, & quomodo ſeruitutes acquirantur præſcriptione temporis vide *Carpan. ad ſtat. Mediolan. cap. 332. præter Cæpoll. de ſeruit. Vrban. prad. c. 20. & Balb. tract. de præſcrip. 4. par. princ. partic. 2.* & qualiter amittantur vide pariter *Capoll. cap. 24. & Balb d. q. 4. par. princ. partic.*

Cæterum ad materiam iſtã vide etiam doctas, & elegantes deciſiones compoſitas in prædicta cauſa coram R.P.P. DD. Pirouano, & Buratto, quinimmo & Conſtitutionem Zenonis Imperatoris Græcè editam, ab Antonio Contio eius interprete Latinè redditam de *ædific. priuat. qua eſt 12. l. eius tit.* Nam & conſtitutionem, & deciſiones prædictas idcirco hic meritò ſubnectimus impreſſas per *D. Theodoſ. de Rub. in ſuis ſingularibus deciſionum p. 1. eã annot. circa deciſ.* R. *P.D. Pirouani*, vbi etiam luculenter enarrauit, quæ acta fuerint in cauſa illa Tramontanæ, ſeu iuris altius non tollendi coram Eminentiſſ. D. Cardinale Vicario Vrbis & RR. PP. DD. Pirouano, & Buratto, omnia quidem curioſa, & ſcitu digna.

l. 12. Imp Zeno A Adamantio Præfecto Vrbis

Diuiſio Conſtitutionis. Præfatio.

Primo, de ſpatio ab eo, qui ædificat relinquendo, Secundo in quantum liceat domum attollere, Tertio de feneſtris, Quarto de proſpectu, Quinto de Solarijs, Menianis, & Scalis, Sexto de Columnis, & publicis Porticibus, & Stationibus, Septimo ſi ædificatur lis moueatur, Octauo de opere inchoato perficiendo.

EX quo pace frui cepimus, & litibus, & externis bellis populos noſtros eximere ſtudẽtes varijs legibus condendis animum applicuimus, inter quas, & hanc quoque referri volumus dilucidè demonſtrãtẽ, & quæ ſua magnificẽtia ſuggeſſit, & cautiſſimè omne ambiguũ definientẽ. Nõ multũ autẽ à ciuilibus verbis receſſimus, ſed vulgo notioribus vti maluimus, & ità quicũq; in eã inciderint, alterius interpretis nõ egeãt auxilio. Ex relatione igitur magnitudinis tuæ cognouimus diuinam legem immortalis memoriæ Patris noſtri Leonis, quam ſuper his poſuit, qui in hac glorioſa Ciuitate ædificare voluerint, quibuſdam ſui partibus propter prauas interpretantium opiniones ambiguam eſſe.

Et nos itaque præcipimus, vt qui proprias domos renouare cupiunt, non ſolum veterem formam non excedant (ſicut nec hi, qui nouas ædificant) aut lumen, vel proſpectum vicinis auferant, aduerſus ea, quę pridem conſtituta ſunt, verum etiam addimus quale ius is, qui ædificat, habere debeat, cum facultatem habet ex pacto, vel ſtipulatione mutandæ, ſi velit, veteris formæ. Tũc enim ſancimus, vt ſi pactum, vel ſtipulatio ædificanti ſuffragetur, liceat ipſi ſecundum vim pacti, & ſtipulationis ædificare, etiamſi officere vicinis, quibus, pactum aduerſatur, ità ædificando, videatur.

Sed dum noſtra Conſtitutio dicat duodecim pedes oportere relinqui ab eo, qui ędificaturus eſt inter propriam, & vicini domum, & plus, vel minus adijciat, quod magnam ſanè ædificantibus ſecuritatem præſtat (nihil autem dubium aptum eſt ad tollendam ambiguitatem) diſertè, & perſpicuè iubemus duodecim pedes relinqui intermedios inter veramque domum, incipientes à ſuperpoſita fundamentis ædificij parte, eademq; obſeruatione perſeuerante ad ſummum vſque altitudinis culmen. Et ei, qui hoc in poſterum obſeruauerit, licere domum in quantam voluerit altitudinem excitare, & attollere, & feneſtras fabricare tam quæ proſpectiuæ dicuntur, quàm quæ luciferæ ſecundum diuinam Conſtitutionem, ſiue nouam domum velit extruere, ſiue veterem inſtaurare, ſiue ex incendio collapſã exædificare: Nulla licentia ex hoc ſpacio tollendi vicino directum, & omni ex latere domus inuiolatum in marę proſpectum: quem domi ſtans, vel ſedens habet non autem detorquendi hunc ipſum proſpectum, ità vt cogatur vicinus ex obliquo mare aſpicere; quod autẽ ad hortos, atq; arbores attinet, nec aliquid in ſuperioribus Conſtitutionibus comprehenſum eſt, ne de his hic aliquid addetur, neque enim conuenit.

Nulli autem liceat ædificanti domum inxta compitum fortè, aut angiportum, vel plateam duodecim pedibus latiorem auferre partem plateæ, vel compiti, & proprio ſuperaddere ædificio. Non enim quę ad Rempublicam pertinent minuere, & ædificãtibus diuidere volentes duodecim pedum interuallum in medio domorum definximus, ſed ne anguſtiora fiant domorum interualla. Si autem maius ſit ſpacium, maneat vetus diſtantia. Non enim eam minui concedimus, ſed ſeruari Vrbi propria iura. Si autem vetus ædificium ſecundum veterem formam tale erat, vt minus eſſet domorum abs ſe inuicem ſpatio duodecim pedum interuallum, ne liceat præter veterem formam in altitudinem ædificium erigere, vel feneſtras facere, niſi decem pedes in medio intercedant. Tunc enim proſpectiuas is, qui ædificabit, non poterit facere, niſi ante quoque fuerint, vt dictum eſt; Luciferas vero faciet vtique ſex pedum, ſeruato ab imo pauimento in altum interuallo: eo tamen non audente vllo modo facere

cere id, quod vocatur pseudopatum (ideſt, falſum, aut fictitium tabulatum, aut pauimentum in ipſo ædificio) & ita ab hoc pseudopato ad ſex pedum altitudinem Luciferas fenestras excitare, & ſophisticè legem interpetrari, & cauillari; ſi enim hoc liceat, eueniet iterum, vt luciferæ æquent proſpectiuarum vtilitem, & nihil diſſent à proſpectiuis, & vicino noceant, quod quidem fieri prohibemus, nullatenus competens ædificantibus, vel ex pacto, vel ex ſtipulatione ius tollentes, ſi quod tale prorſus competat, &c.

Inſuper cum priore lege cautum ſit, centum pedes altas domos combuſtas inſtaurare licere, etiamſi alteri proſpectum in mare prohibeant, hanc etiam tollentes ambiguitatem cõſtituimus hoc obtinere in his, quę poſt conflagrationem renouatæ ſunt, quàm quæ numquam antea fuerunt, & tunc primum extruuntur. Sed & in his, quæ nullam ignis iniuriam ſenſerunt vetuſtate autem, aut alia quacunque cauſa defecerunt, & in omnibus omnino domibus, quę ædificantur, ſi certum pedum ſpatium relinquatur inter circumiacentia loca, omni impedimento ceſſante, fiant ædificia, etiamſi alijs domibus proſpectum in mare adimant; proſpectum autem hunc liceat auferre à ſolis culinis, vel latrinis, vel ſecceſſibus, vel ſcalis, vel traiectibus ad ſola diuerticula Vicorum pertinentibus, vel baſternis, quamuis & intra centum pedes velit quis ædificare, ſi modò tamen duodecim pedes in medio intercedant. Hæc autem obſeruari volumus, quando nullum eſt pactum, quod ædificare volentem adiuuet. Qui autem ex pacto vicini ædificant intra definitum ab eis modum ædificent. Tunc enim, & eo non cuſtodito ſpatio permittimus attollere ædificia, etiamſi proſpectum adimant ijs, qui conſenſerũt & pacti ſunt, aut qui in eorum domos ſucceſſerunt, quandoquidem competentia iam quibuſdam ex conuentione iura per generalem auferri legem non oportet.

Idem illud etiam ſtatuimus, ne ea quæ vocantur ſolaria poſt hanc legem ex ſolis lignis, & tabulis conſtruantur, ſed ad eorum, quæ Romanenſia dicuntur modum, & figuram ædificentur, & inter duo ſolaria exadu, ſeu ſpectantia decẽ pedes relinquantur, ſin hoc præ loci angustia fieri non poſſit, tunc ſolaria fiant ἐκ πλαγίου, hoc eſt vt ſe inuicẽ ex aduerſo, vel ἐκ πλαγίου πλαγίου, reſpiciant, ſed alternis, & ex obliquo, atque tranſuerſo. Si verò ſpacium medium decem pedes non excedat, tunc nulla ex parte, nec aduerſa, nec tranſuerſa liceat ſolaria, aut meniana fabricare. Quæ verò ſecundum ſupraſcriptam formam ædificabuntur, iubemus alta eſſe ab imo ſolo pedes quindecim, & eorũ quidem columnas lapideas, aut ligneas ita ſolo imponi iubemus, vt non ad Cathetum, ſiue perpendiculum ſtent, ſicuti nec murus, vt nec aer, qui eſt ſub illis in ſuperiore parte, vt dictum eſt, conſtitutis ſolarijs, obturetur, nec ex hoc angustior fiat Angiportus & publicum iter. Prohibemus autem, & ſcalas à ſolo Angiportus inchoare, & ad ſolaria ducere, ita vt tam ex impenſa, & preparatione firmiore, quàm quod non ita proxima ſint inter ſe ſolaria, breuiora & rariora, & extinctu faciliora ex igne pericula Ciuitati, & his qui domos habent, immineant. Si autem contra noſtram hanc legem fiat ſolarium, vel ſcala, non id ſolum, quod factum fuerit detruncabitur, ſed etiam ædificij dominus decem auri librarum pœnam expectabit, & qui deſignauit Architectus, aut qui opus recepit, aliàs decem auri libras perſoluet, & qui fabricauerit Artifex, ſi per inopiam non potuerit pœnam ſoluere, corpore luens à Ciuitate fiat extorris.

Præterea iubemus, nemini licere multas ex ordine collocatas columnas in publicis porticibus, & ſtationibus ab eo, quod vocatur Miluium, atque ad Capitoliũm obſtuere ædificijs, vel ſolis etiam tabulis, vel alijs quibuſuis rebus in medio columnarum extructis, ſed ipſa quidem ædificia non excedant in latitudine pedes ſex, comprehenſis parietibus etiam plateam verſus, in altitudine vero pedes ſeptem. Omnimodo autẽ volumus per quatuor Columnarum ordines relinqui à porticibus ad plateas liberum iter: decorari quoque huiuſmodi tabernacula, ſiuè officinas exterius, ſaltem marmore, vt & Ciuitati ſint decori, & tranſeuntibus voluptati. In reliquis autem Ciuitatis regionibus extructas in mediis Columnis officinas prout Vrbi eſſe vtile, & quatenus, & quomodo exiſtimaueris, extrui ſancimus, omni æqualitate ſeruata, ne quod vni permittitur, cæteris prohibeatur &c.

Et hoc quidem conſtituimus, vt ne Calumniantium dolis, & machinationibus, æquis, & bonis viris periculum ſtruatur. Multi enim ædificaturis lites, non ex iniuria aliqua accepta, ſed per inuidiam ſubtrahentes intermiſſionum illis cauſam præbent, vt eum, qui iam cæperat ædificare, prohibitum, & opus imperfectum relinquere coactum, & in ius tractum pecuniam ad ædificationem repoſitam, litigando conſumere cogant & (quod omnium incommodiſſimum eſt) poſtquam victricem ſententiam retulit, adhuc quaſi indiſſolubilibus vinculis obligari cõtingit, dũ appellationis prætextu fatales dies expectare cogitur, & ex hac fruſtratione, & ædificationis interumptione, voluptatem capit eius aduerſarius. Adiicimus itaque in eiuſmodi caſibus, vt ſi appellatio ab his, quæ ab arbitro definita ſunt, interceſſerit ſimul, atque miſſa fuerit ad Iudicem relatio, vel forma ſcriptis redacta, licere victori, & victo, non obſeruato legitimo appellationis introducendæ tempore vnà cum aduerſario, vel ſoli, ad ſuæ magnificentiæ Tribunal accedere, etiam aduerſario ex more vocato, ſi abſit terminum rei controuerſæ facere, vt omni mora abſciſſa legitimus liti finis imponatur, ne hyeme; ſi ità acciderit præſente, vel imminente, dum longos appellationum dies ſtatos expectare cogitur, is qui iniuſtè ab incepto ædificio prohibitus eſt, damna intolerabilia ſuſtineat. Quod autem eſt proximum, ſi etiam quis in huiuſmodi controuerſijs appellare voluerit, conquerens de magnitudinis ſuę ſententia, illico eam, quam dicunt conſultationem, fieri iubemus, & dari tam victo, quam victori, vt de more ſententiam ipſam accuratius expendant in ſacro noſtro Palatio, omni mora ceſſante. Nouerint autem quicunque ædificantes impedire præſumpſerint, quod ſi victi fuerint, & omne quodcumq; contigerit dãnũ reſarcient, & materiæ pretia, quam probabile erit corruptam, aut deterioratam eſſe inter litiũ

moras

moras rependent. Quod autem ad eos, qui iniustè ædificare tentauerint, attinet, & hi si victi fuerint, damna ei, qui ædificium prohibuerit, & causæ ideo adesse coactus fuerit, refundent. Omnem autem huiusmodi controuersiam in solo magnitudinis tuæ iudicio decidi præcipimus, & neque vlli cuiquam illustrium Magistratuum audire huiusmodi causas, neque ex hac causa litigantes, militiæ, vel Fori præscriptione ad detractandum iudicium, vel sumptuum, & damnorũ, quæ sententia Gloriosissimi Præfecti Vrbis, aut ab ipso dati cognitoris continebuntur, solutionẽ detrectandã permittimus, sed exactioni eos subiici volumus, qui ex decreto magnificentię tuæ victi fuerint, nemine ad hoc fori præscriptione vtente.

Prouideat autem magnificentia tua, ne quis redemptorum, aut fabrorum, aut artificum opus à se inchoatum relinquat imperfectum, sed vt accepta mercede opus, quod incæpit, perficere cogatur: vel omne damnum, quod inde ædificare volens acceperit, & quidquid omnino dispendij sensit ex eo, quod opus perfectum non fuerit, farciat. Si autem penuria laboret, qui ità deliquerit, fustibus cęsus Ciuitate eijciatur. Nullus autem id perficere prohibeatur, quod ab altero cæptum opus fuerit: quod præsumi cognouimus à quibusdam artificibus, vel redemptoribus, nec ijs, qui ipsi cæperint, finem imponentibus: nec alios id perficere sinentibus, atque inde damnum intolerabile inferentibus ijs, qui domos suas fabricare cupiũt. Qui itaque hoc solo recusat opus perficere, quod ab alio antea inchoatum sit, is eamdem pœnam excipiat, quam is excæpit, qui opus reliquit.

7 Antonius Contius Iuris studiosis. Quid in hac lege restituenda, vel in Latinum sermonem transferenda præstiterimus, experiemini, si hanc nostram operam cum editione Portana, & Serimgeriana contuleritis. nam in vtraque sequens Constitutio erat acephala, & in altera ità corrupta, & translata, vt magna ex parte aieret quæ hæc negat, negaret quæ hæc affirmat. En quanta in legibus, vel edendis, vel transferendis cautio. Vtraque etiam editio prima illius Constitutionis verba in scriptionem ipsius transtulit: Altera sic Ἀδιαστρίπτως ἐπάρχου πόλεως καὶ ἡμῶν ὑπηκόων, ἀπολάμπτου. Altera vero sic. Ἀδιαστρίπτως ἐπάρχου πόλεως καὶ ἡμῶν ὑπηκόων ἀπολαμπτου τὸν παρόντα. qui error et contrarius, est qui ante Haloandrum obtinuerat in principio Constitutionis de Iustinianeo Codice confirmando: vt illa verba inscriptionis. Expræfecto huius Almæ Vrbis in textu ipsius Constitutionis irreperent, hoc modo: Ex præcepto huius Almę Vrbis &c. Quis autem vnquam appellari audijt Præfectum Vrbis, Præfectum Iudiciorum, aut iudiciorum pacis? Itaque quamuis sola coniectura adiutus sim, in huius legis principio restituendo: omnibus tamen vobis probatum iri iudicium meum spero. Est autem elegantissima lex, & ad multos iuris articulos controuersos, si quę alia apprimè est vtilis.

RR.PP.DD. Pirouano, & Buratto Romanæ Altius non tollendi Luna 3. Decembris 1618.

8 In progressu fabricæ Palatij Seminarij Romani aliæ ædes cæptæ sunt eluari è regione illius in parte Aquilonari, quę cum alterius, quàm nunc Seminarium est, tolli dubitaretur tàm inspectio initio earundem ædium, quam Architectorum vociferatione, & delineatione, inde per Rectorem obtentum fuit ab Illustrissimo Vicario Vrbis inhiberi ædificanti, ne vlterius progrederetur ratione imminẽtis præiudicij prospectus scilicet, & Aquilonarium ventorum exclusionis, & cum placuerit eidem Vicario Rotam consulere; An Demofonti Ferrino ędificanti liceat ædes altiùs tollere, & dubij resolutio penderet à duplici inspectione, ex tacto nempè, an per eleuationem impediretur ventus Aquilonaris, & locus Seminarij remaneret sub periculo infectionis, & ex iure, an competant remedia prohibitoria; Visum est in primis firmandum esse.

Seminarium gaudere priuilegio loci publici, reseruando cum hoc præsuppositio de reliquis videre in particulari disputatione &c.

9 Fundamentum Decisionis fuit, quia ne dum loca iuris, & vsus publica, prout Domus Prætoria, & scholæ Ciuitatis gaudent priuilegijs à iure indultis, sed etiam aliæ domus priuatorum, Professoris nempè, & Aduocati, ac Scholaris, quando eadem ratio publicæ vtilitatis considerari potest secundum veriorem opinionem, de qua omnes *in l. 1. ff. solut. matr. Alex. nu. 51. Alciat. 54. Sot. Iun. 276. Rip. 130 & seqq. glos. fin. in l. vnic. C. de stud. lib. Vrb. Roma Menoch. de arbitr. casu 237. Rebuff. de priuileg. schol. priuil. 3.* & alios refert. *Honded. conf. 81. num. 8. lib. 1.* quamuis suo in casu contrarium senserit, & *Anton. de Padilla in l. altius num. 18 C. de seruit.* qui omnes inierunt ad multa priuilegia ob concursum eiusdem rationis, vtilitatis publicæ, & necessitatis.

10 Hęc autem publica vtilitas ad effectum cõprehensionis priuilegij benè cõsideratur in hac ipsa domo Seminarij, quia in ea Adolescẽtes ex totius Orbis partibus confluentes nobilitate, diuitijs, & titulis insignes studiorũ causa aluntur, quæ fauorabilis est, & cõtinet in se publicã vtilitatẽ, dũ ipsi Adolescẽtes sperãtur Reipub. Administratores, & Magistratus, vt dicitur in Prœmio *Inst. §. fi. & in auth. habita C. ne fil. pro patr.* & in Magi-
11 stratibus causa studiorũ cadit, cũ imperiti, & illiterati Magistratus obtinere non possint *§. 1. authen. de Iudic. Menoch. de arbitr. eodem casu 237.*
12 *num 13.* Et sicuti causa dotis continet in se publicam vtilitatem, vt affirmant *Bart. in dicta l. 1. num. 25. & Castren. num 2.* ita & causa studiorum, ex quo inter se solent æquiparari *Ias. in dicta l. 1. num. 3. ff. solut. matr. Menoch. eodem casu*
13 *237. num. 37.*

14 Rursus publica vtilitas probatur, quia Seminarium Clericorum est, & ex *Decreto Sacr. Cons. Trident. sess. 23. cap. 18. de reform.* fauore Ecclesię erectum, vt inde boni Sacerdotes, & Religiosi pro Dei seruitio, & cultu pro Ecclesiastica disciplina conseruanda haberi possint, quod per se includit publicam vtilitatem *l. prima §. ius publicum ff. de iust. & iur. cap. ius publicum distinct. 1. glos. in cap. quid ergo in verb. In Republic. 23. quæst. 4. Felin. in cap nonnulli num. 16. de rescript. Rip. in l. prima num. 131. ff. solut. matrim.*

15 Prędictis accedit, quia concurrunt ferè omnia, quæ loco publico conuenire possunt, nempe ius & auctoritas Superioris ex Decreto Sacri Concilij in erigendo, ad quam hoc pertinet, non autem

ad

16 ad priuatum, cui legibus interdictum eſt loca publica inchoare *l. nemo Iudicum* C. *de oper. pub. l. opus cum gloſ. penult. ff. de eodem titulo* ſecun-
17 do, quia huiuſmodi ędes emptæ ſunt, & meliorate de pecunia Camerę Apoſtolicę, vt notorium eſt, & probant Teſtes dati in ſummarijs, ſumptus
18 autem de publico nomen priuati operis totaliter excludit *l. qui liberalitate l. opus ibi, Inſcribi autē ff. de oper. publ.* Concurrit & perpetua loci deſti-
19 natio, quæ ad publicum conſtituendum requiritur *l. prætoria Iudicum* C. *de oper. pub.* dum in conciliari Decreto dicitur, ita ut hoc Collegium Dei Miniſtrorum perpetuum ſeminarium ſit.

20 Neque dubitari poteſt, quin huiuſmodi ędes erigantur in executionem Sac. Conc. Trid. quia nomen Seminarij, quo hodie nuncupatur, hoc ipſum indicat, & demonſtrat *l. Labeo ff. de ſupell. leg. l. ad recognoſcen.* C. *de ingenu. manumiſſ. Menoch. præſumpt. 64. num. 1. lib. 3.* Et Clerici inhabitantes hoc probant, dum alimentantur, & inſtruuntur præceptores, ac miniſtros particulares habent ad eiuſdem Concilij præſcriptum, quæ omnia ſūt fructus erecti Seminarij, per quos vera poſſeſsio executionis actus ꝓbatur *Caſ. de Graf. dec. 10. de cauſ poſſ. & propriet. & dec. 21. de prob.*

Non obſtat, quod in huiuſmodi ædibus alatur minor numerus Clericorum & maior ſit Conuictorum quantitas, pro quibus neq; Decret. Concilij loquitur, neque ipſi ad Eccleſiaſticam diſciplinam ſubordinantur, neque vrgētur neceſſitate habitandi, ita vt amplitudini ædificij publica vtilitas de paucis Clericis non reſpondeatur.

21 Quſa pro Conuictoribus concurrit nedum causa ſtudiorum, quæ publica eſt, vt ſupra dictū fuit, ſed vlterius, & ſi numerus ſimul viuentium ſit maior, non tamen reſtringitur, aut diſtinguitur Priuilegium Clericorū Seminarij, ſed ipſi Conuictores de commodo, & vtilitate tamquam ſocij habitationis participant, quamuis in priuilegio non ſint comprehenſi *glo. in l. fin. C. de muner. & honor. non contin. lib. 10.* quam ſequuntur *Iaſ. in l. 1. nu. 2. de it. anſ. Marſ. ſing. 180. Bald. in addit. ad ſpecul. in tit. de Magiſtr. in fin.* vbi dicit Nota quod frater Doctoris gaudet priuilegiis eorum, & de fratre habitante cum fratre immuni ab oneribus; quod eadem immunitate gaudeat, late concludendo probauit *Natt. conſ. 1. n. 10. & conſ. 65. nu. 2. vol. 1.* qui ſequitur *Bal. in d. addit. ad ſpeculat.* Et ita &c.

R. P. D.

BVRATTO

Romana altius non tollendi.

Lunæ 30. *Maij* 1622.

22 PRopoſito ſub die 3. Decembris 1618. coram R. P. D. meo Pirouano præſente dubio, An liceret Ferrino altius tollere eius Palatium iuxta ędes Seminarij ędificatum, fuit tunc firmatum Seminarium gaudere priuilegio loci publici, & proſequendo diſputationem coram me, Seminarium prætendebat elationem d. Palatij impedire ratione damni diætis ædibus imminentis.

Primo propter excluſionem ventorum Aquilonarium, ob quam aſſerebat dictas ædes reddi inſalubres, & ſic obſtare interdictum, ne quid
23 in loco publico, quod habet locum, etiamſi quid fiat in priuato, quod noceat publico *l. 2. § idem labeo, & §. idem ait, vbi Bart. & §. ſi quis domum, & §. ſi quis in ſuo, vbi idem Bart. ff. ne quid in loc. publ.* & adducebantur exempla de expellēdo fabro malleante penes ſcholas, & non officiendo illarum luminibus, & alia de quibus per *Doctor. in l. 1. ff. ſol. matr.* & latè pro informan. pro Seminario, & obſtare etiam diſpoſitionem *l. fin. §. fin. C. de ſeruit. & aqu.* inducentis ipſo iure ſeruitu-
24 tem altius non tollendi, ne venti excludantur in damnū publicæ vtilitatis, iuxta intellectū *Vgon. quem poſt gloſ. ſequitur ibi* Cyn. *in fin. Alber. e.* atteſtans ſecundum eos pluries obtinuiſſe de facto *Butrig. Bart. Bald. Salic. qui de comm. Ang. & Caſtr. idem Ang. in l. Imperatores, ff. de ſeru. urban. prad. cum alijs alleg.*

Deducebatur damnum ex proſpectu intus dd. ędes per feneſtras d. Palatij ex infra allegandis.

Sed DD. (pro maiori tamen parte) in hac tertia propoſitione reſoluerunt eidem Ferrino licere dictum palatium altius tollere, cum moderamine tamen quoad feneſtras, & lumina, de quo infra.

Moti ſunt autē, quia Ferrinus, qui eſt reus vltra vulgatiſsimas regulas, quod Actore non-
25 proban. &c. & quod quisq. in re propria eſt moderator, & arbiter, de qua in ſpecie *gloſſ. in l. per Prouincias in verbo Dominij* C. *de ædific. priuat. habet pro ſe in hac materia reg. l. altius* C. *de ſeruit. & aqu. ibi not. per gloſſ. & Doct. Capoll. de ſeruit. Vrban. prad. cap 27. num. 4. latè Honded. conſ. 81. lib. 1. & fuit dictum in Tiburtina Calcararum 14. Martij 1614. coram me.*

26 Præſertim cum d. Palatium ſit valde nobile, & inſigne, publicèq; interſit Ciuitati ſimilibus ædificiis ornari *l. Prætor ait 20 §. hoc interdictum prohibitorium ff. de non. oper. nunc. l. 2. C. de ædific. priuat. & ibi gloſ. in ver. aſpectus Salyc. in ſum. & 1. not. Surd. deciſ. 168. n. 9. Sim. de Prat. conſ. 73. n. 22.* qua ratione per ſummos Pontifices, & præſertim per ſel. record. Gregoriū XIII. multa fuerunt indulta priuilegia, de quibus in Bulla iuris congrui quotidie practicata, cumque
27 dicta elatio non fiat ad æmulationem, quod non prætenditur, nec preſumitur *gloſ. in l. fluminum, §. fin. ver. non teneri, ff. de damn. dat.* quam ibi omnes ſequi, & eſſe communem opinionem *Padill. in dicta l. altius n. 22. verſ. Sed in dubio.*

Nec obſtare viſum fuit damnum ex dicta elatione prætenſum.

Nam primo, quoad impedimentum ventorum Aquilonarium, & aeris inſalubritatem, quamuis admiſſæ fuerint concluſiones iuris ſuper hoc firmatæ, & per informantes pro Seminario latè comprobatæ, Domini cenſuerunt factum in preſenti non verificari.

In primis enim circa excluſionem dictorum ventorum, quamuis conſiderato præſertim ſtatu, poſtquam erit perfecta fabrica Seminarii iuxta plantam ex ordine Rotæ inter partes firmatā, qui ſtatus attēdi debet, quia cū Seminariū pre-
28 uenerit in cōſtructione ſui ędificii habeat eſt, ac ſi

ædificium perfectum esset *l.2.§.idem labeo verſ. deinde ait. Prator ff. ne quid.in loc. publ.Bart. in l.quominus num.10. ff. de flumin. & ibi Iaſon. num.54.Bald.in l.item lapilli num.10.ff. de ver. diuiſ.* Admiſſa etiam excluſione ventorum ædes Seminarij per lineam rectam, quæ ſatis clarè patere videbatur vltrà ocularem loci inſpectionem ex dicta planta, & relationibus Peritorũ, & depoſitionibus Teſtiũ, tam Seminarij videlicet ſecũdi iuxta 16.additionale,& ſuper 18 &19. & quinti Teſtis ſuper 2.3. 17. & ſexti ſuper 3. & 17. quam etiam ipſius Ferrini, nimirum ſecundi iuxta .7. & quarti iuxta 19.atque etiam ex alijs infra dicendis, qui dum deponunt de ingreſſu dictorum ventorum per reunionem,videntur neceſſario ſupponere eorũdem præcedentem refractionem ad obſtaculum Palatij Ferrini.

Nihilominus dicebatur id non ſufficere Seminario Actori, ſed probandum eſſe, quod non adſint alij modi, nec alię viæ ingreſſus venti Aquilonaris ad hoc vt probatio per neceſſe concludat 29 iuxta *vulg.reg.& iuxta terminos d.l.fin.* quæ requirit, quod ventus prorſus, & vndique excludatur, itaut locus penitus inutilis efficiatur,vt in *text.* ibi ſi inutilẽfaciat aceſ.& tradũt ibid. *Alber. in fin.Cyn.Bar.*Bal *Aug.Salic.& Pallid.in ſum. Imol.in l.ſi priuſquam num.9. verſ.2.vbi Alex. n.34.verſ.2.ff.de nou oper.nunt. Veron. de ſeruit. d.c.27 n.4.verſ.1.Iaſ.in l. ex hoc iure num.14.ff. de Iuſt.& Iur.Paſtib.conſ.130.num.13.ſub verſ. ad 4. ibi 3.ſolutio Honded. d.conſ.81.nu.& 31.* quod nõ ſolũ pro eodem Seminario 29.30.& 31. probatũ non fuit,ſed pro parte Ferrini probatur ingreſſus ventorum per alios tres modos, ſcilicet primo per reunionem, ſecundo per deſcenſum, tertio à lateribus, vt in eius ſummario numero 1. & 2.

De ingreſſu enim per reunionem deponunt ex Teſtibus ipſius primus iuxta primum, & 22. & ſuper 9.& 10. & ſuper 19. & ſuper 3. vbi quod ſufficit ad hoc minor diſtantia, quam duplicata, & 3. iuxta 11.19.& 11. & ſuper 1.& 10.qui melius concludere viſi ſunt, quàm Teſtes Seminarij, quorum 4.& iuxta 18 ſe remittit ad Mathematicos 5.& 8. iuxta idem, dicunt non poſſe dari certam regulam, nec quid certum determinari circa quantitatem diſtantiæ ad effectum huiuſmodi reunionis.

Per deſcenſum vero deponunt ex prędictis teſtibus Ferrini idem primus iuxta 11. vbi dat exẽpla de Curtile Farneſiano, & Cancellariæ Apoſtolicę, & reddit rationem, quia motus ventorum eſt diametralis, non horizontalis, itavt ab eius principio propè mediã aeris regionem paulatim obliquè deſcendat, & quod hoc præcipuè procedit in ventis, ſeptentrionalibus, qui ideo 30 à Peripatericis Apogei vocantur, & 3. iuxta 16. & ſuper 1.& 7. & iuxta 8. & 8. iuxta 11.& concordant etiam duo Teſtes nuper pro parte Seminarij examinati, nempe 1. iuxta 11. in fine dicens *Et il corſo del vento tengo, che ſia diametrale, & non orizontale,* & iuxta 26.& 2.iux.idem ibi,*ſe il corſo del vento ſia diametrale,ouero orizontale, la mia opinione è, che ſia miſto.*

De ingreſſu autem ventorum à lateribus, nempè per Viculos venientes à Monte Citorio, & per Vicum Orphanorum, deponunt ex eiſdem teſtibus Ferrini 2. *iuxta* 17. *& ſuper* 1. 3. *ſuper* 1.*& 6.iuxta* 17. *& ſuper* 2. *&* 7. *iuxta* 8. *&* 9. *iuxta* 17.

Secundum verò caput Seminarij actoris probationis, nempe inſalubritatis aeris deficere pariter videbatur, tum ex præmiſſis,quia remanente ingreſſu ventis Aquilonaribus per ſupradictos tres modos aer non redditur inſalubris per huius ædificij elationem, vt patet ex eiſdem teſtibus iuxta 22.*& ſuper 5.& 1 ſum.Ferrin.n.3.* vbi dicunt ventos huiuſmodi reunitos habere eamdem vim eoſdemq; effectus,prout ante refractionem, & impedimentum.

31 Quin etiam 1.2.3.6.& 8. *d.ſum. n.4.* addunt ventos Aquilonares refractos ſalubriores eſſe, quam ſi impetuoſi liberè ingrediantur, quod, & idem ipſum conſtanter affirmant teſtes Seminarii, vt in depoſitionibus eorum,datis in *ſum.& eiuſdem Ferrini d. die 3. Decembris 1618. n. 4.*

32 Tum quia data etiam omnimoda Aquilonarium excluſione,non tamen idem neceſſario infertur inſalubritas,prout expreſſe fatetur.2.teſtis ſeminarii iuxta 31.*d.ſummariolo n.9.* dicens *quando non ſpira la Tramontana ,il Seminario Romano non ſarà neceſſariamente morboſo*, prout id etiã iuxta 37.vna cum 3.teſte iuxta idem affirmat poſſe contingere in aliquibus alijs locis Vrbis à vẽtis Aquilonaribus retruſis, & latius deponunt teſtes Ferrini in eius *ſumm.num.*12.*&* 13.*vbi* 1. *&* 3.7.*&* 8. inducunt ſimile de Carceribus Curiæ Sabellorum Hoſpitalis S.Spiritus Monaſter. puellarum d.Hoſpital. ac aliis Monaſter. in Vrbe intra quæ ventus Tramontanæ ingredi non poteſt, niſi perpendiculariter, & per deſcenſum, & tamẽ in illis ſalubriter viuitur licet cohabitatio ſit anguſtior, & victus inculcior ſeruetur, & fetor,calor,& humiditas maior ibi vigeat,vt docet experientia,quæ ſemper attendi debet,tam quam rerũ magiſtra 33 *vulg.e.quæ ſit de eleſt.in 6.*

Eoque magis, quia per elationem dicti ædificii non impedientur Seminario flatus ventorum Collateralium Aquilonaris .i. Magiſtri,& Græci, vt deponunt ex teſtibus Ferrini 1. 2. 5. & 6. teſtes Seminarii *d. ſumm. dato 3. Octobris num.* 5.

34 Qui venti, vti participantes naturam ipſius Aquilonaris ſunt æque ſalubres, vt dicunt iidem teſtes Ferrini *d.ſum. num.7.*& Seminarii *d.ſum. nu.6.*prout etiam non excludetur liber ingreſſus ventorum Orientalium,& Occidentalium, quẽadmodum deponunt omnes teſtes eiuſdem Ferrini, demptis 7.& 8. *in d.eius ſumm.num.*8. qui

35 pariter venti ſunt valde ſalubres, ſicut plenè referunt 1.3.7.8.& 9.ex teſtibus eiuſdem Ferrini d.

36 *ſumm. num.* 9. & præſertim illi qui Etheſiæ vocantur flantes tempore æſtatis, & ab Occidente æſtiuo, qui ideo nullum impedimentum recipere poſſunt ab obſtaculo ædificii Ferrini etiam ad ſuum faſtigium perducti, vt deponunt ex dictis Teſtibus Ferrini 1 & 6. *ſuper* 13. 3. *iuxta* 12.*& ſuper* 4.*&* 14. *dicto ſummario num.* 5. de quorum ſimiliter ventorum ſalubritate, ac virtute humores exſiccandi, et purgandi plenè deponunt etiam duo teſtes eiuſdem Seminarii vltimo examinati nimirum 1. *iuxta* 35.*&* 37.*&* 2. *iuxta* 19.*&* 35.

Nec

Nec obſtat, quod duo prædicti & Teſtes, præcipuè 2. iuxta 32. affirment Ethefias huiuſmodi eſſe ventos Aquilonares, & flare à Septentrione, proinde eorum ingreſſum per elationem ædificij Ferrini impedimentum remanſurum eſſe quemadmodum ſupra de ventis Aquilonaribus dictum eſt, nam vltra, quod aditus illis pate poſſet p alios modos ſuprapoſitos in hoc maior fides adhibita fuit ſupradictis Teſtibus Ferrini deponentibus dictos ventos non eſſe Septentrionales, ſed Collaterales, & flare à parte circa Occidentem æſtiuum. Tanto magis, quia cõcordãt cum 4. 5. & 8. ex primis Teſtibus ipſius Seminarij iuxta 17. atteſtan. ventos iſtos non eſſe propriè Aquilonares, ſed Laterales, Immo 2. ex dictis duobus pro Seminario vltimo loco examinatis iuxta 30. clarè deponit dictos ventos flare à parte Occidentali, ſubdens *il luogo poi preciſo credo, che ſia il Cantone del Seminario verſo l'Occidente & Rotonda*, Vnde ex iſta teſtium Seminarij contrarietate probatio illius redditur dubia, & conſequenter contra ipſum producentem interpretanda *Butr. in c. cum tu nu. 4. verſ. dicti Teſtes de Teſtibus, & not. in cap. in præſentia de probation. Farinac. de Teſtib. q. 68. §. 1. num. 60.* Cum itaque Seminarij incolumitati proſpectum ſit per ingreſſum tot aliorum ventorum eiuſdem benignitatis, & ſalubritatis, ceſſat diſpoſitio *d. l. fin. C. de ſeruit. & aqua.* ex ſuperius allegatis

Nec obſtant prædicti Teſtes, qui pro parte Seminarij dantur in ſum. num. 6. ad probandum habitationem ipſius ex perfectione ædificij Ferrini reddi inſalubrem, & morboſam, quia loquuntur cum expreſſo ſuppoſito *Quando la Tramontana nõ ſpiri, e non babbia adito nel Seminario* & 1. 3. & 5. *quando non ſpiri l'Eſtate la Tramontana ne l'Ethefie*, quæ conditio non verificatur ex prædictis, & illi non cõcludunt, quod ædificiũ perfectũ tollat ventũ, cum primus ſolum dicat *che darà impedimento*, quæ indefinita in Teſte non æquipollet vniuerſali, vt poſt alios *Surd. conſ. 263. num. 10. in fin. & 11. Seraph. deciſ. 893. num. 22. cum alleg. in Perufina bonorum 29. O Sobris prateriti coram me*; alij verò de parte tantum, & DD. placuit magis ſtare Teſtibus Ferrini tanquam veriſimiliora deponentibus propter ſupra relata exempla data in Vrbe, Hoſpitalis *S. Spiritus*, Palatij Farneſiani, Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæ Sabellorum, & alia, *Gabr. de Teſtib. concl. 4. num. 13. cũ relat. per Farin. de Teſtib. q. 65. à n. 127. cum pluribus ſeqq.* maxime quia etiam ipſi ſunt inſignes, ac primarij Vrbis phyſici, & mathematici, prout etiam plenè referunt alij Teſtes ſuper eorum legalitate pro eodem Ferrino, vt in eius ſumm. nu. 14. quibus propterea fides adhibenda eſt *Aucba. in c. propoſuiſti num. 3 in 2. not. de probat. poſt Butr. num. 5. Abb. num. 4. Aret. nu. 6. & Dec. nu. 34. Crot. conſ. 153. num. 8. & num. 17. & 18.* & præſertim tanquam pro reo deponen. quibus data paritate magis ſtandum eſt, quam deponentibus pro Actore *gloſ. in cap. in noſtra verbo adverſa, & verbo præferenda de Teſtibus Gabr. d. concl. 4. nu. 44 latè Farinac. d. quæſt. 65. nu. 152.* immo etiam ſi eſſent pauciores, cum veriſimiliora, vt ſupra, deponant *l. ob carmen §. fin. & ibi not. Florian. in ſumm. ff. de Teſtibus Gabr. de Teſtibus, dicta concluſ. 5. num. 55. cum alijs per Farinac. dicta quæſt. 65. nu. 130.* & tanto magis quia ex prædictis patet in multis etiam cum eis concordare teſtes eiuſdem Seminarij, qui fortius contra ipſum probant *Soc. tun. conſ. 69. num. 11. lib. 1. Gabr. de Teſtib. concluſ. 1. num. 9. Caſar de Graſſ. dec. 7. n. 2. de probat. præb. Rot deciſ. 109. n. 3. par. 2. recent. cũ relat. per Farinac. d. q. 62. num. 11. cum pluribus ſeqq.* Ferrino autem tamquam reo ſufficit probationem inuicem conquaſſari *Rot. deciſ. 238. num. 24. par. 1. diuerſ.*

Nec ſubſiſtit, quod quando ædificium erit perfectum, omnino impedietur ingreſſus Tramontanæ, cum multę viæ ingreſſus remaneant vt ſupra comprobatum eſt, & vnus ex DD. addebat, quod Seminarium abundantius etiam prouidere poterit in parte conſtruenda, relinquendo vacua, & lodias, per quas commodius venti huiuſmodi ingredi poſſint, & quoties publicæ vtilitati poteſt aliter prouideri, iuri alterius non derogatur, *Honded. conſ 81. num 31.*

Quæ autem pro parte eiuſdem Seminarii dicebantur de alliſione ventorum Auſtralium ad dictum ædificium Ferrini, ac eorum reflexione & reſtagnatione in ædibus Seminarij, vnde notabile æris detrimentũ timebatur; viſa fuerunt plenè nã tolli per Teſtes eiuſdem Ferrini d. ſum. nu. 10. qui optimè per Mathematicas, & naturales rationes oſtẽdunt talem reflexionẽ, & reſtagnationẽ in ædibus Seminarij contingere non poſſe, & maximè propter obliquitatẽ faciei dicti edificij.

Ceſſante itaq; damno Seminarij, & ſtante vtilitate Ferrini fabricam incæptam perficere volentis firma pro ipſo remanet regula *dicta l. altius cum alijs ſupra allegatis.*

Quo vero ad proſpectum non placuit DD. ex hac cauſa impedire elationem dicti ædificij, ſed omnes conuenerunt, quod Ferrinus faciat, & aptet feneſtras verſus Seminariũ ad recipiendum tantũ lumẽ, non autem ad proſpectũ, quia, ſi cuti non licet eleuare ædificiũ, ſeu aperire feneſtras reſpicientes in Monaſteria Monialium etiã citra emulationẽ latè *Biro. conſ. 135. n. 9. & 10. & ſeqq. volum. 3. Padill. in dicta l. altius nu. 9.* qui dicit eſſe cõmunem cũ relatis per *Mar. Mut. deciſ. Sicil. 8. num. 6.* vbi quod eſt veriſſimum, & ſatis clarum, *& in conſuet. Panorm. cap. 29. num. 31. & 32.* Ità nec etiam ſi reſpiciant in Collegium Seminarij *ex decreto Sacri Concilij Tridentini erecti & ordinati*, pro communi bono Reipublicæ Chriſtianæ ad inſtituendum, & dirigendum vitam, & mores Adoleſcentum, & præſertim in Eccleſiaſticis diſciplinis, vt de ſimilibus Clericis depoſuit *IV. Concil. Toletanum relatum in c. omnit atas 12. q. 1.* à quo deſumptum eſt Concil. Tridentinum.

Nec applicatur, quod vicinus poſſit ædificare, ſeu ædificium extollere cum feneſtris reſpicientibus in domum, ſeu Curiam vicini iuxta *d. l. altius* cũ ſua materia. Tum ex prædictis, tum etiam, quia *d. l. altius* & ſimiles non procedunt in præiudiciũ loci pubilci, quale eſt Seminarium, vt fuit firmatum *d. die 3. Decembris 1618.* & facit *l. opus ff. de opere pub. & not. in cap. Piſanis de reſt. ſpol.* Et ita fuit reſolutum vtraque parte informan.

R. P. D.

PIROVANO

Romana Tramontanæ

Mercurij 7. Iunij 1623.

46 REcessum fuit in secunda parte Decisionis in hac causa factæ sub die 30. Maij 1623. cum voto maioris partis Dominorum.

47 Regula enim est pro libertate ædificare volenti, vt vnicuique licitum sit in suo ædificare, & murum vsque ad Cælum eleuare, & in eo fenestras habere, quamuis ex hoc vicino damnum inferatur *l. altius C. de seruit. & aqua l. est eo ff. de seruit. Vrba. prædior. Bald. in eadem l. altius Capoll. de seruit. Vrban. præs. c. 62. in princ. Beroi. conf. 135. num. 2. volum. 3. Honded. conf. 81. num. 17. vol. 1.*

48 Neque prædicti Doct. & signanter *Bald. in d. l. altius* distinguunt, si prospectus tendat ad locum vbi puellæ, vel Religiosi Monachi habitent, vel alibi; sed expressè admittunt in prædictis casibus etiam posse ædificium eleuari, dum tamen ad vtilitatem propriam, non autem ad emulationem, & inhonestam considerationem id faciant, cum

49 in dubio ad æmulationem quid factum non præsumatur, sed potius quæ velle vti iure suo; *glos. in Aflauimum §. ult. vbi Bart. ff. de damn. infect. Capoll. eodem cap. 62. num. 2. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 156. num. 8.* Seminarium, quod illam allegat, probare tenetur fundamentum æmulationis *Andr. Gail.* post alios *præct. observat. lib. 2. obser. 69. in fin.* quod adhuc visum fuit non probari.

Non obstat ratio deducta ex *cap. 1. de statu regul. in 6.* per quem Textum *Beroi. d. conf. 135. num. 9. & 10. volum. 3. Padill. in l. altius num. 9. de seruit. & aqua. Marc. Mut. decis. sing. 8. nu. 6.* dicunt æmulationem probari eo ipso, quod ad inhonestatem, & irrecundiam tendat prospe-

50 ctus, & ideo per illam rationem prohibitum esse ædificare, quando in Monasterium Monialium prospicitur.

Quia quicquid sit apud Moniales, quo in casu omnes conueniunt præter *Capoll.* quem tamen *Beroi. allato conf. 135. n. 10.* reprehendit ex eo, quod non viderit *text. in d. cap. 1. de stat. reg.*

51 *in 6.* quoad alios verò religiosos, vel mulieres sæculares regulam *d. l. altius* tuentur, & confirmant *Bald. in d. l. Padill. num. 19.* & alij supra allegati.

Neq; argumentum ab identitate rationis, quo vtitur decisio, visa fuit cõcludẽs, vt scilicet quẽad modum quoad Monasteria Monialium hoc admittitur idem ratione honestatis dicendum sit, ne laici prospiciant in ædibus Seminarij, in quo alũtur Adolescentes pro communi bono Reipublicæ Christianæ:

Quia eadem ratio, quæ militat in Monialibus ex *d. c. 1. de stat reg. in 6.* nõ concurrit in alijs Monachis, & Religiosis Masculis, & ideo non licebat ex diuersis argumentum sumere, nam videre Religiosos Masculos non est in iure prohibitum, vt

4 dicunt *Petrus, & Cynus in d. l. altius*, & admit-

52 tit idem *Beroi. d. conf. 135. num. 9.* secus verò Moniales, quæ ab humanis aspectibus separatæ sunt, & conseruari debent, vt liberius Deo inseruire possint, vnde tanto minus extensio debet habere locum in Seminario Adolescentum non professum, & qui quotidie vagantur per Vrbem. Etsi replicet iam fuisse decisum Seminarium esse locum publicum, patet responsio, quod propterea non sequitur, vt qui habitant prope dictũ locum non possint in suo ædificio facere fenestras etiam ad prospectum, cum in hoc locus publicus non reperiatur specialiter priuilegiatus.

Et ita fuit resolutum &c.

Verum controuersia, ac liti, propter quam decisiones prædictæ emanauerant, finem imposuit prudenti, ac salubri decreto suo Sanctiss. D. N. Vrbanus Papa VIII. quo & Demophont. ædificare permissum, & alteri parti, etiam quantum licuit, satisfactum fuit.

De itinere, actuque priuatis, nec non & via publica

Cap. CV.

NVllus ædificet, construat, aut quicquã aliud quoquo modo faciat, aut apponat in aliqua via publica, vel communi, seu vicinali; aut in ponte publico, vel priuato, *b* per quod vsus ipsius loci impediatur: Et qui contrafecerit, viam, & locum ipsum suis sumptibus liberare, & *c* in pristinum restituere teneatur, & pœnæ nomine *d* fisco aureos quinquaginta persoluat; *e* Viæ autem vicinales in rusticis prædiis debeant esse palmorum decem *f* ad mensuram Senatus, nisi aliud sit expressum.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Statutum Vrbis de itinere, actuque priuatis, pertinet potius ad interdicta, ne locis, & itineribus publicis, & ne quid in loco publico fiat, & conuenit dispositione iuris communis & n. 6.*

2 *Actus, via, iter, quid sint.*

3 *Via publica est, cuius solum est publicum.*

4 *Via quotuplex sit.*

5 *Viæ publicæ sunt de regalibus Principis.*

7 *Interdictum, ne quid in loco publico, non pertinet ad ea loca, quæ sunt in patrimonio fisci.*

8 *Res fiscales quasi propriæ, & priuatæ Principis sunt.*

9 *Causa de interdicto, ne quid in loco pub. est criminalis.*

10 *Viæ vicinales non debent restringi, vel impediri.*

ANNOTATIONES.

1 Dem habetur titulus *lib.* 43. *Digest. tit.* 18. & hic idem titulus eodē *lib. tit.* 10. Verum dispositio statuti nostri potius pertinet ad interdicta ne loco, & itineribus publicis, & ne quid in loco publico, vel itinere fiat, de quibus *lib.* 43. *Digest. tit.* 7. & 8. cum ius nostrum municipale intendat prohibere ne quid fiat in via publica, vel communi, seù vicinali, aut in ponte publico, vel priuato, per quod vsus ipsius loci impediatur, cui quidem rei ius commune locis citatis benè prospexit, ideo perlegenda sunt auctorum iurisconsultorū responsa sub prædictis titulis; porro quid sit iter, actus, via, & eiusmodi aliæ seruitutes rusticorum prædiorū strictim definit, & explicat *Vlpian. in l.* 1. *ff. de seruit. rust. prad.* sub his verbis. Iter est ius eundi, ambulādi hominis, non etiam iumentū agendi, vel vehiculum; actus est ius agendi, vel iumentū, vel vehiculum; via est ius eundi, & agendi, & ambulandi, nam iter, & actum in se via continet; omnia vero, & singula vocabula huiusce materiæ, eorumque significata & sensus, eleganter & doctè dilucidant. *Mynsing. & Oinotom. cod. tit. instit. de ser. rust. in princ* quorum cōmentaria si legātur, nihil erit quo ad ea ab aliis petendum. Quæ vero dicatur via publica dic amplius cum I. C. *in l.* 2. *§. si quis nemine prohibente ff. ne quid in loco publ. eā diei*, cuius etiam solum publicum est, & proinde 4 viarum quasdam esse publicas, quasdam priuatas, quasdam vicinales, quæ quidē singulæ quales sint subijcit etiā I. C. ibidem, plenius autē prosequitur *Cæpol. de seruit. rust. de prad. de seruit. via c.* 3. *n.* 16. *cū seqq. Alc. in l. quantū* 137. *n.* 4. *ff. de ver. sig. & præterm. lib.* 2. *tit. ne quid in locis pub.* Et 5 vias publicas esse de Regalibus Principis probat *text. qua sint regal. in vsib. feud. in prin. & not* ibidem *Bal. & Andr. de Isern. n.* 3. *Alc. in d. l. quantum*, demum de diligentia Romani Senatus priscis temporibus in faciendis, sarciendisque vijs tam intra, quàm extra Vrbem vide *Ioan. Rosin. antiquit. Roman. lib.* 7. *cap.* 29. *& Alex. ab Alex. genial. dier. lib.* 3. *cap.* 13.

6 B Per quod vsus ipsius loci impediatur) planè conuenit hoc statutum dispositioni iuris communis *l.* 2. *in princ. ff. ne quid in loco publico*, vbi hæc verba legūtur hoc interdictū prohibitorium est, & tam publicis vtilitatibus, quam priuatis per hoc prospicitur, loca enim publica vtique priuatorum vsibus deseruiunt, iure scilicet Ciuitatis, non quasi propria cuiusque, & tantum iuris habemus ad obtinendum, quantum quilibet ex populo ad prohibendum habet, propter quod si fortè in publico fiet opus, quod ad priuati damnum redundet, prohibitorio interdicto potest conueniri, propter quam rē hoc interdictum propositum est; verba prælata *Vlp. ex d. l.* 2. hic repetenda censuimus, vti sententiosa, & dispositioni, ac sensui nostrorum statuentium apprimè accommodata.

C In pristinum restituere teneatur) ità etiam decretum est *d. l.* 2. *§. idem Labeo vers. Prætor ait, & ibi glos. verbo Non is tenetur.*

7 D Fisco aureos quinquaginta persoluat) non ideò tamen pertinet interdictum, ne quid in loco publ. vel itin. fi. de quo pariter in hoc nostro statuto, ad ea loca, quæ sunt in Fisci patrimonio; in his enim neque facere quicquam, neque prohibere priuatus potest, res enim Fiscalis quasi propriæ, & priuatę Principis sunt ità *Vlp. in d. l.* 2. *in princ. §. hoc interdictum.*

9 Proinde hęc pœna, quæ Fisco scilicet applicatur, demonstrat causam esse criminalem iuxta cō munem Doct. sententiam, de qua copiosè *Farin. q.* 100. *num.* 10.

E Viæ autem vicinales) de his expressè cauetur infra *lib.* 3. *in fin.* sub formula bannimentorū Magistrorum 10 Iustitiarum, vt vocant *num.* 40. & 50. quod nimirum eæ non debeant impediri, vel restringi, sed conseruari in suo statu, vbi verò contrauentum foret, restitui debeant in pristinum statum.

F Ad mensuram Senatus) quę quidem marmore impressa apparet in atrio Palatij Conseruatorū, quo nomine appellatur Magistratus Inclyti S.P.Q.R.

De stillicidio, seu canali.

Cap. CVI.

NVlli liceat habere stillicidium, *b* siue canale, per quod collectæ pluuiales aquæ prope ianuam alicuius cadant, *c* nisi constet eā impositam fuisse seruitutem à vero domino.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Stillicidium dicitur, quasi stillarum cadium.*

2 *Dictio, Seu, potest stare declaratiuè: & ampliatiuè, n.* 3.

4 *Seruitus stillicidij est duplex, affirmatiua, & negatiua.*

5 *Solum vicini, regulariter, debet esse liberum vsque ad cælum.*

6 *Stillicidium porrigi potest secundum seruitutem impositam, & non vltra.*

7 *Seruitus pluribus modis imponitur.*

8 *Seruitutum venditionis forma, remissiuè.*

9 *Res quælibet præsumitur libera, non autem obnoxia seruituti.*

10 *Seruitus regulariter non habet causam naturalem, sed aut impositam, aut præscriptam.*

11 *Seruitutem allegans, eam probare debet.*

ANNOTATIONES.

1 A Stillicidium dicitur quasi stillarum cadium, quòd guttatim cadat vbi è tectis guttę fluunt ità *Mynsing. in §. prædiorum, verbo Stillicidium Inst. de de seruit.*

2 B Seu Canali) dictio seù, videtur hic stare declaratiuè, nec est nouũ, vti notatur in *decis. Seraph. 393. num. 9. Barbos. de dict. 3 1 2 diction. seu sub nu. 3.* Vel etiam potest stare ampliatiuè, *vt in c. nullius de tempor. ordin. lib. 6. not. Brunor. à Sol. in suo compend. resolutor. verb. dictio seu.*

3 4 Seruitus hæc est vrbana, & est duplex vna affirmatiua, videlicet auertendi stillicidij, & altera negatiua, scilicet non auertendi stillicidij, sicuti est seruitus, altera nempe altius tollendi, & altius non extollendi, de quibus clarè habetur *in l. 1. ff de seruit. vrb. prad & inst. de seruit. §. prædictorum vide Mynsing. & Oinotom. eodem §. plenè explanantes seruitutem stillicidij illum sub littera F. verbo, vt Stillicidium hunc num. 7. cum seqq. prater Capol. de seruit. Vrb. prad. cap. 28. & seq. & cap. 41.*

5 C Nisi constet eam impositam fuisse seruitutem) quoniam aliàs solum vicini debet esse liberum vsque ab Cęlum ficque Cælum, quod est supra solum, debet esse liberum *l. fin. in princ. ff. de seruit. & l. penult. §. fin. ff quod vi aut clam*, vbi *glo. verb. Tam soli*; po

6 teit autem talis seruitus imponi, & tum stillicidium porrigi poterit secundum impositam seruitutem, & non vltra, citra autem reduci quidem poterit *l. seruitutes, quæ in superficie §. stillicidiũ vers. ea de causa ff. de seruit. vrban. prad. cap. 41. sub num. 1.* Imponitur verò seruitus pluribus, variisque modis, vt per præscriptionem, seù consuetudinẽ, ac testamentũ sicuti supra notauimus ad Cap. CIIII. sub littera B & C. formam venditionis eiusmodi seruitutum, vide *in lib. artis notariatus tom. 2 fol 48.*

9 Demum addo rem quamlibet liberã præsumi, non autem obnoxiã seruituti *l. altius & l. in ædibus* C. *de seruit. & aqu.* & ratio est, quia

10 seruitus regulariter non habet causam naturalem, sed aut impositam, aut præscriptam.

11 *§. vltim. Instit. de seruit.* & ideo alleganti seruitutem ad sui fauorem incumbit onus eam probandi, *Menoch. cum pluribus alijs à se citatis de præsum. lib. 3. præsum. 89. Oinotom. d. §. vlt. n. 1. & seqq.*

D A vero Domino) quod communi iure comprobatum est ex *text. in l. 1. ff. commun. prad. & in l. 2. ff. de seruit. & in §. penult. & vlt. Instit. de seruit. not. Capoll. de seruit. Vrb. prad. c. 14. in prine.*

De Pariete communi.

Cap. CVII.

SI aliquis paries sit inter aliquos communis, liceat vnicuique in eo a trabem, seu lignum immittere, & ex eo vtilitatem capere; & etiam si vicini luminibus officiatur, altius tollere.

SVMMARIVM *Annotat.*

1 *Seruitus parietis est seruitus vrbana.*

2 *Statutum Vrbis, de pariete communi videtur conforme iuri communi. Intellige, vt n. 3.*

4 *Muro alieno liberè vti, permissum est in ædificijs, persoluto tamen eiusdem muri dimidio pretio; ex Constitutione Gregorij XIII.*

ANNOTATIONES.

A Trabem, seù lignũ immittere) est hæc etiã seruitus Vrbana de qua habetur

1 *in l. 1. ff. de seru. Vrban. prad. & in §. prædiorum Vrbanorũ inst. de seruitut. vbi Mynsing. verbo vt parietem, Oinotom. num. 5.* quos vide eiusmodi seruitutem docte, ac dilucidè more suo explanantes.

2 Et statutum hoc nostrum videtur esse cõsentaneum iuri communi ex *text. in l. hoc quod dictum 24. §. 1. & l. seq. ff. de seruit. Vrban. prad. not. Capoll. de seruit. Vrban. prad. cap. 30. q. 4.*

3 quod tamen intelligendum videtur iuxta declarationem ipsius *Capoll.* scilicet dummodo paries sit destinatus, & aptus ad sustinenda onera vtriusque partis, & aliàs, vt per eum, atque secundum de-

declarationem istam ex iure communi deductam crederem statutũ nostrum debere intelligi, quia statuta recipiunt interpretationem à iure communi *cap. cum dilectus de consuet.* vbi Doct. cum aliis iuribus supra sæpius ad hanc regulam allatis

4 Verum amplius ex constitutione *Greg. PP. xiij. fel. record. in ædificijs, & iure congrui num. 4.* licet etiam alieno muro liberè, vti in ædificijs construendis, persoluto tamen eiusdem muri dimidio pretio, Verba constitutionis hæc sunt.

Pro priuatis autem ædificijs similiter, aut nouis cõstruendis, aut veteribus ampliandis liceat cuiq; quouis muro sibi propinquo liberè vti, eique signa, lapides, aliamque materiam ædificij sui, totumque ipsum ædificium iniungere, & annectere, etiam si murus is ad vicinum suum totum pertineat, persoluto tamen eiusdem muri dimidio pretio ad eam æstimationem, quam duo periti, quorum singulos singulæ partes elegerint, vel illis discordibus, ipsi viarum Magistri declarauerint.

De refectione rerum communium.

Cap. CVIII.

QVilibet habens molendinum, furnum, carbonarium, pontem, puteum, parietem, aut quid simile cũ alio communem, a possit consortem cogere (si res reparatione, aut refectione indigeat) ad contribuendum pro rata, & ad prædicta summariè, prout de causis summariis dictum est, per aditum Iudicem procedatur; & iuris, & facti remediis cessans compellatur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Socio nolente reficere rem communem, potest consocius proprijs expensis eam reficere; & acquiret dominium super parte ipsius socij, si ille intra quatuor menses non satisfecerit. Et cautela pro reficiente n. 4.*

Declara hoc procedere tam in ædificijs vrbanis, quàm in rusticis. n. 2.

3 *Defectio rei communis an in dubio præsumatur facta nomine proprio, an communi?*

ANNOTATIONES.

POssit consortem cogere) suffragatur huic iuri nostro municipali ius commune in *l. si fratres 53. §. idem respondit Socius ff. pro soc. & in l. si vt proponis 4. C. de edific. priuat.* ex quibus legibus amplius notatur quod si duo habeant rem communem, videlicet domum, vel molendinum, quod reparatione indigeat, & vnus eorum velit reficere, alter verò nolit contribuere partem suam impensæ, ille vbi sumptibus proprijs rem refecerit, non solum poterit repetere impensam pro rata parte ab eo, qui noluerit contribuere etiam vna cum interesse, sed acquiret etiam dominium partis eiusdem socij, nisi ille intra quatuor mensens satisfecerit ità *Angel. Aret. in §. sequens sub. n 10. inst. de action.* vbi dicit id singularissimè notandum contra socium negligentem reficere rem cõmunem, *Angel. Perus. in l. quidam Hiberus 12. ff. de seruitut. Vrban. prad. num. 4. & 5. Ias. in l creditor 25. nu. 7. ff. si cert. pet. Cott. in suis memor. verb. Puteus, qui seruit vicinis*, vbi declarat conclu-

2 sionem istam ex legibus prædictis desumptam procedere tam in ædificijs Vrbanis, quam in rusticis ex *Bart. sententia in l. quominus num. 33. ff. de flumin. quam communiter receptam tradit idem* Cott. *sequitur Cremen. sing. 98.* decidi pulchram causam, vbi & addit. *Capoll. cautel. 85. sæpe. contingit, & in tract. de seruitut. Vrban. prad cap. 59. nu. 8.*

3 An verò in dubio præsumatur, quod refectio rei communis facta sit nomine proprio, an communi? respondet cum *Capoll. d. cap. num. 10.* quod communi nomine præsumitur facta refectio, nempe, vt excludatur præsumptio donationis ex *tex. in l. cum de indebito 25 ff. de proba.*

4 cuius autem fuerit socio reficienti adhibere protestationem, quod reficit, animo, & intentione habendi sumptus à socio pro parte eum contingente, vti admonet *Bald. in d. l. si vt proponis in fin.*

De emptione, & venditione.

Cap. CIX.

SI vna, eademque res *a* duobus vendita fuerit, illa venditio, per quam in emptorem verè, vel fictè possessio prius translata fuerit, *b* firma sit & valida: & de hoc summariè, vt de causis summariis dictum est

est, cognoscatur, & possessor in possessione omnibus modis manuteneatur. Reliquæ vero venditiones irritæ sint, & nullæ; & Senator illiusque Iudices cogant summarie venditorem, illiusque hæredes ad restituendum pretium secundo emptori, vel primo, quatenus secundus in possessione verè, vel *c* fictè primum præuenisset: & de hac cognoscatur summarie, vt supra; & nihilominus talis venditor pœnam quinquaginta aureorum incurrat; & si capi poterit, *d* carceretur, inde non relaxandus, donec cum effectu, & pœnam soluerit; & executio realis, & personalis fiat prout Actor, vel Fiscus elegerit.

SVMMARIVM *Annotat.*

1 *Dominium non transfertur ex solo titulo venditionis, vel donationis, etiamsi esset venditio vniuersalis, & n.* 2

3 *Dominium transfertur per traditionem.*

4 *Regula, id quod nostrum* 11. *ff. de reg. iur. habet locum, etiamsi prima venditio facta sit cũ iuramento. Nam si postea fiat alteri, & eidem restradatur, is erit præferendus. Et habet locum etiam in contractu locationis & conductionis. n.* 5.

6 *Possessio cum clausula Constituti importat præuentionem in possessione.*

7 *Vendens eamdem rem duobus, tenetur pœna falsi.*

Intellige, vt n. 8.

ANNOTATIONES.

A Vobus) scilicet in solidum, vt *l. quoties duobus insoli. dum* 15. C. *de rei vend. & l. qui duobus insolidum* 21. *ff ad l. Cornel. de falsi. & est tex. alius in l. si ea res* 32. *§. vterque nostrum ff. de act. empt.*

1

B Firma sit, & valida) quod & iure communi cautum reperitur *d. l. quoties*, ratio autem fundamentalis huiusce decisionis ea est, quia ex solo titulo venditionis, vel donationis, & sic ex solo contractu non transfertur dominium, nec ius aliquod in re vendita, vel donata *l. penult. C. de rei vendic.*

2 etiamsi esset vẽditio vniuersalis *l. qui tibi hereditatem C. de hared. vel act. vend. & l. qui tibi hare. ditatem C. be bÿs, qui à non dom. manum.* sine

3 traditione verò dominium transfertur *l. traditionibus C. de pact. & rationem istam ponit gloss. in d. l. quoties verbo' priori, quam* Cin. & omnes alii scribentes approbant, vti asserit *Ias. ad eamdem l. sub num.* 4. *not. Gabr. conclus.* 2. *de empt. & vend. num.* 2.

Iure autem pariter certum est, quod vbi quis effectus est rei dominus, sine eius facto non potest ea res ad alium transferri *l. id quod nostrum*

4 11. *ff. de reg. iur. cum simil.* Ampliatur hæc cõclusio, vt procedat, etiamsi prima venditio facta fit cum iuramento, nam si postea fiat venditio alteri, & eidem res tradatur, is erit præferendus non obstante iuramento ad fauorem alterius, & hæc est notabilis ampliatio, quam ponit, & probat *Gomez. var. resol. tom.* 2. *cap.* 2. *sub. num.* 10. ibi septimo principaliter extendi, & *Gabriel. d. conclus* 2. *num.* 3.

Cæterum ad conclusionem istam vide *Gabrie. d. conclus.* qui eam plenè prosequitur, &

5 exornat, atque extendit etiam ad contractum locationis, & conductionis *num* 5. ibidem ad quod conferunt vtique *not. per Rosental. de feud. cap.* 6 *conclus* 9. *num.* 10. & 11. & *Vsc. pract. conclus. tur. littera V. conclus.* 64. vide etiam ad conclusionem istam *Gomez. d. cap.* 2. *num* 10 qui copiosè eam declarat.

C Fictè) videlicet per clausulam constituti iuxta tradita per *Tiraquell. tract. de in. constit. poss. par.* 2. *ampli.* 1. *num* 1. & 2. nam talis possessio attenditur, itaut præuentionem in

6 possessione importet, licet sequuta fuerit postea naturalis possessio in secundum emptorem *Tiraquell. d. tract. par.* 1. *num.* 21. & 22. vbi testatur Doct. omnes ità tenere vno, vel altero tantum excepto, *Gabriel. d. conclus.* 2. *de empt. & vend. num.* 18. & *quamplurimi alij ab vtroque relati.*

D Carceretur) tenetur enim pœna falsi, qui

7 vendit eamdem rem duobus *l. qui duobus ff ad l. Cornel. de falsi. Bald. cons.* 15. *sub num.* 1. *vol.* 1. qui dicit hoc speciale esse in contractu emptionis, & venditionis propter exuberantiam contractus bonæ fidei, in aliis vero alienationibus factis itidem in duas personas locũ habere crimen stellionatus, quod etiam sentit, *Clar. in §. falsum num.* 29. Attamen, vt locus sit pœnę tam statuti, quam iuris communis in in hoc casu, requiritur, quod primus emptor pretium soluerit, vel saltem obtulerit venditori, antequam venditor secundo emptori rem eamdem vendiderit *Alex. cons.* 86. *num.* 8. *lib.* 6. *Hondc. cons.* 32. *num.* 46. *lib.* 2. & *aly ab eo relati.*

De venditionibus, quæ per consortes fiunt. Cap. CX.

SI quis rem aliquam cum altero communem habeat, *b* etiam cum pacto de non diuidendo, & partem suam vendere voluerit, *c* teneatur consortem requirere, si velit suam partem emere, pro pretio cum alio verè, & non fictè conuento (de

quo

quo etiam si consors requisitus voluerit per vtriusque iuramentum, emptoris scilicet, & venditoris, constare debeat) vel pro iusto pretio, vbi de eo cum alio non conuenerit: & si requisitus cessauerit per dies quinque à die interpellationis numerandos, declarare, & se obligare de implenda conuentione, vel soluendo pretio; & intra alios sequẽtes viginti dies non impleuerit, vel non soluerit: tunc possit ipse requirens portionem suam cuicumque *d* alteri liberè vendere.

SVMMARIVM *Annotat.*

1 *Consors quis dicatur.*
2 *Statutum de venditionibus per consortes nõ habet locum inter dominum directum, & vtilem: Neque in habente pactum de retrouendendo, n. 3.*
Habet tamen locum in rebus mobilibus. & n. 9 & venditione voluntaria, non autem in necessaria. & n. 15.
4 *Pactum de non diuidendo non tenet, nisi sit tempore coarctatum.*
5 *Consensus volens vendere rem communem, tenetur requirere consortem an velit emere; ex Statuto, & ex Constitutione Gregorij XIII.*
6 *Statutum, licet sit correctorium iuris communis, est validum, & seruari debet.*
7 *Ius scriptum, & non scriptum, æquiparantur.*
8 *Emere, vel vendere nemo inuitus cogitur.*
10 *Dictio, Res, est generalis, & comprehendit mobilia, & immobilia, & iura, & n. 12.*
12 *Consortes si sint plures, an sint omnes, & singuli requirendi an velint emere? & n. 13. 14.*

ANNOTATIONES.

A PER Consortes) Consors eiusdem sortis, & conditionis hominem significat, sed ex subiecta materia aliter atque, aliter accipitur, *Alciat. in l. proximi* 155. *in fin. ff. de verb. sign. Schard. in Lexic. iur. verbo consors.* ad rem vero, & materiam nostram consors est socius, & dominij particeps, sicuti accipitur in *l. dudum* 14. *in prin. C. de contrahen. empt.* vbi de hac ipsa materia agitur, & ibi *not. Bald. num.* 7. vnde hoc statutũ
1 non habet locum inter dominum directum, & vtilem, inter quos nulla est communio, sed solum procedit inter consortes habentes rem communem, prout statutum loquitur, vt dixit *Rot. in Romana retractus* 2. *Ianuarij* 1610. *coram Iusto,*
2 neque etiam procedit statutum in habente pactum de retrouendendo, quia ille non potest discedere a consorte, vt præferatur cessionario dicti patris *Rot. in Romana retrouenditionis* 20. *Decembris* 1623. *coram Sacrato.*

B Etiam cum pacto de non diuidendo) nec enim tenet eiusmodi pactum tempore non coarctatum. *l. in hoc iudicio* 14. *§. si conuenerit ff. communi.* sicuti supra plenius *annot. ad cap.* 11. *verbo Diuisionem petere.*

C Teneatur consortem requirere) repugnat quidem ius municipale nostrum iuri communi, vt probat *text. in l. dudum* C. *de contrab. empt.* cuius verba hic referendo censuimus quò nimirum melius perpendi, & cum hoc ipso iure municipali cõmodius conferri possint, quod vtique ad finem ferè similem factum videmus ab *Andr. Iraq. tract. de retract. lignag. in præfat. n.* 22. *Imper. Valentin. Theod. & Arcad. Fabriano. Codex Theodos. habet Flauiano Pref. præt.* Illyrici, & Italiæ duudum proximis, consortibusq; concessum erat, vt extraneos ab emptione remouerent, neque homines suo arbitratu vendenda distraherent, sed quia grauis hæc videtur iniuria, quæ inani honestatis colore velatur (hæc verba dicit pulchra, & notanda *Bald. ad ipsam l. num.* 2.) vt homines de rebus suis facere aliquid cogantur inuiti, superiori lege cassata, vnusquisque suo arbitratu quærere, vel probare possit emptorem, nisi lex specialiter quasdam personas hoc facere prohibuerit Dat. Vincentix Titiano (*Codex. Theodos. ponit Vincentio Tatiano*) & *Simmacho Cons. eamdẽ legem habet Codex Theodos. lib.* 3. *de contrab. empt. tit.* 1. *cap.* 6. *ad idem, text. est in l. falsò C. de Commun. rer. alien. & in l. portionem C. de donat. inter. Ancharr. cons.* 370. *in prin.* Vnde Pius Papa Quintus constitutiones a Sixto Quarto, Leone Decimo, & Pio Quarto, ac aliis Pontificibus editas super iure congrui, & super nouis, exceptis tamen sacris, aut publicis ædificijs construendis in Vrbe, reduxit ad terminos iuris communis, vt in eius litteris, quæ habentur in *nou. bullar. inter ipsius constitutiones nu.* 136. *vbi §.* 4. prædictas aliorum Pontificum constitutiones asserit esse correctorias iuris communis. Attamen Gregorius Papa XIII. propter publicam vtilitatem, & decorem Almæ Vrbis, aliasque causas in constitutione sua de ædificiis, & iure congrui promulgata, quæ est 22. *in Bullar. predicto*, inter eiusdem constitutiones, antiquauit, & abrogauit contrarias cõstitutiones Pij V. & aliorum, & hæc quidem vltima constitutio vsu recepta est, & passim, ac exactè seruatur in Vrbe. Quod verò statutum hoc
6 nostrum licet correctorium sit iuris communis validum sit, & seruandum, non potest dubitari, maximè ex ijs, quæ de consuetudine. & statuto simili in fortioribus terminis tradit Tiraq. *dict. tract. de retract. lignag. in præfat. nu.* 13 & 14. quem solum citasse sufficiat, vti magnam Doct. cæteruam secum more suo trahentem, & probat *text. in cap. constitutus de in integr. rest.* vbi cõsuetudo similis approbatur, idem autem de statuto dici debet, cum ius scriptum, & non scriptum æquiparentur *§. constat autem. & §. fine. scripto instit. de iur. nat. gen. & ciuil. l. de quibus & aliquot alij seqq. ff. de legib. & long. consuet.*

confe-

conferunt. tradita per Menoch. de arbitr. iud. caſ.462. num. 12. & 13. dum inquit, quod licet
8 nemo inuitus cogatur vendere, vel emere *l. inuitum C. de contrab. empt. l. nec emere C. de iur. delib.* id tamen ceſſat propter publicam vtilitatem, *vt Doct. not. ad prædictas leges, & Couar. var. reſol. lib.*3. *cap.*14.

9 Addo, quod ſtatutum hoc locum habet etiam in rebus mobilibus, ita ut volens vendere rem mobilem ſibi cum altero communem, teneatur requirere conſortem, an velit emere *Rot. deciſ.*
10 637. *par.*3. *diuerſ.* nam rei vocabulum, quo ſtatutum vtitur in princ. generale eſt, comprehendens vtique immobilia, & mobilia per *tex. in l.* 23. *rei appellatione ff. de verb. ſignif. & in l.*1. *ff. de rer. diuiſ. Alciat. in l.* 5. *rei appellatio in princ. nu.*1. *& ff. de verb. ſignif. Gallin. de verb. Signif. lib.*1. *cap.*2. *num.*6. *Schard. in Lexic. iur. verbo res num.*15. *idque conſiderauit Rot. d. deciſ.*
11 *num.*1. Vnde ſub hoc ſtatuto videtur pariter comptehendi venditio iurium communium, ſi quidem rerum appellatione iura etiam continẽtur *d. l.* 23. *rei appellatione ff. de verb. ſignif.* quid vero iurium appellatio contineat, dicemus infra ad cap. 113. hoc eodem *lib. verbo, & ſeù iurium verſ. iurium autem appellatio.*

D 12 Alteri liberè vendere) quid ſi plures ſint conſortes erunt ne omnes, & ſinguli requirendi, an velint emere? videtur reſpondendum, quod vnum qui dem ſufficiat requiſiuiſſe, dummodo is emere voluerit, licet etiam ex minima parte ſit conſors ità enim ſatisfactum cenſetur ſtatuto, quod intẽdit excludere extraneos, & præferre conſortes, ſiquidem & hic conſors eſt, vt in caſu ſimilis ſtatuti dixit *Bald. in l.*1. *num.*5. *de commun. ſer. manumiſſ. Ruin. conſ.*27. *n.*5. *&* 12. *vol.*4. *Tiraq. tract. de iudic. in rſb. exig.* inter caſus quibus modici, atque etiam minimi habetur ratio ibi duodecim *tex. eſt in l.* 1. *in princ.* ibi ſiuè quantamcumque *C. de comm. ſer. manum. idem Tiraqu. tract. de retract. lignag. §.*11. *gloſſ.*6. *nu.*11. huic confert etiam dictum *Bald. conſ* 377. *nu.*5. *vol.*3. & ita intellexit *Rot. hoc ſtatutum in Rom. prælationis, ſeù requiſitionis* 16. *Iunij* 1604. *&*
13 27. *Aprilis* 1607. *coram Penia. Si* verò conſors requiſitus emere recuſet, tum ceteri omnes deinceps, quotquot erunt conſortes, requirendi erunt, donec vnus inueniatur, qui velit emere, vt in ſimili caſu habet cõſtitutio Gregorij XIII. §. 8. ibi, teneatur venditor perquirere à vicinis, quotquot erunt; nam alioqui non ſatisfieret ſtatu
14 to. Quod ſi demum omnes recuſent, tum poterit Dominus portionem ſuam cuicumque alteri liberè vendere, vt in fin. ſtatuti noſtri. Demũ
15 non prætermittam, quod ſtatutum iſtud procedit in venditione voluntaria, non autem in neceſſaria, vti tradit, & benè probat *Ruin. d. conſil.* 27. *num.*4. *Tiraq. de retract. lignag. §.*1. *gloſ.*14. *nu.*9. & comprobatur *ex Bal. conſ.*37. *ſub num.*3. ibi, & alienatio neceſſaria non videtur prohibita, probat *text. in l. alienationes* 13. *ff. famil. erciſc.*

Et amplius ad materiam huius ſtatuti vide, *Angel. Alex. laſ. & alios ſcribentes in l.* 122. *qui Romæ §. coheredes ff. de verb. oblig.*

Si venditor rem venditam tradere, aut emptor recipere ceſſet.

Cap. CXI.

QVicumque vendiderit rem alicui, & ceſſet, aut *a* nolit tradere, *b* ſi emptor pretium ſoluerit, vel cum effectu ſoluere paratus fuerit, condemnetur, *c* & præcisè cogatur venditor ad rem tradendã, ſi rei tradendæ facultatem habeat: alioqui *d* quanti emptor ſua intereſſe, *e* Iudicis taxatione præcedente, iurauerit, condemnetur: quod tamen intereſſe duplum pretij conſtituti *f* excedere non poſſit: Et idem ſeruetur contra emptorem, ſi poſt rem traditam, aut tradi oblatam, pretium conuentum ſoluere ceſſet. *b* Atque in iſtis ſummariè, *i* vt dictum eſt, procedatur, non obſtante alio Statuto de pœnis cõuentionalibus *K* non exigendis.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Emptio ſine pretio eſſe non poteſt. Limita, vt n.* 3. 4.
2 *Pretium, cum ex empto agitur, ab emptore offerri debet.*
3 *Venditor tunc demum cogitur rem tradere, quando eam poteſt commodè tradere.*
6 *Intereſſe pro re vendita non tradita, taxatur arbitrio Iudicis.*
7 *Iuramentum, quando, & quomodo deferatur actori, ad probandam quantitatem crediti.*
8 *Intereſſe indefinitum non excedit duplum quantitatem.*
9 *Lex legem declarare ſolet.*
10 *Emptor, & venditor, ſunt correlatiua.*
11 *Emptionis, & venditionis contractus eſt vltro, citroque obligatorius: & eſt bonæ fidei. & n.* 12.
13 *Emptor conuentus ad ſoluen. precium rei emptæ, tueri ſe poteſt exceptione non implementi ex parte venditoris, Etiamſi agatur in executionẽ Obligationis Cameralis. & n.* 14.
15 *Emptor tenetur ad vſuras pretij non ſoluti, quando*

quando venditor integrè impleuerit contractum ex parte sua. Et vice versa venditor ad fauorem emptoris, & n.16.

ANNOTATIONES.

A NOlit tradere) nam in primis ipsam rem præstare venditorem oportet, idest tradere, verba hęc sunt *Vlpis. in l. ex empto 11. in princ. ff. de act. empt. ibi, & in primis*;

1 B Si emptor pretium soluerit) nulla enim emptio sine pretio esse potest *§. pretium autem infist. de empt. & vend.* & illud ab emptore offerri
2 debet, cum ex empto agitur *l. Iulianus 14. §. offerri ff. de action. empt.* idem si emptor cum effe-
3 ctu soluere paratus sit, vt habetur in hoc ipso statuto quod consonat iuri communi in *d. §. offerri*, sed idem adhuc dicendum, si emptor alio
4 modo satisfecerit venditori, veluti expromisso. re, aut pignore dato, vel si venditor fidem habuerit de pretio, vt in *§. vendita inst. de rer. diuis. in l quod vendidi 19 & in l. vt res emptoris 53 ff. de contrahen. empt. l. 1. C. de pact. int. empt. & vend.*

C Et præcisè cogatur venditor ad rem tradendam) bene mox sequitur si rei tradendæ facultatem habeat, ità enim etiam iure communi cautum censetur *ex §. pretium instit. de empt. & l. stipulationes non diuiduntur 72. in princ. ff. de verb. oblig. vbi Bart. nu. 39.* hanc testatur esse communem opin. eamque sequitur. *& in l. contractus* C. *de fid. instru. & in l 1.* C. *de sent.* quæ pro eo quod inter. & ibi etiam *gloss. ibidem num 59.* qui inquit quod tunc demũ
5 venditor cogitur rem tradere, quando eam potest commode tradere &, addit hanc esse communem opinionem *not. gloss. in dicto §. pretium* verbo tradatur, quam sequitur, & signandam vti meliorem de corpore iuris in hoc articulo admonet ibidem *Ang. Aret. n. 8.* atque ità in specie, & indiuiduo consuluit *Alex. consil. 69. vol. 4.*

D Quanti emptor sua interesse) nãsi res vendita non tradatur ad id, quod interest agitur, hoc est quod rem habere emptoris interest, verba hæc
6 sunt *Vlp. in l. 1. in princ. ff. de act. empt.* huius verò interesse taxatio iudicis arbitrio relinquitur, quod in *l. 1. C. de act. empt.* & ex plurium Doct. sententia tradidit *Menoch. de arbitr. iud. cas. 120 n. 1. & duob. seqq.*

E 7 Iudicis taxatione præcedente iurauerit) Iuramentum enim deferri solet actori ad probandam quantitatem crediti vbi de credito in genere constet, præuia tamen iudicis taxatione, quæ iuramentum eiusmodi moderetur, & refrenet, ità tradit *Capoll. caut. 210. nu. 1. Marsil. singul. 322. & 689. Rip. in l. admonendi num. 18. ff. de iureiur.* vbi hanc dicit communem opin. *Rot. diuers. decis. 746. nu. 6. par. 1. diuers. Lud. decis. Perus. 100. num. 3.* Nec verò deberet iudicis taxatio subsequi iuramentũ moderando quantitatem super qua fuisset iuratũ quoniam subesset periculum, ne periurium deteregetur, cum hoc iuramentum veritatis sit, quod in foro maximè obseruandum est, vt ex aliorum Doct. auctoritate eleganter docuit *Menoch. de arbitr. iud. cas. 208. num. 5.*

F Excedere non possit) congrua sanè moderatio, & iuxta sanctionem *Imperatoris Iustiniani in l. vnic.* C. *de sent.* quæ pro eo, quod inter profer. cuius verba vti præclara referimus sancimus itaque in omnibus casibus, qui certam habent quantitatem, vel naturam, veluti in venditionibus, & locationibus, & omnibus contractibus, hoc quod interest dupli quantitatem minimè excedere, atque ità declaratur *l. 1. in princ. ff. de actio. empt.* in illis verbis, hoc autem interdum pretium egreditur si pluris interfit quã res valet, vel em-
8 pta sit, vt scilicet interesse istud indefinitum non
9 excedat dupli quantitatem, sicque lex legem declarat *l. non est nouum, & l sed & posteriores ff. de legib. cap. cum expediat de elect. in 6.*

10 Et idem seruetur contra emptorem)

G meritò quidem quoniam emptor, & venditor sunt correlatiua, & de vtroque idem debet esse iudicium *l. cum emptor venditori, vel venditor emptori ff. de rescind. vend. l. veteres 10 ff. de act. empt. not. Euer. in centu. sua loco à correlatiuis*
11 *num. 10. Surd. 101. num. 7. & 8.* nam contractus emptionis, & venditionis est, vltro citroque obligatorius *l. consensu 2. ff. de act. & oblig.* si quidem obligatur emptor ad pretium soluendum venditor autem ad rem tradendam *l. ex empto in princ. 11 ff. de act. empt.* Accedat quod contra-
12 ctus emptionis, & venditionis est bonæ fidei, nihil autem magis bonæ fidei congruit, quã id præstari quod inter cõtrahentes actum est vti præcisè inquit *Vlp. in d. l. ex empto in princ. comprobat text. in l. si dolo* C. *de rescind. vend.* Iuxta prædicta non omiserim, quod emptor conuentus ad
13 soluendum pretium rei emptæ, tueri se potest exceptione non implementi ex parte venditoris, & retinere totum pretium quousque venditor nõ impleuerit contractum pro parte sua etiam in minimo per *text. in l. Iulianus 14. §. offerri ff. de act. empt. vbi Bart. & alij Put. decis. 357. lib. 3. Surd. cons. 101. num. 1. & 2.* quod verum est licet
14 agatur in executionem obligationis Cameralis, *Rot. diuers. decis. 33. num. 1. par. 1. in recentior.*
15 cũ verò venditor integrè impleuerit contractũ ex parte sua, tum emptor tenebitur ad vsuras pretij non soluti pro rata bonorum, quæ ei tradita fuerunt, vt locus sit æquitati *l. curabit* C. *de act. empt.* Et idem contra seruabitur in venditore
16 contra emptorem non soluentem pretium à paritate rationis, vt benè per *Surd. viden. d. cons. 101. num. 7. & 8.* atque est *decis. Ludou.* ad hæc *347. cum addit. Beltram.*

H Atq; in istis summariè procedatur) beneficium summarij processus meretur sanè contractus emptionis, & venditionis *ex not.* supra proximè ad verbum, & idem seruetur

Vt

I Vt dictum est) ideſt iuxta diſpoſitionem huius cap.

K Non exigendis) infra hoc eodem libro capitulo 163,

De Arrhis. Cap. CXII.

DAtio Arrhæ in quolibet cõtractu *b* perficiat emptionem, & contractum; nec liberetur emptor, volens arrhã amittere, nec venditor, volens eam reddere duplicatam; & in vino, quod degustatum fuerit, arrhæ traditio faciat omne periculũ ad emprorem transire. Macellarij quoque siue arrham dederint, siue animalia signauerint, emisse intelligantur, & pretium soluere summariè cogantur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Arrha quid sit, & n. 4.*
2 *Arrha non est de substantia contractus, sed argumentum emptionis.*
3 *Arrha sponsalitia datur in signum sponsaliorum contractorum.*
5 *Arrha emptionis, & venditionis est duplex & quæ, & n. 6.*
7 *Arrha emptionis, & venditionis non sunt proprie arrhæ, sed improprie.*
8 *Emptio, & venditio consistit in tribus; in consensu partium, in re seu mercede, quæ venditur, & in pretio certo, & determinato.*
9 *Pretium rei emptæ debet consistere in pecunia numerata.*
10 *Statuta interpretationem recipiunt a consuetudine.*
11 *Arrha, quæ datur in pecunia numerata, an censeatur data pro parte pretij?*
12 *Contractus, arrha intercedente, habent viã summariam.*

ANNOTATIONES.

A Rrha dicitur, quod emptionis nomine datur vt euidentius probari possit conuenisse de pretio *l. quod sæpè 35. in princ. ff de contraben. empt. verba l. hæc sunt*, quod sæpe arrhæ nomine pro emptione datur, non eo pertinet quasi sine arrha conuentio nihil prosciat, sed vt euidentius probari possit conuenisse de pretio, vnde probatur arrham, non esse de substantia contractus, sed argumentum emptionis, quo facilius probetur, quod ibi *not. glossa & Doctores communiter Cinotom. in princ. instit. de empt. & venali sub n. 13. Gomez. var. resol. tom. 2. cap 2. de empt & vend num. 18.*

1 Est & arrha sponsalitia, quæ datur in signum sponsaliorum contractorum, vt in *l. si quis officium 38. ff. de rit. nupt. l. si legibus 16. C. de Episc. aud. l. vlt. C. de Episc. & Cler. l. vnic. C. si nupt. ex referip. pet. l. 3. C. de sponsa.* Vnde verò dicta sit arrha vide *Isidor. lib. 10. ethymologia cap. vltimo* & plura alia ad originem, & significatum huius vocabuli ex probatissimis linguæ latinæ, & historiarum auctoribus vide apud *Schard. in suo Lexicon. iur. verbo Arrha.*

Sed ad rem nostram, nempe de arrhis emptionis, & venditionis est animaduertendum, eas dari duobus modis, vno modo, vt sint argumentũ & probatio emptionis, vt cum anulus datur, exemplum in *l. exempto 11. §. is qui vinum*, ibi si anulus datus sit arrhæ nomine, & hoc casu potest vterque contrahens à contractu recedere cum amissione arrharum *ex l. contractus 17. de fid. instr. & inst. de empt. & vend. in princ.* Altero modo datur arrha pro parte pretij, seu in diminutionem pretij, & tunc non licet discedere à contractu ità ex *glossa in dict. l. quod sæpè in princ. verbo Euidentius, instit. de empt. & vend. in princ. not ibi etiam Angel. Aret. num. 6. vers. & tunc si talis fuerat arrha, quæ cesserat in pretium Cinotom. ibidem num. 13. in fine.*

Verum eiusmodi arrhæ, non sunt propriè arrhæ, sed impropriè nempè ex comuuni vsu loquendi, cum sint pars pretij, sicque pertineant ad substantiam emptionis, & venditionis, quæ quidem consistit in tribus, scilicet in consensu partium *l. in venditionibus 9 ff. de contrab. empt.* in re, seu mercede, quæ venditur *l. mercemptio 8. ff. eod. tit.* & in pretio certo, & determinato, quod in pecunia numerata consistere debet *instit. de empt. & vend. in princ. & §. seq. & l. 2. ff. eod.* Vnde tales arrhæ sunt omnino diuersæ ab aliis arrhis propriè sumptis, quas diximus supra non esse de substantia contractus, nec impedire eius rescissionem.

B Perficiat emptionem, & contractũ)

intelligе de arrha, quæ, vt proximè dictum est in præcedenti annot. sit in pecunia numerata, & pro parte pretij, non autem de anulo, vel alia re simili, quæ propriè arrham significet, ac efficiat, & hæc quidem interpretatio assumenda est, quia ita communiter seruatur, vt est notorium, vnde locum habet receptissima iuris conclusio, quod verba statutorum interpretationem recipiunt à cõsuetudine *ex tex. in l. Labeo ff. de suppellect. leg. l. librorum 30. §. quod autem Cassius ff. de leg. 3. l. cum delationis §. asinam molendinariam ff. de fund. instr. l. 1 in princ. & ibi, Bart. ff. de fu. & legit. l. si de interpretatione, & l. nam Imperator ff. de legi. not. 10. de Amic. consil. 142. num. 17. & seqq. Bertazol. consil. 71. num. 21. & seq.* vbi dicit, quod statutum de aliqua

qua moneta loquens, intelligi debet de monetę illius qualitatis, quam obseruantia, & vsus approbat, & ità tenent quamplurimi relati per *Mascard. de gen. statut. interpret. conclus.* 2. 11 *num.* 139. *cum. seqq.* quod autem vbi arrha datur in pecunia numerata, censeatur etiam data pro parte pretij *tradit Bald. in l. si fundus ff. de leg. commiss. num.* 4. *& Angel. Aret. in princip. instit. de emt. & vendit. num.* 8. *vers. fin aut vendidi fundum.*

Summariè cogantur) atquè ità statutũ nostrum non parum operatur vltra ius commune, cum ex eo, non solum noua prodita sit species agendi, videlicet conditio ex statuto iuxta *Bart. doctr. in princ. num.* 3. *ff. ad l. falc. vbi, & alij Abb. in rubr. de regul. in fin Ruin. cons.* 27. *num.* 12. 12 *vol.* 3. *Rolan. à Val. de iur. dot. qu.* 26. *in fin.* sed etiam amplius detur via summarij processus in hisce contractibus, qui quotidiani, ac frequentissimi sunt, nempe ad litium occasiones amputandas, & ad lites ipsas breui manu terminandas iuxta *text. in cap. finem litibus de dol. & cont. l. properandum C. de iudic. in prin. Litibus C. de agric. & cens. lib.* 11.

De alienatione rerum pupillorum, seu minorum.

Cap. CXIII.

SI aliquam alienationem bonorum immobilium, *b* seu iurium pupillorum, seu minorum, per eos cum auctoritate Tutorum, vel Curatorum ipsorum, seu ab eisdem Tutoribus, vel Curatoribus *c* fieri contingat, *d* fiat cum Iudicis Decreto, *e* & interuentu duorum coinunctorum proximiorum, *f* quorum non interfit *g* iuramento approbantium, non esse in præiudiciũ ipsorũ pupillorũ, seu minorũ, *h* & illis deficientibus, alterius legitimi curatoris ad hunc effectum specialiter deputandi; *i* causa in scriptis ipsi Iudici expressa, & insinuata, ac plene cognita: & ita facta valeat, & teneat, *K* dummodo constet eam cessisse in euidentem vtilitatem ipsorum pupillorum, seu minorum: *l* alioquin nulla, & inualida censeatur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Statutum de alienatione rerum pupillorum intelligitur de alienatione voluntaria, non de necessaria. Et locum habet etiam in oppignoratione, vel hypothecatione Bonorum eorundem, & nu.* 2.
3 *Prohibito aliquo, censetur pariter prohibitum omne id quo peruenitur ad illud.*
4 *Alienatione prohibita, censetur prohibitus omnis actus ad illam præambulus.*
5 *Lesio minorum potest de facili interuenire in pignoratione, vel hypothecatione.*
6 *Dictio Seu, aliquando fiat ampliatiuè*
7 *Iura, propriè dicta, non veniunt appellatione immobilium, sed constituunt tertiam speciem inter immobilia, & mobilia & n.* 8. *& 9.*
10 *Iurium appellatione continentur seruitutes, annui redditus, & alia; remissiuè.*
11 *Iura pupilli &c. alienari non possunt sine Iudicis decreto. Et quid de actionibus, & nominibus debitorum? nu.* 12.
13 *Alienatio, quod fiat à pupillis &c. auctoritate tutorum, & curatorum; vel fiat ab ijsdem tutoribus, &c. sunt paria, & n.* 14.
15 *Societas ad officium an fieri passiuè possit à Tutore, vel Curatore pro pupillo absque decreto Iudicis?*
16 *Tutor, vel curator negligens in periculis minori, vel pupillo imminentibus tenetur ad omnia damna, & interesse.*
17 *Pupillus pubertati proximus obligari potest sine tutore: & datur in eum vtilis actio, in quantum factus est locupletior. Amplia, vt procedat pariter quoad obligandam Ecclesiam, vel Ciuitatem. & n.* 19.
18 *Locupletior factus pupillus quãdo dicatur.*
20 *Solemnitates statuariæ non sunt necessariæ in contractibus minorũ, qñ cõtractus ipsi non sint damnosi, sed vtiles. & nu.* 22.
21 *Ratione finali statuti cessante statutum vtique non habet locum.*
22 *Dispositio à præfatione restringitur, & declaratur.*
23 *Decretum Iudicis in alienationibus minorum facit, vt præsumantur omnia legitimè facta, omnisque doli, ac fraudis suspicio tollatur.*
24 *Decretum Iudicis &c. debet interponi ex vera causa, non autem falsa. aliàs erit nullum, & obligatio minoris pariter nulla.*
Amplia in casu quo Decretum interpositum sit partim ex vera, partim ex falsa causa, & num 25.
26 *Causa præsumitur semper vera: & allegan-*

ti contrarium incumbit onus probandi. Idem de decreto, quod præsumatur iustum, & validum. & num. 27.
Intellige, vt nu. 28. 29. 31.

30 *Præsumptiones non habent locum in re clara.*

32 *Mandatum præsumitur sufficiens, nisi producatur insufficiens.*

33 *Iudex quidnam excutere debeat ad sui Decreti iustitiam? remissiuè.*

34 *Decretum Iudicis in contractibus alienationis non debet interponi diebus feriatis in honorem Dei.*
Intellige, vt nu. 35. 36.

37 *Nominatio sub nomine collectiuo, vbi sit plurium personarum, inter quas cadit prælatio ordinis, dispositio accipi debet ordine successiuo, & nu. 45.*

38 *Proximiores coniuncti, qui ex statuto interuenire debent alienationibus minorum, intelliguntur, tàm agnati, quàm cognati, & qui, & quales esse debeant, & qui ex ijs reiiciantur; remissiuè. num. 39.*

40 *Affines interuenire debent alienationibus minorum, vbi proximiores coniuncti non adsint.*
Intellige, vt num 41. 42.

41 *Affinitas, per mortem vnius ex coniugibus dissoluitur.*

43 *Tutor, & testis non repelluntur, licèt de secundario eorum interesse constet.*

44 *Coniunctus præsumitur scire negocia coniuncti.*

46 *Curator in contractibus alienationum quomodo deputetur, remissiuè.*

47 *Ablatiuus absolutus inducit conditionem.*

48 *Conditio debet in primis purificari.*

49 *Conditio inducit formam: qua non seruata, actus redditur nullus.*

50 *Causa plenè cognita quando dicatur, ad effectum statuti de alienationibus minorũ. & n. 54. 57.*

51 *Verba adhiberi solita in Decretis Iudicum super alienationibus) super omnibus etiam singulis tanquam rite, & legitime gestis. faciunt præsumere causæ cognitionem interuenisse, & n. 52.*

53 *Forma decreti interponi soliti in alienationibus minorum.*

55 *Statuta, & quæuis aliæ dispositiones interpretationem recipiunt ab obseruantia subsecuta.*
Amplia etiam si verba dispositionis alium intellectum haberent.

58 *Euidens vtilitas minorum requiritur ad validitatem alienationis.*

59 *Alienatio à minoribus debet fieri propter æs alienum dissoluendum. n 60*

61 *Euidens vtilitas quæ intelligatur, & num. 63.*

62 *Argumentum à pupillo ad Ecclesiam valet in puncto alienationis.*

64 *Præsumptiones iuris dicuntur liquidissimę probationes: & faciunt probationem euidentem, claram, & manifestam. & num. 65.*
Intellige, nisi contrarium fuerit euidens. num. 66.

67 *Probatio admittitur contra præsumptiones iuris, & n. 68.*

69 *Statuta ita intelligenda sunt, ne quid contrarium contineant.*

70 *Clausula decreti irritantis tollit omnem dubitationem circa nullitatem contractus.*

71 *Statutum de alienatione rerum pupillorum, habet locum etiam in minoribus habentibus patrem: & vbi pater cum filio contrahit. & num. 72. Et habet locum etiam vbi minor iurauerit & num. 74.*
Item in minore contrahente cum Communitate alicuius Ciuitatis, & n. 76. Et in minoribus forensibus cõtrahẽtibus in Vrbe, num. 79. Ac etiam vbi minor contrahit pro liberatione patris è carceribus. num. 81.

73 *Pater, quando dicatur contrahere cum filio.*

75 *Iuramentum dolo, & metu extortum, nihil operatur.*

77 *Communitas vti solet iure minorum: & pupillo æquiparatur, num. 78.*

79 *Priuilegiatis duobus veluti minoribus, contrahentibus inter se, cuiusnam causa censeatur potior?*

82 *Liberatio patris è carceribus non habetur, pro causa necessaria in filio ad contrahendum absque solemnitatibus statutarijs.*

ANNOTATIONES.

A Cilicee viginti annis, vt supra cap. 47.

1 Si aliquam alienationem) voluntariam tamen, non autem necessariam, de illa enim debet intelligi statutũ hoc, & quæuis alia similis dispositio non aũt de necessaria alienatione *Veral. dec. 199. p. 3. Put. dec. 226 lib. 1 & 260. lib. 3. Alex. cõs. 215. n. 6. lib. 6. Simõc. tract.*

tract. de decret. lib. 1. tit. 1. num. 4. text. in l. 3. §. idem queri poteſt ff. de reb eor. & in l 1. & duabus ſeqq. C. quan. decret. opus non eſt Rot. dis. 177. par. 1. in recent. num. 10.

2 Et quod de alienatione dictum eſt, procedit etiam, vbi oppignorantur, vel hypothecãtur bona minorum, vel mulierum *Caſſan. in conſuetu. Burgund. entre les vifs num. 19. Tiraq. tract. de legib. connub. gloſſ. 5. q. 9. num. 108. cum ſeq. Lamberteng. de contract. mulier. gloſſ. 1. nu. 46. Boccac. ſuper conſtit. Marcheſ. gloſſ. 8. num. 29. Carpan. ad ſtat. Mediol. cap. 328. num 47. Borgnin. deciſ. 6. num. 3. par. 3.* vbi de pignore, *& num. 5. de hypotheca text. eſt expreſſus in l vlt. C. de reb. alien. non alien. vbi gloſſ. verb. vel hypothecam & Bart. not. Put. dec 7. n. 5. & 6. p 3. Card. Serap dec. 1242. n. 2.* Et ea eſt ratio huiuſce concluſionis, quia per conſtitutionẽ pignoris, & hypothecæ deuenitur ad ipſius rei oppignoratæ vel hypothecatæ diſtractionem, vnde ſicut prohibetur alienatio, ità & eius præambulum antece-

3 dens, nã quando aliquid prohibetur, cenſetur pariter prohibitum omne id, per quod peruenitur ad illud *l. pupillus §. ſed ſi per interpoſitam ff. de auct. tut. l. eos in fin. C. de uſur. l. oratio ff. de ſponſal.* quo argumento in hoc articulo vtitur *Bart. in l. in quorum num. 1. verſ. aut prohibetur ff. de pignor. addit. ad dict. l. gloſſ. verbo, Vel hypothecam in l. vltim. C. de reb. alienat. non aliena. Tiraquel. de legibus connub. gloſſ. 5. num. 110. & de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 14. num. 17. Surd. conſil. 54. num. 26. lib. 1. Alex. in l. ſi vnius. num. 9. ff. de re iudic.* & in ſpecie

4 prohibita alienatione cenſetur etiam prohibitus omnis actus per quem ad alienationem proceditur *text. in l. ad reſoluendam C. de prad. minor. vbi gloſſ. Bart. & Salic.* qui loquuntur, de alienatione minori interdicta *gloſſ. vltim. in l. ſi ita quis 135. §. ea lege ff. de verb. oblig. Bal. conſ. 218. præſuppoſito num. 2. volum. 1. Dec. conſil. 479. num. 4. Ruin. conſil. 145. num. 5. volum. 1. Bertazol. de clauſul. clauſ. 10. gloſſ. 11. num. 13. in fine Tiraquell. de retractat. lignag. §. 1. gloſ. 2. num. 52. in fin. Gabr. concl. 7. num. 2. de præſumpt. Surd. deciſ. 254. num. 20. & ſeq. & deciſ. 326. num 27. Rot. diuerſ. deciſ. 480. 2. par. 1. Oſaſch. deciſ. 168. num. 17. Dec. conſ. 502. num. 3. & alij relati per Pic. ad 151. ſtat. Vrb. lib. 1. gloſſ. 7. num. 73. & num. 104.* Cumque ſtatutum hoc ſit fauorabile, nempe conditum in eum finem, ne minores, vel mulieres lædantur, largè debet intelligi, vt ipſorum minorum, vel mulierum læſio euitetur, quæ

5 quidem læſio etiam in pignoratione, vel hypothecatione bonorum facilè interuenire poteſt, *Lamberteng. de contract. gloſſ. 1. num. 45. & 46. Pic. d. gloſſ. num. 72.*

6 Seu iurium) Dictio Seũ hic ſtat ampliatiuè, ſicuti in *l. ſi quis ità in*

B *fine ff. de aur. & argen. leg. not. Bertazol. tract. de clauſ. clauſ. 26. gloſſ. 6. in fi.* nec enim contenti fuerunt ſtatuentes hic ſtatuere de rebus immobilibus, ſed etiam addere voluerunt de iuribus ad tollendam dubitationem, ne & iſta ſub hoc ſtatuto comprehenderentur,

7 cum iura alioqui propriè non veniant appellatione immobilium, ſed tertiam conſtituant ſpeciem inter immobilia, & mobilia, vt magis communiter tenere *Doct. affirmat Gabriel concluſ. 7. de verb. ſignif. in princip.* & innumeros ferè in hanc ſententiam congerit *Tiraqu. tract. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 7. num. 9. vbi not.* ideo non comprehendi iura in donatione

8 aut legato, aut confiſcatione bonorum mobilium, quam concluſione n generaliter ampliat, *Gabr. d. concluſ. num. 2.* etiamſi in diſpoſitione

9 dictum ſit de mobilibus, & immobilibus quibuſcumque *ex conſil. Pariſ. 25. num. 4. vol. 1. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. litera l, concluſ. 494.*

10 *num. 31.* iurium autem appellatio continet ſeruitutes, annuos reditus, & eiuſmodi alia, de quibus etiam expreſſim agit *Tiraq. d. gloſ. 33. & 34* item actiones, & nomina debitorum, idem *Tiraq. d. §. gloſ 5. verbo Seruitutes gloſ. 6. verbo annui reditus, & gloſ. 7.* verbo aut quaſuis alias res habitas pro immobilibus; atque demum incorporalia omnia de quibus *inſt. tit. de reb. corp. & incorp.* ad hæc vide etiam *Cardin. Tuſc. pract. concluſ. iur. litera F. concluſ. 495.* & in his qui-

11 dem iuribus alienandis iudicis decretum, & ſolemnitates aliæ, prout in immobilibus requiruntur, quod etiam ex *iur. commun. probat text. in l. 3. §. ſi vis, ff. de reb. eor.* de ſeruitutibus, vt pote adhærentibus rebus immobilibus, & ideo habitis pro immobilibus *not. Tiraquell. dicta gloſ. 5. num. 2. probat tex. in l. ſed ſi pecunia 3. §. ſimili modo, ff. de req. eor.* vbi ſeruitus in fundo minoris imponi non poteſt, nec quæ ei debetur remitti ſine decreto ludicis. De annuis reditibus idem planè cauetur, vt per *Tiraquell. dicta gloſ. 6. num 6. & probatur ex l. nullis in princip. vbi gloſ. verbo Annonas publicas, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & ibidem in ſpecie *not. Bal. num. 3.* quod minor ſine iudicis decreto non poteſt, etiam cum auctoritate tutoris talia iura cedere, quia cenſentur immobilia, quodque hoc ſtatutum in ſpecie locum habeat in alienatione annui cenſus, dixit *Rota in Romana executionis coram tra-ſtus 27. Maij 1597. coram Litta. num. 6.* quæ quidem deciſio impreſſa fuit per *Marcheſan. de commiſſionib. par. 1. §. 1. vbi de appell. in cauſ. caner.*

12 *obligat. fol. mihi 748.* de actionibus, & nominibus debitorum, vbi tamen actio, & ius ſit ad res immobiles, vtique non dubitatur, quin iudicis decretum omnino requiratur in eorum alienatione, *Alexand conſil. 27. num 6. lib. 3. Tiraquel. d gloſ. 1. num. 1. 2. 15. & 17. Simoncell. tract. de decret. par. 2. tit. 3. num. 2.* ſuadetur ex *gloſ. in authen. de reb. Eccl. non alien. §. 1. verbo numeranda.*

13 Fieri contingat) ſi quidẽ paria ſunt, quòd
C alienatio fiat à pupillis ſeu minoribus auctoritate tutorum, vel curatorum, vel fiat ab ijſdem tutoribus, vel curatoribus; omnia namque noſtra facimus, quibus auctoritatem noſtram impartimur inquit Iuſtinianus Imperator *in l. 1. verſ. omnia, C. de veter. iur. enucle. gloſ. §. conſtat. autem verbo conſule inſtit. de iur. nat. gen. & ciu. & gloſ fin. in cap. 1. de tranſact.* Vnde vſu receptum eſt, vt notarij in inſtrumentis eiuſmodi contractuum conſtituant, vel

14 pupillos, & minores alienantes cum auctoritate tutorũ, & curatorũ, vel ipſos tutores, & curato-

res id ipsum facientes, & quidem vtraq; forma vti legitima approbatur, quod & sentire videtur, *Simoncell. dict. tract. lib.1.tit.1, num.61.*

15 Quid si contingat tutorem, vel curatorem pecunias accipere pro pupillo, vel minore ad Societatem officij, qui contractus frequens est in Vrbe Roma, vel per alium similem contractum sine decreto Iudicis, & interuentu duorum proxumiorum, sicque non seruatis solemnitatibus huius statuti, tenebit ne contractus, & obligatio sic facta in pupillum, seu minorem. Dicendum est, teneri contractum, & obligationem pupilli, seu minoris factam per Curatorem, vel tutorem, duobus tamen concurrentibus, primum est, vt pecuniæ acceptę sint in vtilitatem pupilli, vel minoris, alterum, quod in eamdem causam erogatæ, & conuersę re ipsa fuerint, ità decidit *Rot. coram Ludou.* qui postea ad Pontificatum euectus Gregorij Papæ XV. nomen assumpsit *decis.31.* quæ loquitur in pecunia acceptą ad societatem officij in vtilitatem pupilli, & ad auertendum ab eo graue damnum, ne scilicet messis frumenti iam matura periret, dum interponebatur mora in eadem metenda, & colligenda, & cum etiam constaret pecuniam in id ipsum verè impensam *Gratian. disceptat. forens. cap.360.num 19.& seqq. tom.2. Laceb. de societ. offic. num.181.* probatur hæc decisio *ex l. tutor. 16. in princ ff. de pignora act. ex l.3. vbi etiam gloss.verbo personalis C.quand.ex fact. tutor. vel cur. & ex l.53.ex facto §.planè ff.de pecul. comprobatur ex l.si creditor, vbi gloss.verbo nullam C. si tut. vel cur. interu.l.ei, qui C. quod cum eo*

16 *l. pater 20. §.seruus ff.de in rem verſ. l.tutor 79. §.fin. ff.de minor.l.penult. §.1.ff.quod iuss. tut. auct.* Quinimò tutor, vel Curator nisi in tempore occurrat periculis imminentibus pupilli, vel minoris rebus, tenetur ad omnia damna, & interesse, veluti si domos ruentes non refecerit *l.lex qua tutores §. ergo & domus C.de administ.tut. Rip.tract.de remed.ad conser. uber. num.14. Ant. Piag.de tutor. & curat.quæst. 19. num 14.inter tract. vniuer. iur. tom.8. part. 2. Gutierez. de tutel.par.3.cap.1.num.103. Mont. de tutel. cap.32.num.262.* Et pupillus ipse etiam

17 sine tutore obligatur, loquimur de pupillo proximo pubertati, in quem cadit obligatio iuxta *tex.cum ibi not.in §. pupillus vbi Artin. nu.3. Inſtit. de inut stipula. l. pupillum 111.vbi Dec. num.3.& Cagnol.nu.7.ff.de regul.iur.l.neque & ibi glos. & Bald. C. de contraben. & commit. stipul. Tiraq de leg.connub. gloss.8.sub n.77.* datur que in eum vtilis actio, in quantum factus est locupletior *l.3.§.pupillus ff. de neg gest. l. 1 §. an in pupillum ff.de vsufr l.patri 28.§.item ex diuerso ff de minorib 3 in princ.ff. commod. l.vlt. C. de vsucap. pro empt.*

18 Locupletior autem factus dicitur pupillus, vbi pecuniam acceperit alienam, quæ ad huc extet, vel ab eo in sui vtilitatem versa fuerit, vt ex veriori, ac magis communi sententia asserit *Marcell. Conuerjan. tractat. de tutel. & curat. tit. 21. §.1 num.23. gloss. in l. fin. verbo Locupletior C. de vsucapion. pro empt. Mantic. de tutel. cap.33. num.127.& seqq. facit text. in*

19 *l. in pupillo. 47. ff. de solut.* & prædicta procedunt pariter quoad obligandam Ecclesiam, vel Ciuitatem *authent. hoc ius porrectum C. de Sacrosan. Eccles. l. si ciuitas 27. ff. si cert. pet. Gratian. discept. forens. cap. 360.num. 30. tom.2.*

Et quidem eiusmodi contractus, & similes initi sine solemnitatibus statutarijs ideo sustinentur, licet in eis pignori, & hypothecæ subiiciantur bona pupillorum, & minorum, quia

20 vbi contractus non sint damnosi, sed vtiles minoribus, aut mulieribus, non sunt necessariæ solemnitates statutariæ, quæ nimirum inductæ sunt, ne minores, aut mulieres defraudentur, vti legitur in proœmio *cap. 151.* quod supplet *cap. illud 113. vt in decis. 153. num 13. part. 1. in recentior. diuers.* nam cessante ratione finali sta-

21 tuti, quæ deducitur ex præfatione ad *text. in l. fin. ff.de hared. instit. l.1.ff.ad Senatusc. Macedon. Ofasc. decision. 58. num.5. Mascard. de generat. stat. interpret. conclusion.2. num.176. & seqq.* statutum vtique non habet locum *Bertazol. consil. crimin. 201. num.19. lib.1. & consil.439. num.23. lib.1. Lanfranch. in cap. quoniam contra in 2. notab. de probat. Paris. consil.83. n. 13. & seq. volum.3.Bart. in dict. l. fin. num.3.ff. de hared. institut. & in d. l. 1. in princ.ff. ad Macedon. Alex. consil. 7. num.5. volum. 2. & cons. 54.n.11.vol 4. Socin.cons. 165. nu. 6.& 7. lib.2. Dec. cons. 10 nu. 12.& cons. 532 n. 9.* vnde dixit *Bart. in l.8. cum ij §. eam transactionem num.1.*

22 *ff. de transact.* quod dispositio à præfatione restringitur, & declaratur *Tiraquel. in tract. cessan. limit.1.num.65.* vbi pariter dicit, & probat sigillatim ex statuti præfatione dispositionē constringi, extendi, & declarari referens *Rom. consil.16. viso themate num.4. vbi & addit. littera B. & consil.90 sub num.2. Ofasc. dict. dec. 58.num.7.Mascard.de gener. stat. interpr. concl. 2. num. 177. & seqq.* quodque specialiter in eiusmodi casibus non damnosis, sed vtilibus minoribus, vel mulieribus non sint necessariæ solēnitates statutariæ dixit expressè *Bald. in l.7. neque C. de contrahen. & commit. stipul.* quod & sentisse videtur *consil. 488. sequens quæstio sub num.1.lib.1.* sicuti eum intellexit *Tiraquell. de legib. connub. gloss. 8.num.85.* vbi hanc sequitur sententiam, & rationibus ex *dict. consil. Bald. comprobat num.seqq.* quinimo eamdem sententiam tuetur, ac exornat pleniſſimè *à num.61.* vsque ad *89. tenuit Castrens. consil. 119. videtur dicendum num. 2. in secundo dubio lib.2. Ioann. Arnon. singul. 14. Socin. regul. 319. vers. tertio, Sallit Felin. consil.16. num.11. Natt. consil.173 num.5. Hieronym. à Laurent. decis. Amnion. n. 113. nu.1. vers. si statutum requirat Franc. Viu. inter communes opiniones verbo, Statutum disponens quod mulier seu opin 796. nu.3. Suarez.* qui hanc dicit communem opin. *verbo Mulier num.266. Lambertenq.* qui eamdem opinionem magis communem dicit, & sequitur *trac. de contract. eor. &c. in fin. num. 168* asserens iuxta eam Mediolani fuisse iudicatum, & potiſsimū procedere in statuto Comensi, quod eo vtitur proœmio, ne mulieres decipiantur, sicuti & statutum nostrum Romanum *cap. 151. quod cap. illud 113.* supplet, vt superius dictum ex *decis. 153. num. 13. par. 1. in recentior.*, ità orditur,

volentes

volentes etiam fraudibus obuiare ne mulieres, ex earum simplicitate, & puberes etiam masculi, qui adhuc imperfectæ ætatis existunt, defraudétur. Atque hanc sententiam tenuit *Rot. in Romana Societatis officij coram Litta 13. Februarij 1604. num. 1. impress. loco 11. per Pic. ad stat. Vrb. cap. 151. lib. 1.* vbi dixerunt Domini mulierem potuisse pecunias accipere ad societatem Officicij sinè solemnitatibus statutarijs, cum ex eo contractu effecta fuisset locupletior; Neque huic sententiæ refragatur *decis. apud Cardin. Seraphin. 1241. sub num. 3.* quæ pro altera parte *à Pico allegantur gloss. 7. num. 184. in fin.* quia in casu illius decis. non cõstabat de vtilitate minoris, qui sinè solemnitatibus statutarijs contraxerat, vt in ea expresse legitur, & quo ad opin. *Tiraq. & Lambertenq.* & aliorum quos supra recensuimus, subiungitur in eadem *decis.* illam esse controuersam, & contrariam esse magis cõe teste *Simoncel. trac. de decr. in contrac. min. lib. 3. tit. 8. n. 125.* pro qua etiã subijcitur esse *tex. optimum in l. non solum §. fin. ff. de rit. nupt.* Verũ eadem decisio non examinat, neque dirimit cõtrouersiam, in qua recenter *Pic. ad stat. Vrb. lib. 1. cap. 151. d. gloss. 7. num. 184. & 185.* recenset Doct quamplurimos in vtramque partem, ac demum sequitur opin. contra *Tiraqu. Lambert.* & sequaces, quibus tamen adhærendum censerem, tum quia pro hac parte militat ratio, & mens ipsa statuti, tum etiam stant iuris communis regulæ, & casus multi similes collecti per *Tiraq. accedatas auctoritas Rot. Romana, & Rot. Auenionen.* post alios grauissimos Doctor. supra citatos, & præcipuè *Bald.* qui omnium copiam longè superauit, vt inquit *Tiraquell. de legib. connub. d. gloss. 8. num. 85.* cuius sententiæ ipse *Tiraquel.* quam maximè, & merito, defert.

Fiat cum iudicis decreto) quod quidẽ decretum in

23 D alienationibus minorum ea potissimum ratione statuentes intervenire voluisse credendum est, quia illud facit, vt præsumantur omnia legitimè facta, omnemque doli fraudis, ac damni suspicionem tollit *Rot. in d. Romana executionis contractus 27. Maij 1597. coram Litta impress. vt supra per Marchesf. de commiss par. 1. §. 1. vbi de appell. in caus. camer. obligat. fol. 748 Bald. cons 66. num. 3. lib. 3. Rolen. cons. 39. num. 43. lib. 1. Pis.* qui plures alios cumulat ad *cap. stat. nostri*

24 *151. gloss. 21. num. 21. & seq.* decretum autem ex vera causa non autem falsa interponi debet, alias erit nullum, & obligatio minoris pariter nulla ex *text. in l. & si preces C. de prad. minor. Alex. cons. 69. num. 3. lib. 3. & cons. 147. num. 1. lib. 7. Rot. diuers. decision. 624. num. 4. parte 1. & coram Ludouis. decis 496. nu 10. & 11. & coram Penia, qua est dec. 34.* inter adiectas *per Pic. ad cap. 151. stat. Vrb. libro 1.* & idem erit, si decretum partim ex vera partim ex falsa causa con

25 stiterit, quia est indiuiduum, si tamen causa principalis decreti vera fuerit sustinebitur, licet secunda non sit vera, atque vbi decretum pluribus causis innixum sit, satis erit ad eius validitatem vnam esse veram, licet aliæ non iustificentur, probat hæc omnia pluribus auctoritatibus *Beltram. ad dict. decis. Ludouis. num. 12.* Causa verò præsumitur vera, & decretum iustum,

26 itaut contrarium asserenti incumbat onus probandi *Rot. diuers. decis. 243. num. 5. par. 2. in recentior. & decis. 314. num. 2. tad. par.* vbi amplius habetur decretum præsumi iustum, ne-

27 dum validum, quoad solemnitatem requisitam, & confirmantur plenius prædicta in *decis. 619. a num. 5. itaque in fine tad. par.*

28 Cæterum præsumptio ista locum habet, vbi simus in dubio, cum nimirum præsumptiones semper versentur circa rem dubiam, quæ esse, vel non esse potest vti *not. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 8. num. 2.* cessat autem præsumptio vbi causa, seù Causæ in instrumento narratæ pro

29 decreto non sunt verè ac legitimatæ, vt legitur *in decis. 32. num. 4. cum seqq. & in decis. 33. nu. 4. & 6. & in dec. 49. n. 9. inter adiectas per Pic. ad c. 151 statut. Vrbis lib. 1.* quod fusiùs comprobat *Bertazol. de clauss. clauss. 10. gloss. 11. num. 18.*

30 quoniam in claris non datur locus præsumptionibus *l. continuus 137. §. cum ita in fin. ff. de verbo oblig. l. ille, aut ille 25. ff. de leg. 3.* quod præcipuè comprobant exempla allata in prædicta

31 *decis. 32. num. 7.* quibus accedat, quod solemnitas, quæ alioqui ex cursu temporis præsumeretur, minimè præsumitur ex quauis temporis diuturnitate, quando ex ipsa inspectione Instrumenti apparet eam non esse adhibitam vti tradit *Menoch. ex plurium aliorum sententia, quos citat de præsump. lib. 3. præsump. 132. nu. 79. Alex. & addend. ad eum cons. 1. num. 21. lib. 4. Abb. cons 61. colum. vltim. vers. item antiquitas lib. 1. Castrens. consil. 81. num. 3. lib. 2. Aym. de antiquit. tempor. in secunda particul. 4. par. princ. num, 60.* vbi dixit quod etsi cursus temporis, cuius non extat memoria in contrarium præsumi faciat titulum præsumptione iuris, & de iure, attamen illi præsumptioni non statur, quando constat de ipso titulo vitioso, vnde me-

32 lius est non producere titulum, quam producere infectum *Aegid. decis. 287. & 393.* & aliquando mandatum sufficiens præsumitur nisi producatur insufficiens *Aym. consil. 184. num. 44 latè Paris. consil. 95. num. 29. lib. 1. & alij relati per Gabriel. de præsumption. conclus. 1. num. 37. Rot. coram Cardinale Sacrato in Romana de Santa Cruce 29. Ianuarij 1607. num. 6. & seq. & in eadem coram eodem 30. Martij 1607 num. 4. quæ decis. impressa fuerunt per Pic. ad Statut. Vrb. cap. 151. lib. 1. decis 33. & 34.* Porro quid iudi-

33 cis officio conueniat excutere ad sui decreti iustitiam distinctè, ac sapienter docet *Vlpian. in l. magis puto §. si pupillus ibi cuius officio in primis hoc conuenit excutere ff. de reb. cor.* Demum

34 hoc adiiciam, quod iudicibus non liceat eiusmodi decreta interponere diebus in honorem dei feriatis, vt ex communi Doct sententia *not. Simoncell. tract. de decret. lib. 1. tit. 1 inspect. 3. num. 84. & Scac. de iudic. lib. 2. cap. 5. num. 105* quæ tamen conclusio, ità declaratur, vt quam-

35 uis eiusmodi decreta diebus feriatis in honorem Dei interponi non debeant, interposita tamen teneant iuxta *dec. Serap. 782. n. 3.* quade re plura diximus superius ad *c. 58. defer. sub lit. A. cõclu. 4.*

36 Sed limitatur adhuc supradicta conclusio, vt nõ procedat in re pia, vel in casu necessitatis, vt per eosdem *Simoncell. num.87. & Scacc. num.100. locis citatis Guid.Pap. quæst. 215. num. 9. Gail. pract. obser. lib.2. obser.53. num.13.*

E Et interuentu duorum coniunctorũ proximiorum) qui scilicet sint idonei, sin minus cum interuentu aliorum duorum proximiorum post eos, & sic igradatim, quia per hoc statutum proximis quædam cura iniungitur, & ideo intelligitur secundum ordinem caritatis, vbi enim fit nominatio
37 plurium personarum sub nomine collectiuo, inter quas cadit prælatio ordinis, dispositio accipi debet ordine successiuo iuxta *text. in l. cum ita legatur 33. §. in fideicommisso ff. de leg.2. ità tradit Bald. in l. fin. C. de verb. signif. num.2. Bertazol. tract. de claus.6. glos.9. n.2.* coniuncti vero proximiores, qui interesse debent ex forma
38 huius statutialienationibus ipsis, de quibus in eodem statuto, intelliguntur tam de agnatis, quam de cognatis, omni prorsus super hoc differentia sublata *Rot. apud Crescent. decis. 4. nu.5. de constit. & in Romana de Scapuccijs 15. Iunij 1576. coram Card. Blanchetto, & in Rom. executionis contractus 27. Maij 1597. coram Litta n.5. qua impressa est per Marches. de cõmiss. p. 1. §. vbi de commiss. in caus. appell. in caus. camer. oblig. fol. mihi 748.* sed plenius ad hæc verba videri potest, *Pic. gloss. 13.43. ad cap. 151. Stat. Vrb. lib.1.* vbi dilucidè, & copiosè prosequitur, qui, & quales esse debeant isti coniuncti proximiores, & qui ex ijs reijciantur, ideo superuacaneum est nos in
40 hisce immorari. Addo solum, quod & affines adhibendos esse, vbi proximiores coniũcti non adsint, videtur admittere *Rot. decis. diuers. 314 n.4.*
41 *par. 2. in recent.* sed dummodo affinitas non sit dissoluta per mortem vnius ex coniugibus, sicuti iure dissoluitur *ex l. cui eorum §. affinitates ff. de postul. vbi Doct. Ludouic. Rot. Perusin. dec.2*
42 *num.17. par.1.* quodque non durauerit affinitas tempore contractus, in quo adhibendi fuerunt affines tamquam asserti proximiores, probandũ erit ab eo, qui dicit de nullitate contractus, eò quia non interfuerint ipsi affines, vt in eadem *decis. 314. num.4. par.1. diuers. in recentior.* cum nimirum ille in affinitate se fundet, & certum sit, quod tale statutum requirens præsentiam proximiorum intelligi debet de his, qui tales sũt tempore celebrati contractus, non de illis, qui desierant esse *d. §. affinitatis Tiraq. de retract. lignag. §.1. glos.9. num 96. cum alijs citatis in eadem decis. num.5.*

F Quorum non interfit) ideſt principaliter, & directò non cõsecutiuè, aut secundariò, vel idirectè, vt benè declarauit *Rot. coram Penia in Romana donationis de Grandis 16. Februarij 1601. num. 1. quæ est decis.25 inter adiectas d. tract. Pic.* facit, quod
43 dicitur de Tutore, & teste, qui non repelluntur licet de secundario eorum interesse constet *Put. decis.15. num. 1. & decis. 31. sub num. 1. lib. 3. Gratian cons.41. num.17. lib.2.* & hoc simile placuit *Rot. ad rem nostram in dict. decis. 25. penes Pic. num.2.* quibus præcipuè confert *text. in l. 3. §. mecum, & l. penul. ff. ad exhib. cum Doct. citat, sed melius probat tex. in l.1. in princ. ff. de auctor. tut.* tum in toto suo sensu tum in verbis ibi; prima enim ratio auctoritatis ea est, vt hæres fiat, per consequentias contingit, vt debitum subeat, est etiam ad id *tex. in l. quod dicimus 7. in princ. ff. eod. tit.*

G Iuramento approbantium) vt sequitur, nempe alienationem non esse in præiudicium ipsorum pupillorum, seu minorum, quæ quidem forma iuramenti à statuto præscripta, seruanda est, vti expressè cauetur in *decis. Ludouis. 133. num. 6.* Meritò autem exigitur eiuimodi iuramentum à coP 2 44 iunctis, quia coniunctus præsumitur scire negotia cõiuncti *l. octaui ff. vnde cogn. l. de tutela C. de in integ. restit. Rom. cõs. 290. sub n.4. Dec. cõs. 536. n.12. Seraph. de priuileg. iuram. priuil 3. n.18. & priuil. 33. n.218.* atque pro iuramento præsumi debet *l. fin. vers. & licet neminem C. ad l. Iul. repet. Guid. Pap. sing. 795. Seraph. de priuil. iuramen. priuil. 28. num.1.*

H Et illis deficientibus) scilicet gradatim, & ordine successiuo, vt supra hoc eodem cap. notauimus littera
45 F. ad verbum, & interuentu duorum proximiorum, sicque ita demum deueniatur ad alterius legitimi curatoris ad hunc effectum deputationem, si nulli proximiores existant, sicuti benè cõsiderauit *Pic. glos. 19.* ad illa verba, si aliqui coniuncti non existerent *num.1.2. & 3.*

46 Quomodo autem talis curator deputetur, copiosè declarat *Pic. glos. sua 20.* nam cum verba
47 ista huius cap. sint ablatiui absoluti, faciunt conditionem *l. à testatore 108. ff. de condit. & demon. l. fideicommissa 11. §. cum esset. & ibi Bart. ff. de leg.3. Caldar. cons.1. de verb. signif. Dec. cons* 383.
48 *sub num.3.* Conditio autem debet in primis purificari *l. qui heredi 44. §. fin. ff. de condition. & demon. c. licet de voto c.1. de sponsal. in 6. Clem. cũ ei quem de concess. præben.* atque ipsa conditio formam inducit, qua non seruata actus redditur
49 nullus *l. Meuius 70. & d. l. qui heredi ff. de cond. & demõ.* quod fusè prosequitur *Tiraq. de retract. conuent. §.2. glos.1. n.3. & 4. vnde Rot. censuit nõ esse satisfactum statuto cap. 151. infra hoc tod. lib.* si adhibeatur curator, vbi adsunt coniuncti, vt in *decis. 6. num.4. apud Pic.* quod quidem cap. cum hoc nostro in clausula ista conditionali prorsus conuenit ex prædictis. Reliqua, quæ hoc loco forte fuissent annotanda vide apud *Pic. d. glo. 19.*

I Causa in scriptis ipsi Iudici expressa, & insinuata, ac plenè cognita)
50 causa autem ad præscriptum huius statuti plenè cognita dicitur, quando in instrumento contractus expressa est, & à Iudice extraiudicialiter, & summariè saltem examinata, antequam decretum suum interponat, etiam si decretum appositum sit incontinenti post stipulationem contractus & ita de cõsuetudine seruatur teste *Put. in dec. 353. lib.1.* iuxta emendatã impressionẽ *Achill. decis.3. de præsump. num.3. Rot. diuers. decis. 155. num.2.*
22 *par.1. & in Romana donationis de Grãdis coram Penia 16. Februarij 1601. num.9. impressa per Pic. ad stat. Vrbis cap 151. lib.1. loco 25. inter decis. et in Romana Societatis offi cij 13. Februarij*

rij 1606. *coram Litta nu.* 11. quæ itidem edita eſt apud *Pic. inter dec. loco* 11. Et de tali cõſuetudine in Vrbe ſeruari ſolita teſtatur idem *Pic. ad d. cap. gloſ.* 21. *n.* 11. 18. cui quidem conſuetudini ipſe pariter adhæſi, dum contingit me decreta interponere in contractibus minorum, vel mulierum iuxta formam ſtatutorum Vrbis, quamdiu functus ſum munere Capitanei, ſeù Iudicis Appellationum, ac deinde Senatoris eiuſdem Vrbis, ſed, & generaliter de conſuetudine eiuſmodi alijs in locis pariter ſeruari ſolita tradũt *Alber.* & *Caſt. in l. abus* C. *de ſer. vbi Caſtr.* habet hęc verba, dicit autem hic *Alber.* quod in interpoſitione decreti ſuper alienatione minorum, non conficiũtur acta hodie de conſuetudine, licet de iure requirantur; & *Bertaz. de clauſ.* 10. *clauſ. gloſ.* 11. *ſub num.* 15. ibi quid ſi non fuit ſeruata forma ſupra tradita ſed tantum fuit facta venditio, & cauſa expreſſa legitima tutoriſque, vel curatoris interueniente auctoritate, decretum fuit interpoſitum vno, & eodem tempore, prout communiter fit quotidie. Et mox reſpondit valere inſtrumentum propter decreti interpoſitionem, cuius quidem decreti interpoſitio preſumptionem habet pro ſe tantam, vt ex iuſta & legitima cauſa illud interpoſitum cenſeatur, & ſolenitates omnes interueniſſe præſumatur, atque ſteterit inſtrumento decreti auctoritate communito, niſi per pupillum demonſtretur iudicem falſis allegationibus fuiſſe circumuentum, ita præcisè loquitur *Bertazol. per tex. in l. ab ea parte 2. reſponſ. ff. de prob.* & *in l. manumiſſio per totos 23. ff. de manum. vindic. tradit Specul. tit. de vendit. à minor.* & *ab Eccleſ. celebr. §. nunc dicendum num.* 5. *ex tex. in l.* & *ſi præſes*, & *in l. ß quidem*, C. *de prad. vel alie. rer. min. non alien. Pariſ. conſ.* 33. *num.* 27. *vol.* 1. & *conſ.* 96. *num.* 39 *eod. vol. Alciat. de præſump.* 3. *regul. præſump.* 10. *in princ. Alex. in l. ſciendum num.* 26. *ff. de verb. oblig.* & *conſ.* 125. *num.* 5 *lib.* 1. & *conſ.* 80. *num.* 5 *lib.* 5. *Socin conſ.* 15. *num.* 31. & *conſ.* 115. *num.* 5. *vbi de comm. opin. vol.* 1. & *conſ.* 57. *nu.* 26. *vol.* 4. *Marſil. ſingul.* 438. *lex multum*, & alii plures congeſti per *Bertazol. d. clauſ.* 10. *glo.* 11. *num.* 10. & nouiſſimè per *Pic. ad dict. cap.* 151. *d. glo.* 21. *num.* 21. & *ſeqq. præſertim nu.* 24. quodq;
51 decretum præſumi faciat cauſæ cognitionem interueniſſe, propter illa verba adhiberi ſolita ſuper omnibus, & ſingulis tanquam ritè, & legitimè geſtis Iudex ſuam, dictique officij ſui auctoritatem, & decretum interpoſuit, dixit *Rot. in d. Romana donationis de Grandis nnm.* 7. *impreſſ. apud Pic.* nam verba prædicta æquipollent atteſtationi de adhibita cauſæ cognitione, vt habetur in eadem *deciſ.* & *iuxta tradita per Alex. conſ.* 80. *nu.* 10. *verſ. Sed in propoſito vol.* 5. vbi inquit, quod per verba notarij afferentis, quod Iudex decretũ fecit omni meliori modo, vt pote æquipollentia, affirmauit interceſſiſſe cauſæ, cognitionem, id autem multo magis procedit retenta forma eiuſmodi decreti, quæ noſtris temporibus
51 ſeruatur, quam extenſam ponit *Pic. d. glo.* 21. *ſub num.* 18. hiſce verbis, qui D. Iudex vbi ſupra ſedens cauſa, vt aſſeruit plenè cognita ſuper omnibus, & ſingulis prædictis ſuam, ſuiq. officij auctoritatem pariter, & decretum interpoſuit, ſupplendo omnes tàm iuris, quàm facti defectus, ſi qui ſunt, non ſolum prædicto, ſed alijs omni meliori modo, &c.

Et hanc quidem decreti formulam expreſſerat, & explicauerat *Saluſt. Tiber. in ſuo formul. inſtrum. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 1. & *ſeqq. quem refert. ipſe Pic.* qua formula ſeruata nullus planè locus dubitandi relinquitur, quin decretum cauſa cognita interpoſitum præſumatur, nam & cauſæ cognitio enunciatur in decreto, & amplius accedit clauſula omni meliori modo, quorum alterum ſufficit ad probandum, quod cauſæ cognitio præceſſerit decretum, & hæc eſt communis *Doct. opin. Gabriel. citatus in d. Romana donationis num.* 8. *conſ.* 23. *num.* 6. & *ſeq. lib.* 1.

Verum prædictis aduerſari videtur *Rot. in Peruſina donationis coram Cardinale Caualerio* 21. *Iunij* 1613. *num.* 12. *impreſſ. per Pic. ad d. cap.* 151. *loco inter deciſ.* 49. vbi inquit expreſſè *Rot.* quod non poteſt vllo modo dici cauſa plenè
54 cognita, vt ſtatutum requirit, ex breuitate tẽporis, cum eodem momento, & contextu Iudex cauſam intellexerit, & decretum interpoſuerit, ſed re vera dictum iſtud forte procederet attenta ſolum ſimplici præſumptione iuris, vt apparet ex Doct. in eadem deciſ. citatis, aliæ verò deciſiones, & doctrinæ ſuperius allatę loquuntur, vbi adſit cõſuetudo interponendi decreta vno, & eodem tempore celebrationis contractus, prævia cauſæ cognitione sũmaria, & extraiudiciali, ſicuti apparet ex alijs deciſionibus, & Doct. allegatis, nec dubium eſt, quin attendi debeat conſuetudo, ſeù obſeruantia interpretatiua, quæ nimirum declarauit, quomodo per ſtatutum intelligatur cauſa plenè cognita, ſi quidem ſtatu-
55 ta, & quęuis aliæ diſpoſitiones interpretationẽ recipiunt ab obſeruãtia ſubſecuta *Aym. cons.* 203. *n.* 11. *Pariſ. conſ.* 21. *n.* 32. & *ſeq. lib.* 1. *Gabr. cõſ.* 196. *n.* 6. *lib.* 2. *Menoch. de præſũpt. lib.* 3. *præſum.* 103. *n.* 36. & *ſeq. Dec. conſ.* 161. *ſub n.* 5. *Iaſ.* qui hanc interpretationem omnibus alijs certiorem dicit *conſ.* 128. *col.* 2. *verſ. quarto facit lib.* 1.
56 Et attenditur interpetratio per obſeruantiam ſubſecutam, etiamſi verba diſpoſitionis alium haberent intellectum, & intellectus datus ex obſeruantia eſſet malus, & de iure non tenendus *Socin conſ.* 145. *num.* 2. & 3. *lib.* 1. *Aym. conſ.* 294. *num.* 8. *in fin. verſ. Amplius dico*, quodque ſtatuta intelligenda, & obſeruanda ſint iuxta declarationem, quæ ex conſuetudine, & obſeruãtia proceſſerit *not. Maſcard. de gener ſtat. interpr. concl.* 2. 139. & *ſeqq.* facit *tex. in l. ſi de interpretatione*, & *in l. nam Imperator ff. de legi. Io. de Amic. conſ.* 42. *num.* 17. & *ſeq. Rot. diuerſ. deciſ.* 236. *num.* 5. & *ſeq. par.* 2. *diuerſ.* & *deciſ.* 37. *num.* 32. *eadem par. Vnde deciſ. prædicta coram Caualerio* obſtare non debet alijs deciſionibus, quæ tamen deciſio alioqui benè ſubſiſtit in negotio principali, quia alijs nititur rationibus, & ea præcipue, quod iudicis decretum non eſſet fundatum in iuſta, & ſufficienti cauſa ad ſuſtinendam donationem, de qua ibi agebatur, quo circa opus non erat argumento illo, quod ob temporis breuitatem excluderetur præſũptio adhibitæ cognitionis cauſæ, quod quidem argumentum etiam repellitur
57 quia breui temporis ſpatio, vt plurimum, poteſt Iudex cognoſcere de cauſa contractus, informando ſe extraiudicialiter, dum componitur, vel expeditur

peditur instrumentum contractus per notarium, dumq; cõtrahentes adstant, & instant Iudici pro obtinendo decreto, conferunt ad hæc quæ scribit *Gabriel.conf.*23. *sub num.*5.*vers. hæc verò nõ sunt huiusmodi*, & *Ruin.conf.*90. *sub num.* 12. *vol.* 15. vbi concludit, quod præsumitur Iudicem satis informatum fuisse, sicque cognouisse sufficienter de causa contractus, antequam decretum interposuerit, quia potuit se prius extraiudicialiter informare, licet eadem die, & hora cum facta fuit venditio sit iudex adhibitus, qui statim decretum interposuit, idem planè sensit *Alexan. conf.*80.*num.*11.*lib* 5. Demum ad hæc, ipsa verba statuti videri potest *glos. Pici*, 22. cum proxima præcedenti

58 K **Dummodo constet eam cessisse in euidentem vtilitatem)** requiritur sanè euidens vtilitas minorum ad validitatem alienationis bonorum immobilium, seù iurium ipsorum, ità tamen vt nihilominus propter æs alienũ dissoluendũ fiat alienatio, nec enim aliter fieri potest *l. magis puto §. nõ passim & §. si æs alienũ*, ibi Prætori enim non liberũ arbitriũ datũ est distrahẽdi res pupillares, sed ità demum si æs alienum immineat *tex.* est etiam expressus *in l. ob æs alienum tantum*, C. *de prad.min.* fusius prosequitur *Simoncell. d. tract. lib.*1.*tit.*1. *num.*35. *Rot.decis.*41. *num.*22.& 23. *inter collectas per Pic. ad Stat. Vrb. cap.*151. *lib.* 1.

59 60 immo necesse est amplius, vt creditores vrgeant æris alieni dissolutionem *d.l.magis puto §.item requirat* ibi tunc permittet Prætor distrahi, si modò vrgeat creditor, aut vsurarum modus parendum æri alieno suadeat, *not. Simoncell. d. tract. & tit. num.*36.& *Rot. d decis. & num.*

61 Euidens vtilitas intelligitur clara, & indubitata, ita vt alienatio, sine dubio profutura sit pupillo, vt in simili casu nempe de alienatione bonorum Ecclesiæ habetur *in cap. sine exceptione* 12.*q.*2 & dixit *Rot. decis.*31. *num.*8. *in collectis*

62 *per Pic.* Cum valeat etiam argumentum à pupillo ad Ecclesiam in hoc puncto, vt per *Euer. in cent. sua loco a pupillo ad Ecclesiam num.* 5.

63 Sed nonne satis videtur constare, quod alienatio cesserit in euidentem vtilitatem minoris, vbi alienatio peracta sit cum auctoritate tutoris, vel curatoris cũ iudicis decreto, & interuentu duorum coniunctorum, & alia iuxta formam hoc c. præscriptam? Et quidem videtur hoc modo satis constare de euidenti vtilitate minoris cum ex sacræ Rotæ decisionibus, de quibus supra mentionem habuimus hoc ipso cap. ad verbum Fiat cum decreto iudicis litera E, præsumatur pro

64 decreto, tum quoad solemnitatem, tum quoad iustitiam, iuris verò præsumptiones dicuntur liquidissimæ probationes, *l. licet Imperator* 77. *ff. de leg.*1. *l. cum proponebatur* 66. *ff. de leg.*2 *l. dolum*, C. *de dol.* quæ quidem præsumptiones pro-

65 bationem faciunt euidentem, claram, & manifestam, itaut satisfactum censeatur etiam statuto requirenti probationes, *Menoch. de præsumpt. lib.*1.*q.*36.*num.*8. & hanc opinionem ante secutus fuerat, magisq; communem dixerat *Asin. in sua praxi iudic. ad stat. Florentiæ, §.*19. *cap.* 2.

66 *sub num.*4.& 5. cui adhæret ipse *Menoch. loc. cit.* attamen hoc ita videtur esse accipiendum, si non fuerit euidens contrarium, scilicet damnum minorum, argumento *tex. in d.l. Imperator in prin.* vbi hæc verba proferuntur, licet Imperator noster cum patre rescripserit, videri voluntate testatoris repetita à substituto, quæ ab instituto fuerant relicta, tamen hoc ita erit accipiendum, si non fuerit euidens diuersa voluntas, ecce quod firma stat iuris præsumptio quamdiu euidenter de contrario non docetur, idque profectò valde confert ad interpretationem statuti nostri in hac dubitatione; Hinc videmus admitti proba-

67 tionem contra præsumptionem, quæ alioqui stat pro decreto, tum ex narratis, & inductis in ipso instrumento contractus, & decreti, vt videre est ex decisionibus 32.*num.*4. 33.*num.*6.& 42.*n* 27 *apud Pic.* tum etiam aliunde, & *tex. ett expressus in d. l. magis puto. § si pupillus circa fin.* ibi manet actio pupillo, si postea poterit probari obreptum esse Prætori, & *tex. in l. & si præses*, C. *de prad. min.* & hanc esse communem opinionẽ testatur, *Alex. conf.*207.*num.*7. *lib.* 7. à qua nec puto aliquem recedere, quàm, & plenius comprobat *Roland. conf.* 99. *num.* 29. *vol.* 1 & *Pis. glos. sua* 21. *num.*29. & *seqq.* neque de hoc du-

68 bium esse potest, quia contra iuris præsumptiones admitentur probationes, a qua sententia nemo videtur dissentire, vti testatur, & fusius prosequitur *Menoch. de præsumpt. lib.*1. *quæst.* 31.*num.*2.

Neque verò statutum hoc loco ita intelligi debet, vel potest, vt velit aliunde probari, quàm ex forma præmissa, quod alienatio cesserit in euidentem vtilitatem minorum, quia esset sibi contrarium, si post vnicam formam exacte traditam ad probandam euidentem vtilitatem minorum in alienationibus bonorum, mandaret ipsam euidentem vtilitatem alio modo probari statuta

69 autem sic intelligi debent, ne quid contrarium contineant *Abb. in c. gratũ* 20. *in princ. n.*2.& *in c. super quæstionũ* 27 *in princ. n.*2. *de offic. deleg. Dec.* qui idipsum tum in statutis, tũ in qualibet alia dispositione comprobat *in l. vbi repugnantia* 148. *ff. de reg. iur. num.*4. *Alex. conf.*141. *num.* 5. *lib.* 2. *cum alijs pluribus citatis ab eo*, & *in addit. ad eumdem sub litera B.* Atque amplius etiã repugnaret statutum iuri communi, quia tolleret vim præsumptioni iuris ex iudicis decreto, & aliis solemnitatibus procedenti, quæ quidem præsumptio liquidissima est probatio, vt proximè diximus ideo talis interpretatio non est facienda, sed euitanda, *iuxta not. per Doct. communiter in l. omnes populi ff. de iustit.* & *iur. c. cum dilectus*, & *ibi Doct. de consuet.* sensus igitur statuti nostri in hac particula est, quod alienatio ità facta vti præscriptum est, valeat, & teneat, dummodo ex ipsis actis constet eam cessisse in euidentem vtilitatem pupillorum, seù minorum, neque contrarium probetur.

70 L **Alioqui nulla, & inualida cẽseatur)** clausula hæc decreti irritantis omnem prorsus dubitationem tollit, si quæ fuisset de nullitate contractus aliter initi, quam sit præscriptum iuxta tradita per *Gabriel conclus.*6. *de claus. nu.* 57. 58.& 73.& *per Mandos. ad regul. Cancell.* 7. *q.*4 *nu.*3.& *eadem regul.*31.*q.*9.*num.*10.

71 Addo adhuc, quod hoc statutum locum etiam ha-

habeat in minoribus habentibus patrem, vti cen
suit *Rot. decis.* 153. & 177. *num.* 1. *par.* 1. *di-*
72 *uers. in recent.* atque vbi pater, cum filio con-
trahit, vt in eadem *decis.* 177. *nu.* 2. quæ hanc opi
nionem forsan magis communem, & veram dicit
licet contrariam alijs magis receptam dixerit
ante *eadem Rot. apud Ludouis. decis* 334. *num.* 3.
73 Quando autẽ pater dicatur contrahere cum filio
declarat decis. prædicta 153. quæ apud *Pic. est* 59.
74 *num.* 11. 59. omnino videnda, atque procedit hoc
statutum etiam vbi minor iurauerit, quia istud
statutum, suppletur ab altero infra cap. 151. hoc
75 eodem lib. vbi iuramentum censetur dolo, & me-
tu extortum, & nihil operatur, & datur concur-
sus istorum statutorum, vt in eadem *decis.* 177 *nu.*
19. *& in altera Romana de Sancta Cruce* 3. *De-*
cembris 1607. *coram Sacrato, quæ penes Pic. est*
41. *in fin.*
76 Et locum habet statutum, licet minor forte
lædatur cõtrahendo cum Communitate alicuius
77 Ciuitatis, nam & si communitas minorum iure
vti soleat *l. Respublica C. ex quib. caus. maio. &*
78 *ibi glos. verbo Solet*, immo & pupillo æquipare-
tur *l. Rempublicam C. de in. Respub. lib.* 11. *Bart. in*
l. 1. *§. quod autem num.* 5. *& in l. nulli num.* 4. *ff.*
quod cuiusque vniuers. nom. Corn. cons. 189. *num.*
4. *lib.* 3. *Odd. qui ideo asserit ex comm. Doct.*
sententia ità succurri beneficio restitutionis in in-
tegrum Ciuitatibus & Communitatibus, ficuti
minoribus, & pupillis *tract. de restit. in integr.*
par. 1. *quæst.* 3. *art.* 19. *& duob. seqq.*
79 Attamen inter duos priuilegiatos contrahen-
tes, veluti inter duos minores potior est causa
eius, qui in contractu simul intro læsus est, aut
damnum sensit argumento *text. in c. auditis de re-*
stit. in integr. & in l. fin. ff. ex quib. caus. maio. l.
3. *C. si aduers. Fisc. & in l.* 12. *verum §. item quæ-*
ritur si minor ff. de minor. vbi Bart. & Bald. in
princ. quod pluribus comprobat *Lamberteng.*
de contract. mulier. in fin num. 125. *& seqq. Rot.*
d. decis. 59 *impr. ff. per Pic. num* 6. *& seq.*
80 Atque statutum nostrum comprehendit etiam
minores forenses in Vrbe contrahentes, quia
respicit solemnitatem, seu formam, sub qua mi-
nor debet contrahere, non autem illius personã
inhabilitat iuxta doctrinam *Bart. in l.* 1. *num.* 13.
& seqq. C. de summ. Trin. & fid. cath. á qua nemo
discrepat teste *Ias. ibidem sub num.* 86. *in fin. Lã-*
berteng. plures alios referens *de contract. mulier.*
glo. 2. *nu.* 26. *& seqq. Cas. de Graff. decis.* 2. *nu.* 16.
de donat. Caputaq. decis. 206. *par.* 3. *& confir-*
matur in decis. 153. *num.* 5. *par.* 1. *diuers. in*
recent. quæ ff 59. *inter impress. per Pic. ad Stat.*
Vrb. cap. 151. *& idem Pic.* plurimos alios con-
gerit ad huiusce conclusionis assertionem *glo.* 11.
81 *num* 36. Et procedit etiam, vbi minor contrahit
pro liberatione patris è carceribus, nec enim hæc
82 causa habetur pro necessaria in filio ad contrã-
hendum, ita vt excludere possit solemnitates sta-
tuti, sicuti probatur ex deductis in *d. decis.* 153.
num. 10. *& in altera* 177. *num.* 8. *par.* 1. *diuers.*
in recentior.

De venditionibus à decoctis factis.

Cap. CIX.

VEnditio, vel donatio, seu *b*
cuiuscumque alterius ge
neris alienatio, facta ab
aliquo, qui dictus fuerit
decoctus, seu fallitus, *c*
vel ab vxore, nuru, vel
alio habente causam ab eo, de bonis, & re-
bus ipsius decocti, *d* simulata præsumatur;
e & præsertim *f* si alienans, vel decoctus
post alienationẽ, illa possederit, *g* vel alie-
natio in consanguineum facta fuerit, & vt si-
mulata summariè, vt dictum est, ad cuiuscũ-
que interesse habentis instantiam, reuoce-
tur. Idque locum habeat *b* siue alienatio hu
iusmodi facta fuerit ante, siue post deco-
ctionem; dummodo eo tempore facta sit,
quo pro decocto communiter habebatur,
licet adhuc non latitaret; quod probari suf-
ficiat per publicam tantum famam, & com-
munem opinionem.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Decoctor quis dicatur, & nu.* 4. *& qui ma-*
teriam istam tractarint n. 2.
3 *Constitutionis, vel Statuti qualitates pro-*
bari debent ad hoc, vt dispositio habeat ef-
fectum.
5 *Dictio, Quæcumque, comprehendit etiam*
impropria, & abusiua.
6 *Alienationis verbum latè patet, cum largè*
sumitur: & eius species remissiuè, n. 7.
8 *Alienatio propriè dicitur, vbi directum*
dominium transfertur.
9 *Alienare non intelligitur debitor, qui occa-*
sione acquirendi non vtitur.
10 *Creditores non defraudantur, cum quid non*
acquiritur à creditore, sed cum quid de
bonis diminuitur.
11 *Debitor an, sicut potest hereditatem, ita pos-*
sit repudiare legatum sibi factum rei im-
mobilis?
12 *Dominium rei legatæ, à morte testatoris*
transit recta via in legatarium.
13 *Ignoranti, licèt reuocabiliter, quæritur.*
14 *Prælatus non potest repudiare legatum rei*
immobilis Ecclesiæ suæ factum.
15 *Alienatio bonorum immobilium Ecclesiæ est*
interdicta Prælato.

16 Sta-

16 *Statutum Vrbis de venditionibus à decoctis factis non comprehendit casum repudiationis legati. Idem de iure communi dicendum n.*18.*& ratio, n.* 19.

17 *Generi per speciem derogatur.*

20 *Fraus sine dolo esse non potest, & sunt quadam veluti cognatione coniuncta.*

21 *Fraus ipsa delictum est.*

22 *Fraus, vt probetur, requiruntur manifesta ac certissima probationes.*

23 *Interpretatio in dubio facienda est, vt quis velit vti iure suo, non autem alium ladere.*

24 *Debitor repudians legatum sibi factum, præsumitur velle vti arbitrio sibi à iure concesso.*

25 *Fraudatio sumitur pro fraude apud Iuris consultos.*

26 *Vxor facilè potest inire consilium cum marito fraudandi creditores.*

27 *Simulatio contractus generaliter non præsumitur.*

28 *Decoctores vulgo falliti dicti ad mentiendũ faciles sunt: & qualiter in præiudicium creditorum soleant simulatè contrahere, remissiuè. nu.* 29.

30 *Decocti repelluntur à testificando in causis criminalibus, atque etiam in ciuilibus arduis.*

31 *Dictio Præsertim, quid significet.*

32 *Simulatio alienationis præsumitur iure, si alienans possederit post alienationem rem alienatam.*

Vel si alienatio fuerit facta in consanguineũ. num. 33.

Vel si fuerit facta in limine decoctionis. num. 34.

Vel si publicè debitor vergebat ad inopiam. num. 35.

36 *Fraudis consilium quomodo præsumatur; remissiuè. & num.* 37.

SVMMARIVM Annotat.

1 A Decoctis) latine dici debuisset à decoctoribus, nam à verbo decoquo, quod per trãslationem apud Latini sermonis professores, significat facultates suas paulatim quasi coquendo absumere, deriuat actiuè decoctor, vulgò fallitus appellatus, qui scilicet substantiam suam perdidit, ita vt creditoribus suis soluendo non sit vt erudite ex probatis auctoribus deducit *Strac. tract. de decoctor. seu conturbat. par.* 1. *num.* 1. *&* 2.

Sic etiam tales nuncupantur in Constitutione Sanctæ me. Pij Papæ V. contra fraudulentos, & dolosos decoctores capitali pœna plectendos, quæ est CXII. inter eius bullas in nouo bullario.

Sed statuentes nostri sequuti sunt communem
2 quemdam vsum loquendi. Cæterum ad materiam istam perlegi potest idẽ *Strac. tract.* qui est inter alios *tract. vniuers. iur. tom.* 6. *p.* 1. vbi eã doctè, & eleganter profectò auctor ipse complexus est. Eamdem porro materiam criminaliter pertractauit celebris iam toto orbe Iurisconsultus præsertim in criminalibus iudicijs *Prosper Farinac. q.* 26. *num.* 81. *idem* 26. *& seqq.* in qua *quæst. num.* 29. meminit etiam prędictæ Bullæ Pij V. qui tamen inquit eam vti nimis rigorosam vsu seruatam nõ esse; Sed ego crediderim potius, quantum me experientia docuit, id accidisse, quia plura coniunctim requirit eadẽ constitutio, vt pœnæ locus sit quæ quidem omnia vix probari possunt, vt ex lectione proœemij & §. 3. satis apparet, vbi verò probarentur, non esset rigorosa constitutio, qua-
3 litates autem constitutionis, vel statuti probari debent, vt dispositio effectum habeat *Surd. decis.* 268. *num.* 12. *Grat. cons.* 151. *num.* 18. *vol.* 1. *Rot. diuers. decis.* 172. *num* 1. *&* 151. *num.* 1. *par.* 1. & de statuto in simili materia loquente *not. Dec. cons.* 268. *in princ. & Stracch. d. tract. par.* 4. *num.* 25. *Rot. Genuen. decis.* 83. *nu.* 1. Decoctor
4 autem, seu decoctus sic à statuto nostro dictus is est, qui fortunæ vitio, vel suo, vel partim fortunę, partim suo vitio non soluendo factus, foro cessit, ità definit, seu describit *Stracch. d. tract. p.* 2. *nu.* 1. qui cum hoc fundamento solam sui operis orditur, & perficit.

Cuiuscumque generis alienatio

etiam impropria, & abusiua, ita enim sibi vult
5 dictio ista cuiuscunque *Alciat. in l. momentium* 93, *num.* 6. *ff. de verb. sign. Rom. in l. in tempus in fin. ff. de vsucap. Marsil in l. vnius §. cognituros num.* 28. *ff. de quæst. probat gloss. in clem.* 1. *verb. Quibuscunque de iudic.* & plenissimè *Tiraq. tract. de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 7. *num.* 22. *cum seqq.*
6 porro alienationis verbum latè patet, cum largè sumitur *Alciat. in l. alienationis verbum* 28. *ff. de verb. signif. num.* 1. *& seqq. tex. in l. fin.* C. *de reb. alien. non alien. & in c. nulli de reb. Eccl. non alien.* & generale esse, atque latissimam habere significationem plenius probat *Schard. in suo lexicon. iur. verbo Alienationis verbum Generale*,
7 vbi quamplures, ne dicam omnes, alienationis species sigillatim recenset, & prosequitur adhuc duobus sequentibus verbis *not. Dec. in l. non alienat.* 161. *num.* 2. *ff. de reg. iur.* quod largo mõdo etiam alienare videtur, qui transfert possessionem ex *l. non solum in princ. ff. de alien. iud. mut. caus. fac. & in l. si mulier* 21. *§. qui possessionem ff. quod met. caus.* confirmat id ipsum *Cagnol. ad eamdem l. non alienat. vbi num.* 3. inquit verbum alinationis latè patere, nec solum ad dominij alienationem, sed ad vsucapionem, pignoris nexum, donationem, emphyteusim, & similia, Illud cer-
8 tum est aliàs, quod alienatio propriè dicitur, vbi directum dominium transfertur *l. alienatum* 67. *ff. de verb. sig. Alciat. in l. alienationis verbum* 28. *n.* 1. *&* 2. *ff. sod. tit. in l. vnic.* C. *de fund. dot.* sed ex verbis nostri statuti generalibus, & vniuersalibus omnis cessat dubitatio.

9 Cæterum quod attinet ad fraudandos creditores debitor ille nõ intelligitur alienare, qui occasio-

ne

ne acquirendi non vtitur *l.qui autem 6.in princ. ff.qua in fraud. cred.* qui autem inquit ibi *Vlp.* cum poſſit aliquid quærere,non id agit vt acquirat, ad hoc edictum non pertinet, & *d.l. alienationis verbum*, ibi qui occaſione acquirendi non vtitur,non intelligitur alienare, veluti qui hæreditatem omittit, aut opinionem intra certũ tempus datam non amplectitur, Nec fraudantur cre
10 ditores, cum quid non acquiritur à debitore,ſed cum quid de bonis diminuitur *l. non fraudantur* 177 *ff de reg.iur.*

Et quidem quoad repudiationem hæreditatũ nulla eſt dubitatio ex prædictis iuribus, quibus
11 nemo contradicit. An vero liberum ſit debitori legatum rei immobilis ſibi factum repudiare in præiudicium creditorum, videretur quidem du-
12 bitari poſſe ea ratione, quia dominium rei legatæ à morte teſtatoris recta via tranſit in legata-
13 rium *l.à Titio 60. ff. de iure.* & etiam ignoranti licet reuocabiliter quæritur *l cũ pater 79.§.Surd. ff.de leg.* 2. Sicque debitor legatum repudiando alienare videtur etiam propriè, cum transferat dominium ad *tex.in d.l alienatum*, cum alijs ſuperius adductis, vnde fundum legatum repudiare pupillus ſine Prætoris auctoritate non poteſt, eſſe enim & hanc alienationem, cum res ſit pupilli, nemo dubitat, quæ ipſa verba protulit *Vlp.in l.magis puto §.fundum ff.de reb.eor.* Hinc
14 etiam pariter concludunt Doct. Prælatum non poſſe legatum rei immobilis Eccleſiæ ſuæ factum repudiare, vti eſſe magis communem opin. tradit *Gabr.* per quem citantur plurimi *concl. 3. de leg.*
15 *num.1.* eo quia illi interdicta ſit bonorum immobilium Eccleſiæ alienatio *cap.1.& 2. de reb. Eccl. non alien.in 6. c.nulli extra eod.tit c tua nuper de his,quæ fiunt à prael.fin.conſ.cap.quam opinionem variorem dicit Cauall.in ſuo ſpec comm.opin. contr.comm.*& ipſe hanc concluſionem pluribus alijs in publica diſputatione Romæ olim anno 1588. Menſe Decembris defendi aliquot ampliſſimis Cardinalibus præſentibus è quibus duo poſtea ad Summum Pontificatum vnus poſt alium, euecti fuerunt; Attamẽ arbitrarer ſtatutũ noſtrũ
16 nõ comprehendere caſum eiuſmodi alienationis per *tex. in l.qui autem 6.§.ſed & illud ff. qua in fraud.cred.* vbi hæc habẽtur verba, ſed & illud probandum eſt, ſi legatum repudiauit ceſſare hoc edictum, vnde quicquid iure cautum in alijs caſibus reperiatur, certè in caſu noſtro ſpecialem habemus deciſionem,& regula iuris eſt, quod ge
17 neri per ſpeciem derogatur *c. generi 34. de reg. iur. in 6.* & illud potiſſimum attenditur, quod ad ſpeciem directum eſt *l. in toto 81. ff.de reg.iur.* cumque ſtatutum noſtrum hoc loco ducat originem, & normam à legibus tituli *ff. quæ in frau. cred.& tit.* C. *de reuoc. his quæ in fraud. cred.* vt ex ipſa ſubiecta materia perſpicuum eſt, dubitari profectò non pote:,quin ſtatuentes noſtri voluerint ſe conformare cum *d.l.qui autem §.ſed illud per vulg regul.tex.in c.cum dilectus de conſuet.* & *in l.1.C.de inoff.dot.& iuxta tradita per Doct. communiter in l.omnes populi ff.de iuſt.& iur. et per Maſcard.de gen.ſtat.interpret.concl.2. nu. 1.*
18 *& ſeqq.* ratio au em,cur legati repudiatio non contineatur ſub edicto, quæ in *fraud. cred.* facta ſunt,apertè deſumitur ex *l. 6. in princ.eod.tit.* ibi pertinet enim hoc edictum ad diminuentes patrimonium ſuum, non ad eos,qui agunt ne locupletentur; at non diminuit patrimonium,qui legatum repudiat, cum nunquam in patrimonio ſuo verè legatum habuerit,ſimile videmus diſpoſitum in *l.1.§ verum autem iuncto § ſeq.ff.ſi quid in fraud.patr.* vbi dicitur,quod ſi libertus non acquiſierit, puta ſi non adierit hæreditatem fraudandi patroni cauſa, vel legatũ repulerit,ceſſat actio fauiana, quæ patrono datur ad ea reuocanda,quæ libertus in fraudem patroni diminuit, & ratio ibidem affertur,quia quamuis legatum retro noſtrum ſit,niſi repudietur,attamen cum repudiatur retro non fuiſſe patet eſt, ad hæc conferunt tradita per *Azon.in ſumma titul.* C. *de de reuoc.qua in fraud. cred.num.4.per Cagn.in l. non fraudantur* 177. *ff.de reg. iur. Lamberteng. tract.de contract.glo.4.verbo vel diſtractu nu.12 & Simoncell. tract. de decret. lib. 3. tit.8. inſpect. 9.*
19 Cur autem legum cõditoribus placuerit, quod licet Prætoris edictum contra fraudantes creditores contineat in ſe omnem omnino in fraudem factam, vel alienationem,vel quemcumque contractum, vt ſunt verba *Vlp.in l.1.§.ait ergo Prætor ff.qua in fraud cred.* nihilominus poſtea per eumdem *Vlp.in l.6.in princ. eod.tit.* moderetur, & declaretur, vt locum non habeat niſi contra debitores diminuentes patrimonium, & proinde ceſſet edictum, ſi illi hereditatem, vel etiam legatum repudient ? opinarer planè id ex iuris prudentiæ regulis eſſe factum, vt doli, ac delicti ſuſpicio, vel præſumptio longius arceatur, fraus
20 enim ſine dolo eſſe non poteſt, cui ſcilicet ea ineſt tamquam ſuo generi *l. quod Nerua 32. & ibi Bart.num.1.ff.depoſ.l iurisgentiũ 6.§.ſed ſi fraudandi in fin ff. de pact.l. 1.ff.de his qui not.infam.* Vnde fraus, & dolus germana eſſe, & quadam cognatione coniuncta dicũtur *I iraq. de retract. lignag. §.26 glo.1.num.36.* vbi teſtatur ità communiter ab omnibus teneri *Farinac.q. 88. num.*
21 39. atque fraus ipſa delictum eſt *l.aliud 131.ff.de verb.ſignif.& ibi gloſ.verbo Fraus*,cuius quidem *gloſ.* interpretationem Doct.communiter ſequuntur, eamque aduerſus *Connan. tuetur Decian. in ſuis tract.crimin.lib.1 cap.5. num. 8. not. Card. Tuſc.conſ.477.verb.Fraus num. 1.* conſequenter fraus non præſumitur, vt ibi per eum,plenius hoc *not. Tiraq. de ret tract.lignag.d.§.26. gloſ. 1.*
22 *num.35.& Decian. d.cap 5. num: 7.* vbi, quod ad probandam fraudem manifeſtæ, ac certiſſimæ requiruntur probationes, vel ſaltem perſpicaciſſima, & indubitata indicia, prout in alijs crimnibus, nam delictum non præſumitur, vt eſt *cognita,& vulg.regul.iur.l.patronus,& l. quoties §. qui dolo ff.de prob.cum ſimil. Bal. conſ.230. nu. 1. vol.1.* Sed in dubio ſumitur interpretatio, per
23 quam cenſeatur, quod quis velit vti iure ſuo, non autem alium lædere *l.merito 51.ff. pro ſoc.* ibi, & ſanè plerumque credendum eſt eum, qui partis dominus iure potius ſuo vti quam furti conſilũ inire,& is quidem *tex.* caſui noſtro in ſpecie bene congruit,quo ad hoc nimirum,vt lex velit præſu-
24 re,debitorem repudiantem legatum arbitrio ſibi alioqui iure conceſſo, prout generaliter permiſſum eſt, potius vti velle, quam fraudationis cauſa id agere;vtimur autem verbo fraudationis, quod edicti, & materiæ,de qua agitur,proprium

eſt,

est, vt ex *l.1.in prin.ff.quæ in fraud.cred.* sed fraudatio pro fraude apud Iurisconsultos sumitur, vt
25 benè probat *Decian. d.cap.5.in fine*.

26 C Vel ab vxore) facile namque contingere potest, quod vxor cõsilium ineat cum marito fraudandi creditores, vt in *l.ait Prætor §. si cũ mulier ff.quæ in fraud.cred. cõferunt not. per Stracch.tract.de decoctor.par.3. num.56.& seqq.*

27 D Simulata præsumitur) alioqui simulatio contractus generaliter non præsumitur *l.si ea pactione C de vsur. latè Verall decis.163.par.3. Mascard. de prob.concluſ. 49. Cardin. Tuscus conclu.259.littera S.* Verum quia gesta per decoctorem, quem Ianuenses ruptum vocant, sunt suspecta & ille præsumitur Fraudator *Rot Genuen. decis.83.nu.* 12. meritò statuentes nostri simulatum contractũ hoc loco præsumi voluerunt & meritò quidem
28 omnis coniectura creuit contra fallitos, qui ad metiẽdum faciles sunt, vt inquit *Caccialup. tract. de debit.suspect.& fugit. q.1. col. vult. in prine. vers.illud scio nu.13.* quem refert *Boer.decis.15 nu.5.* hisce conueniunt alia tradita contra decoctores, & fallitos per *Cardin. Tuscus concl.105. littera D. & conclus.40. littera F.* qui vtrobique agit de vitijs, & pœnis eorum, & per
29 *Mascard.conclu.738.* quodque decoctores vulgo falliti sint fraudatores, & qualiter in præiudicium creditorum soleant simulatè contrahere, & clandestinè, varijsque artibus, & figmentis alienare
30 plenius habetur apud *Stracch. d.tract.par.3. nu.* 22. *cum pluribus seqq.* Et quod repellantur à testificando in causis criminalibus, atque etiam in ciuilibus arduis, tradunt *Mascard & Tusc.in concl.proxime citatis.*

31 E Et præsertim) hæc dictio præsertim exprimit casum minus dubitabilem, idem tamen vult esse in casibus præcedentibus generaliter positis, & idem significat, ac, dictiones maximè, & precipuè *l.fin.post princ.iuncta glo. verbo Maximè, C.de rescind.vend. l.illud 32. in prin.ff.ad l.Aquil. Mandos.ad regul.Cancell.29. q.6.num.2.*

32 F Si alienans vel decoctus post alienationem illa possederit) hinc iure aliàs præsumitur simulatio alienationis ex *l. sicut §. superuacuum vbi glo.verbo obiicere ff.quib.mod.pign.vel hypot. solu.not. Castren.cons.31.in fin.lib.2. Menoch.de præsump.lib.3.præsumpt.112.num.11. Mascard. de prob.concl.439.num.1.& seqq. Tusc.concl.261. & 264.littera S.*

33 G Vel alienatio in consanguineum facta fuerit] hæc itidem iuris præsumptio est *Mascard.concl.446 num.8. Tusc. d.concl.264.num.2.*

34 H Siue alienatio fuerit facta ante) paria enim sunt quem decoxisse & vt dicunt decoctum esse, aut esse in limine decoctionis *Seraph in decis.1146 num.9.*

35 I Per publicam tantum famam) scilicet quia publice debitor vergebat ad inopiã,
36 vnde fraudis consilium præsumitur, vt per *Bald.* qui, & duos alios modos probandi fraudis consilium ponit *cons.149. num.2. vol.1.* nempe per alienationem omnium bonorum, item maioris
37 partis, & addit amplius, quod ex clandestinis contractibus præsumitur fraus.

De venditionibus factis ab accusatis, seu inquisitis.

Cap. CXV.

a VEnditio, vel alienatio, quæcunque facta *b* ab Accusato, vel Inquisito *c* de crimine capitali, seu publico, non valeat *d* in præiudicium Fisci, & partis; & instrumentum desuper confectum, *e* in fraudem factum, & simulatum esse censeatur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Criminales causa procedunt per viam accusationis, vel inquisitionis.*
2 *Remedium procedendi per inquisitionem, siue ex officio Iudicis, quod antea dicebatur ordinarium, est hodie extraordinarium.*
Amplia, vt num.3.
4 *Capitale crimen quale sit, remissiuè.*
5 *Capitalis pœna est triplex; propriè verò intelligitur pœna sanguinis, & n.6.*
7 *Criminis qualitas dignoscitur ex qualitate pœnæ.*
8 *Capitalia crimina sunt vel publica, vel priuata.*
9 *Crimina publica, quæ sint.*
10 *Iudicium publicum dicitur tribus modis; remissiuè.*
11 *Iudicium quando non respicit offensam certa personæ, sed malos illius mores, quilibet de populo accusare potest.*
12 *Crimina priuata, quæ sint: & discrimen inter publica & priuata, n.13.*
14 *Damnatorum bona non confiscantur ex iure communi, nisi in crimine læsæ maiestatis: & in crimine hæresis.*
15 *Alienatio facta à delinquente quando teneat, vel non.*
16 *Fraus probatur coniecturis: & quæ coniecturæ debent esse; remissiuè, n.17.*
18 *Alienationes factæ in fraudem Fisci, non*

sunt

sunt nulla ipso iure, sed reuocanda.

19 *Fiscus quando reuocet alienationes, tanquã in sui fraudem factas?*

ANNOTATIONES.

A VEnditio, vel alienatio quæcunque] vide *not.* ad proximè præcedẽs *cap. verbo cuiuscunque generis alienatio.*

B Ab accusato, vel inquisito) siquidẽ in criminalibus pro ceditur p viã accusationis, vel inquisitonis, & idẽ est, ac si dicererur ad instantiãpartis, aut ex officio Iudicis, vt benè *not. Clar. q. 3. n. 1. et seqq.* qui processum inquisitionis prosequitur per alias *quæst. vsq. ad* 11. *deinde à* 12. *vsq. ad* 19. pertractat iudiciũ accusationis, & de vtroq. modo agit etiã *Farinac. de accusatione scilicet q.* 12. *& alijs seqq. vsq. ad* 19. *de inquisitione verò q.* 1. *& seqq. vsq. ad* 11.

Statutum verò nostrum de processu accusationis tractat infra *lib.* 2. *c.* 1. *& seqq. vsq. ad* 4. *c. aut.* 5. & 6. agit de processu per inquisitionẽ, & in & in eodem c. 5. sigillatim certa crimina præscribit, in quibus à Senatore, vel Iudice maleficiorũ Fori Capitol. per inquisitionem procedi possit, licet iã ex generali cõsuetudine permissum sit iudicibus quocunq; casu procedere ex officio, & sic

2 per inquisitionẽ, vnde hoc remedium factũ est ordinariũ, quod antea dicebatur extraordinariũ, vti clarè explicat, & probat *Clar. d. q. 3. n. 6. et Farin. d. q. 1. nu.* 10. vbi amplius, quod id locum habeat

3 non solũ in delictis publicis, sed etiam in priuatis ex cõmuni Doct. assertione, de qua testatur *Ant. Gomez var. resol. tom. 3. tit. de delict. c. 1. nu. 49. in fine & n.* 10. quem refert etiã *Farin. sub d. n.* 10.

4 C De crimine capitali) capitale crimẽ quale sit docet I. C. *in l. Capitalium* 28 *ff. de pœn. explicat Clar. q. 67. n. 1.* vbi quod capitalis pœna tribus modis dicitur,

5 primò vltimum supplicium. Secundò, amissio libertatis, & cõsequenter Ciuitatis, videlicet si aliquis damnetur in metallum, vel opus metalli, ter-

6 tio amissio Ciuitatis tantum, vt cum quis deportatur, propriè autem capitalis pœna intelligitur pœna sanguinis iuxta *glos. in l. transigere verbo Capitali C. de transac.* quæ communiter approbatur, vti testatur *Clar. loc. cit.* sequitur *Card. Tusc. conclu.* 221. *littera P. num.* 3. *&* 4.

7 Porro ex qualitate pœnę cognoscitur qualitas criminis *l. quoad statũ* 12. *ff. de pœn. l* 2. *ff. de publ. iud. l. qui cum natu maior. §.* 15. *denum ff. de bon. libert. Signorol. conf.* 119. *n.* 13. *&* 182. *nu.* 2. *Tusc. concl.* 223. *littera P. nu.* 2. Ideo dum dicimus quæ nam sint pœnæ capitales, dicimus pariter, quę sint

8 crimina capitalia; Nec omiserim, quod crimina capitalia sunt vel publica, vel priuata, de priuatis exemplum sit in furto, vbi scilicet statutum mortis pœnam huic crimini imponit, quale statutum nos habemus infra lib. 2. cap. 59. *not. Las. in d. l. transigere num.* 3. ibi, item attende, de publicis mox dicemus.

D 9 Seu publico) crimina publica ea tantum sunt, quæ ex legibus publicorum iudiciorum veniunt, vt inquit expresse I. C. *in l. 1. ff. de publ. iudic.* vbi etiã exempla ipsarum legum quamplura refert.

Sunt autem, & alia publica iudicia, nempe ex aliis legibus deducta, *vt not. Bart. ibidem num.* 4.

10 Dicitur autem publicum iudicium tribus modis vt per *Bart.* ibidem *num.* 7. vbi præcipuè regulam vnam tradit, quam, & subiungit esse notabilem

11 nempe, quod quando iudicium non respicit offensam certæ personæ principaliter, sed malos mores, de illo quilibet de populo accusare potest, In publicis porro iudiciis cuilibet de populo permittitur accusatio *Gomez uar. resol. tom. 3. c. 1. de delict. nu* 1. quẽ sequitur *Clar. §. 1. recept. sent. nu.* 1. *& Farin. q.* 18. *n.* 8. contra verò priuata crimi-

12 na ea sunt, de quibus ille dumtaxat accusare potest, qui damnum, vel iniuriam passus fuit, vt crimen furti, iniuriarum, arborũ furtim cæsarum, bonorum raptorum, & similia, quod probatur ex *l. fin. ff. de priuat. delict. & ex l. manifestissimi C. de furt.* vbi Doct. communiter, *Gomez d. cap. num. 9. Clar. d. §. num.* 5. *Farinac. d. q. num.* 15.

13 apud quos videri potest etiam aliquod aliud discrimen inter publica, & priuata crimina; Cæterum qui ex statuto nostro ad accusandum admittãtur, & in quibus casibus habetur infra *lib. 2. c. 1.*

D In præiudicium Fisci, & partis) hinc apparet statutum in proximè præcedẽtibus verbis locutũ esse de capitalibus, & publicis criminibus, pro quibus bona delinquentium Fisco, & parti applicanda forent, nempe iuxta Principũ constitutiones, & præsentia statuta, quod aliàs *not. Peregr. tract. de iur. fisc lib. 5. de publ. bon. tit. 1. n.* 153 *ex Paul. Castr. in l. post contractum* 15.

14 *ff. de donat. sub n.* 2. ibi tertius est, nam ex iure cõmuni non deferuntur ad fiscum bona damnatorũ nisi in crimine læsæ Maiestatis, *vt est tex. in authen. bona damnatorum*, C. *de bon. proscrip. qui quidem tex.* extenditur etiam ad crimen hæresis, & ita communiter seruatur, vti testatur *Clar. q.* 78. *n.* 1. cũ plurimis aliis Doct. à se relatis, *Card. Tusc. concl* 713. *n.* 8. *littera* C. sed articulum istum plenius examinauit *Peregr. d. tract. tit.* 1.

E In fraudem factum, & simulatum esse censeatur) statutum nostrum ad inducendam præsumptionem fraudis, & simulationis hoc loco requirit tantũ

15 præcedentem accusationem, vel inquisitionẽ cõtra reũ, at ex iure cõmuni ita distinguitur, aut alienatio facta est à delinquente ante crimen commissum, & hoc casu, si nulla sit suspicio fraudis, alienatio tenet, & valet, licet postea reus delinquat, & cõtra eũ sequatur sentẽtia cõdẽnatoria, si verò appareat fraus verè, & præsũptiuè, valet quidẽ alienatio, sed à Fisco postea reuocatur, & hęc distinctio cõiter recepta est, vt p *Clar. q. 78. n.* 16. neque excluditur à statuto nostro, licet latius pateat quoad præsumendam fraudem, & simulationem, vnde statutum ipsum ita debet intelligi vt cum eadem distinctione, tanquam ex iure communi proueniente, conueniat iuxta *tex. in c. cum dilectus de consuet.* cum aliis iuribus, & auctoritatibus similibus supra sæpius ad eiusmodi pro-

16 positum adductis, fraus autem coniecturis probatur ex communi Doct. sententia *Clarus ibi-*

17 *dem num.* 37. Quæ nam autem sint istæ coniecturæ idem *Clar.* etiam ibidem prosequitur *seqq. numm* & plenius declarat *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 124. vbi & firmat in primis *n.* 1.

18 conclusionem,quod alienationes in fraudem Fisci factæ non sunt ipso iure nullæ,sed reuocandæ, cum validæ sint, quod effectum explicat etiam
19 *Peregr.d.tract.&tit. n.153. cum seqq.* & quando Fiscus reuocet alienationes tamquam in sui fraudem factas vide *Tuscum conclus.398. littera F.*

a Vt nullus bona Cameræ emere cogatur . Cap. CXVI.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Statutum, vt nullus cogatur emere bona Cameræ, emanauit ad moderandam affectionẽ iudicũ, qui fisco nimiũ fauere solẽt.*
2 *Fiscus non habet priuilegium compellendi, quempiam ad emendas res fiscales.*
3 *Fiscus, vbi non apparet priuilegiatus, vtitur iure priuati.*
4 *Emere inuitus, nemo cogitur. Limita;vt n.5.& 7.*
6 *Necessitas facit licitũ,quod iure nõ est licitũ.*

ANNOTATIONES.

A Nuitus emere cogatur) ne statutum hoc casu dejin dubitabili videatur cõtra vulgatã iuris regulam, quæ desumitur ex *l. quod Labeo ff. de Carb.edic.* & ne videatur non necessarium, & inutile contra *tex.in c.erit ergo lex verbo Necessaria,& verbo vtilis distin.4.* dicere pro-
1 babiliter possumus, quod emanauerit ad moderandam affectationem iudicium, qui Fisco nimiũ fauere solent, vnde in antiquis statutis cap. 116. lib. 1.nominatim cauebatur, ne à Senatore, vel alio officiali vllus cogeretur emere sub certis pecuniarijs pœnis ibi expressis, quod hoc nouo ita tuto paucioribus verbis generaliter decretum
2 est. Certum est enim aliàs,quod Fiscus non habet priuilegium compellendi quempiam ad emendas res Fiscales,vti respõdit *Peregr tract.de iur. Fisc. lib.6.nu.44.* ibi item quæro,& *Natt.cons.500.per*
3 *tot.* Et vbi Fiscus non apparet priuilegiatus,vtitur iure priuati *l.quod placuit, & ibi glos. ff. de iur. Fisc.& glo.in l.ità venient 11.§.in priuatorum ver.In publica ff.de peti.hared.& in l 1.verbo Pertinet,vbi Bart.Bal.& alij C.eod.tit.probat. tex.in l. locatio §.ad conducendũ ff. de public.l.3.§ cum quinquennium ff. de iur.Fisc. not. Natt. eod. cons.nu.6.& seq. Martin Lauden.tract. de Fisc. q.14. Est is tract.1.tom.12.int.tract.vniu.iur.* Vn-
4 de firma stat iuris communis dispositio,quod nemo inuitus cogitur emere *l. nec emere C. de iu. delib. l inuitum C.de contrab.empt.* & hæc proce-
5 dunt regulariter ; Verum vbi publica necessitas vrgeat, iniungitur Prouincijs frumenti, hordei, & aliarum specierum emptio *l. vnic. C. vt nem. lic.in empt spec.se exc.lib. x. hoc enim casu Anastas. Imper.ibi in fin.* habet hæc verba ab iisdem compatationibus, nec sacratissimam nostræ pie-
6 tatis,nec Serenissimæ nostræ Coniugis domum patiemur substrahere,necessitas namque facit licitum ,quod iure non est licitum *s.quod non est licitũ extr.de reg.iur.* & necessitas legi non subiacet *l.tutor qui repertorium in princ. ff.de admin. tut.l.vt gradatim §.1.ff.de mun.& hon.c. licet de fer s.quanto in fin.de consuet.* Itidem cogitur quis
7 emere reditus Fiscales tribus concurrentibus,nẽpe si in præteritum tẽpus emerat,si maximos fructus inde perceperat,& in futurũ non reperiretur emptor per *tex.in c.cotem ferro §. qui maximos in primis verbis ff.de public. vbi Castren præcipuè ita illum tex.intelligit num.1.Natt.d.cons.nu.8.* quẽ vide,& perlege, nã, & alia scitu digna tradit ad hãc materiã,quæ nõ facile apud alios reperies.

Vt a emens bona Cameræ, defendatur ab ea . Cap. CXVII.

IMensbona mobilia, vel immobilia Cameræ Vrbis, defendatur per Camerã. & Camerarium, & in possessione manuteneatur; & in euẽtum euictionis, pretium illi per Camerã restituatur; super quo sũmariè procedatur, vt supra dictum est.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Io. Franciscus Peregrinus latissimè pertractauit materiã emptionis bonorũ Fiscaliũ.*

ANNOTATIONES.

1 AD materiam istam vide *Peregr.tract.de iur.*
A *Fis.* eam latissime pertractantem *lib. 6. tit. 4.de vendit.& emp.Fisc.* cuius docta dicta ab alio statutorum nostrorum Glossatore sub hoc cap. repetita comperio auctoris nomine tacito .

De a redemptoribus litium alienarum ,& de pacto quotæ litis. Cap. CXVIII.

LItis alienę redemptor,qui post litẽ motã quocumq;colore,& titulo res, seu actiones in iudiciũ deductas,in se,& suę potestati subiectos, vel de sua familia *b* trãsferri publicè,vel occultè fecerit ; *c* & qui de litis quota pactũ fecerit, *d* perpetuo infamis sit,& omne lucrũ, & commodum , quod exinde prouenerit, turpe , & illicitum censeatur,& ab eo auferatur, & illud ac tantumdẽ de suo Cameræ Vrbis applicetur, & desuper Senator ad cuiusque etiam secretam denunciationẽ inquirere teneatur:& ad hoc probandum *e* sufficiat publica fama, per tres idoneos testes probata , aliquali indicio præcedente .

SVMMARIVM Annotat.

1 *Redemptorum litium alienarum crimen multis varijsq.in locis à legibus improbatũ reperitur.*
2 *Litigatores à Causidicis in propriam fidem recipiuntur .*
3 *Redemptores litium appellantur crudeles,ac depræ datores . Et potest contra eos , vti dolosos, iurari in litem & c. & nu.4.*
5 *Pacisentes de quota litis quibus pœnis puniantur ; remissiũ .*

6 Re-

6 *Redemptor litium quis potest fieri dupliciter: & num.* 10.

7 *Cessio, siue translatio actionum in iudicium deductarum, vbi non appareat de iusta causa eiusdem, præsumitur facta in redemptionem litis.*
Amplia, vt n. 9.

8 *Procurator propter cessionem sibi à suo cliente factam punitur in duplicem pœnam.*

11 *Paciscens de quota litis sit perpetuo infamis.*

12 *Infames non possunt esse Procuratores, vel Patroni, seu Aduocati causarum*

13 *Argumentum à coniunctione duarum legũ, est concludens.*

14 *Iura iuribus concordanda sunt.*

15 *Fama an faciat probationem? remissiuè.*

16 *Statutum disponens famam sufficere ad plenam probationem, seruari debet.*

17 *Fama regulariter probatur per duos testes. Statutum autem Vrbis requirit tres testes, aliquali indicio precedente. & num.* 19.

18 *Probationes in criminalibus debent esse luce meridiana clariores.*

20 *Redemptionis litium materia à quibus pertractetur.*

ANNOTATIONES.

A Litis alienę redemptor] de redẽptoribus litium mẽtio habetur in *l. si remunerãdi* 6. *§. Marius* ibi quasi redemptor litis vbi *& glos. verbo Redemptionem ff. mand. l. litem redemisse* 15. *C. de procurat. tex. in l. salarii* 7 *ff. mand. & in l. si contra* 20. *& ibi glos. verbo Redimisti C. mand.* quæ iura ad rem nostram affert *Farinac. quæst.* 106. *num.* 13. quibus addo *tex. in l. nec quicquam* 9. *§.* 1. ibi, causarum concinnatores, vel redemptores *ff. de offic. proconf. & in l. per diuersas* 22. *§.* hanc itaque legem ibi redemptores litium alienarũ *c. mand.* vixque aliud reperies crimen, quod tam sæpè, variisque locis sacræ leges improbent, ac detestentur atq;
1 istud, idque compertum planè fit, tum ex locis præcitatis, tum ex aliis infra citandis, vbi de pœnis aduersus istos litium redemptores iure decretis dicendum erit, & meritò quidem, quo-
2 niam litigatores à causidicis in propriam fidem recipiuntur, vt inquiunt Imperatores Valentinianus, & Valens in *l. quisquis C. de postul.* Vnde dum postea litibus magis, magisque inuoluuntur ab ijs, in quibus fides summa esse debebat, ini què produntur, estque id planè contra bonos mores *l. litem, l. si contra supra citatis, & l.* 1. *§. si cui cautum ff. de var. & extraord. cognit.* atque
3 ijdem litium redemptores appellantur crudeles, ac depredatores *l. si qui aduocatorum C. de postul.* *not. Plot. de in lit. iur. num.* 534. dicens ideo iurari posse in litem contra eos vt dolosos, ad pro-
4 bandum damnum, expensas, ac interesse, comprobantur prædicta per *Farinac. d. q.* 106. *num.*
5 12. quodque paciscentes de quota litis pluribus pœnis, & qualibus puniantur, benè docet, ac explicat Boccacius *de pact. par.* 3. *nu* 46. *& seqq*

B Transferri publicè, vel occultè fecerit) declarat statutum nostrum aliquem dupliciter fieri redemptorem litium, primus est modus, vbi quis res; seù actiones in iudi
6 cium deductas in se, suosque transferri fecerit, & desumitur quidem iste modus *ex d. l. quisquis §. per hanc itaque legem* in illis verbis, nec enim dubium est redemptores litium alienarum videri eos esse, qui tales cessiones in se confici cupiunt, quod tamen intelligi debet, vbi non appareat de iusta causa cessionis, siue translationis, videlicet titulo venditionis, vel simili alio, & de pretio so
7 luto, quod si requisitis ad verã, & legitimam de cessionem non appareat, tum etiam in aduocato, procuratore, causidico, notario, & solicitatore, cessionarijs, & in rem suam procuratoribus præsumetur facta cessio in redemptionem litis, &
8 initum pactum de quota litis in fraudem *d. l. si contra, vti explicat Plot. d. tract. de in lit. iur nu.* 538. Et de condemnatione procuratoris in duplicem pœnam propter cessionem sibi à cliente suo factam, tradit *Franc. Marc. decis.* 19. *sub num.*
9 4. *par.* 1. Et locum quidem habet conclusio ista etiam vbi, quis cessionem, vel translationem eiusmodi illicitam in potestati sua subiectos, vel de sua familia procurauerit, vt sunt verba clara nostri statuti, & deducitur ex *l. si remunerandi* 6. *§. Marius in prin. ibi, & sub nomine alterius ff. mãd.* nam præsumitur persona per fraudem in tali casu supposita, vt *per Farinac. & alios ab eo relatos d. q.* 106. *num.* 47.

C Et qui de litis quota pactum fecerit) hic alter est litium redemptor, in quem nimirum frequentius leges inuehuntur, vt videre est ex su-
10 perius citatis in annot. sub littera A, nam & frequentior esse] solet eiusmodi illicita pactio, & quod dicitur de quota litis, intellige etiam de minima parte litis acquisita, vt dixit *Plot. tract. de in lit. iur. num.* 535. *Carpan. ad stat. Mediolan. cap.* 429. *num.* 19. *littera G. verbo De quota litis Farinac. q* 106. *num.* 27.

11 D Perpetuò infamis est) sique aduocatus fuerit (absit autẽ nephas hoc à viris nobilissimi huius ordinis, Augustis elogiis insigniter decorati, *vt in l. aduocatis C. de aduoc. diuers. iudicior.*) ab hac professione penitus arcetur ex decreto *Constantini Imperatoris l. si quis aduocatorum infin. C. de postul.*
1 *probat. tex. in l. si remunerãdi §. Marius*, ibi aduocationibus eisdem Saturninus interdixerat *ff. mand.* quod pariter sacris canonibus confirmatum reperitur *c. infames §. arceantur etiam a professione aduocatorum*, & licet statutũ expressè nõ imponat pœnã istã aduocatis, ea nihilominus in
12 flicta censetur, quia ex statuto nostro infames declarãtur litiũ redẽptores, qui verò infames sũt, nõ possũt esse procuratores, vel patroni, seù aduocati

causarum ex d.c. infames, sic quæ concluditur ar-
11 gumento à coniuctione, seù combinatione duarum legum desumpto ex *l. Gallus §. ille casus, & ibi Doct. ff. de lib. & posth.* quod argumenti genus exornat more suo *Euer. in cent. sua* loco ipso à cõiunctione, seù combinatione duarum legum. Neque vis nostrum municipale contradicit hac in re iuri ciuili, neque iuri Canonico, & ideo
14 inra iuribus cõcordãda sunt, ita vt vnum adiuuet, vel suppleat alterum *c. cum expediat de elect. in 6. c. 1. & 2. de nou. oper. nunc.*

15 E Sufficiat publica fama) quidquid sit de illa quæstionẽ, an fama faciat plenam probationẽ, de qua fusè tractat *Mascard. de probat. concl.* 753. illud pro certo habetur apud iuris interpretes, quod vbi lex
16 municipalis statuat famam sufficere ad plenam probationem, ea planè seruari debeat, tumque etiam satis erit famam probare per duos testes, vti ex aliorum sententia tradit idem *Mascar. cad. concl. num.* 34. addens hoc maximè notandum,
17 pro statutis, fama autem per duos testes probatur regulariter ex communi omnium assertione vti testatur *Clar. §. fin. q. 6. num.* 12. quam conclusionem plenius examinat *Mascar. de probat. concl.* 749. Attamen statutũ nostrum quo magis congruat dispositioni iuris communis in probatio-
18 nibus, quæ ex eo in criminalibus esse debent luce meridiana clariores ex *l. sciant cuncti C. de probat.*
19 requirit hoc loco ad famam probandam tres idoneos testes aliquali indicio præcedente. Statutum verò Mediolanense ad probandum sufficienter pactum de quota lite contra Aduocatũ, vel Procuratorem cap. 429. requirit duos testes, vel aliam legitimam probationem, & ibi *Carpan.* in suis lucubrationibus materiam istam exactè
20 prosequitur, quam tamen omnium plenissimè complexus est, & explicat per *tot. q. 106. Prosper Farinaccius* ita vt superfluum videatur quicquã amplius hic notare, sat verò nobis fuerit aliquantulum declarasse textum statuti nostri, & necessaria quædam suis locis, prout opportunum esse videbatur.

Quod venditor cogatur facere, vt emptor liberè possideat.

Cap. CXIX.

S, qui rem vendidit, *a* & eius hæredes, *b* modis omnibus cogantur facere, vt emptor rem *c* pacificè, & quietè possideat, & omnes molestias tollat, onera liberet, & molestantes faciat consentire, & iudex aditus super præmissis, venditorem, illiusque hæredes ad prædicta *d* summariè, vt dictum est, procedendo *e* iuris & facti remedijs oppor tunis *f* etiam lite pendente cogat, *g* etiam ad pretij (si emptor voluerit) restitutionem, ac *h* damnorum & interesse, *i* iuramento partis, iudicis tamen taxatione præcedente, liquidandorũ satisfactionem: quæ damna *K* quantitatem pretij non excedant:, nisi tunc conuentus denuo *l* cum idoneo fideiussore caueat de conseruando indemnem ipsum emptorem.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Hæres est quodammodo eadem persona cum defuncto.*
2 *Priuatus non potest sibi ius dicere.*
3 *Iudicis officium latissimum est.*
4 *Venditor promittens emptorem defendere de iure, & de facto intelligitur, quod in iudicio eum defendere debeat.*
5 *Possessio tunc dicitur pacifica, cum cessat omnis controuersia iudicialis, vel extraiudicialis, iuris, vel facti.*
6 *Venditor tenetur de iure tradere emptori possessionem vacuam, & liberam, & eumdem in possessione manu tenere.*
7 *Liberatio rei vendit. e, & obligatio de faciendo consentire molestantes, cessare debent vnde emptori nullum inde præiudicium, vel periculum immineat.*
8 *Amplia, etiamsi, venditor expressè ad prædicta se obligasset.*
9 *Clausula iuris, & facti remedijs, quid importet, & n. 10. 11.*
12 *Regula, Lite pendente nihil innouandum, in quibus casibus non habet locum.*
13 *Venditor, pretio sibi non soluto in tempore promisso, potest rem venditam vendicare, vel a pretij solutionem agere. Ita tamen, vt vna via electa, non possit ad alteram redire. & n 15. Et ex quibus actibus censeatur vnam, vel alteram viam elegisse. num. 14.*
16 *Venditor, vbi contra eum agitur ab emptore vt pacificè possideat, tenetur ad interesse, non excedens tamen pretii quantitatem.*
18 *Ius diuersum habetur pro diuersitate rationis.*
17 *Pœna pro delictis imposita, sunt taxata a iure.*
19 *Cautionis causa regulariter arbitrio Iudicis relinqui solet.*

AN-

ANNOTATIONES.

A T eius hæredes) quod iuri communi, planè consonat *tot. tit.* C. *de heredit. act.* Est enim hæres quodammodo eadem persona cum defuncto *§ 1 authen. de iure iur. d mortion. præst.* & ad hæc videri possunt vberius tradita per *Dec. & alios in l. heredem 59. ff. de reg. iur.*

B Modis omnibus cogatur facere) scilicet, per iudicem adeundum ab ipso venditore, nec
2 enim priuatus potest sibi ius dicere, vt extat decretum *in l. 13. ff. de eo quod met cauſ.* ius autem
3 dicentis, idest iudicis officium latissimum est, *l. in princ. ff. de iurisd. omn. iud.* vnde modis om-
4 nibus, videlicet legitimis iudex coget venditorem, vt ea impleat, ad quæ tenetur iuxta præscriptum statuti huius, sed nec venditor licet promisisset emptorem defendere de iure, & de facto, debet armata manu eius suscipere defensionem, sed satis est, quod in iudicio defendat *Card. Mantic. de tacit. conuen. lib. 2. tit. 4. n. 69. tom. 1. & est communis Doct. sententia, vt attestatur Alex. in addit. ad Bart. in l. stipulatio ista 38. in princ. littera A. de verb. oblig.*

C Pacifice, & quietè possideat) quod vendi
tor præcisè cogatur ad rem emptori tradendam habetur supra capitulo 111. hic verò adiicitur quod etiam facere debeat, vt emptor rem pacificè, & quietè possideat scilicet, vt cesset controuersia iudicialis, vel extraiudicialis iuris, vel
5 facti, tum enim dicetur pacifica possessio *Fel. in cap. cum Ioannes 10. sub num. 33. ibi*, & adde, quod si fit mentio de possessione pacifica, ac omnes molestias tollat, onera liberet, & molestantes faciat consentire, quæ quidem omnia videntur esse de natura contractus venditionis, nec nimirum si venditor ad ea præstanda teneatur per *text. in l. exempto 11. ff. de action. empt.* ibi ea præstabuntur, quæ naturaliter insunt; inest autem contractui venditionis, vt res tradatur *cod. text.* in subsequentibus verbis, ibi, & in primis ipsam rem præstare venditorem oportet idest tradere; quod quidem ità intelligitur, vt res libera tradatur *l. ex ijs prædijs C. de euict. vbi Bald. l. 1. §. venditor ff. de action. empt. not. Felin. in d. cap. cum Ioannes sub eodem num.* ibi, & adde, quod vbi simpliciter promittitur dari fundum, amplius id ipsum ità intelligitur, vt vacua sit emptori possessio rei emptæ, adeo, vt nec ab eo iure possit auocari *Azo. in sua summa tit. C. de action empt. num. 4.* quodque vē-
6 ditor iure teneatur possessionem vacuam, & liberam tradere emptori, & eumdem in possessione manutenere, defendere, & auctorizare *not.* expressim sub his verbis *Calderin. cons. 5. sub num. 1.* ibi præterea sicut venditor *tit. de locat. Cardinal. Tusc. qui eum refert*, & *sequitur concluſ. 54. littera V. num. 1.* Porro, quod venditor teneatur rem venditam emptori liberam facere etiam post traditionem, & etiam antequam ea euincatur *not. gloss. in d. l. ex ijs prædijs C. de euict. vbi, & Angel. idem Angel. in l. cum sibi eod. tit. qui vtrobique not.* etiam id prouenire ex natura contractus, sequitur *Fab. de Mont. tract. de empt & vend. 6. q. princip. memb. 10. & vlt. sub num. 78. & seq.*

Demum quod venditor faciat etiam consentire eos, qui molestāt emptorem, prędictis aliis cohęret, & eamdem habet rationem, ita vt sit de natura contractus, quod ex prædictis satis apparet.

7 Cæterum liberatio rei venditæ, & obligatio de faciendo consentire molestantes, cessare debent, vbi emptoris non interest, quia nullum inde præiudicium, vel periculum sibi sequatur, vel immineat, ità enim iuris, ac æquitatis esse
8 censuit Sac. Rota, etiam vbi venditor expressè ad prædicta se obligasset, vt in *decis. 350. nu. 3. par. 2. diuers. in recent. & apud Seraphin. decis. 1243. num. 5.* quæ loqui videtur etiam in terminis statuti nostri, vt in fine colligitur, & dictum fuit in *Senogallien. prædij 5. Iunij 1617. coram Andrea, not. Gratian. discept. forens. cap. 113. num. 44. tom. 1.* quod quidem scitu dignum est, & memoriæ commendandum.

D Summariè procedendo) quod supra pariter decretum est in causis omnibus contingentibus ratione contractus emptionis, & venditionis à cap. 109 hucusque.

E Iuris, & facti remedijs opportunis)
9 porrò his verbis dari apparet facultatem iudici procedendi de iure, & de facto, quæ quidem clausula per verbum istud de facto, etiam in statutis idem importat, ac manu regia, idest remota solemnitate iuris ciuilis, ità tamen, vt iura alterius nullo modo tollantur, nec lædantur contra naturalem æquitatem iuxta tradita per *Bart. in Extrauag. ad reprimendum verbo Videbitur num. 12. per tex. in l. 2. circa princ. de orig. iur. Bart. sequuntur Angel. cons. 367. n. 10 Franc. Aret. consil. 84. num. 3. in fin. Roman.*
10 *consil. 248. num. 3.* vbi explicat, quod hæc clausula de facto solum operatur, vt possit procedi absque solemnitate iuris ciuilis, non autem, vt possit omitti solemnitas inducta à iure naturali,
11 veluti citatio; & quid amplius significet hæc clausula *vide Lap. alleg. 118. num. 4. & ibi addition. Mandos. littera G. ac demum ad clausul. de iure, & de facto vide Modern. tract. de clauſ. clauſ. 257 par. 1.*

F Etiam lite pendente) licet tū iure nihil innouari debeat
12 regulariter *tit. C. vt lit. pend. & eod. ti. ext.* quid verò aliàs, fieri permittatur lite pendente vide apud *Bart. in l. 2. C. vt lit. pend & vnum ponit Roman. singul. 496.* nempè, quod accusatus
13 de crimine capitali, & positus in carceribus pristinæ libertati restitui potest ante sententiam, vbi constet per probationes de eius innocentia, quod deducitur *ex l. nullus C. de exhibeb. re* addo, quod iudex lite pendente prouidere potest, immo debet ex officio, ne res de qua agitur, in alium transferatur, vel baratetur, vt vulgò dicitur, *cap. 3. & seq. vt lit. pend. not. Abb. in d. cap. 3. num. 4.*

G Etiam ad pretij, si emptor voluerit, æstimationem) sicuti contra venditori, licet pretio sibi non soluto in tempore promisso, rem vēditam vendicare, vel ad pretii solutionem agere, prout sibi magis placuerit, ità tamen, vt vna via electa non possit ad aliam redire, vti censuit *Rot. decis. 267 num. 1. & decis. 281. sub num. 21. in impressis penes Pac. sic. tract de Salu. interd. in nou. impress. & decis. coram Lita in Romana Vinea 16. Februarij* 1601. in qua quidem vltima decis. potissimum etiam declaratur, ex quibus actibus
14 censeatur venditor vnam, vel alteram viam in-
15 tentasse, quodque vtraque via prædicta venditori ab initio pateat, & vna electa venditor repellatur ab altera, dilucidè tradit, & probat *Azo. in sua summa rubr. de pact. int. empt. & vent. n. 7. & 8.* sic emptoris, ac venditoris idem erit iudicium, vti esse debet in correlatiuis iuxta superius *not. ad cap* 111. verbo, & idem seruetur contra emptorem.

H Damnorū, & interesse) ad hæc competit etiam actio ex empto *l. 1. in princ. ff. de act. empt.*

I Iuramento partis, iudicis tamen taxatione præcedente) huc etiam pertinent superius *not. ad c.* 111. *verbo Iudicis taxatione precedente.*

K Quantitatem pretii non excedant) supra cap 111. vbi venditor rem venditam tradere cessat. statuitur, quod interesse emptoris duplum pretii constituti excedere non possit, hic
16 vero vbi res quidem sit tradita, sed agatur tantum, vt eam emptor pacificè possideat, disponitur, quod damna, & interesse emptoris non excedant pretii quantitatem, & meritò quidem cum emptor longè minus damni capiat atque etiā venditoris minor culpa esse videatur, insto
17 casu, quā in illo, si q; pro diuersitate rationis sius diuersio habetur ad *tex. in l. interpositas C. de trās. sas. l. inter stipulantē § sacrāss. de verb. oblig. l. si. ff. de calum.* & quidem congruum est taxationes eiusmodi fieri, ne procedatur in infinitum, sicuti
18 pœnæ, quæ imponuntur pro delictis, taxatæ sūt à iure. *vt in § omnes intitit de act. vti not. Dec. in l. 1. num. 4. C. de sentēt. quæ pro eo*, quod inter quæ in re illud etiam attenditur, quod non sit
19 verisimile, promissorem voluisse se obligare ad maiorem quantitatem iuxta *tex. in l. Titius* 44. *§. fin. ff. de act. empt Caball. qui Dec. refert*, & *sequitur in tract de euict. §. 3. num. 151.*

L Cum idoneo fideiussore caueat) Sic liberatur venditor à præstatione eorum, de quibus supra hoc cap. ad fauorem emptoris, & remedio huiusce cautionis prospicitur tam venditori, quam emptori, ideo prudenter sanè statuentes nostri iustam causam cautionis hoc casu
20 arbitrati sunt, quæ quidem causa cautionis aliàs generaliter arbitrio iudicis relinquitur, vt per *gloss. vltimam in l. in omnibus ff. de iudic. tradit Menoch. de arbitr. iud. cas.* 140. *num. 2.*

---

a De euictionibus.

Cap. CXX.

N promissionibus de euictione possit apponi *b* pœna dupli, secūdum antiquam & obseruatam Vrbis cōsuetudinem; & illa in euentum cōtrauentionis exigi possit; non obstante, quòd pœnæ conuentionales, nisi quatenus interest, exigi non possunt, *c* vt infra dicetur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Euictionum materiam tractarunt multi.*
2 *Euictionis duæ definitiones.*
3 *Pœna euictionis potest iuri communi deduci in stipulatum: & ex vsu solet à Notarijs apponi in instrumentis in casu euictionis, & n. 4.*
5 *Dupli stipulatio quando committi dicatur.*
6 *Obligatio euictionis procedit, etiam si in instrumento contractus emptionis, & venditionis nullum verbum factum sit de promissione euictionis.*
7 *Venditor tenetur ad euictionem, etiam de facto auctoris sui, licèt dixerit se velle teneri de facto suo tantum.*
Intellige de facto auctoris vniuersalis, non particularis, n. 8.
9 *Euictio intentari non potest in contractibus in quibus debetur, nisi res prius euincatur.*
Limita remissiuè, vt n. 10.

ANNOTATIONES.

A DE euictionibus, vt verbis vtar *Cagnol. in l. quod euincitur* 151. *ff. de regul. iur.* habemus in iure speciales titulos, & amplas scribentium doctrinas, quæ hic non sunt replicandæ, neque inculpandæ sed præter ea, quæ summatim attigit *Azo. in*
1 *rubr. tit.* materiam istam vberius complexus est ac explicauit *Gaspar Caballin.* peculiari tractatu, qui habetur inter *tract. vniuers. iur. tom. 6. par. 1. fol. 82. Gomez. var. re. fol. tom. 2. c. 2. de empt. & vend. num. 33. & pluribus alijs seqq.*

Couar.

Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 17. pleniſsimum tractatum edidit nouiſsimè Mangilius.

2 Non tamè hic omittenda videtur diffinitio euictionis tamquâ vocabuli iuris, vt itelligatur, quid ſit, de quo agitur *Azo. d. rubr. num. 1. ſic diffinit.*

Euictio eſt emptæ rei, vel ex aliqua iuſta cauſa acceptę per iudicis ſententiam, vel vt puto, alio eui neente cauſæ amiſsio; breuius diffinit, *Caballin. d. tract. §. 1. num. 1.* nempe ſic, euictio eſt rei emptæ rectè facta ablatio amiſſiove, ſed hic ad rem noſtram vtraque definitio bona eſt.

Pœna dupli) quæ quidem pœna etiam iure
3 communi in ſtipulationem
B deduci poteſt *l. 2. & l. emptori 37. in princ. ff. de euic.* & ex vſu à notarus conſueuit apponi in
4 inſtrumentis in caſu euictionis, vti teſtatur *Saluſt. Tiber. tract. de claus. par. 1 clauſ. 26.* vbi etiam declarat, quid hæc clauſula ſignificet.

5 Dupli autem ſtipulatio committi tũc dicitur, cum res reſtituta eſt petitori, vel damnatus eſt emptor in litis æſtimatione, vel poſſeſſor ab emptore conuentus, abſolutus eſt *l. euicta 16 in princ. ff. de euict.* quod plenius declarat *Azor. de*
6 *rubr. num. 11. & ſeq.* Sed obligatio de euictione ex diſpoſitione iuris communis contra venditorem ad fauorem emptoris procedit, etiamſi in inſtrumento contractus emptionis, & venditionis nullum factum ſit verbum de promiſsione euictionis *l. non dubitatur C. de euict.* eſt enim hoc de natura eiuſdẽ contractus, & ideo ei ineſt, nec opus eſt, vt exprimatur *Bald. in d. l. non dubitatur num. 1. C. de euict. Caballin. dict. tract. §. 4. num. 1.* atque ampliatur hæc regula,
7 vt venditor teneatur etiam de facto auctoris ſui, licet dixerit ſe velle teneri de facto ſuo tantum, vt ex communi Doct. ſententia tradit *Caballin. d. tract. §. 5. num. 42. Surd. conſ. 36. num. 18. vol. 1.* in quo quidem articulo contrarium quis
8 ex tempore facilè reſponderet; hoc tamen intelligitur de facto auctoris vniuerſalis, non autem particularis *Caballin. d. §. num. 44. Surd. dicto conſil. num. 7. Pedemont. deciſ. 47. num. 4.* generaliter verò in contractu emptionis, & venditio
9 nis, & alijs contractibus oneroſis, in quibus debetur euictio, non poteſt agi de euictione, antequam res euincatur per ſententiam diffinitiuam *tex. eſt expreſſus in l. 3. C. de euict. vbi gloſſ. & Doct. in l. ſi eum quæſtio C. eod. tit. in l. ſi plus. 74. verſ. metu, & in l. habere licere 57. ff. de euic.* & in hoc conſentiunt Doct. communiter vti teſtatur *Ant. Gomez var. reſol. lib. 2. cap. 2. nu. 39. probat Surd. conſ. 36. num. 4. volum. 1.* limitatur
10 autem hæc regula actionis per *Gomez. loco citato & plenissimè per Caball. d. tract. §. 5.*

C Vt infra dicetur) ſcilicet cap. 163. hoc eod. lib.

De locatione, & emphyteuſi.

Cap. CXXI.

NOn liceat conductori vel emphyteotæ, qui pluribus annis pro re conducta, ſeu in emphyteoſim accepta, *b* penſionem domino ſoluerit, referre ſuo locatori, vel eius hæredi, aut ab eo cauſam habenti, *c* dominij quæſtionem, etiam ſi per aliquot annos in ſolutione ceſſando, quaſi poſſeſſionem interuerterit; ſed cogatur per Senatorem, & eius Iudices *d* ſummarie, vt dictum eſt, actorem in quaſi poſſeſſione reintegrare, & de penſione, ſeu fructuum parte, domino prædicto, ſeu eius hæredibus, & ab eo cauſam habentibus *e* reſpondere.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Locationis, & Emphyteuſis materia à quibus tractata.*

2 *Emphyteuſis dicitur etiam locatio, ſi locatio largiſſimè ſumatur.*

3 *Locatio ad longum tempus, & emphyteuſis conueniunt inter ſe; vt, niſi diuerſa ſubſit ratio, diſpoſitum in vno cenſeatur diſpoſitum etiam in altero.*

4 *Emphyteuſis contractus recipit quamlibet pactionem contrahentium.*

5 *Penſionis vocabulum commune eſt tam locationi, & conductioni, quam emphyteuſi. Licet magis propriè, & ſtrictè ad emphyteuſim adhibeatur vocabulum Canonis, & num. 6.*

7 *Conductor, finito tempore conductionis tenetur reſtituere rem conductam locatori eam recuperare volenti: quod ſi abſque legitima cauſa eam reſtituere renuat, dicitur ſpoliare locatorem; & punitur, vt inuaſor alienæ poſſeſſionis.*
Amplius, etiam ſi conductor vellet pro eodem pretio præferri non conductori extraneo, & n. 8.

9 *Locationis, & conductionis cauſa ſunt ſummaria, & an admittunt appellationem? & n. 11. 13. 14.*

10 *Verbum ſine mora, in lege poſitum, indicat*

cau-

causam esse debere breuem: ita ut appellationem excludat, & n. 12.

15 *Dominus rei emphyteutica an possit expellere emphyteutam auctoritate propria, si canonem debito tempore non soluerit, vel ex alia legitima causa à iure suo ceciderit? n. 16.*

17 *Locator, si elegerit viam agendi ad solutionem pensionum, non poterit vti via expulsionis.*

Intellige vt n. 18.

19 *Casus omissus in noua dispositione remanet in dispositione iuris communis.*

20 *Conductor promittens, etiam medio iuramenio, finita locatione restituere domum vacuam, & expeditam, non ideo censetur renunciare decreto Camerali ad fauorem inquilinorum.*

21 *Decretum Camerale pro inquilinis quid cõtineat.*

22 *Possessio, quando dicatur interuerti.*

23 *Exempla non excludunt similia.*

ANNOTATIONES.

A LOcationis, & conductionis materiam nuper in volumen redegit *Vinc. Caroc.* Ius verò emphyteuticum explicarunt, & exornarunt *Guid. de Suzar.* cuius opus habetur *inter tract. vniu. in tom. 6 p. 1. fol. 189. Aurel Corbul. Aluar. Valasc. Franc. Cald. Ouid. de Amic.* Porrò de locatione scilicet ad longum tẽpus, & emphyteusi coniunctim hic agitur; emphyteusis etiam dicitur locatio, si largissimè sumatur locatio *Caroc. dicto tractat. loc. & cond. par. 1. quæst. 2.* ibi quæro pro intelligentia quotuplex sit locatio num. 1. Vnde videmus, quod in instrumentis concessionum bonorum in emphyteusim solent notarij vti etiã verbo locationis, vt patet ex *Formul. infr. Salust. Tiber. lib. 3. fol* 359. vbi ponit formulam locatio-
3 nis in emphytheusim, atque ita conueniunt inter se locatio ad longum tempus, & emphyteusis, vt dispositum in vno ex prædictis contractibus censeatur etiam dispositum in altero, nisi diuersa subsit ratio, vti not. infra ad caput proximè subsequens verbo conductæ littera A.

Habet tamen emphytheusis propriã naturam, neque ad locationem, neque ad venditionem inclinantem, sed suis pactionibus fulciendam *S. adeo instit. de loc. & cond.* vnde hæc ipsa verba desũpta sunt, comprobatur *ex l. 1. C. de iur.*
4 *emphyt.* & hoc habet singulare contractus emphyteuticus, vt quamlibet recipiat contrahentium pactionem *d. S. adeo & d. l. 1. not. Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volum. lib. 7. tit. 9. nu. 7.* item vt fiat per scripturam *d. l. 1.* ibi scriptura interuenien te.

B Pensionem domino soluerit] vocabulum istud
5 pensio commune est tam contractui locationis, & conductionis, quam etiam emphytheusis, quo ad locationem apparet *ex l. 5. & aliquot alys tit. ff. loc. & l. 24. C. eod.*

De emphyteusi verò passim legitur in com-
6 mentariis Doct. qui de iure, vel contractu emphyteutico pertractarunt, licet etiam magis propriè & strictè ad emphytheusim vti soleant, verbo canone.

C Dominij quæstionem referri] itã etiã statui-
7 tur à iurè communi *l. si quis conductionis 25. C. de loc.* quę habet hæc verba, si quis conductionis titulo agrum, vel aliam quãcumque rem accepit, possessionem prius restituere debet, & tũc de proprietate litigare. Quinimmo amplius itã cauetur *l. 33. conductores eod. tit.* conductores alienarum rerum, seu alienam cuiuslibet rei possessionem precario detinentes, seu hæredes eorum si non eam dominis recuperare volentibus restituerint, sed litem vsque ad definitiuam sententiam expectauerint, non solum rem locatam sed etiam æstimationem eius victrici parti ad similitudinem inuasoris alienæ possessionis præbere compellantur. Similis alia *l. est 10. non ab re C. vnd. vi* quas quidem duas cõstitutiones compilatores Cod, vel ob facitiorem cognitionem, vel memoria lapsi in duobus relatis locis scripserunt, vt inquit, *Menoch. recuper. possess. remed. 11. num. 1.* qui per totum illud remedium istarum legum materiam eleganter explicat: stat igitur conclusio iuris communis, cui nec statutũ nostrum repugnat, quod conductor finito tempore conductionis tenetur restituere rem conductam locatori eam recuperare volenti, sique idem conductor absque legitima causa resistat, dicitur spoliare locatorem, & punitur, vt in prædictis legibus. Et procedit con-
8 clusio, etiam si conductor vellet eodem pretio præferri nouo conductori extraneo *l. 32. nec si licet C. de locat. Ant. Gomez var. resolut. tit. de locat. & conduct. num. 3.* Nec obstat *l. congruit æquitati C. de locat. præd. ciu. lib. 11* quia ibi est priuilegium speciale pro illis conductoribus, qui aliquando inuiti detinentur vt per *Gomez loco cit. Boer. decis. 103. num. 3.* Non obstat etiam *decis. Afflict. 238.* quia loquitur, vbi adsit consuetudo, & pro libertate locatoris est *cons. Castren. 32. num. 2. vol. 1.*

9 Summarie] quod & supra cautum apD paret de causis summarijs cap. 88. Et suadetur ex iure communi *l. Præses 17. C. de loc.* inquiunt ibi *Imperat. Diocles. & Maxim.* Præses Prouinciæ ea, quæ ex locatione debentur exsolui sine mora curabit; pondero ver-
10 bum illud sine mora, quod indicat causam esse debere breuem, sicque summariam iuxta *not. per Bart. in extrauag. ad reprimendum verbo summariè, in princ.* vbi interpretatur summariè, id est
11 breuiter; immo amplius eiusmodi causæ non videntur admittere appellationem, quia ex prædicto tex. expressè non admittunt moram, sicque quod idem est, celeritatem desiderant *l. fin ff. de appell. recip. not. Castren. in l. 1. num. 1. per verbũ Celeritatem ibi expressum ff. de damn. infec.* vbi

etiam

etiam *Rip.num.5.Gram.decis.* 58.*num.*15.*Barz. decis.Bonien.*115.*num.*10.*Ruginell. tract. de appell.§.*9.*glos.* 2.*num.*48.*Contard.ad l.vnic.C. si de monet.possess.in ampliatione num.*71. & 80. &
18 *in specie*, quod verbum fine mora in lege positum requirat celeritatem, ita vt appellationem excludat, probat *Ruginell.d.glo.n.* 49. vbi& quam plura alia in eumdem sensum congerit, quem refert & sequitur *Scacc. tract.de appell.cap.*2. *q.* 16.
23 *limit.*1. *num.*59.quodque in terminis *d. l.si quis conductionis*, vbi reus conductor condemnatur ad restituendam locatori possessionem rei locatæ non datur appellatio, complurium auctoritate comprobat idem *Scacc. q.*17. *limit.*6. *membr.*6. *num.*37.& *Marches.de sommiss.par.*1.§.1. *in cō-*
24 *miss.à mandato de euacuando num.*13. vbi testatur non dari ex stylo Signaturæ commissionem appellationis à decreto de euacuando, nisi cum clausula fine præiudicio legitimæ executionis, & inferius comprobat plenius non dari appellationem *num.*20.*fol.mihi* 1074.& 1075.

25 Respondere) at poterit nihilominus locator, & dominus si maluerit auctoritate propria expellere conductorem, licèt conductor ipse resistat, quod iure cōmuni permissum est *l.penult.in princ.vbi Castr. num.*2.& *seq.ff.loc* & *Bart.num.*2. *idem Bart. in l.quaro* 56.§.*inter locatorem num.*2. *tod. tit. Alex.cons.*131.*num.*1.*volum.*4.& *cons.*106 *num.* 17.*vol.*3.vbi hanc dicit esse magis communem opin.in simplici conductore, at in emphyteuta aliud esse secundum aliquos,& in emphyteuta quidem contraria opinio videtur æquior, ac verior, & seruatur in praxi, vt probat *Farinac. de*
26 *furt.quæst.*175.*num.*29.& *seqq.* quem vide, idē sentire videtur *Clar. in §. emphyteusis quæst.*11. sed quæstionem istam an possit dominus auctoritate propria expellere emphyteutam, si canonem debito tempore non soluerit, vel ex alia legitima causa à iure suo ceciderit, nouissimè examinauit, discussitque plenius argumentis in vtramque partem expositis *Auoc. tract. de iur emphyt.quæst.* 31. & firmauit negatiuam opin. vti æquiorem, ac tutiorem, à qua planè non videtur recedendum, cum & consuetudine recep-
27 ta sit, vt ex citata *Farinac. attestatione*, Quod si locator elegerit viam agendi ad solutionē pensionum, non poterit vti via expulsionis, &.contra *Castren. in d.l.penult. num.*3.*Surd.dec* 317.
28 *num.*14. poterit tamen locator à via iudicij quā intentauerit erit,redire ad viā facti contra simplicem conductorem,si protestatus fuerit, dum intentaret viam iudicii, quod ideo non intendebat renunciare viæ facti *Dec.cons* 461.*nu.*1. *Alex. cons.*130.*num.*12.& *cons.seq.eod. num.volum.*4 *Capic.decis.* 119 *num.*9.

Nec verò dubitandum est, quin statutum nostrum locatori libera relinquat etiam remedia alia ex legibus per nos superius allatis hoc cap. ad verbum dominij quæstionem, quatenus ea locatori competant, tum quia statutum illa non tollit,ideo cur stare prohibentur? *l. sancimus in princ.*C.*de testam. l.præcipimus in fin.* C. *de appell.* tum quia casus omissus in noua dispositio-
29 ne, remanet in dispositione iuris communis *l. commodissimè ff. de lib.& posth. l. si verò §. de viro ff.sol.matr.not. Barbos.in loc. commun. iur. verbo casus omissus n.* 3.

Demū ad materiam istam locationis vnum adhuc singulare adiicimus,nempe quod conductor
30 qui promisit,etiam medio iuramento, finita locatione restituere domum vacuam, & expeditam, non ideo censetur renunciare decreto Camerali ad fauorem inquilinorum notorio in Vrbe Roma, vt latè habetur in *decis. Put.* 161.*lib.* 1. secundum emendatam impressionem, quæ quidem *decis.canonizata reperitur in Romana pensionis domus* 24. *Nouembris* 1608. *coram Cardinali Sacrato est* 90.*inter collectas per Zac. ad Gallef. de obliga.Camer.tit.*& *hoc habet num.*3.
31 Decretū verò continet,quod inquilinus eijci nō possit è domo conducta,nisi domus ipsa venditur, vel locator dominus illam velit pro vsu proprio, quo casu præstare debet cautionem de illā inhabitando per se ipsum, saltem per vnum annum; aut si inquilinus requisitus debito tempore recuset soluere conuentam pensionem .& de hoc decreto præcipuè meminit *Marches.de commiss.par.*1.§.1. *in commiss.à mandato de euacuan.num.*16 *fol.mihi* 1075.

Et quia in textu statuti dicitur non licere conductori referre suo locatori dominij quæstionem etiam si per aliquot. annos in solutione cessan-
32 do quasi possessionem interuerterit, notandum videtur possessionem interuerti, non solum quādo conductor denegasset solutionem pensionis, sed etiam quando locatorem venientem non admisisset, aut alteri possessionem facto tradidisset *Put.decis.*165. iuxta emendatam impressionē *num.*2.& 3.*vt per gloss.in l.*1. *verbo*, *Domino,& ibi Doct.* C. *commun. de vsucap.& per gloss. in l.* 2.*verb.Vsurpet* C.*de præscript.trig.vel quadrag. annor.Alex.in l.*20.*si quis rem, num.*2.*ff.de acq. possess Dec.cons.*400. *num.*9. & ideo quocumque modo conductor interuertat possessionem locatoris, videtur locus esse dispositioni statuti volentis non licere cōductori referre dominij quæstionem locatori, licet de vno tantum casu lo-
33 loquatur statutū,nā exempla non excludūt similia *l.*1.§.*quod dicitur ff.de vi,&vi arm. l. regula* §.*vlt.ff. de iur & fact. ignor.*§. *hactenus inst. de grad cognat. Aym. cons.*544.*num.* 25. *Barbos. in loc. com. iur. verbo exempla num.*26. & eadem est ratio nempe tuendi locatorem in cæteris casibus,vbi conductor illius possessionem interuertat; Ergo & idem ius esse debet *l.*32.*illud in princ. ff.ad l.Aquil. lib.*6. *adigere* §. *quamuis ff. de iur.patron cum simil. allatis per Barbos. in loc. commun: iur. verbo Ratio num.*9.

Quod res ad longum tempus & in emphyteosim conductæ, pro dote obligari possint.

CAP.

Cap. CXXII.

Es ad longum tempus, seu in emphyteusim *a* conductæ, *b* pro dote, & donatione propter nuptias *c* absque domini consensu obligari possint, *d* pacto non obstante: iure tamen directi domini integro permanente, nec propter hanc obligationem res ad dominum reuertatur: si tamen ex causis legitimis locatio dissoluatur, domino ius illæsum remaneat.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Locatio ad longum tempus, & emphyteusis, non differunt inter se, ex iure communi. Limita, vt n. 3.*

2 *Pœna imposita a iure contra emphyteutam alienantem sine consensu domini, habet etiam locum contra conductorem alienãtẽ ad longum tempus, seu in perpetuum.*

4 *Dos, & donatio propter nuptias, æquis passibus ambulant quoad conuentiones, & pacta: Et sunt correlatiua, n. 5.*

6 *Non autem æquiparantur quoad priuilegium l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab.*

7 *Emphyteusis bona an possint obligari absque consensu domini ex causa dotis, & donationis propter nuptias? & n. 8. 9. 11. 14. Et etiã si dos detur cuiuis fœminæ, etiam extraneæ, & in cõcessione emphyteusis non comprehensæ? & n 15. 21. Et quid dicendum de bonis Ecclesiæ? n. 24.*

10 *Alienatione prohibita, censetur tamen permissa alienatio necessaria.*

12 *Emphyteutica res non dicitur transferri in nouam personam, vbi emphyteuta fuerit in primo contractu comprehensus.*

13 *Alienatio permissa est inter eosdem eadem inuestitura comprehensos.*

16 *Verba generalia, generaliter, & sine vlla distinctione sunt intelligenda. Ampl. a vt procedat etiam in dispositione statutorum: & n. 17. Et vt sint extendenda etiam in correctorijs. & n. 26.*

18 *Dotis cãusa est fauorabilis.*

19 *Statutum ita intelligi debet, vt aliquid addat iuri communi.*

20 *Emphyteuticus contractus quamlibet contrahentium pactionem recipit.*

21 *Contractus iurati non comprehenduntur in dispositione quantumuis generali.*

23 *Clausula non obstantibus quibuscumque pactis, & conuentionibus, non tollit pactum, seu conuentionem iuratam.*

24 *Bona Ecclesiæ emphyteutica an possint ex dispositione statuti alienari causa Dotis?*

25 *Pia causa, in dubio, fauendum est.*

27 *Dos, & pia causa æquiparantur.*

28 *Statuta laicorum de bonis emphyteuticis cõprehendunt etiam bona emphyteutica Ecclesiarum, quoad vtile dominium, non quoad directum.*

29 *Emphyteuta laicus potest sine vlla solemnitate de bonis emphyteuticis Ecclesiæ.*

30 *Argumentum à pacto ad statutum valet.*

ANNOTATIONES.

A Onducte) idem hic statuitur de rebus ad longum tempus atque de in emphyteusim conductis: sicuti ex iure communi nulla constituitur differentia inter locationem ad lõgum tempus, & locationem in emphyteusim probatur ex *authent. qui rem ibi conductam, vel in emphyteusim acceptam* C. *de Sacrosanct. Eccles. vbi Dec. num. 1. firmat Ias. in l. 1. num. 34. C. de iur. emphyt. & plurimi alij relati per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 14. nu. 84.* Vnde concludit idem *Ias. quod pœna l. fin. C. de iur. emphyt.* contra emphyteutam alienantem sine consensu domini, nempe, vt cadat ab omni iure suo, habet etiam locum contra conductorem ad longum tempus, seu in perpetuum, quod inquit idem *Ias.* esse notandum, nec alibi vnquam se legisse, nisi in *cons. Fulgos. 23. incip.* pro euidentia eorum, de quibus quæritur, quod tamen multi postea tradiderunt, quos congerit *Tiraq. de retract. lign. d. §. 1 gloss. 14. num. 82. & Valasc. tract. de iur. emphyt. quæst. 29. num. 22. & seq.* qui tam eorum opinionem non sequitur; ità consuluit, *Alex. cons. 119. num. 7. vol. 3.* & ad rem facit *gloss. in Clemen. 1. reb. Eccles. non alien. verbo, Locationes*; Verum quod immo sit differentia inter locationẽ ad lõgũ tẽpus, & emphyteusim, vbi diuersa inter vtrumque contractum sit ratio not. *Valasc. d. q. 29 num 19.* & per totam, vbi recenset etiam quamplures casus, in quibus hi duo contractus inter se conueniunt.

B Pro dote, & donatione propter nuptias) ista duo etiam ex iure communi æquis passibus ambulant quo ad conuentiones, ita vt pacta doti apposita intelligãtur pariter adiecta donationi propter nuptias *l. cum multa 20. §. fin. autem donatio C. de donat. ante nupt. c. fin. vbi gloss. vltim. & Doctr. de donat. int. iur. & uxor. Caldas. de iur. & var. Caldas. de iur. emphyt. lib. 4. cap. 10. nu. 32.*

5 32. & sunt correllatiua, ideo statutum in vno eorum censetur etiam statutum in altero, vt *not. Bal. ex l. in princ. & num.* 18. ad verbum æquis passibus, non autem æquiparantur, sed distinguuntur, quod priuilegium, de quo in *l. assiduis* C. *qui pot. in pign. hab.* nam Iustinianus imp. ibi ità loquitur, hæc autem tantum ad dotem sancimus, non ad ante nuptias donationem; & 6 rationem subijcit, non enim pro lucro fouemus mulieres, sed ne damnum pariantur, suisque rebus defraudentur, curamus, vide similia *not supra cap.* 85. *littera* B. *verbo Donationis propter nuptias.*

C **Absque domini consensu obligari** 7 **possint)** an bona emphyteutica ex causa dotis, & donationis propter nuptias obligari possint absque domini consensu de iure communi? valdè controuersum, & disputatum est inter Doct. regula quidem est pro negatiua opinione ex *l. fin.* C. *de iu. emphyt* sub initium ibi minimè licerè emphyteutæ sine consensu domini meliorationes suas alijs vendere, vel ius emphyteuticum transferre: ad fauorem verò dotis tenuit, & seruauit Senatus Montisferrati affirmatiuam, vt apud *Surd. decis.* 160. *sub nu.* 1. & *seqq.* attamen Doct. hanc regulam limi- 9 tant, vt non procedat in duobus casibus, primus, vbi pater det in dotem filiæ bona emphyteutica, quia non habeat allodialia, ea quidē 10 iuris ratione generali, quod alienatione prohibita, censeatur tamen permissa alienatio necessaria, ità tradit *Aym. cons.* 215. *num.* 6. *& seq.* cuius opinionem communem dicit, & sequitur *Caldas. de iu. emphyt. lib.* 4. *cap.* 10. *nu* 27. *Amic. tract. de eod. iure quæst.* 16. *num.* 1. *& 7.* qui tres Doct. plurimos alios in hanc sententiam euntes referunt.

11 Alter est casus, vbi filia sit de comprehensis in emphyteusi atque hęc limitatio pariter procedit in quocumque dotante fœminam in emphyteusi comprehensam, & ea est ratio, quia res 12 non transfertur in nouam personam, vbi emphyteuta fuerit in primo contractu comprehensus, ficque cessat recognitio, & quæcunque alia solita obligatio noui emphyteutæ erga dominū directum, vnde consentiunt omnes, quod inter 13 eosdē eadē inuestitura cōprehensos omnis alienatio permissa sit, *Rip. in l qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. oblig. num* 81. *Corbull. d. tract. tit. de cauſ. priu. ob alien. irriquis. dom. fact. limit.* 6. *per totam, & limit.* 20. *num.* 1. *Clar. §. emphyteusis quæst.* 14. *Caldas. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 26. *Amic. d. quæst.* 16. *num.* 4. & alij ferè innumeri Doct. à prædictis citati. Verum istis duobus casibus exceptis uix, & ne vix quidem, vt puto, dabitur alter casus, vbi liceat in dotem dare bona emphyteutica irrequisito domino, vti poterit apparere ex lectione iuris peritorum, & præcipuè recentiorum, quos citaui, qui tamen non omninò distinctè, ac diluciḍè argumentum istud explicarunt, difficilem profecto hanc quæstionem, & cui facilè imbecilles humeri succūbent dixit *Caldas. d. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 26. *in fin.* 14 quapropter meritò statuentes nostri supremi Principis auctoritate eam declaratam, & decisam esse voluerunt, dum generaliter decernunt res emphyteuticas pro dote, & donatione propter nuptias absque domini consensu obligari posse.

15 Sed hic quæri posset an statutum intelligi debeat strictè in duobus casibus prædictis, quo nimirum censeatur conforme dispositioni iuris cō munis, an verò generaliter, nempe si dos detur cuiuis fœminæ etiam extraneæ, & in concessione emphyteutis non comprehensæ, & quidem arbitrarer statutum esse generaliter intelligendum iuxta regulam, quod verba generalia gene- 16 raliter sunt intelligenda sine vlla distinctione *l.* 1. *§ generaliter ff. de leg. præst. l.* 3 *ff. de offic. præs. l. de pretio ff. de publicat. in rem act.* quæ quidem 17 regula procedit etiam in statutis *Mascard.* qui innumeros ferè alios ad hanc conclusionem comprobandam congerit *conclus.* 5. *de gener. stat. interpr. num.* 1. & eo magis cum hic versemur in materia fauorabili, quo casu statutorum dispositionem etiam ampliari debere dixit *Dec. consil.* 5. *num.* 2. *Bald. in d. l.* 3. *de offic. præsid. num.* 3. *& Mascard. d. concl num* 29. *probat text. in c. odia, de regul. iur. in* 6 *& in cap. statutum, de elect. eod. libr.* & in ambiguis pro dotibus respondere melius est *l. in ambiguis* 85. *ff. de regu. iur. vbi Dec. & Cagnol. legis dict. in exornant.*

18 Quod autem dotis causa sit fauorabilis nemo dubitat *ex l.* 1. *cum ibi not. ff. de sol. matr. l. assiduis* C. *qui pot. in pign. hab. vbi parirer Doct.*

19 Accedat, quod statutum ità intelligi debet, vt aliquid addat iure communi *Marsil. singul.* 121. *incip.* habens iustam causam, & *singul.* 207. *incip. victus Mascard. d. tract. conclus.* 2. *num.* 42. sique statutum nostrum restringeretur ad prædictos duos casus, nihil operaretur vltra ius cōmune, consequenter generaliter intelligi debet.

D **Pacto non obstante)** quo scilicet emphyteuta promiserit non alienare res emphyteuticas, etiam ex causa dotis, vel donationis propter nuptias, quippe fauore dotis, & donationis propter nuptias ità placuit statuentibus, licèt alioqui con- 20 tractus emphyteuticus quālibet contrahentium pactione recipiat *§. adeo initiit. de loc. & cond. l.* 1. C *de iur. emphyt. vt supra, diximus ad præ- 21 cedens caput.* 121. *littera A. verbo De locatione, & emphyteusi*; sed quid, vbi promissioni eiusmodi adiectum sit iuramentum? teneo statutum nō cōplecti hunc casum, & seruandum esse iuramentum propter iuris regulam vbique canonizatam, quæ non habet contradictiorem, nempe 22 quod dispositio quantumuis generalis non includit contractus iuratos, nisi expressam de illis habeat mentionem *gloss. in cap. cum non deceat* 30. *verbo effectus de elect. in* 6. *probat tex in cap. cōstitutus* 19. *de rescript. not. Gabr. concl* 3. *de iure iur. in princ. vbi generaliter loquitur & conclus.* 11. *de stat. num.* 7. vbi loquitur in statuto Papali quale est hoc nostrum; plenius prosequitur *Seraphin. de priuil. iuram. prileg.* 22. & magis in- 23 specie quod clausula non obstantibus quibuscūque pactis, & conuentionibus, quę sanè fortior videtur, quam hæc clausula simplex nostri statuti pacto non obstante, non tollat pactum, seù cōuentionem iuratam, singulariter tradit *Roman. singul.*

sing. suo 7.quod ẽt in addit. ibi subiecta aliis auctoritatibus communitur ; Denique, vt prediçtis colphonricum addam suffragium, ità censuit *Rot. in* Romana *pensionis domus* 16. *Ianuarij* 1598. *coram Lancellotto, & licet decis. emanauerit ad interpretationem cap.* 159. *infra de præscr. attamen. huic cap. nostro* sine difficultate pariter conuenit.

24 Opportunè hic amplius quæri potest an statutum nostrum comprehendat etiam res Ecclesiæ emphyteuticas, & ego quidem arbitrarer, quod sic, quia de potestate statuti non potest dubitari, nam hæc nostra statuta auctoritate Papę condita sunt, & ab eodem confirmata, ligantque etiam clericos, & locum habent etiam, vbi agitur cum Ecclesia, atque etiam in causis spiritualibus, vt supra plenè deduximus ad titulum statutorum verbo, auctoritate Sanctissimi Domini Nostri littera C. de voluntate etiam satis constare videtur, quia eius verba generalia sunt sine vlla distinctione, sicque intelligenda, maximè ad fauorem dotis, vti supra diximus ad hoc ipsum *cap. verbo absque domini consensu*. Ad-
25 do quia piæ causæ in dubio fauendum est *l. sunt personæ ff. de relig. & sumpt. fin. Tiraq. priuileg.*
26 148. *de priuil. pia caus.* ita vt verba generalia legis ad fauorem piç causæ non solum generaliter sint intelligenda, sed etiam extendenda etiã in correctorijs *Tiraq. de retract. priuil.* 78. *col.* 2. *circa med. & plenius in priuileg.* 160. vbi de hoc agit ex professo post *Euer. in cen. sua loco à*
27 *speciali num.*5. vbi loquitur in exorbitantibus, quod autem dos, & pia causa æquiparentur, & rectè de dotè ad piam causam argumentemur tradit idem *Tiraq. eod. tract. priuileg.* 158. *post Euer. loco à dote ad piam causam*.

28 Accedat denique amplius, quod statuta laicorum disponentia de bonis emphyteuticis, comprehendunt etiam bona emphyteutica Ecclesiarum, quoad vtile dominium, licet non quoad directum *Anchar. cons.*125. *sub num.*7. *& consil.* 433. *col.*1. *num.*3. *Alex. cons.*27. *num.*5. *volu.*6. *Soc. cons.*99. *in princ. vol.*1. *Abb. cons.*28. *num.*6. *volum.*1. vbi ait quod creditores agere possunt ad commodum, quod ex vtili dominio percipit emphyteuta Ecclesiæ, licet illud dominium vtile non possit transire ad extraneum *Clar. in §. Emphyteusis quæst.* 48. *vers. benè verum ẽt & in fin. Burs. cons.*56. *num.* 12. *Surd. decis.* 160. *sub nu.*13. *vers. seruauit tamen Senatus, & seqq.*
29 *numm.* confirmatur idipsum quia sicut licet laicis quoad vtile dominium per pactum disponere de bonis emphyteuticis Ecclesię, quæ ipsi retinent sine vlla solemnitate, quãuis regulariter in alienatione rerum Ecclesiæ solemnitas à Sacris Canonibus, & Constitutionibus Pontificijs requiratur *Bald. in l.*31. *lex vectigali, ff. de pignor. Salic. in l. fin. num.*6. C. *de iur. emphyt. Ias. ibidem num.*78. *Neguſan. tract. de pignor.*2. *membr.*2. *p. num.*28. *in fin. Grat. cons.*55. *num.*13. *vol.*1. *Corbul de emphyteut. tit. de caus. priuat. ob alienat. limit.* 33. *nu.* 3. ità super eis pariter disponi po-
30 test per statutum, quia valet argumentum à pacto ad statutum *l. fin. vbi* Bart. *Bal.* & *alij* C. *de fideiuss. gloss. in l. non solum §. fin. ff. de oper. nou. nunciat. Ias. in l. fin. nu.*5 *ff. qui satisd. cog. Euer. in cens. sua loco à pacto ad statutum in princip.*

Quod colonus partiarius vineæ, requirat in vindemiis locatorem.

Cap. CXXIII.

a VIneæ Colonus partiarius, non vindemiet, nec mustum exprima, nec amoueat, nisi prius locatori, aut, eo absente, illius procuratori per duos dies antea, *b* vindemiam denuntiauerit, & mustum cum eo diuiserit : alioqui domino teneatur ad duplum, iuxta æstimationem per peritos faciendam, & in hoc summariè procedatur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Colonus partiarius est, qui agrum tenet excolendum pro certa quota fructuum : Et damnum, & lucrum cum domino fundi partitur. & n.*2.
3 *Interesse habens in aliquo actu, potest illi assistere, quando geritur.*
4 *Colonus partiarius, ex iure Regio Hispanorum, non potest triticum ab area eleuare, nisi prius certiorato domino, vel eius procuratore.*
5 *Decima cui debetur, potest petere interdici Domino fundi, ne fructus colligat, vel exportet nisi eo, vel eius nuncio, præsente.*
6 *Coloni partiarij materia apud quos Doctores videri possit.*
7 *Dominus fundi, si post denunciationem sibi factam à Colono partiario, iuxta dispositionem statuti nollet impartiri licentiam vindemiandi, & vuæ iam maturæ essent; quid agendum?*

ANNOTATIONES.

A VIneæ Colonus partiarius) talis colonus est, qui agrum tenet excolendum pro certa quota fructuum, & socius dici debet respectu tamẽ fructuum tantum, non conductor, quia fructus cũ domino pro quota partitur, & ideo ex huiusmodi contractu oritur actio pro socio, non autem ex

ex locato, quod probat *text. in l. si merces* 28. *§. uis maior*, ibi partiarius colonus; certè hoc vocabulum est iuris quasi iure societatis, & damnum
2 & lucrum cum domino fundi partitur *Bart. ibidem num.* 3. quod dicit esse menti notandum, vt tu patrono causarum scias dictare libellum *Ang. in l. si aptè* 26. *§. item constat num.* 2. & 3. *ff. de furt. facit ad idem text. in l. cum duobus* 52. *§. si in secunda ff. pro soc. tradit. Petr. Vbald tractat. de duob. fratr.* 11. *par. princ. num.* 32. & *seq. inter tract. vniuers. iur. tom.* 6. *par.* 1. *Valasc. de iur. emphyt quæst.* 30. *sub num.* 3. *vers. aut verò colit. & num seq. Caroc. tract. loc. & conduc. par.* 4. *q.* 4. *nu.* 4. *fol. mihi* 190. *Caldas. de iu. emphyt. quæst.* 30. *num.* 3. *cum seq. Tusc. concluf.* 174. *littera* C. multa vero sequuntur ex prædictis, vti fusè prosequitur *Cald. viden. d. quæst. à num.* 4. per totam, & aliqua habentur apud *Tusc. dicta concl. & seqq.*

B **Vindemiam denuntiauerit)** præceptum sane congruum rationi, vt nimirum fraudi via præcludatur iuxta *tex. in l. in fundo* 39. *ff. de rei vend. & in Clem.* 1. *in princ. de vsur. cum simil.* Et quia
3 regulare est, quod is, cuius interest, assistere possit pro interesse suo actui, qui geritur, *vt not. Tiraquell. in tract. suo res int. alios acta in princ. facit text. l.* 29. *si suspecta in princ. ff. de inoff. testa. l.* 47. *de vnoquoque vbi Doct. ff. de re iud. l.* 39. *nã ità Diuus ff. de adopt. l. fin. C. si per vim, vel alio modo cap. inter quatuor de maior. & obed. c. tum ex litteris de in integr. rest. Clement. pastoralis de re iudic. conferunt tradita per Abb consil.* 68. *quãquam super vacatione sub num.* 4. Hinc propè ad rem nostram, in Colono partiario illud
4 singulariter iure regio Hispanorum cautum est, & sub magna mulcta interdictum, ne triticum ab area eleuet colonus partiarius, nisi certiorato prius domino, vel eius procuratore *Valasc. de iur. emphyt. q.* 30. *sub num.* 15. *vers. postremo in colono partiario*, Et fomentum habere videtur hęc Regia constitutio *ex l.* 2. *vers. sed vbi quarta* ibi sub aspectu Curialiũ C. *quan. & quib. quart. pars. deb. lib.* 10. *& ex l. si perequatore vbi Plat. C. de censi. & censitor. lib.* 11. *& ex tex. in l.* 14. *item queritur §. exercitu*, ibi si domino non denunciauit *ff. loc. specul. tit. de decim. num.* 12. vbi
5 inquit, quod cui debetur decima potest petere, interdici domino fundi, ne fructus colligat, vel exportet, nisi eo, vel eius nuncio præsente, ne fiat ei fraus *Bal. in l.* 8. *diuortio §. interdum ff. sol. matr.* 4. vbi quod si marito præstetur cautio ratione fructuum restituendorum, debet cautio cõtinere duo scilicet de fructibus restituendis, & nõ baratandis, quocirca marirus poterit ponere custodes, vbi & *Alex. sub num.* 4. *vers. iuxta hoc vnum not.* quod potuit vxor. in casu ibi expresso inhibere viro, ne fructus colligat nisi in præsentia vnius quem mittere intendit, ne fraudetur fructibus *per d. l.* 2. *C. quan. & quib. quart. pars. debeatur confirmat Cott. in suis memor. verbo Fructus intelligantur, vers. vlterius etiam sciendum est*, quod potest dominus mittere famulum, quando fructus colliguntur, ne colonus partiarius eum defraudet per eadem *l.* 2. sed subiũcit quod oporteret famulum illum oculatio-
6 rem esse Argo, si vellet occurrere fraudibus rusticorum; verum plura alia de colono partiario, vide apud *Petr. de Vbald. tract. de duob. fratri. 11. par. princip. nu.* 31. & *seqq. Valasc. de contrac. emphyt. q* 30. & *Carroc. de loc. & conduc. par.* 4 *q.* 4. *fol. mihi* 190.

7 *Sed* quid si dominus post denuncia tionem factam iuxta statutum nollet impartiri licentiam vindemiandi, & vuæ iam maturæ essent? deberet colonus eum citare coram iudice ad videndum sibi impartiri talem licentiam, & expectare decretum iudicis, non autem auctoritate propria vindemiam facere, quò pœnam statuti euitet, nec enim debet quis ius sibi dicere *ad text. in l. extat. ff. de eo quod met caus.* solent autem tempore vindemiarũ esse frequẽtes in Foro Capitolino eiusmodi citationes, maximè colonorum partiariorũ veluti vbi sequestratæ sint vuæ propter æs alienum domini, vel ob aliam causam inhibita sit vindemia.

Quod emphyteusis finita relocetur successoribus.

Cap. CXXIV.

a Locationes ad certam generationem contractus Emphyteotici, & b Liuellarij. c si tempore, aut ex defectu generationis finiantur, iisdem pactis, conditionibus, & tenoribus relocentur; & concedantur successoribus, d de eadem genealogia, & sanguine, extraneis hæredibus, & singularibus successoribus exclusis, & ad id directus dominus e omnino compellatur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Locationes ad certam generationem, sunt ad longum tempus, & emphyteusi æquiparantur.*

2 *Contractus liuellarius, vel potius libellarius, hodie ex communi vsu loquendi sunt idem.*

4 *Emphyteusi per lineę extinctionem finita, illa debet renouari proximioribus agnatis*

successoribus vltimi emphyteota.

5 *Emphyteusi finita per generationem finitam, possunt Descendentes petere a Domino directè se confirmari: qui si recusset, cogendus est per Superiorem, vt eam renouet: ex iure communi, & nu. 19.*

6 *Amplia, vt locum habeat etiam in emphyteusi Ecclesiastica intellige, vt n.7.*

Contrarium, etiam in emphyteusi laicorum. n.67.

Et quid ex Statuto Vrbis, si dominus directus vellet pro se retinere emphyteusim? num.67.72.73.

8 *Ecclesia tenetur ad obseruationem Statuti Vrbis mandantis emphyteusim finitam relocari successoribus agnatis proximioribus, & num. 38. 45. Dummodo prima locatio facta ab Ecclesia non fieret nulla. & num. 78.*

Etiam in casu, quo eadem Ecclesia vellet sibi retinere bona deuoluta, ob finitam emphyteusim, & n.9.10.17.25. 26. 31.

Contrarium n.47.52.58.

11 *Verba simpliciter prolata intelligi debent generaliter. & n.70.*

12 *Lex, vel statutum, vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus. & n.71.*

Amplia, vt num.13. etiam in casu in quo maior esset ratio, quàm in alio.

14 *Statuentes, qui non distinxerunt casum, etiam maiorem in se rationem habentem omnia censentur comprehendere voluisse sub generalitate Statuti.*

15 *Generalis locutio, quoad verba, nihil intactum relinquere dicitur.*

16 *Statutum generale comprehendit etiam minores, absentes, furiosos, & similes.*

18 *Statuta Vrbis dicuntur Papalia.*

20 *Successores proximiores quibus in casibus præferantur extraneis in vtili dominio, remissiuè.*

21 *Ecclesia cultrix est iustitiæ, & aequitatis.*

22 *Iustitia nihil est, quàm ipsa aequitas, & bonitas.*

23 *Aequitas est iustitia dulcedine misericordiæ temperata.*

24 *Ecclesia debet dimittere bona sibi delata, quæ aequitate naturali suadente retinere non potest.*

27 *Iura Ciuilia, quæ loquuntur in contractibus, locum habent etiam in personis, & rebus Ecclesiasticis, quando canones non contradicunt.*

28 *Feudorum iura procedunt, etiam de iure Canonico in Ecclesia, quatenus Canones expressè non contradicant.*

29 *Argumentum à feudo ad emphyteusim, & è contrario valet.*

30 *Ecclesia in suis causis regitur iure communi, nisi expressum habeat priuilegium.*

32 *Gratia si sine causa denegetur, fit iniuria.*

33 *Gratia, quando petitur ex iusta causa, est debita.*

34 *Successori fit iniuria, si denegetur ei priuilegium, quod prædecessori concessum fuerat.*

35 *Beneficium consuetum concedi à Principe, dicitur impetrabile.*

37 *Femina, licet non comprehensa in prima inuestitura, debent inuestiri, vbi per obitum masculorum prima emphyteusis sit finita, & illæ petant inuestituram tanquam proximiores vltimi defuncti.*

39 *Emphyteusis renouatio non est simplex, & voluntaria alienatio.*

40 *Alienare non intelligitur, qui occasione acquirendi non vtitur.*

41 *Prælatus potest repudiare hæreditatem delatam ad Ecclesiam, necdum tamen eidem incorporatam.*

Et quid dicendum de legato? n. 42.

43 *Pactum, vt post finitam generationem teneatur Prælatus Ecclesiæ emphyteusim renouare proximioribus agnatis vltimi defuncti, non valet de iure ciuili.*

44 *Extrau. g. Ambitiosæ, non habet locum in illis distractionibus, quæ ex consuetudine non requirunt solemnitates in eadem extranagantipræscriptas.*

46 *Solemnitates non requiruntur in relocatione emphyteusis Ecclesiasticæ, si ea solita concedi.*

48 *Extrauag. Ambitiosæ requirit euidentem Ecclesiæ vtilitatem, etiam in renouatione inuestituræ.*

49 *Prælatus, si liberam habeat facultatem concedendi feudum ad Ecclesiam deuolutum, non potest cogi ad illud renouandum proximioribus agnati feudatarij defuncti.*

50 *Prima caritas incipit à se ipso. & num. 68.*

51 *Nemo de proprio tenetur alteri facere beneficium. & num. 69.*

53 *Dispositum præsumitur illud, quia verisimiliter fuisset dispositum, si statuens de hoc fuisset interrogatus.*

34 *Verisimilitudo habetur pro lege.*
55 *Verba statutorum quantumcunque generalia semper restringuntur ad id, quod est rationis, & num. 62.*
56 *Statutum generale restringi debet, vt minus quam fieri possit, ladat ius commune.*
57 *Statutum, quando contra ius commune potest operari vnum effectum, vel duos, ita interpretari debet, vt vnum dumtaxat operetur.*
59 *Statuentes non præsumuntur velle corrigere quod est dispositum à iure communi.*
60 *Statuta Papalia non extenduntur ad casus, in quibus Ecclesia reperitur specifice priuilegiata a iure communi.*
61 *Constitutiones generales non censentur auferre priuilegium a iure communi concessũ*
63 *Ecclesia semper in dubio est fauendum.*
64 *Verisimilitudo validior excludit infirmiorem.*
65 *Præsumptio potentior tollit debiliorem.*
66 *Decisiones, quæ sunt ad fauorem Ecclesiæ, in dubio sunt sequendæ.*
74 *Verbo quod quis non expressit, nec etiam mente videtur cogitasse.*
75 *Statutum Vrbis de renouatione emphyteusis, quomodo operetur, & addat aliquid vltra ius commune? & n. 77.*
76 *Dictio, omnino, aliquando importat executiuè, ac præcisè sine vlla exceptione.*

ANNOTATIONES.

1 LOcationes ad certam generationẽ) Locationes istæ, cum sint ad longum tempus emphyteusi planè æquiparantur *Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloss. 14. num. 84. cum caterua Doctor.* quos ipse refert, & nos supra *not. ad cap. 122. littera A. verbo, Conducta.*

B Liuellarij] libellarij, dicendum fuisset non liuellarij, vt doctè, ac eleganter probat *Valasc. de iur. emphyt. quæst. 35. num. 11.*
2 vbi docet, vnde hoc vocabulum deducatur; Porrò contractus libellarius dicitur, quando vasallus vel emphyteuta concedit alteri pro certa annua pensione prædium, quod ipse habuerat ab alio in feudum, vel emphyteusim, & sic quando concedens non est dominus scilicet directi dominij, & eiusmodi concessio vulgo appellatur emphyteusis subalternata.
3 Verum quidquid sit de proprietate istorum nominum hodie contractus emphyteuticus, & libellarius idem sunt, saltem ex communi vsu loquendi, & habentur pro synonimis, atque dispositum in vno fine controuersia locum habet etiã in alio, ità *Clar. in §. emphyteusis quæst. 1. Valasc. quæst. 25. num. 1.* qui ambo ex plurium aliorum auctoritate prædicta comprobant.

C Si tempore, aut ex defectu generationis finiantur) excluduntur autem casus, vbi propter culpam conductoris, vel ob defectum filiorum, & descendentium finiantur, quod & iure communi decretum est, vti apparet ex *Clar. d. §. emphyteusis q. 53. in princ. & plenius ex Cald. de iur. emph. lib. 1. q. 8. nu. 1.*

D De eadem genealogia, & sanguine)
4 etiam si sint transuersales, dummodo sint proximiores; & agnati, quod quidem iuris communis interpretes asserunt ex vera, & magis communi sententia, vt per *Socin. Iun. consil. 9. nu. 20 lib. 3. Gabr. conclus. 1. de emphyt. sub num. 16. & seq. Clar. d. quæst. 43. num 2. in fin. Tusc. conclus. 226. littera E. num. 5.* Nam statuentes in hoc censẽtur voluisse se conformare cum dispositione iuris communis ex vulg. & sæpius supra citatis, maximè attenta æquitate, quæ consideratur passim à Doct. ad effectum, vt finita emphyteusi per lineam extinctam, illa debeat renouari successoribus agnatis proximioribus vltimi emphyteutę.

E Omnino compellatur) statutũ est conforme conclusioni iur. communis celebri, & communiter receptæ, cuius actor habetur, *Bart. in l. 1. §. permittitur ff. de acq. quot. & alli. & in l. 1. ff. de priuil. credit in fin.* nempe quod finita emphyteusi per generationem finitam possint descendentes
5 petere à domino directo se confirmari, qui si recusauerit, censebitur eis facere iniuriam, & per superiorem cogendus erit, vt renouet emphyteusim, quam conclusionem dicit esse communem *Clar. in §. emphyteusis q. 43. in princ.* & magis communem *Gabr. conclus. 1. de emphyt. nu. 1. Rip. tract. de remed. contra pestem in fin. sub nu. 260.* vbi quod *Bart.* opin. procedit de æquitate, est communis, & cum ea transit fere tota iuris prudentia, & quod in praxi obseruatur *Cald. de iur. emphyt. lib. 1. q. 8. num. 1.* vbi inquit, quod hæc est communis, & recepta omnium scribentium sententia, & concors opinio *Tusc. conclus. 226. littera E. num. 1. & seqq.* testatur pariter hãc esse communem, & magis communem opinionem, quam & *Rot. canonizauit, vt in decisionibus allatis per Gratian. disceptat. foren. tom. 1. cap. 88. num. 14. & nouissimè coram Reuerendissimo Decano in Imolen. bonorum 18. Iunij 1618.*

Quæ quidem conclusio in terminis iuris communis, & circumscripto hoc statuto ampliatur
6 vt locum habeat etiam, vbi directum dominium sit penes Ecclesiam *Gabr. d. conclus. 1. num. 13.* vbi asserit hanc veriorem, & magis communem opin, *Clar. qui dicit communem d. quæst. 43. n. 2. addit Mandos. ad conf. Rom. 22.* vbi de communi *Cald. ultra quæst. 8. num. 5.* vbi prædictos refert, & alios eamdem opinionem veriorem, æquiorem, & communem asserentes, eamque

tenentes, *Rot. diuerſ. deciſ.198. num.1. part.2.* vbi quod *Hart.* doctrina eſt vera, communis, & pluries per *Rot. recepta*, & *loquitur deciſ.* in bonis Eccleſiæ emphyteuticis, ſicuti pariter *deciſ. Imelin. bonorum eorum Reuerendiſſimo D. Decano ſuperius allegata*, nec vero de validitate ſtatuti noſtri in hac parte dubitari poteſt, vti ſupra deduximus ad *cap.122. littera D. verbo, Pacto non obſtante.*

7 Cæterum hæc ampliatio procedit, vbi Eccleſia velit emphyteuſim in alijs perſonis renouare, tum enim præferre debet proximiores agnatos vltimi emphyteutæ; vbi verò malit ſibi retinere, non autem renouare emphyteusim, id benè poteſt facere, & licet multi contra ſentiant, quos recenſet præcipuè *Cald.dict. queſt. nnm.17. & ſequitur deindè num ſeqq.* accerrimè defendens eorum opinionem, nihilominus ſequenda videtur opin. ad fauorem Eccleſiæ, quam primus omnium excogitaſſe videtur, *Abb. in cap. bona ſecundo de poſtul. prælat. num.28.* ibi hoc dictum ego limitarem *Alex.in l.110. ſi mihi & Titio, sub num.19 vers.putarem in hoc dubitabili paſsu ff.de verb.oblig.Gozad. conſ.39.sub num.17.verſ. ſecundo dato & num.ſeqq. & ex recentioribus Gratian.diſcept forens cap 88. num.5.* vbi hanc opinionē aſſerit veriorem, magis æquam, & Eccleſiæ fauorabilem, ac in dubio ſequendam, & magis communem opin. dixit, eamque tenuit *Rot.apud Caputaq. deciſ.303. & 304.par.1.* atque denuo apud *Mantic.* diſcuſsis hinc inde rationibus ex profeſſo, ſequuta eſt *deciſ. 10. vbi num.6.* dicitur Dominos eam cenſuiſſe veriorem crebriorem, ac æquiorem, neque iam huic ſententiæ maior auctoritas adiici poteſt.

Sed prædicta procedunt vti deducta ſunt iuxta diſpoſitionem iuris communis, verum attento hoc ſtatuto noſtro, in quo ſimpliciter mandatur relocari, & concedi bona emphyteutica ſucceſſoribus de eadem genologia, & ſanguine, quādo finiatur contractus emphyteuſis tēpore, aut ex defectu generationis; & ad id directum dominum omnino compelli, videtur adhuc poſſe du-
8 bitari, an Eccleſia teneatur ad obſeruationem ſtatuti, etiam vbi vellet ſibi retinere bona ad ſe deuoluta ob emphyteuſim finitam, prout in ſta-
9 tuto ipſo. Quoad relocationem, & nouam conceſsionem faciendam agnatis deſcendentibus ex vltimo emphyteuta excluſis extraneis, vbi Eccleſia denuò velit alijs in emphyteuſim concedere, & relocare bona emphyteutica iam deuoluta, res iam non videtur habere difficultatem, cum ſatis ſupra demonſtratum ſit, tum ex communi Doct opin. tum ex Sac. Rot. ſententia Eccleſiam ad hoc teneri, perinde ac tenentur domini laici, cumque ſtatutum idem diſponat plane compertum ſit, quod comprehendere voluerit pariter illa bona emphyteutica, quorum dominium directum ſit penes Eccleſiam, ſicuti non dubitatur de poteſtate iuxta *not. ad cap.122. littera D. verbo, Pacto non obſtante*, & ſuperius ad titulum ſtatutorum in verbo auctoritate, nā cenſere debemus non modo voluiſſe ſtatutum in hac parte ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis, prout aliàs regulariter talis fit interpretatio ex communi ſententia iuriſ. ciuilis interpretum in *l.fin §.in cōputatione C.de iur. delib. in l.omnes populi ff.de iuſt.& iur.& in l. vbi etiam glo.C.de noxal.actio.& per Canoniſtas in c.cum dilectus de conſuet.* ſed & amplius aliqđ addere voluiſſe iurì cōi *Crem.ſing.121.incip.* iuſtam habens cauſam *Marſil.ſingul. 207. incip. victus Alber.in ſuo Dictionar. verbo, Statutum ità debet interpretari Maſcard.de gener.ſtat.interpr. concl.2.n.42.*

Quod verò attinet ad limitationem datam per Doct. & Sac. Rot. prędictæ concluſioni, nempe
10 vt locum nō habeat ſi Eccleſia velit ſibi retinere bona ad ſe deuoluta, non autem alijs relocare, videtur vtiq. eſſe dicendū, quod ſtatutum etiā in hoc caſu velit omnino relocari ſucceſſoribus vltimi emphyteutæ defuncti bona ad Eccleſiam deuoluta per emphyteuſim finitam, primo quia diſponit ſimpliciter circa relocationes bonorum emphyteuticorum faciendas per dominos directos ſucceſſoribus priorum emphyteutarum, conſequenter cenſetur comprehendere tam bona emphyteutica laicorum, quam etiam Eccle-
11 ſiarum, nam verba ſimpliciter prolata intelligi debent generaliter per *tex. in l.1.§. generaliter, ff. de leg. præſt. in l.3 ff. de offic. Præſ. in l. ſi quis ſeruum §.non dixit Prator ff. de acq. hared. cum ſimil. Petr. Duen. reg.133. Laſ. in l.non dubium nu.38. C. de legib. Vini. lib.1. comm. opin. opinione 322. Maſcard. de gener. ſtat. interpr. concluſ.5. nu.1. & ſeqq. tex in l.1.§. quod autem ff. de aleat. & ibi gloſſ. verbo ſimpliciter l. ſi ſeruitus,* vbi etiā
12 *gloſſ. verbo, Nihil. ff. de ſeruit. Vrban. prad.* facit quod vbi lex, vel ſtatutum non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus *l.3.* ibi nec diſtinguitur, vbi etiam *gloſſ. ff. de offic. Præſid. l. Imperator* ibi nec adhibetur diſtinctio *ff. de poſtul. l de pretio ff. de public. in rem actio, vbi Bart. Crot. in l. omnes populi num.166. ff. de iuſt. & iur. Alexan. conſ.55. ſub nu.8. verſ. quinimo ratio dicti ſtatuti*; Et ampliatur regula, vt procedat etiam
13 quoad caſū, in quo maior eſſet ratio quā in alio, nam omnes caſus pariter ſub ſtatuto comprehēduntur per *d.l.1. §. quod autem ff. de aleat. l. fin. §. vxori ff. de aur. & argen. leg. & in l.1. §. generaliter ff. de leg. præſt. Duen. d. regul.133. ampliat.1*
14 & ratio eſt, quia ſtatuentes, qui non diſtinxerūt caſum etiam maiorem in ſe rationem habentem omnia ſub generalitate ſtatuti cenſentur cōprehendere voluiſſe *Burſat. conſ. 40. nu.6. lib. primo, Decius. conſil. 5 num. 2. & conſil. 20. ſub num. 3. verſicol. quarto, vt ſupra dixi, & conſil. 536. num.9. Bertazol. conſ. crim. 526. num.5 lib. 2.* & facit, quod generalis locutio quoad verba
15 nihil intactum relinquere dicitur, *Bald. conſil. 305. sub num.1. verſ. & tamen non eſt dubium lib 1.*

Et hanc ampliationem tenuit etiam *Tiraqu. de retract lignag. gloſſ. 14. num. 101. Maſcard. de gener. ſtat. interpr. d. concluſ. 5. nu.5.* hunc generaliter loquendo dicitur ſtatutum generale com-
16 prehendere etiam minores, furiosos, abſentes & ſimiles, licet in aliquibus caſibus eis aliquā do concedatur à iure aliqua prærogatiua *Alexa. conſ.119. num.34. lib. 6. Roman. ſingul. 816.* tu audiſti, & ità communiter tenent Doct *teſte Odd. de reſtitu. in integ. par.1. quæſt.4. artic.7. num. 48. Maſcard. dict. concluſ. 5. num. 36.* Et quod attinet ad poteſtatem ſtatuentiū illud planè

certum

certum eſt eos vt pote, ſummi Pontificis auctoritate innixos potuiſſe hoc ſtatuto comprehendere etiam bona Eccleſiæ emphyteutica, etiam quoad caſum iſtum de quo hic agimus, cum
18 hæc Vrbis ſtatuta dicantur Papalia *Cephal. conſ.* 463. *num.* 34. *Pariſ. conſ.* 40. *num.* 12. *lib.* 3. *& fuſius Maſcard. de gener. ſtat. interpr. concluſ.* 1. *num.* 245. & ligent res, cauſas, & perſonas Eccleſiaſticas, vti tenuit *Rot. deciſ.* 452. *par.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 381. *num* 3. *eat. par in Romana ſeporationis thori coram Marquemontio in duabus reſolutionibus, & coram Canaleriо deciſ.* 257. *num.* 3. inter eius, *deciſ. impreſſ. & dixit eadem Rota in Romana relocationis* 2. *Decembris* 1609 *in princ. coram Sacrato*. Secundo pro eadem opinione arguitur eam fuiſſe mentem ſtatuentium, vt hoc ſtatutum complectatur tum bona emphyteutica laicorum, quam etiam Eccleſiarum, quia ſtatutum conforme eſt iuri communi iuxta doctrinam *Bart. communiter receptam in l.* 1. *§. pranititur num.* 1 *ff. de acq. quot, & alt.*
19 & quidem iure communi pro diſpoſito habetur quod finita emphyteuſi per generationem finitam, poſſint deſcendentes petere à domino directo ſe confirmari, qui ſi recuſauerit, cenſebitur eis facere iniuriam, & de iure canonico per appellationem adiri poterit ſuperior, qui dominũ directum compellat, vt renouet emphyteuſim in ipſis deſcendentibus, idem inquit ipſe *Bart. in l.* 1. *in fin. ff. de priuileg. credit.* hæc autem doctrina *Bar. &* communis opinio iuri communi innixa fundatur in æquitate, vt inquit *Clar. d. quæſt.* 43. *verſ. ſed quæro, & probatur ex ipſo Bart. qui allegat l. congruit æquitati* C. *de loc. præd. ciuil. lib.* 11. *not. Gozad. conſ.* 86. *ſub num.* 24. & iſta eſt magna æquitas, in qua fundatur *§. permittitur, Alex in l. ſi mihi & Titio* 110. *ſub num.* 19. ibi quam opinionem *Bart.* propter eius auctoritatem in practica ſæpius vidi ſeruari, & etiam habet magnam æquitatem *Roman. conſil* 22. *ſub num.* 5. *verſ. quò caſu ex æquitate*, qui deinde fu-
20 ſius refert quamplures alios caſus, in quibus ſucceſſores proximiores præferuntur extraneis in vtili dominio, vel in iuribus, quę ſui prædeceſſores habuerant tempore obitus, *Dec. conſil.* 131. *ſub num.* 1. *colum.* 3. *in fin.* ibi, quia communis opinio fundatur in æquitate quadam *Rip. tract. de remed. contra peſt. ſub num.* 260. vbi quod *Bart.* opinio procedit de æquitate, & obſeruatur in practica *Caldaſ. tract. de emphyteuſi lib.* 1. *quæſt.* 8. *ſub num.* 16. ibi cum enim cõmunis opinio in æquitate fundata ſit, vnde ſequitur, quod ſi *Bart.* doctrina, & ſtatutum noſtrum locum habent penes laicos ob æquitatem, mul-
21 to magis procedere debeat in Eccleſia, quæ cultrix eſt iuſtitiæ, & æquitatis, quæ verba profert *Dec. d. conſ.* 131. *col.* 3. *in fin. ſub num.* 1. *ex text. in cap.* 1. *§.* 1. *verſ. ſed vniuerſum tit. de alienat. feud. Anchar. conſ.* 49. *num.* 3. *& conſ.* 217. *in fin. Caſt. conſ* 96. *num.* 2. *lib.* 1. *Roman. conſ.* 198. *num.* 2. *in fin.* Cardin. *Tuſc. concl.* 4. *num.* 1. *ad litteram E. Maſcard. de gener. ſtat. interpr. concl.* 7. *nu.* 46. & ius canonicum, cui ſubſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, earumque bona *cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ cum ibi not. de conſtit.* attendit æquitatẽ ac benignitatem iuris ciuilis *Dec. d. conſ.* 131. *ſub num.* 2. *verſ. & hoc præſertim referens Archidiac. in cap. quod à patribus num.* 4. *diſtinct.* 75. dum verò dicitur, quod Eccleſia eſt cultrix iuſtitiæ,
22 pariter dicitur, quod ſit cultrix æquitatis, nam iuſtitia nihil aliud eſt, quam ipſa æquitas, & bonitas, vt *not gloſſ. in l.* 1. *in princ. verbo Iuſtitia ff. de iuſt. & iur. & deducitur ex eo i text. cap. fin. de tranſac. vbi Io. Andr. Bald ſuper feud. tit. de allod. ſub num.* 18. *verſ. quarto dicitur*, alij dixe-
23 runt æquitatem eſſe iuſtitiam dulcedine miſericordiæ temperatam, quam definitionem ex antiquorum ſententia tradit *Ias. in l. placuit* 8. *ſub num.* 1. *verſ. & ſecundum* C. *de iudic. Bald. d. l. cap. de allod. ſub nu.* 18. *verſ. quinto dicitur Bolognet. tract. de leg. iur. & æquit. cap.* 28. *nu.* 12. *Cardin. Tuſch. concluſ.* 310. *num.* 11. *littera* E. & alias iuſtitia, & æquitas copulantur *Tiraquel. de retract. §.* 35. *gloſſ.* 1. *num.* 14. *referens Cicer. ad Heren. lib.* 3. dicentem, Iuſtitia eſt æquitas ius vnicuique tribuens & *lib.* 1. *offic. æquitatem iuſtitiæ max. propriam facit text. in l. placuit* C. *de iudic. & ibi gloſſ. verbo*, Æquitatis, *tex. in cap. ex parte* 18. *de cenſ. in fin.* vbi leguntur hęc verba, cum gratuita fuerint ab initio, benignius ſũt à iuris Eccleſiaſticis exigendane, tanquam exactores videantur lucris temporalibus inhiare ex quo *text. not. Roman conſil.* 123. *ſub num.* 1. *colum.* 2. *verſ. hoc autem*, quod in exactione pecuniæ cæteris paribus viri Eccleſiaſtici eſſe debeant laicis benigniores comprobat, *Cardinal. Tuſc. concl.* 4. *ſub num.* 37. *ad litteram B. ex text in cap. quærit* 14 *quæſt* 7. *ex quo not. Abb. conſil.* 63. *ſub num.* 5. *verſ. tertio adduco*, quod Eccleſia
24 debet dimittere bona ſibi delata, quæ æquitate naturali ſuadente retinere non poteſt, licet ſtricto iure retinere poſſit, quod dictum refert, ac probat *Card. Tuſch. conclus.* 4. *num.* 9. *ſub littera* E. quibus planè dictis, & argumentis vtuntur, Doct. illi, qui tenent opinionem *Bart.* procedere ét in bonis emphyteuticis Eccleſiæ, etiam hoc ſtatuto citcũſcripto, quorum quidem opinio cõmunis eſt, & ab omnibus ferè recepta, vt ſupra notauimus hoc cap. ad verbum omnino compellatur, & præcipuè rationibus prædictis vtitur *Dec. d. conſ.* 131. *ſub num.* 1. *&* 2. *Clar. q.* 43. *num.* 3. *Gozad. conſ.* 86. *ſub num.* 24. *Alex. d. l. ſi mihi, & Titio ſub num.* 19. *Cald. d. quæſt.* 8. *ſub*
25 *num.* 16. atque eadem dicta, & rationes planè conuenire videntur interpretationi ſtatuti ad tanorem agnatorum deſcendẽtium vltimi emphyteutæ etiam, quando Eccleſia vellet ſibi retinere bona emphyteutica, conſequenter, & eadem ſtatuti diſpoſitio eſſe debet, cum idem ius eſſe debeat, vbi eadem ratio ſubſit *l. illud* C. *de ſacr. Eccleſ. l. bis ſolis verſ. ſatis etiam cautè putamus C. de reuoc. donat. l. item venſunt §. ait Senatus ff. de peti hared.* de qua regula *latè Tiraquel. in l. ſi vnquam verbo libertis nu.* 45. *&* 46. *C. de reuoc. donat. nam ſi Doct.* generaliter volunt, quod Eccleſia teneatur inuestire deſcendentes agnatos, ex vltimo emphyteuta, quia eis videbitur eſſe
26 ius quæſitum, illa ratio pariter videtur militare & procedere, ſiuè alijs velit Eccleſia concedere bona emphyteutica, ſiuè pro ſe retinere *Dec. d. conſ.* 131. *ſub num.* 2. *verſ. ex quibus patet.*
27 Tertio pro hac opinione adducitur communis regula, quod iura ciuilia, quæ loquuntur in cõtractibus, locũ habeant ét de iure canonico in

personis, & rebus Ecclesiasticis, quando canones non contradicunt, ita inquit, *Dec. d. consil. 131. sub n. 2. versic. Et est regula communis*, quæ probatur ex *text. cũ ibi not. per glo. verb. adiuuãtur, & per Doct. c. 1. & 2. de nou. oper. nunc. facit text. in cap. 1. 4. dist. Cyn. in authen. Cassa. nu. 3. C. de sacrosanct. Eccl. Abb. in c. 3. n. 4. vt lit. pend. Hostiẽ & alij in c. fin. de fol. Archid. in c. lege n. 8. dist. 10. Abb. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ n. 17. de constit. vbi & Felin. num. 37. & seq.* at iuri communi, *iuxta doctr. Bart.* & statuto nostro nõ contradicit in casu proposito ius Canonicum, consequenter ius commune, et nostrum municipale seruari debet.

28 Quartò accedat, quòd iura feudorum in specie procedunt etiam de iure canonico, et in Ecclesia, quatenus canones expressè non contradicant, quia nimirum approbata uidentur esse ab Ecclesia *Bal. in c. ceterum num. 2. versic. not. ibi ab Ecclesia sua de iudic. per illum tex. vbi Card. & Abb.* quos refert, et sequitur *Alex. consil. 10. num. 4. lib. 5. Anchar. cons. 174. Dominus Lazarius sub num. 1.* et quod dicitur de feudis Ecclesiæ procedit pariter in emphyteusi Ecclesiastica

29 *Dec. d. consil. 131. sub num. 2.* valet enim argumentum à feudo ad emphyteusim, et è contrario vt per *Euer. in suis locis argumen. a feudo ad emphyteusim, & ab emphyteusi ad feudum, Paris. consil. 1. num 147. lib. 2. Corbul. de cauf. priu. ob nõ sol. canon. ampliat. 37. in fin. Surd. decis. 290 n. 15.* consequenter statutum nostrũ disponẽs de relocationibus in emphyteusim faciendis, procedere debet etiam in relocationibus bonorum emphyteusis Ecclesiæ, etiamsi Ecclesia emphyteusi finita vellet ea sibi retinere, cum ex dispositione iuris communis domini laici teneantur relocare bona emphyteutica agnatis descendentibus ex vltimo emphyteuta, non autem sibi possint ea retinere, neque canones iuri communi, & statuto nostro in fauorem Ecclesiæ in casu nostro contradicant, & cum non dubitetur, quin statutum nostrum, quod Papale est, vti supra sæpius probauimus, disponere potuerit de emphyteusi Ecclesiastica quocunque modo, sicuti de feudis.

30 Quinto adijcitur alia iuris regula, quod Ecclesia in causis suis regitur iure cõmuni, nisi expressum habeat priuilegium *c. 1. de alien. feud. collat. 10. Salic. in authen. qui rem nu. 2. C. de sacrosanct. Eccles. Dec. cons. 121 sub num. 2. littera B. Corbul. de Emphyteu. tit. de cauf. priu. ob non sol. can. ampliat. 20. num. 8. in fin.* consequenter cum in puncto, de quo agitur Ecclesia nõ reperiatur expressè priuilegiata, standum est dispositioni iuris cõmunis, & statuti.

Sexto hæc sententia videtur tenenda tanquam æquitati magis consentanea, vt expressè profitetur *Caldas. de iur. emphyt. lib. 1. q. 8. nu. 20.* sequutus *Bero. cons. 98. visa num. 10. vol. 1. Dec. d. cons. 131. Gabr. cons 30 num. 10. volum. 1. Thob. Non Perusinus cons. 3.* Visa themate per totum, vbi latissime consuluit Ecclesiam teneri renouationem finitæ emphyteusis concedere, & de ea inuestire hæredes & descendentes vltimi Emphyteutæ, etiamsi vellet rem reuertam pro se retinere, ità cõsuluit etiã *Ruin. cõs. 12. & inf. cons. 151. num. 20. lib. 1 qui citat Bal. in cap. 1. §. 1. in fin. qua. it. feud. alien. post.* dicentem, quod si feudum reuertatur ad Dominum non debet dominus pro se retinere, sed alium inuestire ex æquitate *l. 1. §. permittitur ff. de aqu. quotid. & alti. Gozad. cons. 86. num. 24. Gabr.* qui & hanc dicit esse veriorem, & magis communem opinionem *concluf. 1. de emphyt. sub num. 13. versf. cõtrarium est verius*: Et contrariam sententiam subiungit

31 idem *Cald.* Reipublicæ Christianæ, & communi hominum societati tum Ciuium vtilitati perniciosam esse, & inhumanam, & publicæ caritati viam omnino præcludere, ideoque meritò à grauissimis Regijs Senatoribus Lusitaniæ explosam esse; Cum enim, vt idem subijcit, finita emphyteusi, ius petendi renouationem, seù inuestituram descendentibus, seù proximioribus agnatis vltimi morientis acquisitum sit, Ecclesia huic iuri quæsito præiudicare non potest argumẽto *c. licet de decim. c. dudum de priuileg. & c. quid per nouale de verb. signif.* addo, quod iniuria videtur fieri petenti inuestituram concedi solitam, si talis inuestitura denegetur, licet enim inuestitura

32 sit ex gratia, attamen si sine causa denegetur gratia, fit iniuria *Afflict. in constit. Neapol. lib. 1. de pœn. contum. rubr. 97. verbo Si quis post litem nu. 22. Gabr. concl. 1. de emphyt nu. 2.* sicuti dicitur de postulatione Prælati, quæ est gratia, & si non admittitur sine causa, fit, iniuria *cap. 3. bona de postul. Prel.* & gratia est debita, quando petitur ex

33 iusta causa, exempli gratia, vbi petitur dispensatio *glo. in c. exigunt verbo causa 1. q. 7. Abb. in d. c. 3 bonæ* vnde vbi iusta subest causa, potest superior compelli ad dispensandum, & ad gratiam faciendam *glo. in d. c. verbo Gratia*, quam menti tenendam dicit idem *Abb. num. 14. Afflict. loco citato*, est enim tum dispensatio debita *Abb. in c. cum nobis 19. sub num. 5. in fin. de elect. glo. in c. vt constitueretur verbo detrahendum est, & in c. domino Sancto, verbo Necesse dist. 50.* Prædictis annicitur, quod iniuria fit successori, si denegatur ei priuilegium, quod prædecessori concessum fuerat,

34 licet personaliter, quia ex quo fuerat concessum prædecessori, eadem ratione oportet illud concedere successori *Abb. in c. 4 bona memoria nu. 28. de postul. Prælat.* ad quod citat *tex. quem dicit bonum in c. fin. cum glo. ad fin. 100. verbo Atque priuilegia*, & probat *tex. ad literam in l. 1. §. permittitur ff. de aqu. quot. & astiu.* vbi dicitur, quod si quis à Principe habeat priuilegium personale ducendi aquam ad fundum suum, it. iuria fit succedenti in eum fundum, si ei denegetur idem priuilegium quod & impetrabile, dicitur, & facile concedi debet *glo.* ibidem verbo impetrabile, quæ inde infert, quod mortuo Vasallo eius hæres masculus facile impetrat à Principe inuestituram, quia debet ei dari, & ad eumdem *tex. in margine not. Bolognet.* quod *tex. ista sum d. glo.* est singula-

35 ris ad hoc propositum, quod beneficium consuetum concedi à Principe dicitur impetrabile, ideſt de facile posse impetrari.

36 Septimo verisimile est, quod attentis supradictis inclinallet in hanc partem, vti benignorem, ac æquiorem Summus Pontifex Gregorius XIII. cuius auctoritate hæc statuta cõdita sunt, si de hac dubitatione exquisitũ fuisset eius oraculũ, fuit enim ille Princeps æquitate, ac benignitate adeo celebris, ac insignis, vt eius memoriam nulla delebit oblivio, consequenter hoc censer

debet

debet ſtatutum, quod ille veriſimiliter ſtatuiſſet iuxta *gloſſ in fin. in l. tale pactum 40. §. fin. ff. de pact.* vbi Bald. in 2 *notab.* & *Iaſ. num* 16. *Caſtr. num* 5. & *alij facit tex. in l. ſi totas* C. *de inoffic. don.* & *in l. fin.* C. *de poſth. hæredit. inſtit. Alexa. conſ.* 46 *num.* 2. *lib.* 2. *Roman. conſ.* 105. *ſub nu.* 2. *verſ. quia ſemper,* & *conſ.* 392. *in fin. Dec. conſ.* 64 *ſub num.* 6. *verſ. vltimo ſuadetur Curt. ſeni. conſil.* 9. *num.* 16. *Euer. in argum. à veriſimili num.* 3. *Maſcard. de conſtr. ſtat. interpr. concluſ.* 2. *n* 260. *Marſil. in l. ſi quis viduam num.* 10. *ff. de quæſt.* & *conſ.* 16. *nu.* 34. quodque materia emphyteutica etiam vbi agitur cum Eccleſia ſit fauorabilis, & extendatur ad vtilitatem laicorum, ex
37 hoc ſingulariter apparet, quod licet fœminæ comprehenſæ non fuerint in prima inueſtitura pro comperto nihilominus habetur eas debere inueſtiri, vbi prima Emphyteuſis per obitum maſculorum ſit finita, & illæ petant inueſtiturã tanquam proximiores vltimi emphytheutæ defuncti, *Ruin. conſ.* 151. *num.* 18. *lib.* 1. *Roman. conſ.* 22. *vbi apoſtilla in littera* K. *Raphael. Cum. conſ.* 166. *circa fin. Fulgoſ conſ.* 4. & 220. *ad fin. Imol. conſ* 38. *in fin. Caſtr. conſil.* 159. *circa fin. lib.* 2. *Curt. ſen. conſ.* 47. *num.* 9. *Soc. Iun. conſ.* 76. *num.* 121. *lib.* 1. *Pariſ. conſ.* 22. *num.* 36. *lib.* 1. *Bero. conſ.* 98. *num.* 6. & 10. *vol.* 1. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 88. *nu.* 24 & *ſeq. to.* 1. *Rot. apud Card. Seraphin. deciſ.* 610. *num.* 6. & *deciſ.* 198. *num.* 2. *par.* 2. *diuerſ.* & *in Lucana Emphyteuſis* 6. *Iunij* 1567. *coram Oradino,* & *in Brixien. feudi* 16. *Maii* 1588. *coram Bubalo*.

Octauo habetur pro hac parte *deciſ. Rot. corã Cardin. Sacrato in Romana relocationis* 2. *Martii* 1609. vbi firmatur hoc ipſum ſtatutum, de quo
38 agitur tam de poteſtate, quam de voluntate ſtatuentium comprehendere etiam bona Eccleſiarum Emphyteutica; atque idcirco cõcluſum fuit, quod in vim huius ſtatuti teneretur quædam cõfraternitas relocare bona emphytheutica ſororibus vltimi Emphyteutæ, vt pote exiſtentibus de eius ſanguine.

Neque huic ſententiæ obſtare videtur defectus voluntatis Papæ in articuli huius diſcuſsione conſideratus à *Rot. apud Gypſium in Romana relocationis domus* 13. *Martij* 1595. *num.* 3. *impreſſa per Pic. ad c.* 151. *ſtat. Vrb. loc.* 39 ſi eiuſmodi defectus voluntatis deducitur ex iuribus, & rationibus allatis in *d. deciſ.* 10. *apud Mantic. quæ tamen deciſ.* non emanauit ſuper hoc ſtatuto noſtro, ſed in cauſa Rauennaten. iuxtà terminos iuris cõis quandoquidẽ ſat cõgruenter eis reſpõderi poſſe videtur, & primo non obſtat *tex. in c. nulli & tot. tit de reb. Eccleſ. non alien.* quia per illa iura prohibetur quidem alienatio rerum immobilium Eccleſiæ, & inter alienationes recenſetur etiam conceſsio in perpetuam emphyteuſim, ſed non ideo cenſeri debet prohibita renouatio Emphyteuſis, vt in terminis ſtatuti noſtri
39 quia hæc non eſt ſimplex, & voluntaria alienatio, ſed translatio quædam rerum emphyteuticarum à iure inducta ad fauorem hæredum vltimi emphyteutę, atque eodem iure debita iuxta deducta latè ſuperius tum ex iure ciuili, tũ ex iure canonico hoc cap. ad verbum, omnino compellatur à principio & inferius ad idem verbum in ſecundo argumento diſputationis huius articuli, addo etiam, quod in caſu noſtro agitur de rebus Eccleſiæ non acquirendis, nor autẽ de alienandis, cum non agatur de prima locatione perpetua in emphyteuſim, quæ quidem eſt alienatio, ſed de relocatione rei Eccleſiæ nõdum incorporatæ, ſed acquirendæ, quę non eſt dicen
40 da alienatio, qui enim occaſione acquirendi non vtitur, non intelligitur alienare *l. alienationis verbum* 28. *ff. de verb. ſignif.* poteſt autem alias Prælatus idcirco Eccleſiæ conditionem facere deteriorem in acquirendis *gloſſ. fin. in cap. fin.* 16. *q.* 6. *facit tex. per eam l. gloſſ. allegatus in l. fin. §. fin. autem* C. *de acquir. poſſ.* Canoniſta omnes *in c.* 1. *de dol.* & *contum. vbi præcipuè Abb. nu.* 22. *Innoc. in cap.* 2. *de donat. vbi* & *gloſs. verbo non debet Bald. in authent. ſi qua mulier num.* 41. & *ſeqq.* C. *de Saroſan. Eccleſ. Roman. conſil.* 184. *num.* 1. cum aliis multis relatis in addit. ibidem littera B. *verbo Præiudicare, Ferret. conſ.* 245. *num.* 15. & alii plures relati per *Bertach. in ſuo repertorio verbo Abbas an poſſit repudiare,* & *verbo ſeq.*
41 vnde poteſt ſolus Prælatus repudiare hæreditate delatam ad Eccleſiam etiam in immobilib. cõſiſtentem, nec dum tamen incorporatam Eccleſiæ, vt eſt communis opin. de qua *Bart. in l. tutor in fin. ff. de bon. poſſ. Abb. in d. c.* 1 *de dol.* & *cont. num.* 22. *vbi*, & *adden. littera B. Feder. de ſent. conſ.* 9. *Bertach.* & quamplures alii ab eo relati, *littera A. verbo. Abbas*, an poſſit repudiare hæreditatem, ſicuti tenent Doct. communiter, *vt per Gabr. concluſ.* 4. *de legat. num.* 3. quidquid di-
42 catur in legato, qua de re magna eſt inter Doct. controuerſia, quia dominium rei legatæ rectà via à morte teſtatoris fictè videtur tranſiuiſſe ad Eccleſiam per *tex. in l. à Titio* 56. *ff. de furt.* aſſeritur autem vtrinque ſtare communem, & magis communem opin. *Gabr. d. concluſ.* 4. *de legat. num.* 1. & 2.

43 Non obſtat, quod de iure ciuili nõ valet pactũ vt poſt finitam generationem teneatur Prælatus Eccleſię emphyteuſim renouare proximioribus vltimi emphyteutę defuncti *§. neque illud* & *§. quod autem dictum cum ſeq. auth. de non alienat. reb. Eccleſ. ponderatus in d. deciſ.* quoniam quidquid diſponatur per illum tex. ad rem noſtram, illud vtique immutatum apparet per ſtatutum noſtrum apertè, & generaliter diſponens, quod ſi contractus emphyteutici tempore, aut ex defectu generationis finiantur, ijſdem pactis renouentur ſucceſſoribus de eadem genealogia, & sãguine, & ad id directus dominus omnino compellatur.

Nec videtur dici poſſe de defectu voluntatis ſtatuentium quoad Eccleſiam, attentis argumẽtis ſuperius in hanc partem adductis, & præcipuè quarto, & quinto, ex quibus probatur opinionem iſtam etiam in terminis iuris communis nedum ſtatuti noſtri, eſſe tenendam, vti æquiorem, & ideo eam, vt ſupra aſſerit *Caldaſ.* a Reggiis Senatoribus Luſitaniæ fuiſſe receptam contraria opinione exploſa, vti publicæ vtilitati cõtraria, & viam charitati præcludente. Non obſt. conſtitutio Extrauag. Pauli II. ambitioſæ *de reb. Eccleſ. non alien.* ibi præcipuè, omneque pactum, ponderando illa verba de rebus ab antiquo concedi ſolitis, & tunc Eccleſiarum euidenti vtilitate, vti habetur in *deciſ. apud Mantic.* 10.

44 n.4.quia d. *extrauag.*non habet locũ in illis distractionibus, quæ ex consuetudine non requirunt solemnitates in eadem extrauaganti præscriptas, sicuti Rot.declarauit post *decis. Gypsij*, & ea bene discussa in *Romana relocationis* 2.*Decembris* 1609.*coram Sacrato*, quæ est in terminis sta
45 tuti nostri, cum præsuppositio,quod loca pia soleant concedere bona in emphyteusim sine solemnitatibus eiusmodi, vnde consuit renouandã emphyteusim etiam a locis pijs ad fauorem hæredum vltimi emphyteutæ, vbi emphyteusis per lineam finita erat,sicque ad summam locum esse huic statuto nostro etiã in Emphyteusi Eccleśia-
46 stica; Quodque non requirantur solemnitates, quando bona emphyteutica reuertantur ad Ecclesiam, si ea solita sint concedi in emphyteusim & denuo concedantur,tradit *Ruin.cons.*41.*num.* 39.*vol.*1 *Calder.cons.vlt.de cõsuet.circa fin. Cur. iun.tract.de feud.*2.*part.q.*3.*Socin.cons.*169. *nu.* 31.*lib.*2.*Dec.cons.*142 *sub num.*1.*vers. & prædicta Clar.in §.Emphyteusis q.*6.*num.*5.*vers.si vero & q.*13.*num.*6.*in §.feudum per tex.in c. vt super de reb. Eccl.nõ alien.& in cap.*2.*de feud.*quos quidem tex ità interpretantur Doct. communiter, vt inquit ib idem *Clar. & Didac. var. resol. lib.*2.*cap.*17.*nu.*4.*probat Redoan.tract.de reb. Eccles.non alien cas.*6.*num.*1 *& seq.* qui tamen loquitur,vbi non cesset. & duret causa primæ concessionis, atque etiam cum Romæ seruari dicitur, quod loca pia sine aliis solemnitatibus renouent emphyteuses iam finitas, quinimmo, & ab initio faciant contractus emphyteuticos cũ clausula tamen reseruato beneplacito Sedis Apostolicæ,sed illud postea vti dicitur, non consueuit expediri.

47 Cæterum quid quid dictum sit in hanc partem non putarem recedendum a b opinione,quam tenuit *Rota coram Gypsio in Romana relocationis domus* 13.*Martij* 1596.quam nuper probauit eadem *Rota coram R.P.D.Pirouano in Romana pensionis Prioratus* 4 *February* 1630.nam verè dari posse videtur de defectu voluntatis statuentium attenta dispositione *tex.in §.neque illud,& in §.quod autem dictum de reb. Eccl. non alien.* cum enim eo iure prohibitum sit pactum, quod post finitam generationẽ Prælatus teneatur emphyteusim proximioribus emphyteutæ defuncti renouare,& ideo eiusmodi pacto non obstante possit Prælatus non inuestire dictos proximiores multo minus ad id tenebitur,vbi tale pactum deficiat, sicuti arguit *Gozad.cons.*39 *sub num.* 18. *vers.& quarto ponebo.* Accedat constitutio extrauagans Pauli papæ 2.ambitiosæ, quæ quidem
48 requirit euidentem Ecclesiarum vtilitatem, etiã vbi renouetur inuestitura de rebus in emphyteusim ab antiquo concedi solitis: neque enim euidens Ecclesiæ vtilitas esse potest, si Prælatus ad renouandam emphyteusim possit cõpelli, nisi tamen essemus in casu,quo in prima inuestitura euidens Ecclesię vtilitas probata esset,& in renouatione eadem causa duraret adhuc; non autem quando res emphyteutica esset iam effecta prætiosior tempore petitæ renouationis iuxta trad. per *Redoan.d.casu* 6.*nu.*1.*&* 23.*cum seq.* ad hæc cõferunt *not.per Abb.in c.bona* 2.*sub n.* 28.*vers. hoc dictum de postul.Prel.& per Rip. tract. de remed.perseuat.contra post. par. vlt. num.* 263. *vers.quid tenendum*, *& per Benintend.conclus.* 13.*num.*8.quibus accedat *tex.in c.*2. *ac de feud.* vbi decernitur, quod Prælatus feudum decedentis liberè,si viderit expedire alteri,concedat,vn-
49 de sequitur, quod si Prælatus liberam habet facultatem feudum ad Ecclesiam deuolutum alteri personæ concedendi, ad renouandum illud consanguinei successoribus defuncti feudatarii cogi non potest, & quod de feudo statuitur, idem de emphiteusi sine dubio statutum censetur, vt potissimum habetur in dicta extrauag. ambitiosa, ibi infeudationes, vel contractum emphy-
50 teuticum prædictis suffragatur, quod prima caritas incipit à se ipso, *cap. non satis* 80. *distin.*
51 *l.Præses*,C.*de seruit.& aqu.* & nemo de proprio tenetur alteri facere beneficium, *cap.precari* 12, *in fin.*10.*q.*2.& nulli cum alterius damno est consulendum, *c.* 1.*§. non est* 22.*q.*2.prout in *d.dec. apud Mantic.* hæc omnia comprobantur per *Gratian.discept.forens tom.*1.*cap.*88. *num.* 8. *&*
52 *seq.* Ex prædictis itaque satis constare videtur nõ esse verisimile,quod Pontificia auctoritas voluerit Ecclesiæ præiudicare in hac parte, & consequenter benè datur de defectu voluntatis Papæ,
53 illud enim habetur pro dispolito,quod verisimiliter fuisset dispositum, si statuens de hoc fuisset interrogatus, quod procedit in quauis dispositione quãtumnis generali, & siue aliquid statuatur per modum conuentionis, siue per modum legis municipalis,siue per modum rescripti,*Bal. in l.*40.*tale pactum*, *§.fin.in princ. versic.Secũdo not.ff.de pact.vbi glos. fin.in fin.Castr.ibidem num.*5.*not.Euer.in loco a verisimili num.*3. *Cravet.consil.*70.*nnm.*25.*Dec.consil.*532.*num* 9.*Angel.consil.*248.*Philippus sub nu.*2. *versic. pro hac parte*, *Mascard.de gener.stat.interpr.conclus.*5. *num.*160.qui complures alios ad id plum refert
54 Et verisimilitudo habetur pro lege,*Oldrad.cons.* 13.*in fin.* vnde qui allegat verisimilitudinem dicitur allegare textum legis,quoniam lex iubet seruari id,quod est verisimile, *l. semper in stipulationibus,ff.de reg.iur.*quod quidem argumentũ habet locum in qualibet materia, *Cravet. consil.* 297.*num.*6.*& consil.*298.*num.*16. *Mascar.dicta*
55 *concl.*5.*num.*160.*in fin.* Præterea verba statutorum quantumcunque generalia semper restringuntur ad id,quod est rationis *Ias. in l. non dubium num.*36.*& seqq.*C.*de legib Bal in authen. ingressi num.*16.C.*de sacrosanct.Eccles.Alex.consil.*85 *num.*11.*lib.*4. *Alciat. respons.* 358. *versic. tertio quia, Soc.cons.*64.*col penult.& consil.*121.*num.*5 *lib.*1. *Euer.in loco ab absurdo num.* 6. *Mascard. de gener.stat.interpr.concl.*5. *num.*79. alij ab eo relati, rationis autem est per ea, quæ ad fauorẽ Ecclesiæ deducta sunt, quod Ecclesia non teneatur renouare emphiteusim finitam, vbi velit bona emphyteutica sibi retinere,consequenter Ecclesiæ non obstabit statutum nostrum in hoc ca-
56 su.Accedat,quod statutum generale restringi debet,vt minus quàm fieri possit lædat ius commune *Doct.communiter in l.fin. §. in computatione C.de iu.delib.facit tex.cum ibi not. in l.si quando C.de inoffic.testam.Abb consil.*77 *colum* 4 *in fin.* ibi quia statutum generale, *& Socin. iun. consil.* 11.*num.*12.*lib.*1.*Menoch.consil.*76 *num.*2.*lib.*1.
57 & ideo quãdo statutũ cõtra ius cõmune potest operari vnum effectum, vel duos,ea sumi debet

inter-

interpetratio, per quam vnum dumtaxat operetur, *Roland.conſil.97.num.21.lib.2. & conſil.74. num.19.lib.3.Pariſ.conſ.110.num 6. lib. 3. Roman.conſ.399.num.1.& 2. Gozad.conſ.19. num. 5. Grat.conſ 43.col.1.vol.1.Socin iun.conſ.3.in prine.lib.1 Rot.diuerſ.deciſ.475.nu.6.par.1.Maſcar.de gener.ſtat.interpr.concl.5.nu.148.* Vnde
38 cum ſtatutum noſtrum ſatis operetur,ſi de laicis dumtaxat intelligatur,vtique dicendum eſt,quod non cõprehendat perſonas Eccleſiaſticas, quæ ſcilicet ſpeciale habent priuilegium in materia, de qua agitur per iura ſuperius allegata, hiſce ad ſtipulatur altera iuris regula nempe, quod non
39 præſumitur ſtatuentes velle corrigere, quod eſt diſpoſitum à iure communi *Cephal.conſ.138. nu. 50.lib.1.Corn.conſ 219.ſub num.1.verſ. & iſte intellectus lib.1.Ruin.conſ.38.n.6.vol.1.Dec.cõſ. 37.nu.7.* & hæc regula eſt pro ratione præcedentis concluſionis *Maſcard.de gener.ſtat. interpr.*
60 *concl.5.num.* 149. Denique ſtatuta noſtra licet ſint Papalia,non extenduntur ad caſus in quibus Eccleſia ſpecificè priuileg iata reperitur à iure communi, vt firmauit *Rota non ſolum coram Gypſio in d.Romana relocationis domus* 13. *Martij 1596.quæ eſt* 38 *poſt Pic:ad ſtat.Vrb.cap.*151.ſed etiam recentius *coram R. P. D. Pirouano in dicta Romana penſionis Prioratus* 4. *Feb.* 1630. *& in Romana liberationis coram R. P. D. Merlino* 4. *Martij* 1630.nam per conſtitutiones generales non cenſetur auferri priuilegium in eo caſu a iure communi conceſſum *l,Decurionibus*, & ibi *glo.prima*, & *Bart.not.C.de ſitentiar.lib.* 12. *Bald.in c.Eccleſia Sancta Maria num.*14. *verſ. tertia glo.dicit de conſtit.Calcan.conſ.*13.*num.* 4. *& ſeq.Tiraq.de retract.lignag.§.*1.*glo.*14. *num.* 104.*et alij plures ab eo relati Grattan.diſcept.*710 *num.*29.*tom.*4.*diſcept.*895.*num.*48. *tom.* 5. *quibus in locis plures Rot. deciſ. & Doct. allegat Gabr.concl.*1.*de legib.num.*1.*& ſeqq.Maſcard. de gener.ſtat.interpr.concl.*5.*num.* 32. qui congerit quamplurimos pro iſta ſententia.

Argumenta verò contrariæ opinionis facilè diluuntur. Non obſt.primum de verbis ſimplici-
62 bus, & generalibus ſtatuti, quia verba ſtatutorum quantumuis generalia reſtringuntur ad id, quod eſt rationis, atque reſtringuntur, vt minus quam ſit poſsibile,lædant ius commune, vtque non comprehendant caſus ſpecialiter priuilegiatos,vti ſupra proximè demonſtrauimus in rationibus adductis pro Eccleſia.

Non obſt. ſecundum, quia negatur eam fuiſſe mentem ſtatuentium, qualis dicitur in argumento cum præſuppoſito,quod ſtatutum ſit conforme iure communi quinimo retorquetur argumentũ iuri cõmuni Eccleſia cũ in hoc præcipuè,de quo agitur ſit priuilegiata, & ideo cenſeri non debeat,quod ſtatuentes voluerint corrigere ius cõmune, & præiudicare Eccleſiæ.

Non obſt.tertium quia locum haberet vbi leges & canones nõ cõtradicerent,hic autẽ contra dicunt nedum canones,ſed etiã leges ciuiles; Et eiuſmodi reſpõſio pariter tollit quartũ argumẽtũ

Non obſt.quintũ propter eãdem reſponſionẽ.

Sextum argumentũ vtique retorquetur, quoniam immo æquitas militat pro Eccleſia, vt ſupra diximus pro hac parte *verſ. prædictis ſuffragatur iuxta dec.Mantic.& not.per Gratian.* nec etiam dubitari poteſt, quin opinio iſta ſit communis,ac tutior,*vt in d.dec.n* 7.*& apud Gratian. d.n.*8.*& ſeq.*

Septimum itidem argumentum retorquetur, quoniam attentis iuribus,& rationibus pro Eccleſia iam allatis,planè veriſimile ſit,quod optimus, ac piiſſimus ille Pontifex Gregorius xiii.
63 noluerit Eccleſiæ præiudicare in hoc articulo, de quo quæritur, & quia in dubio ſemper ſauendum eſt Eccleſiæ *c.vlt.de re iud. l.ſunt perſona, ff.de religioſ. & ſumpt.funer.Tiraq.de priuil. pia cauſ.priuil.*148. cũq; idcircò maior pro ecclesia ſit veriſimilitudo mẽtis,eiuſdẽ Põtificis,prorſus excluditur veriſimilitudo è cõtrario conſiderata, nam validior veriſimilitudo excludit infir-
64 miorem, *Bal.in l.ſiue poſſidetis in fin. C.de probat.Menoch.de præſump.lib.*1.*q.*30. *nu.*3. ſicuti
65 potentior præſumptio debiliorem tollit,*l.Diuus & ibi glos.in verbo exiſtimari, ff.de in integr.reſtit.l.non ſolum, ff.de rit.nupt.l mater, C. de calum.Ale.reſpons.*684. *n.*5. *Menoch. d.præſ.n.* 1.

Octauum obiectum de *decæoram Sacrato in d Romana relocationis* minimè obſtat, nam ſufficit dicere,quod illa ceſſet propter alias tres deciſiones ad fauorem eccleſię in puncto ſuperius adductas, ſcilicet coram Gypſio, Pirouano, & Merlino,& eo magis quia deciſio coram Sacrato non emanauit ſine contradictione, vt legitur in eius fine,& quia in caſu illius præſuppoſitum fuit, quod in alienatione domus de qua agebatur ex conſuetudine, non erant neceſſariæ ſolemnitates aliàs requiſitæ in diſtractione bonorum ecclesiæ,qua de re multa etiam tum in facto tum in iure viderentur deduci poſſe ad eamdem deciſionem infirmandam, atque demum deciſiones,
66 quæ ſunt ad fauorem ecclesiæ in dubio ſequendæ ſunt, vt de opinionibus inter ſe contrariis dixit *Rot.in d.dec.*10.*coram Mant.ſub n.*6.*in fin.ſa eſt d.c.vlt.de re iud.& tex.in d.l.ſunt perſona. ff. de relig.& ſumpt.funer.* Verum poſt hæc ſcripta cõperi *deciſ.ſuprad. coram Sacrato facta* 2. *Decemb.* 1609. fuiſſe reuocatã *coram eod in cauſa Romana relocationis Caſalis* 6. *Martij* 1615. in qua amplius expreſſè confirmata fuit deciſio coram *Gypſio in Romana relocationis domus*, ideo in prędictis nullus iam remanet ſcrupulus propter illam priorem *dec.coram Sacrato*.
67 Hæc ipſa vero ſententia licet expreſſa ſit pro ecclesia tantum,attamen locum pariter ei videtur eſſe debere ad fauorem etiam cuiuſuis alterius domini directi,cum militet etiam pro eo æquitatis ratio, & ordo primæ caritatis,quæ inci-
68 pit à ſe ipſo, *cap.non ſatis 86. diſtin l.ſi Præſes, C.de ſeruit.& aqua vbi glos.verbo proximum, cap niſi de auct. & vſu pall.* Ripa *in tract. de remed.con peſt.nu.* 262. quodque nemo de proprio tenetur alteri facere beneficium *c.precarie* 1. *in fin.* 10.*q.*2.& nulli cum alterius damno eſt conſulendum *cap* 1.*§.non eſt* 22.*quæſt.*2. *quæ quidem in ead.deciſ.coram Mantica conſiderata fuerunt num.*7.*&* 8.conſequenter, & idem ius pro quocunq; directo domino militare debet,*§. pari ratione inſt.quib.mod.ius patr.poteſt ſolu.l.regula, §.ſi & ibi Doct.not.ff.de usr.& fac ign.§.ſi igitur inſt.quod cũ eo,l.quidã nũmularios, ff.de eden.l.à Titio, ff.de furt. Euer. loc.argum. à ratione legis larga, ſed Rota in citatis deciſſ.* reſpondit ſemper de

de causis Ecclesiæ,quę proponebantur;*Doct.* autem multi limitationem istam,quam apponũt ad communiter receptam doctrinam *Bart.in l.1.§. permittitur ff.de aqua.quot.& est.* simpliciter loquuntur in domino directo, vt videre est potissimum apud *Gabriel.d.concl.1.de emphyt.nu.14.* ibi quarto limita.quando dominus pro se vellet retinere, & apud *Tusc.d.concl.126.num.93.* ibi limita,quãdo dominus vellet vellet pro se retinere;sic loquitur *Rip.in l.1.nu.9.ff. de priuil. credit. Mil.in repert. verbo Emphyteusi finita. Mandos. ad Roman. cons.* 22.ibi quinto limita, vt non procedat *Clar.in emphyteusis* q. 44. *vers. quid si Ecclesia, vel dominus directi Rum. cons.* 352 *sub num.6.in fin.*ibi nec obstat allegata.

Cum igitur Doct.simpliciter loquantur de domino directo,vtique generaliter intelligi debent tã de Ecclesia, quàm de quocunque alio domino
70 directo, nam verbũ simpliciter prolatum generaliter accipitur *l.1.§ quod autem ff.de aleator. et ibi glos.verbo simpliciter l.h seruitus, vbi etiam glo.verbo Nihil ff.de seruit.Vrban.prad.* & facit
71 quod vbi lex non distinguit,nec nos distinguere debemus *l.3.*ibi nec distinguitur,vbi etiam *glos. ff.de offic.Præsid.l.Imperator*, ibi nec adhibetur distinctio *ff. de postul.*

Nec deberet in hoc articulo obstare laicis statutũ nostrum,quia expressè non disponit in casu
72 quãdo directus dominus velit rem emphyteuticã ad se deuolutã sibi ipsi retinere,ratio autẽ ordinatæ caritatis, aliæque rationes ad fauorem Ecclesiæ supra consideratæ vtique faciunt etiam pro laicis, consequenter locus esse videtur regulæ iuris sat probatæ superius pro Ecclesię defensione, quod verba statutorum quantumuis generalia restringi debent ad id,quod est rationis, Et hæc
73 interpretatio suadetur ex illis verbis statuti, extraneis hæredibus,& singularibus successoribus exclusis,ex quibus verbis statuti mẽs ea esse appa ret,vt si directus dñs alias relocare velit bona emphyteutica ad se deuoluta, præferre debeat successores defuncti emphyteutę de eadẽ genealogia, & sanguine ; si verò idem disponere voluisset etiã vbi dominus directus eadem bona sibi retinere vellet, id etiam verisimiliter expressisset, quod
74 autem verbo quis non expressit, nec etiam mente videtur cogitasse per *tex.in c.tua 25.de sponsa. in l.Labeo §.idẽm iubere ff.de suppellect.leg.glos. in l.fulcinius §.idem iubere ff.de suppellec.leg.glo. in l.fulcinius §.quid sit autem latitare verb.animus ff.quibus ex caus.in possess.eat. Card. Tusc. conclus.89.num.3.sub littera B.Oldrad.cõs.166. num.*10.ibi quoniam si voluisset expressisset,facit *tex.in c.ad audientiam 12.de decim. Brun.a Sole in suis locis communibus verbo homo.4.Barbos.in suis princip.& loc.commun.littera V.verbo Verba sunt signa.*

Minus obst.si forte dicatur,quod statutũ hoc modo intellectum nihil operabitur vltra ius cõe, cum tamen pro regula traditum sit quod statuta sic intelligi debeant,vt aliquid addant iuri cõmuni *Alber.in suo Diction.verbo Statutum ita debet interpretari Cremen.singul.*121. incipientem habens iustam causam, *& Marsil.singul.*207.*incip. Victus Mascard.de gener.stat.interpr.concl.*2 *nu.* 42. quia respondetur primo,iure cõmuni cautũ
75 expressè saltem non reperiri,quod finita emphyteusi debeat dominus directus relocare bona emphyteutica successoribus vltimi emphyteutæ licet hoc deducatur per argumentum *ex l.1.§. permittitur ff.de aqua quot.& aliis iux.doctrin. Bart.*ibidem communiter receptam, quo circa satis operatur statutum,dum hoc ipsum declarat, & in ius municipale certum redigit, quod iure communi erat dubium; præterea addit statutum, quod relocatio fiat successoribus de sanguine vltimi emphyteutæ iisdem pactis, conditionibus, & tenoribus, quod tamen iure communi decretum non est, quinimo de iure communi tales successores non præferuntur, si extraneus offerat maiorem pensionem solita *Imol.cons.38.num.2. in casu præmisso Rip tract. de remed. præscru. contra petit.nu.*160. *vers. aut non vult soluere addit. ad cons.Roman.*22.*vers.quarto limita*, sed amplius ad fauorem vltimi emphyteutæ successorum statutum satis diceretur aliquid operari,cum ex eo prodita sit noua species agendi, videlicet conditio ex statuto *Bart.in l.1.in prin.num* 3.*ff. ad l. Falcid.& ibidem Abb.in rubr.de reg.in fin.Rum. cons.* 27. *num.* 12. *volum.* 3. *Rolan. de lucr. dot. quæst.*26.

Demum ad supradictum verbum omnino com
76 pellatur nõ omiserim,quod dictio omnino in fine huius statuti posita efficit, vt executiuè,ac præcisè fine vlla exceptione compellatur directus dominus ad ea præstanda, quæ statutum præcipit iuxta *not.* de hac dictione per *Tiraq. ad l.si unquam* C.*de reuoc.donat. verbo* Reuertatur *num.* 78.*& seq.*cum innumeris ferè aliis ab eo citatis
77 Vnde statutum hoc, quod alioqui iuri communi ex supradictis omnibus planè conuenire videtur, prædicta amplius operabitur vna cum accessione nouæ speciei agendi, nempe condictione ex statuto, & aliis non inutilibus, de quibus præcipuè habetur apud *Mascard. de gener. stat. interpr. concl.* 12. *num.* 21.*& seq.* præter alias tradita à *Bart. in l.1. in prine. num.3.ff.ad l. Falc. Abb. in rubr. de reg.iur.in fin.* Rum.*cons.*27. *num.*12, *vol.*3.*Rol.tract.de lucr.dot.q.*26.*in fin.*

78 Postremo notandum est quod hoc statutum relocationem præcipiens non procedit, quando prima locatio facta ab Ecclesia fuerit nulla,vel luti si eadem locatione seruata non fuerit forma bullę Paulinæ, *vt in decis. coram Gypsio superius allegata nu.6. quæ impressa est per Pic. ad stat.Vrb.cap.*151.*loco* 38.*inter decisiones.*

De feudis.
Cap. CXXV.

b

IN feudis, seu officiis, quæ concessa sunt alicui *c* ratione alicuius officii,exercitii, vel professionis, *d* non succedãt hæredes extranei : filij autem, ita demum si sunt eiusdem exercitii, & professionis, &

si tempore delatæ successionis, filii e eiusdem exercitij & professionis non fuerint, & aliquo tempore de exercitio, & professione efficiantur, feudum ab eo tempore, quo habiles fuerint, *f* ad eos pertineat. Alia verò feuda, quæ non ratione officii, seu professionis conceduntur, ad filios tàm masculos g quàm fœminas, & ad extraneos quoque hæredes *b* transeant, & durent, *i* nulla etiã inuestitura præstita, aut petita; teneantur tamen hæredes ad ea præstanda, *K* ad quæ defunctus tenebatur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Feudorum argumentum à quibus pertractatum sit.*
2 *Ignorare non debemus quid sit id, de quo disserimus.*
3 *Feudi definitio,*
4 *Officia, quæ Statutum Vrbis comparat feudis, quænam sint.*
Et illis conuenit definitio feudi, & n. 5.
6 *Dictio, Seu, arguit similitudinem eorum inter quæ ponitur.*
7 *Feudum sumitur pro officio publico; remissiuè.*
8 *Feuda aliqua in iure feudali sunt, quæ propter aliquod peculiare officium concedũtur.*
9 *Extranei hæredes non succedunt in feudo: etiamsi feudum alicui simpliciter concessum esset pro se, & hæredibus. & num. 10.*
Secus ex statuto n. 19 & 21.
11 *Officia S. P. Q. R. exerceri debent ab ipsismet officialibus: qui nec possunt substitutos adhibere.*
12 *Hæreditas, & legata in tempus, quo quis capax fuerit, conferri possunt ex iure communi.*
13 *Cautela pro bannito, vel aliàs incapaci hæreditatis, vel legati.*
14 *Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates, & è contra, est validum in iure.*
15 *Feudum est contractus nominatus.*
16 *Fœminæ ex iure feudali non comprehenduntur in inuestitura feudi: nisi de illis expressè fuerit actum; & n. 17.*
Limita, vt num. 19.
18 *Fœmina est capax feudi, pro quo nullum præstatur seruitium.*
20 *Inuestituræ tenor derogat omni naturæ feudorum.*
22 *Inuestitura, ex iure feudali, peti debet intra annum, & diem à morte domini: aliàs Vasallus priuabitur feudo.*
23 *Inuestituræ petitio potest remitti per consuetudinem.*
24 *Vasallus, licèt iuramentum non præstiterit, tenetur ad omnia, quæ sub iuramento fidelitatis continentur.*

ANNOTATIONES.

A Materia emphyteutica iure mox proceditur ad feudalẽ, nã inter veramque magna est affinitas, & ideo arguitur de vna ad alteram vti copiosè docet *Euer. in cent. sua locis à feudo ad emphyteusim, & contra.*

1 Porro nobile hoc argumentum iuris feudalis scriptis editis merito illustrarunt complures iure insignes, & præter antiquos satis celebres, ac reliquos, quorum catalogus habetur *in indice tractatuum vniuers. iuris de feudis, Iulius Clarus*, qui in breui, ac presso suo dicendi stylo clarus & amplus semper apparet, atque nouissimè Henricus à Rosentall, & Ludolphus Schradeus, Inclytæ nationis Germanicæ in hoc potissimum feudali iure præclara lumina.

2 Cum verò iuxta monitum Principis Oratorij ignorare non debeamus, quid sit id, de quo disserimus, feudi definitionem affero ex Claro desumptam in *§ feudum q.* 4. quam idem asserit à
3 Doctoribus communiter esse receptam; Feudum inquit ille, est beneficium ex beneuolentia datum, proprietate domino retenta, vsufructu trãslato in suscipientem, eiusque hæredes siuè masculos, siuè fœminas, si de iis scilicet fœminis actum sit, ad hoc vt ille suscipiens, & sui hæredes seruiant, siue seruitium sit certum, siue incertum: definitionem aliam profert *Schrad. par. 2. c. 2. n. 1. tom. 1.* sed hæc iam relata vti facilior, & planior, & communis, atque desumpta ex *tex. in cap. 1. §. beneficij in quib. cauf. feud. amitt.* à nobis hoc præsertim loco sequenda videtur, eamq. ab obiectis omnibus præcipuè tuetur *Rosentall. cap. 1. concl. 1 tom. 1.*

B 4 In feudis, seu officijs) quid sit feudum, iam diximus. Dubitari autem potest, quæ nam sint officia ista, quæ statutum hoc loco feudis comparat, & ego facilè crediderim illa esse, quæ dicuntur S. P. Q. R. officia, & descripta habentur in tabella, seu libello edito Romæ anno 1604. apud impressorem Cameralẽ, cui titulus est summario *d'entrate, & vscite dell Inclito Popolo Romano col numero d'offitij, &c.* Nam eiusmodi officia videntur instar feudorum, qui eorum proprietas residet penes Populum Romanum, vsusfructus autem a DD. Conseruatoribus pro tempore, qui populum ipsum repræsentant, Summi Pontificis, vt pote supremi Principis permissu, conferatur in certas personas ad vitam, vel ad generationes, vel etiam in hæredes, fœminis etiam comprehensis aliquando, prout in inuestitura seu concessione sit actum, nomine tamen certi
5 seruitij eidem Populi præstandi, vnde istis etiam officijs

officijs conuenire videtur definitio feudorum supra relata, sicq. dictio alternatiua, seu inter vtraq. hic posita arguit eorum similitudinem, vt apud
7 *Seraph. decis. 393. num. 8.* Immo amplius, quod feudum sumatur pro officio publico, in qua significatione ad actionis prædicamentum pertinet, probat *Vigel. in lib. suo iur. feudal. regul. 1.* vbi genus feudi, & distinctio significatorū traditur.

e

Ratione alicuius officij exercitij, vel professionis) talia sunt officia prædicta Populi Romani, nam singula habent munus, exercitium, vel professionem
8 annexam, nomine saltem, sed in iure feudali habentur etiam feuda, quæ propter officium peculiare conceduntur, vt feudum Guardiæ, Castaldiæ, Aduocatiæ, Cancellariæ, & similia, de quibus fusè meminit *Schrader. d. tract. par. 2. cap. 4. num. 20. & seqq.* Et constat ex *tex. in c. cum. de feud. guard. & Castald. vbi Bald. Ifern. & Aluarot.* atque eatenus producūtur eadem feuda, quatenus officia, quorum respectu, seu ratione illa conceduntur, propter pactum statutum, vel consuetudinem extendantur, vel etiam perpetua sint, vt probat idem *Schrader. eod. c. n. 29. & seqq.*

D

9 Non succedant hęredes extranei) quippe hoc est secundum naturam feudi, in quo non succedunt hæredes extranei *Clar.* qui de cōmuni opinione testatur *§. feudum q. 9. num. 4.*
10 etiam si feudum alicui simpliciter esset concessū pro se, & hæredibus idem *Clar.* qui hoc etiam casu affirmat communē esse opinionē *q 83. nu. 2.*

E

11 Eiusdem exercitij, & professionis) & iure quidem quoniam officia S. P. Q. R. exerceri debent ab ipsis officialibus, qui nec possunt substitutos adhibere vt infra cap. 33. lib. 3. quod vel maximè seruandum esset, vbi electa esset industria personæ, siquidem inter artifices longa differētia est, & ingenii, & naturæ, & doctrinæ, & institutionis inquit *Vlp. in l. inter artifices 34. ff. de sol.*

F

Ad eos perueniat) benenola sane moderatio hic adhibetur ad fauorem filiorum feudatarii, quæ, & seruari solet ab Inclyto Populo Rom. in filiis defunctorum officialium eiusdem Populi sic iure com-
12 muni permittitur: per viam vltimæ voluntatis conferre hæreditatem, & legata in tempus quo quis capax effectus fuerit *l. in tempus 61. ff. de hæred. inst. vbi Modestinus I.* C. respōdit in hæc verba, in tempus capiendæ hæreditatis institui hęredem posse beneuolentiæ est, veluti *Lucius Titius* cum capere potuerit hæres est, idem, & in
13 legato, & hæc cautela est pro bannito; vt vocant nostri temporis, vel alias incapace hæreditatis, vel legati, quam tradit *Dilect. tract. de art. testandi tit. 1. Caut. 10. nu. 3.* Vnde idem licere debet
14 per viam contractus, cum valeat argumentū à cō tractibus ad vltimas voluntates & cōtra *l. fin. vbi Doct. C. de leg. lib.* cum enim iam constitutum sit fieri posse temporales donationes, & contractus, consequens est, etiam legata, vel fideicommissa, quę ad tempus relicta sunt, ad eamdem similitudinem confirmari, de quo quidem argumēto docte, ac eleganter tractat, vt solet *Euer.* loco à contractibus ad vltimas voluntates, & contra
15 Nec iam dubium est, quin feudum sit contractus, & quidem nominatus *Clar. d §. feudum q. 6.* vbi hanc dicit communem sententiam, quam fusius comprobat, *Schrader. de feud. parte 2. cap. 2. num. 1.*

Quàm fœminas) quæ tamen, circumscripto statuto in feu-
G 16 di inuestitura iure feudali aliàs minimè comprehenderentur *cap. 1. §. hoc autem ff. de his qui feud. dar. poss.* nam non includūtur fœminæ in feudi institura, nisi de illis expressè fuerit actum, vt ap-
17 paret ex diffinitione supra posita hoc eodem *c. littera A, verbo de feudis*, & hæc est communis regula, vti docet *Clar d §. feudum quæst. 73. in*
18 *princ.* Est tamen fœmina capax feudi, pro quo nullum præstatur seruitium *Clar. ad ead. q. nu. 7.*
19 vbi de communi opinione, atque etiam vbi esset consuetudo, vel statutum, tale est quippe nostrum, quod fœminæ possint in feudis succedere idque etiam ex communi opin. vt inquit, *Clar. ead. q. num. 9.*

Transeant, & durent) statutum hoc
H intelligi debet etiam vbi concessum esset feudum alicui nulla facta mentione filiorum, nec hæredum, vt sit de casu dubitabili ad *tex. in l. quod Labeo ff. de Carbo. edic.* alioqui vbi tenor inuestiturę esset clarus, non esset locus dubitationi, sed ei inhęrendum esset *cap. 1. de duob. fratr. à Capitan. inuest. vbi Bald. sub num. 3.* inquit nota egregium tex.
20 quod tenor inuesturæ derogat omni feudorum naturæ *Schrader. cap. 5. par. 2. num. 30.* vbi plu-
21 rimos alios citat, aliàs verò eiusmodi concessio iure feudali intelligeretur quidem pro filiis, & hęredibus, qui ex natura feudi succedere solent non autem extenderetur ad extraneos hæredes, idque ex communi Doct. sententia *Clar. q. 9. nu.*
22 4. Et idem si dictum foret pro se, & hæredibus, vt ex communi Doct. suffragio tradit idem *Clar q. 83. num. 2.* licet asserat in hoc articulo varias fuisse opiniones.

Nulla etiā inuestitura pręstita, aut
I petita) quæ alioqui secūdum cōe ius feudale peti debet intra annum, & diem à morte domini, aliàs vassallus priuatur feudo, *tex. expressus in cap 1. in princ. qua fuer. prim. cauſ. benef. amittendi*, & est communis conclusio, vt *not. Curt. Iun. de feud. 4. par. in 23. cauſ. amiſſ. feud. Clar. q. 43. num. 1.* quod in Ducato Mediolanensi non obtinet, vt habetur in *d. cap. 1.* Vnde videmus
23 petitionem inuesturæ per consuetudinē remitti & per statutum *l de quibus ff. de legi. vbi Doctor. §. sed naturalia inſtit. de iu. nat. gen. & ci. Aym. conſ. 251. num. 2. & 3.* & in materia feudali specificè *not. Schrader. par. 10. ſectio. 8. num. 142. & ſeqq.*

Ad quæ defunctus tenebatur] si quidem
K 24 Vassallus tenetur ad ea omnia, quæ sub fidelitatis iuramento continentur, licet iuramentum hoc non præstiterit, immo quamuis dominus per pactum Vassallo illud expressè remisisset, vt bene probat multis citatis auctoribus *Schrader. par. 2. cap. 2. num. 26. & ſeq.*

De

Si de feudo fuerit controuersia.
Cap. CXXVI.

I quæstio fuerit inter Dominum & *a* Romanum ciuem habentem feudum, de ipso feudo, causa *b* in curia Capitolina cognoscatur, & terminetur; sin autem inter feudatarios lis sit, quæstio *c* in curia Domini ventiletur. Quòd si Vasalli in Dominum conspirauerint, teneatur Senator Domino, iuris & facti remedijs opportunis, etiam contra singulos se à iurisdictione, vel vasallagio eximere volentes, iustitia mediante subuenire.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Feudorum controuersia inter Dominum, & Vasallum, ex iure feudali, cognoscuntur à Paribus Curiæ: & ex statuto Vrbis, in curia Capitolina.*
2 *Pares Curiæ sũt alij Vasalli eiusdẽ Domini*
3 *Ciues Romani antiquitus rarò afficiebantur vltimo supplicio, neque verberari poterant. & n. 4.*
5 *Lex Porcia virgas ab omnium Ciuium Romanorum corpore amouit.*
6 *Dominus est Iudex ordinarius inter suos Vasallos, inferiores tamen.*

ANNOTATIONES.

A Omanum Ciũem)

quis porrò sit ciuis, qualiter fiat, & qualis præcipuè esse debeat, vt statutis Vrbis comprehendatur, superius satis diximus *ad cap. 41. de for. compet. littera B. verbo Romani ciues.*

B In Curia Capitolina cognoscatur)

licet alibi ex iure feudali, vbi sit controuersia super feudo inter dominum, & Vasallum eligãtur Pares Curiæ, qui in causa ipsa iudicent *cap. vnic. de controu. feud. apud Parterm.* Pares autem
C sunt alij Vasalli eiusdem Domini, vt exponit *Bald. ibidem in princ. & quomodo illi eligantur explicatur in eodem tex. vbi Bald. Isern. & Alsarot.* fusius reliqua prosequuntur, quæ demum omnia vberrimè exornauit *Sebrader. par. 10. sectio 5. per tot. & seqq.* Attamen hic placuit statutorum nostrorum conditoribus proprium constituere Forum Romanis Ciuibus specialiter in causis feudalibus, sicuti in aliis generaliter statuerant supra *capitulo* 41. nempe forum ipsum Capitolinum, quod pariter factum est in alio casu infra *cap. 58. lib. 3.* vbi decernitur, quod Romani Ciues ratione possessionis bonorum quæ habent in aliquo loco districtus Vrbis, conueniri non possint, nisi corã Senatore eiusdem Vrbis, & amplius in casu delicti puniri non possint ab aliquo etiam habente merum, & mixtum imperium, & gladii potestatem in eodem Districtu, sed ad *Senatorem* ipsum transmittantur.

3 Antiquitus verò magna habebatur ratio Ciuium *Romanorum* præcipuè in pœnis contra eos decernendis, & ij quidem rarò afficiebantur vltimo supplicio, vti legitur apud *Polet. in Hist.*
4 *For. Roman. lib. 4. fol. 307. & lib. 5. fol. 517.* Neq; verberari poterant ob legem latam à P. Valerio
5 Publicola, cuius] præcipuè meminit *Valer. Maxi. de animi moderatione cap. 1.* & lex Porcia virgas ab omnium Ciuium Romanorum corpore amouit, vt est in oratione *Cicero. pro Rabir.* sicuti præcipuè obseruauit *Cardinalis Baronius ad Martirolog. Roman. 19. Ianuary in annot. ad verbum virgis casum.*

In Curia Domini ventiletur] rectè quidẽ
6 C & iure, quia dominus est iudex ordinarius inter suos Vasallos inferiores tantũ de quibus planè statutũ nostrũ intelligi debet, sed inter maiores videlicet Duces, Comites, aut Barones solus Imperator iudicat, quod tamẽ intelligi debet, vbi illi immediatè subiecti sint Imperatori, de vtroque *tex. in c. 1 apud quem, vel quos contro. feud. defin. Clar. d. §. feudum q. 90. num. 5.* & 6. vbi asserit, ità communiter à Doct. teneri.

De Feudis pro dote obligandis.
Cap. CXXVII.

N quacumque re feudali fuerit facta *a* dotalis obligatio, defendatur mulier non obstante, quod de feudo non repetiatur facta concessio, siue infeudatio, dummodo obligans *b* spario 30. annorum feudum ipsum possederit.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Feuda pro dote, & pro donatione propter nuptias obligari possunt, ex statuto Vrbis. Et an idem ex iure feudali? & n. 2. 3.*
4 *Inuestitura in feudo quanto tempore præscribatur. & num. 7.*
5 *Præscriptio æquiparatur inuestituræ.*

6 *Solemnitates omnes præsumuntur adhibitæ, spatio triginta annorum, etiamsi non reperiantur enunciatæ.*

ANNOTATIONES.

A Otalis obligatio) hic permittitur indistinctè obligatio bonorum feudalium ex causa dotis, quod extendendum est etiam ad obligationem ex causa donationis propter nuptias iuxta superius notat. *ad cap.122. littera* B. *verbo Pro dote, & donatione propter nuptias, atque extraditis per Schrad. tr. de feud. par. 8. c. 1.*
1 *num* 39. At de iure communi feudorum in feudis pro dote obligandis, ità communiter distinguitur, aut pater vult dare in dotem filiæ bona feudalia, & non potest, *cap. 1. §. donare tit. qual. olim pater feud. alien.* Aut fœmina habens feudũ vult illud in dotem pro se dare, & potest dummodo det inæstimatum, & non apponat pactum ad fauorem viri de eo lucrando *cap 1. & ibi Bald. de inuestit. quam Tit accep. à semper cap. 1. de eo qui sibi & hæred. sic. ita destinguit Clar. d. §. fundum q. 36.* sequitur plenius *Schrader. de feud. par. 8. cap. 1. num. 35. & seq.* & hoc casu quo femina marito feudum in dotem concessit, ipse maritus domino seruitia ratione feudi debita præstat, *Schrader. d. cap. num. 37.*

B Spatio triginta annorum feudum
4 ipsum possederit) quod, & iure communi feudali procedit *c. 1. §. si quis per triginta ti. si de feud. cont. sit in prin.* vbi hæc verba habentur, si quis per triginta annos rem aliquam vel feudum possedit, & seruitium domino exhibuerit, quamuis de ea re non sit inuestitus, præscriptione tamen triginta
5 annorum se iuuare potest, sic præscriptio inuestituræ æquiparatur vti probat *Schrader. de feud. par. 7. cap. 4. num. 15.* & communis est conclusio
6 quod spatio triginta annorum generaliter præsumuntur solemnitates omnes adhibitę, etiamsi solemnitates non reperiantur enunciatæ, vti potissimum censuit *Rot. apud Seraph. decis. 742. n. 4. & dec. 1042. n. 3.* vbi quod hanc sententiam perpetuo obseruat Rot. Quinimo ad rem nostram de iure communi sufficere videtur cursus decennij, vt ex communi Doct. opin. *tradit. Clar. d. §. feudum q. 19. num. 2. & q. 45. num. 1.*

De pignoribus, & hypothecis, ac priuilegijs creditorum in personali.

Cap CXXVIII.

I plures creditores hypothecarij sint vnius debitoris, quilibet ex eis in bonis eiusdem inuestiri possit, *a* & in possessionem immitti: in adiudicatione tamen, & in datione in solutum, ille præferatur, qui *b* priora, & potiora iura reperitur habere. In bonis autem personaliter obligati, ille præferatur, *c* qui causam habet priuilegiatã.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Creditor posterior impediri nõ potest ab anteriore in executione sententia pro suo credito, &c.*

2 *Regula, Prior tempore est potior iure, habet locum in creditoribus hypothecarijs, non autem in chirographarijs, & habentibus personalem tantum.*

Amplia quoad vsuras, vtpotè accessorias debito principali, & num. 3. & 4.

Item habet locum in solutione facta à debitore posteriori creditori. num. 5.

Et in nominibus debitorum, quæ data sint in solutum, vel delegata posteriore creditori, & n. 6. Amplia itè vt n. 9. remissi uè.

Fallit in Procuratore hæreditatis, qui pro mercede sua præfertur alijs creditoribus hypothecarijs, & anterioribus eiusdem hæreditatis, & n. 10.

7 *Creditor anterior in quibus casibus possit auocare pecunias exactas per secundum creditorem? & num. 8.*

ANNOTATIONES.

A T in possessionem
1 immitti) hæc enim à priori Creditore impediri potest creditor posterior in executione sententiæ pro suo credito, sed ille permittere debet, vt pignora vendantur ad effectum satisfaciendi vtri que creditori de pretio redigendo ex re in executionem capta, & vendita *l. à Diuo Pio §. sed & illud vbi omnes not. ff. de re iud. Negusan. de pignor. par 6. princ membr. 1. num. 30. Cuman. in d. l. à Diuo Pio § quod si res, vbi not.* hoc esse remedium contra mulieres occupantes bona virorum vti ipsis hypothecata pro dote, & impedientes alios creditores, cum illæ cogi non possint ad ea vendenda, est quippe iustum, & expeditum hoc remedium, & apud rectos, peritosque iudices vsu receptum.

Priora

B Priora, & potiora iura reperitur habere) ità habet iuris regula *cap. qui prior. 54. de reg. iur. in 6. l. quoties viriusq; causa 98. ff. eod. text. in l. 1. & 2. C. qui pot. in pign. hab. Cott. in memor. verbo Creditor prior;*
2 *Duen. reg.* 168. *verbo Creditor prior*; hæc autem regula locum habet in creditoribus hypothecarijs, non autem in Chirographarijs, & habentibus personalem tantum, quia in istis prioritas temporis nihil operatur *Bart. in l. in operis 29. ff. de loc. num. 2. Rip. in l. priuilegia num. 3. & seq. ff. de priuileg. credit. Negusan. tract de pign. membr. 2. 5. parte num. 1. Caban. in catalog. glor.*
3 *mund. consid. 99. limit. 11.* apud quos tres vltimos iuris interpretes amplissimè ornata reperitur hæc regula, quæ etiam extenditur, vt procedat pariter quoad vsuras, vt pote accessorias principali debito *ex l. Lutius Titius ff. qui pot. in pign. hab. not. Negusan. de pign. memb. 2. quinta par. princ. num. 9.* quæ tamen extensio locum
4 habet, quando vsuræ promissæ sunt ab eo, qui ad sortem tenetur, & qui potuit rem tam pro sorte, quàm pro vsuris hypothecare, vti bene declaratur in *decis. Straphin. 481. num. 5.*
5 Extenditur amplius eadem regula, vt creditor anterior in hypotheca reuocare possit solutionem à debitore suo factam posteriori creditori *Surd. cons. 4. num. 25. & 42. volum. 1. & cons. 436. num. 10. volum. 3.* vbi addit regulam ipsam
6 pariter procedere in nominibus debitorum, quæ data sint in solutum, vel delegata posteriori creditori, sed nondum exacta; idem sentiunt plures alij, quos ipse *Surd. citat d. consil. 4. & præcipuè decis. Perus. 45. num. 7. & seqq. nouissimè Tusch. conclus. 1065. littera C. num. 5.*

Verum quidquid sit de veritate huius regulæ in rigore iuris, contra firmatur alia conclusio, quæ & regula etiam appellatur in *decis. Seraph.*
7 *1074. num. 3.* ibi licet regula sit, nempe quod anterior creditor non potest auocare pecunias exactas per secundum creditorem, quam quidem conclusionem probauit *Afflict. decis. 190. Capic. decis 78. Gram. q. 1. post decis. Pariss. cons. 69. n. 1. & seq par. 4. Couar. pract. qq. cap. 29 num. 2. & ipsa Rot. Romana apud Peniam in Rom. pecuniaria 29. Nouembris 1593.* Sed hęc posterior re-
8 gula limitatur, vt non procedat in duobus casibus, quorum vnus est, quando tempore solutionis par fuit omnium creditorum diligentia, & tamen posteriori gratificatum, alter est quando solutio fit per decoctorem, & non supersit, vnde satisfiat anteriori creditori *Seraphin. d. decision.*
9 *num. 3. & seq.* prior autem regula ampliationibus, & limitationibus quàm plurimis per *Rip. Negus. & Cassan.* locis supra citatis, & recentius & clarius per insignis memoriæ *Cardinalem Franciscum Manticam dignitate, ac doctrina pariter Eminentissimum tract. de ambig. conuen. lib. 11. tit. 23.* potissimum illustratur, & hic ipse subiiciam saltem casum singularem, in quo illa
10 limitari solet, is est, vbi procurator hæreditaria aliorum negotia vtiliter gesserit, ille namque præfertur creditoribus aliis hypothecarijs, & anterioribus eiusdem hæreditatis pro mercede sua, & hic quidem casus ab alijs Doct. quos ipse viderim, minimè tangitur. Decisus est autem coram *Oradino* per celebrem illam *decis. in Romana Salary 1. Iulij 1569.*

C Qui causã habet priuilegiatam] dẽ his per lege titulum *ff. de priuil. cred. glo. in l. priuilegia verbo ex causa ff. de priuil. cred. commentariũ Rip. ad eãdẽ l. à n 51. vsque in fin. & conclusionem Card. Tusc. 1065. littera C.* ita conceptam, creditores in personali actione, qui præferantur.

De iure Dotis, & quemadmodum constante matrimonio repetatur.

Cap. CXXIX.

SI mulier constante matrimonio dotem repetat, *a* in casibus à iure permissis, procedatur in causa, iuxta formam supra *b* de causis ordinariis traditam; *c* & si vir dicatur ad inopiam vergere, etiam quòd vir, & vxor hoc fateantur, *d* non credatur, nisi per testes, & alias probationes legitimas *e* de viri inopia probetur.

SVMMARIVM *Annotat.*

1 *Dos quibus in casibus repeti possit, constante matrimonio.*

2 *Dos regulariter constante matrimonio non potest peti, nec restitui, & vbi fiat restitutio, est nulla.*

3 *Actio de dote est ordinaria, & requirit libellum, & reliqua adhiberi solita in iudicijs ordinarijs.*

Limita, vbi extet instrumentum dotale: tunc enim agi poterit via executiua, num. 4. Quod intellige, vt num. 5.

6 *Actio de dote, constante matrimonio, & hypothecaria, & rei vendicatio datur in casu, quo maritus vergat ad inopiam.*

7 *Vxor constante matrimonio habet ius retinendi, vel auocandi bona mariti vergentis ad inopiam, sibi aliàs obligata: nec potest alius creditor posterior ea auocare, offerendo debitum dotis.*

Declara, vt n. 8. Amplia, vt n. 9. 10. 11.

12 *Inanis est excussio, quam inopia debitoris excludit.*

13 *Ius offerendi quare competat creditoribus posterioribus, in restitutione dotis soluto matrimonio; & non competat*

similiter eo constante)

14 *Dos in casu vergentia viri ad inopiam non restituitur verè vxori, sed collocatur in tuto, vt ex eius fructibus se vna cum viro, & cum filijs sustentare possit. Contrarium quod verò restituatur. n* 18.

15 *Pecunia inter eas res obnumeratur, quæ seruando seruari non possunt.*

16 *Pecunia sine peculio fragilis est.*

17 *Dos in pecunia consistens deponi debet penes mercatores ad honestum lucrum.*

19 *Dotalium bonorum dominium in casu vergentiæ mariti ad inopiam transfertur in vxorem, nec redit ad mariti administrationem, licèt is postea diues effectus sit.*

20 *Fructus dotales destinati sunt ad sustentationem mulieris, mariti, & filiorum.*

22 *Verba stipulationis strictè sunt intelligenda.*

23 *Verba statutorum intelligi debent propriè, & in casu vero.*

24 *Stipulatio, si sit concepta in omnem, & quãcumque casum dotis restituendæ, comprehendit etiam casum, quo maritus vergat ad inopiam.*

25 *Dictio, Quicumque, est vniuersalis, & comprehendit casus etiã improprios, & latius patet quam dictio, Omnis.*

26 *Donatio propter nuptias, & bona paraphernalia, in restitutione procedunt pari passu cum dote. & n.* 27.

28 *Vir dicitur vergere ad inopiam, quando incipit male vti substantia sua. & num.* 37. *Et quando videatur malè vti substantia sua. num.* 38.

29 *Confessioni mariti, & vxoris non creditur in præiudicium creditorum.*

30 *Inopia viri, quando plenè, & quando semiplenè tantum probari debeat. & num.* 31, *& quomodo probetur. num.* 36. 40.

32 *Probatio per famam, & notorium, idem est, ac per vulgi opinionem,*

33 *Dictum Doctoris intelligi debet secundum Doctores, quos allegat,*

34 *Vulgi appellatione venit omnis populus vndique collectus,*

35 *Probatio per vicinos in rebus, quæ eis innotescere magis possunt, quàm personis remotis, est optimum genus probationis,*

36 *Infortunium viri sine eius culpa est considerabile, & suffragatur vxori in repetitione dotis constante matrimonio.*

41 *Probatio euidentissima quænam censetur,*

ANNOTATIONES.

A 1

N casibus a iure permissis) de quibus habetur potissimum in *l. quamuis* 21. *& seqq. ff. sol. mat.* sed & in aliis non expressis, idem videretur dicendum, vbi aliàs iusta, & honesta subsit causa, nam hęc ratio in *d. l. quamuis expressa est*, ibi quia iusta, & honesta causa sit, argumento sumpto à ratione legis generali, ad extensionem ipsius legis, de quo per *Buen. in cent. sua hoc loco*, & propter eamdem rationem consuluit *Anchar.* dotem restituendam constante matrimonio in casu quodam particulari, vt *in suo consil.* 238. Aliquot etiam casus similes recenset *Card. Tusc. concl.* 763. *littera D.* qui suis octo magnis voluminibus conclusionum iuris causarum patronis, & aduocatis facilitatem sanè non mediocrem in causis peragendis compauit.

2 Alioqui regula est, quod dos constante matrimonio non potest peti, nec restitui, & vbi fiat restitutio, est nulla, cum soluto matrimonio fieri soleat *l. 1. in prine. vbi Doct. not. ff. solut. matr. text expressus in l. vnic. C. si. dos constit matr. sine solut. not. Rol. cons. 9 num. 3. vol. 1. Anchar. cons.* 238. *num. 1. Tuschus concl.* 773. *littera D num.* 15. *Borbos. in l. si constante in prine. principij solut. matrim.*

B 3 De causis ordinarijs traditam] quod iuri communi consonum est, si quidem in actione de dote requiritur libellus, litis contestatio, & reliqua adhiberi solita in iudiciis ordinarijs, vt probat *tex. in l. si cum dotē* 23. *§. eo autem tempore ff. sol. matri. tradit* Bald. *in l. vbi adhuc n.* 35. *prima lectur.* C. *de iur. dot.* quod & supra diximus ad *cap.* 85. *littera G. verbo opponi possit*; Si verò extet dotis instrumentum, tum agi poterit via executiua iuxta statutum nostrum *d. cap.* 85. de executione instrumentorum dotalium, quod tamen intelligi debet, dummodo in instrumento expressus fuerit etiam casus restitutionis dotis constante matrimonio, sicuti in hisce terminis benè distinguit *Bald. in d. l. vbi adhuc. num.* 36.

C 5 Et si vir dicatur ad inopiã vergere) hoc loco aliqua videntur animaduertenda, & explicanda, ac in primis noto *ex d. l. vbi adhuc inc. Bald. ibidem num.* 7. cuius etiam verbis vtor, quod hoc casu speciali nascitur actio de dote constante matrimonio, & hypothecaria, & etiam rei vendicatio, sicut regulariter nascitur matrimonio dissoluto: Secundo, noto amplius in specie quod vxor ius habet retinendi, vel auocandi, præuia semper auctoritate iudicis, bona mariti vergentis ad inopiam sibi aliàs obligata, ità vt alius creditor posterior non possit ea auocare offerendo debitum dotis *Afflic. decision.* 199 vbi inquit Sacrum Concilium bis pronunciasse secundum hanc opinionem, quam secutus

est

eſt *Gabr.concil.147.volu.1.* qui eam veram, & communem etiam dixit ibidem *num.2.* eamdem veriorem, & magis communem, atque in iudicando ſequendam arbitratur, *Rol. conſ.9. vol.1. num.38. in fine Barboſ. ad l. ſi conſtante 25. in princ. ff. ſol.matr. ſub num.62.* qui hanc opinionem itidem aſſerit eſſe communem; ſed hæc cõcluſio ità declaratur, vt debeat vxor eligere vnam rem tantum pro rata ſuæ dotis, & iurium dotalium, ne fraus timeri poſsit à creditoribus mariti *Cyn. in d. l. vbi adhuc num.21. Alex. conſ. 142. num.15. lib.5. Negusan. de pign. 1. membr. 5 parte, num 33.* vbi hanc teſtatur eſſe communem opinionem *Vrſill. ad Aſflict. deciſ.9. nu.45. Gabr. d. conſ. 147 num.1. Oſaſc. deciſ.135. nu.13. Gaill. pract. obſervat. libro 1 obſerv. 32. nu. 13.* Nec proinde poterit variare *Capic. deciſ.46. in fin. Vrſil. loco cit. Rot. diuer. deciſ. 292. nu.5. p.1. in recentior. conſert text. in authen. qui ſemel, C. quom. & quan. iud. in l.1.C. de furt; & in l. cum filius 78. §. varijs. ff. de lega: 2.*

9 Ampliatur primo eadē concluſio, vt poſsit etiam vxor impedire creditores mariti in executione ſuper bonis ipſius mariti, comparendo coram iudice ad allegandam, & probandam vergentiam viri ad inopiam licet prius declaratum non fuerit, quod maritus vergat ad inopiam, nec fuerint mulieri aſsignata bona pro ſua dote *Bald. nouell. tract. de dot. parte 7. priuileg. 18.& 24. Negusan. de pignor. primo membr. 5. parte, num.19. Gramma. deciſ. 92. num.17.* Et eſt communis opinio, vt atteſtatur, *Mari-*
10 *lian. deciſion. 81. num.3.* & maximè procedit hæc ampliatio, vbi vxor poſsideat bona mariti ſaltem, ex clauſula conſtituti, *Cartar. deciſ. Genuen. 8. nu. 2. Addit. ad deciſ. Teſaur. 207.* quidquid aliàs tenuiſſe videatur idem *Teſaur.*

11 Secundo, ampliatur ipſa concluſio, vt locum habeat etiam non facta excuſsione bonorum mariti, vbi notorium ſit, quod maritus non ſit ſoluendo *Rol. d. conſ.9.num.20.* nempe quia ina-
12 nis eſt excuſsio, quam inopia debitoris excludit *l. nam is 6. ff. de dol. mal. Bart. & alij in l. fin. in princip. ff. ſi cert. pet.* & in terminis noſtris eſt deciſio *Rot.292.p.1. diuerſ. in recent.*

13 Sed quænam eſt ratio, cur in reſtitutione dotis, quæ ſit mulieri ex bonis hæreditarijs viri ſoluto matrimonio, poſterioribus creditoribus ius competit offerendi mulieri ſuam dotem *ex l. eum tibi C. qui pot. in pign. hab.* Id verò denegatur in caſu iſto per concluſionem prædictam, iuxta communem, & veram Doctor. ſententiam.

Reſponſio eſt hæc, quod in caſu vergentiæ viri
14 ad inopiam, dos verè non reſtituitur vxori, ſed collocatur in tuto, vt ex eius fructibus illa tam ſe ipſã, quam maritum, & filios ſuſtentare poſsit & proinde etiam non permittitur poſterioribus creditoribus pecuniam offerre loco rei aſsignatæ pro dote, quæ quidem à matrimonio ſeparari non poteſt, quia pecuniæ facilius diſsipantur, & conſumuntur, ità *Rol. d. conſ.9.num.39. Gail. d. obſer. 92. num.10. & ſeqq. lib. 2. Teſaur. d.*
15 *deciſ.125.num.10. & ſeqq.* qui in hoc propoſito de pecunia inquit eam eſſe fragilem, & inter ea connumerari, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt ex *Bart in l. Iulianus num.2. ff. de condic. indeb.* & alijs à Doct. allegatis, ego vero addo, *verba Celſi I.C. in l. ſicborus 77. §. 1. ff. de leg. 3.* ibi & ſæpe audiuiſſe ſe ruſticos ſenes, ità dicentes pe-
16 cuniã ſine peculio fragilem eſſe; prudens ſanè documentũ economicum, *Rola. Gail. & Theſaurũ ſequitur Barboſa in l. ſi conſtante in princ. nu.62. & ſeq. ff. ſol. matr. qui eod. num.62.* ſubiicit, & probat, quod ſi dos in pecunia conſiſtat, ea de-
17 poni debeat penes mercatores ad honeſtum lucrum argumento *text. incap. per veſtras de don. inter vir. & vxor.* cum aliis per eum adductis.

18 Et licet Doct. aliquot tenuerint veram eſſe dotis reſtitutionem iſtam, quæ ſit vxori conſtante matrimonio, præcipuè vero *Roman. conſ. 392. in primo dubio, & in l. ſi conſtante in princip. n.12. vbi etiã Rip. n.95. Burſ. cõſ. 120. n.35. lib.1.* quibus etiam ſuffragari poteſt hæc ratio, quod dominium bonorum dotalium in hoc caſu trãſferetur in vxorem iuxta communem Doct. ſentẽ tiam, de qua teſtatur *Bal. nouell. tract. de dote p. 8. priuileg. 6. limit.10.* quam tamen opinionem ipſe non ſequitur, & quidem irreuocabiliter, ita
19 vt nec redeat ad mariti adminiſtrationem, licet is poſtea diues effectus ſit *Cyn. in d. l. vbi adhuc, num.24* & ità magis communiter teneri atteſtatur *Barboſ. ad d. l. ſi conſtante in princ. ſub n.32.* Attamen ſequenda eſt magis communis opinio quod hæc non ſit vera reſtitutio, maximè, quia non eſt cum fructibus, qui ſcilicet deſtinati ſunt
20 ad ſuſtentationem ipſius mulieris mariti, & filiorum, vti docet *Alex. conſ.142. nu.14. lib.5.* & hanc eſſe magis communem Doct. ſententiã aſſerit, *Barboſ in d. princ. ſub nu.54.* quam præcipuè tenuit *gloſſ. in d. l. ſi conſtante in princip. verbo, Mariti*, Cyn. *in d. l. vbi adhuc q.5. n.10. Bart. in l. ſi quis ſic ſtipuletur 57. ff. ſol. matrim. Gram. d. deciſ. 92. num.1.*

Vnde infertur, quod in ſtipulatione de reſtituenda dote, etiam in omnem caſum reſtitutionis, non comprehendatur caſus iſte, vbi dos conſtante matrimonio ob vergentiam viri ad inopiã vxori aſsignatur *Bart. in d. l. ſi quis ſic ſtipuletur*
21 *Imol. conſ.* 100. *nu.2.* ità etiam conſuluit *Caſtr. conſ.230.* & hanc eſſe magis receptam ſententiam aſſeuerat *Barboſ.* qui & eam ſequitur in *d. princ. l. ſi conſtante nu.55.* quod præcipuè animaduertendum eſt, pro interpretatione obligationis principalium debitorum, & fideiuſſorum in caſu dotis reſtituendæ, vt per *Imolen. & Caſtr. in prædictis Conſilijs Natt. conſ.81. num.*
22 *3. & ſeqq.* maximè, quia verba ſtipulationis ſtrictè debent intelligi *l. quicquid aſtringendæ qq. in princ. ff. de verb. oblig. l. Arrianus 46. ff. de act. & oblig.* atq. ẽt pro interpretatione ſtatutorũ loquentiũ de dotis reſtitutione *Alex. d. conſ. 142. n.14. lib.2.* cum nota ſit regula iuris, quod verba
23 ſtatutorum intelligenda ſint propriè, & in caſu vero, *l.3. §. hac verba ff. de neg. geſt.* cũ ibi *not. per glo. & Bart.* & cum alijs ibidẽ adductis per, *Alex.*
24 ũ tamen ſtipulatio concepta ſit in omnem, & quemcumque caſum dotis reſtituendæ, *Rot* cenſuit comprehendi etiam casum, quo maritus vergat ad inopiam, vt in *deciſ. 259. nu.7. par. 4.*
25 *diuerſ.* quod puto eſſe, quia dictio quicumque eſt vniuerſalis, & comprehendit etiam caſus improprios, & latius patet, quã dictio omnis *Tiraquell. tract. de retract. §.1. gloſſ.7. nu.20. & ſeq.* qui plurimos alios ad id congerit.

Porrò quę de dote in casu prædicto dicta sunt,
26 eadem pariter procedunt in donatione propter nuptias *tex.clarus in authe.donationē quoq.propter nuptias* C. *de iur. dot. Rol.an. d.cons.9 n.13 Rot.decis.292.num.2. par.1. in recentior.* & alij Doct. supra citati, nec vllus hoc negat, atque
27 locum habent etiam in bonis paraphrenalibus, *gloss.in d.l. vbi adhuc, verbo Suppositas*, quod & indicat ipsa lex in princ. *Rol. d. num.13.*
28 Quando demum dicatur maritus vergere ad inopiam docet *nouell.constitutio de aqual.dot. §. illud*, ibi mox viro inchoante male substantia sua vti, nec enim oportet expectare, quod maritus ad inopiā redactus sit, vel quod eius facultates ad dotis exactionem mulieri non sufficiant sicuti antea caueri videbatur *ex l. si constante ff. sol.matr. & l.vbi adhuc in prine.* quod plenè explicat *Bart.in eadem l. si constante nu.4. & plenius Barbos. in d.l. in prine. a nu.1.per plur.seq.*

D **Non credatur)** meritò quidem propter suspicionem donationis & fraudis, quodque iure non credatur confessioni mariti, & vxoris in præiudicium creditorū
29 hoc casu *not.Cyn.in l.vbi adhuc num.19.C.de iur.dot. Natt.cons.438. num.10. Mancin. tract. de confess.cap.1.num.36. Surd.tract. de aliment. tit.9 q.42.num 26.conferunt tradita per Alexan. consil.142.num.5.& 6. lib.5. & per Martillam. decis.80.* Et licet prædicti omnes excepto Cyn. qui loquitur de confessione mariti, & vxoris dicant de confessione mariti, idem tamen, & multo magis tenendum est etiam in cōfessione vxoris, de cuius interesse potissimum agitur in præiudicium creditorum argumento sumpto ex *authen multo magis* C. *de Sacrosanct. Eccles.* de quo per *Euer.in cent.sua loco a minori*, sed ex verbis statuti nostri vtrumque complectentibus res fit omnino clara.

De viri inopia probetur) hæc vere planè pro
30 E bari debet, vbi contra creditores procedatur, sed semiplenè tantum, vbi sola vxor vrgeat, vt sibi cōsulatur iuxta *theor.Bart in d l.si constante in princ.q.1. quam sequitur Bald.in d.l.vbi adhuc num.48.* & *Doct.communiter præsertim Ioan. Lopez. in repet. cap. per vestras de don. int. iur. & vxor. §. 18.num. 37.* ibi fateor tamen, *Bald. nouell.tract. de dote par.9.primi.12. Couar.var. resol.lib.2.cap.6.sub num.8. vbi Bart.opin.* asserit communiter esse receptam *Beninten.d.decis. 68. num.1.& seq.Ludou.decis.Lucen.22. num.14. & seqq.Barbos.ad d.l.si constante in prine.num.63.* ibi queritur vlterius, *Gaill.pract.observ.iur.observ.83.num 12.lib.2.Herring.tract. de fideiuss. cap.6.num.184. Mascard.de prob.conclus.575 n. 2.Gratia.discept.forens. cap.872.num.20.& seq.* & alij ab eo relati, & ratio est, quia vbi iudicium istud ab vxore intentatur contra virum, agitur de modico præiudicio, nempe, vt dos ponatur in tuto pro oneribus matrimonij, quo quidem
31 casu semiplena admittitur probatio, secus vero vbi agitur contra creditores, vt benè, ac doctè explicat *Barbos.in d. l. si constante sub num. 66.*
32 & quod dictum est admitti probationem per famam, & notorium idem est, ac si dicatur per vulgi opin. ità enim intellexit *Rot.d.decis. 292. num.1.par.1.in recentior.* dum ad dictum suum citauit *Bart.* vtentem isto verbo, per vulgi opinionem, quàm & ille habet pro fama, vt ex eius lectione ibidem apparet, nam hoc dictum, *Rote*
33 intelligi debet secūdum Doct. quē allegat iuxta *nos.* per ipsum *Bar.in l.non solum §. si liberationis num.7.ff. de liber.leg.* & ità exponit. *Bald. in d.l.vbi adhuc num.48.* ibi per opinionem vulgi, quasi dicat per famam, quicquid dixerit, *Lopez.d.§.18.num.32.* vbi quod vulgi opinio sint vicini, per quos melius, quam per alios probatur paupertas, & diuitiæ, sed hac interpretatione nimis restringeretur verbum illud per vulgi opinionem, nam vulgi appellatione venit om-
34 nis populus vndecumque collectus, vt appareat potissimum *ex §. hoc amplius instit. de rer. diuis.* ibi ecce Prætores, & Consules cum millibia iactant in vulgus, ignorant, quid eorum qui sque sit accepturus; Veruntamen non negatur, quin
35 optimum probationis genus fiat per vicinos in eiusmodi rebus, quæ eis nimirum magis innotescere possunt, quàm personis remotis, in quam assertionem ipse *Lopez.* quam plura doctè, & fusè congerit.
36 Cæterum quibus verbis vti debeant testes in probanda vergentia mariti ad inopiā, & quomodo illa probetur, docet *gloss. in d.l. vbi adhuc verbo ad inopiam quam ibidem commendat Bart. num.4.* & videndus ibidem *Bald.nu.50. Lopez.d. §.18.sub num. 37.* præcipuè, ibi vnum finaliter non est omittendum, plenissime autem *Couar. d.cap.6.var. resol.lib.2.num.8.* Attamen ad summam satis esse videtur, si probetur, quod mari-
37 tus incæperit substantia sua male vti, ità enim habetur pro vergente ad inopiam ad effectum, de quo agitur, iuxta *tex.in §. illud authen. de aqual.*
38 *dot.* quādo verò maritus videatur male vti substantia, prosequitur exemplis plurimis, & cu-tiosis *Lopez.d.cap.18.num. 29. & decet etiam Barbos. ad l.si constante in prine. num. 10. qui,*
39 *& num.11.* adiicit etiam infortunium viri fine eius culpa esse considerabile, & suffragari vxori iuxta *declarationem prædicti §. illud.*

Demum non omittam, quod licet ex tex. *in d.l.si constante* requiratur, quod euidētissimè appareat de viri inopia, nihilominus sufficere de-
40 bet inopia probata per vulgi opinionē, vt supra diximus ex *Bart.* tenentia communiter recepta,
41 quoniam probatio euidentissima ea censetur, quę in casu, de quo agitur à lege sufficiens existimatur secundum *Bart.Cuman. Alex.Crot.& Rip.in d.l.si constante in prine.* quos citat, & sequitur exornando hoc ipsum dictum *Couar.d.c. 6. n. 8.* sed in casu statuti nostri cessat eiusmodi dubitatio, quia requiruntur simpliciter probationes legitimæ, idest iuxtà generalem dispositionem iuris communis, iuxta quam statuta semper intelligi debent, vbi id fieri potest, vt iure compertum sit ex deductis latissimè per *Mascard de gener. stat. interpr.concl.2.nu.1.& per tot.* & nos supra aliis locis opportunis sæpius repetiuimus.

De

De dote a fratribus profecta.

Cap. CXXX.

Os data à fratribus *a* sorori, *b* de bonis proprijs fratrum, & nõ paternis, soluto matrimonio per obitum sororis sine liberis, *c* reuertatur ad dictos fratres dotantes, illorumque hęredes, *d* & sic stipulari debeat; lucro dotali marito *e* (si aliter cõuentum non sit) reseruato.

ANNOTATIONES.

1 *Frater tenetur dotare sororem tàm vtrinq; coniunctam, quàm consanguineam tantum.*

Intellige de fratre habente sororem inopem num. 2.

Item vt non habeat locum in sorore vterina. num. 5. & 7.

3 *Argumentum ab alimentis ad dotem an sit concludens? & num. 8. 9.*

4 *Frater dives tenetur alere sororem inopem; etiam si sit vterina. & num. 6.*

10 *Frater, si dotauit sororem ex bonis proprijs, an possit pacisci, quod soluto matrimonio dos ad se reuertatur? Et idem, si eam dotauit ex bonis communibus? & n. 11-12.*

13 *Filia si excludatur à successione paterna, non potest apponi pactum, quòd illa mortua dos reuertatur ad patrem, vel ad illius hęredes.*

14 *Fratres, ad hoc vt statutum de dote ad eorum fauorem factum habeat locum, tenentur probare concludenter dotem sorori datam ex bonis eorum processisse.*

15 *Dos præsumitur constituta de bonis paternis sorori à fratribus, quando ipsi patris fuerint hęredes.*

Amplia, vt num. 16. 17. 18.

19 *Frater an præsumatur in dubio dotare sororem de bonis suis proprijs, an de bonis ipsius sororis, quando ipsa aliunde habeat, vnde dotari possit?*

Et quomodo excludatur hęc præsumptio: & n. 22. 24. 25.

20 *Extraneus quilibet in dubio censetur dedisse dotem animo donandi.*

21 *Frater in casu dotationis sororis habetur pro extraneo.*

22 *Frater ratione consanguinitatis donasse præsumitur sorori.*

26 *Præsumptio validior, in dubio excludit infirmiorem.*

27 *Lucrum dotis, & donationis propter nuptias remitti potest de partium voluntate ex statuto.*

ANNOTATIONES.

1 A

Orori) tenetur scilicet frater dotare sororem tam vtrinque cõiunctam, quam consanguineam tantum, idest ex eodem patre natam ex tex. *in l. cum plures 13. § fin ff. de admin. tut. vbi glos. verbo Alio in fi. glo. fin. in l. non omni C. de admin. tut. Bar. in d. l. cũ plures § fin. Rip. in l. 1. nu. 83.* vbi hanc dicit communem opin. *Barbos. in l. 1. 4 par. sub num. 124. ff. sol. matr. Surd. tract. de alim. tit. 1. q. 25. num. 9.* qui plures alios huius sententię congerit, & inter eos aliquot attestantes eam cõi Doct. 2 calculo esse receptam, quæ tamen conclusio intelligitur de fratre diuite habente sororem, quæ facultatibus careat, vt est videre apud prædictos, 3 & præcipuè apud *Surd.* Arguitur autem hoc casu ab alimentis ad dotem, quia sicuti debet frater 4 viuẽs alere sororem inopem, ita & eidem dotem dare, quę sit loco alimentorum, ita *Surd.* ibidem addo *Euer. in cent. sua loco ab alimentis ad dotem num. septimo.*

5 Neque tamen extenditur eadem conclusio ad 6 sororem vterinam, huic enim licet frater debeat alimenta subministrare *l. 1. § 1. ff. de tut. & ratio distrab. l. tutor secundum dignitatem 14. § in fin. ff. de admin. tut. l. qui stium. ff. vbi pupill. educ. deb. glo. in l. 1. C. de alen. lib.* quem ibi sequuntur Cyn. *Bart. & alij*, qui licet loquantur in fratre vterino, censentur, & loqui de sorore vterina ex regula correlatiuorum, & ex identitate 7 rationis. Non tamen tenetur frater dotationis officium præstare sorori vterinæ per *tex. in d. l. cum plures § cum tutor vbi glo. Bart. & Rip. loco proxime citato Barbos. d. l. 1. 4. par. num 218.* & plures alij quos refert *Surd. d. q. nu. 19.* licet eorum sententiam non sequatur, sed contrariam teneat, quam dicit æquiorem, magis planam, & magis veram, respondendo *tex. in d. § cum tutor*; retenta vero conclusione supradicta magis communiter recepta, hoc casu non procedit argumen- 8 tum ab alimentis ad dotem, quia diuersa consideratur ratio inter sororem consanguineam, & vterinam, vt probat *Barbos. d. n 228. et n. 216.* Vn- 9 de cessat argumentum, quod & cessat pariter, vbi cõtrarium reperitur expressè dispositum in iure, vt in casu nostro, vti docet *Euer.* loco ab alimentis ad dotem *in princ.*

De

10 De bonis proprijs) hic venit explicandum dictum *Castr. cons.351.num.1.lib.1.* quod si frater dotauit sororem ex bonis proprijs, tunc potest apponere pactum, quod soluto matrimonio dos ad se reuertatur *ex l.vnica §.accedit* C. *de rei vxor.act.* Sed si ex bonis communibus dotauit, non valebit illud pactum pro ea parte rerum, quæ ad sororem pertinebat, nisi ipsa consentiat, dictum namque in se verum est, sed declarandum quoad primam par-
11 tem, vt locum non habeat, vbi frater tenebatur dotare de proprio, prout est in casu inopiæ sororis, de quo in præcedenti annotatione proximè diximus, quod quidem fusius prosequitur, & exornat *Barbos.d.p.4.lib.1.ff.sol.matr.sub n.136.* quod quidem confirmatur ex *cons. Anchar. 434. sub n.3.* ibi super re igitur, non sua sed aliena sibi fuerunt stipulati, de fratribus loquitur, sequitur
12 *Rip.d.l.1.ff.sol.matr n.84.* cõprobat *Surd.de alim. tit.1.q.25.num.10.* Vnde etiam affertur *doctr.Bal. in l.auiana. 10.* C. *de iur. dot.* quod si pater in testamento reliquat dotem filiæ, non potest filius eam soluens stipulari sibi reddi soluto matrimonio argumẽto *tex.in l.vxorẽ 39.§ pater natu-*
13 *ralis ff.de leg.3.* Cõsonat hoc pariter, q̃ si filia dota ta excluditur à successione paterna, quia tũc dos succedat loco legitimæ, nõ potest apponi pactũ q̃ illa mortua dos reuertatur ad patrem, vel ad eius hæredes, vti tradit *Bal.in l.fi.n 3.* C. *de dot.promiss. argumento tex.in l.quoniam in prioribus* C. de *inoffic.testam. hac ex Barbos.d.num.136.* pari ratione id ipsum planè asserendum est, vbi frater ex
14 necessitate sibi imposita à statuto nostro infra *c. 145. hoc eodem lib.* sororem dotauerit de patrimonio. Vt verò statutum hoc ad fauorem fratrum habeat locum, tenentur fratres concludenter probare dotem sorori datã ex bonis eorum propriis processisse *Rot.in Roma.de Rusconibus 17. Maij 1600. coram Sacrato.* Præsumitur autem, quod
15 fratres dotauerint sororem de bonis paternis, quando patris fuerint hæredes, vt in *d. Romana dotis coram Sacrato, & in Romana dotis coram*
16 *Pamphilio 7. February 1691.* Ampliatur primo hæc conclusio etiamsi fratres fuissent hæredes cũ beneficio legis & inuentarii *ex prædictis decisionibus.*

17 Secundo etiam si fratres in dotatione dixissent, quod dotabant amore fraterno *Rot.eadem decis.*
18 *coram Sacrato.* Tertio ampliatur, etiamsi ex inuentario bonorum, & hæreditatis patris diceretur constare, quod bona non erãt sufficientia ad dotem constitutam, nisi soror citata fuerit in confectione inuentarii *Rot.in dicta Romana dotis coram Pamphilio.*

19 Cæterum vbi soror alibnde habeat, vnde dotari possit an frater eam dotando, præsumatur in dubio dotare de bonis suis propriis, vel potius de bonis ipsius sororis? puto, quod de bonis fraternis, si frater aliter non declarauerit argumento *tex.in l.fin.* C. *de dot.promiss.* ex quo ità concludunt ibidem *Bald.in 2.lect.num.7.& Salic.nu.6.* & suffragatur hæc generalis ratio, quod extraneus
20 quilibet in dubio censetur dedisse dotem animo donandi *ex l.vnic.§. accedit C. de rei vxor. act.*
21 Frater autem in hoc habetur extraneus *ex eaa.l. vnica §. extraneum.*

22 Accedat, quod etiam ratione consanguinitatis frater hoc casu donasse præsumitur argumento *l.Procula ff.de prob.* ita ex prædictis rationibus tenuit *Rip.in d.l.1.n.94. Menoch.de arbitrad. cas.88.num.40.*

23 Excluditur autem hæc præsumptio, vbi frater dotem sibi restitui stipulatus sit ex *d.l.vnic §.accedit*, ibi in præsenti autem, item vbi ille administraret bona sororis *Rip.loc.cit. per tex.in l. 36. Nesennius ff.de neg.gest. Barbos.d.4.par.l.1.num* 138. vbi id asserit communiter esse receptũ, quod tamen subinde declarat, si bona sororis sint sepa-
24 rata à bonis fratris, quod si bona sint communia, & indiuisa, & ex illis dos cõstituatur, tenet, quod frater pro parte eum tangente videatur habuisse animum donandi ex regula *d.l.vnic. §. accedit* C. *de rei vxor.act. cum pluribus Doct. allegatis, Menoch.d.cas.88.num.46.& seq.* Et excluditur etiã
25 supradicta præsumptio ex aliis coniecturis, quas considerat idem *Menoch.de præsumpt.lib.3. præsump.16.* Atque demum generaliter ex omnibus indiciis, ex quibus verisimiliter demonstretur, quod frater voluerit dotem dare sorori de bonis ipsius sororis idem *Menoch.d.casu num.41. Mantic.de tacit.& ambig.conuen.lib.12.tit.19.num.13. & per tot.illum tit.* vbi copiosè tractat materiam huiusce præsumptionis tàm in patre, quam in
26 fratre dotante, nam regulare est, quod in dubiis præsumptio validior infirmiorem excludit argumento *l. Dinus ff. de in integr. restit. vbi Bart.nu.3.l.fi bi, qui adulteri C.ad Iul.de adult. l.siue possidetis, & ibi Bal.* C. *de prob. l.mater, & ibi Angel.& Salic.C.de calum.* & in specie de præsumptione contra præsumptionem *ex d.l.fin. C. de dot.promiss.* prouenientem dicitur in *decis.651 num.4.par.1.diuers.in recentior.* in qua decisione præsumptiones aliquæ ad materiam eiusmodi pertinentes considerantur.

C Reuertatur ad dictos fratres) canonizauit Rot. hoc statutum *decis.649.num.4.par.1.diuers. in recentior.*

D Et sic stipulari debeat) quod videtur faciendum, vbi de proprio fratres dotent, & alias prout ad verbum de bonis proprijs littera B. hoc cap. diximus.

E Si aliter conuentum non sit) nam lu-
27 crũ dotis, & donationis propter nuptias de partium voluntate expresse remitti potest ex dispositione nostri statuti *cap. proxime seq. in fin. & habetur in dicta decis.649. sub num. 3. & in decis.448. num.3.par.2.diuers.in recent.* quod & passim vsu receptum est.

De lucro dotis, seu donatione propter nuptias.

Cap. CXXXI.

I vxor *b* post consummatum matrimonium, marito superstite, *c* liberis extantibus, *e* decedat, maritus *d* totam dotem lucretur: quàm tamen *g* secundum iuris dispositionem liberis, communis matrimonij, reseruare teneatur. Liberis autem non extantibus *f* maritus quartam partem dotis *b* ad vsumfructum, & proprietatem lucretur. Si vero maritus, vxore superstite, cum liberis decedat, vxor quantum est qoarta pars dotis, pro donatione propter nuptias, ad vsumfructum tantum, *i* de bonis mariti lucretur; *K* pto qua cauere teneatur, quòd vsufructu finito, illam restituet quibus de iure restitui debet. Liberis verò non extantibus, dictam donationem, tàm quo ad vsumfructum, quàm quo ad proprietatem lucretur. Huius autem donationis propter nuptias, seu *l* dotalis lucri pactum, semper in instrumentis dotalibus censeatur appositum, & stipulatum, nisi expressè de partium contrahentium voluntate fuerit remissum, aut aliter conuentum.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Statutum de lucro dotis est contra ius commune; & non debet extendi ad casus non expressos, sed accipi solum prout littera iacet. & n. 2.*
Et dicitur correctorium iuris communis, & num. 3.

4 *Lucrum dotis an debeatur, si matrimonium non sit consumatum, sed per vxorem steterit, quia voluit Monasterium ingredi, & Religionem profiteri?*

5 *Matrimonium dissoluitur per ingressum alterius ex coniugibus in Religionem, ante ipsius matrimonij consumationem.*

6 *Regula, quod statuta, quæ sunt contra ius commune, verè, & propriè, non fictè sunt intelligenda; non habet locum, vbi casus verus, & fictus à iure expressè æquiparantur.*

7 *Lucro dotis iuxta dispositionem statuti, an sit locus, si extent etiam liberi ex alio priori matrimonio? & num. 8.*

9 *Dispositio l. hac edictali, C. de secundis nup. tolli potest per statutum. At in dubio non præsumitur statutum id facere, n. 10. sed requiritur expressa derogatio, & num. 11.*
vel saltem, quòd verba statuti ita sint cõcepta, vt se compati non possint cum ipsa lege. & num. 12.

13 *Lucrum dotis reseruan. filijs communis matrimonij, acquiritur illis, licèt non sint hæredes patris, vel matris.*
Et detractum ex bonis fideicommissi nunquam amplius reuertitur ad fideicommissarios, & num. 14. & 34.

15 *Monasterium an in casu lucri dotalis, ex dispositione statuti, sit loco filiorum? & num. 16.*

17 *Monasterium habetur loco filiorum in vltimis voluntatibus, in casibus tamen à iure permissis.*

18 *Vxor potest, constante matrimonio, testari inter suos liberos de dote, ita vt post obitum mariti testamentum vxoris effectum habeat: Necnon potest vni filiorum plus reliquere quam alijs, dummodo illis legitima reseruetur. & num. 19.*
Item testari pro anima sua de decima parte dotis tantum. & num. 20.

21 *Lex, seu statutum deferens viro lucrum dotis in casu mortis vxoris sine filijs, procedit etiam in casu mortis ciuilis.*

22 *Mors ciuilis æquipollet naturali, quando operatur eundem effectum, quem mors naturalis circa rem, de qua agitur.*

23 *Lucrum dotis debetur marito, siue is pauper sit, siue diues, & num. 25. & procedit etiam in dote promissa. & num. 24.*
Quod dictum declara, vt n. 26. 27. 29.

28 *Æstimatio in consecutione lucri dotis attenditur tempore obitus, non autem tempore promissionis.*

29 *Lucrum dotis conceditur marito, ad sustinenda onera matrimonij.*

30 *Lucrum bonorum proueniens ex statuto, vel consuetudine, seruan. est liberis illius matrimonij, cuius occasione coniux illud habuit.*

31 *Marito decedente, lucro dotis sibi debito nõ petito, eius hæres ius habet illud petendi.*

32 *Æqualitas seruanda est inter maritum, & vxorem.*

33 *Pactum super dote extenditur etiam ad Donationem propter nuptias.*

34 *Dos legitimè detrahitur ex bonis fideicommisso subiectis.*

35 *Lucrum dotis debitum vxori, stantibus filijs, quoad vsumfructum tantum, mortui filijs, debitum est etiam, quoad proprietatem: etiam in casu mortis ciuilis vxoris. & num. 36.*

37 *Lucrum dotis debetur vxori non solum habita ratione ad dotem, sed ad augmentum*

tum etiam dotis, quod vir ei fecit.

38 *Verbum cauere, prolatum simpliciter, significat promissionem cauentis sine alia fideiussione, vel satisdatione.*

39 *Iudicis arbitrio relinquitur compellere personam suspectam ad cauendum per fideiussores, vel alijs modis tutioribus. & n. 40.*

41 *Mater ex iure communi tenetur cauere filijs primi matrimonij per idoneum fideiuss. forè de conseruandis mobilibus sibi quæsitis de lucro ex primo matrimonio proueniente.*

Secus de immobilibus, quorum alienatio tantum illi interdicitur. & n. 42.

43 *Statutum cur requirat cautionem a muliere de restitutione quarti dotalis, & nõ etiam à merito?*

44 *Mulier ob sexus fragilitatem videtur magis suspecta, quàm vir de dilapidatione.*

45 *Mulieres sui natura sunt auarę: & mulierum genus dicitur auarissimum.*

46 *Vir habet liberam administrationem bonorum, quæ à matre ad filios prouenerunt etiam vbi ad secundas nuptias transierit.*

47 *Ratio vbi non est dispar, par debet esse potestas pacti, legis, statuti, vel consuetudinis.*

48 *Debitum lucri dotalis est voluntarium. Et non est compensandum cum legato. & n. 49.*

Limita vt num. 50.

51 *Statutum disponens, quod pactum lucri dotis censeatur appositum in instrumentis dotalibus, nisi partes expressè contrarium voluerint, quomodo declaretur.*

52 *Manifestissimè constare dicitur id, quod ex coniecturis demonstratur.*

53 *Lucrum dotis non habet viam executiuam, quando in contractu dotali inter coniuges inito non adest obligatio Cameralis.*

54 *Maritus promittens totam, vel integram dotem restituere, videtur renunciasse lucro dotis, quod ex statuto ei defertur. & num. 55.*

Intellige, si talis promissio sit facta per maritum ex certa scientia, & non per errorem. & num. 56.

ANNOTATIONES.

A

1 D hanc materiam duo habentur tractatus inter *tract. vniuers. tur. tom. 9. vnus est Rolan. à Val. fol. 351. alter Phanucc. fol. 403.* nec est inutile præfari, quod statutum de lucro dotis est contra ius commune, ex cuius dispositione nimirum dos tota ad dotantem redire debet defuncta muliere dotata *l. dos a patre C. sol. matr.* & idem vbi vergente viro ad inopiam dos vxori restituitur iuxta *l. si constante ff. sol. matr. & l. vbi adhuc C. de iur. dot.* Vnde cõ-

2 sequitur eiusmodi statutum esse strictè interpretandum, itaut extendi non debeat ad nõ expressa, sed accipi solum, prout litera iacet iuxta *not. per Ofasc. decis. 21. num. 14.* vbi testatur hanc esse communem opinionem de statutis similibus, & ideo si de dote in eis mentio fiat, non venire dotem præsumptam, & de statuto lucri dotis in specie *Rolan. q. 2. num. 2. Mascard. de gener. stat. interpret. concl. 4. num. 51.* immo amplius sta-

3 tum hoc nostrum dicitur correctorium iuris cõmunis, vt inquit idem *Rol. d. q. num. 1.* & sic non extendendum etiam ex maioritate rationis ad casum in eo non expressum iuxta tradita per *Euer. in cent. sua loco à ratione legis larg. ad exten. ipsi. leg. n. 16. idem Rol. d. tract. q. 50. nu. 2. Mascard. d. concl. num. 53.* vbi probat ità communiter à Doct. teneri, quod de hoc ipso statuto nostro præcipuè dicit *Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 197. num. 3. cum seqq.*

4 Post consumatum matrimonium) quid si matrimonium non sit consumatum, sed per vxorem steterit, quin consumaretur, quia voluit monasterium ingredi, & religionem profiteri? Nec enim dubium est, quin altero ex coniugibus ingrediente, & profitente Religionem ante matrimonium carnali copula consumatũ, etiã

5 altero inuito matrimonium dissoluatur *c. verum c. ex publico, & c. ex parte 14. de conuers. coniug.* Communis est Doct. opinio, quod maritus iuxta dispositionem huius statuti lucretur dotem per regulam *l. iure ciuili 24. ff. de cond. & demonstrat. repetitam l. in iure ciuili 122. ff. de reg. iur. vbi Dec. num. 2. not.* eam habere locum etiam in statutis, & hanc opinionem communem dixit, & sequuta est *Rot. diuers. par. 2. decis. 92. num. 1.* declarando statutum antiquum Vrbis, cui in substantia consonat hoc nostrum nouum, atque in ipsa *decis. n. 4. & seqq.* respõdetur obiecto de alte-

6 ra, regula, quod statuta, quæ sunt contra ius cõmune verè, ac propriè, non autem ficte sint intelligenda ex *l. 3. §. hac verb ff. de neg. gest. vbi Bart. cum simil.* respondetur inquam, quod hæc regula non procedit, vbi casus verus, & fictus à iure expresse æquiparantur, nam tum casus fictus vna cum vero intelligitur comprehensus, vt docet *Natt. cons. 282. nu. 9.* consulens in casu statuti simili huic nostro, & alii in ipsa *decis. citati nu. 4.* & nouissimè *Mascard. de gener. stat. interpr. concl. 30. num. 29. limit. 1.* Non est autem, cur in medium proferamus alios Doct. huius sententiæ asserto-

7 res, tũ quia in *d. decis. 92. n. 1.* citantur multi auctores grauissimi, tum quia meritò summa censeri debet Romanæ Rotæ auctoritas, & quidẽ consumationem matrimonii in casu statuti huius esse necessariam, & concludenter probandam per eum coniugem, qui dotis lucrum petit, dixit *Rota in Romana Quarti dotalis coram R. P. D. Dunozet 26 Nouembris 1633. impressa apud Typographum Camera Apostolicæ.*

C 7 Liberis extantibus) quid si extent etiã liberi ex alio priori matrimonio, erit ne locus dispositioni huius

ſus ſtatuti nẽpe cõtra *l.hac edictali C.de ſecund. nup.* Quæſtio facilè ſoluitur per *decis.Rota in Romana poteſſi lucri dotis* corã Corduba 21. *Decẽb.* 1594 *que eſt* 255. *in impreſſ.lib.4.diuerſ.* vbi de-
8 claratur ſtatutum hoc non habere locum in hoc caſu, quia caſus eſt mixtus, qui remanet in diſpoſitione iuris communis tamquam omiſſus à ſtatuto, prout in eodem caſu idem ſenſiſſe dicitur *Seraphin.in ſuo voto in cauſa Ferrarien. contra Gaſparum Ambroſinum, de quo meminit Gratian.diſcept.Forenſ.cap.*197. *num.* 12. *& ſeq. tom.* 1. vbi hanc opinionem veriorem eſſe aſſerit nec ab ea recedendum, referens etiã alios Doct. eam tenentes, quos ideo nos ſilentio prꝛterimus, innixi potiſsimum Romana Rot. immo firmiſsima baſi iuris prudentiæ, ac æquitatis. Porro,
9 quod diſpoſitio *l. hac edictali* tolli poſſit per ſtatutum, conſentiunt omnes communiter, vti teſtatur *Gratian.d.diſcept.num.*5.*Rot. apud Ludo-*
10 *uis.deciſ.*173.*num.*7. Sed in dubio non prꝛſumitur ſtatutum id facere *Dec.in authen. prætera n.*7.C.*vnd.vir.& vx.Franc.deci.*435, *n.* 20. vbi
11 dicit, quod requiritur expreſſa derogatio *Rota deciſ.*432.*nu.*3.*par.*1.*diuerſ* vbi quod requiritur
12 expreſſa derogatio, vel ſaltem quod verba ſtatuti ita ſint concepta, vt ſe compati non poſsint cum ipſa *l.vel per Bero.q.*119.*num.*5. quodque in dubio faciendo ſit interpretatio, per quam *l. prædicta* non derogetur, *tradit Socin.Iun.conſ.*70.*nu.* 2.*lib.*2. vbi addit quod ferè omnes Doct. ità concludunt, & ita in interpretatione huius noſtri ſtatuti in ſpecie dixit *Rot.d.deciſ.*255.*num.*7.*par.*4. *in recent.*

Et quia hic diſponitur de lucro reſeruando filiis communis matrimonii, ſciendum eſt etiam,
13 quod tale lucrum acquiritur filiis, licet non ſint hæredes patris, vel matris ipſorum *Rot. coram Marquemontio in Romana de Cuppis* 14. *Decemb.* 1609. quamuis contrarium tenuiſſe viſa eſſet *eadem Rot.in Romana dotis* 19. *Decembris* 1608. *coram Ludouiſio*, atque lucrum hoc maritus, & filii non dicuntur habere ab vxore, & vti cauſam
14 habentes ab ea *Acchill. Graſſ. deciſ.* 14. *de conſil.* Et lucrum iſtud detractum ex bonis fideicõmiſſo ſubiectis nunquam amplius reuertitur ad fideicommiſſarios, & vnde detractum fuit *Rot. in d.Romana de Cuppis coram Marquemontio.*

15 Sed hic cadere videtur altera dubitatio, an monaſterium ſit loco filiorum in caſu huius ſtatuti, ita vt vxor non dicatur ſine filiis prꝛmortua, ſicque retento per virum vſufructu lucri dotalis ad vitam, demum eo defuncto, lucrum iſtud deueniat ad monaſterium, hæc vero dubitatio pariter ſoluitur in eadem *deciſ.*92.*par.*1.*diuerſ.n.*11.
16 nempe in hac materia monaſterium non eſſe loco liberorum, & conſequenter vxorem monaſterium ingredientem, quod intelligitur cum effectu profeſſionis, dici ſine filijs deceſsiſſe, li-
17 cet enim aliàs dicatur monaſterium haberi loco liberorum; Vnde impleat conditionem, ſi ſine filijs deceſſerit, *Gabriel concluſ.*2. *de fideicom. nu.* 78. vbi de cõmuni; attamẽ hoc declaratur, vt procedat tantum in vltimis voluntatibus, nec quidẽ in eis generaliter, & indiſtinctè, ſed in caſibus tantum à iure permiſſis iuxta declarationem *Tiraq* plures alios more ſuo referentis *l. ſi vn quam verbo Suſceperit liberos, num.* 45. C. *de rec-*
uoc.don. & ad huc concluſio illa limitatur in ſtatutis *Tiraq. vbi ſupra num.*44. ibi quod in ſtatutis monaſterium non venit appellatione filij, nec hæredis, idque ex dicto *Feder.Senen.conſ.*173 ego putarem, quę omnia probat ipſa *deciſ.* 92. *d. num.*11.

18 D **Totam dotem lucretur)** ſed non ideo prohibetur vxori teſtari inter ſuos liberos de ſua dote, ita ut poſt obitum mariti teſtamentum vxoris effectum habeat, vt fuit deciſum in *Romana Succeſſionis de Taliaferris* 19. *Martij* 1607. *coram Cardina-*
19 *nale Marquemontio.* ſicque licebit matri iuxta iuris diſpoſitionem, ad quam etiam expreſsè ſe refert hoc ſtatutum, vni filiorum plus relinquere quam alijs, dummodo aliis legitima reſeruetur, vt habetur in eadem *deciſ.per tex.in l.hac edictali §.fin autem* C.*de ſec.nupt.Bald.conſ.*81.*& conſ.* 356.*lib.*5 *Dec.conſ.*146.*num.*2. *Aym. conſ.* 193.
19 *num.*11. Et poterit etiam vxor teſtari pro anima de decima parte dotis tantum, vt infra *cap.* 134. *hoc eodem libro*, & fuit dictum in *d. deciſ. coram Marquemontio.*

E **Decedat maritus, totam dotem lucretur)** idẽ ſi moriatur ciuiliter, videlicet religionẽ profitendo, nã iura, & magis cõis
21 Doct. concluſio eſt, quod lex, ſeu ſtatutum, ſiue pactum deferens viro lucrum dotis in caſum mortis vxoris ſine filijs, procedat etiam in caſu mortis ciuilis eiuſdem vxoris, nempe per ingreſſum Monaſterij & profeſsionis emiſsionem, ita habet *d.deciſ.*92.*num.*9 *par.*1.*diuerſ.per tex.in l. Deo nobis in fin.principij & ibi glo.in verbo Legitima* C.*de Epiſc.& cler.vbi Bart.num.*1. *Caſtr. in ſummario Fulgoſ.num.*8.*bonus tex.in §. ſi vero conſtante, & ibi glo.verbo Placitum, vbi Angel. in* 1.*not.authen.de Sanctiſſ. Epiſc. cum alijs plu ribus in eadem deciſ num.*9.*cumulatis*, ſiquidem
22 mors ciuilis æquipollet naturali, quando operatur eumdem effectum, quem mors naturalis circa rem, de qua agitur, adeo quod fruſtra expectaretur caſus mortis naturalis, tumque appellatione mortis non ſolum venit naturalis, ſed etiã ciuilis *per tex.in l.ſi deceſſerit in fin.ff. qui ſatisd. cog. in l.actione* 66.*§.publicationeff. pro ſoc. cum alijs allatis per Natt.conſ.* 282. *num.* 8. qui benè applicat concluſionem iſtam ſtatuto de lucro doris per mortem vxoris ſine liberis prꝛmortuæ, qualis eſt caſus noſter, atque *Rot.d.deciſ.* 92.*nu.* 10. eamdem concluſionem à *Natt.* deductam ad rem noſtram ſequitur, quam refert etiam eſſe communem.

23 F **Maritus quartam partem dotis &c. lucretur)** & procedit hoc ſtatutum ad fauorem mariti, ſiue is pauper ſit, ſiue dines, etiam poſito caſu, quod ſi maritus prædeceſsiſſet, vxor dotale lucrum ob mariti paupertatem conſequi non potuiſſet *Rota in Romana lucri dotis* 2.*Iunij* 1589. *coram Seraphino.* Item
24 intelligitur etiam de dote promiſſa, *Oſaſc.* in caſu ſimilis ſtatuti de lucro dotis *Pedemont. deciſ.* 21.*num.*5. vbi de communi, & plenius *Gaſp. Anton.Theſaur.q.forenſ.*75.*lib.*2.*Rol.de lucr.dot.q.*9 vbi etiam de communi *nu.*4. & de magis cõmuni *num.*11. & in terminis huius noſtri ſtatuti eſt

deciſ.

deciſ.coram Gregorio XV.21.& coram Sacrato in Aſculana dotis 9. Martij 1603. vbi dictum eſt
25 hanc opinionem habere locum etiam ſi ſtatum vteretur verbo,remaneat,atque etiam ſi loqueretur de dote data, & aliàs ſæpius idem tenuit Rot. *vt in addit.ad d.deciſ.Greg.n.21.* ſed quo ad ſtatutum noſtrum omnis planè ſcrupulus tollitur ex cap.132 vbi expreſsè diſponitur,quod lucrum dotis locum habeat etiam in dote promiſſa.

Hæc autem concluſio, quod ſtatutum habeat locum etiam in dote promiſſa declaratur primo,
26 vt procedat cum aliqua moderatione, quando enim decedit vir, vel mulier pendente dilatione ad ſoluendam dotem promiſſam, ſuperſtes vir, vel mulier, non poterit prius petere lucrum ex dote promiſſa, quam dies ſolutionis illius ceſſerit, ſicque tenetur expectare tempus datum ad ſoluendam dotem, quo finito,& non prius debebitur lucrum,Rot.*coram Card.nale Mantica in terminis ſtatuti ſimilis huic Romana in Spoletana lucri dotis deciſ.337.num.1.& 12. idem Mantic. tract.de tacit.& ambig.conuent.lib.20.tit.5.nu.*
23.*& ſeq.* vbi ſubdit,idipſum eſſe dicendum quoad vxorem reſpectu lucri donationis propter nuptias, quod non conſequitur niſi expectato tempore ſolutionis dotis faciendæ iuxta promiſſionẽ illius,& hoc abſque aliquo interuiurio mẽdii tẽ-
27 poris. Secundo limitatur, vt procedat ſolum,vbi maritus dotem ſibi promiſſam conſequi potuerit, ſecus verò ſi non potuerit cõſequi,quia vxor non habuerit tantum in bonis,vel ob aliud ſimile impedimentum, nam tali caſu non debebitur lucrum niſi iuxta dotem verè ſolutam, *Rota in Romana lucri dotis 2.Iunij 1589. num.1. coram*
28 *Seraph.*Et ideo in caſu iſto attenditur æſtimatio tempore obitus, non autem tempore promiſſionis, vt in *d.deciſ.833.in princip.* Tertio limitatur diſpoſitio de lucro dotis, vt locum non habeat, quando maritus non ſuſtinuit onera matrimonij, ſiquidem ad hunc finem ei hoc lucrum conceditur,*Bald. in l. qui vxorem ſub num.1. C. de neg. geſt.Paul.de Caſtr.in l.ſi ab hoſtibus §. ſi vir num.4.ff ſol.matr.Rol.de luer.dot,q.64.nu.*
6.*Phanuc.de luer.dot.glo.14.nu.6. verſ. quartus caſus Barboſ. in d.§.ſi vir num.37.in fin. & nu.*
38.& ita dictum fuit in *Romana pratenſi lucri dotis coram Iuſto.*

G Secundum iuris diſpoſitionem) de qua potiſsimum *in l.1.C.de bon.mater.* quod q.
30 etiam lucrum bonorum proueniens ex ſtatuto, vel conſuetudine ſeruandum ſit liberis illius matrimonij, cuius occaſione coniunx; ſiue maſculus, ſiue fœmina illud habuit.*not.Bal.in auth. ex teſtamento num.13. & ſeq.* & melius in *authen. vxori num.1.* vbi hoc probat *tex.in primis verbis C.de ſecun.nupt.*& plures alij, quos recenſet, & ſequitur *Pincil.de bon.mater.l.vlt.num.12.& ſeq.* vbi etiam de communi, de qua pariter teſtatur *Gabriel concl.1.de ſecund.nupt.num.2. &15.*

H Ad vſumfructum, & proprietatem lucretur) quod ita verum eſt, vt ſi maritus ipſe decedat,ciuſmodi lucro ex ſtatuto proueniente non petito, eius hæres ius habeat illud petendi, nec enim quæritur,vt maritus hoc ius agnoſcat,quò ad hæredes tranſmittat *Bal.in l.ſi arrogator 12. num.*
1.*in fin.ff.de adopt.Cremen.ſing.94.* vbi etiam additio, *Rol.de luer.dot.q.47. vbi num.5.* hanc dicit veriorem, & magis receptam ſententiam.

I De bonis mariti lucratur) Sic res ad æqualita-
32 tem reducitur inter maritum, & vxorem, prout de iure cõmuni iuxta *tex.in l.ſemina in princ. & l.generaliter C.de ſecund.nupt.* & aliàs tanta eſt vis ſeruandæ æqualitatis inter dotem, & do-
33 nationem propter nuptias, vt pactum ſuper vno extendatur ad aliud *authen.ſed iam neceſſe, & l. cum multa C.de don.ante nupt. not. Rol. de luer.*
34 *dot.q.10.num.5.* & ſicuti ex bonis fideicommiſſo ſubiectis dos legitimè detrahitur *authen. res quæ C.comm.de leg.*ſic & lucrum dotis, ita vt decedente muliere, quæ illud ex diſpoſitione ſtatuti noſtri quæſiuerat, trãſeat ad ipſius filios, nec ab eis repeti poſſit ſub prætextu fideicommiſſi,
35 ſicuti declaratum reperitur apud *Rot.deciſ.209. diuers.par.2.in recentior.*

Et lucrum iſtud quartæ partis, quod debetur vxori ſtantibus filiis quoad vſum fructum tãtum, non tamen mortuis filiis, debitum eſt vxori etiã quoad proprietatem,*Put.deciſ.17. tit.de conſtit.*
36 & habet etiam locum, ſi vxor ingrediatur Monaſterium, & ſic in caſu mortis ciuilis,*Rot.coram Cardinale Blanchetto in Romana lucri dotis 16. Decembris 1580.*ſicuti ſuſius ad verbum decedat
37 hoc cap notauimus, & debetur huiuſmodi lucrum vxori non ſolum habita ratione ad dotem, quam ipſa dedit viro, ſed etiam ad augumentum dotis, quod vir ei fecit,*Rot.diuerſ.deciſ.590. nu.*
2.*verſ.ſecundam vtilitatem par.1.Rolan.de iucr. dot.q.100.*vbi quæſtionem in terminis ex profeſſo examinat,& concludit, quod ſtatutum de lucro dotis locum habeat etiam in augumento dotis facto conſtante matrimonio.

K Pro qua cauere teneatur) quod intelligi debet per promiſsionem ipſius mulieris ſine alia fide-
38 iuſsione, vel ſatisdatione, hoc enim ſignificat verbum cauere, prolatum ſimpliciter,*tex.apertas in l.ſancimus C.de verbor.ſignif.vbi glo.verb. Nudam Bart.& Bald ibidem vterque num.1.Oldrad.con.*
39 68.*num.1.* officio tamen, & arbitrio iudicis relinquitur compellere perſonam, quæ ſuſpecta videatur ad cauendum per fideiuſſores, vel aliis modis tutoribus, alioqui autem ſimplex cautio parum releuaret, vti docet,*Bald. in d. l. ſancimus num.4.per tex.in l.penult.ff.de pet. hared.* vbi ſed melius eſt officio iudicis cautione,vel ſatisdatione victo mederi, nam cum magna ſit perſonarum,rerum, & temporum varietas, iure diffiniri non potuit,qualis eſſe debeat cautio in vnoquoque caſu, quo circa vno ore Doct. concludunt iudicis arbitrio idipſum relinqui, ità dicit *Menoch.de arbitr.iud.caſ.189.num.1. & ſeq. ex tex.in §.penult.verſ.ſi itaq.creditor,*ibi cautionem arbitrio iudicantis,*authen.de præcuſſ.* qui de omni creditore,cui cauendum eſt,loquitur,ſic inditinctè docet *Bart.in l.Prætoria 3.num 2.ff. de Pator.ſtip.*& multi alii relati per *Men.ob.loc.cit.*
40 & in ſpecie ad rẽ noſtram cum agitur de cautione præſtanda ab vſufructuario de vtẽdo,ac fruendo arbitrio boni viri, ciuſmodi cautio iudicis arbitrio

bitrio præstatur, *Bellon. conf. 54. n. 7.* & alij ab eo citati, quem & alios refert *Menoch. dicto cas. num. 3.*

41 Cæterum ex dispositione iuris communis tenetur mater cauere filiis primi matrimonii per idoneam fideiussionem de conseruandis mobilibus, quæ de lucro sibi quæsito ex primo matrimonio ad vsumfructum tantum consecuta fuerat *l. hac edictali §. bis illud adiungimus C. de secund. nuptijs, quod notat Bald. cons. 19. in fin.*

42 *volum. 3.* Quò verò ad immobilia inde pariter prouenientia, cautio quidem non exigitur, vt pote minus necessaria, sed alienatio simpliciter interdicitur *d. §. bis illud.*

43 Verum liceat hic adhuc quærere, cur statutum requirat hoc loco cautionem à muliere, nempe, quod mortuo marito, & filiis existantibus quartam partem dotis pro donatione propter nuptias vsufructu finito restituet, quibus de iure restitui debet, etiam si talem cautionem à marito, vxore mortua, & filius pariter existantibus, quoad lucrum quartæ partis dotis supra non postulauerit? Crediderim id

44 fortè factum, quia mulier ob sexus fragilitatem videatur magis suspecta de dilapidatione, quam sit vir, vnde videmus interdictam mulieribus alienationem sine decreto iudicis, & aliis solemnitatibus infra *cap. 151. vbi Pic. glos. 3. num. 3.* plura subijcit de facilitate mulierum ad ineundos contractus sibi damnosos, & alias iure communi, nempe Senatus consulto Velleiano plenissimè comprehensum est, ne pro vllo fœminæ intercederent, vt inquit *Paulus Iurisconsultus in primis verbis l. 1. ff. eodem tit.* maximè propter periculum rei familiaris, vt paulo post ibi, sed etiam periculum rei familiaris.

Accedat alterum, quod non est incompatibile cum prædictis, vnum enim ex imbecillitate iudicij, alterum ex praua voluntate

45 proficiscitur, nempe, quod mulieres sui natura auaræ sunt, quod not. & probat *Menoch. de præsumpt. præsumpt. 6. nu. 57.* & dicitur mulierum genus auarissimum teste *Cardina. Tusch.* qui hoc dictum, ponit pro conclusione 449. *sub littera M.* inter suas conclusiones iuris, & deducitor ex *l. sed si ego in fin. vbi not. Doct. ff. ad Velleian.* Vnde locus esse videtur suspicioni, ne aliquid sibi vsurpent de rebus sibi ad vsumfructum permissis in detrimentum eorum, quibus illæ restitui debent vsufructu, & vita ipsarum mulierum finita; Hæ verò suspicionis causę apud iurisperitos non considerantur contra viros, quibus libera relinquitur ad-

46 ministratio bonorum, quæ à matre ad filios prouenerunt, etiam vbi ad secundas nuptias transierint, *l. 1. & l. fin. C. de bon. matern. l. generaliter C. de secund. nupt.* Admonentur illi tamen de recta, ac diligenti administratione, & procuratione in eadē *l. 1.* & vbi pariter talia bona dissiparent, interdicenda eis esset administratio, *Bald. in d. l. generaliter in prin. num. 7. C. de secund. nupt. iuxta tex. in l. Imperator 50. ff. ad Trebell. & in l. fin. §. minores C. de sent. pass.*

1 Dotalis lucri pactum instrumentis dotalibus censeatur appositum nisi expresse fuerit remissum, aut ali-

47 ter conuentum) iure enim par debet esse potestas pacti, legis, statuti, vel consuetudinis, vbi dispar non sit ratio, quod prosequitur *Euerard. in cons. sua loco* à pacto ad statutum, & hoc argumentum probauit *Rot.* apud *Cardin. Mantic. decis. 337. num. 9.* Hinc *Rot.* censuit in casu huius nostri

48 statuti debitum lucri dotis esse voluntarium, quia originem, & initium habet à voluntate partium, licet postea fiat necessarium, prout sunt omnes contractus, vel quasi contractus *l. sicut C. de action. & oblig. l. in commodato §. sicuti ff. commod.* & ideo non esse comparandum cum

39 legato, *vt in decis. 649. par. 2. diuers.* vbi & plures aliæ decisiones ad id ipsum memorantur, & *in Romana census 8. Nouembris 1613. coram Sacrato*, in qua reprobatur decisio *coram Cauallerio in Romana legatorum, & vsufructus 1. Iulij 1611.* licet aliàs decisiones istæ non proce-

50 dant, vbi lucrum habetur simpliciter ex statuto non permisso arbitrio contrahentibus matrimonium illud excludendi, hoc enim casu lucrū habetur pro debito necessario ex dispositione statuti; Vnde etiam compensatur cum legato, quam quidem opin. & ipsa *Rot. d. decis. 649. num. 1.* approbauit, eamque secutus erat, & magis communem dixerat *Rolan. de lucr. dot. quæst. 96. num. 8. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 109. num. 35. vers. ea est vera*, & *Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 10. titul. 2. num. 7. Gabriel. consil. 16. num. 30. & seq. lib. 1.*

51 Declaratur autem statutum quatenus vult quod pactum lucri dotis censeatur appositum in instrumentis dotalibus, nisi partes expressè contrarium voluerint, vt non ideo excludat, quin ista voluntas contraria de non lucrando probari possit per legitimas præsumptiones *Rot. coram Cardinale Mantic. 26. Nouembris 1568. in Romana lucri dotis, quæ est decisio 36. inter impressas eiusdem Card.* Siquidem id manifestis-

52 simè constare dicitur, quod ex coniecturis demonstratur, vt in *cad. decis. num. 1. & seqq.*

54 Declaratur etiam, quod vbi in contractu dotis inter coniuges inito non adsit obligatio Cameralis pro isto lucro, tum ad illud consequendum non competit aliqua via executiua *Rot. in decis. Achill. de Graff. decis. 14. de constit.* vbi habetur hoc procedere, etiamsi istud lucrum filiis postea sit reseruandum.

Sed adhuc opportunè hic quæri potest, an

54 si maritus promisit totam, vel integram dotem restituere, videatur renunciasse lucro dotis, quod ex statuto ei defertur? quæstionem istam discutit in vtramque partem. *Rolan. de lucro dotis quæst. 38.* Et demum sequitur opinionem affirmatiuam,

55 nempè, quod maritus per illa verba totam, vel integram dotem renuntiauerit lucro dotis, eamque sententiam magis communem dixit *Rolan. dicta quæst. sub num. 9. & Alexan. cons. 5. num. 25. vol. 3.* qui & eam secutus est *cons. 133. num. 5. volum. 5.* & idem *Rol. communem asserit cad. quæst. num. 15. in fin.* ità præcipuè tenuit *Bald. in l. 13. quod nomine num. 4. ff. de condict. indeb.*

Angel. in l.damni.infecti 29. *§. cum parietem ff. de damn. infect. Boer. decis.* 249. *sub nu.* 8. *vers. sed ego multum dubito*, & consentiunt quam plures alii citati *per adden. ad dictum cons. Ale.* 133. *verbo videtur renuntiasse prater alios*, quos congerit *Rol. d. q.* 38. *n.* 9. Declaratur autē hæc
56 conclusio, vt procedat, vbi talis promissio facta per maritū fuisset ex certa scientia, & non per errorem, vt per *Bal. Angel. & Alex. in locis citatis Dec. cons.* 402 *sub nu.* 3. *vers. primo non obstat Rol. d. q.* 38. *in fin.*

Nec omittendum, quod vbi dotale Instrumentum celebratur in Vrbe, & dos datur ab eo, qui domicilium fixum habeat in ipsa Vrbe, ita vt in casu restitutionis dotis, eidem dotanti faciendæ sit restitutio, prout ex iure communi fieri debet tum attendi debet hoc statutum, quo ad quartum lucri dotalis non autem domicilium mariti dotem restituentis vt plenè probauit *Rot. coram R.P D. Merlino in Romana lucri dotis* 16. *Decembris* 1633. *impressa per Typog aphum Camera Apostolica vers.* & quamuis, vbi allegat *Bal.* qui fuit auctor huius opinionis in *l. vnica nu.* 3. *vers. item non habet locum C. de priu dot. Felin. in cap.* 1. *num.* 27. *de sponsal. in l. cunctos populos in* 1. *lect. num.* 28. *vers.* 3. *limita C. de sum. Trinit. & fid. Cath. Marsil. in l. fin n.* 167. *ver.* 3. *limita, ff. de iurisd. omn. Iud. Crot. in rep. l. omnes populi num.* 168. *ff de Iust. & Iur. Purpur.* qui testatur de cōmuni in patre, matre, & quouis alio *in d. l. cunctos populos num.* 146. *Roland. de lucr. dot. quæst.* 17. *num* 2 & 3. *Phanuc. eodem tract glo* 9. *num.* 33. *Campegg. de dot. q.* 20. *num.* 3. *Carpan. ad stat. Mediolan. cap.* 298. *num.* 220. *Alderan. Mascard. de gener. interpret. stat concl.* 7. *num.* 66. vbi de communi *Menoch. cons.* 672. *num.* 3. *Aldouin cons.* 85. *num.* 30. *Bim. cons.* 150. *num.* 71. & sane ratio, qua mouentur Doct. tenentes esse in hoc casu attendendum statutum domicilij mariti, valde vrget, quia in tantum attenditur domicilium mariti, in quantum restitutio debet fieri vxori, quæ in eodem loco contraxit domicilium, ad quod ventura dedit dotem, in qua ratione fundatur responsum *Vlpiani in l. exigere dotem ff. de iudic.* quæ cessat in alio extraneo promittente dotem, qui non censetur cogitare de domicilio mariti, aut illius statuto, sed censetur se potius conformare cum proprio statuto, & quamuis hanc sententiam quæ est communis, vt testantur plures ex præcitatis, impugnet *Cagnol. in dicta l. exigere num.* 17. ea ratione, quia à pari procedunt forum sortiri, & statutis ligari, sed volens exigere dotem, forum sortitur in loco domicilii mariti, ergo ligabitur statutis illius loci in quo maritum debet conuenire. Tamen aduersus *Cagnol.* hanc sententiam tuetur, *Phanuc. de dot. dicta glos.* 9. *num.* 33. vbi dicit in hoc articulo non agi de Foro, sed de decissione causæ, cum qua responsione nunc pertranseo illa non vlterius examinata. Plures autem limitationes *ad dictam l. exigere dotem*, potes videre apud *Cagnol. in repet. eiusdem l. num.* 10. *& seqquen.* & regulam cum ampliationibus, & limitationibus ponit *Mantic. de tac. lib.* 3. *tit.* 14. *num.* 1. *& per totam Molfes. ad consuet. Neap. par.* 2. *quæst.* 12. *num.* 15. *& seqq.* cum aliis in additione relata cum. 6. prout etiam quod regulariter in restitutione dotis spectari debeat statutum, seu lex & consuetudo, quæ viget in loco domicilii facit *dec. in Romana, seu Cesenaten. fructuum dotis* 13. *Iuny* 1603. *coram Lista impress. post Zacch. de obligat. Camer. decis.* 78. *num.* 1. *Et in Romana fructuum dotis* 27. *Februarij* 1606 *coram Penia impress post recent. sub nomine posthum. Farinac. par.* 3. *sub num.* 3. *in fine.*

Quando donationi propter nuptias, seu lucro dotali locus sit.

Cap. CXXXII.

DOtem, seu partem dotis, & donationem propter nuptias, vir, & vxor, post consummatum matrimonium, vt prædictum est, lucrentur, siue dos fuerit in pecunia numerata soluta, siue pignore tradito, vel fundo dotali constituto, vel aliter fuerit de ea *a* marito satisfactum. *b* Et si dos simpliciter per mulierem, vel alium pro ea promissa fuerit, & promissori ad soluendum dilatio data: si ea dilatione pendente, huiusmodi matrimonium per obitum viri, vel vxoris soluatur; lucrum prædictum superstiti acquiratur.

SVMMARIVM. Annotat.

1 *Satisfacere, verbum quid significet.*

2 *Acconcium, siue bona paraphernalia imputantur in satisfactionem dotis: & priuilegia eiusdem consequuntur. num.* 3. *& cadunt sub statuto de lucro dotis. num.* 4.
Limita, vt non procedat vbi Acconcium separatim à dote datum fuisset. num. 5.

9 *Statutum de lucro dotis simpliciter loquens habet locum etiam in dote promissa.*

5 *Lucro dotis non fit locus, dilatione data ad soluendum dotem, si alter ex coniugibus moriatur, nisi finita dilatione.*

AN-

ANNOTATIONES.

1 A Marito satisfactum) dicetur autem satisfactum qualitercunque voluntati mariti fuerit paritum, id enim significat verbũ hoc *Alber. in suo Diction. verbo Satisfactum* intelligitur *Abb. in c. preterea n. 3. de vsur. & c. inter alia num. 8. in fin. de immunit. Eccles. per tex. in l. si rem §. omnis ff. de pignor. act.* ibi satisfactum autem accipimus, quemadmodũ voluit creditor, siuè datis pignoribus sibi caueri voluit, siue fideiussoribus, siue reo dato, siuè pretio aliquo, siue nuda conuentione, vnde desumpta videntur verba huius nostri statuti, quæ pariter in veteri statuto Vrbis habebantur *lib. 4. cap.* 2 21. atque in satisfactionem dotis imputandum erit etiam acconcium, quod vulgo Romæ dicitur, scilicet linteamina, suppellectilia, ac eiusmodi alia bona paraphernalia ad cultum corporis. & vsum, sponsæ, ac sponsi pertinentia, ista namque 3 dotem sequuntur, & eius priuilegia consequuntur *Anan. cons. 36. num. 1. & seqq. Curt. iun. cons.* 4 129. *in fin. Paris* qui ista dicit cadere sub statuto & lucro dotis *cons. 95. num. 12. par. 2. Rot.* loquẽs in eodem casu *q. 50. de lucro dot. nu. 4. Rot. diuers. decis. 556. num. 1. & seqq. par. 1. diuers. & decis. 72. num. 4. par. 2. diuers. in recentior. Thesaur.* qui asserit eadem venire sub statuto de lucro dotis, vt pote additamenta ipsius dotis *decis. 195. nu. 4. & seqq. Gratian.* & plures alij ab eo citati *discept.* 5 *forens tom. 3. cap. 498. num. 58.* quod tamen limitatur, vt non procedat vbi acconcium separatim à dote datum fuisset, vt apparet ex *decis. Seraph.* 132. *num. 1.*

B

Et si dos simpliciter per mulierẽ, vel alium pro ea promissa fuerit] sic diffinitur expressè, quod statutũ nostrũ habeat locũ in dote promissa, vnde prorsus cessat disputatio, an statutum de lucro dotis simpliciter loquens, procedat etiam in dote promissa, sicuti de statuto Ciuitatis Nouariæ dicit *Curt. iun. cons. 129. nu. 13.* qua de re fusè satis diximus ad præcedens cap. 131 littera D *verbo Totam dotem lucretur*; Hic addo *Curt. iun.* ibidem testari communem esse 6 opinionem, quod statutum de lucro dotis simpliciter loquens habeat etiam locum in dote promissa, quam opin. pariter communem dicit *Paris. cons 95. n. 12. par. 2.* ea potissimum ratione, quia dos promissa propriè sit dos, quod ipse probat, & *Rol. d. q. 5. nu. 12. & 14.* & tenuit *Rot. dec. 248. n. 6. par. 4. diuers.* Vnde tollitur præcipuũ obiectũ cõtra cõmunẽ opin. nempe, quod dos promissa nõ sit propriè dos, & ideo non veniat sub statuto de lucro dotis; Sed plenius *Rol. d. q. 5.* rem istam propositis, ac discussis in vtramque partem argumentis doctè, ac subtiliter examinat.

7 Addo demum, quod pendente dilatione data ad soluendam dotem, si alter ex coniugibus moriatur, non fit locus lucro dotis, nisi finita dilatione, prout nec prius dos ipsa peti potest, vt est *decis. Rot. 256. p. 4. diuers. quæ est 37. inter impressas Eminentissimi Cardinalis Mantica* & bene facit ad declarationem nostri statuti hoc cap. ad hæc conferunt *not. superius ad cap. 131. sub littera F. verbo Maritus.*

Soluto matrimonio, intra quantum tempus dos, & donatio propter nuptias solui, & restitui debeat.

Cap. CXXXIII.

M Vlier, matrimonio soluto, donationem propter nuptias *a* ante sex menses elapsos, à die obitus mariti petere non possit; quod & in repetenda dote, si ea *c* in pecunia consistat, *b* seruari volumus: interim tamen mulierem in domo mariti, si ibi commodè, & honestè morari poterit, *d* ali mandamus: vel si ibi commodè, aut honestè *e* morari non poterit, alimenta (si petierit) extra domum mariti, *f* iuxta infra taxandam summam, exhiberi: sed si dos *g* in immobilibus, aut æquipollentibus, vel etiã *h* mobilibus, & semouentibus consistat, quatenus extent, statim per vxorem peti possit, & ad eam reuertatur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Prohibitum ad tempus, post tempus censetur esse permissum.*

2 *Dos restitui debet à marito intra annum à die obitus vxoris sine filijs defunctæ; ex iure communi: ex statuto autem intra sex menses. & num. 7.*

3 *Maritus soluto matrimonio tenetur cauere cum fideiussione de restituenda dote elapso tempore præscripto. & num. 6.*

4 *Fideiussio, etiam non promissa, præstari debet vbi dilatio debitori concessa est miserationis, vel humanitatis causa.*

5 *Lex, vel statutum præcipiens expressè aliquid fieri, intelligitur, si pars, cuius interest, id petat.*

8 *Statutum ita intelligi debet, vt quam minimè ladat ius commune, &c.*

9 *Pecunia redacta ex re immobili dotali vendita, an sit restituenda statim tanquam subrogata in locum rei immobilis; an verò*

post tempus a statuto præscriptum? & num. 11.

10 *Pecunia habetur pro re mobili, quamuis destinata ad emptionem immobilium, siue ex illis redacta.*

12 *Alimenta debita viduæ intra tempus datum ad restituendam dotem debentur tantum viduæ inopi, quæ aliunde victum non habeat. & n. 16. 18. 20.*

Amplia, & limita remissiuè, vt num. 17. Contrarium. num. 14. & 15.

13 *Alimenta debita ex dispositione legis, non potest quis petere, si aliunde habeat,*

21 *Alimenta, an sumere debeat vidua in domo hæredis mariti, an in alia domo? & n. 22.*

23 *Res data in dotem æstimata transit in dominium mariti: qui in casu restitutionis tenetur tantum ad precium restituendum. & num. 25.*

24 *Æstimatio facit emptionem, & venditionem in ipsis rebus dotalibus.*

26 *Pecunia ex immobilibus redacta computatur inter mobilia.*

27 *Mobilia se mouentia, & incorporalia æquiparantur: & quatenus extent, sunt restituenda mulieri viduæ, ex statuto. & num. 28.*

29 *Mobilia, præcipuè vestes, & similia, quæ vsu, ac tempore deteriora fiunt, cuiusnam erit damnum deteriorationis? viduæ, an hæredis mariti? & num. 30.*

ANNOTATIONES.

A Nte sex mẽses elapsos) *Ergo illis elapsis, & nõ prius peti potuit donatio propter nuptias, & dos repeti, vt in tex.* statuti quia prohibitum ad tẽpus post tẽpus cẽsetur esse permissum *l. Imperator vbi Bal. ff. de postul. l. si vnus §. 1. ff. de pact. l. pater filiũ 36. § fundũ ff. de leg. 3. latissimè Tiraq. de vtroq. retract. n. 2. §. 1. glo. 2. n. 46. cum seq. Surd. decis. 75. num. 1. Brunor. à Sole in suis propos. iur. verbo Prohibitio. 16.*

B Seruari volumus) *fauet hoc statutum mulieribus magis quã*

2 *ius commune, quod quidem ad restituendam dotem dat annum marito à die obitus vxoris sine filijs defunctæ, si dos in mobilibus consistat l. 1. §. exactio autem dotis C. de rei vxor. actio.* tenetur autem maritus cauere cum fideiussione de

3 restituenda dote elapso anno, idque ex iure communi probat *Franc. decis. 218. & Barbos. in l. 2. in prin. par. 2. sub num. 12. ff. eod. tit.* mouetur vterque ea ratione, quod ea dilatio marito concessa sit miserationis, vel humanitatis causa, quo

4 casu fideiussio etiam non promissa præstatur per *tex. in l. si constante 25. § quoties ff. sol. matrim.* quod & generaliter seruari, in quacunque eiusmodi fideiussione tradunt Doct. communiter, vt attestatur idem *Barbos. d. §. interdum. num. 13. ex tex. in l. vniuersa C. de pact. Imper. offer. vbi glo. & Doct.* quod tamen videretur intelligendum, si mulier talem cautionem petat, quia regula est, quod

5 lex, vel statutum iubens etiam verbis præcisis aliquid fieri, intelligi debet, si pars cuius interest, id petat, ità *Iaf. in d. l. vniuersa n. 1. post glo. ibid. verbo Præbeatur*, quæ loquitur in casu cautionis ab eadem lege præscriptæ, *Castren. ibidem nu. 9. idem Iaf. in l. admonendi in lect. not. vers. ego teneo, vbi num. 18.* præcipuè dat exemplum de cautione requisita, quam regulam menti tenendam, quia confert ad infinita similia, admonet ipse *Iaf. sub eodem not. num. 20. in fin.* & latè comprobat *Cotta. in suis memor. verbo Statuto Mediolani cautum est.* Verum posita concl. prædicta *Franc. & Barbos.* pro vera, de qua tamen forte dubitari posset, quia nulla lege satis probari videtur, saltem in casu ordinario, & generali, eam

6 arbitrarer vtique habere locum in hac dispositione statuti nostri, vt in hoc consentiat ius municipale cum iure communi a quo dissentit in termino anni ad restitutionem dotis concesso, quem

7 ad sex mẽses reducit, quoniã, vt sæpius diximus, ità

8 debet intelligi statutum, vt quam minimè lædat ius commune, & in vno tantum effectu verificetur, vbi de pluribus dubitetur *c. cum dilectus, & ibi Doct. de consuet. dixit Ros. diuers. par. 1. decis. 475 num. 6.*

C In pecunia consistat) dubitari non potest, quin statutũ hic loquatur de pecunia numerata, quia inferius hoc e. aliter disponit de rebus alijs, quæ iure alioqui, saltẽ largo modo, venirẽt sub nomine pecuniæ *l. pecuniæ appellatione 4. l. pecunia verbum 178. et*

9 *l. pecuniæ nomine 222 ff. de verb. signif.* Sed quid si vendita sit res immobilis dotalis, pecunia inde redacta erit ne restituenda statim tamquam subrogata in locum rei immobilis, an verò post sex menses, sicuti disponitur de pecunia hoc nostro statuto? quæstio hęc soluitur ex *tex. in l. cum in fundo 81 § si fundus ff. de iur. dot.* vbi etiam *glo. verbo Statuto*, tempore nempe quod eiusmodi pecunia restituitur post annum iuxta dispositionem, *l. vnic. § exactio C. de rei vxor. act. qui tex.* in hanc sententiam ponderat *Barbos. cum sequutus in l. 2. in princ. sub nu. 1 ff. sol. matr.* & ad id conferunt tradita per *Tiraquel. de retract. lign. §. 1. glo. 7. nu. 107. & per Ias. in l. cautra 43. §. fin.*

10 *ff. de leg. 1. num. 21. vbi not.* quod pecunia quamuis destinata ad emptionem immobilium, siue ex illis redacta, habetur pro re mobili, nec venit sub dispositione immobilium, quod & ibidem tenent Doct. alij, atque communiter receptum esse, neque ab hac communi opin. in iudicando recedendum, plane asseuerat, *Soc. iun. cons. 120. num. 17. lib. 1. Rol. de lucr. dot. q. 91. num. 12. Boer. decis. 209.* Vnde attenta dispositione nostri statuti post sex menses, & non ante talis pecunia

11 ex immobilium alienatione proueniens restituenda erit, sic enim statutum consonabit iuri communi, quantum fieri potest, prout interpetrari debemus, iuxta dicta paulo supra hoc cap. ad ve-

bum seruari volumus *in fin.* & aliàs fæpius & plenius infrà ad proximum verbum, *Ali mandamus.*

D Ali mandamus] hic dubitari potest, an statutum generaliter, &
11 distinctè debeat intelligi, siuè mulier sit diues, finè inops. Et quidem ex dispositione iuris communis, debentur alimenta inopi tantum, quæ victum non habeat aliunde intra annum, qui à die soluti matrimonij datur hęredi mariti ad restituẽdam dotem consistentem in mobilibus, vti communiter sentiunt iuris Interpretes, *glo. in l. vni. ea §. exactio verbo restituendis C. de rei vxor actio.* vbi additio post *glo.* ità testatur communiter tenere Doct. *in l. diuortio 8. in princ. ff. sol. matrim glo. in d. l. Diuortio verbo Pacto Bart. ibidem num. 1. Castren. num. 4.* vbi dicit omnes sequi hãc *glo opin. Cuman. num. 1 Alex. num. 15. Ias. num. 19. Bal. in d. §. exactio alias cum autem num. 6. Surd. de aliment tit 1. q. 44. num 48.* vbi etiam de communi *Barbos. in d. l. 2. in princ. sub num. 16. & 17. ff. solut. matr. Thesaur. decis. 43. nu. 1. Cott. in memor. verbo Dos soluto matrimonio,* & pro hac opinione consideratur *tex. in l. pen. ff. vt in possess. leg. in vers 60.* nec quicquam suum habeat, atque fa-
13 cit regula generalis, quod quando alimenta debentur ex dispositione legis, statuti, vel iudicis, non potest quis alimenta petere si aliunde habet *tex. in l. si quis à liberis §. idem rescripsit in fin* ibi cõpetentes iudices ali te à patre tuo iubebũt pro modo facultatum eius si modo, cum opificem te esse dicas, in ea valetudine es, vt operi sufficere
14 non possis, est & alia opin nempe, quod nec viduæ inopi, quæ non habet, vnde se alat, debeantur alimenta ab hæredibus mariti intra annum luctus; est ad huc tertia opin. quod in hoc casu
15 alimenta sint præstanda uiduæ quamuis diuiti, de quibus doctè, ac plenè tractatur per *Surd. d. q. 44. oper. Barbos. d. l. 2. in princ. ff. sol. matr. à num. 16. per plures alios seqq.*

16 Sed prima opinio, de qua meminimus tanquã communis sequenda est, vti Doct. passim admonent, & amplius cum hæc media sit inter tres, vtique tenenda est, exemplo Imperatoris Iustiniani in *§. cum ergo vers. sed cum libertas,* ibi nos mediam quodammodo viam eligentes, quibus ex caus. *manumit. non lic. & in §. cum ex aliena* ibi placuit media sententia *Instit. de rer. diuis.* sic prudentissimi iuris auctores medietatem quã dam sequuti sunt teste Paulo I. C. in *l. antiqui §. quid ergo,* vbi hæc ipsa verba profert *ff. si pars hæred. pet.* Hæc autem conclusio multipliciter
17 declaratur, ampliatur, & limitatur per *Surd. & Barbos. locis citatis,* ex quibus ad saturitatem hauriri possunt quęcumque in hanc rem expetantur, vnde iam planè consequitur, ni fallor, quod statutum nostrum intelligi debet iuxta prædictam opinio. ex ipso iure cõmuni deprõptam, nempe mulierem alendam esse ab hæredi-
18 bus viri per sex menses à die soluti matrimonij per obitum uiri, si ipsa aliunde se alere non possit, nam verissima est regula, quod statuta derogatoria iur. communis passiuam recipiunt interpretationem ab ipso iure communi *Curt. iun.* qui id asserit communiter esse receptũ *cons. 7. nu. 8 quem Rot. sequitur dec. 724 num. 15. & seq. p. 1. diuers,* & ideo censuit, quod statutum mandans fratrẽ debere alere fratrem; intelligi debet iuxta dispositionem iuris communis, scilicet si frater, à quo alter petit alimenta, sit diues *Rol. cons 72. num. 32. vol. 3.* idque generale est in omni di-
19 spositione *Caputaq. decis. 67. nu. 7. par. 2.* Accedat altera regulà quo statuta ità debent intelligi, vt quàm minimè iuri communi aduersentur & cum eo quantum fieri possit ad concordiam reducantur, Doct. communiter in *l. fin. §. in cõputatione C. de iu. delib. in l. omnes populi ff. de iust. & iur. in l. 2.* vbi etiam *glos. 1. C. de noxal. action. & in cap. cum dilectus de consuet. latissimè Mascard. de gener. stat. interpr. concl. 12.*

20 Et hæc quidem regula locum habet, licet statuta concepta sint per verba generalia, & vniuersalia *Tesaur.* qui plures alios refert *decis. 169. num. 4.* Sat igitur fuerit, quod statutum nostrum minuat dilationem anni datam à iure communi hæredibus mariti ad dotem in pecunia consistentem restituendam, restringendo dilationem ipsã ad sex menses, verum quoad alimenta interim præstanda viduæ, seruetur ius commune, nempe si vidua aliunde non habeat alimenta.

E Morari non poterit) hoc etiam iure communi cautum
21 censetur, nempe quod durante legali dispositione ad restituendam dotem, alimenta sumere debeat vidua in domo hęredis mariti, sin autem mulier non possit commodè, vel honestè habitare cum hærede, tum viduæ ipsi in alia domo moranti præstanda sint alimenta, facta tamen diminutione pretii operarum, quas quidem mulier mariti hęredibus tenebatur præstare, si in eadem domo cum eis habitaret, ità *Bald. in l. diuortio 8. sub num. 5. ff. solut. matr. Castr. ibidem num. 9. & seq. Cuman. num. 2. Capic decis 24. nu. 10. Castr. cons. 428. num. 3. lib. 2. Rol. consil. 89. n. 14. lib. 3. Barbos* qui prædictos & aliquot alios refert, & sequitur in *dict. l. 2. in princ. num. 28 & 29.*

Sed quod dictum est de præstandis operis per mulierem, intelligi debet, si mulier debet, vel solita sit operari pro qualitate sua per *text. in l. penult. ff. de oper. libert.* vbi inquit Neratius I. C. operarum editionem pendere ex æstimatione edentis, nam dignitati, facultatibus, consuetudini, artificio eius conuenientes edendas, quod, & sensit *Bart. ex prædicto tex. in d. l. diuortio n. 4. & Capic. loco proxime citato,* atque ita profecto persuadet ipsa ratio, iuxta quam regulariter restringuntur generales dispositiones *Ias. in l. non dubium num. 36. C. de legi. Euer. in cent. sua loco ab absurdo nu. 6.* & alij præterea ferè innumeri congesti à *Mascard. de gener. stat. interpr. concluf. 5. num. 79. limit. 13.*

22 Verum non desunt, qui asserant deberi alimenta mulieri in casu prædicto, licet in domo hęredum mariti nolit manere, sed vbicumque eidẽ placuerit habitare, immo communiter id esse receptum testatur *Ias. in d. l. diuortio num. 25.* & subiicit generaliter procedere, siue alimenta debeantur ex dispositione testatoris, siue ex dispositione legis, quàm opin. videtur etiam sequi *Capic. d. decis. 24. num. 8.* sed prima opinio. est verior, vti probat *Barbos d. l. 2. in princ, num 28 immo Ias. in d. l. diuortio in princ. num. 24. in fin.* fatetur rationem esse contra illam assertam communem opinionem; Verum, quidquid sit

demum in hoc articulo de iu. communi, nos habemus statutum clarum, & expressum, quod nullam admittit dubitationem.

F Iuxta infrà taxandam summam) scilicet *cap.* 137. *hoc eod. lib.*

G In immobilibus) quæ tamen non fuerint æstimata, cum darentur in dotem, nam regulariter res data in dotem æstimata transit in dominium mariti: æstimatio 23 enim facit emptionem, & venditionem in ipsis 24 rebus dotalibus *l. plerumque* 11. *ff. de iur. dot. l. quoties, & l. eum dotem* 10. C. *eod. tit. l. ex conuentione* 11. C. *de pact. not. Pinel. de bon. mater. l. 1. par. 3. num.* 15. *Rolan. cons. 92. num. 9. vol.* 2. 25 qui hoc dictum asserit communi Doct. calculo comprobari, ideoque postea maritus non tenetur ad restitutionem rei æstimatæ, sed tantum ad pretium ex iuribus prædictis Rot. *apud Seraphin. decis.* 1331. quæ habetur etiam 257. *par.* 4. *diuers.* vbi quod alias pariter eadem *Rot.* id ipsum probauerit,

26 Accedat, quod pecunia ex immobilibus redacta computatur inter mobilia, sicuti & ea, quæ parata fuisset ad prædia emenda *Boer. decis.* 209. *Rol. de lucr. dote q.* 91. *num* 12. vnde essemus in casu restitendæ dotis in pecunia numerata, sicq. mariti hæres haberet dilationem, de qua dictum est hoc eodem *cap. littera* C. *verbo, in pecunia consistat.*

H Mobilibus, & se mouentibus) quoad ista ius nostrum municipale recedit à iur. communi, si quidem in *d. l. vnic. §. exactio* C. *de rei vxor. act.* 27 mobilia, se mouentia, & incorporalia æquiparantur, itaut mariti hæredes non teneantur illa restituere mulieri viduæ intra annum luctus, at- 28 tamen hic subiicitur æquum, & rationabile temperamentum, nempe quatenus extent.

29 Sed quid si extent mobilia præcipuè vestes, & alia, vt in statuto, quæ vsu, ac tempore deteriora effecta sint, cuius nam erit damnum, viduæ, an 30 hæredis mariti? Distingue, aut data fuerant æstimata aut non si æstimata damnũ erit hæredis, si inæstimata erit mulieris ità decidit *tex. in l. æstimata* 51. *ff. sol. matr.* vbi hęc habẽtur verba, æstimatæ res vsu etiã mulieris periculo mariti deteriores efficiuntur, & per hunc text. ita tenent Doct. communiter, ità testatur *Rol. d. cons. 9. n.* 11. sed plenius, & clarius apparet idipsum *ex l. plerumque* 11. *ff. de iur. dot. vbi Vlp. l.* C. viros prudenter admonet his verbis, Plerumque interest viri res non esse æstimatas, idcirco, ne periculum rerum ad eum pertineat, maximè si animalia in dotem acceperit, vel vestem, qua mulier vtitur; Eueniet enim si æstimata sit, & eam mulier attriuit, vt nihilominus maritus æstimationem earum præstet, quoties igitur non æstimatæ res in dotem dantur, & meliores, & deteriores mulieri fiunt.

De qua parte dotis mulier decedens testari possit.

Cap. CXXXIV.

VBicumque morte mulieris maritus *a* dotem lucratur, existentibus filijs, vxor pro anima, de ipsa dote in vltima voluntate, possit *b* decimam partem tantum relinquere: alia vero bona sua distribuat, sicut sibi permittitur.

SVMMARIVM. Annota.

1 *Statuta Vrbis, auctoritate Summi Pontificis condita sunt.*

2 *Statutum, quod mater non possit extantibus filijs testari, nisi pro anima de tanta parte bonorum est validum. Intellige, vt n.* 5.

3 *Mulier inter viuos disponere potest de ipsa dote in casibus alioqui à iure permissis.*
Et habens filios ex primo matrimonio, potest bona sua in dotem dare secundo viro. & num. 4.

5 *Mulier, non obstante statuto, potest marito mortuo testari ad fauorem filiorum.*
Et si reliquerit plus vni filio, quam alteri, non poterit ille conqueri, dummodo in legitima grauatus non fuerit. & num. 6.

ANNOTATIONES.

A Otem lucratur) vt supra capitulo 131. & iuxta not nostras ibidem præcipuè sub littera B. verbo liberis existantibus.

Decimam partem tantum relinquere) de validitate huius statuti non potest dubi- 1 tari, maximè cum Vrbis statuta Summi Pontificis auctoritate condita sint, in quam rem plura cumulauimus supra in tit. huius libri verbo auctoritate, sed & validum esset, quamuis esset statutum merè laicorum, & alicuius alterius Ciuitatis; quia causa, & ratio talis statuti iure diuino, & Canonico comprobatur, scilicet fauore liberorum, quibus hoc modo materna reseruatur hæreditas, Vnde *Sanctissimus*, pariterque Doctissimus Augustinus inquit, quicumque vult exhæredato filio, hęredem facere Ecclesiam, quærat alterum, qui suscipiat, non Augustinum, immo Deo propitio, nullum inueniret *cap fin.* 2 17. *quæst.* 4. & ità respondit *Calder. consil.* 20. *de constit.* vbi probat. valere statutum Ciuitatis, quod mater non possit testari stantibus filijs, nisi pro anima, & tunc de decem pro centenario,

&

& prolnde relicie argumenta contraria, idem tenet Rol. *de lucr. dot. quæst.* 105. nempe valere statutum disponens, quod mulier habens filios, non possit disponere de bonis suis, nisi de quarta parte bonorum, qui citat *Anchar. cons.* 180. *n.* 1. *& Socin. cons.* 93. *num.* 11. *vol.* 1. idem tenentes. Verum quia statutum expresse loquitur in vltima voluntate, illud vtique fit compertum, quod
3 mulier inter viuos de ipsa dote disponere potest in casibus alioqui permissis, sicuti *Rot. censuit decis.* 879. *num.* 1 *& seq. parte* 4. *diuers.* vbi interpretatur consuetudinem Ciuitatis Neapolitanæ, qua cauetur mulieri cum liberis non licere de dotibus disponere, nisi de decem partibus, sine liberis verò de medietate tantum, non habere locum in donatione inter viuos, atque testatur Doct. affirmare hanc esse magis cõ-
4 munem opinionem. Vnde infertur etiam, quod possit mulier habens filios ex primo matrimonio eiusmodi statuto non obstante bona sua in dotẽ dare secundo viro, vti consuluit *Anchar. d. cons.* 180. *sub num.* 1. quem secutus est *Rol. dicta qua.* 105. *num.* 9.

5 Addo, quod statutum hoc non habet locum, quando mulier testatur ad fauorem liberorum, marito mortuo *Rot. in Romana Successionis de Tagliaferris coram Litta* 9. *Iunij* 1596. & *coram Marquemontio in eadem causa de Tagliaferris*, 29. *Martij* 1607. *& coram Ludou. in Romana Lucri dotis* 19. *Decembris* 1608. *decis.* 398. *in impressis nomine Gregorij XV. & coram R. P. D. Pirouano dec.* 653. *p.* 2. *in recent. diuers.* quibus in causis inter quamplures alias rationes ita decisum fuit, quia intentio statuentium fuit disponere ad fauorem mariti, non autem filiorum maximè propter illa verba statuti supra cap. 131. ibi quam tamen dotem liberis reseruare teneatur, quæ quidem verba posita sunt ad exclusionem mariti à lucro, non autem pro inclusione filiorum.

6 Et isto casu potest mulier testari seruata forma iuris ciuilis, si que reliquerit plus vni filio, quam alteri, non poterit filius, cui minus relictum sit, conqueri de materno testamento, dummodo in legitima grauatus non fuerit *Rot. in præcitatis omnibus decisionibus*, in quibus hoc plurimis, & optimis rationibus comprobatur.

De reliquis donationibus inter virum, & vxorem

Cap. CXXXV.

A DOnatio inter virum, & vxorẽ, *c* sponsũ & sponsã non valeat, nec præsumatur: nisi *d* in casibus à iure permissis; *e* sed quo ad anulum subarrhationis, qui debeat esse sine lapide, donatio præsumatur, & valeat; & si iuramentum in his prohibitis donationibus interueniat, *f* præsumatur dolo & metu extortum, & nihil omnino operetur. 1

SVMMARIVM Annotat.

1 *Donationum inter virum, & vxorem argumentum quis tractarit.*

2 *Donatio inter virum, & vxorem regulariter prohibetur a iure communi. Limita, quid vbi per donationem patrimonium coniugis donantis non diminuitur, sed lucrum quod fieri potuisset remittitur, donatio. num.* 7.
Et in quibus alijs casibus permittatur, remissiuè, num. 8.

3 *Donatio inter sponsum, & sponsam regulariter iure permittitur.*

4 *Sponsalia, & Matrimonium, maritus, & sponsus, vxor, & sponsa, valde differunt inter se.*

5 *Statutum de lucro dotis non habet locum in sponsa.*

6 *Clausula, Si, & in quantum, posita in admissione appellationis, ad iuris dispositionem refert appellationem.*

9 *Donationes anulorum, vestium inter sponsos, quando præsumantur, & quando non: & quando valeant, & quando non; remissiuè.*

10 *Anulus subarrhationis est necessarius ad Matrimonium contrahendum.*

11 *Donatio facta per sponsum sponsæ, eorum quæ necessaria sunt ad contrahendum matrimonium, est valida.*

12 *Oneribus necessarijs, qui succurrit, non donat.*

13 *Iuramentum, ex iure communi firmat donationem inter virum, & vxorem: Secus ex Statuto Vrbis, & num.* 14.

15 *Statutum potest indirectè tollere vim iuramenti, secus, si directè.*

ANNOTATIONES.

QVm in præcedentibus aliquot capit. actum sit de donationibus propter nuptias iure permissis hic sequitur congruè tractatio de reliquis donationibus inter virũ, & vxorem prohibitis, hoc autem argumentũ volumine non paruo complexus est, ac illustrauit egregiè *Ioannes Lopez. Hispanus*, quem alij *Lupum* citant ad *Rubr. & cap. per vestras de don. inter vir. & vxor.*

Do-

Donatio inter virum,& vxorem) B hæc regulariter iure prohibetur, quod docet Vlp. *l.1.ff.de donat.int.vir. & vxor.* in his verbis, moribus apud nos receptum est, ne inter virum, & vxorem donationes valerent, hoc autem receptum est, ne mutuo amore se inuicem spoliarent, & probatur ex omnibus ferè legibus *ff.* & C. *hoc tit.*

Sponsum, & Sponsam) C inter istos autem regulariter iure communi permittitur donatio *authen.vt sponsal.larg.col.9. authen.ea decursum* C. *de don. ant. nuptias l. si sponsus* 5. *l inter eos* 28. *l. cum hic status* 33. *§. si sponsam ff.de don inter vir. & vxor.* quippe valdè inter se differunt sponsalia, & matrimonium, maritus, & sponsus vxor, & sponsa, vti benè considerat *Rol. de lucr. dot.q.12.num.14.* vnde iura tractantia de viro, & vxore non militant in sponsa; sponsa autem intelligitur, per verba de futuro *c sponsam* 8. *& plur. alijs de sponsal. & matri l si quis officium* 38 *ff.de rit nuptia l.quod Seruius ff.de cond. cau.dat.l.sæcimus C.de nupt.* & ideo statutum de lucro dotis non habet locum in sponsa *Rol.* qui & aliâ simi lia exempla ad rem istam colligit *quæstion.* 12. *de lucr.dot.Seraph.in. de priuileg.iuramen. priuileg.23.num* 37. attamen statutum nostrum prohibet donationem etiam inter sponsum, & sponsam, & sublicit verbum non valeat, cui addit etiam nec præsumatur, & hæc verba refert, tam ad primum, quàm ad secundum casum sui textus forte ob rationem consideratam inter virum, & vxorem, scilicet ne mutuo amore se inuicem spoliarent, vt habetur in *l.1.ff.de donat.int. vir. & vxor.* sed totum conciliatur ex verbis illis subsequentibus, præterquam in casibus a iure permissis, ità enim in vtroque pronunciato ad iuris dispositionem se refert, quam quidem id circo prorsus attendi voluit, sicuti exempli gratia, dicitur de admissione appellationis cum clausula Si, & in quantum de iure *Card.& Fran. in cap.sapè* 44.*de appell. notab.* 2. *Franc.Marc. decis.*271. *Grauat.ad Vestr.lib.7.cap.vlt.nu.*22. *Caputaq.decis.*49.*num.*2.*par.*1.*Honded.cons.*22. *num.*12.*lib.*2.

In casibus à iure permissis) D vnus nempe casus, immo potius regula, quæ multos casus complectitur planè est, vbi per donationem patrimonium coniugis donantis non diminuitur, sed lucrũ, quod heri potuisset, remittitur *tex. est notabilis in l.sed si vir.* 32.*§. quod legaturus ff. de donat.int.vir.& vxor. verba Pomponij l.* C. ibi hęc sunt. quod legaturus mihi, aut hæreditatis nomine relicturus es, potes, rogatus à me, vxori meæ relinquere, & non videbitur ea esse donatio, quia nihil ex bonis viri diminuitur, in quo maximè Maiores donanti succurrisse Proculus ait, ne amore alterius alter despoliaretur, ne ne quasi inter maleuolos alter locupletior fieret hinc *Rol.de lucr.dot.quæst.*39. asseruit, quod maritus potest vxori consentire, vt disponat de dote, sicq. ille potest remittere lucrum dotis, quod sperabat virtute statuti, atque idipsum repetit *q. seq.num.*14. referens *Barbat. cons.* 59. *volum.* 2. quodque statutum hoc donationes inter virum, & vxorem à iure permissas non reprobet, dixit, *Rot.in Nepesina vsusfructus* 3.*Nouembris* 1607 *coram Caualerio*

Cæterum quamplores casus peculiares, & singulares, in quibus donatio inter virum, & vxorẽ permittitur, & quando secus, laboriosè, ac doctè colligit, & explicauit *Card. Tusch.conclusion.* 691.*littera D.* apud quem pariter *conclus.* 697. eadem *littera D.* cognosci potest, quando donatio facta per sponsum sponsæ, & contra valeat, vel non valeat. 8

Videndus etiam *Roman. consil.*145. ad id præcipuè, an, & quando præsumatur donatio annulorum, vestium, & iocalium inter sponsos per verba de futuro, & inter sponsos per verba de præsenti, vbi materiam istam benè examinat, & declarat; ad idem immò etiam generaliter, quãdo eiusmodi donationes præsumantur, & quando non item, quando valeant, & quando non, vide doctam, & vberem *decis. Surd.*166. 9

Sed quoad anulum subharrationis donatio præsumatur, & valeat) E

jure quidè, quoniam eiusmodi anulus est necessarius ad matrimonium contrahendum, sicuti etiam ex communi, & notoria consuetudine seruari videmus, at donatio facta per sponsum sponsæ eorum, quæ necessaria sunt ad contrahendum matrimonium, valida est *l. si quis pro vxore*, vbi non enim donat, qui necessarijs oneribus succurrit *ff de don.int.vir & vxor*; & ità tenet de talibus anulis *Rom.dicto cons.sub num.*1. *Lopez. in repet.rubr cap.per vestras § 4.num.3.& seq.ext. cod.tit Surd.d.decis.*166. *num.*1. 10 11 12

Præsumatur dolo, & metu extortum, & nihil operetur] F iuramentum alioqui iure firmat donationem inter virum, & vxorem, vt est communis, & magis communis Doct. opin. *Gabriel.conclus.*3.*de donat.num.*1. *Card. Tusc.conclus.*695. *num.*5 *& seqq.littera D.* 13

Verum ex statuto nostro tollitur nis iuramẽtidum declaratur in hisce prohibitis donationibus, iuramentum præsumi dolo, & metu extortum, quod quidem posse fieri per statutum hac via indirectè, licet directè alias non permittatur, communiter consentiunt Doct. vti testatur *Seraphin.de priuileg.iura priuileg.* 83.*num.*79. vbi plurimos congerit, maxime verò id fieri potuit per statutũ nostrũ, quod Papale est iuxta sententiã *Sac. Rot in Perusina donationis coram Cardinale Caualerio* 21.*Iuny* 1613. vbi & plures aliæ *decis.* similes citantur, quæ habetur 49. inter adiectas per *D. Ficum Episcopum Amerinum ad suas gloss.in cap.*151 *Stat.Vrbis*, qui & ipse *gloss.* 23. *num.*10. pluribus id ipsum comprobat. 14 15

De Vestimentis lugubribus, et funeris impensa.

Cap. CXXXVI.

MOrtuo marito, cum liberis, vel sine, vxore superstite, si vxori vestimenta lugubria non reliquerit, *a* vxor de bonis viri habeat vestem vnam, & lineos pannos, quos appellant pannum listatum, superiectum, linteamen, pectorale, & cingulum, necnon & caligas, & crepidas, iuxta personarum, & dotis qualitatem. Maritus autem mortua vxore, *b* vltra lucrum dotale supra expressum, habeat pallium, & sagum, siue togam vnam, & capitium siue biretum, similiter iuxta dotis qualitatem, & personæ conditionem: & lucrum prædictum dotale semper intelligatur c deducta funeris impensa.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Vestes lugubres, & viduales, etiam pretiosæ, debentur viduæ ab hæredibus mariti secundum personarum, & mariti dignitates, tam ex statuto, quàm ex generali consuetudine. & num. 4*
Et debentur vltra lucrum dotale. & n. 7.
Intellige, vt num. 2. & 3.
5 *Alimenta qui præstare debet, debet etiam vestes.*
6 *Vestis, victus vicem habet.*
8 *Æquiparatorum eadem est dispositio.*
9 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
10 *Impensa funeris æs alienum dotis est.*
11 *Lucrum dotis inest ipsi doti.*
12 *Impensa funeris an possit retineri a marito, qui in pactis dotalibus promisit restituere integram dotem ei, a quo acceperat?*
Et quid si conuenerit inter sponsos, quod nemo habeat lucrum dotis. & num. 13.

ANNOTATIONES.

A Vxor de bonis viri habeat vestem &c.)

puto statutum indistinctè intelligendum, vt loquitur nempe etiam vbi vidua haberet, vnde ipsa sibi vestes lugubres comparare posset, nam vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus *l. de pretio ff. de public. in rem actio. l. si vero 65. §. de viro ff. solut. matr.* quod & cõsuetudo, quæ vniformis est, ita omnino persuadet per *text. l. si de interpretatione 38. cum l. seq. ff. de legat.* quodque circumscripto hoc statuto ex
1 generali consuetudine à mariti hæredibus debeantur viduę de bonis ipsius mariti vestes lugubres, & viduales etiam pretiosæ, secundum personarum, & mariti dignitatem: tradit *Surd. de alimen. qua. 52. num. 15.* ita intelligendo *Angel. in l. decreto C. ex quib. caus. infam irrog.* qui & idem plenius probat *in l. si ex re 28. §. illud quæ tum num. 1.* & *seqq ff. de stipul. seru. Arct. in §. fuerat num. 78. Inst. de action. Couar. in Epitom. de testõs. par. 2. cap. 3. num. 9. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor §. 11. num. 8. Vital. de Cam. an. trac. de claus. tit. sed an vir alimentorum; possit renũtiari num. 7. in fin. & num. 8. in princ.* qui tamen
2 ità tenere videntur, si aliter non habeat consuetudo Regionis.

Sed confusè loquuntur, & crederem eos debere intelligi iuxta sensum *Capic. dec. 26* sicque pro banda esset consuetudo contra consuetudinem;
3 Vidua autem consuetudinem pro se habet, nec tenetur eam probare, vti decidit *Sacr. Consil. Neapolit. teste Capic. d. decis.* si verò hæres mariti contrariam obiiceret consuetudinem, teneretur vtique eam probare per *text. in l. ei, qui dicit ff. de prob cum simil.*

Quod verò attinet ad viduam inopem, quam
4 hæres mariti intra annum luctus alere tenetur ex *l. vnica §. exactio C. de rei vxor. actio.* qua de re fusius egimus supra *cap. 133. sub littera D. verbo Alt manoamus*, nemo dubitat, quin idem mariti hæres ex ipsius iuris cõmunis dispositione debeat pariter præstare inopi viduæ vestes lugubres, etiam pretiosas pro qualitate personæ, vt supra diximus ex sententia *Surd.* & aliorum, quos ipse refert *d. quæst. 2. nu. 15.* quia hoc generale est
5 quod qui debet alimenta, debet etiam vestes per *text. in l. verbo victus 43.* vbi vestem quoque victus habere vicè Labeo ait *ff. de verb. signif. Alex. cons. 133. num. 1. lib. 4.* qui loquitur in vidua, cui debentur alimenta, & ità affirmant Doct. communiter teste *Card. Tusch. concl. 398. num. 1. littera V.*

Vltra lucrũ dotale supra expressum) licet in priori parte *text. statuti* in qua agitur de vxore superstite, non fiat mentio de lucro dotali; sed hic tantum, vbi de marito superstite, nihilominus idem dicendum videtur statuentibus placuisse in vtroque casu, nempe, quod etiam vxori debeantur præscriptæ vestes

vestes lugubres vltra lucrũ dotale, nam sicuti de viro, ac vxore quoad lucrum dotale idem est iudicium supra cap. 131. ità pariter hic esse debet, nam æquiparatorum eadem est dispositio *cap. translato de constit. l. 1. cum ibi not. ff. de legi. 1. gloss. in l. si quis seruo verbo corrumpi* C. *de fur.* & cum simus in correlatiuis, scilicet in viro, & 8 vxore, statutum in vno censetur statutum in alio *l. fin. C. de indic. uidui. tollen. l. fin. ff. de accept. l. 1. C. de cupress. lib. 11.* latè prosequitur hoc argumentum *Euer. loco à correlatiuis*, sed amplius omnem tollit dubitationem verbum illud supra expressum, ex quo habetur relatio ad 9 prædictũ c. 131. nam relatum est in referente cũ omnibus suis qualitatibus *l. asse toto 77. ff. de hæred instit. l. si ità scripsero 38. ff. de condit. & demon. l. ait Prætor 5. §. ff. de re iud.*

C Deducta funeris impensa) sic maritus habebit lucrũ dotale integrũ, & immune postdeductã funeris impensam huius statuti beneficio, alioquin ex iuris communis dispositione debuisset conferre in funus pro quarta parte sui lucri dotalis per *text. in l. in cum 16. cum seq. & l. Neratius 20. ff de relig.* & *sumpt. fun. not. Boer. decis. 249. num. 9.* Impensa enim funeris æs alienum dotis est, ideoque etiam dos sentire hoc æs alienum debet in *l. impensa 18. & l. seq. ff. eod. titulo* 11 *Alex cons. 133. sub num. 7. lib. 5. Rol. de lucr. dot. quæst. 38. num. 12.* cumque dotis lucrum insit ipsi doti, nedum sit accessorium dotis, vt inquit, *Rol. de lucr. dot. quæst. 57. nu. 9.* æquum videretur, vt saltem tamquam accessorium dotis sequeretur etiam eius naturam in hoc onere ex vulg. iuris regula *cap. accessorium 42. de reg. iur. in 6. l. etiam 8. C. de iur. dot.*

Sed posito statuto de lucro dotis generaliter, 12 circũscripto autem hoc *c. stat. nostri*, quid si maritus promisisset in pactis dotalibus integram dotem ei restituere, à quo acceperat, posset ne retinere impensam in vxoris funus à se factam? Dicitur, quod possit nihilominus retinere quia, vt proximè diximus impensa funeris, æs alienum dotis est ità *gloss. in d. l. Neratius verbo Conferre not. Cremen. singul 25. Statuto cauetur Alexa. consil. 133. num. 7. lib. 5. Rol. d. quæst. 38. num. 1.* 13 Vnde si conuenerit inter ipsos, & neuter habeat lucrũ dotis à statuto nostro alioquin concessum, poterit sine dubio superstes coniux in dotis restitutione retinere impensam, quam contulerit in funus coniugis prædefuncti, vel eam repetere ab eo, ad quem dos peruenerit, quamuis promissio de integra dote restituenda ab initio facta fuisset.

De fructu dotis pro alimentis.

Cap. CXXXVII.

a Dotis fructus, b secundum antiquam cõsuetudinem, redacti sunt c ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario, & anno, & sic taxentur d post moram non solutæ dotis marito promissæ, & e post iudicialem interpellationem per viduam factam pro illius restitutione: necnon & pro alimentis ipsius viduæ, etiam habentis pignus dotale, ex quo possit percipere fructus loco alimentorum, & non computentur in sortem; & similiter maritus soluto matrimonio cũ liberis percipiens fructus loco alimentorum, & non computentur in sortem; & similiter maritus soluto matrimonio cum liberis percipiens ex pignore dotali, non computet fructus in sortem, sed sint ipsius pro alendis communibus filijs, donec dos à quocumque debita restituta sit, si in pecunia debeatur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Vsura vtriusque Testamenti pagina condemnatur: & est vetita iure diuino, naturali, Canonico, Ciuili, &c.*

2 *Vsura per statuta humana permitti non potest.*

3 *Vsuræ definitio.*

4 *Vsura permitti non potest per statutũ, etiã in dote, vbi vidua occasione retardatæ restitutionis dotis vsuras petat, & num. 5. & 32.*

Contrarium est verius: & procedit etiãm ad fauorem mariti propter moram commissam in solutione dotis promissæ. & nu. 6. 7. 11. 14. 15. 33. 36. Intellige quoad maritum, vt num. 47. 48.

8 *Vsura dicitur id, quod accipitur ratione lucri cessantis, vel damni emergentis: & hæc vsura licita est, & permissa. & num. 10.*

9 *Vsura generale vocabulum est significans rem acquisitam rei alicuius vsu.*

12 *Maritus ob solutionem retardatam dotis sibi promissæ potest petere vsuras, idest interesse lucri cessantis, quatenus ille solitus sit negociari.*

Amplia, vt num. 13.

At debebit interpellare debitorem dotis, & num. 27. & concurrere debent requisita Castrensis, & num. 28.

16 *Antiquum tempus dicitur cẽtum annorum.*

17 *Consuetudo tanquam lex obseruari debet.*

Et in dubio præsumitur ex iusta causa pro-

proceſſiſſe, & num. 18. & eſſe laudabile, & boni, & num. 19. & magna cum ratione in vtro luctum & num. 20.

21 *Taxatio pro intereſſe dotali fieri poteſt per Statutum, vel per conſuetudinem: & ſolet ex more regionis conſtitui. num. 22.*

23 *Taxatio ad quinque pro centenario eſt conformis æſtimationi fructuum bonorum ſtabilium.*

24 *Mora debitoris ceſſante non debentur vſuræ, nec intereſſe lucri ceſſantis, &c.*

25 *Mora irregularis incurritur ſine interpellatione ex ſpeciali fauore dotis. & num. 26.*

29 *Vidua ad conſtituendum in mora heredem mariti, debitorem dotis, debet eſſe interpellatione iudiciali.*

30 *Mora regularis non contrahitur ſine interpellatione.*

31 *Mulier ſoluto matrimonio non eſt æque priuilegiata, ac eo conſtante.*

34 *Lucrum certum habetur ijs in locis, vbi venales reperiri ſolent annui reditus, prout ſunt loca montium.*

35 *Debitore conſtituto in mora, poteſt quilibet creditor petere intereſſe.*

37 *Statutum de fructibus dotis mulieri debitis ſoluto matrimonio habet locum, etiam in donatione propter nuptias. & num. 36. & in dote promiſſa num. 40. Per patrem tamen vxoris. num. 41. 42.*

Ac etiamſi mulier agat pro fructibus præteritis, & num. 45. Et habet locum etiam contra extraneum dotem promittentem: & num. 50. Atque etiam ſi vxor habeat vnde ſe alat. & num. 51.

Limita, vt non procedat in Acconcio, ſeu Parapherno, &c. num. 53.

38 *Dos, & donatio propter nuptias, æquiparantur in iure; excepto tamen priuilegio prælationis.*

43 *Interpellatio iudicialis ex parte filiæ contra patrem debitorem dotis, &c. non requiritur ad conſtituendum eum in mora. Et præcipuè ſi pater promiſit cum iuramento.*

44 *Iuramentum habet vim interpellationis.*

46 *Mulier, ſi recipiat ſimpliciter ſortem principalem dotis, nulla facta mentione de fructibus, ſi agat poſtea ad illorum repetitionem, non poterit illi opponi tacita, & præſumpta remiſſio.*

49 *Interpellatio requiſita à ſtatuto in caſu fructuum dotis, poteſt adimpleri per æquipollens.*

52 *Fructuum dotalium petitio præſcribitur per ſpatium ſexdecim annorum.*

53 *Fructus pignoris dotalis ſoluto matrimonio non computantur in ſortem. Et procedit tam in viro, quam in muliere. & n. 54.*

ANNOTATIONES.

A Dotis fructus) ſcilicet vſuræ, ſeù intereſſe ob retardatam promiſſæ dotis ſolutionem; porrò cum nihil ſit in iure adeo certum, quin ſæpe ſoleat in dubium reuocari, planè non defuerunt, qui dixerint alia ſtatuta huic noſtro ſimilia non valere, ea nempe nixi ratione, quod vſura vtriuſque teſtamenti pagina condemnetur *cap. quia in omnibus de vſur.* prout etiam iure diuino, naturali, & humano, canonico, & ciuili veritam eſſe docet *Couar. var. reſol. lib. 3. cap 1. num. 5.* ſicque per ſtatuta humana permitti non

1 poſſit *Abb. conſ. 39. num. 4. par. 2. Couar. d. cap. 1 num. 8. Alex. conſ. 49. num. 1. & ſeqq. lib. 4.*

2 Vſura autem communiter definitur, quidquid ſorti accedit ex pacto, vel ſpe præcedenti *cap. 2. & fin. 14. q. 3. Couar. d. cap. nu. 1.* licet ipſe mox aliam proferat definitionem aliorum in hæc verba; vſura eſt voluntas capiendi vltra ſortem lucrum aliquod temporale, vi, & cauſa mutui principaliter, quam quidem definitionem ille per ſingula verba doctè examinat, atque probat, vnde

3 Doct. prædicti concludunt non poſſe ſtatuto permitti vſuram etiã in dote, quod præcipuè *Abb. d. conſ.* probare nititur, qui tamen loquitur, vbi

4 vidua vſuras petat occaſione retardatæ reſtitutionis dotis, & idem in eodem caſu tenent alij relati per *Ia. ſ. num 71. in l. de quibus ff. de legi. & per Pontan. tract. de alim. cap. 15. num. 7.* atque plures alios in eamdem ſententiam enumerat, *Couar. qui & communem dicit d. cap. 1. ſub n. 3. verſ. ſeptimo ab eadem ratione.*

5 Verum quod eiuſmodi ſtatuta Principum, & aliorum, qui tamen aliis ius habeant ſtatuta condendi, valeant, ne loquar de hoc noſtro edito auctoritate Summi Pontificis, & ſupremi Principis, planè conſtat ratione, iuribus, & plurimorum Doct. auctoritate, ratione quia, quod ſolvitur marito propter moram commiſſam in ſolutione dotis promiſſæ, non eſt lucrum mariti ſed intereſſe, vt dicitur, ob damnum inde ſibi emergens, quod matrimonij onera ſuſtinere non poſſit ex ipſa dote, quæ quidem ob hanc cauſã conſtituitur, & datur *l. pro oneribus 20. C. de iu. dot. l. ſi cum dotem 23 §. ſin autem in ſanctiſſimo ff. ſol. matr. cap ſalubriter de vſur.* Vnde hic certo non cadit vſura ſtrictè accepta, nempe illicita,

7 quę nimirum ex neceſsitate in ſe continet lucrũ aliquod vltra ſortem, vti docet *Cardin. Tolet. in in ſua ſumma cap. 28. de vſur. verſ. ſecundo opus eſt*, & *ante eum latè tradidit Roman. conſ. 317. num. 14. & melius nu. 9.* ibi hanc promiſsionem vlturarum non cauſare titulum lucratiuum, prout eſt titulus donationis, ſeù titulus veræ vſuræ quam I. C. lucrum appellat, & dulcedinem in *l. ait Prator. §. fin. ff. quæ in fraud. cred.* ſed cauſare titulum oneroſum; Vbi verò ratione lucri

8 ceſſantis, vel damni emergentis aliquid accipitur, iſtud etiam vſura dicitur, nam vſura generale vocabulum eſt ſignificans rem acquiſitam

rei

9 rei alicuius vsu, vt ex *Diuo Thom. refert. Syluest. verbo Vsura 1. in prine.* sed eiusmodi vsura licita est, & permissa vti tradit *Tolet. in d. summa. cap. 32. & 33. Couar. d. cap. 1. sub num. 3.* & in hoc generaliter conueniunt omnes vtriusque iu
11 ris interpretes; iuribus autem probatur hæc sententia, nempe *ex l. si quis pro vxore 22. §. si vxor. ff. de iur dot. vbi Vlp.* ita loquitur, si vxor viro dotem promisit, & dotis vsuras, sine dubio dicendum est, vsuras peti posse, quia non est ista donatio, cum pro oneribus matrimonii petantur, quem *text. ad rem nostram bene ponderat, Roman d. consil. 5 17. nu. 9.* Comprobatur etiam apertuis ab *Innoc. III. Summo Pontifice in cap. salubriter de vsur. in his verbis*, sane generum ad fructus possessionum, quæ sibi a socero sunt, pro numerata dote pignori obligatæ computandos in sortem non credimus compellendum; cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij supportanda. Denique communibus Sac. Theol. Doct. & iur. vtriusque *Interpretum* suffragijs hęc sententia communitur si quidem omnes consentiunt quod marito liceat
12 ob retardatam solutionem dotis sibi promissæ vsuras petere, ideſt interesse damni emergentis, vel etiam lucri cessantis, quatenus ille solitus sit negociari *Bart. & alij in l. insulam 44, §. vsuras ff. solut. matr. Abb. & Canonistæ in cap. salubriter de vsur. Ofase. decis. 132. nu. 1. Molin. de contract. disp. 321. num. 2.* ibi communiter Doct. sententia affirmat id licere genero ratione lucri cessantis, & damni emergentis *Ioann. Lopez in cap. per vestras de don. inter vir. & vxor. §. 1. vers. fatetur tamen ipse fol. mihi 263. Couar. d. cap. 1. sub num. 3. Surd. de alim. quæst. 42. num. 1. cum seqq.* vbi fere innumeros congerit, & inter eos *Ias.* attestantem hanc esse communem opin. legistarũ & Canonistarum *consil. 91. num. 12. vers. secundo & fortius volum. primo Ruin. pariter idem concludentem consil. 124 num. 13. volum. 1. Capic. decis. 183.* vbi quod ita obseruat communis practica ex *dicto Corn. cons. vltim. 2. volu. num. 7.* opinio. istam sequitur etiam recentius *Io. Bapt. Lup. ad l. curabit C. de act. empt. comment. 1. §. 4. num. 74.*

13 Atque extenditur etiam prædicta conclusio, vt possit maritus ab initio constitutæ dotis pacisci, & stipulari certam sibi reddi quantitatem in singulos annos, donec conuenta dos soluatur, dum tamen quantitas illa cum verò interesse mariti commensuretur, nec excedat illius onera, ita idem *Lup. d. §. 4. num 75.* qui plurimos nominat Theologos, Canonistas, & legistas hanc tuentes opin. quam & veram, magisque communiter receptam, atque adeo sequendam esse subiicit *Couar. d. cap. 1. num. 3.* vbi fortius arbitratur conclusionem procedere etiam data dilatione per maritum promissori dotis ad eam persolvendam *Surd. d. quæst. 42. num. 23.* qui pro sexcentis est, cum magnam adducat cæteruam Doctorum, tum iuris vtriusq. tum Theologicæ facultatis, & eidem multum deferri debeat ob solidam, claram, & vberem doctrinam in omnibus eius scriptis mirificè refulgentem, addo tamen adhuc *Molinam d. disput. 321. num. 9.*

14 Concludendum est igitur ex prædictis omni iure validum esse statutum nostrum, & alia similia, cum solidis ima nimirum habeant fundamenta rationis, iuris, & auctoritatis, nec vsuram permittant illicitam, sed solum admittant interesse damni emergentis, & lucri cessantis, quod positis terminis nostræ conclusionis in quanis materia iure fieret, neque hic aliquid specialiter constitutum est fauore dotis, quia verè, nec in causa dotis, permitti possent vsuræ, vt post *Couar. d. cap. 1. num. 3 & Surd. d. q. 42 num. 2, & 9.* rectè explicat *Io. Baptista Lup. dict. Comment. 1. §. 4. num. 8. & Barbos. in l. ax diuisione 5. sub num. 1. ff. sol. matr. & Doct.*

Contrariam opinionem tenentibus vno verbo respondetur, quod errant in æquiuoco, dum ponunt interesse taxatum per statuta in creditis dotalibus, vsuram esse illicitam, sicque facilè euitatur argumentum, quo solo illi nituntur;
15 quodque in specie ualeant eiusmodi statuta asserit *Molin. d. disputatione 321. in fin. Bald. in l. si. §. præterea num. 10. C. de iur dot. Alex. cons. 31. num. 6. volum. 6. Ruin. cons. 124. num. 14. volu. 1. Corn. cons. 230 sub num. 7. volum. 2.* & plures alii congesti per adden. *ad decis. Gregorij 91. num. 9.*

B Secundum antiquam consuetudinem) hæc probatur potissimum ex veteribus statutis huius almæ Vrbis *cap. 20. lib. 4.* quæ condita, & promulgata fuerunt auctoritate Alexandri VI. Romani Pontificis impertita Conseruatoribus Cameræ Vrbis Romæ die 1. Martii 1494. Pontificatus eius anno secũdo, quo cap. habetur, quod iam tum ex antiqua itidem consuetudine fructus dotis, & pro alimẽtis, vt hoc cap. statuti nostri noui, redacti erãt ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario; Itaque sine dubio consuetudo ista longè excedit tempus centum annorum, Anti-
16 quum autem tempus dicitur centum annorum: vt est communis Doct. opin. *teste Crauetta, tractat. de antiq temp. in prine. num. 4. Menoch. de arbitr. iud. cas. 3. num. 6. Card. Tusch. concl. 341. num. 12. littera A.* qui plures alios recensẽt de
17 hac communi opinione attestantes; Consuetudo autem tamquam lex seruari debet *l. de quibus cum ibi not. ff. de legi. §. ex non scripto*, vbi etiã Doct. *Instit. de iur. nat.* & præsumitur in dubio
18 ex iusta causa processisse *Bald. in d. l. de quibus num. 10. vers. item valet, & in cap. cum venissent nu. 5. de eo qui mitt. in possess.* vbi dicit consuetudinem præsumi laudabilem, & bonam, ex quo Ciuibus placet, *Tiraquell. de retract. in præfat. n. 77. Menoch. de præsu. lib. 2. præs. 1. n. 4.* vbi
20 quod consuetudo præsumitur iustè & sanctè, ac magna cum ratione introducta, de statuto pariter dicitur, quod in eo præsumatur ratio *Bald. consil. 210. statuto Ciuitatis Florentiæ num. 2. lib. 2. Cravet. cons. 259. num. 6. Tiraquell. loc. cit. & Menoch. d. præsumpt. num. 3.*

C Ad rationem septem cum dimidio) Et eiusmodi taxatio pro interesse dotali aliàs quidem fieri potest per statutum vel consuetudinem *Bald. in l. fin. §. præterea num. 10. C. de iur. dot,* vbi de taxatione in quibusdam locis ad decem pro centenario, quæ est decima pars centesimæ, & addit, quod secundum vsum bonæ mercantiæ tale lucrũ affertur *Alex. cons.*

conſ. 31. *ſub nu.* 6. *vol.* 6. vbi de cuiuſdam loci conſuetudine, ſeu ſtatuto taxante ad ſeptem pro centenario, quod quidem ſtatutum cenſet eſſe rationabile, & validum propter matrimonij onera, *Ruin conſ.* 124. *num.* 14. *lib.* 1. vbi de taxatione ad octo pro centenario facta per conſuetudinem, quam dicit valere, ſicuti ſtatutum, *Corn.* qui de æquitate, ac validitate ſtatutorum taxantium eiuſmodi intereſſe ad decem pro centenario pro more Regionis *conſ.* 250. *ſub num.* 7. *vol.* 2.

Demum verò prædicta egregiè comprobãtur, auctoritate *tex. in l.* 1. *ff. de vſur. in prin. vbi Papin. I. C.* ità loquitur, cum iudicio bonæ fidei diſceptatur arbitrio Iudicis, vſurarum modus ex more Regionis, vbi contractum eſt, conſtituitur; aliàs verò Sacr. Conſil. Neapolit. eiuſmodi intereſſe pro vidua taxauit ad quinq. pro centenario, vt in *deciſ. Afflict.* 284. *in fin.* quæ quidem taxatio eſt conformis æſtimationi fructuum bonorum ſtabilium *per tex. in authen. de non alien. §. ſi verò alicuius, & per gloſ. in authen. perpetua verbo iuſta* C. *de ſacroſan. Eccl.* quamquidem *gloſ.* ſequuntur Doct. communiter, & probat, *Rot. præcipuè in Forolinien. Societatis* 13. *Ianuarij* 1614. *coram Sacrato*, qui poſtea meritò fuit Cardinalis, ſed hic non verſamur in taxatione reddituum bonorum ſtabilium & ſumus Romæ, ſicque attendi debet conſuetudo, & mos Regionis iuxta prædicta, & congruit monitum illud Beati Ambroſij ad Beatum Auguſtinum, Cum fueris Romæ Romano viuito more *c. illa autem diſtinct.* 12.

D Poſt moram non ſolutæ dotis marito promiſſæ) mora certè requiritur vt ſupra hoc eodem cap. littera A. verbo Dotis fructus, ſatis, ſuperque demoſtrauimus. Addo, quod receptiſſima iuris regula eſt, ceſſante mora debitoris, non deberi vſuras, neque intereſſe lucri ceſſantis, nec damni emergẽtis *l. lecta vers. ſed & ſi ſortis ff. ſi cert. pet. l. cum quidam §. ſi pupillo. ff. de vſur.* & poſuit hanc regulam *Felin. in c. P. & G. num.* 1. *de offic. deleg.* quam vberrimè exornat *Barboſ. in l. de diuiſion. §. num.* 67. *ff. ſolut. matr.* hæc vero mora, quam irregularem appellant, ſine interpellatione inducitur ex ſpeciali fauore dotis in hoc caſu *gloſ. in l. mora* 32. *in princ. verbo Difficilis eſt prop. fi. Corn. conſ.* 145. *num.* 8. *vol.* 2. *Caſtr. conſ.* 11. *nu.* 4. *lib.* 1. ibi quando ipſe maritus alium terminum vel dilationem in dote ſoluenda non appoſuit eo ipſo, quod ille ſuſtinet onera matrimonij, & ſic implet contractũ ex parte ſua, mulier, vel eius pater ſine aliqua interpellatione conſtituitur in mora non ſoluendo *Fulgoſ. cõſ.* 201. *D. Gualdraccha verſ. illud poſtremo Surd. conſ.* 290. *nu.* 31. *vol.* 2. ibi quo maritus cui facta eſt mora in ſoluendis dotibus, & qui interim aluit vxorem poſsit vſuras petere, eſt ab omnibus receptum.

Hic tamen non prætermittam, quod ſi vellet maritus, vtpote mercator & ſolitus negotiari, petere intereſſe lucri ceſſantis, ſicuti eum poſſe, aſſerunt. Doct. communiter, quos ſupra citauimus in verbo Dotis fructus, quibus nũc adiungo, *Barboſ. in d. l. de diuiſione ſub num.* 23. qui etiam aſſerit hanc opin. magis communiter eſſe receptã
27 *ff. ſol. matr.* tum debebit interpellare debitorem dotis, ſicque eum in mora regulari conſtituere. *Ruin. conſ.* 55. *nu.* 11. *lib.* 2. *Rot Genuen. deciſ.* 30. *nu.* 7. *Barboſ. in d. l. de diuiſione ſub n.* 24. quinimo
28 etiam oportere videtur in hoc caſu, vt concurrãt requiſita, *Caſtr. in l.* 3. *§. fin. ff. de eo quod cert. loc.* quem *Rot. ſequitur*, vt apud *Mohed. dec.* 3. *de vſur. & deciſ.* 212. *nu.* 1. *inter impreſſas per Pacif. cum tract. de Salu. inter d. in poſtrema editione.*

29
E Poſt iudicialem interpellationem per viduam factam) quippe requiritur interpellatio ad conſtituendum in mora hæredem mariti debitorem dotis, nec enim caſus iſte habet priuilegium moræ irregularis, vti alter, de quo egimus in
30 proxima præcedenti *not.* Vnde ſubiacet generali iuris regulæ, ſecundum quam non contrahitur mora ſine interpellatione *l. ſi ex legati cauſa* 23. *ff. de verb. oblig. l. quod te* 5 *ff. ſi cert. pet.* & ita
31 arguit in caſu ſimili *Ruin. d. conſ.* 55. *num.* 11. nec enim mulier ſoluto matrimonio eſt æquè priuilegiata, ac eo conſtante, propter onera matrimonij *Aym. conſ.* 189. *ſub num.* 7. *verſ. ſextus caſus eſt Surd. de alim. q.* 45. *nu.* 5. *probat tex. in l.*
32 3. *ff. ſolut. matrim.* & hoc nemo negat, ſed amplius Doct. non pauci tenuerunt non licere mulieri viduæ intereſſe; aliquod petere ratione ſuæ dotis poſt annum ſibi non reſtitutæ, attamen contra-
33 ria opin. eſt communis teſte *Io Bapt. Lup. ad l. cum rabit C. de act. empt.* Comment. 1. §. 4. *nu.* 88. & eadem viu ſeruatur, factis nempe à vidua diligẽtijs, etiam per interpellationem iudicialem pro dotis reſtitutione, vt in ſtatuto noſtro; æquiſſima verò, ac iuri omnino conſona eſt hęc ſententia, ratione habita damni emergentis viduæ, quæ nimirùm ob moram debitoris in reſtitutione dotis coacta fuerit æs alienum contrahere, vel ſuum alienare,
34 vel etiam ratione lucri ceſſantis, quod quidem lucrum planè certum haberũr in ijs locis, vbi venales reperiri ſolent annui reditus, prout ſunt loca Montium nuncupata & eiuſmodi alia, quod & ſenſit, & declarauit *Conar. d. cap.* 1. *ſub num.* 3. ibi poſſet fortaſſe admitti *Anchar.* & ſequacium ſententia apud Hiſpanos, vbi & ſubiicit, idem eſſe in vidua diuite, ſi obſeruemus deciſionem *c. ſalubriter* etiam intelligendam eſſe matrimonio ſoluto, quantum ad rationem intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis, quod quidem arbitrarer
35 non habere difficultatem, quoniam poſita mora debitoris poteſt creditor quilibet petere intereſſe in vtroque caſu concurrentibus aliis requiſitis à iure, idque tam iure ciuili, quam canonico, *c. conqueſtus de vſur. authen. ad hæc* C. *eodem tit. l.* 3. *§. ſi. ff. de eo, quod cert. loc. l. atqui natura §. nõ tantũ ff. de neg. geſt. Ancha. conſ.* 150 *n.* 2. *& ſeq. cũ alijs plurib. allegat. per Surd. de alim. q.* 45. *n.* 28. *et ſeqq.* quæ oia idẽ copiosè proſequitur, & exornat comprobandam concluſionem prædictam in fauorem viduæ mulieris, quam quidem concluſionem probauit pariter *Io. Bap. Lup. d. §.* 4. *nu* 88.
36 *& ſeq.* Atque ex prædictis etiam concluditur induci per ſtatutum, vt hæredes mariti non reſtituentes dotem viduæ poſt iudicialem interpellationem obligentur ad ſolutionem certæ pecuniarum quãtitatis pro ſumma dotis in ſingulos an-

nos, nam id æquum, & iustum apparet & in hoc casu militat ratio damni emergentis, & lucri cessantis prout in altero ad fauorem mariti, de quo superius diximus littera A.verbo Dotis fructus, ideo, & valere etiam statutum in hoc casu censuit expressè *Couar. d. cap. 1.vers. septimo ab eadem ratione in fine iuxta conf. Bald. 166. lib. 1. ab eo citatum*, Ruin. *conf.* 73.*num.6.vol.* 1. *Surd. dicta quæst.42. in fin. Angel in summ.verb. Dos num.* 28. sed certè de viribus huius nostri statuti nulla ex parte dubitari potest, cum Apostolica auctoritate fulciatur, & in viridi obseruantia sit, vnde iustum & validum censeri debet iuxta tradita per nos superius hoc eodem cap. littera A. verbo Dotis fructus, ibi concludendum est igitur, & littera *B.*verbo *Secundum* antiquam consuetudinẽ,& ita consuluit ex prædictis rationibus in casu statuti antiqui Vrbis,cui in hac parte consonat statutum hoc nouum *Paris.conf.74.in prin. par.*4.ita etiam comprobat *Pontan.tract.de alim. q.16.num.7.in fine.*

Hic subnectimus alia quędã ex aliquibus Rot. decisionibus desumpta,quæ ad ipsius statuti interpretationem maximè conferunt.

37 Et primo, quod statutum hoc de fructibus dotis mulieri soluto matrimonio debitis habet locũ etiam in donatione propter nuptias, licet de ea nullam mentionem faciat *Rot.coram Reuerendiss. Rhodien.in Romana fructuum* 17.*Aprilis* 1600. *& coram Cardinale Pamphilio in* Romana *dotis* 3.*Martij* 1606.*& coram Orano in alia* Romana *fructuum* 15. *Iulij* 1599. *& coram Iustio in Romana donationis propter nuptias* 31.*Ianu.* 1601. in quibus quidem decisionib.fuit hoc ità conclu-
38 sum, quia dos, & donatio propter nuptias æquiparantur in iure, excepto tamen priuilegio prælationis addo *Romanam vsusfructus* 26. *Aprilis* 1613.*coram.Vbaldo.*

Contrarium tamen tenuit eadem Rot. *in* Romana *fructuum* 25. *Februarij* 1575.*coram Cardinale Blanchetto*,sed non est recedendum à prima tamquam communi opinione,in qua quidem contraria ista decis.confutatur.

39 Amplia primo d.opinionẽ affirmatiuam habere locum etiam quando mulieri constante matrimonio ob vergentiam mariti ad impiam,contingit fieri assecurationẽ dotis,quia tunc etiam fructus ex donatione propter nuptias debentur ad eamdem rationem scutorum septem cum dimidio,ad quam taxati fuerunt fructus ex ipsa dote prouenientes *Rot.coram Iustio in d.Romana fructuum donationis propter nuptias* 31. *Ianuarij* 1601.

40 Amplia secundo vt fructus à statuto sic taxati nõ solum mulieri debeantur ex dote data, sed etiam ex promissa *Rot. coram Achill.de Grass.decis.*12. *de constit.& coram Cardinale Pamphilio in* Romana *dotis* 13.*Martij* 1606. *& coram Cardinale Seraphino decis.* 248. *num.* 2. *& coram Gregorio Papa XV. decis.*204.*num.*12.

41 Declara hoc tamen procedere, quando dos per patrem vxoris fuit promissa *Rot. coram Cardinale Pamphilio in Romana dotis* 13. *Martij* 1606.vbi dicitur secus esse si dos fuisset per mulierem ipsam promissa, quia tunc sibi ipsi imputandum esset si fuisset morosa in tradenda dote.

Amplia tertio, vt vxori soluto matrimonio per mortem sui viri debeantur isti fructus ex do-
42 te per patrem eius marito promissam, quamuis promissio fuerit facta marito, & non ipsi Vxori *Rot.coram Orano in* Romana *fructuum dotis de Cinciis* 27. *Ianuarij* 1591.in qua decisum fuit hu-
43 iusmodi fructus succedere loco alimentorum; Et isto casu iudicialis interpellatio ex parte filiæ cõtra patrem soluere debentem, nõ requiritur quãdo promissa fuit dos in certũ tempus,quia eo ela pso dicitur in mora pater, *Rota coram Orano in d.Rom. fructuum dotis de Cinciis* 27 *Ian.* 1591.

44 Maxime quando in promissione facta per patrem adest iuramentum,quia illud habet vim interpellationis *Rot.coram Orano in d.Romana fructuum dotis* 27 *Ianuarij* 1591.

45 Amplia quarto,etiam si mulier prædicta agat pro fructibus præteritis,quia illi nihilominus debentur *Rot.in Romana fructuum dotis corã Orano.*vbi dicitur illos fructus deberi iure actionis.

46 Hinc est, quod mulier simpliciter recipiendo sortem principalem dotis nulla facta mentione de fructibus dotalibus antea debitis, postea ipsi agenti ad illorum repetitionem non poterit opponi tacita, & præsumpta remissio, *Rot. coram Penia in Romana consignationis depositi* 24.*Maij* 1595.quæ postea probata fuit *coram Gregorio XV.decis.*93.*&seq.*

47 Aduertendum tamen est, quod quamuis vxori mortuo marito debeantur isti fructus,non tamen e cõuerso debebũtur marito vxore mortua,*Rot. coram Cardinale Pamphilio in Perusina dotis* 4. *Iulij* 1597. *& coram Cardinale Lancellotto in* Romana *dotis* 24.*Maij* 1601. *Put.decis.*304.*n.*2. *lib.*1.secundum nouam impressionem.

48 Contrarium videtur tenuisse,*Rot.in Romana fructuum dotis de Vellijs* 10. *Nouemb.*1600. *coram Litta*, quæ tamen re vera loquitur in casu quo fructus etiam in stipulationem deducti fuerant pro hæredibus vxoris, vt patet in *vers. ibi quæ obligatio.*

49 Interpellatio autem ex hac statuti forma inducta potest adimpleri per æquipollens, ità quod si viduæ soluti fuerint isti fructus, absque interpellatione, *vel* factum pactum de ijs soluendis licite solui possint. *Rota in Romana fructuum dotis* 17. *Iunij* 1606. *coram Cardinale*
50 *Millino*. Habet locum etiam statutum contra extraneum dotem promittentem, *Rot.in Romana alimentorum* 15 *Iunij* 1565. *coram Robusterio*, Et etiam si vxor habeat vnde se alat, *Rot.in*
51 *citata Romana alimentorum coram Robusterio*;
52 Et etiam aduertendum, quod petitio dictorum fructuum præscribitur per spatium sexdecim annorum prout aliæ actiones, non obstante, quod à dicto statuto dotis causa fuerit excepta infra c. 158 stat.hoc eod.lib *Put.dec.*88.*n.*2.*& seq. lib.* 1. secundum nouam impressionem qua de re dicemus etiam ad idem cap.littera M.verbo Dotibus vt pote loco opportuniori.

Limita tamen d.statutum non procedere respectu Acconcij, seú Parapherni, quia immo si pro illo fructus soluantur sunt in sortem computandi, *Rot.in Romana fructuũ* 11.*Decembris* 1602. *coram Ludouisio per totam quæst.* 80.*decis.in impressis nomine Greg.XV.*

53 F Non computentur fructus in sortẽ

tam

tam vbi maritus soluto matrimonio cum liberis percipit fructus ex pignore dotali, quàm etiam
54 vbi vidua pro alimentis habet pignus dotale, vt apparet ex ipso tex. statuti, cuius dispositio congruit decretali Innoc. Papæ III. *in d. c. salubriter de vsur.* Vnde hoc loco casus duo singulares animaduertuntur, in quibus fructus pignoris non computantur in sortẽ, & limitatur dispositio *l. 1. C. de pignor. act. & c 1. & c. conquestus de vsur. not. Surd. d. q. 42. de alim. num. 7. Lup. ad l. curabit d. §. 4. num. 74.*

Si per viduam alimenta petantur.

Cap. CXXXVIII.

SI per viduam *b* alimenta petantur, Iudex *c* exhibito instrumento dotali, siue iudicium super dotis repetitione fuerit intentatum, siue non, *d* omni mora postposita, *e* citatis his, quorum interest, mandet *f* hæredibus mariti, vel soceri, aut aliis pro dote obligatis, ac q quibuscumque possessoribus bonorum tacitè, vel expressè pro dote hypothecatorum, quæ per maritum tempore obligationis possidebantur, vt alimenta, iuxta præsentium Statutorum formam vno quoque mense, infra triduum persoluant: quod nisi fecerint, vnica citatione præcedente, contra eos mandatum executiuum, realiter & personaliter exequendum relaxet; nisi hæredes *h* beneficio legis, & inuentarii sint tuti, (quo casu realis tantum fiat executio) tam super mobilibus, quàm immobilibus bonis, iuribus, & actionibus ad mulieris electionem: & si infra triduum aliqua exceptio opponatur, tunc *i* præstita per mulierem idonea cautione, de restituendis alimentis in casũ succũbentiæ, Iudex mãdatũ executiuũ cõtra prędictos decernat, & exequatur, vt supra; non obstante quòd forsan infra tempus ad conficiendum inuentarium, aut etiam pendente causa discussionis, per Viduam peterentur, cum satis per dictam cautionem soluenti consultum sit.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Statutum Vrbis de alimentis viduæ, & vxori præstandis respicit decisoria iudicij, & seruatur etiam apud Rotam.*

2 *Alimenta à muliere petenda sunt officio Iudicis nobili: tam constante matrimonio, quam soluto, & n. 3.*

4 *Iudex non potest pronunciare super instrumẽto nõ producto in iudicio. Amplia, vt n. 5.*

6 *Mãdatũ relaxatũ vigore alicuius instrumẽti ante illius productionem, non est exequendum.*

7 *Mandatum, quod non iustificatur ex actis, est nullum.*

8 *Statutum Vrbis de alimentis mulieri præstandis, procedit etiamsi de dote constet per apocham tantum.*

9 *Citatio in quocũque iudicio est omnino necessaria: & contra omnes, quos causa contingit. & num. 10.*

ANNOTATIONES.

A 1 HOC statutum, & subsequens de alimentis viduæ, & vxori præstandis, respicere dicuntur decisoria iudicij, & ideo seruantur etiam apud Rot. vti testatur *Robusterius in Roman. dotis de Millinus* 17. *Februarij* 1578.

B 2 Alimenta petantur) petuntur verò iudicis officio nobili sicuti pariter interesse, damna, vsuræ, & eiusmodi aliæ accessiones ciuiles, non autem actione, nam actio solum competit pro actionibus naturalibus, vt in fructibus prædiorum, & fœtibus animalium, & ita respondetur *ex tex. in l. si marito 32. §. fi. ff. sol. mat. vbi iuxta summa. Bar.* fructus augent dotem, & idem iuris est de augumento, ac de dote, nã ibi loquitur l. C. de partu ancillarum, & de legatis, vel hereditatibus per seruos dotales acquisitis, *Surd. de alimentis tit. 3. q. 2.*
3 *nu. 7. & seqq. vsque in fin. q.* idque procedit tam in alimentis debitis constante matrimonio, quam eo soluto idem *Surd. d. q num. 16. quem sequitur Gratian. discept. forens. cap. 30. num. 32. & 53. tom. 1.* ideo congruè prosequitur mox statutum nostrum, quid iudex facere debeat, ibi iudex &c.

C Exhibito instrumento dotali) exhibitorum quam in iudicio, & intra terminum præfixũ aliàs
4 enim non potest iudex pronuntiare super instrumento non producto in iudicio *Conar. var. resol. lib. 1. cap. 1. num. 5.* vbi quod non sufficit exhibitio instrumenti coram notario, & testibus, nisi formiter coram iudice producatur, & ita censuit *Rot. coram Cardinale Hieronymo Pamphilio in Romana census 4. Decembris 1505. quæ est decis. 136. nu. 4. & 5. ad Gallesi. & Zacch. de oblig. Cam.* & hæc est cõis Doct. opinio *Asin. in prax. §. 22. cap. 16. sub num. 3. in fine.*

5 Nec sufficit, quod instrumentum sit confectum ab ipso notario causæ, quia adhuc debet repeti, & in actis scribi eius productio *Asin. in prax. §. 22. cap. 15.*

6 Ex quibus sequitur, quod mandatum relaxa-

tum vigore alicuius instrumenti ante illius productionem, non sit exequendum, licet postea legitimè producatur ipsum instrumentum, nam
7 eiusmodi mandatum est nullum, quia non iustificatur ex actis *Rot. dicta decis. num.* 8. atque non
8 omittemus, quod statutum hoc de alimentis mulieri præstandis exhibito instrumento dotali locum pariter obtinet, si de dote constet per apocham tantum *Rot. in d. Romana alimentorum* 15. *Iunij* 1565. *coram Robustello*.

D Omni mora postposita) ex hoc verbo infertur, causas istas debere cognosci summariè, vt supra deduximus ad cap. 121. littera D. verbo summariè.

9 E Citatis his, quorum interest) nam citatio est omnino necessaria in quocunque iudicio, quantumuis executiuo, & fauorabili, cũ censeatur à iure naturali, immo à diuino inducta ad rei defensionem, *Vant. latissimè tract. de nullit. tit. an quælibet sententia num.* 14. & contra omnes, quos causa contingit *l. de vnoquoque* 47. *& l. sæpe* 63. *ff. de iudic. l.* 1. *& tot. tit. Cors int. actos act. Tiraq. plenissimè in Coment. in eumdem. tit.*

F Hæredibus mariti] quando, & qua ratione teneantur, & cõpelli possint hæredes isti ad alimẽta viduæ præstanda, satis diximus cap. proximè præcedenti littera E. verbo Post iudicialem interpellationẽ, sed plenius ad cap. 133.

C Ac quibuscunque possessoribus) vt supra cap. 85. littera F. verbo Probentur.

H Beneficio legis, & inuẽtarij tuti sint] satis diximus ad c. 82. litt. H. verbo Tuti sunt.

I Præstita per mulierem idonea cautione) scilicet arbitrio iudicis, sicuti supra notauimus ad capit. 131. verbo Pro qua cauere teneatur.

Si alimenta per vxorem a viro petantur.

Cap. CXXXIX.

SI mulier, se à viro *a* ex domo ejectam esse, vel debita sibi *b* alimenta non præstari, aut *c* in ciuiles illius mores tuſſerre non posse cõqueratur; *d* Iudex super hoc aditus, exhibito coram eo instrumento dotali; mandet marito, vt alterum de tribus faciat, & impleat; vel scilicet vxorem suam recipiat *e* præstita cautione, quod cũ maritali affectione pertractabit, & quòd vlua quam deceat, non offendet; vel dotem in instrumento dotali descriptam *f* in loco tuto collocet, vt ex illius fructibus mulier se, suosque alat; aut ipsi mulieri tribuat cõpetentia alimenta, iuxta supra taxatam formam, de semestri in semestre, in principio: & pro prædictis, vnica citatione præcedente, mandatum executiuum realiter, & personaliter exequendum relaxet; quod mandatum astringat etiam Socerum citatum, & bona illius. Possint tamen contra mulierem *g* legitimæ exceptiones opponi, & probari infra quinque dies vtiles; quibus elapsis, si oppositæ non fuerint, exequatur, vt supra: si verò fuerint oppositæ, non tamen plenè probatæ, fiat executio, cautione de restituendo præstita, vt in proximo præcedenti capite est prouisum: & si interim maritus vxorem recepisset, & iterum dissidium intercederet, vires mandati semel relaxati, *h* in suo robore permaneant. Præsumatur tamen mulier alimenta, toto tempore, quo in domo mariti, & soceri permãserit, de bonis mariti, vel soceri habuisse, *i* nisi ipsa contrarium probet.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Mulieri è domo electa sine culpa tenetur maritus alimenta præstare extra domum. Amplia procedere tàm in dote, quàm in donatione propter nuptias, in casu sæuitiæ viri. & num.* 2.

3 *Vir tenetur regulariter ad alendam vxorẽ; ex æquitate. & num.* 4.

5 *Vxor ob sæuitiã viri potest à marito discedere: & petere separationem thori, & restitutionem dotis. & num.* 6.

7 *Sæuitia viri ad effectum separationis thori, quænam videatur intolerabilis, arbitrio Iudicis relinquitur. & num.* 12.

8 *Adulterij, vel fornicationis cognitio, quoad separationem thori, pertinet ad forum Ecclesiasticum. & num.* 9.

10 *Actio de dote regulariter non datur, constante matrimonio.*

11 *Maritus in casu sæuitiæ, tenetur præstare cautionem de bene tractanda vxore. Et quid si vxor nihilominus non acquiescat, an maritus teneatur ad alimenta, & num.* 13. 18.

Item, quid, si præstita cautione, vxor vellet redire, & maritus nollet eam reciperet & num. 14.

15 *Dos in quo casu sequestretur matrimonio constante?*

16 *Separationis thori, & restitutionis dotis, & inde sequentia causa, grauis est, & ardua.*

17 *Sæuitia viri est probanda concludenter.*

19 *Vxor*

19 *Vxor existens extra domum mariti teneatur ipsa sæuitiam mariti probare.*
20 *Delictum non debet præsumi.*
21 *Sæuitia viri in vxorem est delictum.*
22 *Actus præsumitur factus ab eo, ad quem spectabat. & num. 4.*
23 *Pupillus præsumitur alitus à tutore, ad quem cura alimentorum spectat.*

ANNOTATIONES.

1 EX domo eiectã esse) scilicet sine culpa sua, tũc enim tenetur maritus eam alere extra domum, vti docet Cyn. *in l. quod in vxorem num.* 1. & 2. C. *de nag. gest Ias. in l.* 1. *num.* 4. C. *de legat. Barbos. ad* 2. *par. rubr. ff. sol. matrim num.* 39. qui in
2 casu sæuitiæ viri idem dicit licere vxori in donatione propter nuptias, quod in dote cum pluribus alijs Doct. ab ipso citatis, & illa planè potest repetere dotem *Alex. cons.* 78. *num.* 1. *& seqq. lib.* 3. *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 32. *num.* 21.

3 B Alimenta non præstari) tenetur namque vir vxorẽ alere regulariter *l. si cum dotem* 23. *§. si autem in in sauissimo ff. sol. matr. vbi glo. verbo Secundum dotis quantitatem Bart. & alij l. penult. ff. vt in poss. legat. l. filia §.* 1. *ff. fam. ercisc.* quam regulam doctè, ac eleganter illustrat *Surd. d. q.* 32. hæc tamen
4 necessitas, quæ viro incumbit, est de iure positiuo, nempe ex æquitate *l. dotis fructum* 8. *ff. de iur. dot. Surd. d. q. num.* 7.

C Inciuiles eius mores sufferre nõ posse) qui quidem eiusmodi mores in sæuitiam
5 transeunt, propter quam licet vxori à marito discedere *c. ex transmissa & c. litteras de restit. spol. in fin.* ibi si verò tanta sit viri sæuitia *Surd. de alim tit.* 1. *quæst.* 32. *num.* 17. *Rip. in l. naturaliter §. nihil commune num.* 84. *ff. de acq. poss. Lup. in repet. c. per vestras de don. inter vir. & vxor.*
6 *fol. mihi* 262. *num.* 2. *& seqq.* & potest eadem petere separationem thori, ac restitutionem dotis, & iurium dotalium, *§. mitiores authen. de nup. c. de Benedicto* 32. *q.* 1. *glo. & alij in c. de illis de spõs al. Couar. de spõs al. p.* 2. *c.* 7. *§.* 5. *n.* 1. *Natt. cons.* 616. *n.*
7 1. *et seq. Surd. d. q.* 32. *n.* 22. Porrò quæ videatur intolerabilis sæuitia ad istum effectum, iudicis arbitrio relinquitur *Abb. in d. c. per litteras col.* 2. *in vlti. not. Paris. cons.* 54. *num.* 36. *lib.* 4. *Tiraq. in l. si vnquam* C. *de reuoc. don. verbo* Omnia *vel partem sub num.* 31. *vers. quæ sæuitia viri in vxorem Natt. d. cons.* 616. *num.* 7. *Menoch. de arbitr. iud. cas.* 138. *num.* 8.

Cæterum statutum nostrum non loquitur vbi propter adulterium, vel fornicationem viri vxor
8 peteret separationem thori, nam hęc cognitio ad forum Ecclesiasticum pertinet ex communi Doct. sententia, de qua *Dec. cons.* 212. *sub nu.* 2. *Couar. de spons. par.* 2. *cap.* 7. *§.* 6. *num.* 8. vbi quod
9 si agatur inter coniugatos de diuortio quoad thorum propter fornicationem, solus Ecclesiasticus iudex legitimus est, idem tenet *Clar. quæst.* 37. *num.* 3.

D Iudex super hoc aditus) nempe vt officium suum nobile impartiatur iuxta notata *ad cap.* 138. *littera A. verb. Alimenta petantur*, sic in casu simili *l. si cum dotem* 23. *§. si autem in sauissimo ff. sol. matr.* monentur cognati mulieris adire iudicem competentem, quatenus necessitas imponatur marito præstandi sustentationem, & alimenta vxori, vbi Doct. & præcipuè *Alex. num.* 11. *not.* id fieri iudicis officio nobili, cum alioqui
10 constante matrimonio actio de dote nata non sit *Aretin. in §. fuerat num.* 28. *Inst. de action.*

11 E Præstita cautione) quippe hoc est remedium iuris, si tamen per cautionem satis prouisum videatur mulieri ad securitatem suam *c. ex transmissa & c. litteras*
12 *de rest. spol.* iudicis autem arbitrio committitur, an asserta sæuitia viri talis sit, vt viro vxor restitui debeat, nec ne *Menoch. de arbitr. iud. cas.* 138. *num.* 8. *& sequenti, & alij supra citati in not. ad hoc ipsum cap. sub littera* C. *verb. Inciuiles eius mores.*

13 Quid autem si maritus promittat velle se vxorem benè tractare, & de hoc etiam cauere, nec tamen vxor acquiescat? non tenebitur maritus ad subministranda alimenta, nec ad restitutionem dotis, nec lucrum dotis amittet, cum hoc modo purgauerit culpam, quod deducitur ex *tex. in dicto §. si autem in sauissimo in fin. ff. solut. matrim.* quem *tex.* ad hoc perpendit *Alex. ibidem num.* 10. *& in l. si ab hostibus* 11. *num.* 3. *in fin. ff. eod. & in consil.* 123. *num.* 5. *lib.* 7. *Rum. consil.* 131. *num.* 4. *lib.* 4. quos omnes recte citat & sequitur *Barbos. in dicta l. si ab hostibus num.* 38. *vers. vt igitur*, qui subijcit, quod in hac materia semper vltima culpa nocet argumento *tex. in l. illud ff. de peric. & com. rei vend. vbi de vltima mora, & in rubr.* 2. *par. eodem tit. num.* 44. vbi plenius hunc articulum explicat, conferunt *not. per Roland. de lucr. dot. quæst.* 70. *nu.* 1. *& sequentib.* & apertius dubitationem istam ità soluit *Paris. cons.* 54. *num.* 35. *& seq.*
14 *volum.* 4. sicuti contra quando vxor ad maritum redire vellet, cautione sibi per eum data, ad quam iure tenetur vt supra, neque is vellet ipsam hoc modo recipere, teneretur ad restitutionem dotis, & ad alimenta, & perderet lucrum dotis, vt sentit, & probat ex pluribus allegatis *Alexan. dicto cons.* 123. *à num.* 1. *vsque ad* 5. *not. glo. in cap. significanti verbo Materiam vers. sed pone de diuor. Surd. de alimen. dicta quæst.* 22. *num.* 26.

15 F In loco tuto collocet] simili remedio consultum est vxori in *dicto §. si autem in sauissimo*, vbi maritus non sustentet vxorem, sed dotem dissipet, vt homo non frugi, ibi oportet dotem tunc sequestrari, quatenus ex ea mulier competens habeat solatium vna cum sua familia, & ibi *glos. verbo sequestrari not.* hunc casum

tanquam ſpecialem, in quo dos matrimonio cõſtante ſequeſtratur.

16 G Legitimæ exceptiones opponi) & iure quidem, quoniam cauſa ſeparationis thori, & reſtitutionis dotis, & aliorum quæ inde ſequuntur grauis eſt, & ardua *Pariſ.conſ.54. num. 14.lib.4.* & apparet toto conſ. quod emanauit pro marito, contra quem ob aſſertam ſæuitiam agebat vxor ad ſeparationem thori, & reſtitutionem dotis, & iurium dotalium, vt ibi præcipuè *n.12.* probatur etiã ex *cõſ Alex.78.lib.3.* vbi vxor agebat contra virum, ſimiliter ad reſtitutionem dotis, & ad alimenta præterita, & attamen in vtroque caſu à prędictis inſignibus iure Conſultis per legitimas exceptiones defenſi fuerunt mariti, quibus accedat *Natt.conſ.616.num. 1.* qui affirmat
17 eiuſmodi cauſas eſſe graues, & ideo ſæuitiam viri eſſe concludenter probandam.

18 H In ſuo robore permaneant] quod tamen intelligendum videtur, niſi vxor poſtquam recepta fuerat, denuo receſſiſſet a marito ſine cauſa iuxta ea, quæ copioſi ſupra diximus hoc ſub eodem cap. ſub littera A. verbo pręſtita cautione.

19 Vbi verò vxor reperiatur extra domum mariti, an ipſa teneatur probare mariti ſæuitiam, vel maritus, quod eam benè tractabat, hanc pulchram dicit eſſe dubitationem *Lup. in c. per veſtras de don inter vir. & vxor. fol. mihi 262.* quæ tamen dubitatio facile ſoluitur, vt per eum, nempe quod vxor teneatur probare ſæuitiam, hoc eſt enim fundamentum intentionis vxoris, vt apparet, licet *Lup.* id non dicat, ſicque ab ea probari debet per *tex. in l. ei qui dicit ff. de prob. l. actor quod aſſeuerat* C. *eod. tit. l. qui accuſare* C. *de eden. not. Natt.* in terminis noſtris *conſ.616.n.15*
20 Et quia delictum non debet præſumi *l. merito ff.*
21 *pro ſoc. c. dilecti de accuſ.* Eſt autem delictum intolerabilis ſæuitia viri in vxorem *c. litteras in fin. de reſt. ſpol. l. 1. C. de emend. proping.*

1 Niſi i plas contrarium probet) nam ſtat præſumptio pro marito, & ſocero, nẽpe, quod prębuerint alimenta vxori, vel nurui prout tenebantur, cum actus præſumatur factus ab eo, ad
22 quem ſpectabat *Maſcard. de prob. concluſ. 734. littera F.* vbi pręcipuè, quod ſumptus præſumuntur facti ab eo, qui ad eos tenebatur ibi *num. 4. Card. Tuſch concluſ. 625. littera P.* vbi in ſpecie,
23 quod pupillus præſumitur alitus à tutore, ad quẽ alimẽtorũ cura erga pupillum pertinebat per *tex. in l. 2. C. de alim. pupill. præſt. quod not. Roman. conſ. 353. quoad primum num. 2. verſ. ad idem*, huic quidem præſumptioni, vbi agatur de muliere propria bona pro alimentis nõ habente, adiun
24 gitur etiã præſumptio altera ex *l. Quintus Mutius 51. ff. de don. int. vir. & vxor.* cuius hæc ſunt verba *Quintus Mutius ait* : Cũ in controuerſiam venit, vnde ad mulierem quid peruenerit, & verius & honeſtius eſt, quod non demonſtrat, vnde habeat, exiſtimari à viro, aut qui in poteſtate eius eſſet, ad eam peruenìſſe. Euitandi autem turpis quæſtus gratia circa vxorem hoc videtur Quintus Mutius probaſſe; vulgata quidẽ eſt omnium ore *l. ſitta*, ſed cum eius verba clara & plana ſint, atque propoſito noſtro valdè accommodata, libuit ea hic referre, & concluſionem ex eadem *l.* deſumptam *exornat Gabriel. concluſ. 15. de præſumpt.*

De alimentis a patre liberis, & ex contrario, et per quemcumque præſtandis.

Cap. CXL.

SI *b* per filium alimenta à Patre petantur, vel *c* per patrem à liberis, cauſa *d* ſummariè per aditum Iudicem cognoſcatur, & ſi illis decernendis *e* locum eſſe viderit, illa decernat, & *f* de ſemeſtri in ſemeſtre anticipatè ſolui mãdet. Cæteris autem quibus aliquo iure alimenta debentur, vbi Iudici conſtiterit illis alimenta deberi, Iudex menſtrua *g* decernat, nullumque opponentem exceptionem cõtra ſemel decreta alimenta audiat, niſi *h* actuali depoſito facto: alioqui pœnam vigintiquinque ducatorum incurrat, & in his omnibus ſummariè procedatur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Alimenta debentur filio à patre ex iure naturæ, & ex præcepto iuris communis. Et debentur etiam filijs emancipatis, vel ex alia cauſa ſui iuris conſtitutis, & n. 3. Et filijs naturalibus non legitimis num. 5. atque etiam ſpurijs, ex æquitate Canonica, & num. 6. & ex ſtatuto, licèt ius ciuile id probibeat, num. 10. 11. necnon omnibus filijs nefarijs, & inceſtuoſis. nu. 20.*
2 *Alimentorum nomine veniunt, etiam veſtimenta, & habitatio.*
4 *Iura ſanguinis nullo iure ciuili dirimi poſſunt.*
7 *Natura nullam conſtituit differentiam inter legitimos, & illegitimos: & communis eſt omnibus filijs tàm legitimis, quàm illegitimis, & num. 8.*
9 *Spurius quis dicatur.*
12 *Romanus Pontifex iura omnia in ſcrinio pectoris cenſetur habere.*
13 *Ius correctum non dicitur amplius ius Ciuile.*

14 Pœna

14 *Pœna secundo nubentibus à iure ciuili impo-*
ta, sublata sunt a iure Canonico.
15 *Alimentorum causa est pia.*
16 *Argumentum ab alimentis ad piam causam*
valet.
17 *Alimentis fauendum est in dubio, sicut &*
pia causæ.
18 *Dispositio quæuis, etiam exorbitans, & cor-*
rectoria, extendi debet in fauorem pia
causæ.
19 *Ius Canonicum in dispositis ad piam cau-*
sam seruandum est in vtroque foro.
21 *Filiæ spuriæ dotari debent à patre. Ita ta-*
men, vt dos quantitatem alimentorum
non excedat. & num. 22.
23 *Filius tenetur alere patrem.*
24 *Alimentorum causæ sunt summariæ: nec re-*
quirunt libellum, nec aliam iuris solem-
nitatem. & num. 25.
Intellige de alimentis præsentibus, & futu-
ris, non autem de præteritis. & n. 26.
27 *Filiationis, vel paternitatis salte quasi pos-*
sessio est probanda à patre, vel à filio in
casu, quo vel parens neget filium, vel filius
parentem, ad effectum alimentorum, etiã
lite pendente. Et probatur ex educatione
& tractatione, num. 28. & ex communi
voce, & fama. num. 29. Et sufficit se-
miplena probatio, videlicet per vnum
testem, num. 30. qui tamen sit omni ex-
ceptione maior. num. 31.
32 *Probatio semiplena habetur pro plena in*
iudicijs possessorijs summarijssimis.
33 *Alimenta quando debeantur menstrua, &*
quando annua. & num. 34.
35 *Alimenta decernuntur arbitrio iudicis:*
qui æquitatem præ oculis habere debet. &
num. 36.
37 *Alimenta præstanda sunt secundum quanti-*
tatem patrimonij, & qualitatem perso-
narum. & num. 39.
38 *Alimentorum materiam plenissimè pertra-*
ctauit Io. Petrus Surdus.
40 *Appellatio non admittitur in causis alimen-*
torum, nisi quoad effectum deuolutiuum
tantum. & num. 43. & tunc appellans non
auditur, nisi prius soluat alimenta, n. 44.
vel det cautionem de soluen. aut faciat de-
positum. num. 45. 46.
41 *Venter non recipit dilationem.*
42 *Fames est acutissimus ensis.*
47 *Casus legis, vel statuti, vbi est expressus,*
cessat omnis dubitatio.

ANNOTATIONES.

A HAbemus ad hanc materiam tractatum omni ex parte absolutum, & perfectum Eminentissimi I.C. Io: Petri Surdi præter alterum breuiorem Io: Baptistæ Pô tani Aduocati Romani, itaque nos pauciſſima quædã ad maiorem statuti nostri declarationem opportunis verborum locis dumtaxat perstringemus.

B Per filium alimenta à patre petan-

1 tur) debentur autem alimenta filio à patre ex debito iuris naturę, & præcepto iuris cõmunis *cap ius naturale 1. dist. Institit. de iur. nat. in princ. l. si quis à liberis §. si quis ex his ff. de lib. agnosc.* atque alimentorum nomine veniunt etiã
2 vestimenta, & habitatio *l. legatis alimentis ff. de alimen. & cib. leg. vbi I.* C. legatis, inquit, alimẽ tis cibaria, vestitus, & habitatio debebitur, quia sine his ali corpus non potest, ad idem *text. est in l. fin. eod. tit. probat text. in l. verbo victus 43. cum l. seq. ff. de verb. signif. & in d. §. si quis*, ibi non tantum alimenta, verum etiam cætera quo que onera liberorum, patrem à iudice cogi præbere rescriptis continetur, comprobat *gloss.* ibidem verbo cætera quoque. Nec solum filijs in-
3 patris potestate cõstitutis à patre debentur alimenta, sed etiam emancipatis, vel ex alia causa sui iuris constitutis ità *I. C. in l. si quis à liberis, § sed vtrum ff. de lib agnos.* qui vero filii sui iuris constituti sint, habetur *Institt. tot. tit. quib. mod. ius patr. potest. solut.* & quidem ratio plana, &
4 certa est, quia iura sanguinis idest naturæ, nullo iure ciuili dirimi possunt *l. iura sanguinis 8.* vbi latè Dec. & alij *ff. de reg. iur.* atque debentur
5 pariter alimenta filijs naturalibus non legitimis *de iure ciu. text. est in Authen. licet C. de natur lib.* ibi huiusmodi enim naturales filios pasci boni viri arbitrio necesse est; *de iu. Can. probatur ex cap. cum haberet in fin. de eo qui dux. in matrim. eam, quam poll. per adult.* ibi solicitudinis tamen tuæ interetit, vt vterque liberis suis, secundum quod eis suppetunt facultates, necessaria subministret, qui text. cum loquatur in naturali nato ex coitu à legibus maxime improbato, multo magis procedit in naturali nato ex soluto, & soluta, quem iura ciuilia non abhorrent argumento desumpto *authen. multo magis C. de sacr. Eccles.* idque plenius prosequitur *Surd. d. tit. 1. quæst. 9.*
6 Amplius adhuc filiis spurijs alimenta debentur ex æquitate canonica *dict. cap. cum haberet, vbi gloss. fin. & Abb. not. num. 10. Paleot. tractat. de notb. cap. 47. num. 1. & seq. Surd. tit. 1. quæst. 10 num. 5. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 8. tit. 5. num. 12.* qui hoc passim vbique à Doct. traditum affirmat, & innumeri ferè alij, quos *Surd.*
7 congerit, nam naturalis est coniunctio inter patrem, & filium, natura autem nullam constituit differentiam inter legitimos, & illegitimos, immo nec eam quidem cognouit, vt in *authent. quib. mod. natur. effic. legit. §. si quis sanè vers. liceat igitur*, & natura communis est omnibus fi-
8 lijs

lijs tam legitimis, quam non legitimis, vti ad hãc rem noſtram conſiderat *Lup.in dicto cap.per veſtras §.23.incip ſed pulchrum eſt videre num.11. fol.mihi 300. ad quod facit text. in l. bos accuſare §.omnibus ff.de accuſ.* Accedãt etiam ad fauorem iſtorum filiorum altera ratio, ſcilicet quod cum alimenta filiis debeantur de iure naturæ, non potuit ius ciuile ſpurios ſine cauſa illis priuare, & ne filius ſine aliqua culpa ſua fame pereat, ius Canonicum decreuit contrarium, ità *Surd.d.q. num.6.*

9 Porrò ſpurius quis dicatur in genere, & in ſpecie videri poteſt notabiliter apud *Surd.queſt.nu. 30.& ſeq.* vbi ad ſummam habetur, quod ſpurij in genere dicuntur quicumque ex minimè iuſtis nuptijs ſunt geniti *Bart in l.fin.ff. de his quib. ut indign. Paleot.dicto tract. de Noth, & ſpur.cap. 16. num.4.* vel clarius, quod ſpurius eſt, quicũque non naſcitur ex legitimo matrimonio, nec ex vnica concubina, & propterea Clerici, & alij quibus interdictus eſt concubinatus, producunt ſpurios, in ſpecie verò ſpurius dicitur, qui ex ijs naſcitur parentibus, inter quos non poterat eſſe matrimonium tempore conceptionis, vel qui naſcitur ex coitu iure ciuili prohibito, & punibili, omittimus referre Doct. quos idẽ *Surd.citat.*

10 Cæterum dubitabit forte quiſpiam, num ſtatutum noſtrum velit etiam ſpurijs alimenta à parẽtibus ſubminiſtrari, eo quia ius ciuile id prohibet *§.fin. authen.quib.mod.natural.effic.ſui C. per venerabilem in fin.qui fil. ſint.legit.l.humanitatis, & authen.licet C. de natur lib.authen.ex complexu C.de inceſt.nupt.ſtatutum verò ſupra cap. 42.* generaliter præcipit ſeruari ius ciuile, vbi verò illud deficiat, ad ſacros Canones recurri, ſed
11 facilè ſolui videtur hoc dubium concludendo, quod ſtatutum procedat etiam in ſpurijs, quoniã apertè ità decernit Sacrorũ Canonum æquitas, ſicque corrigit in hac parte ius ciuile, vt apparet ex *dicto cap.cum haberet, quem text. eſſe mentis tenendum*, quia alibi non reperitur, tradit ibidem *Abb.num.5.* ex eo deducens, quod filij ſpurij, vel aliàs nati ex damnato coitu ali debent à parentibus ſecundum facultatem eorum, quodque in hoc iuri canonico ſtatur etiam de iure ciuili, quia Eccleſia hoc induxit ex quadam æquitate naturali, & ne filii alimentis priuati pereant, idẽ ſentit *Bart.in authen.ex complexu num.2. & 3. C.de inceſt.nupt.* & profecto ius Canonicum nõ ignorauit diſpoſitionem iuris ciuilis, vt apparet *ex cap.per venerabilem qui fil. fin.legit.in fin.* ibi ſecularibus quoque legibus non ſolum eos repellentibus à ſucceſſione paterna, ſed negantibus ipſis etiam alimenta, cum & aliàs Romanus Pon-
12 tifex iuris Canonici auctor iura omnia in ſcrinio pectoris cenſeatur habere, vt legitur *in cap. 1. in princ.de conſtit.in 6* Ius autem correctum nõ
13 dicitur amplius ius ciuile, cum perinde habeatur, ac ſi non eſſet iuxta *not.per gloſſ.in l.fin.vbi Bart.num.1.C.ad l.Corn.de falſ.gloſſ. in cap. 1. verbo Statuta de conſt.Capr.conſ.70.n.12.incip.* & ſi viſo, vt in ſimili dicitur de pœnis ſecũdo nubẽ-
14 tium à iur. ciuili impoſitis, quæ ſublatæ ſunt à iur. canonico, nec locum habent etiam, vbi vigeat ſtatutum, quod ſeruetur ius ciuile, vti dixit *Gabr.concluſ.5.num.4.de ſecun.nupt.* & plenè explicauit *Sacr.Rot.in Peruſina bonorum co-*
rã Penia 20.Aprilis 1592.qua eſt.37.apud Pic.in gloſſ.ad ſtatutum Vrbis cum aliis per nos ſuperius allatis *ad cap. 42. littera D. verbo Seruetur ius ciuile.* Accedat, quod ſtatutum noſtrum latè interpretari debet in fauorem perſonarum quibus alimenta decernuntur, quia alimentorum
15 cauſa eſt pia, vt *no 1. Cott.in ſuis memor. verbo, Alimentorum Couar.pract.qu eſt.c.6.in fin.Surd. de alimen.tit.8.priuileg.1.num.1.* vnde valet argumentum ab alimentis ad piam cauſam per *text.*
16 *in l.Mela.in princ.verſ. ſed & ſi generaliter, ibi pietatis intuitu ff.de aliment.& cib.leg.vbi Bart. num.5.* pluta colligit priuilegia alimentorum cauſæ, & de hoc argumento diſſerit *Euer.in cen. ſua loco ab alimentis ad piam cauſam*; vndè in
17 dubio alimentis fauendum eſt, ſicuti piæ cauſæ, *ex text.in l.ſunt perſonæ ff.de religion. & ſumpt. funer. latè Tiraquell. tract.de priuileg.pia cauſ.*
18 *priuil.148.* & diſpoſitio quælibet etiam exorbitans, & correctoria in fauorem piæ cauſæ extendi debet, quod vtique tradit idem *Tiraquell. Doct.legione ſuffultus d. tract.priuil.160.*

Demum concludo cum altero priuilegio ab eodem *Tiraquell.* in medium prolato ex magis communi, ac veriori Doct. ſententia, nempe
19 quod in diſpoſitis ad piam cauſam ius canonicũ in vtroque foro ſeruandum eſt, ità tradit ille, & probat *priuileg.173.eod. tractat.* Atque idcirco non mirum eſt, quod Canonica æquitas pro alimentis ſpuriorum ſeruanda ſit etiam in Terris Imperij, licet in eis ius ciuile ſeruetur iuxta cõmunem Doct. ſententiã, de qua teſtatur *Dec. in cap.clerici num.4.de iudic.Gabr. concl.1. de alim.*
20 *num.1.* qui & concluſionem ampliat etiã in omnibus filijs nefarijs, & inceſtuoſis nedum ſpurijs & iſtud pariter communiter teneri refert eadem concluſio *num.5.* & habetur *in deciſ.Capic 164. nu.1.& 2.* id ipſum obſeruari debere per totum Orbem, & ità eſſe receptum tradit *Hier. Gabr. conſ.25.num.13.vol.1.* rationes verò illiç huic cõcluſioni ſuffragantur, quas ſupra retulimus in
21 hac ipſa *not.verſ amplius adhuc filijs ſpurijs*; vnde infertur, quod pater tales filias dotare tenetur, cum dos ſuccedat loco alimentorum *Bart. in authen. ex complexu num.4. C.de natural.lib. Abb.in d.cap.cum haberet num.5. Capic. eadem deciſ.num.2. Lup in repet.cap. per veſtras §.23. incip.* ſed pulchrum eſt videre *nu.11. de don. int. uir.& vxor.fol.mihi 303. Gabr.d. concluſ.nu.14.* ita tamen, vt dos quantitatem alimentorum nõ
22 excedat *Lup.eadem repet.§.24.num.3.fol. mihi, 304.Gabr eadem concl.num.25.*

Vel per patrem à liberis) nam & filius tene-
C tur alere patrem *l.fin. §.ipſum autem C. de bon.*
23 *quæ lib.erl.filia C.de patr.poteſt l.1.et 2.C.de alit. lib.l.ſi quis à liberis in princ. ff. de liber. agnoſc.* quod latius proſequitur *Surd.d.tract de alimen. tit.1.qu.12.addo ipſe tex.in auth. quib. mod. nat. effic. ſuit.§.5.§.in quibus enim caſibus*, ibi eademq. menſura ſicut parentes proſpiciunt naturalibus filiis ſecundũ noſtrã legem, & ipſi parentibus cõ penſent hinc in ſucceſſionibus, hinc in alimentis.

Summarie) lic & *Vlp. in d. l.ſi quis §. ſi vel parens*, inquit sũmatim
D iudices oportet ſuper ea re cognoſcere, ideo de
24 plano etiam die feriata alimentorum cauſæ expe-

diri

diri possunt *l.2.ff de fer.not Alex.in addition. ad Bart. in l.si quis à liberis §.si quis ex his ff de lib. agnosc.* vbi quod in eis non requiritur libellus, nec alia iuris solemnitas, sed iudicis officio expediuntur, quia sunt summarię, vt in ipso eodem *§.si quis ex his Surd.de alim.tit.8.priuil.2. vnde Ioan.Bapt.Asin l.C.* non vulgaris doctrinæ, & in forensibus vsibus apprime versatus, causas illas aliis summatis à se in vnum collectis adnumerauit in sua *prax.§.3.cap.31.num.6.* quod tamen de alimentis præsentibus, & futuris, non autem
26 de præteritis intelligendum est, vt idem declarat cum aliis Doct. à se relatis.

E Locum esse viderit] quod si vel parens neget filium, vel
27 filius neget parentem, quæ verba præcise leguntur in *d.l.si quis à liberis §.si vel parens*, tunc probanda erit à filio, vel patre saltem quasi possessio filiationis, vel paternitatis ad effectum consequendi alimenta etiam lite pendente *tex. est in l.1.§.idem Iulianus ff.de liber.agnosc. tradit Bar. in l.si neget sub n.1.ff.eod.tit. Couar.pract qq.c.6. in fin. Menoch.de præsu.lib.3 præsum.33.n.1. Gabr. conc.25.nu.2.volum.1. Surd.de alim.tit.1.q.112. num.3. Pontan.de alim.cap.3 num.2.* Hæc autē
28 quasi possessio probatur ex educatione, ac tractatione, *vt not. Doct. communiter in cap. per tuas de prob. Menoch.* & complures alij ab eo citati *de arbitr. iud.cas.89.nu.69.& lib.1.de præsu. quæst.14. num.47.& q.30.num.33.& præsump. 53.num.21.lib.6. Verall.decis.153.in princip.& decis.329.par.2.Gabr.conclus.4.de præsum n.15*
29 *Rot.diuers.decis.1.num 2.par.1.* Item probatur ex communi voce, & fama *Menoch. d. præsum. 53.num.43.lib.6.& d.casu 89.num. 86.* vbi potissimum complures eiusdem sententiæ congessit *Mascard.de prob.conclus.791.num.1.Pont.de alim.cap.3.num.22.* idque procedit in simplici probatione communis famæ, licet nihil dicatur de tractatione, & educatione, ita communiter tenere Doct. refert idem *Mascard. eandem concl.*
30 *num.4.* verum probatio quasi possessionis filiationis semiplena sufficit *Gabr. d.conc 25. num.2* videlicet per vnum testem *Bart. in extrauag. ad reprimendum num. 9. & 11. verbo, Summariè Couar.d.cap.6.in fin. Aret. d.conc.66.num 9.& 10.Decian.conc.66.num.3.vol.3. Molin. de primogen.par.2.cap.16 num.40. Menoch.d.qu. 35.*
31 *num.32.* qui tamen censet talem testem esse debere omni exceptione maiorem, quem sequitur
32 *Surd. d.quæst.112.num.21.22.& 23.* talis namque probatio, licet alioqui semiplena, habetur pro plena in iudicijs possessorijs sūmarijs, simis & modici præiudicij, nēpe reparabilibus per aliud iudicium, vt in *l.si quis à liberis §. meminisse*, ibi eam rem præiudicium non facere veritati *ff. de liber. agnoscen.* ac præsertim in fauorabilibus quale est iudicium illud de alimentis, nam prędicta omnia conueniunt *Bart. Aret.* & *Surd. locis proxime citatis.*

F De semestri in semestre anticipate] regula est ex iur. cōmuni in *l.pecunia ff. de alim.& cib.leg.& in l.fin.ff.de lib. agnosc.*
33 quod alimenta menstrua decernuntur personis infirmis, & pauperibus *& Iac.de Aren.* quem sequitur *Bart. ibidem num.1.* declarat id esse ve-
34 rum in debito alimētorum ad tempus certis personis, non autem vbi alimenta debentur in perpetuum, exempli gratia, panperibus certi Hospitalis, nam hoc casu debentur annua per *text. in l.si quis ad declinandum C.de Episc. & Cleric.* sed plenius explicat *Surd.tit.4.q.17.* quo tempore præstanda sint alimenta, & firmat regulam prædictam.

35 Plurimum autem defertur iudicis arbitrio in decernendis alimentis, vt per *Surd.cad.q.n.30. ex Bero in cap.Rainutius num.221.ff. de testam: & Cordub.in l.si quis à liberis §.non tantum nu. 22.ff.de lib.agnosc.probat.tex.in eadem l.si quis à liberis §.verum autem, ibi*, & magis est, vt iudex vtrobique se interponat, & fortè dicere possumus cum *Caio l.C.in l. ideo ff. de eo quod cert. loc.* licet ille ad aliud propositum, & in actione loquatur, ideò dicit *Gaius* in arbitrium iudicis refertur hæc actio, quia scimus quam varia sint pretia rerum per singulas Ciuitates, regionesq. maximè vini, olei, frumenti, pecuniarum quo que, licet videatur vna, & eadem pote tas vbiq. esse, tamen alijs locis facilius, & leuibus vsuris inueniuntur, alijs difficilibus, & grauibus vsuris,
36 Habeat igitur Iudex æquitatem præ oculis iuxta monitum *Vlp.in l.1.§.quod si Ephesi §.fin. in fin. ff.de eo quod cert. loc.* illud certum est, quod pro modo facultatum eius à quo petuntur alimēta, cadē decerni debent, vt *supra d l.si quis à liberis in princ.§.seu verò eademque ratio* ibi pro modo facultatum, & *§ solent vers. alimenta autem pro modo facultatum cad.l.tex.in cap. cum haberet in fin.* ibi secundum quod eis suppetunt facultates de eo qui dux. *in matr. quam poss per*
37 *adult.* attamen vbi id fieri possit, habenda est etiam ratio qualitatum personæ alendæ *l.si cui ff. de ann.leg.l.Mela, & l.pen.ff de alim.& cib. leg. tex.in l.1 ff.de ventr.in possess.mitt.§.mulier autem*, ibi pro facultate defuncti, & pro dignitate eius, atque mulieris, qua de re agit *Pontan. de*
38 *alim.cap.7.* sed ad saturitatem haurire poteris, quantum tua expetit sitis ab vberrimo fonte legalis scientiæ *Ioan.Petr.Surd.de alimen.dict.tit.*
39 *4.q.18.* quodque in præstatione alimentorum attendi debeat quantitas patrimonii, & qualitas personarum, censuit etiam *Rot. apud Veral. decis.21.par.1.*

G Decernat] sic seruatur etiam generaliter regula deducta ex *l.fin §. de liber.agnosc.& l.pecunia ff de alim.& cib.leg.* & in proxima precedenti not. dictum est.

H Actuali depositio facto] priuilegia duo præci-
40 pua obtinet causa alimentorum, vnum est quod à sententia, seù decreto pro alimentis futuris nō datur appellatio quoad effectum suspensiuum, sed quoad deuolutiuum tantum per *tex. in l.fin. ff.de appel.recip.* vbi in primis verbis habetur quod lites dilationem non recipiat, non permittitur appellare, venter autem planè non recipit
41 dilationem, quod vulgo proditum, & *not. Surd. de alim.tit. 1.q.44 num. 36. referens Bald. in l. pactum C.de coll.* qui tamen hoc præcisè non dicit, sed refert prouerbium, quod fames est acutissimus ensis, vt legitur apud eum ibidē *nu. 25*

not.

not.Bald.in l.pactum C.de coll.quem refert Surd. de alim.tit.1.q.44.num.36. & in specie, quod
43 non detur appellatio in causa alimentorum tradit *Bart.in d.l.fin.num.1.& in l.Mela sub nu.5.ff.de alim. & cib. leg. Bald. nouell. tract. de dot par.9. priuileg.7.in fin.Rip. in l.2.num.4. ff. de re iud. Pontan. de alim.cap.19.num.3.Sigism.*
44 *Scace. de appell.quæst.17.limit.7.num.1.* cum pluribus aliis citatis, quam conclusionem declarat postea *nu.17.* prout hic nos posuimus. Alterum est priuilegium, quod appellans non au-
45 ditur, nisi prius soluat alimenta, vt *not. Surd. de tract.tit 8.priuileg.96.in princ. Centa.ad l.vnic. C.si de moment.possess.limit.3.nu.58.* vel det cautionem de soluendo, aut faciat depositum iuxta
46 *decis.Rot.apud Caputaq.31.nu.7 par.2.* Sed hoc iuxta ius commune, vt ex citatis auctoribus; at ius nostrum municipale se restringit ad depositum, vnde saltem quoad ipsum strictè seruari debet *S.Ius autem ciuile,& S.seq. Instit. de iur.nat. gen.& ciuil.l.omnes populi ff de iust. & iur. cum not.* vtrobiq. & vbi est casus statuti, cessat omnis dubitatio, sicuti dicitur de casu legis per *tex.in l.illam C.de colla & in l ancilla.C. de furt. not. Card. Mantic.decis.256 num.1.*

Quod filiæ fœminæ, vel neptes paterno, & auito testamento acquiescant.

Cap. CXLI.

a FIliæ fœminæ, vel neptes natæ ex filiis, seu filiabus præmortuis dotatæ à patre, vel auo, *c* sint contentæ dotibus, quas pater, vel auus earum, in testamento, vel alia vltima voluntate, seu inter viuos dederit, vel reliquerit, nec occasione Falcidiæ, seu *d* supplementi debiti iure naturæ, possint aliquid petere *e* ab hæredibus patris, vel aui de Agnatione etiam transuersali, vltra id quod pater, vel auus earum reliquit, seu dedit in vita, sed semper testamentum, & vltima voluntas patris, & aui robur habeat, nec possit per ipsas filias, & neptes, seu ipsarum hæredes, per quamcumque viam, seu alio modo *f* impugnari; non obstante iure Canonico, Ciuili, & Constitutionibus in contrarium facientibus; salua tamen filiali successione ab intestato, secundum formam infra traditam.

SVMMARIVM *Annotat.*

1 *Veritas sæpius exagitata magis splendescit in lucem.*
2 *Pactum factum à filia patri, quòd dote contenta nullum regressum habeat ad bona paterna, non valet ex iure ciuili.*
Et dicitur esse contra bonos mores, & n.4.
Valet autem ex statuto, & num.12.15.
3 *Argumentum à pacto ad statutum, etiam negatiuè, valet.*
Contrarium, num.13.
5 *Iura naturalia iure ciuili tolli non possunt*
6 *Legitima portio debetur filijs iure naturæ saltem, quatenus succedat loco alimentorum. & num.7.*
Contrarium num.17. Intellige, vt num.18.19.
8 *Alimenta debentur iure naturæ.*
9 *Statutum tollens alimenta ijs, quibus debentur iure naturæ, non est valitum.*
10 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatum est.*
11 *Legitima portio non potest ex iure Ciuili diminui filijs, nec super ea grauamen imponi.*
Secus ex statuto. & num.22.24.38.
14 *Ius publicum præscribit regulam pactis, & actibus priuatorum.*
16 *Iuramentum præstitum contra bonos mores non est obligatorium.*
20 *Iure gentium naturali derogari potest ratione publicæ vtilitatis, & num.21.*
23 *Filia exclusa à successione non ideò est exclusa à petitione alimentorum, vbi non habeat legitimam, vel saltem non sufficientem ad alimenta.*
25 *Statutum Vrbis, quòd filiæ fœminæ, vel neptes, &c. non comprehendit proneptes, & alios descendentes.*
26 *Statutum excludens feminas propter masculos non extenditur ad personas non specificatas.*
27 *Testator, grauando filios decedentes sine filijs, non videtur grauasse filios filiorum.*
28 *Statutum, quòd filia sit contenta dote sibi à patre data, procedit tantum vbi dos sit congrua, & num.34.*
Contrarium, quod procedat etiam, vbi dos sit incongrua.num.32.33.
Distingue, vt num.35.36.
29 *Argumentum à causa intestati ad causam testati valet.*
30 *Statutum interpretationem recipit ab alio statuto. Et intelligitur, vt concordet cum alio statuto, & num.31.*
37 *Læsio filiæ in dotis constitutione inspicitur ex tempore datæ dotis, nõ autõ mortis patris.*

39 *Dos in casu statuti vi detur congrua, licita sit minor legitima dummodo filia non sit enormissimè lesa. Limita vt num.* 40.

41 *Dos congrua quæ sit decerni debet arbitrio Iudicis.*

42 *Filia in casu statuti non potest agere ad supplementum etiam congruæ dotis.*

43 *Verba, vbi cõueniũt, conuenit, & dispositio.*

44 *Onus omne ex legitima reijci debet.*

45 *Diminutio quantitatis legitimæ, & onus eidem adiectum, sunt res diuisæ.*

46 *Casus omissus in statuto, remanet in dispositione iuris communis.*

47 *Filia in casu statuti, nihil potest petere ab hæredibus patris, &c si hæredes patris sint filij veri; Secus autem si sint adoptiui, vel arrogati.*

Intellige, vt n. 48. 49. 50. 51. 52.

53 *Filia montalis non agit de incongrua dote.*

54 *Argumentum à denegatione supplementi Legitimæ ad querelam inofficiositatis, valet.*

55 *Filia grauari potest à Patre in dote de onere fideicommissi.*

ANNOTATIONES.

A Liceat hic argumẽtari cõtra statutum, vt de eius ratione, & validitate magis magisq. appareat, nam arguendo, & disputando veritas inuenitur, & veritas sæpius exagitata magis splendescit in lucem *cap. graue* 35. *q.* 9. *l. munerum* § *mixta ff. de mun. & honor. l. per hanc in fin. cum ibi not. per Salic. & alios C. de temp. appell.* Primo itaque sic argui tur, non valet pactũ factũ patri à filia, quod dote
2 contenta nullum ad bona paterna regressum habeat, nam hoc iure ciuili improbatur *l. si quando C. de inoffic. testam. l. pactum C. de colla. cap. quamuis pactum. de pact. in 6.* Ergo nec potest id fieri per statutum, quia valet argumentum à pacto ad statutum *glos. in rubr. C. de decre. decur. lib.* 10. *Din.* qui ad rem nostram loquitur *in cap. indultum* 17. *de reg. iur in 6* Et valet etiam negatiuè hoc modo scilicet, quod non potest fieri per pactum nec potest fieri per statutum, vbi aliquid sit contra bonos mores, tum enim, quod non licet per pactum, nec licet per statutum *Dec. in l. nec ex prætorio* 27. *nu.* 9. *ff. de reg. iur. Euer. in centur. suæ loco à pacto ad leg. stat. vel consuet. num.* 10.

4 Istud verò pactum dicitur esse contra bonos mores, vt *not. Bald. in d. l. pactum nu.* 12.

3 Secundo hic tollitur per statutum expressis verbis facultas siue ius petendi supplementum legitimæ portionis debitæ iure naturæ, sed iura naturalia iure ciuili tolli non possunt *§. quod vero naturalis ratio, & §. sed naturalia Inst. de iur nat. l. iura sanguinis* 8. *ff. de reg. iur.* consequenter eiusmodi statutum, quod est ius ciuile proprium illius Ciuitatis, quæ illud condidit *§. ius autem. ciuile Instit. eod. tit. non videtur posse subsistere* Quod verò legitima portio prædicta debeatur filiis iure naturæ, præter ipsius nostri statuti assertionem, comprobatur ex *tex. in l cum ratio ff. de bon. damna. l. scripto in fin. ff vnde lib. l. fin. C. quor bon. surd.* & plures alii ab eo citati *tit.* 1. *quæst.* 19. *num.* 7. *tract. de alim. Card. Tusc. concluſ.* 200. *nu.* 1 *littera* L. quod saltem verum
7 est quoad legitimam portionem quatenus ea succedat loco alimentorum, prout succedit *§. prohibemus authen. de trien. & semi. §. si quis de bared. & fals. vbi Bart. in prine. Socin. conſ.* 30. *num.* 3. *volum.* 1. nam alimenta iure naturæ de-
8 beri omnino certum est *l.* 1. *§. ius naturale ff. de iustit. & iur. l. si quis à liberis §. si quis ex his ff. de lib. agnosc. l. nec filium C. de patr. potest cap. ius naturale distinct.* 1. *late Surd. de alim tit.* 1. *q.* 1. & ita declarat *Olar. conſ.* 94. *num.* 10. *Dyn. in c. indultum* 17. *de reg. iur in 6 Cyn. in l. sancimus C. de nupt. Bald. in l. cum lege* 38. *num.* 3. *& seq. C. de Epiſc. & Cler. Brun. de stat. artic.* 1. *num.* 5. *Alex. conſ.* 134. *ſub num.* 32. *lib.* 6. vnde sicut non
9 valeret statutum adimens alimenta ijs, quibus iure naturæ debentur, sicuti probat *Brun. dicto tract. quæſt.* 40 *cum duabus seqq.* quem citat, & sequitur *Alexan. d. conſ. num.* 34. *Vini. commun. opinion. lib.* 1. *concl.* 22. *ampliat.* 1. & plurimi alii quos ipse refert, *Surd. de alim. tit.* 8. *priuileg.* 56. *num.* 22. Ita nec videtur validum esse statutum tollens, vel etiam diminuens legitimam alimentorum loco subrogatam, cum subrogatum sapiat naturam eius in cuius locum subrogatur *l.* 1. *§. hac actio. & ibi Bart. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſ. fuer. l. ſi eam §. qui iniuriarum ff ſi quis caution. vbi Bar. Bald. Ang. & alij*, & forte est argumentum a vi subrogationis, vti docet *Euer. in cent. ſua hoc ipſo loco.*

11 Tertio ius ciuile disponit legitimam portionem filiis non posse dominui in quantitate, neque licere grauamen aliquod super ea imponere *l. omnimodo, & l. quoniam in prioribus C. de in offic. teſtam.* alias procedi quasi nihil eorum testamento additum esset, vt in *final. verb. illius legis, & fortius in authen. de trien & semiſſ. in princ. ex quo quidem tex. Alex. dicto conſil* 134. *num* 31. *not.* ibi esse clausulam derogatoriam, sicque videri, quod leges municipales contrarium disponentes valere non debeant.

12 Verum argumẽtationibus hisce non obstanti bus, quæ profecto facillimè diluuntur, dicendum est validum esse statutum nostrum, vtpote firmissima, & probatissima ratione innixum, ne loquamur modo de statuentium indubitata auctoritate, ratio autem est studium conseruandæ agnationis, in quo vtilitatem versari publicam fatentur omnes, & hac sola ratione condita cẽsentur statuta excludentia fœminas propter masculos, vt est communis Doct. opin. de qua testatur *Brun. d. tract. de stat. art.* 3. *princ num.* 12. *& Gabriel. concluſ.* 6. *de stat. n.* 1. *qui addit etiam num.* 2. quod ex ista sola ratione, quæ considerata videtur à statuto liceat arguere, ac si expressa fuisset, idque pariter ex communi Doct. sententia; Quocirca statutum nostrum rationabiliter, ac prudenter disposuit, vt hoc cap. ad fauorem filiorum; & nepotum masculorum; Nec ob-

stat

stat primum argumentum; quia esto, quod non valeret pactum fœminæ filiæ in casu nostri statuti, non sequitur ergo non valet statutum, quia verè plus potest statutum, quam pactum, vnde
13 argumentum à pacto ad statutum benè procedit affirmatiuè, nempè, quod potest fieri per pactum potest etiam fieri per statutum, non autem valet negatiuè, vti latè declarat, & comprobat *Euer. in loco à pacto ad statutum n.* 1. quoniam maior est potestas legis, quam hominis, vnde priuatorum conuentio iuri publico non derogat, con
14 tra verò ius publicum normam, regulam, & præcepta præscribit pactis, & actibus priuatorum *toto tit. de pact l. neque pignus* 45. *§. priuatorum conventio ff. de reg. iur l. nec ex Prætorio* 27. *ff. eod. tit. vbi Dec. num.* 4. *& pluribus alijs seqq.* multa commemorat, quæ per statutum fieri pos-
15 sunt, non autem per pactum; Nec est verum, quod pactum factum patri à filia ab eo dotata de non succedendo eidem sit contra bonos mores, quia hoc non probatur vlla lege, ergo non est dicendum *l. illam C. de coll. §. consideremus authe. de trien. & semiß. & Bart. in l. fin. in vl. lect. n.* 9. expressè dicit pactum istud non esse contra bonos mores, *& Bald. in d. l. pactum idipsum non negat*, si benè ponderentur eius verba, sed om-
16 nem tollit difficultatem hoc argumentum, nempe quia non est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum *cap. 58. de reg. iur. in* 6. & tamen seruari debet iuramentum patri factum à filia dotata de non habendo regressum vllum ad bona paterna *d. cap. quamuis pactum de pact. in* 6. consequenter pactum, de quo agitur non est contra bonos mores.

17 Non obstat secundum argumentum, quia non est simpliciter verum, quod legitima debeatur filijs iure naturæ, neque hoc habent iura ad id superius allegata, quæ quidem bene exponit *Alex. cons.* 75. *num.* 5. *lib.* 1. *Socin. iun. cons.* 61. *num.* 10. *lib.* 3. *Menoch. de arbitr. iud. cas.* 149. *num.* 122.
18 quinimò debetur filiis legitima portio de iure ciuili, naturali tamen iure cooperante *Albert. Brun. d. tract. de stat. art.* 1. *num.* 22. nam meta-
19 quæ imponitur portioni, est de iu. ciuili, & ideo potest augeri, vel minui, sed materia legitimæ est de iu. naturę, vnde non potest in totum tolli, ita *Bald. in l. cum lege* 38 *num.* 4 *C. de Episc. & Cler. Alex. cons.* 134. *num.* 30. *lib.* 6. *Card. Tusch.*
20 *concl.* 200. *littera L. num.* 2. *&* 5. Et amplius ratione publicæ vtilitatis potest etiam iuri naturali derogari *Alex. d. cons.* 75. *num.* 11. *lib.* 1. *Brun.*
21 *d. artic. num.* 17. quod intelligi debet de iure gẽtium naturali, si quidem hoc etiam appellatur ius naturale *Instit. de rer. diuis. in princ. Alex. d. cons.* 134 *sub num.* 17. ex quibus planè Doct. omnes communiter consentiunt legitimam portio-
22 nem diminui posse per statutum, quidquid sit, vbi statutum eam tolleret in totum, vt testatur *Brun. d. artic. num.* 6. idem attestatur *Curt. iun. cons.* 10 *num* 2. *Imol. in l. Titio centum* 70. *§. Titio genero ff. de cond. & demonst. quem refert. Alex. d. cons.* 134. *sub n.* 33. dicẽtem omnes Doct. esse in concordia, quod legitima possit minui per
23 statutum *Gabr. concl.* 1. *de legitima num.* 18. Neque ideo excluditur filia à petitione alimentorũ; quamuis excludatur à successione, sed poterit agere ad alimenta, vbi non habuerit legitimam vel eam non habuerit sufficientem ad alimenta, quæ quidem filiis debentur iure naturæ, vt fusè, ac benè probat *Brun. d. tract. act. 9. quæst.* 2 *nu.* 43. *& seqq.*

Minus obstat tertium argumentum *ex l. omni modo, & l. quoniam in prioribus C. de inoff. testa. iuncto tex. in authen. de trien. & semiss. in princ.*
24 quia iura illa loquuntur in testamentis conditis iuxta dispositionem iur. communis, non autem vbi ius municipale, seu statuta extenst, per quæ legitima portio ex ratione publicæ vtilitatis minuatur, nam eiusmodi statuta, vtique valida sunt & seruãda, vt ex proximè citatis Doct. satis probatur, & comprobatur ex *cons. Curt. iun.* 10. *sub num.* 2. *Rot. diuers. decis.* 538. *nu.* 15. *& decis.* 540. *num.* 5. *par.* 1.

B Filiæ fœminæ, vel neptes) sed quid in pronepti-
25 bus, & aliis descendentibus? Dico statutũ non extendi vltra filias, vel neptes, prout loquitur, *ex decis. Rot. in Romana dotis* 30. *Martij* 1618. *coram Eminentissimo Cara. Verospio*, vbi ità expressè declarat hoc statutum sicuti antea etiã *Rot. diuersat in Roma. hereditatis coram Card. Millino* 16. *alias* 4. *Maij* 1584. vbi idcirco censuit hoc statutum non obstare sororibus, quominus possent succedere simul cum fratribus in hęreditate auunculi iuxta dispositionem iuris communis, cum excludat tantum filias, & neptes ab hæreditate patris, & aui, matris, & auiæ Nec valet argumentum, quod statutum excludendo promixiorem multo magis intelligeretur excludere remotiorem, quia responsum est cum distinctione videnda in eadem decisione, ne prolixiores nos simus quam oporteat quę quidem
26 decisiones comprobantur ex communi illa conclusione, quod statutũ excludens fœminas propter masculos, non extenditur ad personas non specificatas, de qua plenè *Gabriel. conclus.* 2. *de*
27 *stat.* & testator grauando filios decedentes sine filijs non videtur grauasse filios filiorum *Rot. coram Gypsio in Romana hereditatis de Fuscarinis* 12. *Februarij* 1588. & *coram Corduba in Romana hereditatis, & Viridarij* 27. *Ianua.* 1597.

C Sint contentæ doribus) quæ tamen dotes sint cõ-
28 gruæ pro qualitate personarum, & pro quantitate facultatum, nam dotis dandæ modus ex facultatibus, & dignitate mulieris, maritique statuendus est, quousque ratio patiatur, vt inquit *I.C. in l. quero* 61. *ff. de iur. dot.* & ità intellexit hoc statutum *Rot. in Romana Supplementi dotis coram Orano* 12. *Nouembris* 1588. vbi enormissimè læsa fuerat filia à patre in dotatione, & confirmauit *coram Pamphilo in Romana supplementi legitimæ* 23. *Iunij* 1597. & *in Romana dotis in fin. coram Verospio* 30. *Martij* 1618 *reuocatis decisionibus Cæsaris de Grassis, & Laureteni de quibus in d. decis. coram Orano*, ea nimirum ratione, quia si cortici verborum statuti huius esset inhærendum; sequeretur absurdum, quod scilicet filię in vno aureo dotatæ, non possent de iniquitate, & dolo patris conqueri, atque comprobatur iste intellectus ex *cap.* 141. *infr. hoc eod. lib. vbi statutum in casu dotis* constituẽdæ filiabus, vel neptibus, quando pater, vel auus decesserit intestatus; mandat eas dotari de pa-

ragio secundum conditionem illorum de domo sua, & iustæ facultatis patrimonij, nam si statutum ità expressè voluit in causa intestati, idem eatiter voluisse censetur in causa testati, valet
29 enim argumentum à causa intestati ad causam testati, vti docet *Euer.in centur.sua loco à causa intestati ad causam testati*, quo argumento in terminis nostris præcipuè vtitur *Castren.consil.*
30 275.*sub num.*2.*lib.*1. Accedat, quod statutum interpretationem recipit ab alio statuto, præsertim vno ac eodem *vol.comprehenso*, & *cum eo* censetur se velle conformare *Alex.cons.*83.*nu.*9. *lib.*4. & *cons.*123.*num.*10.& *seqq.eod.libro Rol. cons.*62.*num.*30.*lib.*3 *Anchar.cons.*422. *sub n.*3. *Dec.cons.*65.*num.*4.& *cons.*301.*num.*8. nam vna lex aliam declarat *l.non est nouum ff. de legi.* & sicut se habet ius commune ad ius commune, ità statutum ad statutum, & sicut ius commune,
31 ità intelligitur, vt concordet cum iure communi, ità & statutum intelligitur, vt concordet cũ alio statuto *Alex.dicto consil.*123.*nu.*15.

Verum quod immo statutum habens verba
32 quæ habet nostrum, nempe, quod filia debeat esse contenta dote sibi à patre data. procedat etiã vbi dos non sit congrua, tenuit *Alex.consil.*121. *num.*2.*libr.*6.& *consil.*83.*num.*3.*lib.*4.*Iaf.consil.*121.*colum.final.lib.*2. idque multo magis dicendum videretur in casu nostri statuti, cum amplius expressè prohibeat ne filiæ, vel neptes occasione Falcidiæ, seù supplementi debiti iure naturæ possint aliquid petere ab hæredibus patris, vel aui de agnatione, vltra id quod pater, vel auus earum reliquit, seù dedit in vita, quo casu
33 supplementum peti non posse sensit *Ruin.consil.* 60 *num.*4 *lib.*3.& *Curt.iun.conf.* 10. Nituntur autem insignes isti iur. interpretes ea potissimũ ratione, quod ex prædictis verbis clarè appareat de voluntate statuentium, nec de potestate eorumdem quoad diminutionem legitimæ, sit dubitandum, vti præcipuè arguit *Curt.iun.d.conf.*
34 *num.*2. Sed nihilominus ab opinione *Sacr. Rot.* minimè recedendum est, & maximè propter statutum infrà *c.*145. vt supra ponderatum, ex quo quidem prædictum argumentum euitatur, cum nimirum de voluntate statuentium cõstet in hãc partem, quæ etiam vti benignior in dubio tenẽda est iuxta iuris regulam in *l.*56.*ff.de regul. iur. text.in l.proximè vers sed in re dubia ff.de his quæ in testa.delen.& in l. benignius ff de legi.* si quidẽ contrariam opinionem rigorosam vtpote ex statuto rigoroso præcedentem fatentur Doct. qui eam sequuntur, & præcipuè *Bald.in authen.res quæ num.*16.*C.commun.de legat.Alex.d.conf.*121 *sub num.*2.*Ruin. d.conf.* 60.*sub num.*1. hac tamen adhibita distinctione, seu moderatione,
35 quod prima opin. locum habeat, vbi magnus esset excessus circa dotis congruentiam, itaut concurrentibus coniecturis redargueretur pater vel auus de dolo, seù indiscreta dotatione.

36 Altera verò opin. procedat, quando non apparet de tali excessu, quo casu præsumendum est pro facto parentum, de quibus lex confidere solet, quod optimum consilium capiant pro filiis *ex tex.in l.nec in ea ff.ad Iul. de adult.& in l. fin. in princ.C.de cur.furios.* Et hanc distinctionem sequuti sunt *Alex.cons.*33.*num.*4.*lib.*4. *Castren. cons.*275.*num.*6.*lib.*1.*Rot.apud Cas.de Graff.decis.*2.*nu.*3. *& seqq. de constit.* vbi dicitur, quod Doct. passim sequuntur hoc *cons.Castr. Menoc. de arbitr.iud.cas.*149.*num.*2.& *plur.seqq.Card. Mantic de tacit.& ambig.conuent.lib.*12.*tit.* 23. *vbi, num.*4. asserit hanc opinionem videri magis communiter receptam.

37 Porro ad læsionem filiæ in dotis constitutione detegendam, inspici debet tempus datæ dotis, non autem mortis patris *Rot.coram Penia in Vlisbonen. legitima* 27.*Nouembris* 1595. quæ licet non loquatur in dispositione statuti, facit tamen ad casum, & aliqui ex Doct. in *dec.ipsa citati*, loquũtur in terminis statuti similis huic nostro.

D Supplementi debiti iure naturæ,)
38 nam legitima portio per statutum fundatum in ratione publicæ vtilitatis iuxta omnium iuris interpretum sententiam, diminui potest, vt supra demonstrauimus ad hoc *cap.sub littera* A, neque in casu statuti nostri loquentis de dote data à patre, vel auo, idcirco concluditur dotem non esse incompetentem, seù incongruam, quia mi-
39 nor sit legitima, quinimo videri congruã, licet minor sit legitima, dummodo filia non sit enormissimè læsa, prout in terminis statuti huic nostro similis censuerunt *Castren.dicto consil.*275.*nu.* 2. & 6. *Curt.iun.dicto consil.*10.*num.*1 & 2. *Dec.*
40 *cons.*26.*nu.*2. Quidquid sit, vbi ab aliorum pendet arbitrio dotis congruæ assignatio, vel declaratio, quo quidem casu dos nõ debet esse minor portio, quam legitima *Ruin.* qui hanc dicit veriorem, & æquiorem opin. *cons.*60.*num* 3.*vol.*3. *Cas.de Graff.d.decis num.*3. vbi asserit pro ea innumeros esse Doct. & communem refert *ex Dec. consil.*275.*colum.*2.*num.*2.*Marant.disput.* 10. *n.*
20 quam demum frequentiori Doct. calculo receptam dicit, & tanqua benigniorem, dotibus que fauorabilem amplectitur *Card. Mantic. d. lib.*12.*tit* 22.*num.*31. attamen *Menoch cas.*149. *num,*34. *de arbitr.Iud.* post relatas aliorum sententias sentit, & cõprobat rationibus, & non
41 paucorum Doct. auctoritate, quod iudicis arbitrio, quę dos sit congrua, decernatur, Atque eidem arbitrio etiam relinquatur, quod dicatur iustum paragium *Menoch.ibidem.num.*35.

42 Demum quod in casu statuti nostri non possit filia agere ad supplementum etiam congruæ dotis tenuit *Rot.decis.*760.*num.*1.*par.*1.*diuers.* quę licet respondeat super interpretatione statuti antiqui *cap.*82.& 85.*lib.*1. Applicatur pariter huic statuto nouo, vtpote habenti eadem verba, at-
43 que antiquum, vbi enim conueniunt verba, conuenit, & dispositio *l.quod constitutum ff.de milit. test.l.*4.*§.toties ff.de damn infec.* licet vero filia, vel neptis legitimę portionis supplementum ex hoc statuto petere non possit, quod planè derogat *l.omnimodo C.de inoff.testam.* non tamen derogat idem statutum dispositioni *l.quoniam in*
44 *prioribus C.eod.tit.* quæ habet, quod omne onus ex legitima reiiciatur, vt decisum fuit in *Romana de Marganis corã Robusterio* 9.*Martij* 1583. quam quidem *decis.* refert, & sequitur, *decis.altera coram Penia* 28, *Iunij* 1596 *in Romana bonorum de Caulis*, si quidem diuersa sunt prædi-
45 cta duo nempe diminutio quantitatis legitimæ, & onus eidẽ portioni adiecta, atq; idcirco statutũ de vno casu ad alium extendi non debet, maximè cum statutum sit contra ius commune, vnde intelligi debet prout littera iacet *Oasse.* qui hoc

46 communiter teneri asserit *decis.21.num.14. Decian.respons.21.num.41.lib 2.* Sed casus omissus remanet in dispositione iuris communis *l.cõmodissimè ff.de lib.& posthum. cum similibus.*

E Ab hæredibus patris, vel aui de agnatione transuersali) istud quod dicitur, filiam

47 nihil posse petere ab hæredibus patris, intellige si hæredes patris sint vere filij, secus verò si essent adoptiui, vel arrogati, hi enim vere filij non sunt *Rota coram Cardinale Pamphilio in dicta Romana legitima 23. Iunij 1597.* quoniam statutum hoc tanquam exorbitans, & contrarium iuri communi strictè est interpretandum, vt in eadem *decis.* dicitur, vnde pater per huiusmodi statutum non potest propter filium adoptiuum excludere filiam veram à legitima, vt *in d.decis.*

48 *habetur*, quod ampliatur, vt procedat primo etiã si filia tacitè approbasset testamentum patris, accipiendo legatum, vt in ipsa decisione probatur;

49 secundo ampliatur etiamsi in tali legato per filiã exacto adesset clausula, quod plus petere non possit, quod ex *ead.decis.* pariter cõstat, licet ibi dem videatur dubitari, si pater dixisset, quod nõ posit filia petere plus ratione legitimæ.

50 Item statutum hoc non excludit filiam fœminam propter filium spurium legitimatum *Rota decis.303. var.3.* quæ licet non loquatur in termi nis nostri statuti, nihilominus, quia casus statuti illius, de quo loquitur, conuenit cum hoc nostro, meritò etiam huic applicatur, Neque suffragatur extraneis hæredibus, quia emanauit ad

51 solum fauorem agnationis *Rot.in Romana supplementi legitimæ 28. Iunij 1613. coram Sacrato, & in eadem 4. Decembris 1613. coram eodem,* &

52 ideo hoc statutum non habet locum ad fauorem piæ causæ *Rot.in dicta Romana supplementi legitimæ 28. Iunij 1613. coram Sacrato,* & filia

53 monialis non agit de incongrua dote *Rot.in Romana dotis 12. Iunij 1602. coram Ludouisio quæ est decis.63. impress. nomine Gregorij Papæ XV.*

F Impugnari) dum statutum prohibet testamentum patris, & Aui per filiam, vel neptes, per quamcumque viam impugnari prohibet vtique querelam inofficio-

54 si testamenti, quia valet argumentum à denegatione supplementi legitimæ ad querelam inofficiositatis *Rot.in Romana donationis de Iacomellis 10. Decembris 1610. coram Sacrato.*

Demum noto, quod attento hoc statuto, & alio infra 145. *hoc cod.lib.* quod excludit fœminas ob dotem, & non dotatas mandat dotari, potest

55 pater grauare filiam in dote de onere fideicommissi, & sic in dotem alium substituere filię *Rot. in Romana de Marganis 18. Iunij 1582. coram Robutterio.* Neque obstant *decis.in Romana de Crescentijs 17. Februarij 1570. & 13. Ianuarij 1572. coram eod. Robutterio*, quia loquuntur in fratre, vel in patruo imponente onus fideicommissi non autem in patre, vt declarat *Gabr. cons. 140.n.5. & seqq.lib.1. qui fuit casus decisionis Romana de Marganis supra citata.*

De filiis in conditione positis. Cap. CXLII.

Filii positi in conditione fideicommissi, censeantur ad fideicommissum *a* tacitè vocati.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Filij in conditione positi censentur tacitè vocati. Et locũ habet statutum etiam in fœminis. licèt testator in conditione poneret tantum filios masculos, & n.9 Dũmodo testator nõ habuisset animum conseruãdæ cognationis, & n.10. Et tàm in ascendentibus, quàm in transuersalibus, n.11. Et vbi filij in conditione positi sint in transuersali, n.12. Ac etiam qũ fuerunt positi in conditione non sub nomine filiorum, sed consanguineorum, nu.13. Et vbi pater institutus, vel substitutus prædeceserit, n.14. Et succedunt tàm per vulgarẽ, quàm per fideicommissariam substitutionem, n. 15. Intellige, & hæc procedãt, quãdo filij positi sunt in conditione in cõtractu, & nõ in vltima volũtate, n.16.*

2 *Coniecturæ legitimæ, quæ sint, quibus ostendi possit filios positos in conditione esse tacitè vocatos, relinquitur arbitrio Iudicis.*

4 *Status coniecturalis sæpe est valde incertus, & periculi plenus.*

5 *Filij positi in conditione fideicommissi, sicut censentur tacitè vocati ad hæreditatem parentũ, an ita etiam censeantur vocati ad hæreditatem patruorum? & n. 6.7.8.*

17 *Statutum Vrbis de filijs positis in conditione, ligat etiã Clericos, & cõprehendit bona acquisita intuitu Ecclesiæ. Non tamen comprehẽdit bona sita extra Territorium Vrbis, & n. 18.*

19 *Filij positi in conditione, & per statutum vocati, non censentur grauati.*

20 *Forma casus de filijs positis in conditione.*

ANNOTATIONES.

A Tacitè vocati] statutum nostrũ hic dirimit controuersiam omnium fortè maximam, quæ inter iuris interpretes agitatę fuerint, vixque aliquis reperietur, qui dum huiusce articuli tractationem aggressus est, cum non dixerit obscurum, profundum, & difficillimum, atque sibi vitus non sit mare vastissimum ingredi; porrò statutorũ nostrorũ conditores opinionẽ amplexi sunt, quæ subtilioribus, & melioribus fulcitur rationibus, atque humanitati potissimum videtur consentanea teste Eminentissimo, qui solus complurium, etiam insignium, loco iure haberi debet, nempe *Francisco Cardinale Mantica clarissimi intellectus, & excellentis iudicij iuris consulto lib. 11. de coniectur. vltim. voluntatis*

titulo

titulo.2.ſub numer.17. qui hanc ſententiam eodem titulo egregiè tutatus eſt, ac illuſtrauit, examinatis, & perpenſis iuribus, & rationibus
1 omnibus, vel certe præcipuis, quæ in vtramque partem adduci, & excogitari poſſe videbantur;
2 huius verò ſententiæ anteſignanus habetur *Old. conſ.21.in fin.* Contraria tamen opinio nempe negatiua, cuius Princeps eſt, *gloſſ.in l. Lutius* 85 *verbo Liberos ff.de hæred.inſt.* magis communis habetur, vt atteſtantur multi, & præcipuè *Gabr. concluſ.4.de fideicomm.num.2.in fin. Clar.§. teſtamentum quæſt. 77.col 4.verſ.tamen vt potes ex prædictis colligere Cauall. in ſpecul. ſuo opin. commun. contra commun.q.94. num.4. Cardin. Mantic.* qui hanc aſſerit vulgo dici communem ſententiam *d.tit.11.num.11 in fin.* & receptiſsimam dixit *Rot.apud Ludouiſium, qui poſtea fuit ſummus Pontifex Greg. XV. dec* 315. & 329. *n.1.*

Verum ab iſta ſententia recedi propter coniecturas omnes planè conſentiunt, & illi etiam qui contrariam ſequuntur *Cardin. Mantic.d.tit. 11.n.19. Clar.d.q 77.prop.fi.verſ aut vero Ruſt. tract.an, & quan.lib.in cond.poſit. vocen. lib.2. c.1.n.1. Rot.dd.deciſ.329.apud Ludouiſ.& 315. in hac plures alias deciſſ ſimiles cumulauit Beltram.in annot.num.16.* Coniecturæ autem conſiderabiles habentur multæ in prædictis *dec.315, & 329. & in alijs d.annot.enunciatis, atque apud Card.Mantic.d.lib.11.tit.3 Gabr.d.concl.4.de fideicomm. Clar.§.teſtamentum q.78. & duabus ſeqq. Ruſticus.d.c.2.lib.2.vſq.ad fi.ope.* Porrò iudi
3 cis arbitrio relinquitur quę ſint legitimę cõiecturę, quibus oſtendi poſſit filios poſitos in conditione eſſe vocatos *Menoc. de arb. iud.caſ.148.n.6.* & alij ab eo relati *Card.Mant.d.tit.2.ſub nu.19.* vbi ex aliorum ſenſu, quos citat, inquit, non poſſe dari certam doctrinã, quales coniecturæ in hac rem requirantur, ſed iudicis circumſcriptioni relinquendum hoc eſſe, idem ex plurimis citaris cõfirmat *Ruſticus. dict.tract.lib.2. c.1. num.7.* illæ verò coniecturæ quas in deciſionibus ſupra citatis, & indicatis probauit *Sac.Rot.Rom.* pro ſolidis, & veris potiſsimum haberi debent, poſtquã ſpiritus duodecim virorum doctrina, prudentia, & vſu iudicandi in Vrbe Roma, ideſt Orbe toto, inſignium in eas conſpirarunt, & quemadmodum ex ſcintillis multis lumen vnum accenditur, ſic copulatis multorum mentibus, quæ antea diuiſæ erant, ſolidius humanarum rerum adminiſtrationibus proſpicitur, vt ad ſuum propoſitum conſiderat celeberrimæ memoriæ *Cardin. Gabriel.Palæot.de Sacr. Conſiſt.conſult.par.1. q. 1. vnde Cardinal. Seraph.* vir ſanè inſignis ſui temporis, requiſitus de voto ſuo, vt ipſe inquit *deciſ.133.in princ.* in cauſa quadam verſante in
4 ſtatu coniecturali, qui vt idem ſubijcit ſæpè eſt valdè incertus, & periculi plenus, voluit rem ipſam cõmunicare cũ cæteris DD. Collegis ſuis.

Sed hic quæri poteſt de caſu ſat frequenti ad
5 materiam huius ſtatuti, nempè an ſicuti filij poſiti in conditione fideicommiſſi cenſentur ad hęreditatem parentum tacitè vocati, ità etiam cẽ-
6 ſeantur vocati ad hęreditatem patruorum? Et quidem regulariter nõ cenſentur vocati ad eiuſmodi hæreditatem, ſed ad portionem parentum dumtaxat quorum reſpectu poſiti fuerunt in cõditione, ità non obſtare hoc ſtatuto, reſpondit *Gabriel.conſ.2.num.11.lib.2.* & probauit *Rot.ſæpius, vt apud Seraphin.deciſ.147.& deciſ.1281. num.3. & apud Greg.deciſ.337.num.2.* Attamen
7 vbi coniecturæ contrarium perſuaderent *Rot. opin.affirmatiuam amplexa eſt, vt in deciſ.266. num.3. & deciſ.320 num.17.par.1.diuers. in recent. & in prædicta deciſ.337.num.6.* atque eadẽ opinio affirmatiua locum habet præcipuè, quan-
8 do alij inſtituti prædeceſſerunt, tum enim filij in conditione poſiti vocantur, etiam ad portionem patruorum *Rot.coram Gregor.d.deciſ.337. nu.3.* & per totam *Bald.conſ.94.nu.2. circa med.verſ. videre autem lib.2.Gabr.conſ.115.num.13. circa med.verſ.quæ opinio eſt ueriſsima lib.1.* Non
9 omittam quod ex diſpoſitione huius ſtatuti filio rum nomine etiam filiæ fœminæ veniunt, quamuis teſtator in conditione poneret filios maſculos *Rot.deciſ.316.nu.2. & 3.par.1.in recent.* diuquam ſolam citaſſe ſufficiat, plura enim iura, & complures Doct. in eadem copioſè referuntur; Verum hæc concluſio non procederet, vbi teſta-
10 tor habuiſſet animum conſeruandæ agnationis, vt innuit *eadem deciſ.num.5.* vel vbi tempore, quo de ſucceſsione agitur, ſuperſint maſculi, qui fœminis ex ſtatuto excluſiuo fœminarum præferantur *Card.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.6. tit.7.num 12. Rot.coram Reuerendiſ. D.meo Decano deciſ.3.num.19.*

11 Addimus quod ſtatutum hoc habet locum tã in aſcendentibus, quàm in trãſuerſalibus *Rot.coram Reuerendiſſimo D. meo Decano Coccino in Albanen. fideicommiſſi 13. Ianuarij 1606. & coram Rubeo in Romana de Ruffinis 20. Decemb. 1579.par.pri.diuerſ.forte ſub num.2. vel 3. qua* ad id citatur, licèt non videatur hoc dicere. Et vbi filii in conditione poſiti ſint in gradu tranſ-
12 uerſali *Rot.in d.Albanen.fideicommiſſi.* Et etiam
13 quando filii in teſtamento poſiti fuerunt in conditione non ſub illo nomine filiorum, ſed ſub nomine conſanguineorum, ſeu agnatorum, & cognatorum, quoniam tunc etiam cenſentur vocati, licèt veniant vti agnati, vel cognati *Rot.in Romana fideicommiſſi de Paluzzellis 24.Februarij 1621. & 8. Iunij 1612. coram Manzanedo;*
14 Et amplius vbi pater inſtitutus, vel ſubſtitutus prędeceſſerit, vel inſtitutio, vel ſubſtitutio in eius perſonam locum habuerit, quandoquidem, & hoc caſu filij poſiti in conditione vigore dicti ſtatuti ſuccedunt; & ſubſtitutio ad eorum fauorem locum habet *Rot.in dicta cauſa fideicommiſſi de Paluzzellis coram Manz.nedo.*

Et aduertendum eſt, quod licèt propter verba ſtatuti, quę tantum loquuntur de poſitis in conditione in fideicommiſſo videatur dicẽdum iſtos filios ſolummodo eſſe vocatos per fideicommiſſariam ſubſtitutionem quod nihilominus contra
15 rium fuit deciſum, nempè quod ſuccedant, & dicantur vocati tam per vulgarem, quàm per fidei commiſſariam, vt *dicta Romana de Paluzzellis.*

16 Et procedit inſuper ſtatutum quando filij poſiti ſunt in conditione in contractu, & non in vltima voluntate *Rota in Romana donationis 21. Aprilis 1614. coram Vbaldo.*

17 Et hoc ipſum ſtatutum ligat etiam clericos, & comprehendit bona acquiſita intuitu Eccleſiæ, *Rot.deciſ.379.num.3.par.1.diuerſ.* Non tamen comprehẽdit bona ſita extra Vrbis territorium

Rot. coram Millino in Spoletana bonorum 15. Martij 1599.

19 An autem filii sic in conditione positi per statutum vocati censeantur grauati, dicendum est illos grauatos nullatenus censeri, quia testator grauando filios decedentes sine filiis, non videtur grauasse filios filiorum, & sic nepotes *Rot. coram Gypsio in Romana hæreditatis de Fuscarinis 12. Februarij 1588. de qua supra cap. 141. sub littera B. verb. Filia fœmina, vel neptes*, & *coram Corluba in Romana hæreditatis*, & *Viridarij 27. Ianuarij 1597.* vbi præter alias decisiones, & rationes fuit hoc decisum, quia cum agitur de onere impositio filijs in dispositione nõ censetur tale onus repetitum in his, qui sunt positi in conditione.

Pluribus non prosequimur hoc argumentum, quia superuacaneum esse videtur, nam conclusionem hic pro lege iam firmatam habemus ex iure nostro municipali, & quod alioqui materia hæc tegatur ex coniecturis, & quænam coniecturæ à iuris peritis attendãtur, satis ptofecto ex prædictis indicatum apparet. Addimus demum saltem pro tironibus causarum patronis formã casus, vnde desumitur tam ardua quæstio, quam statutum nostrum decidit, atq. etiam subiicimus effectum magni sanè momenti qui inde consequitur; forma igitur substantialis est hæc, testator in suo testamento ità cauit, instituo Titium mihi hęredem, & volo quod si ille sine filiis decesserit, restituat hereditatem Mæuio; effectus vero is est, quod dum filii censentur vocati non poterit Titius tanquam per fideicommissum grauatus, vt illis restituat hæreditatẽ, in eorũ detrimẽtum aliquid de hereditate ipsa alienare, si vero nõ cẽserentur vocati, sed tantũmodo intelligeretur eis reseruatũ ius legitimæ succesiõnis ab intestato, ipsi quidem, si Titius intestatus decederet proculdubio essẽt Męuio substituto præferendi, ex quo per eorum existentiam defecerit cõditio, sub qua Mæuius erat vocatus, sed si Titius facto testamẽto; aliũ hæredẽ relinqueret, ipsi remanerẽt exclusi à succesione testatoris; porrò hæc ità clara fiunt ex *Clar. d. q. 77. nu. 1. in prine.*

Filiis illẽgitimis quantum relinqui possit, legitimis non extantibus.

Cap. CXLIII.

Iceat Ciui Romano *b* non habenti filios legitimos, & naturales, seu neptes, seu proneptes, ex eis per rectam lineã descendentes filijs suis naturalibus, spurijs, seu quomodolibet illegitimis, pro sub-

stentatione eorum, medietatem bonorum suorum inter viuos donare, & in vltima voluntate relinquere.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Spurijs, seu quomodolibet illegitimis potest pater ex statuto medietatem bonorum suorum inter virum donare, & in vltima voluntate relinquere.*
Et quid de iure Ciuili? num. 2.
Et ab intestato habebunt tantum duas vncias de hæreditate paterna. & num. 3.
Intellige, vt num. 5.
4 *Iura quoad successionem naturalium non sunt adhuc correcta.*
9 *Concubinatus legitimus quæ requisita habere debeat.*
7 *Spurijs debentur alimenta saltem ex æquitate Canonica.*
8 *Statutum de filijs illegitimis an procedat etiam in incola Vrbis, sicut in Ciue? & n. 15*
6 *Diuersa quæ habent nomina, diuersam substantiam habere censentur.*
10 *Ex diuersis non fit illatio.*
11 *Ciues, & incolæ inter se differunt: & Ciuiũ nomine non veniunt incolæ nisi largè, & num. 12. Secus in statutis, & num. 16.*
Intellige in fauorabilibus, & num. 17.
13 *Argumentum à consuetudine testantis, contrahentis, vel aliter disponentis valet.*
14 *Argumentum ab vltima voluntate ad legẽ, vel statutum est concludens.*
18 *Statuta strictè intelligenda sunt in odiosis, non autem in fauorabilibus.*
19 *Statutũ, quòd extantibus filijs masculis fœminæ non succedant, extẽditur etiã ad neptes.*
20 *Ciues, & incolæ non differunt inter se, nisi quoad modum creationis.*
21 *Reipub. interest Ciuitatem repletam esse hominibus.*
22 *Verisimile quod est in dispositione, pro dispositio haberi debet. Amplia, vt n. 23.*
24 *Forum sortire, & statutis subijci sunt paria.*
25 *Duo vbi per modum regulæ æquiparata sunt, tum statutum loquens in vno habet locum etiam in altero.*
26 *Ciuis, & incolæ æquiparantur, quoad effectum, tam à statuto Vrbis, quam à iure communi.*
27 *Incolæ distinguuntur à Ciuibus quoad digniorem locum, à D. Paulo.*
28 *Incolæ quid agere debeant.*
29 *Argumentum à contrario sensu valet. Limita remissiuè, vt n. 30.*
31 *Spurij an per aliquam legem municipalem, possint perinde, ac legitimi, ad successionem*

vo-

vocari? & num. 32. 33.

34 *Statuentes cenſentur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis.*

35 *Statuta præſumũtur iuſta, & rationi cõſona.*

ANNOTATIONES.

A Iceat Ciui Romano) quibus modis efficiantur ciues, & qui nam ciues gaudeant priuilegijs conceſſis Romanis ciuibus nos diſſeruimus ſupra ad *c.41. verb. Romani ciues litt B.* habent autẽ Romani ciues varia priuilegia per hæc ipſa ſtatuta nempe ſupra *c 41. 42. 126. & infra cap. 18. lib. 3. Caterum hoc cap.* 1 *eis indulgetur*, quod poſſint etiam filijs ſpurijs, ſeu quomodolibet illegitimis pro ſuſtentatione eorum medietatem bonorum ſuorum inter viuos donare, & in vltima voluntate relinquere, 2 quod quidem iure ciuili vetitum apparet, *auth. licet patri C. de natur. liber. in fin. & c. 6. authen. quib. mod. natur. effic. ſui*, ſed quoad naturales, illegitimos licebat patri ſine legitima prole, ſeu parente, cui relinqui neceſſe erat, decedenti, eiſdem naturalibus totam ſubſtantiam ſuam, vel inter viuos elargiri, vel in teſtamento transmittere *d. auth. licet*, & *auth. quib. mod. natur effic. ſui § ſi verò filios*, At ius noſtrum municipale eam poteſtatem moderatum eſt, & reduxit ad medietatem bonorum.

Verum in ſucceſsione ab inteſtato, de qua ſtatutum non loquitur, ius commune ſeruandum erit, ſicque filii naturales habebunt de parentum hæreditate duas vncias *dicta authent. licet verſ. ab inteſtato Rip. in l. ex facto* 17. *§. ſi quis rogatus* 3 *1. num. 1. ff. ad Trebell. dixit* Rot. *in cauſa Interamnen. hereditatis coram Sacrato* 10. *Decembris* 1608. nam iura quoad ſucceſſionem 4 naturalem adhuc non ſunt correcta, Rip. *dicto §. ſi quis rogatus num.* 21. & alii per eundem ibi citati *Paleot. dicto tract. cap. 54, num. 9.* Si tamen filii naturales fuerint, ſcilicet nati ex concubina, quæ dicitur legitima, qualis deſcribitur 5 in *dict. authent. licet, & in §. ſi quis autem defunctus auth. quib. mod. natur. effic. ſui*, nam omnes alii illegitimi accipiuntur pro ſpuriis iuxta tradita per *Bart. in l. ſi gener. num. 2. ff. de his quib. ut indign. Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 5. n. 4. Rip. in d. §. ſi quis rogatus nu. 2. Surd. de alim. tit. 1. queſt. 10. num. 30. Paleot. tract. de noth. & ſpur. cap. 16. num. 14. & dixit Rot. in d. Interam. nen.* vbi etiam ſubiicitur in fine ſeptem eſſe requiſita ad legitimum concubinatum de quibus, 6 per *Luc. de penn. in l. ſi cohortalis colum. 2. verſ. circa primum genus C. de Cohar. lib. 12. nempe* 1. vt concubina talis ſit, cum qua poſſit conſiſtere matrimonium, ſecundo quod ſit vnica, tertio, quod retenta ſit domi in ſchemate concubinæ, quarto, quod ducatur à virò in domum ſuam publicè, quinto quod ad liberos ſuſcipiendos retineatur, ſexto, quod diligatur ſicut vxor, ſeptimo quod vir proteſtetur, vel aliàs declaret animum ſuum habendi pro concubina, & loco vxoris, aliud etiam inſerit requiſitum idem *Luc.* ſcilicet, vt eadem concubina ſit ingenua, & aliàs honeſtæ vitæ; eadem requiſita ponit *Bermen. Chouer. in tract. de publ concub. verbo Concubinã dimittat. num. 5.* eſt is tractatus inter alios vniuerſi iuris *tom. 11. par. 1. fol. 145.* atque etiam ſingula ſeptem requiſita enunciantur in *deciſion. 254. num. 1. par. 2. Auerſ.*

7 Spurijs verò alimenta ſaltem ex æquitate canonica debebuntur *per tex. & ibi Doct. in c cum haberet de eo qui ducx. in matr. quã poll. per adul. Surd.* & plurimi alij ab eo congeſti *tit. 1. 9. 10. n. 5.* qua de re ſuſius ſupra egimus *ad cap. 140. littera B. verbo Per filium alimenta à patre petantur.*

8 Sed habebit ne locum hoc ſtatutum in incola Vrbis, vt in Ciue? Videtur dicendum, quod non.

Primo, quia ſtatuta ſtrictè intelligenda ſunt, non autem extendenda iuxta communem doctrinam iuris interpretum in *l. omnes populi ff. de iuſt. & iur. & in l. non dubium C. de legi probat text. in l. 3. §. hac verba ff. de neg geſt. in l. ſi ſeruũ* 9 *§. non dixit Prætor ff. de acquir. hared. & in l. ſi vero §. de viro ff. ſol. matr.* Ideo ſtatutum noſtrũ loquens de ciue Romano, non debet extendi ad incolam, de quo non loquitur.

Aliud verò eſt ciuis, aliud incola, vti ſupra demonſtrauimus ad cap. 41. *verbo Romani ciues, littera* B. *& verbo vel incola littera* C. cumque diuerſa ſint hæc nomina, diuerſam etiam ſubſtantiam habere cenſentur, argumento *tex. in l. ſi idẽ* 10 *C. de codicill.* vnde ſuccedit etiam regula, quod ex diuerſis non fit illatio *l. Papinianus ærculi ff. de minor. l. final. & ibi Bart. ff. de calumn.* Quodq. ciues, & incolæ inter ſe differant, probat *text.* 11 *in l. ciues C. de incol. lib. 10. not. Bald. in l. ciues, & incola num. 4. C. de appell.* & nomine Ciuium non veniunt incolæ niſi largè *Alex. in l. in prouin* 12 *ciali §. ſi in publico num. 4. ff. de non. oper. nunc.*

Secundo quia vbi ſtatutorũ noſtrorũ conditores voluerunt incolas ciuibus æquiparare, eos vtique expreſsim nominarunt, vti factum eſt, ſupra *dicto cap. 41.* cuius principium eſt Romani 13 Ciues, vel incolæ, *& cap 42.* Ergo hic noluerũt æquiparare, vbi eos non nominarunt, valet enim argumentum à conſuetudine teſtantis, contrahentis, vel aliter diſponentis per *text. in l. heredes 21. §. ſi quid poſt in fin. ff. de teſtam. & in l. ſi ſeruus plurium 53. §. final. ff. de leg. 1. Euerar.* 14 *in cent. ſua loco ab vltimo, ſiù à ſolitis.* Et valet pariter argumentum ab vltima voluntate ad legem, vel ſtatutum, vt per *Euerar. in cent. ſua loco ab vltima voluntate ad legem. & ſtatutum* ita ut ſicuti in interpretatione vltimarum voluntatum attenditur vſus loquendi teſtantium, ità pariter in interpretatione ſtatutorum conſiderari debeat vſus loquendi ſtatuentium.

Verum argumẽtis hiſce poſthabitis, arbitrarer 15 hoc ſtatutum noſtrum procedere etiam in inco- 16 la Vrbis, quoniam in ſtatutis appellatione Ciuium ſimpliciter veniunt etiam incolæ *Alexan. conſil. 21. nu. 11. lib. 2. vbi refert Bald. ità conſuluiſſe*, licet non citet *conſ. idem Alex. in d. l. in*

prouinciali §.si in publico num.4.ff.de oper. nou. nunc, vbi vult incolas perinde, ac ciues gaudere beneficio statutorũ, sicuti animaduertit *Nat. in addit.ad dict. consil.Alex.verbo Incola, probatur ex gloss.in cap. statutum §. cum verò, verbo Eiusdem Ciuitatis de rescript.lib. 6.* vbi etiam *Gemin.not.num.10.Card.Tusch.concluſ.484. n.*
37 *1.littera S.* quæ quidem conclusio procedit in fauorabilibus, vt per *Alex. in d.§. si in publico*, quod & sentit *Bald.in d.l.ciues num 4.* nec verò dubitari potest, quin statutum nostrum sit fauorabile, cum tendat ad prospiciendum sustentationi filiorum illegitimorum, vt apparet ex illo verbo pro sustentatione eorum, materiam verò alimentorum piam, & fauorabilem nemo nõ dixerit, quod abundè comprobauimus supra ad *cap.140. verbo, Per filium alimenta à patre petantur littera* B. atque etiam fauorabile est statutum, quia ampliat libertatem testandi, in qua pariter publicus versatur fauor per *text. in l.vel negare ff quemad.test aper.l.1.C.de Sacros. Eccl. l. in testamentis 12. cum ibi not ff de reg.iur.*

38 Primum verò argumentum tollitur, quia regula adducta procedit in odiosis, contra verò in statuto fauorabili fit extensio ad personas, quæ largè, & impropriè sub statuto continentur, exẽplum sit in statuto, quod extantibus filiis masculis fœminæ non succedant, quod quia est fauorabile, extẽditur etiam ad nepotes, qui impropriè
39 & largè dicuntur filii per *text.in l.liberorũ 220. §.fily enim appellatione ff.de verb. significat. vbi Bart.præcipuè sub num.4.& 10.vers.contrarium tenet. Dyn.tex.in l.filium habeo ff.ad Macedon.* & hanc limitationem ad regulam supradictam cum hoc, & altero exemplo ponit *Ias.in l.non dubiũ num.42. C.de legi. Dec.consil.13. num.3. Alexa cons.125 num.14.lib.7.Rolan cons.72. num. 64. & seqq.lib.1.Ruin consil.118 num.2. volum.2. Euer.in cent.sua loco à ratione legis larg. nu.48. & 50.* vnde non est mirum, si expressum habemus, vt supra, præsertim ex *Alex.* quod statutum fauorabile loquens de ciuibus comprehendit etiam incolas, idque redditur eo magis probabile, quo nulla differentia, seu diuersitas inter ciues, & incolas iure constituitur, nisi quo ad
20 modum creationis, quippè aliter fiunt ciues, aliter incolæ, vt patet ex *tex in d. l. ciues C. de incol lib.10.* & nos supra notauimus *ad c.41.verbo Romani Ciues, & verbo . vel incola.*

Non obstat secundum argumentum, quia illud fortè procederet, vbi peculiaris ratio afferri posset, quæ statuentium animos mouisset ad non fauendum incolis æque, ac ciuibus in supradictis cap.41.& 42. Neque illa in hoc etiam considerari posset, verum quia sicuti ijdem statuentes fauere voluerunt incolis æque, ac ciuibus Romanis in priuilegio fori, ità facilè credi potest, eosdem pariter fauere voluisse ipsis incolis in priuilegio testandi ad commodum filiorum illegitimorum, vbi causa est maximè fauorabilis propter libertatem testandi, vt supra diximus, ex quo quidem priuilegio, vti ex altero, nempe fori, facile sequi potest, vt incolæ hoc etiam priuilegio allecti libentius Vrbem Romam inhabitent, atque insuper adducantur forenses alij ad contrahendum hic domicilium, vnde magis, magisque repleatur Ciuitas hominibus,
21 quod Reipublicæ interest iuxta rationem alibi expressam *in l.1.ff.sol.matr.* ex quibus planè videtur verisimile, quod si statuentes de hoc pro incolis interrogati fuissent, ità respondissent,
22 ergo, & idipsum pro dispositio haberi debet per *tex.in l.tale pactum 40.§.fin.ff.de pact. & in l.si*
23 *extraneus ff. de condic.caus. dat.* quod argumentum procedit, siue aliquid statuatur per modum conuentionis siue per modum legis municipalis, siue per modum rescripti, vt per *Bald.Castren. & alios in d.§. fin.tradit Euerar.in cons. sua loco à verisimili num.3.*

Sed amplius videtur dici posse, quod statuentes consulto incolam omiserint hoc cap. quia satis fuerat eum ciui supra æquiparasse, dum fori priuilegium & ciui, & incolæ pariter statuerunt vnde sequebatur, quod eorumdem statutorum beneficio etiam in reliquis ambos perfrui vellẽt
24 cum iuris regula sit, quod forum sortiri, & statutis subijci paria sint, *gloss in cap. quod clericis de For.compet. Innoc.in rubr. de consuet. & ibi, Ant.de Butr.vers.nam regulam habetis, Doct. in l. fin.* vbi præcipuè *Dec.in fin. ff. de iurisd.omnium. Alex.cons 210. num.2. lib.2. & ibi apostill. verbo à Pari littera B. Dec.cons. 283. num.8. Boer.decis.13.num.14. Tesaur.decis.123.nu.11. Surd.cons.343.num.13.lib.3. Brunor. à sole in suo compend resolut.verbo Forum sortiri*, vnde & alia iuris regula ad rem nostram facere vide-
25 tur, nempe quod, vbi duo per modum regulæ æquiparata sunt tum statutum loquens in vno ex æquiparatis locum habet etiã in alio iuxta *gloss. cõmuniter approbatã in l.si quis seruo in prin.C. de furt.tradit Socin. in l.1.colu.2 ff.de leg.1.Bero qu.tua 107.nu.6. Vin.comm.opin.lib.1.verbo Statutum alicuius ciuitatis vers. quando duo.*

26 Et prædicta confirmantur, quia non solum ex statuto nostro cap. 41. æquiparantur ciuis, & incola, sed etiam ab ipso iur. communi, quoad effectum *l. ciues. & incola 11. c.de appell. l.ciues C.de incola lib.10.l.incolæ ff. ad municip.*

27 Non tacebo tamen, quod incolæ à ciuibus distinguuntur, & ciues locum tenent digniorem apud *Diuum Paul ad Ephes.cap.2.* Ergo iam, inquit Apostolus non estis hospites, & incolæ; sed estis ciues Sanctorum, & domestici Dei; Ci-
28 cero autem in officijs ità de incolis loquitur peregrini autem, & incolæ officium est, nihil præter suum negotium agere; nihil de alieno inquirere, minimeque in aliena Reipubl curiosum esse, adhæc *Bud in pandect.ad l.pupillus vers.incola de verb signif.*

B **Non habenti filios legitimos, & naturales**] ergo habenti hoc licere non de-
29 bet, per argumentum à contrario sensu, quod locum habet etiam in statutis iuxta communem Doct. opin. de qua testatur, *Euer.in cent.sua loco à contrario sensu num. 22.* Nec enim aliqua hic exceptio considerari potest contra regulam argumenti, quinimo fauorabile videri debet argumentum istud in casu huius statuti, cum hoc modo statutum reddatur cõforme iuri communi, si bene consideretur tota eius dispositio, alioqui multę afferri possunt exceptiones contra prædictam regulam, de quibus præter tradita ab *Euer. loco citato, plenius agit*;

Mascar.

Maſcard.de gener.ſtat.interpr. concl.4. num. 69. et plurib.aliis ſeqq. Habemus verò c.proximè ſequẽs, quod loquitur verbis directis in Ciue habẽte filios legitimos, vnde non eſt cur diſputemus circa ſubauditum intellectum.

Sed inhærendo tractationi noſtræ opportunè
31 quæri poſſe videtur, an, circumſcripto hoc ſtatuto noſtro Papali, de cuius validitate dubitari non poteſt, alioqui lege municipali filij ſpurij perinde, ac legitimi ad ſucceſſionem vocari poſſint? Quæſtionem his verbis concipit, eamque celebrem dicit, ac proinde in vtramque partem examinat ſtylo illo ſuo elegãti *Palaot. d.tract.de noth.& ſpur.cap.54.* & affirmatiuam tuetur opi-
32 nionem, verum negatiuam tenuit *Bart.in l.3.nu. 7.ff.de teſt.* vbi quæſtionem dicit multum arduã, & hæc eſt communis teſte *Bald in l.1.num.4.C. de in.aur.annul.* id ipſum teſtatur *Dec.in conſ.271 littera G.* qui fuſius quęſtionem ipſam pertractat nec tamen nominatur à *Palaot.* porrò idem *Dec.* ſententiam affirmatiuam amplectitur licet communi contrariam, vt pote melioribus ratio-
33 nibus fundatam, in caſu tamen, vbi non extent alii deſcendentes ex legitimo matrimonio, & in eodem caſu eamdem tenet ſententiam, *Calder. conſ.4. de conſtit.in fin.& conſ.8.qui fil.ſint legit. prope fin.* dicens vtrobique ſe credere, quod nemo argueret tale ſtatutum, ſi fuiſſet limitatum, quod ſpurii ſuccederent deficientibus aſcendentibus, & deſcendentibus, vt cum præiudicio Collateralium tantum procederet, idem comprobat *Alex.Card.in c. conſtitutiones 10. diſtinct: Rip.in l.ex facto §.ſi quis rogatus num. 21.ff. ad Trebell.* & cum iſta moderatione, nempe non extantibus filiis legitimis, & naturalibus, non videtur poſſe dubitari de validitate talis ſtatuti, ita enim ceſſat præcipuum argumentum contrariæ opin. ex monito diuino deſumptum, *Geneſ.cap.21 ad Galat.4.c.non omnis 32.q 2.* nempe eiice ancillam, & filium eius; non enim erit hæres filius ancillæ, cum filio liberę, & facilè tollitur etiam aliud argumentum eiuſdem opin. à *Palaot.* & à *Dec.* locis ſupra citatis, vnde ſuperuacaneum eſſet hic eorum dicta repetere.

Licet verò hæc quæſtio celebris, & ardua dicatur, vti ſuperius retuli, eius tamen diſputatio in pancis cõſiſtit, & facilè ſoluitur, vt apud Doct. ſupra citatos cognoſci poteſt, quibus addo *Fede. de Sen. conſ.275.nu.1 & ſeq. Nicol.Vbald.tract. de ſucceſſ.ab inteſt.par.1.princ.num.40. Angel. Arit.tract.de teſtam.glo.6.num.40.* qui duo tractatus habentur inter *tract. vniuer. iur. tom. 8. par.1.*

Vnum autem adhuc non videtur prætermittendum ad comprobandam opin. *Cald. Dec. Rip. Palaot.& ſequacium* nempe quod pro eius veritate in puncto iuris magnam facit præſumptionem diſpoſitio ſtatuti noſtri, quæ cum opin. illa maximè conuenit, ſiquidem regulare hoc eſt,
34 quod ſtatuentes cenſeantur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis, vt per Doct. communiter *in l.fin.§.in cõputatione C de iur. delib. & in l.omnes populi ff.de iuſt. & iur. in l.2. vbi etiam glo.C.de nox.tex.in c.cum dilectus, & ibi Canoniſt.de conſuet.* Accedat altera regula, quod
35 ſtatuta præſumuntur iuſta, & rationi conſona, atq; eorum conditores in eis componendis fuiſſe memores iuſtitiæ, & rationis vti doctæ, & pleræ pro bat *Menoch.de præſumpt.lib.2.præſumpt.1.num. 3.& 5.*

Filij legitimati quantum ex teſtamento, uel ab inteſtato capere poſſint, ſtantibus legitimis.

Cap. CXLIV.

Iui Romano habenti filios legitimos, & naturales, ſeu nepotes, vel pronepotes, per rectam maſculinam lineam deſcendentes, & filios ſpurios, ſeu quòmodolibet illegitimos, per habentem poteſtatem legitimandi *a* legitimatos, non liceat in teſtamento, vel quauis vltima voluntate, eiſdem illegitimis relinquere plus quàm vni ex legitimis, *b* cui minus relinquet. Si vero dicto teſtatori filia legitima, & naturalis ſupereſſet, ſeu frater carnalis coniunctus ex vtroque parente, vel ex patre tantum, ſeu nepotes ex fratre prædicto; tunc non poſſit idem legitimatis niſi medietatem ſuorum bonorum relinquere, & non vltra. Ab inteſtato vero ſi dicti legitimationem habuerint, non plus quam ſupra dictum eſt in caſibus prædictis capere poſſint.

SVMMARIVM Annotat.

L *Legitimati quotupliciter in iure efficiantur & num. 2.*

3 *Legitimationi per curię oblationem ſucceſſit legitimatio per ſtatutum alicuius Ciuitatis.*

4 *Statutum de filijs legitimatis loquitur de legitimatis per reſcriptum Principis.*

5 *Legitimati per ſubſequens matrimonium in omnibus, & per omnia natis legitimis comparantur.*

6 *Legitimatio per ſubſequens matrimoniũ eſt maioris efficaciæ, quã legitimatio Principis.*

7 *Legitimandi poteſtas eſt penes Principem non recognoſcentem ſuperiorem.*

8 *Princeps ſuperiorem recognoſcens legitimare non poteſt in locis, quæ in feudum obtinet.*

9 *Legitimatio per reſcriptum Principis non*

reco

recognoſcentis ſuperiorem, nihil differunt à filijs legitimis: & excludunt ſubſtitutos per verba, Si quis deceſſerit, & num.10. Et quibus verbis concipienda ſit talis legitimatio num.11.

12 *Legitimatio pleniſſima, plenior, & plena, quæ dicatur.*

13 *Legitimatio pleniſſima cenſetur ex ſtatuto ea etiam, quæ habetur per reſcriptum Principis.*

14 *Legitimatio filij illegitimi debet exprimere filios legitimos, & naturales, ſi extent.*

ANNOTATIONES.

1 A L Egitimatos) ſed de quibuſnam legitimatis loquitur ſtatutũ? nam legitimati tripliciter in iure efficiũtur, ſcilicet primo per matrimonium; ſecundo per reſcriptum; tertio per Curiæ oblationem, vti declarat *Lud.de Sard.tract.de natur.libr. & ſucceſſo. eor.par.2.c.4.nu.6. eſt is tract. inter alios vniu.iur.tom.8.par.2. Angel.conſ.17.num.1. qui*

2 *deinde nu.7.* alios duos addit modos legitimandi filios, *Card.Tuſch.concl.228.num.1.littera L.qui ſubijcit num.2.duodecim modos legitimandi ex Card in c.per venerabilem qui fil.ſint legit.* Verum præcipui modi legitimãdi filios ſunt tres

3 illi ſupraſcripti, ſed modus ille per Curiæ oblationem abijt in deſuetudinem, & eius loco ſucceſſit legitimatio per ſtatutum alicuius Ciuitatis, vti explicat *Angel. dicto conſ.ſub nu.5. Card. Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.11.tit.10.num.1.*

4 At ſtatutum noſtrum loquitur de legitimatis per reſcriptum Principis, quod apparet ex verbis illis præcedentibus, per habentem poteſtatem legitimandi, nec profecto intelligi poteſt de

5 legitimatis per ſubſequens matrimonium, cum iſti ex iuris diſpoſitione in omnibus, & per omnia natis legitimis compatentur *c.tanta, & ibi glo. verbo legitimi,* & ibidem Doct.*qui fil.ſint legit.authen.quib.mod.natur.effic.legit.in prin.not. Angel.d.conſ.num.5.Lud.de Sard.d.tract.par.2.*

6 *cap.5.Gabriel.concl.1.de legitim.* & eiuſmodi legitimatio maioris eſt efficacię, quam legitimatio Principis iuxta tradita à prædictis Doct. & fuſius a *Card. Mantic.de coniect.vlt.volun.lib.11. tit. 12.num.2.littera* L. poteſtas autem legitimandi

7 eſt penes Principem non recognoſcentem ſuperiorem, qui tamen poteſt, & ſolet poteſtatem iſtam aliis impartiri *Bald.conſ.229.num.2. lib.1. probat tex.in c.per venerabilem §.quod autem ſuper hoc qui fil.ſint legit.not. Calder.conſ.3. num. 2 qui fil.ſint legit. Angel. Aret.conſ.119.num.6. & ſeq. Card.Mantic.d.tract.tit.10.num.45.* vbi,

8 quod Principes, qui ſuperiorem recognoſcunt, nec legitimare poſſunt in locis ipſis, quæ in feudum obtinent, ſed eorum ſuperior tantum legitimat, quod quidem ex plurimorum auctoritate comprobat, & communiter teneri refert *Card. Tuſc.cõcl.218.nu.1. lit.L.* Porrò iſti legitimati

9 per reſcriptum Principis non recognoſcentis ſuperiorem, nihil differunt à filiis legitimis *authen ſit igitur licentia,* ibi nihil à legitimis filiis differentes *authen.quib.mod.natur.effic.legit. et cap. il lud tamen §.ſit igitur licentia auth. quib. mod. nat effic.ſui c.per venerabilem. cum ibi not. extr.*

10 *qui fil.ſint legit.* atque adeo regulariter excludũt ſubſtitutum per verba, ſi quis deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus, quam concluſionem doctè, & copiosè tuetur, & probat communem *Card. Mantic.d.tract.lib.11.tit.etiam 11. ſub nu.* 9. ibi contrariam igitur ſententiam, & per plures alios num. & communem pariter dixerat *Rip. in l.ex facto 17.§.ſi quis rogatus 1.nu.44.ff.ad Trebell.* eamque tenuit *Rot.dicis. 667. par. 1. diuerſ. in recen.* vbi & plures aliæ deciſiones in hãc ſententiam citantur.

B Cui minus relinquet) æqua ſane moderatio, quæ deſumpta videtur *ex nouella conſtitutione Imperatoris Iuſtiniani tit.quib.mod.nat.effic.ſui §.& quoniam ibi,* ita tamen de legitimato loquitur, & ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento patris, vt non amplius habeat vno eorum, qui ab initio legitimi ſunt, & inter omnes minus habente, vbi tamẽ agitur de legitimatis per Curiæ oblationem, ſed eiuſmodi interpretationem ſic moderatam admittit *Bal.* etiam in legitimatis ex re-

11 ſcripto Principis, quando legitimatio concepta ſit hiſce verbis nempe, vt non præiudicet filijs legitimis, & hæredibus, quin & ipſi cum legitimandis æquis portionibus ſuccedant, ità inquit idem *Bald.conſ.206.num.5.lib.3.* quem refert, & ſequitur *Tuſch.concl.232.nu.2 littera L.*

12 C Pleniſsimam legitimationem habuerint) pleniſsima legitimatio aliàs dicitur, quæ fit per ſubſequens matrimonium; plenior quæ eſt in Pontifice diſpenſante ſuper radice matrimonij; plena quæ fit à Principe Laico *Achill. deciſ.5.in fin.qui fil.ſint legit. Burſat. conſ.1. nu. 29. Petra de fideicom.q.11.princ ſub n.239. verſ.*

13 *ſecunda concluſio eſt,* attamen pleniſsimam legitimationem ſupponit ſtatutum hoc loco habere poſſe etiã legitimatos per reſcriptum Principis, & de his loquitur, vti ſatis apparet ſuperius ex illis verbis, per habentem poteſtatem legitimandi legitimatos; porro conformant ſe ſtatuentes noſtri cum *prædicta nouella conſtitutione* Iuſtiniani etiam in ſucceſsione filiorum legitimatorum in bonis patris ab inteſtato defuncti; formam legitimationis anguſtam tamen habes in *formul.Saluſt.Tib. lib.2. cap.10. verbo Legitimatio.*

14 Sed non videtur omittendum, quod in legitimatione filii illegitimi requiritur mentio filiorum legitimorum, & naturalium, qui extant, vt eſt communis Doct. concluſio, de qua plenè *Gabriel. de legitim. concl.7. & Brun. à Sole in ſuo compend. reſol. verbo Legitimatio reddatur ſubreptitia, & verbo legitimatio, qua fit à patre.*

De

De Successionibus ab intestato.

Cap. CXLV.

SI quis *a* decesserit intestatus, relictis filiis masculis, seu filio, vel nepte ex filio masculo sibi præmortuo, & superstitibus filiabus feminis, vna, vel pluribus, maritatis, & dotatis; ipsæ filiæ feminæ nuptæ in aliquo *b* non succedant patri, sed sint contentæ dotibus pro eis datis. Si verò dictæ filiç feminæ peruenerint ad viduitatem; tunc reuertantur cum dote, & fructibus dotis ad domum paternam, *c* si voluerint, & habeant de bonis paternis in eadem domo *d* congrua alimenta secundũ facultatem, & potentiam domus: *e* fructus tamen dotis, dum alimentantur in domo paterna, debeant esse fratrum, seu hæredum patris: & quod dictum est de filiabus, *f* intelligatur de neptibus natis ex filiis, seu filiabus maritatis, & dotatis: Et idem iuris esse volumus in filiabus, & neptibus non maritatis, nec dotatis, quibus non est constituta dos per patrem, vel auum in sua vltima voluntate; dummodo frater germanus, siue patruus, sit paratus cum effectu *g* dotare sororem, seu neptem ipsam de paragio, secundum conditionem illorum de domo sua, & facultatem patrimonii: *h* alioqui succedant dictç mulieres cum masculis, prout iura disponunt. Quæ filiæ, vel neptes ab vna ex prædictis personis dotatæ, vel si vna ex prædictis personis sit parata eas dotare, in casibus supradictis *i* nec matri, nec auiæ ab intestato succedant.

SVMMARIVM Annotæ.

1 *Hæredes ex testamento habent expressam voluntatem defuncti: at hæredes ab intestato habent tacitam.*

2 *Statutum Vrbis de successionibus ab intestato procedit etiam in casu testati.*

3 *Statutum excludens feminas dotatas, intelligitur excludere eam sólum à successione dotantis.*

4 *Filia exclusa per statutum ab intestato, si pater illi reliquerit aliquid in testando, succedit in huiusmodi legato.*
Et si hæres instituatur à patre, competit ei remedium, l. fi. n. C. de edicto Diu. Adr. toll. & num. 5.

6 *Patruus an præferatur neptibus in successione fratris, vel aui, posito casu statuti?*

7 *Statutum excludens feminas propter masculos loquitur, quando adsunt filij, vel neptes, & agitur de successione ascendentium.*

8 *Statuti à verbis non est recedendum.*

9 *Alimenta, vti genus, continent in se etiam habitationem.*

10 *Vidua vbi dotem receperit, non tenetur ei amplius hæres mariti alimenta præbere.*

11 *Alimenta vt congrua dicantur, quæ considerandæ sint.*

12 *Frater sororem alere tenetur, si eius dotem retineat.*

14 *Coniuncti in remotiori gradu, minus dilecti præsumuntur ab eo, de cuius hæreditate agitur.*

13 *Filia exclusa propter masculos, iure etiam neptes excluduntur: & neptes etiam ex tanati, & num. 15.*

16 *Dos quæ constituitur ex statuto per fratrem vel patruum, non debet esse minor legitima iure naturæ debita. Limita, vt num. 17.*

18 *Paragium non potest esse minus legitima: sed plus esse potest, vt femina nubat pari.*

19 *Paragium quid sit.*

20 *Frater, vel patruus si offerant nuptui tradere sororem, vel neptem secundum paragium, vt eas repellant à successione, istæ possent petere sibi caueri de hoc adimplẽdo.*

21 *Frater, vel patruus, si requisiti, vt dotent, non responderunt, quid agendum? & num. 22.*
Et quid si dicat. Volo dotare, & re ipsa non dotet? & num. 24.

23 *Fratres parati dicuntur ad dotationem sororum, statim ac paternam hæreditatem adiuerint.*

25 *Statutum excludens feminas propter masculum comprehendit etiam feminam forensem, quoad bona sita in Vrbe, vel eius districtu, & quando defunctus esset incola, vel ciuis.*
Contrarium, quando qui succedere debent sunt forenses. & num. 26.

27 *Statutum excludens feminas propter masculos, ad hoc, vt sit validum, debet habere subiectionem quoad personas, & quoad bona.*

28 *Statuta sicut non trahuntur ad lucra forensium, ita nec ad eorum dispendium trahi debent.*

29 *Filia non repelluntur à successione, quando fratres*

fratres non impleuerint modum eas maritandi.

30 *Frater, ex vigore statuti, non tenetur dotare sororem; quæ sit inhabilis ad matrimonium.*

31 *Statutum excludens fœminas, procedit quãdo sunt instituti filij, & descendentes masculi, non autem quando instituti sunt extranei. Et magis considerat qualitates hæredis, quam voluntatem defuncti, &* n. 32. *Et excludit etiam neptes ab hæreditate patrui, &* num. 35. *Neque habet locum, nisi quando adsunt filij, aut descendentes ex filijs masculis, &* num. 36. *Et procedit etiam in emphyteusi hæreditaria,* num. 37.

33 *Extranei si sint instituti in casu statuti excludentis fœminas, fœmina, si fuit præterita, dicit testamentum nullum ex capite præteritionis. Et procedit etiam si filij masculi constituti fuissent à parentibus hæredes in legitima, & num.* 34.

38 *Famina semel exclusa in casu statuti, an censeatur semper exclusa? & num.* 39. 40. 41. 43.

42 *Investitura de emphyteusi extante pro masculis, & fœminis, statutum excludens fœminas, operatur solum, vt primo loco censeantur vocati masculi; postea verò fœminæ.*

ANNOTATIONES.

A 1 DEcessent intestatus) statutum supra cap. 141 disposuit in causa testati, hoc verò disponit in causa intestati, in illo casu hæredes expressã habent voluntatẽ defuncti, in isto habent ex citã ex *tex in l. si quis testamentũ in prin. & l. cõficiũtur in prin. ff. de Codicill.* & ab vno casu arguitur adalterũ, vt benè considerat in casu similis statuti *Bart. in l. 2. § fin. n. 3. ff. ad Tertull. Alex. in l. Gallus 29. §. & quid si tantum nu. 16. & 17. ff. de lib. & posth. Affl. 81, decis. 358. num. 6. Castr. cons. 275. num. 2. par. 1. conferunt not. per Brun. ad stat. exclus. fam. art. 8. q. 5. & 7. num. 13. & 22. facit tex. in l. codicillis 91. §. matre cum ibi not. ff. d. leg. 1.* atque hoc ipsum statutum pariter procedere etiam in casu testati censuit *Rot. coram Cardinale Arrigonio 8. Februarij 1593. in Roman. supplementi legitimæ impressa apud Merlin. trac. de legit. nu. 36. inter decis.* ea nempe ratione, quod non debet esse melioris conditionis persona exclusa veniens contra voluntatem expressam testatoris, quàm veniens præter voluntatem, alias enim absurdum sequeretur.

B 3 Non succedant patri] quod intelligitur dummodo pater easdem filias dotauerit de bonis propriis, alias autem succederẽt, vt doctè ac solidè ad interpretationem huius statuti definiuit *Rot. in Romana Vincæ de Corbinellis 15. Martij 1619 coram Reuerendissimo D. Decano*, nam pro verissima habetur hæc conclusio, quod statutum excludens fœminas dotatas intelligitur eas excludere solum à successione dotantis, si vlterius non procedat in quam conclusionem Doct. omnes conuenire asserit *Gabr. concl. 5. de stat. num. 1.* & in specie successionis paternę tradit *Brun. in tract. de stat. exclus. famin. art. 8. q. 16. num. 59.* sed amplius rationes alias ex ipso *tex.* statuti nostri in hũc sensum deduxit, & perpẽdit *Rot. in ead. decis.*

4 Declaratur autem hoc statutum, quod licet filia ex eo excludatur ab intestato, attamen si pater illi reliquerit aliquid in testamento non impeditur quominus succedat in huiusmodi legato, & capiat, quod sibi relictum est *Rot. coram Cardinale Platto in Fauentina legitimæ 23. Ianuarij & 19. Februarij 1588 et coram Gypsio 28. Martij 1590 in eadem, & coram Ludouisio in Romana dotis 14. Martij 1608. quæ etiã de cis. 358. in impress. Gregorij Papæ XV.* vbi, *& in addit.* ibidem aliæ reciruntur hæc ifiones. Et in isto casu

5 si filia hæres instituatur in testamento paterno ei competit remedium *l. fin. C. de edic. Diu. Adrian. tollen. Rot. coram Gregorio in d. Romana.*

6 Quid verò si non extent filij masculi, vel nepotes ex filio masculo, sed filiæ tantum, adsint autem fratres illius de cuius successione agitur, nempe patrui filiarum, præferentur ne filiæ in successione patris, an vero eorum patrui, attenta dispositione huius statuti? Dubitationem hanc ad fauorem filiarum soluit *Sac. Rot. decis. 21. n. 7. & decis. 316. num. 8. par. 1. diuers in recent.* & in hac postrema præter complurium Doct. responsa, aliquot aliæ decisi. Rot. similes enunciantur,

7 quoniam statutum hoc excludens fœminas propter masculos loquitur, quando adsunt filij, vel nepotes, & agitur de successione ascendentium, non autem quando patrui volunt excludere filiã à successione sui patris, quod etiam colligitur ex *seq. cap. 146.* in quo particulariter tractatur de

8 successione transuersalium, à verbis autem statuti non est recedendum ex *tex. in l. 3. §. hæc verba ff. de neg. gest. l. seruum §. non dixit prætor ff. de acquir. hæred. l. si verò §. de viro ff. solut. matrim.* Doct. communiter in *l. omnes populi ff. de iust. & iur.*

C Si voluerint) idest si maluerint vti hac prouisione, quam altera, de qua supra cap. 138. si per viduam alimenta petantur, nam vbi hæres mariti tenetur ad præstanda alimenta viduæ, de quo satis diximus ad cap. 133. & ad cap. 137. littera E. verbo Post iudicialem interpellationem; tenetur etiam ad concedendam eidem Viduæ habitationem, cum alimenta

9 vti genus in se contineant etiam habitationem tanquam speciem *l. legatis, & l. fin. ff. de alim. & cib. leg. glo. in c. Episcopus 10. q. 2.* ex quibus ità tra-

10 dit *Surd. de alim. tit. 2. q. 3. num. 5.* Veruntamen vbi Vidua dotem recipere voluerit, & re ipsa receperit, non tenetur ei amplius mariti hæres alimenta & habitationem præbere.

D Congrua alimenta secundum facultatem, & potentiam domus) quæ verò alias po-

11 tiũ-

tissimum considerandæ sint, vt congrua præbeãtur alimenta vide fusius apud *Surd. d.tract.tit.4. q.18.& seq.* qui etiam hoc iudicis arbitrio relinqui dixit *eod.tract.tit.6.q.23.*& magis ex professo tradit *Menoch.de arbitr. iud. cas.* 169. vbi tamen admonet *num.2.* iudicis partes esse considerare, primo quantitatem patrimonij, quod vtiq. statutum nostrum hoc loco præscribit, alimentis autem, vt referamus verba *l.cum vnus §. alimentis ff.de alimẽt.*& *cib.legat* viri boni arbitratu filiæ relictis ab hærede suo pro modo legatæ dotis, quam solum pater exhæredata filia nubenti dare voluit, atque pro incrementis ætatis eam exhibendam esse, non pro iuribus hæreditariis,& generaliter in legato alimentorum, non adiecta quantitate, ante omnia inspiciendum est, quæ defunctus solitus fuerat præstare, deinde quid cæteris eiusdem ordinis reliquerit, si neutrum apparuerit, tunc ex facultatibus defuncti,& charitate eius, cui fideicommissum datum erit, modus statui debebit, ità tradit I.C.alter *in l. cum alimenta in princ.ff.eod.tit.*

E **Fructus tamen dotis &c. debeant esse fratrum, seù hæredum patris)** videtur hic posse ad rem nostram referri, quod profert *Vlp.in l.1 in princ.ff.de collat.bon.* nempe manifestam habere æquitatem, vt sua quoque bona in medium conferant, qui appetunt paterna, atque ad id faciunt tradita per *Surd.de alim.*
12 *tit.6 q.8.sub n.10.& seq.* quod scilicet frater debeat sororem alere, vbi eius dotem retineat, aliàs vero ad id minimè teneatur.

F **Intelligitur de neptibus)** quippè filiabus exclusis
13 propter masculos iure neptes excluduntur ob identitatem rationis statuti,& eo magis quò nepotes sunt in remotiori gradu, vnde & aliàs minus dilectæ præsumuntur ab eo, de cuius hæreditate agitur argumento *tex.in l. si vina matre verſ.nam licet* C.*de bon.mater. Salic.in l.maximũ vitium sub num.5.& 8.c.de liber. prater Brun. de stat.exclus.femin.art. 6. num. 89. cum seq. & num.95.& sub num.98.* & 142. *Rain. cons.* 159. *num.7.& cons.* 191. *num.3.vol.2. Rub. Alexandrin.cons.* 16 *num.*13. & ita sensit Rot. *in Romana supplementi legitimæ coram* Cardinale *Arrigonio* 8 *February* 1593. *impressa apud Merlin. tract. de legit. loco* 36. *inter decisiones.* Ampliatur hoc procedere etiam in nepote ex filia,
15 quia si filia est exclusa, censetur etiam exclusus filius ex ea natus Rot.*in eadem Romana supplementi legitimæ coram Arrigonio.*

16
G **Dotare sororem, seù neptem ipsam de paragio)** dotatio ista, quę ad fratrem, vel patruum iuxta præscriptum statuti huius pertinet, non debet esse minor legitima portione iure naturæ debita, licet aliter dicendum sit, vbi pater dotauerit, vti supra abundè deduximus ad cap.141.littera D. verbo Supplementi debiti iure naturæ; Nec enim confidendum videtur dotationi fratrum, vel aliorum æque, ac dotationi patris, quod iuris intepretes per nos loco prædicto adducti communiter profitentur, & pariter sensisse videntur statuentes nostri, cum in d.cap.141.iubeant filias, & neptes debere esse contentas dotibus sibi à patre, vel auo datis, nec occasione Falcidiæ, seù supplementi debiti iure naturæ alqiuid amplius petere posse, hoc autem cap.vbi agitur de dote à fratre, vel patruo sorori, vel nepti assignanda, decernitur istas esse dotandas de paragio secundũ conditionem illorum de domo sua,& facultatem patrimonij, per quæ verba datur arbitrium fratri, & patruo, conuenienti adhibita moderatione, ita vt in hoc casu videatur esse locus cõi conclusioni Doct. quod dos non debeat esse minor legitima portione iure naturæ debita, idq. vt hic aliqua saltem regula constituatur, quæ seruari debeat in casu dubio.

17 Cæterum alioqui videtur, quod si frater, vel patruus nuptui traderet sororem, vel neptem nobili,& diuiti viro, secundum qualitatem ipsius fœminæ, etiam cum minori dote, quam esset legitima, satisfactum vtiq. foret huic statuto iuxta tradita *per Dec. d.cons.26 sub num.4.* ibi si verò mulier cum minori dote, qui *& num.seq.* inquit, quod verba statuti Aquilæ, quo cauetur, quod filiæ secundum paragium debeant maritari intelliguntur respectu familiæ, cum qua contrahitur affinitas, videlicet, vt maritetur pari secundum qualitatem, & conditionem patris,& familiæ eius, non autem pro quantitate dotis, ita sensit etiam *Vrsill.ad Afflict.decis.160.num.5.& Isern. ad constit. Regni Sicil. lib. 3. tit. de succeſſ.fil.sub n.80.fol.mihi* 242. ibi nos dicimus in dando paragio non attendi quantitatem valoris portionis tertię, vel etiam dimidiæ, sed illam quantitatem, pro qua possit nubere pari, & hãc interpretationem probauit *Rot.decis.581.par.1. diuers.in recent.*

18 Verum, quod imò paragium non possit esse minus legitima, sed plus esse possit, vt fœmina nubat pari, tradit *Maran. disput.10.num* 20. *& d.glos.ad d.cõstit.Regni tit.de succeſſ.fil.lib.3.glo.*
19 *super verbo Maritare sub num.* 50. vbi inquit, quod paragium est portio quam habet filia de bonis patris, quod habere debet sine aliquo onere, ad exemplum debiti bonorum subsidij, & inferius sub verbo secundum sententiam istorum num.60. quod paragium est loco legitimæ, quæ sine onere dari debet, atque demum in verbo *In* aliquibus nu.60. sequitur communem Doct. sententiam, de qua supra, nempe quod vbi fœmina per statutum excluditur à successione propter masculos, dos non debet esse minus legitima, licet possit excedere legitimam, ex quibus demum hanc sententiam vti communem, ac tutiorem sequendam arbitrarer.

20 Quid si frater vel patruus offerat nuptui tradere sororem, vel neptem secundum paragium, quo nimirum eas repellant à successione, poterunt ne illæ petere sibi caueri de hoc adimplendo? videtur posse *Isern.d.tit.verbo Quintum decimum nu.30.per tex.in l.si tibi legatum 19.ff.de leg. 3. & l. cum in testamento* 48.*de fideicom.libert.& not.in l.1.*C.*de his quæ sub modo*, cum modus, & conditio in hoc æquiparentur, vt in ipsa *l.1.* apertè dicitur.

21 Quid si requisitus, vt dotet, non respondit? si adijt hæreditatem patris, statuetur ei tempus à Iudice, vt eligat, dicendo volo esse hæres,& dare re

re dotes, vel nolo esse hæres, & non dare dotes argumento *tex. in l. mancipiorum, & in l. si.*
22 *cui ff. de opt. leg.* si verò sit hæres patris, & apprehenderit hęreditatem, & requisitus in iudicio si velit dare dotes, & nō respūdet, vel obscurè respōdet, habebitur, ac si negasset in pręiudiciū suū & soror, vel neptis statim fiet hæres pro dimidia, *vt ff. de interrog. act. l. de aetate §. qui tacuit, & §. nihil interest Isern. d. c. verbo Totum hoc est dis-*
23 *putare num.* 50. quinimo verum est, quod alioqui fratres parati dicuntur ad dotationem sororum statim atque paternam adierint hæreditatem, *Rot. diuers. decis.* 140. *num.* 6. *vers. non obst. ponderationes p.* 1. *& coram Pamphilio in Balneoregien. bonorum* 16. *Maij* 1594.

24 Quid si dicat volo dare dotes, & re ipsa non præbet? expectabitur per modicum tempus præfinitum, quo elapso, erit hæres soror, vel neptis si voluerit, pro sua portione successionis, secundum ius commune iuxta *tex. in l.* 1. *§. item si ita ff. ad l. Fal.* sicut in stipulatione de dando, & faciēdo *ex l. quod diximus & l ratum ff. de solut.* tempus autem præfigetur iudicis arbitrio, cum hoc non fit expressum *per tex. in l.* 1. *ff. de in. delib. Isa. in l.* 4 *§. condemnatum num.* 31. *ff. de re iud. Isern. verbo proximè citato num.* 60.

Libuit hoc loco prædicta ad huius statuti explicationem referre ex clarissimo Iureconsulto *Andrea de Isern in glo. seu commentaryi ad constit. Regni*, quia non facilè reperitur hic liber, magnificiendus tamen pro theorica, & pro praxi.

25 Demum hoc videtur non omittendum, quod statutum istud censeatur cūprehendere etiam fœminam forensem quoad bona sita in Vrbe, vel eius districtu & quādo defunctus incola, vel ciuis fuisset *Put. decis.* 31. *lib.* 2. seūcdum nouam impressionem, hanc sententiam secuti sunt vti magis communem *Cardin. Mantic & Tusch. in hereditate Cardinalis Sanctæ Seuerinæ eis à Sanctiss simo commissa huiusmodi causa, vbi respondent omnibus decisionibus in contrarium facientibus.*

26 Contra autem quando illi, qui succedere debent, sunt forenses, quod nempe licet defunctus fuerit incola, vel Ciuis, non habeat locum statutum etiam in bonis sitis in Vrbe, est *decis.* 413. *p.* 4. *diuer.* & eadem Rota. ita tenuit *in Collen. hereditatis coram Buratto* 10. *Iunij* 1616. vbi reprobat supradicta vota Cardinalium Manticæ, & Tuschi, & apud Gregorium XV. *decis.* 255. *coram R. P. D. Pirouano in Ferrarien. de Tassonis* 18. *Martij* 1630. & antea extabant *decis.* 295. *nu.* 9. *&* 10. *&* 673. *nu.* 1. *& seqq. par.* 1. *diuers. &* Camerinen. *hereditatis* 29. *Ianuarij* 1588. *coram Cardinali Hieronymo Pamphilio* & nouissimè prodiit *decis. coram* R. P. D. *Merlino in causa Narnien. successionis* 22. *Maij* 1628. vbi non minus eleganter, ac disertè, quam doctè, & solidè quæstio ista amplè discutitur, & examinatur, relatis, & collatis in vnum decisionibus Sa. Rotæ, & Iurisperitorum sententiis, vnde hæc decisio in eiusmodi argumento semper erit magistralis, & celeberrima, quæ quidem ad summam firmissimo hoc fundamento innititur, nempe, quod
27 ad validitatem, & effectum statuti excludentis fœminas propter masculos subiectio duplex pro ista tuentibus requiritur, scilicet quoad personas, & quoad bona, de quibus disponitur, vt in decisioni busprædictis habetur, & præcipuè *in Collen. hereditatis in Narnien. successionis, in Ferrarien. de Tassonis, & apud Gregorium decis.* 255. *n.* 3. Quo circa non videtur subsistere opin. adden. ad prædictam *decis. Gregorij dum sub num.* 8. *vers. difficultas est*, arbitratur, quod si masculi sint Ciues, & fœmina forensis, excludatur ipsa fœmina, à successione in bonis existentibus in Territorio statuentium, vbi sint etiam masculi volentes eam excludere vigore statuti, quandoquidem & hoc casu deficit in statuto subiectio fœminæ, cum illa sit forensis, licet alioqui ipsius adden. opinio dicatur esse communis, vt probat ipsemet ex *Surd. cons.* 343. *num.* 10. qui eam dicit veriorem, & magis communem, atque multis rationibus, & auctoritatibus comprobat, & ex *Peregrin. cons.* 90. *nu.* 19. *lib.* 1. ac demum eadem *annot. ad Gregorij dec.* refert *Gasp. Anton. Thesaur. quæst. forens. lib.* 2. *q.* 4. *num.* 19. asserentem hunc casum apud se nullam habere difficultatem, verum prædicti Doct. non tollunt obiectum deficientis subiectionis in statuentibus quo ad fœminam forensem, cum tamen pro indubitato habeatur ex supra citatis decisi. quod statuta forenses personas non compre-
28 hēdunt; accedat quod statuta sicuti non trahūtur ad lucrum forensium, ità nec ad eorum dispendium trahi debent, vt dixit *Rot. decis.* 673. *num.* 3. *par.* 1. *diuers.* conferunt tradita per *Parisi. cons.* 12. *num.* 26. *volum.* 3. ac demum in hoc ipso casu ita censuit Rot. *in Recanaten. successionis coram Buratto* 26. *Junij* 1617.

H Alioqui succedant dictæ mulieres cum masculis, prout iura disponunt)

idest ad partem hæreditatis ex iuris communis dispositione, quia secundum verba statuti Fratres sub modo maritandi in successione eisdem præferuntur, quo non impleto per ipsos fratres, filiæ
29 non repelluntur à successione *l.* 1. *C. de his quæ sub mod. l. liberto §. Lucius ff. de annu. leg. l. qui heredi* 44. *in princ. ff. de cond. & demonstr.*

I Nec matri, nec Auiæ ab intestato succedant] quippe necessaria fuit hæc expressio, vt filiç, vel neptes à successione matris, & auiæ excluderentur, cum alioqui non censerentur exclusæ, & in superius citata *decis. in Romana Vineæ de Corbinellis vers. prædicta corroborantur in fin.* & nos supra diximus ad hoc cap. littera B. verbo non succedant patri.

Plura alia ad hoc cap. annotanda duximus ex aliquibus Rot. *decis.* quas post hæc scripta vidi-
30 mus. Et primò quod vigore huius statuti nō tenetur frater dotare sororem, quæ vel ex causa debilis ingenij, vel alia causa sit inhabilis ad matrimonium, vt fuit resolutum *coram Card. Bianchetto in vna Albanen.* 8. *February* 1588.

31 Secundo declaratur hoc statutum, vt locum habeat, quādo sunt instituti filij, & descēdentes masculi, nō autē quādo nōsūt instituti extranei, vt fuit resolutū *corā Aldobrandino in Romana de Lante* 11. *Maij* 1576. *quæ quidem decis.* magis cōsiderat qualitates hæredis instituti, quam voluntatem defuncti, vt fuit resolutum *coram eodē in eadem causa* 19. *Nouembris* 1576. quæ decisio licet loquatur in terminis cap. 82. libri primi statuti antiquis,

tiqui, tamen benè applicatur ad hoc statutum nouum, quod fuit in eius locum subrogatum.

33 Si verò non fuerint instituti filii masculi, sed extranei, fœmina licet exclusa ab hoc statuto, si fuit præterita, dicit testamentum nullum ex capite prætéritionis *Seraph. decis.* 885. *nu.* 1. quod etiam

34 procedit, si filii masculi instituti fuissent hæredes in legitima à parentibus, vt in eadem *decis. dicto nu.* 1. Tertio declaratur, vt excludat etiam

35 nepotes ab hæreditate patrui, representant enim personam prohibitam succedere, ita fuit resolutũ *coram Seraphin. in Romana de Capranica* 23. *Ianuarij* 1581, *quæ est decis.* 496. Quarto declara-

36 tur vt non habeat locum, nisi quando adsunt filij, aut descendentes ex filiis masculis *Rot. in Romana Castrorum, seu transactionis* 11. *Maij* 1590. *coram Gyphio.*

37 Quinto ampliatur vt procedat etiam in emphteusi hereditaria *Rot. coram Manzanedo in Romana domus* 28. *Maij* 1608. quod tamen limitatur non procedere in emphyteusi, quæ defertur ex conuentione & iure particulari *Rot. in eadem decis.*

38 An verò in casu huius statuti fœmina semel exclusa semper sit exclusa, distinguendi sunt plures casus, primus est, quando agitur de bonis paternis, siue hæreditate paterna, vel materna, tunc enim fœmina semel exclusa semper, & perpetuò remanere debet exclusa *Rot.* in puncto statuti huius ita declarauit in *Romana domus Sancti Ludouici* 27. *Nouembris* 1600. *coram Penia*, vbi allegãdo multas Doct. auctoritates dicit eas distinguere, quando statutum loquitur per verba significantia temporalitatem, vel perpetuitatem.

39 Secundus, quando agitur de bonis feudalibus in quibus de sui natura fœminę non cõprehenduntur, tunc fœminæ semel exclusæ semper remanent exclusæ cum regulariter ad feuda non admittantur *Rot. vt supra.*

Amplia istud secũdum casum procedere etiam si concessio de feudo facta fuerit pro masculis, & fœminis, tunc enim regula, quod semel exclusa &c. locum etiam sibi vendicabit *Rot. loc. cit.*

40 Limita istam ampliationem quando masculus ab initio non extabat, quia tunc etiam fœmina admitteretur, tertius est casus, quando agitur de bonis emphyteuticis, tunc cessante masculo fœmina potest integraliter succedere *Rot. in eod. decis.*

41 Sed aduertendum videtur, quod iste tertius casus procedit, quando masculus decedit nullis relictis filiis & Ecclesia agit, ad deuolutionem emphyteusis sub prætextu, quod mulier semel exclusa perpetuo remanere debeat exclusa, & sic propter talem exclusionem emphyteusis deuoluatur ad Ecclesiam, ita enim videtur loqui decisio, & iura in hunc sensum trahuntur, vt in specie tenet *Surd. decis.* 95. *num.* 2. alias fortè decisio non procederet, ex quo clarum est, quod semel exclusa mulier non amplius admittitur, nisi in casu, quo masculus decedat sine successoribus, tunc enim, vti proximior succedit in emphyteusi, & non ex statuto, & ad hoc sufficiat videre *Bero. conf.* 105. *per tot. vol.*

42 Notandum est ad propositũ, quod stante inuestitura de emphyteusi pro masculis, & fœminis statutum prædictum exclusiuum fœminarum nihil aliud operatur nisi vt primo loco censeantur vocati masculi, postea verò fœminæ, *Rot. loco citato.* Et tunc quando admittitur masculus à principio excludit fœminam perpetuo cum distinctione supradicta.

43 Animaduertendum est etiam, quod hæc quæstio an fœmina semel exclusa &c. habet locum quando agitur de emphyteusi hereditaria, & non de ea quæ ex cõuẽtione, & iure particulari defertur per *decis. Manzanedi. in Romana domus* 28. *Maij* 1608. *supra allegat.*

De successione fratrum.

Cap. CXLVI.

Defuncto fratri sine filiis ab intestato, germani fratres *a* tam vtrimque coniuncti, quàm ex patre tantum, illorumq; filii masculi *b* in stirpes simul succedant, *c* exclusa matre; *d* præterquam à legitima: & ij, siue omnes succedant, siue ipsorum aliquis, excludant etiam sorores, & amitas, etiam vtrinque coniunctas respectiuè, dummodo dictæ sorores, & amitæ congruè dotatæ existant, vel eas fratres, & nepotes similiter congruè *e* dotare parati sint. In illius autem bonis maternis succedant, prout ius commune disponit.

ANNOTATIONES.

1 *Fratri defuncto succedunt ex iure communi fratres vtrinque coniuncti, exclusis coniunctis ex vna latere tantum. Etiam in statuto excludente simpliciter fœminas ab hæreditate, & num.* 2.

3 *Nepotes ex iure communi admittuntur aqualiter ad successionem patrui communis, sublata sexus differentia.*

Secus ex statuto, & num. 4.

5 *Nepotes parentum suorum personas sustinent, & in eorum locum ingrediuntur.*

6 *Succedens in locum alicuius, eo tantum iure vti debet, quo vti poterat eius prædecessor.*

7 *Representans vtitur iure representati.*

8 *Successio fit in capita, & non in stirpes, vbi extant solum filij plurium fratrum sine patruis.*

Contrarium, num. 9.

10 *Mater ex iure communi vocatur in viriles portiones cum alijs filijs ad successionem filiorum ab intestato decedentium.*

Ex ſtatuto autem excluditur.

11 *Legitima debetur, turbato mortalitatis ordine, parentibus in bonis filiorum, & filijs in bonis parentum.*

12 *Legitima reſeruato à ſtatuto matri quãta ſit.*

13 *Statutum de ſucceſſione fratrum, non efficit ſucceſſiones forenſium.*

Et conſiderat fauorem agnationis ſexus maſculini. & num. 14.

Et excludit fœminas, ſiue dotatæ ſint ab eo, de cuius ſucceſſione agitur; ſiue à quocumque alio, & quomodocumque dotatæ fuerint, & num. 15.

Neque comprehendit bona extra Vrbis diſtrictum ſita, & num. 8.

Quod tamen limita non procedere in iuribus hæreditarijs, ac nominibus debitorum. & num. 10.

Nec comprehendit hæreditatem delatam ante conditum ſtatutum, & num. 20.

Neque præfert fratrem vtrinque coniunctũ conſanguineo, ſed illos pariter admittit. & num. 21.

16 *Statutum de ſucceſſione fratrum, an habeat locum in hæreditate ſororis defunctæ?*

17 *Fratris appellatione non venit ſoror.*

ANNOTATIONES.

A AM vtrinque coniuncti, quàm ex patre tantum) non ità ſuccenditur de iure communi, ſiquidem fratri defuncto ſuccedunt fratres vtrinque coniuncti excluſis coniunctis ex vno latere tantum, ſcilicet conſanguineis, vel vterinis *§. ſi autem defuncto authen. de hæred. ab inteſt. venien. auth. ac conſang. & vter.* ibi vult autem hæc lex, *glo. & alij interpretes in authen. poſt fratres C. de legit. hæred. & in auth. n. itaque C. comm. de ſucceſſ. Rom. cõſ. 196. in fin.* vbi, & hoc dicit procedere in ſucceſſione eius, qui ingreſſus eſt monaſterium incapax bonorum *Forſter.* qui plures alios cumulat *tract. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 8. cap. 4. concl. 2.* vbi & rationes affert huiuſce concluſionis deſumptæ ex iure communi.

1

2 Ampliatur autem, & extenditur hoc dictum etiam, vbi ex iure municipali maſculi ſimpliciter fœminas ab hæreditate excludant, fœmina namq; ſoror vtrinque coniuncta præfertur maſculo fratri ex vno tantum latere coniuncto *Bar. conſ. 61. nu. 4. vol. 4. Forſter. d. concl. 2. num. 3.*

B In ſtirpes ſimul ſuccedant) de iure communi admittuntur quidem nepotes, æqualiter ad ſucceſſionem communis patrui ſublata ſexus differentia, *auth. poſt fratres autem C. de legit. hæred. §. 1. authen. de hæred. ab inteſt. venien.* verum per

3

4 ius noſtrum municipale hic excluduntur fœminæ maſculis extãtibus dũ verò mãdatur ſucceſſionẽ fratrũ, & patruorũ in ſtirpes ſimul fieri ipſum ius municipale in hoc reddit ſe conforme diſpoſitioni iuris communis *§. ſi autem de hæred. ab inteſt venien. auth. ceſſante C. de legit. hæred.* & rationes huiuſce diſpoſitionis dilucidè, ac breuiter profert *Forſter. d. tract. lib. 8. cap. 2. concl. 1. nu.*

5 3. nempe, quia nepotes licet in vlteriori gradu conſtituti ex priuilegio, & benignitate Iuſtiniani Imperatoris parentum ſuorum perſonas ſuſtinẽt & in eorum locum ingrediũtur *§ ſi igitur 2. verſ. huiuſmodi verò priuilegium authen. de hæred. ab inteſt. venien* vnde æquum fuit, vt eam partem dumtaxat adipiſcantur, quam ipſorum pater, ſi ſuperſtes eſſet, habiturus fuiſſet; cum alias etiam

6 ſuccedens in locum alicuius eo iure vti tamen debeat, qua vti poterat eius prædeceſſor *l. qui quadraginta 2. §. nã hæres ff. ad Trebell.* & repræ-

7 ſentans vtitur iure repræſentati *l. ſi quis locuples 57. ff. de manumiſſ. teſta.* & regula iuris eſt, quod ſubrogatum ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur *l. ſi eum 10 §. qui in iuriarũ ff. ſi quis cautio §. fuerat inſtit. de actio.*

Verum graviſſimam, & acerrimam diſputationem illam, an in ſtirpes, & non in capita, ſeu viriles portiones ſuccedatur, vbi extant ſolum filij plurium fratruum ſine patruis, iuris communis diſpoſitioni reliquerũnt ſtatuti noſtri conditores, attamen ſequenda videtur opinio, cuius anteſignamus, ac Princeps proditur *Azo. in ſumma, & in authen. ceſſante C. de legit. hæred.* nempe,

8 quod in capita, non in ſtirpes fiat ſucceſſio, quam ſemper ſequuta eſt *Sacra Rota Romana teſte R.P.D. Pirouano, qui & plures ſimiles recenſet deciſiones in Romana, ſeu Ceſenaten. hæreditatis 6. Nouembris* 1619. quam veriorem potiſſimum demonſtrauit *Theſaur. deciſ Pedemont.* 162. *atque Cæſarea Conſtitutione probauit, firmauitque glor. me. Carolus Quintus Imperator anno Imperij ſui XXIIII.* qua expreſsè ſancitum eſt, vt filij fratrum ſoli in defuncti patrui hæreditatem in capita ſuccedant. & viriles portiones conſequantur, quę quidem conſtitutio Germanico idiomate edita eſt apud *Forſter. d. tract. lib. 8. cap. 3.*

9 Contraria tamen ſententia auctore, ac duce *Accurſ. in eadem authen. ceſſante verbo in ſtirpes* frequentiori Doct. calculo recepta eſt, vt apparet *ex Theſaur. atque etiam ex Forſter. qui & hanc amplectitur, d. cap. 3.* naturali quadam ratione ità dictante, ac præſcribente, quam ipſe in hinc conſiderat.

C Excluſa matre) hic corrigitur Ceſarea diſpoſitio *authen. de hæred. ab inteſt. venien. §. ſi igitur, & authen. defuncto C. ad Senatusconſul. Tertyl.* quibus locis

10 ad ſucceſſionem filiorum ab inteſtato decedentium vocantur matres in viriles portiones cum alijs filijs, fratribus defunctorum filiorum.

D Præterquam à legitima) quæ nimirum turbato mortalitatis ordine debetur alioqui parentibus in bonis filiorum, ſicuti filijs in bonis parentum *auth. de hæred. & Falcid. §. primum itaque vbi Angel. & l. nam & ſi parentibus ff. de inoffic. teſtamen. not. Cardinalis Tuſchus concluſ. 185. nu. 4. littera L. facit text. in authen. in teſtamento C. ad Senatuſconſul. Tertyl.* erit autem hæc

11 legi-

legitima portſo, quam matri ſtatutum præſeruat, pars tertia hæreditatis, quam ipſa mater habitura eſſet ab inteſtato iuxta diſpoſitionem iuris cõmunis *Rot. coram Vic-comite in Romana de Menitbellis, & poſtea coram Blanchetto in Romana legitima* 20. *Aprilis* 1584. *&* 23. *Maij eod. anno.*

E Dotare parati ſint] vt ſupra cap. 145. vbi aliqua diximus ad verbum dotare ſororem ſeù neptem littera G.

13 Neque omiſerimus, quod hoc ſtatutũ non afficit ſucceſsiones foreſium, licet bona de quibus agitur ſint in ipſa Vrbe Roma, vt in ſpecie caſus hic contingentis definiuit *Rot. coram R. P. D. Pironano in Romana ſeu Ceſinaten hereditatis* 6. *Nouẽb.* 1619. ſuperius allegata vbi, & plures aliæ ſimiles deciſſ. citantur præter *Brun. in trac. excluſ. fem. art.* 6. *q.* 1. *n.* 3. & antea hanc ſententiã tenuerat eadem *Rot. in Camerinen. hereditatis* 29. *Ianuarij* 1588. *quæ deciſ habetur lib.* 4. *diuerſ. deciſ.* 413. quia nimirum intentio ſtatuentium ſit prouidere ciuibus, & non forenſibus, ſed vide *not.* ſuperius ad cap. 145. in fin. vbi pluribus aliis deciſ. id comprobatur, à quibus planè non eſt recedendum.

Amplius noto, quod cap. hoc 146. eſt ſeparatũ à præcedenti cap. 145. Hoc enim loquitur in ſucceſsione tranſuerſalitũ, alterũ vero in ſucceſsione aſcendentium, & ſic de iſto ad illud fieri non poteſt illatio *Rot. coram Aldobrandino in Romana ſucceſsionis ab inteſtato* 28. *Iunij* 1574. *& coram Ortembergo in Romana hereditatis de Sellis* 16.

14 *Iunij* 1608. Et conſiderat fauorem agnationis, & ſexus maſculini in illis verbis germani fratres, eorumq; filii maſculi *Rot. coram Ortembergo*

15 *in d. Romana de Sellis*, quo caſu principaliter rationẽ excluſionis, & ſecũdario dotationis cõſiderat ſtatutũ *Rot. in ead. Rom. de Sellis.* Et per illud excluduntur filiæ fœminæ ſiue dotatæ ſint ab eo, de cuius hæreditate agitur, ſiue à quocunque alio, & quomodocunque dotatæ fuerint *Rot. coram. Seraph. deciſ.* 1291. *& in eadem cauſa hereditatis de Sellis* 26. *Iunij* 1608. *coram Ortembergo*, vbi fuit ita deciſum ex generalibus verbis in ſtatuto appoſitis, nempe dummodo dotatæ exiſtant quæ verba generaliter omnes comprehendunt, & non reſtringuntur ad vnam aliquam perſonam ex nominatis, quia ſtatutũ dicit dotata ex bonis fraternis, vel maternis &c. in quibus terminis verſantur diuerſæ Doctorum opiniones, & prius fuit reſolutum *coram Thanit, vt in deciſ. Put.* 18. *tit. de conſtit. & deciſ.* 276. *lib.* 1. *ſecund. non impreſſ.*

16 An autem ſtatutum hoc cap. 146. locum ſibi vendicet in hæreditate ſororis defunctæ, quæſtio eſt valdè difficilis, & dubia, quæ cum aliàs occurriſſet in Rota, vt teſtatur *Caputaq. in manuſcript. deciſ.* 334. *lib.* 1. quamuis fuiſſet inclinatum pro negatiua, nihilominus Rota mandauit partes concordari quemadmodum etiam poſtea eadem *Rot. ſtruauit in Romana tertia partis hereditatis* 18. *Martij* 1581. *coram Orano* vbi refert *deciſio. Caputaq.* ſuperius allegatam;

17 Quod autem appellatione fratris non veniat ſoror cenſuit *Rot. coram Orano in Aſculana bo-*

18 *norum* 17. *Iunij* 1591. Neque comprehendit ſtatutum bona extra Vrbis diſtrictum ſita *Rot.* in terminis ſtatuti Vrbis antiqui *coram Cardinale Pamphilio in Balneoregien. bonorum* 16. *Maij*

61 1594. limita hoc tamen non procedere in iuribus hæreditariis, ac nominibus debitorum, *Rota coram Seraphino in Romana Cenſus de Soderinis* 29. *Nouembris* 1577. *& coram Pamphilio* 7. *Iunij* 1591. *&* 16. *Maij* 1594. *& in dicta Balneoregien* vbi dicitur in hoc ſequendam opinionem *tex. in l. exigere dotem ff. de iudic.* Nec

20 pariter comprehendit hæreditatem delatam ante conditum ſtatutum, ſed ſolum deferendam *Rota coram Cardinale Pamphilio in Balneoregien. bonorum* 8. *Iunij* 1588. *& coram Lauretano in Romana ſupplemẽti legitimæ* 1581. in quibus deciſionibus habetur ius non tolli per ſtatutum ſuperueniens, quod quidem non comprehendit actus præteritos iam perfectos, qui ſolum executionem poſt ſe habent; Et non

21 præfert fratrem vtrinque coniunctum conſanguineo, ſed illos pariter admittit, vt fuit deciſum *coram Aldobrandino in Romana de Lante* 24. *Ianuarij* 1582.

---

a Vt poſſeſsio bonorum defuncti in ſuos hæredes continuata cenſeatur.

Cap. CXLVII.

POſſeſsio quorumcumq; bonorum teſtatorum, vel ab inteſtato defunctorum, *b* in hæredes ſuos tantum, præſentiũ Statutorum auctoritate *c* continuata cenſeatur: Senatorque, & Iudices eoldem *d* hæredes in poſſeſsione manutenere, *e* & reducere iuris & facti remedijs opportunis, omnino teneantur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Poſſeſsio, poteſt per conſuetudinem, vel ſtatutum transferri ipſo iure ſine apprehenſione. quod alioqui iure fieri non poteſt. Et n.* 3. 11. *Et appellatur artificialis, ciuilis, & ciuiliſsima. Et num.* 2.

4 *Statutum transferens poſſeſsiones ſine apprehenſione eſt ſtrictè intelligendum.*

4 *Suitatis definitio.*

6 *Suorum appellatione an, & quando comprehendantur filiæ fœminæ? & nu.* 7.

8 *Filiorum nomine in ſtatuto excludente fœminas, comprehenduntur etiam fœminæ, ſi maſculi non extent.*

9 *Dominium, & poſſeſſio differunt inter ſe.*
10 *Dictio, Quodammodo, improprietatem demonſtrat.*
12 *Poſſeſſio in caſu ſtatuti capta ab altera, antequam hæres ſuus hæreditatem adiuerit, an ſit nulla? & num.* 13.
14 *Poſſeſſio capta alio exiſtente in poſſeſſione non poteſt impedire continuationem alterius poſſidentis.*
15 *Nullum quod eſt, nullum producit effectum.*
16 *Poſteriora derogant prioribus.*
17 *Statutum de continuanda poſſeſſione in hæredes ſuos, non habet locum in bonis feudalibus, & emphyteuticis. & num.* 20.
18 *Feudatarius, & emphyteuta naturaliter tantum poſſident,*
Declara, vt num. 23.
19 *Poſſeſſio ſimpliciter prolata, intelligitur de naturali, & ciuili ſimul.*
21 *Poſſeſſio naturalis inhæret perſonæ, & per eius mortem extinguitur.*
22 *Perſonalia, quæ fuerunt defuncti, non tranſeunt in hæredem.*
24 *Manutentio conceditur hæredi emphyteutæ in caſu controuerſiæ inter hæredem, & Dominum ſuper deuolutione, quæ non ſit clara, ſed turbida.*
25 *Statutum de continuanda poſſeſſione habet etiam locum in quaſi poſſeſſione; & in poſſeſſione occupata per creditorem, donec ſit ei ſatisfactum de ſuo credito, & num.* 26.
Non comprehendit autem forenſes, & num. 27.
28 *Manutentionis remedium datur pro ciuili poſſeſſione.*
Et conceditur etiam hæredi, licèt excipiatur quod bona hæreditaria ſint feudalia, quouſque non appareat illa eſſe talia, & num. 29.
30 *Appellatio, an & quando detur à iudicio ſuper continuatione poſſeſſionis, & num.* 31.
32 *Remedium retinendæ datur ad poſſeſſionẽ eiuſdem retinendam; & remedium adipiſcendæ ad naturalem adipiſcendam.*
33 *Remedium recuperandæ in continuatione poſſeſſionis non cõpetit hæredi: ſed competit tantum ei, qui vi deiectus eſt, & num.* 34. 35.
36 *Remedium reintegrandæ competit ſtatuto de continuatione poſſeſſionis.*

ANNOTATIONES.

1 A QVod poſſeſſio per conſuetudinem, vel ſtatutum transferri poſſit ipſo iure ſine apprehenſione, tenent Doct. communiter *Bald. in l. fin. nu.* 14. C. *de ſacroſ. Eccl. Dec. cõſ.* 467. *num.* 3. *Alexan. conſ.* 24. *num.* 2. *lib.* 3. *Gabr. concl.* 9. *num.* 4 *de acquir. poſſeſſ. Tiraq. in tract. le mort. ſais. le viſ. par.* 1. *declar.* 6. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi de conſuetudine, & ſtatuto, atque ſimile ſtatutũ extare Mediolani, & in pluribus aliis locis Italiæ tradit idem *Tiraq. cod. tract. par.* 1. *declar.* 1. *num.* 3. *Gabriel. dicta concluſ.* 9. *num.* 1.
2 Appellatur autem hæc poſſeſsio pluribus modis, nempe artificialis, ciuilis, & ciuiliſsima *Bald. in l. fin. num.* 14. C. *de ſacroſanct. Eccl. Angel. in l.* 1. *num.* 1. *ff. de diſtrac. pign. Alexan. dicto conſ.* 24. *num.* 3. *Pariſ. conſ.* 41. *num.* 9. *par.* 1. vberius proſequitur *Tiraq. d. tract. par.* 1. *declar.* 7. quo-
3 niã tranſit ſine apprehẽſione, vel alio facto, quod alioqui iure fieri non poteſt, vt idem *Bald. probat in d. l. fin. num.* 12. *tex. in l. eſt hæredes in prin. & ibi Bar. & alij, & in l. Pomponius* §. *quæſitum & in l. qui vniuerſas.* §. *quod per colonum vbi etiã Bart. ff de acquir. poſſeſſ. Bal. Salic. Caſtren. & alij*
4 *in l. ſi ſorore* C. *de iur. delib.* Hinc eſt, quod ſtatutum hoc ſit contra ius commune, & ideo ſtrictè intelligendum *Imol. conſ.* 16. *num.* 4. *Gabr. d. concl. num.* 1. *& 3. Tiraq. d. tract. par.* 1. *declarat.* 3 *num.* 2. *& 3.*

B In hæredes ſuos) ſui hæredes qui ſint, & cur ita dicti, habe-
5 tur in §. *ſui Inſt. de hæred. qual. & differ.* & ſuitatem definiuit doctiſsimus *Alciat. parerg. lib.* 5. *c.* 19. ſuitas, inquit, eſt hæredum qualitas, qui primum in poteſtate paterna locum tenent, continuationem dominij, neceſsitatemque ſucceſsio-
6 nis ipſo iure inducens, hoc autem vocabulo cõprehenduntur etiam filiæ fœminæ, vti cenſuit *Rot. deciſ.* 135. *nu.* 10. *par.* 1. *diuerſ. in recentior.* & pro-
7 batur *ex d.* §. *ſui*, quod tamen intelligendum videtur, vbi non adſint filii maſculi fœminas excludentes ex ſtatuto, iuxta ea, quæ ſuperius ponderauimus ad cap. 142. litt. A. verbo, Tacitè vocati prope fin. ibi non mittam, ſicuti ſub nomine filiorum in ſtatuto Excluſiuo fœminarum non cõprehenduntur filiæ fœminę ſtantibus maſculis, ſe-
8 cus verò ſi maſculi non extent *Rot. coram Reuerendiſs. Domino meo Coccino Decano deciſ.* 111. *num.* 20.

Confert huic ſtatuto *tex. in l. in ſuis ff. de lib. & poſthum.* in ſuis hæredibus, inquit Paul. I. C. eui dentius apparet cõtinuationem dominii eò rem perducere, vt nulla videatur hæreditas fuiſſe, quaſi olim domini eſsẽt, qui etiam viuo patre quodam-
9 modo domini exiſtimabantur; & licet aliud ſit dominium, aliud poſſeſsio *l. naturaliter* §. *nihil cõmune ff. de acq. poſſeſſ.* tamen *glo. ead l. verbo Quodãmodo*, inquit, quod filii etiã poſſeſsionẽ quodãmodo habeant bonorum paternorũ viuente patre, ſed intelligitur de poſſeſsione impropria, ſicut

etiam

etiam dominium est improprium, quod vtique
10 demostrat dictio quodammodo ex *tex. in l. 3 ff. qui & à quib. & in §. 1. coll. 5. authe. de iureiur. à morien. præst.* & ita intelligit *glo. illam laf. in d. l. in suis num. 31. & Alex. nu. 8.* siue de possessione ficta *iuxta glo. in §. sui autem, verbo Existimantur Inst de hared qual. & differ. Menoch. adipisc. poss. remed. 4. num. 78.* attamen qualiscunque sit ista possessio, illud certum est quod in suos non
11 transit sine apprehensione iuxta aliam *glos. in l. cum miles in princ. verbo Quasi coniunctim ff. ex quib. caus. mai.* quam communiter approbari asserit *Alexan. d. num. 8.* eamque sequitur præcipuè *Bart. d. l. in suis num. 5 & in d. l. cum miles in princ* Verum placuit nostris statuentibus magis magisque fauere suis hæredibus, inhærendo etiã dicto Apostoli, Filius ergo hæres.

C Continuata censeatur) quid si alter pos-
12 sessionem occupauerit, antequam hæres suus hæreditatem adierit? communior est Doct. sententia, quod statutum hoc casu effectu careat *Gabr.* qui hanc asserit communem esse opin. *concl. vlt. num. 18. de acquir. hared.* eamque tenuit etiam *Rot. apud Caputaq. decis. 199. par. 3. decis. 163. num. 2. par. 2. in recentior.* vbi affirmatur Rotam sæpè ità dixisse, & alię decisiones afferuntur, atque eamdem probauit *Tiraquell. dicto tract. par. 5. declar. 3.* vbi præcipuè *num. 3.* congerit quamplurimos ipsam sequentes.

Verum in contrariam sententiam iuerunt etiã multi, quos refert idem *Tiraq. d. declar. num. 9. & Gabriel. dicta concl. & nu. vers. contrariũ tenent*, atque pro ea demum stetit *Rot. in Signina bonorum coram Andrea 22. Iunij 1615* hac potis-
13 simum ratione, quia statutũ de continuanda possessione in hęredes suos operatur, vt necmométo temporis possessio sit vacans, vnde possessione capta alio existente in possessione, est nulla *Dec. cons. 467. num. 11. vers. & ista conclusio, & nu. 17. vers. & hoc saltem videtur Paris. cons. 41. n. 4.*
14 *& 8. par. 1.* nec potest impedire continuationem alterius possidentis per *tex. in l. improba possessio*
15 *C. de acq. possess.* quod enim nullum est, nullum producit effectum *l. 4. §. cõdemnatum cum ibi not. ff. de re iud.* & ideo opin. istam veriorem etiam censent *Oliuer. Beltram.* qui fuit ex primarijs Aduocatis Romanæ Curiæ suo tempore *ad decis. 307. Gregorij Papæ XV. in fin. annot. decis. autem Rot.* posterior videtur amplectenda cum ge-
16 neralis sit regula, quod posteriora derogent prioribus, *l. sed & posteriores ff. de leg. l. pactu nostrum C. de pact Seraphin. decis 1271. num. 1. quodque decisio. predicta in Signina bonorum sit inhærendum in hoc articulo*, posthabitis anterioribus aliis decisionibus contrariis dixit ipsa *Rot. coram* R. P. *D. Pirouano in Romana hæreditatis de Fuscbis 21. Iunij 1619. in fine*, nempè, quia articulus magis ex professo in hac disputatus fuerit.

17 An verò statutum procedat in bonis feudalibus, vel emphyteuticis? dicendum, quod non, iuxta *decis. 263. num. 2. par. 2. diuers. in recentior.* quæ alias similes *decis.* refert, & approbat *cons. Cuman. 173. in fin. & Rub. Alexadr. 121.*
18 *num. 5.* Et ratio est, quia feudatarius, & emphyteuta naturaliter tantum possidet *glo. 1. in l. 3. §. ex contrario ff. de acquiren. possess. & ibi Bart. num. 7. Ias. in l. naturaliter in princip. nu. 15. ff. eodem tit.* ciuilis autem possessio est penes do-
19 minum directum, at possessio simpliciter prolata, intelligitur de naturali, & ciuili simul *Bar. in l. naturaliter §. nihil commune num 12. vers. quæro pro declaratione ff. de acquiren. possess. Fel. in cap. causam num. 11. de præscript. Cur. iun. consil. 128. num. 18. probat tex. in l. 2. §. quod vulgo ff. pro hared.* ficque intelligi debet statutum nostrum tanquam recipiens interpretationem à iure communi, vt de simili statuto dixit *Rube. Alexandr. dicto consil. 121. num. 1. & Curt. iun. dicto consil. 108. num. 28.* cum generale sit, quod statuta interpretationem recipiant à iure communi iuxta *not. per Doct. in l. omnes populi ff. de iust. & iur. & in l. 2. C. de*
20 *noxal. cum aliis vulg.* ac de fundatario, & de emphyteuta expresè ità sentit, & probat in casu similis statuti, seù consuetudinis *Tiraq. dicto tract. par. 4. declarat. 5. & 6.* ex rationibus potissimum adductis prius, cum de vsufructuario ageret *par. 3. declarat. 1.* de quo id ipsum pariter censuerat, idem dixit *Io. de Imol cons. 16. nu. 4. Cotta in suis memor. verbo Decreto Mediolanensi*, huic namque; & feudatario, & emphyteutę ad summam conuenit ea ratio, quod fieri non potest, vt illi in hęredem transmittant possessionem naturalem, quam solam retinent, cum hæc
21 vt quid personæ inhærens, extinguatur per mortem eorum & fiat consolidatio istius possessionis naturalis cum ciuili existente penes dominũ directum, vel proprietarium, nam in hæredem
22 non transeunt, quæ fuerunt personalia defuncti per *tex. in §. finitur Instit. de vsufruct. gloss. in l. hæres 37. ff. de acquir. hared. vt benè per Tiraqu.* vbi supra & præcipuè *par. 3 declarat. 1.*

23 Declaratur tamen prædicta sententia, vt procedat respectu Domini directi, quia cum Emphyteuta viuens haberet tantum naturalem, & ciuilis existeret penes dominum morte d. Emphyteutę naturalis expirat, secus autem respectu tertij, quia tunc d. Emphyteuta habet non solum naturalem, sed etiam quasi ciuilem, quæ suffragatur hæredi ad obtinendum in remedio retinde, vel adipiscendæ *Rot. coram Reuerendiss. mo D. meo Coccino Decano in Romana de Lucatellis 30. Octobris 1609.* Quando verò inter
24 hæredem Emphyteutæ, & Dominum controuertitur super deuolutione, quæ non est clara, sed turbida, tunc hæres est manutenendus *Rota coram Card. Pamphilio in Bononien. de Canalibus 11. Ianuarij 1602.* vbi dicitur hoc in tantum esse verum, vt quamuis iudicium agitetur vigore rescripti habentis clausulam illam manu regia, etiam sola facti veritate inspecta, nihilominus lite durante, empytheuta summarijssime in sua possessione manuteneri debet.

25 Notandum est amplius, quod hoc statutum quamuis loquatur de possessione, habebit tamen locum etiam in quasi possessione, & propterea si defunctus acquisiuit quasi possessionem exigendi, ea quoq. censebitur continuata in illius hæredem *Rot. in Rom. census 17. Martij 1596. coram Cordub.* Quodq. procedit etiã in possessio
26 ne occupata per Creditorẽ, donec sit ei satisfactũ

de suo credito, quia possessio creditoris non impedit cõtinuationẽ vigore huius statuti in suos, cum ad diuersum effectum isti possidere dicantur *Rot.in Ianuen.fideicommissi 4.Maij 1590.coram Platto, & in Romana de Sancta Cruce 4. Iunij 1610. coram Sacrato.*

27 An hoc statutum comprehendat forenses? nõ comprehendit, vt dixit *Rota in Imolen.bonorum coram Cardinale Hieronymo Pamphilio 10.Aprilis 1592.*nam intentio statuentium,vt ibi dicitur, regulariter est prouidere suis ciuibus, non autem exteris, etiamsi agatur de bonis sitis in Territorio statuentium *Ruin cons. 48.& seq.lib.3.Brun. ad stat.exclus.famin.art.6.num.3.Paris.cons. 12. num.26.lib.3.*

D Hęredes in possessione manutenere) quod quidem & iuri communi omnino congruit,

28 nam remedium manutentionis, ideſt interdictum retinendæ possessionis, datur pro ciuili possessione, qualem hãc esse supra deduximus *ad rubr. huius cap.littera A.glo.& alij in l.clam possidere §.qui ad nundinas ff.de acquir.poss.*qua ratione in terminis talis statuti de hoc remedio conueniunt Doct.omnes *Menoch. retinend.possess.remed. vltimo num.16.Tiraq.d.tract par. 6.declar. 1. vbi num.2.* inquit,quod nemo vnus omnium, qui de hac re scripserunt,contradicit, & in specie de hoc nostro statuto *Verall. decis. 213. par. 3.* qui tamen agit de statuto Vrbis antiquo sui temporis cap.88.lib.1.sed illud & rc, & verbis renouatum videmus per hoc cap.nostrũ 147. atque hoc ipsum statutum plenius explicauit *Rot.in decisione Signina bonorum,*de qua in præcedenti *not.*

29 vbi etiam notabiliter censuit, & probauit manutentionem hæredi concedendam esse, licet excipiatur,quod bona hæreditaria sint feudalia, vel emphyteutica,quousq,nõ appareat illa esse talia.

30 Animaduertendum tamen est, quod quando quis principaliter vti hæres dicit possessionem defuncti vigore huius statuti translatam,& continuatam esse in se,iudicium nõ est possessorium; sed mixtum cum iure dominij, & ab eo datur ap-

31 pellatio,secus verò quando non principalite,sed incidenter quis deduxerit se hæredem, puta si dixit velle manuteneri, quia est hæres,tunc enim non datur appellatio *Rot.diuers.decis.34.nu. 21. & 22.p.2.*quæ cõfirmata fuit in *Ferrarien.bonorũ de Taffonis 26.Iulij 1623.*coram *Card.Pamph.*

E Et reducere iuris, & facti remedijs opportunis) remedium alterum iuris præter interdictum retinendæ,de quo in antecedenti *not.* pro continuatione possessionis in hæredem suum vigore statuti,erit remedium adipiscendæ, & quidem vtrumque in casu isto

32 concurrere potest, primum quidem ad ciuilem possessionem retinendam, alterum ad naturalẽ adipiscendam, *Castren.cons.78.sub num.1. vers. bis tamen non obstantibus volum.2.& cons.234. sub num.1.vers.& primo ad primum eod. vol.Gabriel.concl.6.num.6.de acquir.possess.Tiraquel.d. tract.par.6.declarat.3.*vnde poterit hæres intentare remedium *interdicti quorum bonorum,* & *l.vlt.C.de edict.D.Adr. tol.*idem *Gabriel.d. concl.num.4.& seq.Tiraq.cod.par.declarat.2.Verall.decis.213.num.1.par.3.*vbi sic declarat verba statuti antiqui Vrbis cap.88.lib.1. quod Senator reducat, & defendat in possessione hæredes defunctorum, siquidem explicat, vt id fiat remedio retinendæ, vel adipiscendæ possessionis. Cæ-

33 terum non competit hæredi remedium recuperandę possessionis *Tiraq.d.par.6.declar.4. Gabr. d.concl.num.1.*vbi refert hanc esse communem opin. & innumeri fermè alii per eos congesti;ra-

34 tionem verò affert *Tiraq.* quia interdictum istud ei tantum competit,qui è possessione vi deiectus est *l.1.in princip.ff.de vi, & vi arm.§.recuperan de Instit.de interd.* at hæres non potest violenter deici ex hac ficta ciuili possessione, vt patet ad sensum, & in specie de hoc statuto nostro,

35 quod non procedat in remedio recuperandæ possessionis, sed solum in remediis retinendæ, & adipiscendæ tenuit *Rot.apud Caputaq.decis.213. num.1. & 2.par.3.* quia nihil aliud hic disponitur, quã quod dispositum est *l.fi.C.de edict. Diu. Adrin.tollen.* sicque statutum comprehenderet etiam remedium recuperandæ, videretur dare facultatem delinquendi, vt habetur in eadem de-

36 cisione. Veruntamen, quod statutum hoc concedat etiam remedium reintegrandę possessionis contra prædictam *decis.* resolutum fuit *in Romana officij 3. Decembris 1607.coram Scotto,* vbi de magis communi opinione, quæ *decis.vltimo impressa est per Marchesi.de signat.Grat.par.1.cap.2. fol.mihi 137.num.6.*

Plura alia ad maiorem statuti huius explanationem videri possunt apud *Tiraq.d.tract.& Gabriel.concl.9.& 7.de acq. poss.& Cott. in memor. verbo Decreto Mediolanensi cautum est;* nobis sat visum est præcipua quædam,& frequentiora, suis locis attigisse occasione explicationis verborum statuti.

De noui operis nunciatione.

Cap. CXLVIII.

SI alicui fuerit nouum opus nunciatum, vel opus in aliquo loco facere prohibitum, etiam si is, qui prohibitus est, satisdationem offerat de opere destruendo, in euentum, in quem constiterit eum iniustè ædificasse, vel aliud opus fecisse; sit in potestate nunciantis, vtrum velit dictam satisdationem recipere,vel infra sex dies vtiles, de suo iure probare, infra quos possit etiam is qui ædificare, vel opus facere prohibitus est, de suo iure docere, & suum opus iustificare. Quòd si actor infra dictum terminũ aliquid non probauerit, vel plene non pro-

ba-

bauerit, reus ad cautionem prædictam admittatur, & in causa ad vlteriora procedatur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Nuntiatio noui operis fieri potest tribus modis.*
2 *Præceptum in noui operis nuntiatione per comparitionem citati resoluitur in vim simplicis citationis.*
3 *Terminus ad superseden. in ædificando, &c. præfigitur trium mensium à iure ciuili: à Statuto verò ad sex dies vt le: reductus est.*
4 *Cautio in noui operis. iudicio præstanda reo, debet esse per idoneos fideiussores.*
5 *Interdictum noui operis est in rem scriptum, & transit in singularem successorem.*

ANNOTATIONES.

A Alis est titulus primus libri 39. Digestorum seu Pandectarum, cuius quidem tituli leges qui perlegerit, materiã istam sat vsu frequentẽ & scitu dignam, intellectu facilè assequi poterit, nec enim ea per iuris communis campum latè diffunditur, nec multis iuris interpretum commentariis, vt pleraque alia, amplificatur.

Nouum opus nuntiatum) hoc est per nũtiationem legitimam inhibitum, ne opus nouũ fiat, iuxta Prętoris edictum, de quo in *l. 1. in princ. ff. eod. tit. vbi Vlpi* hoc edicto, inquit, permittitur, vt siue iure; siue iniuria opus fieret, per nunciationem inhiberetur deinde remitteretur prohibitio, eatenus quatenus prohibendi ius is, qui nuntiasset, non haberet; Nuntiatio autem fit, aut iuris nostri conseruandi causa, aut damni depellendi, aut publici iuris tuendi causa *d. l. 1. §.* nunciatio fit, & fieri potest tribus modis, nempe per prætorem, ideſt auctoritate eius qui iuridicundo pręest, vel per manum ideſt, per lapilli iactum, vel per uerba nunciantis simpliciter, *tex. in l de pupillo §. meminisse ff. eod. tit. vbi inquit I.C.* meminisse autem oportet quoties quis in nostro ædificare, vel in nostrum immittere, vel proiicere vult, melius est eum per Prætorem, vel per manum prohibere, quam per noui operis nunciationem.

Cæterũ nouis operis nunciatione possessorem eum faciemus, cui nunciauerimus, hæc sunt verba *l. C. in eodem §. meminisse*, quæ præcipuè *per Bart. Alex. & Ias.* ibidem examinãtur, & declarantur, & per Azo. *in sua summa ff. hoc titul. num. 8.* Prætoris verò prœceptum parte, de cuius iure agitur, instante, ità concipiendum erit vt domino, vel operariis ędificantibus per publicum nuntium nuncietur, & prohibeatur, ne aliquid noui operis fiat in eo loco, & si senserint se grauatos, compareant de suo grauamine responsuri, hanc communem esse practicam tradit *Bart. in dicto §. meminisse sub num 1* quæ desumpta videtur *ex gloss. ibidem verbo eum*, quam praxim in Romana Curia introductam & per cõparitionem nunciati, seù citati in vim simplicis citationis resolui dixit *Angel. ibidem nu. 1. Ias. num. 8. Alex. num 3.* qui etiam deinde *num. 7.* subiicit Doct. videri communiter tenere, quod 2 eiusmodi præceptum per comparitionem citati reducatur ad vim simplicis citationis.

C Sit in potestate nunciantis] is enim potest dicere, vt inquit *Bart. in l. Prætor 20. §. si quis paratus in princ. ff. de oper. nou. nuntia.* hodie constat, hodie agamus, & pendente termino sex dierum vtilium ad probandum, vt hic, super sedendum erit in ædificando, idem porro de iure communi dispositum reperitur, eo tamen excepto, quod terminus datur trium mensium, ità patet ex *l. 1. C. de nou. oper. nunc & ex c fin. extr. eod. tit. & ibi gloss. verbo Non obstante*, & plenius explicat *Bart. in d. §. si quis paratus*, qui ibi dem *in princ.* benè animaduertit *ex d. l. 1. C de oper. nou. nunt.* limitari totum eumdem *tit. in ff.* at laudandi statuentes nostri, quod terminum 3 trium mensium ad sex dies vtiles reduxerint, etenim pertinet ad decus Vrbium ædificia non derelinqui, quæ verba protulit *I.C. in l. Prætor §. hoc interdictum*, ibi etenim pertinet *ff. de oper. nou. nunt.*

D Reus ad cautionem prædictam ad- 4 mittatur) quæ tamen cautio esse debet per idoneos fideiussores, vt docet *Bart. in d. §. si quis paratus num. 1. &* confirmat ibidẽ *Alex. in addit. verbo Idoneos* quod & vsu in hac ipsa Vrbe receptum est.

5 Denique censeo hic non esse prętermittendũ, quod interdictum noui operis est in rem scriptũ, & ideo transit in singularem successorem *l. fina. vbi Bart.* optimè hoc declarat *ff. eod. tit.*

De donationibus inter viuos, & causa mortis.

Cap. CXLIX.

a CVm Reipublicę interſit, fi audibus, quæ *b* in donationibus frequenter, & facilè committuntur, obuiare: Statuimus, vt donationes, quæ inter viuos, *c* etiã inter virum, & vxorem reuocabiliter, siue irreuocabiliter, seu mortis causa fiunt, nisi donans *d* in ipsa prima scriptura (quam etiã matricem, siue imbreuiaturam appellant) coram

coram Notario, & Testibus, manu propria illico, & incontinenti, in ipsius actus celebratione *e* se subscripserit; vel si scribere nesciat, aut nequeat, alium loco sui ad scribendum adhibuerit: & nisi saltem duo testes ex quinque, qui in donatione causa mortis adhibentur, & similiter duo in donatione inter viuos, in ipsa prima scriptura, eodem tempore, quo donans ipse, se subscribant, *f* irritæ sint, & nullæ, & *g* nullum ius donatarijs ex eis acquiratur: nullaque ex eis oriatur, nec exerceri actio valeat; & si iuramentum appositum reperiatur *h* fraudulenter appositum censeatur: instrumentaque aliter celebrata, *i* nullam prorsus fidem faciant in iudicio, vel extra, nec aliqua alia etiam extrinsecus probatione iuuari, vel adminiculari possint. Quam tamen primam scripturam *l* liceat Notarijs extendere, cum clausulis, & cautelis consuetis, non mutata substantia.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Proœmium indicat causam finalem.*
2 *Fraudibus iura omnia occurrunt, illasque prohibent.*
3 *Statutum fauorabile extendi debet ex identitate rationis ad casus alios.*
4 *Statutum quomodo cognosci possit, sitne fauorabile, an odiosum?*
5 *Donatio non præsumitur: & vbi potest sumi alia coniectura, quam donationis, illa semper sumitur, & num. 6.*
7 *Dictio etiam solet ex sui natura exprimere casum magis dubitabilem, & implicare minus dubitabilem, & num. 8.*
9 *Donationes inter virum, & vxorem iure communi expressè sunt prohibitæ.*
10 *Solemnitates statutariæ an requirantur in donatione inter patrem, & filium, matrem, & filiam, & inter alios consanguineos? & num. 11. 12. 13. 14.*
15 *Donatio remuneratoria non est vera, & propria donatio.*
16 *Statutum de donationibus, non comprehendit donationes remuneratorias. Contrarium num. 20. neque donationem reciprocam. & num. 17. Neque donationem, quæ contineat grauamen vtriusque partis, & num. 18. Neque comprehendit donantes extra Vrbem, & eius territorium, & num. 34.*
Neque habet locum, quando donatio celebratur coram Iudice, & num. 46.
Neque in donatione facta à marito vxori ob futuras nuptias. & num. 47. Nec in donatione facta ad fauorem pia causæ. & num. 48. Nec habet locum in accessorijs ad alios contractus. & num. 49.
19 *Donatio continens grauamen sapit potius naturam remunerationis, & permutationis, quàm donationis.*
21 *Statutum de donationibus comprehendit donationes factas à Clericis: & factas à forensibus in Vrbe Roma, & num. 22.*
Et comprehendit donationem factam contemplatione matrimonij contrahendi, & num. 43.
Et donationem præsumptam, num. 44.
Intellige, vt num. 45.
23 *Locus contractus attenditur, quando Statutum prouidet circa solemnitatem actus, non circa habilitatem personarum.*
25 *Instrumentum publicum si discrepet à prima scriptura, debet stari primæ scripturæ tamquam matrici, & protocollo.*
26 *Statutum de subscriptione donantis intelligitur de instrumento originali, non de eo quod partibus datur.*
27 *Subscriptio donantis adhibenda donationi, requiritur tàm ex statuto, quàm ex iure communi.*
28 *Clausula, irritum sit, habet decretum irritans: & inducit formam, & num 29.*
Et irritat omnia, quæ contra fiunt, & omnes iuris effectus tollit, & num. 30.
31 *Iuramenti vis tolli potest indirectè per statuta laicorum; non autem directè.*
Intellige, vt num. 32.
33 *Regula, Cum quid vna via prohibetur, per aliam permitti non debet, non procedit vbi actus prohibitus venit in necessariam consequentiam actus permissi. Nec procedit, vbi diuersa est ratio inter prohibitum principaliter, & prohibitum indirectè, & num. 37.*
Procedit autem, quando aliquid prohibetur alicui in odium ipsius prohibiti, & n. 36.
34 *Principaliter quod agitur, non quod venit in consequentiam, attendi debet, & n. 35.*
38 *Pontifex potest iuramenta dimittere, & super eis dispensare.*
39 *Instrumentum nullum, ob defectum solemnitatum, probat saltem confessionem in eo contentorum: secus ex statuto, & n. 40.*
41 *Statutum de solemnitatibus, seruari debet etiam in confessione mulieris, vel minoris; quæ confessio donationem sapiat.*
Intellige, vt num. 42.

ANNO.

ANNOTATIONES.

A Vm Reipublicæ interſit) ſtatuentiũ finis hinc
1 apparet, nẽpe ex præmio, quod finalem indicat cauſam *l.fin. vbi Bart.& alij ff.de hared. inſtit.l.1.ff ad Maced. Mandoſ.ad reg.Cancell.q.5.num.3. & ad regul. 15.q.2.num.2.* finis autem iſte ad Reipublicæ bonum refertur ſcilicet, vt fraudibus obuietur,
2 quibus alioqui iura omnia occurunt, illaſque prohibent *l.in fundo, vbi gloſſ. verbo indulgentiam dat concord.ff de res vend.l.1.in princ.ff. de dol.cap.ſedes de reſcript.clemen.1.de vſur.clem.1. §.fin.de conceſſ.prab.* vnde ſtatutum hoc etiam
3 vbi à iure communi exorbitaret, fauorabile cẽſeri debet, & extendi ex identitate rationis ad caſus alios *gloſſ.& Doct.in l.ſi conſtante in prin. ff.ſol.matr.& in l.illud* C.*de Sacroſ.Eccleſ. & in l.quæ propter neceſſitatem ff de reg.iur.Iaſ.& alij ab eo citati in l.fin.num.22.C.de edict. diu. Adr. tollen.Maſcard.de goner.ſtat. interpr. concluſ.4. num.153. Si*quidem ad cognoſcendum,an ſtatu-
4 tũ ſit fauorabile, vel odioſum,inſpici debet principalis ratio ſtatuentium, quæ vbi ſpectet ad fauorem,ſtatutum dicetur fauorabile; ſi verò ad odium, ſtatutum cenſebitur odioſum per *text.in l.qui exceptionem, vbi Bart.& alij ff.de condit.in deb.not. Rom.conſ.328.n.2.* & ibi additio,verbo introducta, idem *Rom conſ.4.n.7.& conſ.32.n.4. Pariſ conſ 83.num.4.lib 3.* quod fuſius comprobat *Tiraq.* cum plurimis à ſe citatis, *de retract. lignag.§.30.gloſſ.1.num.5. Rot. apud Caputaquæ deciſ.15.num.6.par.2. & deciſ.117.num.1.par.1 diuer.& in Narnien.Succeſſionis coram R.P.D. Merlino 22.Maij 1628.c.145 n.26.* & de ſimili ſtatuto, quod ſit fauorabile, & extendendum habetur in *deciſ.Creſcen.3.de conſtit. num.7. & ſeqq.*

B In donationibus frequenter,& facilè committuntur) quod prudẽter cõſiderauerat Conſtãtinus Imperator in *l.lata* 27.C.*de donat.* quam condidit, vt idem expreſsè præfatur ad occurrẽdum clandeſtinis, ac domeſticis fraudibus, quæ facilè in donationibus confingi poſſunt; ſiquidẽ
5 donatio non præſumitur, cum non dilapidare, ac perdere,ſed acquirere,ditariq.velle vnusquiſque præſumatur *l.cum de indebito verſ.qui enim ſoluit ff.de prob.* quocirca vbi alia ſumi poteſt in
6 terpretatio,& coniectura, quam donationis.illa ſemper recipitur *l eleganter §.qui reprobos ff. de pignor act.l.ſi cum aurum 50.ff. de ſol.* ità loquitur doctiſsimus *Menoch.caſ.88.in princ.*qui ſubinde proſequitur, ac exornat vberrimè articulũ iſtum.

C Etiam inter virum, & vxorem) dictio etiam, ſolet ex ſui natura exprimere ca-
7 ſum magis dubitabilem, & implicare minus dubitabilem *l.etiam ff.de verb.ſignif.l.conuenticulũ C.de Epiſc.& Cler.l.etiam C.ſi tut.vel cui.inter. Clement.vnica, & ibi gloſſ.verbo etiam ſi de ſequeſtr.poſſeſſ.& fruct.Aym.conſ 294.num 7.Menoch.de arbitr.iud.lib.1.q.49.nu.8.* Sed hic vi-
8 detur exprimere minus dubitabilem, nam ſi donationibus, quæ inter cæteras perſonas donare non prohibitas proſpicitur,ne fraudes confingãtur, multo magis id curandum videbatur in donationibus inter virum,& vxorem, quæ quidem
9 iure communi expreſsè interdicuntur toto *tit.ff. & C.& extr.de donat.inter.uir.& vxor.* Verum ceſſat obiectum, ſi conſideremus, quod ſtatuentes hoc loco non intenderunt prohibere donationes, ſed obuiam ire fraudibus,quæ in eis facilè committi poſſunt,dum artibus illicitis alliciũtur,& ſeducantur ad donandum, qui alias donaturi non eſſent, hæc autem ſuſpicio minus conſiderari poſſe videtur in viro, & vxore, qui non exadhibita fraude, ſed potius liberè, ac ſponte, nempe mutuo amore ſe inuicem ſpoliarent, donationibus non temperantes, ſed pro fuſa erga ſe facilitate vtentes,vt inquit *Vlp.in l.1.ff.eod.ti.* vnde merito quidem ſolemnitates ad libertatem & veritatem donationum conſtituẽdam hic præſcriptæ, non ſolum in donationibus inter alias perſonas, ſed etiam inter virum, & vxorem ſeruari, & adimpleri debent.

10 Numquid verò ſolemnitates iſtę requirantur in donatione inter patrem, & filium, matrem, & filiam,&è conuerſo? ſoluitur dubitatio auctoritate *Sacr.Rot.deciſ.252.ad conſ.crimin.Parina. quæ prodit coram Cardinale Lancellotto iuniori in Peruſina nullitatis donationis* 18. *Apr.*1608. vbi definitur affirmatiuè, & hoc pariter procede
11 re etiam inter alios conſanguineos, quoniam in tali donatione, vt in alijs,militat ratio fraudis euitandæ, quam præ oculis habuerunt ſtatuentes, vt apparet ex proœmio huiuſce ſtatuti,immò magis inter neceſſarias, coniunctasque perſonas, & expreſſim inter liberos, & parentes ob eamdem cauſam donationum ſolemnitates cuſtodiri debent, vt legitur in *d.l.lata* 27.C.*de don* cum autem expreſſa ſtatuti ratio locum habeat etiam in hoc caſu, dubitari planè nõ poteſt,quin & procedat eiuſdem ſtatuti diſpoſitio iuxta ſuperius à nobis allata ad verbum cum Reipublicæ interſit *littera* A. quibus adiungi poſſunt *not.per Honded.in ipſa deciſ.citatum conſ.*14.*num.*14.& *ſeq.lib.*1.& eamdẽ opin. pariter videtur approbaſſe *Rot.deciſ.*177.*num.*2.*par.*1. *recent.& in Peruſina fideiuſſione* 26.*Nouembris* 1611.*coram Cardinale Pamphilio*.

Nec obſtãt deciſſ. quæ contra adducuntur, ſcilicet coram *Creſcen.deciſ.*1.*de donat.deciſ.*100 & 101. *coram Sarnen. & deciſ.coram Cardinal Lancellotto in Romana donationis de Calanari* 5.*Martij* 1604. quibus omnibus nimirum benè reſpondetur in ſuperius citata *deciſ. coram eodẽ Lãcellotto impreſſa per Parin* & ad ſummam lo-
12 cus eſſe poteſt tribus deciſionibus prædictis, quando agitur de ſolo præiudicio patris, vel filij, non autem vbi ſequatur præiudicium tertij, prout ex ijſdem deciſionibus facilè colligitur;
13 ſed neque procedunt eædem deciſ. quando ex facie ſcripturæ apparet damnum vnius ſcilicet patris, aut filii,ſicuti de matre cenſuit *Rota coram Ortemberge in Romana relcuationis indemnita-*

tis

tis 22.Maii 1602.nu.8.impressa per Pic.ad Stat.
14 *Vrb.cap.151.loco 6.inter decis.* vel si filius pro patre fideiubeat, vel contra pater fideiubeat pro filio *Rota in prædicta decis. coram Ortembergo;& in Perusina fideiussionis coram* Cardinale *Pamphilio supra citata num.9. & seqq. quæ est 8. inter decis.impressas per Pic. ad Stat.Vrb.cap.151. & decis.153.num.12.& 177.n.2.part.1.recent.*

Quid in donatione remuneratoria? In hac nõ requiruntur solemnitates, quia hęc donatio non
15 est vera, & propria donatio, vt apparet *ex text. in l. Attilius Regulus 27.ff.de donat. & in l. sed, & si lege 28.§. cõsuluit in fin. ff.de peti.hared.pro hat text.in l.1.in princ.ff.de don.* ibi, & propter nullam aliam causam facit, quam vt liberalitatem, & munificentiam exerceat, hæc propriè donatio appellatur. *Rot.diuers. decis.488.num.7 par.1.*vbi dicitur, quod eiusmodi donatio non est simplex, & gratuita, sed potius permutatio quædam, & titulus onerosus, & consequenter donatio remuneratoria non cõprehenditur sub statuto de donationibus loquente, cum statutũ intelligi debeat de vera, & propria donatione iuxtà regulam generalem,& communiter receptam, quam supra sępius per nos contigit comprobari, & præcipuè ex collectis *à Mascard.iunior. ad tract. fusam de gener. stat. interpr. conclus.4.* & ità respondit *Rot.apud Cæs. de Graff. decis.2.num.23. de donat. & recentius apud Seraphin.decis.1170 num.4.* debet autem probari causa donationis nempe merita donatarii, nec enim creditur assertioni ipsius donantis *Tiraqu. in l.si vmquam verbo donationi largitus num. 97.C de reuoc.donat. Rot.in prædictis decis.scilicet Seraphin.num.5.& Graff.num.19. & in Ro-*
16 *mana de Caris coram Blanchetto 12 Maii 1589.* Addo, quod sicut non procedit statutum hoc in donatione remuneratoria, quia eiusmodi donatio non est vera, & propria donatio, vt supra dictum est, itd ob eamdẽ rationem non habet locum in reciproca donatione, quæ nimirum pariter non est vera, & propria donatio *Rot.diue. decis.488.par.1.num.4.*vbi & plures Doct. citan-
18 tur. Id ipsum adhuc dicendum est de donatione continente grauamen vtriusque partis, scilicet ob prædictam rationem, nàm talis donatio sapit potius naturam remunerationis, & permutationis, quam donationis *Rot. coram Cardinale Pamphilio in Romana donationis de Cuppis 5. Iunij 1602. num.12.quæ habetur loco 22. inter decis.impressas per Pic.ad cap. 151. statut. Vrbis libro primo.*

20 Verum nihilominus idem *Pic. ad cap.gloss.7. num.25.*tenuit donationem remuneratoriam subiacere solemnitatibus statutis infra *cap.151.* ob eam rationem, quia scilicet minor, vel mulier etiam in eiusmodi donatione decipi, & lędi possit.

21 An hoc statuto comprehendantur donationes à Clericis factæ? eadem *decis. Seraphin. num.3.* indubitatè censuit comprehendi, quia statuta ista auctoritate Papæ condita, & confirmata fuerunt, vt sępius tradidit *Rot. eodem Seraphin. teste ibidem nempe decis.1170.* qui & alias refert decisiones, atque alias etiam indicat additio in margine ad hanc ipsam *Seraphin.* Quid dicen-
22 dum de donationibus à personis forensibus in Vrbe Roma celebratis? hæc pariter dubitatio in eadem *decis.1170. apud Seraphin.soluitur n 1.& apud Cæs.de Graff.d.decis.2. de donat. n.16. & 17. & apud Card.Caualer.decis.257.num.3. & decis.153.num.5.par.1. diuers.in recentior.* ex illa ratione, quod etiam forenses tenentur seruare statuta loci, in quo contractus celebratur iuxta *not.per Bart.* & *alios in l.1. C. de Summ. Trin. & fid. cath.* quæ quidem ratio procedit ex altera, nempe, quod vbi statutum prouidet,
23 vt facit hoc nostrũ circa solemnitates actus, non circa habilitatẽ personarum contrahentium, attenditur locus contractus *l.1.C.de emanc. liber. l. finon speciali C.de testam. l.3.ff. de testib. Abb. cons.52.sub num.2.vers. sed his non obst.volu,2. Corn.cons.185. num 9. volum.2. Doct. omnes in d.l.1.* vbi præcipuè *Bart.num.24.Verall.decisio. 283.par.1.* vbi propterea dicitur, quod donatio facta alicui per mercatorem exterum in Vrbe debet insinuari, stante statuto Vrbis, quod donationes insinuentur,id ipsum confirmatur apud eundem *decis.206.p 3.* atque ob eamdem rationem prædictam hoc ipsum statutum non compre-
24 hendit donantes extra Vrbem, & eius Territorium, quæ quidem etiam comprobantur ex *dec. coram Orano in Romana bonorum de Ceulis 18. Martij 1587.* & *coram eodem in Romana pratensa donationis 29. Martij 1599.*

D **In ipsa prima scriptura**] cui tanquã matrici, &
25 protocollo planè stari deberet, vbi publicum instrumentum ab ea discreparet per *text.in l. iejunium quarti, & ibi gloss.verbo de fonte 76.distinct.& in l si quis ex argentarys §. Prætor, vbi Bart.nu.3.ff.de eden i dem Bart. in l.Sempronius. Proculo.48.num.3.ff.de leg.2.* cum alijs adductis, *per Mandos.ad regul.Cancell.15.quæst.2. nu.13. & reg.25.quæst.1.nu.3.& reg.27.quæst.19.n.6.*
26 atque hoc statutum intelligitur de instrumento originali, non autem de eo, quod partibus datur *Rota coram Cottà in Anconitana de Thomasijs 1576.*

Se subscripserit) quod statutũ hic præscribit de subscriptio-
27 E ne donantis adhibenda donationi, idipsum docuerat, & præceperat Constant. Imper. *in l.donatio 25, C de don.* sed statuentes nostri duorum testium subscriptionem amplius adiunxerunt, vt fraudes à donationibus eo magis auerterent.

Irritæ sint, & nullæ) clausula hæc habet decretũ
28 F irritans iuxta *text.in l. non dubium in fin. C. de legi.cap.si eo tempore 45. de elect. in 6. Clement. vnic. de immun Eccles.* formam inducit, & nullum ipso iure reddit actum contra factum *cap.penult. de prab. in 6. Bala.& Imol.in l.1.ff.de lib. & posth. Gabr.de clauf.concl. 3.nu.58. Mandos. ad regul. Cancell. 31.q.9.nu.10.*

G **Nullum ius donatarijs, nullaque ex eis oriatur, nec exerceri actio valeat)** hæc ad maiorem declarationem adiecta videntur, nam præcedens clausula
30 decreti irritantis inficit, & irritat omnia, quæ contra fiunt, & omnes iuris effectus tollit, ita ut

nec

nec aliquod iuris fomentum habeant *dict. cap. si eo tempore cum ibi not. Cassad. decis. 1. sub num. 7. de restit. spol Gom. l. reg. de trien. q. 49. num. 3. Rot. decis. 24. num. 3. & decis. 149. num. 2. par. 2. diuers.*

31 H Fraudolenter appositum censeatur) sic iuramenti vis tollitur, quod fieri potest per statuta etiam laicorum, licet eadem non possint directò tollere iuramentum *Bart. in l. omnes populi num. 25. ff de iust. & iur. Alex. cons. 151. num. 4. & seqq.* vbi testatur de magis communi opin. *lib. 7.* sed videndum totum *cons.* quia articulus iste doctè, & copiosè in eo exam natur, idem *Alex. cons. 96. num. 4. lib. 6. Roman. cons 11. num. 2. in fin. & ibi additio Horatij Mandosij I.C.* insignis, qui DD. quāplures congerit idem tenentes, & probat hanc esse communiorem sententiam, quæ tamen, vt ipse
32 subiicit, iuxta sensum aliorum Doct. intelligenda est cum hac moderatione, si statuentes iusta, & rationabili causa moti sint ad condendum tale statutum, exempli causa ad fraudes tollendas, quæ in ipso statuti loco alias committi soleant, *Cassr. cons. 314. num. 7. volum. 1. Iaf. in authent. Sacramenta puberum n. 85. qui dicit Bart.* opin. esse communem, & ab ea in iudicando non esse recedendum *Curt. iun. cons. 118. num. 7. Hondc. cons. 45. n. 36. lib. 1. Seraph de priu. iura. pri. 61. n. 18. & priuileg. 74. num. 28.* & in hoc casu limita-
33 tur regula iuris, cum quid vna via prohibetur, per aliam permitti non debet *ex l. magis puto §. si pupillus ff de reb. eor. l. fin. C. si mane. ste ven. ne prost. cap. cum quid 84. de reg. iur. in 6.* nempe quod non procedat, vbi actus prohibitus venit in necessariam consequentiam actus permissi, tunc enim permissus censetur etiam actus alioqui prohibitus, vt in casu nostro, vbi statuentibus planè permissum est contractum reddere nullum, sicque in consequentiam efficere, vt iuramentum præsumatur dolosè præstitum, ità vt nullam vim habeat, & hoc modo respondet *Alc. ad regul. istam dicto consil. 151. nu. 15.* atque huic
34 responsioni suffragatur etiam regula iuris; quæ habet id attendi, quod principaliter agitur, non quod venit in consequentiam, vel secundario, vt dicitur *l. si quis nec causam, vbi Doct. ff. si cert. pet. l. rogatis in princ. ff eod. l. 1. in princ ff. de auct. tut. Ruin. cons. 145. num 21. volum. 5. Dec. cons 293. num. 6. Rot. diuers. decis. 76. num. 9. p. 2.*
35 vbi quod, quando vnum est post alterum, solius principalis ratio haberi debet, *ex Rot. decis 25. num. 1. apud Pic. ad stat. Vrb. c. 151.*

Aliam etiam addit responsionem ibidem *Alc. ex Dyn.* ad eamdem *regul. in fin.* scilicet quod
36 ipsi regulæ locus sit, quando aliquid à iure prohibetur alicui in odium ipsius prohibiti iuxta *text. in l. scire oportet §. si mater ff. de tut. & cur. dat. abbis, & l. non est ambigendum §. vbicumque ff. de bon. possess.* secus verum si ob alium contingentem defectum *l. 1. §. sed videndum ff. de succes. edic. l. quoties duplici 91. ff. de regul. iuris.* quod autem prohibeantur statuentes disponere de iuramento, non fuit in ductum in eorum odiū sed contingit ratione defectus causæ efficientis, quia ad eos non pertinet tractare de spiritualibus, vel dependentibus ab eis *c. 2. & 1. quāto de iudic. cap. venerabilem 14. de elect.* sed primam
37 responsionem *Alex. ipse magis probat*; Amplius limitatur eadem regula, vt non procedat, vbi diuersa est ratio inter prohibitum principaliter, & prohibitum indirectè *Signor consil. 45. in fin. quam limit.* affert pro responsione in casu nostro *Seraph de priuil iura. priu. 74. n. 30.* Verum omnis planè dubitatio de huius nostri statuti validitate omnino cessat, quia statutum summi Pontificis auctoritate nititur, qui potest iuramenta
38 remittere, & super eis dispensare *Roman. d. cons. 12. num. 3. Ruin cons. 95. num. 8. vers. nec obst. iuramentum lib. 5. Cas. Bursz. decis. Bonon. 99. n. 12.* & in terminis statuti nostri plures habemus *Sac. Rota decisiones Verall. decis. 200. par. 3. Cas. de Graff. decis. 2. nu. 22 de donat. decis. 1. num. 20. & decis. 22. num. 2. apud Pic. ad stat. Vrb. cap. 151.* quas idem citat ad rem istam *glos. 13. nu. 7.*

1 Nullam prorsus fidem faciant) alioqui ex instrumento nullo ob defectum solēnitatum probatur saltem confessio in eo contēta *Bart. in l. si ità stipulatus 126. §. Chrysogonus num. 3 ff. de verb. oblig. Cassen. ibidem n. 4. Alex num. 11.* vbi inquit hoc esse benè not. quia
39 si mulier sine consensu propinquorum cōtrahat, sicque non seruata forma statuti, licet contractus sit nullus, tamen confessio facta in instrumēto probat omnia gesta, idem habet additio *Panc. ad Bart. in d. § Chrysogenus. littera B. verbo Probat*, cuius ictī auctorem referunt *Angel. in l. 1. C. de præscript. 30 vel 40. ann* qui tamen hoc non dicit in libro meo, attamen conclusio videtur esse vera, eamque vltra prædictos tenet *Roman. cons. 91. num. 1. Tiraq.* multique alii ab eo citati *tract. de iur. constitut. limit. 7. nu. 19. Mase.* qui multos etiam refert *conclus. 357. num. 1. de*
40 *probat.* Verum conclusionem istam, quæ tamen penes iuris interpretes non caret difficultate, vt videre est præcipuè apud *Tiraq. & Mascard. in* prædictis locis prorsus destruit hoc loco statutum nostrum, vt facilè intelligi potest ex prægnantibus, multiplicibus, & vniuersalibus verbis, quibus vtitur.

Liceat notarijs extendere) licet autem hoc L de iure communi, & generaliter etiam cautum est supra *cap* 34. vbi & nos aliqua notauimus *litera D. verbo Extendere possint*, Ad hæc amplius videri posset *cap. 2. tom. 1. Art. Notariat.* ibi postremum officium tabellionis est.

Post scripta ad hoc *cap. stat.* 149. quædam alia adiicimus deprompta ex aliquibus *Sac. Rot. dec.* quas antea non videramus.

41 Primo quod statutum hoc seruari debet etiam in confessione mulieris, & minoris, quæ quidem cōfessio donationem sapiat, vnde fraus fieri possit ipsi statuto *Crescent. decis. 2. de confess. Achil. decis. 1. eod. tit Put. de. is. 55. lib. 3.*

42 Quę tamen conclusio ità declaratur, vt procedat in simplici confessione non autem in confessione, quæ habet probabiles coniecturas, & verisimilitudines pro se, ex quibus tollatur præsumptio simulatæ donationis & fraudis, sicuti benè deducitur in *d. decis. 1. de confess. apud Achil. & in Romana Societatis coram Ortembergo 9. February. 1607. & decis. 2. de confess. apud Mobed.*

& dec.

& decis. diuers. 177. *num.* 6. *& seq. par.* 2.

43 Secundo ampliatur statuti dispositio, vt etiam comprehendat donationem factam contemplatione matrimonij contrahendi, quia & hæc donatio est simplex, nisi tamen aliàs eiusmodi donatio fieret propter causam necessariam, vel prompter commodum aliquod donantis, in quibus planè casibus donantis liberalitas excluditur *Rot. coram Cardinale Pamphilio in Romana donationis de Cupis* 5. *Iunij* 1902. *numer.* 8. *& seqq. impressa per Pic. ad stat. Vrb. cap.* 151. *lib.* 1. *loco* 22. *inter decis. & coram Cardinale Blãchetto in Romana euictionis* 28. *May* 1588. *& coram Cardinale Cauallerio dec.* 257. *num.* 8.

44 Tertio Ampliatur etiam ad donationem præsumptã *Rot. corã Corduba in Rom. de Massis* 13. *Iunij, & 4. Iulij* 1601. dummodo donatio redacta sit in scripturam, secus autem scriptura non existente, vt habetur in eadem dec. cis.

Limitatur autem statuti dispositio, vt locum
46 non habeat. Primo, quando donatio celebratur *coram Iudice Rot. in Romana de Caris* 11. *May* 1589. *coram Cardinale Blanchetto*, vbi dicitur, quod cum ist ę solemnitates fuerint per statutum inductæ ad euitandas fraudes, satis dicitur factum imperio legis per tale æquipollens & maximè quando numerus quinque testium interuenit in donatione.

47 Limitatur secundo in donatione facta à marito vxori ob futuras nuptias, quæ quidem donatio censetur sponsalitia largitas, & in hoc casu tanquam speciali non procedit secunda ampliatio, de qua supra.

48 Limitatur tertio, vt non procedat in donatione facta ad fauorem piæ causæ *Rota in dicta Romana euictionis coram Cardinale Blanchetto* 28. *Martij* 1589.

49 Limitatur quatto, vt locum non habeat in accessoriis ad alios contractus *Rot. coram Card. Blanchetto in causa Romana Venaferri* 24. *Februari* 1592.

De donationibus insinuandis.

Cap. CL.

Bicumque donatio, *b* quæ de iure insinuationem requirit, excedit summam, seu valorem ducentorum ducatorum, insinuari debeat *d* infra sex menses *e* à die donationis factæ *f* per acta alterius Notarii *g* actuarii; aliàs vltra dictam summam ducentorum *b* sit nulla, *i* nec renunciari possit solemnitati insinuationis legitimè faciendæ: & iuramentum tàm in ipsa donatione, quàm in renunciatione ipsius insinuationis *K* censeatur fraudulenter appositum, nec contrarium probari, vel adminiculari possit. Ad validitatem autem actus insinuationis, seu instrumenti dicto actu insinuationis celebrati, *l* sufficiant duo testes, etiam quòd se non subscribant.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Donationum argumentum qui pertractarint.*
2 *Insinuare donationem, quid sit.*
3 *Acta scribuntur per Notarium à Iudice deputatum.*
4 *Notarius adhibendus est in actu insinuationis.*
5 *Insinuatio quotupliciter fiat legitimè. & num.* 9. 12. 13.
7 *Insinuatio est facienda coram Iudice. At non est necesse, quod Iudex decretum vllum proferat. & num.* 9.
8 *Præsens esse non censetur, qui quod agitur non intelligit.*
10 *Insinuatio an sit in actis redigenda?*
11 *Donatio requirens insinuationem debet necessario in scriptis celebrari.*
14 *Connexa dicuntur indiuidua.*
15 *Insinuatio potest fieri coram quocunque Iudice: & est actus voluntariæ iurisdictionis, & num.* 16.
17 *Iurisdictio voluntaria non circumscribitur loco.*
18 *Notarius habens à Principe iurisdictionem volantariam, potest de iure communi conficere vbique instrumenta.*
19 *Insinuatio fieri potest die feriata, etiam in honorem Dei, & quolibet loco.*
20 *Insinuatio donationis inducta est ad fraudes remouendas. & num.* 23.
Et ne donationes extorqueantur per metũ. & num. 25.
21 *Statutum de insinuandis donationibus est latè intelligendum.*
22 *Insinuatio principaliter adinuenta est fauore publico.*
24 *Quantitatibus in magnis requiritur maior obseruantia.*
26 *Statutum de insinuandis donationibus an habeat locum, vbi pater donat filio, vel è contra?*
27 *Insinuatio requiritur de iure communi inter liberos, & parentes.*
28 *Relatiuum Qua, restringit generalitatem, cui adiungitur, vbi relatiuum sit sine copula.*
29 *Donationes, quæ de iure insinuationem nõ requirunt, remissiuè.*

30 *Donationes causa mortis non requirunt insinuationem.*
41 *Ducati valor quis sit.*
32 *Insinuatio necessaria est de iure communi, in donationibus dumtaxat excedentibus summã quingentorum solidorum.*
33 *Solidus idem fuit, ac Aureus Romanus antiquitus. Et hodie in illius locum suffectus est Aureus nostri temporis, & num.34. Contrarium, vt num. 35.*
36 *Moneta vbi est definita, seu taxata per legem de illa est intelligendum, non de moneta vulgari, seu currente.*
37 *Permissum ad tempus, post tempus videtur esse prohibitum.*
38 *Dictio A, vel Ab, adiuncta numero dierum, semper excludit terminum, cui adiungitur.*
39 *Insinuatio quare celebranda sit per acta alterius notarij, quam eius, qui instrumentum donationis confecit?*
40 *Clam fieri dici non potest, quod fit pluribus personis adhibitis, vel per instrumentum.*
41 *Actuarij in quo differant ab alijs Notarijs?*
42 *Acta dicuntur scriptura de his, quæ in iudicio facta sunt, vel dicta. Facta, quæ extra iudicium, num. 43. Et Gesta, quæ sine verbis fiunt, & num.44.*
45 *Notarius, qui non sit actuarius, donationes actis annectere, vel insinuare non potest.*
46 *Insinuationi renunciari non potest. Nec etiam cum iuramento, ex statuto, & num. 47. 48.*
49 *Insinuationis defectus suppletur de iure communi per iuramentum.*
50 *Insinuatio requirit duos testes, ex statuto: nullum autem ex iure communi.*
51 *Statutum de insinuandis donationibus respicit solemnitates tantum, & non habilitationem personarum.*
Et seruatur etiam in retrodonatione, & num. 52.
Intellige, vt num. 53.
Non habet autem locum in donatione reciproca, & ob causam, num. 54.
Neque in donatione facta ex causa matrimonij contrahendi, num. 55.
Neque in solutione indebitè facta scienter num. 56.
57 *Solutio indebitè, non dicitur propriè donatio.*

ANNOTATIONES.

A 1 MAteriam istam diligenter, & copiosè complexus est *Anton. de Canario peculiari tra. qui habetur inter tract. vniuers. iuris tom. 6. p. 2. fol. 273.* ad eam etiã multa perstrinxerunt, *Dusn. regul. 234. Gab. conclus. 1. de donat. & Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 73.* præter complura alia tradita à diuersis qui cõmentaria ediderunt *ad tit. Inst. de donat.* & præcipuè ab *Hippolyt. Rimin.* qui maximè omnium eundem *tit. illustrauit.*

2 Porrò insinuare donationem nihil aliud est, quam eam facere redigi in scriptis per notarium coram Iudice probatur *ex l. donatio C. eod.* ibi actis etiam annectendis, quæ apud Iudicem, vel magistratus conficienda sunt, *& ex l. in donationibus C. eod.* ibi quæ actis insinuantur, ità tradit 3 *Bart. in l. Modestinus 23. nu. 1. ff. eod. quem Rom. Castren.* & alii sequuntur, licet verò *Bart.* omiserit verbum per notarium, hoc tamen subintelligi, & adiici debet, quia acta scribuntur per Notarium scilicet a iudice deputatũ, & non per alium *l. in fraudem §. quoties apud Fiscum ff. de in. Fisc. declarat Purpur. consil. 593. nu. 4. Nat. consil. 138. num. 23. Crot consil. 151. nu. 53. Bald. in l. repetita num. 2. C. de Episcop & Cler.* Rom. 4 *consil. 281. num 6.* & ideo adhibendum esse notarium in actu insinuationis *not. Rimin. §. 1. Instit. de donat. num. 401. & seqq. pluribus Pacia. tract. de probat. libro 1. capit. 65. num. 63. & sequen.*

5 Verum dupliciter censetur legitimè facta insinuatio, vno modo si donatio redigatur in scripturam inter partes per notarium publicum, & postea ex interuallo coram iudice publicetur, deinde etiam registretur apud acta: alio modo si donatio ipsa scribatur, & publicetur coram iudice sine alia expressa insinuatione, ita docuit, *Io. Andr. in addit. ad specul. tit. de instrum. edit. § porro littera M. verbo Subscribat*, quem alij referunt, & sequuntur, præcipuè verò *Corne. consil. 36. sub num. 1. Guid. Pap. sing. 341. versic. qualiter fiat insinuatio Vital. de Camban. tract. de claus. §. videndum num. 4. versic. sed quæritur est inter. tract. vniuers. iur. tom. 18. fol. 369. Ant. de Canar. dict. tractat. par. prima quæstion. 2. num. 4. & seq. Iul. Clar. § donatio quæstion. 15. num. 3. Rimin. dict. §. 1. num. 404.* atque demum id probauit *Rot. in Imolen resciss. cõtractus 26. Iunij 1615. coram Manzanedo, & in decis. 391. in fin. coram Gregorio Papa XV.* circumscripto tamen statuto peculiarem formã insinuationis præscribente; Hoc autem interest inter primum, & secundum modum, quod 6 in primo oportet instrumentum donationis publicari adiecta insinuatione iuxta formam traditam per *d. Canar. ead. q. n. 6.* quam hic non repeto, vt euitẽ prolixitatem, in altero vero, quia vnico cõtextu celebratur donatio coram Iudice

censetur ipso iure & facto adhibita insinuatio, nec requiritur alia expressa insinuatio, vt per *Io. Andr.* & alios, de quibus supra, eum referentes, & sequentes, quibus hic addo *Gabr.* plures alios congerentem *dicta conclus. 1. de donat. num. 46. & seq. & Hontem. de art. Notar. lib. 3. cap. 24. nnm. 9.* Quod tamen intelligi debet, dummodo iudici satis innotescat, quid actum sit *Bal. cons. 375. num. 4. & seq. Anton. de Canar. d. tract par. 1. quæst. 10. num. 21. in fin. Rimin.* qui eos citat, & sequitur *§. 1. Instit. de donat. n. 408.*

7 cum enim insinuatio fieri debeat coram iudice, nō sufficit sola eius præsentia, nisi etiam ipse intelligat, quid agatur ex *text. in l. diem proferre*

9 *coram ff. de arbitr. vbi Bald. not.* quod non censetur præsens esse, qui quod agitur, non intelligit, idem probatur *ex l. coram 209 ff. de verb. signif.* vbi inquit I.C. coram Titio aliquid facere iussus, non videtur præsente eo fecisse nisi is intelligat.

9 Verumtamen non est necesse, quod iudex decretum vllum proferat per *text. in l. omnium C. de testam. Bart. l. Modestinus num. 3. in fin. ff. de donat. Iaſ. & plures alij ab eo relati in d. l. omnia num 4 Canar. d. tract. quæst. 30. nu. 22. Oinotom. in §. alia autem nu. 9. Instit. de donat.* Atque iuxta vltimum istum insinuationis modum videtur intelligi debere, quod scribit *Gabr. d. conclus. 1. de donat. num. 55.* nempe quod insinuatio non fit in actis redigenda, sed sufficiat, quod coram Iudice publicetur, nec alia requiratur scriptura quam subiicit esse communem opinionem, & seruari, prout ante eum dixerat *Guid. Pap. d. singul. 541. vers. qualiter fiat insinuatio, & sequitur Hontem. tract. de art. notariat. lib. 3. cap 24 n. 12.* quoniam alioqui scripturam esse ad actum insinuationis necessariam asserunt omnes, quod præcipuè apparet ex descriptione insinuationis superius tradita, quæ tum ex iuris interpretum dictis, tum ex ipsarum legum verbis, ac sententiis desumpta est, & confirmatur etiam ex eo,

11 quod donatio, quæ requirit insinuationem, in scriptis necessario celebrari debet *Azo. in summa tit. de donat. num. 7. vers. licet vero. Hostien. in summa sua eod. tit. num. 7. vers. quæ donatio requirit scripturam Canar. d. tract. par. 1. q. 17. n. 32* Ergo, & insinuatio quæ est quid inseparabile ab ipsa donatione, & inest ipsi donationi, maximè vbi donatio fiat vnico contextu coram iudice.

12 qui est alter modus insinuationis, de quo proximè diximus, quo casu donatio, & insinuatio pro vno, & eodem accipiuntur, vt videre est, apud *Azo. Host & Cana.* locis proximè citatis.

13 Quod si loquamur de insinuatione altera priori modo descripta, pariter dicendum est, eam in scriptis esse faciendam, vt de illa nimirum ex actis constare possit, vt constare debet iuxta *text. in l. donatio, & in l. donationibus C. de donation. & plenius supra in princ huius fe not. deduximus*; Accedat, quod eiusmodi insinuatio donationi connectitur, vnde de connexis idem statui debet *capit. translato de constitut. l. 3. §. iudicio contrario ff. de contrario actio tutelar. l. cum actum 18. in princ. ff. de negot. gest.*

14 nam & connexa dicuntur individua *Surd. dec. sion. 199. num. 15.* atque connexa vnum reputantur, & non diuiduntur *Menoch. de arbitr. iudi. cas. 95. num. 8. in fin. & seq. Brun. ad stat. exclus. famin. artic. 6 num. 301. Iacob. Nouell. tract. de iur. prothomis §. 1. quod si forte num. 186 inter tract. vniu. iur. tom. 17.* quos refert, & sequitur *Scace. de Iudic. lib. 2. capit. 11. num. 346.*

15 Insinuatio autem fieri potest coram quocunque iudice, etiam cui non subsit donator, nec res donata, quæ conclusio potissimum probatur ex *l. lata 27. & ex l. in hac 30. C eod. tit. & ex §. illud authen. vt fratr. fil.* atque comprobatur

16 ea ratione, quia insinuatio dicitur esse actus voluntariæ iurisdictionis, vt probat *text. in dicta l. in hac, not. gloss. in auth. de defens. ciuit. §. nulla verbo, & quicquid aliud. Bald. in l. illud nu. 9. versic. illud est notandum C. de Sacrosan. Eccles. & ibi addit. littera V. Canar. dicto tract. quæstion. 6. Ruin. consil. 23. num. 12. vol. 2.*

17 At iurisdictio voluntaria non circumscribitur loco *l. emancipari 36.* Sed omnis locis ei patet, quia libera est, vt ibi dicit *Bald.* consequenter insinuatio quolibet loco, ficque coram quocunque iudice fieri potest, vnde videmus, quod no-

18 tarius habens iurisdictionem voluntariam sibi concessam à Principe potest de iure communi, vbique locorum instrumenta conficere *Specul. titul. de instrumen. edit. §. restat num. 23. Bero. cons. 89. num. 6. volum. 3. Rimin. dicto §. 1. num.* 442. qui hoc argumento vtitur, & iura prædicta ad huius conclusionis probationem doctissimè perpendit, & contrarijs argumentis plenè respondet, porro conclusionem ipsam tenuit *Bart. in dicta l. Modestinus num. 3. Alex. consil. 157. num. 7. & seq. lib. 2. Aret. in §. alia autem num. 4. Instit. de don. vbi*, & *Oinotom. num. 11. Cana. quæst. 12.* & communem esse testatur *Vin. in suis commun. opin. verbo donatio inter vinos versic. occurrit similiter præmissis*, ex quibus etiam in-

19 fertur, quod insinuatio fieri potest die feriata etiam in honorem Dei, & quolibet loco cum non requirat causæ cognitionem, & sit voluntariæ iurisdictionis *l. actus C. de fer. not. Canar. par. 1. quæst. 6. vers. ex hoc etiam infertur.* Cæterum ad faciliorem explicationem huius nostri statuti prædicta saltem hic attingenda censui, vti prælu dia reliqua verò, quæ desiderari possint abunde reperientur penes *Canar. Rimin. &* alios, quos superius commemorauimus.

20 Non tamen adhuc omittam, quod insinuatio donationis inducta est ad fraudes remouendas, quia multæ donationes clandestinæ fiebant & postea res donatæ vendebantur, vnd. emptores fraudabantur, vt *not. Boccat. ad constit. Pisc. glos. 5. num. 2.* & ideo statutum de ea loquens

21 latè debet intelligi, vt potè communi, & publico bono inductum *Rimin. dicto § 1. num. 420. Bero. consil. 72. nnm. 8. volum. 1.* licet principaliter fauore priuatorum, secundario autem fauore publico insinuationem adinuentam dixerint *Alexand. consil. 167. num. 13. volum. 7. Socin. consil. 77. colum. 8. versic. non obstat nona ratio volum. 1. Corne. consil. 69. colum. 5. versicul. non obstat quintum volum. 2.* & hanc veriorem, & magis communem sententiam, testatur *Curt. iunio. consil. 34. num. 2. Aym. consil. 118. in principio*, & *Rip. lib. 3. respons. cap. 5.*

cap. 5. dicit eam esse canonizatam, refert *Seraphin. de privil. iur. prior. 73. n. 64.* verum propter
23 duas rationes expressè reperitur excogitata, ac decreta insinuatio, prima est, ne fiant donationes clandestinæ, & homines fraudentur, vt habetur in *l. lata C de donat. supra sæpius citata.*
24 Altera quia in magnis quantitatibus requiritur maior obseruantia *l. fin. in auth. ibi posita C. si cer. pet. ità Bart. in d. l. Modestinus num. 3.* quem refert, & sequitur *Canar. quæst. 6. & qua. 9.* qui tamen in hac *quæst. 9.* duas alias causas affert, *Rimin. d. §. 1. num. 413. Oinotom. in dicto § alia*
25 *autem num. 8.* Accedat alia ratio ne donationes extorqueantur per metum, qui sic purgatur, & cessare intelligitur, cum coram iudice fit insinuatio *l. 1. C. de his qui prop. met. iud. non appell. l. nõ est verisimile ff. de eo quod met. caus. Seraph. dict. priuil. leg. num. 50. Oinotom. d. §. alia verò in add. littera C.*

26 Hic demum amplius opportunè quæri posse videtur, an hoc statutum habeat locum, vbi pater donat filio, vel contra, & locum habere censuit *Rot. coram Gregorio Papa XV. dec. 334. num. 4. & in decis. Perusina fideiussionis coram Cardinale Pamphilio 26. Nouembris 1611. n. 7. & in fin. quæ est 8. in impressis per Pic. ad stat. Vrb. cap. 151. 8. in impressis ab eo sup. cap. 151. sta. Vrbis*, & iure quidem, cum in istis donationibus fraudes facilè commicti possint, vti eadem *Rot. consideranit in decis. 252. impressa ad consil. crim. Farinac. vbi ideo Rot. iudicauit*, quod proximum precedens *cap. Statuti nostri procedat etiam in eiusmodi donationibus, quod nos ad idem cap. annot. littera C. verbo Inter virum, & vxorem*;
27 Demum quod insinuatio requiratur in donationibus inter liberos, & parentes *text. est apertus in l. lata 27. C. de donat.* quæ pariter procedit inter necessarias, coniunctasque personas, vt eodem *text. in princ.*

B Quæ de iure insinuationem requirit) restringitur namque statutum ad donationes
28 requirentes insinuationem, & ità demonstrat relatiuum, quæ, cuius natura est restringere generalitatem, cui adjungitur, vbi relatiuum sine copula fit, *l. ea tamen adiectio 44 ff. de leg. 3. not. Bart. in l. omnes populi in princ. in prima opposit. ff. de iust. & iur. Angel. Aret. in l. ius autem ciuile num. 1. ff. de iu. nat. gent. & ciuil.* quæ verò
29 donationes de iure insinuationem non requirunt cumulatè habes, & strictè apud *Gabriel. dicta conclus. 1. de donat.* vbi triginta congerit limitationes ad conclusionem, quod donatio vltra summam 500. aureorum non valeat absque insinuatione post decem, & octo ampliationes prius appositas, ideo nos superuacaneum ducimus tẽpus conterere in istis referendis, maximè cum Gabrielii conclusiones omnium causidicorum manibus assiduè terantur; fusius verò, & vberius omnia apud *Rimin. d. §. 1.* præcipua autem, & generalis sit limitatio, quam ad statuti declarationem hic reticendam non putamus, nempe
30 quod in donationibus causa mortis locum sibi non vendicant leges insinuationem iubentes iuxta *text. in l. penult. C. de donat. tradit Gabr.* cum plurimis aliis citatis *dicta conclusion. 1. nu. 77. limit. 18. & Rot. coram Aldobrandino qui postea fuit Summus Pontifex Clemens VIII. felicissima memo. in causa Romana donationis 26. Octobris 1573.*

C Excedit summam, seu valorem ducentorum ducatorum) cum hic simpliciter pro
31 feratur ducati nomen, intelligitur carolenorum decem pro singulis ducatis, vt infra *de verb. & rer. signif. cap. 197. vers. ducatus auri*; Carolenus est bolonenorum septem cum dimidio, vt eod. *cap. 197. vers. carolenus, bonolenus, quattrenorum quatuor. eod. c. vers. Bolominus*, sed hodiernis temporibus pro boloneno dicimus baiocchum, qui est quattrenorum quinque, sicque ne erremus in calculo isti ducenti ducati hodie summam constituent scutorum monetæ Romanæ 150.

Cæterum ex iuris communis dispositione nouissima, de qua in *l. sanctimus in princ. C. de donat. §. perficiuntur Instit. eod. tit. & l. penult. in*
32 *fin. C. eod.* insinuatio necessaria est dumtaxat in donationibus excedentibus summam quingentorum solidorum, solidus idem fuit, ac aureus
33 Romanus antiquitus, quorum quatuor complebant vnciam, quadraginta octo libram, & dictus solidus quasi integer, seu certi, & integri ponderis, quia eo seculo videbãtur etiã minores aurei, nempe semisses, qui erant solidi dimidiati, ità docet *Bud. in annot. reliquis in Pandect. fol. mihi 63. Rimin. in d. §. 1. num. 614. cum alijs tribus sequen. Canar. dicto tract. par. 2. quæst. vltim. num. 60. & seqq. Mysinger. in §. nos autem n. 7. Instit. de Attil. tut. quem sequitur Oinotom. in d. §. alia autem num. 23. Instit. de donat.* licet verò postea pro varietate, ac occasione temporum immutata moneta, factum sit, vt aurei excudãtur, vt leuiores, ità & viliores, vti tradit idem *Mysinger. d. §. nos autem*, quod vel ipsius Iustiniani Imperatoris tempore seruatum probat *dicto §. alia autẽ in fin.* vbi & eum sequitur *Oinot. dicto num. 23.* nihilominus quę de solido, seu aureo antiquo iure ciuili statuta sunt, ad aureum nostri temporis, vt pote suffectum in locum il-
34 lius veteris *Alciat. teste in cap. 9. lib. 3. disput. & in l. etiam aureos 59. ff. de verb. signif.* planè referenda videntur, vti sentiunt ijdem *Mysinger. & Oinotom. in d. § alia autem*, vbi præcipuè *Oinotom. num. 24.* asserit in casu nostro ità vsu receptum esse, ac vidisse pronunciatum.

35 Contrarium tamen, scilicet quod hodie etiam attendi debeat pretium, siue valor solidi ideft aurei antiqui, quod profecto quanti æstimarum fuerit, sat dilucidè deducitur ex traditis per *Alc. Canar. Rimin. Mysinger. & Oinotom. locis prædictis, tenuit Gabr. d. concluf. 1. num. 59.* complurésque alii ibidem ab eo relati *Duen. regul. 224 num 19 Seraph. de priuil. iuram. d priuileg. 73. num. 2. & seq. & Rimin d. §. 1. num. 618. & duobus sequen.* qui, & ne paucos alios nominãt eiusdem sententiæ, quam amplius probat idem *Rimin. ex doctrina Bald. quam dicit singularem in l. quicumque numero 29. C. de serv. fugit.* nempe, quod vbi moneta est diffinita, seu

taxata per legem, de illa est statuendum, seù intelligendum, non de moneta vulgari, seù currẽte, nec ab ista sententia tanquam communi videtur recedendum, cui quidem locus esse poterit in ijs locis, quæ non habeant certam summã iure municipali taxatam ad donationes absque insinuatione faciendas, prout nos hic habemus, nam in eis ius municipale seruandum esse ignorat nemo, in multis autem aliis Ciuitatibus certam reperiri taxationem eiusmodi per statuta etiam ad minorem summam refert *Canar. dicta quæst. vlt. num. 60.*

D **Infra sex menses)** quod si tempus ad insinuationem non esset præfinitum, ius quidem insinuandi, vt pote, in libera donatoris facultate consistens, esset perpetuum *Canar. d. tract. par. 1. q. 3. plenius comprobat Rimin. d. §. 1. num. 542.* & *plur. seqq.* Cum verò hic præscriptum terminum habeamus illud etiam iure compertum est quod eo tempore transacto non permitteretur insinuatio, quia
37 permissum ad tempus post tempus videtur esse prohibitum *l. si vnus §. 1. vbi Bal. ff. de pact. l. Epistola § fin. & ibi Castrens. ff. eodem. tit. l. Imperator ff. de postul.* quod aliis rationibus, & exemplis plenius comprobat idem *Rimin. in dicto § 1. num. 551. cum pluribus seqq. & ante eum probauit Canar. par. 2. q. 27. num 47.*

E **A die donationis factę)** sic dies donationis nõ ipcluditur, sed excluditur, vbi enim dictio à, vel
38 ab adiungitur numero dierum, semper excludit terminum, cui adiungitur *l. 3 §. fin. & ibi gloss. vlt. ff. de action. empt. gloss. in Clem. sicut verbo à die de appellat. comprobat Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 11. num. 51. Gratian. decision. Marcb. 124. num. 3. & 4 Scacc. de appell. quæst. 12. num. 57.*

F **Per acta alterius notarij)** hoc autem necessario intelligi debet, vbi donatio nõ fiat coram iudice, sicque insinuatio censeatur facta vnico contextu sed vbi insinuatio sequatur ex interuallo, & expressè iuxta ea, quæ supra diximus sub *littera A. verbo de donationibus*; Porro statuentibus placuit, vt per acta alterius notarij, quam eius, qui
39 donationis instrumentum confecerat, celebretur insinuatio, quo magis euitentur clandestinæ donationes, ad quod potissimum adinuenta fuit insinuatio *l. lata C. de donat. Bart. in l. Modestinus num. 3. ff. de donat.* cum alijs superius per nos adductis sub littera A. *verbo De donationibus*, clam enim fieri dici non potest, quod fit
40 pluribus personis adhibitis, vel per instrumentum iuxta tradita *per Curt. iun. cons 64. nu. 1. & 2. Ruin cons. 14. num. 10. lib. 2. Menoch. de arbit. iud. cas. 194. nu. 20.* at ex iure nostro municipali donatio innotescit duobus notariis, scilicet notario donationis, & notario insinuationis, atq. etiam duo conficiuntur instrumenta, vnde magis, magisque cessat suspicio clandestinæ, & fraudulentę donationis, quod quidem iure communi non reperitur adeo accurratæ fuisse prospectũ formam verò insinuationis in Vrbe solitam tradit *Boccat. in consil. Picen gloss. 5. nu. 25.*

G **Actuarij)** differunt isti notarii ab aliis, vti apparet ex hoc nostro sta-
41 tuto supra *cap. 23.* cuius prima hæc sunt verba. Notarii omnes etiam, qui Actuarij non sunt, Actuarii porrò sunt, qui acta conscribunt, quod apparet ex ipsius vocabuli ethymologia argumẽto *tex. Instit. de testam. in princ. in l. 2. §. appellata ff. si cert. pet. in l. 1. ff. de furt.* de quo argumẽto plenius per *Euer. in locis suis argumentandi loco ab Ethymologia.* Acta verò dicuntur scriptu-
42 ræ de his, quæ in iudicio facta sant, vel dicta *glo. 1. in l. acta in princ. ff. de re iud. Guid. Pap. decis. 316. num. 2. Honthem. art. notariat. lib. 4. t. 29. num. 10.* & distinguuntur à factis, & gestis, nam
43 facta sunt, quæ extra iudicium *l. 2. in princ.* ibi acta, facta, gestaque sunt, & ibi *gloss. ff. de cur. bon. dand.* gesta dicuntur, quæ sine verbis fiunt, veluti scribere, vel fodere, *tex. in l. Labeo 19. in fin & ibi gloss. ff. de verb. sign. vbi in fin.* hæc habentur verba, gestum rem significare sine verbis factam *Guid. Pap. dict. decis. num. 3. Honth. dicto cap. num. 13.* atque ità satisfiet etiam iuris communis dispositioni volentis, vt donationes actis annectantur *l. donatio C. de donat.*, & actis *insinuentur l. in donationibus C. eod. tit.*

45 Quod si notarius non esset actuarius, sicque acta penes se non haberet, donationes profectò actis annectere, vel insinuare non posset, ad q. facit dictum, quod qualitas non datur sine subiecto *l. 4. §. si modus in princ. ff. de actio empt. l. fin. ff. de collat. bonor. l. nullã § si absentis vbi Angel. ff. de pet. hered. l. Pomponius § fin. vbi Aretin. in princ. ff. de acquir. poss. ff.*

H **Sit nulla)** sustinetur autem donatio intra summam hic taxatam, sicuti ex iure communi intra summam quingentorum solidorum *l. sancimus C. de donat. nos. Gabr. cum pluribus à se relatis dicta conclus. 1. de donation. num. 57.*

I **Nec renũciari possit solemnitati insinuationis)** quod pariter de iure communi traditũ est, vt est cõis
46 opin. penes iuris interpretes *Canar. d. tra. de insinu. q. 19. Aret. in §. alia autẽ n. 5. Instit. de donat. Gabr. d. conclus. 1. nu. 9.* & huic hec opinio *Bart. in d. l. Modestinus num. 9. ff. de donat.* Nec etiã
47 cum iuramento renunciari posse huic solemnitati insinuationis dixit *Rot. apud Cæs. de Graff. dec. 2. de donat. num. 14. & 15. & in Roman. de Carit coram Cardinale Blanchetto 11. May 1589.*

K **Censeatur fraudulenter appositũ)** hic non repeto, quæ ad proximè præcedens *c. apposuisub littera F. verbo Fraudulenter appositũ censeatur*, nec alia addo, nam illa videntur sufficere, quodque attento tali statuto, insinuationis defectus non suppleatur iuramento, traditur
48 per *Rot. apud Cæs. de Graff. decis. 2. num. 21. de don.* Cæterum de iure communi sentiunt Doct.
49 communiter iuramentum supplere defectum insinuationis, ità vt per illud sustineatur donatio absque insinuatione *Gabr. d. conclus. 1. num. 72. limit. 17. Seraph. de priuileg. iuram. d. priuileg. 73* qui quæstionem istam examinat.

Suffi-

L Sufficiant duo testes) qui tamen ex iure communi
50 non requiruntur, siquidem in *l. in donationibus*, 31. C. *eod. tit.* in ipso initio hęc leguntur verba, in donationibus, quæ actis insinuantur, non esse necessarium iudicamus vicinos, vel alios testes adhiberi, nam superfluum priuatum testimonium, cum publica monumenta sufficiant.

51 Prædictis addimus, quod hoc statutum respicit solemnitates tantum, & non habilitationem personarum, quemadmodum diximus de præcedenti *cap 119 ex decis. Caputa. 283. par. 1. & 206. par. 3.* Vnde huic loco pariter conueniunt, quæ ad idem *cap. attulimus sub littera* C. *vers. quid dicendū de donationibus a personis forēsibus &c.*

52 Quodqùe non solum seruari debeat in donatione, sed etiam in retrodonatione *Rot. coram Penia in Romana retrodonationis 22. Iunij 1598 Cas. de Graff. decis. 2. tit. de donat. num. 15.* vbi tamen contingat fieri retrodonationem, post aliquod temporis interuallum à donatione transa-
53 ctum, non item si retrodonatio post donationem incontinenti facta fuerit, sicuti in eadem *decisio. coram Penia explicatur*, in qua iudicatum fuit retrodonationem sine solemnitatibus statutariis inualidam, vtpote confectam post annos quatuordecim à die donationis antea initæ.

Ipsum verò statutum non habebit locum in
54 donatione reciproca, seù vicissitudinaria, & ob causam *Rot. in Romana Viridarij 23. Februarij 1590. coram Orano, & in Romana restitutionis contractus prima Decembris 1608. coram Reuerendissimo D. Coccino Decano*, & conferunt, quæ ad proximum præcedēs *cap. nos adduximus sub littera C. vers. quid in donatione remuneratoria*.

55 Neque procede in donatione facta ex causa matrimonij contrahendi *Rot. in dicta Romana Viridarij confirmat, in Spoletana Terrarum coram Cardinale Millino 15. Februarij 1599. & 2. Iunij eiusdem anni, & in Fanen. Saluiani 8. Martij 1603. coram Cardinale Pamphilio, sicuti ad præcedens caput 149. comprobauimus in fin. vers. limitatur secundo, & paulo supra versic. 2. ampliatur.* Nec etiam erit necessaria insinuatio
56 in solutione indebiti facta scienter excedente summam à statuto, vel iure permissam, quia licet soluens indebitum scienter dicatur donare, vnde videatur vtique adhibenda insinuatio in donatione requisita, tamen quia hæc solutio in-
57 debiti non dicitur propriè donatio *Rot.* censuit solemnitatem insinuationis in hoc casu omitti potuisse, vt in *Romana pecuniaria coram Mazanedo 29. Aprilis 1607.*

De contractibus sine certa solemnitate non valituris.

Cap. CLI.

VOlentes etiam *b* fraudibus obuiare, *c* ne mulieres ex earum simplicitate, & puberes etiam masculi, qui adhuc imperfectæ ætatis existūt, *d* defraudentur: Statuimus, vt Pacta de non petendo, Refutationes, Quietationes, & *e* Donationes, quæ à quibuscumque mulieribus, vel minoribus viginti annis masculis, siue sub patria potestate, siue sui iuris existentibus fient, *f* nullius sint roboris, vel momenti, nisi duobus coniunctis proximioribus adhibitis, quorum non interfit, etiam medio iuramento approbantibus, non esse in præiudicium earundem mulierum, vel minorum; & si sub patria potestate existant, vocentur ex linea materna, & nihilominus præsentia patris interueniat: & si aliqui coniuncti non existerent, cum curatoris legitimi auctoritate, ac semper cum Iudicis competentis decreto, causa in scriptis illi expressa, & insinuata, ac plenè cognita, contrahere debeant: & iuramentum aliàs præstitum, censeatur dolo, & metu extortum, & nihil operetur.

SVMMARIVM Annotat.

1 *Contractuum materia à quibus pertractata.*
2 *Statutum de contractibus, &c. censetur fauorabile. Et est latè interpretan. & n. 6. 7.*
3 *Statutum conditum ad impediendas fraudes respicit bonum publicum.*
4 *Statutum ad hoc, vt cognoscatur an sit fauorabile, vel odiosum, inspicienda est principalis intentio Statuentium.*
5 *Intentio principalis cuiuslibet dispositionis cognoscitur ex Proœmio.*
8 *Statutum de contractibus, &c. ligat mulieres, & puberes masculos forenses.*
Sed non ligat contrahentes extra Vrbem, & eius territorium. & num. 9.
Nec habet locum in contractibus, in alienatione necessaria, & num. 21.
10 *Statuto de contractibus, nec pacto, nec iuramento renunciari potest.*
11 *Publicæ vtilitati nemo renunciare potest.*
12 *Solemnitates in contractibus inductæ per statutum faciunt cessare circumuentionē, & fraudis suspicionem. Et sunt de forma contractuum: qua non seruata, corruit actus, num. 13. Etiamsi in minimo non fuerit seruata, & num. 14.*

Intellige, vt num. 17. 20.

15 *Solemnitas leuis, si omittatur, non vitiat actum: Dummodo non requiratur pro forma, & num. 16.*

18 *Necessitas legi non subiacet.*

19 *Contractus minorum seu mulierum requirens ex statuto consensum, & præsentiam consanguineorum, valebit initus sine consanguineis, vbi illi haberi non possint.*

22 *Causa, ob quam excludantur solemnitates statutaria, debet esse necessaria.*

23 *Obligationes necessaria, quæ dicantur.*

24 *Fraus ad reddendum contractum nullum, quomodo satis probata censeatur.*
Et quando præsumatur, & probetur; remissiuè, num. 25.

26 *Statutum seruandum est, licèt etiam fortè durum esset.*

27 *Mulieri ex iure communi non ita succurritur, sicut minori.*

28 *Aequitas maior est subueniendi ratione ætatis, quàm sexus.*

29 *Minor plus fauoris, ac priuilegij habet in restitutione in integrum, quàm mulier.*

30 *Obligationes mulierum, vt sint validæ requiritur tantum, quod causa obligationis sit cognita, & vera.*

31 *Minor fideiubens restituitur tanquam læsus.*

32 *Chilonis dictum, quod fideiussioni non deest iactura.*

33 *Mulier non præsumitur donare, vel similes contractus sibi damnosos inire.*

34 *Mulieres callidiores sunt, & astutiores viris.*

35 *Periculum vbi subest maius, ibi plenius est consulendum.*

36 *Illatio non fit à minoribus ad mulieres.*

37 *Contractus emptionis an comprehendatur sub statuto de solemnitatibus contractuũ? & num. 44.*

38 *Solemnitates statutaria sunt necessaria in omnibus contractibus, in quibus mulier, vel minor lædi potest.*

39 *Statutum cap. 113. & de solemnitatibus contractuum, procedit in quocunque contractu læsiuo, etiam per indirectum. & num. 49.*

40 *Ratio quod dictat, non indiget alia probatione.*

41 *Paria sunt habere pro se rationem, vel auctoritatem.*

42 *Legem quærere, vbi habemus rationem, est infirmitas intellectus.*

43 *Experientia manifestam inducit probationem.*

45 *Contractus vtiles minorum, & mulierum peracti absque solemnitatibus statutarijs, non sunt validi.*

46 *Statutum de solemnitatibus contractuum an procedat in omnibus contractibus, in quibus mulier, vel minor lædi possit? & num. 47. 48. 50.*

51 *Obligationes minorum, & mulierum, non seruata forma statuti, sunt nullæ, dummodo ij, in quorum fauorem inducta est nullitas, ita velint, & petant.*
Et talis nullitas potest etiam allegari ab hæredibus ipsorum, & num. 52.

ANNOTATIONES.

A Hoc illud mihi vsurpare liceat, inopem me copia fecit, ità enim copiosè, ac doctè argumentum istud absoluto opere iam diu explicarunt, ac illustrarunt *Lamberteng. de contract. Carpan. ad stat. Mediola. cap. 328. Boccace. ad constit. Pisan.* & postremo Dominicus Picus nunc dignissimus Amerinorum Antistites in glosis editis ad hoc ipsum statuti nostri caput, mitto nunc alios, vt locus planè nullus mihi reliquus esse videatur aliquid amplius adiiciendi, maximè quia nonnulla ad hanc ipsam rem pertinentia superius in *cap. 113.* notanda selegerimus; Attamen aliqua saltem pro occasione verborum statuti non inutilia, vel forte ab aliis omissa carptim colligam, & summa tangam fastigia rerum.

1

Cæterum antequam vlterius progrediamur ad pauca illa, quæ animaduersuri sumus, breuiter aliqua præmittimus, quæ non parum conferre videntur ad soluendas dubitationes, quæ circa statuti huius interpretationem facile exoriri possunt, sicuti de sua Pictauiensi consuetudine statuto nostro simili dixit *Tiraq. de legib. connub. glo. 8. num. 113.* ob id præcisè mouendo dubium, an ea esset fauorabilis, vel odiosa, vt consequenter sciretur, an illa deberet extendi, vel restringi.

2

primo itaque dicimus, quod hoc ipsum statutum cẽseretur fauorabile, vt de simili statuto dixit *Bart. in l. qui exceptionem 40. nu. 4. ff. de condic. indeb. Bald. in l. 2. q. 9. num. 28. & seq. C. de rescindend. vendi.* vbi asseruit æquissima esse statuta, quæ in contractibus minorum, & mulierum exigunt consensum coniũctorum *Ias. in l. more 8. nu. 27. ff. de acquir hared. Ruin cons. 52. num. 6. in fin. vol. 1. Tiraq. d. tract. de legib. connub. gloss. 8. num. 114. Lamberteng. de contract. in præfat. nu. 4.* vbi hanc opinionem sequitur vti communiorem *Crescen. loquens de hoc stat. Vrb. dec. 3. num. 7. de constit. facit decis. Caputaq. 215. par. 3. & 15. par. 2. Pic. ad stat. Vrb. cap. 151. glos. 7. n. 4.* & ratio huiusce opinionis ea est, quia statutum

3

respicit bonum publicum, quippe cum sit conditum ad impediendas fraudes *Caputaq. dict. decis. 215. par. 3.* vnde sequitur, quod sit fauorabile inspecta nimirum principali intentione, quæ attenditur ad cognoscendum, an statutum sit fauorabile, vel odiosum iuxta doctrinam *Bart. in*

4

dicta

dicta l.qui exceptionem 40,num.2.ff.de condit.in deb. quem alij ibidem ſequuntur, & probat *tex. ibidem, & text.in cap.2.§.1.verſ.cum, an ſit dicendum de decim.in 6. Brun.de Stat.art.5. colupenult ſub num.7. Gallin.de verb.ſignif. lib.8. c. 1.num.31.* & alij plures per nos citati ſupra ad *cap.149.ſub littera A.* & principalis quidem in
3 tentio ſtatuti, ſeu cuiusuis alterius diſpoſitionis ex proœmio cognoſcitur *l.1.ff.de orig.iur.tex.in l.fin. cum ibi not. ff.de bared.inſt l.1.ff. ad Macedon. Creſcen.deciſ.3.de conſtit.nu. 2. & 7.not. Tiraq.de utroq retract.tit.1.§.30.gloſſ.1.nu.5 Mascard.de ſtat.concl. 4.ſub num.146.* Quocir-
6 ca concluditur ſtatutum hoc latè interpretandũ eſſe, atque ad caſum non expreſſum eadem ratione militante extendendum *Creſcen. deciſ* 3.*nu.8. de conſtit. Pic. d. gloſſ.7.num* 5. *late Maſcard.de ſtat.conclus.* 4 *num.*141 *& ſeqq.* vbi probat plu-
7 rimorum Doct. auctoritate, quod ſtatutum fauorabile extenditur ad caſum, qui largè, & impropriè ſub eo continetur, atque amplius *nu.* 144. quod etiam extendatur ad bona extra territorij ſtatuentium conſtituta per *doctri. Bart.in l.1 q. 6.C.de ſum.Trinit.& fid.Cath.* ex communi iuris interpretum ſententia apertiſſimè demonſtrat.

8 Secundo notandum videtur, quod mulieres, & puberes etiam maſculi forenſes ligantur hoc ſtatuto, vtpote reſpiciente ſolemnitatem contractus, prout eſt ſtatutum de *donat ſupra capit.*
9 149. non autem ligantur contrahentes extra Vrbem, & eius Territorium iuxta ea, quæ nos deduximus ad idem *cap. ſub littera C. verſ. quid dicendum de donationibus à perſonis forenſibus, in Vrbe Roma celebratis præſertim ex deciſ. Caputaq.*283, *par.*1.*&* 206.*par.*3. *Caſ. de Graſſ.* 2 *num.*16.*&* 17.*de donat.deciſ.Card.Seraph.*1170. *& deciſ.*153.*num.*5.*diuerſ.par.*1.*in recentior.*

10 Tertio, quod huic ſtatuto nec pacto, nec iuramento renuntiari poteſt, quia inducit ſolemnitatem probatoriam, & ideo dicitur continere
11 publicam vtilitatem, cui renuntiari non poteſt, vt benè probat *Caputaq.deciſ.*190.*per tot.par.*3.

12 Quarto, quod ſolemnitates per hoc ſtatutum inductæ ceſſare faciunt circumuẽtionem, & fraudis ſuſpicionem *Rota coram R.P.D. Pironano in Romana nullitatis obligationis* 18. *Apr.*1611. *in prino.qua eſt deciſ.*321. *in impreſſis ad vol.*2. *conſil.crimin.Farinac.*

13 Quinto, quod ſolemnitates iſtæ ſunt de forma contractuum, de quibus in ſtatuto, & ad vnguem ſeruandæ, quibus omnibus præcisè non ſeruatis corruit actus *Rota coram Seraphino deciſion.*1187. *& in* Romana *Societatis officij* 4.*Februarij* 1602. *coram Penia num.*16.*qua eſt prima deciſ.in impreſſis per Pic. ad ſtat,* Vrb.*c.*151. *in Romana Palatij ad Paſquinum* 4. *Iulij* 1607. *coram Iuſto. & in Romana retrodenationis* 22. *Iunii* 1591.*coram Penia Pic. ad ſtat.* Vrbis *cap.* 151.*gloſſ.*11.*per totam*, atque id procedit genera
14 liter, etiamſi in minimo non fuerit ſeruata forma, *vt per Pic. & allegatos ab eo d.gloſſ.ampliat.* 4.*n.*
15 12. licet enim alias ſolemnitatis leuis omiſsio non vitiet actum *l.1.§. penult. & ibi Bart.ff.de ventr.inſpic. Doct. omnes in l.fin. §.1, C.de iur. delib.Iaſ.conſ.*26.*num.*2.*volum.primo Alex.conſil.*141.*num.*10.*volum.*2. *Rol.de iuuent.par.*3.*in princ.verſ.ſed his non obſtantibus*, attamen iſtud non habet locum, quando ſolemnitas etiam le-
16 uis pro forma requiritur, prout de ſolemnitatibus huius ſtatuti dixit *Rot. in deciſs.* ſupra proximè citatis, hoc enim caſu vtiq. vitiatur actus *Dec.in cap.* 11. *de appellationibus num.*5. *&* 15. *de appell.Natt.conſil.*162.*nu.*8.*Anton. de Butr. in cap.Piſanis* 7. *not.de reſtit. ſpoliat. Dec.conſil.* 532.*num.*3.*Felin.in cap.*22. *cum dilecta ſub nu.* 10.*ampliat.* 10.*de reſcript. Brunor. à fol. in ſuis propoſiti. iur. verbo Solemnitatis leuis omiſsio Card.Tuſc.concluſ.*330.*ſub littera S. num.*8.

17 Sexto, quod licet ſolemnitates hoc ſtatuto præſcriptæ ſint de forma, vt proximè dictum eſt, nihilominus omitti poſſunt, quãdo neceſsitas impedit, quominus forma tradita præcisè ſeruetur, nam generalis regula iuris eſt, quod neceſsitas
18 legi non ſubiacet *l.1.ff.de offic. Proconſul.l.tutor qui repertorium* 8. *in princ.ff.de adminiſt. tutor. l.vt gradatim* 11.*§.1.ff.de muner.& honor. c. litet de ſer.cap.quanto in fin. de conſuet. cum alijs collectis per Barboſ.in locis commun. iur. littera N. nu.*6. *conferunt not.per Las. de effectibus neceſſitatis in l. principalibus* 33.*ſub num.* 2. *limit.*
19 4. vnde ſtante ſtatuto, quod mulieres, ſeù minores contrahere non poſſint ſine conſenſu, & præſentia ſuorum conſanguineorum, vbi tales conſanguinei haberi non poſſint, valebit contractus minorum, ſeù mulierum initus ſine conſanguineis *Bal.in l. tranſactionem* 35. *in fin.C.de tranſact.* licet conſulat, quod loco abſentium adhibeatur Iudicis auctoritas, id ipſum dicit abſolutè idem *Bal.in l. turpia* 57. *§.* 1.*ff.de leg.*1. quem ſequuntur *Marſil.in l.*1.*§.praterea num.* 50. *& ſeq.ff.de quæſtion. Caſtren. in l. cum antiquitas num.*6.*C.de teſtam.Roman.conſ* 36 *ſub num.* 1. *Tiraq de legi. connub.gloſſ.*8 *num.* 201. *Cardin. Tuſc. concluſ.*19 *ſub littera N. num.*47.*&* 51.*& concluſ.*595.*num.* 14. *ſub littera S.* quodque for-
20 mam præcisè implere non oporteat in caſu neceſsitatis *not. Alex. in l.*1.*ſub num.*8.*ff.delib.& poſth.Iaſ ibidem num.*13.*Pariſ conſ.* 33.*num.*33. *lib.*2. quos refert, & ſequitur *Surd. deciſ.* 268. *num* 18. *verſ.tunc ſolum Pic. ad ſtat.* Vrb.*c.*151. *gloſſ.*11.*num.* 18

21 Septimo quod ſtatutũ hoc diſponẽs circa ſolẽnitates in contractibus mulierum, & minorũ adhibendas non habet locum in alienatione neceſſaria, prout alioqui generaliter in alienationibus neceſſarus cautum eſt per *tex.in l.*1. *§.* 1. *& in l. magis §.ſi fundus & l.fin ff.de reb.eor.l.*3 *§. idem quari poteſt ff. eod. & in l.*1. *& duab. ſequen.C. quand.decret .apus non eſt Alex conſ.*115. *num.*6. *lib.*6. *Verall. deciſ.*199.*par.*3. *Put.deciſ.*100. *lib.* 3. *Beninſend.deciſ.*21 *num.* 11. *& ſeqq. Tiraqu. de legib.connub.gloſſ.*8.*n.*200. *Burg.de Laudim. par.*2 *inſpect.*1.*num.*13.*&* 39. *&* 40. *Romanus conſil.*391.*num.*3.*& ſeqq. & conſ.*119. *num.* 8. *vbi. & additio littera G. in caſibus ſtatut.* Vrbis *merito videnda, Simoncell.* qui hoc dicit de quacumque diſpoſitione *tract.de decret. lib.*1. *tit.*1. *num.*4.*& ſeq. Rot.diuerſ.deciſ.*177.*num.*20. *par.* 1.*in recentior. & in Romana de Conſciaris eo rũ* Oreno 13. *Ianuarij* 1599.*num.*8. *quæ impreſſa eſt per Zac. ad Galleſ.de oblig.Camer.loco* 111.*inter deciſ.Pic.ad ſtat.*Vrb *cap.*151 *gloſſ.*7.*num.*14 *& num.*215. ad effectum verò prædictum, nem-

pe

22 pe vt statutariæ solemnitates non requirantur ex causa intelligitur necessaria, quæ continet propriam, & præcisam necessitatem, ad quam compelli quis possit iuxta tradita per *Tiraquell. de legi connub. gloss. 8. num. 197. & seqq. & Gabriel. conf. 20. num. 50. lib. 2.* qui obligationes necessa-
23 rias eas esse declarat, quæ fiunt ex necessitate præcedentis obligationis, & mandati paterni, aut legalis *Rot. d. decis. 177. num. 22.*

Et prædicta duo proxima notabilia generaliter faciunt pro limitationibus præcipuis ad hoc statutum, atque plures fane casus peculiares excipiunt à statuti dispositione quoad solemnitates adhibendas in contractibus mulierum, & minorum masculorum.

B **Fraudibus obuiare**) ex præmio apparet finalis intentio statuentium, quæ quidem publicum bonum respicit, vnde statutum censeri debet fauorabile, & consequenter etiam in dubio extendi debet, sicuti hæc ipsa considerauimus, & sat plenè comprobauimus supra ad *cap. 149. in princip.* neque hoc parui momenti esse videtur propter interpretationes in casibus dubiis istius materiæ
24 concipiendas, fraus verò quoad reddendum contractum nullum, satis probata censetur, vbi seruatæ non fuerint solemnitates præscriptæ ibi nullius sine roboris, vel momenti *Bal. in l. quæcumque num. 4. C. de bon. quæ lib.* Dec. *cons. 532. num. 12. Paris. cons. 47. nu. 57. lib. 1.* alioqui fraudis interpretatio semper in iure ciuili non ex euentu dumtaxat; sed ex consilio quoque defideratur *l. fraudis interpretatio 79. ff. de regul. iu. vbi Dec. & Cagnol.* & quando præsumatur, &
25 probetur fraus plenè docet *Menoch. de præsum. lib. 5. præsum. 3. Mascard. de probat. conclus. 814 & seqq.*

C **Mulieres ex earum simplicitate** (hæc ipsa verba habet etiam statutum antiquũ Vrbis cap. 23. lib. 4. sed magis verè, ac propriè dictum fuisset propter sexus imbecillitatem, ita docet iurisprudentia per *Vlp. in l. 2. in princ.* ibi prouidentia amplissimi ordinis laudata, quæ opem tulit mulieribus propter sexus imbecillitatem.

Puberes etiam masculi qui adhuc imperfectæ ætatis existunt) his pariter verbis vtitur statutum antiquum d. cap. 23. sed *Vlp. I. C. in l. 1. ff. de minor. in princ.* hæc verba profert, cũ inter oẽs cõstet fragile esse, & infirmũ huiusmodi ætatum consilium, & multis captionibus suppositum, multorumque insidiis expositum.

D **Defraudentur**) verbum hoc tam ad fœminas, quam ad masculos imperfectæ ætatis, minores scilicet refertur, vt ex tex. apparet, voluerunt namque statuentes vtrisque pariter consulere, ac prospicere, ne fraudarentur, & quidem quoad expressa hoc cap. nõ
26 est dubitandum, quin statutum seruari debeat, licet etiam forte durum esset per *tex. in l. prospexit in princ. ff. qui, & à quib.* ibi, 'quod quidem per quam durum est, sed ità lex scripta est, & de statuto in specie dixit *Dec. in c. consultus 29. nu.*
27 *23. de appel.* alioqui verò ex iure cõmuni minori non ità succurritur, sicut minori, vnde mulieribus errantibus in suis negotiis peragendis, & se obligandis propter sexus fragilitatem non subuenitur ope restitutionis in integrum, sicuti masculis minoribus propter iudicii imbecillitatem *tex. expressus in l. vltimo princ.* & ibi *Salic. not. ff. ad Vellei.* vbi ità legitur; nec enim loco minoris vigintiquinque annis circumscripti per omnia habenda est mulier, & *tex. in l. si apud minorem ff. de minor.* vbi *Bart. in princip. not.* ætatis priuilegium Velleiani priuilegio præferendum, &
28 *Bald. ibidem in fin.* colligit maiorem esse æquitatem subueniendi ratione ætatis, quam sexus, com probat hæc ipsa *Lambertenq. tract. de contract. in*
29 *fin. nu. 119.* quodque plus fauoris, ac priuilegij habeat minor in restitutione in integrum ob ætatem, quam mulier ob sexum in beneficio Velleiani, probat *Tiraquel. in præfat. ad l. si vnquam C. de reuoc. donat. num. 101. Oldrad. tract. de restit. in integr. q. 16. art. 6.* vbi hanc magis communem esse sententiam testatur *n. 32.* ibi contra tamen est magis communis opinio, quam & ipse sequitur per *tex. in l. 1. C. si aduers. dot. in l. 1. C. de rest. in integr. & in l. 3. C. si min. se maior. dix. & in l. si mulier perfecta ætatis C. ad Vellei.* Atque pro validitate obligationis mulierum à statuto hic non requiritur earum vtilitas euidens, prout requiritur in alienationibus bonorum minorum
30 supra cap. 113. Sed in obligationibus mulierum sufficere videtur, quod causa obligationis fuerit cognita, & vera *Rot. decis. 619. par. 2. diuers. in recentior. & decis. 227. num. 3. impress. ad tract. Pacifie. de Saluian. intend.* in quibus *decis.* apertè firmatur non esse necessariam euidentem vtilitatem pro validitate obligationis, & contractus mulierum, licet antea contrarium sensisset *Rosa decis. 333. nu. 5. apud Grego. XV.* atque hunc sensum Rot. ipsa videtur antea habuisse, cum declararet validas fideiussiones mulierum interpositas cum causæ cognitione, & alijs solemnitatibus statuti, vbi mulieres non remanebant indotatæ, *vt in Romana fideiussionis 5. Iulij 1593. coram Arrigonio*, & in alia *coram Cardinale Seraphino*, quæ est *1187. in impressis eiusdem & in Romana Societatis officij 13. Februarij 1606. coram Litta* & sæpissimè alibi in alijs causis, vti refertur in *d. decis. 619 sub num. 5.* cum tamen certè fideiussio vtilis minimè dici possit, quinimo læsus ipso iure censeatur, qui fideiubet vt de minore iudi-
31 catur, qui cum fideiusserit, restituitur tanquam læsus *l. 1. C. de filio fam. minor. l. si Titius, et Seius post princ. ff. de fideiuss. & l. ait Prætor 9. non solum 1. vbi Bald. & aly ff. de minor.* hinc dicebat
32 Chilo Lacedemonius vnus ex septem Græciæ sapientibus, quod fideiussioni non deest iactura, refert *Soc. iun. cons. 47. num. 8. & seq. vol. 4.* & probauit *Rot. d. decis. 177. n. 4. par. 1. in recent. & dicta decis. 333. num. 2. & seq. apud Greg.*

33 Prædictis accedat; quod non præsumitur mulierem donare, vel similes contractus sibi damnosos inire *l. sed ego inire in fin. ad Vellei. vbi Doct. l. si à sponso 8. quod si sponsa C. de donat. ant. nupt. l. si stipulatio in fin. ff. de donat. inter vir. & vxor.* quandoquidem mulierum genus dicatur auarissimum *glo. in d. l. si ego verbo Donat.* & ibi etiam Doct. *Bal. cons. 366. num. 5. lib. 2. Bart. q. 7. mulier habens in princ. num. 2. Cardin. Tusch. concl. 419. littera M. num. 3.* & quia etiam mulieres

natura

34 natura sunt viris callidiores, & versutiores, vt ex *Aristotel. ac Tiraq.* refert *Pic. glo. 3. num. 1. & 2.* Vnde etiam credendum est, non cogitasse statuentes cautelis munire mulieres æque, ac minores, cum in eis minus periculũ versetur quam in istis
35 vbi enim periculum subest minus, ibi plenius est consulendum *l. 1. §. sed & si quis ff. de Carbon. edic. l. manifestissimi C. de furt. l. addictos C. de appellat. vbi periculum de elect. in 6.*

Nec obstat, si dicatur statutum istud suppleri per alterum supra cap. 113. vbi constare debet alienationem cessisse in euidentem vtilitatem pupillorum, seu minorum, illudque pariter extendendum ad alienationes mulierum, cum Rota censuerit dari concursum istorum statutorum, & vnum suppleri ab altero, *vt in decis. 151. nu. 13. & in decis. 177. num. 1. par. 2. diuers. in recent. & in decis. 41. num. 5 in impress. ad Pic & in decis. 592. sub num. 1. par. 1. in recentior.* quia hoc intelligitur ad fauorem minorum, vt ex eisdem decisis apparet, non autem ad fauorem mulierum, cum istis non ita faueatur à iure communi, sicut mi-
36 noribus, vt supra probatum est, quo circa à minoribus ad mulieres, vt pote ex diuersis non fit illatio *l. Papinianus exuli ff. de minor. l. vlt. in fin. & ibi Bart. ff. de calumniat. l. inter stipulantem 83. §. sacram* ibi sed hæc dissimilia sunt *ff. de verb. oblig.* & statutum passiuam interpretationem recipere debet à iure communi *Bellon. cons. 57. nu. 31. Thesaur. decis. 169. num. 4. & aputaq. decis. 67. num. 7. par. 2. diuer. Rot. diuer. decis. 475. num. 4. & seq. par. 1.* at ius commune minoribus magis assistit, quam mulieribus, tum in multis alijs casibus, tum in hoc præcipuè, quod vtilitatem contractus exposcat euidentem in minoribus, vbi eorum bona alienantur, vt dicto cap. 113. non autem eam postulet in mulieribus, vt ex supra deductis appareat; additur, quod si statutum euidentem vtilitatem mulierum voluisset in earum contractibus, id vtique expressisset, vti fecit in contractibus minorũ *c. ad audientiam 12. de decim. l. vnic. § fin autem ad defic. cens. C. de cadue. tollen. l. si seruum 70. §. non dixit Pretor ff. de acquir. hæred.* sicuti istud etiam ad rem nostram deduxit *Rot. d. decis. 619. sub n. 5. par. 2. diuers. in recent.*

E Donationes] de quatuor contractibus hic expressis abũde differit *Pic. in glo. sua 7. & alijs tribus seqq.* sed quid in con-
37 tractu emptionis, de quo ille precisè non loquitur? dubitatum fuit in *Rot. coram Buratto in Romana census vitalitij anno 1619. & 1620.* an mulieris obligatio sine solemnitatibus huius statuti in contractu emptionis esset valida, sed non fuit decisum vti refert *Beltramin. in annot. ad decis. 333. Gregorij Papæ XV. num. 9. et deci. 164. eiusd. Gregorij. num. 11. littera* A. Interea verò partes deuenerunt ad transactionem, fuit autem diligentissimè scriptum hinc inde super hoc articulo per aliquot primarios Aduocatos Romanæ Curiæ, quorum scripta pridem ad manus meas deuenerunt.

Cæterum videbatur etiã in contractu emptionis requiri solemnitates huius statuti pro validitate obligationis mulieris; vel minoris mentis, hoc potissimum argumento, quia indubitatum
38 est, solemnitates istas esse necessarias in omnibus contractibus, in quibus mulier, vel minor læsi potest, vt sæpius declarauit *Rot.* & præcipuè apud *Put. decis. 158. par. 1. secundum emend impress. decis. 539. nu. 4. in fin. par. 1. diuers. decis. 385. par. 1. diuers. in recentior. in Romana relevationis indemnitatis 22. Maij 1603. coram Ortembergo*, vbi plures alij decis. similes referuntur, quæ quidem decis. est 6. inter impressas *Pic. ad stat. Vrb. cap. 151. & decis. 333. Gregory Pap. XV.* vbi, & aliæ ad ipsum citantur *num. 1.* & adhuc aliæ *in annot. ibidem num. 9 in decis. 592. num. 1. par. 1, diuers. in recentior.* vbi quod statutum cap. 113. & hoc
39 cap. 151. procedit in quocunque contractu læsiuo etiam per indirectum, idem in *decis. 114. nu. 2. par. 2. in recen.* & in alijs decis. citatis per *Pic. glo. 7. num. 6.* in contractu autem emptionis quilibet lædi potest, consequenter in eo sunt necessariæ solemnitates, difficultas consistit in probãda minori proportione, quæ tamen benè probari videtur ratione ipsa, & per sensum, si quidem nemo non intelligit ementem facilè lædi posse, vel in excessu iusti pretij, vel quia res empta, fideicommisso subiecta, aut litigiosa sit, vel aliàs emptori inutilis, vel damnosa, quod pluribus ex causis profectò fieri potest, vnde videmus tot inuentas esse cautelas, & clausulas pro indemnitate, & securitate emptorum, de quibus præcipuè per *Bertazzol. tract. de claus. præsertim claus. 42. glo. 1. & alijs seqq glossis eiusdem claus. Vgon. tract. de claus nu. 170. & plur. seqq. inter tract. vniuers. tur. tom. 18. Petr. de Vnzol. in sect. Notariat. tom. 2. formul. empt. & vend fol mihi 38. Salusti. Tiber. in suo formul. lib. 1. cap. 3.* quinimmo & statutum nostrum supra cap. 119. emptorum quieti, & securitati prudenter consuluit.

40 Neque hoc quidẽ alia indiget probatione, cũ ratio ipsa ità dictet *l. cum ratio ff. de bon. damn. l. scire oportet §. sufficit ff. de excus. tutor c. secundo requiris 41. §. tertio postulas in fin. de appell. & ibi Dec num. 8. Fel. in c. tua nos num. 3. de iureiur. ibi*
41 *not.* quod paria sunt habere pro se rationem, vel
42 auctoritatem, & quærere legem, vbi habemus rationem nihil aliud est, quàm infirmitas intellectus, vt ex *Aristotil. not. Curt. iun. cons. 58. Mandos. ad regul. Cancell. 8. q. 2. num. 3.* Atque id ipsum nos docet experientia rerum magistra, vidimus namq. & non raro aliquos propter ambitiosam, & auidam rerum alienarum emptionem, facultates proprias diminuisse, & ex am-
45 plo, ac bono statu in angustias se se coniecisse, ab experientia autem manifesta sumitur probatio *c. quam sit de elect. lib. 6. in prin.* ibi sed etiam magistra rerum efficax experientia manifestat *§. penul. Instit. de satisdat. §. cumq. hoc vbi glo. & Fab. in 1. col. in præem. Instit. Surd. cons. 61. num. 36. & cons 132 num. 23.*

44 Quodque emptor lædi possit in emptione, & ideo eidem sicuti venditori succurratur remedio *l. 2. C. de rescind. vend. not. ibidem glo.* magna ibi. item habet locum lex ista contra, scilicet decepto emptore *Bart. num. 3. Bald. num. 48. vers. decimo sexto quæro. Castren. num. 172 ibi in 7. q. Gabriel. & alij ab eo relati concl. 1. de empt. & vend. nu. 31.* Immo & *Rot.* aliàs declarauit in emptione posse interuenire læsionem ex parte emptoris, & ideo contractum istum comprehendi sub statuto, vt probatur apud *Seraphin. decis. 1242. num. 3. & apud Gregorium Papam XV, decis. 164. num. 5.*

quæ

quæ etiam confirmata fuit postea 9. Decembris 1615 *coram Reuerendissimo D.meo Decano*; Cæterum licet demum causa prædicta *Romana census Vitalitij coram* Buratto sæpius proposita fuerit, & numquam resoluta, vti refert *Beltram in annot. ad decis.* 333. *Gregorij num.*9. *littera A.* & prius *ad decis.*164 *eiusdem nu.*11. *litt A.* id sorte factum est propter particulares quasdã rationes restrictas ad emptionem census vitalitij in causa, de qua agebatur, præcipuæ verò, quia pro venditore adducebatur obseruantia plurimorum contractuum similium, à minoribus & mulieribus celebratorum absque solemnitatibus istis statutarijs, nempe census vitalitij, societatum officij ac aliarum eiusmodi acquisitionum, in quibus eadem ratio viget, scilicet futuri, ac incerti euentus ob periculum vitæ emptoris, prædictis
45 postremò adiungitur, quod etiam vtiles contractus minorum & mulierũ peracti absque solemnitatibus statutarijs non sunt validi iuxta magis communem Doct. sententiam, vt per *Seraphin. decis.*1241. *sub num.*3. pro qua ibidem etiam adducitur *text. vti optimus in l. non solum §. fin. ff. de rit. nupt.* quam etiam communem sententiam esse testatur *Surd. decis.*278. *num.*19. & sequitur pariter vti communem *Rot. decis* 42. *in fin. inter impress. ad Pic.* qui eamdem complurium auctoritate comprobat *glo.*7. *n.* 184. quo circa non videtur dubitandum, quin etiam in contractu emptionis, quãuis alioqui pro vtili haberetur ad fauorẽ minorũ & mulierũ, procedat statutum nostrum.

Cæterum an statutum hoc procedat solum in quatuor casibus hic expressis an etiam in alijs, in quibus minor, vel mulier lædi possit valde dubitatum est, quo circa DD. de Assettamento Fori Capitolini illius temporis nempe die 10. Decembris 1628. re diligenter, & ex professo exami-
46 nata censuerunt statutum habere locum in illis tantum quatuor contractibus, in alijs verò eo tantum casu, quo inesset vnus ex dictis quatuor sub quæsito colore aliorum, ità præcisè habetur in eorum voto Romę impresso anno 1629. in quo præcipuè ijdem DD. nituntur demonstrare, quod hanc opinionem antea in pluribus decisionibus
47 Sacra Rota tenuerit; Verum contra prædictum votum apologiam edidit anno 1630. D. Balthassar Torinus celebris Iurisconsultus, dum Capitanei appellationum Vrbis munere fungebatur, quo nimirum sententiam quandam in iudicio à se latam, quæ per DD. de Assettamento prædictos impugnata fuerat, ipse propugnaret. Hæc autem apologetica opinio eiusdẽ D. Torini planè fundata videtur in mente, ac ratione expressa generali, ac fauorabili statuti nostri, ac ideo large intelligenda scilicet vt fraudibus obuietur & ne mulieres, & plures etiam masculi defraudentur, atq; saltem prima fronte plurimis Sacræ Rot. decisionibus planè, & propriè cõsonat, dum
48 in eis indubitanter asseritur, quod statutum hoc locum habet non solum in casibus quatuor expressis, sed etiam in omnibus alijs, in quibus minor, vel mulier lædi potest, vt *decis.*529. *num.* 4. *in fin. par. prima diuers. & in recent. par.* 1. *decis.* 153. *sub num.*13. *vers. & potest habere*, & *decis.* 385. *num.*2. *recent. ead. par.* 1. *et decis.*6. *penes Pic.* & quod apud *Gregor. XV. decis.* 333. *in princ.* quæ quidem decisiones duę postremæ quam plures alias referunt idem afferentes, de quibus plenissimè *Pic. glo* 7. *num.*6. *& annot. ad d. decis. Gregorij num.*9. *littera A.* Sed amplius idem dixit
49 Rot. etiam vbi non solum directè, sed etiam indirectè læsio cadere possit *Rot. decis.*114. *sub num.* 3. *par.*2 *recentior & decis.*592. *num.*1. *in fin. vers. quæ quidem nullitas par.*1. *recentior.* sicuti habet eadem annot. ad prædictam decisionem Gregorij, quam etiam sequitur *Gratian. discept. forens. cap.* 961. *n.* 1. vnde planè consequi videtur, quod non solum procedat dictũ Rot. in contractibus de suã natura læsiuis, vt in voto supradicto deducitur, & affirmatur, sed etiam generaliter, vbicunque etiam per indirectũ mulier, vel minor lædi possit.

Verum quidquid in hac controuersia iure decernendum sit, nostrarum partium, & virium profecto non esse agnoscimus tantas componere lites, cumque agatur de interpretatione decisionum à Sa. Rota conditarum, iuri omni planè cõuenit, vt ad tantorum Patrum iudicium exquisitissimum res tota referatur, nam & pro iuris regula traditum, quod eius est interpretari, cuius est condere *l. si imperialis Maiestas C. de legib. l. leges Sacratissimæ C. cod. & inter alia* 31. *vers. & igitur de sentẽt. excom. c. cum venissent* 12. *de iudic. Surd. decis.*2. *n.*5. *Cardinal. Seraphin. decis.* 892. *num.*3. *Barbos. in suis loc. commun. iur. sub littera I. num.*30. *verbo interpretari Cardinal. Tusc. concl.*329. *& seq. sub littera I.* Nec tamen
50 adhuc prætermittimus, quod si admittitur iuxta votum DD. de Assettamento vt locus fit opinioni D. Pici, & D. Torini, quando vnus ex quatuor contractibus in statuto expressis inesset alius, qui alio nomine inirentur, vix dari posse videatur casus, in quo non cadat implicitè, & in effectu læsio attendenda ex eisdem quatuor contractibus expressis, siquidẽ pacta de non petendo, refutationes, & donationes latissimè patent, & facile vt plurimum, & forte etiam semper inerit aliquis eorundem quatuor contractuum per se, & in alio contractu, qui geratur, licet nominatim, explicitè non fit ex illis quatuor, quod vtique intelligi videtur ex deductis in voto, & apologia prædictis ad interpretationem decisionum, super quibus dubitari contigerat. Quo circa in abstracto tantum, non etiam in concreto, & in individuo procedere videtur opinio DD. de Assettamento promulgata die 19. Decembris 1628. sicque minus vtilis reddi videtur tanta disputatio.

Veruntamen quò facilius possit quilibet Iuris peritus suum hac in controuersia iudicium proferre, ad calcem annot. huius capitis 131. statutorum adiungendum censuimus Apologeticon D. Torini vnà cum voto seù sententia prius publicata per DD. de Assettamẽto, prout ea ipsa reperiuntur impressa Romæ anno MDCXXX.

F Nullius sint roboris) quod intelligitur,
51 si minores, vel mulieres, in quorum fauorem inducta est nullitas ita velint, & petant *Olsac. decis.*94 *num* 23. *& seq. Dec. cons.*323. *nu.*1. *Surd. tract. de alim. tit.* 8. *priuileg.*56. *num.*80. *in fin. & seq. Seacc. de iudic. lib.* 2. *cap.*2. *num.*384. *Rot. diuers. decis.* 385. *num.* 4. *par.* 1. *in recentior.* vbi amplius habetur, quod
52 etiam ab hæredibus minorum, vel mulierum talis nullitas allegari possit, quidquid sit in tertijs personis facit text. in *l. heredes C. ad Vellei.*

VO-

Voti

D. CAPITANEI

SVMMARIVM. Ordine Alphabetico.

A

Ablatiuum abſolutum inducit conditionem. num.39.
Agens ex contractu, ex perſona alteriùs implere debentis, reijcitur exceptione non implementi. num.42.
Authoris confeſſio praiudicat ſucceſſoribus. n.45.

C

Caſus non dicitur omiſſus, ſed expreſſus, quando eadem eſt ratio in omiſſo, qua in expreſſo. num.13.
Caſus dicitur expreſſus, quando verbis generalibus includitur. num. 12.
Caſus, quando ratione expreſſa comprehenditur, non dicitur fieri extenſio, num. 17.
Ceſſio ſub ſtatuto Vrbis cap.151. lib.1. comprehenditur, num. 19.
Clauſula, reſeruato conſenſu, habet in ſe tacitam conditionem, quatenus opus ſit. num. 44.
Concordia ſub d. Statuto continetur. num. 19.
Conditio, nihil ponit ineſſe, num. 40.
Conditio inducitur ex ablatiuo abſoluto. n.39.
Conditio, quatenus opus ſit, ſemper intelligitur in clauſula, reſeruato conſenſu, num. 44.
Conditionalis contractus reddit conſtitutum conditionale; quod, non purificatis conditionibus, nihil operatur, num. 36.
Conditionalis contractus non probat debitum. num.41.
Conditionis defectu contractus reſoluitur. n. 43.
Confeſſio contentorum in ſcriptura reſultat ex illius productione num.46.
Confeſſio, quod res eſt emphyteotica, praiudicat confitenti, & habenti cauſam ab eo, num. 45.
Conſenſus Proprietarij in alienatione emphyteuſis eſt neceſſarius, num.38.
Conſenſus alicuius, ſi reſeruatur, ſemper intelligitur, quatenus opus ſit, num. 44.
Conſtitutum transfert naturalem, & ciuilem poſſeſſionem in conſtitutarium, num. 33.
Conſtitutum in contractu nullo, nihil operatur, num. 35.
Conſtitutum recipit conditiones contractus, ijſque non purificatis, nihil operatur, num. 36.
Contractus conditionalis non probat debitum. n.41.
Contractus reſoluitur defectu conditionis, n. 43.
Contractus ſub nomine; impropriè, & difficilius veniunt diſtractus, num. 7.
Contractus donatio impropriè dicitur, num. 5.
Contractus emptionis eſt leſionibus, dolis, & machinationibus aptus. num. 25.
Contractus proprie non ſunt; ſed diſtractus, pacta de non petendo, reſutatio, & quietatio. num. 6.
Contractus emptionis eſt titulus oneroſus, non lucratiuus, num. 23.
Contractus conditionalis reddit conſtitutum conditionale, quod non purificatis conditionibus nihil operatur, uum. 36.
Contractus, etiam de ſui natura non leſiuus, comprehenditur ſub ſtatuto Vrbis, cap. 151. num. 2. & 22.
Contractus omnes, in quibus ea ineſt, comprehenduntur ratione expreſſa ſub dicto ſtatuto. num. 16.
Contractus omnes, in quibus minores, ac mulieres directè, ſeù indirectè decipi poſſunt, comprehenduntur ſub dicto ſtatuto num 3.
Contractus omnes, in quibus mulieres, & minores decipi poſſunt, continentur ſub ſtatuto Vrbis, lib. 1. cap. 151 licet in eo quatuor tantum enumerentur. num. 1.
Contractus per mulieres, & minores initio ſine ſolemnitatibus ſtatuti, nulla ipſorum oritur obligatio etiam ſi recepernt. num. 17.
Contractus non præſumitur vtilis; ſed damnoſus, quando fuit omiſſa ſolemnitas legis, in eo requiſita. num. 30.
Contractus iudicatur euidenter vtilis ad effectum ſtatuti, quando ex parte mulieris, vel minoris, nulla interceſſit obligatio. num. 32.
Contractus vtilis mulieri, vel minori non continetur ſub dicto ſtatuto nu. 26. contrarium. nu. 29. declara. num. 30.
Contractus vtilis, quatenus ſine ſolemnitatibus ſuſtineri teneretur, intelligitur; ſi de vtilitate euidentiſſimè conſtet. num. 30.
Contractus executionem petens, ex perſona alterius implere debentis, reijcitur exceptione non implementi num. 42.
Creditum non dicitur extare ex contractu conditionals num. 41.

D

Damnoſus præſumitur contractus, non autè vtilis ſi fuit omiſſa ſolemnitas legis, in eo requiſita. num. 31.
Debitum non probatur, imò nec venire dicitur, ex contractu conditionali. num. 41.
Depoſiti receptio continetur ſub ſtatuto Vrbis. cap. 151. lib. 1. num. 21.
Dictio, etiam, implicat: oſtendit, & determinat caſus magis dubitabiles num. 11.
Diſtractus, impropriè, & difficilius, veniunt, ſub nomine Contractus num 7.

Di-

Distractus sunt, pacta de non petendo, refutatio, & quietatio, potius, quàm contractus, n.6.
Diuiso statuto nostro comprehenditur, num.20.
Donatio impropriè dicitur contractus, num. 5.
Donationem à minore factam, non tendere in præiudicium ipsius, vix iurari potest, n.10.

E

Emphyteusis, si alienatur, requiritur consensus proprietarij, num.38.
Emphyteuticam rem esse, confitens; præiudicat sibi, & alijs à se causam habituris, num.45.
Emptionis contractus est lesionibus aptus, num.24.
Emptionis contractus comprehenditur sub statuto Vrbis, cap.151.lib.1. num.18.
Emptionis contractus est titulus oneroſus, non autem lucratiuus. num.23.
Emptionis contractus est dolis, & machinationibus aptus. num.25.
Etiam, dictio implicat, ostendit, & determinat casus magis dubitabiles, num. 11.
Exceptio non implementi obstat agenti, ex persona alterius implere debentis. num. 42.
Exhibens scripturam dicitur fateri omnia contenta in ea, num.46.
Expressum satis dicitur, quod verbis generalibus includitur. num. 12.
Expressum dicitur, quod sub ratione comprehenditur, num. 14.
Expressus dicitur casus, non autem omissus, quando eadem est ratio in omisso, quæ in expresso. num. 13.
Extensio fieri non dicitur, quando casus ratione expressa comprehenditur. num. 17.

I

Implementi non secuti exceptio obstat ei, qui agit ex persona alterius implere debentis, num. 42.
Instrumentum producens, fateri dicitur omnia in eo contenta, num. 46.
Iuramentum à statuto requisitum, quod contractus non tendit in præiudicium minorum, & mulierum; vix in donatione, & contractibus in statuto specificatis, potest habere locum, n.10.

L

Locupletiores dicuntur mulieres, & minores ex receptione, & traditione ipsis facta, num. 34.

M

Minor recipiens dicitur factus locupletior, n. 34.
Minoris vtilitas non attenditur in his, quæ sunt de forma, n.28.& 29.
Minoris contractus iudicatur euidenter vtilis, si ex parte ipsius nulla obligatio intercedit, n. 32.
Minoris nulla oritur obligatio ex contractu sine statuti solemnitatibus emisso, etiam si ipse receperit, num. 37.
Minor, si donat, vix potest iurari, non adesse ipsius præiudicium, num. 10.
Minor tenetur adhibere solemnitates statuti, cap. 151. lib. 1. in omnibus contractibus, in quibus decipi potest. num. 1.
Minoris, & mulieris contractus omnes, in quibus directè, seu indirectè decipi possunt comprehenduntur sub d. statuto, cap. 151. num. 3.
Mulier ex receptione, & traditione ei facta, dicitur locupletior, num. 34.
Mulieri vtilis contractus iudicatur, si nulla ex parte ipsius intercedit obligatio. num. 32.
Mulieris nulla oritur obligatio ex contractu sine solemnitatibus statuti emisso, etiam si ipsa receperit. Intellige; vt ibi, num. 37.
Mulieres, & minores tenentur seruare solemnitates statuti Vrbis lib. 1. cap. 151. in omnibus contractibus, in quibus decipi possunt, num. 1.

N

Nigrum, quando ita intelligi potest, vt censeatur etiam generaliter disposuisse, & rubro generali conuenire, rubrum est generaliter intelligendum, num. 9.
Nigrum speciale non restringit rubricam continentem orationem perfectam, & generaliter loquentem, num. 8.
Obligatio si nulla intercedit ex parte mulieris, vel minoris; contractus iudicatur eis vtilis. n. 32.

O

Obligatio nulla minoris, vel mulieris oritur ex contractu sine solemnitatibus statuti emisso; etiam si ipsi receperint, intellige, vt ibi. num. 37.
Omissus non dicitur casus, sed expressus, quando eadem est ratio in omisso, quæ in expresso, n. 13.

P

Pactum de non petendo est potius distractus, quam contractus, n. 6.
Permutatio continetur sub d. statuto, n. 20.
Possessio ciuilis, & naturalis transfertur in constitutarium per constitutum, num. 33.
Præsumptio doli, ex statuto specialis, excludit generalem iustitiæ contractus præsumptionē. n. 31.
Pretium in dubio censetur iustū, & condignū, n. 27.
Producens instrumentum, dicitur fateri omnia contenta in eo, num. 46.
Proprietarij consensus, in alienatione rei emphyteuticæ, est necessarius, num. 38.

Q

Quietatio est potius distractus, quã contractus. n. 6.

R

Ratio eadem vbi viget in casu omisso, quæ in expresso, tunc omissus dicitur expressus, n. 13.& 14.
Recipiens mulier, vel minor dicitur factus locupletior,

tionum.34

Refutatio est potiùs distractus, quàm contractus. num. 6.
Rubrica continens orationem perfectam, & generaliter loquens, non restringitur à nigro specialiter loquente. num. 8.
Rubrica, quando nigrum, ità intelligi potest, vt censeatur etiam generaliter disposuisse, & eidem generali conuenire, generaliter est intelligenda. num. 9.

S

Scripturam producens fatetur contenta in ea. num. 46.
Societas nostro statuto comprehenditur. num. 22.
Solemnitate legis omissa, contractus non præsumitur vtilis, sed damnosus. num. 31.
Statutū Vrbis Cap. 151. lib. 1. est fauorabile, & principaliter respicit publicā vtilitatē. nu. 15.
Statutum Vrbis Cap. 151. habet locum in emptione. num. 18.
Statutum idem habet locum in cessione, & concordia. num. 19.
Statutum Vrbis prædictum habet locum in deposito. num. 21.
Statutum Vrbis habet locum in permutatione, & diuisione. num. 20.
Statutum Vrbis Cap. 151. habet locum in omnibus contractibus, in quibus mulieres, & minores, directè seù indirectè decipi possunt. n. 3.
Statutum Vrbis comprehendit ratione expressa omnes contractus, in quibus eadē ineſt. n. 16.
Statutum Vrbis lib. 1. Cap. 151. vltrà quatuor contractus in eò enumeratos, habet locum in omnibus alijs, in quibus mulieres, & minores decipi possunt. num. 16.
Statutum Vrbis Cap. 151. non habet locum in cōtractu mulieri, vel minori vtili. n. 26. contrarium. num. 29.
Statuti solemnitatibus non seruatis, nulla ex contractu mulieris, vel minoris eritur obligatio, etiam si receperint. intellige, vt ibi. nu. 37.
Statutum habet locum in contractu etiam de sui natura non lesiuo. num. 2. & 22.
Successoribus præiudicat cōfessio authoris. n. 45.

T

Transactio continetur sub dicto Statuto. nu. 19.

V

Verba, quando stant ampliatiuè, vniuersaliter, & præcisè, non restringuntur ad casus expressos. num. 4.
Verbis generalibus inclusū, dicitur expressū. n. 12
Vtilis non præsumitur contractus, sed damnosus, quàdo fuit omissa solemnitas legis, in contractu requisita. num. 31.
Vtilis contractus, quatenus sine solemnitatibus sustineri tentatur, intelligitur, si de vtilitate euidentissimè constat. num. 30.
Vtilis contractus non continetur sub statuto. nu. 26. contrarium num. 29.
Vtilis iudicatur contractus, ad effectum statuti, si ex parte mulieris, vel minoris nulla intercedit obligatio. num. 32.
Vtilitas minoris non attenditur in his, quæ sunt de forma. num. 28. & 29.

Votum
D. CAPITANEI
Romana Nullitatis contractus.
Lunæ 29. Nouemb. 1627.

CVm fuissent sub die 9. Maij ad fauorem Hieronymi Ottoni scut. ducentorum, & 4. Iunij anni 1610. ad ad fauorem quondam Liuiæ Agazzariæ, aliorum scutorum ducentorum societates initæ: subaccessionibus Dominorū Scipionis, & fratruum de Vrsinis, ac Gasparis Saluiani, & q. Magistri Petri Antonij Falconerij; ac recognitione bonæ fidei D. Scipionis, ac releuatione indemnitatis dicti Gasparis per dictum Magistrum Petrum Antonium Falconerium; pro quibus, tàm d. Gaspar Saluianus, quam Franciscus Falconerius vti fil. & hæres d. Petri Antonij molestias paterentur, Anno 1625. ac die decima prima Decembris; Idem Franciscus vti hæres prædictus, cum benef. tamen leg. & inuent. saluo inprimis, & reseruato consensu, & beneplacito D. Flaminij Anguillaræ Proprietarij, cura sumptibus, & expensis ipsius propriis petendo; & impetrando, quatenus requireretur, & non aliàs, &c. & cum reseruationibus infra dicendis & non aliàs &c. Cammillæ Agazzariæ cessionariæ Cleriæ, & Magdalenæ filiarum, & hæredum Liuiæ, &c. præsenti, etc. insolutum dedit, cessit, etc. ac respectiuè etiam cum clausula constituti, et. et aliis, etc vendidit, etc. duas suas Domos hæreditarias d. q Petri Antonii, cum horto, etc. et aliis, etc. pro pretio, etc. scut. 400. monetæ: In cuius pretij diminutionem idē Franciscus ex nunc, pro rata scut. 200 eidem Cāmillæ, etc. præsenti, etc. et cum reseruationibus infrà dicendis, et non aliàs, etc. acceptāti, etc. acceptam tulit, et excomputauit summam dict. orū scut. 200. pro sorte principali d. societatis eidem Cāmillæ debitæ, etc. vigore cessionis eidē factæ per Cleriam, et Magdalenam fil. et hered d. q. Liuiæ, etc. et de qua summa mutuo, et vicissim respectiuè quietarunt, etc. sub expressa tamen conditione, quòd in omnem casum, et euentum cuiuscunq; euictionis, litis, vel molestiarum, etc. super d. domibus, etc. aut aliqua earum, etc. quomodolibet, quomodocunq; et qualitercunq; etc. inferendarū, etc. à prædicto Hieronymo Ottono, seù alijs quibuscunq; creditoribus, prioribus, et potioribus, etc. seù coæqualibus eiusdē Cāmillæ, etc et Hieronymi tantū, et nō aliàs, etc. siuè etiam in casum, et euentum nullitatis, invaliditatis, rescissionis, vel inobseruantiæ præsentis contractus, ex quouis capite, et defectu, etiam in corpore Iuris clauso hic nō expresso, et de necessitate exprimē do, et ex quacūq; alia causa, etiā penitùs incogita

ta resultanti; In quocúq;ex casibus prædictis, & quibuscúq;aliis,&c.insolidũ liceret ipsi Cãmillæ, & suis, &c. vltra tamen præcisam huis contractus, & contentorum in eò quorumcunque observationem, &c. redire ad eius primæua iura, & actiones, & priuilegia quæcunque &c. contra prædictos, &c. omnes, & alios quoscunque, &c. & illi in iudicio, & extra semper, & quandocunque vti, & frui, &c. eò modo, & forma, quibus sibi licuerat, antequam ad præsentis contractus stipulationem deuenisset, & non secùs, ac si non fuisset stipulatus, quæ propterea iura,&c.nullo vnquam tempore censerentur, aut essent finita,sublata, extincta, nouata, seù præscripta, sed salua semper, & integra, & illæsa vigeant, & remaneant, ad prænarratos, omnesq; alios meliores fines, & effectus: & hæc omnia citrà præiudicium generalis obligationis, & aliorum remediorum, tàm vigore præsentis contractus, quàm aliàs quomodolibet in sui fauorem resultantium, adeò vt vna via electa,&c. quia sic, &c. Reliqua verò scuta 200. &c. pro residuo pretii dictarũ domorum, &c.eadem Cãmilla,&c. ita volente, &c. dicto Francisco ibidem præsente, &c. soluere,& exbursare promisit dicto Hieronymo Ottono absenti, &c. Notario, &c.infra duos menses, ab ea die proximos, in satisfactionem prędictę Societatis officij ad illius fauorem, vt suprà initæ, &c. data priùs per eum cautione idonea, ad contentamentum ipsius Cãmillæ, de huiusmodi summa in omnem casum, & euentum cuiuscunque euictionis,litis,vel molestiarum super dictis domĩbus, & horto.&c.aut aliqua earum, &c.quomodolibet inferendarum, &c.ipsimet Cammillæ, vel suis reddenda, & restituenda:aut prædictam summam deponere promisit. &c. in sacro Monte Pietatis Vrbis ad creditum ipsius Hieronymi sub conditione, quod indè amoueri minimè posset,nisi præstita cautione prædicta, vel nisi ad effectum illam inuestiendi pro securitate eiusdem Cammillæ, & suorũ in õnibus casibus prędictis,&c.litis,molestiarũ,rescisionis, & inobseruãtiæ,&c.Quibus saluis,etc. et nõ aliàs,&c.eadẽ Cãmilla,&c. omnia iura,&c. sibi contrà prædictos,&c.vigore dictæ suæ societatis, &c. competentia, &c. talia tamen qualia, &c.adeò vt contra ipsam,vel suos,&c. nullo vnquam tempore directè, vel indirectè retorqueri, nec cum ipsa concurrere possint,&c. & nõ aliàs de quo,&c.cessit,&c.dicto Frãcisco,&c.præsenti,&c.Quibus etiam saluis,&c. idem Franciscus, &c.non amplius vti hæres, &c. sed vti principalis, &c. principaliter, & insolidum, & nomine proprio,sciens,&c.promisit, &c. & affirmauit dictas domos,&c.& alia,&c.fuisse,& esse hæreditaria,&c.& ad dictam hæreditatem,&c.esseq; libera,&c.ab omni,&c.præterquã à prædicto annuo canone scutorum quatuor cum dimidio,&c. debito D. Flaminio Anguillaræ illarũ proprietario &c.nulliq;alteri,&c personæ,&c.præsentemq; in solutum dationem,&c.ac respectiuè venditionę, &c.cunctaq;,&c.in præsenti instrumento contẽta,&c.esse,ac semper forè bona,valida,&c.& in ea,tanquã talia,facere consentire,&c.omnes personas,&c.aliàs in euentum contrarij,&c.nullitatis,inualiditatis,rescisionis,& inobseruãtię præsentis cõtractus,&c.ex quouis,&c.teneri voluit, &c.erga dictam Cãmillam præsentẽ,&c. de omni,&quacũq;&c.euictione,&c. Iurisq;& facti defensione,&c.vniuersali;& particulari, &c. Quæ omnia,&c.successiuè promiserunt,&c.Promittes, &c.insper eadem Cãmilla,atq; etiam Gaspar Salnianus ibidem præsens,&c. totum præsentem cõtractũ ab ipsa Cammilla ratificandum esse,etiã cum decreto & alijs solemnitatibus,&c.ad omnẽ ipsius Franciſci requisitionẽ,&c.liberè, &c.aliàs, &c.de quibus,&c.quatenùs tamẽ opus sit,&c.& non aliàs,&c. Pro quibus,&c. idem Franciscus, &c.Cammilla,&c.& Gaspar,&c.sese,&c. eorumque hæredes, &c. & bona, &c. Iuraque, &c. in ampliori,&c.obligarunt, &c.

Cumque Gaspar Saluianus mensibus elapsis molestaretur à Hieronymo Ottono pro restitutione sortis principalis prædictæ societatis officij scut. 200. quã Cãmilla, vt supra dictum fuit, soluendam susceperat,vigore præfatæ promissionis, instituit in Curia Capitolina Iudiciũ cõtrà cã.Et productis dictis molestationibus sibi per Ottonũ illatis,ac illius iustificato credito, & sua obligatione,&c.ac promissione indemnitatis ad ipsius fauorem per dictum Petrum Antonium Falconerium, præmissa citatione ad videndum reuocari quamcunque supersessoriam, & mãdari expediri mandatũ,& quatenùs opus esset, de nouo,&c.obtinuit,vt suprà;supersessoria quãuis nulla præcessisset,vel mãdati decretũ, mãdari expediri mandatũ,aliàs vigore obligationis Cam-relaxatũ,&quatenùs opusesset de nouo decerni,& relaxari, &c.

Interposita verò appellatione,& causa ad nos deuoluta, censuimus sententiam Domini Iudicis à quo,reuocandam fuisse,ac Cãmillam absoluendam, validioribus,ni fallimur,ac perspicuis rationibus,& fundamentis.

Quorum quidem,quod etiam euidentissimum videbatur,primum,prçcipuumq;fuit; quod contractus,de quo agitur; multiplices dictæ Aggazariæ obligationes continens,& signãter cessiones,& quietationem,viribus non subsistat,cũ non
1 fuerit seruata forma statuti cap.151. lib.1. Cuius dispositio ex communi;& clarissima omnium sententia,in omnibus contractibus locũ obtinet, in quibus minores, et mulieres fraudari, ac decipi possunt,ac directè, seù indirectè circumueniri; quam sacrum Palatium iugiter admisit,ac inconcussè tenuit;tenetq;& quotidiè obseruat,vt apud *Crese dec.3.de constit.Put.162.num.2.lib.1.inter diuersas collectas per Pic.ad stat.nostrum decis.8. nu.3.& 4.& 44.nu.5.coram Gregor.XV. ferè in puncto decis.164.nu.4.& 5.vbi add.nu.11.alias refert,333.nu.1.& ibi add nu.9.& 496 nu.8. in nouiss.decis.529.n.4.p.1.& 433.par.4.inrecẽt. 153.nu.13.385.nu.2.592.nu.5.par.1.114.nu.2. & 619.nu.5.par.2.& inalijs passim propèmodũ infinitis, & tenuit Pic.ad d stat.glos.7.nu.7.*

Nec facit, quod *Beltram.in add.ad decis. Sanctissimi* dixerit, hanc conclusionem fuisse in dubium reuocatam,coram R.P.D.Buratto cter.me: Viro; quia nunquam contraria capta fuit reso-
2 lutio; & post talem dubitationem eadem præualuit sententia, vt nouissimè tenuit *Gratian. discept.forens.cap.961.num.1.& 2.& 969.nu.31.* & in sacro Auditorio obtinuit pluries, et signanter in causa *Romana Depositi 13.Ian. 1625.* coram *Reuerendiss.Domino Decano,& in Romana nullita-*

*sitatis obligationis,16.Ian.1626. coram R.P.D. Duran.*in qua in puncto *Rota sequitur d.dec.164. coram Sanct.iff.Gregor.XV.* ad rem alteriùs contractus,de sui natura minimè læsiui.

Et licèt,stantibus prædictis Rotæ resolutionibus, per longa temporum curricula reiteratis, ac tot tantorumq; Patruum authoritate roboratis, supervacaneum videri possit, rationibus incumbere; lucemque Soli;noctuas,vt aiunt,Athenas afferre, videamur ; cum non minimè periculosum, ac ferè temerarium, contrarium sentire, in iudicando existimaretur, attamen nec eas de esse scimus ; nec reticere, sententiam alijs detrectantibus.opportunum censuimus.

3 Contractus igitur omnes in statuto nostro, in quibus directè,vel indirectè minores, vel mulieres decipi,ac circumueniri queunt, comprehendi : et verbis ipsis statuti,aut certè ratione,necessariò affirmandum.

Verbis quidem,ni nostra nos fallit opinio,haud obscurè deducitur :Cum etenim statuentes post Rubricam generalem,de Contractibus videlicet sine certa solemnitate non valituris,præmissa ratione ad obuiãdum fraudibus,quatuor casus enumerassent: pacti scilicet de non petendo,refutationũ,quietationum,ac donationum;ad vlteriora procedentes copulatiuè adiunxerunt: Ac semper cum Iudicis cõpetentis decreto, causa illi in scriptis expressa,et insinuata,ac plenè cognita,
4 contrahere debeant,quæ verba tantũ abest,quod ad casus expressos,& enumeratos restringi possint,vt sient ampliatiuè vniuersaliter, et præcisè, semper contrahere; ac si dictum esset in omni cõtractu,*glos.in verb.Iure minoris,in fin.in c.1.deim integr.restit.Caldas Pereira de empt. & vend. c. 4.nu.1.Barbos.in remiss.de dict.dict.310. num.6.* & in expressis non verificentur;tum quia, vt diximus,stant ampliatiuè ad præcedẽtia; tum quia
5 donatione excepta, quæ impropriè contractus dicitur,*Mozz.de contract.tit.de diuis. contract. art.4.num.5.*sunt distractus, vt post alios, quos
6 refert,tenet *Roccac.ad Constit.March glo.1.n 10 & glo.8.num.20.& Carpan.ad Stat.Mediol.cap. 328.num.192.* & 193. ac propterea difficilius,
7 quam cæteri contractus,sub illo verbo contrahere significantur, vt in donatione dicit *Moz.prox addactus,ibidẽ*;Et in distractibus,*Carp.ibi.n.186.*

Id etiam ex ipsa Rubr. Statuti nostri, perfectã
8 orationem continenti,suadetur;quæ,itaut loquitur, generaliter intelligenda est,ac per nigrum speciale;dato quod speciale esset, minimè restrigitur,iuxtà *glo.in l.1.C.de Capit,ciuil.cens.exim. lib.11.Doct.in l.1. & signanter Alex.n.4.Dec.n. 4.Curt.Iun.n.5.ff.si cert.pet.Rota apud Greg.dec. 3.n.2.*qua propter, & multò magis hoc dicendũ
9 erit,& rubricã generaliter disponere,affirmandũ quando,&nigrũ ità intelligi possit,vt generaliter disposuisse censeatur;ac generali rubro cõueniat, vt in *d.l.1.cõmuniter Doct.& Bolognet.præcipuè n.7.ff.si cert.pet.*& hoc argumẽto,in terminis similis Constitutionis,vsa est *Rot.in Camerinen.prædÿ 16.Nouemb.1597.coram Card.Seraph.inter illius impressas.1242.nu.3.verf.Hoc quoq. videtur confirmari.* Casus autem prædicti ex eò specialiter expressi fuerũt,ne dubitari contingeret : An in Statuto huiusmodi, in Rubrica de contractibus agenti; & in sequentibus per verbũ contrahere loquenti,venirent; tum quia, vt dicebamus,donatione semota,distractus sunt, & donatio impropriè contractus: tùm quia vix est in illis;& donatione præcipuè,vt iurari possit,in præiudicium minoris,vel mulieris non tẽdere; quod
10 tamen requiritur,vt fuit ponderatum in donatione,in causa *Romana Nullitatis donationis.4. Maÿ 1626. coram insignis mem. Buratto.* Confirmantur autem validissimè præmissa,ex statuẽtium verbis, in principio nigri Statuti nostri; nã, cũ præmiserint generale rubrum, de cõtractibus non valituris,ad dispositionem statim accedunt; Volentes etiã fraudibus obuiare, &c. statuimus, vt pacta,&c. & sic nigrum contiuuatiuè,implicatiuè,ac ampliatiuè ad titulum,& rubram præcedens ponitur,ponderañ.illã dictionem,etiam,sta-
11 tim adiectã, quæ & casus magis dubitabiles implicat,ostendit,ac determinat;non eorum natura perpensa,sed relatione ad præcedentia,vt ex *not. per Barbos.in remiss.de dict.dict.95.n.1.2.4.&6.*

Quibus stantibus,fundamento carere videtur distinctio,quã Dominus scribens pro Saluiano, conabatur firmare; inter contractus expressos, &non expressos;cũ satis cæteri expressi dici possint,licèt specialiter non enumerentur, sub verbis dictæ Rubricę de contractibus, & nigri,semper, &c.contrahere debeant;quæ magis his proculdubio,qui non expressi dicũtur, quã expressi conueniũt;iux.not.per *Carpan.d.cap.328.n.186 cum seq.*& alios præcitatos,expressum si quidem satis dicitur illud,q̃ verbis generalibus includi-
12 tur:*Bart.in l.Prætor.20.n.1.ff.de optr.nou.nunc. Doct.in l.1.ff.de vulg. & Pup.Surd.cõs.*181 *n.42 in 2.&* 319 *n.17.in 3.* maximè quãdo eadem est
13 ratio in casu,qui dicitur omissus, quæ est in expresso,vt inferius dicetur, qui tũc nõ dr omissus vt post *Bal.Old.Soc.Iun.Paris.Cranet. Menoch. Tiraq.dicit idẽ Surd.cons.*391.cũ & expressũ dica
14 tur,q̃ sub ratione cõprehẽditur,*l.quæsitũ scio.ff. de test.l.si postulau.5. sed si negauerit.ff.de adult. Rol.cons.*27.*n.*7.*vol.*1.*Rot.in dec.*10.*n.*3.*p.1.rece.*

Ratione verò idem affirmãdũ,& cõcludendũ; nã,cũ Statutum hoc sit fauorabile, vt post alios
15 probat Pic. ad illud,latissimè,*glo.*7.*n.*4.*Crese.d. dec.*3.*de Constit.*& respiciat publicã vtilitatem principaliter,cũ ad cuitãdas captiosas conuẽtiones,ac fraudes,quibus minores,ac mulieres obnoxiæ sũt.& ad hoc expressè promulgatũ dignoscatur;*Caput.dec.*190.*n.*2.*p* 3.*Gratia. disc.for.c.* 27.*n.*28.*verf.nã Statuta inducẽtia* Et firmatur in *d.Rom.Nullit.oblig.*16.*Ian.*1626.*corã* R.*p.d.Du*
16 *ran.*sequitur;illud necessariò;dato q̃ verba similes casus nõ cõplecterentur;omnes cõtractus,in quibus fraus,ac deceptio, ad quas reparãdas statuẽtes dispoſuerũt,cadere posset;ratione expressa cõprehendere.Vt superiùs dicebamus, *Pic.d. gl.7.n.5.Crese.d.dec.3.n.8.*& firmatur in omnibresolutiouibus in princ.relatis,& cessãt ea, quæ de extensione nõ facienda adducebãtur,quia in
17 hoc casu nulla dicitur fieri extensio dispositionis vtpotè,quæ dictos casus cõprehendere dicatur; *l.nominis,&rei 5.verbũ ex legib.ff.de verb.signi. Bal.in l.de quib.col.*3.*ff.de leg.Paris.cõs.*16.*n.*23 &*seq.lib* 3.*Aym.cõs.*185.*n.*3.*Rol.d.cõs.*27.*n.*6*&*7 *vol.*1.*Rot.in d.dec.*10.*n* 3.*par.*1.*recent.* & apud *Sanctiss.Gregor.XV.*193.*numer.* 14. Concidit igitur, & alia distinctio, quæ per scribentes

considerabatur inter contractus de sui natura læsiuos, & læsiuos ex accidenti; tum quia in *Statuto*, de quo agimus, nullum verbum habetur de læsione; sed tantùm considerat fraudem, ac deceptionem, & in hoc consistit causa finalis *Statuti* nostri, *decis.*619.*num.* 5. *par.*2. *recent. vers. & suadetur, & quod hæc sit ratio Statuti, est decis.*678.*nu.*4.*vers.Quod ad euitan.par.*1. & 723. *num.*18.& 19.*par.*2. *recent.* quæ in multis cadere potest, etiam sine læsione, vt cuique patet; tum quia ex prædictis resolutionibus confundi-
18 tur, nam in terminis emptionis, quæ in Instrumento, de quo agitur, continetur; per mulierē, vel minorem factæ; est *decis.*164. *num.*4.& 5.*corā Sanctis.*Greg.XV. *& antea in d.Camerin.Pradÿ apud Seraph.dec.*1242.& respondit optimè *Gratian.discept.forens.c.*26.*n.*12.vbi loquitur etiam in ipsamet simplici emptione, & *c.* 27.*num.*14. *In transactione apud Verall.decis.*195.*num.*2.*p.* 3. *Pic.d.glos.*7. *num.* 51. *ad fin.* & in simili quo-
19 dam contractu cessionis iurium, admixtam habentis emptionem, & venditionem, ac concordia.n : apud *Seraph.decis.*1133.*nu.*3. *Pic.ibidem num.*59. & simpliciter in cessione. *Rot.decis.*529 *num.*4.*vers.prout non obstat,p.*1. *diuers.Galuan.*
20 *cons.*37.*num.*19.*vers.nec non in cessione*. In permutatione, ac diuisione, apud eundem *Sanctis. Gregor.XV. decis.*473 *num.*6. & 7. In depositō
21 per mulierem recepto, in *d.Romana Depositi* 13. *Ianuarÿ* 1625.*coram* Reuerendissimo Domino
22 Decano, & in Societate *in dicta Romana Nullitatis obligationis* 16. *Ianuarÿ* 1626. *coram R. P.D. Durano*, & in alijs contractibus de sui natura minimè læsiuis optimè, & latissimè per *Pic. in dict.glos.*7. per discursum, & sicut nullus est, qui neget, in contractibus de sui natura læsiuis; facilius deceptionem, necessariò verò lesionem intercedere: cum tamen & illi ex legitima causa, ac solemnitatibus interuenientibus sustineā tur; vt in fideiussionibus, donationibus, & aliis: ità nullus est, qui in cæteris, ēt de sui natura minimè læsiuis, possibilē, ac facilē, vbi maximè cū mulieribus, ac minoribus ineantur: circūuentionem; ac fraudem non admittat, qua ratione præfatæ, ac infinitę propè modum resolutiones, processerunt; quæ omnes alias, licèt innumerabilibus laboribus, assiduisq. vigiliis Clarissimorum virorū, ac Patrum elucubratæ, pro nihilo haberētur, ac carperentur, & absq. maxima discussione; ac euidentissima ratione; nullo pacto est ferendū; qualē tamen vsq. modo nullā allatā vidimus.

Nec facit, & dicatur contractum emptionis, esse potius cōtractū de sui natura lucratiuū, quā læsiuū; quia, vltrà & gratis hoc dicitur, & sine ali-
23 qua ratione, vel lege, cum emptionis titulus sit onerosus; vt ad literam probat *tex.in l. unica, vers.res verò, quæ memoratis*, ibi, ad alterum emptionis, vel cuiuscūq. contractus iure migrauerit & ibi contrāq; ū cuiuslibet contractus exordio lucratiuæ nomen euaserit, C. *de impon.lucrat. de-*
24 *script.lib.*10. est potiùs læsionibus, ac deceptionibus notatus, ac aptus, *iux. tex. cum ibi not.in l.*2.C.*de rescind.vendit.* doloq; ēt ac machinatio-
25 nibus subiectus. *l si dolo.*5.C.*eod.t.& in terminis nostris fuit ponderatum in d.decis.*164.*n.*4. & 5. *corā Sanct.Greg.XV. & per Gratia.d.c.*26.*n.*12. *& c.seq.* quæ tantò magis in casu de quo agitur, admittenda sunt, cū hic nō sit cōtractus simplex emptionis, sed cessionem iuriū, quietationē, bonorū obligationē, & alias promissiones admixtas habēs, quas & verbis indiuiduis Statuti contineri, haud durum esset ostendere.

Nec me mouet, si dicatur, Statutum non ha-
26 bere locum in contractu vtili ipsis mulieribus, & minoribus, iuxtà *glo.in l.neq.* vbi, *Bald.not.*C. *de contrab.& com.stipulat.* cum alijs latè relatis per *Pic.d.glos.*7.*num.*185. & 186. & quod vtilis præsumatur; cum & condignū, & iustum pretium censeatur, ad *Bald.in l.per diuersas, q.*4.C.*mand.*
27 *Natt.cons.*610.*num.*3.*Mascar.de probat.concl.* 1225.*adductiper errorem.*962.*n.*3. *Rota dec.*147 *num.*8.*impres.per Zacch.ad oblig.Camer.al.* Hæc enim facillimè diluuntur: nam, nec vera videtur opinio, in vtilibus non requiri solemnitates, cū ea non fuerint in fauorem simpliciter, ac principaliter minorum, ac mulierum inductæ; sed pro forma principaliter fauore Reipublicę, quod iā ostendimus: quo casu non consideratur talis vti-
28 litas minoris contrahentis. *Bald.in l fin. § necessitate, num.*17.*vers.& ideò dicit.*C.*de bonis, quæ lib.Roland.cons.*54.*nu.*45.*lib.*2.*Gratian dicto c.*
29 27.*num.*4. & ideò, non obstante vtilitate, seruādam esse formam Statuti, ex magis communi, & veriori opinione post alios tenuerunt, *Surd. dec.* 278.*n.*19.*Ceual.q.*675.*n.*13. *Gratia. d c.*16.*n.*14. *& c.*27.*n.*1.*&.*2.*& c.*565.*num.*56.*Pic ad nostrū Statutum, d.glos.*7, *num.*184.*&* 187. & tanquam magis communem admisit *Rot. in d.Camerinen. Pradÿ corā.Card.Seraph.inter impressas.*1242. *num.* 3, Et quatenus admitteretur dicta opinio, ea esset intelligenda, quando de vtilitate mulieris, vel minoris, euidentissimè constaret, vt dixit *Rot.in d.Camerinen.pradÿ, quam canonizauit sacrum Palatium, dec.*60.*nu.*8.*post Pic.* & intelligitur etiam minore ità volente, *vt in d.decis.*60.*n.* 7. vbi ex receptiori, *n.*3.*ad fin.vers.sed & Doct. contrarium tenentes, & tradit Gratia.d.c.*27.*n.*6.

Nec vtilitas præsumitur, & deducta in cōtrariū nihil probāt, circà vtilitatē, sed solū cōcludūt præsumi ꝑ Iustitia, inter quæ magni interest, nec sibi locū vēdicant, quando contrahitur omissa legis solēnitate, in actu requisita, quia tunc non
30 solū cōtractus nō præsumitur vtilis, sed damnosus, *Bal.in l.quæcunq.n.*3.*vers.scias tamen*, C. *de bonis, quæ liber.Verall.dec.*200.*nu.*2. & 3.*lib.*3.
31 *Gratian.d c.*27.*n.*7. Et specialis præsumptio circūuentionis, & doli generalē Iustitiæ præsūptionē excludit. Quinimò, eo tantū casu euidēter vtilis, ad hunc effectū, iudicatur cōtractus; quando
32 minor, vel mulier alios sibi deuinciunt, ex ipsorū verò parte nulla interceſſit obligatio; vt in donatione illis facta, vel stipulatione ad eorū fauorem interposita, ac sūtia pro illis lata, & similibus, iuxta distinctionē positā post alios per *Ceuall. d.q.* 675.*nu.*20.*cum seq.* & in his terminis per *Gratia. d.sap.*27.*num.*10.11.& 12;

Prædicta tandē nec aduersari videtur, ꝙ, cū per
33 clausulā cōstituti in Camillā fuerit, bonorū insolutū datorū, ac venditorū respectiuè, trāslata possessio ciuilis, & naturalis; *l.quod meo* cum ibi *not. ff.de acq.poss.* ex traditione dicatur facta locupletior, *iux.glo.in l.fi.in ver Locupletior*, C.*de in integ.rest.min.cū alys not.per* Grat.*disc forēs.c.*576
34 *num.*25.*cū seq.& cap.*879.*num.* 9. Nam sufficeret

35 ret reſponſio, quod Cammilla nihil recepit, & dictum conſtitutum in contractu nullo nihil operatur *Doct. in l. 1. §. ſi vir. vxori. ff. de acqu. poſſ. Tiraq. de Iur. conſt. limit. 1. n. 1. cum ſeq. & per tot. Seſſ. dec. Arago. 29. n. 19. Barboſ. in remiſ. de clau. clauſula 14. n. 11. Rot. dec. 224. num. 1. p. 2. diuerſ. & in deciſ. 694. num. 9. par. 1. recent.* Quod & in caſu noſtro ex conditione adiecta affirmandum; nam, cũ contractus, de quo agitur, eſto quod validus haberetur, contineat conditionem, de qua mox dicturi ſumus; quam eandem conſtitu-

36 tum recipit; ea non purificata prout nec adhuc purificata fuit, non operatur poſſeſſionis tranſlationẽ, *Bart. in l. ſi rem aliquam, ff. de acquir. poſſeſſ. Pariſ. conſ. 59. num. 25. & alios referentes. Tiraq. de Iur. conſtit. ampliat. 15. num. 3. & per tot. Mantic. de tacit. & ambig. libr. 4. tit. 17. nu. 3.* Verùm, & traditione admiſſa, ac reſpectiuè receptione, non videtur prædictæ opinioni acquieſcendum; quamuis etenim negari nequeat, aliquam ex legis æquitate, ex receptione per mulierem, & minorem, obligationem contrahi & tunc non receptionis pro modo, ſed locupletationis, cum non ſit ferendam illam, ſeù illum cum alterius iactura lucrum facere: nullo tamen pacto ex reprobato contractu, ac ſolemnitatibus prætermiſſis emiſſo, vel ex conſenſu in eo

37 nulliter, ac fraudulenter elicito, obligationem aliquam induci, concedendum eſt; *l. 1. §. impuberes, l. 2. & l. 3. ff. commod. & dicunt in dicto §. impuberes, ſolẽnes, ac grauiſſimi Doct. Salic. inſi.* ibi ideò non poteſt dari actio commodati. *Ang.* optimè, ibi. Nota quod, ſi non tenet contractus, ex eo non poteſt oriri nec principalis actio nec ratione doli; ſed iſte dolus punietur alia via non per actionem ex contractu. *Cattr. num. 6. verſ. Nota. etiam ſecundum intellectum.* ibi, ſed iſta non oritur conſenſu: ſed ex æquitate Iuriſgentium; & ità doctiſsimè videtur reſolutum, in *dicta Romana Depoſition. 13. Ianuarij 1625. coram Reuerendiſsimo D. Decano, & in d. Romana Nullitatis obligationis. 16. Ianuarij 1626. coram R. P. D. Durano,* in qua, receptione non obſtante, dictum fuit: contractum, ex defectu ſolemnitatum nullum, nullam ciuilem, vel naturalem producere actionem; ex eo nempè reprobato contractu inſurgentem; cui lex *reſiſtit. l. cum lex. vbi Bart. num. 6. ff. de fideiuſſ. cum alijs per Rom. conſ. 12. & in terminis mulieris conſ. 437. Couar. in cap. Quamuis pactum, p. 2. §. 4 num. 6. de pact. in 6.* & cæteros ibi adductos; cum tamẽ aliquã ex receptione cum locupletatione actionem dari, non negetur, vt in *verſ. Quod Bartholomæus non remanſerit*; cum igitur in indiuiduo Cammilla fuerit condemnata, ſeù contrà eam relaxatum mandatum vigore dicti cõtractus nulli, & nullam producentis actionem fuit nulliter, & ſine actione relaxatum, & ità reuocatum; ac Cammilla abſoluta.

Quã reſolutionẽ eo ampliùs admittere coacti ſumus quia, etiam data validitate præfati contractus, Cammilla fuiſſet abſoluenda; Clarum ſiquidem eſt, Franciſcum ad prædictam dationẽ inſolutum, & venditionem reſpectiuè proceſsiſſe, ſaluo in primis, & reſeruato conſenſu, & beneplacito D. Flaminii Anguillaræ Proprietarii, cura, & ſumptibus ipſius propriis petẽdo, & impetrando, quatenus opus ſit, & nõ alias, &c. cum igitur ex lectura Inſtrumenti, & Iuris diſpoſitione, in *l. ſi. C. de Iur. emphit. & in c. potuit. de locato*

38 cum vtrobiq. notat conſenſum neceſſariò fuiſſe requirendum, dubitari nequeat; eò minimè obtento, ac non purificata cõditione, quæ ex dictis

39 ablatiuis abſolutis inducitur, *l. à teſtatore ff. de cond. & demon. l. ſi. ff. de vſur. Doct. communiter, in Rubr. ff. ſolut. matr. Aym. conſ. 332. n. 4. & 335 n. 14. & 949. n. 22. & Surd. deciſ. 331. n. 16. lib. 2.* ius aliquod non fuit quæſitum dicto Franciſco, & multò minùs alijs, ex ipſius perſona; & fuit actũ

40 ſine actione, cum conditio nihil ponat in eſſe, *l. cedere diẽ. ff. de verb. ſignif. Bal. in l. per diuerſas in 10. q. C. mand. Dec conſ. 421. n. 6. Aym. conſ. 10. n. 15. Caſſad. dec. 3. n. 16. de præben. Oſaſc. dec. 166. n. 5. Rota Ianuen deciſ. 192.* & alii paſſim; itaut vt

41 nec ex productione debitum probari dicatur, cũ nec adhuc extet, *l. ſi quis itaque hæreditatem. ff. de condit. Inſti. Bellam deciſ. 135. num. 2. Gratian. deciſ. Picent 112. num. 17.*

Quinimò & cum tantùm tẽporis ſpatiũ efluxerit, in quo Franciſcus potuiſſet conſenſum requirere, ac expedire, prout promiſerat, cum tempus aliquod ſtatutum in contractu non fuerit;

42 non ſolùm reiiciendus erat ex perſona d. Franciſci Saluianus ob non implementum, ad *tex. in l. Iulianus, §. offerri. ff. de act. empt. cum concord. Rota apud Seraph. dec. 1477. n. 7.* Sed ex defectu cõditionis dicitur contractus reſolutus, *l. ſi ità ſtipulatus eſſem abs te, & l. ità ſtipulatus, verſ. Sabinus ff. de verb. oblig. Corn. conſ. 207. vol. 4. Ruin. conſ. 131. n. 11. vol. 1. Capha. cõſ. 11 [illegible] n. 16. & per tot. vol. 1. Burſa. cõſ. 45. n. 15. Rolan. conſ. 63. n. 48. verſ. ad ſecundum, vol. 4.* Quorum ſententiam in ſimili canonizzauit ſacrum Auditorium, in Arretina Capellaniæ; 16. Ianuarii 1619. coram Doctiſsimo, & Integerrimo *Buratto*. Quæ tantò magis procedunt, cum per ipſos Franciſcum, & Saluianum ſteterit, quo minus cõſenſum habuerint, cũ non adimpleuerint adimplenda; vt apparet in extract. pag. 34. in proteſtatione facta per Procuratorem Domini Flaminij, & quia in inſtrumento adeſt pactum reſolutiuũ in caſu non adimplemẽti, & cuiuſcumq. contractus nullitatis, & reſolutionis, de qua reſolutione contractus fuit oppoſitum per Cammillam; quæ reſolutionem acceptauit, & declarauit ad primæua Iura rediiſſe.

Nec refragatur præmiſſis, quod conditio re-

44 ſeruato: &c. habet in ventre aliã cõditionẽ, quatenus opus ſit, &c. quã, etiã ſi expreſſum minimè foret, tacitè contineret, *Gabr. cõſ. 82. n. 19. lib. 2. Rot. dec. 519. n. 3. p. 1. diuerſ.* Et in hoc caſu conſenſum haud neceſſarium fuiſſe; cum non conſtet Flaminium eſſe dominum. Tollitur enim de facili, ac clariſsimè obiectum prædictum, ex facto; cum contrariũ; & ex inſtrumenti verbis ap-

45 pareat, & clara conſeſsione Franciſci, quæ ſufficit contra habentes cauſam, & ius trahentes ab eo, vt in his terminis poſt alios tradit *Surd. in conſ. 151. n. 37. in 2. vol. & conſ. 311. nu. 3.* & tantò magis, cum vigore illius Saluianus egerit, illud-

46 que produxerit, vt in extract. pag. 3. abſq. al. qua proteſtatione, *C. cum olim. de cenſib. l. Publia, §. fin. ff. depoſ. Surd. conſ. 1. n. 37. & conſ. 449. n. 15.* Et tandẽ, & hoc videtur tollere omnem difficultatem, idõ Saluianus in extrac. pag. 33. Dominũ

Flaminium, citauit tanquam Proprietarium ad præstandum consensum, & laudemiũ recipiendũ, quæ requisito fuit acceptata adimpletis adimplẽdum. Quibus stantibus, necessario concluditur, opus fuisse consensum requirere; ac adhibere, vt superius præmittimus.

Adsunt etiam, & alia fundamenta, ex quibus decretum posset redargui, ex reuolutione, & lectione processus colligibilia, quæ cum absolutionem in negotio principali non petentiant; omisimus. Et ex his, &c.

Baltbasar Torinus Arretinus, Nullitatum, & Appellationum Vrbis Iudex, & Inclyti Populi Romani Capit.

VOTI
DD. DE ASSETTAMENTO.

SVMMARIVM. Ordine Alphabetico.

A

Alienatio ab vxore, cum viro fieri non potest sine solemnitatibus. num.3.

Annullatio contractus dicitur pœna, num.78.

Adeuntes hæreditatem, ex testamento dicuntur renunciare successioni ab intestato, n. 34.

Appellatione coniunctorum veniunt, tàm agnati, quàm cognati, n.82

Augumentum dotis non subiacet Statuto, n.59. sed vid. num.60.

C

Causa obligationis mulieris, debet exprimi, & in scriptis redigi, num. 81.

Census impositio sine solemnitatibus Statuti est nulla, num.64. & 8.

Cessio comprehenditur sub Statuto Vrbis lib. 1. cap. 51. num. 17. & 20.

Cognati veniunt appellatione coniunctorum, sicuti agnati num. 82.

Compromissum necessarium vigore Statuti non comprehenditur sub cap. 151. lib. 1. Statutorum Vrbis num. 5.

Concordia comprehenditur sub dicto Statuto, num. 14. & 49.

Concordia inita inter minores sine solemnitatibus statuti est nulla num.66.

Concordia continet iuris remissionem, & comprehenditur sub Statuto, num.52. & 66.

Confessio solutionis de reliquo importat liberationem, 53.

Confessio receptionis precij facta per minores in instrumento venditionis sapit donationem, & continetur sub Statuto Vrbis lib. 1. cap. 151. num. 8.

Confessio habet vim liberationis, & pacti de non petendo, num. 55.

Confessio in qualibet contractu subiacet Statuto, quando eidem potest fieri fraus, n. 30. & 46.

Consentiens dicitur renunciare, & remittere, n. 1

Constitutio Marchiæ comprehendit fideiussiones, quæ est deterioris conditionis aliis contractibus in ea expressis, num. 42.

Contractus ille dicitur, in quo simultaneus duorum consensus interuenit, num. 88.

Contractus, in quibus indirectè potest cadere læsio, continentur sub Statuto prædicto, n. 73.

Contractus rescissio præsupponit validitatem illius, num. 24.

Contractus, vt rescindi possit, requirit læsionem vltra dimidiam, num. 84.

Contractus illi possunt dici continere læsionem in quota certa, in quibus aliquid hinc inde datur, vel promittitur, num. 86.

Contractus impropriè dicitur donatio, n. 87.

Contractus damnosi permittuntur in Statuto Vrbis, cap. 151. lib. 1. num. 85.

Contractus certi si in Statuto enumerantur, Statutum ad alios non extenditur, num. 77.

Contractus omnes comprehenduntur sub Statuto Vrbis, cap. 151. licèt quatuor tantùm enumeret, quando vnus ex numeratis in illis continetur, num. 27. 29. & 100.

Contractus retrouenditionis potest subiacere Statuto Vrbis, cap. 151. & 154. num 35.

Contractus specificati in Statuto comprehenduntur in illo, etiam si veniant in consequentiam aliorum, num. 72.

Contractus omnes in quibus fraus donationis interuenire potest comprehenduntur sub Statuto Vrbis, cap. 151. num. 47.

Contractus annullatio dicitur pœna, num. 78.

D

Damnosi contractus permittuntur à Statuto, lib. 1. cap. 151. num. 85.

Debeat, verbum importat necessitatem, n. 83.

Deceptio, & fraus non possunt stare sine læsione, num. 103.

Decisiones sunt intelligendæ iuxtà Doctores, & alias decisiones adductas, num 28.

Decretum Iudicis non validat donationem factam sub nomine venditionis, num. 19.

Depositi receptio, & obligatio de illo restituendo facta sine solemnitatibus statuti, est nulla. num. 70.

Dictio, etiam, stat augumentatiuè, & ampliatiuè, num. 96.

Dictio, tantum, excludit omne aliud, præter expressum. num. 31.

Dispositio non intrat, vbi verba non conueniunt, num. 75.

Diuisio comprehenditur sub statuto Vrbis, cap. 151. num. 61. & num. 62.

Donare omnibus licèt de iure communi, n. 76.

Donare, & refutare dicitur, remittens, num. 2.

Donare est perdere, num. 10. & 79.

Dona-

Donatio impropriè dicitur contractus, num. 87.
Donatio si sub aliquo pacto contineatur Statuti solemnitates sunt seruandæ, num. 21.
Donati facta filio ex causa affectionis, vel alia causa valet sine solemnitatibus Statuti Vrbis, num. 7.
Donatio propter nuptias non comprehenditur sub dispositione Statuti, n. 16. & n. 59. declara, vt num. 60.
Donatio facta sub velamento venditionis, etiam cum decreto iudicis non valet, num. 9.
Donatio facta sub nomine venditionis comprehenditur Statuto, num. 25.
Imò secundù aliquos non cõprehenditur, n. 26
Donationis fraus, quando potest interuenire seruari debent solemnitates Statuti, cap. 151. lib. 1. num. 47.
Donationi à iure prohibitæ, nè fraus fiat, non valet fideiussio mulieris pro marito, num. 44.
Donationes, quæ fiunt sub colore alterius contractũ maiorem fraudem continere possunt, quàm simplices, num. 9.
Donationem sapit confessio receptionis precij facta per minorem in instrumento venditionis, & subiacet Statuto Vrbis, cap. 151. num. 8.
Donationis insinuatio requiritur ad euitandas fraudes num. 98.
Donationis insinuatio ex Statuto vrbis, cap. 150 lib. 1. requiritur vltra summam ducatorum 200. num. 99.
Dos, & donatio propter nuptias non comprehenditur sub dispositione dicti Statuti, num. 16. & 59. declara, vt num. 6.
Dotis quietantia facta socero per mulierem sub dicto Statuto continetur, num. 11.
Dotis causa obligatio facta per mulierem continetur sub dicto Statuto, n. 3. contra n. 16.
Dotis causa si maritus eiigit bona non tenetur seruare solemnitates Statuti, n. 40. & n. 65.

E

Electio bonorum facta per mulierem pro dote non eget solemnitatibus Statuti, n. 40. & n. 65
Emptio non comprehenditur sub Statuto, n. 50.
Emptio potest continere læsionem. num. 51.
Etiam, dictio, stat augumentatiuè, & ampliatiuè. num. 96.
Extensio Statuti ad alios contractus non fit, si in eo certa species contractuum specificentur, & enumerentur. num. 77.

F

Fideiubere præsumitur vxor, etiam si vir pro ea intercedat, si cum viro, se obligat, num. 105.
Fideiussio mulieris est nulla, etiam si recognouerit bonam fidem, n. 38. contra num. 104.
Fideiussio comprehenditur in constitutione Marchiæ, & est conditionis deterioris alijs contractibus in ea expressis, num. 42.
Fideiussio mulieris pro viro non valet ne fiat in fraudem donationis. num. 44.
Fideiussio subiacet dispositioni Statuti Vrbis lib. 1. cap. 151. n. 41. 45. 48. 63. 67. & 71.
Fideiussor in Societate non dicitur ille, qui pecunias recipit, sed principalis, n. 108. & 109.
Fideiussores dicuntur, qui se obligant in Societate, etiã quoad quid, recipiẽtes pecunias, n. 109.
Filio facta donatio valet sine solemnitatibus Statuti. num. 7.
Fraudes, vt euitentur in donatione insinuatio præcipitur. num. 98.
Fraus donationi si fieri potest habet locum Statutum, num. 47.
Fraus magis inesse potest in donationibus, quæ fiunt sub aliorum contractuum colore, quàm in simplicibus, num. 9.
Fraus Statuto si fieri potest; mulier, & minor non possunt confiteri, num. 4.
Fraus, & deceptio idem, quod læsio, & pro læsione accipitur, num. 103.

G

Generalis ratio Statuti comprehendit omnes casus. num. 97.

H

Hæredes adeundo hæreditatem ex testamento dicuntur renunciare successioni ab intestato, n. 34

I

Inclusio vnius est exclusio alterius, n. 74.
Insinuatio donationis ex Statuto Vrbis cap. 150. lib. 1. requiritur vltra summam ducator. 200. num. 99
Insinuatio donationis requiritur ad euitandas fraudes, n. 98
Intestati successioni dicitur renunciare, qui adit hæreditatem ex testamento, n. 34
Iuris futuri remissio continetur in refutatione, & comprehenditur sub Statuto, n. 69.
Iuris remissionem continet transactio, & continetur sub Statuto, num. 52. & 66.

L

Læsio vltrà dimidiam, requiritur ad rescissionem contractus, num. 84.
Læsio adest, vbi est fraus, & deceptio, n. 103
Læsio quando in contractu cadere potest, seruandæ sunt solemnitates Statuti, n. 73.
Læsio potest interuenire in emptione, num. 51.
Læsio actu requiritur per Statutum Vrbis, cap. 154. lib. 1. num. 102.
Læsio actu non potentia requiritur per Statutum antiquum in secunda parte n. 23
Læsio in quota certa non potest verificari, nisi in ijs contractibus, in quibus hinc indè aliquid datur, vel promittitur, n. 86.
Liberationem importat confessio solutionis pro reliquo, n. 53.
Liberationis vim habet confessio. n. 55

Mu-

M

Mandatum procura ad adeundã hæreditatẽ subiacet statuto Vrbis, cap.151.lib.1. num. 32.
Mandatum adlites non est actus lasiuus, & non subiacet dispositioni statuti Vrbis, n.6.
Secus in mandato, ex quo ius remittitur.n.37
Mater potest donare filio sine solemnitatibus statuti, num.37.
Minor, & mulier si recipiunt legis necessitate tenentur restituere, num. 106.
Minor non potest confiteri, si potest fieri fraus statuto, num. 4.
Minor recipiens, & recognoscens bonam fidem non tenetur seruare solemnitates statuti, n.104 Contrarium, n.107.
Minor quando ladi potest, debet seruare statuti solemnitates, n.33.& 56.
Minor, si contrahit cum muliere, non habet locum statutum, num.18.
Minoris confessio circa receptionem pretij facta in instrumento venditionis sapit donationem, & continetur sub statuto, cap.151.n.8.
Minoris confessio simplex eget solemnitatibus statuti, secus verò adminiculata.n.12.
Minoris permutatio subiacet statuto Vrbis, cap. 113.& 151. num.57.
Minores non possunt transigere sine solemnitatibus statuti, num.66.
Muliere, & minore simul contrahentibus statutum non habet locum, num.18.
Mulier recipiens, & recognoscens bonam fidem nõ tenetur seruare solemnitates statuti, n.104 Contrarium, num.107.
Mulier, quando ladi potest, debet seruare solemnitates statuti, num. 33.& 56.
Mulier quotiescunque directè, vel indirectè laditur, habet locum statutum antiquum, lib.4. cap.19. num.22.
Mulier nõ potest fideiubere pro viro in fraudem donationis à iure prohibitæ, num.44.
Mulier facilius se obligat, quam donet, n.10.
Mulier, & minor, quando recipiunt, tenentur legis necessitate restituere, num. 106.
Mulier eligens bona viri pro dote non tenetur seruare statuti solemnitates, n.40.& n.65.
Mulier, quæ cum viro, etiam principaliter se obligat, præsumitur pro illo fideiubere, n.105.
Mulier cum viro vendere non potest sine solemnitatibus statuti, num.3.
Mulier non potest confiteri, si statuto potest fieri fraus, num.4.
Mulier potest donare filio sine solemnitatibus statuti, num. 7.
Mulieris obligatio pro dote subiacet dispositioni statuti, n.13. Contra num. 16.
Mulieris fideiussio est nulla, etiam si recognouerit bonam fidem. num.38.& 107.
Mulieris quietantia facta socero comprehenditur sub dicto statuto, n.11.
Mulierum obligationis causa debet exprimi, & in scriptis redigi, num.81.

N

Necessitatem importat verbum, debeant, n. 83.
Nigrum speciale non restringit rubricam continentem orationem perfectam, & generaliter loquentem, num. 90.
Nigrum restringit rubrum, in quo est appositum relatiuum. num.95.
Nigri verba, vbi sunt clara, non recipiunt declarationem à rubro, num. 91.

O

Obligans se mulier cũ viro dicitur fideiubere, n.105.
Obligatio de restituendo depositum fieri debet cũ solemnitatibus statuti, num.70.
Obligatio mulieris, vel minoris recipientis pecuniam, & recognoscentis bonam fidem, valet sine solemnitatibus, n.104. Contrarium, n.107
Obligatio facta per mulierem pro dote continetur sub dicto statuto, num. 13. Contrarium, num.16.
Obligationis mulierum causa exprimi, & in scriptis redigi debet, num.81.
Officia solum interpouuntur in societatibus ad colorandum contractum; & euitandam vsurariam prauitatem, num.110.
Officialis non dicitur principalis in societate; sed ille, qui recipit pecunias. num.108.& 109.

P

Pacti de non petendo vim habet confessio. num.55.
Pactum continens remissionem, seu donationem comprehenditur sub statuto, num.21.
Participium valituris, resoluitur in relatiuum, & verbum, num. 94.
Permutatio rerum minoris subiacet statuto Vrbis cap.113.& 151.lib.1. num.57.
Pœna dicitur annullatio actus. num. 78.
Principalis dicitur ille in Societate, qui recipit pecunias. nnm.108.& nu m.109.
Procurator ad adeundã hæreditatem debet constitui, cum solemnitatibus Statuti Vrbis cap. 151.num.32.

Q

Qui relatiuum restringit ad expressa. num.101.
Qui relatiuum appositum in rubrica restringit rubrum ad expressa in nigro. num. 95.
Quietantia dotis facta per mulierem socero comprehenditur sub statuto Vrbis. cap. 151. lib. 1. num. 11.

Rati-

R

Ratificatio sponsaliorum non subiacet Statuto Vrbis, num. 15.
Ratio restringitur ad expressa per relatiuum, num. 101.
Ratio generalis statuti comprehendit casus omnes, num. 97.
Recipiens mulier, seu minor tenetur legis necessitate restituere, num. 106.
Recipiens minor, vel mulier, & recognoscens bonam fidem, non tenetur seruare solemnitates Statuti, num. 104. Contrarium, num. 107.
Recipiens pecunias in Societate respectu solutionis fructuum, & restitutionis sortis dicitur, principalis, num. 109.
Recognoscens bonam fidem in societate considerato effectu dicitur, vere principalis, licèt Societas nõ contrahatur cum ipso, sed cum officiali, num. 108. & 109.
Recognitio bonæ fidei mulieris, vel minoris recipientis pecunias valet sine solemnitatibus Statuti, n. 104. Contrarium, n. 107.
Recognitio bonæ fidei mulieris simulata præsumitur, & quando, num. 39.
Refutare, & donare dicitur, remittens n. 2.
Refutatio continet remissionem iuris de futuro, & comprehenditur sub Statuto, num. 69.
Refutatio subiacet Statuto Vrbis, etiam in consequentiã contractus non expressis, n. 36
Relatio fit ad proxima, num. 89.
Relatiuum, qui, restringit rationem ad expressa, num. 101.
Relatiuum appositum in rubrica eam restringit ad expressa in nigro, num. 95.
Remissio iuris de futuro sapit refutationem, & comprehenditur sub Statuto, num. 69.
Remissio si continetur sub aliquo pacto, debent seruari solemnitates Statuti, num. 21.
Remissionem iuris continet transactio, & comprehenditur sub Statuto, n. 52. & 66.
Remissio iuris subiacet Statuto, etiam in consequentiam contractus non expressi, n. 36.
Remittere est refutare, & donare, n. 2.
Remittere dicitur, qui consentit, n. 1.
Renunciare dicitur, qui consentit. num. 1.
Renunciare dicitur successioni ab intestato, qui adit ex testamento, num. 34.
Rescissio contractus præsupponit validitatem illius, num. 34.
Rescissio contractus non conceditur sine læsione vltra dimidiam, num. 84.
Retrodonatio comprehenditur sub Statuto, cap. 151. num. 43.
Retroditio subiacet Statuto vrbis, cap. 151. n. 35
Rubrica carens verbo non habet orationem perfectam, num. 93.
Rubrica non declarat verba nigri, quando sunt clara, num. 91.
Rubrica Statuti Vrbis, cap. 151. non habet orationem perfectam. num. 92.
Rubrica continens orationem perfectam, & generaliter loquens non restringitur à nigro speciali. num. 90.
Rubrum restringitur ad expressa in nigro, quando in rubrica est appositum relatiuum. qui, num. 95.

S

Simulatio vitiat recognitionem bonæ fidei factam à muliere. num. 39.
Societatum in contractibus interponũtur officia ad colorandum ipsum contractum, & euitandam vsurariam prauitatem, n. 110.
Sponsalium ratificatio nõ subiacet Statuto, n. 15.
Statuti verba vbi non conueniunt, nec Statutum intrat, num. 75.
Statuti verba non debent esse superflua, n. 80.
Statutum includens casus aliquos, cæteros excludit, num. 74.
Statutum Vrbis cap. 150. lib. 1. mandat insinuationem donationis vltra summam ducatorum 200. num. 99.
Statuto si fraus fieri potest mulier, & minor non possunt confiteri. num. 4.
Statuti ratio generalis comprehendit omnes casus, num. 97.
Statutum antiquum lib. 4. cap. 19. habet locum, vbicunque mulier directè læditur, n. 22.
Statuti 151. rubrica non habet orationem perfectam, num. 92.
Statutum Vrbis habet locum in omnibus in quibus fraus donationis interuenire potest. num. 47.
Statutum habet locum quando mulier, vel minor lædi potest, num. 33. & 56.
Statutum Vrbis cap. 151. habet locum, in quatuor tantum contractibus enumeratis, & in alijs, quando vnus ex illis comprehenditur, num. 27. 29. & 100.
Statutum Vrbis cap. 151. habet locum in contractibus specificatis, etiam in consequentiam aliorum, num. 72.
Statutum enumerando certas species contractus non extenditur ad alios, num. 77.
Statutum prædictum habet locum in contractibus, in quibus indirectè potest cadere læsio num. 73.
Statutum non comprehendit venditionem, nisi sub nomine illius fiat donatio, nu. 25. & 26
Statutum Vrbis cap. 151. permittit contractus etiam damnosos. num. 85.
Statutum Vrbis cap. 151. habet locum in confessione receptionis pretij facta per minorem in instrumento venditionis, cum sapiat donationem, num. 8.
Statutum Vrbis habet locum in remissione, & refuta-

futtione, etiam in consequentiam contractus non expressi, num.36.
Statutum habet locum in cessione, num.17.& 20
Statutum Vrbis cap.151. habet locum in obligatione facta per mulierem pro dote, num.13. contra num.16.
Statutum Vrbis cap. 151. non habet locum in electione bonorum viri facta à muliere pro sua dote. num.40
Statutum habet locum in simplici confessione minoris, secus autem in adminiculata, n.12.
Statutum Vrbis cap. 151. lib. 1. habet locum in quietantia dotis per mulierem facta Socero num. 11.
Statutum Vrbis habet locum in confessione emanata in quolibet contractu, quando Statuto potest fieri fraus. nu. 30.& 46.
Statutum habet locum in receptione depositi, & obligatione de illud restituendo. num.70.
Statutum habet locum in remissione Iuris de futuro, quæ in refutatione comprehenditur. num.69.
Statutum comprehendit pactum continens remissionem, seu donationem. nu.21.
Statutum cap. 151. habet locum in diuisione. nu. 61.& 62.
Statutum habet locum in transactione. nu. 14 & 49.
Statutum Vrbis cap. 151. comprehendit mandatum ad adeundam hæreditatem. nu. 32.
Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. habet locum in vxore vendente una cum viro. nu. 3.
Statutum Vrbis cap. 151. comprehendit retrodonationem. nu. 43.
Statutum habet locum in concordia inita inter minores. nu.66.
Statutum Vrbis cap. 113. suppletur per aliud statutum cap. 151. quod habet locum in omni contractu, in quo minor ledi potest. num. 58.
Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. comprehendit fideiussionem. nu. 9. 45. 48. 63. 67.& 71.
Statutum Vrbis in cap. 113.& cap. 151. lib. 1. habet locũ in permutatione minoris. n. 57.
Statutum Vrbis non habet locum in ratificatione sponsaliorum. nu. 15.
Statutum Vrbis cap. 151. non comprehendit compromissum necessarium vigore Statuti. num. 5.
Statutum Vrbis non habet locum in mandato ad lites, quia non est actus lesiuus, secus si per illud remittitur ius. nu. 6.& 37.
Statutum Vrbis cap. 151. non habet locum, quando mulier, seù minor recipit, & recognoscit bonam fidem. nu. 104. contrarium. nu. 107.
Statutum non comprehendit emptionem. nu. 50.
Statutum Vrbis non habet locum in donatione facta filio. nu. 7.
Statutum Vrbis non habet locum in dote, & donatione propter nuptias. num. 16.& 59. declara, vt nu. 60.
Statutum non habet locum, quando minor contrahet cum muliere. nu. 18.
Statutum antiquum in 2. parte requirit lesionem actu, non potentia. nu. 23.
Statutum Vrbis cap. 154. lib. 1. requirit lesionem actu. nu. 102.

T

Tantum dictio, excludit omne aliud præter expressum. num. 31.
Transactio continet iuris remissionem, & comprehenditur sub Statuto Vrbis. num. 52. & 66.
Transactio inita inter minores sine solemnitatibus Statuti, est nulla. nu. 66.
Transactio comprehenditur sub Statuto cap. 151. nu. 14.& 49.

V

Venditionis sub nomine fi fiat donatio, etiam cum decreto Iudicis non valet. nu. 19.
Venditio non comprehenditur sub Statuto, nisi sub nomine venditionis fiat donatio. num. 25.
Venditio facta ab vxore cum viro requirit solemnitates. nu. 3.
Verba in fine posita referuntur ad proxime. num. 89.
Verba Statuti, vbi non conueniunt, ibi nec dispositio. nu. 75.
Verba Statuti non debent esse superflua, & frustratoria. nu. 80.
Verba nigri, vbi sunt clara, non recipiunt declarationem rubricæ. nu. 91.
Verbum debeat, importat necessitatem. nu. 83.
Vxor non potest fideiubere pro viro, ne fiat in fraudem donationis à iure prohibitæ num. 44.
Vxor in electione bonorum viri pro dote non tenetur seruare solemnitates. num. 40.& 65.
Vxor, quæ cum viro etiam principaliter se obligat; præsumitur pro illo fideiubere. num. 105.
Vxor cum viro vendere non potest sine solemnitatibus Statuti Vrbis cap. 151. lib. nu. 3.

Votum
DD. DE ASSETTAMENT.
Romana Societatis Officii.

Martis 19. Decembris 1628.

Licet

Licet Aſſertamentum nedum meo tempore, in quo prius extiterunt Primus Collateralis R. P. D. Stephanus Vayus, Secundus Collateralis R.P.D. Camillus Meltius, nũc Locũtenentes Illuſtriſſimi D. Auditoris Cameræ, deinde Primus Collateralis D. Laurentius Marcellus, Secundus D. Cæſar Argelus, & Iudex Maleficiorum D. Petrus Paulus Phœbeus nunc Auditor Turroni Bononiæ omnes I. C. eminentiſsimi, ſed & anteà de quo tempore extitiſſe clariſsimos I. C. omnes ſciunt, in ea perpetuò fuerit ſententia, Statutum Vrbis cap. 151. lib. 1. habere locum in illis tantũ quatuor contractibus ibi expreſſis, in alijs verò eò tantum caſu, quo ineſſet vnus ex dictis quatuor ſub quæſito colore aliorum; Nihilominus, quia hodie nedum controuerſam, ſed reiectam vidimus in gradu appellationis, ità vt multi credant contrariam eſſe veram, tanquam perpetuò à ſupremo Tribunali Rotæ approbatam, & pluribus rationibus comprobatam, & cum quotidie in omnibus Tribunalibus Vrbis ſuper hoc Statuto veniant controuerſiæ decidendæ, Domini voluerunt videre, quæ vera ſit opinio, & diligenter, ac maturè in vna Romana Societatis officii coram me, diſcuſſo articulo ſteterunt in eadem ſententia, quam tenuit perpetuò Rota, illamque veriſimam cenſuerunt, tam inſpectis verbis Statuti, quàm attẽta mente ſtatuentium, & rationibus allatis per Rotam, & DD. & pro faciliori explicatione DD. diuiſerunt articulum in tres inſpectiones.

In quarum prima adducentur Rotæ deciſ. In ſecunda rationes, quibus mota fuit Rota, & Aſſertamẽtum, in tertia quod licet minor recognoſcens bonam fidem in contractu ſocietatis dicatur fideiuſſor, tamen ſtatutum non habet locum in illius obligatione.

Et quoad primam inſpectionem exiſtimarunt Domini regiſtranda verba neceſſaria deciſ. vt vno ictu oculi omnes videant hanc fuiſſe Rotæ opinionem, licèt illæ allegentur pro contraria.

Prima deciſio fuit Creſcent. ante annum 1541 (cum ipſe de anno 1542. fuerit creatus Cardinalis à Paulo III.) 3. de Conſtit. cuius hæc verba, [ſatis dictę fraudis ſuſpicio ſubeſſe videbatur, quia cum marito principaliter vendente, vxor ſine ſolemnitate Statuti conſentire non valeat, cũ
1 conſentire ſit renunciare, & remittere ad *l. ſi debitor, § in venditione, in fin. quib. mod. pignor.*
2 *vel hypoth. ſolu.* & remittere eſt refutare, & donare ad *l. ſi quis delegauerit, ff. de donat.* Ita dicendum videbatur, quod nec ſimul cum viro vẽdere poſſet, quia videbatur eſſe quidam color
3 quæſitus, vt per *Bald poſt Nicol. de Mattarel. in authen. ſi qua mulier, C. ad Velleian.* aliàs de facili Statuto fraus per indirectum fieri poſſet, & Statutum eluſorium redderetur,] pro qua deciſ. facit optimè *text. in l. quidam, in fin. ff. ad S. C. Velleian.* ibi Paulus reſpondit,] & quæ in fraudem S. C. quod de interceſsionibus fœminarum factum eſt excogitata probari poſsũt, rata haberi non oportere,] & in *l. fin. §. item, ff. eod.* vbi idem Palus ait: [item ſi mulier creditori viri fundum vendiderit, & tradiderit ea conditione, vt emptor acceptam pecuniam viro referret, & hunc fundum vendicet, exceptio quidem opponitur ei de re empta, & tradita, ſed replicabitur à muliere, ac ſi ea venditio contra S. C. facta ſit.]

Secunda deciſ. eiuſdem Creſcent. 2. de confeſſ. cuius hæc ſunt verba: [minor, vel mulier prohibiti per ſtatutum donare, prohibentur ẽt
4 confiteri in quolibet alio contractu, quando per confeſſionẽ talem poſſet aliàs *Statuto* fieri fraus quia in fraudem talis confeſſio præſumitur ſecũdum Dominos in vna Romana officii coram. D. Piccolomineo.]

Tertia emanauit coram *Io. Paulo* 4. *Aprilis* 1541. *apud Put. dec.* 100. *lib.* 1. in noua impreſſione, cuius hæc ſunt verba num. 2. [& in eadẽ
5 fuit dictum, quod Statutum Vrbis de donation. & pactis non valitur. non haberet locum in muliere faciente compromiſſum, quoniam prima pars illius Statuti tantum cõprehendit quatuor contractus inter quos non enumeratur compromiſſum. Nec etiam 2. pars in quo dicitur, quod mulier vltra tertiam partem læſa] hęc eadem deciſ. legitur apud eundem *in tit. de Conſtit. 9. Aprilis, aliàs 7.*

Quarta coram Rainalde 13. Iunii 1541. apud eundem *Put. deciſ. 158. in noua impreſſ. aliàs 162* cuius hæc ſunt verba [contrarium tamen fuit re
6 ſolutum 13. Iunii 1541. ex quo mandatum ad lites non eſt de ſe actus læſiuus, & Statutum reſpicit actum læſiuum, & cui non conueniunt verba Conſtitutionis, &c.] nec obſtabat, quod ſufficeret, quod ex ipſo mandato poterat quis lædi [& infrà ibi [quia reſpondebam Ego, quod cõpromiſſum eſt quidam contractus, prout dicit Lanfranc. dicto loco, & ſi Statutum prohibet contractum. per conſequens prohibet compromiſſum, & tranſactionem. Sed in caſu Statuti Vrbis conſideratur actus læſiuus, & mandatum de ſe non eſt actus læſiuus.

Coram Thoma de Thanis 24. Iunii 1542. extenſa per *Gomez deciſ. 100. poſt deciſ. Reuerendiſ. Coccini*, cuius verba hæc ſunt [in nouis Statutis cap. 19. de Pact. & Donation. non valitur, limitatur non procedere hoc Statutum in patre
7 vel matre donante filio per affectionem.]

Coram Put. 7. Februarii 1547. dec. 7. libr. 3. cuius hæc ſunt verba [Propoſui dubium, an cõfeſsio de duobus millibus receptis per minores
8 in inſtrumento venditionis factę ſapiat donationem, ità vt comprehendatur ſub prima parte Statuti de Pact. & Donation. non valit. vel ſaltem ex ea minor dicatur læſus, & maior pars tenuit, quod dicta confeſſio ſaperet donationem ità vt comprehenderetur in dicta prima parte Statuti] & infra [item quia ſi aliter diceremus de facili fieret fraus Statuto. Nam minor, qui non poteſt directo donare, faceret contractum, & fateretur ſe pretium recepiſſe, & ſic quod vna via prohibetur, alia permiſſum foret [& infra ſub num 2.] Non obſt. quod Statutum loquatur in donatione, nos autem ſumus in venditione, quia verum eſt, quod Statutum non habet locũ in venditione, ſed quando ex venditione reſultat donatio, tunc ſubintrat Statutum loquens

de

de donatione] & infra [quia resp. quod minor vendens & in venditione confitens se recepisse certè, simpliciter confitetur, & non ob aliquam causam; licet enim respectu venditionis fateatur tamen non est verum, quod aliquid ipse habeat.

Coram eodem 26. Octobris 1547. propositio eodem dubio omnes Domini affirmatiuè respõderunt ex supradictis rationibus, quibus edita alia, num.7 his verbis [& longè maior fraus in-
9 teruenire potest in donationibus, quæ fiunt sub aliquo colore putà confessionis, vel causę, quam in donationibus simplicibus, cum in illis magis circumueniri posset minor: Et quod istis donationibus coloratis principaliter statuentes occurrere voluerint, patet, quia voluerunt consanguineos iurare, non cedere in præiudicium minorum, quod non potest aptari ad simplicem donationem, cum illa fit apertè damnosa, cum dona-
10 re sit perdere.] Maiorem autem fraudem interuenire posse in alijs contractibus, & in illis multò facilius circumueniri posse minores, & mulieres, constat ex optima ratione, *Vulp. in l. sed si ego, ff. ad Velleian.* ibi [quia facilius se mulier obligat, quam alicui donet.

Coram *Put.* decis. 146. 27. Iunij 1548. reproposita 8. Octob. eiusdem anni, quæ est dec. 153. lib. 3. in quibus fuit resolutum mulierem liberã-
11 tem socerum, vbi restituisset dotem, quæ erat restituenda marito, cũ cautione, & absq. cautione fuit restituta subiacere Stat. Vrb. ea ratione in 1. dec. adiecta n. 3. his verbis [& ideo quia interueniebat læsio dicebant locum esse Statuto] & in 2. decis his verbis [& sic pro istis omnibus Comes obligauerat bona sua, quod in euentum restitutionis, dos, & donatio propter nuptias reperiebatur sine hypothecis; & ideò in hoc D. Liuia lædebatur per illam refutationem, quietationem, & pactum de non petendo; & ideò erat casus comprehensus in Statuto.] ....

Coram eodem de anno 1548. extẽsa per Acchil. de Graf. dec. 1. de confess. in qua fuit declaratum confessionem mulieris, seù minoris,
12 requirentem solemnitates Statuti procedere in confessione simplici, quę non esset adminiculata alijs verisimilitudinibus, secus autem si haberet aliquas præsumptiones pro se.

Coram Romano 19. Octob 1548. apud Put.
13 dec. 160. lib. 3. in qua fuit dubitatum, an obligatio mulieris pro dote comprehẽderetur sub Statuto, & ratio dubitandi, quia vt ibi legitur his verbis, [quasi dicta obligatio saperet donationem.]

Coram Augustino 19. Decebris 1552. extensa per Cottam decis. 361. & per Caput. deci. 195. par. 3. in qua fuit firmatum Statutum habere
14 locum in transactione, in qua fit ex necessitate refutatio.]

Coram Oradino 30. Aprilis 1554. per Caput.
15 decis. 3. par. 3. vbi fuit firmatum *Statutum* non habere locum in ratificatione facta à minore instrumenti sponsaliorum, cuius hæc sunt verba sub num. 3. [& quia *Statutum* Vrbis enumerat quatuor casus, in quibus non est comprehensus casus supradictus, secùs esset in instrumento ratificationis solutionis pecuniarum.]

Coram eodem Oradino 30. Octobris 1554. confirmata 10. Decembris eiusdem anni per Ca-
16 put. decis. 199. par. 3. in qua fuit firmatum Statutum non procedere in contractu dotis, & donationis propter nuptias addita ratione his verbis. [& quia *Statutum* quatuor casus enumerat inter quos non est iste]

Coram Card. *Blanchetto*, cuius decis. refert decis. coram Clemente VIII. 20. Februarij 1576. quæ est diuers. decis. 529. sub num. 4. his verbis. Prout non obstat, quod *Statutum* Vrbis non habeat locum in transactione, vt per Bero. allegat. Quia iste cõtractus est principaliter cessio-
17 nis; quo casu Statutum locum habet, vt fuit resolutum in illa *Romana* Vineæ coram R. P. D. meo Blanchetto, licet enim Statutum in quatuor casibus loquatur, habet etiam locum in alijs Put. decis. 7. & 55. lib. 3.]

Prædictam decisionem Cardinalis *Blanchetti* refert, & sequitur Litta in vna Romana hæreditatis 19. Decemb. 1602. & 8. Aprilis 1578. in eadem coram eodem Cardinale Blanchetto fuit po-
18 stea decisum Statutũ non habere locum, vbi minor contrahit cum muliere, quia ęquè priuilegiati, & fuerunt addita hęc verba decis. 558. par. 1. diuers. [Nec mouit Dominos, quòd priuilegium Statuti respicit refutantem, non eum, cui refutatur, quia in hoc casu adest vicissitudinaria refutatio, & tàm minores in eò, quod cesserunt, quàm mulieres in eo, quod sibi cessum fuit, ex eo igitur transactio comprehenditur sub *Statuto* quia fuerunt cessa hinc indè iura, & cessio ideò sub *Statuto* comprehenditur, quia continet refutationem.

Et in prædicta corã Clem. VIII. fuit etiã dictũ & etiãsi adfit decretũ iudicis super donatione fa-
19 cta sub nomine venditionis illã nõ valere his verbis: [Minus obstat mulierem potuisse donare ex traditis ab Angel. & Iacob. de *S. Georg in l. cum hi, §. si prater, ff. de transact.* Quia tollitur obiectum ex doctrina *Bald. in rub. C. qui admitt. colum.* 11. *relati à Tiraquell. de ll. connub. gloss.* 8. *num.* 180. & 181. asserentis, quod si partes simulabant vendere, & tamen contrahebãt donationem, & iudex decretum interponat, donatio non valet, quia id notum non erat Iudici, & propterea inquit apertè, & taliter negotii naturam exprimendam esse, & nominatim debere dicere, se velle donare, & hic minimè factũ fuit.]

Coram Card. *Seraph.* 5. Iunij 1595. decision. 1133. ibi [contrarium tamen resolutum fuit ex eò, quod iste contractus non est emptionis, & venditionis; sed potiùs cessionis iurium, in quo
20 habet locum *Statutum*, vt fuit resolutum in causa Romana Vineæ de *Scapuccis* coram R. P. D. meo Blanchetto iux. decis. Put. 7. & 55. lib. 3.

Coram Penia 8. Februarii 1602. decis. 434. p. 4. diuers. in qua num. 1. in fin. legitur [Aliquibus ex dominis non displicebat aliud motiuum
21 ex eo deductum, quod hoc pactum, tanquam cõtinens donationem, seù remissionem iuris petẽdi dotem in casu dissolutionis matrimonij per obitum mariti, non poterat celebrari sine solemnitate *Statuti* antiqui Vrbis lib. 4. Cap. 19. quod habet locum, vbicumque mulier directè, vel indirectè lædit, vel remittit ius suum.

Supradictæ omnes decis. emanarunt super *Statuto* antiquo de tempore Alex. VI. emanato, in quo sub Cap. 23. lib. 4. & reformato sub Leo. X.

in

in cap. 19. & in illo antiquo licet in rubrica fieret mentio de donatione, & in nigro fuerit omiſſa, in reformatione facta ſtatuentes addendo & declarando expreſſerunt etiam donationem, & vlteriùs addiderunt. [Et in omnibus contractibus, & negociis, vbi quis maſculus, ſeù fœmina repetiatur læſus vltra tertiam partem eius, quod agitur iuramentum cenſeatur, doloſè ex-
23 tortum, & nihil operetur.] Et de hac 2. parte fit mentio per Put. dicta decil. 100. lib. 1. dicta decil. 158. alias 162 eodem. & decil. 7. & 55. lib. 3. & in dicta decil. 158. fuit diſcuſſa hæc 2. pars an haberet locum, quando minor poſſet lædi, & fuit reſolutum negatiuè, quia ſtatutum requirit læſionem actu, non potentia, & ſunt clara verba ſtatuti [reperiatur læſus] vnde antequam conſtaret de læſione ſtatutum non annullabat cõtractum, prout annullabat quando actus fuiſſet de ſui natura læſiuus, vt in fideiuſsione dixit Rota in deciſſ. infra allegandis.

Cum igitur in ſtatuto nouo fuerit adempta dicta ſecunda pars, & additum aliud ſtatutum ſuper læſione in cap. 154. lib. 1. in quo correcta dicta ſecunda parte annullante contractus mandarunt ſtatuentes poſſe procedi ad reſciſſionem
24 contractus ibi [procedi poſsit ad reſciſſionẽ, quæ ſupponit validitatẽ contractus, *l. 2. & tot. tit. C. de reſcind. vendit.*] Non poteſt vlla ratione hodie ſuſtineri opinio Pici in gloſſ. 7. Firmantis ſtatutum habere locum in omnibus contractibus in quibus minor lædi poteſt, nec eius opinio defendi poteſt ex deciſionibus per ipſum allegatis, vt infrà oſtenderur, nec etiam auctoritate DD. Carpan. Lamberteng. & aliorum, qui loquuntur ſuper ſtatutis habentibus verba generalia cõprehendentia omnes contractus ſpecificatos per Pic. in eadem gloſſ.

Deueniendo igitur ad deciſiones emanatas ſuper prima parte ſtatuti, prima illa Creſcent. clara oſtendit Rotam noluiſſe comprehendi con-
25 tractum venditionis; ſed ſolum vbi ſub nomine venditionis fit donatio, quæ comprehenditur ſub ſtatuto ex rationibus ſupra allegatis. Quod & clariùs legitur in illis deciſionibus 7. & 55. Put. vbi non ſolùm expreſsè Rota dixit ſtatutum non habere locum in venditione; ſed, & quod plus eſt non defuerunt Auditores, qui in prima propoſitione in ea fuerint tenten-
26 tia, vt nec etiam ſtatutum haberet locum in caſu, quo ſub nomine venditionis fuit facta donatio, & idem firmatur in deciſ. Coet. Caput. Blanchett. & Clemen. VIII. dum fuit reſolutum, ideò comprehendi tranſactionem ſub ſtatuto, quia in illa adeſt ceſsio, ſeù refutatio, prout etiam in caſu *deciſ. Put.* 146. *&* 153. *lib.* 3. In illa verò *Caputaq.* 3. *par.* 3. in qua fuit dictum ratificationem ſolutionis factam à minore ſubiacere ſtatuto, licèt non allegetur ratio, tamen illa eſt clara, quia ratificatio importat quietationem de pecuniis non receptis per minorem, & in illa Cardinalis Seraphini expreſsè dicitur ſtatutum non habere locum in contractu emptionis, & venditionis, & in illa Penix idem firmatur quod in deciſ. Creſcent. 3. quam allegat.

Ex his autem deciſionibus apparet nullo modo poſſe ſuſtineri opinionem aliquorum aſſerentium ſtatutum habere locum in omnibus contractibus, ex quo in omnibus poteſt fieri fraus; nam omnes prædictæ deciſiones firmant, tunc
27 ſolum in aliis contractibus habere locum quando apparet verè fuiſſe factam fraudem ſtatuto, vbi ſcilicet ſub nomine alterius contractus fuit vnus ex prohibitis à ſtatuto. Si enim Rota voluiſſet, comprehendi omnes contractus non fuiſſet opus in tot deciſionibus diſcutere, an adeſſet in illis caſibus, vnus ex prohibitis; ſed vnico verbo omnem ſubſtuliſſet difficultatem reſpõdendo, ſtatutũ habere locũ in omnibus cõtractibus. Et quia Rota in deciſionibus emanatis ſuper ſtatuto nouo, nec expreſsè, nec tacitè receſsit à ſupradictis deciſionibus; ſed reſolutiones om-
28 nes fundauit in Antiq. dec. debent intelligi iuxtà has, prout alias Rota in vna Burgen. Abbatiæ de *Salas* 20. Nouemb 1614. coram Vbaldo dixit his verbis: [Et quamuis deciſ. 373. ead. par. lib. 3. reſidere videatur in eo, quod beneficia Prothonotarii abſentis creati ſint reſeruata, quamquis non conſtet de acceptatione tamen venit intelligenda iuxta *deciſion. Creſcent.* 15. *quam allegat iuxta doctrinam Bart. in l. non ſolum, §. liberat. ff. de liberat. lega. cum vulg.*] Vndè dum in illis legimus Statutum habere locum in omnibus con-
29 tractibus in quibus minor directè, vel indirectè, lædi poteſt, debent intelligi de læſione reſultante ex illis quatuor contractibus: directè quando ſimpliciter contrahuntur, indirectè, quando vnus ex illis ineſt in alijs contractibus, vt per Creſcent. dicta deciſ. 3. de conſtit. ibi. [Aliàs de facili *Statuto* fraus per indirectum fieri poſſet,] & in dicta deciſ. Put. 7. lib. 3. [Nam minor, qui non poteſt directè donare faceret contractum, & fateretur ſe pretium recepiſſe,] & quod minor, & mulier dicantur dicto modo læſi ſunt clara verba Put. dict. deciſ. 153. lib. 3. ibi.] & ideò in hoc Domina Liuia lędebatur per illam refutationem, quietationem, & pactum de non petendo] nec deſunt deciſ. ſuper nouo Statuto, quæ etiam ità ſe declarant, vt oſtenderur.

Secunda deciſ. Creſcen. non dicit eſſe prohibitam omnem confeſſionem in quolibet alio
30 contractu; ſed ſolùm, vt ibi dicitur [quando per talem confeſſionem poſſet alias *Statuto* fieri fraus,] & ſic vbi importaret donationem, prout in caſu deciſ. Put. 7. & 55. lib. 3. vel aliũ contractum in Statuto expreſſum, & vbi aſſeſſio redditur veriſimilis ex coniecturis confeſſio non ſubiacet *Statuto*, vt in d. deciſ. Acchill.

Aliæ verò deciſ. Put. 100. lib. 1. & 9. de Conſtitut. Caput. 3 & 199. par. 3. dum firmant *Statutum* habere locum in quatuor contractibus nominatis, ſunt adeò clarę, vt interpretatione minimè egeant ad *l. ille, aut ille, §. cum in verbis. ff. de legat. praſtan maximè cũ Put* addiderit dictionẽ illã taxatiuam [tantum,] quæ exclu-
31 dit omnes alios præter expreſſos, *l. 3. §. ſũ Titio, ff. de admin. leg. Card. Mantic. deciſ.* 109 *nu.* 11.

Nunc deueniendo ad deciſiones emanatas ſuper *Statuto* nouo.

Prima fuit coram Gypſio 26. Octobris 1588.
32 ſuper mandato procuræ ad adeũdam hæreditatẽ in qua dum fuit dictum illud ſubiacere *Statuto*
33 habente locum, quando quis lędi poteſt ex deciſ. 162. Put. lib. 1. deciſ. declarat ſe his verbis:

[quo fit, vt censeatur successioni ab intestato re-
34 nunciare iuxta *doctrinam Bart in l. ex testamento, in fine princ. de excep. rei iudic.* & faciunt tradita per *Rom. cons.* 125. & *Paris. cons.* 77. *vol.* 4. *cum alijs adductis per D. Iulium Petruccium*, quam renunciationem clarum est, non potuisse fieri sine solemnitatibus statutarijs [Et hæc est 1. decis. declarans statutũ habere locũ, non in omni alio actu, in quo minor potest lædi; sed solũ quãdo cõtinetur vnus ex illis quatuor, put est renũciatio.

Secunda coram Comitulo 9. Decembris 1588. apud Pic. dec. 44. & Marches. to. 1. fol. 455. in qua
35 fuit resolutum retrouenditionem factam à muliere subiacere statuto 154. ratione læsionis, vel statuto 151. non quia illud habeat locum in omni contractu; sed quia mulier remiserat ius suum his verbis: quare visum fuit Dominis locum esse statuto Vrbis 154. seù 151, quod Rota interpretatur habere locum, quoties mulier, vel minor directè, vel indirectè remittit ius suum, & si talis
36 resutatio veniat in consequentiam alterius contractus extra illos quatuor ibi expressos,] & allegat Crescent. Cott. & Put.

Et ex hac dec. habemus Rotam tunc iuxtà distinctionem factam à nouo statuto distinxisse, quod in aliis contractibus si adsit læsio in precio, hoc est si constiterit de læsione, tunc esse locum dispositioni statuti c. 154. si verò in illis per indirectum remittatur, vel refutetur ius, esse locum dispositioni cap. 151.

Coram Illustriss. D. Cardin. Millino 26. Martii 1623. apud Pic. dec. 25. nu. 8. his verbis; sed placuit Dominis caput nullitatis mandati defectu so
37 lẽnitatis statuti, quod locũ habet, vbicũq directè remittitur aliquod ius, & allegat Crescẽ. & Cott.

Coram eod. 20. Octob. 1593. apud Zacc. de socier. decis. 36. fideiussionem mulieris nullam etiã si recognouerit bonam fidem, ea ratione his verbis adiecta [Quia vigore statuti non possit obligari, nec etiam de iure communi fideiubere fuit simularum, quod recognosceret bonam fidem, & reciperet pecunias, vt teneret eius obligatio]
39 *Rom. cons.* 394. *nu.* 4. & in hac recognitione consistit simulatio, quia verè ipsa pecunias non recipiebat, cum eodem instanti deberent peruenire ad manus Iulii Cæsaris *l. qui sic soluit. ff. de solu.*] Et pro hac decis. sunt optimi *tex. in l. quamuis* 9. *ff. ad S. C. Vellei. in. vbi Vulp* [si cum essem tecũ contracturus mulier interuenerit, vt cum ipsa potius cõtraham videtur interuenisse [*in l. quidem, vbi Paulus I.* C. Quidam voluit hæredibus Lucii, Titii mutuam pecuniam dare, & cum eis contrahere; sed quoniam facultates eorum suspectas habebat, magis voluit vxori testatoris dare pecuniã & ab ea pignus accipere, mulier eandem pecuniã dedit hæredibus, & ab eis pignus accepit. Quæro an intercessisse videatur, & an pignora, quę ipsa accepit, teneãtur creditori? Paulus respondit, si creditor cum contrahere vellet cum hæredibus Lucii Titii cuitatis iis magis mulierem eam elegit & in ipsius persona S. C. quod de intercessionibus fœminarum factum est locum esse, & pignora ab ea data non teneri [*in l. sed Iulianus, 9. idem ait. ff. ad S. C. Macedon. vbi Iul.* [si duos reos accepero filiumfam. & Titium, cum ad filiũfam. peruentura esset pecunia; ideò autem reum Titium acceperim, ne quasi fideiussor S. C. vtere-

tur vtilem esse exceptionem aduersus fraudem dandam [*in l. cum ad eas C. ad S. C. Velleian. vbi Imperatores Diocletian. & Maxim.*] cum ad eas etiam obligationes, quæ ex mulieris persona calliditate creditorum sumpserunt primordium, decretum patrum, quod de intercessione fœminarũ factum est edicto perpetuo declaretur; si tamen creditor, qui contrahere cum alio proposuerat, & mulieris personã eligit exceptione contrà petitores, secundũ, ea quæ assueueras, defendi potest.]

Coram Cardinale Mantica 26. Iunii 1595. de-
40 cis. 344. muliere eligente bona pro sua dote, in qua electione negari non potest potuisse cadere læsionem, nihilominùs Rota respondit non intrare statutum, num. 7. his verbis [Neque etiã obstat, quod electio sit nulla, cum solemnitas requisita à statuto Vrbis lib. 1. cap. 151. non fuerit obseruata: Quia cum per electionem ipsæ mulieres id, quod sibi debetur, sint consequutæ: & ideò non potest dici facta alienatio, seù resutatio, & multò minus pactum de non petendo, vel quietantia, seù donatio, de quibus statutum loquitur] Hæc decisio, cum sit per se clara, non indiget interpretatione, vt suprà in decis. Put. & Caput. eadem ratione legitur.

Coram Cardinale Seraph. 13. Mãii 1596. decis. 1187. fuit habitum pro indubitato fideiussionem
41 mulieris subiacere statuto, rationem assignat in seq. decis.

Coram eodem 10. Nouemb. 1597. in qua dum
42 dubitabatur, an fideiussio comprehenderetur sub Constitutione Marchiæ, ex quo dum de illa non fuit facta mentio, non posset dici comprehensa ex ratioue deducta per *Caput. in suprascita decis. 3. lib. 3.* fuit responsum his verbis [Quæ fideiussio non potest censeri contractus lucratiuus, sed est eiusdem, & fortè damnosioris conditionis, quãm cæteri in Constitutione enumerati, & ideò cessant ea, quæ in contrarium allegantur ex dec. 3. Ca, ut. lib. 3.]

Coram Penia 16. Februarii 1602 par. 4. diuer.
43 decis. 348. fuit dictum statutum, habere locum in retrodonatione.

Coram eodem 4. Februarii 1602. apud Pic. decis. 1. num. 15. in qua optimè fuit declaratus hic articulus his verbis [in hoc tamen casu attendendum statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. prohibens mulierem donare; ideoque etiam esse prohibitam
44 fideiussionem pro marito, ne fiat in fraudem donationis à iure prohibitæ *glos. in d. Auth. si quis mulier, in verb. Nullatenus, vers. est ergo*, C. *ad Velleian. Socin. cons.* 23. *nu.* 26. *in fin. lib.* 4. *Tiraq. de ll. connub. glos.* 5. *num* 107. *vers. ideoque Surd. d. decis.* 164. *n.* 11. *vers. & ratio decis. est.* Ne
45 fiat igitur fraus, & inducatur per indirectum donatio per statutum prohibita, affirmatum fuit fideiussionem quoque sub statuto comprehendi, sicut per eandem rationem sensit Rota de confes-
46 sione mulieris, *Put. decis.* 7. & 55. *lib.* 3. Idem que
47 affirmatur in quolibet alio cõtractu, in quo fraus donationi interuenire posset. *Crescent. decis. de consilit. & infra allegat. d. decis. Card. Millin.* 36. *apud Zacch.* Quæ decis. sola attendenda esset, vbi deficerent aliæ similes, cum dicere non possimus prędictas rationes per transennã, & non ex mente Dominorũ fuisse deductas, prout aliquãdo euenisse constat ex decis. coram Comitulo, decis. 44.

in-

inſin. fuit enim articulus duabus propoſitionibus maturè diſcuſſus, vel igitur in princ. deciſ. ibi [ſola Conſtantia informante cauſa propoſita viſa fuerat exemplaris, ideoque dilata vt maturiùs articulus propoſitus diſcuteretur, iterum propoſita cauſa vtraq; parte informante Rota &c.]

48 Coram Attrebaten. 22. Maii 1602. apud Pic. deciſ. 6. fuit reſolutum fideiuſſionem mulieris ſine ſolemnitatibus ſtatuti Vrbis cap. 151. (& vt ibi dicitur) [Quod licet in quatuor ſolũ caſibus loquatur habet tamen etiam locum in aliis] & dum ad id allegat *dec. Put. Creſcent. Clem. 8. Comituli. Seraphin. Penia, Gypſi, & Cardinalis Millini*, intelligenda eſt concluſio ſecundum illas deciſ. quando læſio adeſt ex eo, quod in aliis comprehẽditur vnus ex quatuor, put in fideiuſsione.

Coram Litta in Romana hęreditatis 29. Nouembris 1602. fuit reſolutum tranſactionem factam à muliere eſſe nullam ob non ſeruatas ſolemnitates ſtatuti ex *deciſ. Put. 162. & ex illa deciſ. Card. Blanchetti*.

Coram Gregorio XV. 26. Martii 1604. deciſ. 164. in qua expreſsè fuit dictum ſtatutũ non habe
50 re locũ in emptione. Quia vt ibi legitur] Ex forma ſtatuti Vrbis lib. 1 c 151. quod vltrà contractus in eo expreſſos habet locũ in quolibet alio in quo minor etiãindirectè lædi poteſt, [& *alleg. dec. Put. Creſcen. Clem. 8. Comitali & Attrebaten.* ſed cum vt ſupra viſum fuit, loquantur prædictæ deciſ. quando in contractu emptionis contineretur vnus ex quatuor, tunc enim dicitur indirectè læſus minor, hęc deciſio ſubſtineri poteſt, vbi vnus
51 ex illis concurrit, & licet, num. 5. dicatur [in emptione autem poteſt interuenire læſio reſpectu pretii, & eius exceſſus, *l. 2. C. de reſcind. vendit.*] Tamen id non videtur fuiſſe dictum ex mente Dominorum, cum deciſ. pro fundamento reſolutionis allegatæ contrarium firment, & illa deciſio principaliter non fundat ſe in hac nullitate, ſed in ea, quod pupillus contraxit ſine authoritate tutoris, & poſtea fuerunt addita verba [Augetur nullitas iſtius contractus, quia non acceſsit conſenſus proximiorum] vnde intrat illa reſponſio deciſ. Comituli 44. in fin. illa verba [in emptione, &c. tanquam per tranſennam, & non ex mente Dominorum appoſita non eſſe attendenda.

Coram *eod.* 24. *Maij* 1606. *deciſ.* 260. *ſub n. 3.*
52 ponitur eadem concluſio ex dictis deciſionibus, & caſus deciſionis eſt ſuper tranſactione, quæ iuris remiſsionem includit, vt ibi expreſsè dicitur.

Coram *Attrebaten.* 9. *Februarij* 1607. *apud Zaceh. de ſecut. deciſ.* 14. leguntur hæc verba [Nã ad hanc ſcripturam ſolidationis multæ fuerunt datæ reſponſiones, & prima cum acceptatio Ca
53 millæ importet confeſsionem ſolutionis in reliquorum, & per conſequens liberationem, *l. ſi ex pluribus, vbi gloſ. in verbo Reliquum. Imol. nu. 2. in fin. ff. de ſolut. Salyc. in l. ſi quidem, in fin. C. de tranſact. Ioſ. conſ.* 100. *num.* 3. *lib.* 4. Ideircò eſt nulla propter ſtatutum Vrbis cap. 151. lib. 1. prohibens fieri refutationes, & quietationes, & donationes, ſub quibus prohibentur etiam confeſ-
54 ſiones, per quas ſtatuto frans fieri poſsit. *Put. deciſ. 7. & 55. lib.* 3. *Creſcent. deciſ.* 2, *de confeſſ.* & in-
55 frà (quia confeſſio tendit ad liberationem, & habet vim pacti de non petendo. *Feder. de Sen. conſ.* 128. *num.* 3. *Socin. iun. poſt Calcan. quem allegat. conſ.* 57. *num.* 10. *lib.* 2. quo caſu requiruntur ſolemnitates ſtatuti.) Ecce clara deciſio emanata poſt illam Greg. Statutum nouum intelligi, prout intellexit Rota ſtatutum antiquum.

Coram *Gregor.* 27. *Iunij* 1607. *deci.* 331. poſt-
56 quam enim deciſ. poſuit concluſionem, ſtatutum habere locum in omnibus contractibus, in quibus minor, vel mulier lædi poteſt *ex dec. Creſcen. Put. Clem. & Attrebaten.* addidit hęc verba [fideiuſsio autem non ſolùm eſt contractus de ſui natura læſiuus] quibus declarauit præcedentem concluſionem intelligi, vbi minor læditur per vnũ ex illis quatuor contractibus, prout in fideiuſsione adeſſe donationem declarauit Rota in illa coram *Penia deciſ.* 1. *apud Pic.*

Coram *Card. Sacrato* 3. *Decemb.* 1607. *apud*
57 *Pic. deciſ.* 41. in qua fuit dictum permutationem eſſe nullam his verbis] Placebat etiam maiori parti Dominorum & cæteri non contradicebantur motiuum ex ſtatuto Vrbis cap 113. & 151. lib. 1. ex qua deciſione abſolutè firmatur in permutatione obſtare ſtatutum cap. 151. ſed vnà cum cap. 113. in quo prohibetur alienatio rerum minorum ſine certis ſolemnitatibus; ſed in muliere maiore non legitur aliqua deciſio, quæ admittat concurſum dictorum ſtatutorum.

Coram *Caraffa Marquemontio* 17. *Martij*
58 1608. *deciſ.* 153. *num.* 13. vbi fuit firmatum ſtatutum in cap. 113. ſuper alienatione rerum minorum ſuppleri per iſtud 151. ex dicta deciſione coram *Sacrato*, & deindè addita hæc verba [& poteſt habere magnam rationem, cum ſæpiùs fuerit reſolutum illud ſtatutum habere locum in omnibus contractibus, in quibus minor lædi poteſt.] & allegat dictam deciſ. Attrebaten. & Greg. XV. in Rom. Argentorum, quæ vt ſupra fuit oſtenſum loquuntur in fideiuſsione: vnde non poteſt dici contrarium ſenſiſſe; ſed eſt intelligendum iuxta prædictas deciſiones.

Coram *Reuerendiſſ. Corſino Decano* 1. *Decem.*
1608. *deciſ.* 433. in qua firmata regula, quod ſtatu-
59 tum non habet locum in dote, nec in augumento dotis, *ex Gabr. conſ.* 10. *n.* 6. *lib.* 1. fuit in dicta deciſ. limitata his verbis, [Tamen placebat etiam quod hæc non habeant locum, quando augumen
60 tum dotis præſumitur factum ad defraudandum ſtatutum, vt benè conſiderat in terminis ſtatuti Vrbis Gabr. dicto loco, & propterea cum in caſu iſto mulier, quæ poſt contractum matrimonium fecit augumentum dotis, non teneretur dotare, & prohibeatur donare; ideò dictum augumentum præſumitur factum ad fraudandũ ſtatutum. [Quæ deciſio eſt conformis *dec. Creſc. Attrebaten. Penia. & alijs*, quæ hunc articulum exactè tractarunt.

Coram *Gregorio* 20. *Maij* 1610. *deciſ.* 473.
61 Fuit firmatum, ſtatutum habere locum in diuiſione, quia eſt ſpecies tranſactionis, *l. tres fratres, vbi Bart. Alex. & Ioſ. ff. de tranſact. Decian. conſ.* 39. *num.* 104. *lib.* 1. & dum additur habere locum in permutatione, allegat dec. Card. Sacrati, quæ vt dictũ eſt procedit in minore tm rationẽ c. 113.

Coram *eod. in cad.* 4. *Februarij* 1611. *deciſ.* 496
fuit confirmata deciſ. & licet nu. 7. *& ſeq.* dicatur,
62 quod ex eò, quod in diuiſione cadit læſio (& propterea intrat ſtatutũ, quod habet locũ in omni cõtractu, in quo minor lædi poteſt. *Put. deciſ.* 162.

lib. 3.) Tamen debet intelligi de læsione actuali non in potentia iuxta d.decis.473.

Coram *Reuerendiss. Pamphil.* 26. *Nouembris* 1611. *apud.Pic.decis.*8.*num.*4. postquam fuit di-
63 ctum,statutum habere locum in omni contractu, in quo minores,& mulieres lædi possunt, ex Put. & Rom. Argentorũ declarat se his verbis[Et per consequens debet etiam habere locum in fideiussione, quæ ex sui natura continet læsionem, vt fuit sæpissimè deductũ in d.Romana Argentorũ.[

Coram R.P.D. *Pirouano* 17.*Februarij* 1612. *in recent.decis.* 385.*par.*1.in qua fuit dictum cen-
64 sum impositum à muliere sine solemnitatibus statuti cap.151. Fuisse nullum, quia vt ibi dicitur [Statutum, nedùm in quatuor casibus expressis; sed etiam in omnibus aliis, in quibus adest ratio læsionis,procedere sæpé fuit resolutum.] & ad id allegat decis. Caputaq. Put. & Illustrissimi D. Cardin. Millini,in quibus iam fuit osten sum loqui,quando læsio adest ex eo,quod sub no mine alteriùs contractus celebratur donatio, vel alius ex illis quatuor, qui verisimiliter concurrebat in casu dictæ decis.cum ibi non exprimatur alia ratio læsionis, & ne dicamus fuisse contrarium decisum, quam quod dicunt dictæ decis. super quibus se fundat decis.R.P.D.Pirouano.

Coram *Reuerendissimo Domino Coccino in* Romana *Saluiani* 9.*Decembris* 1613. in qua fuit
65 resolutum electionem factam à muliere de bonis pro dote non cõprehendi sub hoc statuto eisdem verbis vtitur, quibus fuit decisus similis casus in supradicta decis.Cardinalis Manticæ,hæc enim sunt verba[quia cum per electionem ipsa Laura fuit consecuta id,vel partem,quod sibi debebatur non potest variare,nec propterea fit,quod fuerit sequuta alienatio,seù refutatio, & multo minus pactum de non petendo, quietantia, seù donatio de quibus statutũ loquitur, vt fuit dictum in causa *Romana*, siuè Ciuitatis Castelli Census 26.Iunii 1595.coram Mantica] & quod maximè obseruandum in dicta causa; mulier voluit docere de læsione per æstimationem factam,& Rota dicit illam non suffragari, quia æstimatio longè postea facta, & agebatur de re, quæ vsu consumebatur, in qua de præsenti non inferebatur ad præteritum,vndè tantum abest, quod Rota tenuerit statutum habere locum in omni actu, in quo læsio cadere potest,vt nisi de læsione concludenter constet non succurratur minori,aut mulieri, agebatur enim de rebus mobilibus per mulierem electis,in quibus facilimè illa potuisset in precio decipi.

Coram *Seleucien* 9.*Maij* 1614.*in recent.decis.* 392.*par.* 1. in qua legitur [fuit enim lata super
76 rescissione contractus, concordiæ initæ à DD. Sfortia, & Galeatio in minori ætate constitutis, non seruatis solemnitatibus *Statuti* Vrbis cap. 113.& 151.lib.1.de cõtract.minor.Quæ quidem nullitas locum habet in quocunque contractu læsiuo, etiã per indirectum. [Ex Put.& Crescen. hæc enim decis.firmat opinionem Assettamenti, Quia in concordia,prout fuit dictum in trasactione,ineſt refutatio,& sic per indirectum minores lædebantur. Vltrà quod decis. loquitur in concursu statuti 113.

Coram *Reuerendiss.Pamphil.*15.*Decemb.*1614. *in recent.decis.*619.*Jub n.*5.*p.*2.dicit statutum habere locum in aliis contractibus,ex Put. & Crescent.vt comprehenderetur etiam fideiussio.

Corã *Andrea* 22.*Maij* 1615.*in recen.decis.*678 *par.*1.in qua fuit resolutum impositionem census per matrem,& tutricem pupillorum esse nullam, tàm ex parte minorum,quam matris minorũ his verbis [respectu enim pupillorum non interuenerunt solẽnitates statuti,dicitur ibi sic fuisse resolutum in Romana Donationis de Cuppis 24. Maii 1600.coram Card.Pamphilio.Respectu matris,nu.4.his verbis. [Quia cum obligato quoad minores, esset inualida, obligato Annæ de proprio remansit absq;causa,quia tãquã Tutrix ipsa nõ tenebatur se obligare,de proprio pro soluẽdis debitis Testatoris.Nec cõstat,quod ipsa habuerit releuatorem,& sic tantò magis apparet,quod mulier remansit decepta contrà statutum Vrbis cap. 151.lib.1.] Ex distinctione facta in hac decisione tollitur omnis scrupulus difficultatis,cum in alienatione fuerit dictum intrare statutum cap. 113. in obligatione verò ad fauorem alterius intrare statutum in cap.151.

Coram *Buratto* 12.*Junij* 1615.*in recent. decis.* 723.*nu.*13.*p.*2. Fuit firmatum,statutum habere locum in remissione iuris de futuro, quę remissio comprehenditur sub refutatione, *vt per Gabriel. cons.*6.*vol.* 2.

Post annum 1615.cõram eod.fuit discussus art. in Romana Cẽsus Vitalitii,& licèt non fuerit resolutus,tamen ex hoc satis constat Rot.tenuisse hanc opinionem, ex quo actores non potuerunt obtinere declarari nullum contractum, licèt allegassent d.decis.Gregor.164.& alias.

Corã *Reuerendiss.Decano.*13.*Ianua.*1615. Fuit
70 resolutum obligationem mulieris de restituendo ad omne mandatum Dñi bona mobilia mariti penes ipsam ad instantiam creditorum depositata fuisse nullã sine solẽnitatibus, & addita hæc verba. [Neq; obstat,quod statutũ loquatur in quatuor tãtum casibus,quia nihilominus habet locũ quotiescunq;mulier lædi potest *Put.decis.*158.*n.* 2.*lib.*1.*in nouiss.Crescen.decis.*3.*de Cõstit.Rot. diuers.decis.*329.*nu.*4.*in fi.p.*1.& fuit sæpissimè resolutum.In hoc autem casu, cum mulier se obligasset de restituẽdo hæc mobilia,poterat lædi,vel ad sui præiudicium,ex quo iuri suo renunciabat, vel ex alio capite concernẽte restitutionem[hæc decisio allegata contra opinionem Assettamenti tantùm abest,quod sit contra, quod imò optimè illam cõfirmat. Dũ exemplificando,in quo possit dici læsa mulier,dicit,quia, vel renũciat iuri suo, vel cogeretur restituere bona,& sic resultaret donatio, & per indirectum fieret fraus statuto.

Coram R.P.D. *Durano in Romana Nullitatis obligationis* 16.*Ianuarij* 1626. quæ loquitur
71 in terminis casus nostri,dum dicitur statutum habere locum in omni contractu, in quo minor lædi potest,& allegat prędictas dec.Put.& Cresc. intelligenda est iuxtà illas, prout verè intellexit, cum statim dicat minorem fideiussisse, & consequenter cum fideiussio comprehendatur sub statuto, vti de sui natura læsiuam fuisse nullam obligationem.

Et ex his omnibus decisionibus, quæ pervenerunt ad manus Dominorũ de Assettamento,emanatis tam super antiquo, quam nouo statuto visum fuit clarissimè cõstare opinionẽ Assettamẽt

fuisse

fuisse omni tempore conformem opinioni Rotæ.

Sed vltrà Rotæ authoritatem concurrit etiam authoritas DD. non vulgarium nempè, *Gabriel. conf. 6. num. 4. & conf. 20. num. 56. lib. 2.* Quia ità tenet, tàm mente Rotæ, quàm ex verbis statuti *Bero. conf. 176. per tot. lib. 1.* pro hac opinione consuluit, quem approbauit Rota coram *Clem. 8. & Card. Seraph.* in decisionibus supra allegatis. *Bero. sequitur Card. Tusch. in littera. S. concl. 599 n. 15.* Licèt Rota nõ approbauerit Bero.

72 in eo, quod dicit statutum habere locum solum in donationibus, refutationibus, quæ per se fiũt, & principaliter, non autem quando fiunt in consequentiam alteriùs contractus. Nam in hoc contrarium sensit Rota, ne hac via fiat fraus statuto.

Et pro eodem Statut. Corn. & Paris. qui in simili statuto consuluerunt, & fuerùnt approbati à Rota coram Card. Seraphin. in suprà allegata *decis. Corn. cons. 121. vol. 3. Paris. cons. 53. num. 63. vol. 3.* Nec contrarium tenuit *Gratian. discep. for. cap. 961. tom. 5.* Nam postquam firmauit statutum habere locum in contractibus, in quibus

73 indirectè potest cadere læsio, ex decis. suprà allegatis addit hęc verba. [Dicitur autem læsa Catharina, tanquam fuerit pro marito, cum contractus rescissionis sit de sui natura lęsivus,] in cap. 969 sub nu. 31. hæc leguntur verba. [Prout est in casu nostro in quo priùs fuerunt acceptata alimenta, vndè illis non poterat renunciari per acceptationem legati minùs vtilis, & multum læsiui, adeò vt stante huiusmodi læsione, magis procedat statutum etiam in renunciatione iurisquærendi.] Nec etiã contrarium tenuit cap. 26. nu. 12. & 27. nu. 14. quia ibi non loquitur super hoc statuto. Et ex his, &c.

IN EADEM.

IN hac secunda Inspectione Domini firmarunt opinionem Assertamenti, ex euidentissimis rationibus, & quidem antiquissimis temporibus allatis per DD. & Rotam, quas quilibet potuit legere in consil. & decis.

Harum prima allata suprà 100. annos in similibus statutis à *Corn. cons. 121. nu. 6. vers. est ergò aduerten. & nu. 7. & seq. lib. 3. Paris cons. 53. nu. 63. vers.* vndè cum in casu præsenti lib. 3. & suprà 30. annos in puncto antiqui, *Bero. cons. 176. num. 46. lib. 1.* quem approbauit Rota coram *Clem. 8. in illa decis. 529. par. 1. diuer.* & omnes prædictos approbauit Rota coram *Card. Seraph. in illa decis. 1242. in fin.* eandem rationem suprà 80. annos attulit Rota apud *Put. in illa decis. 100. lib. 1. & 7. de Constit. Caput. decis. 3. et decis. 199. par. 3. & super statuto nouo coram Card. Mãtic. decis. 344. & coram Reuerendissimo Coccino Decano. in illa Romana Saluiani 9. Decembris 1613.* Quæ ratio desumpta est ex statuti verbis, quæ attendenda sunt, nempè, quod dum statutum loquitur in quatuor contractibus, non habet locũ in aliis, & hæc ratio fulcitur duabus iuris regulis. Prima quia dũ statutum includit illos quatuor, excluſit alios, *l. cum Prator ff. de Iudic. late Surd. cons. 135. n. 43. cons. 308. nu. 8. Dec. cons. 74. n. 32. Corn. cons. 121.*

75 *nu. 9. lib. 3.* Secunda, quod vbi verba statuti non conueniunt, non conuenit dispositio *l. 4. §. sæpe, ff. de damn. infect. Becc. cons. 1. num. 25. cum aliis per Surd. cons. 152. num. 38. & cons. 179. num. 3. lib. 2. Put. in illa decis. 158. alias 162.* ibi, [& cui non conueniunt verba] *lib. 1. Rota in Bononien. Administrationis 10. Iunij 1611. coram Cardin. Sacrato, apud. Farin. post. cons. lib. 2. decis. 417. sub num 2.* vbi maximè procedere dicitur quando statutum exorbitat à Iure communi. Cum igitur hæc ratio, & iuris regulis nitatur, & approbata fuerit in terminis à DD. & à Rota non, est cur de illa aliquis dubitare possit, aut debeat.

76 Secunda quod cum hoc statutum exorbitet à Iure communi, quo licitum est omnibus donare, *l. velles, C. de reuoc. donat. & ibi DD. latè Tiraq. de ll. connub. glos. 8. nu. 5.* enumerando certas

77 species contractus, non extenditur ad alios maximè diuersæ speciei, in quibus concurrat etiam diuersa ratio, *Corn. dicto cons. 121 num. 5. in fin. & num. 6. Bero. d. cons. 176. num. 48. & 49. Paris. d. cons. 53. sub num. 63.* maximè, cum statu-

78 tum annullet illos contractus, quæ annullatio pœna est *Bero. dicto cons. 176. num. 55. Corn. cons. 121 num. 8. vers. sed in casu nostro, lib. 3.* Diuersa autem ratio est in illis quatuor, quæ sunt omninò damnosi, cum mulier, & minor nihil recipiant *Put. decis. 55. sub num. 7 ibi*, [cum illa sit apertè damnosa, cum donare sit perdere] *Rota in Romana Hæreditatis 14. Martij 1603. coram Litta, ibi*, cum donans nihil acquirat, sed dicatur perdere, & *coram Reuerendiss. Pamphilio in recent. decis. 619 num. 5. par. 2.*

Tertia ratio deducta à *Bero. d. cons. 176. nu. 35. vers.* quod suadetur etiam ex eo. Quod statuentes, quando voluerunt comprehendere omnes contractus, expressérunt, prout in secunda parte statuti antiqui 19. ibi, [& in omnibus contractibus, & negociis. Non enim satis fuit statuentibus dicere in contractibus, etiam cum illa dictione vniuersali, omnibus, sed addita alia, & negociis, vt comprehenderentur omnes. & quicunque actus, in quibus læderentur minores, & mulieres, etiam ũ non essent ex illis quatuor.

Quę ratio eo magis vrget in casu, quia in illo antiquo in cap. 23. in nigro non legebatur contractus donationis, nec etiã illa verba, & in omnibus cõtractibus in c. verò 19. in reformatione fuit additus contractus donationis, & vlteriùs secũda pars superlæsione, si enim statuẽtes voluissent cõprehendere in prima pàrte omnes contractus nõ fuisset opus enumerare illos quatuor, sed declarando dixissent in omnibus contractibus, & negociis, in quibus minor, vel mulier lædi potest

81 seruentur solemnitates præcedentis statuti alias enim vel frustratoria fuissent vltima verba secundæ partis, vel enumeratio quatuor contractuum contrà text. *in cap. si Papa, de priuileg. in 6. lib. 3. §. cum ff. de iureiur. l. 1. in fin ff. ad Municip. Surd. cons. 80. num. 15.*

Multò autem magis, magisque vrget dicta ratio in statuto nouo; nam, cum vt vidimus, emanauerint tot decisiones super intellectu statuti antiqui, omnes firmantes illud in prima parte habere locum in his tantum quatuor, non autem in aliis, nisi sub illorum nomine comprehenderetur vnus ex quatuor; in secunda verò parte habere locũ, qñ cõstat de lęsione quæ potest adesse statuẽtes noluerũt ãpliare primã partẽ ad alios, sed fuit additũ, quod non aderat in antiquo statuto c. 19.

82 Quod exprimeretur causa, & redigeretur in scriptis ea ratione, vt dicit, Rota coram *Andrea decis.628.nu.4.p.2.* his verbis. [Quod ad euitandum, vt mulieres non decipiantur, voluit, vt causa in scriptis redigatur, & insinuetur, ac plenè per Iudicem cognoscatur.]

Præterea in statuto antiquo proximiores consanguineos adhiberi mandatur, sed cum orta fuerit difficultas, qui venirent sub consanguineorum appellatione, an scilicet agnati, & cognati, vt apud Crescent. decis.4 de Constitut. in statuto nouo ad tollen. hanc difficultatem statuentes mã
83 darunt adhiberi coniunctos, quorum appellatione non dubitatur venire, tàm agnatos, quam cognatos, nempè tam mulieri, vel minori attinentes ex parte patris, quàm ex parte matris, & qui ab intestato succedunt, vt per plura iura firmat *Pic. glos.* 13. *num.* 3. Sicut igitur statuentes in nouo statuto, vsi sunt verbo coniunctorum ad tollendam illam dubitationem, ità, vsi essent verbis generalibus, nempè, vt in omnibus contractibus adhiberentur solemnitates si voluissent in omnibus statutum habere locum, & nõ se restrinxissent ad eosdè quatuor contractus, prout in antiquo Statuto, quod Rota in tot decis. declarauit non habere locum in aliis. Demùm, cum in statuto antiquo diceretur, quod minores, & mulieres possint, & verbum illud [possint sit facultatiuum; cum, & possent dubitari, an solemnitates essent necessariò pro validitate. In nouo statuto loco illius verbi fuit positum
83 verbum debeant, quod importat necessitatem, *l. si Prator, §. Marcellus, & §. fin. de iudic. cum alijs per* Rebuff. *ad l.37. ff. de verbor. significat.* Ità etiam ad tollendam difficultatem, de qua agitur loco illorum quatuor casuum, statuentes dixissent in omnibus contractibus, si voluissent omnes comprehendere.

Quo verò ad secundam partem statuentes illã substituerunt ab eodem statuto, & licèt ex hac sola ademptione resultaret clara mens statuẽtium, quod in nouo statuto non comprehenduntur alii contractus, tamen & clarior redditur ex eò, quod de illa secunda parte fuit conditum nouum statutum in cap.154. in quo noluerunt statuentes ex capite læsionis annullare contractus, sed tolùm posse rescindi illa forsan ratione, quia satis, superque erat, quod cum alias non posset rescindi con-
84 tractus, nisi læsio adesset vltrà dimidiam, *l. si voluntate. 8. in fin.* ibi, [nisi minùs dimidia iusti pretij, & ex tex. in l.2. ibi minùs autè pretium esse videtur, si nec dimidia veri pretij soluta sit,] *C. de rescin. vendit.* & ibi DD. quod esset locus rescissioni, etiam vbi adesset læsio in tertia parte, & quòd licèt iuramentum confirmet contractum, tamen dispone re præsumi tunc dolo extortum.

Si igitur, vbi voluerunt diuerso modo disponere in nouo statuto, expressè disposuerunt, ergò vbi non disposuerunt diuersimodè, noluerunt disponere, & per consequens necessariò dicendum est, statutum habere locum in illis tantum quatuor casibus, & non in alijs, dum eodem modo fuit dispositum.

Sed quia in alienatione rerum minorum de iure ciuili requiruntur solẽnitates, emanauit aliud statutum c.1.3. in quo annullantur alienationes immobilium, & iurium non seruatis solemnitatibus ibi requisitis, & illis etiam adhibitis, si non adsit euidens vtilitas, quod Statutum differt
85 in hoc à statuto 151. In quo vtilitas non requiritur, cum omnes illi quatuor sint damnosi, & permittantur, vt fuit latè decisum in illa *Romana Saluiani 15. Decembris 1614. coram Reuerendissimo Pamphilio Nuntio apud Regem Hispaniarum decis. 16. num. decimo octauo & 19. apud Pacif.* & in alia *Romana Saluiani 20. Maij 1616. coram Manzanedo decis. 227. nu. 3.* & fuit ahàs in Assettamento firmatum.

Et ex his resultat alia ratio, quoà cum in aliis contractibus, seù negocijs, in quibus aliquid datur, & recipitur, vel promittitur, vbi minor deceptus est in pretio, illi succurrit per d.cap. 154. Sed in illis quatuor, quia in eorum sunt læsiui, si fraude, & dolo circumuenti fuerint ad donationem, &c. cum fraus difficillimè probari possit, ne cessaium fuit, illis prouidere, vt adhibeantur solemnitates, cum in illis non habeat locum dictũ statutum 154 vt fuit dictum *in Romana Saluiani 20. May 1616. coram Manzanedo, apud Pacific. decis. 227.* his verbis [Tandem nõ fuit visum obstare obiectũ de statuto Vrbis cap.154.lib.1.] & infrà [Rspõdebatur enim dictum statutum interpretationem accipere à Iure communi, iuxtà
87 quod læsio in quota certa, prout vltrà tertiam, vel dimidiam non potest verificari nisi in contractibus, in quibus hinc indè aliquid datur, vel promittitur vnum pro alio, *iuxta Bart. cons. 90. num. 2. lib. 1. quem refert, & sequitur Cagnol. in l.2. num. 195. C. de rescind. vendit. Vinc. in eadem l.2. cap. 3. n. 4. Rebuff. in tract. de rescind. contract. art. vnic. glos. 15. nu. 6.* ex quo inferunt DD. in d. l.2. nõ procedere in actu, quo liberalitas exercetur [& licèt etiam fraudibus minores, & mulieres possint induci ad ineundos alios contractus, tamen cum in illis non patiantur damnum in totum, prout in donatione, &c. Et frequentiùs ad donandum circumueniantur, propterea in illis quatuor tantùm voluerunt adhiberi solemnitates. *ad l. nam ad ea, ff. de leg.*

Non obstant rationes in contrarium adductæ, & prima deducta ex illis verbis statuti. [Ac semper cum Iudicis competentis decreto, causa inscriptis illi expressa, & insinuata, ac plenè cognita contrahere debeant,] quæ dicitur stare ampliatiuè ad præcedentia, & quia donatione excepta, quæ etiam impropriè dicitur contractus, *Mozz. de contract tit. de diuis. contract. art. 4. nu. 5. aly sunt distractus Carpan. ad statut. Mediolanen. cap 318. num. 192. & 193.*

Nam huic rationi respõdit, *Bero. d. cons. 176. n. 52.* his verbis] verba illa referuntur ad prædicta, in quibus statutum solum de illis quatuor, de quibus in principio habetur, loquitur, quæ sal-
88 tem largè dicũtur contractus, ex quo in illis duorum simultaneus consensus interuenit, *l. 1. cum ibi not. ff. de pact. Bald. in rubr. eodem tit. glo. magna, in fin. in l. 1. ff. de act. & obligat. Alex. in l. 5. princip. ff. de verb. oblig.* Non autem debent illa verba generaliter de omnibus cõtractibus in-
89 telligi, ea enim vltimo loco posita veniunt continuatiuè, & relatiuè ad præcedentia, vt patet, & ideò tanquam in fine posita solum ad illa restringi, & referri debent *arg. l. fin. & ibi Bart. ff. de reb. dub.* & infrà, & hæc est vera intelligẽtia di-

&

cti ſtatuti in illis verbis, [Ac ſemper contrahe re poſſint, quæ ad prædicta continuatiuè, & conjunctiuè veniunt.]

Præterea prædicta ratio in ſtatuto nouo non merebatur allegari, quia cum rubrica ſit concepta de contractibus non poſſunt non venire, vel difficiliùs venire illi quatuor principaliter ſaltem nominati.

Demùm quia ſi attendenda eſſet illa interpretatio, ſequeretur maximum abſurdum, & omninò contrà mentem ſtatuentium, quæ propterea minimè recipienda.

Nam ſi non adeſſent coniuncti, vbi celebrarentur illi quatuor actus, vtique valerent ſine auctoritate, & iudicis decreto, cum hæc iuxtà interpretationem ex aduerſo datam requirantur in contractibus, ſub quorum nomine dicuntur non venire prædicti quatuor, ſed ſenſus verus eſt quod minores, & mulieres contrahant ſemper cum decreto Iudicis in prædictis quatuor caſibus, ſiuè adſint coniuncti, ſiue non, ſed tunc cũ authoritate Curatoris.

Non obſtat ſecunda ratio deducta ex ipſa rubric. perfectam orationem continẽte, quæ dum
90 loquitur generaliter, non poteſt reſtringi per nigrum ſpeciale [*iux. gloſſ. in l.* 1. *C. de capit. eius. conſ. cxim. lib.* 11. *DD. in l.* 1. *ff. ſi cert. pet. Rota coram Gregor. deciſ.* 5. *num.* 2. & in terminis ſimilis *Conſil. Card. Seraph. dec.* 1242. *num.* 3. *verſ.* hoc quoque videtur confirmari.

Primò, quia illam parum vrgere ſenſit Card. Seraph. ibidem, dum addidit hæc verba, [quod ſi poſſet habere aliquam difficultatem,] & præſer-
91 tim vbi verba nigri prout hic ſint clara, tunc enim non recipiunt declarationem à rubrica, vt poſt *Ruin. & Oſaſc. reſpondit. Surd. conſ.* 81. *n.* 1.

Secundo, quia ſupponit id, quod non ſubſiſtit in facto, nempe, quod rubrica habeat orationem
92 perfectam, prout loquuntur DD. & præſertim *Bolognett. ad rub. ff. ſi cert. pet. n.* 25. & vltrà orationem perfectam requiritur, quod etiam ſit deciſiua, *Alex. conſ.* 6. *nu.* 3. ibi, [Quod rubr. habeat orationem perfectam, & deciſiuam.] *Iaſ. conſil.* 205. *num.* 4. *lib.* 1. Hæc enim rubrica ſtatuti non
93 habet orationem perfectam, cum careat verbo, *Alexand. conſ.* 6. *num.* 1. *& conſ.* 82. *numer.* 20. *verſ. Sed ex hoc lib.* 3. & ſufficiãt verba *Corn.* reſpondentis ad hoc argumentum *dicto conſil.* 121. *nu.* 7. ibi, [Maximè cum illa verba nigri ſint verba diſpoſitiua, & verba rubri ſunt de ſe nihil importantia, niſi per relationem ad verba diſpoſitiua, & ad illa habent neceſſariam relationem, ideò deſit, quod ab illis determinentur, & moderentur.

Tertiò, quia ſi reſoluantur verba rubricæ, illa
94 apparebit non eſſe generalis, ſed particularis, ſecundum enim regulas grammaticales ſic reſoluenda ſunt, de contractibus, qui non valebunt ſine ſolemnitatibus, *gloſſ. in C. Item.* 1. *de præbend. in verbo dignitatibus, Bart. in l. Centurio, ff. de vulg. & pupill. num.* 25. *Iaſ. in dicta l. Centurio, Cornel. conſil.* 189. *numero.* 7. *libro.* 4. *Ruin. conſil.* 160. *num.* 11. *libro* 2. Sed relatiuum illud Qui, non ſolum habet relationem ad diſpoſita in
95 nigro, ſed ad illa rubricam reſtringit, *l. ea tamen addictio,* 44. *ff. de leg.* 3. *ibi Bart. & DD. l. quas precunias,* 30. *ff. de leg.* 1. & habemus in corpore iuris plures rubricas ſimiles, vt illa de reuocand. donat. quę tamen non habet locum in omnibus ſed in illis tantum, quæ continentur in legibus ſub illa rubrica, ità & illa de reſcindenda vendit. & aliæ innumer. & in Statuto Vrbis præcedenti 150. Habemus rubricam de Donat. inſinuandis quę tamen non habet locum in omnibus, ſed in illis tantum, de quibus nigro.

Demùm, quia ex hac ratione ſequeretur, etiam magnum abſurdum, ſi enim rubrica non reſtringeretur à nigro, vtique comprehenderẽtur in illa nedùm minores, ſed etiam maiores, quod quam abſonum ſit nemo eſt, qui non intelligat, ſed ſicut rubrica reſtringitur ad minores, & mulieres, quia in nigro de illis tantum fit mẽtio, ità etiam debebat reſtringi ad illos tantum quatuor, de quibus etiam fit ſpecialis mentio.

Dum verò pro corroboratione rationis ponderantur illa verba [volentes etiam fraudibus obuiare &c. ſtatuimus pacta] quod propter illã dictionem, etiam] dicantur ſtare continuatiuè, ac ampliatiuè ad rubricam. [Certè hæc ponderatio eſt aliena à natura rubricæ, quæ ponitur ſolum ad demonſtrandum, & indicandum materiam, quæ in nigro tractatur.]

Sed vt melius obſeruauit *Pic. in gloſſ.* 1. dictio etiam ſtat augumentatiuè, & ampliatiuè, *iux. tex.*
96 *in l. etiam, C. de teſtibus, Surd. conſ.* 303. *num* 15. *lib.* 3. *& deciſ.* 8. *num.* 12. non quidem ad rubr. ſed ad Statutum præcedens. 149. & 150. in quibus ſtatuentes, dum voluerunt obuiare fraudibus, quę in donationibus fiunt, voluerunt etiam in hoc capitulo 151. obuiare fraudibus, quæ fiunt in contractibus minorum, & mulierum.

Non obſtat tertia ratio, quod Statutum ſit fauorabile, & reſpiciat publicam vtilitatem principaliter, & vt legitur in illo emanauerit ad euitã-
97 das fraudes, quæ ratio generalis comprehendit omnes contractus, quia in omnibus poteſt cadere fraus, vt latè per *Pic gloſ.* 7. *num.* 2. 3 *& ſeq.*

Nam huic rationi reſpondit *Corn. d conſ.* 121. *ſub num.* 9. his verbis. [Illæ enim rationes adeò generales non decet, quod extendant dicta ſpecialia, maximè correctiua iurium, & pœnalia, fũdantur enim tunc iura potiùs in auctoritate, quã in illa ratione nimis generali, nec ratio tunc videtur diſponere de lege] allegat etiam plura
98 exempla, & præſertim, quod inſinuatio in donatione requiritur ad euitandas fraudes, *l. data C. de donat.* & nihilom nùs non habet locum - niſi vbi excedit ſummam iuxtà diſpoſitionem, *l. ſancimus, l. ſi quis pro redemptione, §. fin. C. de don.*
99 & hodiè vigore Statuti 150. in ſumma ducatorũ 200. ibi expreſſa, & multò minùs debet fieri extenſio ad contractus diuerſæ ſpeciei, & diuerſę naturæ, quales ſunt vtrinque obligatorii, & in quibus datur aliquid & recipitur, ſed poſſet procedere argumentum ad alios eiuſdem ſpeciei, & naturæ illorum quatuor, nempẽ quando ſunt omninò, & in totum de ſui natura læſiui.

Sed & prædictam rationem minimè habendã eſſe in conſideratione docent omnes deciſiones Rotę; firmantes habere locum Statutum in illis
100 tantum quatuor, & argumentum à ratione fraudis procedere ſolum in aliis, quãdo in illis vnus ex quatuor continetur, prout optimè Rota vſa ſunt hoc fundamento in illa deciſione *Creſcen.* 3.

de

de donRit.& Put.decis.53 lib.3.& in vna Perusina Nullitatis donationis 18.*Nouembris* 1558. *coram Card.Lancellotto posit conf.Farinac.lib.*2. in qua fuit resolutum Statutum Vrbis cap. 149. lib.1.habere locum, etiam in donatione facta per patrem filijs,ratione præsumptæ fraudis cõsideratæ à statuto, sed ex prędicta ratione nemo est, qui dicat, dictum statutum habere locum, etiam in alijs contractibus in quibus eadem ratio fraudis cadere potest.

Præterea cum statutum hoc veniat continuatiuè ad illud 149. ab illo venit declarandum,sed ibi ratio obuiandi fraudibus non est simpliciter, & generaliter apposita, sed restrictiuè ad donationes his verbis. [Cum Reipub. interfit fraudibus, quæ in donationibus frequenter, facile committuntur, obuiare, statuimus, &c.illud e-
101 nim relatiuum,quæ restringit rationem ad donationes,*l ea tamen adiectio*,44.*ff.de legat.*3. Cum aliis suprà allegatis, ità etiam debet intelligi in hoc statuto ad obuiandum fraudibus, quæ in donationibus minorum committebantur.

Demùm quia aliàs si Statutum haberet locum in omnibus,in quibus mulieres,& minores fraudari,& decipi possunt,frustatorium omnino fuis-
102 set Statutum 154. maximè, cum vt sit locus dispositioni illius Statuti non sufficiat læsio in potentia,sed sit prius concludenter probãda,& per hoc 151. statim quod celebratus est contractus sine solemnitatibus, est etiam nullus.

Dum verò ex prædicta ratione dicitur corruere distinctionem inter contractus de sui natura læsiuos, & ex accidenti, & quod Statutum nullum verbum de læsione, sed tantùm considerat fraudem,& deceptionem,quæ stare potest in multis sine læsione. Hæc conclusio est contrà verba Statuti, & authoritatem Rotæ,& omnium DD.communissimam assertionem in *l.2. C. de rescind.vendit.* vbi firmatur deceptum in pretio esse læsum; & idem esse quem læsum esse, & deceptum in pretio.

Quod autem Statutum considerauerit fraudẽ, & circumuentionem est verùm, sed ratione damni, & læsionis,quæ euẽniebãt minoribus per donationem, quæ enim maior læsio; quam illa quæ resultat ex donatione facta non sponte, & merà liberalitate, & integro iudicio, sed fraude, circumuentione, & deceptione alterius; & propterea,vt fuit ostensum in alia Inspectione, ex *Put.& decis.Reuerendissimi Pamphilij*, quatuor illi contractus sunt merè damnosi, & ratione huius damni, & læsionis, statuentes voluerunt, quod coniuncti iurent non vertere in præiudicium minorum, vel mulierum, ad quid enim præstatio talis iuramenti, si statuentes considerassent solam fraudem sine læsione, & damno? Est etiam contrà Rotæ assertionem, quæ in omnibus decisionibus dixit Statutum habere locũ in omnibus contractibus, in quibus minor lædituir directè, vel indirectè.

Et ex his, &c.

IN EADEM.

IN hoc articulo, an sit valida obligatio mu-
104 lieris, vel minoris recognoscentis bonam fidem,recipiendo pecunias non seruatis solemnitatibus Statuti Rota nedum coram Litta, apud *Pic.decis.*1 respondit pro validitate *num.1. in fin.* ibi [Primo, quia realiter receperat pecunias, & hoc non inficiabatur,] licet in eo casu concurreret etiam versio in vtilitatem mulieris, sed & antea *coram Illustrissimo D. Cardinale Millino de anno* 1593.*apud Lucch.decis.*36.*n.*6. habuit pro indubitato illam valere, quando non fuisset recognitio simulata in fraudẽ Statuti, vt sunt clara verba. [Quia cum vigore *Statuti* nõ posset obligari sine solemnitatibus, & nec etiam de iure communi fideiubere, fuit simulatũ,quod recognosceret bonam fidem, & reciperet pecunias, vt teneret eius obligatio *Rom.consil.*344. *num.*4. & in hac recognitione consistit simulatio, quia verè ipsa pecunias non recipiebat,cum eodem instanti deberent peruenire ad manus Iulij Cæsaris,] & cum idem casus euenisset de anno 1602. *coram Penia,apud Pic.decis.* 1. articulo maturè discusso per duas propositiones num. 17.& 18.fuit confirmata decis. referendo eadem verba.

Vbi igitur recognitio est simulata, prout in
105 casu dictarum decisionum præsertim vxoris, quæ etiam si principaliter se obliget, & maritus fideiuberet pro eo, præsumeretur intercedere ex *Bald.& Salyc.in auth.si qua mulier, C.ad Vel.leian.num.*9, *Honded.conf.*45.*num.*10,*lib.*1. intrat *Statutum*; vt etiam fuit comprobatum ex pluribus iuribus in prima Inspectione adductis, quibus additur,*text.in l. sed Iulianus, ff.ad* S.C. *Macedon.vbi Vulp. ait.* [sed Iulianus admittit si color quæsitus sit, vt filiusfam. qui mutuam pecuniam acceptarus erat,fideiuberet alio reo dato: fraudem S.C. factam nocere, & dandam exceptionem, rãm filiofam. quam reo; quoniam, & fideiussori filij subueniatur.

Sed quando prout hic nulla concurrit simulationis suspicio, tunc valet ex ratione deducta in dictis decisionibus ex consil.194.nu.4. Quod
106 cum mulier, vel minor receperit pecunias non ex causa donationis, legis necessitate tenetur restituere,& per consequens non habet locum *Statutum*, vt per *Rom ibi Put.decis.*133. *nu.*33. *lib.*3.*Card.Seraphin.decis.*1133. *num.* 2. & fuit aliàs latè firmatum in Assertamento.

Quam rationem Domini ex pluribus iuribus firmarunt, & primo *ex text.in l sed si ego, ff. ad S. C. Velleian. vbi Vulp.* ait. [*Sed* si ego cum muliere ab initio contraxerim,cum ignorarem, cui hoc factum vellet,non dubito *S. C.* cessare, & ità Diuus Pius, & Imperator noster rescripserunt, proindè si dum vult Titio donatum, accipit à me mutuam pecuniam, & eam Titio donauit S.C. cessabit] deindè *ex text.in l si mulier* 16.*ff.eodem, vbi Iulianus ait.* [si mulier contrà *S.* C. Velleianum pro me intercessisset Titio, egoque mulieri id soluissem, & ab ea Titius eã pecuniam petere: exceptio huius S. C. non esset profutura mulieri: Neque enim eam periclitari profuit, ne eam pecuniam perdat, cum iam habeat, *in l si mulier*, 15. *ff.eodem, vbi idem Iulianus*. [*Si* mulieri soluero id, quod tibi debebã, & ab ea ratam rem te habiturum stipulatus fuero, & fortè te ratum non habente,agere ex stipulato instituero: exceptio *S* C. quod de intercessionibus fœminarum factum est, non proderit

mulie-

mulieri. Non enim videri poteſt alienam obligationem recuſare: cum maneat debito obligatus, & ipſa de lucro agat, ac potius reddere cogatur, quod non debitum acceperit, quam pro alio ſoluere,] *in l. ſi mulieri, 22. ff. eodem, vbi Paulus ait,* [ſi mulieri dederim pecuniam, vt eã creditori meo ſoluat, vel ex promittat, ſi ea expromiſerit, locum non eſſe S.C. Pomponius ſcribit: quia mandati actione obligata, in rem ſuam videtur obligari,] vbi gloſſ. optimè dixit. [Propter pecuniam, quæ ad eam peruenit] ſicut igitur mulier, quæ fideiubendo iuuatur Velleiano, ſi tamen recipiat non iuuatur, ità & pariter mulier vel minor, qui fideiubendo non obligatur ſtante Statuto prohibente fideiubere iuxta Rotæ deciſiones, ſi tamen recipiat, non debet iuuari Statuto.

Prætereà hoc caſu intrat ratio approbata à Rota. & DD. quod hic contractus non eſt directè vnus ex illis quatuor, nec etiam indirectè, cũ non contineat, neque donationem, nec quietãtiam, nec pactum de non petendo.

Non obſtat deciſ. coram R.P D. Durano, in
107 qua fuit in terminis reſolutum contrarium, nam deciſio tranſit cum eo fundamento, quod verſamur in fideiuſſione de ſui natura lęſiua, quod fũdamentum procedit in vero fideiuſſore, qui pro alio ſe obligat nihil recipiendo, vt conſtat ex omnibus deciſionibus loquentibus in fideiuſſione, quam includere donationem dixit Rota in illa deciſione, coram Penia, apud Pic. deciſ. 1.

Sed hoc caſu minor, licèt inter ipſum, & dantem pecunias non contrahatur Societas, tamen
108 in effectu dicitur, & eſt verè principalis, cum recipiat pecunias *dicta l. ſi Iulianus, ff. ad Macedon. in terminis Gabr. conſ. 63. num. 10. lib. 2.* his verbis. [Quamuis ſtricto iure non poſſit dici principalis, quia in contractu Societatis principalis eſſe nequit, vt dictum fuit, tamen reſpe-
109 ctu promiſsionis ſoluendi fructus, & reſtituendi pecuniam acceptam, cenſeri debet principalis, & cęteri fideiuſſores, quia ad alios nihil peruenit [& fuit reſolutum in Romana ſubhaſtationis bonorum 7. Iulii 1597. *coram Card. Lancellotto, apud Zacch. de Societat. deciſ. 56. num. 3. his verbis,*] neque obſtat, quod Abbas fuerit officialis, & conſequenter principalis debitor, ità vt non poſsit agere contrà Spinolam, quia quicquid ſit reſpectu dantis pecunias, clarum eſt inter ipſos obligatos principalem fuiſſe Spinolam qui habuit pecunias, & recognouit bonam fidem Et allegat in eiſdem terminis alias Rotæ deciſ. idem etiam fuit reſolutum in *Romana de Caſſonis Mercur. 5. Decembris 1612. coram Card. Sacrato, apud eundem Zacch. deciſ. 18. vbi Gabr. dicto conſ. 63. qui num. 13.* ex ſententia Rotæ videbatur contrarium dixiſſe; ità reſpondit. [*Non obſt. Gabr. conſ. 63. num. 21. lib. 2.* dicens poſſ Rotam, quod officialis cenſetur principalis, cæteri fideiuſſores, quia hoc eſt intelligendum reſpectu illius, qui dedit pecunias, & ad certum effectum, nempe, vt liberatio per acceptilationem factam per illum, qui dedit pecunias officiali profit, & alijs ad quos non peruenerunt pecuniæ & ità loquitur Gabr. ſecùs videtur dicendum reſpectu illorum, qui officialem releuare promiſerunt] Imò & Gabr. num. 14. expreſsè tenet hoc idem dum voluit, eo exiſtente non ſoluendo, qui bonam fidem recognouit, fideiuſſorem ſoluentẽ & reportantẽ ceſsionem, non poſſe agere contra officialem, niſi pro dimidia, quaſi ambo fideiuſſerint pro recognitore bonę fidei veritatem, & eo, quod verè actum fuerat, inſpecto.

Additur & alia ratio, quod dum officialis nõ poteſt lucrari pecunias, ſed recognitor bonæ fidei apparet hunc eſſe verum principalem, non autem officialem.

Optimè igitur dicit Rota in Romana Societatis officij, coram Cardinale Blanchetto inter diuerſ. deciſ. 288. & 300. nu. 2. par. 1. eos, qui ſuas pecunias in Societate dederunt magis inſpicere
110 fideiuſſores, quam officia, quæ ſolum ad colorã dum contractum, & euitandum vſurariam prauitatem interponuntur [*Card. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 24. num. 37. ex quibus dicit Rota in dicta deciſ. coram Card. Sacrato*, Officialem non videri habere niſi nudum nomen reſpectu fideiuſſorum.

Ex quibus Domini cenſuerunt ſeruandam, & tenendam opinionem antiquorum noſtrorum optimis, & euidentiſſimis rationibus firmatam, & *Rotę* authoritate munitam, niſi contrarium in poſterum eidem Rotę viſum fuerit, cuius rectiſſimo iudicio ſtare numquam dedignabitur Aſſectamentum, & iure merito, cum in illo ſacro, et primo Tribunali & Vrbis, & Orbis omni tempore reſederint omnium gẽtium Chriſtiani Orbis ſelectiores Iuris Conſulti.

Et ex his, &c.

BALTHASARIS TORINI

V.I.D. ARRETINI

COMITIS EQVITISQVE PALATINI

Olim Capitanei Appellationum, Inclyt. Pop. Romani, & Iudicis Nullitatum.

APOLOGETICON

STATVTI VRBIS,

De Contractibus ſine certa Solemnitate Non valituris, Materiam Attinges.

PRAEFATIONES.

HVMANARVM ea ſemper fuit actionum conditio; vt inuicem ferè contraria, & probare multoties, & Laudare ſapientiſsimos coegerit Viros; ità vt quamuis Zeno Stoicorũ facilè Princeps, *ſapientem ſententiam mutare nunquam* docere ſolitus fuerit; *Bonos & Prudentes ſicubi ipſos errare contigerit indi-*

cata

tate veritati libenter assentiri apud Isocratem legatur, apud Lucianum verò *melius è medio cursu, quam malè currere, esse recurrere*; Et Tullius ipse eloquentissimus; qui, *quod tam deceat quàm in omni re gerenda seruari constantiam, nihil esse* asseruerat, *nunquam Præstantibus in Republica viris perpetuam in una sententia permansionem laudatam fuisse* proclamauerit. Verum cum *sermones nostri* Platonis sententia *ad gratiam minimè, aut ad id quod iucundissimum, sed ad id quod optimum Iustitiam nempè, ac Veritatem, sint componendi*; Ignoscent Clarissimi Domini de Assettamento; si Constantiam seruantes quid aduersus ea, quæ contra sententiam nostram proposuerant; veritati magis, quàm eorum auctoritati eximiæ, quamuis, vt existimauimus, inseruientes liberiùs dixerimus. Hinc collatis studiis Veritati, ac Iustitiæ insigne obsequium redundabit.

Agnoscimus, nec detrectamus, resolutionem nostram in causa Romana nullitatis contractus 29. Nouembris 1627. inter Gasparem Saluianum, & Camillam Agazzariam typis demandatam, & inferiùs registrandam; Cuius fundamenta Domini de Assettamento, alterius assertæ causæ in Romana Societatis Officii 19. Decembris 1628. occasione, validissimis, ac exquisitissimis impugnare rationibus, Domino Baldo Masseo Vrbis quòndam Senatore haud ignoti nominis Iuris Consulto referente, vt in eorũ Voto operi accessuro, conati sunt; quas etiam typis tradere Reipublicæ, vt professi, consulere censentes voluerunt; nostro, vt Nos opinamur, mentem tamen præter beneficio, ac decori potiùs inseruientes. Quis enim labores hos nostros, forensesque lucubrationes qualescunque illæ habeantur, nisi tot insignium Virorum contradictio accessisset, animaduertisset vnquam; vnquam quidem audisset? Quis non me libenter, vel contradictioni succumbentem corona donauerit, qui tot, tantosque aggredi auserim? Cum in adagium cesserit, nec Hercules contrà duos; poterat tamen huiusmodi lucta, inuisaque concertatio omitti; cum & idẽ Dominus Masseus die 12. Augusti 1628. de voto Excellentissimi D. Pauli Ranucci, inter celeberrimos Curiæ Aduocatos insignis, ab eo Consultoris deputati, in tertia instantia nostram sententiam confirmauerit; & nostra resolutio, etiam secundum opposita, si propitijs oculis intueatur, & interpretari, & defendi potuisset: Eisdem namque rationibus, ac mediis quibus sacri Auditorii Decisiones recentiores Antiquis conuenire cõtendunt, eadem nostra resolutio, quæ in Antiquis, ac Recentioribus decisionibus illis radices egit, ab Assettamenti sententia minimè dissona iudicari potuerit; Eoq. magis cum expressè in ea fuerit ponderatum huiusmodi contractũ cessionis; ac renunciationis Iurium, quietationisque ratione, illarumque saltem respectu, in quatuor expressis potuisse comprehendi, *Rota decis. 558 num. 2 par. 2. diuersor.*

Verùm enimuero nostram, imò sacræ Rotæ sententiam, ità etiam in abstracto consideratam, aduersus ea, quæ proponuntur, veriorem esse, & tradidimus, & tradimus, ac nedum in Sac. Apost. Palatio, verũ etiam in ipso Assettamẽto apertissimè approbari, votumq. hoc ipsum sibi ipsi minimè constare, Deo dante, clarissimè demonstrabimus. Quod vt facilius assequi valeamus, Dominorum de Assettamento, quam poterimus cautius, semitas repetere conabimur; ac Dominorum Rotæ sententiam, ex ipsius Rotæ non nostra, cuius est imitari, obsequi, ac venerari interpretatione, ac obseruantia venabimur, fundamenta adducta pro posse tuebimur, contrarijs modestia quam maxima satisfaciemus.

Id autem ad rem accedentes præmittendum duximus Dominos de Assettamento, & perpetuò asseruisse, & asserere in hoc voto professos; *Statutum Vrbis cap. 151. lib. 1.* & hæc sunt verba ipsa, *in illis tantum quatuor contractibus ibi expressis locum habere; In alijs verò eo tantum casu; quo sub quæsito colore aliorum vnus ex dictis quatuor inesset.* Id ipsum, quoad expressos directè, vel aliorum quæsito colore indirectè, & nos in nostro voluisse Voto, & sacram Rotam in sequentibus resolutionibus approbasse; distractus ac donationem lata contractus significatione, quod ne intelligentiam inuoluamus, seruabimus, & inferius, accipientes; nec dubium, nec controuersum; Taxatiuè verò ad quatuor expressos, idest in individuo, ac specificè nominatos, quod in sequentibus intelligimus; cum tamen & cæteros contractus expressos esse minimè negemus directè, vel indirectè Statutũ restringi, nec Iuridicũ, nec Apost. Palatii sententiæ consentaneũ, nostræ verò contrarium affirmamus; Vt pote, qui Statutum præfatum omnes alios contractus, in quibus deceptionis, ac fraudis præsumptæ, in eo expressa ratio vigere potuisset; Sapientissimorum sacri Auditorii Virorum vestigia venerati non solum comprehendere tenuimus; Verùm, & verborum vi idem obtinere tutari conati sumus. Hoc igitur præhabito ad decisiones properemus ex quibus proculdubio prospicient omnes, & si forsan non vno ictu oculi, Nos non contrarias nostræ sententiæ, in quo carpimur, allegasse; eiusque non fuisse sacram Rotam sententiæ, quã Domini de Assettamento maturè discussam, verissimam censuere: Decisiones quamuis præfatas gratis, pro ea adductas, sequi protestentur.

Et primum ad eas, quæ emanarunt super Statuto antiquo lib. 4, cap. 23. sub Alexan. VI. & reformato c. 19. sub Leone X. tenotis huiusmodi.

Ex Libro quarto Antiquorum Statutorum.

Dotalis, & Donationibus non valituris. Cap. XXIII.

AD obuiandum fraudibus, cum Reipublicę interfit, Mulieres ex earum simplicitate, seù puberes, etiã masculos, qui adhuc imperfectę ætatis existunt, non defraudari; statuimus, quod pacta de non petendo, & refutationes, & quietationes à quibuscumq; Mulieribus, siuè sub patria potestate, siuè etiam

sui

ſui iuris exiſtentibus, quæ quibuſcumq. perſonis fieri contingant, irrita ſint, & nulla, & nullius effectus, niſi duobus conſanguineis proximioribus adhibitis, quorum non interſit, vel aliis eorum loco, ſi non extent conſanguinei; vel affines, & expreſsè medio iuramento approbantibus, & ſi ſub patria ſint poteſtate, vocentur, qui ſint ex linea materna, & ſolemni ludicis decreto ſimul interuenientibus. Et ſi puberes maiores 18. annorum ſint ſine Curatoris legitimi auctoritate, & Iudicis ſolemni decreto vt ſupra, & aliter iuramentum præſtitutum præſumatur metu, & dolo extortum, & irritum reddatur.

Ex reformationibus Statutorũ Antiquorũ.

De Pactis, & Donationibus. Cap. XIX.

DEclarando, & addendo nouę Conſtitutioni ſub rubrica prędicta ſic ſtare, & obſeruari debere, videlicet, quod pacta de non petendo refutationes, quietationes, donationes à quibuſcumque Mulieribus; ſeù minoribus 20. annorum maſculis ſub patria poteſtate, ſiue ſui iuris exiſtentibus, nullius ſint roboris, vel momenti, niſi duobus conſanguineis proximioribus adhibitis, quorum non interſit, etiam medio iuramento approbantibus, non eſſe in præiudiciũ earumdem Mulierum, ſeù minorum, & ſi ſub patria poteſtate exiſtant; vocentur ex linea materna, & nihilominus præſentia patris interueniat, & ſi aliqui conſanguinei non exiſterent cum Curatoris legitimi auctoritate, ac ſemper cum Iudicis competentis decreto contrahere poſsint, & aliàs iuramentum præſtitum cenſeatur metu, aut doloſè extortum, & nihil operetur; & in omnibus contractibus, & negotijs, vbi quis maſculus, ſeù fœmina repetiatur læſus, vltra tertiam partem eius, quod agitur, iuramentum cenſeatur doloſè extortum, & nihil operetur.

INSPECTIONES PRIMAE

PARS PRIOR.

DECISIONIS PRIMAE

SVMMARIVM.

1 *Venditio per virum, & vxorem pretio recepto emiſſa, Statuto ſubijcitur.*
2 *Ratio ad euitandas fraudes in Statuto expreſſa eſt, & finalis.*
3 *Remittere eſt refutare, & donare.*
4 *Conſentientes venditioni, & accedens pignus remittunt.*
5 *Narrata, & emiſſa in contractibus ſine ſolemnitatibus initis ſimulatè, & fraudulenter cenſentur adiecta.*
6 *Fraus, & dolus ſolemnibus ceſſantibus, ſi ſubeſſe poſſunt præſumuntur ineſſe, & deceptio.*
7 *Statutum antiquum Reipublicæ fauore expreſsè emanauit.*
8 *Statutum ad fraudes, deceptioneſque tollendas publica vtilitate, reique publicæ fauore inductum dicitur.*
9 *Statutum nouum, Cap. 151. Reipublicæ fauorę*
10 *Extenſio fit Statuti ad caſus non expreſſos identitate rationis expreſsa.*
11 *Contractus Statuto noſtro, aut verbis ſpecialibus, & ratione, aut ratione expreſſa, & generalibus verbis comprehenduntur.*
12 *Creſcent. deciſ. 3. de Conſt. generaliter intelligitur per Rotam in omni contractu, in quo ratio Statuti vigeat.*

DECISIO PRIMA.

ANno 1441. ſeù, &c. apud Creſcent. *deciſ. 3. de conſtit. aliàs 63. lib. 2.* Dubium in
1 hac cauſa, ni fallimur, propoſitum erat, an viro & vxore rem ipſius viri, ac vxoris obligatam in ſimul vendentibus, pretiumq. actualiter recipientibus, eſſet locus Statuto; quod affirmatiuè reſolutum fuit. In hac Magiſtraliſſima reſolutione, quam nec immeritò millies ſacrum Auditorium admiſit, in dieſque ſequitur, totius materiæ huius abſolutiſsima enucleatio, ac quæſtionis propoſitæ, nobis haud ingrata, determinatio continetur.

2 Præmiſſa igitur primò Statuti rationis cognitione, ac firmato ad euitandam fraudem per Statutum præſumptam, Statutũ expreſsè in procemio proceſsiſſe *adnotat. per Rom. in conſil. 394. vt num. 1.* quam & finalem, & expreſſam noſtri Statuti ſacrum agnouit Palatium, ac vſque in præſens agnoſcit, *in deciſ. 678. num. 4. par. 1. 619. num. 5. & 723. num. 18. & 19. in recent. par. 2. & noniſsimè in Romana Nullitatis Obligationis 16. Ianuarij 1626. coram* R.P.D. *Durano, & in Romana Nullitatis Donationis 4. Maij eiuſdem anni coram bonæ memoriæ Buratto*, proceſsit Rota in ea ad determinationẽ caſus propoſiti duobus, eiſque præcipuis fundamentis: Primò quia cum mulier ſtante Statuto refutare, ac donare
3 ſine ſolemnitate non poſſit; ac remittere ſit refutare, & donare, *l. ſi quis delegauerit, de dona.*
4 & conſentire, ac accedere venditioni, & alienationi rei ſibi hypothecatæ, & obligatæ ſit remittere, ac renunciare, *ad l. ſi debitor. §. in venditione, ff. quib. mod pignor. & hypoth. ſolut. l. 1. C. de remiſs. pignor.* intrat præſumptio, quæſitũ fuiſſe colorem ad fraudandum Statutum, *Bald. poſt. Nic. de Mattar. in aut. ſi qua mulier, C. ad Sen. Conſult. Velleian.* ſimulatam venditionem, ac venditionis titulum, ſolutionem pretij, & alia
5 narrata fraudulter appoſita, *ad Bart. in l. ſi fortè, in fin. ff. de Caſtr. pecul. Alex. 1. ſ. & Dec. in l. ſi donatione, C. de collat. cum alijs ibi, nu. 6.* & hoc nõ
6 quia talis deceptio, vel fraus probata fuiſſet, ſed quia ſubeſſe poterat, legis præſumptione inducebatur, vt plenè dicitur ibi *à nu. 1. ad 6.* & probatur in deducen. deciſionibus clariſsimè, & ſignanter apud *Verall. deciſ. 200. per totam par. 3. & in dicta Romana Nullitatis Obligationis coram R.P.D. Durano poſt medium, verſ. Et quicquid ſit cum Vrbis Statutum fundetur in dolo præſumpto aduerſarij, & inferius antè fin.*

In quo fundamento tanto magis perſtitiſſe Domiuos ibi dicitur, quia & in hoc conſiſtit ſecundum fundamentum, cum Statutum publicũ vtilitatem concernere diceretur, tum quia

in

7 in d. *Statuto* exprimitur; ibi *in proœmio*, *cum Reipublicæ interfit*, tum quia ad obuiandum frau-
dibus, deceptionesq. reparandas conditum, ex
8 quo, & idem resultat, vt principaliter publicam
vtilitatem respiciat, *Corn. consil.* 135. *num.* 4. *lib.*
9 1. & ideo hoc idem conclusum in Statuto nouo,
151. lib. 1. licet in eo illa verba, cum Reipublicę
interfit omissa fuissent, apparet in *dicta Romana Nullitatis Obligationis* 1626. *coram* R. P. D. *Durano*, ex identitate rationis, præsertim vni-
cæ, ac expressæ ad casum etiam non expressum, extendendum firmarunt, *ad notat per Bald. & alios in authent. quas actiones, C. de Sacrosan. Eccles. & per Alexan. consil* 50. *num* 8. *cum seq. volum.* 2. vt ibi probatur, *num.* 7. *cum seq.* Et in
10 hoc secundo fundamento, in quo consistit principaliter exaduersò firmatæ conclusionis destructio, semper præstiterunt Doctissimi, ac celeberrimi Domini de Rot. vt in seqq decisionibus apparebit; ex quibus clarè colligitur Rotam in primo fundamento concluisse dictum contractũ venditionis simulatè ad refutationem tegendam & remissionem pignoris adhibitum præsumi potuisse; & ità casum in verbis *Statuti* expressè comprehensum indirectè comprehẽdisse; & obid proculdubio nullum, ex quo, & id multò magis concluſum videtur, nullum etiam quemcumque contractum casum aliquem ex enumeratis explicitè directèque cõprehendentẽ. In secundo verò eundem venditionis contractum, si enumeratorum, ac expressorum etiam indirectè naturam & substantiam euasisset, expressæ identitate rationis, possibilis videlicet, ac præsumptæ deceptionis, & fraudis, in *Statuto* comprehendit & sunt verba clara *num.* 9. ibi *& ex eadem militante ratione etiam ad casum non expressum extend. &c* Si enim huiusmodi verba ad casum, qui indirectè expressum tantummodo aliquem complecteretur, referenda dicerentur, nihil aliud continerent, quod primi fundamenti limites, & rationem excederet; Sed diuersis verbis contra præcisum tenorem, & claram mentem Rotę idẽ dixisse; nihilq. amplecterentur, in quo vltra enumeratos extensio, quæ omnino fieri admittitur obtineret; ex quo redditur capitalis decisio; Cũ & contractum omninò diuersum ab expressis vẽditionis videlicet, & recepto illius vigore per mulierem pretio statutariæ dispositioni, ex eo capite, quo saltem expressa ratione comprehendit, subiacere concludat.

Hinc ad dicendorum clarissimam intelligentiam, videtur colligenda distinctio, quod in sa-
11 cro Auditorio aliqui contractus dicuntur comprehensi *Statuti* verbis specialibus, & ratione simul, & ex his aliqui explicitè, & directè; aliqui implicitè, & indirectè, aliqui verò dicuntur non specificè, sed generaliter, ac ratione, & mente comprehensi; Seù, vt meliùs, apriusque dicamus; *Statutum* nostrum, tàm antiquum, quàm nouum dupliciter comprehẽdit contractus, Primo videlicet specialibus verbis, & ratione simul, siuè indirectè, & explicitè siuè indirectè, & implicitè, & sub aliorum velamento cum mulieribus ineantur; *vt in hac decis. & apud Put. decis.* 7. *nu.* 2. *vers. Non obstat, quod Statutum, lib.* 3. Secundo ratione, & non tamen verbis saltem expressis, ac specialibus. Ad hoc expedimus primo decis hanc Crescent. 3. de Constit. in qua num 1. cum seq. agitur de primo membro distinctionis contra mentem, & verba implicitè, & indirectè, num. verò 9. agitur de secundo membro comprehensionis, videlicet ex identitate rationis extra casus expressos, & vtrumque membrum distinctè nouunt Prudentissimi Auditores *in decis.* 55. *lib.* 3. *apud Put.* de primo *num.* 1. 2. & 3. de secundo *num.* 4. & 5. 529. *num.* 4. *par.* 1. *diuers.* ibi licet enim Statutum in quatuor loquatur, habet tamen locum etiam in alijs, & adducit decisionem Putei; *apud Serapbin. decis* 1241 *num.* 1. & 2 & *num.* 4. *apud Sanctissimum Gregorium XV. decis.* 164. *nu.* 4. 260. *num.* 1. & 2 in verbis; *num.* 3. in ratione. *Post Picum decis.* 8. *num.* 4 *in recent.* 385. *num.* 2. *par.* 1. 723. *num.* 19. *par.* 2. expressè, ac optimè, *in Romana Depositi* 13. *Ianuarij* 1625. *coram Reuerendissimo D. Decano vers* Neque obstat, *& in dicta Romana Nullitatis Obligationis* 16. *Ianuarij* 1626. *Coram R. P. D. Durano, in vers. Qua publica vtilitatis.*

Huic autem decisioni nullum per DD de Assettamento accomodatur responsum, nisi pro responsione accipiamus ponderationem verbo-
rum in primo fundamento, ex quibus eam restringi prętendant ad expressos quatuor casus, vel aliorum velamento comprehensos, quod non solum tollitur ex prædictis; sed etiam, quia ex
12 generalitate rationis eam sacrum Auditorium semper vniuersaliter procedere intellexit, vt an tiquioribus omittis apparet *in decis.* 164. *num.* 4. 260. *nu* 3. & 33; *num.* 1. *apud Gregorium XV.* 592. *num.* 1. *par.* 1. & 619. *num.* 5. *par.* 1. *recent. in prædictis Romana Depositi coram Reuerendissimo D. Decano, & Romana Nullitatis Obligationis coram R. P. D. Durano, & nouissimè in Romana Rescissionis Contractus* 1. *Iunij* 1628. *coram R. P. D. Merlino, & in alia Romana Nullitatis Contractus* 13. *Nouembris* 1628. *coram Reuerendiss. D. Decano.*

Nec credimus quemquam ea responsionem admissurum omnes decisiones prædictas, quæ hanc adducunt; esse ad illius terminos restringendas; Esto quod hæc strictè loqui videretur; cuius contrarium probauimus; tùm quia nec illæ, vt ex illarum verbis euidentissimè patet, & inferiùs apparebit, aliquo pacto restrictionem hanc pati possunt; tùm quia hoc planè ea capiẽda est interpretatio; vt prout verè conueniunt, inuicem sibi consentiant, & per illas maximè posteriores cum sint, hæc declaretur; ac quatenus res ipsa exigeret extendatur, & amplietur, quod decentius, rationalibusq. existimamus, quam, & alias affirmare auferint, decisionem ipsam hanc contrarium dicere illius, ad quod allegatur in præfatis; de quo alias inferius.

SVMMARIVM.

1 *Confessio minorum, & mulierum Statuto nostro subest.*

2 *Prohibitus donare, confiteri prohibitus censetur.*

3 *Fraus, & deceptio cessantibus solemnibus præsumitur eo ipso.*

4 *Confessio minorum, & mulierum, vtcunque*

in

in fraudem, ac deceptionem eorum; earumq. emissa Statuto subest.

3 *Confessio verbis specialibus Statuti nostri minimè comprehenditur.*

4 *Ratio vbi eadem viget, eadem, & Iuris obtinet dispositio.*

7 *Statutum nostrum non prohibet donationes, & alios, &c. nec inhabilitat ad illos, sed ad euitandas fraudes conditum.*

DECISIO SECVNDA.

Eodem ferè tempore, quo præcedens, & hæc emanauit apud eundem Crescent. 2. *de confess.* in qua quæsitum fuerat, an stante Statuto nostro absq. solemnitatibus mulier, vel minor confiteri
1 possent. Et resolutum negatiuè; quia, cum inter
2 alia in Statuto donare prohibeãtur, in quolibet alio contractu, in quo fraus Statuto fieri potest confiteri censentur prohibiti; quia eo ipso; & fraus præsumitur *adnotat. in l. si fortè, de Cast. pecul. & in l. si donatione*, C. *de collationibus, cum aliis hic traditis, & in dicta dec. 3. n. 3. & 6.*

Hæc neq. nostrã impugnat sententiã, neq. Dominorũ de Assettamento partes tuetur. Nostræ minimè aduersatur; tũ quia nõ negamus, imò id maximè latiùsq; cõtẽdimus Statuto locũ esse, qñ vnus ex enumeratis cõtractibus alterius velamẽto simulatè cõcipitur ad eiusdem Statuti dispositionẽ eludendã, qui casus ad primũ firmatę distinctionis caput refertur, quod & *in d. dec. 3. n. 3. 4. 5. & 6.* fuerat firmatum; tùm quia nec negat decisio alia ratione fraudis scilicet, & deceptionis confessionẽ ipsã, eidẽ Statuto subiacere, aliosuè contractus minimè specificatos in eo comprehendi. Ex hac enim affirmante propositione, Statuto in cõfessione per illud donare prohibiti ob præsumptã in verbis expressæ donationis fraudẽ locũ esse, aliqua haud resultat negatiua concludens, alios cõtractus, vel ipsã confessionẽ alibi, & ratione Statuti minimè includi; qua eadẽq. ratione, nec Assettamentum iuuare conuincitur.

Parũ igitur huius decisionis inductio cõcludẽs videtur, q̃ videlicet non dicat simpliciter omnem confessionem in quolibet contractu prohibitam esse, sed cum adiectione, quando per talẽ cõfessionem Statuto fraus fieri posset, ex quo id intelligi inferunt, quando donationem contineret. Ex prędictis nãq. õia cessant, cũ non solũ quando implicitã donationẽ, pactũ de nõ petẽdo, refutationes, nec non quietationes in eo expressas amplecteretur, Statuto confessio subsit, vt per Rotam de-
4 claratur *in Romana Societatis 9. Febr. 1607. coram Ortenbergo, inter collectas per Zacch. de Soc. 24. num. 2. 3. & 4.* sed etiam vbicumq. alibi Statuto iniicitur fraus, & contra rationem, & mentem illius aliquid partes moliuntur. est textus, vbi cõmuniter omnes not. *in l. non dubium*, C. *de ll.* & hoc satis in hac decis. exprimitur per Rotam in illis verbis, *in quolibet alio contractu, in quo alias*; non ergo tantum vbi ex sola præsumpta donatione, sed & alibi, *Statuto fieri posset fraus*; quæ præsumitur, & hoc sibi volunt omnes supra ponderatæ decisiones, & inferius deducendæ, in quibus habetur non solũ in casibus expressis, & enumeratis Statuto locum esse, sed in quocumque alio; in quo præsumptæ deceptionis, & fraudis ratio per Statutum expressa vigeret; item illæ omnes, quæ Statutum procedere in omnibus casibus dicunt, in quibus læsio possibilis est & deceptio, quod & ex inferiùs dicendis clarius patebit: qua propter nullarenus, vt prędiximus, inferendum est, ex ea propositione, cõfessionem in fraudem præsumptæ donationis, remissionis, seù refutationis à Statuto expressæ, Statuto subiacere; ergo in aliis casibus, in quibus donatio, remissio, seù refutatio prędi non possunt, in quibus tamen deceptio, & fraus cadere possũt, ratione alibi Statuti cõprehensi, nõ est locus Statuto. Nec hanc illationem probant *Putei decis. 7. & 55. lib. 3.* quę non se restringunt ad expressos, & multò minus, *Acbil. dec. 10. de confess.* de quibus suo loco agendum est. Quin & nostrã sententiã firmare videtur quia, cũ Statutum sit stricti Iuris, & nominibus
5 expressis confessio nõ veniat, sed tantũ expressæ vi rationis, implicitisq. verbis comprehendatur, vt declarauit *Rota apud Put. d. dec. 55. n. 3. 4. & 5 lib. 3.* vtiq. probat ad expressos Statutum non restringi, dum in cõfessione locũ habere admittit. Nec dicatur id euenire, quia ob prohibitã donationem ad eam tegendã cõfessio simulata præsumitur; hoc namq; verũ esset, quando Statutum ad euitandã donationẽ contrahere prohiberet, vel eandem donationem; & in hoc Statuti ratio consisteret; sed cum ad tollẽdas fraudes, deceptiones que ratio emanauerit, & ex hac ratione cõfessio-
6 nis resultet cõprehensio, vt ibi probat Rota; & in his, in quibus eadem viget ratio, eadem & iuris dispositio obtineat, *l. illud, in prin. ff. ad l. Aqu.* nõ debet magis ex prędicta deceptione in donatione comprehensa videri, quàm in alio quocumque contractu iuxta Rotæ opinionem, quam sectamur.

7 Tantòq; magis cùm Statutum, nedùm donationem non prohibeat, sed permittat, nec ad contractus ineundos inhabilitandum processerit, sed ad fraudes, deceptionesque tollendas, vt singulariter dicitur *decis. 619. num. 5. par. 2. in recen.* & desumitur *in dicta decis 55. apud Puteum nu. 1.* vbi non dicitur minores, & mulieres non posse donare, sed tantum non liberè posse, *& post Picum dec. 4. num. 2. & 3.*

SVMMARIVM.

1 *Compromissum, ad quod compromittentes necessitate legis tenentur, non requirit solemnitates Statuti nostri.*

2 *Dictio tantum, taxatiua, & aliorum exclusiua.*

3 *Compromissum Statuto nostro comprehenditur.*

4 *Decisio 9. Put. de consist. aliàs 100. lib. 1. declaratur.*

5 *Dictiones taxatiuæ non excludunt casus similes expressis.*

6 *Dictiones taxatiuæ non excludunt casus eandem rationem habentes.*

DECISIO TERTIA.

1541. 4. Aprilis corã Ioanne Paulo *apud Put. decis. 100. lib. 1. secundum nouiss. impress.* quæ est etiam 9. *tit. de Consist. eiusdem*, in causa Liuiana Hęreditatis, in qua omissa prima par. illius quę-

situm fuerat, an in eo casu nostrum Statutum in compromisso per mulierem facto locum haberet & negatiuè duobus fundamentis resolutum. Primo quia quatuor tantum cõtractus exprimit, inter quos compromissum non enumeratur. Secundo, quia cum inter sorores ageretur, quæ ex alio Statuto ad compromittendum tenebantur, coactè ac legis necessitate compromissum emanasse videbatur, quo casu solemnitates non requiruntur, *d.l.§.sed etsi patri stipulanti, ff.de rebus eorum, Aret.in l.si tibi picuniam.in 4.not. ff. si cert.pet.Roman.vulg cons.394.* In hac decisione per Dominos de Assettamento, fundamentũ fit maximum, tum quia in verbis clarã esse dicũt dum in quatuor contractibus locum habere Statutum enumeratis affirmat, tum quia dictio tãtum adicitur, ex qua aliorum exclusionem argumentantur, *l.3.§.cum Titio ff.de adim.leg.Rip.in l.2.§.1.mutui datio.num.3. ff.si cert.pet.cum alijs per Rotam penes Mantic.decis.109.nu.11.* quod prosequitur luculentissimus Barb. *in remiss. de dict.327.nu.5.& dict. sequenti,& latissimè.dict. 349.num,2.3.& 8.*

Nos tamen præmissis minimè obstantibus decisionem hanc medullitus perpensam, & siquæ huiusmodi aliæ adsint, voto nostro nequaquam credimus aduersari; cæterisque omnibus consentaneam resolutionem autem continere. Ad eam igitur redeamus.

Primum fundamentum, vt prædiximus, erat in quatuor enumeratis tantum contractibus Statutum locum habere, ac compromissum in eis minimè nominari, & ità clarè huiusmodi decisio iuxta distinctionem supra firmatam, de comprehensione in specificatis verbis intelligi debet; quia & de enumeratis tantum expressè agit; & quia cum in eo casu, in quo Statuti solemnitates necessariæ haud erant, deceptionis, & fraudis præsumptio cessaret, vt excluderetur Statuto, *in* enumeratis non legi satis, superque fuit resoluere. & tamen Rota dicto fundamẽto simpliciter non fuit contenta, sed secundum adiecit, quod compromissum ex legis necessitate processerat, vt exclusionem in verbis cum rationis exclusione coniungeret, alias enim compromissum Statuto nostro non subiacere, proculdubio minimè resoluisset, *ex not. per Pic. ad Statutum nostrum, glos.7.ampl.10.n.53.* & in puncto, per Rotam apud eundem Puteum *dec.158.alias 162 num.1.par.1.* quod & euidenter manifestum fuit, tùm quia Puteus, dum eandem decisionem in titulo de Constitutionibus extendit, prædicta duo fundamenta non distinguit, sed ex duobus vnum tantum proponit, quod Statutum in quatuor tãtum in eo specificatis casibus maximè procedebat, quia compromissum de necessitate fiebat, & ità ex eò præcipuè compromissum excludebatur Statuto, quia deceptionis præsumptio cessabat, & ratio Statuti, quia ex legis necessitate prodierat, & ità decisionem hanc *9.de Constit.* declarauit Mandos. *in addit. ad cons.Rom.280. num.9. in verbo Fieri,* & eum sequutus Gratianus *disc. forens. cap.27.nu.47.* tum quia licet in pluribus decisionibus cum verbis taxatiuis dicatur, Statutum loqui solũ, tantum, ieũ tantummodo in quatuor expressis enumeratis, ieũ specificatis cõtractibus, tamen & in aliis, in quibus deceptio, & fraus intercedere potest locũ sibi vendicare firmatur, *vt in Perus. Fideiussionis 26. Nouembris 1611. coram Reuerendiss.D.Pamphilio post Pistl. 8.n.3.& in d. Rom. Depositi coram Reuerendiss. D. Decano,* nec enim per expressam, ac ponderatam taxationem casus similes expressis excluderentur, *glos.in l.ob as, C. de prad.minor.& latissimè comprobat Barbos.d.dict.349.nu.5.* & multò minus eandem rationem habentes, *vt post Eman.Roder.tom.3.regul.qq.q.5.ar.2. Idem tenet Barbos.in dd.remiss.dict.82.nu.2.*

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ad lites mulieris,& minoris nomõ prehenditur in x. par. Statuti antiqui, & in cap.151.in nouis.*

2 *Mandatum ad lites non est de se actus lasiuus.*

3 *Statuti nostri antiqui 2.pars,& cap.154.in nouis requirit lasionem actu.*

4 *Decisio Putei 158.alias 162.par.3.generaliter voluisse in prima p. Statuti antiqui omnes contractus comprehendi, in quibus viget ratio, intelligitur.*

5 *Statutum nostrum antiquum, & nouum in contractibus de sui natura damnosis specificè loquens; vlterius locũ habet in omnibus, in quibus damnum, & lasio potest contingere, ac intelligi deceptio.*

6 *Rota Romana sacro, supremoque Tribunali reuerentia exhibenda.*

DECISIO QVARTA.

1541. 13. Iunij coram Rainaldo in Balneoregien restitutionis in integrum apud *Put.dec.158. secundum nouiss.impress, aliàs 162.lib.1.* In qua dubitatum fuit, an mandatũ ad lites per Maherbalem Vrsinum factum, qui in lite succubuerat, validum esset, vel in secunda parte antiqui Statuti nostri reformationis comprehenderetur; & q. validum esset resolutum; ex quo Statutum huiusmodi, vt in verbis reperiatur lasus, lesionẽ requirit; quam dictum mandatum, cum actus lesiuus non sit, continere non dicitur; quidquid igitur de hac discussione sit, cum simus certi ad dictam secũdam Statuti partẽ fuisse relatam, quod & Domini de Assettamento in eorum voto *vers. Supradictæ omnes decisiones; ibi, & in d.decis.158. fuit discussa hæc secunda pars;* professi sunt, non est vlterius requirendum; cum nec ex ea in actu lesionem requirente ad primam Statuti partem solam frandem, & deceptionem possibilem exigentem, eamque præsumentem, hatque ratione actus in potentia, & aptitudine tantũ lesiuos cõprehendentẽ, fit facienda illatio. *l. Papin.ff. de minor. cum concor.* nec consequenter ad nostram disceptationem in prima parte Statuti desumptã durimendam argui possit.

Nec faciunt ponderata verba illa decisionis n. 2. videlicet, *sed in casu Statuti Vrbis consideratur actus lasiuus, quale de se non est mandatum.* Ea namque ad illam tantum secundam partem de qua agebatur, relationem habent, cum in alia parte nec nominetur quidem, nedum consideretur lesio. Quinimò, cũ iam ostensum fuerit in dicta prima antiqui Statuti parte, illiusq. reforma-

tionis

tionis ex identitate saltem expressæ rationis omnes cõtractus, in quibus fraus, & læsio possibilis sit, ne dum expressos comprehendi, sequitur nota per Rotam in ea num. 1. nostram sententiam contractus omnes etiam non expressos ad læsionem, qui tendere possint, ac præsumptam fraudem & deceptionem admittere; & ità tranſactionem, compromissum mandatum, & alios in statuto includentem optimè tueri, ac fulcire

4 Ide oq. ad hanc opinionẽ cõprobandã ad terminios Statuti noui, ex quo iã illa secũda pars sublata fuerat, ità millies intellectam sacrum Palatiũ adduxisse, laboriosum; potiùs quàm difficilè iudicauimus, *vt in Rom. Hereditatis de Ghisis* 26. *Octobris* 1588. *coram Gypsio apud Sanctiss. Gregorium* XV. *d. decis.* 164. *n.* 4. 160. *n.* 3. 333. *nu.* 1. 473 *n.* 5. *&* 494. *n* 8. *in recent.* 385. *nu.* 2. *&* 592. *par.* 1. *&* 619. *nu.* 5. *vers. & vlterius habet locum par.* 2 vbi in verbis illa distinctio, seù propositio reiicitur, quod in dictum Statutum contractus tantum de sui natura læsiuos annullabat, ceteros autem quando de læsione constabat, cum ex presrè hanc decisionem,, & Crescent 3 de con-

5 stit probare dicatur *Statutum* in cõtractibus expressis, & de sui natura damnosis loquens in omnibus, in quibus mulieres, & minores læsi possunt, vlterius locum habere, & tandem hanc eadem decisionem ad præmissa Domini recepe-runt *in dicta Romana Depositi coram Reuerendiss. D. Decano, & in d. Romana nullitatis obligationis coram* R P.D. *Duran* multa hic super intellectu dictæ secũdæ partis antiqui nostri Statuti reformationis, nec forsan vulgaria dicendi occasio se præbuit, nec omittere decreueramus; Verum quia præfatis stantibus ad rem conducere propositam parum prospeximus, huicque decisioni, & aliquibus forsan illorum temporum aliis negotium facessere videremur, libentissimè acquieſcimus; nullum enim obsequij nullum reuerentiæ erga sacrum hoc, supremumque Tribunal, vt par est, & debemus, locum vsquam relinquimus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum in donatione facta per Patrem, & Matrem filijs locum non obtinet.*

DECISIO QVINTA.

1542. 24. Iunij in Romana Dotis coram Thoma de Thanis, extensa per D. Gomez. *vt in decis. ipsius in ordine* 101. *impress. cum decisionibus Reuerendiss. D. Decani*, ad quæstionem propositam non merebatur adduci, nihil etenim aliud

1 firmat, quàm quod *Statutum* in reform. c. 19. de Pactis, & Donationibus non valituris, &c. in Patre, & Matre filijs propter affectionem donatribus, locum non obtinet, *ad Bald. in l. pactum C. de collat. cum alijs* idque præsertim alijs omissis rem propinquius attingentibus.

SVMMARIVM.

1 *Confessio de recepto minorum, & mulierum Statuto comprehenditur, quia præsumitur fraus.*
2 *Decisiones huius* 7. *Putei lib.* 3 *intellectus*, 3. *&* 4
3 *Decisionis* 55. *Putei lib.* 3. *explanatio, & num.* 1.
5 *Deceptio in mulieribus, & minoribus facilè contingit.*
6 *Venditio in Statuto nostro antiquo, & nouo comprehenditur.*
7 *Iuramentum ob dolum, & præsumptam fraudem in Statuto nostro irritatur.*

DECISIO SEXTA.

1547. 7. Febru. in Romana Medietatis Casalis coram Puteo *inter impressas ipsius* 7. *lib.* 3. in qua cum fuisset per Petrum Paulum, Bernardinum, & Iulium minores fratres de la Cithara mediante Camilla eorum Matre, ac fut. Vincentio, & fratribus de Fabiis facta venditio medietatis Casalis della Bottaccia cum expresione, quod fiebat ex causa æris alieni, & quia creditores vrgebant, & non aderant alia bona, ex quibus fieret solutio, pro pretio sc. 8000. hoc modo videlicet scut. 1000. in scutis 370. in pecunia numerata, reliquum vsque ad 1000. in tot argentis. scut. 2000. confessata, 2500, consignata in tot segetibus, & animalibus, & pro reliquis 2500. fuisset data, dilatio septem annorum, *vt in dec.* 204. *penes eundem Put. eodem lib.* 1. Dubitatum fuit,

1 an confessio facta per minores receptionis dictorum scut. 2000. in partem pretii donationem saperet ità, vt in prima Statuti parte comprehẽderetur, vel minores saltem dicerentur esse læsi; & dixerũt; Domini donationem sapere, & in prima Statuti parte comprehendi, *ex not. in l. si fortè, de Cassr. pecul. & in l. si donationis, C. de collat. iuxta decis.* 3. *de consitut. & secundam de confess. Crese.* quia videlicet militat præsumptio donationis. Ex qua confesionem huiusmodi non aliter, quam si donationem præ se tulisset *Statuto* comprehendi potuisse Domini de Affectamento inferre prætendunt, *vt in Voto in* 3. *vol seù facio, in vers. Vnde dum in illis, & vers.* 3. *decis. Crese. non dicit.* Quam illationem non solum ex plũribus ad secundam *dec. Crese. de confess.* refutauimus, quæ vanum esset repetere; sed etiam *ex dec.* 55. *coram eodem, & in eod. lib.* 3. *num.* 5. *&* 6. in hac eadem causa, & dubio reiicitur: dum expressè dicitur, quod esto, quod confesio non potuisset in statuto de donatione loquenti, tùm quia stricti iuris, tùm quia ex alio Statuto prout iacet intelligi debuisset, comprehendi, Statuti expressa ratione ad obuiandum fraudibus comprehenderetur, quod latius, inferiùs ostendemus; Verum vt in specie necessaria minimè prætermittamus, & aliqua hic ponderabimus, ex quibus nostræ opinioni cæterisque sacræ Rotæ resolutionibus hanc decisionem congruentem remur intelligi.

Id autem ex dubio primum venari censemus, in quo strictè disceptatio proposita fuerat; an scutorum 2000. confesio, ad effectum tamen, vt in statuto comprehendi posset, sub dicto videlicet donationis capite, donationem saperet, *vt ex ipsamet dec. n.* 2. *vers. non obstat, quod Statutum, ibi, sed quando resultat donatio ex venditione, tùc intrat Statutum loquens de donatione*, & ità hæc decisio in primo capite distinctionis cõprehẽdi videtur, in quo de clariori casu, explicitis videlicet verbis, & legis ratione compreheso strictè agitur; quo fit, vt vlterior disceptatio, & rationis ponderatio, & superflua fuisset, & extra dubij terminos, ac disputationis proposita.

Nec facit si dicatur, imò fuisse dubium generaliter conceptum ex illis verbis, *ità vt sub prima parte Statuti comprehendatur*, ideoque nec superfluam, nec extra rem ponderationem videri potuisse. Primò, quia illa cum maxima prudentia in dubio appositа fuere ad qualificandum illud circa donationem, illiusque probationem, quod ex decisionis fundamento apparet, ex quo sola Statuti præsumptione, vtcunque verba instrumenti aliud suaderent, visa fuit donatio, illiusque suspicio inducta, *vt num. primo, cum seq. & in præfata decis. 3. num. 6. de Constit. & secundo de confess. apud Cresc.* alias enim, & ad alium effectum talem confessionem donationem sapere, minimè dici potuisset; vt declaratur in hac eadem *decis. num. 3.* ex quo apparet ex illis verbis à præcedentibus, an saperet donationem, nequaquam recessum. Secundo, quia esto, quod de Statuti comprehensione, ex quocumque capite generaliter dubium potuisset intelligi, similiter vana fuisset viterior comprobatio, dum casum in verbis fuisse comprehensum, & ità necessario, nec à ratione alienum, respondiderat Rota, nec est novum, & in hac eadem causa coram Puteo manifestum fit, in qua licet solemnitates adessent, nec pro tuto contractum fuisse nullum haberetur, vt interius dicemus, fuit nihilominus, nullitate suppositа, vt supra dubitatum, in illo sacro Tribunali à fortioribus multoties resolutiones capi, quæ & generaliores rationes habere potuissent, vt & difficultates, quæ & in hoc forsan temporibus illis maximè versabantur Domini euitarent, partibus enixius iustitiam suadeant, consultius, euidentiusq. rem agant. Redditur insuper huiusmodi cum cæterio decisio cõsentanea ex declaratione, quam eodem proposito dubio *in dicta decis. 55. apud eundem Put. lib. 3.* de qua paucis inferius agemus, recepit, *num. 3. cum seq.* vbi postquam idem resolutum fuerat, eisdemque rationibus, quod in hac decisione; cum Statutum præsumptam donationem comprehendat; dicitur, quod licet confessio in Statuto de donationibus loquenti, cum sit strictiuris, & prout iacet ex alio Statuto, & ad literam intelligi debeat, non comprehenderetur, tamen ratione à Statuto expressa ad fraudibus obuiandum includeretur; & sic habemus clarè, quod quatenus donationem sapit, & præsumptam donationem continet, & propriè dicit posse donatio, Statuto de donationibus loquenti comprehenditur, *vt in hac septima numer. 2. & 55. similiter num. 2.* quatenus verò donationis nomen euaderet ratione à Statuto expressa, *vt in dicta 55. num. 4. 5. & 6.* Hancq. interpretationem viderur approbasse Rota, dum coniunctim ex eis affirmat, non solum obtinere præsumptam donationem confessiones comprehendi, de qua *dicta decisiones apud Puteum* loquuntur, *& post Picum ad Statutum noſtrum decis. 1. num. 16.* ob relationes, & quietationes, *vt in dicta decisione 24. post Zacch. de Socia*, verum etiã ex identitate rationis, & positibus deceptionis. Quas propterea decisiones ad contractus omnes extendit, ac eiusdẽ identitate rationis passim adducit; *vt in terminis Statuti Antiqui. decis. 529. n. 4. ad fin. p. 1. dict. & Nouiss. post Picum ad Statum noſtrum dec. 6. n. 1. Octauus nu. 4. in Rom. census 17. Februarij 1612. coram R.P.D. Pirouano in recent. 385. n. 2. p. 1. & coram Reuerendiss. Decano in Rom. nullitatis contractus 13. Nouemb. 1628*

His igitur stantibus verba per Dominos de Assettamento ex hac decisione ponderata minimè obstant, quia sententiam nostram non impugnant, quæ non solum, quando directè initur, vel indirectè vnus ex quatuor expressis resultat, statuti comprehensionem admittit, sed etiam in omnibus aliis, in quibus expressa statuti ratio militare noscatur. Nec in specie refragantur illa, *de quibus num. 2. videlicet. Non obstat, quod Statutum loquatur in donatione, nos autem simus in venditione, quia verum est, quod Statutum non habet locum in venditione, sed quando ex venditione resultat donatio, tunc subintrat Statutum loquens de donatione, &c.* ex quibus Domini de Assettamento, *in versiculo, Deuenendo igitur ad decisiones*; expressè dicunt, Rotam voluisse, statutum in venditione locum minimè habere, & quod plus est in prima propositione causæ, videlicet in propositione *huius decis. 7.* maximè dubitarum fuisse, an statutum eo casu locum haberet, quo sub venditionis nomine donatio fuerat emissa. Vtra namque præmissa, ex quibus huiusmodi dubitatio submoueri videtur, ex ipsiusmet decisionis verbis tollitur omnis scrupulus, non enim habent statutum simpliciter in venditione locum non habere, vt Domini de Assettamento dicere; sed statutum de donatione loquens, non habere locum in venditione; disputabatur enim, vt superius ponderauimus, & ex hinc, verbis, de quibus agimus, & aliis in contextu decisionis constat, an confessio scutorum 2000. in venditione contenta strictè donationem saperet ad effectum, vt eo nomine in prima parte statuti, comprehenderetur, vnde nec mirum videri debet, venditionis contractum non comprehendi, respondum fuisse, nisi quatenus in fraudem præsumebatur donatio, quod certè, quando simpliciter fuisset dubitatum; an in venditione per mulierem, seu minorem sine solemnitatibus contracta statuto locus fuisset, minimè fuisset resolutum: quia cum in ea deceptio possibilis sit, facilèque contingens in personis in statuto comprehensis, *Cur. Ian. in vers. 141. nu. 17. & post alios Rot. decis. 102. nu. 8. par. 2. diuers.* Ideòque statuti ordinatione præsumatur, quid quid esset ex verbis, de quibus suo loco, ratione saltem affirmatiuæ resolutum fuisset, vt in terminis venditionis tenuit Gratianus *discept. forens. cap. 355. num. 4. & 5. & resolutum d. decis. 55. nu. 4. 5. & 6. apud Gregor. d. decis. 164. nu. 4. 5. & in d. Romana census coram R.P.D. Pirouano 385. nu. 2. par. 1. recens. & dec. 678. ad par. 1.*

Nec mirum est, si in hac causa, & in aliis decisionibus coram Puteo Domini de Rota videre voluerint, an de fraude, & minorum deceptione constaret, deque ea facti appareret, quod affirmare Domini de Assettamento videntur, in eo namque contractu non solum solemnitates adhibitæ fuerunt, verum etiam tales vt pro eis præsumendum esse Domini responderint *prima Februarij 1549. vt in decis. 204. par. 5. & 25. Feb. viusdẽ in dec. 219. in correct. p. 3.* Insuper ex eo resolverint Iudicis decretum attendẽdum minimè fuisse, quia erroneum, & ità talis

fraudis

fraudis, ac minorum deceptionis deductio necessaria fuit; ex quo etiam factum videtur, vt & ide falsitate causæ, & validitate ex iuramento confirmatorio actum fuerit, nec enim aliàs prædicta necessaria fuissent, cum solemnitatibus omissis præsumptio legis doli & fraudis stet cõtra contractum, ex qua verbis Statuti expressis
5 iuramentum infringitur, *vt apud Verallum dec. 200. par. 3. & post Picum ad Statutum nostrum decis. 1. num. 20, 22. num. 2. cum seq. & 51. nu. 5. & 6.* & qua suppositâ nullitate in sola præsumptione fundantur *hæc dec. 7. & 55. proximè sequẽs apud Put. lib. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Decis. 55. Put. lib. 3. declaratur remissiuè.*
2 *Et eam intelligitur generaliter in omni contractu procedere Statuti ratione affecto.*

DECISIO SEPTIMA.

1547. 26. Octobr. in eadem Rom. Casalis coram Puteo, & apud eundem *decis. 55. lib. 3. super eodem dubio*, de qua cum satis fuerit dictum
1 in superiori decisione, eamque sacrum Palatium
2 intellexerit, ac præcedentem, *vt apud Pic. decis. 6. in prine. & decis. 8. num. 4. 385. num. 2. par. 1. & 723. num. 19. par. 2. recent. & demum in Romana restitutionis contractus 2. Iunij 1628. corã* R.P.D. *Merlino, & in Romana nullitatis contractus 13 Nouemb. 1628. coram Rentrendis. D. Decano*, ad aliam transcendimus.

SVMMARIVM.

1 *Pactum liberatorium Statuto nostro subiicitur*
2 *Decis. Put. 146. lib. 3. ponderatur.*
3 *Rota decisiones non sunt vulgariter, & oscitanter accipiendæ.*
4 *Fraus, & deceptio ex læsione probantur, & deducuntur.*
5 *Fraus, & dolus præsumptus ex Statuto sufficit, ad nullitatem.*
6 *Rota Romana maturitas, ac ponderatio commendatur.*

DECISIO OCTAVA.

1548. 27. Iunii dilata die 8. Octob. resoluta in causa Romana, seu Pitiliana Dotis coram Put. *decis. 146. & 153. lib. 3.* Cum fuisset Domino Comiti de Pitiliano consignata dos Liuiæ eius Nurus, & Vxoris Nicolai eius filii eo pacto adiecto, quod in euentum, quod dos restituta fuisset, Comes Nicolaus, Liuia, & Io. Antonius eiusdem Liuiæ Pater liberabant Comitem perindè, ac si Instrumentum dotale factum non fuisset,
1 Dubitatũ fuit, an in hoc pacto locus fuisset Statuto, & affirmatiuè responsum. Ex hac igitur resolutione Dominis de Assertamento nihil accedere potest aut enĩ iste, est casus in statuto directè vel indirectè, specialiter, & nominatim comprehensus, vt innuitur *in dec. 153. n. 1. in fin. & n. 2.* & fuit per eos ibi ponderatũ, & egreditur terminos controuersiæ, aut aliàs verbis generalibus, & ratione, & illorum destruit conclusionem.

Nec aliquid facit, quod in decisionibus læsio ponderetur; ex quo dos, & propter nuptias donatio in euẽtum restitutionis sine hypotheca in bonis Socri remanebant, tum quia læsio tantum erat in potẽtia, & cuẽtualis, vt patet *ex prima,*
2 *decis. 146.* cuius verba in hac re diminutè relata fuere, sunt enim huiusmodi; *Ex hoc certè D. Liuia ladebatur, cum Comes Nicolaus dictam dotẽ consumere poterat, & ideò, quia interueniebat læsio, esse locum Statuto dicebant*, & benè quod interueniebat læsio dici poterat, nam quia erat possibilis, decipi poterat, ac Statuti præsumptione decepta credebatur; & læsa, quia lædi poterat; Non enim sacræ Rotæ decisiones vulgariter,
3 ac oscitanter accipiendæ sunt, quarum quot sunt verba, tot mysteria reddunt, ac iuris arcana veneranda; tum quia licet ex læsione Statuti ratio firmetur, cum ex ea probetur, ac deducatur
4 fraus, *iux. tex. in l. per diuersas, C. mand. Bart. & reliqui in l. post contractum, ff. de donat. & passim per DD. quos latè refert Masc. de prob. vol. 1. conclus. 531. num. 25. cum seq. & volum. 2. conclus. 815. num. 56. cum seq.* quo fit, vt concurrentibus deceptionis pluribus præsumptionibus; eò magis Statuto locus sit; non tamen sequitur, nec in eis concluditur, quin ea haud realiter intercedente, dummodo fraus subesse possit, sit locus Statuto, ideòque in hac eadem causa 1. & 22. *Iunij. 1554 coram Oradino apud Caputaq. dec. 1. & 200. p. 3.*
5 solum fundamentum factum fuit in fraude, ac dolo præsumpto, nec ob id tanquam extra rẽ, vel inutilis potest argui ponderatio Rotæ: quinimò,
6 cũ certiorem, ac tutiorem resolutionẽ redderet, tanquam prudentissimè, vt mos est illius nunquã satis laudati Tribunalis, adhibita, commendãda, ac extollenda.

SVMMARIVM.

1 *Confessio de recepto administulata non subiicitur Statuto nostro.*
2 *Decisionis Achil. 1. de Confessis. intellectus.*
3 *Confessiones de recepto mulierũ, & minorum statuto nostro subiiciuntur, & num. 5.*
4 *Exceptio est de regula.*
6 *Opponens, seu proponens nullitatem ad receptorii restitutionem non tenetur, & quomodo. nu. 7.*
7 *Recepta ex contractu nullo pro modo versionis & locupletionis restituuntur.*
8 *Confessio ex probatione receptionis minimè validatur.*
9 *Probatio contra præsumptionem iuris, & de iure vix potest admitti.*
10 *Fictio doli, & deceptionis per Statutum nostrum inducitur, contra num. 11.*
11 *Dolus, & deceptio per Statutum nostrum non fingitur, sed præsumitur.*

DECISIO NONA.

1548 19. Octobr. & 28. Nouembr. coram Puteo dec. 161. & 185. p. 3. secundum nouiss. impress. in d. Rom Casalis della Bottaccia, & per Achil. etiam extensa dec. 1. tit. de confess. In his enim decisionibus themate superius relato retẽto quærebatur, an consignationis segetum, & animalium pro summa sc. 2000. & 500. confessatæ respectu instrumenti effectuatio probaretur, &, an ad eam iustificandam producta, Bernardino cuius respectu leuior probatio dabatur, præiudicarent; & resolutum fuit affirmatiuè. Quod autem in tali confessione aliundè probata; & adminiculata Statuto locus minimè esset, in decisione tantum per Achillem extensa affirmari
1 videtur, ad quod solet eadem decisio allegari quandoquè, vt nouissimè per Gratianum,

discept. forens. cap.553. num.31. & in d.decis.24. num.5. post Zacch. de Societ. quam, si rectè perpendatur, nostræ intentioni obstare nequaquam credimus; Id enim clarissimum est, eam decisionem Putei in eadem causa, & prædictarum signanter retento themate intelligendam esse, ac ita in effectu intelligi, vndè, cum in dictis decisionibus quæreretur solum, an confessiones de recepto in dicto venditionis contractu contentæ donationē saperent, & ità, an implicitè eo nomine, ac titulo in verbis Statuti expressis comprehenderentur, vt superiùs iàm ostendimus, & ex dictis decis. 7. & 55. apud Put. patet & non solum bonorum confessatorum traditionis, ac consignationis præsumptiones adessent, sed etiam probatio concludens, *vt in hac decis. Achil. num 3. ibi quia testes probaban. segetes, quas confessa fuerat mulier, recipisse; eius factoribus fuisse solutas; & in dicta decisione Put. 185 ibi quod, ex quo Rota fuerat quasi resoluta, quod testes probarent consignationem animalium, & seminum ità, vt potiùs confessio pro præsumptione, & aliundè sumpta probationis adminiculo deseruiret, vt in decis. 161. Put. in fin. ibi, nisi dicatur, quod stantibus alijs probationibus de consignatione animalium, & aliorum bonorum, quod ista confessio suppleat illas probationes, quæ ex se non erant, sufficientes.* vtique clarissimè insurgit omnem donationis præsumptionem, quā ex Statuti dispositione eo casu intercedere decidерant excludi, *l. Diuus, ff. de in integr. restit. cap. litteras de restit. spol. cum alijs*, & ita hanc
1 nostram decis. Achill. interpretatus videtur, Bocc. *ad const. Picen. glos. 8. num. 24. vbi dixit ex hac decis. declarari dictas decisiones 7. & 55. Put. lib. 3.* confessionem de recepto donationem sapere volentes, quem refert, & eandem interpretationem amplexus sequitur *Pic. ad Statut. nostrum gloss. 7. num. 42. vbi ex hac decis. Achil. ampliationes precedentes de donatione loquentes limitat*, & hanc eandem fuisse de mente Dominorum de Rota *in dicta decis. 24. post Zacch. de Societ.* apparet, dum ex firmata regula *in dec. 7. & 55. Putei lib. 3. & 2. Crescent. tit. de confess.* restaurationum, quietationum, ac donationum nomine in Statuto confessiones comprehendi; pro
3 positum casum, hac decis. adducta num. 5. excipiendum concludunt; exceptio enim est de
4 regula iuxta communiter notata *in l. 1. ff. de reg. iu.* Ex quo proculdubio minimè inferendum est,
5 quin Statuti ratione expressa generali, & clarissima, quæ etiam rei traditione, receptioneque respectiuè interuenientibus viget, vt in præcedentibus diximus & trademus inferius, comprehendi possit, iuxtà non dubiam declarationem Putei in dicta decis. 55 num. 4. 5. & 6. & in sacro Palatio, vt docuimus, comprobatam, Quinimò, & hæc huiusmodi decisionis Achil. declaratio, ex ipsamet desumi videtur, dum præsumptionis fraudis exclusiua ratio ex segetum, & animalium consignatione petitus sumebatur, quæ licet in hac specie ad donationis præsumptionē remouendam satis sit proportionata, nullo tamen modo fraudis, deceptionisque Statuti generalem rationem adęquat, quæ & tunc maximè dignoscitur obtinere, quando mulieres, minoresque forsan perdituri, vel vt non est par re-

cipiunt, quod quando sine solemnitatibus contrahunt, præsumitur; ideoque in eam sententiam
6 itum, vt de nullitate opponens ad receptorum restitutionem minimè teneatur, *vt coram Sanctissimo Gregor. XV. decis. 473. num. 11. & post Picum. decis. 60. num. 10.* quam refert, & sequitur *Gratian. discept. forens. cap 576. nu. 37.*
7 nisi ex alio capite, & legis æquitate in quantum in rem recipientis, versum probatum fuisset, vel illius locupletationis pro modo, *vt per Gratia. ibi, num. 38. Pic. ad Statutum nostrum gloss. 7. num. 70. & 71. & gloss. 9. num. 4.* & videtur in Rota expeditum in decis. 678. num. 7. *par. 1. recent. in dicta Romana depositi coram Reuerendis.* D. Deano, *& in d. Romana nullitatis obligationis coram* R. P. D. *Duran.* quod certè nullo modo sustineri posset, quando vt aliàs Gratianus, & aliqui alii tenuerunt, Statutum in casibus, in quibus minores, & mulieres recipiunt minimè locum sibi vendicaret, hacque ratione non aliqua alia speciali *in d. decis. 3. Cres. cent. de const. & in 1. post Pic. num. 17.* ipsamet realis receptio pro fraudulenta, & simulata habita fuit, *vt idem Pic. admittit gloss. 9. num. 6.*
8 ex qua meritò, nec confessio validitatis fomentum recipere potest, *vt per Gratian. in cap. 498 num. 11.* ob defectum enim solemnium ipsamet receptio conficta, simulata, ac saltem indirectè lęsiua, & damnosa præsumitur. Quę interpretatio, & ex eo forsan perspicuè suaderi videtur; quia, quidquid sit, an poterit ad excludendam
9 specialem illam donationis suspicionem, ac præsumptionem probatio admitti, quod aliorum iudicio, ac Dominorum de Rota præfertim relinquimus; ad excludendam doli, & fraudis generalem, quæ mille, vt ità dicamus modis configi, ac possibilis iudicari potest, Iuris & de iure præsumptionem vix admitti potuisset, multoque minus contra fictionem, quando fictio fuisset vt optimè ostendit *Menoch. de præsumpt. quæs. 3. num. 11. & 12. & quæst. 8. num. 11. & 15. lib. 1.*
10 fictionem autem existimasse videntur, *Pis. ad Stat. glo. 23. n. 5. vers. fictio enim statuti, &* Rot. *apud Verall. decis. 200. num. 7 par. 3.* præsumptionem verò, quod & [veriùs arbitramur ob cōcursum dispositionis cum veritate facti, quod fictioni aduersatur, *idem Pic. d. gloss. 23. num. 7. & passim* Rot. *apud Put. dec. 309. apud eundem Caput. decis. 1. p. 3. post Picum decis. 22. nu. 7. & 51. nu. 6. & omissis alijs in dicta Romana Nullitatis obligationis coram* R. P. D. *Durano.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum generaliter loquens, an comprehendat causam dotis, remissiuè in vtramque partem.*
2 *Statutum nostrum generaliter causam dotis comprehendit, declara in seq.*
3 *Statutum Vrbis non comprehendit causam dotis eo casu, quo specialiter repetitur priuilegiata.*
4 *Decis. Put. 160. lib. 3 declaratur, & seq.*
5 *Statutum non comprehendit obligationem matris pro dotanda filia in subsidium necessario dotantis.*
6 *Obligatio vxoris pro viro etiam pro dote, & illius causa inualida, contra num. 7.*

DE-

DECISIO DECIMA.

1548. eadem die 19. Octobris coram D. Reomano. Rom. Dotis extensa per eundē *Put.* 160. *eod. lib.* 3. casus est clarus, & p extēsū narratus in ea. Aloysius de Gaddis nuptui tradidit filiā cum promissione dotis, cui vti principalis, principaliter, & insolidum accessit Claudia vxor, & mater respectiuè, ac in specie Iura sibi super Castro Montorij competentia obligauit; cum autē Aloysio mortuo pro dotis solutione contra Claudiam gener Antonius ageret; ipsaque ob defectum solemnitatum in statuto nostro requisitarum, quasi dicta obligatio donationem saperet, de inualiditate excipiperet, dubitatum fuit, an in casu, de quo agebatūr, in quo Claudia pro dote se obligauerat, statutum locum haberet; & resolutum fuit negatiuè; ea autem dubitandi ratio fuerat, quia Domini in eam partem, quæ fauet statuto, inclinabant; anceps enim est conclusio, an
1 statutum generaliter loquens dotis causam, de ea mentione minimè facta, comprehendat, in qua mira eruditione inuicem pugnauerunt strenui Iurisconsultiin terminis Constitutionis Marchiæ *lib.* 5. *cap.* 25. *Gabriel. conf.* 20. *lib.* 2. & *Menoch.* 242. *lib.* 3. Quæ decisio ex duobus potissimum nostram confirmat sententiam; Primo
2 quia statutum nostrum generaliter loqui intelligit, Secundo quia in dote regulariter obtinere concludit, & sic extra casus enumeratos locum habere; quicquid sit in casibus, in quibus dos specialiter priuilegiata reperitur, in quibus
3 dotem statutum minimè comprehendere resoluerunt; Et ità hanc decisionem interpretati sunt
4 Domini de Rota *in Romana Societatis Officij* 4. *Februarij* 1602 *coram Penia post Pic. ad Statut. nostrum decis.* 1. *num.* 12. *in Romana Relationis indemnitatis* 22. *Maij eiusdē anni* 1602. & *optimè in Romana Dotis* 29. *eiusdem Maij coram Reuerendissimo Attrebatensi similiter post Pic. decis.* 13. *num.* 2. *cum seq.*

Nec omittimus eo forsan casu in subsidium
5 matrem necessario dotare debuisse, quod voluisse videtur Rota *in dicta Anconitana Dotis* 27. *Nouembris* 1598. *coram Cardinale Lancelletto*, & *decis.* 433. *num.* 1. & 2. *coram Reuerendissimo Domino Decano*, in quibus ità hanc ipsam decisionem *Put.* 160. intellexit, cum alias priuile-
6 gium dotis ad casum obligationis pro viro minimè extendi videatur, *Honded. conf.* 45. *nu.* 23. & 24. *lib.* 1. *Rot. in dicta decis.* 1. *post Pic. nu.* 12.
7 quod tamen vltimum non est tutum *ex notatis per eundem Pic. gloss.* 7. *num.* 245. *cum seq.* & *num.* 251. & *per Rot. post eum decis.* 15. *nu.* 4.

Nec repugnant prædictis ponderata verba, in quibus rationem dubitandi Domini de Assettamento constitutam censuere, videlicet *quasi dicta obligatio donationem saperet*, &c. quia licet in eis Rota Claudiæ fundamentum retulisset, non tamen in illis dubitandi rationem posuerat; cum eo casu propter speciale priuilegium dotis, & Iuris approbationem, licet Claudia pro viro intercessisset, cessantibus donationis, vel deceptionis suspicionibus præsumptiuè inductis obligationem impedientibus, obligatio valida fuisset, & statuti dispositionem euasisset, *vt ibi resolutum fuit*, & *in dicta decis.* 13. *post Pic.* & *clarè aperit idem Pic. dicta gloss.* 7. *num.* 242. *cum pluribus seq.* ità vt eo casu dicta donationis suspicio, nec considerabilis fuerit, nec considerata: in cæteris verò non ob eam tantum, verùm generali ratione causam dotis regulariter comprehendi resolutum, & quando etiam ex præsumptæ donationis in statuto expresso capite dotis casum comprehendi fuisset decisum, non ob id sequeretur, vt iam ostendimus, quin & idem ex quocunque alio, statuti expressa ratione obtinuisset, ac decidi debuisset.

SVMMARIVM.

1 *Forenses in Vrbe, eiusque districtu contrahentes statuto nostro subijciuntur.*
2 *Statutum nostrum in transactione locum habet;*
3 *Hæc decis.* 195. *apud Caputaq. par.* 3. *in statuto transactionem comprehendens generali ratione, qua cæteri penè omnes comprehendunt r, eadem ad omnes adducitur.*

DECISIO VNDECIMA.

1552. 12. & 19. Decembris in Romana Hæreditatis coram Augustino *per Caputaq. par.* 3. *decis.* 195. Fuerat per forenses minores, vel cuiuscunque ætatis mulieres super quibusdam alimentis absq; nostri statuti solemnitatibus transactū, ideòque huiusmodi transactionis validitas in controuersiam deducta fuit, & an statuto locus fuisset, dubitatum, & *dicta die* 12. *Decembris* con-
1 trahentium in Vrbe, forensium personas comprehendi resolutū; & quamuis in refutationibus, quæ-
2 tationibus, ac pactis de non petendo statutum specificè loqueretur, etiam in transactionibus obtinere; die verò 19. *Decembris*, iterum in transactione, de qua agebatur statutum locū habere; tū ex maioritate rationis, tum quia in transactione ex necessitate refutatio fieri dicebatur; Ex qua resolutione Domini de Assettamento deducunt; statutum in transactione, in qua ex necessitate fit refutatio, locum habere. Quod citra controuersiam est; indè verò minimè inferri potest, quin & in aliis contractibus, & alia ratione, quando refutationem refelleret, & in ipsa transactione locum haberet; huiusmodi siquidem refutationis ponderata comprehensio præcedētem rationem ex maioritate rationis deductā minimè destruit;
3 quo fit, vt ex hac ipsa decisione contrarium inferri ad nostram sententiam confouendam deducatur; quod, refutatione etiam circumscripta, ex maioritate, vel identitate rationis transactio statuto subiaceat; sicut quilibet alter contractus in quo mulierum, minorumque læsio, etiam indirectē intercedere possit; & fraus, ac deceptio possibilis iudicetur, & ità intelligi videtur apud Sanctissimum Gregorium XV. *decis.* 260. *num.* 2. & 3. & 473. *num.* 5. & *voluit Pic. dicta gloss.* 7. *num.* 51. & 52.

SVMMARIVM.

1 *Sponsaliorum contractus statuti nostri solemnitatibus non eget.*
2 *Statutum nostrum in contractu matrimoniali locum*

cum non habet.

3 *Statutum nostrum non habet locum in dote, contra num.4. Concilia num.14.cum seq.*

4 *Statum nostrum regulariter in dote locum habet, & num.19.*

5 *Dotis obligatio mulieris maioris specialiter priuilegiata statuto non subijcitur, & num.15.*

6 *Dotis obligatio minorum, quando de necessitate dotare tenentur, statuto non comprehenditur, & num.16. declara, vt num.9.*

7 *Obligatio minorum pro dote statuto nostro suppĝitur, limita vt num.6.*

8 *Decisiones 3. & 199. par. 3. Verall. quomodo intelligantur, & num.11.12. & 13.*

9 *Obligatio minorum pro dote, quando tenentur dotare, valet sine solemnitatibus, quando non fuit excessum, & de non excessu apparet.*

10 *Statutum nostrum, ac reliqua, Iuris interpretationem non respuit.*

11 *Argumentum ab inclusione vnius ad exclusionem alterius non valet, quando aliàs, quod exclusum dicitur potest comprehendi.*

DECISIO XII.

1554. 30. Aprilis, 30. Octobris; & 10. Decembris. In Pitiliana Dotis coram Oradino *per Caputaquen. decis. 3. & 199. par. 3.* Quærebatur, an rati habitio per minorem annis 20. sine solemnitatibus statuti nostri contractus parentelæ,

1 ac sponsaliorum valeret; & affirmatiuè conclusum, fundamentum verò resolutionis fuit, quia

2 statutum non procedit in contractu matrimoniali, & dependentibus ab eo, & ideò *dicta decis.*

3 199. iterum non habere locum in dote, nec donatione propter nuptias specialiter deciditur.

In his decisionibus, quod & ad superiùs notata, & inferiùs dicenda, referri cupimus, circa ea, quæ ad punctum controuersum non attinent, nihil nos firmare proferi respectu illius articuli, an statutum causam dotis comprehendat, intelligi volumus, quod in eis negari videtur, af-

4 firmari verò *in decis. Put.* 160. *num.3.* de qua superiùs latè egimus, *& in decis.13. post Pic.* &

5 eo tantum casu excipi, quando de muliere maiori agitur, in quo specialiter dos priuilegiata di-

6 citur *Rota decis. 60. num. 28. & seq. post Pic.* in minoribus autem quando de necessitate dumtaxat dotare tenerentur, *vt in Anconitana Dotis 27. Nouembris 1598. coram Card. Lancellotto* & licet obiter non autem ex professo, tunc firmatum fuisse testetur *Rota in dicta decis. 13. nu. 5. vers. Non obstat, post Pic.* tamen eandem opinionem, & ex professo firmasse videtur *in Maceraten. Dotis 10. Iunij 1594. coram bon. memoriæ Card. Millino per Pic. in ordine* 16. alias enim

7 remanet firmum, quod obligatio pro dote sub statuto comprehendatur, *vt in dicta decis. 60. nu. 28. post Pic in decis. 385. num. 7. par. 2. recent.* &

8 ità intelligi huiusmodi decisiones Veralli, cum ad hoc deducatur *dicta decis. 199. in dicta Anconitana Dotis coram Lancellotto, in dicta Maceraten. Dotis coram Millino, & in dicta 433. nu. 2. coram Reuerendiss. Decano*, manifestè appareat, & ità tenuit ipse Picus aliis relatis *dicta glo. 7. num. 259. in muliere minore, & 260 in masculo minore*, quinimò & tunc iterum casus dotis

9 tantum excipi videtur in minore de necessitate dotanti, quando excessum non fuit, & de non excessu iam constat, *vt in dicta decis. 16. num. 2.* quo casu statuti ratio cessat, & deceptionis præsumptio excluditur; Quæ sufficiat retulisse, vt ex iudicio, ac rationibus Rotæ, quisque, quid in causa dotis censendum sit, eligat, nostrum siquidem, nulla præsertim nostri inflicuti impellente ratione, minimè facimus ponere os in Cælum, ac inter lepram, ac lepram iudicare. Non enim credimus sententiam nostram, ex quo dotis contractus, vel speciali ratione aliqua, vel Iuris interpretatione alter statuti dispositionem

10 euadat, in aliquo lædi; cum certum sit, nostrum, non secùs ac reliqua, talem Iuris interpretationem minimè excludere, *vt post Salic. in l. 2. C. de noxal. Corn. cons. 314 col 2. vol. 3. & Paris. cons. 84. num. 15. vol. 1. in puncto dixit Rota apud Put. dicta decis. 55. num. 5. lib. 3.* ac multipliciter declarari, & similibus rationibus restringi, ac limitari, *vt post alios tradit Pic. dicta glos. 7. nu. 196. cum seq. vsque ad fin. glos.* His igitur præmissis

11 consequens sit, decisiones huiusmodi Verall. nec à cæteris dissentire, nam cum dictum fuerit, nec contractum matrimonij, nec sponsaliorum, nec dotis; nec propter nuptias donationis, rationibus, de quibus ibi, statutum comprehendere; & consequenter expressa statuti ratio, & fraus præsumpta cessarent ad ostendendum casum non fuisse comprehensum, sufficiens fuit affirmare in enumeratis non legi, & ob id ea verba, quod contractus prædicti non comprehenderentur, quia in enumeratis non legebantur, in quibus ex aduerso fit fundamentum, nihil operarentur, nisi iidem contractus expressam statuti rationem, illiusque dispositionem euasissent. Eo enim tantummodò casu ex verbis huiusmodi specialibus desumptum

12 argumentum procedit, quando cæteri casus alia ratione, & modo, quam verbis illis explicitis, ac titulis enumeratis comprehendi minimè potuissent, *vt apparet ex dicta decis. Put. 55. lib. 3. 529. num. 4. par. 1. diuers. & passim in alijs, & in*

13 *puncto ex hoc cessare rationem in dictis verbis consistentem, in decis. 3. Verall. fuit resolutum in dec. 1242. num. 4. apud Seraph.* & hinc factum, quod in vtraq. *decis. 1. & 199. Verall. par. 3.* de quibus agimus non nisi coniunctim illa verba cum præcedentibus emissa fuerint, in quibus dicitur: statutum casus ibi decisos non complecti, quod certè dicere fuisset sufficiens, quando Rota de alia comprehensione non intellexisset, quàm verbali in enumeratis contractibus, quam mox ad differentiam alterius, & exclusionè complendam coniunctiuè subiunxit iuxta distinctionem suprà firmatam. Vnum tandem nec omittendum censuimus, quod licet, vt superiùs diximus, deci-

14 siones huiusmodi cum *decis. Put. 160.* aliquo modo pugnare videantur, re vera tamen conciliari possunt, & consentientes iudicari, & quidem, quod ad casus in specie decisos attinet, nam & apud *Put. dicta decis. 160.* sacrum Palatium resoluit in obligatione mulieris pro dote minimè locum esse statuto propter speciale dotis priuilegium in corpore Iuris, vt ostendimus, *l. si dotare, & l. finali C. ad Sen. Consult. Velleian.* Idem

16 apud Verall. in minoribus ex duobus, vel quia nempè Iuris necessitate dotare tenerentur, quo

casu

casu dicitur obligatio necessaria, *iuxt. not. per Rom. in cons.* 394. *sæpius approbato*, vel quia dos & propter nuptias donatio sponsalitiorum, seu matrimonii contractui accessoria esset, in quo absque solemnitatibus minores liberè, ac licitè cõ-
17 trahunt, ex quo tunc idem in dote, & aliis prædictis dicendum esse firmant *Soc. cons.* 80. *nu.* 23. *vol.* 4. *cum alijs in dictis decis.* 3. & 199. & *latè Pic. dicta gloss* 7. *in* 15. *limit. num.* 218. Quod tamen non ità de facili, & præsertim cum agitur
18 de iis, quæ seruando seruari non possunt, ac indistinctè admitti videtur, *vt per Surd. decis.* 278. & 287. & *post eum per Gratian. discept. forens. cap.* 27. *num.* 16, & *seq* 367. *nu.* 1. & 583. *nu.* 2. 3. & 5. *in qua Surd. decis.* 287. *num.* 4. *vers.* & *non mouetur*, & *num.* 5. *debilitatur maximè Soc. prædicta consultatio*, & *assectarum auctoritas*, cum igitur rationes omnes huiusmodi speciales sint, in quibus nostri statuti limitationes, ac declarationes consistunt, *vt apud Pic. dicta gloss.* 7. *latè*; sequitur quoad resolutiones, decisiones esse conformes; cum enim omnes particularibus, ac specialibus rationibus in dote locum obtinere statutum negent, satis videtur inferri ipsam
19 dotem regulariter statutum comprehendere, *iuxt. dicta decis. Put.* 160. *num.* 1. & *in fin. Surd. dicta decis.* 287. *num* 4. & 5. & *in recent. dicta decis.* 385. *num.* 7. *par.* 2. in quo prædictis, vt supra intellectis, ac conciliatis, nullam sacri Auditorii decisionem contradicentem inuenimus: ex quo & nostræ confirmatio, & contrariæ certissima redditur opinionis destructio, cum ex prædictis deducatur in enumeratis statuti casibus dotem minimè comprehendi, & tamen exceptis casibus specialibus dispositioni statuti subiacere.

SVMMARIVM.

1 *Statutum nostrum in transactione præcedit.*
2 *Statutum nostrum transactionem comprehendit, vel etiam si refutationem non contineret, sicut alios contractus comprehendit, qui illam non continent.*

DECISIO XLII.

1576. 15. Iunii in Romana Nullitatis de Scapuccis coram Card. Blanchetto, in qua statutum
1 nostrum in transactione locum habere, resolutum dicitur *in decis.* 529. *par.* 1. *diuers.* & *in Romana Hæreditatis* 29. *Nouembris* 1602. *coram Litta*, quod & expressè desumitur ex duabus decisionibus in eadem causa Romana de Scapuccis *eod. par.* 1. *diuers* 557. & 558. in quibus mutuæ refutationes ponderantur, in quo per Dominos de Assectamento fit fundamentum, ex eo, quia continet refutationem, & cessionem; transactionem in statuto comprehendi inferentes: quod nec nos negamus, nec nostram infringit sententiam, cum per hoc non excludatur, quin & si cessionis, & refutationis termipos egrederetur, statuto comprehenderetur; cum & contra-
2 ctus alios comprehendat, vt hac ipsa decisione supposita, & adducta, statim sacrum Palatium declarauit *in dicta decis.* 529. *num.* 4. *par.* 1. *diuers. de qua mox*, satis est enim transactionem comprehendi fuisse decisum, vt nostra minimè officiat sententiæ, neminem namque latere putamus, ex huiusmodi particulari affirmatione minimè posse negatiuè concludi, quinimò aut in transactione refutatio, cessio, vel quod vis aliud ex enumeratis, etiam indirectè, & in indiuiduo in statuto, comprehenditur; & in ea nulla disceptatio cadit; aut neque directè, neque indirectè enumeratis circumscribitur, & decisio nostram firmat sententiam, impugnatq; cõtrariam. Quæ ex deductis superiùs *ad decis.* 195. *Verall. par.* 3. cui hæc congruit, confirmantur.

SVMMARIVM.

1 *Transactio nostro statuto non comprehenditur.*
2 *Cessio statuto nostro subijcitur.*
3 *Transactio etiam citra cessionem, et refutationem Statuto nostro comprehenditur.*
4 *Decisio hæc.* 529. *par.* 1. *diuers. ad omnes contractus generaliter comprehendendos adducitur.*
5 *Transactio ex generali ratione, non speciali tam refutationis, quam cessionis comprehensionis statuto subijcitur.*

DECISIO IVX.

1579. 20. Februarii coram celeberrimo Iurisconsulto, ac gloriosæ memoriæ Clemente Octauo Pont. Max. in Tiburtina Castri Sambuci *relata par.* 1. *diuers.* 529. In qua omissa facti totius serie; Quæsitum fuit, an in transactione, de qua agebatur, constaret de tali errore Iudicis, qui decretum interposuerat, vt decretum, & consequenter transactio corrueret, & sine resolutum affirmatiuè. Verum, quia ad effugiendam dubitationem, & necessitatem solemnitatum excludendam, obiiciebatur statutum nostrum in tran-
1 sactione minimè locum habere, *ex notat. per Bero. cons.* 176. *num.* 46. & 47. *in* 1. *volum.* fuit responsum contractum illum fuisse principaliter cessionis, in quo statutum locum obtinet,
2 *vt in decis. Romana de Scapuccijs coram Cardin. Blanchetto*, & ità, dictæ conclusionis etiam veritate supposita, non obstare Beroum, moxque nec veram Beroti conclusionem adiectum; licet enim, quod aiebat ipse, in quatuor casibus explicitè statutum loquatur, ex quo prætendebat transactionem ab expressis satis diuersam à statuto excludi; in alijs tamen, etiam obtinere decisum fuit; *vt apud Put. d. decis.* 55. *lib.* 3. ità vt,
3 etiam cessionem citra transactionem comprehẽdi non obscurè concludatur; quapropter ex ista deceptionis & fraudis statuti generali ratione, vbi ex possibili læsione præsumptio insurgat, in omnibus locùm habere statutum, & seipsam
4 hæc declarat decisio, dum dictam decisionem coram *Puteo* 55. *lib.* 3. sequitur, & sacrum Palatium intelligit *in d. dicis.* 6. *post Pic. num.* 1. *apud Sãctissimum Gregorium d. decis.* 164. *n.* 4. *et* 333. *num.* 1. *coram Reuerendissimo D. Decano, in dicta Romana Depositi, ac nouissimè in Romana Nullitatis contractus* 13. *Nouembris* 1628
5 eademque ratione transactionem statuto includi firmauit Picus *dicta gloss.* 7. *num.* 51. & 52. At dato etiam, quod ea tantum ratione, quia esset principaliter contractus cessionis. & refutationis, transactionem comprehendi diceretur conclusum; Et vrgent responsiones *in proxima præ-*

precedenti decis. & in 193. par. 3. Capit. & in alijs superius adductis.

SVMMARIVM.

1 *Implementi defectu non recedituꝛ à contractu emptionis, & venditionis.*
2 *Contractus ex causa necessaria, & iuris necessitate initus Statuto nostro non subest.*
3 *Statutum nostrum locum habet in cessione.*
4 *Responsio ex interrogatione suppletur, & declaratur.*

Decisio. 1133. Card. Seraph. declaratur.

DECISIO XV.

1595. 5. Iunij in Romana Domus, seu nullitatis concordiæ *inter impressas 1133. coram Car. Seraph.* Huius decisionis species satis clarè desumi nequit, sed hoc non obscurè percipitur, quod dum ageretur forsan pro obseruatione alicuius Iuris, tam vigore subsecutæ concordiæ, & transactionis nouati, ob cuius in obseruantiam ad illud regressus prætendebatur. Quæsitum fuit, an contractus de quo ibi, & post transactionem initus, Liuiæ redire volenti obstaret; & pro affirmatiua deducebatur, illum fuisse contractum
1 emptionis, & venditionis, à quo ob non implementum non licet de Iure recedere; sed requiri actum retrosimilem; *l. prima C. quando lic. ab empt. disced. l. ab emptione, de pact. cum alijs ibi.* Solemnitatum verò statutariarum defectum ideò frustra obiici, quia ex causa necessaria, præ-
2 cedenti nempe legitima transactione, contraxisset videbatur, *ad not. per Roman. cons. 280. & 394. cum alijs*, de quo nos superiùs latiùs *ad dec. 9. Put. de Constit.* Contrarium tamen resolutum fuit, contractus enim emptionis, & ven-
3 ditionis non erat, sed cessionis cuiusdam potiùs, in qua statutum locum habet, *vt in causa Rom Vinea de Scapuccijs coram Card. Blanchetto, iuxta decis. Put. 7. & 55. lib. 3.*

In hac decisione ex eo vis fieri apparet, quia contractum non fuisse emptionis dictum fuerit, sed cessionis, in qua statutum obtinet, quasi in venditione locum esse statuto Rotam negasse videatur. Credimus tamen hanc non fuisse Rotæ mentem clarè deduci, sed in illis verbis ordinatim relatis obiectis satisfacere voluisse, re-
4 sponsio enim ex interrogatione suppletur, & declaratur, *§. preterea, instit. de inutil. stip. & not. omnes in l. 1. §. si quis ita, & signanter Bolognett. num. 39. ff. de verb. oblig.* Primo igitur satisfecit obiecto, negando emptionis contractum illum esse, à quo ob non implementum minimè liceret recedere, iurium cessionem potius fuisse affirmando, in qua statutum locum habet; ex quibus, secundo respondet; apparet itaque minimè dixisse Rotam illum non fuisse emptionis contractum, vt alio nomine, iurium videlicet cessionis, includeretur statuto: sed ad primam resolutioni factam oppositionem excludendam; nec dixisse in iurium cessione, ad venditionis, emptionisque differentiam, statutum locum habere; de qua eo casu minimè agebatur, nec decidere propositum erat; sed ad ostendendum non agi de quietatione necessaria statuto nequaquam subiecta, sub cuius nomine contractus ille prætendebatur immunis; verum de iurium cessione, in qua iuxta Putei decisiones intrat statutum, quæ vt superius ostendimus, nec venditionem, emptionesque ex statuto excludunt; imò certè omnino includunt, ea enim, & si specialis expressio, enumeratioque deficiat, implicita verborum vis, expressæque rationis identitas famulatur.

SVMMARIVM.

1 *Pactum liberatorium, seù remissiuum iurispetendi dotis restitutionem, statuto nostro comprehenditur.*
2 *Statutum nostrum vbicunque mulier, & minor directè, vel indirectè laditur, aut ius remittit locum habet.*

DECISIO XVI.

1601. 8. Februarij *inter decisiones diuersi par. 4. in ordine 434.* in Romana de Capizucchis coram Penia, in qua totius facti serie omissa, ad rem nostram præcipuè quærebatur, an pactum inter Vincentium de Capizucchis, & Laudemiã Rossam in contractu matrimonii emissum, quod præmoriente Vincentio de omnibus, & singulis bonis in dotem datis, ac de certa parte bonorum Vincentii in fauorem filiorum Vincentij, vel alicuius ex eis præcedente vxore, Laudemia disponere teneretur, ad effectum tamen, de quo ibi; validum esset: & post alias rationes pro negatiua deductas, in quo sacrum Palatium resedit, additum fuit, quod aliquibus ex Dominis minimè displicebat, quod huiusmodi pactum
1 tanquam donationem continens, seù Iurispetendi dotem in casu dissoluti matrimonij per obitum mariti remissionem, sine solemnitate antiqui Vrbis statuti lib. 1. cap. 19. celebrari non pote-
2 rat, quod locum habet, vbicunque mulier directè, vel indirectè læditur, vel remittitur suum, *Crescent. dec. 3. de Constit. & Rot. in Romana Pacti de redimin. coram Comitulo 9 Decembris 1588. quæ est 44. post Vic. de qua inferius.* In hac decisione pro Dominorum de Assettamento sententia, nullum percipimus fundamentum, vtpotè, qui in iurium remissione statutum obtinere contendunt, quod non solum concedimus: verum etiam, & in alijs omnibus, in quibus deceptionis, ac fraudis expressa in statuto ratio vigere potest, approbamus, *iuxta dictam decis. Crescent. 3. de Constit.* Cui hæc decisio per omnia congruit, dum non solum in iurium remissione, sed vbicunque mulier directè, vel indirectè læditur, statutum locum sibi vendicare concludit, ac ità partes nostras egregiè tuetur, cum hæc vniuersalia verba ad expressos casus nullo modo restrictionem patiantur: Nec putamus eximios Dominos de Assettamento, ex eo quod dicit, vbicunque mulier læditur, ex hac decisione intellexisse, læsionem actu requiri, illiusq; iustificationem necessariam, vt statuto locum fieret: quia omisso, quod etiam si hoc esset, dummodò extra casus expressos, vel ad illos indirectè tendentes contingeret, ex ea nihilominus arguereturillorum opinio, ex illis verbis, quod statutum locum habet, vbicunque mulier remittit,

aut

aut lædetur, affirmatiuis, quin & vbi lædi, ac decipi potest, locum obtineat, nón defumitur; cum tamen, ad inducendam deceptionis, ac læsionis probationem Iuris præsumptionē, hoc sufficiat, quod possit adesse, *vt in dicta decis. 3. Crescent.* & ità prudentissimè potuit, etiamsi de læsione minimè constitisset, sequendo legis præsumptionem, verbis illis vti Rota, cui præsumptioni vera, & re ipsa deceptione intercedente, magis, magisque inhærendum fuisset, quod superiùs comprobauimus. In hac autem decisione supremo adnotandum est, eatenus decisiones sacri Palatij super antiquo statùto, ac decisiones super nouo emanatas inuicem congruere, vt non solum in recentioribus antiquiores ad idem adducantur, quod etiam demonstrauimus, & inferiùs apparebit; sed etiam super nouo firmatas ad resolutiones super antiquo comprobādas excerptas fuisse pateat, *ex decisione allegata Comit.* quæ de cap. 151. lib. 1. loquitur de quo latè infra.

SVMMARIVM.

1 *Statuti antiquis in reform. cap. 19. par. 2. tenor.*
2 *Statuti antiqui nostri partis secundæ qui meminerint.*
3 *Statuti antiqui secunda pars à reliquo separata, & in cap. 154. lib. 1. in nouis conuersa.*
4 *Statuti nostri antiqui pars secunda re ipsa, et actu lasionem requirit.*
5 *Rescissio validitatem supponit.*
6 *Rescindi nullum minimè potest.*
7 *Statuti antiqui pars prima, & cap. 151. in nouis, in omnibus contractibus locum habent, in quibus expressa viget ratio deceptionis, & est possibilis læsio.*
8 *Statuti antiqui pars secunda cap. 154. in nouis eosdem contractus, habiles tamen, ac prima veteris, & cap. 151. in nouis comprehendunt, & num. 11. cum seq.*
9 *Relatiuum, seu dictio, quis, maiores, & minores refert.*
10 *Statuti antiqui pars secunda in maioribus, & minoribus cum solemnitatibus contrahentibus locum habet.*
11 *Verba vniuersalia generaliter sunt intelligenda. Etiam in materia stricta, num. 13. idem & in statuto num. 14.*
15 *Verba vniuersalia vniuersaliter sunt intelligenda.*
16 *Interpretatio dispositis intentioni repugnans reijcienda.*
17 *Interpretatio, quæ à sapientibus reprehendi possit, haud capienda.*
18 *Interpretatio, quæ congrua sit, magisq; rei conueniat, admittenda.*
19 *Nullitas contractus non potest per tertium opponi, & quando, remissiuè.*
20 *Nullitas per minorem, & mulierem earumve hæredes proponitur.*
21 *Nullitas non potest contra minores, & mulieres contractui inhærentes, etiam per ipsos cōtrahentes opponi.*
22 *Minori, vel mulieri ad rescissionem agenti ex læsione, & statuto 154. nullitatē non posse obijci.*
23 *Remedium speciale generale non admittit, licet spe-*
ciale, alias de sui natura esset tale, quod in concursu generalis cessaret.
24 *Statutum Vrbis Constitutioni Marchiæ loquenti vniuersaliter æquiparari.*
25 *Decisiones, & Resolutiones Rotæ promiscuæ interpretationi Statuti Vrbis, ac Marchiæ Constitutionis deseruire, ac vsurpari.*

Prioris Partis

INSPECTIONIS PRIMAE.

FINIS.

Exantlatis iam super antiquo statuto ad rem difficilioribus resolutionibus, in portu quodammodò nauem agimus, dum ad alias properamus; subsistere tamen aliquantulum cogimur, dum relati antiqui statuti secundam partem ad rem nostram perpendimus, nouiq; tenorem, differentiasque proferimus.

1 Et quod attinet ad prædictam secundam partem in reformatione cap. 19. quæ in hæc verba disponit. *Et in omnibus contractibus, & negotijs, vbi quis masculus, seù famina reperiatur læsus, vltra tertiam partem eius, quod agitur, iuramentum censeatur dolosè extortum, & nihil operetur,* 2 de qua parte meminit Rota *decis. 100. n. 2. & disputat decis. 158. aliàs 162. apud Put. lib. 1. decis. 227. post Pacif. de Salu. interd. secundum vltimam impressionem, & Gratian. discept. forens. cap. 652. num. 24.* & separata fuit à reliquis. & 3 successiuè in nouis statutis, additis verbis procedi possit ad rescissionem, in caput distinctum. *sub titulo de læsione in ordine 154. lib. 1.* conuersa. 4 Hanc secundā antiquæ Vrbanę dispositionis partem eò tantū casu sacrum Palatium ex verbis claris obtinere resoluerat, quò non læsionis potentia, sed reipsa læsio intercesserat; *vt in dicta decis. 158. penes Put. lib. 1.* ex quo idem admirtētes Domini de Assectamento in eā deuenere sententiam, hanc ipsam secundam statuti partem, in qua, vt aiunt, de contractibus sui natura læsiuis non agebatur, antequam de læsione constaret, non annullasse contractus, prout prima annullabat de sui natura læsiuos; inferunt igitur ex hoc, quod cū dicta secunda pars, vt iam diximus, sublata fuerit, & in nouam dispositionem cesserit, qua rescindi contractus cauetur, quod 5 validitatem præsupponit, *l. 2. & toto titulo, C.* 6 *de rescind. vendit.* cum rescindi, quod nullum est, minimè possit, *vt probat Surd. cons. 52. num. 57. & 58.* nullo modo hodie saluari possit opinio Pici *dicta gloss. 7.* statutum in omnibus contractibus, in quibus minores, & mulieres lædi possunt locum habere firmantis; nostrę, imò sacræ Rotæ, quam reticere, parcentes, id clarè suppo nentes contractus omnes, etiam per minores, & mulieres sine solemnitatibus initos, præter in statuto enumeratos, vel eosdem indirectè rescerentes, quos de sui natura læsiuos dicunt, vigore statuti 154. in tertia re ipsa lęsione probata rescisione egere, nec in prima parte veteris statuti, vel in nouo sub cap. 151. ex ea relicto comprehendi. Quod tamen eorum opinionis, de qua agimus, veritatem implicat, nullaque ratione suaderi, vel defendi potest. Clarissimum est etenim

etenim secundam hanc veteris statuti partem à prima; statutum 154. in nouis à statuto 151. minimè ea ratione distingui, quia prima pars veteris caput 151. in nouis, in contractibus de sui natura læsiuis obtinuisset tãtummodo, vel obtineat; id enim superioribus falsum ostensum, & nonsimè patefiet; vtramque etenim dispositionem primam, videlicet veteris partem cap. 151. in nouis, 7 vltra enumeratos, eosque referentes, in omnibus contractibus, in quibus deceptionis, & fraudis viget ratio, & est possibilis læsio, locum habere; & præfatis decisionibus innotescit, & sequentibus euidentiùs apparebit, & in verbis *ex dicta decis. Put.* 158. *aliàs* 162. *lib.* 1. resoluit Rota *in* Romana *Hæreditatis de Ghisijs* 26. *Octobris* 1588. *coram Gypsio*; dicitur enim ibi, licet mandatum procuræ de per se, & ex sui natura non esset actus læsiuus; satis tamen fuisse, ex eo minores, mulieresue lædi potuisse. Minùsque verum est secundum veteris partem cap. 154. statuti 8 noui, alios, diuersosque ab eis contractus comprehendere, qui in prima veteris, & in cap. 151. noui inessent; sed planè eosdem, habiles tamen, & proportionatos ad producendam requisitam lęsionem, *iux. decis.* 227. *post Pacif. de Salu. vt per Grat. discept. for. cap.* 953. *nu.* 24. *cum seq.* diuersimodè tamen, ac secundum diuersum essendi modum minorum, mulierumque inspecta persona, vel, cum latiùs pateat, & maiores comprehendat, diuersarum personarum respectu. Id etenim palàm est non contractus distinguere: sed contrahendi modum, & contractuum ipsorum formam, & solemnitates, statuentes tradere voluisse, & de illorum efficacia, ac validitate decernere. Cum igitur iam plenè in prima veteris parte, & in cap. 151. noui Statuti non seruatis solemnitatibus, fraudis, deceptionis, ac doli præsumptione minoribus; mulieribusque consulcum fuisset, expediretque eos solemnibus etiam emissis, & deceptionis, dolique præsumptione cessante, si verè læsos, ac deceptos probari contingeret remedio non destitui, ac ne quod cæteris perfectæ etiam ætatis, integrisque iudicio statuentes concedere, intendebant, eis denegaretur; addendo præmissis, & variatis verbis, non amplius ad fœminas, & imperfectæ ætatis masculos dispositionem coarctando, sed ampliatiuè, & augumentatiuè loquendo, iuramentum dolosè adhibitum censeri; si in tertia parte eius, quod agetur, quis masculus, seù fœmina læsus reperiretur, 9 statuerunt. Illa namque dictio *quis masculus seù fœmina*, &c. maiores, & minores comprehendit, *ex tex. in l. quisque litigandi 4. ff. de in ius voc. l. 1. §. ait Prætor, vbi not. Bart. ff. de constit. pecun. Dominus Barbos. in remissionib. de Dictionib.* 10 *dict.* 273. *num.* 3. & ità in puncto generaliter in maioribus, & minoribus, etiam cum solemnitatibus obligatis, statutum nostrum intelligit Berous ipse, quem Domini de Assectamẽto sequuntur. *in cons.* 176. *nu.* 54. *vers. Non obstat, in* 1. *vol.* Nec vllo pacto ex dicta secunda antiqui statuti parte vel ex cap. 154. in nouis, contractus in prima veteris parte, & in dicto cap. 151. comprehenti excludi potuissent, & ità præfata distinctio nullis statuti verbis, vel ratione suffulta admitti; tum 11 quia, vltra quod hoc esset sententiæ Rotę contrarium *in dicta decis.* 44. *post Pac. in dicta decis.* 227. *post Pacif. de Salu.* in quibus Rota in eodem casu pro certo supponens vtrique locum fieri potuisse, nisi contractus qualitas successiuum concursum prohibuisset; & alteruti locum esse firmauit, & vtrique prætendebatur obstanti, respondit, verba sunt vniuersalia *in omnibus contractibus*, 12 *& negotijs*, &c. quæ meritò generaliter sunt intelligenda *l. 1. ff. de leg. præstan. cum concordantibus*, etiam in materia stricta, *vt dicit Dec. cons.* 534. *num.* 5. *Rot. apud Gregor. XV. decis.* 13 327. *num.* 4 *&* 5. & in terminis statuti; *Eugen. cons.* 22. *nu.* 15. *et post Alciat. Bocc. ad constit. Pi-* 15 *ceni, glos.* 7. *num.* 2. imò vniuersaliter, vt tradũt Canon. & præsertim Imol. *in cap.* 1. *de transact. & Doctor. in l. si de certa, C. eodem titulo, & post alios idem Boccat. ibidem glos.* 7. *num.* 8. *&* 26. & in puncto huius statuti Berous *d. cons.* 176. *nu.* 54. *vers. Non obstat*; vbi quod & supra expressi in prima parte, & vniuersaliter cõtractus omnes includuntur, tùm quia nisi contractus expressi in prima parte statuti, in secunda comprehenderentur, & in cap. 151. in cap. 154. maximum sequeretur absurdum, quod mulieres, & minores, quorum indemnitati principaliter solemnibus emissis contulere statuentes proposuerant, vltra tertiam in illis læsi, dicti statuti beneficio minimè gauderent; sed enormissimam læsionem, & vltra dimidiam agnoscere, ac deducere cogerentur, *iuxt. not. communiter, in l.* 2. *C. de rescin. vend.* & contra expressam statuentium voluntatem, ac principale propositum maioribus deterioris essent conditionis, quod nullatenus est dicẽdum, 16 nusquam etenim ea est interpretatio admittenda, quæ toto asse dispositionem intentioni repugnat *ad tex. in l. leg. inutiliter. ff. de leg.* 1. *cum alijs per* 17 *Surd. cons.* 112. *nu.* 54. & quæ à sapientibus meritò reprehendi posset, *l. Saluius Arist. ff. de leg. præst. Aym. cons.* 3. *num.* 23. *&* 5. *num.* 14. *Bocc. cons.* 57. *num.* 19. *par.* 1. *Surd. cons.* 143. *num.* 35. *& fuit ponderatum per* Rotam *in* Romana Societatis *officy seu.* 1000. 1. *Iulij* 1627. *coram R.P.D. Merlino*, contraque ea semper recipienda, quæ 18 congrua sit, magisque rei, de qua agitur, aptetur conueniatque *l. item veniunt, § item aptanda, ff. de pet. hared. Ant. Cioss. cons.* 54. *num.* 3. *par.* 1. quod in puncto duobus verbis tenuit Rota *in decis.* 59. *num.* 18. *in fin. post Picum*, vbi, quod minores seruatis solemnitatibus super enormissima læsione Rotæ sententia sunt audiendi. Quapropter etiam non emissis solemnibus, cum nullitas, vtcunque publico fauore inducta, speciali minorum, mulierumque commodo, & vtilitati intendat, quidquid sit de ea conclusione, an pos- 19 sit per tertium opponi, quod cum aliquibus tamen limitationibus, de quibus per eum negari videtur per *Surd. decis.* 108. *vt per Gratian. discep. forens. cap.* 27. *num.* 39. *&* 40. & per solam mulie- 20 rem, & minorem, illorumque hæredes proponi, *vt decis.* 385. *num.* 4. *&* 5 *par.* 1. *recent.* id satis tutum videtur, nullitatem huiusmodi contra 21 minores, & mulieres, etiam per ipsos contrahentes obuici non posse, & in hoc claudicare contractum, vt post alios idem Grat. tradit *dicto cap.* 27. *num.* 41. *& cap.* 583. *num.* 7. Quo fit, vt minori, vel mulieri ad rescissionem ratione læsionis ex statuto 154. agenti, quo casu quoad solemnitatem tacitè contractum approbare censetur, talem

lem nullitatem opponi non posse, dicendum videatur, ad rescissionem procedi posse, quod forsan sibi voluit sacrum Palatium *in decis. 44. nu. 5. post Pic.* dū in illo casu, vel *Stat. 154. vel 151.* locum fuisse asseruit. Quod tamen consideratione dignum firmare non auderemus, auctoritate nulla suffulti, nisi id Rotæ tribui posset, licèt nō
21 absit ratio, cum remedium speciale generale non adimat, licèt speciale de sui natura alias esset tale, quod in concursu generalis cessaret, *iuxta not. in l. in Prouincialibus, per Bartol Angel. Castren. & Ias. ff. de oper. nou. nunc. Odd. de restit. quæst. 7. art. 3. in fin.* Hæc igitur sacri Palatij opinio per Pic. relata, quam nos sequendam proposuimus, neque ipsa admisimus, sicuti aduersus prędicta, vt censemus, prævaluit, ità decisionibus deductis, deducendisque firmatur, ac Lambert. & Carpan. & aliorum auctoritate freta consistit: decisionibus quidem deductis allatis rationibus, deducendis verò vt mox patebit, ex quibus habetur, concluditurque statutum nostrum in omnibus, & quibuscunque casibus, in quibus mulieres, minoresque lædi, ac decipi possunt, obtinere. Auctoritatibus verò prædictorum, tum quia nostrum statutum satis generaliter loquitur, tùm quia idem per Dominos de Rota iudicatum fuit de
24 statuto Vrbis, ac de Constitutione Aegidiana absque extensione Carpensis, quod de Constitutione eadem cum extensione prædicta, quæ habet verba generalissima, ac geminata, satis verba vniuersalia existimantes expressę rationis vniuersalitate suffulta, *vt in puncto in decis. 260. nu. 1. 2. & 3. coram Sanctissimo*, ideòque decisiones de statuto nostro loquentes, ad resolutiones super Constitutione Marchiæ adduci passim videmus, *vt in decis. 1242. num. 3. apud Card. Seraph. in d. 260. num. 3. & in Perusina fideiussionis 26. Nouembris 1611. coram Reuerendiss. Pamphilio post Pic. 8. num. 3. & 4. in qua dicti*
25 *Sanctissimi decisio comprobatur*, & è contra decisiones de Constitutione prædicta loquentes ad statutum referri, *vt coram eodem Sanctissimo decis. 473. num. 5.*

Nec alicuius considerationis videtur, quod ad nostræ opinionis debilitatem pro maximo fertur, quod si contractus omnes comprehendi Rota voluisset, in tot decisiones discutere opus minimè fuisset; an in illis casibus, vnus ex prohibitis, vt aiunt, adesset; cum tamen nullus per statutum contractus prohibeatur, quod nec inhabilitando procedit *decis. 619. nu. 3. par. 2. recent.* sed vnico verbo respondendo, statutum in omnibus contractibus locum habere, difficultatem sustulisset. Hoc etenim, sæpiùs præstitum, quam petitum gratis requiritur, adsuntque claræ id habentes decisiones non paucæ; statimque noscendę, & quod vitio dant, nos clarissimorum Virorum prudentiæ, ac in litibus decidendis maturitati tribuimus. Quis enim dubitat, sapientissimos, Dominos millies etiam tutissimis generalibus rationibus, ac Iuris regulis causas decidere potuisse, ac posse, specialibus tamen, ac individuis vti voluisse, centiesque sibi pro particularium casuum diuersitate, ac contingentia quorū resolutioni inseruiūt, repetita placuisse *i'*

His itaque absolutis, en adest noui statuti nostri series, ex qua cum antiquiori prædicto collatione facta, differentiæ se prodent.

EX LIB. PRIMO.

DE CONTRACTIBVS *sine certa solemnitate non celebrandis. Cap. 151.*

VOlentes etiam fraudibus obuiare, ne mulieres ex earum simplicitate, & puberes etiam masculi, qui adhuc imperfectæ ætatis existunt, defraudentur; Statuimus, vt pacta, de non petendo refutationes, quietationes, & donationes, quæ à quibuscunque mulieribus, vel minoribus viginti annis masculis, siuè sub patria potestate, siuè sui iuris existentibus fient; nullius sint roboris, vel momenti, nisi duobus coniunctis proximioribus adhibitis, quorum non interfit, etiam medio iuramento approbantibus non esse in præiudicium earumdem mulierum, vel minorum, & si sub patria potestate existant, vocentur ex linea materna, & nihilominus præsentia patris interueniat, & si aliqui coniuncti non existerent cum Curatoris legitimi auctoritate. ac semper cum iudicis competentis decreto causa inscriptis illi expressa, & insinuata, ac plenè cognita contrahere debeant, & iuramentum aliàs præstitum, censeatur dolo, & metu extortum, & nihil operetur.

Super hoc itaque statuto, præfatis minimè dissentientes; per multum temporis interuallum, ab ipsaque statuti editione haud minore eruditione refertæ ab hoc sacro Tribunali decisiones prodiere.

INSPECTIONIS PRIMAE
PARS SECVNDA
DECISIONIS PRIMAE.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ad hæreditatem petendam ab intestato statuto nostro subest.*
2 *Mandatum procura de sui natura actus lasiuus non est.*
3 *Statutum nostrum locum obtinet, vbi minor, vel mulier lædi possit.*
4 *Renunciatio successionis ex testamento, ex petitione ab intestato inducitur.*
5 *Decisionis in Romana hæreditatis de Ghisijs 26. Octobris 1588. coram Gypsio, intellectus.*

DECISIO I.

ANno 1588. 26. Octobris coram Gypsio in Romana hæreditatis de Ghisijs, in qua, cú quædā Domina Clarix absq; statuti solemnitatibus cum consensu sui Viri ad petendā hæreditatem ipsius Aui paterni Laurētij ab intestato Vincentiū Merendam Procuratorem constituisset
1 Dubitatum fuit, an de sufficienti mandato con-

staret, & resolutum fuit negatiuè. Fundamen-
2 tum verò resolutionis fuit, quia licet mandatum procuræ de se actus læsiuus non sit, cum tamen
3 potuerit quis lædi, intrat statutũ *iuxta dec* 158 *aliàs* 162. *Put. lib.* 1. ex quo clarè corripitur Dominorum de Assettamento sententia affirmantium; statutum nostrum in expressis, de sui natura læsiuos, quos dicunt, dumtaxat restringi: Hanc autem dicti Domini ex eo decisionem cautsantur, quod in applicatione ad casum prędictæ
4 regulæ consideratum fuerit, ex hoc renunciationem quandam successionis ex testamento potuisse induci, *iuxta doctrinam Bartol. in l. ex sextante* 30. *in fin. princ.ff.de except.rei iudic.* quàm corruptè allegant *in l.ex testamento dicti tituli*, in quo huius initij nulla lex legitur; fidem, vt rati, dictę decis. vulgarium exemplarium, quæ circumferuntur, sequuti; quę renunciatio sine solemnitatibus fieri minimè potuisset, nec ob id de mandati inualiditate dubitari, & ex hoc declarari dicunt statutum in omni alio actu, in quo minores, & mulieres lędi possunt, locum non habere; sed solum quando vnus ex dictis quatuor, vt renunciatio, continetur. Hoc autem ni fallimur idem esset, quod dicere, Rotam eadem hac decis. inuicem pugnantia, & deduxisse, & se ipsam incontinenti correxisse, quod quàm durum sit legere, nemo est, quin videat. Contraria enim citra quęstionem hæc sunt, statutum in actu qui de per se lęsiuus non sit, si possit lędere locum habet, quod dicit decisio; & statutum in contractu de sui natura læsiuo, imò ex læsinis in quatuor tantum expressis, quos Domini de Assettamento tales contendunt; locum habet, quod decisionem habere ipsi concludunt. Verùm igitur est, Dominos de Rota in hac decisione, ac passim in alijs firmare; statutum in omnibus contractibus, in quibus læsio contingere potest, & statuti expressa militat ratio, locum habere. Verùm etiam est, quod in hac eadem decisione læsionem considerarunt, quia renunciatio potuit contingere, quam clarum est sine solemnitatibus fieri minimè potuisse; Haud autem inferri ex his sequitur, aut dixisse Rotam, statutum non in alio actu, in quo minor, & mulier lædi possunt, locum habere, sed solum, quando vnus ex quatuor continetur, cum expressè dicatur, & tunc statuto locum esse, licet actus ex se lęsiuus non sit, cum possit lædere, & tunc magis cum non possit non lædere; vndè Domini locum esse statuto, cum mandatum potuisset lædere, imò & renunciationem comprehendere, quæ non potuisset non lædere, nec à maioritate rationis statuti dispositionem euadere, resoluerunt. Et in hac de-
5 cisione vltra quatuor expressos in alijs statutum locum habere determinari; declarauit Rota, ad id eam deducens, *in Romana releuationis indemnitatis* 22. *Maij* 1602 *coram Ortembergo apud Pic. in ordine* 6. *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Pactum factum de redimendo alienanti per mulieres, & minores statuto nostro includitur.*
2 *Pactum de redimendo perpetuum valde minuit rei valorem.*
3 *Pacta, & promissiones sunt pars pretij.*
4 *Statutum nostrum locum habet quoties minores, vel mulieres directè, vel indirectè, etiam in consequentiã contractus extra quatuor ibi expressos, Ius suum remittunt.*
5 *Statuto nostro cap.* 151. *& cap.* 154. *minores. & mulieres vti possint. & quomodo.*
6 *Decisionem Comituli* 44. *post Pic. de omnibus contractibus intelligere statutum Rot. declarat.*
7 *Decisio in statuto nouo loquens ad resolutionem antiqui deducitur.*
8 *Statutum nouũ attenditur etiã in præteritis, quando ea declaratiuum, nõ noui Iuris inductiuum.*
9 *Statutum nouum, & declaratorium non trahitur ad præterita, quando expressè pro futuris est confirmatum.*
10 *Confirmatio Statutorum Vrbis pro futuris conceditur, nec ad præterita trahitur.*

DECISIO II.

1588. 9. Decembris coram Comitulo *post Pic. ad statutum nostrum in ordine* 44. ex qua decisione, licet non ità apertè facti species haberi possit, tamen non incongruè deducitur; de anno 1564. per D. Chiappinum Dominæ Helenæ domus cuiusdam partem non solùm pro scut. 360. in solutum datam fuisse; verùm etiam promissionis dotis eiusdem summæ pro Angela Chiappini filia factæ intuitu, qua summa iam soluta ex instrumento de anno 1595. fuit ad Chiappini, eiusq; hæredum fauorem pro sola dd. scut. 360. summa, absq; vlla cõpensatione dictæ promissionis, vel solutionis illius vigore iam factæ, sine solẽnitatibus statuti noliri initum perpetuũ d. domus redimen-
1 di partem pactum; cum autem dicti pacti vigore contra Helenæ hęredes institutum fuisset iudiciũ, & ad reuendendum cõpellerentur, fuit pacti validitas in dubium euocata, cuerlaq; Fuit enim pactum inualidum, Helenæq; hęredes ad reuẽdendũ minimè compelli potuisse, relatum. Fundamentũ verò resolutionis huius in Helenæ lęsione consistit, quæ ex dicti pacti adiectione respectu Iuris ex primo instrumento quæsiti, satis clarè insurgit, cum Helena, hæredesq; illius pro eodem pretio cum dicto perpetuo redimendi pacto, ac sine illo
2 rem habuissent, quod tamen rei valorem, & æstimationem valdè minuit, *c. cum Ioannes, de fid. instrum. Abb. in cap. ad nostram, num.* 8. *de contrab. empt. cum alijs num.* 12. *&* 13. multoq; magis respectu retrouenditionis promiss̨ pro scu. 160. nulla aliorum scut. 360. pro dote Angelæ promisso-
3 rum ratione habita, cuius dotis promissio in partẽ prætii cessarat, *l. fundi partem. de contrab. empt. l. si sterilis* 9. *si tibi, ff. de ædilitio. edicto, vt ibi n.* 4. Quare Dominis visum fuit statuto 151. seu 154.
4 locum esse, quod Rota quoties mulier, vel minor directè, vel indirectè ius suum remittit, habere locum interpretatur, etsi talis renuntiatio in consequentiam extra quatuor ibi expressos contractus veniat, *ad decessionem Crescent. Cost. & Put. vt num.* 5.

Ex hoc Domini de Assettamento habere dicunt, Rotam iuxta distinctionem à Statuto nouo factam distinxisse, quod videlicet in contractibus, in cap. 151. non specificatis, si adsit læsio, & de lęsione constiterit, statuto sub c. 154. sit locus, in specificatis verò si per indirectum remittatur, vel

refutetur Ius, cap. 151. Quod nec statutum dixit, nec Rota resoluit. Statutum enim in cap. 151. ad fraudes, deceptionesque mulierum, minorumque tollendas quatuor in individuo cõtractus exprimit; Cæteros verò implicitè, ac expressa ratione comprehendit. In cap. verò 154. læsionis re ipsa intercedentis vltra tertiam illius, quod agitur, ratione non modo alios, sed eosdẽ, & omnes planè contractus: negocia omnia, in quibus huiusmodi læsionis ratio obtineret, rescindi decernit: Rota verò nedũ asseretam distinctionem non admittit; Verùm etiam, vt superiùs adnotauimus, in eodemmet casu, & contractu vtriusq; statuti remediũ minoribus, mulieribus q; licèt non cumulatiuè, & in concursu, sed alternatiuè cõpetere, supponere videtur, quod alibi quã in hac decis. non habetur & singulariter est notandum. Benè tamen verum est, non obscurè hic affirmari, Statutum cap. 151. Rotam, interpretari, quotiescumque mulieres, vel minores directè, vel indirectè ius suum remittunt: & si id in consequentiam alterius contractus, quam expressorum, contingat, locum habere, quod nec in hac discussione est controuersum, nec partibus nostris negocium facit, cum ex hac affirmatiua, in aliis contractibus, etiam citra refutationem, statuto minimè locum fore, quod Domini de Assectamento contendunt, non inferatur; quinimò hanc ipsam decisionem generaliter in omni contractu, in quo statuti ratio locum habet, clarè patet intelligi, *in decis. 6. num. 1. post Pic. 434. par. 4. diuers. & 164. num. 4 apud Sanctissimum Gregorium XV.* quinimò tantum abest, quod ex dicto cap. 151. aliqua noua distinctio sit deducenda, vt decisio hæc ipsa de eo loquens, ad decisionem casus, in antiquo statuto comprehensi, deducatur, *vt in decis. 434. p. 4. diuersor.* & ipsummet statutum nouum pro antiquo, *vt in hac ipsa deci.* in qua de contractibus anno 1564. & 1565. emanatis agebatur Nec dicatur hoc ex eo processisse, quod licet cõtractus antiqui statuti tempore initi fuissent, nihilominus nouum attendendum esset, quasi super antiqui declaratione potius, quàm ad ius nouum producendum emanasset *iuxt. not. per Canon. in cap. fin. & signanter per Felyn. num. 4. de Constit. cum alijs per Gabriel. de reg. Iur. conclus. 3. num. 10. & per Rot. decis. 142. num. 2. par. 2. diuersor.* quia cum statuta noua fuerint per S. D. N. Gregorium XIII. fel. recor. expressè pro futuris negociis confirmata anno 1580. Kal. Augusti, quantumuis declaratoria ad præterita trahi non possunt, *vt post alios in dicto cap. fin. tradunt Butr. num. 15. Imol. nu. 12. Barbat. num. 39. & Felyn. num. 5 quos in puncto nostra confirmationis sequitur* Rot. d. *decis. 142. nu. 4.* Et vice versa millies decisiones in antiquo loquentes ad nouum æquè deduci ex superiùs allatis apparet in decis. Cresc. Put. & aliorum.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

SVMMARIVM.

1 *Statutum nostrum vbicunque directè, vel indirectè ius remittitur, locum habet.*
2 *Decisio hæc 5. post Pic. in omnibus nostrum statutum procedere voluisse, intelligitur.*

DECISIO III.

1593. 26. Martij. in Romana Cambiorum coram Cardinale Millino *post eundem Pic. ad Statutum nostrum in ordine 5.* In qua dum ageretur de sufficientia mandati procuratorum, per quandam Dominam Virgininiam tutricem constitutorum, dictum fuit, placuisse DD caput nullitatis mandati solemnitatum statutariarum defectu, quod locum habet vbicunque directè, vel indirectè aliquod ius remittitur, *ex Cresc. decis. 2. de consuet. alias 198. & Cott. 211.* Huic decisioni, quæ nec nostras offendit, nec Dominorum de Assectamento partes tuetur, *ex not. ad dicta decis. 2. Cresc. aliasque pracitatas, & ad præcedentem nouissimè*, quæ laboriosum potiùs, quàm vtile esset repetere. satisfactum putamus. Id tamen haud omittendum duximus decisionem hanc, non secus ac similes alias, ad refutationem, vel alios ex quatuor enumeratis statutum non restringere; sed & in aliis omnibus, in quibus læsionis, & deceptionis ratio adesset, obtinere voluisse; ac ità per Rotam intelligi, *vt in decis. 6. num. 1. & 2. post Pic. & in dicta decis. 385. num. 2. par. 1. recent.* quod satis ex ea probatur, cum, licet de sui natura mandatum actus læsiuus non sit, *vt in dicta Romana Hæreditatis de Ghisijs 1588. coram Gypsio*; nec expressorum nomine veniat, in eo nihilominus locum fieri tutò, sicut in cæteris, habeatur.

1 2

SVMMARIVM.

1 *Simulatio obligationis vnius ex obligatis non trahitur ad obligationem alterius.*
2 *Simulatio sine causa simulandi non procedit.*
3 *Recipere non videtur, qui non vt habeat, recipit.*
4 *Statutum quando mulieres, minoresq; recipiunt, secundum aliquos quietationem non cõprehendit.*
5 *Statutum nostrum etiam quando mulieres, minoresq; recipiunt, & quietant, locũ habet, et quare.*

DECISIO IV.

1593. 20. Octobris. in Romana pecuniaria coram eodem *impressa per Zacch. de modo cõtrah. societ. offic. in ordine 36.* Casus huius decisionis per se est clarus. Franciscus Belgius scu. 200. recepit ad societatem officium super officio ipsius à Saluatore della Porta; Cui societati vti principales accesserunt Tarquinia Romana, quæ recognouit bonam fidem erga Belgium officialem, & Iulius Cæsar de Grandis, qui recognouit bonam fidem erga Tarquiniam, & tàm ipsam Tarquiniam, quàm officialem Belgium indemnes releuare promisit, Dissidia societate, egit Saluator contra Belgium, & obtinuit; Egit, & Belgius contra Tarquiniam, & illius successiuè hæredes, & licet mandatum obtinuisset, fuit postea reuocatum. Quo stante orta fuit controuersia super executione mandati cõtra Belgiũ relaxati; dicebat enim Belgius contractum fuisse simulatum, cũ nec ipse Tarquinia, quę erga ipsum bonam fidem recognouerat, habuerint pecunias quas absque eius ordine Iulio Cæsari solui minimè potuisse, affirmabat.

Fuit igitur dubitatum, an Belgius Saluatori esset obligatus, & an mandatum contra Bel-

gium relaxatum esset exequendum. Et Domini affirmatiuè resoluerunt rationibus ibi deductis; Verùm quia inter alia per Belgium deducta magna vis fieri videbatur in sententia reuocatoria mandati relaxari ad fauorem ipsiusmet Belgij cõtra Tarquiniam, & simulatione obligationis eiũdem. Respondit Rota ex duobus cessare motiuum: Primo quia illa erat sententia inter alios lata quoad Saluatorem, quę ob id ei nocere non poterat; secundò, quia ex simulatione obligationis Tarquiniæ ad Belgij Officialis obligationis 3 simulationem inferendum non erat, in qua nulla causa simulandi interueniebat, sine qua simulatio non procedit, *Bart. in conſ. 65. Rot. deciſ. 1. de donation. in nouis.* quod secundum aliquos ex Dominis, secùs erat in obligatione Tarquiniæ, nàm cũ statuti vigore solemnitatibus abiq; obligari non posset, nec de iure cõmuni fideiubere, quod pecunias reciperet, quas verè reci- 3 pere minimè dici poterat, mox restitutura, *l. qui ſic ſoluit, ff. de ſolutionibus*, ac bonam fidem recognosceret, vt eius obligatio teneret; *ad Romanum conſ. 394. nu. 4.* simulatum fuit. Ex qua decisione inferri videtur; quod, si simulatio non adfuisset, obligatio Tarquinię etiam sine solemnitatibus ob receptionem valuisset. Quo etiam concesso ad præsentem disceptationem decisio nihil facit; nam cum secundum aliquorum, ac etiam Dominorum de Assettamento opinionem, cum qua aliqui ex Dominis ibi transierunt, quod maximè attendendum est, quando mulieres, & 4 minores recipiunt statutum, quia necessario quietare teneri dicuntur, non procedat, etiam quod in verbis quietationes comprehendat, *vt per Pic. dicta gloſſ. 7. num. 213. & gloſſ. 9. num. 2.* hic esset casus limitationis statuti: nimirum igitur est obligationem sine solemnitatibus validam fuisse suppositam; at quoniam nos contrarium tenuimus; & mulierum, minorumque obligationem etiam traditione, & receptione respectiuè interuenientibus sine statuti solemnitatibus irritam 5 esse firmauimus, quod verè in hac decisione concluditur; cum stante statuto simulatio, & fraus præsumantur, prout hanc eandem intellexit Rota *in deciſ. prima num. 17. & 18. poſt Pic.* & idem ex hac decis. 1. censuit ipse Picus *gloſſ. 9. in fin.* de quo alias in voto Dominorum specialiter agitur, ibidemque nos latius agemus, cum in præsenti decisionem hanc, etiam in hoc puncto dd. Dominorum sententia supposita, intentioni nostræ minimè aduersari ostendisse sit satis.

6 *Statutum noſtrum in electione bonorum per hared. benef. minorem creditorem anteriorem, ſeu mulierem coactè in iudicio facta locum non habet, & per totam.*

8 *Statutum noſtrum in actibus Iudicialibus locum non habet. Vide tamen num. ſeq.*

8 *Statutum noſtrum in actibus iudicialibus, & generaliter in omnibus quaſi cõtractibus locũ habet.*

SVMMARIVM.

1 *Creditores anteriores haredes beneficiati tenentur eligere alys petentibus creditoribus bona, in quibus ſatisfieri velint.*

2 *Creditores anteriores haredes prædicti beneficiati electione bonorũ facta non habent variationẽ.*

3 *Electio facta per hared. benef. creditorem anteriorem vrgentibus alys creditoribus lite iam introducta dicitur actus neceſſarius.*

4 *Electio bonorum per haredem beneficiatum minorem neceſſaria, & coacta in iudicio ſine Curatore valet.*

5 *Iudicis authoritas Curatoris authoritatis ſupplet affectum.*

DECISIO V.

1595. 16. Iunii. coram Cardinale Mantica in Romana, seù Ciuitatis Castelli census. *inter impreſſ. illius in ordine* 344. egerat Excellentissimus Virginius Vrsinus pro residuo cuiusdam dotis, & contra bona hæreditaria patris Dominarum Virginiæ, & Isabellæ executionem 1 properabat. Quæ cum earum patris cum beneficio legis, & inuentarii hæredes; & pro dote materna creditrices essent, & anteriorem hypothecam haberent, coactæ fuerunt, vt tenebantur in quibus bonis sibi satisfieri voluissent eligere, *Bald. in l. fin. §. in computatione, num. 4. C. de in. deliber. & in hac deciſ. num. 5.* Cum autem mutato consilio ad alia bona regressum habere instituissent; dubitatum fuit, an obstaret electio, & affirmatiuè resolutum; Electione namque facta non datur regressus, *l. quod in haerede §. eligere, ff. de tribut. act. cum alys ibi num. 1.* inter alias autem difficultates, quæ aduersus resolutionem huiusmodi deducebantur, ad rem nostram electionis nullitas facere videtur, tum quia per minores Curatorem habentes absque illius auctoritate facta dicebatur *ad l. ſi Curatorem habens, C. de in integr. reſtit. minor.* tùm quia & statuti Vrbis Cap. 151. lib. 1. solemnitate minimè obseruata. Ad pri- 3 mum igitur responsum fuit, quod electio eo casu propter litem iam motam actus necessarius fuerat, *iuxta doctr. Saly. in dicta l. ſi Curatorem num. 7. ad tex. in l. fideicommiſſa, 11. §. ſi rem. ff. de leg. 3. vt ibi nu. 6. verſ. & quidem actus* 4 *electionis*, quo casu electio sine Curatore fieri poterat. *l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad Treb. vbi Ang. n. 4. & in d. l. ſi Curatorem, Saly. n. 4. & Alex. n. 9.* & quatenus Curatoris authoritas intercedere debuisset, Iudicis authoritas illius defectum supplere poterat, ac illius decretũ, quod accesserat, *iux. Bald. in d. l. ſi Curatorem, num. 5.*

Ad secundum, & hæc dictæ decisionis præcisa 6 sunt verba, *quia cum per electionem mulieres ipſæ, id quod ſibi debebatur, conſecutæ fuerint, alienatio ſeu refutatio facta dicti non potuit; Multoq; minus pactum de non petendo quietantia, ſeu donatio, de quibus Statutum loquitur*, quę eadem verba in simili electione ad vguè resumpsit Rota *in Rom. Sal. inter. 9. Decẽ. 161 3.* corã *Reuerẽd. mira morũ grauitate, ac ſuauitate præclaro, D. Decano.* Hæc dec. catenus, DD. de Assettamen. clarè dicunt, vt interpretatione nequaquam indigeat. Id nec negare auderemus; non tamen ex eo, quod prætendunt, firmari credimus. Ex eo enim quod in ea dicatur statutum de refutatione, quietatione, pacto de non petendo, & donatione loqui, nec id deduci de alijs non loqui, multoq; minùs eidẽ minimè in alijs locum esse, quod in adductis, & latiùs inferiùs deducẽdis innumeris propemodum

reso-

resolutionibus affirmatur. Nec dicatur ex hoc responsionem, tanquam minùs concludentem, redargui,& ad tollendum obiectum haud proportionatam, quia, cum iam fuisset expressum, electionem huiusmodi in iudicio factam cum decreto Iudicis actum necessarium fuisse,& legis necessitate cogente emissum,in quo præsumptæ deceptionis, & fraudis cessat ratio: vnde casuum omnium per eam cõprehentorum resultat exclusio;in statuto explicitè tale actum non legi,sufficientissima fuerat responsio;quod superiùs cõprobauimus:quinimò & actum iudicialem fuisse,qua etiam ratione,statutarias solemnitates cessare in
7 terminis statuti nostri,innui videtur *dec.*512.*n.*5. *p.*1.*diuers.& nouissimè coram Illustriss.Pamphil. in Peruf.terrarum*16.*Iunij* 1608.& sensisse videtur Gratian.*discept.forens.c.*961.*nu.*32. quod tamen apud nos difficultate non caret, tum quia statuti ratio minimè cessare videtur, tùm quia cõtrarium passim tenent DD.*vt concludit Pic post alios,quos latè refert ad Statutum nostrum gl.*7.*n.* 122.*&* 123. id tamen eminentissimo DD. Rotę iudicio dirimendum relinquimus,qui coram doctiss.bo.me.Buratto *in Rom.spolij domus.*29. *Ian.* 1618.*in impress.*301 *nu.*9 etiam fraude cessante confirmare distulere, & esset magna restrictio, multisq; resolutionibus negocium ingereret.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio minorum,mulierumq; statuto nostro subijcitur.*
2 *Dec.s.*3.*lib.*3.*Caputaq.declaratur.*

DECISIO VI.

1596. 13.Maij in Roman.Fideiussionis coram Car.Seraph.*inter impressa* 187.Cum per Bernardinum impositus fuisset super eius domo census, ac venditus eo expresso, quod pecunia inseruire debebant pro soluenda parte pretij alterius domus,in qua eius vxoris *Blanchinæ* dos fuerat per eum assecurata, cui cũ solemnitatibus statutarijs causa in scriptis expressa,& per Iudicem cognita, seruatisq.seruandis Blãchina accessit,contra quã cum pro fructibus ageretur, & per eam de nullitate,tàm ex Sen.Consulto Velleiano,quã ex statuto nostro, obiiceretur; dubitatum fuit, an dictæ Blanchinæ fideiussio esset valida,& cũ obligatio decreto Iudicis, causę cognitione,& aliis ser.ser. *vtibi n.*1.cõtracta fuisset;duobus tantùm casibus mulieri succurrendum esse DD.dixerunt;contractumq; sustineri non posse.In qua decis.pro indubitato habitum fuit,in illa fideiussione statuti solemnitates legitimè intercessisse, nisi proximiores adhibendos,qui non fuerint,adhibiti, adfuisse verum in facto ostenderetur: & ità fideiussionem
1 etiam in statuto comprehendi suppositum; quod & DD.de Affectamento professi sunt,& in Rota in individuo notatum *decis.*1.*num.*19.6.*nu.*2.*&* 3.*nu.*5.*post Pic.& decis.*619.*nu.*5.*p.*2.*recent.& passim in alijs*, ac clarum est, in quatuor casibus fideiussionem non legi; nec illo casu ad eos redigi posse; Ergò & statutũ ad quatuor expressos clarum est nõ restringi,nec, si redigi affirmaretur, obesset, cum extra controuersiam versaremur; Nec ex ratione huiusmodi argumentum tollitur, quam Domini de Affectamento ponderarunt *in decis.* 1242.*num.*4.*apud eundem Card. Seraphinum* de qua mox, quod fideiusio videlicet sit eiusdem,ac forsan damnotioris cõditionis, quam enumerati; quia nihil aliud hoc est, quàm non quatuor tantùm enumeratos; sed alios omnes,in quibus eadem, vel maior comprehensionis ratio infit. Statutum amplecti, fateri; nostræ assentire sententiæ; ac Rotæ resolutionibus cum durum sit contra stimulum calcitrare, vel nolentes famulari,ideoque sapientissimè *in dicta decis.* 1242.hac statim adiecta ratione, Dominorum de Affectamento opinio reiicitur,eorumque quorum sententia aduersus Apostolici Palatii inueteratas, ac solidissimas resolutiones se confouere nituntur, Cornei videlicet.Parisij, ac Beroij: quorum argumẽtum à speciali enumeratione sumptum, ac cætera dicta in contrarium allegata, quando de statuti comprehensione expressa ratione, & aliàs, quàm ex enumeratis casibus agitur, cessare firmatur. Et licet idem quoad
2 *decis.* 3. *apud Caputaq. lib.* 3. dici videatur; hoc tamen in ea parte, in qua in enumeratione casuum vis sit ratione militante statuti, ac præsumptæ deceptionis, & fraudis in contrarium,intelligitur, quod suo loco ostendimus.

SVMMARIVM.

1 *Ratihabitio eadem statuti solemnitates requirit, quas ipse contractus.*
2 *Alienatione per statutum nostrum prohibita. & hypotheca, & omne illud, per quod ad alienationem peruenitur, censetur prohibitum.*
3 *Statutum, seu Constitutio Marchiæ loquens in venditione locum habet in emptione.*
4 *Rubrica Statuti de contractibus indefinitè, & indistincte loquens non restringitur per nigrum.*
5 *Contractus sine solemnitate præsumitur præiudicialis, ac damnosus, &* 6.

DECISIO VII.

1597. 10.Nouembris.Camerinen.Prædij coram eodem Card.Seraphino *inter impressas* 1242.Huius decisionis species non satis perspicitur. Id tamen satis clarè patet, emptionem Castri factam fuisse per patrem Octauiani,eiusdem etiam forsan Octauiani nomine insolidum pretii solutione promissa. Hunc contractum absque solemnitatibus Constitutionis Marchiæ cap.25. lib. 5. Octauianus ratum habuit,quærebatur an validè, ac negatiuè resolutum. Fundamentum verò resolutionis fuit,quia eædem solemnitates in ratihabitione requiruntur, quas in contractu ipso adhibere necessum est,*l.nuptia.ff.de rit.nup.l.si vt proponis,C.de nupt.Innoc.in cap.cum dilecti,num.*1. *de empt.& vend.eli alijs latè per Bocc.ad d.Const. March.gl.*8.*n.*63.*&* Pic.*ad Stat.nostri gl.*7.*n.* 86.*vbi hãc ipsã dec.sequitur.* Quapropter,ipso cõtractu principali inspecto,ex triplici capite locũ esse in obligatione Octauiani statuto firmatũ fuit. Primò,quia pro pretij solutione, & cõtractus adimplemento obligationis effectum sortiebatur, atque bonorum ipsius hypotheca inducebatur, ex qua ad alienationem,expressè in Constit.prohibitam, peruenirì potuisset, quod æquè, ac

2 ipsa alienatio prohibitum censetur, *l.oratio. 16. ff.de sponsalibus, & in his terminis Pic. alios cumulans dicta glo.7.num.72.& seq.& in sacro Palatio apud Put.decis.7.nu.5 par.3.* Secundò, quia, licet Constitutio emptionis contractum non exprimeret, illum tamen comprehendere dicebatur, tùm quia in Constitutione specialis venditionis fit mentio, quo relatiuam emptionem habet, ac comprehendit, *ad l. 1. C. de Cuprefsis ex Luc.de Penna lib.12.Castren. in terminis Statuti in conf..289. num. 2. lib. 1.* tùm quia indistinctè, ac indefinitè de contractibus loquitur rubrum, quod meritò per nigrum restringi non debet, quod in nostro voto comprobauimus, in sequentibus prosequemur. Quod & si posset aliquam difficultatem habere, visa fuit in eo casu cessare, quia & in hoc consistit tertium fúdamentum, propter obligationem insolidum etiam pro aliis comprehensis personis contractã; obligatio Octauiano prejudicialis videbatur, cum quædam fideiussio induceretur, quod prejudicium præsumptiq legis, ob omissas solemnitates inducta, comitatur: *ad Bald.in l. quacumque, vers. Scias tamen, C. de bon. quæ liber.* & ità deceptionis, & fraudis præsumptæ ratio: qua demùm intercedente ex speciali aliquorum enumeratione deductum argumentum reücit, vt in proxima decis. ostendimus; quod iterum huc referre, & si non recensetur, sat est; vbi etiam deduximus, nihil nostræ intentioni obsistere, quod fideiussionis cõtractus, vel non dissimilis illi, æqualis, vel damnosioris conditionis in Statuto enumeratis censeatur. Ex hac decis. mirùm in modum nostra firmatur sententia; nam, cum in verbis Constitutionis, duabus in 2.cap. relatis rationibus, emptionem comprehẽdi potuisse Domini probaisẽt vlteriùs procedentes dixerunt, quod, & si hoc aliquã difficultatem habere potuisset, propter obligationis prejudicialis qualitatem ex eo contractu insurgentis, ob omissas statuti solemnitates, deceptionis, ac doli præsumptione concurrente. 6 cessabat; cùm eo ipso contractus damnosus, & prejudicialis censeatur, *Bald. in dicta l quacumque, num.3 vers. sciat tamen, C. de bonis quæ liberis, Cupr. 47. decis. 200, num. 3. lib. 3. Gratian. discept. forens. cap. 27. nu. 7.* Si igitur ex hoc difficultas submouebatur, vt verbis rotundis firmat Rota; ergo clarè, difficultate remota, prima conclusio vera remanet, vt concurrẽte ratione, quę quidem in vtraque Constitutione & Piceni, & Vrbis in prefationibus expressa est, emptio in verbis cõprehensa dicatur; alias enim non cessasse difficultatem Dñi dixissent, sed idem alia ratione cõprehendi potuisse affirmassent; minimè enim iuridicum Viri illi clarissimi à verbis illud excludere existimarunt, quod implicitè, ac expressa ratione omninò comprehensum adstruere necesse esset: & clarè in eadem Constitutione repugnantia fateri. Quapropter & tandem argumentum ab expressione aliquorum ad aliorũ exclusionem desumptũ eo casu cessare resoluerunt, & meritò, cũ menti verba, vtcunque intellecta, ac impropriè sumpta, quã è contra potiùs interpretari cõueniat.

SVMMARIVM.

1 *Statutum nostrum in retrodonatione locũ habet.*

DECISIO VIII.

1601.16.Febr. in Romana Donationis de Grãdis coram Penia 348. *par.4.diuers. & apud Pis.* 1 *in praxi* 25. In qua supposito, quod statuto in retrodonatione locus fuerit, quærebatur eo prætextu, quod solemnitates emissæ legitimæ non essent, an retrodonatio esset valida, & huiusmodi prætextu reiecto, affirmatiuè resolutum. Verùm quia ad propositam rem, quamuis doctissima, & in facto contingentia plurima digerat, nihil conducit, ad alia properamus.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres fideiubere prohibentur.*
2 *Mulieres fideiubere pro Viro specialiter, & ar. Statius prohibentur.*
3 *Obligatio mulieris fideiubentis pro Viro ipso iure nulla.*
4 *Renunciare Velleiano non potest mulier interuedens pro Viro.*
5 *Renunciatio Velleiani mulieris fideiubentis pro Viro iuramento firmatur.*
6 *Fideiubens in contractu eidem consentire dicitur.*
7 *Consentiens contractui remittit ius suum.*
8 *Decis.1.post Pic. hæc generaliter Statutum intelligit ex mente Rotæ.*
9 *Fideiussio Statuto nostro generali expressa ratione subijcitur.*

DECISIO IX.

1602.4. Februarij in Romana societatis officii coram Penia *prima post Pic.* Casus huius decis. nullam admittit dubitationem, cum in ea per extensum ponatur. Contracta fuerat Societas die 1. Februarii 1601 scut. 500. super officio Curatus Philippi Lutij ad fauorẽ D.Balthasaris Patutii. Cui die 5. eiusdem accessit Mar. Antonius Cibus die 7. Mutius Eugenius, & Constantia Coptia eius vxor, qui tàm officialem, quam M. Antonium Cibum releuare indemnes promiserunt, & Constantia, quæ manualiter, & in contanti dd. scut. 500 recepit, bonam fidem recognoscens declarauit, illa accepisse ad effectum colendi prediũ, ac pro nõnullis suis necessitatibus, ad quam versionem probandam d. Balthasarem teneri noluit, omne commodum, & incommodum in se suscipiens Eugenium quoque maritum indemnem releuare promisit &c. His stantibus, Eugenio vita functo, egit Patutius coram Audit.Cam. contra Constantiam, & M Antonium Cibum, vt in defuncti Eugenii locum alium idoneum præstarent fideiussorem, ac successiuè idem M. Antonius coram eodem Iudice pro releuatione suę indemnitatis iuxta ipsius conuentionem Constantiam impetiuit, contra quam & mandatum obtinuit. Interposita appellatione, & causa ad Rotam deuoluta, an mandatum Audit.Cam. prædictum confirmandum, vel reuocandũ esset, dubitatum fuit, & causa bis proposita pro reuocatione ex capite iniustitiæ resolutum. Decisionis verò huius fundamentum fuit, vt clarè desumitur, mulieris Constantiæ obligationis nullitas, tàm ex iuris communis, quàm ex statuti nostri dispositione. Iuris communis

quidem

quidem, quia mulieres pro alijs intercedere pro
1 hibentur, *l.1.& tot.tit.ff.* & C. *ad Sen. Consult. Velleian.* signanter verò, strictiùsque pro Viro,
2 *auth.si qua mulier*, C. *ad Vell.* quo casu obligatio est ipso iure nulla, *Bart in l.fin. num.* 2. C.
3 *eod.tit.Surd.decis.*164.*num.*12. *vers.non obstat, & latè in ea num.* 2. & 3. & præsumitur dolosè, & in fraudem legis emissa, etiam si ad illius manus pecuniæ peruenisse dicantur, nisi verè in eius cessisse vtilitatem probarentur, *vt nu.*4. 5.6. & 7. & tandem quia, quidquid sit, quando pro alijs mulier se obligaret; quando pro viro intercessit, Velleiano renunciare non possit, *iux.doctrin. Bart.in dict.l.fin num.*2.*vers.aut pro alio*
4 *Honded.cons.*45.*num.*18. & 19. *lib.* 1. *& ibi nu.* 8. & 9.

Verum quia se obligauerat Constantia cum amplis renunciationibus, & iuramento, ex quo renunciatio valida dicebatur, *ad Bart.in l.si quis*
5 *pro eo.*57.*num.*11.*vers.& ideo dico, ff.de fideiuss.* replicatum fuit, attendendum esse Statutũ Cap. 151.lib. 1. ex quo sine solemnitatibus mulieris improbatur donatio; ideoque, ne fraus fieret Statuo ad tegendam donationem, & pro viro fideiussio, *iuxt.glos.in auth.si qua mulier, in verbo nullatenus, vers. Est ergo*, C. *ad Velleian. Surd.dict.decis.*162. *num.*11.*vers. & ratio decisionis, cum alijs ibi num.*15. sicuti per eandem rationem in confessione, & quolibet alio contractu, in quo fraus donationis interuenire posset; sensit *Rot.apud.Crescen.d. decis.*3. *& ibi nu.* 16. In hac decisione, & replicatione præcipuum per Dominos de Assectamento fit fundamentum, cum articulum hunc optimè hic declaratum affirment, hancque solam decisionem, vbi etiam aliæ deficerent, attendendam; quam nec nos impugnamus, nec ipsa nostram sententiam lædit, neque enim defendimus fideiussionem ad donationem pro viro tegendam, vel quia etiam indirectè ad eam comprehendendam sit apta: valere: quod decisio impugnat, citraque concertationem nostram, vt sæpè diximus, positum est: quinimò, & in quolibet casu statuto contractum etiam subiacere concedimus, in quo nedũ donationem, sed etiam citra quatuor expressos deceptio possibilis sit, & finalis statuti ratio intercedat; quod non negat decisio, ac si benè perpendatur concedit; quod enim hoc casu deceptio, ex quo possibilis esset, videretorque donationem induci, considerata fuerit: minimè excludit, quin alia ratione idem alio in casu dixisset Rota; prout ex renunciatione, ac remissione iurium hypothecarum, *in decis.*3.*Crese. de Constit.num* 2. & fideiubens in aliquo contractu eidem dicitur consentire. *l.*1. *§.sed etsi serui, vbi*
6 *glos. & Doct. ff.quod iussu, cum alijs per Surd. cons.*70 *num.*3. & 114.*num.*26. ac consentire, est remittere, & refutare, *ad l.si debitor.§. in*
7 *venditione, ff.quib. mod.pign.& hypot. sol.Surd. cons.*213.*num* 7. & 224.*nu.*9. Sicuti igitur exẽplum, seù donationis, & deceptionis præsumptio eo nomine in decisione ponderata, nullo modo præsumptionem deceptionis ex iurium remissione, æquè in Statuto expressa, alio casu possibilis, de qua tamen in hac decisione nihil dicitur, posset excludere: ità nec præsumptionem ex generali in statuto expressa ratione excludit; ex qua Statutum dicitur vltra casus donationis, renunciationis, & aliorum expressos, *de quibus nu.*2. etiam vbicumque mulieres, & minores decipi possunt, generaliter locum habete, quod nominatim habet *decis. Crescent.* 3. *& numer.*7. *ad fin.*

Quam eandem decisionem millies canonizaram, *& in hac nu.*16. sacrum Palatium sequitur
8 ideòque & hæc ipsa, de qua agimus, resolutio generaliter intellecta. ad probandum, Statutum non in quatuor tantùm; sed & in alijs locum habere, cum alijs deducitur, *vt in Romana Relevationis indemnitatis* 22.*Maij* 1602.*coram* R.*P. D.Ortembergo post Pic decis.*6 *num.*1. & quod
9 mulieris fideiussio non hac sola donationis præsumptione, sed generali deceptionis ratione Statuto comprehendatur, optimè declarat sacrum Auditorium *in proximè adducta decis.* 6. *post Pic.* in qua determinat dicta ratione generali fideiussionem Statuto subiacere, licet eo casu donationis præsumptio cessaret, *vt num.* 10. quod & in hac ipsa coram Penia sibi voluisse videtur, dum post replicationem præmissam generaliter subiunxerit, & in hoc fundamentum ex iure municipali deductum constitit; fideiussionẽ mulieris iuramento minimè refragante, tanquã per fraudem, & dolosè extorto, inualidam esse; q. solẽnitatibus, cessãtibus præsumitur, *vt n.* 19. & 20. & ità ex hac decisione concluditur, de iure communi obligationem nullam fuisse, renũciatione Velleiani iurata per Statutum sublata: in qua ob solemnitatum defectum eiusdem donationis præsumptio vigere potuisset, quam Velleianum pro viro præsertim prohibere contendit, quæ donationis præsumptio ob id magis, quam alia in hoc fundamento ponderata fuit, vt idem fundamento congrueret, & obligationi pro viro, ac de iure municipali, cessantibus solemnitatibus, præsumptę deceptionis ratione & doli vtcunque possibilis, & contingentis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum nostrum* Cap.151. *quatuor enumerant & in alijs locum habet.*
2 *Fideiussiones Statuto nostro subijciuntur.*
3 *Relevationis indemnitatis promissio donationis præsumptionem elidit.*
4 *Relevatio indemnitatis in obligatione pro alio tacitè videtur promissa, & num.*7.
5 *Validitati fauendum est.*
6 *Fideiubere est perdere, remittere, donare, & quomodo.*
8 *Fideiussio non debet ità intelligi, vt in fideiussoris perniciem resultet, vel relevatio cesset.*
9 *Fideiubendi officium fideiussori damnosum esse ferendum non est.*
10 *Decisio hac* 6. *post Pic. generaliter intelligit Statutum nostrum ex mente Rotæ.*

DECISIO DECIMA.

1602. 22. Maii Romanã Relevationis indemnitatis coram Reuerendissimo Ortembergo Episcopo Attrebaten. *apud Picum in ordine* 6. In qua Domina Lucretia Saluiata absque interuentu fel. recor. Card. Saluiati eius Germani fratris

in

& in fideiussore in puncto, *Gratian. discept. forens. cap. 439 num. 10.* & contra ipsius voluntatem remissionem, renunciationem, aut donationem induci, *vt in hac decis. dicitur num. 10.* cum igitur donationis præsumptio ex prædictis in hoc casu cesset, & nisi cessaret contractus sustineri potuisset, nec de aliqua remissione, renunciatione, quietatione, pacto de non petendo, actum videri possit, & tamen in fideiusione, imò & vltrà expressos, generaliter in alijs Statutum locum obtinere, responsum fuisset: sequitur probari, Statuto in fideiussione, & alijs vnum ex quatuor non comprehendentibus, locum esse; & ob id, & hoc tertium concernebat, intellectum assignatum hanc Rotæ resolutionem non pati: & ità quando decisiones antiquiores intelligi possent, prout Domini de Assertamento suadere conantur; per hanc ad contractus omnes, in quibus ob possibilem læsionem, fraudem, & dolum, rationi Statuti locum foret, extendi viderentur; nulloque modo per eas ipsam restringi, quam generaliter Statutum ipsi voluisse, & vltrà expressos in omnibus alijs vbicunque mulieres, ac minores læsi, & decipi possent, clarè professa est Rota, *vt apud Gregorium XV. decis. 164. nu. 4.* vbi ità non solum hęc; verum etiam omnes in ea adductæ intelliguntur 260. *num. 3. 333. n. 1. in Bononien. Census* 17. *Martij* 1608. *coram Card. Marquemont apud Pic. 59. num. 10. quæ eadem est* 153. *par. 1.* & 218. *par. 2. recent.* & *nouissimè in Romana Nullitatis contractus* 13. *Nouembr.* 1628. *coram Reuerendissimo D. Decano*, in quibus omnibus habetur hanc decisionem coram R.P.D. Ortembergo, & Statutum procedere, & respectiuè intelligi, non solum in quatuor à Statuto enumeratis, sed in omnibus etiam alijs; in quibus læsio, ac deceptio contingere potest, verbis vniuersalibus, ac præcisis; cuius Rotæ declarationi, & auctoritati, sicuti dignum est potiùs stari; ità & tutiùs, cum pro ea fundamenta iuris sint clara, & iudiciorum vsus accesserit.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus sine tutoris authoritate non obligatur. Etiam pubertati proximus, num. 2.*
3 *Minor pupillo maior, siuè adultus curatorem habens sine eo contrahere, & obligari nequit.*
4 *Statutum nostrum vltra contractus in eo specificatos omnes comprehendit. in quibus mulieres, & minores etiam indirectè læsi possunt.*
5 *Læsio in emptione cadit, & num. 9.*
6 *Statutum nostrum in emptione procedere hac decisione habetur.*
7 *Decis. 164. Sanctissimi Greg XV. adducitur, & intelligitur.*
8 *Fraus, & deceptio in contractu emptionis possibilis.*

DECISIO XI.

1604. 26. Martij. Romana Nullitatis contractus coram Sanctissimo æquè, ac doctissimo glorioſę mem. Greg. XV. *inter impressas ipsius* 164 *in recent. decis.* 114. *par.* 2. In qua, cum D. Paulus Emilius Vrsinus bona q. Valerii de Vrsinis emisset; ac de effectuatione obligationis Dom. Pauli Emilij ageretur, de validitate dicti contractus dubitatum fuit, & omnibus idem Dominis sentiêntibus, pro nullitate resolutum. Fundamenta resolutionis duo fuere; Primum ex iuris communis dispositione, nam siuè Dominus Paulus Emilius, fuisset pupillus, & non poterat, 1 nisi tutoris authoritate intercedêre; obligari, ac contrahere, *l. obligari, ff. de auth. tut. S. pupillus*, i 2 *Instit. de inutil. Stipul.* etiam si fuisset pubertati proximus *ad d. S. pupillus, cum alijs ibi num.* 1. 3 & 2. siuè adultus, cum curatricem haberet, nec absque interuentu illius validè poterat contrahere, *l. si curatorem, C. de restit. in integr.* Alterum ex statuto nostro Cap. 151. lib. 1. ex quo in contractu prędicto solemnitates, ac signanter proximiorum Domini Pauli Emilij prætentia, & cõsensus non accesserant; quod Statutum, vltrà 4 contractus in eo expressos, habet locum in quolibet alio, in quo minor, & mulier etiam indirectè læsi possint, *Crese. d. decis. 3 de Constit. Put.* 162. *num. 2. lib. 1 secundum verò nouiss. impress.* 158. *cum alijs de quibus supra*; in emptione autem respectu pretij, & eius excessus læsio potest interuenire, *l. 2. C. de rescind. vend.* Huic decisioni, in qua Statutum non habere locum in emptione contineri, verba voti indicant, siuè typographorum incuria, ac impressionis moderatoris negligentia, siuè DD. Scribentium ex abundantia cordis acciderit, per se clarę; tum 6 quia loquitur in contractu emptionis in se ipso, & secundum ipsius naturam considerato; tum quia habet verba prægnantia, & præcisa, Statutum comprehendere vltra expressos quoslibet alios, in quibus læsioni possit esse locus & expressę rationi à statuentibus præmissæ; Agnoscentes Domini de Assertamento inexplicabilem difficultatem: respondent eam sustineri posse, quãdo vnus ex quatuor in ea contineretur; aut loqui dicunt decisiones in ea adductas; expresiè affirmantes, illas pro fundamento resolutionis allegatas contrarium firmare; Secundo decisionem principaliter super hac nullitate non fundari; & demùm ea verba, ex quibus deducebatur possibilitas læsionis ac deceptionis, *de quibus num.* 5, peiora prioribus addentes, tamquã non ex mente Dominorum apposita, & per trãsennam emissa minimè forè attendenda, concludunt; & quamuis satis appareat ex hac ipsa responsione hac decisionem nostram firmare sententiam, contrariam destruere, cum id explicitè decisionem probare concedatur: licet quoad resolutionem sustineri non posse, quoad rationẽ & applicationem non attendendam affirment; attamen, & huic conuicio potiùs, ac negationi quam responsioni satisfaciemus. Et quoad primam partem, quam iam deducta repellunt, cum fuerit ostensum, decisiones in hac resolutione deductas ad quatuor directè, vel indirectè expressos non restringi, sed generaliter in omnibus in quibus ratio viget, Statutum locum sibi vendicare, affirmare; ac ità passim, & in hac signanter, per Dominos de Rota intelligi; in qua; verbis rotũdis, in quatuor, & vltra eos in quolibet alio procedere intelliguntur, prout hãc ipsam, de quocumque contractu agere sacrum ipsum Palatium optimè ponderauit, *in Romana Rescissionis contractus* 2. *Iunij* 1628. *coram* R.p.d. *Mer-*

Merlino, & miramur, ni contradicendi studio immemores, Dominos de Affectamento dicere decisiones in hac pro fundamento resolutionis adductas, contrarium firmare, vt clarè dicunt, *in vers. Tamen id non videtur, ibi cum decisionis pro fundamento resolutionis allegata contrarium firmant, &c.* cum hoc sit dicere, Rotam doctrinas, ac decisiones resolutioni, ac intentioni propositæ contrarias adduxisse: quod minimo Doctorello indignum fuisset obijcere; ac concedere contra Rotæ mentem, quæ non solum eas hic non improbat, vel reuocat, sed pro sua opinione adducit ac sequitur, à dictis antiquioribus resolutionibus fuisse recessum; quod ijdem Domini de Affectamento sibi ipsis minimè constantes *in principio voti, & column. 6. in verſic. & quia Rota in decis. emanatis, &c.* iam non obscurè negauerant; affirmantes, eandem Rotam à dictis antiquioribus decis. tacitè, vel expressè minimè recessisse. Quod & verissimum est, si ve tustiores prædictæ decisiones generaliter, prout verè loquuntur, & in hac, alijsque decisionibus recentioribus Rota, vt ostendimus, intelligit, accipiantur; sin verò prout Domini de Affectamento in hac, & alijs prædictis recentioribus, ostendere conati sunt, intelligerentur: quæ claris verbis eam interpretationē respuunt, recessum necessariò fatendum esset: prout contraria continere, & male Domini de Affectamento coacti sunt asserere. Quo verò ad secundam, Rotam nempè in hac decisione, in huiusce modi Statutaria nullitate, principaliter minimè fundamentum constituisse; contrarium apparet ex lectura decisionis, in qua pluribus agitur, in reijciendis oppositis, pro nullitate hac sustinenda: & in alia decisione huius confirmatoria, in hac ipsa causa *coram eodem Sanctissimo, in ordine* 178. in qua, cum de prima nihil fuerit actum, tota difficultas, & fundamentum, in hac nullitate fuit repositum: & ex hoc potissimum Domini in resolutis perstiterunt. Nec tandem sunt audiendi Domini de Affectamento affirmantes, ea verba, *in emptione autem potest interuenire læsio respectu pretij, & eius excessus, &c.* non esse attendenda, tum quia ratio est verissima, *ex l. 2. C. de rescind. vendit.* ibi adducta, cum concordantibus optimè comprobata, nec alias deceptiones, quæ in eo contractu interredere possunt, *iux. tex. in l. 3. C. eodem titulo*, excludit; sed ostendere sufficiens fuit, læsionem in eo possibilem, vt deceptio re ipsa, ac dolus præsumeretur; tum quia, quod possint videri, præter Dominorum mentem, ac parum accurratè adiecta, omninò excluditur; nam vltrà quod durum est sapientissimo, ac cordatissimo viro causæ Iudici hoc vitium dari, ac soleat Domini de Rota circumspectione maxima, ac solertia vti, & id, quod non omnes Domini recipiunt, designare; attestando, vel ab aliquibus dici, vel à maiori parte, vel difficultatem habuisse, vel alias excluditur omnis prætensa amaritudo; nam ad resolutionem, omnibus idem sentientibus, dicitur processum: & eisdem, decisione iam per manus tradita, vt moris est, dum disputatur, an sit recedendum à resolutis; & maturè discussa, consentientibus confirmata, *vt in dict. dec. 178.* in qua proculdubio, si in aliquo Auditor ille excessisset, correxissent, ac arguissent; *prout in dec. coram Comitulo, 44. post Pic. num. 11.* & multò id quidem magis, cum *in d. 178.* specialiter hæc reuocaretur in dubium: & principaliter de ea ageretur: quod tamen non videtur ab alijs vsurpandum: & tandem quia hac eadem ratione vsa est Rota *coram eodem Sanctiss. dec. 496 num. 7. & 8.* quam, iterum propositam, ac ventilatam DD approbarunt, *decis. 510. penès eundem Sanctissimum.*

9

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Marchiæ per Card. de Carpo ad omnes contractus, & instrumenta producta.*

2 *Constituto Marchiæ, etiam citrà extensionem Carpensis, cessionem & remissionem enumerans, transactionem comprehendit.*

3 *Constitutio Marchiæ, etiam extensione Carpensis circumscripta habet locum in quolibet contractu, in quo expressa lationis vires operantur, & est possibilis læsio.*

4 *Decis. 260. Sanctiss. Greg. XV. generaliter intelligitur, & approbatur.*

5 *Statuto nostro, & Constitutioni Marchiæ, eadem ratione, æquè locum fieri.*

DECISIO XII.

1606. 24. Maij coram eodem Sanctissimo. Camerinen. Transactionis *inter illius impressas* 260. Huius causæ species satis perspici nequit; hoc autem clarè desumitur, ad quandam transactionem per minorem, absque insinuatione, ac legitimi Curatoris interuentu, deuentum fuisse; qua propter, cum, an dicta transactio nulla fuisset, dubitaretur; affirmatiuè Domini respondebant. Et omisso defectus Curatoris capite; in quo ad rem nostram decisio minimè facit; ex capite insinuationis, per Constitutionem Marchiæ requisitæ, omissæ nullitatem deducebant. Verùm, quia in Constitutione, inter enumeratos cōtractus, transactio non legebatur, ex quo resolutio impugnari videbatur: tres fuerunt per Dominos responsiones assignatæ. Prima quod Cōstitutio fuerat per Car. Rodulphum de Carpo ad omnes contractus, & instrumenta producta; & extensione circumscripta, quia Constitutio enumerans remissionem, & cessionem, quam trāsactio includit, transactionem comprehendit, *Put. decis. 4. de Aegid. Verall. decis. 195. par. 3.* & hæc erat secunda; & tandem eodem themate retento; ac extensione cessante, tercio loco reiiciebatur obiectum, quia Constitutio in quolibet alio contractu locum habet, in quo minor etiam indirectè lædi posset, ac rationis expressæ vires operantur, *iux. dictam dec. 3. Crescent. de Consil. Put. dec. 162. alias secundum nouiss. editionem. 158. in secundo dubio par. 1.* Hùic capitali decisioni; secundam ex dictis rationibus amplectentes, Domini de Affectamento respondent: loqui de transactione, quæ iuris remissionem includit, vt ibi expressè dicitur: quod est verissimum, ac nostræ controuersiæ limen excedit; inexplicitè enim enumeratis per Constitutionem

directè

directè, & eos indirectè referentes, vt in transactione hic dicitur, Constitutioni locum esse non ambigitur, & in hac decis. firmatur, *in dicta secunda responsione, seu ratione, numer.* 2. Quod verò, etiam citrà remissionem iurium, eaque abstracta, transactio illa ratione generali comprehendatur; quia Constitutio, vltrà prædictos enumeratos, illosque includentes, in quolibet alio, in quo lęsionis, ac deceptionis ratio militat, locum obtineat; quod hic *num.* 3. *in tertia ratione* concluditur, per dictam responsionem DD. de Assectamento non tollitur; nostram tuetur; contrariamq: sententiam perimit. Quam decisionem generaliter intellectam in contractu quocumque, & ratione expressa, in puncto canonizauit sacrum Auditorium *in Perusina Fideiussionis* 26. *Nouembris* 1611. *coram Illustrissimo Domino Cardinale Pamphilio, apud Pic. decis.* 8. *num.* 3. & 4. vbi æquè dicitur, ac in huiusmodi Constitutione, & Statuto nostro locum fieri.

1 2 3 4

SVMMARIVM.

1 *Confessio de recepto pro residuo, seu pro reliquo importat liberationem.*
2 *Confessiones mulierum, ac minorum Statutum nostrum comprehendit.*
3 *Confessio liberationis, ac pacti de non petendo cum habens Statuto comprehenditur.*

DECISIO XIII.

1607. 9. Febr. Romana Societatis coram Reuerendis. Ortembergo, *post Zacch. de mod. contrab. Soc. off. in ordine* 24. In qua, cum Petrus Genius plures pecuniarum summas, ad sc. 700. ascendentes, ad Societates officiorum diuersis temporibus à Camilla Panzina accepisset; eoque diem functo pro illorum restitutione contra hęredes iudicium institutum fuisset: qui, ad docendum de solutione, scripturam solidationis computorum produxerant: in qua Petrus, pro integra solutione totius crediti Camillæ, comprehensis omnibus fructibus societatum vsque ad mensem Nouembris, tunc proximè futuri, & alijs calculis hinc inde vertentibus, cum annullatione quarumcunque scripturarum, & rationum inter illos factarum vsque ad illam diem; eiusdē Camillę certæ summæ se debitorem recognouerat; quod debitū pro residuo ipsa Camilla agnouerat, & acceptauerat; hacque ratione à petitis absolutionem reportassent, & causa ad Rotam deuoluta, de Iustitia huiusmodi sententiæ dubitatum fuisset: pro reuocatione steterunt DD. Fundamentum verò resolutionis fuit, quia ex publicis documentis, probationem probatam continentibus; de credito claro Camillæ constiterat; cuius solutionem ex prædicta scriptura pluribus rationibus, minimè probari dixerunt: & rem nostram haud attingentibus sepositis, ea ratione moti, quia dicti debiti pro residuo acceptatio Camillæ solutionis confessionem in reliquo importaret, & per consequens liberationē, *l. si ex pluribus, vbi gloss. in verb, Reliquum, & Imol. num.* 2. *ff. de solut. cum alijs hic num.* 1. ideò que fuisse nullam ex Statuto nostro 151. refutationes, quietationes, & donationes, sub quibus & confessiones intelliguntur, sine solemnitatibus prohibenti, *iux. decis.* 7. & 55. *Put. lib.* 3. & *Crese. 2. de confess.* & inferiùs adijcitur, quod cōfessio in hoc casu ad liberationem tendebat, at pacti de non petendo vim habebat, *Federic. de Sen. conf.* 128. *num.* 3. *Soc. Iun. conf.* 57. *num.* 10. *lib.* 2. quo casu requiruntur solemnitates Statuti; *vt hic numer.* 2. 3. & 4. Hanc dicunt DD. de Assectamentum esse claram decisionem, post illam Greg. XV. *nimirum.* 164. Statutum nouum intelligentem; prout antiquum Rota intellexerat; imò & nos addimus, prout intellexerat, intelligit, & intelliget, cum nec aliter intelligere potuisset, potest, vel poterit, nec contrarium dicit sacrum Palatium in illa Greg. agitur nempè in hac decis de casu, in verbis ipsis Statuti, comprehenso; quietatione scilicet, & pacto de non petendo, *vt clarè dicitur num.* 1. & 4. vel saltem de confessione indirectè casum expressum referenti, *vt num.* 3. quo casu hæresim in iure saperet, negare, Statuto locum fore; quod citra controuersiam est; vt sæpè diximus; quod autē Statutum generaliter in omni casu etiam vltrà expressos, in quo ratio læsionis, & deceptionis inest, locum habeat, & præfatæ, & infra dicendæ decisiones concludunt, prout nostra tenebat assertio; & in hac, ni visus me fefellit, minimè negatur, quod necessariò ostendendum fuisset, vt decis. Greg. aduersari diceretur; nullam etenim vt sæpè diximus contradictionem habet assertio, Statutum locum habet in expressis, ac enumeratis, illosque referentibus, cum assertione, quod etiameidem vltrà eos in omnibus locus sit, vbi ratio Statuti viget, hæc quamuis latius pateat: quod in decisionibus in hac adductis plenius ostendimus.

1 2 3 4

SVMMARIVM.

1 *Statutum nostrum in omnibus contractibus locū habet, in quibus mulieres, & minores etiam indirectè læsi possunt, ac decipi.*
2 *Fideiussio de iure natura lasiua, & damnosa.*
3 *Fideiussio mulieribus interdicta.*
4 *Fideiussio mulieris pro viro ipso iure nulla.*
Decisio 333. *apud Sanctissimum Gregorium* Decimumquintum intelligitur; *pluribusque sacra Rota resolutionibus exornatur, & comprobatur.*

DECISIO XIV.

1607. 27. Iunii Romana Argentorum. corā Sanctissimo Gregorio XV. *inter impressas* 339. Casus huius decisionis non satis percipitur; hoc tamen non dubiè desumitur, fuisse Iudicem ad fauorem Marchionis interlocutum, argenta quædam ei restitui, facta per vxorem de conseruando forsan, & restituendo obligatione, in cuius decreti executionem Marchionissa, etiam solemnibus emissis pro d. eius viro intercessit. Cum autem occasione dictæ obligationis impeteretur Marchionissa, fuit resolutum ad aliquid non teneri, eiusque obligationem vigore Statuti nostri 151. fuisse nullam, quod locum habet in omnibus contractibus, in quibus minor, & mu-

1

ler

soluit *apud Sanctissimum Gregorium decis. 473. num. 4. vers. idem fuit conclusum, cum seq.* & ità ibi hanc nostram decisionem intellexit, quam
4 deducit, *num. 7.* & in hac nostra, iuramentum fuisse sublatum, non ex Cap. 151. vnà, & coniunctim cum Cap. 113. de iuramento namque dictum Cap. 113. nihil disponit, sed tantum ex Cap. 151. ità hanc ipsam decisionem, de qua agimus, interpretando in puncto firmauit, *decis. 218. num. 12. ibi. nam vltra, quod dici potest iuramentum sublatum per aliud Statutum Cap. 151 eodem lib. p. 2. recent. quæ est 59. apud Pic. n. 19.* vbi quod magis est, & ad rem nostram permaximè accomodatum, reddens Rota rationem, quare in hac alienatione Statutum 151. in qua & Cap. 113. locus erat, obtineret, adiunxit, quia in omnibus contractibus locum habet, in quibus minor lædi potest, *iuxta decis. Romana Relevationis 22. Maij 1602. 6. post Pic. coram D. Ortembergo, Romana Argentorum 27. Iunij 1607. inter impressas illius 33. coram Sanctissimo*, quæ etiam in mulieribus loquuntur; expressè sentiens in mulierum maiorum, & minorum quorumcunque contractibus, ac quibusuis etiam in Statuto sub Cap. 113. comprehensis, alienationibus, paritate rationis, ac iuris eidem locum esse; quod *& in dicta decision. 473. nu. 5. & 6. apud Sanctissimum*, non vulgari eruditione docetur.

Nec prædictis aliquod ingeritur præiudicium ex eo, quod dicitur, in muliere maiore, eiusque alienationibus, ac distractionibus nullam legi decisionem, quæ horum Statutorum concursum admittat; qualis nec legetur in posterum, cum ex illo sacro Tribunali huiusmodi errores emanare non possint; Statutum enim Cap. 113. in minoribus loquitur, nulloque modo maiores comprehendit; ideoque ob disparitatem dispositionum, sicut in maioribus combinationem, ac concursum fieri, ità per Dominos prudentissimos de Rota resolui, impossibile est, non tamè ex hoc sequitur, quin in alienationibus mulierũ maiorum Cap. 151. locum obtineat, cuius termini quoad hoc, latiùs patent; tunc igitur procedere posset ponderatio Assectamenti, quando concursus in alienationibus mulierum maiorum ex Statuto 151. excludi diceretur, quod falsum est; cum in eisdem, concursu excluso, & ipsum obtineat; Ex quibus certè indubiè firmatur nostra conclusio, vt ad enumeratos, eosque referentes non restringatur Statutum, sed in omnibus locum habeat; prout millies, locum in omnibus habere, sacrum Palatium expressa, ac generali ratione confirmauit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis Cap. 113. lib. 1. cessante consuetudine præsentia, & consensu requirit vltra mi-*
thoritatè Curatoris sub Tut. generalis alterius
Curatoris specialiter ad id deputati consensũ.
2 *Statutum Cap. 113. etiam in filijsfam. locũ habet.*
3 *Statutum Cap. 113. non includit casum iuratum;*
sed declarat num seq.
4 *Statutum 151. quod loquitur in contractibus in-*
ratis, supplet Cap. 113. & in eisdem contracti-
bus concurrit.
5 *Statutum 151. in contractibus comprehensis in*
cap. 113. locum habet, & in omnibus alijs, in
quibus viget ratio deceptionis, & lasio est con-
tingens.

DECISIO XVI.

1608. 17. Martij Bononien census. coram Cardin. Marquemont. *Relata per Picum ad Statutum in ordine 59. in recent. p. 1. 153. & par. 2. 218.* confirmata 20. Februarij 1609. coram eodem *apud eundem Pic. decis. 60.* In qua, cum Theodorus Bononien. ob dilapidatam Regiminis d. Ciuitatis pecuniam, carceratus detineretur in Vrbe: fueritque de anno 1600. inita transactio; in qua Theodorus cum promissione solutionis residui, si ad pinguiorem redijsset fortunam, prædicto Regimini annuum censum librarum 320. Isabellæ vxoris prædefunctæ dotalem cesserat; cui cessioni Annibal d. Isabellæ, Theodorique filius pubertati proximus, quamuis impubes, cum iuramento, Curatoris ad id specialiter deputati authoritate, iudicis decreto, renunciatione minoris ætatis, ac de non contraueniendo promissione consenserat; Cumque præmissis non attentis d. Annibal vti filius ac hæres Isabellæ d. census fructus ab Alexandro illius antiquo debitore, qui tamen iam illum, mediante solutione librarum quatuor millium Regiminis cessionario facta; exinferat, petijsset; lisq; inter ipsum Alexandrum, & Cameram Bonon. introducta, præuia auocatione, in Rota commissa fuisset; ac an Annibali agenti præfata cessio obstaret, dubitatum fuisset; vtraque parte iuformante negatiuè resolutum. Fundamentũ autem resolutionis desumptum fuit ex omissione formæ, ac solemnitatis Statutariæ tam inspecto Statuto Bononien. originis, ac domicilij Annibalis, quàm Vrbis celebrati contractus, & dimissio primo ad rẽ nostrã minimè facienti, *de quo latè ibi n. 1. & 2.* Nullitas ex defectu solẽniratũ statutorũ Vrbis visa fuit insuperabilis, & signãter ex cap. 113. q̃ absentibus proximioribus
1 Tutoris, & Curat. vel duorum Curatorum interuentum requirit, ac semper euidentem minoris vtilitatem. Cui *Statuto.* ad rem nostram maximè facientia, duo obijciebãtur, *Primum*, quod intelligi deberet in minoribus patre orbatis, non autem filijsfam. *Secundum*, quod eidem locus non sit in iuratis dispositionibus, ac
2 alienationibus. *Primò* dupliciter satisfactum, tùm quia statutum indistinctè, ac indefinitè loquens, generaliter intelligi debet, *l. 1. ff. de leg. præfi. cum concord. superius in alio proposito deductis, vt in dict. decis. 60. nu. 1.* tum quia propter alterius statuti 151. concursum, quod in minore patrem habente, & in potestate illius existente loquitur, omnis difficultas submouebatur, *vt in eadem decis. 60. num. 2.* qua ratione & secundum tollebatur obiectum; quia, licet
3 Statutum d. Cap. 113. in casu iurato non disponere minimè negetur; ob concursum alterius
4 Statuti 151. ex illius dispositione iuramentum erat sublatum: quod ex hac nostra *decision. 59. num. 19.* proximè demonstrauimus. Huius verò Statuti concursus magna, euidensque ratio affertur; quia, vt sæpius resolutum fuit, in om-

nibus contractibus, in quibus minor lædi potest, locum habet: quod copiosè deductum dicitur *in dicta Romana relevationis coram* R.P.D. Ortembergo, & *in Romana Argentorum coram Sanctissimo*.

Harum decisionum allegationis occasione, quas in fideiussione locutas, ostendisse DD. de Affectamento affirmant, huic nostræ, æquiuocè tamen, respondent: eam esse iuxta illas incedendam, & ob id nec contrarium sensisse dici posse. Possent etenim omnia hæc citrà nostræ sententiæ detrimentum, prout iacent, cõcedi, Verum siquidem est, vt eisdem suas voces reddamus, de fideiussione præfatas decisiones loqui, agere que; hanc secundum illas fari, & intelligi, & ab illis ne latum quidem vnguem discedere; illæ verò, vt superioribus patefecimus scriptis, & in fideiussione, & in omnibus aliis, in quibus mulieres, & minores decipi, ac lædi possunt, Statutum firmant generaliter obtinere, ergò & hæc secundum illas, & prout loquitur, generaliter est intelligenda, ità vt Vicariam interpretationem, vt in omnibus procedat, admittere, & referre censeatur, quæ nostræ nimirum adstipuletur sententiæ, aduersetur que contrariæ, quod neminem latere credimus; quatenus autem ex huiusmodi responsione ad fideiusionem præfatas facti Palatij resolutiones, & hanc per illas restringi intelligerent, & ex illis, & ex hac in verbis ineuitabiliter arguerentur: nec tamen, vt præstitimus, difficultatis claudum trusissent, tùm quia fideiussio inter enumeratos non legitur, tum quia, etiam si tantum de fideiusione loquerentur, de reliquis idem intelligi non solum non negant; sed etiam expressè concludunt, tum demùm, quia in hac decisione, quæ in seipsa clarissima est, quoad punctum, de quo agimus, nullum verbum de fideiussione; cùm potiùs, quàm obligatio emissa, facta solutio videretur: quæ ex aoundanti dicta, cum decisiones admodum perspicuæ sint.

SVMMARIVM.

1 *Statutum nostrum obligationem mulieris pro dote minimè includit, declara num. seq.*

2 *Statutum nostrum obligationem mulieris pro dote ad dotandum obnoxiæ, haud comprehendit.*

3 *Donatio mulieris cum Statuti nostri solemnitatibus non valet.*

4 *Consanguineorum defectus non vitiat, quando non constat die contractus celebrati in loco præsentes fuisse, ac legitimè interuenire potuisse.*

5 *Statutum Vrbis in obligatione mulieris pro dote, illiusque augumento locum non habet, quando mulier dotare tenetur, vel dos ob aliam specialiter priuilegiata, num. 6.*

7 *Statutum nostrum regulariter obligationem pro dote, & illius augumento, complectitur.*

DECISIO XVII.

1608. 1. Decemb. Romana Rescisionis contractus, coram Reuerendiss. D. Coccino Decano *inter impressas illius* 433. in qua Martha quædam in augumentũ dotis donauerat aliqua eius bona, eo tamen adiecto, quod donatarij eam alere, ac annua scuta 15. & post illius obitum decem, soluere tenerentur, quam iudicis decreto, curatoris authoritate, aliisque solemnitatibus Statutarijs interuenientibus, legitimè roborauerat, *vt infra num. 3. 4. & 5. desumitur*.

Cum autem huius nihilominus donationis validitas in dubium reuocaretur, & signanter ex defectu solemnitatum, requisitarum ex Cap. 151. libro 1. & plura hinc inde deducerentur, capta pro validitate resolutione, artificioso, ac pulcherrimo ordine, ac methodo, præmisso fundamento pro validitate deducto, in limitatione Statuti nostri consistenti, videlicet non habere locum in obligatione mulieris pro dote, eoque quando mulier dotare tenetur, admisso *Putens decision. 160. lib. 3. & Caputaq. dec. 199. par. 3.* reque iterum, cum non teneretur Martha dotare, ob præsumptam donationem, imò claram contra Statuti disposita, fuit obiecto responsum; 3 solemnitates fuisse seruatas, & donationem ob eas valuisse.

Neque obstare dictum fuit, Marthæ consanguineos habuisse: quia nullibi apparebat ea die, qua celebratus fuerat contractus, in Vrbe adfuisse, qui legitimè interuenire potuissent, *iuxta deducta in Firmana restitutionis dotis 3. Iunij* 1603. *coram Penia, & in hac num. 4.*

Ex hac resolutione, quam conformem aliis *Crescent. Put. Penia, & Attrebaten.* fatentur, inferunt DD. in eorum Voto, firmari regulam, Statutum in dote, & augumento illius minimè locum habere, eamque limitasse, quando fraus fieret Statuto; ideòque cessare dictã regulam, quando mulier dotare non teneretur, & dotare prohiberetur; videretur enim tunc contra legis præscriptum donasse.

Quid autem ex hac intelligentia eorum sententiæ accedat, nostræ detrahatur, non satis perspicimus; quis ex datis per eos, vel casus esset speciali ratione, quod nostræ non derogat, Statuti virtutis absolutus; vel sub velamento absoluti, indirectè in eo specificè enumeratus; & consequenter extra controuersiam positus.

Illam, in qua, mentem DD. de Rota assecutos minimè fuisse, putamus; nam, si ita verum esset, quod apũ affirmant, dotem, & augmentum dotis Statuto indistinctè, & regulariter non comprehendi; & clarum est, eidem Statuto dotando, & dotem augendo nullam fraudem fieri potuisse; ac si solemnitates emissæ forent in casu comprehensio, quæ non requirentur in hoc, fraudem, alioquin haud præsumendam, excludi; quod clarè probat *hic dict. num. 3. vers. Sed videbatur cessare*; ideòque nec fallentiam asserta huius regulæ esse potuisse, quando fierent prædicta in fraudem Statuti, quã Statutum non comprehenderet; Ea igitur ni fallimur fuit DD. sententia, vt concedere voluerint, eam fuisse limitationem casui, de quo agebatur, interuentem: Statutum Vrbis non habere locum in obligatione mulieris pro dote, illiusque augumento, quando dotare tenetur, *iuxta decision. Puteu 160. libro 3. Caputaq. 199. lib. 3.* vel speciali alia ratione, & priuilegio dotis, *apud Pic. dicta decis. 13. vt hic num. 1. & 2.* ac consequenter regulam supponere in contrarium,

rium, etiam videlicet in dote, & augumẽto Statuto locũ esse, *iux. dec. Put.* 160. ideoque benè, ac singulari animaduersione, ni solemnitates intercessissent, fuerat ponderarum, Statuto donationem prohibenti, & deceptionem præsumenti, in quo consistit ratio. *Gabr. consil.* 10. *numer.* 6. *lib.* 2. *in hac deducti, num.* 1. fraudem iniectam censeri debuisse & consequenter Statuto locum fore: alioquin, nec eidem fraudem fieri potuisse, Rotam censuisse, dicendum est; quod nostram non modicum sententiam comprobat, vt in decisionibus in hac relatis ostendimus.

SVMMARIVM.

1 *Diuisionem Statutum nostrum includit.*
2 *Statutum nostrum in contractu quolibet, in quo minores, & mulieres ladi possunt, procedit.*
3 *Transactio Statuto nostro includitur.*
4 *Diuisio transactionis species dicitur.*
5 *Permutationem Statutum comprehendit.*
6 *Diuisio, permutatio dicitur.*

DECISIO XVIII.

1610. 21. Iunij Romana Prætẽsi erroris Calculi. coram Sanctiss. Gregor. XV. *inter impress.* 473. confirmata 4. Februarij 1611. *decision.* 496. & 20. Iunij eiusdem *decis.* 510. Huius decisionis casus nullo pacto desumi potest; id autem ad propositum deducitur, quod, cum fuisset deuentum ad diuisionem quandam, in qua plures interuenerant minores, seù magis eam ratam habuerant, seruatis, non tamen legitimè Statuti solemnitatibus; eaque fuisset per Michaelemangelum contra Alexandrum, & alios diuisionis tempore minores exhibita, ac de validitate, ac efficacia illius dubitatum; pro invaliditate, ex dispositione nostri Statuti. DD. responderunt;
1 quod, in diuisione locum habere, non dubitabant: cum in quolibet contractu procedat, in
2 quo minor ladi potest, *Put. decision.* 162. *in* 2. *dub. libr.* 1. *in Romana relevationis indemnitatis* 12. *Maij* 1602. *coram Ortembergo, & in Camerinen. transactionis* 24. *Maij* 1606. *coram eodem Sanctissimo*, & facere dixerunt, quod ha-
3 bet locum in transactione, *ad Put. decision.* 4. *de Constit. Caputaq. decis.* 195. *parte* 3. *& d. Camerinen.* & per consequens etiam in diuisione, quæ
4 transactionis est species, *l. tres fratres, vbi Bart. & cæteri, ff. de transact.* item in permutatione,
5 *vt in dicta Romana de Sancta Cruce coram Car-*
6 *dinale Sacrato*, cum diuisio sit quædam permutatio, *l. cum pater, §. hæreditatem post mortem, vbi Bartol. & Bald. ff. de leg.* 2. *Tiraquell. de retract. lignag. §.* 32. *glos. vn. num.* 88. *vt de omnibus, num.* 4. *verfic. idem fuit concluſum, cum plur. sequen.* In hac decisione firmari dicunt in Voto, Statutum habere locum in diuisione, quia est species transactionis, & dum additur, habere locum in permutatione, adduci decisionem Cardinalis Sacrati, quam procedere in minore dumtaxat ratione Cap. 113. affirmant.

In qua responsione, cum Domini de Assertamento professi fuissent, se, vt vno ictu oculi quisque videre posset, pro eorum parte facere in contrarium quãuis deductas, decisiones sacri Palatij, earum verba necessaria registraturos; non modicam miramur, quomodo in argumentum deducta in hac decisione, & in sequentibus posita, tam diligenter retulerint, ponderarint, ac pro fundamento resolutionis habuerint: precedentia verò, controuersiam medullitus dirimentia, in quibus principaliter resolutionis ratio posita fuerat, vt ex ipsis verbis decisionis, per nos ad vnguem transcriptis, patet; absque vlla penitus responsione, & prætermiserint, & silentio inuoluerint; non tamen absque prudentia gestum; nam cum verba sint clara, quod *Domini non dubitabant, Statutum habere locum in diuisione, cum procedat in quolibet contractu, in quo minor ladi potest*, & in confirmatione reassumpta, *vt decis.* 496. *numero* 7. *&* 8. aut assẽtiebant, & contrarium fatebantur ab eo, quod defendere proposuerant; aut negabant, & id tribuisse Rotæ coacti fuissent asserere, quod nec dixerat, quin, & de cuius contrario haud dubitauerat quidem; quæ tamen nec alias, vt ostendimus, abnuere. Quo verò, ad illud, q ponderabatur, & ea ratione Statutum diuisionẽ comprehendere, quia in transactione locum habet, cuius species diuisio; credimus ex iam dictis plures colligi responsiones, tum quia ex hoc nequaquam idem in alijs excluderetur, tum quia non etiam sequeretur, quin ipsamet diuisio, trãsactionis natura circumscripta, possibilis læsionis, deceptionisque ratione, Statuto subijceretur: quod & in hac decisione desumitur, cum hæc ratio ad derogãdum possibilis læsionis præcedenti rationi non fuerit, sed ad illius comprobationem; adiecta; *numero* 5. *verficul. & facit, & in decis.* 496. *numer.* 6. *&* 7. in qua optimè diuisionis comprehensio sola contingentis læsionis ratione deducitur; Et tandem quoad permutationẽ non immemoramur, cũ abundè in *dicta Romana de Sancta Cruce. coram Cardinale Sacrato*, petitis satisfecerimus.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio videtur quodammodo actus necessarius.*
2 *Remedium l.* 2. *C. de rese. vend. in diuisione locum habet*
3 *Statutum in omni contractu locum habet, in quo mulieres, & minores ladi possunt.*
4 *Ratihabitionem ex l. fin. C. si maior fact. excludit dolus ex Statuto præsumptus.*
5 *Statuto nostro videtur, & in actu necessario locũ fieri quando in eo explicando deceptio potest contingere, & non est certus explicationis modus.*

DECISIO XIX.

1611. 4. Febr. in eadem Romana prætensi erroris calculi. coram eodem Sanctissimo *impressa in ordine.* 496. in qua, in dubium reuocata proximè relata decisione; Domini sine vlla difficultate vnanimiter steterunt in resolutis. Et quia in eo insistebant pro validitate informan-
1 tes, quod diuisionis actus videbatur quodammodo necessarius, quod non negabant Domini, cum tamen necessarium non sit, hoc vel illo modo diuidere, & propterea possit in di-

uisione cadere læsio, in qua locum habet dispo-
2 sitio *l.2.C. de rescind. vendit. ibi per Baldum, & Salycet. & Gabr. de emption. & vendit. concl. 1. num.15.* intrare Statutum responderunt, quod
3 in omni contractu, in quo minor lædi potest locum habet, *Put. decis.162. cum alijs in decis. adductis nu.6.7. & 8.* Resolutioni perspicuæ huic Domini de Assectamento obijciunt, quod de actuali læsione, non in potentia, intelligi debeat *iux. decision. 473.* quod ex verbis, & decisionis vtriusque lectura arguitur, quæ tamen actualis læsio licet, quando adfuisset, eò clariùs contractum inficeret, non tamen ad nullitatem producendam necessaria fuisset; cum solemnibus prætermissis, illius data possibilitate, eam Statutum præsumat; in qua iuris præsumptione possibilis lesionis deducta ratio, vt superiùs demonstrauimus, communiter fundatur; & ideò *in dicta decisione 473.* dum validitatem assectantes ad tacitam ratihabitionem confugissent, ex dispositione, *l. final. C. si mator. factum* non verum dolum ex actuali læsione Domini de Rota deduxerunt, sed possibilis læsionis rationi, ac præmisso themati prudenter inseruientes; ex statuto nostro præsumptum; qui dictam ratificationem excludit, *vt numer.18. & ibi addentes num.24.* Quinimò ex hac nostra decisione limitationis Statuti, quæ in actibus necessarijs passim adfertur, sublimitatio præsumenda videtur, quod siquidem non procedat, quando, licet actus necessarius sit, modus tamen ipsum actum explicandi indeterminatus, ac voluntarius sit, deceptionemque, & læsionem admittere possit, cum tunc ratio, mensque Statuti intret, *vt num.6. vers. & licet actus.* Nec dici potest has rationes obiter, ac, vt aiunt, per transennam prodijsse: cum & tertio loco agitatæ, probatæq. *vt in decis. 510. in princ. affirmatum fuit*, Dominis placuissent.

SVMMARIVM:

1 *Fideiussio minoris absque insinuatione ex Constitutione Marchiæ requisita, est nulla, & n. 3.*
2 *Statutum nostrum, & Constitutio Marchiæ in omnibus contractibus locum habent, in quibus minores, & mulieres decipi, ac læsi possent.*

DECISIO XX.

1611. 26. Nouembris. Perusin. Fideiussionis. coram Illustrissimo D. Cardinale Pamphilio. *post Pic. ad Statutum nostrum 8.* confirmata 2. April. 1612. *vt in decis. 385. parte 2. recen.* coram eodem Illustriss. Pamphilio, licet corruptè bon. mem. Manzanedo adscribatur. In qua, cum Ludouicus quidam minor in Ciuitate Perusij pro patre fideiussisset, ac ad promissorum forsan adimplementū cōuentus, absolutus fuisset; causaq; ad Curiam deuoluta, & in Rota cō. missa, dubitatū fuerit de more, an sententia esset confirmanda, vel infirmanda; pro confirmatione Domini steterunt; Iustitiam namque illius ex eo colligi dixerunt, quia fideiussio per Ludouicum facta, ex defectu insinuationis, in Constitutione
1 Marchiæ in cōtractibus minorum requisitæ, nulla fuerit; *iuxta decisionem in causa Sancti Seuerini bonorum 18. Maij, & 1. Iulij 1611. & in hac coram eodem num.1.* Quam Constitutionem ad prædictam Ciuitatem porrigi, cum per Paulum eius nominis Tertium, ad totum Ecclesiasticum Statum extensa fuisset; Domini non dubitarunt. Cum autem validitati patrocinium præstantes, idem, quod nostræ sententiæ Domini de Assectamento in præsens, obijcerent, quod Constitutio videlicet in certis minorum contractibus tantum loquatur, inter quos fideiussionis expressus non reperiretur; Responderunt Domini: Statutum, cum ad minorum, & mulierū indemnitati consulendum emanasset, & nè ob eorum facilitatem læderētur, ac decipierentur, in
2 omni contractu, in quo lædi possent, obtinere debere, vt in terminis huius Cōstitutionis Marchiæ *in Camerin. Transactionis. 24. Maij 1606. coram Sanctissimo Greg. XV. & inter impressas* 260. Quod in simili ex eo ad terminos nostros confirmarunt, quod Statutum nostrum, licet specificè in quatuor expressis loquatur, sæpiùs in Rota decisum fuerit, in omnibus, in quibus minores lædi possunt, locum habere, *vt per Put. decision. 7. & 55. libro 3. in Romana Argentorum 27. Iunij 1607. coram eodem Sanctiss. Gregor. XV.* & per consequens etiam in fideiussione, quæ iacturam, vt plurimum continet, & læsionem, *vt hic num. 3. 4. & 5.* In quibus vltimis illatiuis, & conclusiuis verbis, ne dum Domini de Rota præcedentia non declarant, vel restringunt, quod Domini de Assectamento prætendunt, vt etiam ex præcedentibus ad sequentia inferant, quod & *in dicta Romana Argentorum* insinuauimus. Quinimò verba præcedentia vniuersalia, ac præcisa nullo modo dictam restrictionem patiuntur, ex quibus Domini generaliter in omni contractu, Statutum habere, intelligentes, & consequenter in ipsa, de qua agebatur, fideiussione: prætensæ restrictioni obuiam ierūt.

SVMMARIVM.

1 *Desertio causæ appellationis per lapsum quadrimij absq. fatalium prorogatione inducitur.*
2 *Rota extra Tribunal datas sententias absque Iustitiæ cognitione haud attendit.*
3 *Venditio, ac impositio census Statuto nostro comprehenditur.*
4 *Statutū nostrū non solū in expressis, sed etiam in omnibus alijs, in quibus eadem ratio subest, locum habet.*
5 *Hypotheca, & pignus ex cōtractu nullo nō oritur.*
6 *Decis. 385. par. 1 recent. perpenditur.*

DECISIO XXI.

1612. 17. Februarij Roma. census. coram R.P.D. Pirouano. *inter recentiores 385. par. 1.* Fuerat in hoc casu per Dianoram quandam absque coniunctorum consensu, Iudicis decreto, ac causæ cognitione, recepto tamen pretio, impositus, ac venditus census; Cuius bonam fidem quasi agnoscens, pluries fructus viuens persoluit. Cum autem, ea mortua, pro fructibus contra Federicum hæredem fuisset per Christophorum iudiciū Saluiani intētatū: & per Federicum exceptio nullitatis dicti census, vigore Statuti nostri,

pro-

propoſita; & per AC. Fèdericus abſolutus; ſterumque forſan, poſt plures annos, Chriſtophorus eoſdem fructus conſequi tentaſſet; dubitatum fuit, an rei iudicatæ exceptione ſubmoueretur: Et affirmatiuè reſponſum, non ex eo ſimpliciter, quod à die appellationis quatuor anni elapſi fuiſſent, & abſque fatalium ſufficienti pro-
1 rogatione cauſa deſerta remanſiſſet, *cap. cum ſit Romana, de appell authent. ei qui C. de tempor. appellat.* ſed quia de ipſius ſententiæ iuſtitia apparebat, ſine qua extra Tribunal ſententias la-
2 tas Rota attendere minimè ſolet. *Mobed. deciſ. 11. tit de ſent.* Iuſtitia autem ſatis fuit ad rem noſtram deducta, quia conſus impoſitio, ac venditio ſine ſolemnitatibus, de quibus in Capit.
4 151. lib. 1 fuit nulla: quod Statutum non ſolum in quatuor expreſsis locum habere: ſed etiam in omnibus alijs, in quibus læſionis ratio adeſt, procedere, ſæpiùs reſolutum fuit, *Put. deciſ. 162. numer. 2. libr. 1. & deciſ. 7. num. 2. & 3. & 55. num. 1. lib. 3. & in Romana Cambiorum 26 Maij 1593. coram bon. mem. Cardin. Millino*,
3 qua nullitate ſtante, & hypotheca ceſſat, ac fructuum perceptio, *vt in hac deciſ. optimè n. 2. & 3.* Huius deciſionis, cui nullum reſponſum aptum accommodare valuere, ſenſum contorquere conantur; quod tamen iam pluries admiſere, eo prætextu, ne ſcilicet dicamus contrarium in hac firmari; quam quod dicunt deciſiones, ſuper quibus hæc coram R. P. D. Pirouano fundatur; quas loqui oſtendiſſe profitentur, quando ſub alterius nomine, ex illis quatuor, vnus celebratur; quod, cum certiſsimum ſit, cenſus huiuſmodi alienationem ad expreſſos non redigi, hancque deciſionem huiuſmodi reſtrictionem non pati, & agere de omnibus alijs idem eſt, quod dicere, hanc eandem deciſionem intentioni propoſitæ contrarias deciſiones, ac doctrinas induxiſſe; quod quàm indecenter ingeratur, quamque longè à veritate aberret, nemo eſt quin videat. Et cum falſum ſit, deciſionem in hac adductas, quod ſuperiùs ex Sacri Apoſtolici Palatij multiplici interpretatione, ac obſeruantia oſtendimus; Statutum ad quatuor tantùm expreſſos contractus reſtringere; ac veriſsimum omnes alios, in quibus læſionis, ac deceptionis ratio viget; non ſecus in hac, prudentiſſimè comprehendere voluiſſe; ceſſetque ideò pretenſum abſurdum; & adductas, & hanc mutua conuenientia ſibi inuicem conſentire, concludendum eſt; vnamque ſemper Sacrum Auditorium, non verborenus caſuum differentia perpenſa, ſed rationis congruentia, vt ampliſſimos decuit Viros, ſententiam tenuiſſe.

Hæc paucis verbis plurima doctiſſimè referẽs
6 deciſio multifariam aduerſantium opinionem impugnat, loquitur enim in caſu inter expreſſos, ac enumeratos, nec directè, nec indirectè comprehenſo, idemq; firmat in omnibus alijs obtinere, in quibus non læſio, & deceptio re ipſa interuenerit; ſed in quibus deceptionis, & læſionis ratio adſit; loquitur in alienatione mulieris maioris; talis enim dicitur cenſus conſtitutio, *Corbul. de cauſis priuat. ob alien. numer. 3. & 4. ampliat. 49. Rot. dec. 678. num. 2. parte 1. recent. nouiſſ. D. Scor. de Commerc. §. 1. quæſt. 1. num. 188.* vt ob id in qua concurſus alterius Sta-
4 tuti ſub Cap. 113. minimè datur; & eandẽ in cõtractu, in quo mulier receperat; & per ſolutionẽ fructuum pluries comprobato, vt ex lectura illius apparet *nu. 2. 6. & 7.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones firmant regulam.*
2 *Electio bonorum. ſuper quibus hares beneficiatus, & creditor velit ſatis fieri, vrgentibus creditoribus neceſſaria.*
3 *Statutum noſtrum in actu neceſſario ceſſat.*
4 *Valor attendi debet de tempore contractus. & receptionis.*
5 *Mulieribus, & minoribus non eſt in alterius damnum opitulandum.*
6 *Statutum noſtrum, vt minores, & mulieres eã alterius iactura lucrum facerent, non emiſſum.*

DECISIO XXII.

1613. 9. Decembris. Romana Saluiani. coram Reuerendiſſ. D. Coccino Decano. In qua, cum Laura quædam creditrix pro ſua dote ſcut. 3000. vigore publici Inſtrumenti, poſt mortem viri creditoribus impellentibus declarauerit, cenſum in dotem datũ, ac mobilia in inuentario deſcripta, pro ſua dote retinere velle, de quorum valore, tempore factæ declarationis, minimè conſtabat; pro executione eiuſdem Inſtrumenti contra tertios poſſeſſores pro reſiduo ageret; & dato dubio, an dictum Inſtrumentum, contra Quintilium Cartheriarum poſſeſſorem, foret exequendum: ex eo, ad rem noſtram faciẽti, alijs prætermiſsis, negatiuè reſponſum fuit quia prædicta declaratione ſtante; de aliqua quãtitate, pro qua executio fieri potuiſſet, minimè liquebat; quam certam quantitatem æſtimatiõ præfatorum bonorum, quæ vſu conſumebatur, longè poſtea adhibita, nequaquam reddebat. Verum, quia huic declarationi obiiciebatur nullitas ex Statuto noſtro Cap. 151. cum ad eam Laura, non ſeruata illius forma proceſſiſſet; fuit replicatum; quod, cum per eam electionem fuiſſet Laura, quod ſibi debebatur, vel eius partem conſecuta: non propterea ſecuta, fuerat alienatio, pactum de non petendo, quietatio, ſeù donatio, de quibus Statutum loquitur, *vt in deciſ. 344. num. 7. coram Cardinale Mantic.* Huius reſponſionis occaſione ex hac deciſione, vltrà illa verba *non propterea ſit, quod fuerit ſecuta alienatio, & multò minus pactum de non petendo, quietantia, ſeù donatio, de quibus loquitur Statutum*, in quibus fieri vim ab eis *& in d. dec. apud Card. Mant. 344.* & in hac manifeſtè apparet: DD. de Aſſectamento duo potiſſimum deducunt, Statutum videlicet in hac electione minimè obtinere; ac tantum abeſſe, Rotam tenuiſſe; eidem locum eſſe in omni caſu, in quo ſit poſſibilis læſio; vt, eadem concludenter haud probata, mulieri ſuccurri noluerit.

Omiſſa igitur vlteriori dictorũ verborũ diſcep
1 tatione, ex quibus nec deſumi poteſt, vel ſtatutũ,
2 licet de illis loqui dicatur, de alijs non loqui, & multo minus diſponere, ac ratione cõplecti; vel
3 è cõtra electionem huiuſmodi aliquo ex expreſſis, aliàsue Statuto contentis, comprehendi; exempla namque minimè reſtringunt: ſi-
4

cuti enim sapientissimi Domini de Rota obiectioni obuiam euntes, dixere; electionem hanc alienationem, donationem, quietationem, pactum de non petendo, de quibus explicitè *Statutum* loquitur, non sapere; ità identitatis ratione dixisse videntur; nec alios, vltrà prædictos specialiter enumeratos, sapere; in quibus *Statutum* locum obtineat; quod & hic minimè ne
... are; à quibus in hac, vel posterioribus nec
discessere, *& signanter coram Reuerendissimo Decano, in dicta Romana Depositi, & nouissimè in Romana Nullitatis contractus 13. Nouembris* 1628. Quod dum egimus de dicta decisione 344. *coram Card. Mantica*, rationibus latius cõprobauimus. Primum quidem, citra vllam nostræ sententiæ labem, admitti potest; quacunq. ratione id accidat; electione namque *Statuto* haud hac comprehensa, hocque concesso, quomodo præiudicetur regulæ non videmus; limita
1 tiones enim, ac exceptiones eo abest, vt regulam destruant, quod eam firment. *Bart. in l. quæsitum, §. denique ff. de fund. instruct. Doct. in l. 1. signanter, Dec. num. 27. & Cagnol. num. 31. ff. de reg. iur.* cum etenim ad eam faciendam Laura cogi potuisset, quin, & vrgentibus creditoribus coacta fuisset, ad quam legis necessitate teneba
2 tur; talem electionem actum necessarium Domini iudicarunt, *vt in dicta decis. 344. num. 5. & 6.* & in actu necessariò limitari Statutũ latè exornat, *Pic. ad illud gloss. 7. limit. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. num. 109. ad 215.* & signanter ex necessitate legis Statuti, vel consuetudinis, *nu. 211. & 214.* Quo verò ad secundum, *ipsa* decisionis lectura arguuntur; nec enim de lesione verbum aliquod in ea legitur: agebatur enim in ea de exequendo, vt diximus, instrumento, ad cuius computum censum, & mobilia receperat Laura, de quorum mobilium pretio tempore receptionis, ac declarationis, minimè constabat, & ità igitur tum reddebatur, pro qua summa esset executio concedenda; & quia prætendebat mulier hoc deduci ex prætensa æstimatione illorum, longe post declarationem, & receptionem in computum dotis, facta; responderunt Domini, hanc æstimationem attendendam non esse, cum de rebus; quæ vsu consumebantur, ageretur; in quibus de præsenti non infertur in præteritum,
4 valor enim de tempore receptionis attendi debuit, *iuxta notat. communiter in l. 2. C. de rescind.* nedum igitur de mulieris læsione non tractabatur: quæ petitoris partes agebat: sed de liquidatione facienda necessaria, ne in præiudicium
5 tertii indebitè lucrum faceret, ad quod nec eidẽ opitulandum, *l. iure naturæ, 206. ff de reg. iur.*
6 nec *Statutum* emanauit *l. assidui, ad fin. ios nõ enim pro lucro fouemus mulieres; sed ne damnũ patiantur, fuisque rebus defraudentur, curamus; C. qui pot. in pign. habeantur, vt post Pic. decis. 14. num. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Statuti nostri dispositio in quocunque, etiam per indirectum læsiuo, contractu locum habet.*
2 *Decis. 295. par. 1. recent. intelligitur.*

DECISIO XXIII.

1614. 9. Maij. Vrbeuetana Bonorum. coram Reuerẽdissimo Dunozero Episcopo Seleucien. *inter recens. 592. par. 1.* In qua, cum fuisset per DD Galeatium, & Sfortiam, in minori ætate constitutos, absque solemnitatibus Statutarijs, 1
Cap. 113. & 151. lib. 1. inita concordia, superq, illius nullitate sententia emanasset, pro confirmatione Rota resoluit: non enim de iustitia illius dubitauit, cum huiuscemodi nullitas in quo- 2
1 cunque læsiuo, etiam per indirectum, contractu locum habeat, *Crescent. decision. 1. de Constitut. & Put. decision. 162. num. 2. lib. 1.* Ex hac decisione eorum opinionem firmari, DD. de Affectamento profitentur: quod, non negare, non possumus; siuè namque intelligamus, prout millies intellexit Rota; *& in puncto decisionis*
2 *huius in Romana Nullitatis obligationis 16. Ianuarij 1626. coram R.P.D. Durano, & doctissimè in Romana Rescissionis contractus. 2. Iunij 1628. coram R.P.D. Merlino*, illud verbum læsiuo, pro ad lædendum apto, & sic etiam in potentia tantum læsiuo: siuè actu, & vtroque casu verùm est stare pro nostra, ac eorum impugnare: clarissimum est enim, in ea concludi, nullitatem in quocunque contractu, etiam indirecte læsiuo, locum habere; ergo non in quatuor tantum expressis, ac enumeratis; & hic reminiscendum est, licet aliquando in hoc vnq dixerint, Statutum realem deceptionem requirere, ac læsionem, non potentia, & habitu; quod nos confutauimus, ac in præsens improbamus: nostram hoc non percutere principalem disceptationem; in qua illis negantibus, Statuto, præterquam in enumeratis, illoque fatentibus, locum fore: & de alijs agere, aliosque comprehendere, nos tueri conati sumus: æque igitur Dominorum de Affectamento sententiæ detrahit decisio huiusmodi, siuè legis præsumptione ex potentia, ac contingentia læsionis, siuè re ipsa & actu deceptio intercesserit, dummodò id vtroque casu certum sit, quod in dictis verbis negari nequit, Statutũ ad enumeratos non restringi, sed omnes indistinctè complecti.

Necest habenda ratio, quoad hanc decisionem attinet, quod in concordia insit refutatio; & ob id minorem læsum fuisse; quia, vltra quod illa refutatio in transactione non solum sine læsione, sed cum vtilitate, propter correspectiuitatem, & reciprocationem, contingere potest hoc speciali medio factum Palatium minimè vetitur, sed generali, & omnibus contractibus fore communi, ac proportionato, nostræque sententiæ consentaneo, quod & plures admisit, & nos iam insinuauimus.

SVMMARIVM.

1 *Causa vtilis mulieribus, & minoribus ex Statuto requiritur; contra num. 2. & 6.*
2 *Statutum nostrum causa vtilitatis non requirit; & num. 6.*
3 *Statutum nostrum requirit causam veram, & Iudicis arbitrio suffcientem.*
4 *Statutum locum habet in damnosis contractibus, & in*

& in omnibus alijs, in quibus læsio contingere
posset.

5 *Causa ad obviandum fraudibus in Statuto nostro*
præmissa, expressa est, & probata.

7 *Statutum nostrum, solemnibus seruatis, continet dispositionem actuum approbatiuam. & num. seq.*

8 *Dictio; Nisi, post negatiuam dispositionem affirmatiuam inducit.*

9 *Statutum nostrum in dispositione approbatiua, medium expressos, sed omnes alios, in quibus decipi possent mulieres, minoresq; comprehendit.*

10 *Contrariorum eadem est disciplina.*

11 *Statutum nostrum, tàm in dispositione approbatiua, quàm annullatiua, vltrà enumeratos, comprehendit omnes contractus, in quibus illius militat ratio.*

12 *Fideiussio mulierum, & minorum ex nostro Statuto, ita solemnibus amissis est valida, sicut amissis invalida.*

DECISIO XXIV.

1614. 15. Decembris. Romana Saluiani interdicti. coram Illustrissimo Card. Pamphilio *inter recent.* 619. *par.* 2. in qua, cum D. Hieronyma se, suaque bona omnia obligasset in quibusdam censibus, ab eius viro constitutis, ac Dominorum Antonio de Tassis, ac Lauiniæ coniugibus, eidemq; Lauiniæ, ac Victoriæ eius matri respectiuè venditis, proque eorum fructibus consequendis contra DD. de Dubliul, cuiusdam Casalis, tempore dictæ obligationis per Hieronymam possessi, detentores, iudicium Saluiani institutum fuisset: censuit sacrum Palatium immissionis locum fore, *vt in causam.* 1.

Ac quoniam contra hanc resolutionem ad rem nostram, alia etenim plura, quę omittimus, deducebantur; obijciebatur obligationis Hieronymæ nullitas, ex defectu solemnitatum
1 statuti nostri 151. lib. 1. causæ vtilis videlicet ipsi mulieri, quam requiri resolutum videbatur *in Romana Argentorum.* 1607. & 1608. *de quibus supra*; Fuit per Dominos responsum, in hoc
2 statuto, quod causa vtilis esse debeat mulieri contrahenti, minimè disponi: sed quod sit Iudici expressa, innuuata, & plenè cognita, & sic, vt contractus fiant cum causæ cognitione, *vt apud Seraphin. decis.* 1187. *num.* 1. & ad hoc
3 vt causa, ex qua mulier ad contrahendum mouetur, sit vera, & alijs Iudicis arbitrio sufficiens, cui multum in hac materia tribuitur, *ad trad. per Menoch. de arbitr. Iudic. lib.* 2. *cas.* 171. *num.* 6. Idque ex ipso patere statuto concluſum fuit, quod expressè loquitur in pacto de non petendo, relaxatione, quietatione, donatione, quæ omnia sunt de sui natura damnosa, & vlteriùs
4 locum habet in omnibus contractibus, in quibus mulier, læsi potest, *Crescen. decis.* 3. *de Constit. Put.* 162. *lib.* 1. quod & dicitur suaderi ex eo, quod statutum ad inhabilitandas mulieres, vt non possint, nisi ex causa vtilitatis contrahere, non emanauit sed ad obuiandum fraudibus, ne scilicet ex earum simplicitate decipiantur, & fraudentur, ex procemio, ex quo causa finalis dignoscitur, *Dec. cons.* 531. *num.* 9. *Ofase. decis.* 58.
5 *num.* 3. & 6. *vbi* ; *num.* 3.

Hanc selectissimam decisionem, quam, (quicquid sit de veritate huius conclusionis firmatæ,
6 *num* 5 de qua dubitauit Beltram. *ad dicta decis.* 333. *num.* 10. qui tamen se ipsum decepit, statuti dispositionem longè à veritate alienam referendo, dum statutum mandare ait, quod consanguinei iurent, in vtilitatem mulieris, vel minoris contractum cedere. cum in eo tantummodò habeatur, non esse in præiudicium, inter quæ magni interest, maximèque subiecta materia, perpensa;) multi, vt credimus legerunt; pauci percepere; singularem continere theoricam, non ambigendum. Cum enim reliquæ omnes decisiones considerent dispositionem statuti irritatiuam, & non seruatis solemnitatibus, con-
7 tractuum annullatiuam; è contra hæc, seruatis solemnitatibus, dispositionem continere firmæ approbatiuam, & confirmatoriam; nec videtur absque ratione maxima dictum, cum vltrà rationes ibi ponderatas, optimè desumi videatur ex verbis statuti, quod, post decretum annullatiuum nullius sint roboris; vel momenti, adie-
8 cit, *nisi duobus coniunctis, & cum cæteris*, quæ dictio, nisi, post negationem adiecta, continet contrariam implicitè adhibitis expressis, dispositionem; affirmantè videlicet, & approbantem. *ad text. in l. actione, vbi not. Bart. & reliq. C. de transact. Decian. cons.* 78. *num.* 3. & 12. *vol.* 3. *Grattan. discept. for ns. cap* 542. *num.* 21. & *plures* Rota, *vt decis.* 322. *num.* 4. *par.* 1. *diuers. in recent. decis.* 169. *num.* 2. & 639. *num.* 2. *par.* 1.
9 quam dispositionem affirmatiuam non solum ad expressos, & enumeratos contractus refert: sed omnes, in quibus læsi, ac decipi mulieres possent, comprehendere affirmat, *ex decis. Crescent.* 3. *de Constit. & Put.* 162. *lib.* 1. quæ loquuntur in dispositione statuti annullatiua, ac negatiua, & benè, cum contrariorum sit eadem disciplina, *l. fin.*
10 *ff. de leg.* 3. *l. & si contrà tabulas. in fin. ff. de vulg. & pupill. Instit. de his quæ sunt sui, vel alien. iur. in princ. vbi not. Fabr. & Arct. & § illud, de Societ. Sura. cons.* 1 *num.* 92. & *Gratian. nouiss. disc. forens. cap* 877. *num.* 26. In vtroque igitur directo videlicet, & contrario sensu, ex hac nota-
11 bilissima decisione habemus statutum vltrà enumeratos, omnes alios comprehendere, in quibus mulier læsi potest, vt sunt verba decisionis clarissima, & ità nec dubitatum fuisse in hac de-
12 cisione, seruatis solemnitatibus fideiussionem, vti comprehensam in parte approbatiua, validam, ac efficacem fuisse; sicut è contra eadem ratione, eisdem cessantibus, in aliis decisionibus fuisse nullam, & inefficacem, *& signanter in Perusina Fideiussionis* 26. *Nouembris* 1611. *coram eodem Illustriss. & Eminentiss. Cardinale Pamphilio per Vic. relata in ordine* 8. *in qua alia cumulantur, ac declarantur.* Huic DD. de Assettamento resolutioni, quæ eorum sententiam radicitus euertit; nihil respondent, sed sicco pede, reticentes ea verba; post enumerationem specificatorum, *quod vlterius habet locum in omnibus*, &c. eam pertransierunt, dixeruntq; eam habere, statuto locum esse in aliis, vt fideiussio comprehenderetur; quod nimirum, cum eo casu, cui inseruire resolutio debuerat, de fideiussione ageretur; idem & in aliis, vt alii contractus comprehensi intelligerentur millies dixerat, ac resoluerat,

uerat, quod, maximè cum fideiusio ex enumeratis non sit, nobis sufficeret, ac insuper stimulum, cui se obiiciunt, non remouet.

SVMMARIVM.

1 *Census venditio, est alienatio.*
2 *Obligatio mulieris sine solemnitatibus Statuti nostri est nulla.*
3 *Obstantium uno sublato, non tollitur aliud.*
4 *Causarum concursus magis inficit.*
5 *Terminorum habilitas semper requiritur.*
6 *Statutum cap. 151. semper in alienationibus locū habet, in minoribus concurrendo cum alio Statuto 113. in maioribus mulieribus ratione deceptionis & possibilis lasionis.*
7 *Census impositio, & venditio in Statuto nostro cōprehenditur.*
8 *Statutum in alienationibus minorum, & mulierū locum habet.*
9 *Mulieres maiores minoribus ex Statuto nostro aequiparantur.*
10 *Dispositio eadem, plura pariformiter respiciens, aequaliter omnia determinare intelligitur.*
11 *Census constitutio super re aliena non valet.*
12 *Statutum locum habet in omnibus contractibus, in quibus intrat ratio in eo expressa.*
13 *Statuti nostri ratio, est ad tollendas fraudes.*

DECISIO XXV.

1615. 22. Maij. Romana Census, seu Fideicommissi de Scalabrinis coram M. Andrea *inter recent. 678. par. 1.* Prætendebant Io. Baptista de Albertinis, ac Marinus de Hortis, se esse q. Petri Pauli de Scalabrinis creditores, occasione trium censuum, pro quibus contrà filios illius, possessiores vnius domus, in hæreditate patris repertæ, fideicommisso tamen Nicolai illorum ani subiectæ, iudicium instituerant. Verùm, cum pro parte d. Petri Pauli filiorum excideretur de defectu crediti agentium, ad effectum, &c. & in casu, de quo agebatur, visum fuit super eo dubitare, & causa bis proposita, resolutum fuit, respectu census constituti per ipsummet Petrum Paulum scut. 300. de ann. 1591. constare de credito, quo verò ad censum scut. 200. ab Anna matre, & tutrice dicti Petri Pauli, ac aliorum filiorum Nicolai, tàm d. Tutricio, quàm ipsiusmet principali, & particulari nomine, de anno 1576 & alium censum scut. 60. ab eodem Anna, dd. nominibus, similiter impositum de anno 1578. minimè constare; & penitùs dimisso capite census scut. 300. ex quo de credito constare dicebatur, nostram disputationem minimè percutienti; Ea ratione, ac distinctè respectu census constitutionis, & obligationis Pupillorum, quia non fuerunt seruatæ solēnitates cap. 113. lib 1. in alienationibus rerum, ac iurium minorum necessariæ, qualis dicitur cen-
1 sus huiusmodi constitutio, ac venditio, *vt post Corbul. de causis priuat. ob alien. ampl. 49. nu. 3. & alios firmat hic Rota num. 2.* respectu verò Annę, quia cum obligatio, & constitutio fuisset quoad minores inualida, & consequenter constitu-
2 tio, & obligatio Annæ remanserit sine causa, & sine releuatore, & sic ipsa decepta contra Statuti Cap. 151. lib. 1. dispositionem, obligatio fuit nulla, *vt in Romana nullitatis obligationis 23. Ian 1601. coram Card. Pamphil. & in Romana Argentorum 29. Iuny 1607. coram Sanctis. Greg. XV.* Ex distinctione, vt aiunt, in hac decisione facta, omnem difficultatis scrupulum tolli, DD. de Assectamento existimarunt. Dicunt enim in ea firmatum, in alienatione intrare Statutum Cap 113. in obligatione verò ad fauorem alterius intrare Statutum in Cap. 151. Putamus nos verò difficultatem, quæ eorum intentioni resistit, nedùm non tolli, sed augeri; Prudentissimos autem DD. de Rota confictam distinctionē nec somniasse quidem: Aliud enim proculdubio est secundum personarum, factorumque contingentiam resoluere, ob alicuius requisitæ solemnitatis defectum ex Cap. 113. minoris alienationem nullam esse; quæ pariformiter, ex defectu alicuius requisiti ex Cap. 151. quod in cap. 113. minimè fuisset comprehensum, nulla fuisset cōprehensum, nulla fuisset; cum per remotionem
3 obstantium vnius non tollatur aliud, sed remaneat, *l. si quando, C. de inoff. testam. Surd cons. 50. num. 27 & Gratian. discept. forens. cap. 96. nu. 8. & plurimos exornat Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. glos. 13. nu. 92. cum seq. Rot. penès Sanctis. Gregor. XV. decis. 87 num. 6 quæ est 76. num. 3. p. 2. recent. & ibi Beltram. nu 16.* quod superius firmatum fuit *ex decis. 41 & 59. post Pic.* in quibus dicitur, horum Statutorum dari concursum, &
4 multò magis ex defectu requisiti in vtroque Capite, eadem ratione concursus, ob quem actus proculdubio magis inficitur *Dec. cons. 442. nu. 24. quem refert, & sequitur Bece. cons. 59. nu. 10. lib. 1.* & mulierum obligationes esse nullas ex defectu solemnium in cap. 151. assignatorum, in quibus citrà alienationem, & minoritatem, non potest talis dari concursus, defectu terminorum
5 habilium, *§. in extraneis, Instit. de rerum diuis. Surd. cons. 234. num. 22.* Aliud verò contra distinguere alienationum contractus ab aliis contractibus, & obligationibus: quod nec statuentes, nec Domini de Rota peregere intellexerunt. Falsitas autem huius prætensæ distinctionis manifestè patet, quia, non obscurè deducitur, hu-
6 iusmodi statutum cap. 151. semper in alienationibus locum habere, in minorum videlicet, concurrendo cum alio statuto cap. 113. vt ostēdimus, in mulieribus verò maioribus, quia intrat ratio læsionis, & deceptionis de per se, vt in superioribus decisionibus vidimus, *& signanter in puncto impositionis census, de qua agitur hic fuit actum coram R.P.D. Pirouano decis. 385. par. 1. et coram Manzanedo 775. num. 1. par. 2. recent.* in
7 quarum prima dicitur censum fuisse nullum solemnibus dicti statuti 151. deficientibus. In alia verò, eiusdem statuti intervenientibus requisitis ex census constitutione per Olimpiam impositi
8 constare de credito, & hypotheca, & generaliter habere locum in alienationibus mulierum maiorum, tradit Picus *ad idem Statutum nostrum glo. 7. num. 13. 58. 62. & 77. & passim*, quod omninò falsum esset, ni statutum hoc nostrum cap. 151. alienationes comprehenderet, liceret namque mulieribus maioribus ad eas liberè prosilire, impedimentum minimè præstante cap. 151. quia alie-
9 nationes minimè comprehenderet, 113. verò quia in maioribus locum non habet.

Qui-

Quinimò, cum Domini de Affectamento concedant, nec negare poterant, ex decisionibus iam dictis, statutum 151. concurrere in alienationibus masculorum minorum, & ob id ei locum esse in dd. alienationibus masculorum minorum, & ex dispositione nostri statuti nulla diuersitatis ratio inter minores masculos, & mulieres maiores ad effectum, de quo agitur, assignari possit, 9 cum ex statuto æquiparentur; & idem eisdem ob sexus fragilitatem, quod minoribus ætatis defectu, in ratione statuti deesse censeatur, *vt in princip. statuti in verbis*. *Rot. decis. 723. num. 13. par. 2. recent.* pariterque de vtrisque, minoribus masculis videlicet, & fœminis maioribus disponat, vtrique concludendum est, in masculis minoribus, & in fœminis maioribus, idem ius esse, eamdemque pariformiter determinationem intelligi, ne dicamus vnam, eandemque dispositionē, 10 æqualiter plura respicientem, diuersimodè determinare. *contra reg. l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. Surd. cons. 242. nu. 7. cum alijs per Gratian. discept. forens. cap. 940. num. 23. Rota apud Sanctissimum decis. 85. num. 19. & 707. num. 5. par. 2. recent.* & tandem hoc idem habetur in hac ipsa decisione, in qua, licet indirectè census impositio considerata fuerit respectu Annę, ad quam extinctio debitorum, quæ mediante pecunia, in impositione census recepta, extingui debuerant, nullo modo, spectare dignoscebatur, tanquam accessio quædam, & fideiussio, *nu.* 4. fuit etiam considerata, inspecta Annæ persona propria, & obligatione illius principaliter, & ad emptorem directè relata, quod principaliter agebatur in obligatione illa, in resolutione huius causę inter emptorem census, seù causam ab eo habentes, & ipsam Annam imponentem, & filios propositæ, tanquam alienatio, & census constitutio, & venditio, & nihilominùs dictum non sustineri, *vt in princ. dicto num. 4. ibi minùs* 11 *quoque dicti census poterant sustineri, & in prin. num. 5. ibi illorum impositio, etiam respectu Annæ fuit nulla, tanquam facta super re aliena & sine fundo, iuxt. Constit. Pij V. & num. 7. ibi si census fuisset impositus cum debitis solemnitatibus; & ibi, sed vbi reperitur, prout hic, nulliter impositus.* Et ex his credimus omninò euerti prætensam distinctionem, ac multò quidem magis sententiam Affectamēti impugnari; siuè enim consideremus dictæ Annę obligationem principalem, & tanquam census venditricis, & iste est contractus in enumeratis non comprehensus & alienatio; siuè quandam esse intercessionem, quod huic contractui minùs principaliter competit, ad effectum signanter, de quo in hac decisione, & similiter nō est in statuto enumeratus, licet quādam symboleitatem naturę, ac conuenientiam habere videatur, sed ratione expressa, ac alias 12 implicitè comprehenditur; quia statutum locum habet in omnibus, *vt apud Pic. decis. 6. num. 8. num. 3. ibi inter quos non reperitur expressus contractus fideiussionis, & num. 4. & 5. in dicta 619. num. 5, par. 2. recent. & in pluribus*, vtroque casu, verum est statutum ad quatuor non restringi, sed in omnibns locum habere, in quibus 13 ratio deceptionis, ac fraudis viget in statuto expressa, vt *in hac decis. num. 4. 723. num. 18. in fin. & 19. par. 2. recent. & in dicta Romana nullitatis obligationis coram R. P. D. Duran. de qua infrà*, ponderata, ac perpensa.

SVMMARIVM.

1 *Ioannes Franciscus Ferentillus author additionum ad decis. R. P. D. Buratti commendatur.*

2 *Renunciationes mulierum, sine solemnitate statuti nostri, inualidæ, limita num. 3. sed contra num. 4.*

3 *Renunciationes iuris quærendi solemnitates statuti nostri minimè requirunt, sed contra num. 4.*

4 *Renunciatio etiam iuris futuri statuto nostro subest.*

5 *Renunciatio, & remissio statuto verbis specialibus, ac implicitè, & ratione comprehenditur.*

6 *Statutum in omnibus, vbi ratio expressa militat, locum habet, & num. 8.*

7 *Beltram. additio ad dictas decis. 164. nu. 11. & 353. num 9. perpendituri.*

9 *Stephanus Gratianus laudatur.*

10 *Statutum nostrum habet locum in omnibus contractibus, ex quibus directè, vel indirectè, læsio contingere potest.*

11 *Læsio non videtur consideribilis in euentualibus, in quibus vtile præponeremus contingere posse.*

12 *Iustitia, & iniustitia pretij in censu vitalitio, & alijs euentualibus consideratur.*

13 *Ratio statuti nostri in censu vitalitio, & similibus viget.*

14 *Census vitalitij contractus ex emptione, & venditione substantiatur.*

15 *Læsio, & fraus in contractu emptionis, & venditionis consideratur.*

16 *Statutum nostrum in emptione, & venditione locum habet.*

17 *Societas officij quoad quid cum censu vitalitio fraternizat.*

18 *Statutum nostrum in Societate officij procedit.*

DECISIO XXVI.

1615. 12. Iunij. Romana Hæreditatis, & paragij dotis. coram bon. mem. inter Clariores Iurisconsultos præclaro, & integerrimo, nunquamque satis laudato, M. Buratto. 723. *par. 2. recent. inter illius decis. sub prælo degentes, in ordine* 120. cuius concordantias D. Io. Franciscus 1 Ferentillus deduxit, qui præceptoris optimi opus optimum, & illustre, doctissimis optimisque notis, studiorum facilitati mirè proficiens, optimè, feliciterque prosequitur. In qua, cum ad quorundam eius iurium renunciationem Faustina prosiluisset, ageretq; forsan ad iura renuncia- 2 ta, dubitatum fuit, an eidem expressa renunciatio obstaret; & negatiuè responsum. Ratio autem clara fuit, quia non fuerat seruata forma, cap. 151. lib. 1. statutorum, in contractibus mulierum, & minorum præscripta, *vt num. 1.* Quoniam verò obijciebatur, solemnitates minimè 3 necessarias fuisse, quia renunciatio erat iuris de futuro, & quærendi, *ex deductis per Tiraquell. in l. si vnquā, in verbo donatione largitus, nu. 80.*

cum

cum seq. de renoc. donat. & de Ll. Connub. gloss. 5. num. 31. vt num. 12. respondum fuit: & in renun-
4 ciatione iuris de futuro, quæ potest esse læsiua, & ob id minores, & mulieres propter imbecillitatem iudicij ratione sexus, & ætatis decipi, locum esse statuto, *ex not. Rubr. de pact. per Curt. Iun. num. 23. Alciat. 33. & 34. Cagn. 32. vers. terma Conclusio, & Bolognet. num. 53. vers. sed breuiter, Tiraq. d. glo. 5. num. 32. in fin. cum aliis*, & in punctо in statuto nostro, *Gabr. cons. 6. num. 2. & seq. vol. 2. Gratian. discept. forens. cap. 132. nu. 22. vers. quod magis, & nouiss. Pic. ad illud gloss. 8. nu. 4. 13. cum seq. vt hic num. 15.* sumpta occasione allegationis *d. cons. 6. Gabr.* dicût Domini de *Assettamento*, firmatum fuisse, in remissione iuris de futuro habere locum statutum, quæ comprehenditur sub refutatione, & quod & si verùm sit,
5 & ità cõprehendi remissio ex hoc videatur, quod ad casum enumeratum reducatur, non tamen excluditur, quin & ex eo, quod, ficut in aliis non enumeratis, in ea militet ratio statuti, vt declarat ipsemet doctissimus *Gabr.* ibi. *num. 6. in hac verba, & consequenter verba, & ratio Statuti simul concurrunt*, quam rationem magis, quàm verba amplexa est Rota, Picum secuta post alios, *gloss. 8. num. 4. & 13. cum seq.* ideòq; nec ex hoc potest inferri, ad restrictionem statuti ad casus enumeratos, contra expressam mentem DD. quia, generaliter in contractibus minorum, & mulie-
6 rum statutum *num. 1.* procedere intellexerunt, & in renunciatione iuris de futuro, eadem possibilis lęsionis, ac deceptionis ratione, iuxta aliàs resolutiones, *vt num. 13. 18. 19. & per totam.*

Cogimur hic paulisper immorari, dum Domini de *Assettamento* notant hoc ipso anno *1615.* coram eodem *Buratto*, in Romana Census vitalitii, in qua pro validitate idem D. Masseus *Aduocati* munere fungebatur, articulum hunc fuisse discussum, ac minimè resolutum; sed satis constare, Rotam eorum sententiam, ac nostræ aduersantem tenuisse; ex quo actores, contractum declarari nullum obtinere, minimè potuere prætatas licet Greg. XV. *& signanter 164. & alias*
7 deduxissent; sed si credimus *Beltramino*; quem Domini de Assettamento reticere, *ad decis. 164. num. 11.* ac latiùs, & distinctè, *ad decis. 333. Sanctissimi Gregorij XV. numer. 9.* ac eius verba optimè ponderentur. satis cognoscemus illam discussionem parum, aut nihil rem nostram attigisse, nec articulum nostrum in dubium reuocatum fuisse, imò & nostræ sententiæ Rotam adhęsisse. Firmat igitur in primis Beltram. *dicto nu.*
8 9. Cum Rota *ibi num. 1.* conclusionem nostram, statutum locum habere in omnibus cõtractibus, in quibus minores mulieres lædi possunt, latè referens omnes prætatas decisiones, & amplectens Pici opinionem *glo. 7. num. 6. cum seq.* & in hoc articulo, qui inter nos ad præsens principaliter disceptari videtur, nullum ponit obicem; quinimo vlteriùs procedendo, ampliat dictum præcedens in omni contractu, ex quo non solum directè, sed etiam indirectè læsio cadere potest, *vt ibidem vers. Imo haues locum*, vbi decisionem deducit, quem refert, & post huiusmodi disputatio-
9 nem sequitur Gratianus, nostrorum temporum Scriptor eximius, ac facti Palatij obseruantissimus, *cap. 961. num. 1.* & hæc conclusio, tunc dicitur in dubium reuocata in Romana Census vitalitii, quando ex euentu, & accidenti tantum, qui & ad lucrum ęquè se habere poterat, erat possibilis læsio, agebatur enim in eatan census vitalitius propter dubiũ euẽtum à muliere emi potuerit absq; statuti solemnitatibus. In qua disputatione, licet pro validitate tenentes deducerent, statutum in quatuor specificatis, vel similibus tantùm locum habere, & demùm saltem non in omnibus, in quibus quomodocunque etiam per indirectum, & ex accidenti, & futuro euentu, læsio potest intercedere, *iux. dec. Put. 162. aliàs 137. lib. 1.* tamen,
10 vt diximus, nõ dubitabatur, quin statutũ cõprehenderet omnes, in quo non solum resedit Gratian. *in dicto cap. 961.* qui pro validitate patrocinium præstiterat, in eadem Romana Census vitalitii, *vt in cap. 756. volum. 4.* sed etiam manifestè perstiterunt DD. in aliis decisionibus succestiuè emanatis, *in dicta Romana Nullitatis obligationis 16. Ianuary. 1626. coram R. P. D. Duran. & in dicta Romana Depositis 13. Ianuary 1625. & in alia Romana nullitatis contractus 13. Nouembris 1028. coram Reuerendissimo Domino Decano*; quod etiam absque vlla hæsitatione tenuit Gratian. *dicto cap. 961. num. 1. & 2.* nec quando contractu considerari læsio directè, vel indirectè potuisset, in quo etiam sunt clarissimæ Rotæ resolutiones, per nos superiùs relatę, & per *Beltram.* ac Gratian. mox allegatos imò nec quando ex euentu, & accidenti tãtum, in quibus etiam terminis, est clara decisio pro nullitate, *in Romana Hæreditatis de Gbitijs 26. Octobris 1588. coram Gypsio, cum alijs relatis, à quibus nunquam Rota recessit*, nec a decisio Put. vel alia contrarium dicunt, vt ostendimus, sed tota difficultas restringebatur, quando læsio contingere poterat, ex euentu, & accidenti tantùm, ex quo etiam poterat veritas cõtingere, & quidè ipli damno correspectiua, & præponderans, quo casu non videtur secundum ali-
11 quo considerabilis lęsio, *Alex. in l. ac fideicommissõ, num. 2. C. de transact. Aym. cons 114. nu. 16. & 142. num. 8. post alios Gratian. discept. forens. cap. 27. num. 23. & cap. 576. num. 30. in tertio vol.* & latiùs in eadem causa Romana Census vitalitij, pro validitate quamuis respondens *in cap. 756. n. 8. 9. 10. 11. 12. & 13. & per tot. vll. 4. & Rot. post Pic. ad Statutum nostrum decis. 10. num. 5.*

At, si verum amamus, saltem in terminis Census vitalitii, de quo tunc agebatur, nõ videtur eatenus huiusmodi ratio procedere, vtà regula firmata per Rotam iste casus excipi videatur; quia, cum, licet in eo dubius euentus lucri, & damni intercedat lęsio, & inæqualitas damni ad lucrum,
12 & è cõtrà, iniitia & iniustitia precij considerentur, cum tàm lucrum, quam damnum imminens, sit pecunia compensabile, vt deducit late Molina *de Contract. disput. 388. nu. 5.* & alijs relatis probat doctissimè D. Scacc. *de Commerc. §. 1. quæst.*
13 *1. num. 294. cum plurib. seq.* viget ratio deceptionis, ac læsionis, vt respectu periculi, ac pretij modicum lucrum recipiat, vel respectu lucri longè maius periculum iubeat, ac precium soluat in statuto expressa, & in aliis considerata, ideò & iuris dispositio; quinimmo, cũ in huiusmodi contractu arctior, quàm in alijs multis, in quibus statuto locum esse resolutum fuit, nõ iustitiæ contractus indagatio, facilioręque, non satis prudentis viri,

ac

ac perspicacis, deceptio; multò magis idem & in hoc concludendum videtur, per argumentum à maioritate rationis in l. expressiz, *vt per Everar. latè in dicto loco à ratione legis, num. 18. & 19.*
14 quæ maximè fortificantur ex eo, quod huiusmodi contractus substanciari videtur ex contractu emptionis, & vêditionis, vt per D. Scac. post alios *in d.q. 1. n. 281. & 295.* & optime per Rotam *dec. 552. n. 7. par. 1. recent.* in quo, vt superiùs deduximus, læsio consideratur, ac deceptio, & statuto lo
16 cum esse, fuit resolutum apud Sanctiss. Greg. XV. *in decis. 164. num. 4. & 5. 496. num. 7. & 8. & in alys*, & tandem quia videmus, quod in Societa-
17 te officii, quæ saltem quoad hoc, vt se habeat ad commodum, & incommodum ex futuro euentu, cum censu vitalitio fraternizzat, & in qua non esse considerandam læsionem, eadem ratione in puncto ponderauit Gratian. *dicto cap. 576. nu. 38. in 3. vol. & 756. num. 42. & 43. in 4.* absque difficultate recipitur locum esse statuto, & so-
18 lemnitates esse necessarias in mulieribus, ac minoribus, *vt probat late Zacch. Rota resolutionibus relatis; de modo valid. contrab. soc. super off. nu. 182. 190. & 194.* & nouissime recipitur in *dicta Romana Nullitatis obligationis 16. Ian. 1626. coram R. P. D. Duran.* quæ obiter dicta prudentissimorum Dominorum Iudicio, quando casus sese obtulerit, ac authoritati supponimus.

Nec est admittendum argumentum ex non resolutione Rot. desumptum, quam vt percepimus reorum partes tenentes restitutione pecuniarũ, in non modica quantitate impediere.

SVMMARIVM.

1 *Statuti nostri solemnitas est de forma contractus, qui sine ea corruit.*
2 *Statutum nostrum quotiescunq; mulieres, & minores lædi possunt, locum habet.*
3 *Exempla non restringut regulam.*
4 *Renunciatio in statuto nostro comprehenditur.*
5 *Renunciatio in specificatis verbis, et generalibus, ac expressa ratione in statuto nostro cõprecluditur.*

DECISIO XXVII.

1625. 13. Ianuarij. Romana Depositi. coram Reuerendiss. D. Decano. Quærebatur, cum ad instantiam creditorum mariti mobilia penès vxorem depositá fuissent, quæ illa nomine depositi tenere, ac ad omne mandatum Domini Iudicis restituere in forma Camerę se obligauerat; an talis obligatio, sine solemnitatibus statuti nostri 151. fuisset facta, & negatiuè resolutum, ea quidem
1 ratione, quia cum statutum det formam, illaque non fuerit seruata, dicta obligatio corruit, *glos. in Clem. 1. in verb. Inhibentes. de iurepatr.*

Verùm quoniam, etiam tũc opponebantur eadem, quæ nostræ sententiæ ad præsens Domini de Affectamento obiiciunt, asserendo statutum loqui in quatuor tantùm specificatis, ad eosque tantum restringendum esse, responsum fuit, hoc mi-
2 nimè obstare, quia nihilominus, quotiescunque mulier lædi potest, locum habet, *Crese. decis. 3. de Constit. Pud. decis. 158. nu. 2. lib. 1. Rot. decis. 529. num. 4. in fine, par. 1. diuers.* vbi etiam auditur fuisse sæpissime resolutũ, quod ex iam dictis probauimus, in hoc autem casu cum mulier ad huiusmodi bona restituenda sese obligasset, lædi potuisse, DD. ponderarunt, vel quoniam, ad sui præiudicium, iuri suo renunciabat, vel ex alio capite restitutionem concernenti.

Qua propter DD. de Affectamento, tantum abesse, affirmarunt, decisionem hanc eorum sententiam impugnare, quod per nos proponebatur, vt eam optimè confirmare asseruerint, dum exemplificando possibilitatem lęsionis, renunciationis proprii iuris, vel bonorum restitutio deducitur, & ità vel renunciatio in verbis statuti specificata, vel tacita, & indirecta donatio, mediante restitutione, in fraudem statuti, vtdè ostendisse putarunt, illam eorum opinionem comprobasse, ac statutum ad quatuor specificatos restringi concluisse, eos autem, quibus id suadeant, difficillimè inuenient, cum etenim in disceptatione huius resolutionis, dum Dominis, vt vidimus, prędicta interpretatio statutum ad specificatos quatuor casus restringens, insinuaretur, in eam insiliisset Rota, ac verbis rotundis, iuxta præcedentes aliàs resolutiones, non solum in eis, sed etiam quotiescunque mulieres, & minores lædi possent, nihilominùs statutum obtinere professa fuisset, si in exemplificatione, à prædicta responsione recessisse, ac ad repulsum obiectum rediisse diceretur, prout DD. de Affectamento interpretantur, vel instantanea correctio, ac recantatio necessariò Dominis de Rota ingereretur; qui quàm durus sit sermo; contradicendi, vincendique libidine sepositá, iidem, animaduertant, ac diiudicent, vel propositæ, ac firmatæ conclusioni, ac regulæ, dedu ta exempla è contrario minimè conuenire, concedendum esse; quod, quam indecorum, quamq; inconueniens sit, cum agatur de Primarijs totius Orbis Iurisconsultis nemo est quin videat, cu n
3 tamen lateat neminem, exempla regulam non restringere, *l. regula, 9. fin ff. de iur. & fact. ignor. cap. 1. ne Clerici, vel Monac. Everard in sua Cant. in loco à ration. leg. numer. 38. & Gratian. qui alios refert, discept. forens. cap. 900. num. 11.* quod vtique, dicta Dominorum de Affectamento admissa intelligentia, sequeretur

His igitur animaduertis putamus, propositæ exempla cæteris conuenire, ac Dominos de Affectamento sacri Auditorii mentem non assecutos. Ad primum igitur exemplum redeuntes, in quo Rota præiudicium mulieris, seù læsionem, quia iuri suo renunciare videbatur, considerabat, ex quo DD. de Affectamento, hãc decisionẽ eorũ sententiam confirmare, argumentantur, cum talis renun
4 ciatio specificis verbis statuti comprehendi videatur, *iuxta not. per Gabriel. dicto conf. 6. num. 1. cum seqnen. volum. 2.* quamuis hoc verum esset, facilis responsio, nam voluit Rota, materiæ propositę, & firmatę conclusioni inseruiens, talem
5 renunciationem, tanquam præiudicialem, ac læsiuam, cum cæteris aliis in ratione statuti comprehensam, potiùs considerare, quam in illis specificis verbis expressam: quod non est nouum, & optimè obseruatum apparet apud Gregor. XV. *dec. 260. 473. & 496. & in d. 923. p. 2. recen. & in alys, in quibus iam transiimus, & fit patens*; ideóque communi illa regula, quod statutum locum habet, quotiescunq; minores, & mulieres lædi possunt, nulla habita verborum statuti, & casuum enumeratorum consideratione, ad

dubij

dubij resolutionem processum fuit; quod & multò magis de exemplo posteriori dicendum etiam, quod alias posset, prout verè nequit, confiderari donatio; cum DD. de Rota non ex hoc capite, sed tanquam læsiuam. ad lædendum scilicet aptam, vt quia bona inutiliter consumpta, vel ampliùs forsan non existentia, restituere cogi contingeret, *ad not. per Lambertenq. de contr. mulier. glos.1.num.65.cum simil.* obligationem de restituendo Statuto includi censuerint; quinimò, secundum opinionem DD. de Assetramento in vltimo voti articulo, non solùm excluderetur omnis suspicio donationis; sed, cum sit certum bona mulierem recepisse, sine solemnitatibus obligatio valuisset, & iuris necessitate potius, quàm voluntate, ad restituendum coacta diceretur; contra tamen hanc, & alias Rotæ resolutiones, de quo suo loco agendum erit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum nostrum, vltrà explicitè enumeratos, habet locum in omnibus contractibus, in quibus mulieres, & minores læsi possunt, & signanter in societate officij.*
2 *Fideiussio dicitur de sui natura damnosa, & læsiua, & quomodo.*
3 *Fideiubens dicitur malè vti substantia sua:*
4 *Statutum nostrum in fideiussione locum habet.*
5 *Fideiussio in quatuor enumeratis statuto nostro minimè comprehenditur, sed implicitè verbis generalibus, & ratione, & num. 10.*
6 *Principalis dicitur ille, ad quem pecunia, & cõmodum contractus peruenit.*
7 *Principales dicuntur omnes, qui ordinariè contrahũt vti tales, licet res ad alterum spectasset.*
8 *Societas super officio alterius, ad id per officialem Dominum accommodato, vel emendo, valet.*
9 *Sigismundus Scaccia, multarum. singularium-que virtutum meritis honestatus, non satis condignè pro illis commendatur, aclaudatur.*
11 *Contractus omnes in verbis Statuti comprehensi dicuntur, quibus ratio expressa congruit.*
12 *Io. Baptista Penzonius Vrbis quodam eminentissimus Senator, & Capitaneus Appellationum.*
13 *Federicus Monaldensis q. Secundus Capitolij Collateralis.*
14 *Marcus Antonius Gozzadinus Primus quondam Collateralis.*
15 *Vota, iuxta quæ fuit in Assettamento resolutum, Statutum, vltrà quatuor contractus enumeratos, in alijs locum habere, receptione non obstante.*

DECISIO XXVIII.

1626. 16. Ianuarij. Romana Nullitatis obligationis. coram R. P. D. Durano. Fuerat inter Alfonsum Vidascum, & Andream Scalmanũ, S. D. N. Cursorem super dicto eius officio inita Societas scutorum mille; ad cuius Vidaschi fauorem, Bartholomæus Bonadies, ac Ioseph de Cuppis, ambo minores, vti principales, principaliter, & insolidum accesserunt: cum autem Bonadies, ad quem pecuniæ peruenerant, quique bonam fidem recognouerat, ad restitutionem, mediante mandati relaxatione, cogeretur; appellatione interposita, causa in Rota cum clausula, si quid exequendum, committi obtinuisset: ac dubitatum fuerit, an dictum mandatum esset exequendum, vel reuocandum; reuocandum Domini censuerunt. Cum enim Societas, cum Bartholomæo minore sine præsentia, & consensu duorum propinquorum, nulliter contracta fuerit, Cap.151.lib.1. quod, 1 etsi Statutum explicitè nõ habeat: cum, ad captiosas circumuentiones euitandas, ac obuiandũ fraudibus emanauerit, non solum pacta de non petendo, donationes, quietationes, & alios cõtractus in eo expressos annullat: sed etiam omnes alios contractus, per quos minor lædi potest, & sic contractum Societatis, de quo agitur, in quibus eadem militat ratio, *Crescent.decis.3. de constit. Put.158.libr.1.in nouiss. impress. coram Gregor. XV. decis.164.cum alijs per add. relatis. num.11.6. apud Pic. num.1.& inter recent.p.1.* 2 592. *num.1.* & quia fideiussio est de sui natura 3 læsiua; cum fideiubere à notorio sit, sua substantia malè vti, *ex notat in l.persona, §.1 ff.de pact.* 4 multò magis fideiussoria Bartholomæi minoris obligatio nulla fuit, quam obligatio principalis.

Huic decisioni, quam dicunt loquì in terminis casus per eos resoluti, respondent DD. de Assetramento; quod, dum dicit Statutum habere locũ in omni contractu, in quo minor lædi potest, & allegat decisiones prædictas Put. Crescentij, iuxta illas est intelligenda, prout Dominos verè intellexisse affirmant, cum statim minorem fideiussisse dictum supponatur, & ità obligationem fuisse nullam, tanquam de sui natura læsiuã videlicet fideiussionem, sub Statuto comprehensam. In qua quidem responsione illud apprimè est ponderandum; quomodo possit procedere, cum supponatur huiusmodi decisionem esse in puncto, & eisdem terminis casus in Assettamento discussi; decisiones Putei, Crescentij, & aliorum esse intelligendas, prout ipsi Domini de Assetramento intelligunt, quod Domini de Rota pro nullitate pronunciauerint; pro validitate verò, hanc decisionem eorum opinioni conformem se Rotæ sententiam sequi profitẽtes, DD. de Assetamento respondiderint. Nec dicatur, hoc prouenire ex receptione pecuniarum quia nec in consideratione Rotę fuit, quæ ea non obstante pro nullitate stetit; nec Dominorum de Assettamento, qui separatim, de hoc tractarunt, & vsque modo eam circumscripsisse videntur, cum stare cum opinione Rotæ profiteãtur; in articulo verò receptionis ab hac ipsa decisione, & aliis similibus dissentire; Nec etiam 5 ex natura fideiussionis, quàm dicunt læsiuam; quia, vt suprà demonstrauimus, non per hoc in quatuor casibus, Statuto specificatis, comprehenditur, sed ratione præfata deceptionis, & læsionis, & eò facilius, quia damnosior. *et in dec. 1187.apud Seraphin.decis.6.num.1.& 2.& 8.nu. 3.4.& 5. penès Pic. ad Statutum nostrum. 333. coram Sanctissimo Greg.XV.num.1.2.& 3. 619. num.5, recent.par.2.& in alijs.* in quibus, quando etiam aliquando in dd. quatuor potuisset cõprehendi; fuit tamen, non tanquam in eis; sed alias, & ratione prædicta Statuto inclusa, considerata. Verum quo facilius responsionis vigor tollatur, certiusque nostræ sententiæ veritas de-

pre-

prehendatur, huiuſmodi doctiſsimæ reſolutionis Rotæ altius repetenda ſententia, quàm diminutè relatam DD. de Aſſectamento conniuentibus oculis, vel prudentes reticere, vel negociorũ multiplicitate, ac grauitate implicati; temporis anguſtia preſſi, ad ſaturitatem vſque minimè aduertere; habet enim hæc deciſio mirabilis, coram oculatiſſimo, doctiſſimoq; Durano, plus in receſſu, quàm in fronte, nullamque aliam, ex æquo ſimilem, admitteret, niſi adeſſet *Romana Cenſus, ſeù fideiſsionimiſſi de Scalabrinis 678. par. 1. recent.* coram alio inſigni, optimoque Viro Hiſpano bo:mem: Andrea. Duas igitur diſtinctas Bartholomæi obligationes in ea conſiderarunt Domini. Primam videlicet vti principalis, principaliter, & inſolidum contractam, in qua Bartholomæus, vti principalis, & ſocius reputatur; Alteram verò acceſſoriam, & conſecutiuam, in qua vti fideiuſſor officialis, & aliorum conſideratur: verba autem clara ſunt, de ſocietate *in prin. ibi. Cum enim ſocietas cum Bartholomæo minore ſine præſentia, & conſenſu duorum propinquorum, & alijs ſolemnitatibus per ſtatutum Vrbis requiſitis, cap. 151. lib. 1. nulliter contracta fuerit; & in verſ. Quæ publicæ vtilitatis. ibi. ſit contractũ ſocietatis de quo agitur*: De fideiuſſoria verò obligatione *in princ. ibi. Cui d. Bartholomæus, & Ioſeph de Cuppis, ambo minores, vti fideiuſſores principaliter, & inſolidum acceſſerunt, &c. et in eodem verſ. Quæ publicæ vtilitatis, ibi. & quia fideiuſſio eſt de ſui natura læſiua, &c. multò magis fideiuſſoria obligatio Bartholomæi minoris nulla fuit, quã principalis obligatio.* Cum igitur, licet, vtdiximus, fuerit huiuſmodi Bartholomæi obligatio tamquam principalis, ac fideiuſſoria ponderata, de ea agatur, tamquam de ſocietate, & obligatione principali: quod, non ſolum expreſsè in deciſione firmatur, *d. verſ. quæ publicæ vtilitatis. ibi ſic cõtractum ſocietatis, de quo agitur*; verùm etiam de-
6 ducitur, ex quo Bartholomæus pecunias recepit, *iuxt. glo. in Auth. de fideiuſſ. in princ. Aymo. conſ. 77. num. 3. & 91. num. 2. cum alijs per Gabr. conſ.*
7 *63. num. 8. vol. 2.* & ſe principaliter, in eodem forſan inſtrumento, & vnico contextu cum officiali obligauerat, *Bart. in l. fin. col 2. C. de duobus reis, Gabr. d. conſ. 63. n. 7.* vel aliter officialis conſensũ ipſius, vt officium ſubderetur, & ſuper eo Bartholomæus contrahere tanquam officialis, ac domi-
8 nus poſſet, accommodauerat; quo caſu ſocietàs ſuper officio alteriùs valet, *vt aliàs fuit in Rot. deciſum in cauſa Romana Societatis. 9. Maij 1588. coram Gypſio*, relata inter aliàs ad materiam ſocietatum officiorum pertinentes per Zacch. *in ordine 31. nu. 3. 4. & 5.* qui eam *in ſuo diſcurſu* reaſſumpſit, *nu 23.* & doctiſsimus D. Scacc. probitate, ac multarum virtutum meritis ornatiſſimus, deque noſtra legali hac ſcientia optimè meritus, *in trac. de Camb. §. 1. q. 7. p. 1. n. 89.* vtiq; excluditur, quod in reſpõſione Aſſectamenti habebatur, quod poſſit intelligi capta reſolutio, quia dictum fuerit minorem fideiuſsiſſe, eamque ad hoc reſtringi, & abſolutè ſequitur Rotam iuxta inueteratam ipſius interpretationem, noſtramque ſententiam *Put. & Creſcen. deciſiones* generaliter intellexiſſe in omnibus, prout de omnibus firmatur in hac reſolutione, & de ſocietate in individuo; quę, non ſolum de ſui natura læſiua dici non poteſt, ſed cõmuniter fiat ad lucrum, & quæſtum, quinimò catenus verum eſt, ex conſiderata fideiuſſione regulam, ac in præcedentibus poſita, minimè reſtringi, vt diſtinctè etiam ex ea, & magis quidem, quã ex principali prædicta, ob eius naturã damnoſiorem, nullitatem inferri, concludatur. Verùm enimuerò dato etiam, quod ex eò fuiſſet contractus, obligationem fuiſſe nullam; quia fideiuſſionem continere diceretur; Domini de *Aſſectamento* calcar eos vrgens minimè amouere, ac-
10 cenim & fideiuſsio in ſpecificatis non comprehenditur, ſed aliàs & ratione expreſſa includitur, *vt proximè oſtendimus, deciſ. 8. poſt Pic. n. 3. 4. & 5. & 6. 9. n. 5. p. 2. recent.* & quatenus cõprehenderetur, non ea ratione fuit hoc firmatum; ſed læſionis, ac deceptionis ratione, & ità non receſſum à regula, cui tãtum abeſt, quod fuerit ex fideiuſſione derogatum, vt ex ea ad fideiuſsionis cõprehenſionẽ fuerit facta illatio, *vt in deciſ. 333. corã Gregor. XV. 8. poſt Pic. n. 4. & 5. & in hac, de qua agimus*, quod debet attendi, ad dignoſcendam Rotæ ſententiam, quod principaliter nunc agitur, in diſquiſitione deciſionum.

Ex quibus omnibus deciſionibus, fideliter relatis, ſuper vtroque & antiquo, & nouo ſtatuto emanatis, manifeſtiſsimè apparet, opinionem Aſſectamenti, ſi Aſſectamenti, quam modo tenent in voto, ea fuerit, numquam ſententiæ Rotę fuiſſe conformem, vtpotè, quæ nunquam ad caſus ſpecificatos reſtringere, quin identitate rationis in omnibus locum habere, in quibus fraus, ac deceptio poſsibilis cenſeatur, iugiter intellexit. Quinimò cum ratio ſit vnica, & expreſſa, om-
11 nibus contractibus conuenies, omnes eſſe dicuntur in Conſtitutione comprehenſi, etiam ſi verba deficerent. *glo. in c. 1. in verbo Italia, de temp. ord. lib. 6. Aym. conſ. 183. nu. 3. circa med. Rot. apud. Sã Chiſſ. Greg. XV. deciſ. 293. num. 14.* & cuiuslibet contractus dicitur caſus in verbis comprehenſus & expreſſus, ratio enim non minùs, quàm verba diſponit, *Buerar. in loc. à rationi legis, nu. 19.* vbi quod lex dicitur loqui, *Rot. deciſ. 10. nu. 2. & 3. par. 1. recent.* & in puncto ſtatuti noſtri coram Reo *dicta deciſ. 55. num. 6. lib. 3.*

Verùm, quoniam aliquibus negocium facesſere admodum videretur, non variata, ac perpetua DD. de Aſſectamento ſententia, de qua Clariſsimorum Virorum ſeriè facta, in hoc voto iidem DD. teſtati ſunt; eo modò quo potuimus meliori, cum Aſſectamenti vota, illorumq; rationes, in priuatis Codicibus deliteſcant, ne hac atteſtatione, conſtantiq; Aſſectamẽti authoritate ſuppoſita decepti d. voti Lectores remaneant, ac, vt in principio huius noſtri Apologematis promiſſa reddamus, opere preciũ exiſtimauimus oſtẽdere, quo etiã tẽpore Viri Primarij Capitolii ſublimes, antiquaſq; ſedes implebebãt bo:me. D. Gabr. Falconius inſignis Senator, ac Clariſſ. & Excellentiſſ. I. V. D. D. Antonius Portius. Foroliuienſis, Secundus Collateralis in Curia Aduocatus celeberrimus, & ſucceſsiuis tẽporibus Eminentiſſ. Senator, qui & pridem locum noſtrum tenuerat, Dominus Ioannes Baptiſta Fenzonius, glorioſiſſimi, ſemperque Auguſti, Ferdinandi Secundi, Romanorum Imperatoris Conſiliarius, Reuerendiſsimus Pater, & Dominus Federicus Monaldenſis, vtriuſque Signaturæ Sanctiſsimi Do-

mini Nostri Referendarius, ac Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Scipionis Burghesij, gloriosissimi æternæ memoriæ Pauli V. Pont. Opt. Max. Nepotis, ac Signaturæ Gratiæ Præfecti, Cardinalis Amplissimi, meritissimè Vicesgerens, Secundus Collateralis; ac Illustrissimus, & Reuerendissimus felicis recordationis Marcus Antonius Gozadinus S. R. E. Cardinalis, Primus Collateralis, Curiam Capitolinam, ac Assertamentum nostrum, quinimò Apostolici Palatij sententiam, non obscurè sequutum, idcircò ipsius Clarissimi Portij iuratam attestationem nostri Notarij manu firmatam, & publicatam, nec non duo vota eiusdem Reuerendissimi Monaldensis doctrina magis, quàm onerosa auctoritatum congerie referta, maximaq; illius nos erga benignitate communicata; eadem pùritate hic inserere decreuimus, iuxtà quę fuit vnanimiter resolutum, diebus, mensibus, & annis, partium, ac Notariorum nominibus adiectis, vt oculata fide sibi ipsi, quisque possit, potiùs, quàm nostris scriptis, credere teneatur. Placuit enim eminentissimi Iurisconsulti, *Andreæ Barbatiæ*, pro viribus consilio vti; qui, *in cons. 55. inter cons. Alexand. in quarto volum. num. 24. ex text. in can. plerumque 27. 2. quæst. 7.* qui dicitur desumptus ex Homil. Diui Augustini de Pœnit ibi in princ. per Cardin. Ioann. de Turrecremat. expressè dicit, bonos viros ea tacere, quæ legitimis documentis probare non possunt.

R. P. D. MONALDENSIS.

Romanæ Societatis Officij.
1615. 24. Ianuarij.

FElix Oliuerius dedit ad Societatem officii scut. 30. Leonidæ de Durantibus, qua difficta, dixit Leonida se nõ teneri, cum fine solemnitatibus statutarijs obligata fuerit.

Videtur Leonida à petitis absolbenda, quia ex contractu fine solemnitatibus inito ipsa minimè obligatur, actus enim contra form. statuti factus, ipso iure est nullus, *l. nõ dubium. C. de leg. glo. in Clem. 1. in verb. Inhibentes, de iurepat. Corn. cons. 15. num. 4. lib. 4. Rot. in Romana donationis de Cuppis 24. May 1609. coram bo. me. Card. Pamph.*

Non obstat, quod minor, & mulier tenentur saltem restituere id, quod ex contractu nullo ad eorum manus peruenit, quia respondetur, non teneri restituere, nisi in quãtum facti sunt locupletiores, *ad not. per Sur. cons. 15. n. 19. & 20. in 1. vol.*

Nec eo ipso, quod constat ad manus mulieris pecunias peruenisse, præsumitur locupletata *ex opi. glo. in l. vtrum, in verb. non cõsumptæ, ff. de pet. hæred. Ang. vbi, & Dec. num. 3. in l. certi conditio, §. quoniam, ff. si cert. pet.*

Magis enim communis opin. est contra gloss. vt Actor scilicet locupletationem probare teneatur, non autem consumptionem mulieris. *Angel. in l. in Insulam 43. §. 1. circa med. ff. solut. matrim. Menoch. de præsumpt.* vbi de magis communi *lib. 6. præsumpt. 27. num. 6. vers. Tertius est casus, & de recuper. rem. 15. num. 586. & 587. & post eum de crebriori, Surd. cons. 290. num. 30. in 2. Gratian. latè discept. forens. cap. 101. num. 4. cum 5. quæ Rota in Romanæ Societatis officij. 4. Februarij 1602. coram Penia.*

Et idem infertur ex communi Doctorum distinctione in hac materia; nam, aut contractus est ipso iure nullus, & mulier, seù minor recipiens excipiendo dicit se non teneri, actor autem illum, seù illam teneri, quia sit factus, factaue locupletior; & cum sit fundamentum intentionis illius, actor probare tenetur; aut contractus valet; sed prætextu læsionis, & consumptionis petunt minor, vel mulier restitui, & tunc minor, vel mulier probare tenentur. *Secin. cons. 115. num. 13. lib. 1. cum aliis per Lamber. eng. de Contractibus, &c.*

Et ità in hac causa inter Leonidam de Durantibus, & Felicem Oliuerium per acta Tranquilli, fuit coram Domino Secundo Collaterali ad fauorem Leonidæ, quę pecunias receperat, ac bonam fidem recognouerat, nemine discrepante resolutum die 24. Ianuarii 1615.

EIVSDEM.

Rom. pretensi affictus Portarum.
1617. 22. Aprilis.

DOminus Octauius Gabriellius die 30. Martii 1616. Portas Appiam, & Latinam Io: Mariæ Zellio, ad annos quinque, pro affictu scutor. 40. quolibet mense, in principio cuiuslibet mentis soluendo locauit, & die septima Aprilis sequentis in sociam d. affictus Flaminiam assumpsit, quæ mariaritias omnes pro scut. 140. bon. 57. cum dimidio ab Henrico emit; & declaratum fuit totum capitale & scut. 150. occasione dd. Portarum soluta esse ex propris pecuniis Flaminiæ: Ioannem verò Mariam solam, nudamq; personam, ac personæ ministerium ponere, ea conditione, vt pensio communiter solueretur. Et in cuëtum, in quem Io: Maria in negotiando fraudem commisisset, aut in fine anni lucrum non adesset Flaminiæ liceret, à locatione discedere.

Mensibus elapsis Io: Maria foro cessit: & vt prætenditur, Portarum pensiones per totum mensem Decembris præteriti Flaminia soluit: Cùm autem de mense Ianuarii pro alia pagã conuenta fuisset, & dixerit non teneri; Videtur in hac quæstione clarum, ad pensiones decurrendas cogi non posse; nam, aut contra eam agitur vigore Instrumenti locationis, & cum in eo nec interuenerit, nec nominata quidem fuerit, non probat, nec contra eam est exequendum. *Bursatt. cons. 361. num. 1. in 4.* aut vigore Instrumenti societatis initę super dd. Portarum affictu; & vigore illius minus agi potest, quia non seruatis solemnitaribus statuti Vrbis est nullum; Nullitas verò, quæ incontinenti patet, etiam obligationis Cam. executionẽ retardat: *Rot. Neapolit. nullit. instrumenti. 4. Iulij 1574. corã Coita.*

Quod autem Instrumentum sit nullum, ex illius inspectione probatur, constat enim solemnitates statutorum in eo adhibitas non esse, quorum dispositio, quamuis quatuor solum contractus enumerer, in quolibet contractu, in quo mulier lædi potest, locum habet. *Crescent. decis. 3. de Constit. & iust. resolutum in Romana nullitatis Contractus 26. Martij 1604. in Camerinen. translationis 24. May 1606. in Ro-*

ma

mana Argentorum 27. Iunij 1607. in Romana *pretensi erroris calculi 4. Febr. 1611. coram Illustriss. Bononien. & in alijs passim.* Et in specie, quòd in contractu societatis à muliere, seù minore inito, solemnitates requirantur. *Alexan. cons. 154. num. 7. lib. 2. Lambertenq. de contract. glo. 1. q. 9. nu. 22. quem sequitur Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 328. num. 52.*

Non obstat, quod D. Octauius dicatur esse in quasi possessione exigendi, in qua manutenendus videatur, quia, vltro quod non agitur Iudicio possessorio, in annuis præstationibus, temporalem causam habentibus, non datur quasi possessio, cuius vigore remedia possessoria concedi possint. *Peregrin. de fideicomm. art 46. nu. 18. vers. Reperi etiam.*

Ex quibus crederem, non posse, relaxari mandatum executiuum pro pensionibus contra Flaminiam: licet contra eam agi posset, vt reddituum Portarum, à die discessus Io: Mariæ rationem reddat, &c.

Et ideò, in hac causa inter Octauium Gabriellium, & Flaminiam de Capite per acta Scoloccii, dicta die fuit resolutum; absoluendam esse Flaminiam ab impetitis per Octauium, reseruato eidem Octauio iure contra Flaminiam, Portarum, redituum rationum redditionem petendi, à die discessus Io. Mariæ conductoris, perceptorũ, &c. In quibus Votis, vt eis euidentissimè apparet, & & aliis mille causis, vt ab aliis accepimus, & Iudicibus, ac Causidicis, vestigia tutissima Rotæ DD. de Affectamento calca-runt; rationesque amplexi sunt.

Instrumentum Attestationis Excellentiss. D. Portij.

IN Nomine Domini Amen. Præsenti publico instrumento cunctis vbique pateat euidenter, & sit notum, quod Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millèsimo sexcentesimo vigesimo nono, Indictione duodecima, die verò vigesima tertia Mensis Nouembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui, anno eius, septimo. Constitutus coram me Notario, *& Testibus infrascriptis* Perillustris, & Excellentiss. D. Antonius Portius Foroliuien. *sponte, & c. omnibus & c. declarauit, & in verbo veritatis affirmauit, & affirmat, ac attestatus fuit, quod per annos nouem cũ dimidio circiter, quo exercuit officium secundi Collateralis in Foro Capitolino, semper in Affectamento, & coram eo, & alio Collaterali seruatum fuit, quod Statutum Vrbis sub cap. 151. lib. 1. non solum quando mulieres, & minores obligantur, in quatuor casibus ibi numeratis loquatur, & locum habeat, sed in quacunq; alio casu, vbi vrget eadem ratio, & mulieres, & minores læsi possint, & quod in Affectamento hæc opinio fuit semper habita, & tenta pro vera, & quod ita semper iudicatum fuit, sicq; tactis, & c. iurauit, super quibus omnibus, & singulis præmissis petitum fuit à me Notario publico infrascripto, vt vnum, vel plura publicum seù publica instrumentum, seù instrumenta darem, atq; traderem, veritatis tamen substantia in aliquo non mutata. Actum Romæ in Domo solitæ habitationis suprædicti Excellentiss. D. Portij, præsentibus DD. Tiburtio Corrado fil. q. Bordoni de Papinea Interamnensis, & Io: Betio fil. D. Ermilei Foroliuensi testibus ad prædicta omnia, & singula vocatis habitis, atque rogatis.*

Et quia ego Iacubus Dinus Notarius *Appellationum, & Nullitatum Vrbis, de præmissis rogatus fui, in fidem me subscripsi, & publicaui, solitoque meo signo signaui requisitus & c.*

INSPECTIONIS SECVNDÆ PARTIS PRIMAE.

SVMMARIVM.

1 *Statum loquens in aliquibus contractibus cæteros excludit: sed vid. infr,*
2 *Corn. cons. 121. n. 6. cum seq lib. 3. & Paris. cons. 53. num. 63. vers. vndè eum in præcedentis lib. 3. reijcitur.*
3 *Constitutio Marchiæ vltrà nullitatem actus, pœnam indicit contrahenti, & c.*
4 *Constitutio Marchiæ reprobato Paris. habet locum in contractu iurato.*
5 *Bero. cons. 176. nu. 46. lib. 1. reprobatur.*
6 *Inclusio aliquorum, reliquorum exclusionem operatur, sed quando procedat inferiùs habetur.*
7 *Statuti, seù alterius dispositionis verba vbi non cõueniunt, nec dispositio locum habet.*
8 *Inclusio aliquorum, reliquorum, in quibus eadem ratio militet, quæ in expressis, exclusionem non operatur.*
9 *Inclusio aliquorum, reliquorum exclusionem non operatur, quando exclusioni repugnat verisimilis mens, & intentio disponentium etiam ex coniecturis desumpta.*
10 *Mens, & intentio, imò, & causa finalis disponentium ex proœmio desumitur.*
11 *Inclusio aliquorum, reliqua non excludit, quando contrarietas, & correctio sequeretur*
12 *Inclusio aliquorum, reliquorum exclusionem non operatur, quando alia via, vel iure includuntur.*
13 *Inclusio vnius, vel aliquorum, aliorum exclusionem minimè producit, quando expressio, & inclusio animo excludendi, & restringendi haud emissa, sed ne expressum videretur omissum, & maioris declarationis gratia.*
14 *Contractus nomen est generale:*
15 *Inclusio aliquorum reliqua non excludit, quando rationes extensionem inducunt.*
16 *Extensio etiam in correctorijs, & pœnalibus, ex ratione vnica in lege expressa fit, quinimò tunc est comprehensio. num. seq.*
17 *Comprehendi dicitur casus, qui vnica, & expressa ratione legis, & statuti includitur.*
18 *Ratio statuti, seù l. comprehendit omnes casus, in quibus militat, tanquam genus suas species.*
19 *Casus, in quo eadem viget ratio, licet non exprimatur, omissus non dicitur, sed comprehensus.*
20 *Statutum nostrum contractus non expressos, in quibus viget ratio statuti, sicut expressos comprehendere dicitur.*
21 *Verba attendenda vbi sumus certi de mente, & ratione disponentium.*

21 *Statutum locum habet vbicunque ratio viget in ea expressa.*

23 *Statutum ad obuiandum fraudibus, quamuis exorbitans & correctorium, est fauorabile.*

24 *Statutum Vrbis cap.151.lib.1.est fauorabile.*

25 *Statutum exorbitans certas species enumerans, nõ extenditur ad alias, sed vide infrà.*

26 *Statutum contractum annullans dicitur pœnale.*

27 *Ratio statuti expressa generaliter disponit de omnibus, quibus inest, etiam diuersis.*

28 *Specierum posit expressionem, generis enumeratio generi non derogat.*

29 *Statuti verba debent etiam impropriè intelligi, vt rationi & menti conueniant.*

30 *Verba semper cõtrahere idem important, quod in omni contractu.*

31 *Bero. d. cons. 176 nu. 52. & 53 perpenditur.*

32 *Verba non sunt ad eum sensum trahenda, ad quẽ, saltu ratione recti sermonis trahi non possunt.*

33 *Pœna dicitur actus annullatio.*

34 *Extensio ex statuti ratione expressa intellectiua, & intensiua, non impeditur ex eo, quod statutum actũ annullet, & hanc impropriam pœnam irroget.*

35 *Annullatio actus propriè pœna non dicitur, nec statutum, seu Constitutio pœnalis, non seruata forma nullitatem inducens.*

36 *Statuti, seu Constitutionis principalis intentio attenditur, non quod secundariò agitur.*

37 *Statutum, seu Conistitutio, quæ emanauit ad subleuandas minores, & mulieres, non in odiũ cum eis contrahentium, licet actus annulletur, & dd. contrahentes damnum sentiant in consequentiam quandam, iudicatur fauorabilis, & extendenda.*

38 *Statutum, & Constitutio in dubio fauorabilis iudicatur.*

39 *Argumentum ex l. vnic. §. vbi autem legatarij, vers. Sin autem ad deficientis, C. de cad. toll. validum, & quando procedat vid. in seq. ità desumitur. Statuentes, si quando aliquid comprehendere voluerunt, expresserunt, ità & in alio casu expressissent, si voluissent.*

40 *Argumentum ex d. vers. Sin autem ad deficientis, l. vnic. non procedit, quando viget in contrariũ legis ratio, & intentio disponentium, & nu 42. Argumentum prædictum cessat etiam, quando rationis identitas in omissis intercedit.*

INSPECTIONIS II.
Pars Prima.

POstquam igitur DD. de Assectamento authoritatibus, ac Rotę resolutionibus eorum sententiam firmasse, ac contrariis satisfeciſſe censuerunt: idem & de rationibus prosequuti: Rationes primum ipsis fauentes deduxere, contrariis mox insiliere. Nos è contrà, in prima hac huius inspectionis parte cõtrarias aggrediemur, nostras vltimo loco tueri, conabimur.

Prima igitur Domini de Assectamento ratio
1 erat quòd, dum statutum in quatuor contractibus loquitur, in aliis locum non habet. Quam rationem seù manis propositionem authoritatibus primum, rationibus deindè, suffultam contendunt. Et quod ad authoritates attinet, Cornecum *cons. 121. num. 6. cum seq. lib. 3. & Parisium cons. 53. num. 63. vers. vndè cum in præsenti, lib. 3* in terminis Constitutionis Marchię loquentes, deducunt, quos in eisdè terminis Rot. *apud Seraph. decis. 1242 in fi.* approbasse dicunt.

In terminis verò statuti nostri antiqui Beroum *d. cons. 176. num. 46. lib. 1.* in quibus cum Dominos de Rota in *d. decis. 529. n. 4. vers Prout non obstat par. 1. diuers.* sequutos affirmant, & ad propositum d. Cõstit. Marchiæ *apud Seraph. d. dec. 1242. in fin* & demùm hanc opinionem fuisse longa tẽporum serie in Rota approbatam; *vt apud Put. decis 100. lib. 1. & 7. de Cõstitutionibus Caputaq. dec. 3. & 199. p. 3.* & in statuto nouo *apud Card. Mantic. d. decis. 344. & coram Reuerendis. D. Decano in Romana Saluiani. 9. Decemb. 1613.*

2 Quo igitur ad *Cornetum d. cons. 121. & Paris. 53. indicatis numeris*, sicut eorum rationes falsæ sunt, quòd suis locis prosequemur, & contrà regulas, assertionesq; communes, ità eorum sententia, non solùm non approbatur; prout Domini de Assectamento asseruere, sed etiam nominatim, quoad nostram conclusionẽ, & in individuo reiiciuntur, & præcipuè in deducta decisione in contrarium *apud Cardin. Seraphin. 1242. nu 4.* vbi clarè expressa ratione, illiusque identitate ponderata, dixerunt Domini, modestissimis de more verbis vti, cessare, in contrarium allegatam, doctrinam Corn. Paris. & *Beroi. & in Perusin. fideiussionis. 26. Nouembr. 1611. coram Illustriss. Card. Pamph. apud Pic. 8. n. 3.* in qua propositione, qua Domini de Assectamento vtuntur, p obiecto relata, prædictorum Doctorum summa modestia, suppressis nominibus, Constitutionem in omni cõtractu locum habere, certos quamuis contractus exprimat, inter quos ille, de quo tunc agebatur, minimè enumeraretur, Domini resoluerunt, quod *die 2. Aprilis 1612.* eadem discussa, ac approbata resolutione, cõfirmarũt *inter recen. 385. p. 2.* quòd, & antè eadem modestia seruata, præiuerat Rota, *in Camerinen. transactionis. 24. May 1606. coram Greg. XV. inter impressas illius in ordine 260.* vt in ea ponderauimus, quam sacrũ Palatium in hac Perusin. canonizzauit.

Quapropter concludendum etiã & tunc quidem magis, magisque præfatorum Cornei, & Parisij sententiam respectu statuti in argumentum deductam, reiectam videri, tùm quia
3 Constitutio vltrà nullitatem actus contrahenti cum minoribus Iudici arbitrariam pœnam indicit, vt considerauit idem Corn. *dicto consil. 121. num. 8. vers. Sed in casu*, tùm quia, & ad excludendum, in terminis Constitutionis, simile de statuto nostro proponitur, vt in *dicta decis. 260. num. 2. & 3. & in dicta decis. 8. post Pic. num. 4.* Et in ea parte, in qua Paris. *dicto cons. 53.*
4 *nu. 61.* firmauit d. Constitutionem non habere locum in contractu iurato, quod non fuit ausus firmare Corn. in puncto reprobatur per Eugen. *consil. 88. num. 58. cum seq.*

5 Quo verò ad Beroum in terminis statuti nostri, antiqui tamen, loquentem, tantũ abest quod per DD. de Rota approbetur, quod *DD.* de Assectamento professi sunt, vt, in adducta per eos decisione coram felicrecor: Clemen. VIII. *529. num. 4. vers. Prout non obstat, par. 1. diuers.* clarissimè reprobetur, cum non dubie ibi per Rotam in responsione firmetur, quod licet statutum

quatuor

quatuor exprimat, & in alijs obtineat; *ad decis. Put.*7.& 55.*lib.*3.Et in simili, pro Constitutione Marchiæ inductum,eandem Roram mox reiecisse,ostendimus, apud Seraph.*decis.*1242.*nu.* 4.& coram illustrissimo Pamphilio *apud Pic.d.dec.*8. *nu.*4.*& dec.*385.*nu.*1.*&* 6.*p* 2.*recen.*Reiectionis etiam cõtinere videtur speciem; quod pluries ad diuersa adductus,in parte obiectiua receptus fuerit per Carpan. *ad d.stat.Mediol.c.*328.*vt n.*192 *&* 217.in resolutiua verò impugnatus *nu.*468.

Quo tandem ad decisiones, de quarum intellectu satis superiùs disseruimus, quando ita intelligerentur; prout Domini de Assettamento intelligunt, idem dicendum, ex *dicta decis.Camerinen. apud Cardinalem Seraphinum* 1242. *num.*4.vbi nominatim adducitur. 3.*apud Caputaqu.lib.*3. & ex aliis præcitatis, ex quibus,hoc fundamento reiecto, clarè habemus, statutum in omnibus obtinere; credimus tamen ostendisse, nec has à cæteris dissentire.

Hanc autem propositionem; quam sumptam dicunt ex statuti verbis attendendis, duabus iuris regulis, ac rationibus fulciunt. Quarum illa fuerat præcipua, quod enumeratorum quatuor inclusio,aliorum exclusionem operatur, 6 *l. cum Prator.ff.de lud.cum alijs latè per Surd.cons.* 135.*num.*43.*in primo.*313.*num.*81.321.*nu.* 17. 328.*nu.*7.*&* 8. 389 *num.*13.448.*nu.*28. *&* 452. *num.*11.*in tertio*, & in terminis per Coru.*d. cõs.* 121.*num.*9.*in vrine.vol* 3. Altera verò,quod vbi 7 verba dispositionis non conueniunt,nec dispositio locũ habet.*l.*4.*§.toties.ff de dam.infect.Surd. cons.*152.*nu.*38 *&* 179.*num.*3.*lib.*2.401.*nu.* 10. *&* 430.*nu.*16 *in tertio.Gratian discep.forens.cap.* 930.*nu.*10.*Rot.de.is.*697.*nu.*7 *par.*1.*recent.*& ad terminos statuti nostri *Put.d.decis.*158.*aliàs* 162 *lib.*1.*& in alio statuto Vrbis cap.*110. *lib.* 1. *Rot. decis.*102.*nu.*3.*p.*3.*recent.* Quæ quidem regulæ, quamuis veræ sint, ad rem nostram minimè faciunt, & omisso, quod prima supponit taxatiuè, statutum de quatuor enumeratis agere: secunda verò,statuti verba,extra illos quatuor,nulli ex reliquis conuenire,& sic illud,de quo disputamus, de quo inferiùs suo loco agemus; non obstant,& quidem prima.

8 Primo enim fallit regula *d.l.cum Prator.*quãdo in casu,qui dicitur omissus,eadem militat ratio,quæ in expresso,*glo.in cad.l.in verb.videtur in fin.*quam dicit approbatam,*Gerard. de Petra sancta.sing.*7.*nu.*8. Dec.*in c.*2.*requiris.nu.*2.*de app.Paris.cons.*111.*nu.*39.*vol.*1.*Bero.cons.*147.*nu.* 26.*vol.*2.*Menech.cõs.*14.*n.*14.*vers.quarto nõ procedit,& 333 n.*21.*Caphal cons.*257.*num.*21.*cum alijs per Becc.cons.*82.*nu.*16.*&* 111.*num.*36.*vers. denique regula,& Surd.cons.*339.*nu.*30.*vers.respondetur tertio,vol.*3.*Eugen.cons.*97.*n.* 36. *Ant. Ciof.cons.*113.*nu.*9.*p.*1 & nouissimè voluit *Alex. Galuan.cons.*18.*nu.*68.*in princ.vers.Primus est.* Ac nostra disputatio est circà huiusmodi contractus,in quibus videlicet ratio fraudis,ac deceptionis in statuto expressa,viget, in decisionibus prælatis ponderata, igitur,&c.

9 Secundo,etiã cessat reg.prædicta,quando aliorum exclusioni repugnat verisimilis mens diponentium,etiã ex coniecturis desumpta. *Gratus cons.* 5.*nu.*82.*vers.Præterea illa regula,vol.*2.*Soc.iun. cons.*121.*licet in contrarium n.*22.*lib.*3.*& cum sequutus Iac.Beretl cons.*116.*nu.*52.*Menoch.cons.* 14.*nu.*14.*Becc.d.cons.*111.*n.*36.*in princ.*cum igitur 10 in proœmio statuti nostri de clara mente, ac expressa,& finali causa,& ratione constet statuentiũ,ad excludendas fraudes,& deceptiones,*iuxt. doctr.Bart.in l fin.ff.ad bar.institit.Olar.cons.*103. *nu.*1 *Rot.in d.c.*39.*nu.*3.*post Pic ad stat nostrum* & in puncto,aliis omissis.apud Crelc. *decis.* 3.*n.* 5.*& in d.Rom.nullitatis obligationis.*16.*Ian.*1626 *coram R.P.D.Durano.* quod superiùs insinuauimus,ac ratio, & voluntas huiusmodi fit ad quatuor expressos,& alios generalis,vt probat ipse Picus *ad nostrum stat.glo* 7.*in prin.*& ex discussis decis.apparet,ergo,&c. Quinimò & hoc stante, quod ratio finalis sit generalis ad omnes huiusmodi contractus;prout stat,ex illa quatuor casuũ enumeratione,instantanea correctio induci videretur,& derogatio,quo casu d.argumentum non 11 procedit ex doctrin.Salyc.*per glo. ibi in l.de crimine,in* 2.*oppos.C de accusat-Cravet.cons* 984.*n.* 178.*vers.septimo proximioris,in* 6.*vol.* & faciunt ea,quæ ipsemet ibidem dederat *nu.* 175. in argumento à contrario sensu excludendo.

12 Tertio,item *d.l.reg.*limitatur, vt nõ procedat quando id, quod ex verbis specialibus exclusum dicitur,alia via,vel iure includitur *Dec.cons* 53.*in fin.& 99.col.*2.*Iac.Beretl.cons.*116,*num.*51. *Surd. cons.*262.*nu.*57.*in secundo.&* 339. *nu.* 30. *Alex. Galuan.d.cons.*18.*n.*68 *vers.Secundus est* & ideò cũ aliis verbis.& clausulis ipsius Statuti, & ipsamet ratione finali,in eò expressa,cæteri cõtractus comprehensi videantur,talis enumeratio exclusionem non operatur,vt in simili in terminis cõprehensionis ex aliis verbis, & clausulis eiusdem dispositionis declarat *Grat.d.cons.*5.*nu.*82.*ibi nec ad propositum facit cum comprehendatur alys verbis, & clausulis expressis*, vt in casu nostro ex subiectis verbis,ac semper, &c. *Aym. cons.* 987. *num.*86.*vers.quarto respondetur.*

13 Quarto, remouetur *d. l. reg.* quia clarissimè non procedit,quando specificatio, & expressio non restrigendi, ac excludendi causa facta fuit. *Cum.cons.*161.*nu.*4.*circa med.vers.nec quemquã moueat Fulg.cons.*193.*col.*3.*vers.ad secundum argum.Aym.cons.*297 *n.*7.*vers.*8.*respõdeo,*vbi quod inclusio vnius alterius exclusionem minimè producit,quando quid exprimitur, non restringendi ratione;sed nè videatur neglectum, & omissum, *& in d.cons* 984. *num.* 178. *vers. Sexto inclusio vnius, &* 987.*num.*38. *Becc.dicto cons.*111. *nu.* 36.*vers.& in casu nostro,* & ad maiorem declarationem, *Galuan.d cons.*18.*nu.*68.*vers.tertius est casus*, cum igitur,ex rubrica indefinitè de cõtractibus posita,quod nomen generale est, *Bala in l* 14 1.*nu.*4.*ff. si cert. pet.* ex ratione in prælationibus generaliter expressa,& ex conclusione vniuersali posit prætensam specificationem emissa,*& semper eum Iudicis;& c.contrahere acbeant &c.* clarè cõstet,statuentes dicta specificatione nõ restringẽdi causa vsos; sed maioris declarationis gratia, vt innuit Eminentiss.*Cum.d.cons.*161.*num.*4.*circa med. d.vers. Nec quemquam moueat*, quod, & prælumitur rationis identitate vigenti, *Bald. in l. de quibus num.*31. *vers. Item nota, quod non dicitur.ff.de legib.ibi.quamuis enim plura eadem rationem habent,licet de vno mentio fiat,exẽplariter,non respectiuè fieri videtur*, & faciunt

not. per *Surd. conſ.* 352. *num.* 15. Sequitur dictum argumentum ceſſare, verba enim generalia quinimò vniuerſalia, quæ ſpecificationi adijciuntur, omnia proculdubio comprehendunt, & dictam rationem excludunt *per text. in l ſi ſeruus ſeruum, §. inquit lex, ff. ad l. Aquiliam Cum. dicto conſ.* 161. *Aymon. conſ.* 987. *num.* 38. *verſ.* 4. *reſpondetur*, nec dubitari poteſt, expreſſionem huiuſmodi maioris declarationis cauſa emiſſam fuiſſe ex traditis in noſtro voto, ſummaque ratione quidem.

15 Tandem videtur ceſſare huiuſmodi regula. *l. cum Prætor, ff. de Iud.* quando rationes potentes ſunt ad inducendam extenſionem, vel repetitionem, vt ſingulariter limitat. Grat. *dicto conſ.* 5. *num.* 82. *vol.* 2. quod videtur efficacem rationem habere, cum aliàs nunquam de extenſione tractari poſſet, contra Iura, ac Doctorum certiſſimas cõcluſiones. At ex ratione vetica, & in lege
16 expreſſa fieri extenſionem, etiã in correctorijs, & pœnalibus, non eundo per mẽdicata ſuffragia probat Senat. Mantuanus, apud *Surd. deciſ.* 62. *num.* 26. & 27. & nouiſsimè tradunt *idem Surd. conſ.* 553. *num.* 19. *vol.* 4. *Eugen. conſ.* 12. *n.* 23. vbi de communi *Decian. reſp.* 43. *nu.* 20. *cum ſeq. vol.* 2. *& reſp.* 30. *n.* 12. *vol.* 3. *Rol. conſ.* 72. *n.* 39. & 40. *vol.* 1. *poſt Crauett. conſ.* 183. *nu.* 3. quem ſequitur Rot. *deciſ.* 293, *nu.* 13. & 14. *apud Sanctiſſimum Gregor. XV. Io. Gutierez de matrim. cap.* 43. *nu.* 30. & 31. vbi ex hac ratione, dicit Iurium in cõtrarium facientium correctionem induci, ac ſi expreſsè facta fuiſſet, *& nouiſs. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 920. *num.* 2. Quinimo nec extenſionem tunc fieri, ſed intellectiuę interpretationis, ac eõ-
17 prehenſionis vigore caſum decidi. *iuxta dictum Bald. in l. quamuis, in princ. C. de fideicomm. ex illo text. & ex text. etiam in l. bis ſolis. ibi. ſatis tacitè cautum putamus, C. de reuoc. donat. tenuerũt idem Bald. Alexan. & Laſ. in auth quas actiones, C. de ſacro ſanct. Eccleſ. & poſt alios latiſſimè, Decian. reſponſ.* 43. *num.* 20. *cum ſeq. vol.* 2. *Rolan. conſ.* 27. *num.* 6. & 7. & 72. *num.* 45. & *ſeq. vol.* 1. *Eugen. d. conſ.* 12. *num.* 24. & 25. *Laſ. conſ.* 141. *num.* 14. *lib.* 2. & 63. *num.* 18. *lib.* 3. & *vtrobique Bece. Aym. d. conſ.* 183. *nu.* 3. *Surd. d. dec.* 62. *nu.* 25. & *Rota. d. deciſ.* 294. *nu.* 14. *inter impreſſas fel. record. Greg. XV. & in alia coram Penia, quam refert, & ſequitur Grattan. d. cap.* 920. *num.* 3. & 4. Ideòq; Baldus *in d. l. de quibus, n.* 35. *ff. de leg.*
18 ſcribit, quod quãdo vna, eadẽq; ratio omnes caſus determinat, non per extenſionẽ, ſed ſicut genus ſuas ſpecies, caſus omnes illos diſpoſitio comprehendit, & ideò, vno quamuis expreſſo, veniunt omnes, in quibus legis, ac diſpoſitionis præfatę ratio viget, ac ita argumentum deductum corruit. & Baldum reaſſumit, ac ſequitur Inſignis Doctor. *Caſtren. conſ.* 441. *pro declaratione eius, quod quæritur, ad fin. conſ. verſ. nam vt inquit eleganter D. Bald. par.* 1. *Dec. optimè in c. ſecundo requiris, num.* 5. *verſ. nam quando in pluribus, de appell. vbi Bald. ibidem, & Caſtr. in cons.* 83. *Vraſens caſus, nu.* 1. *vers conſtat autem, par.* 2. *efficacissimè loquentes, ſequitur Alba. conſ.* 441. *num.* 13. *Aym. d. conſ.* 183. *num.* 3. *verſ. Alibi ſcribit Bal. optimè cons.* 752. *num.* 16. 785. *num.* 8. 866. *nu.* 16. 90[illegible] *num.* 2. 970. *num.* 4. 1000. *in corollar. nu.* 17. & 70. *Laſ. conſ.* 141. *num.* 14. *vbi Bece. in* 2. *Surd. conſ.* 441. *num.* 46. *in* 3, *& deciſ.* 276. *num.* 9 *Menoch. conſ.* 355 *nu.* 33. *verſ. & eadem ratio. Bece cõſ.* 233. *nu.* 16. *Caphal. conſ.* 490 *n.* 20. *Decian. reſp.* 86. *nu.* 11. *vol.* 3. *& reſp.* 63. *n.* 22. *vol.*
39 4. & idcircò caſus, in quo ratio viget eadem, non dicitur omiſſus, ſed comprehenſus. *Aymo. d. conſ.* 183. *nu.* 3. *vers nec dicitur* 752. *nu.* 16, 785. *nu.* 8. *Rol. conſ.* 27. *n.* 7. *vol.* 1. *Surd. dec.* 276. *n.* 9. *Laſ. conſ.* 63 *nu.* 18 & 19. *vbi Bece. lib.* 3. *Menoch conſ.* 324 *n.* 10. 335. *n* 33. 339. *nu.* 10. 344. *n.* 12. & 432. *n.* 4. *Bece. conſ.* 233. *n.* 17. *& ant. d in ſtatuto ad obuiãdum frauaibus, conſ* 62. *nu.* 17, *Caphal. conſ.* 490. *nu.* 24. *Decian. d. reſponſo.* 45. *n.* 20. *cum ſeq. lib.* 2. & 63. *nu.* 21. *in* 4. *Rot. deciſ.* 10. *nu.* 2. *par.* 1. *recen. & apud Sanctiſſ. d. deciſ.* 293. *n.* 14. Imò tanquam propriè, & non tacitè expreſſus, & ex ſignificatione diſpoſitionis incluſus. poſt Bald *conſ.* 84. *col.* 2. *vol.* 5. per Rol. habetur *d. conſ.* 72. *nu.* 39. Et in indiuiduo, huiuſmodi extenſionem in ſtatuto
20 noſtro admittendam, fuit reſolutum in fundamentali *deciſ.* 3. *nu.* 9, *apud Creſcen. de Conſtit. & apud Put. deciſ.* 55. *num.* 5. & 6. *lib.* 3. vbi decidit, quod non obſtante, quòd cauetur, ſtatuta eſſe intelligenda, prout iacent; huiuſmodi intellectiua interpretatio, quæ non dicitur per interpretationem, ſeù extenſionem ſumpta, ſed per viam comprehenſionis, non reſpuitur. iuxta ſuperiùs notata, & ità firmauit *Pic. d. glo ſ.* 7. *n.* 2, & 3. & admittunt deciſiones omnes, de quibus in præcedenti Inſpect o ne latè egimus. Quæ ratione ſtatuti prædicta, ad omnes contractus ſta tutum noſtrum extendunt, quibus ea intit.

His igitur ſtantibus corruit, & alia ratio, quod non conueniant verba, tùm quia caſus dicitur in diſpoſitione & expreſſa ratione cõprehenſus; imò, & in verbis expreſſis vniuerſalibus ipſius ſta tuti iuxtá noſtram ſentẽtiam, de qua inferiùs, tũm
21 quia, cum conſtet de ratione, ac mente, parùm curandum de verbis, *ad not. in l. cum Pater, §. duleſſimis, ff. de leg.* 2. *& poſt alios ad rem Paul. de Caſtr. d. cons.* 441. *in fin. verſ. ſed quando eſt alius, & Cur. Sen. cons.* 80 *nu.* 2. *Rol. d. cons.* 72. *nu.* 44. & ideò ſtante rationis identitate in l. expreſſa, propoſito argumento non obſtante pro comprehenſione conſuluit. *Alex. in conſ.* 50. *vol.* 2 vbicunq; enim locum habet ratio in ſtatuto expreſ-
22 ſa, & ſtatutum locum habet *Caſtr. d. conſ.* 441. *in fin. & conſ.* 83. *num.* 1. 2. & 3. *p.* 2. *Aym. d. conſ.* 227. *num.* 4. 5. & 6. *& dec. in cap. ſecundo requiris, num.* 5. 6. & 7. *de appellat.*

Et hæc maximè procedunt quia, & ſi concedatur Dominis de Aſſettamento, ſtatutum noſtrum à Iure communi exorbitare, & in aliquibus correctorium eſſe, nihilominùs, cum ſit ad obuiandum fraudibus, licet actus annulletur, eſt fauorabile, & latè interpretandum. *Bald. in l. qui exceptionem, in princip. ff. de cond. indeb. & in l. tranſactionem, vbi cat. notant.* C. *de tranſact. Aret. conſ.* 2. *Caph. conſ.* 35. *n.* 35. *eũ ſeq. Bece. conſ.* 61. *num.* 18. *Tiraq. de ll. Connub. gloſ.* 8. *nu.* 214. & 215. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 328. *num.* 216. & 227. vbi ſequitur Beroum ex aduerſo adductum in parte obiectiua. *Boccac. ad Conſtitut. Marchiæ glo.* 6. *num.* 79. & *gloſ.* 8. *nu* 4. & *in cad. Conſtit. Rot. decis.* 385. *nu.* 4. *par.* 2. *recent.* & in in-
24 diuiduo ſtatuti noſtri *Rot. d. dec.* 3. *n.* 7. *et* 8. *de Cõſtit. apud Creſc. & in d. Roman. nullitatis obligationis*

tionis 26. Ianuarij 1626. coram R.P.D. Durano & Pic. ad illud gloſſ. 7. num. 4. & 5.

Secunda principalis ratio DD. de Affectamẽ-
25 to ea fuerat; quod, cum *Statutum* exorbitet à iure cõmuni, enumerando certas ſpecies contractus, non extenditur ad alios, maximè diuerſæ ſpeciei, in quibus concurrat diuerſa ratio, *ex Cornel. dicto conſil. 121. Pariſ. conſ. 53. num. 63. & Bero. dicto conſil. 176. num. 48. & 49. iuxta text. in l. ius ſingulare, l. quod vero contrà, ff. de ll. cap. quæ à iure, de reg. iur. in 6. cum ſimilibus, latè ibi congeſtis per eos, & per Euerard. in loco à ſpeciali, num. 1.* Quando maximè procedere: voluerunt, cum Statutum annullet con-
26 tractum, & ità ſit pœnale. *Corne. dicto conſil. 121. num. 8. verſic. Sed in caſu noſtro. Bero. dicto conſil. 176. num. 55.* vbi in ſpecie de nullitate actus.

Quæ quidem ratio, ſicuti in ſubſtantia parum à præcedentibus diſtat; ità deductis rationibus ſubmouetur: nam cum oſtenſum fuerit rationem
27 in principio expreſſam generalẽ diſpoſitionem, ac diuerſas ſpecies, quibus eadem ineſt, contire; *vt poſt Rald. dicit Caſtrenſ. dicto conſil. 441. in fin. parte 1. Aym. dicto conſil. 183. num. 3.* idque compreheuſiuè, & intenſiuè, non extenſiuè, vt probauimus; tollitur aſſumptum, quod Statutum agat de certis ſpeciebus, cum imò de omnibus agat, prout in verbis indefinitè, & generaliter de omnibus diſponit, de quo inferiùs; ideoque dicta ſpecificatio poſt generalem diſpoſitionem maioris declarationis, & cauſa exempli emiſſa cenſetur: in puncto *Caſtrenſ. dict. cõſ. 441. in fin. verſ. & ideò expreſſo vno.* dicit enim ibi Caſtren. quod in hoc caſu Statutum non expreſſit dictum caſum propter ſe, ſed propter dictam rationem. *Aym. dicto conſ. 183. num. 3. & conſil. 227. num. 7. & 8.* & eſt ſatis tritum, ac regulare, enumerationem ſpecierum poſt ex-
28 preſſionem generalem, eidem generi non derogare; iuxtam doctrinam *Bart. in l. quæſitum 12 §. ſi quis fundum, antè fin. verſic. item prædicta vera, ff. de fund. inſtruct. Surd dicto conſil. 352, num. 17. in tertio. Rot. deciſ. 257. num. 7. cum ſeq. apud Sanctiſſ. Gregor. XV. vbi add. num. 13. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 922. num. 1. & 2.* quę clariora ſunt, ſi non cauillando, verba Statuti ponderentur, quia rationi, præmiſſæ in principio Statuti, non ſpecierum enumeratio ſola, & de per ſe tantum reſpondet; ſed coniunctim cum verbis, *ac ſemper contrahere debeant*;
29 ità vt & legis verba, & ratio inuicem conueniant, quod eſt omninò concludendum etiam verba impropriando, *vt poſt Rom. & alios ex pluribus concludunt, Alex. conſil. 36. num. 8. 9. & 10. lib. 6. Rolan. conſil. 72. nu. 38. & 39. lib. 1.* vndè, cum illa verba coniunctiuè, & ampliati-
30 uè appoſita, *ſemper contrahere*; in eorum proprio ſignificatu poſſit comprehendere, æquè ac enumeratos, caſus non enumeratos; imò & magis propriè quidem, vt in noſtro voto aſſeruimus, cum idem importent, quod in omni contractu, *gloſ. ſingularis, in cap. 1. in verb. Iure minoris, in fi. de in integr. reſtit. mino. Caldaſ. Pereira. de emption. & vendit. cap. 4. num. 1. oculatiſ. Barboſ. in reuiſſ. de actionibus, dict. 310. nu. 6.* vtique tatendum eſt, hanc magis conuenire *Sta*tuto noſtro interpretationem, quam illam Be-
31 roi *in dicto conſ. 176. num. 52. & 53.* vbi concedit largè, & impropriè enumeratos contractus eſſe, & tamen vult, potius impropriare illa verba ſępe cõtrahere contrà propriã naturã ſermonis, vniuerſalis & ipſius verbi contrahere, ad deſtructionem, ac derogationem expreſſę rationis, etiam ſi ſalua ratione recti ſermonis ea ver-
32 ba ad eos reſtringi non poſſint, contra id quod not. Doctores *in l. ſi de certa, & ſiguanter, l. ſi. num. 5. verſic. limitant tamen, C. de tranſaction. Eugen. conſ. 88. num. 67. & 68.* quam omnibus prædictis ſaluis, veritatem agnoſcere, ac æquiſſimæ legi fauere, in quibus terminis ceſſant leges prędictæ, adhoc deductæ, *vt not. Euerar. dicto loc. à ſpeciali, num. 5.* quæ, nec excludunt præfatam extenſionem comprehenſiuam, vt latiſſimè probauimus, & ſacri Palatii deciſiones concludunt.

Nec aliquid facit, quod *Statutum* dicatur pœnale propter nullitatem actus; quæ dicitur pœ-
33 na; *vt ex Io. Andr. & alijs, in cap. fin. de reſcript. Bero. dicto conſil. 176. numero 55.* quia, vltrà quod authoritates, & deciſiones per nos ſuperius allatæ, loquuntur in *Statutis*, ac Conſtitutionibus decretum irritans habentibus, & interminis noſtri *Statuti* acta annullantis, & nihilominùs admittunt prædictam comprehenſiuam extenſionem, quinimò & fauorabilia cenſentur;
34 hæc non videtur propriè pœna, nec impeditur ex l. expreſſa ratione intellectiua, & intenſiua extenſio, vt concludit Abb. *in dicto cap. fin. nu. 10. de reſcript.* Dec. *optimè, in cap. cognoſcentes, n. 19 de Conſtit.* vbi quod iura prohibentia extenſionem fieri in pœnalibus locũ non habent, quãdo agitur de actus annullatione, ex qua nullum tollitur ius quæſitum: etiam ſi actus annullatio ſequatur ex aliquo iure ſpeciali; quicquid ſit quoad pœnam extrinſecam, ſi quæ adeſſet, quę in noſtro Statuto non adeſt, *Euerard. in loco à ratione, l. larga, &c. numer. 62. & optimè probat Cephal. d. conſ. 35. n 35. cum ſeq. volu. 1.* & quod
35 non ſit propriè pœna, nec Conſtitutio dicatur pœnalis, quando ob defectum formæ, & ſolemnitatum actum nullum reddit etiam ex aliquo ſpeciali iure, cum perſonam non lædat, nec patrimonium minuat; probat latiſsimè *poſt Dec. dicto cap. cognoſcentes, num. 19.* Rota apud Mantiè. *deciſ. 300. num. 1. cum ſeq. & per totam*, & Gratianus *diſcept. forenſ. cap. 509. num. 41. cum ſeq.* quinimò, cum conſideretur principalis diſ-
36 poſitionis intentio, non quod ſecundario accidit, & actus annullatio, vt poſt alios ibi probat Ceph. & in Conſtitutione Marchię dixit Bocca.
37 *dicta gloſ. 6. num. 80.* eaque magis appoſita fuerit ad ſubleuandum minorum, mulierumq; perſonas à deceptionibus, illiſque obuiandum; quod eſt attendendum; quam in odium partis, cui ſi quod damnum contingit, venit in conſequentiã: non redditur Conſtitutio odioſa, ſed iudicatur fauorabilis, & extendenda; *vt voluit Dec. d. c. cognoſcentes, n. 18. in ſecundo caſu poſt Are. Socin. Alexand. & alios, in l. 2 ff. de liber. & poſthum. Aymon. conſil. 118. num. 9. Cephal. dicto conſ. 35. num. 35. Bocc. ad dictam Conſtitutionem Marchiæ, gloſ. 6. num. 80. & Rot. deciſ. 693. num. 4 p. recens.* prout etiam generaliter in dubio Statutũ

& Con-

& Constitutio fauorabilis, *vt post Bald.in l. fin. num. 3.C. qui non poss.ad libert.peruen. Alexa. consil.179.num.2.vol.7.Tiraquell.de retract. lignag.in præfat.num.66 Surd.consil.314. num. 7. lib. 3.* & ideò quicquid sit, quoad pœnam extrinsecam contrahentis cum minoribus, in Cõstitutione Marchiæ appositam, & per Corn. adductum *dicto consil.121.num. 8. vers. sed in casu nostro*, ponderatam, vt dicit Abb. *dicto cap. fin. n.10* benè fuit resolutum, dictę Marchiæ Constitutionem, tali nullitate contractuum minimè obstante, fauorabilem esse, quod & fortiùs stringit in casu Statuti Vrbis, nullam extrinsecam pœnam adijcientis.

Tertia fuerat ratio ex eodem cons. Beroi 176. *num.53.vers.quod suadetur*, desumpta; quod vi-
39 delicet, statuentes, quando omnes contractus comprehendere voluerunt, expressérunt, *prout in secunda parte Statuti antiqui, in principio*, in quibus terminis loquitur *Berous in verbis, & in omnibus contractibus, & negotijs, &c. & in nouiss. in princ. Cap.* 154. ideoque & in prima parte antiqui, & in Cap. 151. in nouiss. idem fecissent; quæ desumitur, *ex text. in l. vnica, §. vbi autem legatarij, vers. sin autem ad deficientis, ibi; nam si contrarium volebat, nulla erat difficultas disponere, C. de Caduc. tollen. cum concor. plen.* per *Tiraquell. in l. si vnquam, vers. libertis, num. 3. & 21. C. de reuocan. donat. Iaf. cõs. 208. num. 1. vbi addentes lit. A. 126. nu. 8. & 127. num. 9. lib. 1. Decian. respons. 17. num. 47. in primo, & 72. num. 15. vbi alios refert volum. 5. Aym. consil. 62. num. 13. vers. sed dicet aliquis, 363. nu. 17 & 374. num. 1. in tertio. 574. num. 12. & 579 num. 18. in quarto, 956. n. 16. in quinto, & 987. num. 32. vers. rursus qua ratione, & in responso pro genero, quod est 1000. num. 319. vol. 6. Surd. cons. 426. num. 13. & decis. 322. num. 22.* & interminis nostri Statuti Rota *decis. 619. num. 5. post med. par. 2. recēt.* quam, licet sit eiusdem farinæ, cum præcedentibus, ac præfatis rationibus sublata videri possit; vt in cõcto optimè dicit Aym *dicto cons. 987. num. 44. in fexto*, non omnia recãtantes; sed aliqua indicantes, singillatim reijcere no grauamur.

40 Ea igitur, stãte expressa statuti ratione, ex qua clara desumitur statuentium intentio, & verbis vniuersalibus post specificationem adiectis, nõ solum cessat, quia reliqui contractus omninò omissi dici non possunt, in quibus eadem statuti ratio viget, quinimò, vt probauimus, expressè comprehensi, vt in puncto declarat Aymon. *dicto cons. 257. num. 6. versic. rursus regula*, quem alijs relatis, sequitur *Bero. cons. 111. numer. 40. versic. secundo respondeo*; verùm etiam quia eidẽ
41 regulæ, identitate rationis in casibus omissis intercedente, minimè locum fore post alios; quos congerunt tenuerunt, *idem Aymon. consil. 62. n. 14. 130. num. 7. 257. num. 6. vers. similiter, quia militat, Menoch. consil. 14 num. 15. Bero. dicto cons. 111. num. 40. dicto versic. secundo respondeo, & Surd. dicta decis. 322. num. 68. ac omnium latius Berretta cons. 116. num. 42. 43. & 44.* tantò magis, quia statutibus prædictis, non solum de veri-
42 simili statuentium mente constare dici potest: & idem in casibus non specificatis, eandem rationem habentibus, voluissent, sed de certa, & indubitata; qua item ratione huiusmodi argumẽtum petit: quod non obscurè firmarũt. *idem Aymon. d. cons. 62. nu. 14. ad fin. & num. 15. & consil. 130. num 7. versic. alibi scribit Baldus, & versic. alibi scribit idem Baldus, Bero. dicto cons. 111. nu. 40. in princ. & Menoch. d. cons. 14. num. 15.*

INSPECTIONIS SECVNDÆ

PARTIS SECVNDAE.

SVMMARIVM.

1 *Verba semper contrahere idem, quod in omni casu contrahere.*

2 *Distractus largè, & impropriè, contractus dicuntur.*

3 *Donatio est impropriè contractus.*

4 *Verba etiam impropriè intelligi debent, ut rationi conueniant.*

5 *Verba si etiam impropriè trahi debent, vt rationi congruant; multo & quidem magis in proprio eorũ significatu accipi debent, vt idem sequatur.*

6 *Clausula, & oratio generalis nunquam per specialem restringitur contra expressam rationẽ, & mentem disponentium.*

7 *Clausula, & oratio generalis ex mente disponentium ad specificata refertur.*

8 *Distractus, & donatio saltem ex simultaneo cõsensu largè contractus censentur.*

9 *Verba, & clausula generalis post enumerationẽ specierum adiecta, ad eas restringi debet; sed cõtra, num. seq.*

10 *Clausula, & verba in fine posita ad omnia referri & extendi debent.*

11 *Relatio fit ad omnia, quando in omnibus est eadem ratio, etiam si efficacius in vno, quam in alio, num. 12.*

12 *Ratio Statuti efficacius in vno casu militans, quam in alio, dummodo in omnibus vigeat, non impedit ad omnia relationem fieri, & nu. 16. & 17.*

13 *Relatio eadem conueniente ratione, etiam in exorbitantibus ad omnia fieri intelligitur, etiã in odiosis, vt numer. 14. imò & in panalibus, num. 15.*

18 *Statuti nostri Cap. 151. lib. 1. Intellectus.*

19 *Specierum enumeratio post generalem dispositionem non restringit. sed stat declaratiuè, & ex abundanti potius.*

20 *Specierum enumeratio in dubio præsumitur potius ex abundanti, quam restrictiuè.*

21 *Specierum enumeratio, etiam antè generalem dispositionem, illam non restringi, quando genus, & species cadunt inter casus, ad quos dispositio refertur.*

Clausula, & oratio generalis, post specierum enumerationem, non restringitur ad illas, quando genus; & species cadunt inter casus, ad quos dispositio refertur.

22 *Clausula, & oratio generalis in fine posita, non refertur ad specificata, nec restringitur ad ea, quando versamur in oratione & dispositione vnicum caput continenti, & clausula generalis*

lis non eſt emiſſa ad qualificandam ſpecierum enumerationem, in cap. diſtinctio, & n. 28.

23 *Copula, & quando ponitur inter talia, in quibus unum, ſeu aliqua in alio comprehenduntur, diſpoſitionem unicam generalem efficit, & quaſi in ipſum genus reſoluitur.*

24 *Copula, & natura eſt ampliare, & augere, non reſtringere.*

25 *Copula, & etiam poſt ſpecierum enumerationi generi adiecta, augenas uim habet.*

26 *Clauſula, & dictio ad ampliandas appoſita, non debet reſtringere.*

27 *Clauſula in fine poſita tunc ad proximè dicta reſtringitur, quando ex ipſius uerbis apparet, illam ad ea qualificandum appoſitam fuiſſe.*

29 *Relatio fit ad omnia, quando etiam ſi continuatim uerba ſtarent ad proxima, eadem in omnibus ratio uiget.*

30 *Clauſula in fine poſita, etiam ſi aliàs ad omnia referri deberet; non refertur, quando diſpoſitio fauorabilis, & extendenda reſtringeretur.*

31 *Clauſula in fine poſita, etiam ſi aliàs ad omnia referenda eſſet, non refertur, quando abſurdum ſequitur.*

32 *Relatio clauſulæ, & uerborum in fine poſitorum non fit ad omnia, etiam ſi aliàs fieri deberet, quando cõtra diſponentis mentẽ fieri uideretur.*

33 *Relatio clauſula in fine poſita fit ad omnia, etiam quando alias minimè fieri deberet, ſi rationes ſuadeant.*

34 *Mens in qualibet diſpoſitione primum tenet locũ, ac cunctis dominatur.*

35 *Mens in qualibet diſpoſitione totum facit, ac uerbis quibuſcunque præfertur.*

36 *Relatio illorum uerborũ, ac ſemper, &c. contrarie &c. in Statuto noſtro Cap. 131. lib. 1. ad proxima, & ſpecificata, contra rationem, & mentem ſtatuentium reſtrictionem operaretur.*

37 *Clauſula, & uerba in fine poſita, etiam ſi aliàs relatio fieri non deberet, ad omnia referuntur ut menti congruant, ac rationi.*

38 *Clauſula, & uerba in fine poſita, etiam ſi aliàs relatio fieri nõ deberet, ad õnia referuntur, ut mẽti, ac rationi congruant, etia in materia panatis.*

39 *Mẽs generalis arguitur ex generalitate uerborũ.*

40 *Semper dictio, uniuerſalis, ita ut intelligatur, in omni tẽpore, & in omni caſu.*

41 *Clauſula, & uerba in fine poſita non reſtringũtur ad proxima, & ſpecificata; ſed referuntur ad omnia, quando ſunt uniuerſalia, & ſignum uniuerſale continens.*

42 *Abſurda ſunt cauſanda.*

43 *Relatio uerborum, & clauſularum in fine poſitarum fit ad omnia, etiam ſi alias fieri minimè deberet, ut cuſtentur abſurda.*

44 *Relatio ad omnia, etiam ſi alias fieri minimè deberet, clauſula, ac uerborum in fine poſitorum fieri debet, quando alias contra expreſſam rationem fauorabilis, & extenaẽda diſpoſitio reſtringeretur.*

45 *Corn in conſ. 121. lib. 3. & Bero in conſ. 176. lib. 1 In quibus ad rem decepti.*

46 *Relatio ad omnia, ubi commodè fieri poteſt, debet.*

47 *Relatio ad omnia facienda, ad quæ ſaltua ratione recti ſermonis, fieri poteſt.*

48 *Relatio ad ea præcipuè facienda, ad quæ probabilius uerba adaptantur.*

49 *Relatio omninò ad omnia fieri debet, quando ſeruata ratione recti ſermonis, ac uerborum proprietate, ad proxima excluderetur reſtrictio.*

50 *Nigrum declaratur per rubrum, quantumuis imperfectam orationem continens.*

51 *Interpretatio ſemper ea eſt capienda, quæ rubro conueniat, & præſertim nigro aliquo modo eidem rubro congruenti.*

52 *Verba ad augendum poſita, & cum ſigno uniuerſali, ſalua ratione recti ſermonis, non reſtringuntur ad ſpecificata, & proximiora.*

53 *Relatio fit, ad omnia, etiam ſi alias non fieret, quando uerba ſtarent fruſtratorie, uel aliud ſequeretur abſurdum.*

54 *Verba ex quibus, quod tacitè inerat, uel generalibus uerbis, & implicitè comprehendebatur, exprimitur, non dicuntur fruſtratoria, nec ſuperflua.*

55 *Verba ad dubitationem tollendam emiſſa, non dicuntur ſuperflua.*

56 *Verborum ſuperfluitas potius toleranda, quam mens diſponentium ladenda.*

57 *Ac, Dictio pro, & ponitur.*

58 *Ac, Dictio copulat, ac repetit.*

59 *Repetitio, ac communicatio qualitatum inter copulatiuè poſita fit etiam in Statutis, num. 60.*

61 *Repetitio, ac communicatio qualitatum, & conditionum inter copulatiuè poſita, præcedentium in ſequentia, & è contra fieri debet; maximè in eadem oratione copulatis, num. 62.*

63 *Repetitio fit quotieſcunque identitas rationis, ac mens diſponentium eam ſuadent, quod & in Statuto procedit, num. 64.*

65 *Repetitio triplicter inducitur, & qualiter.*

66 *Dictiones, quæ repetitionẽ ſuadent, quæ remiſſiuè.*

67 *Rubrica habens orationem perfectam indefinitè loquens, ſtante rationis identitate, non reſtringitur per nigrum ſpeciale, ſed uniuerſaliter diſponit; maximè ſi nigrum ita poſſit intelligi, ut rubro conueniat, num. 68.*

69 *Nigri uerba clara non recipiunt declarationem a rubro. ſed vid. infra.*

70 *Rubrum, etiam habens orationem perfectam, niſi & decliuium habeat, non diſponit. ſed vid. inf.*

71 *Rubrica, quæ uerbo caret, non dicitur continere orationem perfectam. ſed vid. infra.*

72 *Participium, ualituris, reſoluitur in relatiuum, & verbum ſui temporis. vide infra.*

73 *Relatiuum reſtringit diſpoſitionem ad relatum.*

74 *Decij. 124. coram Carain. Seraphi perpenſitur.*

75 *Correctio incontinenti, præſertim in Viris doctiſſimis, non eſt præſumenda.*

76 *Relatio verborum ad ea fit, ad quæ proportionabiliter fieri poteſt.*

77 *Rubrica quando diſponat, & orationem perfectã habeat. diſtinguitur remiſſiuè.*

78 *Gloſ. in l. 1. C. de Capit. ciu. cenſ. exim. lib. 11. communiter approbatur.*

79 *Rub. de Capit. ciu. cenſib. exim. lib. 11. orationem perfectam habere dicitur, ac diſponere, & n. 80.*

80 *Rubrica generalior nigro per nigrum reſtringi non debet.*

81 *Rubrica Statuti noſtri 131. lib. 1. habere orationẽ perfectam videtur, & diſponere.*

82 *Rubricam habere orationem perfectam, uel non certa regula non aſſignatur.*

83 *Rubrica in ſua generalitate diſponit; generalita-*

te,

te, ac identitate rationis, cum ea cõgruenti.

84 *Rubrica generalis generaliter disponere omnino dicitur, quando, & verba nigri possunt generalia indicari, ac ipsi rubricæ conuenientia.*

85 *Rubrica quæcumq. quarũcumq. legum, & Statutorum textui consentanea, & consonans generaliter, & indistinctè pro textu haberi, & allegari certissimum est.*

86 *Rubrica quantumuis imperfecta ad nigri declarationem admittuntur, & deseruiunt, & 110.*

87 *Lectura, & interpretatio legis, seu Statuti, pluribus lecturis datis, ea semper recipienda, quæ rubro consentiat, quod procedit secundum aliquos, quando nulla aduersãtur rationes, n. 88.*

89 *Rubrica de Cap. ciu. cens. exim. C. lib. 11. & perfecta, & decisiua dicitur.*

90 *Rubrica Statuti nostri Cap. 151. lib. 1. perfecta, & decisiua dicetur.*

91 *Rubrum, vel perfectum, vel nigro consentiens disponit, vel imperfectum declarat.*

92 *Rubrica de Cap. ciu. cens. eximenda, C. lib. 11. dicitur perfecta, nec carere verbo.*

93 *Rubrica non dicitur imperfecta sine verbo, cum subintelligatur.*

94 *Participium, valituris, resoluitur in relatiuũ, & verbum sui temporis.*

95 *Participium, Valentibus, resoluitur in relatiuum, & verbum.*

96 *Relatiuum sine copula dicitur limitatiuè, ac restrictiuè stare. ampliat n. 97. lim. n. 99 remissiuè.*

97 *Relatiuum, etiam in participio implicite comprehensum, dicitur stare restrictiuè, & limitatiuè*

100 *Relatiuum non magis stringit, quam per ipsum demonstretur,*

101 *Relatiuum repetitionem inducit, cum omnibus qualitatibus.*

102 *Relatiuo in participio implicitum, est eiusdem potentiæ, ac explicitum; & eandem repetitionem, ac relationem inducit. & nu. 103.*

104 *Relatiuũ sui refert, & exprimit relatum, & antecedens, cum omnibus suis qualitatibus.*

105 *Referẽti termino vis eadẽ tãta inest, quãta relato.*

106 *Relatiuũ retentis terminis relati ex sui natura intelligitur.*

107 *Relatiuũ nõ restringit gẽnalitatẽ termini relati.*

108 *Relatiuum non restringit contra rationem dispositionis, & mentem disponentium.*

109 *Rubrica non solum stat ad demonstrandum; sed etsi est perfecta, ipsius legis tantũ dicitur pars.*

111 *Rubrum etiam quoad aliqua perfectum, recipit quoad alia declarationem a nigro.*

112 *Statutum, & quælibet quantumcunque vniuersalis dispositio, declarationem admittit, per disponentem adiectum.*

113 *Statutum, & quæuis dispositio ad personas & casus, quibus mens disponentium aduertatur, minimè est trahenda.*

114 *Statutum, & aliæ dispositiones, ad casus & personas, in quibus diuersa ratio militat, non sunt trahendæ.*

115 *Statuti nostri Cap. 151. lib. 1. ratio finalis fuit, ad tollendas fraudes, ac captiones circumuentiones*

116 *Ratio in Statuto, & dispositione expressa eã, & illud, ad omnia extenditur, in quibus ipsa viget.*

117 *Rationes generales nõ extẽdunt cõstitutiones, nec de lege disponere dicuntur, sed vide infra.*

118 *Baldi theorica, vel cuiuscũq. fuerit, in c. 1. §. quia ui dimus, n. 54. in add. sub lit. C. qui feud. dar. possunt, qui reasumpserint.*

119 *Statutũ, vel dispositio de ratione disponens attenditur, non ratio.*

120 *Ratio de Statuto disponens, vel lege, attenditur, non lex, vel Statutum.*

121 *Corn. eminentissimus Iurisconsul. in cons. 121. vol. 3. reijcitur.*

122 *Ratio in præfationibus, & proœmio emissa, censetur finalis.*

123 *Ratio generalis in præfationibus emissa Statutum & Cõstit. extendit, & de ei. disponere dicitur.*

124 *Ratio generalis, in præfationibus nostri Stat. Cap. 151. lib. 1. posita, finalis est, & de Statuto disponit, ac illud extẽdit ad contractus in in expressis minimè compressensos.*

125 *Decisiones Rotæ secundũ iuris dispositionẽ sunt intelligendæ.*

126 *Decisiones Rotæ, vbi adsunt, non est generalibus inhærendum.*

127 *Decisiones Rotæ propter DD. grauitatẽ, & præexcellentem doctrinam, ac omnibus iudicibus sũt amplectendæ.*

128 *Præiudicij nomen latius patet, quam lesionis.*

129 *Præiudicij nomen latè patet ad omne factum contra Iustitiam, & iniuriosum.*

130 *Lesio esse non potest, vbi præiudicium cessat.*

131 *Iuramentum proximiorum in Statuto nostro requisitum, an ad donationem in eo expressam extendatur, dubitatum in Palatio.*

Sed ẽt ad d. donationẽ referri, cur uideatur, n. 132.

133 *Statuti nostri Cap. 151. lib. 1. Cõtractus ẽt dãnosos, ac præiudiciales minoribus mulieribusque permittit.*

134 *Lesionis in donatione simplici, quæ à mera liberalitate proficiscitur, ratio non habetur.*

135 *Donatio de sui natura damnum, ac præiudicium dãnati infert.*

136 *Donans dicitur perdere.*

137 *Fraus, & deceptio in donatione consideratur, & in minoribus, & mulieribus de facili præsumitur.*

138 *Deceptus esse, ac dici quis potest, ẽt si commutatiua iustitia inspecta minimè lædatur.*

139 *Dolus, & fraus consideratur ẽt sine lesione.*

140 *Falsitas etiam non nocibilis, si dolosè prodierit, est punibilis.*

141 *Lesio sine deceptione, & dolo datur.*

INSPECTIONIS II. PARS II.

Rationibus iã, & cõtraria sententia deductis; submotis, authoritatibus ex Rotæ sententia, millies canonizata, iugiterq. obseruata, reiectis: in hac Inspectionis Secundæ parte altera ad nostrarũ defẽsionẽ rationũ, vt propofueramus, promissimusque descendimus

Prima igitur fuerat ratio q̃ cũ statuẽtes generalẽ, & seu indefinitã rub. de cõtractibus, ac generalẽ ad obuiãdũ fraudibus, ac deceptionib. rationẽ expressam præmisissent, ac posted quatuor expressis, pro specificatis, seu in individuo nominatis, hoc a iectiuũ, expressis, vt alias, q̃ssi fumus facilioris intelligẽtiæ gratia, cũ DD. de Assertamẽto in hoc cõueniãt, multoties, nõ de alijs denegãtes, accipiẽtes: vlteriùs procedẽdo copniatiuè adiũxerint, *ac semper cum Iudicis competẽtis decreto, causa illi in scriptis expressa, & insinuata, ac pleni cognita contrahere debeant, hæc*

verba

1 verba *semper &c. contrahere, &c.* stent ampliatiuè ad enumeratos casus; & cum sint vniuersalia semper contrahere, in omni videlicet casu contrahere, *suar. glos. inc 1. in verbo Iure uinculi; in fin. de rest. in integr. Pereira. de emption. & vendit. cap. 4. num. 1.* vniuersaliter intelligi debeant, & magis ad non specificatos, & enumeratos, generalibus tamen verbis, & expressa ratione comprehensos; quam expressos referri, cum enumerati sine distractus, & largè, & im-
2 propriè contractus dicantur; vt concedit Berous ex aduerso deductus, *in eodem cons. 176. n. 52.* & probant *Bocc. ad d. Constit. March. glos. 1. nu. 10. & glos. 8. num 20. Carpan. ad Stat. Mediol. d. cap. 338. num. 192. & 193.* etiam respectu do-
3 nationis, quæ etsi distractus non sit, impropriè tamen contractus intelligitur, *Mozz. de contract. tit. de diuis. Contract. artic. 4. num. 5.* quod mox
4 ostendimus: cum imò è contrà, potiùs eadem verba, quatenùs opus fuisset impropriatio, ad non expressos, idest minimè enumeratos, vt cæteris, & rationi conuenirent, trahi debuissent, vt relatis aliis concludunt, *Alexan. cons. 6. nu. 8. 9. & 10. lib. 6. Roland. d. cons. 72. nu. 38. & 39.*
5 *lib. 1.* ergo & multò magis secundum eorum naturam generaliter intelligi debent, vt conformentur rationi, actumenti disponentium; ità ar-
6 gumentatur in simili Aym. *cons. 241. numer. 10. vers. quarto respondeo*, cum nunquam generalis clausula; & oratio; per specialem restringatur contra mentem disponentis, & rationem expressam, vt in simili Statuto Senarum, determinant solemnes Doctores Part. Soci. *cons. 251. num. 1. colum. 2. uolum. 2.* & Dec. *in cons. 660. num. 2. &* 10 quem sequitur ibidem Aym. *num. 10. uersic. rursus numquam Gozzad. consil. 59. nu. 19. Nat.*
7 *cons. 546. num. 20.* vbi è contrà ex præfationibus & intentione, tenet pro relatione ad specificata; *Paris. cons. 53. num. 35. uolu. 2. cum quo sentit Roland. consil. 54. num. 11. lib. 4.*

Huic nostro fundamento Domini de Affectamento respondent ex Beroi verbis: quod, cum
8 quatuor specificati in Statuto, contractus saltè largè dici possint, ex simultaneo consensu, *ad notat. in l. 1. ff. de pact. glos. magna, in fin in l. 1.*
9 *ff. de act. & oblig. cum alij*, ac illa verba, *contrahere debeant, &c.* in illis verificari, & ad illos referri, & continuatiue ad enumeratos apposita dignoscantur, ad illos restringi, ac limitari debent, *ex text. in l. fin. ubi Bart. optime, ff. de legat. 1. & utrobiq. Doct. Canon. in cap. 2. requiris. de appellat. cum concor. relatis per Bero dicto cons. 176. num 53. uolum. 1. Cabyc. dicta decis. 108 num. 12.* & *per Cephal.* qui hanc limitationem prosequitur *in cons 673. nu 1. volu. 5.* Cuius quidem argumenti retolutionem, pace tanti viri dictum sit; haud difficilem reputamus; clarissimum etenim primum est, regulam esse in con-
10 trarium, & clausulam, ac verba in fine posita, ad omnia præcedentia relationem habere, ac ad omnia extendi, vt in ex aduerso deductis ll. probatur, *& in l. 1. C. de lib. prætor. cap. 2. requiris. de appell. vbi omnes, & signanter, Dec. n. 10. Ias. cons. 47. n. 2. in prin. & 53. n. 13. in princ. vol. 3. & utrobiq. Bocc. in add. Surd. cons. 282. n. 4. & 565. nu. 18. Honded. cons. 61. n. 7. volum. 2. Capy. decis. 108. num. 9. Rota decis. 227. numer. 1. 231. num. 1. & 666. num. 1. vers. Non obstat, p. 1. diuers.* & alios pluses refert copiosissimus Barbos. *in remiss. de clausulis secundum primam impressionem, clausula 119. num. 1.*

Et hoc sine dubitatione procedit, quando in
11 omnibus est eadem ratio, vt præcitati omnes intelligunt, & signanter, *Dec. in dicto cap. secunda requiris. num. 11. Ias. d. consil. 47. num. 2. & 53. num. 13. Bero. consil. 81. num. 18. lib. 2. Hond. dicto consil. 64. nu. 10.* quamuis etiam in aliqui-
12 bus ratio Statuti, & dispositionis, efficaciùs militaret, quia nihilominùs non impeditur relatio, vt doctissimè ponderarunt Domini de Rota, *in dicta decisio. 227. num. 3. vers. Non obstat, par. diuersor.* cum qua transit, *Surd. cons. 565. nu. 19 versic. & si dicatur, in 4.*

13 Eaque eatenus obtinent, vt ad merè exorbitantia amplientur, inxtà doctrinam Illustris Doctoris Francisci Aretini, *in l. talis scriptura, num 5. ff. de legat. 1.* approbatam per Rotam, *d. dec. 231 nu. 1.* cum qua simpliciter permanserunt. *Hond. d. cons. 64. num. 16. & Surd. d. cons. 565. num. 18.*
14 & in quantumuis odiosis sibi locum vendicent, vt post alios, relecta contraria, voluit, *Capic. dec. 108. num. 15. vers. Contra hanc, Ias. d. consil. 47. num. 2. versic. ista regula, & ad eum ibi. Bocc. qui multos cumulat, in add. & cons. 53. num. 13. vers. ista regula, & Capycium nominatim sequuntur, Aym. d. cons. 987. num. 16. Honted. dicto cons. 64.*
15 *num. 15.* & tandem, in pœnalibus locum haberet probat optimè *Dec. in dicto cap. secundo requiris, num. 17 cum pluribus seq. cuius sententiæ, in individuo se subscribit Aym cons. 808 num. 11. in 5 vol. quem amplectitur Surd. d. cons. 565 n 18 vers. & idem est.*

Cum igitur nostri Statuti ratio vnica sit, & expressa, nec ostendi possit, quomodo magis ad quatuor, quam ad reliquos contractus, referri possit, cum in omnibus decipi, ac fraudari possint mulieres, quod sufficit ad hoc, vt relatio
16 ad omnia minimè impediatur, *vt notat. Bartol. & ceter. in l. 1. C. de lib. prætor, & Canon. in dicto cap. secundo requiris, & signanter Dec. nu. 10. & 11. quem in individuo sequitur Paris. cons 53 num. 32. volum. 2 cum alijs per Honded. cons. 64. num. 10. vers seu saltem, & firmat Surd. dicto cõ-*
17 *sil 565. num. 19*, dicens sufficere, quod ratio nõ sit diuersa, licet tanta, nec tàm efficax intercedat & subdit, quod hoc ipsius iudicio omnem dubitationem tollit; sequitur rationabiliter retorqueri argumentum, & ad omnia, iuxtam regulam prædictam, faciendam esse relationem, vt in puncto respondit Aym *dicto cons 808. numer. 10. in fin. vers. quartum etiam argumentum, & num. 11. in quinto volum.*

Quinimò, vt omninò fiat, vrget, cum sit generalis; *Alex. cons. 101. nu. 19 circà med. lib. 3. Aym. cons. 245. num. 10. vers. tertio respondeo.*

Concidit etiam Beroi argumentatio ex pluribus, ac euidentissimis rationibus; id autem ex his apprimè placet expendere, quod ipsammet argumentationem intrinsecus demonstret, germanumque Statuti nostri sensum, ac mentem patefaciat.

Statutum igitur nostrum vnicam habet dispositionem, ac orationem, vnicam omnia comple-
18 ctiuè comprehendentem verborum structurarum

quæ

quæ ab vno nomine, *volentesq.* ac vnico verbo *statuimus*, regitur, ac clauditur: in qua plures partes distingui; & considerari patet, *ut in eo*; nullo tamen modo illa verba *ac semper contrahere* &c. ad qualificandum enumeratos contractus apponuntur, sed stant de per se, & vniuersalem dispositionem continent, tàm ad enumeratos, quàm reliquos, ac ad verbum statuimus, & nomen volentes referuntur; vndè sequitur ad species enumeratas, quibus non adiiciuntur, in quibus terminis limitatio, & deducta per Bero. cessant, nequaquam restringi, *quod voluit Paris. cons.* 53. *n.* 31. *volum.* 2. *post alios, quos refert Roland. consil.* 54. *num.* 25. *volum.* 4 *qui Parisium sequitur, cum Surd. dicto cons.* 565. *num.* 19. *in* 4. quod & insinuatur; tum quia species, siuè consideremus generalem præcedentem rationem, & dispositionem, & stare videntur declaratiuè, & ex abundanti potius, quàm restrictiuè *ut post Bart. in l. Quæsitum §. fin. ff. de fund. instruct. & Dec. in dicto cap. Sedes, num.* 46. *vers. circà doctrinam, de rescript. Corn. consil.* 67. *num.* 2. *circa med. versic. Ipse autem Bart distinguit. volu.* 1. *Cephal. cons.* 372. *n* 19. *cum plur. seq. in* 3. *volum.* prout etiam, quod potiùs ex abundanti, quam restrictiuè enumeratio specierum facta fuerit in dubio præsumitur, *ut idem Bart. in d. §. final. num.* 4 *in fin. Conlicet dicat hoc non dicere Bart. in d. cons.* 67. *nu.* 2. *circà med. vers. Sed Iac. de Aret. Afflict. dec.* 106. *num.* 3. 4. & 5. *Cephal. d cons.* 372. *num.* 19. siuè consideremus dictam clausulam posteriorem; & & cum versemur in vltima quæstione Bartoli, in dicto §. final. quando scilicet genus, & species cadunt inter casus, ad quos dispositio refertur; verum est generalem dispositionem, etiam sequentem, ampliatiuè stare ad species expressas, & vltra eas locum habere, *ad dcit. l. stipulationes commodissimum, ff. de verbor. obligat. Alex cons.* 13. *num.* 9. *lib.* 2. *Soc. Sen. cons.* 251. *num.* 1. *volum.* 2. *vers. nos autem sumus, & cons.* 300. *num.* 2. *in* 2. *volum. quem sequitur Dec. d. consil.* 660. *nu.* 10. *vers. Non obstat,* & *Aym. cons.* 209. *n.* 7. & 227. *num.* 7. & 245. *num.* 10. *in princ.* quicquid sit in alijs terminis, in quibus etiam *Socinus* ibi, non putat absolutè verum, quod verba generalia per specialia præcedentia, vel sequentia restringantur; tum quia, quando oratio est per copulam continuata, & continuatio non est qualificatiua verborum, & specierum in diuersa dispositione, vel Capitulo enumeratarum; sed ad integrandã, & complendam orationem, & dispositionem, respectu totius principalis dispositionis, adiecta: non restringitur ad species enumeratas, sed refertur ad omnia, *ut tradit Surd. d. cons.* 565. *num.* 19. *vers. non omitto,* & antè cum videtur firmatum per Capyc. *d. decis.* 108. *nu.* 12. & 13. & hoc videtur habere rationem; quia, cum Berous concedat: illud verbum contrahere, complecti enumeratos, impropriè quamuis contractus quod nec improbamus, illa copula, præcedens dictionem semper, videtur in vnicam dispositionem generalem omnia resoluere, quam non restringit enumeratio; vt concludit Consil. Neapol. *in d. decis.* 105. *n.* 8. *Cephal. d. cons.* 372. *n.* 18. *in fin. vers. unde cum hic.* maximè attenta natura copulæ, cuius est ampliare, & augere non restringere, *l. ea tamen adiectio, ff. de legat.* 3. *l. qui dolo, §. hac lege, ff. ad l. Iul. de vi Publ. Alex. in cons.* 101. *num.* 9. *lib.* 3. *Corn. dicto cons.* 67. *nu.* 2. *antè med. vers. & natura, lib.* 1. *Surd. cons.* 315. *n.* 17. *Gratian. decisio. Marchiæ* 175. *numero.* 8. & *discept. forens. cap.* 844. *num.* 10. *Gonzalez. ad regulam* 8. *Cancell. glo.* 3. *n* 5. *Rot. dec.* 680. *n.* 4. *p.* 2. *recentior.* & etiam specierum præcedenti enumeratione, augendi naturam retinet, *Socin. Sen. d. consil.* 251. *ibidem, vers. & maximè propter copulam,* in quibus terminis eadem ratione dicit, Dec. *d. cons.* 660. *num.* 10. *vers. ista generalis clausula,* quod cum talis clausula, & adiectio ad ampliandum inducta censeatur, non debet restringere, *ad text. cum concord. in l. legata inutiliter, ff. de legat.* 1. & *sequitur Aym. cons.* 227. *nu.* 8. *vers. & facit ratio, Natt. cons.* 546. *nu.* 23. & *voluit Visus decision.* 224. *num.* 3. *amplectens Sig. de Homod. consil.* 103. *col. penul.* Vnde etiam fit, vt cesset limitatio prædicta, in qua Berous fundatur, *ex eodem text. in l. fin. ff. de reb. dub. ubi, Bart. adductus declarat; Alex. consil.* 30. *num.* 14. *vol.* 5. *Aym. d. cons.* 227. *nu.* 9. & 10. *Alba. in cons.* 336. *numero* 26. *in princ.*

Verum ad rem proprius accedentes, limitatio in qua ipsius *Beroi* responsio fundatur, specialibus rationibus euitatur, & quidẽ singulariter declarator per Capyc. *dec.* 108. *num.* 12. *vers. sed ad uertendum,* vbi quod eò casu tantum obtinet, quando, ex verbis ipsius clausulæ in fine positæ, manifestè apparet, quod fit apposita ad qualificãdum proximam dispositionem; quod cum absolutè negari posse videatur in casu nostro, regulæ standum esse minimè ambigendum, eoq; fortiùs, quia, cum vnica sit dispositio, & capitulum non potest non fieri relatio, vt ponderauit cõcilium. *nu.* 13. *in fin. ibi.* tantò magis, & *Surd. d. consil.* 565. *nu.* 19. *vers. Non omitto, & comprobat Aym. cons* 987. *nu* 75.

Iterum etiam declaratur eadem limitatio, vt non procedat quando, etiam quod stare videretur continuatiuè ad proximam dispositionem, seu capitulum, eadem, in præcedentibus capitulis ratio vigeret; quia tunc ad omnia, in quibus identitas rationis militat, fit relatio, *vt ex notat. per Bart. & DD.* in individuo subiunctas *Dec. in d. cap.* 2. *requiris, num.* 13. *vers. quod dictum limitari potest,* & Decium nominatim sequitur *Paris consil* 53. *num* 36. *vol.* 2. cum igitur ratio, quæ in his distractibus est, etiam in contractibus vigeat, de quibus indistinctè egit rubrica, & ratio expressè præmissa; sequitur relationem ad totam dispositionem fieri; & clausulam, de qua agitur, in sua generalitate esse intelligendam, quod & clarius demonstrabimus.

Quinimò, vt clariùs tollatur obiectum, vlteriùs progrediendum censemus; nam, sicut aliquando huiusmodi clausulæ finales, & posteriores, ad omnia referri non debent, licet alias regulariter relationi locum foret, vt si ex relatione aliquod absurdum exurgeret. *cap. Ecclesia vestra* 2. *ibique Abb. in* 6. *not. de elect. Dec. post Abb. & alios ibi per eum relatos, in d. cap. secundo requiris, nu.* 15. *de appell. Ias. post alios in l. talis scriptura, num.* 40. *ff. de leg.* 1. *Alex. cons.* 17. *numer.* 10. *vol.* 7. *Aym. d. cons.* 245. *num.* 10. *vers.* 6. *respondeo, & in consil.* 987. *num.* 77. *versic. per contrarium. Gab. de Clausulis. concl.* 9. *n.* 28. *Hond. d. cons.* 64 *nu.* 18.

*num.*18. Vel fauorabilis dispositio extendenda, restringeretur. *Ias. in d. l. talis scriptura, ibid. in in 6. limit. Dec. in d. c. secundo requiris, num.* 22. *& in cons.* 92. *colu.* 1. *circà med.* Aym. *d. cons.* 245. *n.*10. *uers. quinto respondeo. Hond. d. cons.* 64. *n.* 19.

32 Aut tandem quando, contra disponentium mentem, fieri videretur, *vt ex tex. in l. Labeo, ff. de supellect. leg. firmauit. Oldr. cons.* 152. *num.* 2. *in fin. Abb. in consil* 75. *in fine parte* 2. *quos sequuntur* Aym. *cons.* 70. *num.* 9 *& cons.* 808. *n.* 13. *Rol. d. cons.* 54. *num.* 11. *vers. relatio enim volu.* 4.

33 Ita è contrà, multoque magis, cum reuerta nur ad regulam, & generalium verborum, & clausularum naturam seruemus: etiam, quando aliàs minimè regulariter ad omnia referenda dicerentur; prædictis, vel similibus rationibus in contrarium intercedentibus, omnia, etiam remota determinare concludendum est: ità in puncto argumentantur optimè *Anton. Ciof. cons.* 40. *nu.* 19 *volum.* 2. *& Honded. d. cons.* 64. *num.* 20. *volu.* 2. Intercedunt autem, ni fallimur, eædem, aliæq. vrgentissimæ, ac plurimę.

34 Et quoniam mens in qualibet dispositione, tanquam regina, primum locum tenet. *l. in conditionibus* 19. *in princip. & §.* 1. *ff. de condit. & demonstr. l. cum quæstio,* C. *de leg. l. semper in stipulationibus,* 35. *ff. de reg. iur. cum in infinitis*

35 *propèmodum concord.* quæ totum facit, ac quibuscumque verbis præfertur, vt latè post *Alexa. cons.* 8. *num.* 8. *uolum.* 4. *Rol. d. cons.* 54. *num.* 31. *volum.* 4 *Cardin. Mantic. de coniect. vlt. uoluntat. libro* 3. *tit.* 3. *nu.* 1. *cum seq. & de tacit. & ambig. conuent lib.* 1. *tit.* 17. *n.* 36. *Gratian. discept. for. c.* 814. *n.* 14. *& alij in qualibet materia passim om-*

36 *nes;* relatio verò ad proxima restrictionem contra statuentium mentem, ac expressam generalem rationem, vt credimus euidentem, operaretur; ex superius notatis, & singnãter per *Dec. in dicto cap. secundo requiris, numero* 1. *cum pluribus alijs, & per* Cranett. *dicto cons.* 227. *numero*

37 3. *cum seq.* vndè dicta verba, *ac semper &c. contrabere &c.* ad specificatos non restringi, sed ad omnia referri, ac generaliter intelligi, vt secundum mentem regulentur, est concludendum *iuxt. not. in eodem cap. secundo requiris, ubi Dec. in princ. & in cons.* 660. *n.* 10. *Paris. cons.* 53. *n.* 35. *Cozz. uol.* 2. *d. cons.* 58. *n.* 16. *uers. item ubi mens. & in cons.* 88. *n.* 15. *in princip. uers. Ergo eodem modo.* & *eos sequitur* Roland. *dicto consilio* 54. *num.* 11. *uers. quia respondetur, & num.* 31. *uers. nec obstat, uolum.* 4. *Aymon. dicto cons.* 245. *n.* 10.

38 etiam in materia pœnali, vt post *Paris. cons.* 19. *num.* 73. *& 79. cum seq. lib.* 2. *concludit Honded. dicto consilio* 64. *num.* 22. Cui accedunt, quæ dicta sunt de identitate rationis, expressæ in principio Statuti, ex qua mens colligitur, vt prædiximus; & adstipulatur vniuersalitas verborũ, de quibus agitur, vt inferius, ex qua etiam mens

39 elicitur pro generalitate dispositionis, & relatione ad omnia; vt ex omnibus proximè citatis & signanter expendunt ex verbis, *Dec. dicto cõsilio* 660. *num.* 10. *Aym. dicto cons.* 245. *num.* 10. *& cons.* 457. *num.* 9. *uers. septimo,* & *ul. ubi è contrà ex uerbis rubrica mentem elicit ad restringendum. Rol. dict. cons.* 54. *numer.* 12. *& antè eos Alex. consil.* 101. *num.* 10. *circà medium. lib.* 3. *& alij mox allegandi.*

Idem igitur ex vniuersalitate horum verborũ argumentari cogimur, *ac semper &c. contrabere &c.* quorum significationem in suo Glossemate, tamquam certam, ac euidentem omisit Picus: & ex eorum significatione sonant idem, quod in omni contractu, vt iam diximus, & sunt vni-

40 uersalia, ità vt intelligantur in omni tempore, & in omni casu. *l. semper, ff. de iur. immu. gloss. in l.* 2. *ff. solut. matrim. Paris. cons.* 90. *num.* 28. *uol.* 2. *Surd. qui alios refert. cons.* 281. *num.* 20. *& 21. in secundo, & pro omnibus Barbo. in remiss. de Dictionibus, dict.* 310. *num.* 1 2. *& 6.* quando enim clau-

41 sula continet signum vniuersale, & in effectu est vniuersalis, relatio non restringitur ad proxima specificata, sed fit ad oĩa, & per species enumeratas oratio non restringitur. firmat *Dec. in d. c. Sedes, in* 2. *limit. nu.* 42. *de rescript. ubi n.* 44. *uers. undè pro solutione dicit, quod quoad illum tex. limitatio est uera. Alex. cons.* 30. *num.* 15. *ubi tamen secus si fuerit adiectum signum uniuersale, uol.* 5. *Castr. in cons.* 333. *num.* 2. *uers. si uerò est prolata, par.* 2. quos nominatim refert, & sequitur *Aym. d. cons.* 209. *n.* 5. *cum seq. Mãdell. d. cons.* 336. *n.* 26. *uers. & idem etiam est dicendum*, & pluribus relatis Castrensem mox citatum secutus *Iac. Berrett. d. cons.* 116. *nu.* 49. *&* 50.

Proximè præmissis accedit, quod si verba huiusmodi iuxtà Beroi interpretationem strictè ad enumeratos se haberent, nec rationem generalem respicerent, ac remotiora alia proculdubio sequerentur absurda; nempè, quia *uerba semper, &c. contrabere, &c.* cum idem importarent, superfluè, ac sine effectu remanerent, quod inseriùs patefiet, & dispositio à mente, ac expressa ratione aliena, ac correctoria redderetur,

42 vt superius tradidimus; at absurda sunt euitanda. *l. nam absurdum, ff. de bon. liber. & ad rem Ciof. consilio.* 40. *num.* 16. *uolu.* 2. ergo etiam aliàs

43 ad omnia reiecta, admitteretur relatio. *capit. cum olim, uers. nos igitur. ibique. Butr. in* 2. *not. de rescrip. Dec. in d. l. talis scriptura, ff. de leg.* 1. *Soc. Iun. consil.* 27. *in final. lib.* 3. *Paris. consil.* 53. *n.* 34. *lib.* 2. Aym. *cons.* 70. *n.* 11. *in princ.* 396. *n.* 11. *in* 3. 987. *n.* 77. *in princ. in* 6. *Ciof. cons.* 40. *n.* 20. *p.* 2. *& Honded. d. cons.* 64. *num.* 20. *uol.* 2.

44 Congruit vlteriùs, quod contra rationem expressam dispositio fauorabilis, & extendenda restringeretur, in simili dicit Gozzadin. *cons.* 88 *n.* 14. *cum seq.* & in puncto *Hond. d. cons.* 64. *n.* 20. Statutum verò nostrum, & fauorabile, & extẽdendum prefata concludunt; vnde nil mirum

45 esse apparet, quod Corn. & Bero in præfatis consiliis tenuerint, contra nostrã sẽtetiã, in hoc decepti; quod, & Cõstitutio Marchiæ; & Statutum Vrbis sint iura odiosa pœnalia, ac correctoria, & ità omninò restringenda ẽt impropriando verba quod tñ, & præcipuè in Stat. nostro, falsũ videt.

Non minoris item ponderis, ac considerationis, hoc ipsum euincẽs iudicatur, quod & ad omnia vbi commode fieri possit, iuxtà regulam

46 prædictam fit relatio facienda. *l.* 1. *in fine* C. *de lib. prætor. capit secundo requiris, de appell. cum utrobique notat. Cephal. consil.* 117. *numero.* 4. *uol.* 1. *Hond. dict. cons.* 64. *n.* 8. & ad ea magis

47 magisque, quibus, iuxta rationem recti sermonis, verba præcipuè conueniant, vt per *Hõd. ibi d. num.* 8. *in fine*, & probabilius adaptantur.

Ruin.conf. 123.*num.* 12.*lib.* 3.*Cioſ.dicto conſil.* 1.
49 *num.* 53.*uol.* 1. omninò verò ad omnia, & generaliter, quando ratione recti ſermonis ſeruata, & verborum proprietate inſpecta, benè minimè ſtarent, niſi ad proxima reſtrictione excluſa, ac relatione ad omnia facta; tunc enim reſtrictio nullo modo admittitur, *l. pluribus, ff. de acceptil. Bart. & cet. in l. ſi de certa, C. de tranſact. Canon. in cap.* 1. *eod. tit. Caſtr. optimè d. conſ.* 341.*num.* 2.*par.* 2. *Aymon. d. conſ.* 209. *nu* 5.*uerſ. quod maximè. Natt conſ* 546.*n.* 23 *Alba. d. conſ.* 336.*n.* 36.*verſ. prout etiam tales clauſulæ Rolan. d. conſ.* 54.*n.* 25.*lib.* 4.*& Surd. conſ.* 303 *n.* 35.*in* 3.

Cum igitur, nulla diuerſitate rationis intercedente, imo identitate expreſſæ rationis ſuadente, ad omnia relatio fieri, & prædicta verba generaliter intelligi poſſint, quinimo ſtante eadem ratione, & rubrica de contractibus agente; ex qua, quidquid dicant Domini de Aſſectamẽto,
50 declaratur nigrum, etiamſi imperfectam orationem contineret, vt tradunt omnes. Dec. excepto, qui tamen fatetur hanc communem *in* 3. *lectur. numero* 12. *in l.* 1. *ff. ſi cert. pet. & ſignanter Bolognet. num.* 16. *uerſ. cum hæc tamen Alex. conſ.* 101 *n* 4.*lib.* 3.*& conſ.* 70.*nu* 8,*uol.* 7.*& qui multos aggerit Surd cõſ.* 163.*n.* 12.*in* 2.& oſtẽdit in nigro, de contractibus agi: ſicque proprius ſe habeant verba, *ſemper, & c contrahere, &c.* ad contractus propriè quam ad enumeratos, quos largè tantum, & impropriè ſub verbo cõtrahere venire, ipſe Beorous concedit, nosque oſtendimus; & ſit capienda ea interpreta-
51 tio, quæ eidem Rubricæ magis conueniat, & præſertim concurrente nigri, cum expreſſa ratione congruentia, *ut not. omnes, in dicta l.* 1.*ff. ſi cert. pet. & ſignanter Alexand. numero* 8 *& Bolognett. dicto numero* 16. *idem Alexand. dict. conſ.* 70. *numero* 8. *ac concludit optimè Surd. dicto conſil.* 163.*num.* 13. & tandem attento, quod
52 vt iam deduximus, verba huiuſmodi, & ad augendum appoſita, & cum ſigno vniuerſali, ſalua ratione recti ſermonis talem reſtrictionem pati non poſſunt, vt probat *Caſtren. dicto conſ.* 333.*num.* 2. *Natt.* 546. *num.* 25. *& Aymon. dicto conſil.* 209.*num.* 5.*qui Caſtr. ſequuntur*; omninò fatendum eſt, talem reſtrictionem verba non pati, & ad omnes contractus referri, ac ſuam generalitatem ſeruare, prout in practica quotidiè ſeruatur, & patet in prælatis ſacri Palatij reſolutionibus.

Id tandem ſatis ad ſenſum apertum videtur, quod reſtrictione admiſſa, & *Beroi* alioquin Viri Grauiſsimi, & Celeberrimi reſpõſione; verba eadem, *ſemper, &c. contrahere, &c.* eſſent ſuperflè, ac fruſtatoriè appoſita, nec aliquid operarentur; quod vt euitetur abſurdum, reſtrictio
53 aliàs permiſſa denegatur, & relatio fit ad omnia & generaliter verba intelliguntur. *ex not. in l. ſi Stipulatus, ff. de Vſur. & in l. ſi quando, ff. de leg. primo. Pariſ. dicto conſilio* 53. *num.* 25. *& num.* 33.*lib.* 2.*Aym d. cõſ.* 209.*n.* 4.*uerſ* 3. *ad infirum. & conſ.* 227. *num.* 14.*uerſ. poſtremo niſi uerba.*

Nec obſtaret, ſi diceretur retorquendo argumentum, quod, eadem ratione excluſa videtur relatio ad omnia, & interpretatio pro generalitate verborum, quia enumeratio fruſtratoria remaneret: ex prædictis etenim huius difficulta-
54 tis clarè reſolutiones inſurgunt; verba etenim ex quibus, quod tacitè inerat, vel generalibus verbis comprehendebatur; exprimitur, nec fruſtatoriè, nec ſuperfluè appoſita dicuntur, vt ſuperius apparet; *ex not. in d. l. quæſitum, §. fin. ff. de fund. inſtr. Ceph. d conſ.* 372.*nu.* 19. *& 29. & voluit Ruin. conſ.* 101.*num.* 10.*poſt med. uerſ. Vel ſecũdo poſſumus reſpondere, uol.* 1. *quem ſequitur Aym. d. conſ.* 808.*n.* 15. idque maximè quando, vt
55 in caſu noſtro, ad dubitationem pellendam emiſſa videri poſſunt, videlicet, ad declarandum comprehendi diſtractus, & impropriè contractus ſub nomine contractus, & verbo contahere: quod poterat in ſtatuto, in multis correctorio præſertim, eſſe dubium, vt aliàs deduximus: cum largè, & impropriè ſint contractus, vt ipſe Bero. in conſilio, de quo agitur, fatetur, quod poſt alios latè firmant *Ruin. d. conſ.* 101.*n.* 10.*poſt med uerſ. tertio etiam poteſt dici, uol* 1. *Aym. conſ.* 25. *n.* 31. 70.*num.* 29 *&* 808.*n.* 14. & tandem omiſſis alijs potius videtur toleranda huiuſmodi
56 verborum ſuperfluitas, quam ſtatuentium mens lædenda. *l. verbis ciuilibus. vbi Alexand in* 2. *not. ff. de vul. Dec. conſ.* 362.*num.* 2.*poſt medium, verſ. & dicunt ibi. Aym. d. conſ.* 70.*n* 29.*verſ. tertio reſpondetur, & d. conſ.* 808.*n.* 17.

Ex quibus certè patet, quam irrationabiliter damnetur huõi noſtra ratio, quã Dñi de Aſſectamẽto dixerũt, in *Statuto* nouo, non meruiſſe allegari: cũ rubrica ſit concepta de contractibus, & ideò non potuiſſent non venire, vel difficilius quidem illi quatuor venire, vim illam nigri declarariuam rubricæ concedentes, quam aliàs negarunt, vtique ſub nomine contractus in Rubrica, & verbo cotrahere, in nigro expreſsis, non poſſe non venire diſtractus, & imperfectos ac largè contractus, affirmantes; propriè verò, in quibus certè, & expreſſa ſtatuentium ratio viget, cõtractus complecti, denegantes.

Demum, nec noſtram rationẽ deſtruit prætẽſũ abſurdũ cõtra mentẽ ſtatuentiũ; videlicet, quia ea admiſſa ſequeretur, q in ineũdis quatuor enumeratis, vbi contũcti nõ adeſſent, decretũ, & Iudicis authoritas ceſſarent, cum fuerit dictum, iſtos quatuor ſub nomine contractus, vel verbo contrahere minimè venire; negatur etenim hoc dictum; quinimò, & venire firmatum; difficiliùs tamen comprehenſos intelligi; ideoq; per ſtatuẽtes dubitationis tollendæ cauſa expreſſos; ac, qui ex *Statuto* per DD. de Aſſectamẽto excludũtur, magis multò proprijs contractibus, nominatim non expreſsis, iuxtà eorum proprietatẽ, ac ſubiectã materiã, conuenire, nec in expreſſis tantũ verificari. ſed latius patere ad ões; diximus enim dicta verba *ſemper &c. contrahere, &c.* ampliatiuè, nõautẽ excluſiuè ad præcedentem enumerationẽ adiecta. quod noſtri Voti ponderatione haud obſcurè dignoſcitur.

Verum enimuero, & hoc aſſumpto admiſſo, q videlicet nominatim ſpecificati quatuor, in generalibus verbis *ſẽper contrahere, &c.* non cõprehẽderẽtur: ſi diſpoſitio noſtri *Statuti* ſolerti animaduerſione timetur, ceſſat abſurdũ; non etenim dubium eſt, verba huõi præcedẽti enumerationi
57 illorũ quatuor per copulã (ac) quæ pro (&) ponitur. *l.* 2.*uerſ. initium fuiſſe. ibi omne fas, & nefas, ff. de origin. iur. cum ſimilib. Firman. in ſuo repert.*

repert. in monoſyllaba, &c, & in dictione copula, & ; & Barboſ. in ſuis remiſſ. num. 1. dictione 3. Et tenuit Sacrum Palatium in Romana, ſeu Tiburtina Caſtrorum. 12. Nouemb. 1618. coram inſigni mem. Buratto inter impreſſas eiuſdē 353. numero 5. vbi etiam quod ſtat ampliatiuè; & præcedentia implicat. meritoque copulatiuam
58 ac repetitiuam vim obtinet. vt notat. Bart. in l. Seia, §. Caio num. 5. ff. de fund. inſtru. & alij paſſim, quos refert Io. Botta, conſ. 27. num 33. & Gratian. mox adducin. copulatiuè adiungi in eadem oratione, quòd & ſuperius perpendimus; quo caſu qualitatum inter copulatos caius etiã
59 ampliando, communicationem, ac repetitionẽ fieri nemo ambigit. Bart in l. Seia. §. Caio. ff. de fund. inſtruct. & in l. Prætor, §. eritque hæc differentia, ff. de vi bonorum rapt. Aret. conſilio 1. num. 12. quem ſequitur Curt. Iun. conſil. 321. vbi latè num. 11. & 17. cum ſeq. Surd. deciſ. 88. num. 24. & nouiſſimè Gratian. diſcept. foren. cap. 147. num. 16. & 17. Quod materia Statuti ob-
60 tinet, in quibus terminis loquitur Bart. in dict. §. eritque hæc differentia, & declarat Soc. in conſilio 48. num. 5. in fin. verſic. Hoc ſimili, volu. 1. quem ſequitur Surd. dicta deciſ. 88. num. 23. Itẽ vt non ſolum præcedentium in ſequentia, verũ etiam ſequentium in præcedentia, repetitioni fit locus, eſt gloſſ. paſſim per omnes commendata per illum text. in l. ſi ſic 7. ff. quem adm. ſer.
61 ammit. Bart. in l. ſi legatarius. 8. §. cum ita, ff. de leg. 3. Roman. ſing. 389. & conſil. 231. Laſ. in l. fin. num. 11. C. de ſucceſſ. edic. & in conſil. 228. numer. 13. in fine, vbi dicta gloſ. dicit valde notabilem, vol. 2. Soc. dict. conſ. 48. num. 7. Rip. poſt Felin. ibi in cap. 2. num. 47. de reſcript. latè, optimèque Surd. d. dec 88. num. 25. & quicquid ſit in orationibus pluribus imperfectis, minimè co-
62 pulatis: in copulatis, vnica præſertim oratione contentis, in quibus terminis verſari videmur, idem firmat Peregr. de fideicomm. artic. 16 numero 13. verſic. ſed contrà, & num. 15. in 2. limitat. & in copula. Et, num. 13. & 29. ad fin. & num. 72. Quibus accedit, quod identitas rationis, & intentio diſponentium ex ea deſumpta, omninò repetitionem fieri impellunt, vt in
63 vltimis voluntatibus firmauit Bart. in dicto §. Caio, num. 2. Aretin. dicto conſ 1. num. 14. Nevizz. conſ. 72. num 20. Menoch. in conſil. 117. num. 60. & 116. num. 185. in reſcriptis, tex. in d. cap. ſecundo requiris, vbi Abb & cæt. de appell. not. Peregr. d. art. 16. num. 26. & in Statuto, in ſimili materia, contractuum prohibitiuo. Anch. conſ. 361. in prima colum. verſ. nec obſtat, quod dixi. videlicet num. 2. in princ. quem ſequitur, Aymon conſ. 208. num. 6. verſ. ad idem adduco,
64 Quę & optimè ſconfirmantur, ex deductis in materia relationis, quæ cum hac, vt optimè norunt omnes Iuriſperiti, proculdubio fraternizat & ex his non poteſt dubitari, quin repetitio facta cenſeri debeat, cum affirmet Baldus in conſil. 153. quidam teſtator, num. 2. verſ. in contrarium videtur, vol. 5. quem ſequitur Bero. conſ. l. 49. num. 8. vol 2. quod tamen adducit in ordine 447. in 2. vol. Peregr. d. art. 16. num. 26. & Surd. d. deciſ. 88. num 24. tacitam repetitionem fieri,
65 aut ratione copulæ, & coniunctionis per dictionem, & ; item vel alias coniunctiuas, & con-
66 nexiuas, quas latè cumulat Peregr. d. artic. 16. num 15. cum pluribus ſeq. Aut quia plura reguntur ab eodem verbo, eiuſdemque determinantis verbi, totamq. orationem regentis clauſura determinantur; Aut tandem per rationis identitatem. E contra verò per aduerſationẽ orationis; vt in dictionibus, ſed, ſecus, vel ſimilibus; Diſpoſitorum ſeparationem, & randẽ per aduerſationem rationis; Cum igitur hæc ôia ceſsẽt, prędicta verò intercedant, ſequitur ex repetitione abſurdũ ceſſare, ac rõne ſubſiſtere.

Secunda fuerat noſtra ratio. Quod Statutum de omnibus contractibus intelligendum ſit non ad quatuor reſtringi, ex ipſa rubrica de Contractibus, quæ perfectam orationem continere videtur, & ita indefinitam diſpoſitionem; quæ vt ſuperius hoſtendimus, ſtante identitate rationis,
67 vniuerſali æquipollet, & non reſtringitur per nigrum ſpeciale, etiam dato quod tale noſtrum eſſet. iux. glos. ab omnibus paſſim; & communiter approbatam in l. 1. C. de cap. ciu. conſ exim. lib. 11. Doct. & ſignanter Alex. & Dec. n. 4. Curt. Iun. n. 5. Cagn. n. 46. & Bolognett. n. 11. ff. ſi cert. pet. & per Rot. apud Sanctiſſ. Greg. XV. dec. 5. n.
68 2. & hoc multò magis dicendum, cum & nigrum, vt oſtendimus, itâ intelligi poſsit, vt rubricæ generalitati conueniat, quod præcitati Doct. ac præcipuè Bolognettus n. 7. in d. l. 1. ff. ſi cert. pet. non obſcurè notarunt. Quo argumento in terminis Conſtitutionis Marchiæ vſa eſt Rota in d. Camerin. prædij 16. Nouemb. 1597. coram Car. Seraphino inter impreſſas 1242. n. 3. verſ. hoc quoq. videtur confirmandum.

Huic rationi reſpondent primo loco Domini de Aſſectamento, Rotę authoritatem euadere conati, parum illam vrgere ſenſiſſe Cardinalem Seraphinum, ex illis verbis, quod ſi poſſet habere aliquam difficultatem &c. adiicientes hoc præſertim locum obtinere, quando verba nigri, vt
69 in caſu noſtro, ſunt clara, quo caſu non recipiunt à rubro declarationem, vt poſt alios voluit. Surd. d. conſ. 81. num. 21. in 1. vol.

Secundò aduerſantur, negantes rubricam noſtri Statuti perfectam orationem continere, prout ſupponunt loqui Doctores per nos allegatos, & præſertim Bolognett. in l. 1. num. 15. ff. ſi cert. pet. corrupt. adductum in rubrica num. 25.
70 eodem. Ac dato etiam, quod talem contineret, non ſufficere affirmantes; niſi & deciſiuam orationem habere dignoſceretur. Alex. in d. l. 1. num. 4. ff. ſi cert. pet. & conſ 6. nu. 3. lib. 7. & Laſ. conſ. 52. num. 9. lib. 1. & 205. nu. 1. p. 2.

Probant verò, hanc noſtram rubricam per-
71 fectam non eſſe, quia verbo careat, & adducitur Alex. in d. conſ. 6. num. 2. & conſ. 82 num. 20. vol. 3. & nihil de ſe importare, ſed tantum per relationem ad verba nigri diſpoſitiua, vt in terminis Conſtitutionis Marchiæ, dicit Corn. d. conſ. 121. n. 7. ad fin. verſ. maximè cum illa vol. 3.

Tertiò fuit reſponſio, quod noſtra rubrica ſit particularis, non generalis, illius namq; verba. De contractibus ſine certa ſolemnitate non valituris; ſecundum regulas grammaticales reſolui affirmant; de contractibus, qui ſine certa ſolemnitate non valebunt. iux. gloſ. in Clem. 1. de præben. in verbis, ſi Dignitatibus. Bart. in l. Centurio, nu. 25. in fin. & Laſ. n. 41. ff. de vulg. &

*pup.Corn.consil.*189.*num.*7.*in princip.volum.*4. & *Ruin.consil.*160.*nu.*11. *lib.* 2. cum igitur huiusmodi relatiuum, qui; vt asserunt, ad dispo-
sita in nigro relationem habeat, sequitur, vt ad dispo-
sita in eò illam restringat. *l.ea tamen adi-
ctio* 44.*cum ibi not.per* Bart. & *cat. ff. de leg.*3.

Quarto tandem respondent, quod si nostra ratio vera esset sequeretur absurdum; nam nisi rubrum à nigro restringeretur, vtique compre-
henderentur in illo, nedum mulierum, minorumque contractus; verum etiam maiorum, & absonum, & absurdum esse, nec nos quidem negamus; sicuti igitur, ne hoc sequatur absur-
dum, ad contractus mulierum, ac minorum re-
stringitur, de quibus in nigro disponitur, ita etiam ad illos quatuor dumtaxat relatio est facie da, quorum specialis mentio facta fuit.

Is autem minimè refragantibus, credimus ra-
tionem subsistere.

Primam igitur responsionem aggredientes, Dominorum de Rota in *d.decis.*1242. *corã Car-
dinale Seraphino*, Dominos de Assectamento mentem haud assecutos existimantes; cum etenim sacrum Palatium, aliquibus fundamentis in eo contractu, Statuto locum esse firmasset: & illud ex generalitate rubricæ amplectens, his verbis resolutum roborauerit. (Hoc quoque videtur confirmari in generalitate rubricæ, & proœmij dictæ Constitutionis, in genere de cõ-
tractibus minorum loquentis &c.) & quamuis adiecta prædictis ea verba sint; (Quod & si pos-
set habere aliquam difficultatum, &c.) ex qui-
bus, argumentum ex generalitate rubricæ de-
sumptum, dicitur in dubium reuocatum, cum, ad illud videantur relata; ea tamen non fuit in-
tentio Dominorum de Rota; quibus, cum Doctissimi, ac Celeberrimi fuerint, nullo modo
75 instantanea correctio ingeri potest. *ad l.nam ad
ea ff.de cond. & dem.l.præcipimus, in fin.C.de
appell. Surd.cons.*141.*num.*19.& 20. nec ad ar-
gumentum prędictum verba ponderata relatio-
nem habent; sed ad articulum principalem; quod ex ipsa lectura, ac immediatè emissis verbis, cla-
rissimè insurgit: in quibus dicitur, quod ea dis-
ficultas, si quæ adesse poterat: visa fuerat eò ca-
su cessare propter obligationem insolidum Oc-
tauii, omninò eidem Octanio præiudicialem; ex hac enim ratione adducta declaratur, mentem Dominorum fuisse, illa verba ad dictum princi-
76 pale referre, ad quod erat proportionabilis. *l.
cum mulier, ubi Alexand. in* 5.*not. ff.solut. matr.
Bart.in l.non dubium, num* 10. & *Bald.Aymon.
cons.*227.*num.*11.243.*num.*4.900.*nu.*12. & *pas-
sim. alij*. Et quamuis hoc sufficeret ad tollen-
das omnes responsiones, quæ huic nostro fun-
damento fuerunt allatæ, cum pro eo, ponderatione prædicta minimè resistente, stet authoritas Rotæ fere in terminis; cum, vt iam insinuaui-
mus, non semel decisiones hanc Constitutionẽ, & Statutum nostrum, pro similibus habuerint, & resolutiones vnius ad alterius determinatio-
nem, ac intelligentiam transtulerint, & signan-
ter in alia, *Camerinen.coram Sanctiss Greg.XV.
inter impressas* 260. *num.*2. & 3. & *in Roman.
Pratensi erroris calculi* 473.*num.*5. & *in Perus.
fideiussionis coram Illustrissimo Cardinale Pã-
philio post Pic.* 8, *numero* 3. & 4. attamen non credimus subsistere, quod nigrum Statuti nostri sit adeò clarum, pro comprehenso, ne quatuor dũtaxat enumeratorũ, vt non admittat ex rubri-
ca interpretationem ad alios; contra rationes, in præmissis firmatas, ac tot sacri Palatij certis-
simas resolutiones, quinimò & nigrum explici-
citè in omnibus conuenire videtur, vel saltem eatenus pro comprehensione dispositum, vt ex qualitate rubricæ, etiam quantumuis imper-
fectæ, ac ad simplicem indicationem positæ, ad eam certũ, ac determinatum reddi videatur.

Nec item nostræ rationi secunda responsio re-
fragatur; nam omissis in hac materia, quando
77 rubrica disponat, & orationem perfectam habe-
re dicatur, in qua non parum intricatè Doctores loquuntur; distinctionibus traditis per *Salycet. Alexand. Ias. Dec. Rip. Bolognett. & Cagnol. in l.*1.*ff.si cert.pet.*, siuè rubrum nostri Statuti ora-
tionem perfectam habere dicatur, vt nos in no-
stro Voto diximus, nec errasse, vel saltem cum communi errasse credimus, secuti *text. cum sua rubrica nostra simillima, in definitiõ de Ciuibus agenti. in l.*1.C.*de Capit. ciu.censibus exim. lib.*
11. glossam, & *Bartolum ibi*. quam glossi-per
78 omnes approbatam testatur, *in dicta l.*1.*ff.si cert.
pet.Ias.num.*6. & cum qua Decius; licèt con-
trarium teneat, dici stare communem opinionẽ, & nullum ab ea discrepare, & voluit *Curt. Iun.
cons.*5.*num.*13.& 104.*num.*2. quæ rubrica dici-
tur orationem perfectam continere, vt prædicti, & passim omnes videntur supponere, cum in ea sit fundata communis opinio, de qua mox age-
mus, & in puncto ponderauit, *Curt. Iun. dicto cons.*107. *dicto num.*2.*vers.& ideò etiam retenta*, & clarum est, de per se sufficere ad decisio-
nem causæ, cum sit nigro generalior, nec per nigrum restringi debeat, *iuxta glos. & Bart. in
d.l.*1.C.*de Capit. ciu.cens.exim.lib.*11. in qua, vt patet, cum in rubro tantum haberetur de Ca-
pitatione Ciuium censibus eximenda, & in ni-
gro de Ciuibus Romanis tantum fieret mentio; nihilominùs glossa, & communiter omnes vo-
luerunt post *Bart.* ibi, ex hac rubrica omnes Ci-
ues quarumcumque Ciuitatum comprehendi, ac per nigrum speciale non restringi rubrum; & ideò generaliter ad decisionem causarum hanc, & similes rubricas, generalius nigro loquentes, ac orationem perfectam habentes, in sua gene-
ralitate seruatas, ex ipsis adduci tenuerunt. *in
dicta l.*1 *si cert. pet. Alberic. num.*5. *Bald. nu.*4. *Castrens. numero* 4. *Salycet. numero* 16. *Alex. numero* 2. 4. & 6. *Arct. in primo not.lib. Ias. nu.*
1. *versiculo & quando nigrum, & numero* 3. & 10. *Rip.numer.* 8. *versic. Primus est quando, & num.*9. *Bolognett num.*11. & *Cagnol.num.*24. & 25. *qui Dec. contrarium tenentem reprobat*, à qua nihilominùs non esse opinione recedendum propter communem onet ipse *Dec. in tertia
lectura numero* 8. & *Cagnol.numero* 39. *versic.
in iudicando. Alexand.* quem patrem veritatis nominant, *in cons.*190.*num.*5.*volum.*2.*consil.*1.
*numero*7. *libro* 4. 109. *numero*4. *libro* 5. 89. *nu-
mero* 8. *lib.* 7. & *consil.*6. *num.*2. *libro* 7. *Curt.
Iun. dicto consilio* 5. *numero*45. 65. *num.*2. *post
medium. versic. hac sola igitur, & num.*3. *circà
medium. vers. & sic resultabit*, & *consilio* 107.
*n.*2. *Decia. resp.* 30.*n.*8.*lib.*3. & *Surd. cõs.*402
*n.*12.

num. 11. in tertio. & cùm hæc sacrum Auditorium pertransijt, apud Sanctissimum Gregorium XV. in alias adducta *decis. 5. num. 2.* Cum igitur habeamus rubricam de Contractibus indefinitè loquentem, & in cuius nigro de aliquibus actum tantum dicatur, non debet restringi; sed de omnibus intelligi; cum nulla videatur assignari posse diuersitatis ratio inter hanc nostrã, de Contractibus non valituris; & illam, quam communiter perfectam, supponunt omnes; de Capitatione Ciuium cẽsibus eximenda: & satis concludendum est secundum subiectam materiam pro perfectione nostræ, exemplo, & authoritatibus in illa allatis, cum non sit dare
82 certam regulam super huiusmodi perfectione, *ut post Rip. concludunt Bolognett. nu. 15. vers. quãdo autem rubrica. & Cagnol. num. 46. uersic. ideo non uidetur in d. l. 1. ff. si cert. pet.* & tollitur om-
83 nis scrupulus rationis expressæ generalitate, ac identitate concurrenti, vt in puncto concludit Gabr. *conf. 12. num. 1. vers. tertius casus, & nu. 3. vers. est igitur, rubr. nol.* 1. vbi de cõi testatur.

84 Quæ quidem conclusio planius, apertiusque procedere videtur; si & verba nigri iuxta præfatas considerationes; generalia, quinimò vniuersalia iudicentur, vt dicit Cagnol. *in d. l. 1. nu. 39 post med. vers. qua communis. ff. si cert. pet.* tunc enim generale est quascumque li. & Statutorum
85 rubricas textui consentaneas, ac consonantes, p textu haberi, ac allegari *iuxta glo. not. in rub. ff. si quis lib. esse iussus fuer. Bald. in Rub. C. an seruus ex suo fact. post manum. teneatur* Bened. *Foro ecclesiast. in add. ad Aret. in rub. C. de seru. fugit. Alex. in d. l. 1. num. 5. ff. si cert. pet.* Siuè etiam concedamus, non adeo perfectam, vt ex se possit pro textu deseruire, cum id præcisè in nostro Voto minimè habuerimus: sed, vt cũ suo nigro declarationè staret, causæ resolutioni inseruientes, non autem subtilitates iuris huiusmodi indagantes, aut censuram somniantes; & est firma omnium con-
86 clusio, quantumuis imperfectas rubricas ad nigri declarationem sufficere, vt post alias in *d. l. 1. ff. si cert. pet. concludit Alex. n. 3. 4. & 8. Ias. num. 2. & num. 6. vers. quarto mouetur. Dec. in 1. lect. num. 8 & 9. & in tertia num. 11. Rip. num. 12. & Cagn. num. 49. optimè Alex. conf. 101. nu. 4. lib. 3. Curt. Iun. d. cons. 5. num. 15. vers. Vbi autem quis uellet & Surd. cons. 163. num. 13. in secundo, ac 402. n. 11. & 12. in tertio.* Ita vt datis pluribus nigri intellectibus, ac lecturis, ea semper sit sequenda,
87 quæ rubro conueniat; vt antiquioribus relatis firmant, *Canon. in c. cum monasterium, de elect. in d. l. 1. si cert. pet. Alex. n. 8. Dec. in 1. lect. n. 9. vers. secundo arguitur, in tertia n. 21. vers. similiter argui potest ex rubrica. Cagno. n 49. Imo. in Rub. de verb. obligat. num. 5. Crauett. consil. 457. n. 10. Surd. d. cons. 163. nu. 13.* Quod tantò magis procedit, cum non solùm nullæ aduersen-
88 tur rationes, quo casu excludi huiusmodi interpretationem rubro cõsentaneam, & prædicta limitari, *ex not. per Bart. in l. in ambiguo, ff. de reb dub.* voluit Dec. *in d. l. 1. ff. si cert. pet. in 1. lect. n. 9. circà med. ibi, & hoc est uerũ, nisi pro alia lect. essent alia rationes, quæ præponderarent, & in 3. lect. n. 21. similiter circà med. vers. Et hoc intelligitur.* Sed etiam ratio, & mens statuentium, & nigri ipsius verba maximè adstipulentur; quo fit, vt argumentum ex rubrica deductum, in sua firmitate consistat, & Rotæ authoritas illæsa permaneat. *in dicta decision. 1242. numer. 3. apud Card. Seraph.*

89 Parum igitur curandum est, quod rubrica, vt de se ad causæ decisionem sufficiat, debeat esse dispositiua, & decisiua, quia, vel proculdubio, cum communis stet opinio. quod dicta rubrica de Capit. ciu. cens. eximenda sit talis, quæ ad decisionem causarum sit habilis, intelligitur satis dispositiua. *Curt. Iun. dicto consil. 107. nu. 2. vers. nec obstat præmissa.* quod & in simili de-
90 nostra concludendum videtur: vel loquuntur, ad hoc probandum adducti, contra receptissimam, & communem, iam firmatam, conclusionẽ. Ideòq; cessat Cornei responsio, quod rubrica de se nihil operetur, cum id ex communi tribuatur
91 rubro, vt vel perfectum, vel nigro consonans disponat: vel imperfectum declaret; & ità Dec., qui eadem sentiebat cum Corneo, de seipso professus, à cõmuni non esse discendendum protestatus est, *in d. l. 1. ff. si cert. pet. in 1. lect. n. 6. vers. licet*; quem & alios tenentes contrarium eorum rationibus respondens, reiicit, & communem firmat. *Cagnol. ibi, n. 29. vers. sed non est recedendum, & n. 30. & 39. vers. in iudicando.*

Nec facit, dum pro imperfectione rubricæ nostræ adducitur, defectus verbi, ex Alex. consil. prætitatis; tùm quia in nostris Codicibus, non potuit, hoc dicens, Alexander legi; tùm quia hoc idem potuisset in indiuiduo ingeri præfatæ
92 rubricæ de Capit. ciu. cens. exim. quo tamen nõ obstante, fuit habita pro perfecta, vti & nostra haberi debet, vt in puncto concludit. *Curt. Iun. dicto consil. 107. num. 2. antè med. dicto vers.*
93 *Nec obstant.* tum quia verbum non videtur necessarium; sed subintelligi dicitur, vt docuit Cur. *dict. consil. 5. numero 15. vers. nec mirum videatur* & denique, quia nec verbo carere censetur, cum illud participium valituris contineat vim sui ver-
94 bi, & resolutur de contractibus, qui sinè certa solemnitate non valebunt, vt ipsimet DD. de Affectamento in 3. respons. ad hanc ipsam rationem, concedunt; *iux, theoricam Bart. in l. Cæsarius, obi eam sequitur Ias. nu. 43. ff. de nulga & pup. & ultrà alios, quos refert; tenuit Aym. cons.*
95 *714. n. 14.* & in participio, valẽtibus, ex eodẽ verbo, *idem Aym. cons. 836. n. 2. & cons. 880. n. 16.*

Tertia quoque responsio ex prædicta communi sublata videtur; quia, sicuti huiusmodi relatiuum, qui, virtualiter in participio eximenda comprehensum, minimè resistit, quominus dicta rubr. de Capit. ciu. cens. exim. perfecta dicatur, & generaliter intelligatur, ità nec illud,
111 quod comprehenditur in participio valituris, huic nostræ obesse poterit. Nec magnifacienda est, in his terminis, illa regula, quod relatiuum hoc sine copula stet restrictiuè, & limitatiuè, iuxtà firmatam distinctionem per, Bart. & alios communiter in *l. ea tamen adiectio 44. ff. de leg. 3. in l. omnes Populi, ff. de iust. & iur. & latissimè in l. cũctos Populos, C. de Sum Trin. & fid. Cath.* & omnium optimè per Clarissimum Ang. de Aretio *in §. ius autem Ciuile, n. 1. vers. in glo. morib. inst. de iu. nat. gen. & ciu.* & procedit ẽt in
97 relatiuo implicitè in participio comprehenso *Ruin. optimè post alios in cons. 174. num. 2. vol. 2*

& in conſ.158.num.8.vol.3.Surd.conſ.127.n.48. latiſſimè exornans, conſ.135.num.102. & 103. in 1.volum.conſ.151.num.52 in ſecundo,& 315 num.23.in tertio. Quia, vltrà quod hæc non
98 videtur propriè reſtrictio, ſed quædam adiectio & demonſtratio rei, de qua agitur, vt declarat Bolognettus *in d.l.omnes populi, num* 19. & regula non eſt perpetua, quinimò multas limitationes, ac difficultates patitur, quas refert *Laſ. in d.l.cunctos Populos, num.2.cum pluribus ſeq. & Bolognet.in d.l.omnes Populi,num.18.cum*
99 *ſeq.* reſtrictio huiuſmodi, ſi reſtrictionis nomen, quod ei Doctores accommodauere, meretur; latiores fines non habet,nec magis ſtringit, quã
100 per ipſum relatiuum in adiectionis modum demonſtretur. *ita loquitur text.& ibi Bart.in d.l. ea tamen.adiectio, & perpendit Menoch.conſil. 658.num.3.* in reliquis verò, tantum abeſt,quod reſtringat, quod repetitionem præferat cum
101 omnibus ſuis qualitatibus; participio namque
102 implicitum relatiuum idem operatur, ac explicitum, & eandem relationem, & repetitionem inducit. *Ruin. dicto conſ.174.nn.2.vol.2. Surd. d.conſ 315,num.22.vol.3.* ideoque non ideò minus in noſtra rubrica de omnibus indefinitè contractibus actum videtur; imò & quidem magis,
103 cum & idem de omnibus repetitum cenſeatur. *ad tex.in l.à filio, § teſtator, ff.de alim. & cibar. leg.* & hoc ſibi voluiſſe videtur Bolognet. *in d. l.omnes Populi,nu.19.in fine. Roman.conſ.58.nu. 23.volum.3. Pariſ.conſ.97.num.94.& 95. lib.1.*
104 vbi quod relatiuum exprimit ſuum antecedens, cum omnibus ſuis qualitatibus. *Surd.d conſ.315 in puncto relatiui in participio comprehenſi.volu. 3.& conſ.460.num.38.* quod refert relatum cum omnibus ſuis condition.bus, & qualitatibus. *Gutierez.conſ.18.num.57.& 58.* vbi quod tanta
105 vis eſt in termino referente, quanta eſt in relato, *Rota apud Gregor.* XV. *dec.433. num 9. &*
106 10.in qua dicitur relatiuum ex ſui natura, retentis terminis relati, intelligi; & ita, iuxta terminos eiuſdem relati, ad omnes extendi & referri, Grat. *diſcept.forenſ.cap 468. num 72. & optimè Rot.poſt Corn.quem adducit dec.211.num.6. p.2.*
107 *diuerſ.* vbi quod huiuſmodi relatiuum non reſtringit generalitatem verbi relati; ſed eam refert ſecundum naturam, & proprietatem ipſius, ied, vt retentis terminis, referentis, & relati, rubrica indefinitè loquitur de omnibus omnibus contractibus ſine ſolemnitatibus emiſſis, & vel de omnibus diſponit, vel ad omnes nigrũ, etiam ſi particulariter loqui quodammodo videretur, iuxta præmiſſa declaratiuè extendit; nec enim illud relatiuum operatur reſtrictionem ad comprehenſa in nigro,vel alia quæcumque extriſeca, prout Domini de aſſectamento dixere, in quo ſtat æquiuocum; ſed ad ipſam tantum adiectionem,& demonſtrationem per relatiuum adictã Quæ eo maximè procedunt,quia cum ratio & mens ſtatuentiũ ampliatiuè & copulatiuè ad rubricã poſita, ſit generalis: quatenus nigrũ ſpeciale eſſet, & ad illud per huiuſcemodi relatiuum fieret relatio, talem eidem relatiuo reſtri-
108 ctiuam, ac limitatiuam qualitatem adimerent, *vt in puncto poſt Corn.ſcriptum reliquit Aymon. conſ.936 Iuſſus D.Bartholomæus num.12. verſi. ad quam ſententiam, vol.3.* mens etenim diſponentium & in hoc præcipuè attenditur. *Alciat. conſilio 6. in controuerſia Magnifici, libro.9. com.2.*

His igitur ſtantibus, nec noſtra ratio,pro corroboratione adducta, perimitur; nec à natura rubricæ aliena videri poteſt, vt Domini de Aſſectamento cenſuere; quæ non ſolum ſtat ad de-
109 monſtrandumm; ſed etiam, ſi eſt perfecta, reputatur legis initium, & pars. *l.reg.9.§. fin. ff. de tut.& fact.ignor.Bald in conſ.34. Statutoſcis Capitulo Communis Fauentiæ. num.3.in fine verſ.nam.rub.vol 5.Dec.in d.l.1.in 3.lect.nu.8. ff.ſi cert pet.Gabr.conſ 12.num.6. verſ. ſecundo, vt faciamus, vol.5.* Si verò vtcunque imperfe-
110 cta, & nihilominùs vim nigri declaratiuam contineret; vt probauimus, inuicemque quandam tacitam relationem habere dicuntur, *vt notat. DD. communiter in d.l.1.ff.ſi cert.pet.*

Denique non obſtat ponderatum abſurdum, quia & hac ipſa ratione, quia abſurdum ſequeretur, quoad perſonas, de quibus in rubro nihil
111 actum fuit, à nigro recipiet interpretationem, & declarationem; licet quoad contractus perfectum iudicetur, cum ex eius verbis colligatur mens ſtatuentium. *Curt.iun.d.conſ 5. num.15. verſ.nec mirum* quem Gabr. mox citandus amplectitur, vt *poſt alios in d.l.1 ff ſi cert. pet.* in punctо declarauit Gabr *d.conſ.12.num.6.vol.1.*
112 cum nulla ſit diſpoſitió quantumcunque vniuerſalis, quæ per diſponentem adiectam declarationem reſpuat. *Bart.in l generali, § vxoris, ff.de vſufr. leg.Surd.conſ.48. num.25.77 nu.26.131. num.22.551,num.33.& paſſim alij*, nec eſt trahen. ad caſus,& perſonas, quibus mens diſpo-
113 nentium aduerſatur, *vt poſt alios Aym.d.conſil. 70.num.25.* & in quibus eadem ratio minime viget, *vt l.creditor.§.datur, in fin. ff. de bon. auth. Iud.poſſid.* Aym. *conſ.144.num.6.Surd.conſ.465 num.17.* multoque minus ſi contraria vigeat; ideoque Dominorum de Aſſectamento corruit argumentum, dum è reſtrictione Rubricæ perſonarum minorum, & mulierum reſpectu, iuxta mentem, & rationem Statuti: contra eandẽ ad earundem obligationum, & contractuum reſtrictionem, inferunt.

116 Vltimùm, ac tertium fuerat noſtrum fundamentum, hanc eandem ſententiam ratione; nec immeritò, & obſcurè, probari; nam, cum huiuſmodi noſtrum Statutum ſit fauorabile, vt pluries in prima Inſpectione diximus, & in prima par. huius nu. 37. probauimus, ac ad euitandas fraudes, captioſaſque minorum,mulierumque quibus obnoxiæ ſunt, circumuentiones, emanauerit; vt in principio illius, quam finalem
115 rationem Statuti huius in terminis pluries ſacrũ Palatium perpendit, *& ſignanter apud Creſc. d.deciſ.3.num.1.de Conſtit. apud Caputaq.deciſ. 190.num.2.par.3.inter recent. deciſ.678.num.4. par.1.deciſ.619 num.5.721. num.18. in fin.& par.2. & paſſim in alijs, & nouiſſimè in dicta Romana Nullitatis obligationis 26. Iun. 1626. coram R.P.D. Durano.& Pic.ad hoc Statutum, gloſ.7.n.2.& 3. cum ſeq.* quæ cum ſit præcipuè expreſſa, & non ſolum in enumeratis contractibus, ſed etiam in alijs vigere dignoſcatur, ad omnes Statutum extendit. *iuxta notat. per Bald.& alios in auth. quas actiones,* C. *de Sac. ſanct.*

ſanct. Eccleſ. Creſcent. dicta deciſ. 3. num. 8. & 9. & concludunt deciſiones, de quibus late in prima Inſpect. & demũ in d. Romana Nullitatis obligationis 1626. coram R. P. D. Durano, quod latiſſimè *hac eadem inſpectione par. 2.* comprobauimus.

Canonizzatæ huic rationi opponunt Corneum *in ſæpè dicto conſ. 121. num. 9. verſic. Iſte enim rationes. in 3. vol.* vbi dicit *quod non decet huiuſmodi rationes, adeò generales, dicta ſpecialia, maximèiniurium correctiua, & penalia extendere: tunc enim iura in authoritate potius, quàm in ratione illa, nimis generali, fundantur, nec tunc ratio dicitur de leg: diſponere ad Bald. in cap. 1. §. ſi decedenti, qui feud. dar. poſſeſſ. in vſib. feudorum.*

Secundo dicunt: huiuſmodi rationem minimi habendam eſſe doceri in omnibus deciſionibus ſacri Palatii, in quibus firmatur, ſtatutum locũ habere in illis quatuor tantum ènumeratis, & argumentum ab hac fraudis ratione expreſſa deſumptum, in aliis tantum procedere, quando in illis vnus ex quatuor continetur, *vt in dec. 3. Creſcenz de Conſtit. & 55. Put. lib. 3.*

Et quamuis rem actam agere videamur, cum ex præfatis ſatis colligi congruæ reſponſiones poſsint, attamen ne quid noſtro muneri deſit; & ſuper his breuiter tamen, ac concluſiuè inſiſtimus,

Et quia totũ fundamentum Cornei ſit in theo-
118 rica *Bald. in d. cap. qui feud. dar. poſſint*, quæ paſſim adducitur, *in §. ſi decedenti. nobis autem, §. & quia vidimus, num. 54. verſ. modò queritur, quid eſt ratio*, & non quidem in contextu Baldi, ſed in quadam add. *ſub lit.* C. quod anima fuerit, Tiraquell. qui eam re aſſumpſit, *tract. Ceſſante cauſa, in prima par. lit. L. num. 171.* & quam in paucis libris haberi, pluries de ea lętatus, affirmauit Corneus ipſe *conſ. 227. ad fin. lib. 2. conſ. 90. num. 13. conſ. 121. num. 9. & 136. nu. 6. poſt med. vol. 3. & conſ. 53. num. 11. in princip. vol. 4.* qui quidem Baldus, vel quiſquis ille fuerit, dicit, quod aut
119 ſtatutum ratione diſponit, & ſeruamus ſtatutum,
120 *l. proſpexit, qui, & à quibus*, aut ratio de conſtitutione diſponit, & ſeruamus rationem, quia prior in potentia eſt, *l. Labeo. de ſuppell. leg. De* huius theoricæ applicatione videndum eſt, de veritate enim minimè congruit dubitari, cum vſq; modo nullus, quem reperire potuerimus, id auſus fuerit; & quidem Corneus, quicquid in aliis conſiliis dixerit, vt benè retulerunt Domini de Aſſettamento, *in conſ. 121 num. 9 lib. 3.* Baldi theoricam inducit in terminis Conſtitutionis Marchiæ, in qua in principio, & in parte procemiali, adducitur ratio numeribus penè omnibus rationi, in præfationibus ſtatuti noſtri adductę, conueniens; ad oſtendendum non rationem, ſed in ſtatuto eo caſu attendi debere; ſtatutumque tunc de ratione, non è contra rationem de ſtatuto diſponere, in quo licet Corn. eminentiſsimus fuerit Iureconſultus haud dubiè malè ſenſiſſe videtur, nec immeritò, magna tamen modeſtia, redargutus per Aym. *in conſ. 227. nu. 4. cum ſeq.* ex ſupra firmatis concluſionibus, & ratione finali, & in præfationibus emiſſa, talis enim
122 ea iudicatur, *l. ſi. poſt eundem Aym. ibi nu. 2. verſ. tertia cauſa, vbi Bar. Bal. & cat. ff. de hæred. inſt. poſt finalis, quæ mouit. tradit. Rol. conſ. 67. n. 70. 71. & 72. vol 3. Burſatt. ex communi conſ. 9. n. 13. lib. 1.* & in terminis Conſtitution. Marchiæ *Boer. ad eam gloſ. 1 num. 5.* qui Aymon ſecutus eundẽ Corneum ibi ipſi contrarium, ac repugnantem *in conſil. 173. num. 3. in princ. verſ. ratio enim generalis, vol. 4.* de prędictis eiuſdem Cornei conſilii ſpecifica mẽtione facta, ex præfata tehorica
123 Baldi concluſit rationem generalem in præfationibus emiſſam, extendere Conſtitutionem, ac de lege diſponere, *vt num. 7. verſ. alibi ſcribit. Bald.* quod iterum, *& in conſ. 243 nu. 3. & 970. nu. 4.* ſecutum, eadem admittens, amplexus eſt, *Menoch. conſ. 434. num. 8. & 9.* vbi expreſsè firmant, generalem rationem de lege, non è contra diſponere, & in indiuidno Boccat. *in d. glo. 1. num. 2. & 3. ad fin.* qui Corneum ibi explicitè, & in alio nominatim refellit, *n. 15.* & ex hac ratione in puncto Conſtitutionem Marchię extendi ad omnes, in quibus viget ratio, in Rota obtinuit, vt apud Sanctiſsimum Greg. XV. *in deciſ. 260. num. 3. & apud Pic. deciſ. 8. num. 3.* Earum igitur curandum eſt de Cornei dicto, qui ex ratione in præfationibus, finali diſponentium, & in l. expreſſa credidit, non extendi ad omnia, diſpoſitionem; eamque de lege minimè diſponere; contra opinionem magis communem, ac receptiſſimam de qua ſuperius latè & in puncto
124 Statuti noſtri, rationem in præfationibus poſitam, de lege diſponere, eamque ad omnes contractus extendere, ſi extenſio dici poteſt comprehenſio; clarè firmatur authoritate ſacri Auditorii *apud Creſc. d. deciſ. 3. num. 9. Put. 55. n. 5. & 6. lib. 3 in recent. 619. nu. 5. par. 2. & coram R. P. D. Durano, in d. Romana Nullitatis obligationis 26. Ianuarij 1626. & paſſim. in alijs.*

Qua propter remanet etiam ſublatum, quod ſecundo loco deducebatur ex Rotæ authoritate, quæ ratione expreſſa Statuzum paſsim extendit vltra quatuor nominatos, vt in deciſionibus in prima Inſpectione relatis; quibus minimè aduertantur illæ, quæ dicunt Statutum loqui de quatuor, quia non excludunt, & cæteros comprehendi, quod iam pluries inſinuauimus; & probant optimè ea: quæ ad diluendum argumentũ, ex ipſo Statuto ex aduerſo deſumptum, ab inclu ſione vnius ad excluſionem aliorum, deduximus;
125 deciſiones etenim Rotæ, tanquam magiſtrales, ſecundum iuris diſpoſitionem intelligi debent, vt ipſimet Domini profeſſi ſunt, apud Sanctiſsimum Gregorium XV. *deciſ. 511. nu. 25.* quæ cũ in præfatis, in terminis, adſint, non eſt opus in ſimilibus generalibus immorari, vt apud eundem Sanctiſs. Gregor. XV. habetur *in deciſion. 256. num. 3.* & cum faciant communem opinionem ab omnibus Iudicibus propter DD. Auditorum grauitatem, ac præexcellentem doctrinam amplectendæ ſunt; vt paſsim primarij Iurisconſulti agnouere; quibus ſubſcribit, *Surd. conſ. 204. n. 83. & 84.* & eminentiſsimus Dominus Scaccia *in tract. de Sent. gloſ. 14. quæſt. 14. num. 3.*

Cętera, quæ præfatis, ſatis extra materiam noſtræ quæſtionis, ſubnectunt, & nobis ingerunt; vel ex ſuperius traditis ſublata remanent, vel ſcientes etiam condonamus, huicque Inſpectioni finem damus.

Verum quoniam ex determinatione huius nõ

præ-

præcedentis tũm rationis, vt Domini de Assectamento, reculere, quam habuimus desceptationis, in qua iam probauimus statutum in omnibus locum obtinere; & signanter in emptione, & venditione, cessione, transactione, permutatione, deposito, societate, & similibus, qui non solùm de sui natura contractus prejudiciales non sunt, sed etiam multoties commodum afferunt, & vtilitatem; corruere affirmauimus distinctionem, quam ipsi firmare nituntur, inter contractus de sui natura læsiuos, & præiudiciales; & ex accidenti tales, tùm quia ex dd. resolutionibus confundi videatur, tum quia statutum de læsione nihil dicit, sed tantum fraudem, circumuentionem. & dolum considerauerit, *vt in principio, & fine statuti nostri cuique patet*, quam fraudem & circumuentionem, etiam læsionem citrà dari asseruimus, in hoc dictum insilientes dixereesse contra statuti verba, Rotæ authoritatem, ac omnium communissimam assertionem, *in l. 2. C. de rescind. vendit.* deceptum in pretio læsum, & læsum in pretio deceptum idem esse, habentem: opere pretium existimauimus, quamuis ex superius traditis iam distinctio confusa remaneat, & huic insultationi per modestè, non pro meritis, quantum possumus satisfaçere, ingerunt igitur tria. Primo hoc dictum esse contra statuti verba. Secundo contra Rotæ resolutiones. Tertiò demùm contra communem conclusionem omnium, *in dicta l. 2. C. de rescind. vendit.*

Et quidem ad primum, ipsius statuti verba satisfacient, in quibus mens, & ratio statuti fundatur videlicet, *volentes etiam fraudibus obuiare &c. nè defraudentur, &c. & in fine & iuramentũ dolo, & metu extortum censeatur, &c.* nunquam tamen negauimus, quamuis statutum fraudem, & considerauerit, dolum reipsa, & intercedente læsione excludi, imò & magis, magisque includi.

Nec facit, quod ex statuto proximiores iurare teneantur, non cedere in præiudicium, quia huiusmodi verbum adaptatur generaliter ad omne factum contra Iustitiam, & iniuriosum *can. vlt. quia resp. in fin. 11 q. 1. Alberic. in suo Diction. L. P. in hac dictione*, Præiudicium, & latiùs patet, quàm læsio, ita vt læsio nulla considerari possit, vbi præiudicium esset, *Odd. de restitut. in integ. quæst. 17. num. 52.* licet quandoque pro synonymis haberi videantur; & promiscuo vsui deseruire, vnde & in Rota, in causa tamen nostri Tribunalis, & in qua nos iudicauimus, fuit sub dubio relictum, an hoc iuramentum ad donationem in statuto expressam, referri debeat, quæ non potest non esse damnosa, ac præiudicialis, licet in ea læsio nulla consideretur, quod inferiùs, dicemus, *vt in Romana Nullitatis donationis 4. Maij 1626. coram bo: mem: Burotto*, quod tamen apud nos modicam continere videtur difficultatem, tùm propter orationis vnitatem, & æqualem ad omnia eiusdem clausulæ determinationem; tum quia potest, & illud iuramentum secundum subiectam materiam, & naturam illius contractus, & aliorum similium, respectu quantitatis, & qualitatis rerum, modi, & conditionum donationis, donantis, ac donatariorum status, & conditionis in multis cognitioni causæ, ac Iudicis informationi deseruire, Dominis tamen & cognoscendum, & resoluendum, vbi esse præbuerit occasio, derelinquimus.

Quo verò ad secundum, excluditur omnis amaritudo, ex ipsimet decisionibus sacræ Rotæ, iam plenè relatis in prima Inspectione, quibus nedum subscripsimus, & subscribimus, sed & famulari profitemur, in iis enim habetur, statuto locum fore in omnibus contractibus, in quibus directè, vel indirectè, & per accidens minores, & mulieres lædi possunt, ex quo & læsæ, læsiuè præsumuntur, si solemnia omittantur; quinimò fraudes, & deceptiones fore consideratas non prejudicialitatem, ac damnum manifestè patet, ex quo statutum mulieribus, & minoribus donationes permittit, & alios contractus præiudiciales, & damnosos, *vt in puncto sacrum Palatium ponderauit dicta decisio. 619. num. 3. par. 2. recent.* & ipsimet Domini de Assectamento firmarũt, *hac eadem Inspectione secunda §. seis vers. Sed quia in alienatione. vbi differt in hoc d. Stat. 151. in quo vtilitas non requritur, cum omnes illi quatuor sint damnosi, & permittantur.*

Hocque in donatione simplici, præ ceteris, manifestum sit, in qua, quia à mera donantis liberalitate proficiscitur, læsionis ratio minimè habetur, *l. 1. ff. de donat. Gratian. discept. forens. cap. 470. num. 42. & alij passim*, cum de sui natura damnum, & præiudicium donantis contineat, *Alb. cons. 77. num. 22. & 100. num. 5.* cum qui donat, perdat, *& nouissimè Pic. ad statutum nostrum glo: 7. num. 17. & Rot. inter decis. per eundem vbi Colleti. decis. 49. nu. 7.* tamen omninò deceptio, & fraus in ea consideratur, & in minore, & muliere verisimiliter intercessisse creditur, *vt vos iuris idem Alb. d. cons. 77. num. 22. & 100. num. 5. Curt. Iun. cons. 141. num. 17. & Ros. decis. 102. nu. 8. par. 2. diuers.* & ideò, quod attinet ad statutum nostrum, mulieres, & minores possunt quidem seruatis solemnitatibus lædi, & perdere, & tamen non permittuntur decipi, & fraudari.

Nec aliquo pacto aduertatur tandem nostrum dictum notatis. *in l. 2. C. de rescind. vendit.* nec negat, deceptũ in pretio dici læsũ, & læsũ secundum subiectam materiam illius legis, & tituli, sub quo fieri est, ex parte emptoris contractu cõsiderato, in pretio deceptum intelligi; respectu verò venditoris, circà æquiualentiam rei ad precium, & quatenus commutatiuam Iustitiam respicit, *vt notat. D. Seraf. de Commerc. §. 1. quæst. 7. par. 2. ampl. 10 num. 15.* ex hoc tamen nullatenus deduci potest, minimè læsum in precio, & commutatiua Iustitia inspecta, deceptum dici non posse, quod & nos asseruimus, & probari videtur aliàs deducta, *l. 5. C. de rescind. vendit. cum vbi not. per glo. & alios*, vbi in vendente rem, quam vendere non intendebat, vel aliàs ex causa ipsum contractum, & qualitates, & modos contrahendi respiciente, prout declarat *Odd. post alios de restit. in integr. quæst. 4 art. 10. num. 83. cum seq.* vbi ostendit etiam circà interesse affectionis hoc locum habere, *& signanter, num. 89. ibi, vel quia læsus sit in ipso actu vendendi, quia nocuit ei rem suã vendere, licet pro iusto precio vendiderit, & quæst. 58. artic. 1. num. 15. cum seq.* quod nos in nostro voto intelleximus, dari autẽ fraudem sine læsione negare, prout ipsi Domini de Assectamento negarunt, periculosum videtur, tùm quia ex hoc destrueretur communis distinctis

dio doli, & fraudis ex consilio, seù proposito, & ex euentu, seù re ipsa, cum, nisi daretur fraus ex consilio absque ea, quæ re ipsa dicitur, non contra distingueretur simpliciter ab ea; tum quia, & dolum & fraudem sine læsione, & læsionem vicissim sine dolo dari, manifestè concludunt Iurisconsulti Primarij, dolum, & fraudem sine læsione, *Gemin. in c. 1. num. 8. vers. quod si dolus. de restit. in integr. vbi quærit, an ex hac parte doli absque læsione restitutio detur, & dicit, quod non, & clarius Odd. de rest. quæst. 4. art. 5. nu. 15.* item probatur ex ea conclusione, an fraudes minimè nocibilis puniatur, in qua distinguunt, an dolus intercesserit, vél ne, concludentes expressè, dolo intercedente, etiam si nocibilis non sit, pœnæ locum fore, *vt post alios Parisius. de fals. & simul. quæst. 150. num. 339.* è contra verò læsionem sine dolo, & deceptione dari, licet fatis deceptiua, ac commentitia illa conuentio videatur, in qua quis re ipsa decipitur, dolus quàmuis aduersarij minimè accesserit, *vt post Salye. & Mast. dicit Odd. dicta quæst. 3. art. 1. num. 11.* probant *Abb. num. 4. & Aret. num. 14. in cap. cum causa. 42. de testib. quos sequitur Scacc. de Cõmerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 10. num. 52.*

119

140

141

INSPECTIONIS TERTIÆ

SVMMARIVM.

1 *Contractus recognitionis bonæ fidei cum receptione pecuniarum, mulieris, & minoris statuto nostro, cap. 151. lib. 1. secundum aliquos non comprehenditur, sed vide contrà num. 2. cum seq.*

3 *Principalis considerato effectu dicitur ille, ad quẽ vere pecunia, & vtilitas peruenit.*

4 *Principales dicuntur expromissores, & qui principaliter se obligauerunt, suppositis habilibus, etiam in re, & ex re alterius.*

5 *Fideiussores videntur in Societate officij omnes obligati, respectu officialis.*

6 *Statutum nostrum cap. 151 lib. 1. in recognitione bonæ fidei minoris, vel mulieris recipientis, siue vti particulares, siue vti fideiussores considerentur, locum habet, eadem vigente ratione & num. 8*

7 *Statutum cap. 151. lib. 1. non habere locum in contractibus, in quibus minores, & mulieres recipiunt, quibus authoritatibus, & rationibus comprobetur.*

9 *Statutum cap. 151. lib. 1. habet locum in contractibus quibuscunque minorum, & mulierum, etiam si mulieres, & minores pecunias, vel aliud receperint.*

10 *Mulieribus, & minoribus petentibus eorum obligationes nullas declarari vigore statuti nostri, non obyeitur receptorum restitutio.*

11 *Beltram. conciliatio in add. ad decis. Sanctiss. Gregor. XV. decis. 721. num. 28. vers. verum hæc conclusio, quo modo intelligenda.*

12 *Minores & mulieres, cum iactura alterius locupletari non debent.*

13 *Mulieres, & minores nulliter vigore statuti nostri cap. 151. lib. 1. obligati, eatenus ad receptorum restitutionem tenentur, quatenus in rem eorum versum appareat.*

14 *Actio nulla oritur ex contractu sine solemnitatibus statuti nostri 151. lib. 1. per minorem, & mulierem celebrato.*

15 *Mulieres, & minores ad receptorum ex contractu nullo defectu solemnium statuti nostri 151 lib. 1. restitutionem, ex æquitate legis naturalis & alia actione ex lege conueniri possunt; non ex contractu reprobato.*

16 *Decis. 36. num. 5. post Zacch. de Societ. coram Car. Millino perpenditur.*

17 *Rom. cõs. 280. & 394. quid quærat, & de eiusdem doctrina intellectu, latè in seq.*

Statuto stante minorum, sine certa solemnitate, & coniunctorum præsentia, bona sua obligantium obligationem non valere, validè sine dictis solemnibus recipientes, quietationem facitũ & Instrumentum liberationis.

18 *Creditor recipiens, quod sibi debetur, tenetur cautionem facere, & Instrumentum ad probandã liberationem, qua solutione ipso iure inducitur.*

19 Romani authoritas magna.

20 *Hypotheca, ac pignoris constitutio in statuto nostro comprehenditur.*

21 *Pactum, & obligatio de vlteriùs non petendo, ex quietatione resultat.*

22 *Creditor recipiens, quod sibi debetur, cautionem tantum simplicem, ad probandam solutionem, facere tenetur, ex l. necessitate.*

23 *Statutum, quod mulieres, & minores non possint, sine solemnitatibus obligari, non procedere, quãdo legis necessitate obligantur, eò casu intelligitur, quando obligatio, ex legis necessitatete procedit. & legis necessitatem non excedit, & seq num.*

Romanus cons. 280. & 394. intelligitur.

24 *Quietationes, vel obligationes, quæ fiunt per minores, vel mulieres, prohibitas sine solemnitatibus statuti contrahere, seu obligari, valent sine solemnitatibus, quando contrahunt, vel obligantur necessariò, ex legis authoritatè, & quatenus tantum legis necessitas vrget.*

25 *Quietatio facta per mulieres, & minores, recipientes ab eo, qui nulla solumdi, & tradendi necessitate coactus erat, & quod ipsi non arctabantur recipere, statuto nostro comprehenditur.*

26 *Decij. 344. apud Cardin. Manticam quando procedat.*

Decis. Rom. Salu. Interd. 9. Decembris 1613. coram Reuerendissimo Domino Coccino, quomodo procedat.

27 *Mulieres, & minores, ex contractibus sine solemnitatibus statuti nostri initis, recipientes, eatenus ad restituendum recepta, ex æquitate legis tenentur, quatenus locupletiores facti probentur, & in rem eorum versa.*

28 *Decis. Romana Societ. offic. 13. Februarij, 1606. coram Litta, quomodo intelligatur, & procedat.*

29 *Obligatio mulierum, & minorum solemnis in nouam transfundi, sine solemnibus statuti potest, & valet.*

30 *Mulieris obligatio pro alijs non obstante Velleiano mere iure tenet, per exceptionem quamuis elidatur, excepta obligatione pro vire, qua ipso iure est nulla, num. 31.*

32 *Excipiens in sua exceptione est actor.*

33 *Excipiens probare tenetur suam exceptionem, cum omnibus qualitatibus necessarijs ad suam intentionem necessariò concludendam.*

34 *Mulier, quæ recipit, vel effectiuè incumbens, tenetur dicere, ex receptione non fuisse locupletem effectam, aliàs censetur locupletata ad excludendam eius intentionem.*

35 *Contractus à mulieribus, & minoribus, intuitu sine solemnitatibus statuti, præsumitur damnosus.*

36 *Locupletionem, qui dicit minorem, vel mulierem ex receptione, probare tenetur.*

37 *Locupletior quis non dicitur, ex sola receptione.*

38 *Obligatio minoris, & mulieris, sine solemnitatibus statuti nostri, æquiparatur obligationi pro viro & cum viro per mulierem habitæ, non cū & pro alijs extraneis.*

39 *Dolus, & deceptio in obligatione mulieris pro viro, & cum viro præsumitur, nisi concludenter in rem ipsius versio probetur.*

40 *Obligatio mulieris pro viro, & cum viro est nulla ipso iure.*

41 *Gratian. discept. forens. cap. 376 num. 32. cum seq. & cap. 879. num. 11. recyditur.*

42 *Amissionis, & profectionis possibilitas in muliere recipiente minimè consideratur, quod intelligi, vt num 43. cum seq.*

43 *Mulieres, & minores ex nostro statuto pupillo tutorem habenti, æquiparantur.*

44 *Regula l. in pupillo, ff. de solutionib. locus in mulieribus, & minoribus, stante dispositione Statuti nostri cap. 151. lib. 1.*

INSPECTIO III.

Deuenimus tandem, Deo dante ad vltimam difficultatem, in qua Domini de Assectamento concludunt, minores, & mulieres bonam fidem in Societatibus officiorum recognoscentes, ac pecunias recipientes, non seruatis solemnitatibus statuti nostri, validè obligari, quod in fine voti, tanquam Rotæ authoritate munitum, ac antiquorum de Assectamento rationibus optimis firmatum, tenendum, ac seruandum censuere. Et quamuis satis in hoc videri posset, cum non respondeant vltima primis, ipsos in vtroque summoperè deceptos ostendere, cum nec Rota in hac sententia, vt ostensum fuit, resederit vnquã, vel in ea, ex confessione propria eorundem DD. de Assectamento, nũc saltem permaneat, *vt in hac tertia Inspectione vers. Non obstat decis. manifestè apparet*, dum dicunt, huic eorum sententiæ, & hac sunt formalia verba *non obstare decisionem coram R. P. D. Durano, in qua in terminis fuit resolutum contrarium*, nec Assectamentum perpetuò & constanter eam custodisse videatur, *vt ex voto superiùs posito, cum resolutione dissectamenti euincitur.* Attamen quia, & nos in nostro voto, receptione minimè reſ-agenti, eile locũ statuto posuimus, & aliqua in superioribus dicere polliciti sumus: & quoniã hoc ex eò Domini de Assectamento procedere, quia sub quatuor expressis, nec directè, nec indirectè cõtinentur, voluerunt, quod immediatè percutit articulum principaliter discutiendum, aliqua proponere decreuimus, nostræ, imò sacræ Rotæ sététiæ inseruientia. Vt igitur in huius articuli discep-

tione maturè, ac ordinatim procedamus, illud in primis dignoscendum, an huiusmodi contractus recognitionis bonæ fidei, cum receptione pecuniarum, siuè ille, qui recipit principalis, siuè fideiussor iudicetur, in statuto comprehen-
1 datur, quod, sicuti expressè Domini de Assectamento hisce verbis negantur. *Pretenso hoc casu intrat ratio approbata à Rota, & Doct. quod hic contractus non est directè, nec indirectè vltra ea quatuor, cum non continet donationem, refutationem, quietantiam, vel pactum de non petendo*, ita nos, vtroque casu affirmare, nequaquam hæsitamus, si etenim ipsos minores, vel mulieres inspectis effectu, & personis obligatorum, non dantium pecunias, & contractus substantia, ex quo ad eos pecunia pernenit, & negotium
3 pertinere apparet, vti principales consideremus, & pro principalibus habere velimus, *ad text. in l. sed, & Iulianus, §. interdum, ff. ad Maced. Gabriel. in terminis, cons. 63. num. 10. lib. 2.* vt pluries etiam tenuit Sacrum Palatium, *in addit. Rom. Subhastationis bonorum 8. Iulij 1597. coram Cardin. Lancellotto impressa per Zacch. de Societ. hic in ordine 56. num. 3, & in Romana Societat. 10. Maij 1604. coram Sacriss. Grig. XV. post eundem 45. num. 8. in princ. inter impressas vero Antiq. 167. nu. 6. vbi Bertram. nu. 10. plures obligat, & Zacch. mox citatus, num. 10.* vel suppositis habilibus, eosdem etiam respectu dantis, & contractus tales considerare valeamus, super officio alterius contrahentes, *text. recit. in Rom. Societatis 9. Maij. 1588. coram Gypsio, apud Zacch. 31. num. 3. cum seqq.* vt pura quia in eodem in-
4 strumento, tanquam expromissores, cum officiali contraxissent; *Surd. cons. 150. num. 57. Rota decis. 153. num. 6. par. 2. diuers. Bertram. ad d. decis. Sanctiss. 167. num. 10. vers. hoc autem procedit*, siuè etiam vti fideiussores officialis, & aliorum
5 obligatorum, *vt nos per eundem Gabr. d. cons. 63 num. 1. cum seq. Honded. cons. 38. num. 3. Ma. 1. & alys relatis, Card Mantic. de tacit. & ambig. lib. 6 tit. 2. num. 18. Felic. de Societ. cap. 29. nu. 66. Zacch. num. 15. Oliuer. ad dictam decis. 167. nu. 9.* & cum semper eadem vigeat fraudis, ac deceptionis ratio in statuto considerata, intrat, & eadem regula, vt in eis statutum locum habeat,
6 *vt firmatur decis. 678. par. 1. recent.* & in puncto *in dicta decisione Romana Nullitatis obligationis 26. January. 1626. coram R. P. D. Durano, vbi alia referuntur.*

Nec Dominorum de Assectamento responsum subsistit, dum dicunt, Dominos de Rota, cum eò fundamento transire, quod ageretur de fideiussione de sui natura laxiua, & pura fideiussione illius, qui absque aliqua receptione in rem alterius se obligasset, quam includere donationem dixerunt; Immemores forsan dixisse *in prima Inspectionis num. 71.* hanc decisionem loqui in terminis casus nostri, & mox, *in hac vltima Inspectione*, in hac decisione in terminis resolutum contrarium, & ipsius decisionis tenoris, in qua explicitè, & pecuniarum receptio per Bartholomæum bonæ fidei recognitorem, & ipsius principalis obligatio discutitur, ac terminatur, vt latissimè in eadem animaduertimus; & satis extrà rem donationis inclusionem, eos ponderasse, probatur, dum sumus in minore, qui realiter

non

non simulatè receperat, & cum extraneo contrahenti, inter quos donatio nec præsumitur nec prohibetur; non in vxore, & marito, & sumus in terminis statuti, in quo deceptionis præsumptio sufficit, non iuris communis, in quibus dum id protulit, loquitur, *sec. l. post Pic. ad hoc ponderata*, quæ & in ea prædiximus.

Hoc itaque firmato, id tantùm discutiendum remanet, an receptione mulieris, vel minoris intercedente, statutariam dispositionem contractus euadant, quod nos negauimus; Domini verò de Affectamento annuere, eorumque opinionem authoritate primù Rotæ, ratione deinceps, vt prætendunt, mutuere.

7 Deducunt igitur pro ea decisionem, *in Romana Pecuniaria. 10 Octobris 1593. coram Cardin. Millino, apud Lacco de Societ. iff. contrab. 36. & in causa Romana Societ. iff. 13. February. 1606. coram bonæ memor. Litta, relata per Picum in ordine* 11.

Rationem verò eam proponunt, quod, cum mulieres, & minores non ex causa donationis pecunias recipiunt, legis necessitate obligãtur, *ex Rom. cons. 394. num. 4. per Rotam apud Put. decis. 153. num. 3. lib. 3. & coram Card. Seraphin. decis. 1133.* quam dicunt, aliàs in affectamento firmasse, proque ea deducunt *text. l. Iea si ego. 4 ff. ad S. C. Velleian. in l. si mulieri. 15. & l. si mulier. 16. & l. si mulieri. 22. eodem tit.*

Prædictis autem addimus, hanc videri opinionem obseruantia comprobatam, quicquid esset in puncto iuris, in quo etiam plura deducit *Grat. discept. forens. cap. 176. num. 25. & 33. & 879. nu. 49. & 10.*

His autem minimè refragantibus, in contra-
8 ria nos sententia perstitimus, non solum in recognitione bonæ fidei, cum pecuniarum receptione, in quibus terminis contra hoc votum Affectamenti alias idem Affectamentum resoluit. 24. *Ian.* 1615. & stat clara, & nouissima Rotæ *dec. in d. Romana Nullitatis obligationis* 26. *Ianuary*
9 1616. *coram* R. P. D. *Durano*, sed etiam in aliis contractibus; vt mutui, ac depositi recepti. emptionis, & aliorum; cum etenim, receptione non obstante, & ex consilio, & re ipsa possint multipliciter minores, & mulieres decipi, ac fraudari, & solemnitatibus cedentibus, stãte statuti dispositione, decepti censeantur, sequitur intrare statutum, & regulam ex eo firmatam *apud Rescen. d. decis. 3. de Consist. & in alijs præfatis*, & loco in venditione census, recepto realiter pretio, pro nullitate fuit resolutum in Palatio Apostolico, apud R. P. D. Pirouanum *in decis. 385. par. 1. recent.* & coram Martino Andrea 078 *par 1. recen.* in emptione apud Sanctiss. Gregor. XV. *decis* 164. in permutatione, *in Romana de Sancta Cruce* coram Card Sacrato *apud Pic. decis. 32 & 33. vbi num. 3. dicit, minorem ità in permutatione decipi posse, sicut in venditione* quam sacrum Palatium deducit, ac sequitur coram eodem Sanctiss. Greg. XV. *decis. 473. num. 7.* in depositio recepto, coram Reuerendiss. D. Decano, *in dicta Romana Depositi. 13 Ian. 1625. & in alijs pæsim similibus.*

Quod eatenus verùm sit, & adeo supponitur
10 per omnes, & in omni casu, vt mulieribus, & minoribus de nullitate dantibus receptorum restitutio opponi non possit *iux. text. in l. si emp. in fin. ff. de contrab. empt l. si à te, C. de pact. int. emp. & in l. si diuersa C. de transact. cum simil. latè in contrarium deducti per Menoch. cons. 644. num. 14.* quia contrarium videtur verius, *ex Rolan. cons. 7. nu. 3. lib. 3. vt post alias resolutiones voluit Rota apud Sanctiss. Gregor. XV. decis. 271. num. 16. & ibi Beltram. num. 18. & in decis. eiusdem 354. n. 17. vers. & primo illa non habet*, & in puncto coram eodem Sanctiss. Gregor XV *d. decis. 473. nu. 21. & in decis. Bonnien. Census 20. Feb. 1609. coram Card. Lugdun. apud Pic. 60. num. 5.* cum qua transit, etiam Gratian. *dicto cap. 576. nu. 37.* Nec aliquid facit, dum, concordando has opinio
11 nes, ex decis. *in causa Mediolanen. Legati* 15. *Decemb. 1593. coram Gypsio*, Beltram. *in addit. ad d. decis. 721. nu. 28. vers. Verùm hæc conclusio*, dixit, quod, licet minores, & mulieres possint ad nullitatem agere, & sententias obtinere restitutione non facta, non possint tamen recuperare per eos data, & executionem restitutione non facta perficere, quia in his terminis nullitatis, id tantum intelligitur, quatenus, & non vltrà, nec aliàs, fuisset probatum versum in eorum vtilita-
12 tem, cum non debeant fieri locupletiores cum iactura alterius, *l. nam hoc natura, ff. de cond. in-*
13 *debit.* quod probant optimè, *Nat. cons. 631 num. 5. Capbal. cons. 107. nu. 37. cum seq. & concedit Rolan. qui in eadem causa, cum ipsis consuluit, d. cons. 7. num. 28. vbi de communi lib. 3. qui ob id immeritò damnatur per Menoch. dicto cons. 644. n. 14. in fin. Rimin. Iun. cons. 5. n. 76. Grat. d. cap. 576. num 38. Rota d. decis 60. nu. 5. post Pic.* Idq; pon ex contractu reprobato, ex quo nulla nascitur actio; *Rom. cons. 12. & 417. Rot. in d. Romana Nullitatis obligationis coram* R. P. D. *Durano*, sed
15 ex æquitate l. naturalis, & alia actione, *l. 1. §. in puberes, l. 2. & l. 3 ff. eo. mus. vbi Salic. Angel. & Castr. vt latè in nostro voto tractauimus*, & doctissimè voluerunt in puncto DD. de Rota coram Reuerendissimo D. Decano, *in d. Romana Depositi* 13. *Ianuary* 1625. coram R. P. D. Durano, *in dicta Romana Nullitatis obligationis* 26. *Ianuary* 1626. vnde manifestè concluditur, minimè receptorum vim esse, ipsos contractus validandi; alioquin ea intercedente, quod magis est, omnimodo minores, & mulieres à nullitate arcerentur; & frustratoria esset præcedens conclusio, & discussio, cum igitur ratio statuti, etiam receptione intercedente, sibi locum vendicet, sequitur, & eo casu nullitatem intrare, ex rationibus latissimè superiùs deductis, quas hic repetere superfluum iudicamus, maximè cum habeamus claras decisiones, ità vt non sit generalibus admodum insistendum, vt apud Sanctiss. Gregor. XV. dicitur *decis. 256 num. 3*

Et quoniam ex resolutione, in contrarium allatorum, magis, magisque huius sententiæ firmitas apparebit, ad eam properare non immoramur.

16 Quo igitur ad decisionem coram Card. Millino, de qua in anteactis peregimus, summopere animaduertenda sunt verba ab illo sapientissimo Prælule, occasionem nacto omnium DD. ineundi gratiam, & sine præiudicio Iustitiæ, imò vt omnium votis satisfaceret, solita prudentia, ac cautissimè adiecta, & per DD. de Affectamento haud gratis omissa, in quibus apparet particula-

deci-

decisionis hanc, in qua fit fundamentũ, non fuisse de mente Rotæ, *& hæc sunt verba d.decis.36. num 5.qua causa. scilicet simulandi, secundum aliquos ex Dominis in Tarquinia aderat; quia, cum vigore statuti non posset obligari sine solemnitatibus, et nec etiam de iure cõmuni fideiubere, fuit simulatum, quod recognosceret bonam fidem, vt eius obligatio teneret. Roman.cons. 394.nu.4. & in hac recognitione cõsistit simulatio, quia vere ipsa pecunias non recipiebat, cum eodem instanti ad manus Iulij Cæsaris peruenire deberent*, quinimò & ex abundanti posita, cum iam fuerit dictum, sententiam super obligatione Tarquiniæ, non solum tanquam inter alios latam, nullum præiudicium attulisse Saluatori, verùm etiam tanquam super diuersis, nec obligationi officialis, de qua ibi principaliter agebatur; cæterum germana resolutio pendet ab eo, an simpliciter verùm sit in iure, stante dispositione huiusmodi statuti, quod recipiens obligetur sine solemnitatibus, quod *ex cons.* 394.*num.*4.*Rom.* & opinione aliquorum fuit in hac decis. suppositum *num.* 6. & solet sæpè incongrue vsurpari.

Hanc conclusionem tractat latè D.Pic. ad statutum nostrum, *glos.*7.*num.*42.*& glos.*9.*num.*2. & per totam, vbi licet non ita clarè loquatur, vt oportuit, optimè resolvit; quod, vt mox dicemus, apparebit. Fuit igitur originaria opinio
17 Rom.*cons.*280.*Præsupposito quod viua voce.* quod fuit ad verbum duplicatum, *in cons.* 394. vt animaduertit locupletissimus Tiraquell. *de Il.Connub.glos.*8,*num.*187. stante statuto, mulierum, & minorum nullam esse obligationem, bona sua, sine certa solemnitate, & coniunctorum præsentia, obligantium, mulieres; seù minores recipiẽtes, quod sibi debebatur, absque d. solemnitate potuisse, de receptis, quietantiam facere, ac liberationis Instrumentum.

Duo verò fuerunt fundamenta Romani, videlicet. Primum, quia maritus vxori reddebat, quod debuerat; ideòque de necessitate cogi poterat,
18 vxor ad faciendam cautionem, & Instrumentum quietationis, ad probationem liberationis, quæ ipso iure fit per solutionem, *l.sicut datam.*C.*de liber.cau.l.plures apocis.*C.*de fid. instr. cum alijs per Bart.post glos.in l.2.ff.solut. matrim. nu.* 15. *& in l.si finita,§.eleganter,nu.*3.*ad fin.ff. de dam. infect.vbi Alex.num.*21.Cyn. *in l. obsignatione, num.*6.C.*de solut.Guido Pap.sing.*506.*in fin.Pic. ad statutum nostrum, glos.*9.*num.*2. vnde consequens dicit, cum legis necessitate, ac dispositione teneretur, quietantiam huiusmodi absque alia solemnitate facere potuisse, quod probat ex pluribus iuribus in quibus legis ministerio inducitur obligatio, quæ, licet possent pati aliquas difficultates, vt de singulis discutiendo patefieret, admittimus; cum tamen valdè interfit, quid legis dispositione absque ministerio hominis induci, quo casu legis prouidentia omnem fraudem admittit; vel per legem hominem ad aliquid agendum teneri, quo casu in hoc agendo, vt omnis suspicio fraudis tollatur, non est inconueniẽs per aliam legem modum, & solemnitatem adiici, quod singulariter decisum videtur, *in decis.* 496. *num.*6.*apud Sanctiss.Gregor XV. vt superius in ea notauimus, Inspectione prima, parte secunda, decis.*19.*n.*5. ac quoniam nostrum institutum trãscendit magna est authoritas Romani, eiusque opinio nimis inuolauit, libenter acquieuimus, non tamen est omittendum; quod ipse eminentissimus Romanus, quamuis hoc ingenioso, ac satis iuridico fundamento vsus, quod, & ipse multis comprobauit iuribus, cæteri amplexi sunt, ac sacrum Palatium approbauit: de eo non satis cõfisus subiunxit & hęc sunt verba. *hoc autem verũ esse in casu proposito notissimè demostratur,* (& in hoc secundũ fundamentũ consistit) *quia constitutio præmissa in obligatione bonorum loquitur, non autem de obligatione personæ*, & ità ostendit, eius casum in constitutione illa minimè comprehensum: ex his autem fundamentis, duo ad materiam notanda sunt. Primum, quod Constitutio, seu statutum, de quo Rom. in dd.cons. agit, non videtur per omnia cum nostro congruere, in
20 quo & hypothecæ, & pignoris Constitutio, causatiuè tamen, cum aliàs potiùs permissa sit, videtur prohibita, *vt tradit Pic glos.*7.*nu.*72. & per-
21 sonalis obligatio, quietatio, & pactum de non petendo, nominatim includuntur, vt patet ex superiùs dd. Secundum, quod Rom. respondit pro validitate quietationis, ex qua sola personalis obligatio ad non ampliùs petendum orietur, quæ ex ea necessariò resultat. *iuxta not. in l. Mœuia.§ fundus, vbi Bart.ff.solut.matrim. & in l.iubemus,*C.*ad Velleian.Iaf.in l.si vnus,§.pactus ne peteret,num.*21.*ff.de pact.vt præmiserat ipse num.*1.*in parte obiectiua, in primo argumento & post alios de communi Pic.glos.*9.*nu.*5. & ideò quæ nullo pacto excedebat quietationem ex l.
22 dispositione creditori necessariam, *iuxt. not. per Bart in d l.si finita.§.eleganter, d.num.*3. *in fin. vers.Sed si peterem, ibi.non vt aliquid addatur. ff. de damno infecto.Gabr.d.cons.*20.*num.*52.*cum seq.vol.*2.quæ sunt notanda pro quietationibus, quæ quotidiè fiunt, tum quia ex illo statuto, de quo Romanus agit, non videtur prohibita vllo pacto personalis obligatio, quietatio, & pactum de non petendo, prout in specie in nostro statuto includuntur, ex quo videtur induci derogatio contrariarum Constitutionum, tum quia non videtur prohibita administratio, quod similiter ex nostro induci videtur, vt per *Pic.d.gl.* 9.*n*,4.*&* 5. tùm demùm, quia etiam, quæ à creditoribus proficiscũtur cũ amplissimis renũciationibus specialibus, & generalibus in obligatione Camerali, ac bonorum prægnantissimis obligationibus, fiunt: vt omnibus clarè innotescit, ad quas de iure mulieres; & minores ex l-necessitate minimè tenentur, vt notant prædicti, deoque Statuti dispositioné non euadunt; nec intrat Ro-
23 mani authoritas, quam Doctores omnes procedere intelligunt, & sequuntur, quando quietatio ex necessitate fit, & quatenus iuris necessitas vrget. propterea *Iaf.in d.l.si vnus, §. pactus ne peteret,n.*29.*in 2.limit.ff.de pact.* explicitè id determinat, ac concludit; (in liberatione, & quie-
24 tatione, quæ per mulierem marito reddenti, ac soluenti, quod ei debebat, ex necessitate fieret, non excedendo terminos legis, & necessitatis.) Tiraquell. *d.glos.*8.*num.*187. (qui dicit vxorem posse maritum liberare, cum id sit necessitatis, licet aliter liberare non possit.) *Gabr.d.consil.* 20 *num.*50.*cum seq.vol.*2.*& ità ipse Pic. d.glos.* 9.*nu.*3.*vbi alios refert in prin.* & ità pluries admisit

misit in quietatione necessaria sacrum Auditorium, vt apud Puteū in sæpius allegata *de c.153. nu.3.lib.3 in casu solutionis recipiendæ per creditorem, Et causa necessaria*, & ideò ibi. qui a solvens non tenebatur de iure, & recipiens arctari non poterat, & sic receptio non erat necessaria resoluitur pro comprehensione in statuto *coram Tholomeo inter nouiss. decis.* 867. *num.* 5. *lib.* 3. *par.* 3. *diuers. & apud Seraph. decis.* 1133. *num.* 2. *ibi. nam quando mulier quietat ex causa necessaria*; & cautam continere debere propriam, & præcisam necessitatem. *in d. decis.* 60. *nu.* 22. *post Pic.* & in his terminis procedunt *decis.* 344. *apud Card. Mantic. & Romana Saluiani interdicti* 9. *Decembris* 1619. *coram Reuerendiss. Decano, de quibus supra*. Quæ propter difficulter videtur sustineri hæc quorandam, *in hac decis.* 36. *num.* 5. *apud Zacch. de Societ.* Dominorum interpretatio: cum nulla necessitate cogente Tarquinia reciperet, ac quietaret; verùm etiam quãdo ex sola receptione, quamuis volũtaria, quietare potuisset; quod ex prædictis falsum videtur, nullus tamen dicit, posse ad restitutionem obligari, & obligationem valere, cum clarum sit, 27 aliter in plus similes personas ad restituenda recepta de iure haud teneri, vt in omnibus contractibus dicitur, sine solemnitatibus cum prædictis emissis: quam, & quatenus de versione per recuperare volentem, qui dederat, in rem earum dõctum appareat: ipsaq; quod iam proximè cõprobauimus, locupletiores effectas, *vt in mutuo, & commodato probat ipse Pic. glos.* 7. *nu.* 70 *&* 71. *in depositi est clara decis. Romana Depositi* 13. *Ian.* 1623. *in fin. coram Reuerendiss. Decano*, & in puncto in recognitione bonæ fidei, qui pecunias recipit, *in dicta Romana Nullitatis obligationis*, 26. *Ianuarij* 1626. *coram R.P.D. Durino in ver.* *Non obstat præterea*; ex quo remanet etiam sub-28 latum fundamentum DD. de Affectamento *in d. decis. Romana Societatis Offic. coram Litta*, 11. *post Pic.* quia in ea apparebat clarè de locupletatione mulieris, *vt ibi num.* 1. *cum seq. Gratian. discept. forens. cap.* 576. *in puncto num.* 38. quo casu cessat ratio statuti, & statutum ipsum: & inducitur ex ipsa lege, & naturali æquitate obligatio. Et in hac decis. maxima prudentia Dominorum est ponderanda, ac in resoluendis dubiis maturitas & circumspectio, qui cum proposuisset dubium. An mandatum esset relaxandum, vel relaxatum exequendum; non responderunt dubio, sed tantùm pro iustitia mandati concluserunt, non obstante, quod in decis. adesset aliud fundamentum, ex quo directè etiam ex ipsa obligatione sine solemnitatibus, validè agi posse videretur, quia in-29 eo casu, potius dicebatur obligatio vetus & solẽnis, quam noua. *iux. tex. in l. tutor. in fi. ff. de administr. tut. ex not. per Dec. in l. singularia, nu.* 9. *ff. si cert. pet. cum alijs in ea relatis n.* 4 *cum seq. & per Pic. quicam sequitur, in d. glo.* 7. *num.* 218.

Remanet quoque ex prædictis sublata ratio, per eosdem Dominos de Affectamento proposita, quod mulier, vel minor recipiens pecunias, non ex causa donationis, legis necessitate ad restitutionem tenetur; quia, id quidem concedi tur, quatenus locupletiores ex receptione effecti fuissent *iux. not. per Bart. & alios in in l. prædiorum* C. *de prad. minorum, & in alijs mox deductis*, & tunc non actione ex contractu per eos inito absque solemnitatibus nullíter, ex quo nulla oritur actio; sed ex l. dispositione, & æquitate, vt benè dicunt iidem Domini, & fuit ostensum.

Nec prædictis obstant ll. ponderatæ ad ostendendum, quod mulier, quæ id recipit, pro quo obligatur non iuuetur Velleiano, quia vltrà alia, quæ singulis ll. prædictis responderi possent, rationes plures argumentum excludunt; & primò, quia termini sunt multum diuersi, obli-30 gatio enim mulieris mero iure tenet, quod Velleianum attinet, ipsaque mulier, & naturaliter & ciuiliter obligatur, & tantum per exceptionem elidi tur, vt concludunt communiter omnes in *l.* 2. *in princ. ff. ad Senat. Cons. Velleian. Bart. nu.* 2. *Bald. in prima lect. vers. Nota quod ista verba. Alberic. num.* 3. *Salye. num.* 1. *Aretin. in* 6. *not. & Castren. in l.* 1. *num.* 2. *eodem tit.* excepta tamen hodie obligatione pro viro, in qua 31 mulier ipso iure est tuta. *auth. si qua mulier*, C. 32 *eod. tit.* ideoque insurgit, cum excipiens in sua exceptione actor censeatur *Bart. in l.* 1. *per illum tex. ff. de except. Pariſ. cõns.* 45. *in princ. lib.* 1. & 33 probare teneatur omnes qualitates necessarias ad effectum, vt concludat intentionem suam. *Franch. in cap.* 1. *in primo not. d. præscript. in* 6. *Aym. cons.* 226. *num.* 8 *Rot. apud Sanctiss. Gregorium XV. decis.* 278. *num.* 1. & 2. quod ex receptione censeatur locupletata, vel tuta, nisi 34 ipsa, quæ vult elidere legitimam obligationem, contrarium ostenderet, *iuxta gloss. communiter receptam in l. prædiorum*, C. *de prad. minor. Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 27. *num.* 10. *vers. caterum. Rot. dicta decisione* 678. *num.* 7. *par.* 1. *recent. & in dicta Romana Nullitatis obligationis.* 26. *Ianuary* 1626. *coram* R. P. *D. Durino vers. Non obstat vlterius.* In terminis verò conclusionis nostræ, in qua ob defectum solemnitatum; & Statuti præsumptionem doli, mulieres, & minores decepti, ac frau-35 dati censentur, & contractus est ipso iure nullus; & damnosus præsumitur. *Bald. in l. quæcunque, in vers. Scias tamen, C. de bon. quæ liber. Dec. cons* 532. *num.* 12. *Rota apud Verall. decis.* 200. *n.* 3. *p.* 3. *Gratian. discept. forens. cap.* 27. *num.* 7. qui licet videatur dicere, quod non præsumitur vtilis, Doctores tamen, & Rota dicunt, quod præsumitur damnosus; ex sola receptione non potest præsumi locupletatio, & in rẽ 36 versio; sed quatenus ex ea mulierem, & minorem actor obligatos prætendat, probare concludenter tenetur, vt in alio capite distinctionis, *gloss. in dicta l. prædiorum*. prædicti omnes firmant, *& vltra eos tenuit Gratian. discep. forens. cap.* 27. *num.* 10. *vbi dicit distinctionem veriſſimam*, & 101. *num.* 4. *cum seq.* & 156. *num.* 32. *vbi, quod ex sola receptione non aicitur quis locupletior*, 37 *& de communi teſtatur, & voluit sacrum Palatium in dicta decis.* 678. *num.* 7. *& in dicta Romana Nullitatis coram* R. *P. D. Durano*, 38 vndè in his terminis obligationis, ex defectu solemnium Statutariorum nullæ est potius facienda æquiparatio obligationis vxoris pro viro, & cum viro, quam cum extraneo, & pro aliis factæ, in-

qua, nisi euidenter in rem ipsius versio probetur: & metus, & delenimentorum, & blandiciarum
39 ratione, æquè seductio, & dolus præsumitur. *Bald. in dicta l.2. post gleff. in lect. antiq. ff. ad Velleian., & in Auth. si qua mulier, num.3. vbi Salyc.num. 5. & vlt. Castren. num.3. ad fin. C. ad Velleian. cum alijs latè relatis in decis. 1. post Pic. num.4. & latius per Gratian. dicto cap.576 num. 34. & 35. & in cap.879. num.11.* & nulli-
40 tas ipso iure inducitur, est rex *in dicta Auth. si qua mulier. ibi tabemus hoc nullatenus valere. vbi glos. in verbo nullatenus, & magis communiter omnes. Bart. in l. fin. num.2. cod. tit. Aret. in §. item si in iudicio, nu. 5. Inst. de except. Surd. decis. 164. nn. 13. & Rot. in eadem decis. 1. post Pic. num.3.* in qua vtraque nullitas, *iuris* communis, & nostri statuti, ex æquo consideratur
41 , quicquid Gratian. satis inuolutè hanc decisionem deducens, crediderit, *tam in dicto cap.576. num. 32. & 34. quam in dicto cap.879. num. 11.* cuius rationes, vt credimus, ex prædictis sublatæ remanent: obseruantiq; verò attestationi, tot claris resolutionibus in contrarium apparentibus, quotidiano forensi vsu receptis, parum tribuendum est.

Cessant igitur alia euidenti ratione similiter ll. præfatæ, quia, & si regulariter perditionis possibilitas, & eius, quod accepit, dilapidationis in muliere minimè consideretur, prout in pupillo, *vt in l. pupillo, 47. ff. de salut.* vt in terminis nostris S.C. Velleiani *in adducta l. si mulier, 16. ff. ad Velleian.* singulariter notat Aretinus noster Doctissimus, per eam *in secundo notabili*, tamen quia ex nostro statuto minores, & mulieres, æquiparantur pupillo tutorem habenti, vt pluries notat. *Picus glo.7.* & in puncto receptionis *glo.9. nu.5.* quem sequitur Rota *in dicta Romana Nullius obligationis. coram R.P.D. Durano vers. nam obstat vlterius.* videtur & in hoc casu locum esse regulæ *d.l. in pupillo. ff. de salut.*

Ex quibus, omnibus satisfactum esse propositis, credimus, ad honorem D E I, Sanctorumq; Fustachij, & Sociorum laudem, in Quorum Festiuitate Opusculo huic nostro suprenam imposuimus manum.

De contractibus prohibitis cum filijsfamilias.

Cap. CLII.

b

Vctoritate Sanctissimi Domini Nostri Papę, in hac parte nobis specialiter attributa, statuimus, vt c Filiifamilias d Romani Ciues, vel incolæ, etiã Clerici e ex nullo contractu possint se, aut sua bona *f* quoquo modo obligare, *g* etiam si cum alio Filiofamilias contrahant, & liquido constet, bona, & pecunias, pro quibus se obligauerunt, ad eos *b* cum effectu peruenisse. Sed contractus, & obligationes ab eisdem, *i* & eorum fideiussoribus, etiam principaliter obligatis factæ *k* nullius sint roboris, vel momenti, etiam si contractus prædicti, quouis iuramẽto, quod dolo, & metu extortum esse cẽseatur, & nihil operetur, *l* obligatione Camerali, censurarum, aut mandanti executiui, siue termini susceptione, veł quocumque alio arctiori vinculo fuerint roborati. Nec si ipsi Filiifamilias, quãdocunque sui iuris effecti fuerint, huiusmodi contractus vnquam robur aliquod accipiant, aut *m* conualescãt. n Excipimus autem, si iidem Filiifamilias de consensu & voluntate, aut *o* mandato Patris, vel Aui, in cuius potestate sunt, contraxerint, vel acceptam pecuniam, in rem Patris, vel Aui, seu in id, quod oneribus Patris, vel Aui incumbuit, *p* verterint, *q* aut si Mercatores, negociis præpositi, institoresue sint, *r* aut à Patre seorsum habitent, & publicè pro Patribusfamilias habeantur; *s* & reliquos casus quibus Filiifamiilias ex causa mutui de iure communi sine iuramento, non obstante Senatusconsulto Macedoniano, obligantur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum generale in sui præfatione, & initio, censetur totum generale.*
2 *Argumentum iure sumitur à Rubrica seu titulo habente orationem perfectam.*
3 *Casus mixtus non venit regulariter sub Statuto.*
4 *Statutum prohibens contractus cum filijsfam. habet locum etiam in filijs arrogatis. Et an procedat etiam in filiabusfamilias? & num.56. Et in fidei-iussoribus num.40.45. Et etiam si cum alio filiofam. contractus fiat & num.53.58.*
7 *Statutum contra ius commune loquens de filio non extenditur ad filiam.*
8 *Masculinum non concipit femininum, nisi per extensionem.*
9 *Extensio non fit in correctorijs.*
10 *Statuentium intentio regulariter est, prouidere suis Ciuibus, non exteris.*
11 *Forenses seruare tenentur solemnitates à Statuto præscriptas in loco, vbi contractum ineunt.*
12 *Forẽsis quoad materiã Statutorũ quis dicatur.*

13 Sena-

33 *Senatusconsul. Macedonen. restringitur dumtaxat ad contractum mutuæ pecuniæ, vel ad alium ex adhibita fraude residentem in eum.*

34 *Contractus nomen generale est ad omnes obligationes, quæ variis ex causis contrahuntur.*

35 *Nullus, dictio est vniuersalis negatiua.*

36 *Quasi contractus non comprehenditur sub Statuto de contractibus prohibitis.*

37 *Contractus appellatione simpliciter non venit, quasi contractus: nisi in Statuto fauorabili & num. 19.*

38 *Limitata causa limitatum producit effectum.*

39 *Statutum prohibens contractus cum filiofam. est odiosum. Et est correctorium Iuris communis. Et num. 21.*

41 *Filiusfamilias, excepta causa Mutui, potest iure obligari: & tutor esse, etiam sine patris consensu. Et num. 23.*

42 *Statutū in dubio censetur velle approbare dispositionem iuris communis, & cum ea se conformare.*

45 *Statutum de contractibus prohibitis cum filiofam. impedit ortum ciuilis obligationis, non autem naturalis. Et num. 31. 34. 52. Contrarium, quod imò etiam naturalis. vt num. 31.*

46 *Filiusfam. remanet obligatus naturaliter ex suo contractu.*

47 *Minor ex sua promissione obligatur naturaliter & ciuiliter. Et si debitum soluit, non repetit. Et nu. 28. maximè vbi fidem suam soluendo liberat. Et num. 29.*

50 *Dictio Quoquomodo, est vniuersalis, & modum omnem comprehendit. Restringitur tamen ad modum proportionabilem materia, de qua agitur. Et nu. 31. & ad id quod est rationis. num. 32.*

53 *Obligatur quilibet ex pacto suo.*

55 *Senatusc. Macedon. non tollit obligationem naturalem.*

56 *Princeps tollit obligationem ciuilem, non autem naturalem.*

57 *Iura naturalia firma semper, atque immutabilia permanent.*

58 *Statuta quamuis generalia, interpretationem passiuam recipiunt à Iure communi, & restringuntur vt euitetur eius correctio.*

61 *Interpretationes cessant in claris.*

62 *Statutum generaliter loquens generaliter intelligi debet.*

63 *Statutum probibens generaliter appellationem intelligitur tam de deuolutiua, quam de suspensiua.*

64 *Obligatio naturalis vbi subsistit, tenet obligatio fideiussoris.*

66 *Contractus nullus nullam inducit obligationem.*

67 *Non entis nulla sunt qualitates.*

68 *Qualitas non datur sine subiecto.*

69 *Contractus vbi sit nullus, ex eo non oritur nec obligatio ciuilis, nec naturalis.*

70 *Lex, siue sit Iuris cōmunis, siue municipalis, impedire potest ortum obligationis naturalis, sicut & ciuilis.*

71 *Statuta quomodo condi possunt etiam super bis quæ à Iure natura, & Iure gentium sunt disposita.*

74 *Minores contrahere non possunt cum alijs minoribus in casibus probibitis sine decreto Iudicis &c. Et num. 55. Intellige vt num. 56. si minores sint & filijfamilias, & contrahant inter se cum solemnitatibus, & num. 56.*

77 *Ecclesiæ non possunt inter se bona sua alienare sine solemnitatibus requisitis.*

80 *Casus mixtus non venit in simplici dispositione Statuti. Etiamsi dictio vniuersalis simpliciter adijciatur. & num. 91. Sed remanet in dispositione Iuris communis. & num. 62.*

83 *Priuilegiatus non vtitur suo priuilegio contra alterum priuilegiatum. Intellige vt num. 64.*

85 *Locupletari nemo debet cum alterius detrimento. & num. 72.*

86 *Pupillus, & quiuis alius, qui obligari non potest, tenetur tamen quatenus locupletior est factus. & num. 67. 68. 69.*

90 *Ius naturale commune est omnibus, & omnes ligat æqualiter.*

92 *Locupletior quibus modis quis fieri dicatur*

93 *Pupillus dicitur locupletior, quando vtilitas est in actu permanens, vel necessitas in actu transiens, seu consumpta.*

94 *Statutum de contractibus cum filiofam. debet intelligi, ne filijfam. locupletiores fiant cum alterius detrimento.*

95 *Statuta, ad euitandum absurdum, restringuntur ad id, quod est rationis.*

96 *Filiusfamil. qui ex causa necessaria mutuas pecunias accepit, peccat mortaliter, si eas nō restituat.*

97 *Fideiussores in contractibus filiorumfamil. censentur ex Iure communi duo correi debendi; & eorum obligatio non est accessoria sed principalis.*

98 *Regula, quod obligatio fideiussoris est nulla, data nullitate obligationis debitoris principalis, explicatur remissiuè.*

99 *Clausula, nullius roboris, vel momenti, inducit vullitatē ipso iure, & sine partis obiectu*

neque illi possunt partes renunciare, quando re spicit etiam fauorem publicum, vel aliorum, & num.84.

80 *Filiusfamilias renunciare non potest statuto de contractibus.*

81 *Exceptio quando non inducitur principaliter in fauorem alicuius, sed in odium, non potest ei renunciari.*

82 *Id quod nostrum est, sine facto nostro in alium transferri non potest.*

83 *Iniqua conditio alteri per alterum inferri non debet.*

85 *Obligatio Cameralis in contractu euidenter nulla, est nulla, nec executionem habere potest.*

86 *Contractus prohibiti cum filiofamilia an conualescere possint postquam is sui iuris effectus sit?*

87 *Cõtractus cum filiofamilias conualescit, si pater contractum filij sui ratum habuerit.*

88 *Maior factus ratos habere potest contractus initos sine decreto Iudicis in minoris ætate.*

89 *Regulam qui habet pro se, fundatam habet intentionem.*

90 *Filiusfamilias est sub regula.*

91 *Paternitas præsumitur: & ea data, præsumitur vtique patria potestas, & n. 92*

93 *Senatusconsultus Macedoniani remedium extenditur etiam ad nepotes, & pronepotes.*

94 *Statutum Vrbis, quòd filiusfamilias licitè contrahat de consensu, &c. patris extenditur etiã ad proauum.*

95 *Nepos, pronepos, & cæteri descendentes sunt in potestate aui, vel proaui paterni, nisi fuerint emancipati.*

96 *Potestati alienæ subiectus non potest alium in sua potestate habere.*

97 *Statutum prohibens contractus, non habet locum si pater, vel auus contrahat cum filio, vel nepote, nec habet locum, si filijfamil. sint mercatores, & num. 99.*

98 *Mandatum, & voluntas patris, vel aui ad effectum validitatis contractus cum filiofamilias quando intercedere intelligatur.*

100 *Mercatores, institores, &c. censentur publicè patresfamilias.*

101 *Plura quando requiruntur ad esse rei, vel probationis, non sufficit alterum esse probari.*

102 *Filiusfamilias ad effectum statuti, quando censeatur habitare seorsim à patre; remissiuè.*

103 *Filiusfamilias quibus in casibus obligari possit de iure communi ex mutuo, sine iuramento, & num. 104. remissiuè.*

105 *Filiusfamilias vbi valide obligatus sit cum patre, & cum ipsius consensu, si postea emancipatus fuerit, non tenetur, nisi in quantum facere possit.*

Et idem si post mortem patris hæreditati paternæ renunciauerit, n. 106.

At potest huic beneficio renunciare, nullo 107.

Sed non censetur renunciatum, etiam si renuncietur omni iuris, & legum auxilio, & lit. 108.

Et hæc exceptio opposita post sententiam impedit executionem, & n. 109.

ANNOTATIONES

A Similè sed longè prægnantius in verbis Statutum Mediol. extat cap. 416. quod vberrimè explicauit, ac illustrauit suis lucubrationibus vir eruditissimus Horatius Carpanus, & similem pragmaticam regiam vigere in Regno Neapolitano, quæ incipit per excellentem sub titulo de Senatusconsi. Macedon. refert *Philipp. Parthal. tract. de Viribus patr. potest. par. 1. q. 6.* qui argumentum hoc etiam exornauit.

B Auctoritate Sanctissimi D. N.) satis quidem videri poterat ad validitatem nostrorum statutorum generaliter etiam quoad Clericos Summi Pontificis auctoritas insinuata supra tit. operis, nam statutum generale in sua præfatione, & initio, cẽsetur totũ generale *l. pen. & fin. ibi nam iustum constitutionis generale est ac iur. & facit ignor. & ibi Bart. gloss. in rubr. C. etiam ob Chirograph. pec. Duen. r gul. 133. numer. 4. Dec. cap. 1 in prima lectur. num. 35 de constit. Curt. Iun. cons. 185. num. 1* congruit dictum quod à primordio tituli posterior formatur euentus *l. 1 in fin. C. de impon. lucr. descrip. lib. 11 Tiraquel. de retract. lignag. §. 1 glos. 8. num. 26. Aym. cons. 144. num. 2.* Accedat quod à Rubr. seu titulo habente orationem perfectam qualis apparet esse titulus nostrorum statutorum iure sumitur argumentum, *l. 1. vbi omnes not. ff. si cert. pet. Euer. in suis locis argumen.* loco à Rubro, ac q. Rubrica, seu titulus eiusmodi dispositiue allegari potest, vt plenius probat *Euerar. ibid. nu. 2, & seqq. facit glos. in proœm. 6. decretal. verbo. Titulis.* Verum hoc cap. nihilominus exordium ab auctoritate Pontificia factum est, eaque specialiter adhibita, quia casus iste specialis nota dignus videbatur, vbi nimirum etiam Clerici expresè nominentur, & ligentur, tum ad omnem dubitationem tollendam, quę fortè pro Clericis oriri poterat argumento *tex. in cap. si annum. de iudic. in 6* tum quia casus mixtus sub hoc statuto comprehenderetur, nempe filiorumfamilias, & Clericorum simul, cum alioqui casus mixtus sub statuto non veniat, de quibus satis diximus supra ad *titul. statut. verbo Auctoritate versi.*

verſ. Addo, quod inſolito præambulo,

D 4 Filijfamilias) etiam arrogati per *tex. in l. 1. §. ſi pendeat verſ. Certè & ſi ff. ad Senatuſc. Macedon.* cui quidem Senatuſconſulto ſtatutum noſtrum adhæret, ac proinde in talibus etiam habere locum hoc ſtatutum Rota declarauit *Seraph. deciſ.* 1350. *num.* 1. vbi etiam addit in margine, cum antea de hoc articulo latè diſputatum fuiſſet, adductis in vtraque partem rationibus, nec tamen capta reſolutio, vt habetur *in deciſ.* 1286. *apud eundem Seraph.*

3 An ſtatutum procedat etiam in filiabusfamilias? Eis quidem expreſsè ſuffragatur Macedonianum Senatusconſultum, *vt eſt tex. expreſſus in l. ſed & pater familias* 40. *§. hoc Senatus conſultum ad filias quoque familias pertinet ff. ad Macedon.*

6 Attamen contrarium in terminis ſimilis ſtatuti tenuerunt multi Doct. & præcipuè *Alexan. conſ.* 29. *num.* 10. *lib.* 3. motus hac ratione, nempè, quia ſtatutum contra ius commune loquens
7 de filio, non extenditur ad filiam, ſiquidem
8 maſculinum non concipit fœmininum, niſi per extenſionem *l. pronuntiatio* 195. *in primis verbis, quæ hæc ſunt, pronunciatio ſermonis in ſexu maſculino ad vtrumque ſexum plerumque porrigitur tex. in l. penul. in fin. C. de prap. Sacr. Cubi. lib.* 12. *gloſſ. & Bartol. in l.* 1. *ff. de verbor. ſignifi.* extenſio autem non fit in correctoriis, vt notum eſt, idipſum ante *Alex.* tenuerat *Fulgoſ. conſ.*
9 75. in facto proponitur *col.* 3. *verſ. Sed certè illud*, quos poſtea ſecuti ſunt *Dec. in l.* 2. *num.* 126. in contrarium tamen facit *ff. de regul. iur. Tiraq. de retract. lignag §.* 1. *gloſſ.* 9. *num.* 193. *& ſeq. Lambertenq. de contract. ad fin. quæſt.* 29. *num.* 104. *Borgnin. deciſ.* 31. *num.* 37. *Carpan. ad Statut. Mediolanen. cap.* 416. *num.* 1. *verbo Si filiusfamilias.*

D Romani Ciues, & incolæ) non placuit ſtatuentibus hoc loco aduenas, ſeù forenſes com-
10 prehendere, quia regulariter intentio ſtatuentiũ eſt prouidere ſuis ciuibus non autem exteris, vti aliàs, confideratum *Reta deciſ.* 673. *num.* 2. *par.* 1. *diuerſ. argumento tex. in l. imperialis C. de nupt. et in l.* 1. *C. de Sum. Trinit. & eadem Rot. in Imolen. bonorum coram Cardinale Pamphilio ſeniori* 10.
11 *Aprilis* 1592. *Maſcard. de gen. ſtat. interpr. concl.* 6. *num.* 1. *& ſeqq.* tenẽtur tamen alioqui forenſes, & ipſi ſeruare ſolemnitates à ſtatuto præſcriptas in loco, vbi contractum ineũt *Bart. in l. cunctos populos num.* 13. *&* 14. *C. de Sum. Trinit. & fide. cath.* quem omnes ſequuntur teſte *Laſ. ibidem in* 3. *lect. col.* 4. *num.* 17 *verſ. capio gloſ. in* 2. *lect. col.* 11. *num.* 55. *verſ. circa primum. Fel. in cap.* 1. *nu.* 23. *de ſponſ.* vbi de communi teſtatur Canoniſtæ communiter *in cap. licet de for. comp. Gabriel. de conſuet. concluſ.* 2. *num.* 4. *Caputaq. deciſ.* 206. *&* 215. *par.* 3. *Caſar. de Graſſ. deciſ.* 2. *num.* 16. *de donat. Aret. conſ* 54 *ſub nu.* 1. *& conſ.* 73. *ſub nu.* 6. & alij quãplures relati per *Maſcard. de ſtat. concl.* 7. *num.* 32. vbi probat hanc eſſe communem, ac veriorem opin. *Ros. deciſ.* 59. *num.* 5. *inter collectas per Pic. ad cap. ſtat. Vrbis* 151. *lib.* 1. Forenſis au-
12 tem quoad materiam ſtatutorum, de qua hic agitur, ille cenſetur, qui eſt de alio loco, & Ciuitate vtente diuerſis legibus, & ſtatutis, licet ſit ſubditus vni, & eidem dominium ſtatuentium. *Decian. reſponſ.* 33. *nu.* 17. *lib.* 1. *Maſcard. de ſtat. concl.* 6. *num* 212.

E Ex nullo contractu) ſtatutum non ſe continet intra ter-
13 minos Senatuſconſ. Macedon. quod quidem ad contractum mutuæ pecuniæ, vel ad alium ex adhibita fraude recidentem in eum, dumtaxat coarctatur *l.* 1. *in princ.* in ipſis verbis Senatusconſulti, ibi ne cui, qui filiofamilias mutuam pecuniã dediſſet *l. ſi filiusfamilias ff. eodem*, ibi is autem ſolus Senatusconſul. offendit, qui mutuam pecuniam filiofamilias dedit, non qui aliàs contraxit, puta vendidit, locauit, vel alio modo contraxit, & paulo inferius, quia pecuniæ numerario non concurrit, ceſſat Senatusconſul. quod ità demum erit dicendum, ſi non fraus Senatusconſ. ſit cognita, vt qui credere non potuit magis ei venderet, vt
14 ille rei pretium haberet in mutui vicem, at ſtatutum loquitur de contractu, quod verbum generale eſt ad omnes obligationes, quæ variis ex cauſis cõtrahuntur *Inſtit. de oblig. ex conſen.* quinimò plura contractuum eſſe genera inquit *Inſtit. Imper. de oblig. quæ ex quaſ. contr. naſcun.* in primis verbis facit *tex. in l. contractus* 23. *ff. de regul. iur.* & amplius loquitur de omni
15 contractu nam locutio iſta ex nullo contractu omnes contractus prohibet, cum dictio nullus ſit vniuerſalis negatiua *Verall. deciſ.* 283. *num.* 2. *par.* 3. *Seraphin. deciſ.* 843. *num.* 6. *Tuſch. concluſ.* 316. *littera D.* neque ſtatutum noſtrum voluit ſe alligare legibus Senatusconſulc. Macedonian. quia de illo non fecit mentionem in principali diſpoſitione, ſed in limitatione tantum, vti præcipuè animaduerſum eſt in *deciſ. Se-*
16 *raphin.* 1286. *num.* 14. Cæterum ſub hoc ſtatuto non continetur quaſi contractus, cum ſtatu-
17 tum loquatur de contractu, & appellatione contractus ſimpliciter non veniat quaſi contractus *Bero. conſ.* 153. *num.* 34. *volum.* 1. *Matheſil. ſing.* 167. *num.* 1. *Carpan. ad Stat. Mediolan.* cap. 328. *verbo Vel quaſi nom.* 134. *& cap.* 416. *num.* 53. nec enim ſtatutum ſimpliciter prohibet obligationes filiorumfamilias, quo caſu comprehendere cenſeretur etiã obligationes ex quaſi contractu *Dec. conſ. in princ. non obſt. Matheſil. d. ſingul. num.* 1. *&* 3. *Carpan. dicto cap.* 134. *num.* 136. ſed reſtringit obligationes ad eas, quæ pro-
18 ueniunt ex contractu, ſicque dici poteſt, quod limitata cauſa, limitatum producit effectum, *l. in agris ff. de acquir. rerum domin. l cancellauerat ff. de his quæ in teſt. delen. Tiraquel. tract. cauſ. ceſſ. par* 1. *num.* 147. *& de retract. lignag. §.* 32. *gloſſ.* 1. *num.* 49. nec etiam ſumus in ſtatuto
19 fauorabili, in quo alioqui ſub verbo contractus comprehenderetur etiam extenſiuè quaſi contractus *Carpan. dicto cap. nu.* 138. *Boccat. in Conſtitut. Marchiæ gloſſ.* 8. *num.* 7. *qui & num. ſequen.* ſubiicit exempla quaſi contractuum, quæ tamen facile colligit ex *tit. inſtit. de oblig quæ*
20 *ex quaſi contract. naſcun.* Statutum vero noſtrum cenſeri debet odioſum, vtpotè conditum exemplo Senatuſconſul. Macedonin. in odium fœnerantium filiisfamilias, quod odioſum eſſe apparet ex *l.* 1. *vbi Bar. nu.* 1. *ff. eod.* quod nemo
21 negat, & amplius eſt correctorium iur. cõis, dum

prohibet obligari filiosfamilias ex quouis cõtra-
22 ctu, cum tamen excepta causa mutui, de qua superius dictum est iure obligari possint *l.si filius familias ff.de actio.& oblig.l.tam ex contractibus ff de iudic.* consequenter stricte debet intelligi de contractibus propriè, vulgatis iuribus,& regulis iuris,de quibus supra sæpius meminimus. Hinc
23 precipuè consequitur, quod filius familias tutor esse possit, etiam sine patris consensu iuxta *tex. in l.1.C.quod cum eo instit.* §.*tut.de tutel.in princ.* licet ille hoc casu obligetur ex quasi contractu §.*tutores instit de oblig.que quasi ex contract nascun.* nec enim præsumi debet, quod statutum
24 id velit prohibere, sed potius dicendum,quod velit approbare iuris communis dispositionem & cum ea se conformare, *c.cum dilectus de consuet. l.1.C. de noxal. cum simil.*

F 25 Quoquomodo obligare] ciuiliter tamẽ,nam hoc statutum impedit ortum ciuilis obligationis,non autem naturalis *Scraph.d.decis.*1350. *num.*2. *& Rot in recent.par.* 1. *decis.*523. *num.* 11. naturaliter autẽ remanet obligatus filius familias ex
26 suo contractu *l.quia naturaliter ff. ad Maced.* cũ
27 alioqui etiam minor ex sua promissione obligatus sit naturaliter, & ciuiliter,*Bart.in l.certi conditio* §.*quoniam num.*8.*ff.si cert.pet.tex.in l.filius familias ff de actio,& oblig.& in l. tam ex contractibus ff.de iudic.* Et ideo si debitum soluit nõ
28 repetit *l.naturaliter* 13.§.*item quod pupillus ff.de*
29 *condic.indeb.*maximè vbi fidem suam soluendo liberat *l fideicommissum* 62.*ff.eod.tit,Rot.apud Seraph.d.decis.*1286.*d.num.*2.*& decis* 527. *nu.* 11. *par.*1.*diuers.in recent.*

30 Nec obstat dictio qnoquo modo, quæ licet sit vniuersalis,& modum omnem cõprehendat *Dec. cons.*375.*n* 5.*Rol.cons.*2.*n.*32.*lib.*4.*& cons.*5.*n* 47 *lib.*1.*Gemin.cons.*20.*in fin.Aym.cons.* 256. *n.* 8. *Gratian. decis. Marcb.* 51. *num.*17. restringitur
31 tamen ad modum proportionabilem materiæ,de qua agitur,vt per eundem *Aymo.ibidem Menoch. recuper possess remed.*6.*num.*17. Atque etiam re-
32 stringitur ad id, quod est rationis, vt de verbis generalibus statuti dixit *Ias.in l.non dubium nu.* 36.*C.de legt.Euer.in sua cent.loco ab absurdo nu.* 6.*Alex.cons.*85.*num.*11.*lib.*4.*facit tex.in l.quamuis ff.de in ius.voc,Mascard.cum pluribus aliis ab ipso citatis de gener.statut.interpr.concl.*5 *nu.* 79. *limit.*13 ad regulam quod statutum generaliter loquens, generaliter debet intelligi, quo circa cum ratio prohibeat obligationem naturalem impediri in filijs familias pacisccntibus, cum quili-
33 bet ex pacto suo obligetur *l.1.in princ.ff de pact. l.1.in princ.ff.de constit.pecun d.l. quia naturalis* cum aliis supra deductis, planè sequitur statutum
34 nostrum prohibens filiisfamilias ex contractu quoquo modo se obligare, restringendum esse ad obligationem ciuilem, sicque proportionabilem subiectæ materiæ, non autem intelligendum
35 etiam de naturali, quam nec Senatusconsultum
36 Macedonianum sustulit *d.l.quia naturalis*, sic & Princeps ciuilem obligationem tollit, nõ autem naturalem *Ruin cons.*36.*num.*21.*vol.*1. siquidem
37 iura naturalia semper firma, atque immutabilia permanent §.*sed naturalia instit.de iur.nat. gen.*
38 *& ciu.cum ibi not.* Accedat quod verba statutorũ quantumuis generalia, intercpretationem passiuam recipiunt à iure communi, & restringuntur, vt euitetur eius correctio *Ias.in authen.preterea num.*14.*C.vnd.vir.& uxor.*vbi hanc dicit communem regulam, quæ probatur *ex l.si seruus vestri,vbi glos.C de noxal.cap.cum dilectus de consuetud.*& ex aliis congestis per *Osasc.decis.*169. *num.* 2. *& pluribus sequentibus Roman. cons.* 316.*nu.*4. & copiosus per *Mascard.de gener. stat.interpr.concl.*5.*num.*148 *& concl.*2.*num.* 8. & per plures alios *num.seqq.Rot.decis.*475.*num.* 4.*& seq & decis.*724.*num.*15.*&* 16. *par.*1. & vbi statutum contra ius cõmune operari potest duos effectus, restringi debet ad vnum *d.c.cum dilectus, & ibi Doct. Rot. diuers. decis.*471. *num.* 6. *par.* 1.

39 Verum quod eiusmodi statuta etiam impediãt ortum obligationis naturalis,asseruerunt multi, qui huius opin-anteſignanum referunt *Bart. in l. cum lex* 47.*num.*7 *ff de fideius.*expresse & clarè dicentem, quod vbi lex dicit aliquem ex aliquo contractu non obligari, sicque resistit obligationi, impeditur obligatio ciuilis, & naturalis, ad quod affert *tex.in l. sed & si serui eod.tit.& in l. antiqua* §.*fin C.ad Vellei.* id ipsum asseruit idem *Bart.in l.seruus inscio sub num.*1.ibi quia lex resistit obligationi, non oritur nec ciuilis, nec naturalis *ff.eod.tit.per tex.in l. si nõ sortem in prin. ff.de cond.indeb.Bart.sequitur Roman.cons.*437. *num.*4.*Gabr.cons.*20.*num.*45.*vol.* 2. vbi asserit, quod omnes sequũtur *Bar.Bertaz.de claus.claus.* 7.*glo.*19.*num.*2.*& seq.Borgnin.decis.* 31. *praesertim num.*5.*&* 12.*Carpan.ad Stat.Mediol.cap.*416. *num.*575.*Gratian.discept.forens.cap.*122. *num.*1. *tom.*1.*Paschal.tract.de virib. patr. potest. cap.* 6. *num.*15.*par.*1.*Barz. decis. Bon.* 99.*num.*3.& antiquiores alii à prædictis relati, qui omnes pa-
40 riter adiecrunt, quod fideiussor accedens huiusmodi obligationi, non tenetur per *tex.in l.si seruus* 9 *ff.si quis cautio.in l.cum lex,& in l.fideiussor,obligari* 17.*in princ.ff.de fideiuss.*quare cum statutum nostrum expresse resistat obligationi filiorum familias quoquomodo ex nullo,desit omni contractu, vt in primis verbis huius cap.dicendum videtur,quod hic impediatur ortus non solum ciuilis, sed etiam naturalis obligationis, & quę dicebamus de interpretatione statuti iuxta dispositionem iuris cõis, vt in Macedon: *S. C.*
41 plane cessant,nã in claris cessant interpretationes *l.sunt inuus* 137.§.*cum sta in fin ff.de ver.oblig. l. ille, aut ille* 27. *ff. de leg.cum simil.* & statuti verba vniuersalia, & generalia sunt, consequenter comprehendunt vtramque obligationem,nẽpe tam ciuilem, quam naturalem vt sup. dicebamus ad hoc ipsum verbũ quoquomodo obligare,
42 cum etiã statutũ sicuti quæuis alia dispositio generaliter loquens generaliter intelligi debeat per *tex in l.1.§ generaliter ff.de leg. prætian. l.*3.*ff. de offic. Præsi.l.si quis seruũ* §.*nõ dixit Prator ff.de acq hared. Rot.decis.*330.*nu.*4.*p.* 2. *diu.* vbi ideò
43 cenſuit,quod statutum generaliter prohibens appellationem, intelligendum sit tam de deuolutiua,quam suspẽsiua *Mascard.de gener.stat.interp. concl.*5.*num.*1.*& seqq.*neque voluit statutum nostrum in omnibus alligare se legibus Senatusconsulti Macedoniani, vt supra probauimus sub littera L.verbo ex nullo contractu.

Suade-

Suadetur adhuc iste generalis intellectus, quia statutum ipsum resistit etiam obligationibus fideiussorum, consequenter supponere videtur, quod nec naturalis obligatio cõtracta sit à filijs
44 familias, alioquin enim vbi saltem naturalis obligatio subsistit, tenet obligatio fideiussoris, aliàs non subsistit, vt ex iuribus, ac Doct. supracitatis, & probat præcipuè *Bart. in d. l. cum lex. nu. 8. ex l. ff. de donat. inter vir. & vxor.* vbi dicitur donationem inter Virum, & Vxorem non valere, quod intelligitur, vt idem inquit, etiam quoad naturalem obligationem, quod patet, quia ei non potest accedere fideiussor *l. si sponsus §. si Vxor. Vir. ff. de donat. inter vir. & vxor. sicque debet intelligi C. ad Vellei. Authen. si qua mulier.*

45 Accedat amplius, quod contractus, & obligationes tam filiorumfamilias quam fideiussorum per hoc statutum expressè declarantur nullius roboris, vel momenti, quod supra consideravimus sub littera S. verbo nullius roboris, vel momenti, & quidem ab ipso initio, vnde locus est regulæ, quod nullum est, nullum producit effectum *l. 4 §. condemnatum ff. de re iud. l. non putavit §. non quauis ff. de bon. possess. contr. tab. l. non dubium C. de legi. cum simil.* sic contractus nul-
46 lus nullam inducit obligationem, sic nulla obligatio omnem excludit obligationem, facit quod *not. Bart. in d. l. cum lex nu. 8.* ibi sed pone, quod lex dicit, & ante *num. 4.* nam & non entis nul-
47 læ sunt qualitates *l. eius qui in Prouincia versic. Quare si nulla stipulatio ff. si cert. pet. l. 2. ff. de vsufruct. l. Pomponius §. fin. ff. de acquir. hæred.*
48 nec datur qualitas sine subiecto *l. 4. §. fin ff. de actio. empt. l. fin. ff. de collat. bon. l. nullam §. si absentis vbi Ang. ff. de peti. hæred.* Ex quibus omnibus iure profecto compertum efficitur, quod
49 vbi contractus est nullus, ex eo nec ciuilis, nec naturalis oritur obligatio, quam conclusionem declarat *Roman. cons. 437. num. 4.* vt locum habeat, vbi nullitas inducta est ab initio cõtractus, siue ob omissionem solemnitatis, quod idem est, ac si diceret ob omissam formã, siuè alias, vbi constitutio nolit contractum valere ab initio.

50 Cæterum nec dubitari potest, quin possit lex siue sit iuris communis, siue iuris municipalis impedire ortum obligationis naturalis, sicuti & ciuilis, hoc enim admittunt Doct. omnes supra citati, qui differunt, an, & quando statuta impediant ortum obligationis naturalis, quibus addo *Bald. in l. non dubium C. de legi.* & possunt sta-
51 tuta condi etiam super his, quę à iure naturæ, vel gentium dispositæ sunt, ità tamen, vt ius naturale, vel gentium non tollatur in totum, quod probatur ex *l. ius ciuile, cum ibi not. ff. de legi.* vbi in principio leguntur hęc verba, ius ciuile est, quod neque in totum à naturali, vel gentium recedit, neque per omnia ei seruit, itaque cum aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi, ius proprium, ideſt ciuile efficimus, & ita concludunt Doct. communiter, vti refert. *Ototo. in § ius autem ciuile num. 22. instit. de iur. nat. gen. & ciu. & declarat Mynsing. in § sed naturalia Instit. eod. tit. vbi in fin. sub num. 5.* concludit ius ciuile nihil facere aliud quàm quod variet communes sententias iuris naturalis, & gentiũ pro ratione circumstantiarum, & vtilitatis, siue salute humanæ societatis, cui modo hoc modo illud conducibilius est, magisque proficuum, addit ius ciuile determinationem esse iuris naturalis. Verum quod attinet ad interpretationem statuti nostri, minimè recedendum est ab opinione Sac. Rotæ, nempe quod ex eo non impedia-
52 tur ortus obligationis naturalis, sed ciuilis dum taxat vt per *Card. Seraph. d. decis. 1350 nu. 2. & decis. 527. num. 11. par. pri. recent.* contrarijs in alteram sententiam superius deductis nequaquã attentis.

G Etiamsi cum alio filiofamilias con-
53 trahant) id ipsum licet nõ fuisset expressum, iure tamen seruandum fuisset *Bero. cons. 179. num. 1 & seqq. vol. 1. Carp. ad simile stat. Mediolani cap. 416. num. 31.* sicuti videmus, quod nec minores, cum alijs minoribus contrahere possunt in casibus prohibitis,
54 sine decreto iudicis, & alijs solemnitatibus aliàs requisitis. vbi contrahunt cum maioribus, vt *est text. clarus in l. si pupillorum in princ. ff. de reb. eor. & in l. nõ solum, & in l. inter omnes vbi, etiam gloss. C. de præd. min.* quod etiam pariter
55 procedit, vbi per statuta præscribuntur certæ solemnitates adhibendæ in contractibus minorum, nam & eædem solemnitates seruandę sunt vbi minor cum altero minori cõtrahat *Alexand. cons 119. num. 3. lib. 6. Ruin. cons. 97. circa primũ num 2. vol. 5. Natt. cons. 540. nu. 13. Lamberteng. de contract eor. & c. ad fin. nu 118. q. 34. Rot. decis. 164. num. 6. in impressis Gregorij Papæ XV.* licet aliàs Rot. pro maiori parte DD. contrarium tenuisset *decis. 157. & 158. par 1. diuers. de quibus fit mentio in decis. 57. inter impress. per Pic. ad cap. stat. 151.* quod tamen ita intelligitur, vt ille
56 qui certat de damno vitando, possit opponere de nullitate ex defectu solemnitatum, vt in *decis. 164. & in decis. 218 sub num. 6. par. 2. in recent.* & *in Romana Census 19. Decembris 1615. coram Reuerendissimo D. meo Decano, faciunt not. per Lamberteng. ad stat. Mediol. ad fin. num. 124. & seq. & fusius Pic. glos. 7. num. 83. &*
57 *seq.* Neque etiam diuersæ Ecclesiæ inter se bona sua alienare possunt sine solitis solemnitatibus à iure requisitis *cap. 1. cum ibi not. per Doct. ext. de reb. Eccl. non alien.* ex quibus etiam planè ar-
58 guitur, quod multò magis prohibitum censeatur filijs familias inter se contrahere contra formam statuti nostri, & similium, siquidem ex vtraque parte militat inhabilitas in casibus verò præcedentibus ex vna parte tantum, nempe ex parte alienantis, vt benè considerauit *Bero. d. consil. nu. 3. & 9.*

59 Quid verò si inter se contrahant, seque obligent minores, qui sunt etiam filijsfamilias, adhibitis tamen solemnitatibus, de quibus supra *cap. 113. & proximo cap. 151.* cum alioqui nulla foret eorum obligatio, vt in hac ipsa not. supra diximus.

Crederem hunc casum tanquam mixtum non comprehendi sub statuto, quia in statutis pro
60 regula traditur, quod in simplici dispositione nõ venit casus mixtus *Ruin. cons. 15. num. 23. vol 3. Gabriel. cons. 8. num. 14. & num. 17.* vbi dicit ità tenere omnes Doct. *in l. 2. ff. de verb. oblig.* & am-
61 pliat. etiam si dictio vniuersalis simpliciter adiciatur

ciatur *Dec.conf.*533.*num.*1.*Alex.conf.*82.*n.* 17. *col.*3. *Brunor.à sole* in suis propositionibus iuris verbo mixta *Polid.Rip.tract.de nocturn. vtpote cap.*4 *sub nu.*48. qui plenius cõprobat hãc esse communem Doct. sententiam, & per tot. illud cap. vberrimè disserit an, & quando mixtum contineatur in simplici dispositione, vnde
62 casus iste tanquam omissus à statuto iuxta iuris communis dispositionem decidendus est *l. commodissimè ff. de lib.* & *posth.l. si extraneus ff. de condic.ob caus. Honded.conf.*8.*num.*17.

Quo circa cum agatur inter contrahentes pariter priuilegiatos, locus esse videtur regulę iuris, quod priuilegiatus contra æquè priuilegiatum suo non vtitur priuilegio *§. sed & hoc praesente authen. de Sanctiss. Episc. authen.* nisi rogati C. *ad Senatus cons. Trebell. l. sed & si milites in princ. vers. æqualitas enim ff. de excus. tut. l. priuilegia vbi glos.* & *Doct. ff. de priuileg. cred. Marsil. singul.*99. *& singul.*681 *Rimin.iun.conf.*278
63 *num.*72. vbi quod tunc res reducitur ad ius cõmune *Tusch. concl.*760. *littera D.* hæc tamen distinctio adhibenda videtur, quod si vna pars certet de damno uitando, altera de lucro captando præferatur illa, quæ certat de damno vitando, si autem vtraque de damno, potior illa sit, quæ conuenitur, & quæ rem consumpsit per *text.* ità de duobus minoribus decernentem in *d.l. verũ*, *Sitem quæritur si minor ff. de minor. vbi* Bart. *& Bald.not.* hoc intelligentes procedere in duo
64 bus æquali priuilegio priuilegiatis, & priuilegiatum, qui agit de damno vitando præferri alteri agenti de lucro captando probat *tex. in l. fin. ff. ex quib caus. maior. not. Tusch. dicto concl. n.* 14. & communem refert esse opinionem, prædicta autem distinctio fusius comprobatur per *Lamberteng.* Rudiosè legendum *dicto tractat. ad fin. num.*125.

H Cum effectu peruenisse) ergo ne permittitur, quod filij familias hoc modo locupletentur cum alterius iactura? hoc autem semper prohibitum legitur, & quidem naturali ratione dictante, nam hoc natura æquum est, neminem
65 cum alterius detrimento fieri locupletiorem inquit I.C. *l.*14. *ff. de condic. indeb. & l. iure naturæ* 207. *ff. de reg. iur.* & altera iuris regula est, quod
66 qui obligari non potest, tenetur tamen, siue is sit pupillus, siue quiuis alius, quatenus locupletior
67 est factus *Tiraquell. de legi. connub. glos.*5.*n.* 13. de pupillo *text. est in l. naturaliter §. fin. ff. de condic. indeb. l* 1. *in princ. vers. & cum quidam ff. de auct. tut. l.*3. *in prin. ff. cõmod. l. in pupilli* 47. *ff. de solut. ubi in fin. l. præcipuè loquitur in casu Senatus Cons. Maced. l. fin.* C. *de usucap. pro empt. §. fin autem Instit. quib. alien. lic. vel non;* De mu
68 liere latè probat *Lamberteng. d. tract. glos.* 24.
69 *num.*1. & 2. De Ecclesia est *glos. in authen. qui res verbo eum, & ibi Bald. sub num.*2. C. *de sacrosanct. Eccles. idem Bald. in l. fin.* per illum *tex.* C. *de usucap. pro empt. num.*1. *not.* Dec. & alij ab eo relati *in d l. iure naturæ num.*2. *Tiraquell. d. glos.*5. *num.*132. *vers. Quod & in Ecclesia, atque ad præmissa tex. & omnium optimus, vt verbis utar Lamberteng. d. nu.*2. *in l. quod Celsum §. si quis pupillo ff. de dol. mal. except.* vbi expresse dicitur, quod in pupillo, & in cęteris, quibus non rectè soluitur, si facti sint locupletiores, exceptio doli, locum habebit. Accedat demũ colophonis loco æquitas iuris naturalis, de qua in prædictis legibus, nam hoc natura, & iure
70 naturæ, *ff. de regul. iur.* quod quidem ius commune est omnibus, omnesque ligat æqualiter. *§ ius autem institut. de iu. nat. gent. & cis.* ibi quod verò naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos peræque custoditur, vocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes vtantur, *& §. ijs autem gentium omni humano generi commune est, eod. tit. & §. sed naturalia etiam eod. tit.* cuius verba planè sapientissima hic ad rem nostram, vtique referenda videntur, inquit Imperator, sed naturalia quidem iura, quæ apud omnes gentes peræque obseruantur diuina quadam prouidentia constituta, semper firma, atque immutabilia permanent, vbi *Mysinger. nu.* 8. inquit quod sententia iuris naturæ est, ne locupletentur cum alterius iactura, quodque hæc thesis nota est omnibus, quam Cicero etiam in officijs grauiter tractat.

71 Cæterum locupletior quis fieri dicitur tribus modis iuxta *glos. in l. fin. verbo locupletior* C. *de usucap. pro empt.* vel quod habet pecuniam, vel aliud emptum ex ea, vel talem rem emit, quam de suo emisset necessariò, licet postea perierit, ad hæc affert *glos. tex. in l. verum* 12. *§. secundum est, in l. in pupillo* 47. *ff. de solut. & in §. at ex contrario vers. sin autem aliter inst. quib. aliena.* sic, vel non, quæ quidem omnia c >iunctim ponderata; glosę dictum probare videntur. & glosã
73 sequitur ibi *Bald.* dicens quod pupillus dicitur locupletior, quãdo est vtilitas in actu permanẽs, vel necessitas in actu transiens, seu consumpta, sequitur pariter *Angel.* ibidem, multique alij alibi, quos refert, & sequitur *Lamberteng. dict. glo.* 24 *num.*5.

His itaque sic stantibus, statutum nostrum
74 ità debet intelligi, ne filij familias locupletiores fiant cum alterius detrimento, neque huic intellectui repugnant verba statuti nostri ibi, & liquido constet bona, & pecunias, pro quibus filij familias se obligauerunt, ad eos cum effectu peruenisse, quia id intelligendum est sine causa necessaria, quodque bona, & pecuniæ amplius non extent, sicque locupletiores effecti dici non poterunt iuxta tradita per *glos.* alioſque iuris interpretes præcitatos; atque hoc modo interpretandas esse similes constitutiones municipales de minorũ obligationibus loquẽtes tradit *Roman. conf.*316 *nu.*5. *& seq.* ne illæ aduersari cẽseantur rationi naturali, quod quidem municipalis constitutio mutare non valet *l.*2. *ff. de vsufruct. ear. rer. l.*2. *§. fin ff. de legit. agnat. tut.* & quia
75 ad absurdum eundum statuta, & quæuis aliæ dispositiones restringuntur ad id, quod est rationis *Ias. in l. non dubium num.*36. C. *de legi. Euer. in suis locis argum. loco ab absurdo num.* 6. & alij quod ad id ipsum supra citauimus hoc cap. littera E. ad verbum quoquo modo obligare. Atque amplius quoniam ius municipale, quantum fieri potest, ad terminos iuris communis reducendum est. & ab hoc semper interpretationem, & limitationem recipere debet *l.* 2. C. *de noxal. action. Roman. d. conf.*316. *num.* 4. *&*

conf.

conſ.451.num.3.Iaſ.in auth. preterea num.14. C.num.nat.& uxor. cum alijs ſupra citatis ad hoc ipſum *cap.litt.B. verbo Quoquomodo obligare*.

Demum hic non omiſerimus, quod filiusfamilias, qui ex cauſa neceſſaria mutuas acceperit pecunias, peccaret mortaliter, ſi eas non reſtitueret, licet ſe tueri poſſet in foro exteriori per exceptionem Macedoniani Senatusconſul. vel huius ſtatuti iuxta tradita per *Innoc. in cap.quia plerique ſub num.3. de immun. Eccleſ. Addit.1.ad Bart. in l.1.ff.ad Maced. Veſil. ad Afflict.deciſ.308.num.24.Gozz in memor. verbo Filiusfamilias*, non poteſt eſſe in iudicio in fio. quodquidem valdè animaduerti debet à filijs familias, habita etiam ratione honoris, & famæ.

I Et eorum fideiuſſoribus etiam principaliter obligatis) ſi id expreſſum non fuiſſet, profectò fideiuſſores, qui ſe vti principales obligaſſent, non potuiſſent ſe tueri exceptione nullitatis obligationis filijfamilias, pro quo fideiuſſiſſent, ità enim iure communi compertum habetur *Alexand in addit.ad Bart.in l. Marcellus 36.in princ.ff.de fideiuſſ. Pariſ. conſ. 16.num.113.lib.2. Natt.conſ.162.num.14 Rot. apud Mobed.deciſ.2.de fideiuſ. & Seraph. deciſ. 1324.num.4.& deciſ.110.nu.12. & 13. in impreſſ.per Zaceb.ad Galleſ. de oblig. Camer.* vbi, quod fideiuſſores hoc caſu cenſentur duo correi debendi, & eorum obligatio non eſt acceſſoria, ſed principalis, prædictis accedit, *deciſ. 138,in Tudertina Cenſus eorum Iuſto 20. Maij 1600.impreſſ penes Cincium tract de cenſ. & de ciſ.Gregorij Papæ XV.321.num.7.* vbi, *& ant.num.13.& deciſ.590.num.4. apud eundem.*

Quinimò idem dicendum videretur de fideiuſſoribus, qui ſe principaliter non obligaſſent nempe quod eorum obligatio vtiq; valida fuiſſet, niſi ſtatutum noſtrum prohiberet, quia vbi nulla redditur obligatio per ſtatutum fauore, vel iure ſpeciali veluti minoris, vel filijfamilias, ſuſtinentur nihilominus obligationes fideiuſſorum principali obligationi accedentium, quippe voluit ſtatutum fauere ſolum minoribus, vel filijsfamilias non autem eorum fideiuſſoribus, vt in prædictis deciſſ. plenius habetur, præcipuè apud *Seraph. à deciſ. num 6. &* 78 *ſeq.* & in prædictis duobus caſibus limitatur regula iuris, quæ habet, quod obligatio fideiuſſoris eſt nulla, data nullitate obligationis debitoris principalis, de qua *text. eſt in l. cum lex* 47. cum ibi, *not.per Bart. ff. de fideiuſſ. & not. Doct.in l.non dubium* C.*de legi.Hering.tracta. de fideiuſſ.cap.* 10.*num.*22. & *ſeqq. Maur. cod. tract.ſect.1.cap.5.* ſed hanc regulam docté, ac diluciđè per limitationes potiſſimum explicarunt præclari duo Iure conſulti temporis noſtri *Stephanus Gratian.diſcep.forenſ.cap.122.tom.1.* & *Hercul.Mareſcott.var.reſol.lib.2. cap. 65.*

K Nullius ſint roboris, vel momẽti) 79 hæc verba nullitatem inducunt ipſo iure, & ſine partis obiectu *l.qui in carcerem ff. de eo, quod metu.conſ. l.ſi quis Semproniam in fin.ff de bis qui ſui.in.litt.cap.nouit. iuncta gloſſ.de his quæ ſimul à Prælat.cap.ordinarij in fin.de offic.ordin.in 6. cap. ad aures, vbi omnes de reſcript. Tiraquell.* cum plurimis alijs ab ipſo congeſtis *in l.ſi vnquam, verbo reuertatur num* 97 *& ſeq.* C. *de reuoc.donat.Mandoſ.ad regul Cancell.31.q.11. num.6.Gonzalez ad reg.Cancell.8.glo.57. n.7.* 80 *& ſeq.* Nec etiam valida eſſet renunciatio filijsfamilias huic ſtatuto, ſicuti ille renunciare non poteſt *Senatu conſulto Macedoniano, vt not. glo.vlt.in l.fin.C.eod.& ibi Doct.nu.4.* & hanc 81 afferunt rationem, quia vbi exceptio non inducitur principaliter in fauorem alicuius, ſed in odium, qualis eſt exceptio Macedoniani inducta in odium fœnerantium filijsfamilias, non poteſt ei renunciari, ſecus eſt in Velleiano, cui mulier renunciare poteſt, cum iſtud in eius fauorem inductum ſit, vt per eamdem *glo.* Sed alia adhuc ratione eiuſmodi renunciatio filij nõ teneret, quia exceptio Macedoniani reſpicit etiam ius patris, vt apparet potiſſimum *ex diſt. l.fin.C.eod.tit.* & idem eſt in terminis huius noſtri ſtatuti, vt probatur maximè ex *verſ. Excipimus autem*, vndè locus eſt regulis iuris, quod 82 id, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro *in* alium transferri non poteſt *l id quod noſtrum 11. ff.* 83 *de regul.iur.* & non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri *l.non debet 74. ff eod.tit.*

Accedat amplius, quod hic adeſt clauſula annullatiua actus, cui quidem clauſulæ conſenſu partium renunciari non poteſt, quando 84 reſpicit etiam fauorem publicum, vel aliorum *glo.in cap.Statutum in princ.verb.committatur. & in cap.diſpendia verbo Proceſſus de reſcript, in 6.text.in cap. dilecto 25. de præben.circa fin. verſ.niſi forte,vbi Canonitta laſ.* & alij ab eo citati *in l.pacta quæ contra num.2.& in l.ſi quis in conſcribendo num.17.C.de pact.*

Dolo, & metu extortum cenſeatur) hic non repetam, quæ dixi ſupra ad *cap. 149.littera P verbo Fraudulenter appoſitum cenſeatur*, cum ea ſufficere videantur qua de re plenè differit etiam *Pic. ad cap. 151. ſtatuti noſtri glo.23 nu.7.* quodque valeat hæc clauſula in ſtatuto, vbi prohibetur filiisfamilias contrahere ſine conſenſu patris, quale eſt hoc noſtrum ſtatutum tradit *Alex* etiam per me loco prædicto citatus *ad cap.149 conſ.196. nu.4. & ſeq.lib.6.* vbi etiam additio verbo per fraudem.

L Obligatione Camerali) hæc enim nulla eſt, 85 nec iure executionem habere poteſt, vbi adieta ſit contractui euidenter nullo per *text. cum ibi not, in l.cum lex 47.ff de fideiuſſor. Galleſ.* iuxta impreſſionem factam *per Zaceb.q.3.nu.3. & ſeq.*& ponit exemplum idem *Zaceb.* ibidem *nu.12.* in caſu huius noſtri ſtatuti nullam declarantis obligationem filiifamilias.

M Conualeſcant) nec etiam poſtquam filij ſui iuris effecti ſint de iure communi conualeſcunt contractus ab eis geſti, dum eſſent filiifam. *Paſchal tract.de iuris.patr.poteſt.par.1.cap.6.num.* 18 referens in ſimili *q.Tiraq.de legi.conub.glo.8.q.11. nu.99.* 86 *cum ſeqq.* niſi tamen iidem filijfamilias ſui iuris effecti ratum habuerint contractum, vel agnouerint

uerint debitum tum enim contractus à die ratificationis valebit, ſicut in caſu ſenatusconſul. Macedoniani decretum legitur *l.2.C. ad Macc. l.ſed & ſi paterfamilias factus ff.eod.* [*Bart. in l. ſi filiusfamilias num.3.C.eod.tit.Rot.apud Seraph. deciſ.1350.num.2.& ſeq.& deciſ.527. num.11,*
87 *par.1.recent.* & idem ſi pater debitum filij ſui ratum habuerit, nam perindè eſt, ac ſi ab initio illud mandaſſet, ità enim ſtatutum interpretationem paſsiuam à iure communi recipiet, ſicuti recipere debet ex communi iuris regula per *tex.in l 2.C.de noxal.& in cap.cum dilectus extra. de conſuet.* cum alijs per nos ſupra deductis hoc ipſo cap. littera E. verbo quoquomodo
88 obligare, ſic pariter videmus, quod maior factus ratam habere poteſt alienationem, alioſque cõtractus ſine iudicis decreto, in minori ætate antea initos *tot.tit.C. ſi maior factus alien.fact.ſine decr.rat.habuer.& tot.tit. C. ſi maior. fact. rat. habuer.* Et iſta quidem vera ſunt in hoc caſu licet alioqui non poſsint filiifamilias huic ſtatuto expreſsè renunciare, vt ſupra probauimus hoc *eod.cap.littera I. verbo Nullius ſint roboris, vel momenti.*

N Excipimus) hactenus regulam, hic habemus exceptiones, refert autem plurimum, an filiusfamilias ſit ſub regula an verò ſub exceptione, nam qui regula nititur
89 fundatam habet intentionem, ità vt aduerſarius incumbat onus probandi, quod verſetur in caſu exceptionis per *tex.in l.ab ea parte ff.de probat. & in l.2.vbi Laſ.nu.33.ff. ſi quis in ius voc. non ier. Alex.conſ.79.num.5.lib.7.& ibi additio*
90 *littera B. verbo Regulam.* Et quidem filiusfamilias eſt ſub regula, cum ei generaliter contrahere prohibeatur, & in quibuſdam caſibus dũtaxat permittatur iuxta tradita per *Dec. conſil. 142.ſub num.4.* ibi cum enim alienatio regulariter prohibeatur, & in quibuſdem caſibus tantũ permiſſa ſit, pro regula præſumitur, & ità pro filio familias reſpondit *Rot.deciſ.192. in princi.* inter impreſſas *Gregory XV. Summi Pontificis*, atque benè comprobat *Paſchal.d.tract. & cap. num.7.reiecta opin.contraria Carauit. in Commiſſar.Pragmatic. de Senatuſconſ. Maced. §.12. num.1.& ſeq.* ſi quidem, vt ille inquit paternitas præſumitur, cum nemo ſine patre naſcatur
91 *l.ſi quis patrem ff.ad Macedonian.* & data paternitate patria poteſtas vtique præſumitur *l.filium definimus ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.l.ſi emancipati, & ibi Doct.C. de collat.*

O Mandato patris, vel Aui, in cuius poteſtate ſint, contraxerint) ſtatutũ in hac parte ſe cõformat cum Macedoniano Senatuſconſulto, cuius auxilium licet filiifamilias dũ-
93 taxat meminerit, & ad nepotes, & pronepotes nihilominus porrigitur, verba hæc ſunt *text.in l. ſi filius C.ad Macedon. idem probat tex.in l.filium habeo ff. eod.tit.* ſed licet etiam ſtatutum noſtrum de patre, & auo meminerit, attamen
94 porrigi debet etiam ad proauum, ſicque comprehendet filios nepotes, & pronepotes, vt nimirum intelligatur iuxta iuris communis diſpoſitionem, quod de ſtatutis regulariter, & communiter traditum eſt à *Doct. in l. omnes populi ff.de iuſt.& iur.* vbi præcipuè *Crot.nu.194.de* communi, & hanc veram, & communem Doct. ſententiam affirmat *Io.Andr. in regula peccatum ff.de regul.iur.in 6.* nam & eadem ratio viget in proauo, & pronepote, quæ in auo, & nepote, quia & nepos, & pronepos, & deinceps cæteri omnes deſcendentes in poteſtate aui, vel proaui paterni ſunt, niſi fuerint emãcipati *§.fin.inſtit.de patr. poteſt. l.nepotes ff. de his qui ſunt ſui, vel alien iur. Bart Socin.conſ.13* proſequendo *in princ.verſ. prima igitur concluſ. par.1.Corn.conſ.55.reperio num.7.volum.2.* vbi quod auus paternus dicitur habere nepotem in poteſtate, & num.1. inquit, quod auus ſæpè pater appellatur; ratione verò patriæ poteſtatis prohibetur filijsfamilias contrahere, vnde ſequitur etiam, quod de conſenſu, & voluntate, aut mandato patris, vel alterius aſcendentis, in cu- I
ius poteſtate ſunt, licitè contrahant, vt iure noſtro municipali hoc *cap.* & iure cõmuni *l. ſi permittente patre, & l.vlt.in princ.C.ad Macedon. l.filium habeo, & l.ſi tamen ſciente patre ff. eod. tit.* nec verò ſuffragatur filiofamilias conſenſus
2 patris, vbi ſit auus, cum & ipſe pater in ea cauſa ſit, vt inuito patre ſuo contrahere non poſſit, ſicut habetur in eadem *l.filium in fin.* viuente enim auo pater filium non habet in poteſtate, cum ipſemet pater, & deſcendentes omnes ſint
18 in aui poteſtate, vt ſupra probauimus, & is qui
96 alienæ poteſtati ſubiectus eſt, alium in ſua poteſtate habere non poteſt *l. ſi cuenit ff. ad l.Iul. de adult. Mysinger d.§.fin.num.2.inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alien.iur. Oinoiom.ibidem n.4.*
97 Adde prædictis quod ſtatutum hoc locum nõ habet, ſi pater, vel auus contrahat cum filio, vel nepote ex deductis in *deciſ.Seraph.1027.num.8.* tum enim planè conſtat de conſenſu, & voluntate patris, vel aui, in cuius poteſtate ſit filius, vt in eadem deciſ. quæ pluribus exemplis ſimilibus id ipſum comprobat *nu.1. & ſeq.* atque de mandato, & voluntate patris, vel aui ſatis etiam
98 conſtaret ad effectum validitatis contractus iuxta diſpoſitionem ſtatuti *verſ. excipimus*, vbi ijdem acceſſiſſent pro fideiuſſoribus in contractu filij, vt per *Bald.in l.exceptione in fin.vbi addit. C.de euict. Alex.in l.is qui heres ff.de acquir.hered. Soc.conſ.89.nu.13.lib.4. Tiraq.de retract. lignag.§.1.glo.9.num.268.* quos citatat, ſicque ſequitur eadem *deciſ.num.3.*

P Verterint) in hac clauſula ceſſat etiam Senatuſconſultum Macedonianum per *tex.in l.ſed Iulianus 9.§ proinde, in l.filiusfamilias 18.& in l.ſi filiusfamilias 19. ff. eod.tit.*

Q Aut ſi mercatores negocijs præpoſiti, inſtitoresue ſint) in his omnibus, nec locum habet
99 Senatusconſultum, quod probatur *ex l.ſed Iulianus §.quamquam, præſertim in fin.* ibi ſi ipſe pater eũ, filiũ intelligo præpoſuiſſet merci ſuæ, vel mercem peculiarem exercere paſſus eſſet, ceſſaret Senatuſconſul. quoniam patris voluntate contractum videretur. Accedat & ratio, quia
100 perſonæ tales publice patresfamilias pleriſque videntur, ſic agunt, ſic contrahunt, vnde ceſſat Senatusconſul. vt prudenter conſiderat, & explicat

plicat I.C. *in l. si quis. 3. in princip. ff. eod. tit.*

R Aut à patre seorsum habitent, & publicè pro patribusfamilias habeantur] ista duo copulatiuè requiruntur per statutum ad excludendam exceptionem Macedoniani, & propterea vtrũque probandum est, nam quando plura requiruntur ad esse rei, vel probationis, non sufficit alterum esse probari *text. est not in l. vnde etiã §. hoc autem vrl. itaq. & ibi glo. ff. de itin. actuque priu. in l. Fuleinius §. cum hoc, & ibi Bart. ff. ex quib. caus. in possess. eat. in l. habebat in princip. & ibi Doct. ff. de instit.* cum aliis allegatis, *per Euer. in cent. sua loco ab effectu eorum, qua simul requiruntur adesse nu. 1. & per tot.* & ità in terminis statuti nostri censuit Sac. Rot. *decis. 182. num. 2. in impress. nomine Gregory XV.* Verum de iure communi satis esse videtur probare, quod ille, cui pecunia mutuo data est, publicè paterfamilias plerisq; videbatur, quę verba præcisè leguntur in *d. l. si quis 3. in princ. ff. ad Macedon. & in l. 2. in primis verbis C. eod.* quando autem filius ad effectum statuti huius dicatur, & censeatur habitare seorsum à patre & quomodo probetur, quod quis pro patrefamilias habeatur, abundè, ac solidè deducitur in *decis. Gregory* prædicta, & plenius in not. ibidẽ *num. 9.* & explicat etiam *Paschal. d. tract. par. 4. cap. 10 num 22. & par. 1. cap. 6. num. 126.* vbi ad id etiam refert alios, complura autem signa, ex quibus filius patria potestate ab ipso patre solutus intelligatur, ita ut validè, se obligare possit Macedon. Senatusconsulto non obstante, referuntur, & exactè perpenduntur in *decis. 527. in recentior. diuers. p. 1.*

S Et reliquos casus &c. vsque in fin.) ex casibus istis vbi filijfamilias ex causa mutui, de iure communi sine iuramento, non obstante Senatusconsulto Macedoniano, obligantur, quinque præcipuos perstringũt Imperatores Seuerus, & Antoninus *l. 2. C. ad Macedon.* sub his verbis, Zenodorus si cũ sui iuris esse publicè videretur, aut patris voluntate contraxit, aut in eam rem pecuniam accipit, quæ patris oneribus iucumberet, vel suæ potestatis constitutus nouatione facta, fidem suã obligauit, vel alias aguouit debitum, nõ esse locum decreto amplissimi ordinis, rationis est, nullum planè verbum videtur esse superfluũ in hac *l. quæ, & clara, & breuis est* Plures alios, immo omnes casus similes, ex ipsis legum fontibus hausios, exactè, ac fideliter profert celeberrimus Doctor Azo, qui omnium iuris Antistitum iudicio primas tenere censetur inter Epitomarum Collectores, in *tit. C. ad Macedonia. præcipue nu. 8.* ibi cessat hoc Senatusconsultum, ideò superuacaneum prorsus foret eosdem hic per nos referri. Cæterum vbi filii validè obligati sint cum patre, & cum ipsius consensu, si postea à patre emancipati fuerint, non tenebũtur, nisi in quantum facere possint deducto scilicet, ne egeant, quam cautelam docet *text. in l. si filius familias ff. quod cum eo*, & idẽ si post mortem patris hæreditati paternę renunciauerint *l. 2. C. eod. tit. Vrsill ad Afflict. decis. 308. nu. 20. Giurb. decis. Sicilia 42. num. 1. & complures alij ab eo congesti Paschal d tract. de virib patr. potest cap. 6. nu. 133. & seq.* atque huic beneficio renunciari quidem potest per filiumfamilias, sed non censetur renunciatum, nisi expressa de illo mentio fiat, neque sufficit renunciatio omni iuris, & legum auxilio etiam cum iuramento, vt latè probatum apparet in eadem decis. quam & solidissimis rationibus comprobauit Sacr. Rot. *coram Buratto in Romana nullitatis obligationis 24. Nouembris 1617.* articulo semel, ac iterum proposito vtraque parte informante, & eamdem opin. sequutus est *Paschal. d. cap. 6. nu. 134.* vbi inquit, quod hæc exceptio opposita post sententiam, & aduersus liquidationem instrumenti, impedit executionem, non obstante iuramento, & generalibus renunciationibus, vti pariter tenuerunt complures alii Doct. quos ipse recenset.

De Contractibus illicitis & Ciauantiis nuncupatis.

Cap. CLIII.

OMnes contractus, qui vulgo Ciauanza, Rompicollo, seu stoccho, nuncupantur, *b* quocunque velamine, arte, vel malitia excogitati possint, palliatos, *c* prohibemus, & annullamus: ita vt ex illis nulla actio, siue contra principalem, siue contra fideiussores, etiam si vt principales se debitores constituerint, oriatur, nec intentari possit: *d* Juramentumque desuper præstitum, dolo, & metu præstitum præsumatur, & nihil operetur. *e* Declaramus autem, quòd vbicunq; res mobiles, seu se mouentes ad tempus vendantur *f* vltra tertiam partem iusti pretii, *g* aut si in toto, vel in parte penes vẽditorem, aut interpositam personã remaneant, *h* aut ab eo, vel per interpositam personam redimantur, *i* vel si cum bonis pecuniæ sint admixtæ, *k* præsumantur contractus, ciauantiæ, & stocchi, & contra eos possit, & debeat quilibet Iudex ordinarius in suę iurisdictionis subiecto *l* inquirere, & culpabiles repertos punire, tam in amissione datorum, quę commodo accipientis cedant, quàm in pœna ducentorum scutorum auri, vice qualibet condemnare: quorum tertia pars denuntianti, reliquum Fisco illius Curię, per quam inquiritur. *m* Proxenetę autem

rem, siue Mediatores; quorum in his culpa maxima versatur; prima vice pœna simili puniantur, quam si intra mensem non soluerint, publicè fustigentur, secunda verò ad triremes, per triennium damnentur.

SVMMARIVM.

1 *Dictio Omnis, nihil excludit.*
2 *Relatiuum qui, vbi non sit adiecta copula, restringit dictionem verbalem ad casus relatos.*
3 *Simulatio in contractibus, de iure communi cognita, & reiecta est.*
4 *Simulationis contractuum species, & quando præsumatur, & quibus coniecturis; remissiuè.*
5 *Simulationem contractus allegans debet exprimere speciem, & causam simulationis, & eam probare.*
6 *Statutum prohibens contractus illicitos impedit tantum ortum obligationis ciuilis, non autem naturalis.*
7 *Simulationis exceptio nō tollitur per iuramē. tum simpliciter præstitum in Instrumento de illi non contraueniendo.*
Limita vt num 8.
9 *Statutum prohibens contractus illicitos disponit de venditione rerum mobilium, vel se mouentium.*
10 *Vna pars dispositionis alteram declarat.*
11 *Læsio rescissoria contractus, ex iure communi debet etiam vltra dimidiam iusti pretij; & ex Statuto, vltra tertiam partem.*
12 *Dictum, quod Contrahentibus licet se inuicem decipere, procedit in foro exteriori tantum, non autem in foro interiori, & n. 13.*
Intellige vt num. 14. 15.
16 *Pretium iustum in dubio declarari debet à Iudice: nec est declarandum inspectis oblatione aliquorum, sed quanti res valeat, vel ex peritorum æstimatione. & nu. 17.*
18 *Simulatio contractus præsumitur ex Statuto vbi venditor remansit in possessione rei venditæ: sed ex iure cōi debet concurrere alia causa simulationis, & num. 19.*
Item præsumitur, quando res vendita redimi debet à venditore breui tempore. & numero 20.
Item si cum bonis pecuniæ sint admixtæ. qui contractus appellari vulgo solet Cinquanta, vel Stuccho. & nu. 23.
Intellige vt nu. 26. 27.
21 *Contractus venditionis cum pacto redimendi intra breue tempus, est usurarius.*
22 *Breue tempus quod nam sit, quoad rem redimendā, relinquitur arbitrio Iudicis.*
24 *Emptio, & venditio requirunt pretium in pecunia numerata; quæ debet esse, proba & legitima. & nu. 25.*
27 *Lex frequentioribus casibus pro spicere debet.*
28 *Societates officiorum requirunt in re pecuniam numeratam*
29 *Præsumptio iuris, & de iure non admittit contrariam probationem.*
30 *Proxenetæ ijdem sunt ac Mediatores: & an, & quando teneantur ad restitutionem causa contractuum usurariorum? & n. 31.*
32 *Proxenetæ creditur, quando stylus fori mercatorum loci contractus recipit illius fidē.*

ANNOTATIONES.

A 1 Mnes contractus) sic nullus contractus excluditur, sed includuntur omnes. propter naturam dictionis omnes *cap. solita in princ. de maior. & ob. l. Iulianus 66. in prin. ff. de leg. 3. huc articulo 29. in princ. ff. de hared. instit. Barbos. in locis commun. virtusque iuris, verbo Omne qui dicit num. 4.*, sed mox restringuntur isti cōtractus per subsequens relatiuum, qui, ad casus relatos; hæc est enim natura relatiui, vbi non sit adiecta copula 2 *tex. est expressus qui, ad id communiter allegatur, in l. ea tamen adiectio 14. ff. de leg. 3. not. Cott. in memorab. verbo Quis, vel qui, Surd. decis. 282. nu. 6.*

B 3 Quocunque velamine, &c. palliatos) ideſt simulatos, & de iure communi cognita est, atque reiecta simulatio in contractibus *l. 1. C. plus valer.* quod agitur, vbi hæc leguntur verba, in contractibus rei veritas potius, quam scriptura perspici debet, & faciunt reliquæ leges eiusdem tit. Porrò quot 4 sint species simulationis contractuum, & quando præsumatur simulatio, & ex quibus coniecturis, perlegi possunt tradita per *Grammat. decis. 76. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 13. tit 35. & seq. Card. Tusch. conclus. 257. 260. 262.* & duabus alijs *seqq. lit. S. Farinac. de fallit. & simul. q. 162.* præter alia prius exposita a *Capol. tract. de simul. contract. à Menoch. de præsump. lib. 3. præsum. 132. Mascard. de probat. concl. 438 & alijs seqq. vsque ad 448. Osasc. decis. Pedemo.* 5 42 *Surd. decis. 54.* Neque omittimus, quod quicumque dicit contractum aliquem esse simulatum, debet exprimere speciem, & causam simulationis, & probare, siue agat, siue excipiat iuxta celebre, & canonizatum *consil. Bart. 75. nis. vers. his præmissis lib. 1. Rot. decis. 1. num. 5. & 6. de ornat. in non. & decis. 69. nu. 2. par. 2. diuers. Card. Mantic. d tit. 35. num. 5. Card. Tusch. conclus. 258. & seq. littera S. Mascard. conclu. 449*

C Prohibemus, & annullamus,) sic nullus redditur contractus ab initio, vnde nulla oritur obligatio, nec etiam naturalis, ac

quo

quse actio, sed subsistunt obligationes fideiusso-
rum, vt supra plenè deduximus ad primum præ-
cedens cap. lit. E. verbo quoquomodo obligare
iuxta tenentiam *Bart. communiter receptam in*
6 *Lenne lex. 47. ff. de fid. iuss.* attamen sequendæ pp
tius videtur opinio altera, nempe, quod ex hoc
statuto non impediatur ortus obligationis na-
turalis, sed ciuilis dumtaxat iuxta ea, quæ pro
hac parte deduximus ad præcedens caput *dicto*
verbo Quoquo obligare, maximè quia ità censuit
fac. Rot. apud *Cardinalem Seraphinum decis.*
1350. n. 2. & in recent. dec. 527. n. 1. par. 1. nam
decisionibus Sac. Rotæ præsertim in Vrbe Ro-
næ adhærendum est.

D Iuramentumque, &c.) satis dictum
per nos ad
eiusmodi clausulam supra cap. 149. sub littera
F. verbo censeatur fraudulenter appositum, &
hæc equidem clausula omnem prorsus difficulta-
tem tollit quoad hoc, vt iuramentum non vali-
det eiusmodi contractus, quos statutum prohi-
bet, & annullat. Verum etiam de iure communi
7 iuramentum simpliciter præstitum in instrumē-
to scilicet de illi non contraueniendo, non tol-
lit exceptionem simulationis, si de ea verè; vel
præsumptiuè appareat *glos. communiter receptа*
in l. 3. verbo emptione, ibi quod autem, si hoc iu-
rauit C. *plus val. quod agit. Alexan. in l. nemo*
potest 58. num. 16. ff. de leg. 1. vbi testatur de cō-
muni opin. *Grammat. decis. 76. num. 18. in fin. &*
seq. Card. Tusc. conclus. 265. nu. 10. & seq. & con-
clus. 226. nu. 13. & 16. & 21. Farinac. qui plu-
8 res alios refert *d. q. 162. nu. 67.* secus tamen est,
vbi iuratum esset, quod contenta in instrumen-
to sint vera, & ideo non contrafacere, neque
contrauenire, tunc enim non posset impugnari
contractus, nisi prius obtenta absolutione à iu-
ramento *Alex. in d. l. nemo potest d. nu 6. tit. C.*
Mantic. d. tit. 35. nu. 16. Tusch conclus. 266 n. 17.
19. & 20. littera S. Farinac. d. q. 162. par. 2. num
83. vbi de communi ex pluribus Doct. relatis.

E Declaramus autem &c.) hic appa-
9 ret statu-
tū disponere de venditione rerū mobiliū, vel se
10 mouentiū, vt expressè hoc loco loquitur, cum
vna pars dispositionis alteram declaret *l. qui si*
liabus 17. in prin ff. de leg. 1. l. cum proponebatur
66. ff. de leg. 2. Mandos. ad regul. Cancell. 3. q.
6. num 2.

F Vltra tertiam partem iusti pretii)
sic, & infra cap. proximo statuitur procedi pos-
se ad rescissionem contractus, vbi quis reperitur
læsus vltra tertiam partem eius, quod agitur,
Verum de iu. com. non rescinditur contractus
11 nisi læsio sit vltra dimidiam iusti pretij *l. 2. & l.*
si voluntate C. *de rescind. vend.* qui quidem *tex.*
vltimus singularem iuris prudentiam in hoc ar-
ticulo expressam habet, & merito perlegendus
est, sed æquior esse videtur iuris nostri munici-
palis dispositio, cum longius abesse velit læsio-
nem contrahentium, maximè in contractibus
bonæ fidei, atque strictius intelligi vulgare illud
12 pronunciatum licere cōtrahentibus se inuicem
decipere, quod à plerisque iuris interpretibus
receptum, & promulgatum est per *tex. in d. l. 2.*
& d. l. si voluntate, & *l. in causa 2. §. idem Pom-*
ponius vbi hæc verba legitur, idem Pomponius,
ait, in pretio emptionis, & venditionis natu-
raliter licere contrahentibus se circumuenire,
atque idem iuris esse in locationibus quoque, &
& conductionibus expresse docet *Paul. l. Cum*
à virum §. pretio 25. §. quamuis nonum ff. loc. &
conduct. Dunn. regul. 148. Farinac. cum alijs
plurimis ab ipso relatis *Pragmen. crimin. par. 1.*
verbo Decipere num. 29. & seq. qui hanc asserit
communem esse Doct. opin. & procedere tam
de iu. cin. quàm de iure canonico ibidem *n. 32.*
& tex. in cap. cum dilecti & in cap. cum causa de
13 *empt. & vendit.* licet hoc procedatur in foro exte-
riori tantum, non autem in foro interiori, seu cō-
scientiæ, iuxta communem, & veram sententiā
tam iuris vtriusque interpretum, quam etiam
Theologorum, doctè, ac dilucidè comprobatam
potissimum *à Didac. Couar. var. resol. lib. 2. c. 4.*
num. 11. ibi quamuis iure ciuili læsio intra dimi-
diam contingens forensi iudicio minimè rescin
datur, non tamen inde sequitur permissum esse
contrahentibus se intra eamdem quantitatem
lædere, atque demum plenius explicauit articu-
lum istum idem *Farinac. loco citato num. 43.* qui
subinde *num. 54.* relatis opinionibus complurium
Canonistarum, ac Theologorum declarat iuxta
tradita per *Tiraquel. tract de legi. connub. leg. 9.*
14 *num. 13.* quod in foro conscientiæ illa demum
deceptio est illicita, quæ proficiscitur ex dolo
contrahentis dāte causam contractui, & decep-
tioni, vel in eo incidente, si vero proueniat re
ipsa absque contrahentis dolo, tunc ipse contra-
hens alterum lædens, non videatur ad aliquid
teneri, etiam in foro conscientiæ, licet in fine
15 dubitet *Farinac. de hac opin.* & in dubio suadeat
tutiorem opinionem pro anima esse tenendam,
nec quidem is sine ratione dubitauit, si quidem
quod etiam, quando dolus in contractu non in
teruenit, nihilominus interueniat peccatum
cum onere restituendi in foro conscientiæ vsque
ad limites iusti pretij, doctè, & clarè postea pro-
bauit, ac tenuit *Molin. de contract. disp. 350.*
16 Iustum verò pretium in dubio declarari debet
à iudice *l. fin. in fin. C. de in. domin. impetr. Bart.*
in l. si fundus §. fin. ff. de pignor. & in l 2. C. de
rescind. vend. num. 20. vbi inquit practicam ve-
ram, claram, & indubitabilem esse istam, quod
iudex ipse inspiciat bona vēdita, vel mittat duos
bonos æstimatores, qui hoc inuestigēt, & referāt,
Gabriel. conf. 147. num. 5. volum. 1. vbi addit am-
plius, quod iudex non debet declarare pretium
17 inspecta oblatione aliquorum, sed quanti com-
muniter res valeat, vel ex peritorum æstimatio-
ne, vt post *glo. magnam in fin. tradunt Doct. om-*
nes in d. l. 2.

G Aut si in toto &c.) hæc est altera præ-
sumptio simulatio
18 nis contractus, nempe, vbi venditor remansit in
possessione rei venditæ, quæ quidem præsumptio
& iure communi cognita videtur *tex. in l. sicut*
8. §. superuacuum ff. quib. mod. pign. vel hypoth.
solu. Cagnol. de simul. contract. num. 76. vers. 14.
præsumpt. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 39. & de
præsump. lib. 3. præsum. 122. nu. 110. & seq. Card.
Mantic. qui loquitur in simulatione donationis
de tacit. & ambig conuent. lib. 13. tit. 36. Cardin.
Tusch conclus. 260. n. 6. 8. & 9. & concl. 26. in
princ.

prine.& 264.in prine.lit.S.Farinac.de falſ.& ſimul.q. 162. *nu.* 228. *& ſeq.* qui præcipuè quamplurimos alios ad id ipſum congeſsit.

39 Verum retentis terminis iuris communis, non ſatis eſſe cenſetur eiuſmodi præſumptio ſola niſi alia cauſa ſimulationis concurrat, vti conſuluit *Bart.in conſ.*65.*factum tale eſt Petr. Nicol. num.*5. quod ſequitur Ros.*deciſ.*1.*de donat. in non.* & alij quos refert *Maſcard.concl.*439.*nu.*5. & ità declarat *Card.Mantic.d.tit.*36.*num.*2. *ex d.*§ *ſuperuacuum* & *Farinac.d.q.*162.*num.*233. & 239. ſed in diſpoſitione iuris noſtri municipalis omnis ceſſat dubitatio propter verba expreſſa, & clara *l.continuus* §.*cum ità ff. de verb. oblig.l.ille aut,ille ff.de leg* 3. *cum ſimil.*

H Aut ab eo per interpoſitam perſonam redimantur] breui tamen
20 tempore, hoc enim caſu ſubeſt etiam præſumptio ſimulationis contractus, nempe, vt non ſit venditio, ſed pignus, ità ſenſit *Bart.in dicto conſ.*165.*nu.*3. ibi ſecundo modo dicitur contractus ſimulatus per *text.in l.*4.§.*ſi ab ignoto ff.de manumiſſ.* facit etiã *text.in l ſi ventri* §.*in bonis vbi gloſ.& Doct.ff.de priuileg.cred.Capol.de ſimul.contract.q.*25.*n.*79 *Tiraquel.de retract.lignag.*§.1 *gloſſ.*7. *num.*77. *Menoch.d.præſump.*122. *num.*112. *Maſcard. de prob.lib.*1. *concluſ.*438.*num.*15.*& ſeqq. Farin. d.q.*162. *num.*193. & eiuſmodi contractum eſſe
21 vſurarium tradit *Sylueſtr verb. Vſura* 2. *num.*4.
22 Iudicis autem arbitrio relinquitur, quando videatur redempta modico; vel longo interuallo res vendita argumento *text.in l.*1.*ff.de in.delib. c. de cauſis de offic. deleg.* cum aliis ad rem iſtam allatis per *Capol.d.tract.q.*2.*num.*12. *Maſcard. d.concluſ.*438.*num.*21.

I Vel ſi cum bonis pecuniæ ſint admixtæ) contractus eiuſmodi venit ſub vul-
23 gari nomine ciuantiæ, & ſtocchi, ſed forte congruentius, & accomodatius ad caſus frequentius contingentes fuiſſet dicere, ſi cum pecunijs bona ſint admixta, exemplum eſſe poteſt, vbi quis male vtens ſubſtantia ſua, nec facilè inueniens virum bonum, qui bona ſua velit emere, incidit in emptorem malæ conſcientiæ, qui partem aliquam pretij in pecunia numerata exſoluit, reliquum verò pretium ſupplet adiectione mobilium domus ſibi inutilium, & exigui valoris, aut equi morboſi, vel alicuius ſimilis rei; Exemplum ſit alterum, ſi quis ad ſocietatẽ officij, contractus iſte notus eſt ex tractatibus de eo editis per *Franc. Caſtrac. Virgin.Boccat. & Sylueſtr.Zaceh.* quinimò potius ad luſum, vel luxum pecuniam accipiat aliquam numeratam, & pro aliqua quota res mobiles, vel ſemouentes nomine etiam pecuniæ, ac iniuſto pretio, vt fieri ſolet, æſtimatas; ſimiles porrò contractus illicitos aliquando ne dicam ſæpe fieri experientia me planè docuit, quandiù iuridicundo præfui, & quoad contractum emptionis, vt ſupra initum, nec iuri communi videtur ille poſſe ſubſiſtere, cum in emptione, & venditione pretiũ
24 in numerata pecunia conſiſtere debeat, quæquidem præciſa verba adhibet Iuſtinian. Imper. in §.*item pretium in prine.ff. de empt. & vendit.* &
25 pecuniæ debet eſſe proba, & legitima *l.eleganter* §.*qui reprobos ff.de pignor. act.* Myſing. *in d.* §.*verbo in numerata pecunia num.* 1. Attamen
26 declarant iuris interpretes fieri poſſe, vt ex vna parte vna ſpecies tantum detur, ex altera verò parte, ſpecies, ac pecunia & nihilominus ſi inter partes expreſsè conuentũ fuerit, vt fiat venditio, non autem permutatio, licet ex altera parte detur ſpecies, & pecunia, venditio vtique contracta ſit, non obſtante, quod res præualeat pecuniæ, quæ vna cum re data ſit per *text. in l.ſtatur* 6. §.1 *ff.de actio.empt. Bart.& alij in l.* 1. *ff.de ſer. permut.& in l.ſi emptione* 34.*ff. eod. & in l. Ariſto* 48.*ff.de donat.Oinotom.* qui eiuſmodi contractus hodie frequentes eſſe aſſerit, atque etiam plenius declarat, qualiter cognoſcatur, an contractus ſit permutationis, vel venditionis in *d.*§.*item pretium num.*6.*& ſeq.*

Verum quidquid ſit de iure cõi placuit conditoribus iuris noſtri municipalis omninò prohibere cõtractus, in quibus cum bonis admixtæ ſint pecuniæ ad amouendas prorſus occaſiones taliũ contractuum illicitorum, quos forte hic frequentes eſſe intellexerant, ſic vbi periculum maius intenditur, ibi plenius eſt conſulendum *cap. vbi periculum de elect. in* 6. *l. manifeſtiſsimi* §.*ſed cum in ſecundam in fin. C.de furt. l. ad dictos* C.
27 *de appell.*, & lex frequentioribus caſibus proſpicere debet *l.nam ad ea ff.de legi.*
28 Et quoad ſocietates officiorum, illæ requirunt iure pecuniam numeratam, ſic enim cantant formulæ talis contractus, & ſeruat cõſuetudo *Rotcat.de ſocict.offic.numer.*8. 64.*& plur. alijs ſeqq. Caſtracan.eod.tract.cap.*7.*numer.*3. *& ſeqq.* qui ambo validis rationibus reprobant *conſ.Gabriel* 81.*vol.*1. contrarium aſſerentis, atque demum ſicuti benè admonet idem *Caſtracan. in fin.* vt ceſſet omnis fraus, talis ſocietas contrahi debet in pecunia non in alia re, ne dicatur factum, vt vulgariter dici ſolet, vno ſtoccho, quod omni iure illicitum eſt.

K Præſumantur) præſumptione ſcilicet iuris, & de iure, nam
29 ſtatutum in prædictis caſibus expreſsis præſumit ſimulationem, malitiam, & fraudem, & ſuper præſumpto tanquam vero comperto ſtatuit, ità vt nec admittat contrariam probationem, talis eſt autem præſumptio iuris, & de iure à Doctor. ità communiter appellata, alias verò dicitur præſũptio neceſſaria *Specul.tit.de præſumpt.* §.*ſpecies autem præſumptionum numer.*5. *Doct. in rubric. eod.tit. Alciat.tractat.de præſumptio. in prælud. parte ſecunda numero* 3. *Menochius eodem tractato quæſtione* 3.*numero* 17.*cum pluribus ſeqq. Cardinal.Tuſch.concluſ.*614. *numero* 1. *ſub littera P.* alioqui autem in terminis iuris communis prædictæ præſumptiones ſunt iuris tantum, vt præcipuè quando venditor permanſit in poſſeſſione rei venditæ dixit *Menoch. de præſumpt. præſump.*122.*num.*111. ſicque probationem in contrarium admitterent *cap.præſentium* 7. *q.* 1. *cap.ſuper hoc de renunc.Specul.dicto* §. *ſpecies n.* 2. *Menoch.de præſumpt. quæſt.* 4. *nu.* 7.*lib.*1.

L Inquirere) hic eſt caſus procedendi etiam per inquiſitionẽ adijciendus alijs

aliis casibus expressis infra lib. 2. cap. 5. vbi habetur in quibus casibus per Inquisitionem procedi possit.

Proxenetæ autem siue mediato-
M res) *ijdem sunt Mediatores, & Proxenetæ, cap. 1. vbi glo. verbo Mediatores de testi. in 6.* Et sunt huiusmodi hominum, vt in tam magna Ciuitate officinæ inquit *Vlp. de proxenetis loquens l. 3 ff. tit. de proxenetis.* vbi etiam docet, qui modus adhibendus sit in cognitione de proxenetico; Et in fine subijcit, quod contractibus licitis proxenetæ se exhibent, vnde proxeneticum eis non debetur, qui in contractibus illicitis ministerium suum accommodauerint, *vt ibi, glo. verbo licitis*; præter pœnas hoc statuto eis inflictas, an, & quando teneantur ad restitutionem causa contractuum vsurariorum vide *Mol. de contract. disput. 14. in fin.* & an, & quando possint esse testes in causis contractuum, vel negociorum, quæ pertractarunt vide *Gabri. l. de test. concl. 4. Card. Tusch. concl. 954. littera P. & Parinac q. 60. de testi. illation. 16. q 406.* qui plenissimè hunc articulum pertractat.

32 Quod autem credatur proxenetæ, quando stylus fori mercatorum loci contractus recipit fidē illius tenuit *Rot. coram R. P. D. Piroano in Romana Cambij 16. Decembris 1619.* atque etiā attendi solet attestatio proxenetæ, vbi cessat eius interesse, propter quod scilicet eius fides alioqui diminuitur *ead. decis. vers. Nam fuit responsum.*

De læsione.

Cap. CLIIII.

IN omnibus *b* contractibus, & negociis, vbi quis masculus, seù fœmina reperitur læsus, *c* vltra tertiam partem eius *q* agitur, procedi possit ad rescissionem: & *d* iuramentum similiter censeatur dolosè extortum; & nihil operetur.

SVMMARIVM.

1 *Lasionis verbum transfertur ad omne genus offensionis.*
2 *Contractus nominati qui sint; remissiuè.*
3 *Negocia dicuntur contractus innominati: & ex illis oritur obligatio, & actio præscriptis verbis, &c. & num. 4.*
5 *Verba intelligenda sunt secundum subiectam materiam: & eo modo quo stare possunt. & num. 6.*
7 *Læsus vltra tertiam in venditione fundi gratiati canone, seù responsione, si agat ex statuto ad rescissionem contractus, habēd ac ratio illius grauaminis. Item pacti de non alienando. & n. 8. & 9. Amplia vt nu. 10.*
11 *Statutum annullans iuramētū propter læsionem vltra tertiā partē, habet locū, quando adest sententia, vel euidenter & notoriè cōstat de læsione.*

Et comprehendit etiam Clericos. & n. 11.

ANNOTATIONES.

A VErbum læsio ad omne genus offensionis trā-
1 sfertur, quod probatur *ex l. fin. C. de Magistr. Conuen. l. si qui 44. ff. ex quib. caus. maior. l. Sabinus 28. ff. cōmun. diuid. Specul. tit. de legat. 7. §. nunc dicamus num. 12. Schar. in suo lexic. iur. verbo Ledere ad omne genus*; ita que statuti nostri titulus seù rubrica, quod idem est teste *Dec. in l. 1. num. 5. ff. si cert. pet.* nimis generalis est, ideoque imperfectus, ità vt alleguri nō possit iuxta tradita per eundem *Dec. ibidem n. 2.* & per alios *Doct. in cap. l. Euer. in centur. sua loco à rubro num. 12.* Verum hoc loco titulus seù rubrica satis declaratur *ex tex.* vel nigro iuxta alias tradita per Doct. prædictis locis, & præcipuè per *Euer.* ita vt constet, de qua nam læsione statuatur.

B Contractibus, & negocijs) qui sint contractus nominati, ex quibus oritur obligatio & actio in iure satis exploratū est *p l. 1 & 2. & tot. tit. ff. de actio. & oblig. Inst. tit. de oblig. ex consen. & §. omnium autem actionum in fin. de actio.* negotia verò dicimus esse contractus innominatos, sic ea appellat *Vlp. in l. 1. in prin. ff. de æstim. act.* ibi est enim negotium ciuile gestum, & quidem
4 bona fide, ex quibus planè negotijs obligatio oritur, & inde procedit actio præscriptis verbis, atque omnia hic locum habent, quæ in bonæ fidei Iudicijs tradita sunt, *vt in d. l. 1. in fine prine.* nam de talibus negotijs, ex quibus obligatio, & actio oritur, sine dubio intelligi debet statutum aliàs non daretur lęsio prout de iure, nec rescissio eius, quod actum esset, & confert vulgaris re-
5 gula iuris, quod verba secundum subiectam materiam intelligi debent *l. si vno 17. in princ. ff. loc. l. insulam 6. ff. de præscript. verb. cap. constitutus de relig. dom.* quodque intelligi debent eo modo quo stare possunt *l. Diuus in princ. de vsu, & hab. Bart. in l. sed si possessor §. item si iurauero sub n. 2. ff. de iureiur. Dec. cons. 77. n. 2 & 3.*

C Vltra tertiam partem iusti pretij) huc conferunt, nec est cur trasferantur, quę supra notauimus in præcedens *cap. 153. littera F.* hoc ipso verbo, nempe vltra tertiam partem iusti pretij.

7 Verum addo, adhuc animaduerrendum esse ad hoc statutum. dum disponit in omnibus contractibus læsum vltra tertiam partem posse agere ad rescissionē, q si facta sit vēditio alicuius fundi

grauati aliquo canone, seu reſpõſione tunc habẽda eſt ratio illius in laſione intentata, & canon dicitur pretium diminuere *Rota in Romana Domus de Scanellis 24. Nouembris 1593. coram Gypſio.*

8 Habenda quoq. erit ratio pacti de non alienãdo ſine licentia expreſſa directi Domini appoſita in contractu emphiteutico *Rota coram Gypſio in d. Romana &c.*

9 Et quando fundus reperitur grauatus Canone, & pacto de non alienando duo cõſiderantur onera. Itaut vnum quodque per ſe ſit æſtimandum Rota in dicta Romana &c.

10 Amplia hoc adeo eſſe verum, vt teſtibus dicẽtibus ſub æſtimatione Canonis venire etiam caducitatem, & pactum de non alienando ſit danda fides, Rota in ſupradicta Romana &c. vbi dicitur hoc euenire, quia Teſtes non deponunt de his, quæ ſunt de iure, in quibus Teſtes non debent deponere.

11 Prædictis ſubnecto, quod ſtatutum hoc annullans iuramentum ſtante læſione vltra tertiam partem, intelligendum eſt, quando adeſt ſententia, vel euidenter. & notoriè conſtet de læſione & propterea antequam de ea conſtet, ſi obiiciatur de periurio; neceſſarium eſſe docere de abſolutione *Rot. coram Bubalo in Romana legitima de Vrſinis 20. Maij 1588.* quæ relata, & confirmata reperitur penes *Gregorium Papam XV. decis. 64. num. 8. & ſeq.* & ibidem addit *num. 14. decisiones ipſas comprobat.*

12 Addo demum, quod hoc ipſum ſtatutum videatur poſſe procedere etiam in Clericis, quia eſt Papale, nec repugnat Eccleſiaſticæ libertati neque Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ reperiũtur à iure canonico, vel ciuili ſpecialiter priuilegiati in caſu, ſuper quo diſponit idem ſtatutum ita vt nec Papę poteſtas, nec eius voluntas in hac parte poſsit in dubium reuocari; quocirca me refero ad not ſuperius ad titulum ſtatutorũ in verbo auctoritate; meam tamen ſententiam omnino ſuppoſitam velim arbitrio Sacræ Rotæ, quæ contrarium ſenſit in *Romana penſionis Priuatus 4. Februarij 1630. coram R.P.D. meo Pirouano.*

D Iuramentum ſimiliter cenſeatur dolosè extortum &c.) ſat dictum per nos, & per alios quos citauimus ad *cap. 149. ſub litera F. verbo Fraudulenter appoſitum*: Accedant etiam, quæ de præſumptione iuris: & de iure diximus ad præcedens cap. 153. quæ huic etiam loco conuenire poſſunt.

De fideiuſſoribus.

Cap. CLV.

QVi pro alio fideiuſſerit, etiam ſi a beneficio Authen. Præſente C. de fideiuſſ. tacitè, vel expreſsè b non renunciauerit poſsit (antequam principalis debitor excutiatur) conueniri, & cogi implere promiſſa.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor antequam conueniatur, excutiẽdus eſt debitor principalis, ex iure communi: ſecus ex ſtatuto.*

2 *Excuſſionis beneficio renunciari poteſt per pactum.*

3 *Fideiuſſor excuſſioni renuncians non poteſt excipere, vt principalis debitor prius excutiatur.*

ANNOTATIONES.

A Beneficio authent. præſente C. de fideiuſſ.) hoc beneficiũ iure nouellarum conſtitutionum inductum eſt nempe, quod præſente tam debitore, quam fideiuſſore, non debeat fideiuſſor conueniri, priuſquam debitor inuentus ſit minus idoneus, vel in totum, vel in partem nobell. *ſiue tit. 4. de fideiuſſ. & ibi Cuiac.* vnde ſumpta eſt authent. præſente C. *eod. tit. vbi Bart. Bald. Salic. & alij Gail. practi. obſer. lib. 2. obſer. 27.* & alij quos cum prædictis refert, & ſequitur *Hering. tract. de fideiuſſ. p. 1. cap. 27. nu. 13.* & excuſsio quidem in bonis debitoris ipſo iure communi adeo rigoroſa eſt, vt fiat vſque ad Sacculum, & peram *laſ. in §. fin. num. 6. Inſtit. de action.* & alij relati per *Hering. d. cap. num. 7.* Ante verò prædictam conſtitutionem nouell. iure Digeſtorum, & Codicis liberum erat Creditori poſt moram debitoris fideiuſſorem conuenire relicto reo principali debitore, vt probat *tex. in l. ſi mandauero 22. §. interdum ff. mand. l. non reẽ l. iure noſtro, verba huius l. referimus*, quia breuia ſunt, & clara, iure noſtro eſt poteſtas creditori, relicto reo, eligendi fideiuſſores, niſi inter contrahentes aliter placitũ doceatur *l. ſi alienã, l. reos l. vlt. C. de fideiuſſ. not Hering. d. cap. nu. 9.* Cæterum hodie nemo dubitat, quin ipſa nouell. lex ſeruari debeat, & ſeruetur, ita vt principalis debitor, antequam fideiuſſor conueniatur, ſit excutiendus, niſi obſtet cõſuetudo, vel hoc noſtrũ, ſtatutũ & de cõſuetudine iſta in multis locis Italię teſtatur *Aſin tract. de execut. c. 2. nu. 28. Gabr. concl. 1. de fideiuſſ. num. 109. Duen. regul. 335. limit. 18. Gail. d. obſer. 27. n. 29. & 30. Hering. d. c. 27. n. 253.* qui & ſubiicit rationem *num. 257. & 258.* quia in hac materia idem poteſt conſuetudo, atque pactum *l. fin. C. de fideiuſſ.* per pactum autem renũciari poteſt beneficio excuſsionis, vt

ipſe

ipſe auctor probauit, ergo, & per conſuetudinem; habet verò regula authen. prædicta quamplurimas ampliationes, limitationes, & declarationes, vti abundè intelligi, & cognoſci poteſt *Duen. Gabr, Gail. & Herin locis proximè citatis.*

B Non renunciauerit) vbi enim fideiuſſor huic beneficio renunciauerit, certum eſt aliàs ex iuris communis diſpoſitione, quod non poteſt excipere, vt principalis debitor in primis excutiatur *Gabriel.* & plures alii ab eo citati *d. concluſion. 1. num. 87.*

Vt ſimul contra fideiuſſorem, & principalem procedi poſsit. Cap. CLVI.

a LIceat creditori, habenti debitorem, & fideiuſſorem, ex eadem re vel cauſa in ſpecie vel quãtitate obligatos, contra quem voluerit, procedere: & iudicio contra vnum cepto, & pendente, contra alium experiri; & vtroſque ſimul, donec ſibi de ſuo credito integre fuerit ſatisfactum conuenire.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod procedi ſimul poſsit contra fideiuſſorem, & principalem, eſt concorde cum Iure communi.*

ANNOTATIONES.

A 1 Liceat Creditori &c quod hic ſtatuitur, iure communi etiam permiſſum fuerat *l. reos, & l. fin. C. de fideiuſſ.* hæc enim verba in ipſa *l. fin.* leguntur, generali lege ſancimus nullo modo electione vnius ex fideiuſſoribus ipſius rei, alterum liberari, vel ipſum reum fideiuſſoribus ex vno ex his electo liberationem mereri, niſi ſatisfiat creditori, ſed manere ius integrum; donec inſolidum ei pecuniæ perſoluantur, vel alio modo ſatisfiat, ei idemque in duobus reis promittendi cõſtituimus ex vnius rei electione præiudicium creditori aduerſus alium fieri non concedentes, ſed remanere, & ipſi creditori actiones integras, & perſonales, & hypothecarias, donec per omnia ei ſatisfiat conferunt not. per *gloſſ. fin. in authen. de duob. reis Bart. & Angel. in d. l. fin. Ronchegal. tractat. de duob. reis in l. 1. ubi duo num. 78. & ſeq* præcipuè ibi, & ob id inquit Caſtren. tenendum eſt ſine diſtinctione aliqua, pendente vno iudicio aduerſus vnum ex reis pluribus, aliud intentari poſſe aduerſus alium modo eorum occaſione non amplius quam ſemel fiat ſolutio.

Vt Fideiuſſor petere poſsit a fide iuſsione eximi. Cap. CLVII.

a FIdeiuſſores, aut expromiſſores, *b* qui ſe obligauerint pro aliquo, poſsint compellere principales, aut eorum hæredes, vt eos extrahãt de fideiuſsionibus vel expromiſsionibus pro eis factis, vel dent eis fideiuſſores idoneos, de conſeruãdo eos indemnes; *c* & hęc fieri poſsint, etiam antequam fideiuſſor, vel expromiſſor ſit cõdemnatus: vel ſi diu non ſteterit in obligatione, vel etiam ſi principalis non dilapidet bona ſua: Et contra dictos principales, & hæredes *d* Senator, & eius Iudices procedant ad petitionem fideiuſſorum, vel expromiſſorum, ſummariè, vt ſuperius de cauſis ſummariis *e* dictum eſt. Et ſi ſoluerit fideiuſſor non obſtante temporis longinquitate, ſimiliter principales, & eorum hæredes cogere teneantur, vt conſeruent ſoluentem indemnem; & per eundem Iudicem, per quem ad inſtantiam creditoris proceditur contra fideiuſſorem, vel expromiſſorem, eodem modo, & forma procedatur, ad fideiuſſoris inſtantiam cõtra illum, pro quo interceſſit, ſi fideiuſſor voluerit. Poſsit quoq. & debeat Senator, & illius Iudices mandare *f* Dominis locorum, & Cõmunitatibus, in quibus dicti debitores degunt: vt eos ad eundem fideiuſſorem releuandum indemnem, ſeu ad illum extrahendum, aut ſupra, ſub pœna debiti cogant, & compellant: quibus ceſſantibus, contra ipſos Barones, & Communitates exequi debeat pro debito prædicto.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio ſoluendi fructus eſt pura, licet ſolutionis dies non venerit. Item obligatio, cui fideiuſſor accedit, ſundum ſcilicet cenſus eſſe capacem, liberum ab omni alio onere &c. & num. 2.*

3 *Statutum, quod fideiuſſor poſsit petere ſe eximi à fideiuſsione, habet locum nedum in obligatione cenſus, ſed etiam ſi principalis debitor ſit idoneus facultatibus.*

Et procedit etiam, vbi fideiussor sit condemnatus: vel diu steterit in obligatione: vel si principalis dilapidet bona sua. & n. 11.

4 *Statutū de exemptione fideiussoris non habet locum in obligatione de euictione. Nec in obligatione pro dote. & nu.*6. *Nec in obligatione ex causa tutelæ. & nu.*7.

5 *Obligatio pura, non conditionalis, requiritur ad liberationem consequendam à fideiussione.*

8 *Tutor absolui non potest à tutela: neque ex causa tutelæ conueniri à pupillo nisi finita tutela. & nu.*9.

10 *Fideiussor dotis, & fideiussor tutelæ conseruari debent indemnes per idoneam securitatē.*

12 *Fideiussor, quando dicatur stetisse diu in obligatione, relinquitur arbitrio Iudicis: & diu dicitur stetisse in obligatione, qui per decennium permanserit. & num.*13.

14 *Statutum de fideiussoris liberatione est decisorium.*

15 *Fideiussoribus beneficia concessa a Iure, communi remissiuè.*

16 *Fideiussor alieno morbo laborat.*

17 *Salomonis dictum ad fideiussorem.*

18 *Promittere, & soluere paria sunt.*

19 *Nouatio est species solutionis.*

20 *Statutum quod fideiussores petere possint &c. an habeat locum in personis Ecclesiasticis?*

21 *Clerici fideiubere prohibentur à Iure Canonico.*

ANNOTATIONES.

A Fideiussores, aut expromissores, qui sint, supra notauimus ad cap. 94.

B Qui se obligauerint) etiam ex causa cēsus nēpe propter obligationem soluēdi fructus, quæ est pura, licet solutionis dies non venerit *l.*213. cedere diem cum ibi not. *ff. de verb.signif.* & propter obligationem cui, & fide
2 iussor accedit scilicet fundum census esse capacem, liberum ab omni alio onere, & super eo censum esse benè impositum, quę obligatio itidem pura est, & nihil commune habet cum fideiussione euictionis, & ità censuit Rot. in terminis statuti nostri in *Romana seu Bononien. cēsus* 7. *Maij* 1601. *coram* Corduba, *quæ est* 195. *inter adiectas ad tract.* Cinc. *de cens. & in ead.* 16 *Decembris* 1607. *coram Ortembergo. quæ est* 201 in adiectis ad eumdem tract. nam dubitatio excitata fuerat *ex cons. Bald.* 425. *volu.*4. *cui Rota in prædictis decis.* optimè respondit, vide eas. Habet etiam locū huius statuti dispositio, quā-
3 uis principalis debitor sit idoneus facultatibus, nam fideiussor ab eo nihilominus potest exemptionem à fideiussione petere tali idoneitate non obstante, quia statutum considerat simplicem obligationem, & nudum factum, dando fideiussoribus facultatem petendi exemptionem a fideiussione sine aliqua distinctione personarum, aut qualitatum, non expectatis, aut requisitis molestijs, prout legitur in eadem *Bononien. census coram Ortembergo apud* Cinc. *de cens. in fin.*

4 Excipitur tamen à statuti dispositione in primis obligatio de euictione, quia eiusmodi obligatio non est pura, sed conditionalis nempe, si sequatur euictio, vndè ante euictionem, suspensa est obligatio, itaut fideiussor dici non possit stetisse in obligatione, quod requiritur alioqui, ad
5 effectum exēptionis consequendæ à fideiussione iuxta not. per Bart. *in l. facere* 29. *ff. sol. matr. vbi text. in fin.* hoc probat *tex.* ibidem ad id ponderatus p *Iac. de Aren.* quem sequitur *Alex.* ēt ibidem *num.*2. multique alij ab eo relati *Afflict. dec.* 241. *num.*4. *Rota coram Reuerendissimo Domino meo* Coscino *Decano in Bononien.* Census 5. *Martij* 1603. *impressa per Marches. de cōmiss. appellationis in caus.* Camer. *oblig. par.* 1. *§.*2. *fol.* 905. *Gail. pract. obser. lib.*2. *obser.*29. *sub num.*6.

6 Secundo excipitur etiam obligatio pro dote, quæ itidem est conditionalis *Afflict. d. decis. n.*5. Rot. *in d. Romana census coram Ortembergo sub num.*5. *decis. apud* Cinc. 201.

7 Tertio excipitur obligatio ex causa tutelæ, nec enim potest fideiussor petere, vt liberetur à fideiussione tutelari, quia talis liberatio reputatur impossibilis durante tutela, vt in eadem *dec. coram Ortembergo sub num.* 5. quia, nec tutor
8 absolui potest *l.*33. *minor.* 25. *annis in princip. ff. de minor. l. de tutela* C. *de in integr. restit. Bal. in cons.* 425. *in princ. lib.*4. neque ex causa tutelę
9 conueniri potest tutor à pupillo nisi finita tutela *l.*4 *nisi finita ff. de tutel. & rat. distr.* consequenter nec fideiussor *Bald. d. cons. vers. praterea tunc fideiussor facit text. in l.*127. *si pupillus ff. de verb. obligat.* Verum tamen in prædictis duobus casibus scilicet dotis, & tutelæ fideiussor con-
10 seruari debet indemnis, etiam de iure communi, scilicet per idoneam securitatem, quæ quidem fit per idoneum releuatorem, licet non possit hoc fieri per liberationem *Bald. d. consil. in fin.* quod & statutum nostrum disponit in principium mandat, vt fideiussores; aut expromissores possint compellere principales, aut eorum hęredes, vt eos extrahant de fideiussionibus, vel ex promissionibus, vel dent eis fideiussores idoneos de conseruando eos indemnes, vti hanc esse statuti dispositionem censuit Rot. *in eadem decisio. coram Ortembergo num.*6.

C Et hæc fieri possint) casus tres qui sequuntur, nem
11 pe vbi fideiussor, vel expromissor sit condemnatus, vel si diu steterit in obligatione, vel etiamsi principalis dilapidet bona sua de iur. communi beneficium præstant fideiussori, vt agere possit pro sui liberatione contra debitorem, pro quo fideiussit/. *Lutius Titius* 38. *ff. mand. l.*10. si pro ea C. *eod. tit.* immo, & plures alij similes casus congeruntur per *Carp. ad stat. Mediolan. par.*1. *cap.*413. *num.*22. *& seqq. & per Hering. d. tract. de fideiuss. cap.*25. *numer.*12. *& seqq. & aliqui per Afflict. d. decis.*241. *sub num.*2. quando autem fi-
12 deiussor dicatur diu stetuisse in obligatione, ità

vt

vt etiam de iure communi, hoc ſtatuto circumſcripto petere poſsit ſe à fideiuſsione eximi iudicis arbitrio relinquitur, vti receptiſsimum eſſe dixit *Rot.coram Marquemontio in Romana liberationis à fideiuſsione* 27. *Iunij* 1607. *nu.*2. *quæ habetur impreſſa penes Marchеſ. de cõmiſs. in cauſ.Camer.oblig.par.*1.*§.primo fol.*766.& in proximè citata *Bonon. cenſus coram Reuerendiſs. D.Coccino Decano num.* 3. atque in ſpecie dictũ eſt etiam in *d. Romana liberationis à fideiuſsione*, quod diu ſteterit in obligatione, qui per decennium permanſerit; prædicta verò comprobantur expluribus Doctor. citatis in eiſdem deciſſ.

33

D Senator, & eius Iudices procedant) ſi agatur in foro Capitolino, etiamſi principales ſint forenſes, vbi tamen in Vrbe contraxerint, ità enim probat prædicta *deciſ.coram Corduba*, *num.* 4. *& altera coram Ortembergo num.* 2. *ad Cinc.de cenſ.* quæ vltima etiam pro ratione ſubijcit, quod licet ſtatutum in pleriſque locis declaret, quod procedat inter Ciues, & incolas, non tamen loquitur taxatiuè ita vt locum non habeat in aliis perſonis, & caſibus à iure permiſsis iuxta *deciſ.Verall.*195.*p.*3. *Gozzad.conſ.*49.*num.*16. *& Achill. deciſ.*2. *num.*4.*de conſtit.* neque Senator, & eius Iudices tantum ità debent procedere, ſed & iudices aliorum Tribunalium Vrbis, vt in eadem *deciſ. coram Corduba ſub num.*3. firmatur ea ratione adiecta, quia ſcilicet hoc ſtatutum ſit deciſoriũ non ordinatorium, quod vtique Rota aliàs cenſuerat in cauſa liberationis à fideiuſsione pro *Sfortijs* 19.*Decembris* 1597. *coram Milino.*

E Dictum eſt) ſupra Cap.94.

Dominis locorum, & Communitatibus) ſcilicet Comitatus, & diſtrictus Vrbis quatenus extenditur iuriſdictio Senatoris, vt ſupra cap. 7. de iuramento Senatoris; ſingularia ſanè priuilegia hęc ſunt, quę ſtatutum noſtrum fideiuſſoribus elargitur, quod factum crediderim, tum propter gratuitum beneficium, quod fideiuſſor debitori præſtat, tum ne ex beneficio conſequatur maleficium, ſicuti præcipuè in fideiuſſionibus ſæpiſſimè fieri, docet nos quotidiana experientia, Alia etiam beneficia fideiuſſoribus attribuerunt iura communia, quæ doctè, & copiosè proſequitur *Hering.de fideiuſſ.cap.*27 *tit.de beneficijs fideiuſſ.ſiue quæ fideiuſſoribus cõpetunt par.prima*, nam fideiuſſor alieno laborat morbo, vnde etiam meretur veniam, & mitius cum eo agendum eſt, *gloſ.in cap. in noſtra verbo inutilem de procur.Honded.conſ.*50.*nu.*31. *vol.*1.*Magon. deciſ.Lucenſ.*92.*num.*6. *Ronchegal. in l.* 3.*§.vbi duo num.*88.*&* 194. *& in l. duos reos nu.*3.*ff.de duob.reis Henring.d.cap.n.*2. *& ſeqq. & num.*26 *facit tex. in l.legem C.de natural.lib.* ibi, mouente miſericordia, quia indigni non ſũt qui alieno laborant vitio; Conſultius tamen profectò habetur à fideiuſſionibus abſtinere, & iuxta monitum *Gail.pract.obſer.lib.*2.*obſer.*29. *n.*4. memorari illud Salomonis *prou.c.*6.*Si* ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis ſermonibus; fac ergo, quod dico, & temetipſum libera, quia incidiſti in manum proximi tui, & populari prouerbio iactari ſolet illud, ſponde, noxa præſto eſt, hinc dicimus paria eſſe promittere, & ſoluere *tex in l.fin. C. ad l.Falcid.gloſ.ibidem verbo Soluerit Bald. ibidem num.*1. Vnde poſt titulum de fideiuſſoribus in Pandectis ſequitur titulus de ſolut.intermedio exiſtente dumtaxat titulo de nouatio. ſed & nouatio ſpecies eſt ſolutionis, quia vt ſolutione ſic nouatione antiqua perimitur obligatio *l.* 1. *& tot tit.ff.eod.*

15

16

17

18

19

An autem hoc ſtatutum, & aliud ſupra cap 94. locum habeant etiam in perſonis Eccleſiaſticis. Et quidem *Sa.Rot.*negatiue ſenſit *in Romana liberationis à fideiuſsione* 4.*Martij* 1630. *coram R.P.D. Merlino* ex eo fundamento, quod ſtatuta Vrbis non ligent perſonas Eccleſiaſticas, quãuis aliis rationibus ab iſta diuerſis deciſio ipſa fortiter ſuſtineatur. Sed hoc generale dictum forte intelligi debet, vbi agatur de iuramento, vel de alia materia concernente peccatum, ſeu in aliis quibuſdam caſibus, cum diſtinctionibus, & moderationibus per nos ingenuè ſuperius deductis ad verbum auctoritate in titulo ſtatutorum; Vnde aliàs viderentur ſub hiſce duobus ſtatutis comprehenſæ etiam perſonæ Eccleſiaſticæ, & eo magis, quia hæc ſtatuta videntur ſatis conſona iuri Canonico prohibenti fideiuſsiones clericorum *vt in c.*1.*& toto tit.de fideiuſſ.* atque demum ſaltem dubitari non poteſt, quin perſonæ Eccleſiaſticæ ad ſui fauorem vti poſsint eiſdem ſtatutis *iuxt.not.*per nos *ad dictum verbum Auctoritate in fin.*

20

21

De Præſcriptionibus.

Cap. CLVIII.

SI creditor ex cauſa mutui, depoſiti, vel *b* cuiuſcumque generis contractus, per ãnos ſexdecim *c* negligens fuerit *d* in petendo debitum, etiam ſi creditor ipſe habeat hypothecam generalem, vel ſpecialem, tacitam vel expreſſam, ſi corporalem, actualemque creditor ipſe pignoris, & hypothecę poſſeſsionem *e* adeptus non fuerit: vel niſi in quolibet caſuum prędictorum de iudiciali, vel extraiudiciali interpellatione creditor *f* legitimè docuerit *g* pręſumatur iuris pręſumptione facta ſolutio, niſi contrarium *h* per creditorem legitimè probetur, *i* vel niſi contraria pręſumptio prępon derans, ac pręualens adducatur: & durante pręſumptione prędicta inſtrumẽta quęcumque, tam publica, quàm priuata, & codices quarumcumque rationum, quibus de iure,

vel

vel exquocumq; priuilegio fides adhibetur, necnon scripturę, & cautiones quęcumque, etiam viuentibus debitoribus, post cursum sexdecim annorum, *k* nullam omnino faciãt fidem, nullumque sortiri possint iuris aut executionis effectum: *l* exceptis *m* dotibus *n* donationibus propter nuptias, *o* tributis, & censibus Cameræ Vrbis debitis, ac *p* censibus quibuscuis aliis personis super bonis stabilibus, vel illis æquipollentibus, venditis vel cõstitutis, & eo quod supra de fideiussoribus dictum est: in quibus quidem casibus præsumptio prædicta non obstet, *q* Creditor autem in vim chirographi, aut schedulæ siue apochæ priuatæ, si per decennium *r* post mortem debitoris in petendo debitum in dicta apocha contentum, negligens, vt supra dictum est, fuerit: etiam si anni sexdecim à die confectionis apochæ, lapsi non sint, *s* similiter solutio facta præsumatur: nec vigore huiusmodi apochæ, post dicti temporis lapsum, & moram, quicquam, amplius ab hæredibus debitoris petere possit.

SVMMARIVM.

1. *Præscriptionum materia, tum in vtroque Iure, tum à multis Doctoribus diffusè est tractata.*
2. *Præscriptionis definitiones. & num. 3.*
4. *Præscriptionis appellatione venit etiam vsucapio, sed impropriè.*
5. *Vsucapionis nomen comprehendit præscriptionem X. vel XX. annorum.*
6. *Statutum inducens præscriptionem etiam cum mala fide debitoris, non valet.*
7. *Statutum Vrbis habet etiam locum, vbi sit mala fides. Intellige vt num. 8. 9.*
10. *Præscriptio statutaria comprehendit creditum tam ex contractu, quàm ex quasi contractu. Et actiones dumtaxat personales, & hypothecarias, & num. 19. 52. Non autẽ comprehendit actionem realem, & num. 20. 21. Neque comprehendit causam Dotis & num. 44. Comprehendit tamen fructus dotis marito debitos. & num. 46. Neque Donationes propter nuptias: neque tributa Camerę Vrbis debita, & num. 48. Neque Census, neque eorum fructus. & num. 54. Neque habet locum contra creditorem nõ petentem debitum in præiudicium fideiussoris, qui creditori soluerit &c. & nu. 55. Secus contra fideiussorem, qui pro confideiussore soluerit. & num. 56. Et comprehendit etiam personas forenses. & nu. 61. Intellige vt num. 62.*
11. *Creditu ex obligatione tutelari oritur ex quasi contractu.*
12. *Contractus appellatione in statutis an veniat quasi contractus? remissiuè.*
13. *Ratio vbi est eadem, venit id omne, quod comprehendit, sublata significatione vocabuli.*
14. *Negligens ad effectum præscriptionis &c. quis dicatur. & num. 18.*
15. *Negligens ad inducendam præscriptionem quomodo probetur.*
16. *Negligentia, & Diligentia casus, quoad varios effectus Iuris, remissiuè.*
17. *Actio, & Officium Iudicis differunt inter se.*
22. *Præscriptio statutaria requirit, quòd debitor possessionem saltem naturalem retineat.*
23. *Possessio sola ciuilis regulariter impedit præscriptionem contra habentem naturalem.*
24. *Interpellatio iudicialis, ex Iure communi, interrumpit præscriptionem. Extraiudicialis verò regulariter non interumpit, saltem in actionibus realibus. Et num. 25. Fallit vt num. 26. At ex statuto, etiam interpellatio extraiudicialis sufficit ad interrumpendam præscriptionem. & nu. 27.*
28. *Diligentia præsumitur in priuata persona circa res proprias.*
29. *Donatio non præsumitur.*
30. *Plus, & minus tempore soluitur.*
31. *Solutio probari potest per præsumptiones iuris.*
32. *Probatio admittitur contra præsumptionem iuris.*
33. *Præsumptio fauore debitoris inducta à statuto cessat, vbi probetur debitum non fuisse solutum.*
34. *Præscriptio statutaria an opponi possit per eum qui debitum negauit? & num. 35.*
36. *Iudicandum est in dubio contra præscriptionem.*
37. *Fauendum est potius in dubio ei, qui tractat de damno vitando, quàm qui de lucro captando.*
38. *Probatio valida potest regulariter per statutum reddi inualida.*
39. *Iuramentum facit præsumere quemlibet facilius satisfeciſſe debito iurato quam non iurato.*
40. *Præscriptio statutaria annorum sexdecim, sum data in præscriptione solutionis, in quibus casibus procedat, vel non. & num. 41. 42. & 43.*
45. *Dos non comprehenditur in generali dispositione statuti vbi certo in casu reperitur priuilegiata.*
47. *Fructuum Dotis casus est odiosus.*
48. *Tributum, Census, & publica pensitatio, idem sunt. Et de Iure communi nunquam præscribuntur contra Principem nu. 49. Secus verò contra Dominos inferiores.*

51 Cen-

51 *Census habet actionem realem, nempe confessoriam.*

53 *Creditores habentes actionem realem, & agentes rei vendicatione, non sunt propriè creditores.*

56 *Creditorum appellatione in Statuto de præscriptionibus veniunt creditores cuiuscunque generis contractus. Et venit etiam hæres, & hæreditas iacens, quoad effectum vt currat præscriptio statutaria, quæ erat inchoata contra defunctum. & num. 58.*

57 *Præscriptio Iuris municipalis subrogata est in locum præscriptionis Iuris communis.*

60 *Successor debitoris est in bona fide, & iustam habet causam ignorandi debitum.*

63 *Statutum de præscriptionibus quomodo trahatur ad præterita.*

64 *Præscriptione statutaria si fuit interrupta iudicialiter, currit de nouo præscriptio Iuris communis. & n. 65. At si interrupta fuit extraiudicialiter, incipit currere noua præscriptio statutaria. & num 66.*

67 *Præsumptio solutionis censetur renouata contra creditorem, qui mandatum obtinuit, & post illius relaxationẽ effluxerint sexdecim anni: & aduersus hãc præscriptionem datur restitutio in integrum, ex capite ignorantiæ. & num. 68. Et an procedat etiam in muliere? & num. 72.*

69 *Restitutio ex capite ignorantiæ potest dari ex clausula generali, Si qua mihi &c. Intellige de ignorantia probabili, & num. 70.*

71 *Ignorantia probabilis dicitur illa, quæ consideratur in hærede.*

73 *Ignorantia, quando dubitatur, probatur per iuramentum.*

74 *Restitutio in integrum ex capite ignorantiæ conceditur tam minori quam maiori, & competit tam agenti, quam excipienti. Et num 75.*

76 *Statutum Vrbis de præscriptionibus est decisorium: Et an comprehendat etiam Clericos? Et num. 77. & 78.*

ANNOTATIONES.

1 A

PRæscriptionum materia in iuris Ciuilis campo late diffunditur si quidem tam in Pandectarum libris, quàm in Iustinianeo Codice viginti quatuor titulos numeres ad eam pertinentes præter alium titulum, qui sextus est *lib. 2. Instit. Imper.* in iure autem Canonico peculiaris de eadẽ habetur tractatio tota 16. *q.* 3. in Decreto, & in Decretalibus titulus est de præscriptionibus quam plura fanè capita complectens; porrò vltra iuris interprètes ordinarios, & antiquiores, quibus nominatim adiũgo *Bartolom. Capol. & Andr. Tiraq.* hanc ipsam materiam generaliter commentariis suis vberius explanauit, ac illustrauit *Io. Fran. Balb. inter tract. vniuersales tom. 17. fol. 52.* & in specie de statutaria Vrbis præscriptione tractatum edidit doctum, ac perutilem Io: Baptista Bouius, qui itidem habetur: *tract. vniu. iur. 4. tom. 17 fol. 176.* licet autem scripserit Bouius in antiquum Vrbis statutum, nempe *cap. 101. & 102. lib. 1. & cap. 18. lib. 4.* attamen eadem scripta huic statuto nouo, quod eadem antiqui statuti capita in substantialibus continet, omnino conuenire videntur.

2 Præscriptio autem sumpta communiter, vt cõprehendit etiam vsucaptionem, est acquisitio dominij per continuationem possessionis per spatium temporis à lege præfiniti, auctore *Modestin. in l. 3 ff. de vsucap.* alia est magistralis definitio præscriptionis, nempe præscriptio est ius quoddam ex tempore congruens, legum auctoritate vim capiens, negligentibus pœnam inferens, & finem litibus imponens, & hæc quidem definitio fuit *Io. And.* quæ communiter recepta est per iuris interpretes, vti testatur Bouius *dicto tract. de stat. Vrb. præscript. glo. 1 sub num. 3.*

3

4 Appellatione verò præscriptionis venit etiam

5 vsucapio, sed impropriè, & contra appellatione vsucapionis venit præscriptio X. vel XX. annorũ vt est *tex. instit. de vsucap. in princ. verbo Vsucapiantur*, quod notandum pro statutis loquentibus specialiter de *vsucap. vel præscript. tradit Capol. tract. de vsucap. pro empt. num. 3.* & anteeum *Dyn. in regula sine possessione 3. littera B. de regul. iur. in 6.* vbi quod legislatores promiscuè vtuntur istis vocabulis, nempè vsucapionis, & præscriptionis eadem referendo communiter ad mobilia, & immobilia, *vt ff. de vsucap. tit. quasi per tot. & maximè in l. 3. cum ibi not. Balb. dicto tract. 3. q. princ. prima par. num. 5. Oinotom. instit. de vsucap. in princ. num. 9.*

6 An valeat statutum inducens præscriptionem etiam cum mala fide debitoris? dic, quod non, quia directo repugnaret decretali *Innocentij Papa tertij cap. fin. de præscript.* cuius verba præclara hæc sunt, quoniam omne, quod non est fide peccatũ est, Synodali iudicio diffinimus, vt ex nulla valeat absque bona fide præscriptio tam Canonica, quam ciuilis, cum generaliter sit omni constitutioni, atque consuetudini derogandum, quæ absque mortali peccato non potest obseruari, vnde oportet, vt qui præscribit in nulla temporis parte, rei habeat conscientiam alienæ; & ità communiter sentiunt iuris vtriusque interpretes, quos ferè innumeros, & complures de hac communi opin. testantes congessit accuratissimè *Lambertenq. tract. de contract. glo. 3. verbo Ex contractu num. 84. Tiraq. tract. de præscript. glo. 2. Conar. in regul. possessor. 2. par. §. 11. nu. 3. Balb. in tract. de præscrip. 2. par. 3 par. princ. q. 14. apostill. ad Matheſilan. singul. 23.* quos sequutum est tam ex dispositione iuris communis, quam municipalis solidissimum Rom. Rot. iudicium *apud Card. Seraph. decis. 614. nu. 1. & 740. nu. 1.*

7 Veruntamen statutum nostrum habet etiam locum, vbi sit mala fides, sicuti sensit *Gabriel. cons. 4. nu. 4. liq. 1. et cons. 148. num. 11. lib. 2.* quoniam statutum non inducit præscriptionem cum mala

8 fide, quod facere non potest, sed adimit fidem

pro-

probationibus, quod facere potest iuxta tradita per *Gabriel.conss.citatis Castren.cons.*61.*num.* 2. *vol.*2.*Alexan.cons.*170.*num.*1. *& seqq.volum.*7. *Ruin.cons.*55.*nu.*9.*vol.*5.*Peregrin.decis.*10. quæ quidem comprobari plenius possunt ex not. per nos supra ad *cap.*149.*littera F.verbo Fraudolenter*, appositum censeatur, accedat quod dixit *Bonc. de stat.Vrb.præscr.glo.*1.*nu.*14. nempe, quod in hoc statuto nõ est considerabilis mala fides, quia statutum non tollit debitum in fauorem debitoris, sed impedit, ne creditor negligens agere possit, & id quidem ad extinguendas lites.

B

10 Cuiuscunque generis contractus) hic comprehenditur etiam creditum ex quasi cõtractu, vti censuit *Rot.decis.*130.*apud Card. Seraphin* generaliter de omni credito ex quasi con-
11 tractu, & in specie de credito ex obligatione tutelari, quod certe oritur ex quasi contractu *§.tutores inst.de oblig.quæ ex quasi cõtr.nasc.* quoniam
12 quidquid sit de illa quæstione, an in statutis appellatione contractus veniant quasi contractus, in qua communiter videtur esse opinio negatiua, *Rot.* ibi amplexa est conclusionem ab omnibus receptam, quod vbi est eadem ratio, venit id omne,
13 quod comprehenditur sublata significatione vocabuli, vt per *Tiraquel.de legi.connub.glo.*5.*nu.* 128. & per alios in ipsa *decis.relatos nu.* 4. rationem verò, quinimmo, & mentem eamdem statuti esse in credito ex quasi contractu, atque ex contractu subinde in ipsa decis. probatum est, sicuti etiam nomine contractus venire quasi contractũ saltem largo modo maximè ob dictionem vniuersalem cuiuscunque, quę in statuto habetur, & creditoris verbo, Quo statutum vtitur venire etiã creditorem, ex quasi contractu, tum de iure, tum ex cõi vsu loquendi, atq; amplius alia ibidem nempe in *dicta decis.Seraphin.*730. subiiciuntur ad rẽ istam facientia, quę nos non referimus; quia vix aliquem causarum patronum, vel iuris peritum credimus posse repèriri, qui aureas Seraphi decisiones penes se non habeat, & frequenter reuoluat.

C

14 Negligens fuerit) intelligitur negligens hoc loco, qui simpliciter cessat petere debitum, non ex vitio, vel culpa tantum, nempe quasi non eligens secundum etymologiam Isidori, itaut negligentia non accipiatur prout sonat in vitium seù culpam, quod nit quãdo creditor sciuit, & potuit, agere semper nullo obstante impedimento, alioqui enim rarò locum haberet præscriptio, cum citra omnem culpam multa, & infinita impedimenta occurrant quæ deberent subduci ità docet *Castren.in casu similis statuti cons.* 30. *nu.*18. *& seq.lib.*3. quem sequitur *Felin.in rubr.de præscrip in princ.*

15 Negligentia verò in casu nostri statuti, vbi nimirum est limitatum tempus annorum sexdecim ad petendum debitum, probata censetur eo ipso, quod creditor intra hoc tempus non petiit debitum, nisi ipse doceat de impedimento *Fel.in cap. si autem 9.de rescript.num.*3. & ibi additio ad verbum negligentia probatur *Bonc.de stat.Vrb præ-*
16 *script.glo* 2.*num.*4. Ne autem nos, cum in hanc materiam inciderimus, negligentes videamur in iudicandis saltem casibus negligentiæ, ac diligentiæ, quoad varios iuris effectus lectorem reiicimus ad *Gomez. post regul. de triennal. possess. q.* 28. vbi ponit epilogum casuum negligentiæ 114. in quibus negligentia nocet, deinde statim subiicit alios casus viginti, in quibus negligentia non nocet, atque demum casus 31. subnectit de effectibus diligentiæ.

D

In petendo debitum) quod intelligetiam, vbi in eo tatur officium Iudicis post sexdecim annos, vti declarauit *Rot.apud Cardin.Seraphin.d.decis.* 730. *in fin.* licet non defuerint alii, qui asseruerint, quod statuta de actionibus disponentia non comprehendant officium Iudicis, vt probat appositill. ad prædictam decis. nec dubium est, quin aliqua
17 sit differentia inter actionem, & officium Iudicis, nam actio ius est in partium persona residens, ad consequendum in iudicio id, quod sibi debetur; officium verò Iudicis in ipsiusmet persona residet, & eius est ea faciendi, quę sibi ex ipso officio incumbunt *Bart.in l.*1.*num.*10 *ff.de iurisdict.omn. iud. Afflin.in sua prax §.*31.*cap.* 10.*num.* 1. *&* 4.
18 Attamen in casu nostri statuti eadem est negligẽtia debitoris, in intentando officio Iudicis, atque in intentanda actione, ideoque eadem ratio statuti consequenter, & idem ius esse debet vulgatis in-
19 ribus; Quod verò attinet ad actiones, statutum nostrum, vt pote odiosum, & iuris communis correctorium comprehendit personales, & hypothecarias, quæ personalibus cohærent dumtaxat, quod apparet ex *Rubr.cap.*18. *lib.* 4. in antiquis statutis, non autem reales, neque in rem scriptas, quæ in materia præscriptionis realibus æquiparantur, ità declarat *Gabriel.dicto cons.* 48.*num.* 8. *& seq. & cons* 8.*num.*22. quæ quidem declaratio pariter procedit in hoc statuto nostro renouato, quod idẽ est cũ antiquo quoad ista. Quodq;
20 hæc nostra præscriptio statutaria locum non obtineat in actione rei vendicationis censuit *Rot.in Romana Vineæ* 26. *Octobris* 1576. *coram Rubeo, & in alia extinctionis Census* 22. *Octobr* 1582. *coram Lauretano, & in Romana Census de Casaretiis* 9. *Decembris* 1587. *coram Gypsio, & decis* 9.*num.*5. *apud Pacif.de Saluian.intere.* quodque non comprehendat actionem realem, quæ competit pro legato, decisum fuit *coram Caraffa Blanchetto in Romana de Parotys* 20. *Nouembris* 1592. Vn-
21 de propter istam rationem Rot. etiam censuit statutum hoc non comprehendere ius agnoscendi fideicommissum, nempe, quia pro fideicommisso restitutione competit ius reale, *vt in Romana de Magdalenis* 27. *Aprilis* 1593. *coram Caraffa Blanchetto.*

E

22 Adeptus non fuerit) vt igitur debitor præscribere possit iuxta statutum, planè requiritur, quod ipse possessionem naturalem, saltem retineat, non
23 autem creditor vtramq; adeptus sit, licet alias sola ciuilis possessio præscriptionem impediat cõtra habentem naturalem *Paris.cons.*104. *nu.* 28. *& cons.*27.*num* 143.*vol.*1.*Guid. Pap. decis.* 356. *num.*1. *Tiraq. tract.de iur.consuet.possess.par.*1 *nu.* 17. *Boui dicto tract.glo.*20 *num.*1. *& seqq.* quem vide fusius prosequentem hæc verba antiqui statuti cap. 18. lib. 4. quæ eadem sunt huiusce nostri statuti noui, nempe si corporalem, actualemque acepti non fuerint possessionem.

F **Legitimè docuerit)** sic debet creditor docere de iudicia
H, vel extraiudiciali interpellatione, vt præscri-
24 ptionem interruptam ostendat, & quoad iudicia
lem nulla est difficultas etiam ex iuris communis
dispositione, quin illa ad hunc effectum sit valida
tex. est in l. vt perfectius C. de annal. except. cum
25 *ibi not* Extraiudicialis autem regulariter non in-
terrumpit præscriptionem, saltem in actionibus
realibus *l. alienam ff. pro empto. & ibi Doct.* cum
aliis adductis per *Boui glo. 12. verbo Vel saltem*
26 *de interpell. Boer decis. 331. num. 4.* quod ta-
men fallit in casibus à iure expressis; *vt not.*
Innoc. & alij in c. olim causam de cens. Boer. eadem
27 *decis. num. 5.* & alii per eum citati; At statutum
nostrum voluit saltem in hoc fauere creditori, vt
per interpellationem etiam extraiudicialem de-
bitori faciam excusetur à negligentia, vt sit ali-
qua inter desides, & vigilantes differentia, sicu-
ti animaduertit Iustin. Imper. per hęc verba *in*
dicta l. vt perfectius in princ. vtque cum grauet-
ur in hac breuitate temporis præstituta ad præ-
scriptionem contra iuris communis constitutio-
nes, in altero prædicto releuetur iuxta *tex. in l.*
eum qui 30 ff. de iureiur. l. iure succursum 2. ff. de
iur. dot. l secundum naturam 10. ff. de reg iur.

G **Præsumatur iuris præsumptione facta solutio,)** hæc autem præsumptio fun
damentum habet ex alijs re
28 gulis iuris, nam diligentia præsumitur in priuata
persona circa res proprias *l. si constante 25. si ma*
ritus ff. solut. matr. quem tex. ad hoc citat Menoch.
de arbitr. iud. cas. 40. num. 10. tex. in cap. super de
renuns. & in l. cum de indebito ff. de prob. Brunor.
à Sol. in suis præpos. iur. verbo Diligentia præsu-
mitur, vnde non debet præsumi quis negligens
per sexdecim annos in petendo debito. Acce-
29 dat, quod donatio non præsumitur per *d. l. cum*
de indebito, & ex aliis cumulatis per *Menoch. de*
arbitr. iudic cas. 88. donare autem aliquid saltem
videtur, qui tempore suo debitum non exigit, si
30 quidem plus, & minus tempore soluitur *§. plus*
tempore inst. de actio. ibi qua enim ratione qui
tardius soluit, quam soluere deberet, minus sol-
uere intelligitur, eadem ratione, qui præmature
petit, plus petere videtur. Atque communis est
31 conclusio iuris interpretum, quod solutio proba-
ri possit per iuris præsumptiones, ex *tex. in l. §*
Chirographum 23. ff. de probat. Afflict. decis. 13.
Menoch. de præsump. lib. 3. præsumpt. 135. & lib. 2
præsump. 91. n. 7. Mascard de probat. concl. 1324.
num. 26. & seqq. Sard decis. 105. qui omnes mul-
tas congerunt coniecturas ad probandam solu-
tionem eam verò præcipuè magnificiunt, quę ex
temporis diuturnitate oritur.

H **Per Creditorem legitimè probetur)** efficit siquidem iuris præsumptio debitori assi-
stens, vt creditori onus incumbat probandi con-
trarium *iuxta tex. in l. ab ea parte ff. de probat. cū*
32 *ibi not.* admittitur autem probatio contra præ-
sumptionem iuris *cap. præsentium 7. q. 1. cap. su-*
per hoc de renunc. Menoch. de præsump. quæst. 4.
33 *num 7. lib. primo*, & vbi probetur per solutum nō
fuisse debitum, planè cessat præsumptio ad fauo-
rem debitoris inducta per statutum, sicque cessat
statuti dsũ ispositio, & præptio *Rot. in Ianuē. pe-*
cuniaria 10 Iunij 1580. coram Cardinale Lan-
cellotto Seniore, nam vis tota huius statuti fun-
data est in præsumptione solutionis, quæ quidem
præsumptio etiam cessare facit malam fidem de-
bitoris, sed per probationem non factæ solutio-
nis eadem præsumptio planè tollitur *Rot. coram*
Cardinale Sacrato in Romana pecuniaria 20. Fe-
bruarij 1609.

I **Vel nisi contraria præsumptio prę ponderans, ac prævalens adducatur)** eiusmodi præsumptiones aliquas ad effectũ ex-
cludendi præscriptionem istam statutariam consi-
derauit magni iudicij I. C. *Hieronymus Ga-*
briel. cons. 148. num. 13. & seqq. vol. 2. ad hæc fa
cit *decis. coram Cardinale Lancellotto Seniori in*
Ianuen. pecuniaria 20. Nouembris 1581. licet ad
34 mittat, quod huiusmodi præscriptio statutaria,
per eum etiam opponi possit, qui debitum ne-
35 gauit, sed quoad hoc intelligenda est cum grano
salis, nempe si de debito aliunde non constet, se-
cus verò si adducatur præponderans, & fortior
præsumptio non solutionis, quæ vincat, & supe-
ret præsumptam solutionem. Nec mirũ quod hic
statuatur præsumptionem præponderantem, ac
prævalentem contra præscriptionem excludere,
36 præscriptionem ipsam, quia in dubio cæteris pa-
ribus contra prescriptionem vt pote odiosam, &
iuri communi contrariam iudicandum fuit *c. odia*
15. de reg. iur. in 6. cum ibi not. per Dyn. l. cum
quidam ff. de lib. & posthum. vbi Doct. l. semper in
37 *dubijs 36. ff. de reg. iur.* & in pari causa fauendum
est potius ei, qui tractat de damno vitando, quam
illi qui certat de lucro captãdo *l. si. ff. ex quib. cau.*
maior. l. verum 12. §. item quæritur si minor. ff. de
minor. not. Card. Tusch. concl. 760 n. 14 lit. D. vbi
hanc testatur esse communem DD. tententiam.

K **Nullam omnino faciant fidem &c.)** quod quidem per ius municipale decerni potest,
38 sicuti per ius commune, iuris enim explorati est,
vt inquit *Gabriel. cons. 4. n. 5 vol. 1.* posse statutum
probationem regulariter validam reddere inua-
lidam, maximè probationem iuris merè positiui,
qualis est hæc instrumentorum *iuxta not. in c. 2.*
de probat. & in terminis nostris per *Cabren. cons.*
61. num. 2. lib. 2. Corn. cons. 64. num. 8. vol. 3. Alex.
cons. 94. nu. 1. & melius cons 170. num. 1. & 2. vol.
7. Gozad. cons. 16. num. 14. & per alios cum istis
relatos à *Gabriel d. cons. num. 5.* & prædictis con-
gruunt etiam tradita per *Boui. glo. 27. 28. & 29.*
Vnde licet instrumenta, de quibus statutum lo-
quitur, essent iurata, non probarent, sicque ni-
hilominus esset locus huic præscriptioni statuta-
riæ, vti expressè dictum fuit *in Romana pensionis*
domus 16. Ian. 1598. corã Card. Horatio Lancel-
lotto, vbi citatur etiam *decis. Mobed. 5. de præscrip.*
& Put. 111. lib. 1. in emend. impress. & in Romana
fructuum census coram Card. Millino 23. Iunij
1603. & in Romana pecuniaria 20. Februarij
1609. coram Card. Sacrato vbi etiam hoc amplius
39 habetur, quod propter religionem iuramenti fa-
cilius præsumitur, quemlibet satisfeciss debito
iurato, quam non iurato.

L **Exceptis &c.)** itaque in omnibus alijs ca
sibus, præterquam in se-
quen-

40 quentibus exceptis, firmata videtur regula, quod locum habeat præscriptio annorum sexdecim sunt data in præscriptione solutionis, vt in statuto nostro, argumento *text. in l. nam quod liquidè §. fin. respons ff. de pœn. legat. & in l. quæsitum §. de nuq; in fi. & ibi Bar. ff. de fun. instruct. aliis alibi per Everar. in suis locis argumentandi loco ab exceptione ad regulã n. 2.* Actũ præter istos casus exceptos plures alij etiam, in quibus locum iure non habet eiusmodi præscriptio statutaria, congesti sunt à Boulo. *gl. 19. verb. Contra oẽs creditores vbi post* 31. *ampliationis subijcit limit.* 34. ad sta-
41 tiquidem regula prædicta tribus modis potissimum limitatur, primo, vt procedat in casibus nõ exceptis sub regula tamen comprehensis, non autem dilatet, nec ampliet regulam, vt faciat sub ea comprehendi, quæ de sui natura non comprehenderentur exceptione non facta, secundo
42 nisi alius sit casus ab eadem regula alibi excep-
43 tus, tertio vt procedat in casibus non similibus exceptis, in casibus autem similibus exceptis, licet etiam non reperiantur alibi specificè excepti à iure, exceptio non firmat regulam, ità limitat *Everard. dicto loco num.* 3 & 5. Vnde casus quilibet limitationis ad statutum nostrum ex iis, quos colligit *Boni. dicta gloss.* 19. cadit sub aliqua ex prædictis limitationibus *Everard. ad dictam regulam* si benè perpendatur, iamque superuacaneum esset nos diutius hic immorari.

M Dotibus) statutum excipit causam dotis à generali dispositione, eo quia
44 in materia præscriptionis, dotis causa alioqui reperitur priuilegiata iuxta *not. in l. in rebus §. omnis C. de iure dot. & in l. cum notissimi §. illud C. de præscrip.* 30. *annorum Soc. iun. cons.* 144. *nu.* 59. & 63. *vol.* 1. *Guid. Pap. singul.* 463. *in princ.*
45 *Castren. cons.* 467. *num.* 1. *volum.* 2. nam dos in generali dispositione statuti non comprehenditur, vbi certo in casu reperitur priuilegiata, quam conclusionem semper approbauit Sac. Rot. vt habetur *in dec.* 264. *n.* 2. *p.* 4. *diuer.* huc cõtulerunt exẽpla *Rolan. tract. de lucr. dot. q.* 105. *n.* 8. *& seqq. vsque ad* 20. *Franc. dec.* 219. *n.* 8. pluribus prosequitur clausulam illam *Boni. glos.* 3. *verbo Exceptis.* Quãuis verò statutũ hoc præseruet dotes ab hac
46 statutaria præscriptione, non ideo censetur præseruare fructus ex causa dotis marito debitos pro sustinendis oneribus matrimonij iuxta *text. in c. salubriter de vsur. et in l. pro oneribus. C. de iu. do.* quia cum dispositio respectu dotis sit fauorabilis
47 non debet extendi ad fructus dotis, qui casus est odiosus *Put. decis.* 88. *in emend. impress. Mantic. decis* 151. *num.* 4. *& in Romana dotis coram Iullo* 23. *Iun.* 1600. quodq; etiã in casu d. cap. salubriter petitio illius interesse sit odiosa tenuit *Alciat. de præsumpt. regul.* 1. *præsump.* 32. *nu.* 4. quem sequitur *Put. d. decis.* 88: *num.* 4. *& seq.*

N Donationibus propter nuptias) vt ni mirũm quis passibus tã dos, quã donatio propter nuptias ambulet iuxta hęc ipsa verba *Iustin. in. in l. cum multa §. fin. inter donatio C. de donat. ante nupt.* quod & statuentes nostri superius in aliis casibus statuerunt, nempe cap. 131, & duob. seqq. ad hoc facit præcisè ad rem nostram *decis. in Romana quartarum coram Card. Caualterio* 16. *Maij* 1612. quæ est in impressis eiusdem sub num. 4.

O Tributis, & censibus Cameræ Vrbis debitis) tributum census, & publica pensitatio
48 idem sunt *glo. in rubr. de censi. lib.* 11. *probat. text. in l.* 1. *C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contr. & rubr. & ibi C. si prop. publ. pens. not. Felician. tract. de censi. in proœm. nu.* 6. & de iure
49 cõi ista quocunq; tempore non præscribuntur cõtra Principẽ *l. cõperit C. de præscr.* 30. *ann.* præscri-
50 buntur autẽ contra inferiores dominos *Paris. cons.* 25. *n.* 19. *& 20. par.* 4. *cum alijs relatis à Boui. glo.* 4. *verb. Et debitis tributorum.*

P Cẽsibus quibusuis alijs personis &c.
51 nam pro illis datur actio realis, nempe confessoria, quæ datur pro iuribus incorporalibus instar
52 rei vẽdicationis *§. æque instit. de actio.* statutũ vero nostrũ loquitur solũ de actionibus personalibus, & hypothecarijs accessorijs, & quæ personalibus ipsis adhærent, & cum loquatur de creditoribus, locum habet in creditoribus propriè, quales sunt ij, qui habent eiusmodi actiones personales,
53 nam qui habent reales, & qui rei vendicatione agunt, non sunt propriè creditores *glo. Bal. Ias. in §. 1. inst. de action.* quæ omnia bene declarat *Gabriel. cons.* 148. *d. n.* 1. *vsque ad* 7. & conferunt quę nos supra *not. ad hoc cap. lit. D. verb In præcẽso de*
54 *bitum.* Prædictis accedat, quod eiusmodi statuto locus esse non potest in censibus, in quibus quidem præscribendis tot requiruntur præsumptiones, quot sunt annuæ præstationes *Rot. in Romana census de Caffarellis* 9. *Nou.* 1587 *coram Gyp. &* in Romana *dotis* 23. *Iuny* 1600. *coram Iusto*, vbi asseritur hęc antiqua Rot. opinio, *& in Romana fructuum* 13. *Iuny* 1603. *coram Cara. Mil-lino*, in qua pariter affirmatur, Rot. huiusmodi sen tẽtiam sequi consueuisse, & cõcludit in fructibus census non procedere hoc statutũ, quia excipit, censum, nec etiã procedere aliud proximè subsequens, quia nõ cõprehẽdit obligationẽ iurata.m.

Q De fideiussoribus dictũ est,) scilicet cap. proximè præcedenti vers. Et si soluerit fideiussor, hoc autẽ beneficiũ tribuitur fideiussoribus præter cætera de quibus fusè habetur per *Hering. tract. de fideiuss. cap.* 27. *lit. de beneficijs fideiuss. par.* 1. nã cum illi alieno laborent morbo, veniã aliquam mereantur, & cũ eis mitius agendũ est *glo. in c. cum nostra verbo Inutilem de procur. Honded cõ.* 10. *nu.* 31. *vol.* 1. *Magon. decis. Lucen.* 92. *nu.* 6. *Ronchegal. in l.* 3. *§. vbi duo nu.* 88. *& 194. & in l. duo reos*
55 *nu.* 3. *ff. de duobus reis.* Vnde etiam limitatur hoc statutum, vt locum non habeat præscriptio aduersus creditorem non perentem debitum in præiudicium fideiussoris, qui creditori soluerit, & ab eo habuerit iurium cessionem, etiamsi de solutione facta non fuerit intimatio debitori *Rot. apud Achill. decis.* 1. *de præscrip. & in Romana Saluiani interdicti* 22. *May* 1599. *coram* Penia *loco* 9. *impressa per Pacif. de Salu. inter.* secundum nouam impressionem, vbi idem dicitur in quolibet soluente pro tertio. Procedit autem hęc præscriptio
56 statuti nostri etiam contra fideiussorem, qui pro confideiussore soluerit, & iurium cessionẽ reportauerit pro rata eandẽ confideiussorẽ tangente, nã & talis fideiussor venit sine dubio nomine creditoris, quandoquidẽ statutũ, vt apparet ex primis eius verbis, loquitur de creditore cuiuscũq; generis contractus *Rota in Rom. pecuniaria cor. Crou. 5. May* 1631. quæ quidẽ decisio in vers. Demum

non

non obſtat tollit omnem ſcrupulum, qui fieri videbatur circa prædicta *ex deciſ. coram Penia*, de qua ſupra, *& ex deciſ. Achill. prima de præſcrip. Boni. glo.* 19. *verb. Contra creditores num.* 219.

58 R Creditor autem) hic nomine Creditoris venit etiam hæres, immo & hæreditas iacens, quoad hunc effectum, vt currit præſcriptio ſtatutaria, quæ inchoata fuerit contra defunctum iuxta *cõſ. Bal.* 48 *inter cætera volum.* 1. *& doctrin. Caſtrem. in l. ea quæ §. ſi quando numer.* 3. *&* 5. *C. de tempor. integr. reſtit. petẽ.* quod vti procedit ſine difficultate in præſcriptione iuris communis, ſic etiam procedere debet, in præſcriptione iuris municipalis,
59 quæ in locum illius ſubrogata eſt *Socin. Iun. conſ.* 86. *nu.* 5. *vol.* 3. *Pariſ. conſ.* 32. *nu.* 16. *& conſ.* 93. *numer.* 20. *volu.* 3. *Gozad. conſ.* 64. *numer.* 13. *& conſ.* 80. *num.* 5. *Boni. dicta glo.* 19. *à num.* 79. *vſque ad.* 86. hæc autem annot. pariter conuenit principio huius cap. incip. ſi creditor.

5 Poſt mortem debitoris) intellige etiã ciuilẽ, quatenus mors ciuilis inducat eoſdẽ effectus, ac mors naturalis, exempli gratia ſi debitor ingrediatur monaſterium, & in eo Religionem profiteatur, ſtatutum incipiet habere locum à die profeſſionis iuxta tradita per *Boni. glo.* 12. qui fuſius articulum iſtum declarat.

T Similiter ſolutio facta præſumatur) hoc conferunt ſuperius tradita ad hoc ipſum cap. ſub litera S. verbo Præſumatur iuris præſumptione facta ſolutio, ſed amplius in hoc vltimo caſu præter negligentiam creditoris in petendo debito, conſiderari poteſt bona fides
60 debitorum, nẽpe quia cum iſti in alterius locum ſucceſſerint, iuſtam habent cauſam ignorandi debitum, ſicque excuſantur, quod non ſoluant *per text. cum ibi not. in l. qui alterius locum ſuccedunt* 42. *ff. de reg. iur.*

Hic demum ſubnectimus quædam alia notabilia ex Sacr. Rot. deciſionibus deſumpta, quæ poſt notat. ad manus noſtras deuenerunt, pri-
61 mum ſit, quod hæc præſcriptio ſtatutaria comprehendit etiam perſonas forenſes Rot. *coram Bubalo in Romana Mercedis* 17. *Martij* 1578. *& coram Cardinale Lancellotto Seniori* 20. *Nouembris* 1580. vbi confirmatur deciſio Bubali,
62 & declaratur illam procedere in his, quæ oriuntur ex poſt facto propter moram, vel negligentiam, cum aliàs forenſis dicto ſtatuto non ligaretur *iuxta doctrin* Bart. *in l. cunctos populos* C. *de Sum. Trinit. & fid. Catbol. num.* 18. *&* 19. quæ communiter recepta eſt, vti probatur in eadem *deciſ. coram Card. Lancellotto.*

63 Alterum, quod ſtatutum illud nouum de præſcriptionibus trahitur ad præterita, quando præterita habent tractum ſucceſſiuum, poſtquam nouum ſtatutum ſuperuenit *Rota coram Cardinale Seraphino deciſ.* 920. *numero* 5. vbi habetur, quod licet cæpta fuiſſet præſcriptio attamen excluditur per hoc ſtatutum, dum ab iſta præſcriptione excipitur debitum ex cauſa cenſus, quod quidem ſtatutum ſeruandum eſt, cum recipiat factum, quod expectat complementum per ſtatutum iuxta tradita per *Felin. in cap. final. numero* 11. *de conſtit. Ruin. conſil.* 49. *lib.* 3. *Rolan. de iuer. dot. quæſt.* 93. qui omnes citantur in prædicta deciſ. & dictum hoc exemplis comprobant.

64 An autem huiuſmodi præſcriptione ſtatutaria ſemel interrupta, incipiat currere de nouo iſta ſtatutaria præſcriptio. vel potius iuris communis, in quo dubio plures adſunt Rot. Romanæ deciſiones, quę videntur prima facie ad inuicem
65 ſibi contrariæ, ità diſtinguitur. Aut præſcriptio fuit iudicialiter per litis conteſtationem interrupta, & tunc non amplius ſtatutaria, ſed iuris communis præſcriptio currere incipit *Rota in Romana Bonorum de Porcarijs* 14. *Iun.* 1575 *coram Robuſterio.*

66 Aut vero præſcriptio fuit extraiudicialiter interrupta, & tunc per talem interruptionem extraiudicialem noua ſtatutaria præſcriptio curret, non autem iuris communis, & quod dicitur de extraiudiciali interruptione, intelligitur ſtatutariam præſcriptionem non ſolum habere locum pro prima, ſed etiam pro ſecunda, & tertia, & pluribus vicibus *Rota in Romana Tutela de Fabijs* 24. *Ian.* 1588. *coram Orano*, in qua fit iſta diſtinctio inter iudicialem, & extraiudicialem interruptionem, & datur intellectus ad deciſ. Robuſterij, quæ videbatur aliquantulum dubia, & obſcura.

67 Quid autem ſi creditor contra debitorem pro ſuo credito mandatum obtinuit, & poſt illius relaxationem effluxerint 16. anni, an cenſeatur renouata iſta ſolutionis præſumptio? & videtur dicendum quod ſic, ità in ſpecie declarauit *Rota in Romana Pecuniaria* 20. *Februarij* 1609. *corã Sacrato*, vbi ad hoc allegatur ſingulariter alia deciſio *coram Orano ſub die* 24. *Ianuarij* 1588. *& in Romana pretij Viridarij* 16. *Nouembris* 1618. *& in Romana Pecuniaria* 20. *Nouembris* 1613. *coram Cardinale Sacrato*, *& in alia Romana Pecuniaria* 10. *Iunij* 1620. *coram* R. P. D. *Merlino*, *recentius in alia Pecuniaria coram* R. P. D. *Peronano* 5. *May* 1631.

68 Omittendum tamen non eſt, quod aduerſus iſtã decurſam 16. annorum præſcriptionem, quæ ſuccedit in locum præſcriptionis 30. vel 40. annorum datur in integrum reſtitutio ex cap. ignorantiæ *Rota coram Peregrino in vna Bonorum hæreditatis deciſ.* 43. *lib.* 2. *Chiſan. deciſ.* 153. *Caputaq. deciſ.* 207. *par.* 3. *coram Rubeo in vna Romana Domus de Moriconibus* 13. *Nouembris* 1579. *& coram V. Comite in vna Tiburtina Francatio-nis* 2. *Ianuarij* 1583. *& denique coram Orano in Romana Reddit ionis rationis* 15. *Martij* 1599. in qua Orani deciſ. dicitur, quod non volenti agere nõ currit præſcriptio, & ſi currit ſubuenitur propter iuſtum impedimentum per reſtitutionem, & denique *in Romana quartarum Ven.* 16. *Martij* 1612. *coram Cardinale Caualerio*, in qua deciſ.
69 dicitur poſſe dari reſtitutionem ex capite ignorantiæ ex generali clauſula, ſi qua mihi &c. eſt hęc deciſ. 189. in impreſſis eiuſdem, & hoc habet n. 4.

70 Quod declara, & intellige de ignorantia probabili *Rota coram Orano in dicta Romana reddi-tionis rationis* 15. *Martij* 1599.

71 Et probabilis ignorantia dicitur illa, quæ conſideratur in hærede, *Rota coram Orano*

in dicta Romana reddit ionis rationis. In mulie-
72 re vero non cadit excusatio ad effectum restitu-
tionis in casu huius statuti, quando agitur de fa-
cto proprio ipsius mulieris, vel etiam de facto
mariti, cum quo ipsa habitabat, à quo verisimi-
liter potuit certiorari de negotio, in quo
interrumpenda erat præscriptio *Paris. cons.* 16.
numer. 130. *volum.* 2. *Anchoran. cons.* 92. *sub*
numer. 1. *vers. Nec videtur excusari posse Balb.*
de præscript. 4. *par.* 4. *par. princ. quæst.* 29.
num. 8. *conferunt not. per Menoch. præsumpt.* 24.
lib. 6. *Rota coram R. P. D. Pirouano in dicta Ro-*
mana pecuniaria 5. *Maij* 1631.

73 Quando vero dubitatur de ignorantia, recur-
ritur ad iuramentum, per quod optimè proba-
tur *Rota coram Orano in dicta Romana Reddi-*
tionis rationis.

74 Amplia primo vt dicta restitutio in integrum
ex capite ignorantiæ concedatur tam minori,
quam maiori *Rota coram Orano in dicta Roma-*
na Reddit ionis rationis.

75 Amplia secundo vt competat talis restitutio
tam agenti, quam excipienti *Rota coram Orano*
in dicta Romana Reddit ionis rationis.

76 Addimus, quod statutum hoc censetur de-
cisorium, *vt in decis. coram Cardinale Euncellot*
to seniore 10. *Iunij* 1580. vnde sequitur, quod
in omnibus Foris, ac Tribunalibus Romæ, ac
Districtus seruari debeat iuxta not. per nos su-
perius præsertim in præfatione.

77 An verò comprehendat etiam Clericos, du-
bitatur, quodque non comprehendat, tenuit.
Boni. de stat. Vrb. *præscript gloss.* 19. *num* 205
sed præsupponit hoc esse statutum Laicorum,
& in huiusmodi casu loquuntur Doctores ab
78 eo citati, contrarium verò asserit *Marescot. va-*
riar. resolut. lib. 2. *cap* 67. *num.* 10. *& sequen-*
tibus, ex innixus ratione, quod statuta Vrbis
sint Papalia, & ideo ligent Clericos iuxta quam-
plures decisiones ab eo citatas, itaque huiusce
quæstionis solutio pendet ab intellectu prædic-
tæ conclusionis, de qua disserimus supra in *tit. Stat.*
ad verbum Auctoritate vers. Ab hac verò, & quamuis ego arbitrer Marescot. opin. esse veram,
meam tamen sententiam libenter subiicio Sac.
Rot. iudicio venerando.

Post hæc scripta forte contigit, vt attentius
legerem *cap.* 67. *lib.* 2. *variar. resolut. Marescot.*
vbi multa habentur ad declarationem huiusce
statuti, deducta potissimum ex responsis Sac. Ro-
tæ; ideo, quæ fortè per nos hoc loco omissa fue-
rint, inde facilè suppleri poterunt.

De præscriptione pẽsionum Canonum, & Cen. suum.

Cap. CLIX.

DOMINVS rei ad modicum, vel longum tempus locatæ, vel proprietarius rei, in emphyteusim, vel ad censum concessæ, & census empti vel quomodolibet constituti, non possit petere pensiones, canones, aut census, nisi pro decem proximè præteritis annis tantum; & pro reliquis vltra decem annos sibi *a* satisfactum præsumatur nisi, *b* de interpellatione iudiciali, *c* aut præscriptionis interruptione legitimè doceat. Sed & si conductor; aut censuum, (vel canonum debitor, per continuum triennium præteritum pensionem, canonem, vel censum soluisse demonstrauerit, præsumatur pro toto præterito tempore satisfeciſſe, *d* & molestari non possit.

SVMMARIVM.

1 *Ratio reddi non potest omnium, quæ à maioribus constituta sunt.*
2 *Statutum de præscriptione pensionum non habet locum in contractu iurato.*
3 *Interpellatio præscriptionem impediens debet esse iudicialis, non extraiudicialis.*
4 *Præscriptio quibus modis interrumpatur.*
5 *Quietantia de residuo, seu complemento temporis anteacti probat solutionem totius summæ debitæ pro anteacto tempore.*
Et impedit, ne plus peti possit, quamuis plus deberetur. & num. 6.
7 *Præscriptio pensionum non habet locum in fructibus dotis.*

ANNOTATIONES.

SAtisfactum præsumatur) præsumptione iuris scilicet quæ quidem fundatur in regulis iuris, de quibus diximus ad proximè præcedens cap. litera G; verbo præsumatur iuris præsumptione facta solutio.

De

De interpellatione iudiciali, at in cap. præcedenti idem dictum etiam de extraiudiciali interpellatione; diuerſitatis rationē inter vtrumque caſum modo non inuenio, quæ mihi ſatisfaciat, dicamus igitur quod non omnium, quæ à maioribus conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt, vt inquit *Iuſtinian. in l. non omnium* 20. *ff. de legi.* ſicuti videmus, quod in eodem cap. præcedēti ſublata eſt fides inſtrumentis, vnde nec iuramentum in eis contentum aliquid operari poteſt, id vero hoc capitulo non ſtatuit, licet ſimilis plane ſit materia vtriuſq; cap. nec apparet qua ratione, quocirca hoc ſtatutum non habet locum in contractu iurato, prout locum habet alterum præcedens ſicuti *Rota in dicta Romana penſionis coram Cardinale Lancellotto iuniori* 16. *Ianuarij* 1598. *& in Romana fructuum cenſus* 13. *Innij* 1603. *coram Cardinale Millino*, qua de re ſatis diximus ad ipſum precedens capit. littera K. verbo Nullam omnino faciant fidem: Interpellatio autem, vt præſcriptionem impediat, iudicialis eſſe debet etiam ex diſpoſitione iuris communis, nam extraiudicialis non interumpit præſcriptionem *l. alienam ff. pro empt.* ſicuti plenius comprobauimus cap. præcedenti litera F. verbo legitimè docuerit.

C Aut præſcriptionis interuptione) hæc autem præſcriptio interrumpitur per citationem ex communi Doct. ſententia, & alijs pluribus modis per Boui. diligenter collectis, & declaratis *gloſ.* 21. *verbo Vel ſi interruptam præſcriptionem.*

D Et moleſtari non poſſit) quod quidem etiam iuri communi conſonat *l. quicunque C. de apoch. public. lib.* 10. quam concluſionem iuris tutius proſequitur, & exornat *Duen. regul.* 54. *verbo Apocha, & Gabriel. concluſ.* 11. *de præſump.* proba Rot. *deciſ.* 141. *numer.* 12. *inter collectas per Pacific. de Salu. Interdict. in vlt. impreſſ.* atque etiam idem iure dicendum eſſet ſine dubio, vbi vel vna adeſſet quietantia, vt vulgo dicitur, de reſiduo ſeù complemento temporis anteacti, nam hæc probaret ſolutionem totius ſummæ debitæ pro anteacto tempore *gloſſ. in l. ex pluribus verbo Reliquum iuncto tex. & ibi Angel. num.* 4. *Caſtren. numer.* 2. *ff. de ſol. Alexan. in l.* 2 *numer.* 4. *C. de hared. Inſtit. Corn. conſ.* 33. *numer.* 24. *lib.* 2. Rota *Iannin. deciſ.* 60. *numer.* 6. & impedit ne plus peti poſſit quamuis plus deberetur *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 3, *num.* 2. *cum pluribus alijs ab eo relatis tom.* 1.

Addo quod præſcriptio huius ſtatuti non habet locum in fructibus dotis Rot. *coram Luſio in Romana dotis* 23. *Iunij* 1600.

De præſcriptione ſpolij.

Cap. CLX.

ACTIO ſpolij vltra annos triginta *a* non detur, niſi de ſpolio *b* cum violentia doceatur.

SVMMARIVM.

Poſt ſummarium Deciſionis 1360. *Seraphini apponantur hi duo numeris videlicet.*

Exceptio violentiæ admittitur contra præſcriptionem ſpolij.

Spolium attentatum, quoad omnia æquiparatur violento.

ANNOTATIONES.

NOn detur) quod etiã ex iuriſcõmunis diſpoſitione magis communiter ſenſerunt iuris interpretes atque hanc ſententiam veriorem, ac æquiorem cenſuit Sacræ Rotæ ab antiquis deciſionis recedendo in illa celebri, & in omnibus numeris abſoluta *deciſ.* 1360. *apud Cardin. Seraphin* quam hic de verbo ad verbum omnibus exhibendam cenſnimus, vti loco planè oportuno, nempe ad perfectam huius articuli cognitionem habendam, atque ad maiorem comprobationem Iuſtitiæ, ac æquitatis huiuſce ſtatuti noſtri, nobis autem de noſtro quod hic addamus nihil prorſus relinquitur.

DECISIO SACRÆ ROTÆ.

IVIT mihi per memoriale Sanctiſsimi Domini Noſtri commiſſum, vt arduam illam quæſtionem, & adeo inter iuris interpretes controuerſam in Rota proponerem; An remedium canonis reintegranda 3. *quæſt.* 1. ſit impræſcriptibile, vel potius aliqua præſcriptione tollatur. Et cauſa per Dominos exactiſsime diſcuſſa, fuit concluſum, omnibus idem ſentientibus vno tãtum excepto, hoc

remedium præscriptione tolli, quemadmodum & cæteræ actiones quantumuis priuilegiatæ,sed antequam ad rationes decisionis veniam, non erit inutile rationes,quæ mouerunt Doctores contrarium sentientes,deducere, vt earum cum contrariis argumentis collatione facta veritas facilius eruatur.

Primum itaque, & præcipuum fundamentum huius sententiæ sit in dicto cap. redintegranda, in illis verbis, quacumque temporis conditione, ex quibus colligunt nullo tempore hoc remedium præscribi; secundo deducitur auctoritas *gloss. fin. & Doctor.* qui eam sequuntur in *cap.solicitè de restitut. spol.* quæ vult perpetuo agi posse hoc remedio, Tertio nituntur auctoritate Rotæ, quæ sæpius hanc sententiam est amplexa, vt videre est in *decisionibus Cassad. 6.de restit.spol.Fur. 118 lib.1.Mobedan. 18.de restitut.spol,Simonett.60.Verall. 296. lib. primo*, & *Mobed. ait* repertam fuisse annotationem Ludouici Romani atteſtantis idem antiquis temporibus Rotam censuisse, & deinceps in pluribus causis auctoritatem antiquarum decisionum Rota est sequuta; Quarto videtur hæc opinio niti ratione rationabilis odii, quo digni sunt illi, qui aliorum bona, & possessiones inuadunt, qui ideo nulla tuti sunt præscriptione, quæ neque dari potest etiam post decursum tempus mille annorum, si à principio spoliator fuit dolosus, vel violentus, iuxta receptissimam Canonistarum opinionem; Postremo allegantur auctoritates plurimorum Doctorum,qui hanc sententiam defendunt,quorum fit mentio in solutione argumentorum huius partis.

Contraria verò opinio nititur multis, vrgentissimisque argumentis, & auctoritatibus. Et primo quia tam de iure Ciuili, quam Canonico omnes actiones tolluntur præscriptione quadragenaria, & probatur in *l. sicut, & l. omnes*, C. *de præscript. trigin. vel quadrag.ann. Arth. quas actiones* C.*de Sacrosanct. Eccles. cap. ad aures, & cap. illud, & cap. quia iudicante de præscript cap. placuit il primo,& cap. post quingentos 16. quæst.*3. in quibus iuribus ponderantur dictiones vniuersales, qualemcumque actionem tollentes, & maximè in *cap. ad aures*, vbi omnis prorsus excluditur actio, quę verba ponderat *Ruin.cons.*103.*nu.* 7. *libro* 5. *& Iacit Iaf. cons.*113. *num.*27. *lib.*4. *Aym.cons.*294.*Roland cons.*72. *num.*20.*lib.* 2. Secundo leges abhorrent dominia rerum stare semper in incerto *l.* 1. *de vsucap. §.*1.*Initit.eod. l.cum notissimi C. de præscript. trigin.annor.* & etiam litium immortalitatem *l.fin. & ibi glos.in verbo finis pro suo*. Tertio cum temporis prescriptio tollat dominium, quod est maximi prejudicij, vt per *Bart. in l.rem alienam de pign actionem*, multo magis debet tollere hanc actionem possessoriam leuioris prejudicij, vt arguit *Castren. cons.* 205. *num.* 3. *lib.*1. *Socin.in l.rem quæ nobis num.*18. *de acqui. possess. Paris.cons.*1.*num.*155. *lib.*1.*Balb. de præscript* 4.*par.princ.quæst.* 20. *numer.* 1. *Roland. cons.*72.*num.*19. *lib.*2.*& cons.*6. *num.* 8. *libro* 3. Quarto multum hanc sententiam comprobare videtur, si consideremus quid in hoc remedio, & quomodo veniat; nam cum sufficiat probare duo extrema,nempe possessionem antiquissimam actoris, & possessionem recentem rei, & illa probari possit etiam per testes de fama, & de auditu, qui in antiquis admittuntur, & sæpe eueniat, vt propter antiquitatem, & sinistros casus bellorum, incendij,pestis, & similium, instrumenta, quibus possessores sese tueri possent,sint deperdita, vel etiam vetustate consumpta, certe ex tali perpetuitate huius remedij facilè Domini proprijs bonis iniustè priuabantur in maximum præiudicium Reipublicæ, vt *per Mobed.decis.*17.*de restit. spol Sarmien. de reddit. Eccles.par.* 1. *cap.* 4. *num* 11. *& select. interpret. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 2. Et quod est valde absurdum remedio possessorio adeo priuilegiato circa probationum qualitatem tollitur dominium legitime præscriptum, & redditur inutile aduersus omnes iuris regulas, quibus perpetuo traditum est, petitorium absorbere possessorium, & nihilominus hic contrarium eueniat. Quinto negari non potest, si numeremus auctores,hanc opinionem sequentes, hanc esse magis communem, prout testatur *Gabriel. conclus* 5. *num.*64.*de restit spol. Cantard. de moment. poss. §.*4.*limit.*2. *num* 26.*vsque ad num.*29.*Pontan.de spol. lib.*3.*c.*2.*nu.*91.*Decian cons.* 63.*nu.*2. *lib.*5. *Crot.cons* 47. *nu.*29.*lib.*1.*Honded cons.*82. *nu.* 49. His rationibus adducti Domini hanc sententiam amplexi sunt, superest solum respondere his, quæ in contrarium deducta fuerunt; Et primo quia basis contrariæ sententiæ tota constituitur in cap. redintegranda, videndum est de intellectu illorum verborum, quacumque temporis conditione,quæ reguntur ab illis verbis in fine positis, perdidisse noscantur, & certum est naturalem,& verùm sensum conditionis temporis referri potius ad qualitatem amissionis, quam ad temporis quantitatem *l.* 1. *§. denique ait de acq. pluuiam. l testium in princ. de testib. Rebuff.in l.conditionalis* 62.*vers quarto ad verb. significe.* quod eo magis dicendum, quod referantur ad deperditionem, quæ non temporis cursum, sed initium amissionis respicere videtur, prout & aliæ qualitates ibi appositæ captiuitatis, doli, violentiæ, & quarumcumque iniustarum causarum, quod sensisse videtur ibidem *Arebidias.* dum dicit, fortè ibi erat guerra, vel metu latronum, nemo audebat ibi morari, & hæc verba importare qualitatem temporis, & non præscriptionem, de qua in eo textu non agebatur, tradidit *Cantard. de moment. possess. §.* 4. *limit.* 2. *numer.* 28. *post Bellamera. & Ioan. de Turrecremat. Castren. cons.* 105. *num.* 3. *par. prima & bene Gallens. de exercit. Iuris lib.* 3. *num.* 56. *Moder. in remed.* 15. *recuperand. num.* 422. Et demum ità videtur sensisse Gratian.huius Canonis compilator, qui in summario suo ante hunc Canonem non apponit dictionem temporis, sed simpliciter ait,ablata quacunque conditione in eodem loco, vnde surrepta fuerant reuocanda esse & hunc verum, & germanum sensum appellat, *Nicolaus Granat. ad Vestr. libro* 7. *cap.*3. *n.*41. Neque est verisimile Pontificem vna vocula, eaque ambigua voluisse totam materiam præ-

scriptio-

ſcriptionum ſubuertere, vt in hac eadem materia præſcriptionis tradit *gloſſ. in cap. 1. §. preterea in verbo præſcriptione de capitul.* Contradi; *in vſib. feud.* vbi verba illa nulla obſtante præſumptione, interpretantur de decennali, vel vicennali, non autem de trigennali, aut quadragennali annorum præſumptione, hanc rationem moti, ne totam materiam præſcriptionum multis vigilijs excogitatam ſubuertere, & radicitus euellere videantur, quam *gloſ. communiter eſſe approbatum conſtat ex tractatis per Iraquell. de retract. conuent. §. 1. gloſſ. 2. num. 12.* quod ex eo confirmatur, quod poſtremores Pontifices in capitulo ad aures, & alijs ſupra allegatis trigenaria, & quadragenaria præſcriptione, omnem prorſus actionem excludere voluerunt, adeo quod & ſi verba illa, conditione temporis, importarent præſcriptionem, nihilominus ijs ex ſequentibus conſtitutionibus derogatum fuiſſe apparet.

Secundo non obſtat auctoritas gloſę, & ſequacium in *cap. ſolicitè de reſtit. ſpol* vbi ait ad damnum, ſiue pœnam perpetuo agi poſſe, quia nulla conditio temporis opponi poteſt Canoni redintegranda *3. quæſt. 1.* nam ſubiato fundamento, quod ſit in dicto Can. tollitur etiam opinio gloſæ, quæ illi innititur. Præterea cum vtatur dictione perpetuo, ea eſt intelligenda, prout in ſimilibus terminis paſsim vſurpatur, vt iſta perpetuitas includatur ſpatio triginta annorum, vel quadraginta, quemadmodum actiones perpetuæ dicuntur illæ, contra quas tota præſcriptio triginta, vel quadraginta annorum opponi poteſt *Inſtit. de perpet. & temp. action.* & concordantes textus deſumi poſſunt apud *Briſſon. de verb. ſignif. in verbo Perpetua actiones*, & poteſt etiam intelligi de actionibus, quæ competunt aduerſus violentos, & doloſos, cum loquatur de damno illato, & de pœna, qui non eſt caſus, de quo agitur, vt in fine dicetur; Quare Doctores, qui ſimpliciter referunt, & ſequuntur hanc gloſam, non multum faciunt pro hac parte, cum ſint intelligendi iuxta vulgarem ſignificationem dictionis perpetuò in hac eadem materia præſcriptionis, non obſtante quacunque vniuerſalitate, & prægnantia verborum, vt in pacto de retrouendendo quandocunque, & perpetuo, cenſuit Rota ſpatio triginta annorum excludi *ex conſ. Bald. 303. lib. 1. in cauſa Reatina tenuta 13. Aprilis 1579. coram Illuſtriſſimo Lancellotto*, & *12. Decembris 1588. coram R. P. D. meo Pamphilio*; & gloſam ita ſenſiſſe eſt veriſimile, poſtquam fecit mentionem perpetuarum, & temporalium actionum, iuxta iuris ciuilis diſpoſitionẽ, quæ clara eſt, nec ab ea recedit ius canonicum, vt ex allegatis per Doct. in cap. ad aures; & alijs apertè colligitur in materia præſcriptionis excepto caſu malæ fidei, nulla eſt differentia inter ius Ciuile, & Canonicum, vt tradunt *Abb. & alij in cap. de quarta de præſcript.* Neque obſtat quod præſcriptio fecundum aliquos fuerit inuenta propter dominium, non propter poſſeſsionem, quia hoc eſſe falſum conuincitur *ex cap. iubemus 16. quæſt. 3. & ex l. final. C. de edict. Diui Adriani tollen. & ex l. competit C. de præſcript. triginta, vel quadraginta annorum*, immo multo debilior eſt poſſeſſio, & minori tempore amittitur, vt *per Innocen. in cap. querelam, & ibi Bellamer. numer. 9.* & alios per *Contard. relatos vbi ſupra numer. 31.* Neque obſtat, quod in iudicio ſpolij non admittatur exceptio dominij, quia exceptio præſcriptionis non ſolum dominium, ſed poſſeſſionem reſpicit, & ideo non minus eſt admittenda, quam exceptio illa, quod quis facto ſuo ceciderit à poſſione; Tertio loco non obſtat auctoritas Rotæ, quia ſi benè conſiderentur deciſiones allegatæ, apparebit contrariam ſententiam obtinuiſſe cum magna controuerſia, & difficultate, & earum compilatores pro maiori parte contrarium ſenſiſſe. Quare non eſt habenda ratio eorum, qui auctoritate Rotæ moti, hanc ſententiam amplexi, quæ quamuis plurimum ſemper valuerit, prævalere tamen debet ratio, & veritas tot alijs non contemnendis fulcita auctoritatibus; Non obſtat ratio odij rationabilis aduerſus inuaſores rerum alienarum, quia hanc præſcriptionem intelligunt Domini procedere contra actionem ſpolij ſimplicis prouenientis ex probatione dictorum extremorum iuxta ſtylum Rotæ, non autem vbi conſtaret de vi, dolo, & mala fide, cum nulla præſcriptio aduerſus dolum, & malam fidem opponi poſſit *cap. fin. de præſcript.* & hoc fortaſſe ſenſit Papa in illo Canone in illis verbis per quaſcunque iniuſtas cauſas, & hanc exceptionem admittunt Doctores allegati per *Contard. in dicta l. limit. 2. num. 34. & 35.* Quantum ad auctoritates, quæ deducuntur, ſi tollantur è medio Doctores, qui ex profeſſo hanc quæſtionem non tractant, & qui ſimpliciter ſequuntur *gloſam in cap. ſolicitè*, dicentes illud remedium eſſe perpetuum, quæ verba non excludunt præſcriptionem triginta, vel quadraginta annorum, vix reperietur; præter ſolum *Imol. in cap. 2. de reſtit. ſpol.* qui contrarium aperte ſenſerit ante *deciſio. Caſſad.* vt fuit animaduerſum *per Gall. ſ.* Rurſus tollantur Doct. qui potius auctoritatem Rotæ ſecuti ſunt, quam pondus rationum in contrarium facientium, apparebit longè pluribus auctoritatibus fulcitam eſſe partem contrariam & id fatentur Doct. ſupra allegati; dicentes hanc eſſe magis communem. Et ita recedendo ab antiquis deciſionibus, fuit per Dominos concluſum, hanc opinionem æquiorem, & veriorem eſſe, & dignam Sanctiſs. Domini Noſtri approbatione.

B **Cum violentia)** vbi enim conſtaret de vi, non procederet diſpoſitio ſtatuti, nec prædicta deciſio, ſiquidem exceptionem violentiæ contra præſcriptionem ſpolij admittunt *Doctores*, vt per *Contard. ad l. vnic. C. ſi de moment. poſſeſſ. limitat. 2. numero 34.* & latius in eadem *deciſ. numero 15.* Nec prætermittam, quod ſpolium attentatum, per omnia æquiparatur violento *Rot. deciſio. 5. numero primo de reſtitut. ſpoli. in nou. & apud Gregorium Pap. XV. deciſ. 316. num. 7.*

De ceſsione bonorum, & Inductiis Quinquennalibus.

Cap. CLXI.

AD ceſsionem bonorũ, vel ad quinquennales inducias, non admittãtur, niſi qui ſe fatalia damna, calamitates & fortuitos caſus, vel alia aduerſa, poſt contracta debita incurriſſe docuerint, *b* & tunc de conſenſu maioris partis creditorum. *c* Luſores autem, dilapidatores, fraudatores omnes, & qui ſcientes ſe ſoluendo non eſſe, multiplicia debita contraxerunt, omnino excludantur: in electione vero alterius ex beneficiis prædictis, illi præferantur, qui ſe veros creditores eſſe, delato calumniæ iuramento, *d* legitimis documẽtis, vel per idoneos Teſtes docuerint. Chirographarios autem creditores, niſi ſcripturæ tempus cõtineant, & ſint trino, vel ſaltem bino Teſte notatæ, numerum facere nolumus; omnibus colluſionibus, fictionibus, & fraudibus, quas debitores, & creditores ex mutua intelligentia machinari ſolent penitus excluſis. *f* Deprehenſi autem in aliqua fraude, fictione, vel mendacio, indigni omnino habeantur. Quicunque verò petierint ſe admitti, interim dum petũt, etiam ſi in vim Apoſtolici reſcripti id petant, non audiãtur, *g* niſi publicè, & palam biretum viride ita diſcoopertum, quod ab omnibus videri poſsit, in capite deferãt: nec Iudex aliter nec in vim cõmiſsionis nec litis pendentiæ, poſſit inhibere; & facta inhibitio non teneat: & tam is, qui ad ceſsionem, quam is, qui ad quinquennales inducias fuerit admiſſus, dictum biretum portare debeat; alioqui ipſo iure priuilegio priuatus cẽſeatur, & mandata etiam aliàs contra eos relaxata, ſinè nouo decreto & citatione, contra eoſdem, ſi ſine birreto viridi reperti fuerint, executores quicumque exequi poſsint. Is verò qui ad quinquennales inducias admiſſus fuerit, *b* ſi idoneè cauerit de ſoluendo, in fine dilationis ſeu termini huiuſmodi, ad dicti bireti delationem non teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Ceſsionis bonorum materia vbi videri poſsit & num. 45.*

2 *Ceſsio bonorum appellatur in Iure miſerabile auxilium: ſicut et inducia quinquennales & nu. 3. Et eſt miſerorum ſubſidium, non præſidium doloſorum. & num. 23.*

4 *Forma libelli alternatiuè cõcepti ad ceſsionem bonorum et ad inducias quinquenales remiſsiuè.*

5 *Creditores habent electionem quonam beneficio vti debeat debitor, ceſsionis ne bonorũ, an inductarum quinquennalium: ſed ſi inducias nõ concedunt, non poſſunt ideo impedire ceſsionem bonorum. & num. 6.*

7 *Ceſsionis bonorum remedium conceditur à lege ipſo iure, ſine facto creditorum. Et quibus debitoribus concedatur. & num. 37.*

8 *Debitor poteſt vti ceſsione, bonorum, etiã poſt quam creditores declarauerint ſe velle, quinquennales inducias concedere.*

9 *Maior pars creditorum præiudicare poteſt minori in concedendis inducijs. Niſi debitum ſit iuratum & n. 11. Et poteſt etiam, præiudicare in remiſſione partis debiti. & num. 12.*

10 *Creditores concedentes inducias, vel remittentes partem debiti, debent in vnum conuenire: nec ſufficit, quod ſinguli ſeparatim foliũ ſubſcribant. & num. 12.*

13 *Cautio præſtari debet à debitore in caſu dilationis ſibi conceſſæ miſerationis, ſeu humanitatis cauſa. & n. 38. Intellige, ſi cautio petatur à creditoribus, & n. 14. Et dũmodo debitor ſit adeo pauper, vt cautionem præſtare non poſsit. & num. 16.*

15 *Cautio idonea in caſu dilationis quinquennalis, quænam ſit, relinquitur arbitrio Iudicis.*

17 *Beneficium Principis reddi non debet inane.*

18 *Debitor non valens dare cautionem admittitur ad cautionem iuratoriam, cum generali hypotheca bonorum, & cum adiectione pœnæ. & num. 19.*

20 *Debitor, ſi aliàs habuit dilationes, debet de illis facere mentionem in reſcripto nouæ dilationis.*

21 *Dilationes quinquennales conceđi poſſunt à ſolo Principe.*

22 *Ceſsionis bonorum beneficium denegatur luſoribus, ſeu doloſis debitoribus. Item fraudulentis. & num. 31.*

24 *Documenta legitima ad effectum probandi creditum, ſunt tam teſtes, quam Inſtrumenta.*

25 *Teſtes eandem probationem faciunt ac Inſtrumenta. Amplia vt num. 26.*

27 *Hypothecarius creditor quando, & quomodo differat Chirographario: & num. 28.*

29 *Chirographa ſubſcripta per tres teſtes præferuntur ex Iure publicis Inſtrumentis poſteriobus quoad pignus, & hypothecam.*

30 *Chirographa tempus continentia &c. excepta à Statuto de ceſsione bonorum, ſufficit ſi ſint*

si sint per duos tantum testes subscripta.

32 *Cessio bonorum quomodo fiat. & num.33.& cui? nu.36.*

34 *Cedens bonis non liberatur à debito si ad pinguiorem fortunam deueniat.*

35 *Consuetudo est retinenda pro lege.*

39 *Cessio bonorum, vel dilationes quinquennales non prosunt fideiussori debitoris.*

40 *Cessions bonorum non potest renunciari: nisi iuramentum interueniat. & nu.41. Intellige vt nu.42.43.*

44 *Dilatio concessa debitori à Principe non comprehendit debita iurata.*

ANNOTATIONES.

1 De materiam istam de cessione bonorum, habemus titulum, qui est 3. *Digestorum lib. 42. & in Codice tit.71 lib. 7. qui bon. ceder. poss.* atque Mattheus Brunus tractarum edidit satis amplum, ac vtilem, qui insertus est tractatibus vniuersi Iuris *tom. 3. parte 2. fol.* 179.

A **Ad cessionem bonorum)** quę iure communi

2 appellatur miserabile auxilium *l. fin in prin.* C. *qui bon. ceder. poss.* ne debitores in carcere marcescant *l.* 1. C. *eod.*

Vel ad quinquennales inducias) est hoc alterum beneficium itidem inductum

3 pro miseris debitoribus, vt in *ead. l. fin.* & de vtroque remedio, vt pote solito intentari in foro Capitolino, vel via ordinaria, vel per rescripta apostolica meminit *Luc. Pet. in praxi eiusdē fori lib. 2. cap. 1. num.* 4. formam verò libelli alter

4 natiuè cōcepti ad hæc duo beneficia habes apud *Aret. §. fin. in addit. verbo Voluntatem ff. de actio.*

5 vtrumque autem proponitur Creditoribus à debitore, ità vt postea creditorum sit electio, quod nam malint indulgere *d. l. fin. in princip.* sed non

6 ideo impedire possunt debitorem, quin bonis cedat, si ipsi creditores recusent debitori concedere inducias quinquennales per *tex. in l. 1. C. eod. tit. not. Salyc in d. l. fin. vers. quero debitor consentus num 2. Castren. ibidem num. 1. Aret. in §. fin. num. 14. vers. quaro debitor vult. cedere bonis instit. de action. & ibi addit. verbo Voluntatem, quoniam, vt inquit Salyc.* & alij hoc beneficium

7 cessionis debitori conceditur ipso iure à lege sine facto creditorum, & contra eorum voluntatem, vnde illi hoc non possunt impedire, prout

8 ista comprobat, & fusius prosequitur, *Brun. de cessio bon. q. 22. prine. per tot.* quinimo amplius possunt debitores ad cessionis beneficium conuolare, etiam postquam creditores declarauerint velle se eis quinquennales inducias indulgere, vt per *Brun ead. q. num. 1. & 2.*

B Et tunc de consensu maioris partis creditorum) quod intelligi debet, quoad quinquennales inducias concedendas, nam quoad cessionem bonorum non est opus debitori consensu creditorum, vt proximè diximus, nisi tamen ageretur cum doloso debitore, vt infra dicemus proximè sub verbo Iusores &c. inducię verò licet ex iure communi concedi possint à maiori parte cre-

9 ditorum, quæ quidem minori in hoc præiudicare potest *d. l. vlt. C. qui bon. ced. poss. & ibi Doct.* tamen seruari debet forma eadem lege præscripta, nempe, vt Creditores in vnum conueniant,

10 nec satis est, quod singuli separatim foliū subscribant, ità censuit *Sac. Rot. coram Cardinale Seraphino decis. 1233. num 1. & coram Reue rendissimo D. meo Coccino Decano decis 440. num. 1. &*

11 *seq. in impress. Venetijs anno 1624.* Neq. potest maior pars Creditorum, etiam vbi in vnum conuenerint, præiudicare minori parti, si debitum sit iuratum, sicuti habetur in eadem *decis. nu. 3.* omitto alios proferre in hanc sententiam, cum Rotæ auctoritas sit instar plurimorum, & iuxta declarationes istas intelligi debet statutum nostrum ex receptissima iuris interpretum conclusione, quod statuta interpretationē recipere debent à iure communi *cap. cum dilectus de consue. vbi Doct. l. vnic. C. de inoffic. dot. latè Steph. de Federic. de interpr. leg. par. 2. in princ.* Quid verò possint creditores in remittenda debitori parte debita, videndus est *Afflict. decis* 288. *cum not. Vrsil. quam decis. sequuta est Rot. d. decis. Serap.* 1233. *num. 1. Farinac. q. 14 nu. 9.* vbi tenet etiam

12 in remissione partis debiti posse maiorem partem debitorum præiudicare minori, vbi omnes conuocati, & simul coadunati fuerint per *text. in l suum haredem §. fin. & ibi Doct. ff. de pact.*

Demum quia diximus de inducijs, quę debitoribus permittuntur à Creditoribus, non videtur extra rem aliqua etiam subijcere de inducijs, seù dilationibus, quę à Principe debitoribus ipsis conceduntur, de quibus *text. est expressus in l. universa C. de preci. Imp. offerend.* vniuersa, inquiunt ibi Imperatores, rescripta, quę in debitorum cuusis, super præstandis dilationibus promulgantur, non aliter valeant, nisi fideiussio idonea super debiti solutione præbeatur, concluduntur itaque fideiusionem esse necessariam ad validitatem eiusmodi dilationis, ita ut aliàs debitor dilatione non obstante capi, & carcerari poterit sine iniuria Principis, esset enim iniquū, si pendente dilatione debitor aufugeret, resque suas exportaret, & Principem ipsum, & creditores simul deluderet iuxta tradita per *Bart. & in l. si debitor* 21. *num. 2. de iudic. facit text. in l. si longius §. 1. ff. eod. tit.* & hoc in iure generale est,

13 quod vbi dilatio conceditur miserationis, seù humanitatis causa, præstari debet cautio à debitore de soluendo debito post finitā dilationem exemplum sit in casu *l. vnica §. cum autem C. de rei vxor. actio. not Franc. decis. 218. Barbos. in l. 2. ff. sol. matr. in princ. sub num. 25. & 27. & in l. divortio §. interdum sub nu. 12. ff. eod. tit. Doct. in d. l. si debitori ff. de iudic.* atque ita seruat etiam supremum Tribunal DD. Visitatorum Carcerū Vrbis Romę, de quorum facultatibus, plenè habetur

betur in constit. Pauli Papæ V. felic. recor tit. de facultatibus Visitatorum Carcerum *versicol. primo.*

Declaratur autem primo hæc conclusio, vt
14 locum habeat si fideiussio petatur à creditoribus & non aliàs *glo.in cad.l vniuersa verbo præbeatur*, idque fusè ibidem comprobat *Iaſ.nu.* 1. *&*
15 *seqq.* Et fideiusso idonea quænam sit, hoc casu iudicis arbitrio relinquendum est *Bald.ibidem*
16 *num.*3. ibi ego, consului, quod intelligeretur idonea arbitrio iudicis. Secundo declaratur, vt non procedat, vbi debitor sit adeo pauper, vt fideiussionem præstare non possit, tum enim ne
17 principis beneficium reddatur inane contra *tex. in cap.si Papa de Priuileg. in 6.* admittetur debitor ad iuratoriam cautionem, sicuti generaliter tradunt Doct. de obligatis ad dandam cau-
18 tionem, nec valentibus care in *l.1.ff. qui satisd. cogan. & in authen.generaliter C. de Episcop. & Cler. & in specie nostra Bal.nouell.tract. de dot. par.8. priuil.12. in fin. Ludou. decis. Perusin 63 nu.9 par.2.* qui ambo consentiunt hoc casu sufficere iuratoriam cautionem cum generali bono
19 rum hypotheca, & cum adiectione pœnæ.
20 Cæterum animaduertat debitor, quod si alias habuerit dilationes, de illis faciendæ erit mentio in rescripto nouæ dilationis, alioqui hæc subreptitia censebitur, & ille capi poterit, atque sustinebitur caprura probatis alijs dilationibus *Rebuff in comment ad regias constit. tom.2. rubr. de liter.dilator.art.1.glos.1.num.*30. *Menoch.de arbitr iud.cas.*103. *num.*28. *Rolan.cons.*31. *nu.*17. *& seq col.*2. qui loquitur in dilatione quinquennali, nempe quod non valeat, si lis pendeat, vbi de litis pendentia mentio facta non fuerit.
21 Porrò induciæ, seù dilationes quinquennales à solo Principe concedi possunt, iudicibus verò permittitur breuiores dilationes aliquot dierum scilicet debitoribus indulgere *Thesaur. dec.*186. *nu.*8. *& seq.* quæ tamen dilationes non vnicuiq; nec passim, nec ad multos dies concedi deberent.

Lusores autem, dilapidatores, &
22 omnino excludantur) hinamq. vti dolosi non debent gaudere beneficio miserorum per *text. in l.fin. in fin.ff. quæ in fraud cred.* & *inl. penult.ff. de in.dot tradit* Boer. *decis.* 349. *sub num.*8. vbi etiam in specie loquitur de eo, qui tempore cõtractus sciebat se non esse soluendo, & subinde inquit quod dolosus non potest cedere bonis, & idem Boer. *decis.* 215. *num.*6. ibi adeo quod propter eorum dolum non debent habere beneficium
23 cessionis bonorum. quod est miserorũ subsidium non præsidium dolosorum *Brun.de tract.q* 5. *p.*4. *princ.n.*3. *& seqq. & q.*28. 4. *q. princ. & q.*51. 4. *q. princ.* Mandos. *ad signat. Grat. commiss.*18. *verbo Beatis. Pater* 2. Immo tales homines puniendi essent iuxta constitutionem Pij V. Sanctæ mem. 112. *in Bullar. nou. contra Fraudolentos, & dolosos decoctores.*

D Legitimis documentis, vel per idoneos Testes) ità benè probabitur iuxta expressam mentem
24 statuti, qui sint veri creditores, & quidem legitimorum documentorum nomine veniunt tam Testes, quam instrumenta, *vt not. Alber. in suo diction verbo Documenta Archid. in cap. pia sub num.*8. *littera A. de excep. in 6. & ibidem gloss. verbo Documentis Asin. in sua prax. §.*14. *cap.*3 *num.*2. Tamen ad maiorem declarationem statutum etiam addidit per idoneos Testes, & per
25 istos plane probatur creditum, cum idem possint Testes, ac instrumenta *cap. peruenit 4. de testib. cogen. l. in exercendis C. de fid. instrum.* ita vt li-
26 cet municipali iure cautum esset, ne debitum probari posset nisi per instrumentum, nihilominus etiam per testes probari posset, vti tradit, *Mascard. de probat. concl.*480. *verbo Debitum n.* 1. *referens præcipuè Abb. in cap.*2. *num.*10. *de probat. & Felin. ibidem num.*13.

Numerum facere volumus) statu-
E tum in hac clausula contradicit *l. fin. §. sin vero vndique C. qui bon. cedere poss.* ibi nulla quidem differentia inter hypotecarios, & alios creditores
27 quantum ad hanc electionem obseruandam, sit autem alioqui differentia inter creditores hypothecarios, & Chirographarios, vt *not. glos. ibidem verbo Habentibus, & probat text. in l. pro debito C. de bon. auctor. iud. possiden. not Franc. decis.*82. *num.*7. *qui & num. seq.* subijcit quod licet aliter decernatur in casu *dicta l. fin.* illud fit,
28 quia creditor hypothecarius ibi in modico læditur, vt considerat etiam *Salyc. ibidem num* 1. *ibi not.* quod in casu isto.

Excipit autem statutum creditores habentes Chirographa tempus continentia, & trino, vel saltem bino teste munita; quoad Chirographa trino teste munita habetur in iure priuilegium
29 quod præferantur publicis Instrumentis posterioribus quoad pignus, & hypothecam ex celebri *tex. in l. scripturas cum auth. si quis vel. C. qui pot. in pignor. habean. Franc. d. decis. & num.* 7. prosequitur *Mascard. concluſ.*285. *verbo Chirographum* Card. *Tusch. concluſ.*79. *littera S. & nouissimè Nicol. Genua. tract. de priuat. scrip. lib.*1. *concl.*3. *& vlt.*

Verum licet testes saltem debeant esse tres, subscripti in Chirographis eiusmodi priuilegiatis, nec duo sufficiant etiam de iure canonico, quod quidem in hoc conuenit cum ciuili, vt probat idem *Genua ead. concl. num.* 5. nihilominus
30 statutum nostrum admittit hoc loco Chyrographa etiam bino tantum teste notata, quo facilior reddatur fides, & vis sit fortior scripturarũ, nempè ad negotij, de quo agitur, expeditionem cum aliàs in ore duorum, vel trium stet omne verbum regula est in *cap.*23. *de testib.*

Deprehensi autem in aliqua frau-
F
31 de &c.) tales merito habentur indigni beneficio, vti hoc statutum habet; ad quod conferunt, quæ superius auctoritate multorum attulimus hoc *cap littera E. verbo Lusores*, quibus accedat *Aret. in d. §. fin de action. num.*3. ibi aut dolosè fecit, quod non esset soluendo *Vrsill. ad Afflict. d. decis.*280. *nu.*4. *Card. Tusch. concl.*219. *num.*12. *littera* C. *Graff. tract. de except. except.*17. *num.*32.

Nisi

G 32 **Niſi publicè,& palam biretum viride &c.)** ità quidem ſeruatur Romæ,nëpe, vt debitores in carceribus manentes, dum ad bonorum ceſsionem admittuntur, biretum viride publicè & palam capiti imponant, idque conforme eſt conſtitutioni Pij Papæ IV. 39. in bullar. nou. quæ etiam plenius loquitur, quã ſtatutum, & ideo videndaꝝ;

33 Alibi autem variæ ſunt conſuetudines Curiarum in actu eiuſmodi ceſsionis bonorum, vt videreꝝ eſt in addit. *ad Aret.d.§.fin.verbo Cedere bonis, & deciſ.Guid.Pap.*33. qui in primis decidit,quod

34 cedens bonis non liberatur quin ſoluat, ſi ad pinguiorem fortunam perueniat *ex l.* 1.C. *qui bon.ced.poſſ.*quod verum intelligit, niſi vituperoſa fieret ceſsio, vt in exemplo quod ſubiicit, ſed iſtud *Guid.* dictum vltimum non placet, nec verum videtur *Didac.var reſol.libro.*2.*capit.*1. *num.*6.qui articulum ipſum doctè,ac plenè exa-

35 minat, de quibus conſuetudinibus demum fuſius habetur per *Brun. de ceſſ. bon.q.*6.*princ.* & iſtæ quidem conſuetudines pro lege retinendæ videntur tamquam ius omnibus conſtitutum ad *text.in l.de quibus,ff. de legi.* licet forſitan duræ uideantur *per text.* ſ*in l. proſpexit ff.qui*, & 4

36 *quib.* quonimirum homines vigilantiores,ac ſolertiores reddantur ad euitanda infortunia æris alieni, & miſerabilem bonorum ceſsionem,edocti ſcilicet aliorum exemplo, vt benè conſiderat *Brun.d.q.*6.*princ.num.*6. *& ſeqq.* porro cum luſores, dilapidatores, & alij doloſi debitores,& decoctores ad ceſsionem, vel ad quinquennales

37 inducias non admittantur, ſed ij tantum, qui fatalia damna, calamitates, & fortuitos caſus,vel alia aduerſa poſt contracta debita incurrerint,tũ ex hoc noſtro iure municipali,tum ex diſpoſitione iuris communis, vti ſupra demonſtrauimus, *ſub littera B. verbo Luſores &c.* iſtorum quidem miſerabilium exiſtimationem ſaluam, & omnem corporalem Cruciatum ab eis ſemotum voluerunt Imperatores *d.l.fin* conditores, vnde bonis cedi ab eis non tantum in loco iure,ſed êt extra is poteſt, & ſufficere per nuncium, vel per epiſtolam id declarari reſpondit *Martian.I.C.in l.fin ff.eod.tit.*

Si idoneè cauerit de ſoluendo)

38 H ſicuti requiritur alioqui *per text. in l.vniuerſa C. de preci Imper. offeren. cum ibi not.* de quo diximus ſupra hoc *cap.ſub littera D. verbo, Et tunc de conſenſu maioris partis creditorum,in fin.*

39 An ceſsionis, vel dilationis beneficium principali debitori conceſſum proſit eius Fideiuſſori dic,quod non, vt *§.fin. inſtit.de replica.* vbi hæc verba leguntur, ſi debitor bonis ſuis ceſſerit, & cũ eo creditor experiatur,defenditur per exceptionem,ſi bonis ceſſerit, ſed hæc exceptio fideiuſſoribus non datur,ideò ſcilicet, quia qui alios pro debitore obligat, hoc maximè proſpicit, vt cum facultatibus lapſus fuerit debitor poſſit ab ijs, quos pro eo obligauit, ſuum conſequi *Aret. d.§.fin.de action.nu.*22. *Verſill.ad Afflict.deciſ.*280.*num.*1.*in fin. Brun. q.* 9.*princip. num.* 1. *& ſeq.*

40 An beneficio ceſsionis poſſit renunciari? dic quod non *Aret.d.§.num.*24. *Guid.Pap.deci.*211. *num.*1. & hanc veram,& communem opinionẽ aſſerit, & probat *Didac. var. reſol. lib.*2. *cap.*1.

41 *num.*7. fallit autem,vbi in renunciatione interueniat iuramentum, idem *Didac ibidem verſ.* 4. renunciationem iſtam iuramento præſtito factã *Aret.d.§.fin.ſub num.*24. ibi, & maximè, quod valet dicta renunciatio cum iuramento, *Seraph. de priuileg.iuram.priuileg.*91. *num.*3. & *ſeq.* qui tamen contrariam opin. communem videri aſſerit *ſub n.*3.ibi ſed circa prædicta aduertêdũ puto attamen affirmatiuã opinionẽ contra communẽ probat, & ſequitur validis rationibus, & complurium Doct. quos refert auctoritate ſuffultus

42 cum hac tamen moderatione, quod procedat communis opinio, vbi per renunciationem beneficio ceſsionis etiam cum iuramento habitam ſequeretur notoria, & manifeſta paupertas mendicitas,& fames debitoris renunciantis,tũc enim renunciatio quamuis iurata non teneret,

43 verum vbi debitor per eiuſmodi renũciationem exponeret ſimpliciter ſe periculo carceris publici, ac liberi, & in vſum hominum inſtitutæ cuſtodiæ, qualis eſſe ſolet pro ciuilibus debitoribus,vt habetur in *l. nemo carcerem C.de exactorum tribut.lib.* 10 tum valida cenſeretur eiuſmodi renunciatio etiam ſine iuramento *iuxta conſil.Feder. de Sen.*60 *& deciſion.Rot.*31.*aliàs* 367.*de ſinten.& re iudic. in antiq.* prout benè animaduertit idem *Seraph.d.priuil.*91.*ſub nu.*3. Nec omittitur,quod dilatio debitori à Principe

44 conceſſa,non comprehendit debita iurata *Alex. conſ.*38.*num.*4.*& ſeqq.volum.*3. *Brun.quæſt.*21. *princ.num.*9.*Teſaur.d.deciſ.*186.*num.*8. *March. alios referens de commiſs.par.*3.*§.*1.*num.*50.Reli-

45 qua ad bonorum ceſsionem, & inducias quinquennales pertinentia vide apud *Brun. d. tract. deciſſio.bonor. apud Card Tuſch concluſ.*117. *& duabus ſeqq. littera* C.*& apud Marchеſ.d §* 1.*& §.*2,*cap.*2. quibus in locis habetur etiam formula eiuſmodi commiſſionum, ſeù reſcriptorum.

De pactis cum altero ex debitoribus in ſolidum.

Cap. CLXII.

I creditor plures habens, *a* ex eadem cauſa inſolidum obligatos,cum vno ex eis *b* pro certa debiti parte conſequenda paciſcatur, illud idem pactum in reliquorum fauorem feciſſe cenſeatur, & obſeruare teneatur.

SV M-

SVMMARIVM.

1 *Insolidum constituuntur rei, vel per expressa verba, vel etiam tacite.*
2 *Dictio quilibet, est distributiua, & attribuit vnicuique actum insolidum.*
3 *Insolidum quid significet.*
4 *Insolutum obligatio non dissoluitur tota per solutionem partis debiti.*
5 *Solutio integra facta per vnum ex correis debendi liberat alios correos.*
6 *Pactum cum vno ex correis debendi, an, & quando ex iure communi prosit alij? remissiue.*

ANNOTATIONES.

A EX eadem causa in solidũ obligatos) sicque plures reos debendi quod quidem ex iure communi fit quando plures insolidum dẽbent idem verè, vel fictè, ex vna eademque causa principaliter: & ex voluntate iuxta theoricam *Bart. in l. fin. num 6 ff de duob. reis*, quam ipse ibidem dilucidè declarando prosequitur, atque ità intelligi debet statutum nostrum, vt sit conforme iuri communi, licet in eo non legantur verba illa principaliter, & ex voluntate, quæ tamen consecutiuè & necessario veniunt ad præcedentia, vt apparet ex doctrina, & declaratione prædicta eiusdem *Bart.* Porrò insolidum
1 constituuntur rei, vel per expressa verba, vel etiam tacite, vti probatur *ex l. 2. vbi Bart. declarat num. 1. & seqq. ff. de duob. reis idem Bart. in auth. hoc ità num. 2. C. eod. tit. quem sequitur Rõchegal. in l reos §. cum in tabulis nu. 63. & seqq. ff. eod. tit. facit text. in l. eamdem rem ff eodem tit.* præcipuè verò vbi adsit dictio quilibet, hæc enim
2 tamquam distributiua attribuit cuilibet actum insolidum *l. sipulatio & ibi glo. verbo sed omne, ff de leg. 2. cum alys citatis per Rot. decis. 22. in impress. apud Zacch. de oblig. Cameral.* pluribus aliis exemplis hoc declarat *Vinotom. videndus institit. tit. de duob. reis in princ. & §. duo plures sue*
3 *num. 10. & seq.* Insolidum autem significat in totum, ità vt non diuidantur partes *l. 3. §. vbi duo, & l. reos §. cum talibus ff. eod. Bart. in d. l. fin. num. 6.*

B Pro certa debiti parte) quo casu obligatio tota non
4 dissoluitur, sed pro rata solutæ quantitatis *l. si stipulat. 2. §. qui decem ff de sol. Fulgos. consil.*
5 *134 num. 3.* si vero totum persoluatur debitum, nempe per vnum ex reis debendi, cæteri etiam in totum liberantur *per text. in l. 2. & 3. §. fin. ff. de duob. rei Card. Tusc. conclus. 120 num. 4. littera R.* idque potissimum comprobatur exemplo vnius ex tutoribus, qui nimirum tenentur insolidum *l. 2. C. de diuid. tutel.* & vnus *soluendo liberat omnes l. si ex duobus 15. ff de tutel. & ration. distrahen glos. in l. 1. verbo tertium C. de transact. Cuman. cons. 24. num. 2. Fulgos. d. cons. 134. num. 1.*

In reliquorum fauorem feciſſe cẽ
C seatur) an, & quando pactum factum
6 vni ex reis debendi prosit alijs late disputatum est inter iuris interpretes, videri potest ex *Bart. in l. ex duobus 16. q. 6 num. 22 ff. de duob. rei, & in auth hoc ita q. 6. princ num. 49. & recentius ex Ronchegal. in l. eamdem §. sed si quis num. 26. & seqq. ff. eod. tit.* at statutum nostrum per apertam dispositionem hic omnem sustulit dubitationem,

---

De pœnis conuentionalibus non exigendis.

Cap. CLXIII.

Bicumque debitor, siuè promissor fuerit in mora vel culpa adimplendi promissa, eo vsque pœnæ conuentionales peti possint, *a* quantũ actor iurauerit sua interesse, taxatione Iudicis præcedente, *b* & si fuerit in obligatione interesse taxatum & iuramentum vel asserrorium, vel promissorium in obligatione & instrumento appositum, dictum iuramentum (quantum ad interesse conuentum, & taxatum) *c* censeatur metu & dolo extortum. In reliquis vero, & quo ad dictum interesse per Iudicem taxandum, iuramentum in suo robore permaneat; *d* exceptis pœnis in compromissis, *e* pace, securitate, aut tregua appositis, quæ omnino exigi possint à non obseruante.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ conuentionales non debentur nisi quatenus concurrant cum interesse ex æquitate. & tam ex iure communi, quam ex Statuto. num. 2. Et procedit etiam contra Ecclesiam. & num. 3. 4. Et in contrahentibus iuratis. num. 8.*
Intellige vt nu. 9.
5 *Interesse taxari debeat à Iudice: & Iure communi*

muni non debetur, si aliunde non appareat esse verum interesse. & num. 6.

7 *Pœna adiecta dationi quantitatis præsumitur in fraudem vsurarum.*

10 *Pœnæ conuentionales permittũtur in compromissis; Et in casibus Pacis, aut tregua. & num. 11. & quare num. 12.*

12 *Pœnarum conuentionalium materiam qui tractarint.*

ANNOTATIONES.

A Vantum actor iurauerit sua interesse] apud antiquos, & modernos vtriusque iuris professores deliberatũ est, & variè responsum an pœna præcipuè cõuention alis peti possit, ità responsum suum exorditur *Anchar. consil.* 148. vbi materiam istam doctè, & clarè pertractat, qui sub *num.* 1. concludit ex iuribus, & glosatorum auctoritatibus, vt ipse loquitur, pœnam conuentionalem peti non posse vltra quam interfit, atque opinio ista; nẽpe, quod pœnæ conuentionales non debeantur
1 nisi quatenus concurrant cum interesse ex æquitate seruatur pro communi conclusione, vti testatur *Marant. disput. 6. num. 27.* & 28. eamque amplectitur hæc Rot. *vt legitur in decis. 371. nu. 3. par. 1. diuers. & in* Romana *computorum coram Cardinale Sacrato* 10. *Martij* 1600. & hanc ipsam opin. ius nostrum municipale merito pro le
2 ge habendã esse decreuit; habet autẽ locum hoc
3 statutum etiam contra Ecclesiam, vt benè probatur ex *decis. Seraph. 794. num. 25. & seq. & decis. 819. num. 8.* & 9. apud eundem, quinimò e-
4 tiam de iure communi non potest Ecclesia pœnas conuentionales exigere iuxta deducta in eisdem decis. licet possit exigere pœnas legales *vt in d. decis. 819. num. 11.*

5 Taxatione iudicis præcedente) iure quidem decernitur eiusmodi taxatio ad refrenandam, & moderandam petitionem interesse, sicuti etiam supra *cap.* 3. præscriptum apparet, vbi, & nos aliqua notauimus littera E. in hoc ipsum verbum, quæ & huic loco pariter conuenire possunt.

B Et si fuerit in obligatione interesse taxatum &c.) quod quidem iu-
6 re communi etiã non debetur, si aliunde non appareat esse verũ interesse *Lanfranc. decis. 355.* nam, vt ille inquit
7 sicuti pœna adiecta dationi quantitatis, præsumitur in fraudem vsurarum *l. cum allegas* C. *de vsur.* ità interesse à principio taxatum *index. consil. 27. num. 11 lib. 4. Dec. cons. 39. num. 5. Cagn. ad l. curabit num. 55. & seq.* C. *de act. empt. Rot. in Ianuen: pecuniaria coram Lancellotto 6. Iunij 1611. & in eadem coram Valdo 1. Martij 1613.*

Censeatur metu, & dolo extortum) vnde statutum procedit etiam in
8 contractibus iuratis, quod vtique confirmat *d. decis. Seraph. 819. num. 9.* quia statuta sunt Papalia, vt ibi dicitur, & ideo potuit per talia statuta super iuramento disponi.

Accedant & aliæ rationes, quas satis copiosè supra adiecimus ad *cap. 149. littera F. verbo Fraudulenter appositum*, quod si iuramento vis
9 sublata non fuisset, pœnæ conuentionales, cum iuramẽto promissæ, vtique exigi potuissent, iuxta tradita per *Anchar. d cons. 148 num. 1.* ibi verum propter dictum iuramentum.

D Exceptis pœnis in compromissis
10 quæ nimirum permittantur, vt earum metu, à placitis non recedatur, vt habetur in *l. 1. C. de recept. arbitr. late Tusch. concl. 253. lit. P.*

E Pace, securitate, aut tregua) in his etiam
11 casibus pœnæ cõuentionales exigi possunt à nõ
12 seruante promissa, vt infra *lib. 2. cap. 25.* & 26. quod quidem arbitrarer esse decretum, vt earum metu magis caueatur, à fractione pacis, securitatis, ac treguæ, ista namque magnis sunt ponderis, & facilè admittunt etiam multiplicatas pœnas attenta qualitate delictorum, sicuti in exẽplis similibus, quæ ponit *Bart. in l. Sanctio legum 41. num 4. & seqq. ff. de pœn. vbi etiam Alex. in addit. littera* B. *& in l fideicommissa 11. §. si quis alicui decem num. 2. ff. de leg. 3.*

13 Demum ad materiam pœnarum conuentionaliũ vide *Tusch. concl. 243.* vbi, de pœnis legalibus & in pluribus aliis *conclus. seqq. litt. P. & Gabr. conclus. 34. tit. de malefic.*

De obligatis ad factum.

Cap. CLXIV.

N obligationibus facti, vbi quis potest *a* facti promissum adimplere, possit præcise ad factum cogi, de quo stetur *b* iudicis arbitrio: aliàs teneatur ad interesse, *d* iuxta iuramentum principalis, Iudicis taxatione præcedente, vt in proximo capite dictum est; his, quæ de venditoribus morosis supra tradidimus, semper saluis.

SVMMARIVM

1 *Factum, vbi quis promisit, qualecunque sit, dummodo licitum, adimplere illud debet, si potest: si verè non potest, excusatur etiam si promissio facta sit cum iuramento*

& n. 2.

& num.2. & cum adiectione pœna. & numero 4.

Intelligo vt nu.5.

3 *Iuramentum non obligat ad impossibile.*

ANNOTATIONES.

A Actum promissum siuè proprium sit, siuè alienum, nam idem de vtroque cẽsetur *Maran.disput.7. num.* 10. quia eadem est ratio, nam vbi quis factũ promisit, qualecumque sit dummodo licitum, illud adimplere debet si potest, si verò non potest excusatur; Et hæc est cõmunis conclusio apud iuris interpretes, & vsu etiam recepta, vti tradit *Maran.d.disp.7.nu.*18. & 19. quæ præcipuè comprobatur ex celebri *text.in l.fin.§ idem iuris ff.ad Rhod. de iact. & de communi testatur Diaec. in relect.cap.quamuis pactum de pact. in 6. par.2.cap.5.num.3 Grammat. q.2.num.4. Gabr.conclus.1.de pact.num* 1. *Scraph.de priuileg.iuram.priuil.* 77. *numer* 11. Quæ quidem conclusio intra parte, quod quis excusetur, dum pactum promissum impleri non potest, ampliatur, vt procedat etiam si promissioni adiectum fuerit iuramentum, quia illud ad impossibile profecto non obligat, & necessitas ab eo excusat *cap. querelam* 10. *vbi Fel.num.* 11. *& cap.breui* 17. *de iureiur.* & hæc etiam ampliatio communiter recepta est, vt apparet ex *Didac. loc cit.tradit Gabr d. conclus. num.6. Rot. decis.*38. *inter impress. ad Zacch. de obtig.cam. & in Perusina dotis coram Ortembergo impress. penes Marchis de commiss.tom.2.fol.*588.

B Iudicis arbitrio) quod, & iure cautũ est de interesse emptoris, vbi venditor moram faciat in traditione rei venditæ *per text.in l.*1. C. *de act. empt. tradit Menoch.de arbitr. iud. cas.*120. *num.*1. *& duobus seqq.*

C Teneatur ad interesse) id verò circumscripto hoc statuto iuris interpretes non videntur admittere, vbi factum sit promissum sub pœna, nisi etiam adiecta sit clausula, ità vt promittens non excusetur faciendo suum posse, hoc enim casu asserunt Doct. excusari quidem promissorem à iuramento, & à pœna, sed non ad interesse, quod succedit loco pœnæ, sicuti doctè, & copiosè probat *Maran.d.disput. num.*25. *& seqq. Didac.d. cap.num.6.* vbi de clausula promissionis cum effectu, & de prædicta, quæ ambæ eamdem vim habere videntur, idem censuit *Scraph.d. priuil. num.4.Gabr.d. conclus.num.* 8. *&* 9 cum aliis pluribus ab eisdẽ relatis. idem de clausula alias teneri voluit de proprio censuit *Rot. decis.* 241. *in impress.nomine Gregorij Papæ XIV.* sed ad ista & prædicta alia in hanc materiam videre est notat. *Beltram. ad prædictam dec. Gregor.XV.* vbi potissimum Sac. Rot. oracula panduntur præter *decis. Affitt.* 295. *cum addit. ibidem.*

D luxta iuramentũ principalis &c.

non repetimus hic, quæ supra attulimus ad *cap.* 111. *littera B. verbo Taxationi iudicis præcedente*, ne eadem frustra replicemus.

Semper saluis) quæ habentur supra d. *cap.*111.

De potentioribus molestantibus Ciues in eorum possessionibus.

Cap. CLXV.

4 A Dobuiandum insolẽtijs quorundam, *b* præsertim vero Baronũ, qui adeò publicè, vel occultè plerumque molestant habentes possessiones in eorum terris, Castris, & territoriis, vel illis contiguas, aut vicinas, vt earum domini e nec eas quietè possidere nec ex eis fructus liberè colligere possint: Statuimus, vt Senator, *d* cõstito ei per depositionem trium Testium, etiam extraiudicialiter, ex eius officio examinandorum, ac famam hominum ibidem conuersantium, vicinorum, seù custodum, de quibusuis perturbationibus, seù inquietationibus, illico mandet eisdem Baronibus, aut Vniuersitati, seù personæ molestanti, *e* sub aliqua graui pecuniaria pœna, vt ab huiusmodi perturbationibus, seù inquietationibus, & molestiis desistant, cautionemque idoneam de desistendo præstent; & casu quo non desistant ità vt dominus rei, vlterius non conqueratur, seù dictam cautionem non dederint, Idem Senator per omnia iuris, & facti remedia, cogat ad desistendum; & huiusmodi pœnam impositam exigat, sub pœna quinquaginta ducatorum auri per eum, quoties requisitus fuerit, & cessauerit, incurrẽda, & in eius syndicatu retinenda. Et si bona prædicta per annum iusto pretio *f* non locari, aut nec liberè coli potuisse, per suprà dictos modos probatum fuerit, *g* præsumatur facto, & culpa eorundem supranominatorum factum fuisse; & Senator procedere debeat vt supra. Quòd si ex causa harum perturbationum, seu molestiarum dicti Barones aliquem ciuem, *b* ad vendendum

eius

eius bona, in eorum districtu existentia, sibi aut filiis, aut vxoribus, vel familiaribus, seu seruitoribus ipsorum, coegerint, vel induxerint, & venditori querela proposita, per quatuor viros, idoneos testes de publica fama, deponentes, id probauerit, Senator, & illius Iudices, pretio emptori restituto, summariè, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, reducant venditorem in possessionem bonorum prædictorum, ac ipsos Barones in futurum ad cauendum, vt supra, de vlterius non molestando, compellant.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Ad, cum gerundio in accusatiuo, finalem causam significat.*
2 *Statutũ Vrbis aduersus potentiores molestates Ciues, &c. est fauorabile.*
3 *Iura communia prospectum voluerunt humilioribus personis aduersus potentiores.*
4 *Dictio, Præsertim, includere solet etiam alias personas, quæ non veniant sub appellatione nominatarum.*
5 *Baronis nomen an sit latinum, & quo sensu accipiatur, & num. 8.*
6 *Barones quo ordine sedere debeant penes Regem.*
7 *Baro non est maior Comite, vel Vicecomite.*
9 *Possessores quando dicantur turbari in suis possessionibus, & num. 11.*
10 *Possessionis turbandæ modi, remissiuè, & num. 19.*
12 *Clausula, Conflito, reddit iurisdictionem conditionalem, & requirit partis citationem ex iure communi, num. 13. & causæ cognitionem, num. 14.*
13 *Interdictum vti possidetis requirit citationem, ex iure communi: secus ex statuto, & num. 16.*
17 *Testes in causa turbatæ possessionis, parte non citata satis probant, ex statuto: secus verò ex dispositione iuris communis.*
18 *Criminalis actio datur contra turbantes aliorum possessionem.*
20 *Semel malus præsumitur semper malus in eodem genere mali.*
21 *Argumentum à communiter accidentibus, vtilissimum est in materia probationum.*
22 *Vendere inuitus nemo cogitur.*
23 *Extensio non fit in pœnalibus.*
24 *Pœna in vno capite apposita, non videtur in alio repetita.*

ANNOTATIONES.

A Dobuiandum insolentijs) hic demonstratur causa finalis statuti, vt de extraua ganti ad reprimendũ tradit *Bart. in princ. & num. 13.* ibi ponit vnam cautam finalem Imperator, seù rationem legis condendæ, dum dicit ad reprimendum multorum facinora, vbi etiam additio littera H. & alias dictio ad cum
1 gerundio in accusatiuo finalẽ causã significat, *vt not. Aret. in rub. inst. de act. n. 5. prob. tex. in l. 1. §. 1. ff. de dol. indefinitione doli, & in l. 1. in prin. ff. de tutel. in definitione tutel. & in l. 1. §. 1. ff. de dol.*
2 *in definitione doli*, ibi itaq. ipse hic definit *& in l. 3. §. 1 ff. ad exhib.* cum verò ratio huiusce statuti sit fauorabilis, vt pote respiciens quietem, & pacem subditorum, statutum vtique fauorabile censeri debet, atque adeo largè interpretari iuxta ea, quæ supra deduximus ad cap. 149. in principi. Et iura quidem communia humilioribus
3 personis aduersus potentiores prospectum voluerunt, *vt in l. vltima §. ne potentiores*, vbi hæc verba leguntur, ne potentiores viri humiliores iniurijs afficiant, *& in tit. C. ne lic. potent. ac tit. seq.* ipsa autem iura communia merito hic imitatur ius nostrum municipale, vtinam ità faciant, qui iuri dicundo, ac iustitiæ administrationi præsunt, atque recordentur 71. psalmi Dauidici in eo potissimum versiculo, quia liberabit pauperem à potente, & pauperem, cui non erat adiutor.

B Præsertim vero Baronum) dictio
4 ista præsertim includit etiam alias personas, quæ nõ veniunt sub nomine Baronum, licet illæ nõ adeo potentes sint iniuriæ inferendæ, vt per *tex. in l. 3. in princ. vbi etiam glos. verbo præsertim, & per alia iura probat Mandos. ad regul. Cancell. 29. quæst. 6. num. 2. Tusch. conclus. 309. num. 9. & conclus. 338. num. 1. litt. D.*

Cæterum Barones hic nominauit tanquam priuatis personis magis suspectos in vsurpatione alienorum bonorum, sicuti contra vniuersitates, & personas potentes præsumit, quoad vsurpationem iurispatronatus Ecclesiastici Sac. Cõcil. Trid. *sessio 25. de reform. cap. 9. vers. in ijs vero quod not. Menoch. de præsumpt. lib. 3 præsum. 90. num. 2.* vbi loquitur de magnis Dominis perpetuam iurisdictionem habentibus, & de Baronibus, & aliis Dominis perpetuam iurisdictionẽ habentibus intelligendum esse Sac. Concil. prædictum habetur in declaratione Sacræ Congregationis eiusdem Concilii inter pretis eod capit.
5 Baronis verò nomen an latinum sit, & quo sensu accipiatur vide *Alciat. parerg. iuris lib. 5 c. 16.* amplius quo ordine sedere debeant Barones penes Regem vide *Bocr. tractat. de auctor. magn. consil. sub numero 107. vers. secundo quo ordine*

vbi ille distinguit.Duces,Marchiones,Comites, Barones, & post Comites, collocat Barones, quod etiam factum est, in *Decretal. Nicolai Papæ III. fundamenta de elect. in 6. §. vt ergo circa regimen*, ibi Imperator, Rex, Princeps, Marchio Dux, Comes, aut Baro, & Baronem non esse maiorem Comite, vel Vicecomite subijcit idem *Boer. d. tract. num. 111. ex cons. Gemin. 90. col. 1.* idem sentit *Curt. tract. de feud. par. 2. q. 1.* vbi differitur, quid sit *Baro*, sed ad rem nostram, & ex communi vsu loquendi in Vrbe Roma Baronum nomine generaliter comprehenduntur quicumque temporalem habentes iurisdictionem in Ciuitatibus, oppidis, vel Castris, quod & de cõsuetudine sermonis aliorum locorũ tradit *Schrader. tract. de feud. par. 10. sectio. 1. nu. 25.* ibi quia Baronum appellatio est generalis, comprehendens etiam Marchiones, Duces, Comites, quod mox comprobat potissimum auctoritate *Matth. de Afflict. cap. 1. in princ. num. 1. de his qui feud. dar. poss. & in cap. 1. num. 4.* quis dicatur Dux.

C **Non possint illas quietè possidere &c.)** turbantur autem possessores in suis possessionibus, vbi prohibentur vti sua possessione *l. si duo in princ. vers. hoc interdictum sufficit ff. vti possid. Menoch. retin. possess. remed. 3. num. 487.* vel ex suis possessionibus fructus liberè colligere, vt hoc statuto exprimitur *Menoc. d. remed. num. 486. qui 28. modus* turbandæ alienæ possessionis congerit *eodem remed. à num. 467. vsque ad nu. 504.* sed amplius turbari etiam possessio dicitur, vbi quis dicit habere aliquod ius, propter quod impediret libertatem rei meæ, licet non faciat mihi controuersiam possessionis, nec in ea me turbet *Alex. cons. 136. num. 7. lib. 2. per text. in l. si duo §. si vicinus, ff. vti possid.* atque in hoc casu, vt in aliis turbatiuis competit etiam interdictum vti possidetis, vt benè probat *Alex. ibidem.*

D **Constito ei)** per hanc clausulam redditur iurisdictio conditionalis, ita vt si Senator clausulam, & conditionem hic appositam in primis non impleret, eius decretum esset nullum iuxta tradita *per Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defect. iurisdic. de leg. num. 91. & per Modern. tractat. de clausul. par. 1. clausul. 15. num. 5.* licet verò hæc clausula requirere soleat partis citationem *glo. in Clem. præsenti verbo constiterit de consi. & in clem. iudices de offic. deleg. Paris. cons. 45. num. 9. vol. 4. Crescent. decis. 6. de rescript. Modern. de clauſ. cas. clauſ. num. 1.* & etiam causæ cognitionem, quæ sine citatione alioqui esse non potest *l. fin. C. si per vim, vel alio mod. Castren. cons. 3. num. 1. volum. 2.* atque in hoc ipso interdicto vti possidetis, necessaria sit citatio, etiam vbi Iudex procedit ex officio ad sumendas informationes, vt benè probat, *Menoch. dicto remed. numero 31. & pariter litis contestatio, & causæ cognitio,* quamuis summaria, & breuis iuxta plenius deducta *per Menochin. eodem remedio numero 32. & 33.* Nihilominus placuit statuentibus pro sua ciuili, & politica prudentia in hoc casu remittere citationem, & causæ cognitionem, hoc solo contenti, quod per depositionem testium etiam extraiudicialiter ex officio Senatoris examinandorum, & aliàs, vt hoc capitulo explicatur, de perturbationibus, & inquietationibus eidem Senatori constet.

17 Aliud etiam priuilegium huic casui adiungitur, nempe, vt Testes non citata parte satis probent, quod iure aliàs non permittitur *l. si quando C. de testi. Caputaq. dec. 266. par. 3. Rot. in recentior. diuers. decis. 128. num. 1. par. 1.* In hoc tamen iudicio quod summarijssimum est possessorium, alioqui ex iure communi sufficiunt probationes leues, & semiplenæ veluti per famam, vel per vnum Testem, vti probat *Menoch. de tuend. possess. remed. 5. num 34. & recuper. remed. 15. nu. 413. Surd. cons. 73. num. 1. & num. 38.* vbi primum suum dictum declarat vol. 1.

E **Sub aliqua graui pecuniaria pœna**

18 nam contra turbantes aliorum possessionem criminaliter etiam procedi potest, vt innuitur supra cap. 10. quod nouissimè plenius docuit *Farinacc. q. 100. num 38.* cumque hic pœna non applicetur parti, vt in statuto mox legitur, ibi pœnam impositam exigat, processus vtrq. censeri debet criminalis, non ciuilis iuxta tradita per eumdem *Farinacc. d. q. num. 57. in fin.*

F **Non locarj, aut nec liberè colipotuisse)**

19 sunt & isti modi turbandæ possessionis, quia impeditur possessor, quominus liberè vtatur re sua *Menoch. retinen. poss. remed. 3. num. 487. text. in l. si duo §. item videamus vers. etenim. qui colere fundum prohibetur, possidere prohibetur.*

G **Præsumatur facto, & culpa)** scilicet Baronum, aut vniuersitatis, seù personæ molestatis, de quibus supra dictum est, nam cum de perturbationibus, seù inquietationibus eorum, modis præmissis constiterit, iure quidem præsumi poterit, quod ijdem impediuerint etiam dominos, & possessores, quominus possessiones suas

20 locauerint, & libere coluerint, quia semel malus semper præsumitur esse malus in eodem genere mali *cap. semel. malus 8. de reg. iur. in 6.* & verisimile hoc efficitur contra eos, & inuerisimile contra alios minus potentes, nec solitos alij iniuriam inferre, vnde præsumitur esse verum, quod argumentum præcipuè valet ad conuincẽdum aliquem de malitia, proteruia, seu delicto, vt est *text. in cap. sciebam, cap. quia verisimile de præsumpt. vbi Doctor comprobat Euer. in loc. suis argument. loco à verisimili num. 3.* Accedat prædictis

21 etiam argumentum à communiter accidẽtibus, quod in materia probationum est vtilissimum iuxta tradita *per Euerar. loco a communiter accidentibus num. 2.* Cæterum eiusmodi præsumptiones per hoc statutum inductę, sunt iuris tantum; & ideo contrariam admittunt probationem iuxta *not. per glo. in d. c. semel. malus, & per Menoch. de præsump. lib. 1. q. 4. in fin.*

H **Ad vendendum coegerint)**

22 quod plane est contra ius *l. inuitum C. de contraben. empt. l. nec emere C. de in. delib. l. sicut, C. de action. & oblig. l. inuitis C. loc. l. neque ab initio C. de nupt. l. nemo externus C. de Iudæ. l. quamuis ff. de pignor. act. & tex. præclarior. in l. dudum C. de contraben. emp.*

empt. vbi hæc leguntur verba, sed quia grauis hæc videtur iniuria, quæ inani honestatis colore velatur, vt homines de rebus suis facere aliquid cogũtur inuiti, superiore lege cassata, vnusquisque suo arbitrio quærere vel probare possit emptorem.

1 Querela proposita) videtur hic locũ habere crimen stellionatus, nempe ratione doli, quo Barones aliquem ad vendenda bona sua coegerint, vel induxerint, cum alioqui titulus criminis hoc casu deficiat, atque adeo relinquenda etiam videbatur iudicis arbitrio aliqua alia pœna contra delinquentes ad *text. in l. 3. ff. de crim. stellion. conferunt tradita per Farinac. q. 119. nu. 3. & seq.* cum ea tamen moderatione, quæ in eadem *l. habetur in fin.* sed placuit statuentibus hoc casu mitius agere, sicuti in pœnis ex iure communi statui debet *l. si præses 32. & l. penult. ff. de pœn.* Neque hoc casu locus esset arbitrio Senatoris in pœnis augendis iuxta *n. 182. infra l. 2.* quia casus huius nostri statuti non est de compreheusis
23 *d. cap. 182.* & in pœnalibus non fit extensio *cap. in pœnis de regul. iur. in 6. l. factum cuique suum 198. §. in pœnalibus num. 5. & 6.* vbi quod pœna
24 in vno capite apposita, non videtur in alio reperita, quodque vbi principalis dispositio extenditur, pœna tamen vti odiosa extendi non debet *Surd. tract. de alim. tit. 1. q. 51. num. 12.*

Demum verò quamplura de immunitate Ciuium Romanorum, ratione possessionum, quas habent in Territorijs alicuius Ciuitatis, Oppidi, vel Castri de districtu Vrbis etiam sub Dominio Baronum Domicellorum, & communitatũ, vide infra lib. 3. cap. 56. quodque Romani Ciues etiam Delinquentes in Districtu ad Senatorem remittantur vide cap. 58. eod. lib.

De iurisdictione Iudicis, seu Capitanei Appellationũ, & Nullitatum Vrbis, & de illius Notario.

Cap. CLXVI.

IN hac alma Vrbe, sit vnus tantum *a* Iudex Appellationum, qui eligi debeat, vt supra de illius electione *b* dictum est; *c* & cognoscat de omnibus appellationibus causarum tàm ciuilium, quàm criminalium, & mixtarum, à sententiis, & grauaminibus per Senatorem, & illius Iudices, & quoscumque alios Iudices, & officiales Capitolinos ferendis. & inferendis; & de *d* causis nullitatum quarumcumque sententiarum, laudorum, arbitrorum, & arbitratorum, & eorumdem reductione, & de aliis omnibus, de quibus virtute præsentium statutorum cognoscere potest, & iurisdictio illi tribuitur. Ad cuius Tribunal, scribere debeat vnus Notarius, prout hactenus fieri consuetum est, & ius de mane reddat, sedendo in Palatio Conseruatorum, per horas duas, tempore aliis Iudicibus ad sedendum, & ius dicendum deputato: cæteris vero diei horis partibus informare volentibus, se exhibeat; & studeat causas quanto citius expedire: qui, & in sui officij ingressu iurabit, vt supra de eius iuramento dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellationum vocabatur etiam antiquitus Capitaneus.*
2 *Legis Valeriæ summa.*
3 *Capitaneus appellationum, ex statuto, cognoscit etiam super sententijs latis à Senatore Vrbis.*
4 *Appellatio an, circumscripto statuto, detur à sententia Senatores Vrbis? & num. 5. 6.*
7 *Appellari regulariter non potest ad inferiorem Iudicem.*
8 *Iurisdictio Iudicis appellationum prorogari potest à Partibus, & num. 10.*
Non tamen quoad causas in prima instantia, & num. 9.
Contrarium, uum. 11.
Quod intellige, vt num. 12.
13 *Appellatio deuoluit tàm iniustitiam, quàm nullitatem.*
14 *Nullitas principaliter intentari non potest nisi coram Iudice superiori, ex iure communi: non autem coram Iudice habente iurisdictionem limitatam ad causas appellationum, & num. 16.*
Et proponitur pro viam querelæ, & n. 15.

ANNOTATIONES.

A 1 IVdex appellationũ) is hodiernis temporibus appellatur Capitaneus appellationum, sicuti et appellabatur antiquitus, vt apparet potissimum ex statuto veteri *lib. 1. in rubr. cap. 172. & c. 176.* quo nomine nuncupantur etiam quidam alij iurisdictionem exercentes in alijs Ciuitatibus. de quibus meminit *Scace. de appell. cap. 2. q. 2. n. 24.*

Quod autem Capitanei nostri iurisdictio originem ducat à lege Valeria, nempe à tribus valerijs ter promulgata de prouocatione à Magistratibus ad populum lata, vel ei aliquo

modo comparari posſit, ſomnium eſt planè va-
2 num, ſi quidem lege illa ſancitum erat, vt ſi quis Magiſtratus Ciuem Romanum interficere, verberibus, cædere, aut mulctâ ei indicere vellet, liceret Ciui ad Populum prouocare, neque poſſe eum Magiſtratum antequam ſuffragia lata eſſent prouocantem malo quoquam afficere, vt ex Liuio Dionyſio, & Plutarcho prodiderunt viri doctiſsimi, & antiquarum rerum inueſtigatores exquiſitiſsimi *Anton. Auguſtin. lib. de legi. vbi de leg. Valeria, & Carol. Sigon. de antiqu. iur. Ciu. Roman. lib. 1. cap. 6. de iur. libertat.*

B Dictum eſt) *ſupra* 5. & de eius iuramento præſtando, antequam ad officiũ admittatur *cap.* 8. *& de eiuſdem ſyndicatu capitulo* 13.

C Et cognoſcat de omnibus appellationibus &c.) ampla ſanè, & magnificẽda eſt iuriſdictio Capitanei appellationum, vt hic apparet, & præcipuè quia
3 ad eum appellatur à ſententijs Senatoris, qui eſt ex ſublimioribus Magiſtratibus, quod notorium eſt, & præcipuè atteſtatur *Card. Seraphin. deciſ.* 1349. *num.* 1. *&* 2. atque idem Senator inſignes habet prerogatiuas, de quibus ſupra cap. 3. vbi & nos quamplura annotauimus, ità vt hoc ſtatuto circumſcripto dubitari potuerit, an ab eius ſententijs daretur appellatio, quam dubitationem mouit *Eruditiſsimus I.C. Quintil. Mandoſ. in prax. commiſſ.* appellat in prima inſtantia, *verbo Alicui alteri, quæ eſt* 17. *commiſſio, & Ruginell. de appell. §.* 2 *cap.* 2. *num.* 23. *qui refert Angel. Arti. in l.* 1. *num.* 1. *ff. à quib. appell. non lic.*
5 notare quod à ſententia Senatoris Romæ appellari nõ poſſit, quod quidem dictum plenius proſequitur *Scacc. de appell. quæſt.* 16. *limit.* 4. *num.* 1.
6 quod autem à ſententiis Senatoris Romæ hodie de facto iuxta ſtatutum noſtrum appelletur ad Capitaneum præter *Mandoſ. noſtratem loco citato meminit Ruginell. I.C. Mediolanenſis dict. cap.* 2. *& num.* 23. *verſ. à ſententia Senatoris Roma, & plenius Scac. de appell. cap.* 2. *q.* 2. *num.* 23.
7 Nec verò obſtat, quod regulariter prohibitum ſit appellare ad inferiorem iudicem, ſed appellari debeat ad ſuperiorem illius, à quo appellatur per *text. in cap. anteriorum* 2. *quæſt.* 6. ibi cum non oporteat ad compares iudices appellationes referri, ſed à minori iudicio in maius Tribunal aſcendere *Abb. in cap. dilectis* 55. *num.* 5. & 9. *de appell.* & alij complures, quos congerit, *Scac. d. quæſt.* 2, *num.* 3. quia eo ipſo, quod per ſtatutum, ſeu conſuetudinem defertur alicui appellationis iudicium, is quo ad hoc cenſetur ſuperior.
8 Additur, quod Iudicis appellationum iuriſdictio prorogari poteſt à partibus, maximè quãdo prout noſter Capitaneus eſt deputatus ad vniuerſitatem cauſarum appellationum, non autem delegatus ad particulares cauſas tantum, & poteſt adiri etiam per viam recurſus, & querelę, vt cauetur infra *cap.* 167. *ad not. in cap. cordi de Appellat. in* 6. *Gratia. diſcept.* 6 *num.* 12. *& ſeqq. Surd. deciſ.* 175. *num.* 11. Non tamen prorogari
9 poteſt ad cauſas in prima inſtantia *Surd. conſ.* 56. *num.* 16. Et licet requiratur conſenſus vtriuſque partis *d. cap. cordi*, Tum non eſt neceſſe, quod in-
10 terueniat eodem tempore, Hinc interpoſita appellatione ab interlocutoria vna cum toto negotio principali per appellationem, licet iudex appellationis, ex quo eſſet male appellatum, non poteſt cognoſcere, neque ſe intromittere in negotio principali, ſed deberet remittere partes ad iudicem, ad quem, tamen accedente inſtantia, & conſenſu appellati, poteſt pronunciare ſuper toto negotio principali, quia dicitur eius iuriſdictio ex partium conſenſu prorogata, nempe ex parte appellati per huiuſmodi inſtantiam ſuperuenientem, ex parte autem appellantis à principio, dum appellauit etiam à toto negotio principali *Bart. in l. eos qui num.* 10. *verſ. ſi vero pronũciaretur male appellatum ff. de appell. recip. Innocent. in cap. vt debitus num* 4. *vbi etiam Abb. nu.* 35. *de appellat. & Franch. num.* 31. *Vant. de nullit. ex defect. iuriſd. num.* 74. *&* 75. *Crot. conſ.* 27. *ſub num.* 8. *Scacc. de appell. q.* 17. *limit.* 47. *membr.* 3. *num.* 9. *verſ. Ratio huius declarationis, & nu.* 21. *verſ. Reſtringe primo iuncto num.* 19. *Rot. de deciſ.* 67. *alias* 716. *de appell. in antiq. Surd. d. deciſ.* 175. *num.* 1. *opinio autem Boerij deciſ* 257. quæ
11 in contrarium allegari ſolet, in qua affirmatur, quod ex conſenſu partium iudex appellationis, non poſſit cognoſcere de cauſa principali, antequam pronunciet benè appellatum, vel non eſt, tenenda tanquam minus tuta, & vera, vt teſtatur *Gratian. d. diſcept.* 6 *num.* 11. *& ſeqq.* vel ſolum
12a erit intelligenda, & ſeruanda in caſu, quo de conſenſu partium non poſſet iuriſdictio iudicis prorogari, vt ſi eſſemus in Clericis, qui in præiudicium Diœceſani conſentire non poſſunt in alium, vel cauſa eſſet ſpiritualis, aut criminalis ſecus autem quando inter laicos, vel inter eos, qui poſſent prorogare, quia tunc ſufficit conſenſus *Vant. vbi ſupra num.* 62.

D Et de cauſis nullitatum &c.) non ſolũ vbi nullitas deducitur acceſſoriè, vel incidenter cum appellatione, in quibus caſibus quiuis Iudex appellationis etiam de nullitate cognoſcit,
13 quia appellatio deuoluit tam iniuſtitiam, quam nullitatem, *l. quadam mulier* 42. *ff. famil. erciſc. l. fin. ff. de iu. patron. Franc. in cap. dilecto* 43. *nu.* 148. *de appell.* ſed etiam quando nullitas principaliter intentatur, & in hoc ſingularem habet prærogatiuam Iudex, ſeù Capitaneus appellationum, quandoquidẽ nullitas principaliter ſine remedio appellationis intẽtari non poteſt, niſi coram iudice ſuperiore, qui adiri poſsit per viam que
15 relæ, quia nullitas principaliter proponitur per querelam *l.* 4. *verbo Querimoniam C. de accuſ. c.* 1. *de offic. deleg. Franc. in d. cap. cum dilecto n.* 67. *verſ. ſicundus*, non autem coram eo iudice, qui
16 iuriſdictionem habeat limitatam ad cauſas aplationum, vti declarat *Rip. in l. quod iuſſit* 14. *n.* 69. *ff. de reiud. Franc. loco proximi citato Scacc. de appell. q.* 19. *remed.* 1. *conci* 6 *n.* 85. vnde exempli gratia nullitas ſententiæ Epiſcopi nõ poteſt principaliter intentari, ſcilicet per modum querelæ coram Archiepiſcopo, quia Archiepiſcopus limitatam habet iuriſdictionem ad cauſas appellationum à ſententiis Epiſcopi, vt prædicti Doct. aſſerunt, & magis communiter eſſe receptum tradit *Vant. de nullitat. titul. coram quo poſſ. & debeat. nullit. prop. numero* 20. *not.*

Fel.

Fel cap. in litteris q. num. 6. vers. secundus casu est de offic. de leg.

c Vnus notarius, vt supra cap. 30. vbi de notariatu ipso aliqua non inutilia adiecimus.

De officio eiusdem Capitanei appellationum.

Cap. CLXVII.

AD officium Iudicis Appellationum spectat de causis appellationum, nullitatum, & iniquitatum, quarũcumque sententiarum, Iudicum in præcedenti capite dictorum arbitriorum, siue arbitramentorũ, cognoscere, *a* & querelas, & appellationes, *b* quæ repræsentãtur coram eo, & an sint recipiendæ, accuratè perspicere; & si ab interlocutoria, & in Vrbe, *c* parte citata, aliàs statim, significare, & inhibere Iudici, à cuius sententia, siue grauamine appellatum, querelatumue fuerit, ne contra appellantem, & eius bona aliquid innouet, vel attentet, ad pœnam eius arbitrio moderandã; & inde acta, & processum primæ causæ recipiat, & inspiciat, vtrum debito tempore fuerit appellatum, & querelatum: & si viderit, quòd infra tempus à statuto præfixum, non fuerit appellatum, seu querelatum, seu appellatio, & querela præsentata interloquendo pronunciet *d* appellationem, vel querelam non esse recipiendam, vel esse desertam. Si vero facta fuerit debito tempore appellationis repræsentatio, querelatio, & prosecutio, *e* actis transportatis, *f* & partibus auditis, *g* pronunciet, bene, vel male iudicatum, appellatum, seu querelatum, *h* prout ex actis viderit conuenire. Vbi verò cognouerit primam sententiam condemnatoriam infirmandam, pronuntiet bene appellatum, & male iudicatum, & partem appellantem absoluat; & si viderit primam sententiam absolutoriam infirmari debere, pronuntiet bene appellatum, & male iudicatũ; & partem, quæ fuit absoluta, condemnet. Possit etiam, & debeat, si opus fuerit, in parte infirmare, & in parte confirmare, *i* sicut in diuersis capitulis sententiæ viderit expedire. Possit quoque primam sententiam addendo, corrigendo, minuendo, vel modificando, *k* reformare. Possit præterea, si viderit primam sententiam fuisse nullam, pronunciare superuacuò appellatum, & causam adiicere, quia sententia est nulla; & si de eius nullitate appareat euidenter, tunc ipsemet Iudex appellationum, ea nulla declarata, iterato pronunciet super appellatione prædicta; & intelligatur *m* totam causam appellationis, & nullitatis esse deuolutam ad eundem Iudicem, ita vt totam causam possit, & debeat reassumere vigore appellationis interpositæ, & eam terminare, intra tempus à Statuto præfixum: quam, si, non terminauerit, pœnam vigintiquinque aureorum incurrat, de eius salario sui syndicatus tempore retinendam.

SVMMARIVM.

1 *Nullitatem allegare est idem, ac Iudicem adire per viam querelæ.*

2 *Iudicem adit per viam querelæ, qui non potest appellare propter aliquid impedimẽtum iuris.*

3 *Dictio, Quatenus, importat conditionem, & aquipollet dictioni Dummodo, & n. 4.*

5 *Querela differt ab appellatione, & quomodo.*

6 *Querelæ nullitatum non sunt recipiendæ, si non sint de tribus, citationis scilicet, iurisdictionis, vel mandati, & num. 11. 14. 15. Contrarium, num. 8.*

7 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.*
Limita. vt num. 16.

9 *Remedijs superfluis nemo præsumitur velle vti: & maximè vbi remedia requirant impensas, & incommoda, & num. 10.*

12 *Constitutiones Papæ eo ipso, quòd sunt publicatæ, dicuntur vsu receptæ: & vt tollantur, requiritur expressus Papæ consensus, nec sufficit tacitus, & num. 13.*

17 *Nullitas ob non seruatam formam processus iudiciarij, plurimas nullitates in specie complectitur, vt num. 20. 21. 22. 23. 26.*
Et non tollitur per Constitutiones Pontificias, & num. 18.

19 *Substantialia iudicij quæ dicantur, remissiuè.*

24 *Nullitas sententiæ secundæ, ob non transportationem actorum primi iudicij respicit merita causæ, & iustificationem sententiæ: & procedit in causis Ecclesiasticis, non autem in prophanis, & num. 25.*

27 *Receptio appellationis ponitur pro introductione eiusdem appellationis.*

28 *Appellatio in dubio recipienda est.*

29 *Sententia, à qua est appellatum, in dubio præsumitur iniusta.*

30 *Appellatio reijcienda est, quando iure est notorium eam denegari.*
Item quando apparet appellantem non esse grauatum, & num.31.
Nec appellatio friuola recipitur, num.33.
Nec ea quæ non fit intra terminum præstitutum à lege, vel à statuto. num. 35.
Nec ea, quæ ante sententiam interpositæ est sine probabili causa in scriptis expressa, & num.42.
32 *Appellatio est prouocatio ad maiorem Iudicem ratione grauaminis illati.*
34 *Appellationes, quæ sint friuolæ, relinquũtur decidendæ arbitrio Iudicis.*
36 *Appellatio, vt cognoscatur, an sit admittenda, vel non, inspiciendus est tenor sententiæ.*
37 *Negocia plura sunt, quàm vocabula.*
38 *Appellatio conceditur à denegatione consilij sapientis ab alterutra parte petiti.*
39 *Appellatione pendente, nihil innouandum est in præiudicium appellantis.*
40 *Appellatio ab interlocutoria requirit citationem partis: secus in appellatione à definitiua, & num.43.*
41 *Contumax non est, qui non est citatus.*
44 *Citari regulariter non debet quis ad actum, qui ab eo impediri non potest.*
45 *Transportatio actorum integra non est necessaria in causis prophanis, sed sufficit ea tantum transportare, quæ sunt necessaria ad causæ cognitionem. Secus verò in causis Ecclesiasticis, & n.46. Intellige, vt n.47*
48 *Acta in dubio præsumuntur integrè transportata: & creditur notario asserenti alia acta penes se non habere, & num.49.*
50 *Cognitio causæ in quo versetur.*
51 *Forma verborum adhibenda in sententia Iudicis appellationum, remissiuè.*
52 *Iudex debet iudicare secundum acta: nec potest ex alijs, quæ sint extra acta, moueri ad iudicandum, & num. 53.*
54 *Sententia plura capitula continens, potest ex vno confirmari, & ex altero infirmari.*
55 *Vtile per inutile non vitiatur in diuisis.*
56 *Iudex appellationis potest primam sententiam reformare.*
57 *Sententia, si apertè non senserit, reuocatur.*
58 *Iudex appellationis an cognoscere possit tàm de iniustitia, quàm de nullitate sententiæ, quando ab ea fuit simpliciter appellatum?*
59 *Appellatio simpliciter interposita deuoluit totam causam ad Iudicem appellationis.*
Idem de nullitate, & num. 60.

ANNOTATIONES.

A T querelas, & appellationes) verbum querelas referendum videtur ad nullitates, 1 nam de istis aditur iudex per querelam, seù querimoniam *cap.1.de offic. leg. l.4.C. de accus. Felin. cap. in litteris sub num.5.* ibi, quod paria sunt dicere de nullitate, & adire per viam querelæ *extr. de offic. delegat. Franc. in cap. cum dilecto num.67. de appell.* & verè, ac propriè dicere de nullitate est adire iudicem per viam querelæ ità *Luc. Pat. in prax. for capit. lib.6 cap.1.num.2.* & alij ab eo relati, alio modo declarat *Marant.* querelam ab appel- 2 latione differre nempe, vt ille dicatur adire iudicem per querelam, qui non potest appellare propter aliquod impedimentum iuris, ità ille *par.6.act.2. princip, verbo Et quandoque appellatur nam ti4.iuxta glos. & Abb. in cap. querelam de proc. & Fel. in cap. querelam num.10.*

B Quæ repræsentãtur coram eo) vt infra *cap.168.*

Quatenus sint recipiendæ, ità legitur in statuto sine *glo. impresso Romæ anno 1580.* hæc est conditio, nempe quod iudex appellationum debeat clara luce prospicere querelas, & appellationes, si sint recipiendæ, id enim significat dicto illa quatenus per *tex. in l. per Stichum, qui meus 6. ff. de leg.1. Bart. in l.1. n.20.* vbi etiam alij *ff. de cond. & demon.* vnde idem est dicere quatenus sint recipiendæ, vel dummodo sint re- 4 cipiendæ iuxtà *not. per Surd. cons.186. num.10.* sed quænam querelæ, & appellationes recipiendæ, vel non recipiendæ sunt? si casus omnes huiusce quæstionis explicandi essent, magnum profecto volumen contexendum foret, tamque materia hæc ab alijs auctoribus, præcipuè verò à D. Sigismundo Scaccia I. C Romano doctè, & copiosè pertractata est. Ego tamen, ne locum istum valdè notabilem omninò intactum prætermittam, aliquam saltem sub præcipuis regulis generalibus pertricta in medium proferam.

In primis autem distinguo qureleas ab appellationibus vti supra *hoc cap. consideranti sub littera A. ad verbum, Et querelas, & appellationes,* nempe, vt querelæ referantur, ad nullitates, ap- 5 pellationes vero ad iniustitiam:

Et quod attinet ad querelas firmanda in primis videtur regula. quod recipiendæ non sint querelæ nullitatum, quæ non sint de tribus, scilicet citationis, iurisdictionis, vel mandati, id enim sancitum est constitutione Pij Papæ IV. de *reform. Tribun. Vrb. Romæ, quæ in bullar. nono est 58. §.13.* ibi non attendant nullitates, alloquitur Iudices Romanæ Curiæ, nisi ex defectu citationis, iurisdictionis, vel mandati, sed illis non obstantibus ad causarum expeditionem procedantque quidem constitutio postea innouata fuit, & extensa etiam ad quoscumque Iudices ditionis Temporalis Ecclesiasticæ, cum expressa men-

sa mentione etiam Curia Capitolina per modum ampliationis, quod facilè factum fuerit, quia in hac constitutus est iudex propius nullitatum atque demum eadem dispositio generaliter innouata est in bulla Pauli Papæ V. cuius titulus est Reformatio Tribunalium Almæ Vrbis in bullario nouo 71. §. 11. *nu.* 7. quocirca locum habet regula, quod exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, *l. nam, quod liquidè ff. de pœn. leg. Euer. in cent. sua loco ab exceptione ad regulam.*

8 Sed contra arguitur ex notoria praxi adeundi signaturam Gratiæ pro sanandis aliis nullitatibus, vti præcipuè docet *Mandos. in sua prax. commiss.* 19. nullitatis, vbi & sanantur nullitates dummodo non sint ex tribus, quæ quidem semper excipiuntur, *Staphil. de signat. liter iussi, tit. cõmiss.* an detur sup validitate processus, *fol. mihi* 178. *Mandos. d. cõmiss. Mareb. de cõmiss. p. 3. §. 1. n.* 79. *fol.* 13. qui ideo admonet DD. referẽdarios signaturæ, vt in commissionibus sanatoris nullitatum, semper addant clausulam, dummodo nõ sint ex tribus, vbi ea fuerit omissa in corpore commissionis. Vnde ne frustratoria sit hæc praxis, & prouisio, videtur dicendum quod regula supradicta Pontificijs constitutionibus expressa non sit vsu recepta, vel certè, alio modo tolli debet obiectum, nec enim superfluis remedijs
9 præsumitur quis velle vti, argumento *text. in l. hac stipulatio §. Diuus ff. vt legat nom. caueat & in cap. 2. de prob. facit text. in l. si quando* 112. *ff. de leg.* 1. & maximè, vbi remedia requirãt im-
10 pensas, & incommoda, *Abb. cons.* 72. *num* 3. *par.* 1. *Card. Tusc. conclus.* 896. *num.* 6. *verbo Superfluis cautionibus.* Verum, quod constitu-
11 tiones prædictæ omnino seruentur, planè notorium est in Curia, itaut negari non possit, addo
12 quod constitutiones Papæ eo ipso, quod publicatæ sunt, dicuntur vsu receptę nec etiam tolli possunt per contrarium vsum sine scientia Papæ *Rot. decis.* 197 *num.* 3. *&* 213. *num.* 2. *par.* 1. *in*
13 *recentior.* immo amplius, vt tollantur, requiritur consensus expressus Papæ, nec sufficit tacitus *Rot. decis.* 221. *sub num.* 5. *par* 1. *in recentior. Beltramin. ad decis. Gregor Pap.* XV. 267 *nu.* 15 Obiectum autem primo ità tolli posse videtur,
14 nempe si dicamus, quod ſæpe Signatura adeatur ad tollendas dubitationes, nempe, vt declaretur hanc, vel illam nullitatem aperte saltem non esse ex tribus, & ideo non attendendam, maximè quia non raro oriuntur eiusmodi dubitationes, quæ si iudicũ iudicio relinquãtur, lõgiores profectò efficiũt causarum processus magno cũ dispendio litigantium, ex quo sequitur, quod talis aditus ad Signaturam dici non posset supervacanus, cum aliquid, quinimò multum operetur iuxta *tex. cum ibi not. in l. quæ dubitationis causa* 81. *ff. de reg. iu. in l. qui mutuum* 56. *in princip. ff. mand. in l. si pupilli* 6. *§.* 1. *ff. de neg. gest & in l. quæ extrinsecus* 66. *ff. de verb. oblig. Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsum.* 40. *numer.* 16.
15 Secundo dici potest, quod licet tres prædictæ nullitates cæteris omissis expressè admittantur non ideo sequitur, quod aliquot aliæ, quas mox subiiciam, reiiciantur sicuti in Curia vtique notissimum est. Nec obstat, quod exceptio regu-
16 lariter firmet regulam in casibus non exceptis, qui limitatur hæc Theorica, vt non procedat vbi alij sint casus ab eadem regula alibi in iure excepti, quia quoad alios similes casus alibi exceptos, exceptio non firmat regulam *Clement. exiui de Paradiso §. deinde, & ibi glo. & Card. de verb. signif. text. in l. obsat* C. *de præt. min. & ibi glo not. Felin. in c. quoniam frequenter sub nu.* 3. *vers. Limita secundo vt litt. non contest cum alijs allatis per Euerar. d. loco sub num.* 5. *vers. secundo dicta Theorica.*

Nullitates verò aliæ præter tres prædictas in iure, & apud iuris interpretes habentur expressæ tamquam considerabiles, & attendendæ; Pri-
17 mo autem loco offert se nullitas ob non seruatã formam processus iudiciarij, quæ quidem generalis nullitas longè, latèque patet, & plurimas nullitates in specie complectitur, siue forma peculiari rescripto, siue iuris ordine tradita sit, vti probat *tex. in cap. cum dilecta* 22. *de rescrip.* ibi contra nostri formam rescripti, ac iuris ordinem, vbi latè *Felin. post nu* 6. *vers. gesta contra form. & in c. quoniã frequenter col.* 5. *sub nu.* 4. *vers. & intellige etiã prædicta text. in l. prolatam, & in l. ex stipulatione* C. *de sentent. & interloc. omn. iud.* Rota *in Romana Saluiani interdicti coram Orano* 6. *Nouembris* 1598. *quæ est* 6. *in impressis apud Pacif. de Selu. interd.* in vlti-
18 ma editione, vbi dicitur, quod bullæ Pontificũ, non tollunt nullitates ex forma non seruata, & in specie ita censuit de nullitate proueniente ex inobseruantia terminorum substantialium iudi-
19 cij, quę vero sint substantialia iudicij, declarat, *Bar. in l. prolatam n.* 5. C. *de sen. & interloc. omn. iud.* quod eadem ratione de nullitate ob non seruatam formam statuti Vrbis in positionibus, & confessis supra *cap.* 68. *dixerat pariter Rot. corã Orano in Romana alimentorũ* 4. *Iunij* 1593. *quæ impressa reperitur penes Mancin. tract. de iuram. par.* 2. *art.* 2. *num.* 86. atque generaliter id ipsum
20 pariter dicendum est de alijs nullitatibus partim inductis per hoc ipsum ius nostrum municipale nempe vbi seruata non sit forma & ordo iudicij ab eo traditus per *dictũ cap. cum dilecta, & alia allegata, quibus conferunt not. per Lue. Pat. lib.* 6. *cap.* 1. *de cauſ. nullit. num.* 30. Idem de nullitate
21 ob latam sententiam termino citationis ad eam ferendam elapso, vel circumducto tenuit Rot. *coram Ortembergo in Romana pecuniaria, seù restitutionis in integrum* 15. *Decembris* 1610 *probat text. in l. & post edictum ff de iudic. Alexan. cons.* 34. *num.* 9. *lib.* 4. Rot. *decis.* 1. *de testi. in nou. Afflict. decis.* 115. *& alij Citati in eadem decis. coram Ortembergo*, Idem sensit Rota de nullitate
22 ob non præstitum iuramentum calumniæ, cum expressione, quod hęc non sit ex tribus, & potius respiciat iustitiam, quam processum, vt apud *Cardinalem Seraph. decis.* 1155. *num.* 1. vbi asseritur sæpius ità fuisse decisum, quod, & pluribus alijs decisis comprobat apostilla ibidem & apud *Card. Mantic. decis.* 33. *num.* 3. Idem de nullitate
23 secundę sententiæ ob non transportationẽ actorum prioris iudicij *Rot. in Parsen. bonorum corã Penia* 7. *Maij* 1607. *vbi in fi. dicitur*, quod licet hæc nullitas nõ sit ex tribus, tamẽ attẽdi debuit, quia respicit merita causa, & iustificationem sententiæ, non autem est simplex aliqua, vel leuis nullitas, *& coram Reuerendiſi. D. Coccino Decano in*

Roma-

Romana Sacti Thomæ 10. *Martij* 1610. vbi quod hæc nullitas est euidens, & coram eod. *in Romana Pecuniaria* 4. *February* 1611. hæc verò nullitas procedit in causis Ecclesiasticis, non autem in prophanis, vt dictum fuit *coram Sacrato in Romana Vinea de Brunis* 10. *Octobris* 1603. *& in Romana Ignorum* 23. *Junij* 1603. *& in Romana de Bombellis* 31. *May* 1613. sed de hac nullitate aliqua adhuc subijciemus inferius hoc ipso cap. verbo Actis transportatis.

26 Idem de nullitate ob causæ cognitionem in sententiæ prolatione non adhibitam propter temporis brevitatem *Fut. decis.* 334. *lib.* 1. *Cæsar. de Graff. decis.* 14. *num.* 1. *&* 2. & fuit dictum *in Faventina præfationis coram Cardinale Blanchetto* 29. *Aprilis* 1599. *Socin. iun. cons.* 38. *num.* 25. *lib.* 2. *Bart. in l. prolatam num.* 7. *&* seq. C. *de sent. & interl. omn. iud. Vant. de Nullit. tit. de nullit. ex defect. proc. num.* 3. *et* 36. vbi hanc communiorem, & veriorem sententiam esse probat. Omittimus plura nullitatum exempla hoc loco adijcere, quia prædicta sunt cæteris magis præcipua, ac frequentiora, atque ad summam attendendæ videntur nullitates illæ, quæ pertinent ad formam, & ordinem processus, vel ad merita, & iustitiam sententiæ, iuxta superius tradita, quamuis non sint ex tribus; Itaque Iudex appellationum eiusmodi nullitatum querelas legitimè recipere potest, perinde ac si essent ex tribus.

Cæterum ad appellationes quod attinet, in primis non omittam, quod iure quidem statutum decernit pertinere ad Iudicem appellationū eas recipere, non autem spectare ad Iudicem, à quo de hoc cognoscere, is enim functus iam est offi-
27 cio suo, & receptio ponitur pro introductione appellationis *Bald. in cap pastoralis §. præterea num.* 8. *de offic. deleg Bart. in l. sciendum ff. de appell. recip. & in l. unic num.* 3. *ff. mil. nou. appell. pend. vbi, & glo. verbo fiat. Natt. cons.* 529. *num.* 30. *lib.* 3. *Castren. cons.* 288. *sub num.* 1. ibi pertinebit autem ad Iudicem appellationis *lib.* 1. *Contard. ad l. unic. C. si de moment. poss. quæst.* 1. *nu.* 27 quod tamen summarie cognoscendum est per Iudicem ad quem *l.* 1. C. *quor. appell. non recip. Bar. in dicta l sciendum Iaffred. decis.* 444. *Contard. dicta quæst.* 1. *num.* 30. *vers. Possent etiam prædictæ opiniones concordari.*

28 Addo quod in dubio recipienda est appellatio, pro ea namque præsumitur *Specul. tit. de appel l. §.* 9. *nunc dicamus sub num.* 2. *&* 6. *probat in c. dilectis* 55. *de appell. in fin. c. vt debitus* 59. *§. cum autem & cap. cum speciali* 61. *§. excessu vero dubio de appell. not. Franc. in cap. de priore* 31. *n.* 2. *vers. aduerte eodem tit.* vbi inquit quod in dubio omnis sententia, à qua est appellatum, præsumitur
29 iniusta, *vt per glo in l.* 1. C. *si aduers. credi. in fin.* & ideo omnis appellatio in dubio præsumitur iusta.

Sed quomodo poterit appellationum iudex facilè perspicere, quænam appellationes reijciendæ sint? ad id quidem plurimum lucis afferre posse videntur infrascriptæ regulæ; prima sit, quod vbi
30 iure notorium est appellationem denegari, ea minimè recipienda sit, prout *in l.* 2. *&* 3. *immo tot. tit. C. quor. appell. non recip. Bart. in l. sciendū vers. Hoc intelligo ff. de appell. recip. Bald. in cap. pastoralis* 18. *§. præterea num.* 3. *vers. & not. regulam de offic. deleg.* atque idem planè dicendum in terminis iuris nostri municipalis, vbi per ipsum prohibetur recipi appellationem, ut infra c. 171. 173. 177. & 179.

31 Secunda regula, quod non recipiatur appellatio, vbi appareat, quod appellans non sit grauatus, nam grauamen est causa, cur detur appellatio *cap. vt debitus* 59. *de appell Innoc. in c. breui de restitut. Bald. in l. post sententiam nu.* 4. C. *de sentent. vbi not.* illud esse in omni sententia verum, quod qui non grauatur, non appellat, quare quasi pro adagio dici solet, si grauaris appella; *Surd. cons.* 102. *num.* 13. *vol.* 1. vbi expressè inquit, quod non datur appellatio, quando nullum subest grauamen, quia nihil aliud est appellatio, quàm pro
32 uocatio ad maiorem Iudicem ratione grauaminis illati, vel inferendi, vti tradunt Doct. *in rubr. exaa. de appell. Bart. in l.* 1. *in princ. ff. eod. tit.* Vnde cessante grauamine, cessare debet appellatio, *cap cum cessante de appell.*

33 Tertia regula, quod appellatio friuola non recipiatur per *tex. in cap. cum appellationibus friuolis* 5. *de appell. in* 6. Friuola autem appellatio multipliciter intelligitur à Doct. *vt per Menoch. de arbitr. iud. cas.* 197. *num.* 5. *& Scacc. de appell. quæst.* 2. *num.* 48. Sed verius est, iure definiri nō
34 posse, quę sint friuolę appellationes, & ideo Iudicis arbitrio id relinqui *Menoch. de arbitr. iud. dicto cas.* 197. *num.* 7. *Contard. d. q.* 1. *num.* 40. *Scacc. d. q.* 2. *num.* 40.

35 Quarta regula, quod appellatio non interposita intra decem dies, vbi viget ius commune, vel intra octo, vbi seruantur hæc statuta à die latę sententię, non recipiatur ex *auth. hodie* C. *de appellat.* & ex statuto nostro infra cap. 168.

36 Quinta traditur regula, quod inspiciatur tenor sententiæ ad cognoscendum, an detur appellatio à sententia, sicque an appellatio recipi debeat, nec ne exempli gratia, vt cognoscatur, an sententia lata sit in petitorio, vel in possessorio *Corn. cons.* 10. *sub num* 3. *in fin. lib.* 4. *Cardin. Seraphin. decis.* 462. *in princ.*

Verum quia contingere potest, vt regulę prædictæ non sufficiant ad cognoscendum, an recipi-
37 debeat appellatio nec ne, plura namque sunt negocia, quam vocabula *l.* 4 *ff. de præscript. verb.*
38 Ideo si petatur ab alterutra parte super hoc consilium sapientis, illud erit concedendum, aliàs dabitur appellatio à denegatione talis consilij, tanquā à grauamine considerabili *Specul. tit. de appell. §.* 9. *nunc dicamus num* 3. *Dec. cons.* 49. *in fi.*

39 Neque adhuc omittam, quod appellatione pendente, de cuius validitate siue de facto, seu de iure dubitetur, siue ea recepta sit, siue non, nihil innouari debet in præiudicium appellantis *Specul. dicto §. num.* 8. qui subiicit ita esse intelligenda iura prohibentia aliquid innouari appellatione pendente, probat *tex. in l. sciendum ff. de appell. recip.* vel non, *Contard. dicta quæst.* (prima numero 41. *& seq.*

C 40 (l'arte citata) quod vbi appellatur ante sententiam sicquè ab interlocutoria pars appellata iure citari debeat, docet *Specul. tit. de appell. §.* 6. *qualiter num.* 9. ibi cautus etiam sit, vt appellationem tuam loquitur de appellatione ante sententiam notificet aduersario

rio; alioqui non procederet in Curia contra il-
41 lum, cum non ſit contumax, quia non fuit cita-
tus, idem *Specul. eodem tit. §. 10. de offic. in prine. Gemin. in cap. Romana §. quod ſi obijciatur nu. 2. de appel. in 6. vbi not.* practicam, & modum, quem ſeruare debet Iudex ad quem, antequam inhibeat quando appellatur ab interlocutoria, quia primo citabit partem ad opponendum appellationi &c. Et his præcedentibus poterit inhibere; Cum
42 enim appellatio ante ſententiam ſine probabili cauſa in ſcriptis expreſſa non admittatur *cap. 1. de appell. in 6. cap. vt debitus ex eod.* æquum eſt profecto citari appellatum, vt poſsit obijcere; quæ contra eiuſmodi appellationem iure ſibi cõpetere videãtur *iuxta tex. in dicto cap. Romana §. quod ſi obijciatur*, nempe ad effectum impedien di, ne illa recipiatur, & ne iudici à quo inhibeatur, ſi recipienda non fuerit appellatio ſicuti tradidit *Abb. in c. dilectus 29. num. 7. & in fin. de re. ſcript. & in Rot. in nou. deciſ. 58. num. 2.*

43 Quo vero ad ſententiam diffinitiuam non requiritur ex ſtatuto noſtro, vt pars appellata citetur, ſed appellatione repreſentata poterit iudex appellationis inhibere ſtatim Iudici, à cuius ſententia appellatum fuerit, ne contra appellantem, & eius bona aliquid innouet, vti legitur in hoc ipſo cap. ſtatuti noſtri quod, & iuri communi conſonum eſt, ſiquidem poſt ſententiam diffinitiuam licet appellare àquocũque, & per quemcumque etiam ſine cauſæ rationabilis expreſsione, *argumento tex. in dicto c. Romana §. ſi autem & dicto cap. cordi 2. §. his qua*, vbi etiam *glo. verbo Statuit eodem tit. in 6. not. Specul. tit. de appell. §. 2.* in quibus autem caſibus *num. 28. in fin.* ibi poſt ſententiam autem diffinitiuam, & vbi Iudex viderit appellationis inſtrumento ſibi repræſentato appellatum fuiſſe intra legitimum tempus à ſententia diffinitiua, tum ſtatim liberè poterit inhibere Iudici à quo, *quod not. etiam Luc. Pat. in ſua praxi Capitolina lib. 5. cap. 4. num. 5.* Cumque appellatus iure non poſſit hoc caſu impedire ne recipiatur appellatio, & ſubſequatur inhibitio
44 non eſt vtique cur citetur, ſicuti generaliter non debet quis citari ad actum, quem certum eſt ab eo impediri non poſſe *Abb. cum ſit Romana 5. nu. 7. de appell. & in cap. cum olim. 12. nu. 20. de ſent. & re iud. Roman conſ. 483. num. 16. Grammat. deciſ. 60. num. 9.*

D

Appellationem, vel querelam non eſſe recipiendam, vel eſſe deſertam)

quoad hunc articulum vide praxim, quam docet *Luc. Pat. lib. 5. cap. 7.* dabitur tamen appellatio ab eiuſmodi pronunciatione, vt infra cap. 176.

45 E **Actis tranſportatis)** ſufficit autem in cauſis prophanis tranſportare acta, quæ ſufficiant ad cauſæ cognitionem, nempe vt ſententia ſecunda ob id non ſubiaceat vitio nullitatis, non autem neceſſe eſt tranſportare omnia vel cenſuit *Sac. Rot. coram Cardinale Sacrato in Romana Vinea de Brunis 19. Octobris 1603. & coram eodem in Romana Ignorum 23. Junij 1603. & in deciſ. 561. num. 12. par. 1. diuerſ. in recent.* etiam coram eodem, in quibus poſt declarationes *Sac. Congreg. Conc. Trid. interpretis ad c. 20. ſeſſio. 24. de refor.* decer-
46 nitur, quod acta omnia coram Epiſcopo geſta, ad iudicem appellationis per appellantem expenſis ſuis transferri debeãt, non procedit in cauſis prophanis, ſed in Eccleſiaſticis, & ideo ſententiam in prophanis non eſſe nullam, quia acta omnia ad Iudicem appellationis transportata non fuerint, contra vero dicendum eſſe in cauſis Eccleſiaſticis, planè docent deciſs. aliç ſupra per nos citatç hoc ipſo cap. ſub littera C. verbo Quatenus ſint recipiendæ, ibi idem de nullitate ſecundæ ſenten-
47 tiæ; Defendi poſſet etiam ſententia à nullitate iſta proueniente ob actorum nõ integram tranſportationem, quando propter negligentiam illius, qui hoc opponit, id fuiſſet factum, vt dixit *Rota in dicta Romana de Bombellis.*

48 Demum hic addo, quod acta in dubio præſumuntur integrè traſportata *Rot. deciſ. 59. nu. 1. in*
49 *impreſſ. Gregor. Papæ XV.* quodque Notario aſſerenti alia acta penes ſe nõ extare, creditur, probat additio ibidem ſub nu. 5. vbi plenius declarantur, quæ ad materiam iſtam pertinere poſſunt.

F **Et partibus auditis)** quas quidem etiã à Iudicibus ſæpius interrogari in cauſæ diſcuſſione præcipit Imperator *in l. Iudices 9. in prine. C. de iudic.* in hoc
50 enim verſatur cauſæ cognitio, nempe partibus præſentibus, vel abſentibus per contumaciam *Bart. in l prelatam num 7. C. de ſenten. l. in cauſa cognitione 14. §. cauſa autem cognita ff. de in integr. reſti. probat tex. in d. l. Iudices Bald. in l. peremptorias ſub num. 6. C. ſenten. reſcin. non poſſ.*

G

Pronunciet benè, vel malè iudicatum)

forma hęc pronunciandi, & aliæ, quę hoc ipſo cap. ſubſequũtur iuri communi sũt conformes, vt potiſſimum intelligi poteſt ex *Bar. in l. ſi ex preſſim 19. num. 2. ff. de appell. & in l. 1. num. 9. C. quan. pronoc. non eſt neceſſ.* & ſtatutum noſtrum quoad iſta eſt in viridi obſeruantia, vt præcipuè atteſtatur *Luc. Pat. lib. 5. cap. 13. de ſent. prolat. num. 2.* quod & ego re ipſa expertus ſum, quamdiu munere Iudicis appellationum primo, deinde Senatoris Vrbis plures annos perfunctus
51 sũ. Attamen quoad formulã verborũ adhibendã in ſententia Iudicis appellationum, vide plenius *Seacc. de appell. q. 11. num. 112.* ibi conueniunt omnes, quod forma in ſumma eſt iſta.

H

Prout ex actis viderit conuenire)

52 ſiquidem debet Iudex ſecundum acta iudicare *l. illicitas §. veritas ff de offic. Præſid.* probat doctè ac plenè *Didac. var. reſol. lib. 1. cap. 1. vbi num. 6.* teſtatur hac ſententiam eſſe magis communem,
53 nec poteſt Iudex ex aliis, quæ ſint extra acta, moueri ad iudicandum *Didac. dicto cap. num. 9 cuius opin. canonizauit Rot. diuers. par. 1. deciſ. 445. nu. 8. & deciſ. 136. nu. 4. & ſeq in collectis per Zach. ad Galleſ. de oblig. Camer. Et in Romana officy coram Scotto 13. Januarij 1608. & in Aquen. penſionis coram Reuerendiſſimo Damaſceno 1611.*

I

Sicut in diuerſis Capitulis ſententiæ)

54 tum enim quot ſunt Capitula, tot cenſentur eſſe ſententiæ, & vnum Capitulum poteſt confirmari, alterum infirmari *l. quadam mulier 42. ff. famil. erciſc. l. fin. ff. de in. patr. Bart. in l 1. n. 1. et 7. C. ſi aduer. rẽ iudic. Rot. diuer. deciſ. 33.*

num. 9.

nu.9 p.2. cumque sententia hoc casu sit diuidua,
55 locus est regulæ, quod vtile per inutile non vitiatur *l.* 118. *sed si mihi. & ibi Doct. præcipuè Ias. num.4. ff. de verb.oblig. Rot.d decis. num.18.*

K 56 Reformare) ideo potest iudex appellationis primam sententiam, vt hic habetur reformare, quia totum negocium ad eum omnino deuolutum est *Bart. in l. si expressim num.15. vers. ex quibus legibus Castren. in l. si constat 12. sub num.1. ff. de appell. Alex. cons. 79. nu.2. lib.2. & plenius Vant. de nullit. tit. quot & quib. mod. nullit. in iudic. propon. num.118. & duob. seqq. Granu. theorem.17. sub num.1.*

L 57 Superuacuo appellatum) ità detegitur apertè nullitas, & sententia nō reuocatur cū sententia non tenuerit *l. si constat 12. in fin.* ibi appellatio in re aperta superuacua fuit *l. ex consensu §. 1. ff. eod. tit.* hæcque fuit praxis *Bart. in l. si expressim num.8. vers. quarto videndum ff. de appell.* quam etiam probat *Alexan. cons.59. num.11. vol.4.* vbi refert *Iacob. de Arin. Cyn. & Bal. in l. eos in prin. C. de appell.* & alios aliis in locis idem sentientes *Castren. in dicta l. si constat nu.1.* quam quidem praxim statuentes nostri approbarunt, licet appellationum iudici non præscripserint, quod eam omnino seruet, sed ipsius arbitrio reliquerint, vt appareat ibi possit præterea, vsus tamen Fori Capitolini eam plane recipit; Cæterum stylus aliorum Tribunalium Vrbis aliam formam sequitur, vti testatur *Vant.* qui eam tradit *tract. de nullit. tit. quot. & quib. mod. nullit. in iudic. propon. num.* 120. Atque iuxta hanc praxim cessat dubitatio
58 an iudex appellationis pronunciare voluerit super nullitate, & appellatione, quando à sententia simpliciter fuerit appellatum, itaut iudex appellationis cognoscere potuerit tam de iniustitia, quam de nullitate sententiæ, non autem vbi de nullitate principaliter dictum fuerit qua de re fusius Doct. pertractant, & præcipuè *Bart. in l. si expressim num.6.7. & 8. ff. de appell. col.1. num.9. C. quan. prouoc. non est necess. Vant. d. tit. nu.* 115. *& plur. seqq. Scacc. de appell. quæst.11. num.* 114. *cum plur. aliis seqq.*

M 59 Totam causam appellationis, & nullitatis) sic etiam ex iuris communis dispositione per appellationem simpliciter, interpositam intelligitur totam causam ad iudicem appellationis deuolutam esse per *text. in l. fin. in fin. ff. quod cum eo. & in l. per hanc C. de tempor. appell. Bart. in dicta l. si expressim. nu.15. vers. ex quibus legibus Castren. in l. si constat 12. sub num.1. ff. de appell. Alexan. cons.79. nu.2. lib.2. & cons.59. num.9. lib.4.* & alii multi cumulati
60 per *Scacc. dicta quæst.1. num.114.* idipsum præstat causa nullitatis, nempe vt deuoluat totum negocium ad iudicem appellationis per *text. in l. absentem. C. de accus. & in l. 1. ff. qua senten. sin. appell. rescind. Bart. Castren. & Alexan.* qui hoc dicit menti tenendum *dicto cons.59. Scacc. locis præcitatis.*

Intra quantum tempus appelletur.

Cap. CLXVIII.

IN omnibus casibus, in quibus appellare permittitur, debeat appellans intra *a* octo dies, *b* à die latæ sententiæ computandos, suā *c* appellationem interponere; aliàs *d* censeatur suæ appellationi renunciasse, *e* & prima sententia firma remaneat: *f* nec ignorantia allegari possit, si citatio ad sententiam audiendam, iuxta formam traditam præcesserit, & sententia in loco publico fuerit promulgata.

SVMMARIVM

1 *Terminus ad appellandum datus à iure communi, est decem, à statuto verò, est octo dierum.*
Quo elapso, & appellatione non interposita, sententia transit in rem iudicatam, & num.14. 16.
2 *Terminum ad appellandum prorogare, vel coaretare, est de iure positiuo.*
3 *Dictio A, est exclusiua.*
4 *Appellatio legitimè interponitur duobus modis, vel incontinenti, vel inscriptis, & num.8.*
5 *Appellatio incontinenti, quomodo interponatur, & num.6.*
7 *Incontinenti factum quid quando censeatur, relinquitur arbitrio Iudicis.*
9 *Appellatio, nisi interponatur in continenti, interponi debet in scriptis, & num.10.*
Nec solum in definitiua, sed etiam in interlocutoria vim definitiuæ habente, & n.11.
12 *Interlocutoria habens vim definitiuæ, aquiparatur in omnibus ipsi definitiuæ.*
13 *Appellatio à simplici interlocutoria non potest aliter interponi, quam in scriptis.*
15 *Probatio, nisi sit impedimenti, non admittitur contra præsumptionem iuris, & de iure.*
17 *Ignorantia ad effectum appellandi allegari non potest ex statuto à reo victo, & citato ad sententiam audiendam, & num.25.*
Secus ex stylo Rotæ, etiam quoad contumacem verum, & num.19.
18 *Contumaci fictio non currit ex iure communi tempus ad appellandum, nisi à die notitiæ sententiæ.*

20 Con-

10 *Contumax verus est ille, qui personaliter fuit citatus, & non comparuit, & iste iure non auditur appellans, num.* 21.

22 *Contumax fictus est, qui personaliter citatus non fuit, sed ex præsumptione iuris tantum, non autem iuris, & de iure censetur habuisse notitiam citationis, & num.* 23. *& admittitur etiam ad probandum se non habuisse notitiam citationis, & num.* 24.

ANNOTATIONES.

A INtra octo dies) placuit statuentibus terminum decẽ dierũ iure cõmuni præscriptum ad appellãdum in *authen. hodie C. de appell.* coarctare ad octo dies, fortè vt litium breuitati studerent, quod aliàs vtique professi fuerãt supra cap. 81. in prin. & iuris communis conditoribus placuit *l. properandum in princ. C. de iudic. l. litibus C. de agric. & censit. lib.* 11. quod pariter etiam eisdem statuere licuit, vti sensit *Abb. in cap. cum sit Romana.* 5. *num.* 14. *de appell. Franc. ibidem num.* 2. & ante eos *glo.* quam idem *Franc. dicit singularem in l. præscriptione verbo Iuris C. si contr. ius, vel vtil.*
2 *publ.* nam cum appellationis terminum prorogare, vel coarctare, sit de iure positiuo vt in *l.* 1. *§. biduum, & authen. hodie C. eod. tit.* super hoc plane statutum condi potest, *l. omnes populi, vbi Doc.* & præcipuè *Bart. num.* 3. *&* 21 *ff. de iust. & iur. Franc. dd. c. & num.*

B
3 A die latæ sententiæ cõputandos) dictio à, excludit diem latæ sententiæ, ita vt hic dies non computetur in termino *iuxta not. per Tiraquell. de retract. lignag. §.* 1 *glos.* 12. *num.* 51. qui ad idipsum mille alios refert, & in casu appellationis interponendæ à die latæ sententiæ *Alex. cons.* 87 *nu.* 10. *lib.* 7. *Luc. Pat. lib.* 5. *cap.* 1. *de appell. num.* 13. *Scacc. de Appell. quæst.* 12. *num.* 57.

C
4 Appellationem interponere) interponitur autem appellatio legitimè duobus modis, scilicet vel incontinenti audita sentẽtia iudicis, viua voce dicendo, appello, *vt in l.* 2. *ff. de appell. & in l. litigatoribus C. eod. tit. litigatoribus*, inquit ibi Imperator, *copia est etiam non scriptis libellis illico appellare voce, cum res poposcerit iudicata, tam in ciuilibus, quam in criminalibus*
5 *causis*; & illico siue incontinenti intelligitur, antequàm iudex ad alia diuertat facienda *glo. in dicta l. litigatoribus verbo Illicò*, sed alii dixerunt
6 incontinenti appellatum censeri, si appellatum sit, antequam iudex è Tribunali recesserit, quamuis & ipse, & appellans ad alios actus diuerterint *Luc. Pat. lib.* 5. *cap.* 1. *de appell. num.* 7. ex auctoritate aliorum *in l.* 1 *ff. de appell. & Castren. in l.* 1. *§. biduum num.* 5. *ff. quan appell. sit Franc. in cap.*
7 *vt debitus* 59. *nu.* 15. aliàs verò quid incontinenti factum dicatur, iudicis arbitrio relinquitur iuxta communem Doct. sententiam, vti probat *Gra-*
8 *mat. ad Vestr. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 60. fuit appellatur in scriptis infra octo dies à die latæ sententiæ cõputandos ex hoc statuto nostro, & quidem ap-
9 pellatio interponi debet in scriptis, nisi interponatur viua voce, vti dictum est *l.* 1. *§. fin.* vbi hæc verba leguntur, libelli qui dantur appellatorij ita sunt concipiendi, vt habeant scriptum, & à quo dati sunt, hoc est qui appellet, & aduersus quem, & à qua sententia, ex quibus planè verbis appareret etiam, quænam continere debeat appellatio
10 in scriptis exhibita, quodque appellatio in scriptis concipienda sit tam de iure Canonico, quam de iure Ciuili tradit *Franc. in cap. vt debitus* 59. *num.* 11. et plurimi alii cumulati per *Scacc. de appel. q.* 4. *n.* 1. Et in Romana Curia ita seruari testa-
11 tur *Vestr. in sua praxi lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 28. atque hanc regulam procedere non solum in sententia diffinitiua, sed etiam in interlocutoria habente
12 vim diffinitiuæ tradit idem *Scacc. ad quæst. nu.* 2. *&* 56. vbi subiicit, quod generaliter circa formã & solemnitates appellationis, interlocutoria
13 habens vim diffinitiuę in omnibus æquiparatur ipsi diffinitiuæ, vti *dixit Franc. dicto cap. vt debitus quæst.* 14. *nu.* 25. nam quoad simplicem interlocutoriam iam certum est, non aliter appella-
14 ri posse, quam in scriptis *cap. cordi de appell. in* 6. *Bart. & alij in l. litigatoribus & in l. hi eos §. si autem C. eod. Vestr. d. cap.* 3. *& num.* 28.

D
14 Censeatur suæ appellationi renunciasse) sic ex iure communi statutum est, quod qui intra decennium non appellat, per interpretationem iuris latæ sententię paruisse videatur, & sententia in auctoritatem rei transeat iudicatæ, *cap. quod ad consultationem* 15. *§. taliter duxerimus respondendum*, vbi prædicta omnia verba leguntur, & ibi Doct. *Lancellot. de attent. par.* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 1. *num.* 16. *Maran. in suo specul. par.* 6. *act.* 2. *princ. verbo Et quandoque appellatur num.* 214. Atque per hæc verba in-
15 ducitur præsumptio iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio, nisi impedimenti arg. *tex. in cap. ex ratione* 8. *de appell. & in Clemen. sicut appellationem eod. tit. Gemin. in cap. ab eo. nu.* 7. *de appell in* 6. *Dec. in c. personas nu.* 34. *eod. tit. Osasc. arrest.* 7. *num.* 5.

E
16 Et prima sententia firma remaneat) sic est etiam ex iuris communis dispositione, vt proximè dictum est per verba, quæ habentur in d. cap. quod ad consultationem, ibi & sententia in auctoritatem rei transeat iudicatæ.

F
Nec ignorantia allegari possit, &c.)
17 statutum nostrum protestatur, quod ignoratia allegari non possit à reo victo, si citatio ad sententiam audiendam iuxta formam supra traditam, nempe cap LI. præcesserit, & sententia in loco publico fuerit promulgata, ficque non distinguit contumacem fictum à vero, licet aliàs ex iu. com
18 muni victo cõtumaci tempus ad appellandum nõ currat, nisi à die notitiæ sentẽtiæ contra ipsũ promulgatæ, *Rot. in nou. decis.* 2. *&* 16. *de dol. & contumac. Maran. in suo specul. par.* 6. *act.* 2. *princ. verbo Et quandoque appellatur num.* 284. *not. Luc. Pat. in sua praxi. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 28. *Scacc. de appell. q.* 12. *limit.* 7. *sub num.* 3. Cæterum ex stylo
19 Sac. Rot. Canonica æquitate fundato etiam verus

rus contumax audiretur appellans à diffinitiua intra decem dies computandos à tempore prolationis sententiæ, non autem à die scientiæ, vt habetur *in dicta decis. 16. in fin. tradit Felin. in cap. quod ad consultationem num. 28. de sent. & re iud. & Scacc. quæst. 17. limit. 3. num. 12.* plures alios referens, atque asserens ita seruari tam in Curia Romana, quam in tota Ditione Ecclesiastica, omni prorsus difficultate remota. Porro verus contumax ille dicitur, qui personaliter fuit citatus, & non comparuit *Rot. dicta decis. 16. sub nu. 1. Maran. d. act. 1. nu. 285.* vbi plenius id explicat ac extendit, sicuti etiam idipsum facit addit. *ad decis. 2. de dol. & cont.* & ita concludunt Doct. cõmuniter *Graual. ad Vestr. lib. 7. cap. 2. nu. 53.* & quidem talis contumax iure non auditur appellans *l. 1. C. quor. appell. non recip. l. ex consensu §. fin. ff. de appell. vbi Bart. & alij l. properandum §. sin autem abfuerit reus C. de iudic. l. & post edictum §. fin. ff. eod. Rot. dicta decis. 16. num. 1. Maran. d. act. num. 284. Scacc. quæst. 17. limit. 3.* Fictus autem contumax is habetur, qui personaliter citatus non est, sed tamen ex iuris præsumptione censetur notitiam habuisse citationis, si quidem cognito quis sit verus contumax, cognoscitur iam quis sit non verus sed fictus, argumẽto *tex. in princ. instit. de his qui sui vel alien. iur. sunt vbi glo. verbo Simul intelligentius, & in princ. instit. de tutel.* Verum fictus contumax talis censetur ex præsumptione iuris tantum, non autem iuris, & de iure exẽpli causa, si ad domum citatus sit, vel per edictum, quocirca idem admitteretur ad probandum, se non habuisse notitiam citationis *Clemen. 1. vbi glos. verbo Restringimus, et ibidem Doct. de iudic. Rot. d. decis. 16. sub num. 2. de dol. & cont.* & ideo fictus contumax appellans *cap. venerabilibus 7. §. porrò de sententia excom. lib. 6. Rot. dicta decis. 2. num. 1. & 16. nu. 2. de dol. & cont. Marant d. par. 6. act. 2. princ. verbo Et quandoque appellatur num. 288. Aym. de antiq. temp. par. 2. num. 3. Scacc. dicta quæst. 12. num. 13. & alijs seqq.* Coeterum attenta statuti nostri dispositione clara, & aperta non excusatur nec auditur etiam fictus contumax appellans, vt supra diximus in princ. sub hoc verbo, Nec ignorantia allegari possit.

De tempore redeundi pro Apostolis.

Cap. CLXIX.

QVando legitimè ab appellantibus *a* apostoli *b* petiti sunt, & Iudex à quo *c* mouerit ad terminum iuris: Statuimus, quod terminus iuris intelligatur esse dierum quinque à die interpositæ appellationis; quodque non liceat Iudici ad longiorem terminum appellantem monere, *d* in quo die quinto, & qualibet illius diei parte, sufficiat pro apostolis redire, etiam si Iudex illos non dederit, aut non respondiderit: & Iudice non reperto, *e* sufficiat coram Notario protestari. Et *f* dicto termino apostolorum durante, nihil omnino, neque per partem possit innouari, & innouatum tamquam attentatum reuocetur.

SVMMARIVM.

1 *Apostoli quid sint, & vnde dicti, & n. 2.*
3 *Apostolorum species sunt quinque: quarũ tres dumtaxat sunt in frequenti vsu, dimissorij, refutatorij, & reuerentiales, & n. 4.*
5 *Apostoli, ex communi vsu petuntur eodem tempore, quo appellatur, & n. 7. & possunt etiam peti separatim, & n. 6. & sunt pars, & substantia appellationis, num. 8.*
9 *Appellatio non petitis apostolis efficitur nulla.*
10 *Terminus redeundi pro apostolis, est de iure communi triginta dierum, sed ex statuto dantur tantum quinque dies, & n. 13. Intelligetur, vt n. 14. Et potest arbitrio Iudicis abbreuiari, nu. 11. non autem prorogari, & num. 12.*
15 *Protestatio apostolos petentis, nec valentis habere, ei prodesse debet.*
16 *Impedito non currit tempus.*
17 *Termino pendente ad recipiendum apostolos, an possit aliquid innouari per Iudicem, aut per partem?*

ANOTATIONES.

A 1 APostoli) hoc loco quid sint, quando & quid petantur, qualis eorum sensus esse debeat, & alia quædam præcipua ad huius materiæ cognitionem pertinentia, posthabitis triuulis ductis per interpretes iuris, liberè, & abundè haurire potes ex ipso iuris fonte, nempe apud *Martian l. 1. ff. de libell. dimiss.* vbi hæc proferuntur verba *post appellationem interpositam litera dandæ sunt ab eo, à quo appellatum est, ad eũ qui de appellatione cognoturus est, siue Principem, siue quem alium, quas literas dimissorias, siue apostolos appellant;* Sensus autem literarum talis est, appellasse puta Lucium Titium à sententia illius, quę inter illos dicta est; sufficit autem petiisse intra tempus dimissorias instanter & sæpius, veret si non accipiat, id ipsum contestetur; Hoc quidem breui responso, si illud bene perpendamus longè plura ad rem nostram pro-

profectò habentur quàm ex longis Doctorum
2 nostrorum scriptis percipi possint. Cæterum apostoli vndè dicti cæteris omissis *Alciat.* tam
3 latinè, quàm græcè insigniter eruditum consule *ad l. dimissoria* 105. *ff. de verbor. signif.* Apostolorum autem species quinque recensentur *à Specul. lib. 4. partic. 2. rubric. de apostol. 1. §. sequitur videre de apostolis, scilicet conuentionales numero* 1. Testimoniales eodem numero, & numero 11. Dimissorij sub dicto numero 1. Reuerentiales numero 8. Refutatorij numero 6. & singulas species post *Specul.* declarando prosequitur *Scacc. de appell. quæst. 13. art. 2. per totum*.
4 Verum in frequenti vsu esse videntur tres species dumtaxat, videlicet dimissorij, refutatorij, & reuerentiales iuxta tradita per *Maran. di Eta par. 6. act. 2. verbo Et quandoque appellatur numero* 215. *& per Cardin. Alexandr. in cap. vt debitus nu.* 46. *de appell.* vbi iidem singulas tres species prædictas declarãt; *Vestr.* quatuor species apostolorum ponit in sua praxi *lib. 7 cap. 3. sub nu.* 32. quæ in prædictis quinque comprehenduntur.

B 5 **Petiti sunt)** peruntur apostoli eodem tempore, quo appellatur, idque, ex communi vsu, vti tradit *Bartol. in l. 1. §. libelli numero* 8. *ff. de appell.* ibi communiter tamen obseruatur *Luc. Pat. lib. 5. cap. 1. numero* 17. quod & apparet ex formula appellationis ab eodem concepta *dicto cap. numero* 15. *Vestr. dicto cap. 3. numero* 32. *&* 35. *Scacc. de appell. quæst. 13. art. 4. numero* 37. qui tamen
6 omnes consentiunt cum alijs citatis potissimum per *Scacc.* quod possint etiam separatim peti apostoli iuxta opinionem *gloss. in l. 1. verbo intra tempus ff. de appell. & in l. Iudicibus* 24. *verbo Gesta & verbo sequenti C. eodem tit. Bartol. assentitur in dicto §. libell numero* 8. *Sic & Specul dicta rubric. de apostol. numero* 14. *& sequenti Vitalin. in Clemen. 2 in princ numero* 24. *de appel.* quæ quidem opinio fundamentum habet in iisdem legibus. sed à communi vsu non est recedendum, qui passim in omnibus Tribunalibus receptus est, vti notum est, & testatur adhuc sub dicto numero idem *Scac.* non modo versatus in causis Romæ perageudis, verum etiam in iudicandi munere, quod in aliquibus primarijs Italiæ Ciuitatibus cum laude exercuit.

7 Hisce omnibus adiungo pronunciatum Clementis Quinti *de appell. cap. secundo in hac verba*, Nos antiquam, & communem obseruantam litigantium sequi, & æquitatem rigori præferre volentes, decernimus sufficere, quod per appellantem simul vno contextu apostoli instanter, & sæpius postulentur; sed amplius
8 non est omittendum, quod apostoli sunt pars appellationis, & de eius substantia *capit. 1. 4. & 6. de appell. in sexto Clement. 2. in princip. eodem titul. Rota, quæ ita expressè loquitur decis. 50. numero 3. de appell. in nou. Cassador. decis. 8. numero 8. in fine de appellat. Osasc. decisione Pedemontan. 7. numero 4. Felin. in capit. personas numero 4. in fine de appellat. Marant. in suo specul. par. sexta. act. 2. verbo Et Quandoque appellatur numero* 417. ibi apostolos esse partem appellationis; & sic non videri appellasse, qui apostolos non petit *Lancellott. de attentat. par. 2. capit. 12. limit. 50. numero* 220. vbi quod
9 non petitis apostolis appellatio efficitur nulla, quia apostoli dicuntur esse pars, & de substantia appellationis, & idem *Lancellot. id ipsum plenius probat cap. 13. num.* 20.

C 10 **Monuerit ad terminum iuris)** qui quidem terminus est triginta dierum, & ad Iudicis fauorem, vt is interea deliberare possit, quos apostolos dare debeat *l. Iudicibus* 24. C. *de appell. cap. ab eodem tit. in 6. Ancharan. in Clement. 2. numero 4. eod. tit. Vestr. lib. 7. cap. 3 numero* 33. *Luc. Pat. lib. 5. cap. 3. de termino iuris numero* 1. *Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 12. in præfat. num.* 56. potest autem Iu-
11 dex hunc terminum breuiorem reddere arbitrio suo *dicta Clement. quamuis & ibi Doctores Marant. dicta par. 6. act. 2. verbo & quandoque appellatur nu.* 223. *Graual. ad Vestr. dicto capit. tertio numero* 71. *& capit. sequen. sub littera B.* quia nimirum a Iudice ipsius fauorem à lege præfixus est, sed
12 non potest prorogare *cap. late 7. §. licet igitur de appell. Ancharan. in dicta Clemen. numero 4. Vitalin. in cad. Clem. §. verum nu.* 1, *Dec. in cap cum sit Romana nu.* 10. *& seq. de appell.*
13 Verum ex statuto nostro terminus iste intelligitur esse dierum quinque à die interpositæ appellationis, ita vt non liceat Iudici ad longiorem terminum appellantem monere, prout in verbis statuti mox subsequentibus, & comprobat *Luc. Pet. dicto lib. 5. cap. 3. in princ. Scacc. de appell. quæst. 13. art. 5. sub num. 44. vers. & quod in Foro Capitolino.*

D **In quo die quinto &c.)** sic quinta dies habetur pro termino, & ideo in termino, ipso assignato redeundum est pro apostolis, *vt notat. Luc. Pat. dicto capitulo 3. numero 12. in fine*. quem sequitur *Scacc. dicta quæstione 13. articulo 12. numero 98.* secus verò censendum foret, si dixisset statutum intra terminum quinque dierum, quia tum satis fuisset apostolos petenti redire quacumque die huius termini, & hanc differentiam in præcepto Iudicis de comparendo infra terminum iuris, vel in termino *not. gloss. in dicta Clement. quamuis verbo infra dictum, vbi etiam Anchar. num. 8. Franch in capitulo personas sub num. 5. vers. & aduerte de appell. Felin. ibidem, sub numero 1. versiculo & si dicitur compareas ad recipiendos apostolos Decius eodem ca-*
14 *pitulo numero* 35. Verum omnem sustulit dubitationem in hoc articulo Constitutio Pauli Quinti Fel. recordat. super reformat. Tribunal. Vrbis. titulo de Capitol. & eius officiali sub initium, vbi hæc verba leguntur, terminus quinque dierum datus à Statuto Vrbis ad redeundum pro apostolis, ità & taliter intelligatur, vt sufficiat interim quandocumque pro apostolis redire.

E **Sufficiat coram Notario protestari)** æquum est enim, si per eũ steterit

qui debebat dare literas, quominus det, ne hoc petenti noceat inquit Iurisconsulti *in l. unica. in fin. ff de libell. dimissor.* idem probatur *ex cap. vt super 4. & cap. ab eo. 6. de appell. in 6. & ex*
15 *Clemen. 2. §. quod si iudex de appell.* Protestatio autem apostolos petenti, nec habere valenti, iure prodesse debet, sicuti iure nostro municipali cauetur, & aliàs iure communi cautum reperitur *dicta l. unic. ff. de libell. dimiss. & ibi glos. verbo Contestetur facit tex. in l. 2. C. de his qui prod. met. non appell. & gloss. ibidem verbo contestatione in l. cum quidam cum ibi etiam not. per glo. ff. de appell. & in cap. final. vbi pariter glos. verbo Excusat extra eodem titulo*, quæ quidem iura & *glos.* licet loquantur de protestatione interponenda propter metũ, videntur etiã extendenda ad omnem alium casum. vbi nõ stet per appellantem, quo minus accipiat apostolos, nẽpe ob idẽtitatẽ, vel paritatẽ rationis & iur. æquitatẽ considerată *in d. l. unica in fin. cuius verba supra in prin. huiusce annot.* retulimus, cõferunt tradita per *Euerard.* in suis locis argumentandi loco à simili, & loco à ratione legis, & facit iuris
16 regula, quod impedito non currit tempus *l. 1. §. C. de annal. except. c. quia diuersitatem de consuet. prabend final. de elect.*

F Dicto termino apostolorum durante &c.) statutum hoc loco dirimit controuersiam inter iuris interpre-
17 tes antea agitatam, an scilicet pendente termino iuris ad accipiendos apostolos, possit aliquid innouari per Iudicem, aut per partem; Et quidem *Lancelott. de attentat. par. 2. cap. 12.* articulum istũ iuxta iuris cõis dispositione doctè, & distinctè examinat, in primis verò, varias recenset aliorum opiniones, ponitq; regulam, negatiuam ita vt censeatur attentatum, quidquid eiusmodi termino pendente fuerit innouatum, regulam verò ipsam ampliationibus, ac limitationibus prosequitur & exornat, atque eum sequitur *Scacc. q. 13. art. 8. num. 75. & 76. alijque seqq.*

De repræsentatione appellationis.

Cap. CLXX.

IN quacumque causa fuerit appellatum, appellans intra quinque dies, *a* a die interpositæ appellationis numerãdos, suam appellationẽ coram Capitaneo appellationum in actis Notarii eiusdem *b* repræsentare teneatur, etiam si ipse *c* ad terminum iuris per iudicem à quo monitus fuerit; cum iam sit prouisum, vt sufficiat *d* in quacumque dicti quinti parte, apostolos petiisse, seu pro eis rediisse. Qui vero intra triduum terminum suam appellationem non repræsentauerit, *e* censeatur suæ appellationi renunciasse, & *f* prima sententia firma maneat.

SVMMARIVM

1 *Terminus ad repræsentandã appellationem est viginti dierum ex iure communi; & ex statuto, est quinque tantum.*
Et est numero, & substantia idem cum termino ad petendum apostolos, & num. 2.

ANNOTATIONES.

A Die interpositæ appellationis) sic excluditur ista dies, itaut non computetur intra quinque dies hic proximos ad repræsentãdam appellationem, iuxta ea quæ superius diximus ad cap. 168 littera B. verbo à die latæ sententiæ.

B Repræsentare tenetur) id verò fit sine ãliqua solemnitate, & sine Iudicis decreto, sed appellationis instrumentum Notario Iudicis, & Capitanei appellationum exhibetur, qui quidem Notarius eiusdem instrumenti præsentationem in acta referre debet, vti docet *Luc. Pat. in sua praxi Fori Capitolini lib. 5. cap. 4.*

C Ad terminum iuris) qui aliàs de iure communi, statuto nostro circumscripto, fuisset triginta dierum, vt supra demonstrauimus ad proximè præcedens cap. littera C. verbo monuerit ad terminum iuris.
1

D In quacunque dicti quinti parte) qua de re satis diximus ad proximè præcedens c.
2 litera D. verbo in die quinto; & iste terminus dierum quinque idem est numero, & substantia cum termino ad petendum apostolos, non autem licet appellanti, vt aliqui opinabantur, post terminum ad petendos apostolos, vti alio termino simili ad repræsentandum instrumentum appellationis, quod probat *Luc. Pat. lib. 5. cap. 3. sub nu. 8. vers. Quisquis tamen.*

E Censeatur suæ appellationi renunciasse) huc etiam pertinent, quæ supra diximus ad cap. 168. litera D. verbo Censeatur suæ appellationi renunciasse.

F Prima sententia firma maneat) ad hæc verba aliquid etiam attulimus supra dicto cap. 168. in fin. Quædam verò alia notabilia ad hoc ipsum cap. cognosci poterũt ex *Luc. Pat. cap. 4. de præsentatione appellationis coram Iudice ad quem lib. 2.* ideò nos ea consultò præterimus.

De

De appellationibus non recipiendis, & depositofaciendo.

Cap. CLXXI.

AB executionibus facti, *b* etiã personalibus, *c* nulla recipiatur appellatio: *d* a sententiis vero, per quas instrumenta etiam dotalia, apochas, testamenta, & vltimas voluntates, sententias, arbitria, arbitramenta, & lauda, *e* iuxta formam supra traditam, *f* exequi mandantur, vel pro illis exequendis mandatum relaxatur, *g* nulla recipiatur appellatio, aut petitio reductionis, ad arbitrium boni viri: *h* nisi appellans, aut reductionem petens, intra triduum à die repræsentationis appellationis computandum, deponat apud aliquem idoneum campsorem, vel aliam personam fide, & facultatibus idoneam, summam iudicatam, aut pignora æquiualentia, *i* etiam si appellatus depositum non requisiuerit, assignanda appellato, si pro eo fuerit in causa iudicatum, vel nisi se personaliter in carceribus constituat, detinendus vsque ad finalem, & integram executionem: & si esset summa notabilis, supra centum ducatos de carlenis, & reus persona, quæ tot pignora verisimiliter non habeat, possit deponere res stabiles plus valentes, ad electionem partis aduersæ, etiam infra alium triduum, si appellatus rem aliam, quam illam, quam reus deposuerit, elegerit; computato dicto triduo à die intimationis eiusdem electionis. *K* Et in obligationibus facti, ipse appellans teneatur deponere, quantum appellatus iurauerit sua interesse (iudicis taxatione precedente) pariter infra triduum, post factam declarationem: Et si de re mobili, vel immobili actum sit, teneatur appellans pariter dictam rem mobilem deponere, & immobilem sequestrare, penes personam per Iudicem, parte citata, eligendam, infra triduum, vt supra: *l* aliàs in quolibet casuum prædictorum appellatio sit deserta, & primà sententia firma remaneat.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur ab executionibus factis, nisi executor modum excedat in exequendo, & num. 4.*
Etiamsi executiones sint personales, & num. 8.
Limita remissiuè, vt num. 2.
3 *Executio facti dicitur vbi Iudex est merus executor.*
5 *Executor quando dicatur modum excedere.*
7 *Appellatio non datur à sententijs exequendo.*
9 *Appellatione prohibita, in dubio censetur prohibita, quoad vtrumque effectum suspensionis, & deuolutionis.*
Et viceuersa, si sit permissa, & num. 14.
10 *Dictio nulla, est vniuersalis negatiua.*
11 *Appellatio in Iudicijs executiuis permittitur, quoad effectum deuolutiuum tantum.*
12 *Debitor ex Instrumento habente executionem paratam, habetur pro condemnato.*
13 *Dictio, nisi, quando habet negatiuam præcedentem concludit, & affirmat.*
15 *Appellatio regulariter admitti debet, nisi prohibita reperiatur: Et quibus in casibus prohibeatur, remissiuè, num. 16.*
17 *Appellans, si præ paupertate non possit facere depositum summæ iudicatæ, ex iure communi, probata intra triduum paupertate, admittitur ad prosequendam appellationẽ. Et quid ex dispositione statuti? & n. 19.*
18 *Paupertate impeditus non prosequens appellationem excusatur à desertione.*
20 *Debitor non valens satisfacere, vel satisdare creditori, potest etiam ex iure communi, mancipari carceribus, creditore instante.*
21 *Petitio regulariter requiritur ex parte illius, ad cuius fauorem lex mandat aliquid fieri.*
22 *Forma à lege, vel à statuto præscripta, si, licèt in minimo omittatur, vitiat actum.*
23 *Depositum de quo statuto de deposito faciendo in appellationibus, &c. faciendum est non solum in causis ciuilibus, sed etiam in criminalibus, quando reo imposita sit pœna pecuniaria.*
24 *Condemnatus in criminali causa ad pœnam corporis afflictiuam non admittitur ad appellan. nisi in carceribus se constituat.*

ANNOTATIONES.

A 1 A Bexecutionibus facti) ab istis etiam ex iure communi non datur appellatio *tex.in l.ab executore 4.et ibi Bart. num. 1.ff.de appell.et in l. ab executione cap.quor.appell. non recip. vbi glos.verbo Ab executione Specul.tit.de appell. §. in quibus numero 5.Alexan.conf.93. sub num. 5. lib.2. Duen. regul.41.verbo Appellare ab executore*, qui tamen octo subijcit limitationes ad 2 regulam *Graual. ad Vestr. lib.7. cap. 3. num.* 3 44. *Asin. in sua praxi.§.31.cap.18.* Facti autem executio dicitur, vbi iudex est merus executor, vt per *Graual.loco citato,& glos.1 in dicta l. ab executione, quæ citat tex. in l. executorem C. de execut. rei iudic.* vbi hæc verba leguntur, executorem eum solum esse manifestum est, qui post sententiam inter partes, audita omni,& discussa lite, prolatam,rei iudicatæ rigorem ad ef- 4 fectum uidetur adducere,sed hæc conclusio,quod ab executionibus facti nam detur appellatio, intelligenda est, nisi executor modum excedat in exequendo,vt declarat ipse *tex. in l. ab executione Asin. dicto cap. limit. 6. & Doct.aly p. eadem in locis citatis*.

5 Executor autem dicitur modum excedere, vbi præcipit immissionem in possessionem magnæ rei, cum sufficeret in modica ,vel si in maiori quantitate, quàm sententia continet, vel si ante tempus, exequatur, quæ exempla *ponit Specula. tit. de execut. senten. 2. §.nunc dicendum est nu.* 7. Alia verò exempla notat *glos. vsucapta in authen. l.ab executione uerbo excedat ,& alia glos.pen. in cap. quod ad consultationem 15. de re iudic.* aliquid in hanc rem tradit *Ias. in l.a Diuo Pio §. si super* 6 *rebus in fin. ff.de re iudic.* Sed plures adhuc casus quibus iure licet per appellationem executori resistere,affert idem *Specul. tit.de appell.2.§. in quibus autem casibus sub num.3.*

Atque idem quod de executionibus facti tra- 7 ditum,est.locum etiam sibi vendicat in sententijs de exequendo, nam ab istis non datur appellatio ex communi Doct.sententia,de qua ex aliorum auctoritate testatur *Graual d.cap.nu.43.* & ante eum *Alex.d.conf.95.nu.4. & Ioy.Gabriel. de appell.concl.4 nu.1.*quæ quidem communis opin. probatur etiam potissimũ suffragio Rotæ, & observantia Sac. Palatij, vt habetur *in decis. 100. num.13.par.1.diuers.*

B 8 Etiam personalibus) vt puta capturæ,& carcerationis,vigore rei iudicatę,seu instrumenti paratam habentis executionem realem,& personalem iuxta tradita per *Scacc.de appell. q.17.limit.47.membr.1.num.* 160.nec mirum , quia si captura in prædictis casibus legitime decerni potest , nec ab eiusmodi decreto appellatur, consequenter nec ab executione ipsius decreti appellari potest per ea,quæ in præcedenti not.diximusquibus præcipuè conferunt tradita per *Alex.d.conf.95.n.4. & per Scac. d.q.17.limit.10.num.1.& seqq.*

C Nulla recipiatur appellatio) scilicet nec ad effectum suspensiuum, neque ad deuolu- 9 tiuum,nam aliàs prohibita appellatione, in dubio censetur prohibita quo ad vtrumque effectum *Dec. in Rubri c.de appell. numero 5. Rolan. cons. 77. visò num. 16.lib.2. Lancellot. de attentat. par. 2. cap.12. limit. 53.numero 70.* Sed hic omnis plene dubitatio cessat propter ista verba 10 statuti,cum hæc dictio nulla sit vniuersalis negatiua, & omnem appellationem excludat argumento *tex. in cap. solita circa fin.de maio. & obed. & in cap. Romanorum 19. distinct. Corn. cons.70. numero 12.lib 2.Verall.decis.283.numero 2. par. 3. Ruscb.concluf.313.num.1.& consuf.310.num.1. littera D.*

D 11 A sententij verò &c.) in istis iudiciis executiuis iure datur appellatio quoad effectum deuolutiuum tantum, non autem quoad suspensiuum *Anton. de Anar. tract. de execut. instrum. quæst. 47. numero 86. Gallef. ad form. oblig. Camer. quæst. 37.numero 8. & ibi Zacch. numero 46. Scacc.de appell. quæst. 17. limit. 9.numero 51.& limit. 10. numero 22.* Vnde supremum Tribunal Signaturę Iustitię Vrbis Romæ, passim delegare solet causas appellationum, vbi fit obligatio Cameralis , cum clausula sine præiudicio legitimæ executionis , quod est notorium.Ratio autem cur non admittatur appellatio in iudiciis executiuis ea affertu,quia iudex non condemnat, hic que ipse non grauat,sed præcipit debitori vt 12 soluat,nam debitor ex instrumento habente executionem paratam habetur pro condemnato , vt legitur in selecta *decis.coram Reuerendiss.D. Cecchino Decano,quæ est prima in impressis per Zacch. ad Gallef.de oblig.Camer.nu.16.*

E Ex iuxta formam supra traditam) nempe cap.82.83.85.86 & 87

F Exequi mandantur, vel pro illis exequendis mandatum relaxatur) sic alterutro modo ex prædictis datur executio instrumentis & scripturis aliis,quæ ex statuto nostro paratam habent executionem vti supra cap. 82.præscriptum est.

G Nulla recipiatur, appellatio) vnde prohibetur tam suspensiua, quam deuolutiua, iuxta ea quæ supra hoc eodem cap. attigimus littera C.verbo nulla recipiatur appellatio, nisi appellans faciat depositum, vt mox sequitur.

H 33 Nisi appellans &c) hæc dictio nisi quam hic præcedit negatiua,concludit & affirmat, nempe admitti appellationem & reductionem ad arbitrium boni viri, vbi fiat depositum iuxta formam hic traditam , vt de eadem dictione dixit Rota *in decis.197. num.2. in fin.& decis. 619. num. 2.par. 1. diuers. in recentior.* & quidem quo ad vtrumque effectum, scilicet tam suspensiuum quàm deuolutiuum, postquam ita prospectum est appellato & alteri contra quem petita est re-

ductio

ductio ad arbitrium boni viri; huc spectat, quod supra hoc ipso Capit. diximus sub littera C. verbo Nulla recipiatur appellatio, nempe, quod appellatione prohibita, in dubio intelligitur, tam ad effectum suspensiuum, quàm deuolutiuum, sed multo magis dicendum est, quod appellatione permissa, vt hic, censeatur permissa ad vtrumque effectum, quia fauendum est appellationi, quæ nimirum regulariter admitti debet, nisi prohibita reperiatur *l. & in maioribus* 10. C. *de appellat. & ibi Bartol. Speculato-rum. de appell. §. in quibus*, vbi triginta septem casus congerit, quibus appellatio prohibetur *Vestr. in sua orax. lib. 7. cap. 3. numero 1. vbi & Grammat.* Non tamen hoc cap. comprehenditur appellatio contra obligationem Cameralem, cum de tali appellatione in specie disponatur infra cap. 279.

Sed quid si appellans adeo sit pauper, vt non possit deponere summam iudicatam, nec in pignoribus, nec in bonis mobilibus? dic cum *Lucam Pat. libro 5. cap. 5.* de depósito faciendo in executiuis, quod probata intra triduum paupertate admittetur ad persequendam appellationem non facto depósito, quia iuxta sententiam iuris interpretum, qui paupertate impeditus non prosequitur appellationem, excusatur à desertione *Cremen. singul. 121. Matbesil. not. vult. vbi adden. plenius Cornel. Benincas. de pauper. quæst. 9. special. 3. in iudic. inter tract. vniuers. iur. per tom. 18.* Verum ista cessant attento statuto volente, quod si appellans non possit facere depósitum, se personaliter constituat in carceribus detinendus vsque ad finalem & integram executionem, quod quidem & iure communi consonat, cum certum sit debitorem non valentem satisfacere, vel fatisdare creditori, manci-

mi alij ab eo citati, & ideo si forma etiam in minimo fuerit ommissa circa depósitum, & alia hoc capit. comprehensa, nulla reddetur, appellatio ex doctrina *Felin. in dicto cap. litera B. ibi gesta contra formam Eustard in centur. sua loco a defectu forma nu. 3. & seq. Mascard. dicta concl. numero 1. & seqq.* atque ita viu forensi comprobatum est.

Demum hic opportunè subijciendum videtur, quod in causis criminalibus pariter seruatur, vt ibi poena pecuniaria reo imposita sit, is non audiatur appellans nisi facto depósito, poenæ, si verò in corporalem poenam reus condemnatus sit, idem non admittatur ad appellandum, nisi in carceribus se constituat; Neque aliter commissiones appellationum eiusmodi expediri possunt, immo & alia requiruntur vti fusè disponit motus proprius Pij Papæ Quarti incipien. *Licet dudum* post constitutionem 52. in *Bullario nouo*, quæ ibi declaratur, quam quidem Constitutionem cum adiunctis declarationibus confirmasse etiam videtur Pius Papa Quintus in Constit. sua 138. eodem Bullario; Ad hæc autem videri potest *Farinac. quæst. 101. num. 8. & plenius Scacc. de appell. q. 17. limit. 48. nu. 18. & 34.*

De depósito in causis nullitatum.

Cap. CLXXII.

Vllus ad principaliter dicendum de nullitate sententiæ latæ super executionibus, de quibus in proximè precedenti capite dictum est, admittatur, nisi & ipse infra triduum depósuerit, vt supra: & si de facto fuerit admissus; admissio, dicto triduo elapso, cum omnibus inde secutis, etiam si Iudex inhibuerit, nullum præstet iuris effectum, nec execurionem, aut vlteriorem processum, quoquo modo valeat impedire.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, & querela, seu dictio de nullitate æquiparantur.*

2 *Æquiparatorum eadem debet esse dispositio, & iudicium.*

I

Etiam si appellatus depósitum non requisiuerit) si hoc non fuisset expressum, non debuisset fieri depósitũ, nisi petente appellato, nam regulariter requiritur petitio ex parte illius ad cuius fauorem lex mandat aliquid fieri *gloss. in l. vniuersa verbo Præbeatur C. de præsc. Imper. offer.* quam ibi sequuntur Doctores, & præcipuè *Iaf. num. 2* & firmat hanc regulam, quam subinde pluribus exemplis comprobat, sicuti & *Surd. iuris decis. 57. à num. 1. vsque ad 4.*

K

Et in obligationibus facti, &c.) sicuti supra dispositum est cap. 164. ad id vide etiam *Luc. Pat. lib. 5 cap. 5. num. 2.*

L

Alias in quolibet casuum prædictorum appellatio sit deserta) hinc apparet formam esse traditam, nempe propter decretum annullatiuum iuxta tradita per *Felin. in cap. cum dilecta 22. sub numero 6. littera C. vers. Quintum signum cum addit. ibidem Mascard. de gener. stat. interpr. consluf. 9. numero 19.* & plu-

ANNOTATIONES.

A NVllus ad principaliter dicẽdum de nullitate, &c.) cum appellatio, & querela, seu dictio nullitatis æquiparentur supra cap. 167. vbi & nos aliqua huc pertinentia notauimus litera D. verbo, Et de causis nullitatum, & cap. 168. vbi etiam quædam alia subiecimus sub litera A. verbo Et querelas, & appellationes; quod pariter factum animaduertimus in dicto motu proprio Pij Quarti licet dudum §. 2. non mirum si idem in iudicio nullitatis hoc cap. statutum, quod in iudicio appellationis cap præcedenti; nam æquiparatorum eadem esse debet dispositio, & iudicium cap. translato *de consti. l. 1. ff. de leg. 1. glo. fin in l. si quis seruo C de furt. & in cap. si post quam. §. final. verbo Prouisionum de elect in 6. Bero. quæst. 165. nu. 6. iur commun. opin. lib. 1. verbo statutum alicuius Ciuitatis disponens vers. quando duo.*

De appellationibus ab interlocutorijs recipiendis, vel non.

Cap. CLXXIII.

a DB interloçutoriis, *b* etiam vim diffinitiuę habentibus, *c* quæ aliàs per diffinitiuã, seu in ipsa diffinitiua reparari possent, *d* nulla recipiatur appellatio; sed omnia grauamina, & eorum cognitio, disputatio, & diffinitio, ipso iure intelligantur per hanc legem, sine ministerio iudicantis *e* in fine causæ reseruata. Et quia sunt nonnulli casus impedientes litis ingressum, (de quibus supra sub rubrica de exceptionibus, litis ingressum impedientibus) Statuimus, vt *f* in illis omnibus, grauato liceat appellare. Volumus tamen, quòd appellans nullo modo audiatur per Iudicem, ad quem, *g* nisi deponat penes personam, fide, & facultatibus idoneam, per appellatum, si voluerit, eligendam, ac de depositio constet in actis infra triduum, infrascriptas summas in pecunia, vel pignoribus duplum valentibus, assignandis statim appellato, in casu, quo contra appellantem pronuncietur: quo triduo elapso, & depositio non facto, seu de eo in actis non docto, *b* censeatur suæ appellationi renunciasse, & in negocio principali ad vlteriora procedatur. Summę deponendæ sunt hæ: *i* In causa decem ducatorum, ducatus vnus; in causa ducatorum viginti, & infra, ducati decem; à centum vsque in quamcumque summam, ducati quindecim: & nihilominus appellans ad expensarum refectionem teneatur, si in appellatione succumbat.

SVMMARIVM

1 *Sententia interlocutoria, & sententia definitiua definitio, & num. 2. & in quibus differunt inter se, & num. 3. 4.*

3 *Appellatio non datur ab interlocutoria, de iure Ciuili, & ex statuto, & num. 6. Secus de iure Canonico. & num. 5.*

7 *Statutum prohibens appellationem ab interlocutoria, non intelligitur de interlocutoria habente vim definitiua.*

8 *Sententiæ interlocutoria habentes vim definitiua, quænam sint, & num. 9. 10. & quomodo dignoscantur ab alijs interlocutorijs, & num. 11. 12.*

13 *Sententiæ vis, & effectus plus ponderatur, quàm nomen.*

14 *Clement. Appellanti, de appell. non habet locum in interlocutoria habente vim definitiuæ.*

15 *Pronunciatio Iudicis post sententiam definitiuam est interlocutoria non habens vim definitiua.*

16 *Appellatio non datur ab interlocutoria, cuius grauamen reparari potest per definitiuam, vel in definitiua. Et etiam in causis Ecclesiasticis, & num. 17. Necnon vbi grauamen non possit reparari, nisi cum magno præiudicio, & num. 19. Et licèt non possit in totum, & plenè reparari, & num. 20.*

18 *Grauamen irreparabile quod dicatur.*

21 *Reseruatio grauaminum quid operetur, & quid sit, & num. 23.*

22 *Appellare potest quilibet iniustè grauatus.*

24 *Ducati nomen simpliciter prolatum intelligitur de carolenis decem.*

25 *Caroleni, & Boloneni valor.*

AN-

ANNOTATIONES.

A B interlocutorijs) in præcedentibus Capitibus, nempe à 167. vsque ad istud de appellationibus à sententiis diffinitiuis dumtaxat, actum fuerat, hic verò decernitur de interlocutorijs; porrò

1 sententia interlocutoria est pronunciatum Iudicis, quod profertur inter principium & finem cauſæ ſuper aliquo incidenti, vel emergenti ſeor ſum à negotio principali *iuxta glot in Clemen.1. verſ. Diffinitiua de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Specul. tit. de ſenten. §.1. in princ. in 2. par. Alex. in rubr. ff. de re. iudic num.7. & ſeq.* qui tamen non admittit illa verba inter principium, & finem cauſæ, cum etiam poſt finem cauſę ſententia interlocutoria ferri poſſit *l. a Diuo Pio §. in venditione ff. de re. iudic.* quod & ſentit *Veſtr in ſua praxi lib.7. cap.3. num.11.* probat ſupradicta *tex. in cap. ſignificantibus 38. de offic. deleg. & in cap. ſignificarunt 36. de teſti. Marant.* qui prædictas auctoritates refert *in ſuo ſpecul. par.6 princ. act.1. verbo Et demum fertur ſententia ſub nu. 1. & ſequen.*

2 Contra verò diffinitiua ſentẽtia eſt iudicialis pronunciatio controuerſię finem imponens, continens abſolutionem, vel condemnationem *Abb. in rubr. de re iudic. num.4. Specul. tit. de ſenten. §.1.*

3 Cæterum vltra differentiam quæ ex prędictis apparet inter ſententiam diffinitiuam & interlocutoriam qualiter & in quibus adhuc differant inter ſe ſententia diffinitiua, & interlocutoria, planè explicat *Maran. tredecim ponens differentias à dicto nu.2. uſque ad 22.* præcipua verò hæc eſt differentia ad hoc ſtatutum noſtrum pertinens

4 nempe, quòd ab interlocutoria *de iur. Ciuil. nõ* datur appellatio *l.2. C. de Epiſcop. audien. l ante C. quor. appell. non recip. l. apertiſſimi. 14. C. de iudic. l.2. & ibi glo. ff. de appell. recip. Marant. d. act. num.6.* quam concluſionem tutius proſe-

5 quitur *Seacc. de appell. q. 17. limit. 43.* datur autem appellatio ex iure Canonico *cap. ſuper eo extr. de appell. cap. eod. tit. in 6* & quod de hoc non ſit quæſtio ſecundum canones inquit *Specul. tit. de*

6 *appell. §. in quibus nu. 29.* Sed ſtatutum noſtrum ſeruat ius Ciuile, vbi illud non deficit, vt ſupra cap. 42. quod generaliter profitetur, & hic expreſsè à ſententijs interlocutoriis omnem prohibet appellationem.

B

Etiam vim diffinitiuę habentibus)

non ſine ratione verba iſta hic adiecta ſunt, quia

7 aliàs ſtatutum prohibens appellationem ab interlucutoria, non intelligitur de interlocutoria mixta, nempe quę habet vim diffinitiuę *Alciat. conſ. 12 rogatus nu.5. lib.7. & aly relati per Lancellot. de attent. par.2. cap. 12. limit. 1. nu. 61.* qui

8 eos ſequitur; Dicuntur autem interlocutoriæ illæ vim diffinitiuarum habere, quæ non principaliter, ſed per quamdam conſequentiam negotiũ principale diffiniunt, idem ſi nõ totum negotium, ſed vnam partem ſubſtantialem tantum *Bald. in l.1. ſub n.14. verſ. Denuò quæro C. quan. pro reo. non eſt neceſſ. per tex. in l. intra viele tempus 40. & ibi glo. ff. de minor. glo.2. Clemen. fin. de appell. Fel in rubr. extr. de ſenten. & re. iud. nu.2. in fin. & num 3. Alex. in rubr. ff. eod. tit. num. 8. & ſeq.*

9 exemplum ponitur, vbi ſententia fertur ſuper exceptione peremptoria, quia tum per indirectum principalis cauſa terminatur, vt *per glo. in dicta Clemen. & per Alex. dicto num.9.* vbi hoc admonet diligenter eſſe notandum *Abb. in rub. de ſent. & re. iud. num.5. qui ſubinde num.8.* aliud ſubij-

10 cit exemplum ſimilis interlocutorię, nempe quãdo iudex in cauſa pronunciat ſe non iudicem, plura verò alia exempla ponit *Fel. in d. rubr. Dunn. regul.52. Granat. ad Veſtr. lib.7. cap. 3. num. 46. Marant. d. par.6. act.1. verbo Et demum fretur ſententia num.42.* vbi aliàs tradit regulas cognoſcendi tales interlocutorias à meris interlocutorijs, & ſingulas regulas per concluſiones egregiè declarat, & eum præcipuè ſequitur *Minſynger. obſerv.88. cent.3.* atque nos duas ſaltem regulas, vti magis notabiles, ex traditis per *Marant. & Mynſing.* hoc loco non prætermiſerimus, ex quibus planè regulis dignoſcuntur ſententiæ interloquutoriæ vim diffinitarum habentes, prima

11 eſt vbi interlocutoria non ſperat aliam ſenten-

12 tiam poſt ſe, altera vbi per interlocutoriam finitur officium Iudicis, ita etiam *annot. Sarain. ad Matheſil. ſing. 39. n.4 & ſeq. Seac. de appell. q. 17 limit. 47. mẽb. 1. n. 207. poſt Maran. in ſuo ſpecul. par.6. verbo Et demum feratur ſententia nu 42.* Porrò eiuſmodi interlocutoriæ regulantur etiã

13 vti ſententię diffinitiuæ, cũ plus põderetur vis & effectus ſententiæ, quã nomẽ, *vt not. Bal. in l. minoribus n 7. et ſeq. C. de his quib. vt indig. per tex. in d. l. intra viele in princ. C. de minor. & in cap.*

14 *peruenit de appell.* qui ideo tenet, quod *Clem. appellanti de appell.* quæ præſcribit quid potiſsimum ſit ſeruandum in proceſſu appellationis ab interlocutoria, non habeat locum in interlocutoria habente vim diffinitiuæ, *Baldum ſequitur Fel & plures alij ab ipſo Felin. citati in d. rubr num.4 Matheſil. Singul. 39. nu.1 Veſtr. in prax. lib 7. cap 3. num.4. Aſin in prax. iudic. §.31. c.18. limit.2. Gail. obſer. 32. num.3. lib.1.* vbi quod paria ſunt, quoad iuris effectus ſententiam eſſe diffinitiuam, vel vim habere diffinitiuę *Lancell. de attent cap.12. limit.1. num.58. & ſeqq.* Vnde vbi recurritur ad ſignaturam Iuſtitiæ per commiſſionem cauſæ appellationis, ſemper exprimi debet, quod appellatum fuerit à ſententia diffinitiua, vel habente vim diffinitiuæ, vt benè animaduertit *Seacc. de appell. q. 17. limit. 47. membr. 1. num. 171.* Sed amplius adhuc animaduetendum videtur, quod omnis pronunciatio iudicis

15 poſt ſententiam diffinitiuam eſt merè interlocutoria non habens vim diffinitiuæ, vti ex aliis à ſe citatis docet *Veſtr. d. cap. 3. num. 11. lib. 7.* ſi quidem vbi ſententia diffinitiua præceſſit, Iudex quo ad diffinitionem negotii functus eſt officio ſuo, verum, quod eiuſmodi interlocutoria vim habeat diffinitiuæ, quia aliam ſententiam poſt ſi non expectet, & ideo appellationem etiam admittat not. *Seacc. de appell. q. 17. limit. 47. membr. 1. num. 167. verſ. exemplifica decimoſexto, cum alijs ſupra deductis ad verbum, etiam diffinitiua vim habentibus hoc eodem cap.*

Quæ

C Quæ alias per diffinitiuam, vel in ipsa diffinitiua reparari possint) restrictio hæc conformis est dispositioni iuris communis, ex quo nimirum deducitur conclusio ab omnibus recepta, quod ab interlocutoria cuius grauamen per diffinitiuam, vel in diffinitiua reparari potest, non liceat appellare per *tex.in l 2.ff.de appell. recip. secundū lect.Io.d Bart.* ibidem in principio probatam, *Vestr. in praxi lib.7.§.3.num.12.& 3.Maran. in Specul.par.6.act.2.verbo Et quandoque appellatur nu.308.Lancell.de attent.par.2.cap. 12. de attent. appell.pend.limit.1.num.101.Ofasc.decis. 25.sub num. 14.versic.contrarium Contar. ad l. vnic.C.si de moment.possess. limit.1.num.4.* quos quidem omnes, & plures alios congerit *Scac. d. cap.2.q.17.membr.7.num.29.vers.Secunda ratio* id ipsum in causis Ecclesiasticis præscribit *Sacr. Conc. Trident.sessio 24.de reform.cap.20.* porrò grauamen irreparabile dicitur, quando continet factum, quia cum factum infectum fieri non possit *l.in bello §.facta ff.de capt.& post limit. reuers.* grauamen eiusmodi habetur pro irreparabili *vt not.Doct.in l.quod iussit ff.de re. iud.Lancellott. d.limit. num.* 103. exemplum traditur in carcere vel tortura *Dueñ.regul.52.limit.1. Lancell.d.limitat.num.*101. alia exempla *affert.Scac. q.17.limit.47.membr.1.num 90. & plurib.seqq.* Sed idem, quod dicitur de grauamine absolutè irreparabili, extenditur etiam, vbi grauamen non possit reparari, nisi cum magna difficultatè seù præiudicio *Dueñ.de regul. 52.num. & Fallen.13.Lancell.d.limit.num* 104.*Scacc.& aly ab eo citati q.17.limit 6.membr.8.num.2.& 3. & q. 17.limit.47.membr.1.n.86.*atq.adhuc idem censetur, vbi grauamen non possit in totum, & plenè reparari iuxta tradita *per Feli. in cap.cum super 17.sub num.17.de sent.& de re iud Contar. ad l.vnic.C.si de de moment poss.limit.1. num. 6. Dueñ.d.regul.num.12. Scacc.d.limit.6.& membr. 8. num.2.*

D Nulla recipiatur appellatio) hic non repetimus dicta ad hoc ipsum verbum supra cap. 171. si quidem facilè videri possunt.

E In fine causæ reseruata) hæc autem reseruatio operatur, ne propter asserta grauamina retardetur processus, quod si exprocessu iudicis postea apparebit grauamina fuisse vera, & iniusta, quid quid appellatione non attenta, factum fuerit nō valebit, & acta omnia habebuntur pro non factis, id enim operatur eiusmodi reseruatio, iuxta tradita *per* Bart.*in l ille à quor 13. §.si de testamento num.4 ff.ad Trebell. Marant. in suo Specul.par 6.verbo Aduertatur, ad exceptiones oppositas membr. 9. num.* 14. atque ipsi appellanti succurrendum erit tanquam iniustè grauato, & legitimè appellanti, cum quilibet grauatus iniustè possit appellare *capit.omnis oppressus. 2. q. 6.cap.vt debitus 59. de appell nec.Specul.tit.de appell.§.1.in princ.lib.2.Ruginell tract.de appel §.2 cap.1.ampliat. 12.num.*118. nam reseruare eiusmodi grauamina est reseruare eorum effectū, nempe, vt per iusta decreta, & sententias grauato consulatur vti de reseruatione, & exceptionem dixit *Bald.cons.96.num.4.volu.1.*

F In illis omnibus grauato liceat appellare) nempe, quia grauamen tale est vt per sententiam diffinitiuam reparari non possit, de eiusmodi verò exceptionibus impedientibus litis ingressum, & peremptoris fusè satis nos egimus supra ad capitulo 62.

G Nisi deponat) huc etiam spectant, quæ supra diximus ad capit. 171. sub littera H. verbo nisi appellans, &c.

H Censeatur suæ appellationi renūciasse) ad hęc ipsa verba aliquid iam diximus supra cap.168. sub litt.D.

I In causa decem ducatorum) cum ducati nomen hic simpliciter proferatur, intelligitur de carolenis decem pro singulis ducatis vt infra *cap.197.de verb.& rer. signif.vers. Ducatus*. Carolenus verò est Bolonenorum septem cum dimidio, vt eodem *§. verbo Carolenus Bolonenus quattrenorum quatuor eod cap. verbo Bolonenus*, At hodie Bolonenus est quattrenorum quinque, vt ex vsu notorium est.

Quod appellationes ante diffinitiuam scribantur per Notarium causæ.

Cap. CLXXIV.

APpellationes omnes *a* ante diffinitiuam interponendæ, *b* scribantur per Notarium causæ, nisi is fuerit legitimè impeditus; *c* & tūc ea appellatio cum nomine Notarii, per cuius acta fuerit interposita, appellato denuncietur: *d* aliàs appellatio non teneat, & nullum iuris sortiatur effectum.

SVMMARIVM.

1 *Appellationes omnes ante sententiam definitiuam sunt redigenda in scriptis. Non est autem necesse, vt scriptura appellationis sit authentica, dummodo probari possit, & num.*12.

*Intellige de iure communi, non de statuto, & num.*3.11.

4 *Appellationes ab interlocutorijs rem definitiua habentibus, & ante definitiuam prolatis, an sint ex dispositione statuti scribendæ per*

da per Notar. um cauſæ? & num. 5. 7.

6 *Qualitas non datur ſine ſubiecto.*

8 *Interlocutoria, quarum grauamen per definitiuas, ſeu in definitiuis reparari non poteſt, æquiparantur definitiuis, quoad formam, & ſolemnia appellationis.*

9 *Æquiparatorum eadem eſt diſpoſitio.*

10 *Appellatio ab interlocutoria ſemper eſt odioſa.*

12 *Tunc, dictio, ſignificat eo caſu.*

11 *Appellatio, ſi notarius cauſa ſit impeditus, denuncianda eſt cum nomine Notarij, per cuius acta fuerit appellatum, tam ex ſtatuto, quàm ex ſtylo Curiæ, & num. 13. Sed non ideo, quia Notarius cauſa ſit impeditus, prorogatur terminus ad appellandum præſcriptus, & num. 14.*

15 *Appellare volens, ſi non poteſt habere copiã Iudicis, tenetur coram honeſtis perſonis appellare legitimo tempore.*

ANNOTATIONES.

A Nte diffinitiuam) ſeruntur etiam ſententię poſt diffinitiuam ab eodem Iudice, ſed iſtæ ſũt interlocutoriæ habentes vim diffinitiuarum, quia non expectant poſt ſe aliam diffinitiuam, per quam grauamen earum reparari poſſit *Maran. in ſua ſpecul. 3. parte 6. princip. verb. Et demum fertur ſententia num. 42. & alij relati*, ſupra hoc cap. ad verbum Etiam in diffinitiuæ habentibus, ſed iſtas ſententias noluit comprehendere ſtatutum, quia haberet vim diffinitiuarum, & diffinitiuis præcipuè quoad formã, & ſolemnia appellationis æquiparantur; vt ad precedens cap. 173. ſub littera B. verbo Etiam vim diffinitiuæ habẽtibus ab interlocutoriis diximus, qua de re dicemus etiam hoc cap littera B. verbo ſcribantur per Notariũ cauſæ.

B Scribantur per Notarium cauſæ) quod appellationes omnes ante diffinitiuam ſententiam in ſcriptis concipi debeant, iure communi planè decretum eſt *tex in cap. 1. cordi de appell. in 21. not. Bart. in l. eos qui 6. §. fin autem C. quod. int. Veſtr. in prax. lib. 7. §. 3. num. 28. gloſ. in d. cap. 1. verbo Interlocutoria*, nec tamen neceſſe eſt, vt ſcriptura appellationis ſit authentica, dummodo poſsit probari, licet tutius ſit, q per notarium fiat ſcriptura publica, *vt not. gloſ. in cap. appellatio 9. verbo Proponis, vbi etiam addit. de appell. in 6. Franc. in cap. vt debitus 59. q. 3. ſub num. 13. Gemin. in d. cap. 1. ſub nu. 15. uerſic. Tu dic ſi quærimus de appellationem.* Attamen ſtatuentibus noſtris placuit expreſsim decernere vt per notarium, eumdemque actuarium cauſę ſcribantur appellationes omnes ante diffinitiuam, de quo etiam *per Luc. Pat. lib. 5. c. 6. n. 9.*

4 *Sed quid de appellationibus ab interlocutorijs vim diffinitiuarum habentibus, ante diffinitiuas prolatis, erunt ne iſtę etiam per hoc ſtatutum ſcribendę per Notarium cauſæ? Ita videtur di-*

5 *ſtinguendum, aut eiuſmodi interlocutoriæ, per diffinitiuam ſeù in ipſa diffinitiua reparari poſſũt & de appellationibus ab eis non loquitur ſtatutum noſtrum, quia ſupra cap. 133. expreſsè prohibet appellationes à talibus interlocutoriis, recipi, ſicque pro nullis tales appellationes haben-*

6 *tur, facit regula, quod non datur qualitas ſine ſubiecto l. 4. §. fin ff. de actio. empt. l. fin. ff. de collat. bonor.*, & quod non entis nullæ ſunt qualitates *l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. l. 2. ff. de uſu*

7 *fruct.* Aut nos loquimur de appellationibus interpoſitis ab alijs interlocutorijs, quarum grauamen per diffinitiuas, ſeù in deffinitiuis repa rari non poſſunt, & iſtas planè cenſerem comprehendi ſub hoc ſtatuto, quia eiuſmodi inter-

8 *locutoriæ, quo ad formam*, & ſolemnia appellationis æquiqarantur ipſis ſententiis diffinitiuis *Franc. in cap. vt debitus 59. 3. 14. ſub num. 25. de appell.* & in omnibus tamquam diffinitiuæ cenſentur *Bald. in l. minoribus num. 7. & ſeq. C. de his quib. vt indign. Felin. in rubr. de ſent. & re iud. num. 4. Matthæſil ſingul. 39. num. 1.* vbi & annotatio num. 8. cum alijs per nos citatis ad proxi-

9 mè præcedens *cap ſub littera B. uerbo Etiam uim diffinitiuæ habentibus facit regula*, quod æquiparatorum eadem eſt diſpoſitio, & iudicem *c. translato de conſtit. l. 1. ff. de leg. 1. Cardinal. Tuſch. cõcluſ. 308. littera C.*

Cui autem aliàs generaliter ſtrictius agitur in appellationibus ab interlocutorijs, quam diffinitiuis, vel diffinitiuarum vim habentibus? reſponderi poteſt id fieri, quia appellatio ab inter-

10 locutoria ſemper eſt odioſa, cum deroget ordinarię iuriſdictioni, reliquæ verò appellationes cẽſentur favorabiles, ita declarat addit. ad *deciſ. 1. vt lit. pend. uerbo uim diffinitiuæ habet nu. 2.*

C Et tunc) ſcilicet ſi notarius cauſæ fuerit impeditus, appellatio cum no-

11 mine alterius notarij, per cuius acta fuerit interpoſita, appellato denuncietur, nam dictio tunc ſignificat eo caſu *l. Gallus in princ. ubi gloſſ. uerb.*

12 *Tunc ff. de lib. & poſt. Rol. conſ. 70. num. 16. uol. 3* ſicque conditionem *Brunor. à ſol. in ſuo compen. reſol. iur. uerbo Dictio tunc & eo caſu in fin. Barboſ cum plurimis alijs à ſe citatis tract. de diction. uerbo Tunc dictio 354.* quodque aliàs adhiberi

13 poſſit Notarius, qui rogetur de appellatione ad referendum, vbi Notarius cauſę recuſet accedere Iudicem, & ità eſſe de ſtylo Curiæ dixit *Rot. deciſ. 594 ſub num. 3. parte 2. diuerſ. in recentior.*

14 Nec quia Notarius cauſæ impeditus fuerit, quo minus appellationem ſcribat, prorogatur termi nus præſcriptus ad appellationem interponendam, cum appellans habeat ex ſtatuto remedium nempe adhibendi alium Notarium, ſicuti iure

15 compertum eſſe videtur, quod qui non poteſt habere copiam iudicis ad appellationem interponendam, tenetur nihilominus coram honeſtis perſonis, appellare legitimo tempore, ideſt intra octo dies. iuxta ſtatutum noſtrum *ſupra cap. 168.* ſicuti circumſcripto ſtatuto traditur idipſum hoc caſu debere fieri intra decem dies ex iure communi *Franc. in cap. ſi iuſtus metus 73. q.*

10.

10.*vers.ad opin.tamen vitandas num.* 32.*de appellat.per tex.in cap.pastoralis in fin.de offic.ord. Lancell.de attent.par.2.cap.*12.*de attent. appell. pend.ampliat.*15.*princ.num* 8.*& num.*49.*vers.*1. *vt talis appellatio Minsynger. obser.*2.*sub nu.* 3. *ent.*2.*Scace.de appell.q.*6.*num.*38.

D Alias appellatio non teneat, &c.) hic habetur decretum annullatiuum, & forma tradita, prout de similibus verbis supra demonstrauimus c. 171. sub littera L. *verbo Alias, &c.*

De appellatione ab expensarum taxatione.

Cap. CLXXV.

A Taxatione expẽsarum a appellans nõ audiatur, nisi summam iudicatam, aut pignora plus valentia penes personam fide, & facultatibus idoneã, infra triduum: etiam si appellatus non requisuerit, realiter, & cum effectu depoluerit, & de eodem depositio constet in actis: alioqui suæ appellationi renunciasse censeatur, & prima taxatio firma maneat.

SVMMARIVM.

1 *Taxatio expensarum est executio primæ sententiæ, & ab ea non licet appellare de iure communi.*
Contrarium num. 2.
Intellige vt num. 3. 6.
At ex statuto permittitur talis appellatio, facta tamen depositio, & num. 4.
Declara, vt num 8.
5 *Depositum in appellatione purgat omnem præsumptam calumniam appellantis.*
7 *Appellatio regulariter datur ab excessu in exequendo.*
9 *Casus omissus à statuto remanet in dispositione iuris communis.*
10 *Statuto contra ius commune vbi potest operari vnam, vel plures effectus, ita intelligendum est, vt vnum dumtaxat effectum operetur.*
11 *Appellare ab excessiua taxatione expensarũ semel tantum licet ex iure communi: & requiritur speciale mandatum ad appellandum. & num.* 12.
13 *Appellans, & succumbens in executione, incidit in pœnam quinquaginta librarum argenti.*
14 *Procurator sine speciali mandato non potest facere, vt dominus in pœnam incidat.*

ANNOTATIONES.

A Ppellans non audiatur, nisi, &c.) loquitur planè ita tutum, quando simpliciter quis appellat à taxatione expensarum, tunc enim non licet appellare de
1 iure communi, quia taxatio est executio primæ sententiæ *Bart.in l.fin. num.*2.*C. quand. prouoc. non est necess. Asin in prax.*§.32.*cap.*21.*num.*1. *Scace.de appell.q.*17. *limit* 21.*num.*57.*& seq.*
2 alioqui verò contrariam opinionem tenuisse videntur, & præcipuè *Ias.in l.properandum §.sine autem alterutra sub num.*25.*C.de iudic. Ioan. de Amic. cons.*147 *num.*7. qui tamen & alij etiam
3 pro hac sententia citati, si eorum dicta benè põderentur, ita sentiunt, vbi taxatio sit iniqua, sicque excelsiua, vt benè animaduertit, & demõstrat *Asin.d.cap.*21. Verum cum temperamento depositi, de quo hoc cap. permittit statutum
4 nostrum appellationem à taxatione expensarum
5 simpliciter, quia nimirum istud depositum purgat omnem præsumptam calumniam appellantis vt inquit *Luc. Pat.lib.*9.*cap.*1.*de expens. lit. nu.* 36. vbi verò appellatur ab excelsiua taxatione
6 ex iure communi absque vlla controuersia tum datur appellatio *Innoc.in cap.fin.num.* 4.*de his quæ vi.met.ut.caus Bald.in l.terminato nu.* 6.*C. de fruct.& lit. expens.Franc.in cap.sæpe* 44.*nu.* 56.*de appell.Maran.in suo Specul. par.*6.3.*act. verbo Et post omnia aduertatur num.* 22. *Asin d.*§.32.*cap.*21.*num.*2.*Ruginell. de appell.* §.2.*c.* 3.*num.*9.22.*Scace.eod.tract.q.*17.*limit.*21.*n.*58.
7 Nec mirum, quia regulariter ab excessu in exequendo datur appellatio *l.ab executione* C.*quor. appell.non recip. vbi Doct.& l ab executore ff.de appell.Dec.in cap.noun.*13.*de iudic. num.* 9. vbi inquit, quod in qualibet causa mundi appellatur si modus excedatur, quem refert, & sequitur, *Cas.Barz. d.cis.Bononien.*55 *nu.*6.*Doct. in cap. quo ad consultationem de sent.& re iud.Contar. ad l.vnic.C.si de moment.possess.limit.*19.*qui in princ.* pariter asserit non reperiri casum aliquem in quo ab excessu modi non potsit appeliari *Gallas.de oblig.Camer.q.*37.*num.*11.*Rot dec.*100.*n.* 17,*vers.quarto par.*1.*diuers.*quo circa dicendum
8 videtur, quod si ab excelsiua taxatione expressim appelletur, non requiratur depositum, siquidem de hoc casu non loquitur statutum, &
9 casus omissus remanet in dispositione iuris communis *l.commodissimè ff.de liber.& posth. cap.inter corporalia vers.unde si circa de trãslat.Epise. cap.dilectus de offic.ordin l si vero.* 65. §.*de viro ff.sol.matr.* & in dubio ita intelligi debet statutũ, vt iuri communi quam minimè deroget, *c. cum dilectus vbi Doct. de consuet.Doct in l final.*§.*in computatione* C.*de iu.delib. in l.omnes populi ff de iust.& iur.& in l.*2.C.*de noxal. actio.* atque satis censeri debet, quod statutum requirat depositum, vbi appellatio à taxatione expensarum simpli-

ſimpliciter interponitur, non etiam ſi ab exceſſiua taxatione interponatur; quia vbi ſtatutum
10 contra ius commune poteſt vnum, vel plures effectus operari, ità debet intelligi, vt vnum dumtaxat effectum producat *Bertazol. conſ. ciuil. 57. n. 23. Roman. conſ. 399. nu. 2 Pariſ conſ. 110. num. 6. lib. 3. Rot. diuerſ. deciſ. 475. num. 6 par. 1.*

Demum hic prętermittenda non videtur ſingularia duo, quæ iuxta iuris communis diſpoſitionem, à Doct. traduntur, quoad appellationem ab exceſſiua expenſarum taxatione: primum
11 eſt, quod ſemel tantum liceat prouocare *Felin. in cap. quoad conſultationem 15. ſub nu. 10. verſ. Suas tamen. de ſent. & re iudic. Dec. in c. 43. nouit. num. 15. de appell. Loc. Pat. lit. 9. cap 1. de expenſ. litis. num. 10. Scacc. de appell. q. 17. lim. 10 nu. 69 quod & ſancitum eſt conſtit. Pij Papæ IV. in bullar. nou. 59 §. 10.* vbi hæc leguntur verba, quodque ab exceſſiua taxatione expenſarum, ſemel tantum appellatio committatur, & duæ ſententiæ habeant vim trium.

12 Alterum ſingulare eſt, quod ad appellandũ ab exceſſiua executione, ſicque ab exceſſiua taxatione expenſarum, nam hæc etiam planè eſt executio, requiritur ſpeciale mandatum, *Dec. in d. cap. nouit. ſub n. 15. & 16. vbi & Card. Alexandr. num. 6. Fel. in d. cap. quoad conſultationem num 21.* qui duo vltimi afferunt etiam rationem huius dicti, nempe, quia appellans, &
13 ſuccumbens in executione incidit in pœnam 50 librarum argenti *l. ab executione C. quor. appell. non recip.* procurator autem ſine ſpeciali mandato non poteſt facere, vt dominus in pœnam
14 incidat *l. ſi procurator & ibi Bart. num. 7. ff. de condit. indeb. Felin. in cap. 1. num. 8. vſ lit. non conteſt. Roland. conſ. 71. in fin. vol. 1. Pariſ. conſil. 100. num. 7. volum. 3. Surd. deciſ. 181. numer. 16.* atque dictum illud de ſpeciali mandato in hoc caſu neceſſario in praxi perpetuo menti tenendum, & ſe in facto obtinuiſſe inquit *Angel. Aret. in l. ab executore colum. 4. ff. de appell. relatus per Felin. d. num. 21.*

Reliqua pertinentia ad condemnationem in expenſas litium, & ad modum, ſeù formam in taxatione ipſarum expenſarum adhibendam loco ſuo, ſcilicet infra cap. 196. Deo Dante, pertractabuntur.

De appellatione à deſertione, vel reiectione Appellationis.

Cap. CLXXVI.

4 SI per Iudicem ad quẽ, appellationem deſertam, aut reiiciendam eſse pronuncietur, *b* & ab ea pronuncia ſiue declaratione appelletur: ſi appellatio ſic deſerta, aut reiecta declarata, interpoſita fuerit, *c* ab interlocutoria, à qua per præſentia ſtatuta appellare permiſsum eſt; Volumus, quòd liceat appellato, in negocio principali, coram primo Iudice à quo, appellatione huiuſmodi à deſertione, vel reiectione non obſtante, ad vlteriora procedere: & nihilominus de dicta appellatione, à deſertione, vel reiectione *e* coram Iudice ad quem cognoſci poſſit. *f* Et ſi aut non deſerta, aut non reiiciendam fuiſse per duas conformes iudicetur, omnia poſt appellationem prædictam ſecuta, in priſtinum educantur, & victus victori expenſas reficiat. *b* Si vero appellatio ſicut præmittitur deſerta, aut reiecta, declarata; à definitiua ſententia interpoſita fuerit: tunc huiuſmodi appellatione (à deſertione, vel reiectione non obſtante) ad vlteriorem executionem (ſi executio retractabilis ſit) in negocio principali, per Iudicem à quo, procedi poſſe ſtatuimus; *i* data tamen prius per petentem executionem, idonea cautione de reſtituendo reo, ſeu appellanti, omnia in executionem capta, cum expenſis, in euentum in quem, appellationem non fuiſſe deſertam, vel non fuiſſe reiiciendam, per duas conformes iudicetur.

SVMMARIVM.

1 *Appellationem deſertam eſſe pronunciare ſpectat ad Iudicem adquẽ, necnon appellationem reijcere, vel recipere, & num. 2.*

3 *Iudex adquem debet plenam cauſæ cognitionem adhibere, an appellatio ſit recipienda, necne.*
Intellige, vt num. 5. 7.

4 *Cognitio cauſæ adhiberi dicitur, vbi partes citantur, & conuocantur.*

6 *Iudici aliquod permittitur, parte non contradicente, quod alioqui prohibetur, & eſſet nullum.*

8 *Summaria iudicia ſuas habere debent probationes.*

9 *Sententia deſertionis appellationis dicitur interlocutoria habens vim definitiuæ, & ab ea poteſt appellari.*
Idem de reiectione appellationis, & n. 10. 13.

Fallit

Fallit in appellatione à mera interlocutoria, & num.14.

11 *Iudex à quo si appellationem reiecit, iure appellandum est à tali reiectione, & quare. Quod procedit etiam in iudice ad quem, & num.12.*

15 *Sententia prior inducit præsumptionem boni iuris pro parte appellati, etiam appellatione pendente, & num.16.*

Et habet locum, etiam in sententia interlocutoria habente vim definitiuæ, & nu.17.

Et in sententia desertionis, vel reiectionis appellationis, & num.20.

18 *Sententiæ interlocutoriæ habentis vim definitiuæ eadem est vis, atque definitiuæ.*

19 *Iudicis actus præsumptionem legis habet pro se.*

21 *Sententia desertionis concernit merita, & est confirmatoria primæ, &c.*

22 *Sententia reiectionis æquiparatur sententiæ desertionis.*

23 *Appellatione ab interlocutoria pendente, & ante pronunciationem desertionis, vel reiectionis, an procedi etiam possit in negotio principali? & num.24.*

25 *Desertionis cognitio pertinet ad Iudicem ad quem, vbi tamen appellatio coram ipso introducta sit. At si non fuerit introducta, alteruter Iudex de ea cognoscere potest, & num.26.*

27 *Sententiæ duæ conformes habent ex statuto vim trium, & faciunt rem iudicatam.*

28 *Res iudicata accipitur pro veritate.*

29 *Attentata non reuocantur pendente appellatione à definitiua, nisi primo iustificetur veritas causæ appellationis.*

30 *Dictio, Si verò, solet præcedentibus aduersare in facto, & in iure.*

31 *Sententia super desertione appellationis à definitiua censetur conformis primæ sententiæ, quoad effectum habendæ executionis: & dicitur confirmatoria primæ, & num.32.*

33 *Ablatiui absoluti faciunt conditionem: ita vt in primis conditio impleri debeat, & num.34.*

35 *Clausula, Constito, adiecta rescripto, facit illud conditionale.*

36 *Iudex an possit reponere appellantem à pronuncia desertionis appellationis, & num. 38.39.41.*

37 *Sententia desertionis est interlocutoria, quoad effectum, nec transit in rem iudicatam quoad Iudicem.*

40 *Delegati iurisdictio finitur, cum pronunciat causam desertam.*

42 *Desertio appellationis, quando, & quibus modis inducatur, remissiuè.*

ANNOTATIONES.

1 SI per iudicem ad quem &c.) ad eũ namque pertinet pronunciare appellationem, desertam, postquam appellatio coram eo introducta sit, & aliàs vti declarat *Franc. in cap. ex ratione.8. num.67. de appell.* quem refert & sequitur *Scac. quæst.11. art.5. nu.150. & seq. de appell.* atque pariter spectat ad eumdem reijcere, vel recipere appellationem, vt supra cap. 167. ibi & an sint recipiendæ accurratè perspicere, & paulo inferius ibi interloquendo, pronunciet appellationẽ, vel querelãnon esse recipiendã vel esse desertã *Fran. in c. constitut. 45. n.19. de appell.* qui ad hoc subtiliter ponderat *tex. in cap. cum super Abbatia 23. de offic. deleg. Capic. decis. 34. num.11. Natt. cons. 529, num.28. per text. in l. Chirographis 9. fin. ff. de administr. tut. in l. si cuius ff. de appell. recipi. & in l.1 ff. nil. nou. appellat. penden.* quod & superius notauimus *ad cap. 167. sub lit. C. verbo Quatenus sint recipiendæ, vers. cæterum ad appellationes,* quod attinet, atque debet iudex appellationis plenam causæ cognitionem adhibere, an appellatio sit recipienda, nec ne *glo. in l.1 verbo Summatim in fin. C. quor. appell. non recip. Bart. ibidem num. 3. vbi & plenius adden. verbo respicere*; quæ quidem causæ cognitio adhiberi dicitur, vbi partes citantur, & conuocantur, vt *per Bart. ibidem ex tex. in l. in causa 14. §. causa autem cognita ff. de minor.* declaratur tamen, quod dictum est de plena causæ cognitione adhibenda, vt procedat vbi pars alterutra contradicat, ità vt negotium, in iudicij controuersiam deductum fuerit, vt *per Contard. ad l. unic. C. si de moment. poss. q.1. num.30. vers. possent tamen huiusmodi opiniones concordari, quam sequitur Scacc. de appell. q.11. act.2. nu.14. vers. in hac contrarietate cum vers. seq.* nec nouum est, quod iudici aliquid permittatur parte non contradicente, quod alioquì prohibetur, & foret nullum, vt probat *tex. in Clem. sæpè in fin.* ibi non contradicentibus partibus *de verb. signif. Bald. in l. non dubium sub nu.30. C. de legi. Vant. de nullit. tit. qualit. sentent. & proceff. &c. num.60. & seq.* id ipsum exemplis plurimis comprobat *Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 59. num.16. & pluribus seqq.* Additur & alia declaratio nempe, vt plena cognitio intelligatur non quo ad telam causæ iudiciariam, sed quo ad probationes dumtaxat, ita scilicet, vt censeatur de negotio plenè cognitum, vbi adhibitæ fuerint probationes, quæ in summario iudicio pro plenis habentur, licet tales non fuerint alioquì quo ad ordinem iudicis, nam & summaria iudicia suas habere debent probationes, *Clemen. sæpè*, ibi non sic tamen iudex litem abbreuiet, quin probationes necessariæ, & defensiones legitimæ admittantur vbi *glo. verbo legitimè*, hanc materiam bene explicat, & hanc quidem declarationem probarunt, licet non adeo

adeo explicare videantur, *Iaffred. deciſio. 444. Contard.d.q.1.num.30.verſ.poſſent*, etiam prædictæ opiniones concordari *Scacc.d.q.11 art.2 n. 14.verſ.ſecunda concordantia*, atque ità intelligendum eſt, quod ſuperius notauimus ad cap. 167. littera C. *verbo Quatenus ſint recipienda, verſ. Quod tamen ſummatim cognoſcendum eſt.*

B Et ab ea pronuncia, ſiuè declara-
9 tione appelletur) ſi quidem pronunciatio cauſæ defectæ dicitur interlocutoria habens vim diffinitiuæ, & ideo ab ea poteſt appellari *Bald.in l.2.qu. 14. num.20.C.de Epiſc.audien.per. tex in l ſi Præſes C.quomod & quan.iud.& in Clement.fin.de appell.& ſubdit ita ſeruari in palatio Franc. in c. 8.ex ratione num.80.& ſeq.& in cap.cum ceſſante 60.num.44.verſ.octauo ſententia de appell.Fel in rubr.de ſent.& re iud.num.11. Miſynger. obſeru.36.cent.3. Matheſil.Sing.39.num.3.& ibi, not.verbo Interlocutoria ſententia num.13.& 14. Gail.obſer.138.num.4.lib.1.* vbi communem eſſe aſſerit opinionem, quod ſententia deſertionis ſit appellabilis, quia eſt interlocutoria vim habens diffinitiuę, idem alij multi ſentiunt, quos vna cum prædictis recenſet *Scacc. d. appell.q.17. limit.47.membr.1.num.185.* Atque quod dictum eſt de pronũciatione deſertæ appellationis procedit pariter in reiectione appellationis, nam
10 & hæc ſententia eſt interlocutoria vim tenẽs diffinitiuæ, vt benè explicatur in annot. prædicta ad *ſingul.39. Matheſil.d.num.15. Angel.de Peruſin. in l.1.in fin.C.quor.appell.non recip. Natt.d.conſil.529.num.30. Contard.ad d.l.unic.q.1. ſub nu. 30.verſ.poſſent tamen*, vbi quod ſi iudex appellationis eam reſpuat, poteſt à tali reiectione appellari etiam de iure ciuili, quia plenum præiudicium, & non reparabile infert, quod etiam
11 comprobatur, quia, vbi Iudex à quo appellationi non defert, ſed illam reiicit, iurè appellatur à tali reiectione, immo appellari debet, ne reiectio, & ſententia in iudicatum tranſeant, vt docet *Zabarell.in Clemen.1. colum.3. verſ. Ex hac glo.de dol.& cont.quem refert.& ſequitur Grau. ad Veſtr.lib.7.cap.ult.num.13. Franc.in cap. 61. cum ſpeciali §.porrò ſub num.8.de appell. Scacc.de appell.q.17. lim.47. membr.1. num.166.* ergo &
12 idem permitti debet, vbi Iudex ad quem appellationem reiiciat ex eadem ratione, quia plenũ præiudicium, & non reparabile pariter infert, iuxta tradita *per Contard. Grauat. & Scacc. locis proximè citatis.*

C Ab interlocutoria &c.) quæ ſint interlocutoria, à quibus per præſentia ſtatuta, vt hic ſubijcitur, appellare permiſſum eſt, habetur ſupra cap. 173. cumque eiuſmodi interlocutoriæ habeant vim diffinitiuarum, earumque grauamen per diffinitiuam, vel in diffinitiua reparari nequeat iuxta ſuperius *not.in dict.cap.173.* in eis
13 pronunciatio deſertionis, vel reiectionis appellationis habebitur vtique pro interlocutoria habente vim diffinitiuæ, ſicuti pronunciatio deſertionis in appellatione à mera diffinitiua, quoniam inſpicitur effectus ſententiarum, qui quidem in hiſce caſibus talis eſt, vt negotio finem imponat iuxta doctr. *Bald.in l.minoribus nu.7.*
14 *& ſeq.C.de bis quib.ut indign.* contra verò pronunciatio deſertionis in appellatione à mera interlocutoria, erit planè mera interlocutoria, vti prædicta explicat *Card. Alex.in cap.8. ex ratione ſub num.45.verſ.circa ſecundam quæſtionẽ de appell.* æquiparando expreſsè caſus iſtos, nempe ſi pendeat appellatio à diffinitiua, vel ab interlocutoria lata ſuper exceptione peremptoria aut litis finitæ *Franc in cap.8.ex ratione nu.81. & in cap.60.* cum ceſſante *de appell. Fel. in rub. de ſent.& re iud.ſub num.11. Gail.* qui hanc dicit communem ac veram concluſionem, & in Camera Imperiali receptam *practic. obſeruat.lib.1. capitulo 148 num. 1.* & licet loquatur de deſertione ſuper appellationibus à diffinitiuis, attamen ſub diffinitiuis ſine dubio comprehendit etiam interlocutorias vim diffinitiuarum habentes, quæ quidem ipſis diffinitiuis omninò comparantur, *vt ex Bald & Cardinal Alexand. locis proximè citatis, & nos fuſius ſupra diximus ad capitul. 174.ſub littera B. verbo Scribantur per notarium cauſæ prædictæ Franc. Fel.& aliorum opin.approbat Rot.deciſion.300.num.7. & ſequ. parte prima diuerſ.& plenius deciſ. 21. de re iud. in nou.* Porrò effectus qualis ſit, an pronunciatio deſertionis ſit interlocutoria, vel diffinitiua ſubnectit iuxta terminos iuris communis idem *Gail. eadem obſeru.ſub numero 2.* ſed nos habemus etiam particularia ſtatuta *ſup. c.173 & 174.*

D Ad viteriora procedere] ſtatutum id permittit, vt apparet ex eius verbis, poſt ſententiam & appellationem ſubſecutas in articulo deſertionis, aut reiectionis primæ ſententiæ interlocutoriæ, ſorte, quia appellatus pro ſe habet præſumptionem boni iuris, tum ex prima ſententia, tum ex altera nempe deſertionis, vel reiectionis appellationis, nam prior ſententia regulariter
15 eiuſmodi præſumptionem inducit, vt probat *text.in l.ſi inſtituta. §. de inofficioſo ff.de inoffic. teſt.* ibi egerat, & obtinuerat, ſed ſcriptus hæres appellauerat *& in l.fin. §.quod ſi ei C. de ordin. cognit.cap.in præſentia, & ibi Impl. de renunc. Alciat.de præſumption.regul 3.præſumpt.9. numero 5.Couar. pract.quæſtion.capitulo 6. num. 6. Rot. deciſ. 748.num.2. par.2. in recentior. & deciſ.46.num 7.* inter adiectas *per Zacch.ad Gallef.de oblig.Camer.* quod quidem procedit etiam
16 pendente appellatione ſaltem aliqualiter *Gabriel. concluſ.6.de ſent. num.14. Alciat. de præſumpt.num.5.* Et licet de diffinitiua id maximè
17 intelligatur, nihilominus idem cenſendum videtur de interlocutoria habente vim diffinitiuę,
18 cum talis interlocutorię eadem ſit vis, & effectus, atque diffinitiuæ *Bald in l.minoribus nu. 7. & ſeq.C.de bis quib. vt indign.cum alijs per nos ſuperius adductis cap. 173.littera B.verbo Etiam*
19 *vim diffinitiuæ habentibus*, Sed & generaliter Iudicis actus præſumptionem legis pro ſe habet *l.2.C.de offic.ciuil.ind.Alciat. d.præſum.n.1. qui & n.5.* aliquot recenſet effectus huiuſce præſumptionis *Gab.concl.4.& 5. de ſent.Gail.tract. de*
20 *Areſt.c.11.n.18.* Altera verò ſictia, nẽpe deſertionis, vel reiectionis appellationis ſine dubio prædictã auget præſũptionẽ maximè, cũ ẽt ſictia de-
21 ſertionis iux. multorũ ſictiam dicatur cõcernere merita, & eſſe cõfirmatoriã primæ, cui & cẽſetur

cõformis ad effectũ obtinẽdi rẽ iudicatã, vbi talis sententia super desertione accedat duabus aliis in meritis, & principali negocio latis *Thesaur. decis.* 122. *num.* 12. *Ruginell. de appell. §.* 12. *glos.* 1. *cap. vnic. num.* 13. licet contrarium tenuerint plures alij relati per eosdem *Ofasc. & Ruginell.* & præcipuè *Rota Auenionen. apud Lauren. decis.* 3. atque idem censeri debet de sententia reiectionis appellationis, quæ nimirum sententiæ desertionis æquiparatur; maximè ex hoc statuto nostro, vt æquipararorum idem sit iudicium *iuxta tex. in cap. translato de constit. etiã similibus.*

22

23 Verum pendente appellatione interposita ab interlocutoria, & ante pronunciationem desertionis, vel reiectionis appellationis, non putarem procedi posse etiam in negocio principali, quia interlocutoriæ, de quibus statutum loquitur, videntur connexæ negotio principali, iuxta tradita de talibus interlocutoriis *per Franc. in cap. fin per eo. 10. num. 1. de appell. & Cardin. Alexand. ibidem num. 3. & seq.* & ideò appellationes ab eis etiam principale negocium coram Iudice à quo ex iuris communis dispositione suspendunt per *tex. in dicto cap. super eo & in l. intra vtile*, 40. *in princ. ff. de minor. Alex. cons. 89. sub num. 9. lib. 1. Boer. decis. 73. num. 6. Paris. cons. 66. sub num. 13. lib. 1.* & hęc est communis conclusio, vti testatur *Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 47. membr. 2. num. 1. in fin.* quinimò multi adhuc tenent,

24 quod Iudex à quo non possit procedere in negocio principali, quamuis illud expediri possit sine articulo appellationis, quos ita tenentes refert *Scacc. d. memb. n. 14.* atq. eorũ opinionem praxi receptã esse testatur idẽ eod. n. vers. praxis tñ, vbi & duplices huiusce praxis rationes subnectit.

E Coram Iudice ad quem cognosci

25 possit) nam ad eum cognitio desertionis pertinet, vbi tamen appellatio coram ipso introducta sit *Franc. d. c. 8. ex ratione sub nu. 67. & sub num. 99. de appell.* & ita debet intelligi statutum, vt reddatur conforme iuri communi iuxta *tex. in c. cum dilectus de consuet. vbi Doct. l. vnic. C. de inoff. dot.* cum aliis ad id supra per nos sæpius allegatis.

26 Quod si appellatio, quidem interposita tantum fuerit à sententia Iudicis à quo non autem introducta coram Iudice ad quem tum pro desertione obtinenda alteruter Iudex adici poterit *Franc. dicto num. 67. in fin. Cardin. Alexadr. eod. cap. sub num. 49. Scacc. qui hos refert & sequitur q. 11. nu. 150.* atq; plenius explicat per totum articulum *5.* prædictæ q. quisnam Iudex debeat pronuntiare super desertione appellationis.

F Et si aut non desertam &c.) per duas

27 conformes iudicetur, quæ quidem duæ conformes ex statuto nostro habent vim trium, & rem faciunt iudicatam, vt infra cap. 180. hoc eodem lib. res

28 autem iudicata pro veritate accipitur *l. 208. res iudicata ff. de reg. iur. vbi Doc. & aly l. ingenuum ff. de stat. homin.* non mirum si tum omnia post appellationem secuta in pristinum reducantur, nempe quia sic planè iustificata est causa appellationis; nam alioqui in materia attẽtatorum

29 commissorum pendente appellatione hæc est regula, quod vbi appellatio non sit à sententia diffinitiua, numquam reuocentur in primis attentata, nisi inprimis iustificetur veritas causæ appellationis *Franc. in cap. 49. significantibus de appell. sub num. 9. & tex. ipse id probat ibi quatenus si est ita Rota in nou. decis. 44. num. 1. de appell.* ibi regulare est non reuocari attentata post appellationem, nisi in euentum causę appellationis *cap. non solum §. illa verò de appell. in 6.* Id verò fit in casu statuti nostri, non quia acta illa post appellationem sint attentata, siquidem iudex à quo non prohibetur hoc casu suam prosequi iurisdictionem, sicque alium non contemnit, neq; lædit, & proinde non dicitur attentare, iuxta tradita per *Lancell. de attent. in præfat. præsertim n. 18. 20. 24. & 42. probat tex. in c. non solũ cum ibi not. de appell. in 6.* sed talia acta reuocantur tamquam iniusta, sicuti regulariter dicitur de actis post appellationem ab interlocutoria idem *Lancell. cap. 12. limit. 1. num. 1. & num. 10.*

G Et victus victori expensas reficiat) sicuti pariter in qualibet causa seruandum est, vti statuto nostro præcipue cauetur infra *cap. 196. hoc eodem libro, & regula iuris est ex l. properandum §. fin autem alterutra, vbi omnes not. C. de iudic. cap. finem litibus de dol. & contumac. Lanfranc. tract. de expens. num. 2.* vbi subiicit amplius, quod hæc regula æquitatem habet, est *is tract. inter alios vniuers. iur. tom. 3. p. 2 fol. 396.*

H Si verò &c) hęc dictio ex sui natura præce-

30 dentibus aduersari solet in facto & in iure *vt in l. si verò non renuntrandi 12. in princip. ff. mand. not. Bartol. de aduersatiua autem in l. hoc amplius 9. §. de his autem numero primo de damn. infect. Surd. consil. 315. numero 1.* & id quidem efficit hoc loco; nam in præcedentibus verbis dispositum est, quid agendum, vbi appellatio ab interlocutoria declarata sit deserta aut reiecta at in sequentibus decernitur, quid seruandum vbi appellatio deserta, aut reiecta declarata à diffinitiua sententia interposita fuerit, & dicitur quod appellatione non obstante per Iudicem à quo ad vlteriorem executionem, si executio retractabilis sit, in negotio principali procedi possit, vnde apparet non retardari executionem, sicuti de duabus conformibus statutum est infra hoc eodem libro

31 Capitulo 180. Sicque sententiam super desertione appellationis à diffinitiua censeri conformem primæ sententiæ super negocio principali quo ad effectum habendę executionis iux. opinionem *Thesaur. decis. 122. numero tertio* innixam potissimum auctoritate *Rot. decis. 21. de appellat. in nou.* & aliorum, quos citat idem *Thesaur. quibus accessit Gail. practic. observ. libro primo capit. 138. numero 1. & 2.*

32 vbi tradit, quod sententia desertionis appellationis à diffinitiua dicitur confirmatoria primæ secundum DD communiter, qua de re supra egimus etiam hoc ipso cap. sub litera C. verbo Ab interlocutoria, & sub litera D. verbo Ad vlteriora procedere.

I Data tamen idonea cautione) hæc est conditio, quæ debet impleri, antequam per Iudicem à quo, ad vlteriorem executionem procedatur, nam regula est, quod ablatini absoluti sa-

cunt

ciunt conditionem *l.à teſtatore* 108.*ff.de condit. & demonſt.l.fideicommiſſa* 11.*§.cum eſſet*, & *ibi*, *Bart.num.*1.& 3.*ff.de leg.*3.*Calder.conſ.*1.*tit. de verb.ſignif. Dec.conſ.*383. *viſo puncto col.*2. *poſt med.verſ ſed in caſu illo ſub num.*3. *Brunor.ſolo in ſuis propoſit.iur.littera A. verbo Ablatiui abſoluti conditionem faciunt*; ex quo infertur,
34 etiam neceſſario, quod in primis conditio iſta impleri debet *l.qui hæreſi.* 44.*§. fin. ff.de condit. & demonſt.*1.*§.ille verò deſponſ.lib.*6.*Clem.cum ei quem de conteſſ.prab.idem Calder.d.conſ.verſ. ex quo infertur*, ſicuti dicitur de clauſula conſti-
35 to &c. adiecta reſcripto,quæ nimirum reddit illud conditionale, ita vt quidquid facit iudex ante verificationem illius clauſulæ ſit nullum *Vant. de nullit.tit.de null.ex defect. ſurrſs. delegat. nu. 92.& aly complures ab eo relati Modern.tract. de clauſ.p.*1.*clauſ.*19.*num.*5. Hæc autem, cautio præſcribitur à ſtatuto in hoc vltimo caſu, nempè vbi victori & appellato permittitur executio in negotio principali,ſimile remedium ad executionem ſententiæ obtinendam, cum temperamento fideiuſſionis habetur in caſu *authen. quæ ſupplicatio. C de precib.Imp.offer.* ſed non permittitur hoc in priori caſu ſtatuti, vbi de appellatione ab interlocutoria, nam tum locus datur tãtummodo proceſſui ad viteriora, cum incertum ſit durante proceſſu ad cuiusnam fauorem ſententia, & executio in negotio principali prodita ſit. 36 Sed poterit nè Iudex reponere appellantem à pronuncia deſertionis appellationis dic, quod ſic, vti tenuit Rot.*deciſ.*9.*&* 12.*de appell.in non &* comprobat maxime audit. ad ſtilã
37 12.*deciſ.*quia licet hæc ſententia habeat,vim diffinitiuæ,eſt tamen interlocutoria,quo ad effectũ, vt poſſit iuſta de cauſa reuocari, cũ non tranſeat in iudicatum,quo ad iudicem,*Franc.in c.ex ratione.*8.*ſub n.*82.*probat tex.in c.cum ceſſante.*60.*de appell.Teſſaur.dec.*122.*ſub n.*12.*Card.Alex.in d.*
38 *c.ex ratione n.*48.vbi concluſionem in iudice ordinario ſimpliciter tenet, quia licet ordinarius pronunciet ſe non iudicem, non tamen amittit
39 habitum iuriſdictionis,ſed remanet iudex, & interlocutoria eiusmodi num quam tranſit in rem iudicatam quo ad iudicem,vt dictum eſt, & *notatio fin.in c.cum dilectus* 32.*de elect.* dum autem iudex pronunciat appellationem eſſe delertam, ſicq.interloquitur ſe non eſſe iudicem,& ideo eã ſententia interlocutoria poſſit reuocari *d.c. cum ceſſante*; iudex ordinarius talem interlocutoriã reuocare poteſt;ſecus autem centet idem Cardinal. in delegato, niſi tamen ipſa delegati ſententia per appellationem ſuſpenſa fuiſſet *tex.dec.*12. *de appell.in non.*quam ipſe citat, quia delegati
40 iuriſdictio finitur cum pronunciat cauſam delertam, ſicque implicitè ſe nõ eſſe iudicẽ nec enim nullum aliũ habet iuriſdictionis habitum,qualem obtinet iudex ordinarius, & ideo ipſo iure hoc modo ceſſat iuriſdictio delegati per *text. in c. ſignificantibus* 38.*de offic.deleg.* ſi tamen à tali interlocutoria delegati fuerit appellatum,nõ excludetur omnino delegati ipſius iuriſdictio, quia
41 appellatio ſuſpendit effectum ſententiæ, ſicque poterit & ipſe exemplo ordinarij hanc interlocutoriam reuocare *ex text.in cap.dilectus* 34.*de prabend.ad iuncta in d.deciſ.& per d.Cardin. Alexandr.in d.cap.ex ratione num.*48.

Nec certe mirum eſt, quod iudex reuocare poſſit ſententiam ſuam interlocutoriam,quæ habeat vim diffinitiuę,quales ſunt multæ,quæ quidem non tranſeunt in rem iudicatam quo ad iudicem, vti tradit *Achil. deciſ.*31.*n.*2.*de appel* inter quas ponit etiam hanc interlocutoriam ſuper deſertione appellationis à diffinitiua, vti cognoſcitur *ex deciſ.*42.*de appell.in antiq.*quam allegat,quod plenius probat,*Scacc. de appell. q.* 19.*remed.* 1.
42 *conclus.*6.*n.*27. Demum ad materiam deſertionis appellationis,nẽpe quando & quibus modis inducatur,& euitetur *vide Lancell.de attent. p.*2. *c.*12.*in præfat.à n.*28.*vſq.ad n.*82.*& Scac.de appel.q.*14.*nu.*33.*cum multis ſeqq.*

Vt à ſententijs Syndicorum non appelletur.

Cap. CLXXVII.

A Sententiis latis per Iudices electos ad Syndicandum Senatorem,& Iudices, eiuſque Officiales, Conſeruatores, & alios Officiales quoſcumque, a nulla recipiatur appellatio; ſed vnica ſententia rem faciat iudicatam.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio à ſententijs ſyndicorum non permittitur ex ſtatuto,tam quo ad effectum ſuſpenſiuũ quam quoad deuolutiuum.Intellige vt n.*7.9. Et *an permittatur de iure communi? & n.*3.5.
2 *Probatio contra officialem debet eſſe liquidiſſima*
4 *Grauatus omnis appellare poteſt.*
6 *Iudex non præſumitur ferre ſententiam cõtra eos quibus ſingulariter affectus eſt,niſi iuſtam.*
8 *Statuta interpretationem paſſiuam recipiant à iure communi.*
10 *Syndicorum materia. quoad eorum ſententias,à quibus pertractetur.*

ANNOTATIONES.

A Nulla recipiatur appellatio) per hæc verba Senatori,aliiſq.iudicibus,& officialibus hoc *cap.nominatis*,omnis prohibetur appellatio,tam quoad effectum ſuſpenſiuũ,quam deuolutiuum iuxta ſuperiùs annot. per nos in *cap.*171 *littera C. verbo Nulla recipiatur appellatio*, Extat & alibi ſimile ſtatutum, nempe quod à ſententiis ſyndicatorum non poſſit appellari, vt de compluribus locis meminit *Pariſ.de Put. tract. de Syndic. verbo. An ſi ſtatuto num.*1. *inter tractat. vniuerſ.iur.tom.*7.*fol.* 243. & in Conſtitutionibus Marchiæ habetur prohibitio appellandi à Syndicatu aliquo *lib.*6. *cap.*2. vbi additio, verbo ſyndicatu rationem affert, quia ſcilicet
2 requiritur liquidiſſima probatio contra officialem *l.ſi quis C.de offic ciuil.Iud.Bald.in l.obſerua re §. proficiſci q.* 10.*num.*14 *ff.de offic.Proconſul.* & ideò præſumendum eſt pro ſententia,vt inquit *Ias.in Lenica C.vt omn.iudic.num.*12. Verum de iure communi multi ſentiunt Iudicibus, &

officialibus non esse prohibitam appellationem a sentẽtia syndicatorum innixi regula iuris quod
4 omnis grauatus appellat 2.*quæstion.6.cap. omnis oppressus l.& in maioribus & in minoribus*, C.*de appell.l.1.ff.eod.Paris de Put.d.tract.verb. Appellatio num.16.* qui subinde *num.18.* prædictam sequitur conclusionem, quam & communem & magis tutam asserit *vers.unde concludo*;
5 Contrariam autem sententiam magis communem esse saltem, quoad effectum suspensiuum, testatur *Farinac. quæstion.101. limit.19.nu.89 & 91.* quod tamen verum non apparet ex citatis Doct. qui plerique loquuntur vbi extant regiæ Constitutiones, vel pragmaticæ, vti præcipuè loquitur, *Marant. in suo Specul. par.6. act.2.princ. verbo*; *Et quandoque appellatur nu 301.Duen. regul.42.num.20. & Carer. in suo prax.crimin.verbo, Octauo casu nu.2. licet* 15 *n.*
1 simpliciter teneat etiam de iure communi appellari non posse a syndicatu, quinimmò verior etiam videtur opinio. *Paris. de Put.* & aliorum quos ipse citat, cum plane tollatur vnicum fundamentum, quo sententia contraria nititur, nempe ex *l.nulli C.quor.appell.non recip.* vbi verba hæc in principio leguntur, nulli officialium a sentẽtia proprij iudicis prouocatio tribuatur quoniam lex illa videtur intelligenda, quando non per syndicatores, sed per proprium iudicem nuntius notarius, vel assessor condemnãtur. non
6 enim præsumitur quod talis iudex ferat sententiam contra eos quibus singulariter affectus censetur, nisi iustam, iuxta sensum *Bart. in cad.l.vers. Secũdo in eo*, quod hic dicitur, idem sentire videtur *Castren. ibidem numero primo Paris. de Put. dicto tractato verbo appellatio sub numero* 16. ibi tamen ipse, & ante eos ita aperte exposuit, *glos. secunda quæstione 6. capitulo ei, qui §. nulli, verbo Officialium, omittimus alios intellectus aliorum ad eandem l.de quibus præcipuè videri potest apud Amod. Iustin.de Syndic num 236. sub vers. an autem à sententia lata inter tract. vniuers.iur.tom 7.fol.348.* Cæterum quidquid sit ex iuris communis dispositione in hoc articulo, certe ius nostrum municipale clarum est, nec vllam admittit disputationem, Quod tamen in hoc saltem declarandum videtur iuxta ipsum ius commune, nempe, vt procedat vbi iudi-
7 cium factum sit de commissis in officio per *text. cum ibi not. per glos. & alios in dicta l. nulli & per Paris & Amod. locis citatis*, nam notissima
8 est iuris regula, quod statuta interpretationem passiuam recipiunt à iure communi, vti tradunt Doct. communiter in *l.omnes populi ff.de iust.& iur.in l.si serui vestri C.de noxal.& in l. si vero. §. de viro ff.sol.matr.* quam veram & communem Doct. sententiam esse affirmat *Ioan. Andr. in regula ero possessore num.7.de regul.iur. in 6.* & passim, ac vbique iur. interpretes. Atq. huic
9 declarationi alterã pariter adiũgendã arbitrarer scilicet, vt retẽta alioqui dispositione nostri statuti, nõ possit cõtra iudices inquiri nisi de dolo, & barattaria, non autẽde iniquis sũtiis p imperitiã malè latis, ità eñ seruatur cõsuetudine & statutis Ciuitatũ, q̃ att estatur *Fran. Accurs. de Synd. vers. itẽ q̃ si est infirmata*, quẽ refert, notabile verbum hoc esse dicẽs, *Amod.d.tra. sub n.136. vers.* & *vide quos. Frãc. Accurs.* quos ãbos citat, & sequitur *Clar.q.73 n.3. vers. itẽ iudex*, ac nouissimè *Franc.* qui de generali cõsuetudine pariter testatur *q.19 remed.4.n.4. de appell.*
10 Denique ad materiã huius c. vid, eũdem *Seraf. d.remed.4.& q.17.dim.16.& plenius Mastril. de Magistr.lib.6.per tot.p.2.* atq. ẽt pauca quædã p nos superius apposita ad *cap.13.& seq.*

De appellatione, & reductione à sentẽtijs Arbitrorum, & Arbitratorum. Cap. CLXXVIII.

4 A Sententijs arbitrorũ *b* intra decẽ dies cappellare, *d* & de nullitate dicere liceat; & similiter à laudis Arbitratorũ intra eosdẽ decem dies liceat de nullitate dicere, & petere *e* reductionẽ ad arbitriũ boni viri. Quæ omnes causæ *f* intra tres menses terminẽtur; quibus elapsis prima sententia, arbitriũ siue laudũ firmũ remaneat.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrorum pronunciationes propriè dicuntur sententiæ & num.6.*
2 *Terminus ad appellandũ à sententijs Arbitrorum &c. præscriptus à Statuto, quare sit decẽ dierũ, cum generaliter ab eodem dati sint octo dies ad alias appellationes prosequendas.*
3 *Grauatus in vno debet in alio releuari.*
4 *Appellatio cõceditur à sententia Arbitri electi ex necessitate legis, vel Statuti. Contrarium in Arbitro electo ex partiũ voluntate. & n.7.*
5 *Arbitri Iudicibus aquiparantur.*
8 *Nullitas, si deducatur cum appellatione, potest de ea dici secus si deducatur per se directo, & sine appellatione.*
9 *Actiones personales durant spatio triginta ann.*
10 *Reductio ad arbitrium boni viri potest ex iure communi peti intra triginta annos.*
11 *Læsus ex arbitramento vltra dimidiam iusti pretij potest intentare remedium l.2. C.de rescind. vendit. Etiamsi laudum & arbitramentũ emologasset & approbasset. & n.12.*
13 *Compromissum ante illius acceptationem non est compromissum. nec Arbiter est arbiter.*

ANNOTATIONES.

AD hoc caput non ab re forsan fuerit, legere *cap.87. & cap. 100. cum annot.per nos vtrobiq. supra hoc eod.libr. habitis.*

A 1 Sententijs arbitrorum) pronũciationes enim arbitrorum propriè dicuntur sententiæ *tot.tit.ff.de arb.* vti supra annotauimus in *c.87.verb.à sententia*

B 2 Intra decem dies) cur nam statuentes hic non præscripserunt pariter dies octo ad appellandum, vt supra alias generaliter capitulo 168. cum & supra cap. 87. de executione sententiarum, idem statuant de sententijs arbitrorum, ac iudicium, forte id factum, vt saltem in eiusmodi appellationibus iuris communis dispositioni se conformarent iuxta *authen. hodie C.de appell.* quod & alioqui in dubio præsumitur *cap cum dilectus de consuet.l.1.C.de inoffic.dot.cum alijs vnig. supra sapius allegatis*, & quia quos ad compromissum necessario faciendum grauauerant, in hoc saltem releuarent, vt terminũ ad appellãdum haberent longiorem, quam alioqui per hæc statuta permissum fuerit, nam iuris æquitas statuere con-

consuevit, quod grauatus in vno, relevetur in alio *l. eum qui 30. in princ ff. de iureiur. l. iure succursum 7 ff. de iur. aut. l. secundum naturam 10. ff. de reg iur.*

C Appellare) & iure quidem, quoniam à sententia arbitri electi ex necessitate legis, vel statuti appellari potest, *c. ab arbitris de offic. deleg. in 6. l. arbitrio ff. qui satisd. cog. & vbique Doct.* Et ratio est, quia 5 isti arbitri iudicibus æquiparantur, & eorum 6 pronunciationes propriè sunt sententiæ *Marant. in suo Speculat. parte 6. action. 2. princip. numero 272. Scacc. de appellat. quæst. 17. limitation 13 numero 3. & 4.* vbi hanc veram, & communem opinionem esse tradit, quod & probatur ex alijs pluribus Doctor. ad id per eosdem *Marant & Scacc. recensitis*, licet aliàs regula sit, quod à 7 sententia arbitri ex partium voluntate electi nõ appelletur *l. diem proferre 32. §. fin. ff. de arbit. l. 1. C. eod. tit. not. Marant. num. 261. & Scac. nu. 1 locis proxime citatis.*

D De nullitate dicere liceat) scilicet, vbi nul- 8 litas deducatur cum appellatione, aliàs verò secus, si deducatur per se directo, & principaliter sine appellatione, nam cum pro huiusmodi remedio officium iudicis nobile competat, facultas tale officium implorandi, eatenus durabit, quatenus reliquæ actiones personales durãt 9 videlicet annis triginta *l. sicut*, & *l. omnes* C. *de præscript. trig. vel quadrag. ann glos. in l. querela* C. *ad l. Corn. de falsi. not. plenè Vant. de nullit. tit. quoties & intr. quod temp. de nullit. agi possit sub numero octauo & hoc de iure communi*, verũ ex iure nostro municipali de nullitate non potest agi, nec replicari post annuum à die sententiæ, vt infra capitulo 191. de causis nullitatum.

E Reductionem ad arbitrium boni viri) Et hæc reductio ex iure communi peti posset intra triginta annos 10 iuxta communem Doct. sententiam, nisi obstaret hoc ius nostrum municipale, quod vti ordinatorium iudicii in foro Capitolino, non autem in alijs foris necessario seruari debet iuxta tradita fusius *per Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 2. à num. 441 vsque ad 446.* inclusiue, quem solum hoc loco citasse sufficiat, quoniam plures alios ipse refert & doctè, solidèque probat, quod asserit, hic porrò vnum non omiserim pulcherimum dictum iudicio *Maran in suo Specul. p. 4. diffin. 14 num. 8.* 11 nempe quod, vbi quis ex arbitramento esset læsus vltra dimidiam iusti pretii, posset intentare remedium *l. 2. C. de rescind. vend.* etiam si laudũ 12 & arbitramentum emologasset, & approbasset, vt *per Dec. cons. 60. num. 4.* qui arguit à transactione ad compromissum, & notandum, quia quilibet prima facie responderet contrarium, vt inquit *Maran.*

F Intra tres menses terminentur) scilicet à die acceptati cõpromissi, nam ante non est cõpromissum, nec arbiter est arbiter iuxta *Bal. in l. sicũ dies 20. in prin. ff. de recep. arbit. n. 1. Alex. cons. 34. sub n. 4. lib. 1. Lanfran tract. de arbitr. p. 1 in princ. nu. 16. & seq. Hippol. Sing. 423. & 679. Gabr. concl. 2. de arbitr. num 1. & seqq.*

De appellatione a confessione debiti.

Cap. CLXXIX.

a

Confessione debiti, b seu de relaxatione, in vim obligationis in forma Cameræ, appellare nõ liceat, ad effectum impediendi executionem, sed tantum c ad effectum deuoluendi cognitionem ad Iudicem Appellationum: qua deuolutione non obstante, ad executionem dictæ confessionis procedatur; & nihilominus de dicta appellatione per Iudicem præfatum d intra legitima supra præstituta tempora cognoscatur.

SVMMARIVM.

1 *Confessio paratam habet executionem, ita vt ab ea non appelletur, quoad effectum suspensiuum, si facta sit mediante obligatione Camerali, & num. 2. Et habet vim rei iudicatæ, & num. 3. Et inducit notorium, num. 4.*

Amplia hæc omnia in confessione extraiudiciali geminata, & num. 9.

5 *Notorium non admittit appellationem.*

6 *Appellatio à confessione in criminalibus non conceditur, ex consuetudine per totum ferè Orbem seruata.*

7 *Confessio, vt ab ea appellari non possit, quoad effectum suspensiuum, &c. debet fieri in iudicio coram Iudice pro tribunali sedente, num. 8.*

Sed non requirit necessariò præsentiam partis & num. 11.

Idem in confessione extraiudiciali geminata, & num. 12.

10 *Confessio extraiudicialis geminata habet eãdem vim, & producit eandem effectum, ac confessio iudicialis.*

Non probatur autem per testes singulares, sed per contestes de loco, & tempore, & num 13.

14 *Dictio, Seu, poni solet inter Genus, & Speciem.*

15 *Obligatio in forma Cameræ continet confessionem debitoris: nec ab ea licet appellare, nisi quoad effectum deuolutiuum, &*

num. 17. 21.

Intellige, dummodo debitor non susceperit terminum ad soluendum, & num. 22.

16 *Confessio in antiqua formula obligationis Cameralis contenta, abrogata est per Constitutiones Pontificias.*

18 *Obligatio Cameralis quibus exceptionibus impediri possit, & num.* 19.

20 *Forma petendi executionem obligationis Cameralis.*

23 *Statutum de appellatione à confessione debiti, est ordinatoria Iudicij.*

ANNOTATIONES.

A Cõfessione debiti, &c. appellare non liceat) id verò iuri communi planè consonat, quod eñ confessio paratam habeat executionem ità vt ab ea non appelletur quoad effectum suspensiuum, probatur ex *l.* 25.*proindè §. notandum ff. ad l. Aquil. l. prima C. de confess. l. prima ff. de re iudic. l. si debitori vbi omnes ff. de iudic capitulo* 61. *cum speciali. §. porrò extra de appell. cap.* 3. *Romana. §. si autem de appell. in* 6. *Rot. diuers. decision.* 627

1

2 *in princ. par.* 1. vbi quod confessio habet executionem præsertim si facta sit mediante obligatione Camerali *Didac. Fraclic. quæstion. capitul.* 23. *sub numero* 5. *versic. secunda conclusio*, qui testatur ex cõmuni Doct. opinione id procedere tam in ciuilibus, quam in criminalibus, habet namque confessio vim rei iudicatæ, & ei

3 æquiparatur, vnde & paratam habet executionem, vt res iudicata *l. post rem iudicatam* 56. *ff. de re iudic. l. prima & tertia ff. de confess. l. certum. §. & si alia ff. eod. Bart. in eadem l. certum §. sed an & ipsos numero primo l. prima C. eod. titulo cap. cum super extra eod tit. Angel. in dict. l. certum §. confessi in fin. Cyn. in l. prima numero* 5. *C. de confess Graff. tract. de except. in prælud.*

4 *numero* 26. Item confessio inducit notorium *capitulo cum olim* 24. *de verb. signif. capitulo vestra de cohab. Cler. & mulier. Grammat. decis.* 31. *numero* 8. *& decision.* 36. *numero* 38. *Abb. consil.* 69. *numero* 1. *in fin. & sequen. volum.* 1. *Alex. consil* 76. *num.* 13. *volum.* 2. *Rom. consil.* 177. *numero* 8. Notorium verò non admittit appellatio

5 nem, sed iudex à quo procedere potest ad executionem sententiæ *arctio cap.* 61. *§. porro extra eod, & d. cap.* 3. *§. si autem eo. tit. in* 6 *Specul. tit. de appell. §. nunc dicamus sub num.* 8. *vers. item appellatione lib.* 2. *Franc. in cap. constitutus* 45. *sub num.* 18. *de appell Angel. Aret. in l. si cuius n.* 1 *ff. de appell. recip. vel non. Rol. cons.* 177. *sub nu.* 20. *& seq. lib.* 2. ex quibus iure compertum planè sit, à confessione non appellari, sed eam paratam habere executionem, saltem in ciuilibus quidquid sit in criminalibus, in quibus aliqui contrarium tenuerunt, vt *per Mancin. tractat.*

6 *de confes. capit.* 3 *art.* 1. *numero.* 3. Verum inutilis hodie redderetur eiusmodi disputatio quandoquidem, vel iure municipali, vel consuetudine per totum ferè orbem seruari constat, vt in causis criminalibus a confessione non detur appellatio, vti testatur *Scacc. de appell. q.* 17. *lim.* 48 *in princ. post Didac. d. cap.* 23. *sub numer.* 5. *vers.*

7 *usus tamen forensis.* Porrò confessio ad effectum prædictum debet esse iudicialis, nempe facta coram iudice, vt apparet ex *Cyn. Angel. & alijs*, ad materiam istam confessionis supra citatis, vt verò confessio dicatur iudicialis, seù facta in iudicio, necesse est eam fieri coram iudice sedente

8 pro tribunali, *Abb. in cap. at si clerici numer.* 6. *vbi & Butr. num.* 7. *de iudic. Alex. cons.* 30. *nu.* 2. *lib.* 7. *Rom. cons.* 8. *num.* 2. *& cons.* 257. *nu.* 2. *prob. tex. cum glos. in l.* 1. *in princ. C. de confess. Marant.* qui hanc asserit esse magis communem Doctor. opin. in suo *Specul. par* 6. *act.* 5. *num.* 30. vbi tamen plena causæ cognitio requiritur, *Masear d.* qui de hac communem opin etiam contestatur, *conclus* 344. *num* 7. *& conclus* 448. *num.* 24. *Boer decis.* 90. *num.* 8. *Corset. in suis singul. verbo confessio Mancin. tract. de confess. d. cap.* 3. *numer.* 4. *Graff. de except.* 14. *except. num.* 4. Cæterum quæ

9 de iudiciali confessione dicta sunt, locum pariter sibi vendicabunt in confessione extraiudicia li geminata, hæc enim eamdem habet vim, &

10 eumdem producit effectum, atque confessio iudicialis *Bart. in l. cum scimus num.* 7. *C. de Agri. & cens. lib.* 11. *& ibi Alexa. in addit. ad eumdem Bart. littera H. verbo* Confessio *bis emanata Rom consil* 290. *num.* 7. *Marant. in suo Specul. part.* 6. *act.* 5. *num.* 15. *Everar. in suis locis argum. loco à vi geminationis numero* 2. *Afflict. decis.* 337. *nu.* 5. *Branor. à sol in suis propositi. iur. verbo* Confessio *geminata extraiudicialis probat Graff. de except.* 14. *num.* 9. *cum seqq.* vbi innumeros ferè congerit Doct. ità sentientes, & proindè etiam subiicit quamplures effectus geminatæ confessionis extra iudicium.

11 Nec verò partis præsentia necessario requiritur in confessione iudiciali, vt ipsa confessio probet iuxta communem Doctor. sententiam *Gabriel. conclus.* 1. *nu.* 8. *de confess. Bart. in l. certum §. si quis absente num.* 4. *ff. de confess. Felin. in cap.* 1. *num.* 5. *vers. an autem hæc confessio de iurisd. vbi de communi Graff. d. tract. except.* 14. *numero* 82. *Mascard. de probat. conclus.* 348. *& ad regulam d. l. certum §. si quis absente. respondent. Bart. Fel. & alij communiter*, quod non procedat in confessione iudiciali, pariter nec est necessaria præsentia partis in confessione extraiu-

12 diciali geminata, vt asserunt complures Doct relati à *Gab. concl.* 1. *de confess. lim.* 12 *num.* 60. quibus accesserunt postea *Decian. cons.* 62. *n.* 55. *lib.* 3. *Magon dec. Lucen.* 46. *n.* 9. *Mancin. d. tract. de confes. c.* 2. *art.* 2. *sub n.* 14. Eiusmodi autem confessio extraiudicialis non probatur per testes singulares, sed per contestes de loco, & tempore iuxta veriorem opinionem, quam tuetur, & optimè comprobat *Gabr. cons.* 40. *à n.* 13. *vsq. ad* 41 *lib.* 2. *Gratian. disceptat forens. tom. primo capitulo* 144. *numero* 51. *& pluribus sequentib.* quamquidem opinionem sæpius probauit, & firmauit, *Sacr.* Rot. auctoritas, præcipuè coram *Robustorio in Rom. Cõputorij* 22. *Martij* 1568. cuius

verba

verba refert *Manc. qui & de Sacr. Rot. ſententia teſtatur tract. de confeſſ. c. 2. ſub num. 62. & ſeq. & in Romana Pecuniaria coram Penia 3. Martij 1595 prout idem contestantur Gabr. d. concl. n. 18 & Gratian. d. cap. num. 54.*

B Seu mandati relaxati in vim obligationis in forma Cameræ) nam & in hac obligatione haberur confeſſio debitoris, ſtatuentes verò poſt generalem expreſsionem confeſſionis debiti, ſpecificam addiderunt mentionem de iſta confeſſione, vtpote frequentiori ad *tex. in l. nam ad ea 5. ff. de legi.* nec quidem nouum eſt, vt dictio, ſeu, ponatur inter genus, & ſpeciem iuxta *tex. cum ibi not. per Bar. in l. peaiculis 34. §. argento numero 1. ff. de aur. & argent. leg. Curt. Iun. conſ. 5. num. 4.* Quod autem in ipſa obligatione Camerali fiat confeſsio per eum qui ita ſe obligat expreſsè dicitur in *deciſ. 627. numero 1. par. 1. diuerſ. Gabriel. conſ. 67. num. 8. part. 1. Ruginell. tractat. de appellat. § 2. cap. 3. num. 98.* licet ab Aula receſſerit vſus antiquæ formulæ huius obligationis conſtituendi procuratores ad confitendum, vt per *Scace de appellat quæſt. 17. limit. 9. num. 5. & per Zach. ad Galleſ. de obligat. Camer. q 2. num. 3. & 14.* quinimo Pontifi cum ſanctionibus antiqua illa forma in ea parte abrogetur, vt legitur *in Bulla. 113. Pij Quinti §. 3. verſ quinimò in Bullar. nono. par. 2.* & in altera *Pauli Quinti de reform. Tribun. Vrb. 71. aliàs 44. §. 4. num. 1.* vbi de Auditore Cameræ, & eius Tribunali *eodem Bullar. par. 3.* Quidquid autem ſit de confeſſione debitoris obligati in forma Cameræ, illud plane certum eſt, quod ex alijs rationibus, de quibus per *Scace. & Zach* locis proximè citatis, habet Cameralis obligatio paratam executionem, itaut ab ea non liceat appellare, niſi quoad effectuum deuolutiuum, vti omnibus plane conſtat; quibus autem exceptionibus Cameralis obligationis executio impediatur pleniſſimè explicat *Galleſ. & Zach. ad formul. eiuſdem obligationis Scace. dicta quæſt. 17. per tot. ferè limit. 9.* & iure quidem impediri poſſe videtur per exceptiones, quę admittuntur etiam vbi ſtatutum aliquod exceptiones omnes generales excludit, quas ad quadraginta tres doctè, & laboriosè congeſsit *Carol. de Graff. tract. ſuo ſæpius citato*, ideo ſuperuacaneum cenſemus, vt nos iſta proſequamur; Circumſcripta verò confeſſione illa, de qua in antiqua formula obligationis Cameralis, nec amplius vſu ſeruanda, planè retinenda, erit forma tradita per *Luc. Pat.* ad petendam executionem eiuſdem obligationis, quā quidem formam ipſe tradit *lib. 3. ſuæ praxis cap. 4. num. 4. verſ.* Forma huius executionis petendæ talis erit, atque legitimè productis, vel repetitis iuribus citari poterit reus ad ſoluendum iuxta formam ſuæ obligationis, & aliàs, prout in praxi iam omnibus ſatis nota in Romana Curia.

C Ad effectum deuoluendi cognitionem) quod vtique ex iure communi deducitur, vt eiuſdem iur. interpretes tradiderunt, præcipuè *Lancellott. de attent. parte ſecunda cap. 12. de attent. appell. pendent. limitat. 53. num. 70. in fin. Galleſ. ad form. obligat. Cumer. q. 37. numero 8. Zach. ad eam d. quæſtion. num. 46. Ruginell. de appellat. §. 2. cap. 3. numer. 127. & 130. Teſſaur. deciſ. Pedemont. 26. num. 11. Scace. de appell. quæſt. 17. limitat. 9. num. 4.* qua de re nos etiam egimus ſupra ad capitulo 171. litt. D. *verb. à ſententijs vero*; Verum illud quod dictum eſt de appellatione admittenda ad effectum deuolutiuum, non procedit, vbi debitor confitendo debitum ſuſcepit terminum, ad ſoluendum, tunc enim denegatur appellatio etiam quoad effectum deuolutiuum *Scace. d. lim. num 59. verſ. reſtringe nunc Zach ad Galleſ. d. q. 37. num 48.* quod quidem ſingulari animaduerſione dignum eſt pro debitoribus obligatis in forma Cameræ volentibus ius ſuum poſt peratam executionem, in principali negotio proſequi, præter caſus alios, in quibus pariter eiuſmodi appellatio non permittitur, qui nimirum habentur penes eoſdem *Scace. & Zach. locis citatis*. Demum quod de huius ſtatuti validitate minimè dubitari poſſit, ſicut nec de validitate ſimilium aliorum paratam executionem decernentium inſtrumentis, plenè probat *Scace. de iud. lib. 1. cap. 72. num. 14.* vbi de communi opin. quodque idem ſtatutum reſpiciat ordinatoria iudicij, & ideo liget etiam exteros, complurium aliorum auctoritate comprobat idem *Scace. d. q. 17. limit 9. n. 9.* ad quem in vtroque caſu lectorem meritò remittimus, quia ille prædicta doctè & copioſè pertractat.

D Intra legitima ſupra præſtituta tempora cognoſcatur) nempe iuxta cap. 81 ſup. de inſtantijs, & fatalibus.

Ne in vna eademque cauſa ſecundo liceat prouocare.

Cap. CLXXX.

A Sententia lata per Iudicem de appellatione, ſeu de reductione ad arbitrium boni viri cognoſcẽtem *b* nullus audiatur appellans, *c* niſi quatenus ea ſententia eſſet infirmatoria primæ ſententiæ diffinitiuæ, ſeu vim diffinitiuę habentis. quo caſu, *d* & ab ea parte infirmationis tantum, appellari poſſit *e* ad Senatorem, qui ſi non ipſe, aut illius Officiales fuerint, qui primam ſententiam tulerint, de cauſa ſicut Iudex appellationum cognoſcat. Si verò idem Senator, aut illius Iudices de cauſa cognouiſſent, Conſultor, vt infra dicetur, eligatur, cuius conſilio cauſa terminetur. Declarantes

tes quòd omninò in nulla causa, seu casu, secundo liceat prouocare; sed duæ conformes sententiæ habeant vim trium, & rem faciant iudicatam: Quod Statutum in omnibus Curijs inter Ciues incolas, & districtuales Vrbis seruari volumus; & aliàs processus contra præsentem Constitutionem factus sit ipso iure, & perpetuo nullus

SVMMARIVM.

1 *Lex, siue Statutum probibens bis, vel tertio appellare, intelligitur in eadem lite super iisdem articulis: secus autem in articulis diuersis. & num. 2. 3.*
Et vbi vltima sententia non contineat in se nouum grauamen. & nu. 24.
4 *Sententiæ duæ conformes faciunt ex Statuto rem iudicatam.*
Quod procedit etiam in Clem. vt calumnijs de re iudicata & nu. 5.
Contrarium, nu. 6.
7 *Appellans bis an possit etiam supplicare & nu. 8. 9.*
Et an possit recusare Iudicem? & nu. 15.
10 *Statutum si tolleret prorsus appellationem, nõ intelligeretur tollere supplicationem, siue recursum, aut querelam.*
11 *Recursus remedium in quibus Tribunalibus concedatur in Vrbe.*
12 *Statutũ disponens ne liceat bis appellare, an habeat locum in sententia Iudicis de reductione ad arbitrium boni viri? & num. 13.*
14 *Recusatio Iudicis non habetur pro appellatione.*
15 *Secunda sententia si non confirmat, sed infirmat primam, tum licet appellare.*
16 *Dictio quatenus, stat limitatiuè ad clausulam Statuti, cui apponitur.*
17 *Sententia plures partes continens, potest in parte, seu partibus confirmari, & in altera, vel alijs infirmari: & si sint tres sententiæ, executionem habent paratam pro partibus conformibus. & nu. 19.*
Et idem de duabus sententijs, ex Statuto. num. 21.
Intellige, vt nu. 23.
18 *Quot sunt capita, tot sunt sententiæ.*
20 *Ratio vbi est eadem disponendi, ibi debet esse idem ius.*
21 *Ius idem est de toto ad totum, quod de toto ad partem.*
25 *Appellans non debet remitti inuitus ad Iudicem, qui contra eum definitiuè pronunciauit in eadem causa.*
Ampliat vt nu. 27.
26 *Suspicionis causa præsumitur contra Iudicem, à quo est prouocatum.*
28 *Suspectus in iudicando non est suspectus in delegando.*
29 *Statutũ vetans bis appellare ligat etiam personas Ecclesiasticas, &c.*
Sed tamen inter Ciues, & Incolas, ac Districtuales Vrbis. & num. 30.
Et est correctorium Iuris communis. & num. 36.
31 *Statuta minuentia appellationes respiciunt ordinatoria iudicij, non autem decisoria.*
Intellige, vt nu. 32.
33 *Statutum probibens bis prouocare, an procedat etiam in sententijs interlocutorijs? & nu. 39. 40. 45. 49. 53.*
34 *Sententiæ nomine, in dubio intelligitur diffinitiua; & præsertim in statutis. & nu. 35.*
Declara, vt vbi est eadem, vel maior ratio in interlocutoria, quæ in deffinitiua, tunc nomine sententiæ veniat pariter interlocutoria. & nu. 41.
37 *Iura, quæ probibent appellationem, sunt strictissimè interpretanda.*
37 *Clausula appellatione remota, in rescriptis apposita restringitur ad appellationem à diffinitiua, & excludit appellationem ab interlocutoria.*
42 *Sententiæ nomine venit tàm diffinitiua, quàm interlocutoria, vbi non insurgat absurditas.*
43 *Statutum cur probibeat secundo appellare?*
44 *Legis ex ratione, licet tacita, argui potest tanquam ex causa finali.*
46 *Appellatio regulariter probibetur ab interlocutorijs, & permittitur dumtaxat in definitiuis, ex iure ciuili.*
47 *Argumentum à minori ad maius est concludens.*
48 *Statuta Vrbis iuri ciuili inhærere profitentur, vbi ipsa aliter non disponant.*
50 *Statutum Vrbis probibens dicere de nullitate post annum, intelligitur de omni sententia, tàm deffinitiua, quàm interlocutoria.*
51 *Absurda, seu inconuenientia in interpretatione cuiusuis dispositionis euitanda sunt.*
52 *Statutũ probibens secundò appellare, fauorem publicum respicit: & intelligi debet de sententijs validis, & iustis. & nu. 54.*
55 *Appellatio vbi remouetur, non tamen censetur inhibita, quando quis manifestè grauatur.*
56 *Executio rei iudicatæ petita, seu cœpta, non retardatur per restitutionem in integrum postea petitam.*
57 *Restitutio in integrum petita post executionem rei iudicatæ censetur calumniosè petita.*
58 *Decretum irritans, seu annullatiuum dat*

58 De-

formam actui: quæ non seruata actus est nullus ipso iure. & nu. 60.

Et adiectũ simpliciter constitutioni destruit quicquid in contrarium est factum. & num. 59.

Et habet tacitam conditionem, videlicet, si is cuius fauorem respicit, ei uti voluerit. & num. 63.

61 *Statutum prohibens secundo appellare an habeat locum, licet secundo appellatus non petat illud seruari? & nu. 71.*

62 *Renunciare quilibet potest fauori suo propter priuatã utilitatẽ principaliter inducto licet etiam respiciat commodum publicum.*

64 *Statutum mandans aliquid fieri ad fauorẽ alicuius, intelligitur, si ille petat. Etiamsi verba statuti sint necessitatiua, & precisa, & habeant clausulam ipso iure, & decretum annullatiuum. & nu. 65.*

66 *Clausula ipso iure, requirit petitionem partis, cuius fauorem respicit. & nu. 77. 78.*

Est eadem cum clausula ipso facto, & significat sine ministerio Iudicis, & habetur pro canone late sententia. & nu. 75.

Requiritur tamen hac clausula non obstante declaratoria Iudicis, præsertim in materia pœnali. & nu. 76.

67 *Inhibitio secundæ appellationis priuatorum utilitatem principaliter spectat.*

68 *Fiscus abundabit vtens subiectis locupletibus.*

69 *Prorogatio litium dispendiosa est.*

70 *Laborare nemo præsumitur contra propria commoda, & sibi velle damnum afferre.*

72 *Iuramento calumniæ potest tacitè renunciari.*

73 *Iuramentum calumniæ inductum est non pro commodo priuatorum, sed pro communi utilitate.*

74 *Constitutioni pro communi utilitate principaliter edita renunciari non potest expresse à partibus: tacitè verò remitti potest per partes eiusmodi Constitutionis dispositio.*

79 *Dictio perpetuo, multifariè accipitur secundum subiectam materiam. Et in casu prohibitionis facta à statuto, significat quòd nullitas semper duret.*

ANNOTATIONES.

A MVtuatum est ius nostrum municipale) prædicta verba à iure communi *lib. 7. Codicis Iustiniani tit. 70. mutato tantũ verbo Tertio in verbum, Secundo.*

B Nullus audiatur appellans) intelli-
1 ge in eadem littera super ijsdem Capitulis, ità enim
2 declarat Imperator, vbi prohibet tertio prouocare, nempe in *l. vnic. C. eod tit.* & plenius explicat ibidem addit. quæ expresse habet, quod iura dicentia non licere tertio appellare, procedunt quando quis vult tertio prouocare super eodem articulo, secus autem in articulis diuersis, vnde si quis millies grauatur in causa super diuersis articulis, millies vtique potest appellare; intellige amplius in eadem persona, quia ex quo quis appellauit bis, & succubuit, est præsumptio contra eum, qui ideo non auditur tertio appellans, sed alteri parti bene licet aliàs duas appellationes interponere, sicque erunt quatuor appellationes ita *Abb. in cap. directa 39. in fin. de appellat.* quem refert eadem addit. *Cyn. in dicta*
3 *l. vnic. numero 2.* atque ita intelligi debet statutum prohibens secundo prouocare *Soein cons. 34. num. 16. lib 4. Surd. cons. 162 num. 2. & 3. lib. 2.* Quod autem iure communi de tribus sententiis conformibus sancitum est, idem seruari
4 debet in duabus, quæ ex iure municipali rem faciunt iudicatam iuxta tradita per *Paris. cons. 109. nu. 15. Castren. cons. 163.* proponitur in facto sub *num. 1. vers. tunc enim sicut de iure communi, Surd. cons. 102. nu. 15. & seq. vol 1. Conar. pract. quæst. cap. 15. sub num. 7. vers. decimoquarto prædicta Clemen.* Vnde auctores isti grauissimi præter alios ab eisdem citatos asseuerant, quod *Clemen vt calumniis de re iudic.* disponens tres sententias conformes exequendas esse non attenta obiectione nullitatis, procedat pariter in duabus conformibus, quæ ex alicuius statuti præscripto pro tribus habeantur ad constituendam rem iu-
6 dicatam, contrarium tamen in hoc puncto tenuit *Gabriel. cons. 49. nu. 7. lib. 1.* Sed ad rem nostram confert etiam iuris regula, quod statuta passiuam interpretationem recipiunt & declarantur à iure communi, vt communiter affirmant iuris interpretes *in l. omnes populi ff. de iust. & iur. l. 2. C. de noxal. l. vt gradatim §. sed & si lege ff. de muner. & honor. Natt. cons. 172. nu. 2.* qui pulchra
7 etiam exempla ad hoc ipsum affert; Amplius ex eadem *l. vnic.* deducitur, quod qui bis appellauerit, nec possit etiam supplicare, idque adnotarunt ibidem *Bart. n. 1. Fulgos. n. 2.* qui tamẽ ge-
8 neraliter declarat, quod vbi à iure denegatur appellatio, non priuilegio iudicis, sed ex negotii qualitate, tum denegatur supplicatio, secus, si priuilegio iudicis, tum enim supplicari potest & hanc distinctionem approbat *gloss. in l. 1. ff. de offic. Præfect. Prætor. verbo non possit Natt. cons. 172. numero 11. Facit tex. & ibi gloss. in l. fin. C. vt lit. pendent.* quodque sicut non auditur quis appellans post binam appellationem à se interpositam, *vt dicta l. vnic. C. ne lic. tert. prouoc.* ita non audiatur supplicans tenẽt Doctores communiter sequuti *gloss. in dicta l. fin. vti testatur Marsil. sing. 647. & Dec. cons. 533*
9 *num. 1. & 2.* Vnde, quod iure communi cautum reperitur, quoad denegationem supplicationis post duas appellationes idem dicendum est in casu statuti nostri post vnam appellationem, nam vt proximè demonstrauimus, quod de tribus sententiis conformibus iure communi decretum

est

est, idem censetur de duabus, quæ ex iure municipali transeunt in iudicatum; Veruntamen vbi
10 statutum prorsus tolleret appellationem, non intelligeretur tollere supplicationem siue recursum, aut querelam, vt pote, quid diuersum ab appellatione, vti probat *Dec.* qui & hanc opinionem communem esse asserit *consil.* 33. *num.* 1. & 2. *tenuit Marsil. dicto singul.* 647. *in prin. Brunor. à Sol. in suis propositi. iur. verbo Statutum p. obi; bens appellationem*, Sed ad hoc remedium supplicationis, seu recursus vide plenius *Scace. de appell. quæst.* 16 *remed.* 3. & illud præcipuè sciendũ
11 est, quod in Curia Romana nõ est locus recursui, nisi in Tribunalibus Gubernatoris Vrbis & Vicarii Papę pro modicis tamen summis, & aliàs vt per *Scace. dicto remed. num.* 14. 16. & 17. Porrò,
12 quod statutum nostrum disponit ne liceat secundo prouocare à sententia lata per Iudicem appellationis idem pariter disponit in sententia Iudicis de reductione ad arbitrium boni viri cognoscentis, vt legitur in primis verbis eiusdem statuti,
13 atq; ita intelligi debet statutum, nẽ pe vbi per primum arbitrum lata sit sententia, & per alterum qui de reductione ad arbitrium boni viri cognouerit, eadem sententia confirmata sit, vt in simili casu declarauit *Castren. cons.* 143. *sub num.* 2. *tom.* 2. *vers. sed in contrarium est veritas, & sub num.* 3. ibi nam debet intelligi, quando sententia reducentis concordat cum sententia primi proferentis.

Demum ex *eadem l. vnic.* C. *ne lic. tert. prouoc.* alia sumitur declaratio ad statutum nostrum, scicet quod Iudicis recusatio non habetur pro appellatione, vnde sicut vbi tertio non liceat prouocare, permittitur nihilominus recusare Iudicem ante litem contestatam, quod ibi *glos. verbo Inuocare Azo. in sum. C. tod. tit. in fin. Bartol. & Bald. ibidem in princ.* ita pariter dicendum est in casu statuti nostri disponẽtis, ne *lic. secun. prouoc.* arguendo vt supra in principio huiusce not.

C Nisi quatenus sententia esset infirmatoria primæ sententiæ &c.) vbi enim secunda
15 sententia non confirmet, sed infirmet primam, tum licet appellare declarando vt supra in proximo præcedenti *not. ex addit. ad glos. in dicta l. vnic. ex Abb. Cyn. Socin. Surd. & Castrens. citatis*, & dictio illa quatenùs fiat limitatiuè ad clausulam statuti cui apponitur, vt in terminis alterius statuti similis dixit *Dec. cons.* 385 *num.* 2. *ex l.* 49. *Si quis credideris, vbi glos. ff. de pact. l. Stichum qui meus erit* 6. *ff. de leg.* 1. *& c. placet.* 12. *de conuers. coniug.*

D Et ab ea parte infirmationis tantum &c.) nam vbi plures sunt partes, siue
17 Capita sententiæ distincta, tum potest ipsa sententia in parte, seu partibus confirmari & in altera, vel aliis infirmari, siquidem
18 quod sunt capita, tot sunt sententiæ *l. quædam mulier ff. fam. ercisc. in. l. fin. ff. de mur. patron. Bart. in l.* 1. *num.* 1. & 7. *C. si aduers. rem iudic. Rot. diu. decis.* 33. *n.* 9. *par.* 2. & pro parte aut par
19 tibus conformibus, si trés sint sententiæ de iure communi executionem habere debent *Aym. cõs.* 283. *num.* 2. & 3. *Conar. pract. quæst. cap.* 25. *sub num.* 6. *vers. ego vero*, vbi omnes in hoc asserit sibi videri conuenire, quam opinionem sequitur etiam Rot. vt asserit in *decis.* 241. *num.* 4. *par.* 1.
20 *diuers.* nam eadem videtur ratio disponendi ergo & idem ius *l. illud. ff. ad l. Aquiliam cum simil.*
21 & idem iuris est de toto qno ad totum, quod de parte quo ad partem *l. qua de tota ff. de rei vend.* quas iuris regulas ad rem nostram asserunt *Aym. cons.* 183. *num.* 3. *Surd cons.* 102. *num.* 14. Et idem
22 pariter de duabus sententiis ex iure municipali constituentibus rem iudicatam tradit *Castren. cons.* 163. *sub num.* 2. *vers. & quod dictum statuti Dec. cons.* 385. *num.* 1. *Curt. iun. cons.* 30. *num.* 1. *Gabriel. cons.* 56. *num.* 6. *lib.* 1. *Surd. dicto cons.* 102. *nu.* 15 *& seq. lib.* 1. quibus suffragatur *Pars. cons.* 109. *num.* 13. *vol.* 4. *Rot. decis.* 427. *in impressis Reuerendiss. D. mei Coccini Decani.*

23 Verum ad prædicta non videtur hæc declaratio pretermittenda, nempe quod vbi in vno capite sententiæ plures sunt summæ, & diuisibiles, nihilominus caput ipsum censetur indiuiduum, & ideo non potest pro aliqua summa confirmari. & pro alia infirmari iuxta receptissimam DD. opin. de qua testatur *Gabriel cons.* 56. *num.* 9. *vol.* 1. *vbi & multos citat.* Demum subiicimus, quod sicut
24 *dicta l. vnica* C. *ne lic. tertio prouoc.* non habet locum, vbi tertia sententia contineat nouum grauamen, ab hoc enim potest appellari tanquam noua sententia *Angel. ibidem num.* 2. *Aym. cons.* 183. *num.* 4. *Castrens. dicto cons.* 163. *sub num.* 2. *in fin. Conar. dicto cap.* 25. *pract. quæst. numero* 6. *Surd. dicto cons.* 102. *nu.* 14. sic statutum nostrum prohibens secũdo prouocare, nõ procedit vbi secunda sentẽtia nouũ afferat grauamen iuxta proxime per nos dicta vers. & idem pariter de duabus sententiis, & superius circa principium huiusce annot.

E Ad Senatorem qui si non ipse &c.)
25 iusta sanè prouisio, quia non debet appellans remitti inuitus ad Iudicẽ qui contra eũ diffinitiuè
26 pronunciauit in eadem causa, vrget enim suspicio contra Iudicem, à quo est prouocatum *l. eos 6. in princip.* C. *de appell. not. Franc. in cap.* 6. *ad*
27 *Soc. num.* 7. *de appell.* quinimò si Iudex à quo succedat in locum Iudicis ad quem, exempli gratia, si ex Episcopo fiat Archiepiscopus, sicque Iudex appellationis, debebit eamdem causam alteri delegare *Franc ibidem Scace de appell. q* 2. *num.* 25. *& q* 8. *num.* 86. *vers. concludas igitur*, habet tamen hæc ampliatio contradictores, vt apud eumdem *Scace. sub dicto numero* 86. videri potest, ac opin. *Franc. & Scace* videtur magis congruere rationi & æquitati; Sed amplius idem disponitur, si Iudices, seu Officiales Senatoris de causa cognouerint, quia nimirum ex præsumpta affectione Senatoris erga eos ob familiaritatem, & consortium munerum obeundorum potissimum prouenente iuxta responsum Imperatoris in *l. cum allegas* C. *de Castrens peculi. lib.* 12. non videtur abesse etiam aliqua suspicio in illo à Cessat autem suspicio in electione Consultoris, de qua hoc statuto decernitur in casibus prædictis, sicuti videmus, quod eadem ratione suspectus, in iudicando, non est suspectus in delegando *Bald. in authen. clericos num.* 5. *C. de Epis. audien. Castren. & Dec. in l. prator. ff. de iudic. omn. iudic.*

iudic. quos citat, & ſe equitur *Menoch. de arbitr. iud. caſ.* 455. *num.* 19.

E Conſultor) vt infra dicetur, nempe cap. 182. 187.

G Omnino in nulla cauſa, ſeu caſu) prohibitio, ne ſecundo prouocetur, de qua in hoc
29 ſtatuto, ligat etiam perſonas Eccleſiaſticas, Cõmunitates, Monaſteria, & Collegia, vtpote Ciues fictos *Rot. deciſ.* 380. *diuerſ. p.* 1. *in recentior.* atque ſeruatur in omnibus Curijs & etiam in Ro
30 ta, ſed tamen inter Ciues & incolas, ac Diſtrictuales Vrbis *Rota deciſ.* 647. *num.* 1. & 662. *nu.* 2. *par.* 1. *diuer. in recentior & deciſ* 417. *n.* 1. & 2. *in impreſſis Reuerendiſſimi Domini mei Coccini Decani*; ita enim expreſsè præcipit ſtatutum noſtrum Papale, quidquid ſit de articulo, an hoc ſtatutum reſpiciat ordinatoria, an verò deciſoria iudicij, vt habetur in *dicta deciſ.* 427. *num.* 1 in
31 quo tamen articulo Rota antea generaliter declaranerat, ſtatuta minuentia appellationes reſpicere ordinatoria iudicij, non autem deciſoria, vt in *dicta deciſ.* 452. *num.* 6. id autem videtur intelligendum non adeo ſimpliciter, ſed cum diſtin-
32 ctione ipſius *Rot. apud Put. deciſ.* 416. *num.* 1. & 469. *lib.* 2. *ſecundum nouam impreſſionem* nempè, quod vbi ſtatutum prohibet appellationem à diffinitiua, dici debet deciſorium, quia tollit ius, ſicque finem liti, ac negotio principali imponit; ſecus autem in ſententijs interlocutorijs, & vbi ex forma prohibitionis appellationis, non ſequatur finis litis, hoc enim caſu ſtatutum cẽſendum erit ordinatorium, ita etiam ſenſit *Franc. in cap. ſi duobus* 7. *§. denique num.* 4. & *in c. vt debitus.* 59. *num.* 18. *de appell.* Contard. *ad l. vnic. C. ſi de moment. poſſeſſ. limit.* 4. *num.* 7. & 8 & *Scacc. de appel. q.* 18. *num.* 11. ex quo planè ſequitur, quod ſtatutum noſtrum videatur eſſe deciſorium, quatenus prohibet ſecundam appellationem à ſententia diffinitiua.

33 An verò ſtatutum procedat etiam in ſententijs interlocutorijs, dubitari quidem poteſt, & pro negatiua opinione in primis affertur hæc con-
34 cluſio, quod ſententię nomine in dubio intelligitur diffinitiua *l. quod iuſſit* 14. & *ibi gloſſ. fin. ff. de re iud. l. ante ſententia tempus iuncta gloſſ. C. quor. appell. non recip.* latè probat Cyn. *ibidem gloſſ. in cap. ſum olim.* 34 *verbo Receptura de teſti.* & *in l.* 1. *§. biduum ff. quan. appell. ſit Franc. in cap. cum appellationibus* 5. *§. ſi verò num.* 3. *de appell. in* 6. *Gemin eodem num.* 3. *Mil. in ſuo repert. verbo Sententia appellationis Alex. conſ.* 50. *nu.* 2. *volum.* 2. conſequenter ſtatutum noſtrum cum prohibet appellationem à ſententia lata per Iudicem de appellatione, intelligi debet de diffinitiua, non autem de interlocutoria; Validius autem redditur prædictum argumentum, quia in
35 ſtatutis potiſsimum hæc fit interpretatio, vt nomine ſententiæ veniat diffinitiua non autem interlocutoria *Prepoſ. in cap. paſtoralis* 53. *in princip. num.* 26. *de Appell. Alex. dicto conſ.* 50. *ſub nu.* 2. *Rip. in rubr. de ſenten. & re iudic n.* 4. & *ſeq. Dec. in l. final. num.* 20. *C. de pact. Fel. in c. cauſam qua num.* 27 *verſ. ſed ſi ſtatutum de reſcript.* & eo quidem magis hoc dicendum eſt in
36 caſu ſtatuti noſtri, quod nimirum dum ſecundam prohibet appellationem eſt correctorium iuris communis *l. vnic. C. non lic. in vna cad. cauſ. tert. prouoc.* atque etiam eſt odioſum, vnde ſtrictè debet interpretari, ita vt lædat, aut corrigat ius commune, quanto minus fieri poteſt, vt idcircò de ſimili ſtatuto tradit *Alex. dicto conſ.* 50. *ſub nu.* 2. *Socin. conſ.* 19. *num.* 6. *vol.* 4. *Dec. conſ.* 49. *nu.* 1. & *in l. ſi quis in conſcribendo num.* 37. *C. de paſt. Aym. conſ.* 183. *num.* 4. *Surd. conſ.* 163. *num.* 25.
37 *volum.* 2. qui in fine ſubijcit, quod ſtrictiſsimè interpretantur iura, quæ prohibent appellatio-
38 nem; Hinc eſt etiam, quod clauſula, appellatione remota, in reſcriptis appoſita reſtringitur ad appellationem à diffinitiua, & excludit appellationem ab interlocutoria *Menoch. adipiſcen. poſſeſſ. remed.* 4 *nu.* 810. & *ſeqq. Lanfranc.* poſt alios ab ipſo citatos *deciſ.* 463. *Rot. diuerſ. deciſ.* 100. *num.* 11. *par.* 1.

39 Demum quod vbi ſtatutum in prohibitione appellationis vtitur verbo ſententia, verbi gratia diſponendo, quod à ſententia Poteſtatis, ſiue alterius Officialis appellari non poſſit, intelligatur de diffinitiua tantum, docet *Abb. in cap. paſtoralis* 53. *num.* 6 *de appell.* quem ſequitur ibidem *Dec. num.* 30. *verſ. ſed conſiderandum eſt*, *Felin. in cap. cauſam quæ* 18. *num.* 27. *verſ. ſed ſi ſtatutum diceret de reſcrip.* & *alij citati in addit. ad cumd. Felin. ibidem litera A. verbo Et diffinitiua Franc. in cap.* 70 *interpoſita §. ille denique num.* 7. *verſ. quod ſi ſtatutum vtitur verbo ſententia de appell. ex Bal in l. vnic. num.* 1. *C. de offic. Præf. Prætor. Menoch. adipiſc. poſſeſſ. remed.* 4. *numero* 814. Et iſte planè videtur eſſe caſus noſter, cum ſtatutum loquatur de ſententia lata per Iudicem de appellatione, licet contrarium ſentiant Doct. prędicti, vbi ſtatutum abſolutè prohibeat appellationem.

40 His tamen non obſtantibus tenenda videtur in caſu ſtatuti noſtri affirmatiua opinio, nempè, quod hic prohibeatur ſecunda appellatio etiam
41 à ſententia interlocutoria, quia vbi eadem, vel maior ratio eſt in interlocutoria quæ in diffinitiua, tum nomine ſententiæ, venit pariter interlocutoria, ita reſpondit *Alex. dicto conſ.* 50. *num.* 12. ibi item reſpondeo *lib.* 2. *Dec. in cap. ſuper eo.* 12. *num.* 19. *de appell.* qui amplius dicit, quod quamuis ſtatutum loquatur de ſententia diffinitiua, hoc tamen caſu extendi debet ad interlocutoriam *Abb. in cap. cauſam* 16 *ſub nu.* 3. *verſ. nam*
42 *appellatione ſententia*, vbi quod appellatione ſententiæ venit tam diffinitiua, quàm interlocutoria, vbi non inſurgat abſurditas, & citat *gloſſ. in Clemen.* 1. *verbo ſententias de re iud.* qua bene ad rem facit, *Felin. in rubr. de ſenten. & re iudic. num.* 7. ibi primo niſi ratio dicti ſtatuti, & *in dicto cap. cauſam de reſcrip. num.* 27. *verſ. intelligo*, niſi ratio ſtatuti militaret etiam in interlocutoria *Put. deciſ.* 266. *num.* 3. *lib.* 2. *in emendat. impreſſ. Menoch. adipiſcen. poſſeſſ. remed.* 4. *num.* 813. ratio autem, cur ſtatutum prohibet ſecundo appellare, ea profectò cenſeri debet, vt citius finis litibus imponatur, quod & aliàs ſtatuentes noſtri profeſsi ſunt expreſsè ſupra cap. 80. de inſtantijs & fatalibus, quæ quidem ratio, hic vtiq; haberi debet pro expreſſa, cum non alia, præterquam hæc vnica videatur excogitari poſſe, vt in caſu ſtatuti noſtri Vrbis prohibentis de nullitate dicere poſt annum conſiderauit *Rot. apud Put.*

dicta

dicta decis.166. num.3. lib.2. dum pro ratione illius statuti habuit celeritatem expeditionis licet non expressam, quia alia ratio assignari nō poterat, probat *glo.in l quamuis verbo Curauit, C de fideic. & ibi Parisin addit Bal in l.maximum vitium nu.16. C. de lib.prater. qui ita arguit ex tex.in l.nominatim 2.ibi si modo vnicus sit ff. de liber. & postb. & in l fundis qui locatus.ff.de fūd.*

44 *infrunc. & in l.si optio ff.de opt.legat.* atq; docet ex tali ratione legis licet tacita argui posse tāquam ex causa finali, *iuxta tex.in l.milites arg.in prin. ff.de re milit. Euer.in centur.sua loco à ratione legis nu.21. Cott.in suis memor.verb. Ratio dicitur certa Menoch.cons.111 n.19. lib.1. Asin.in prax. iudic.§.19 c.5.limit.25.nu.4. Brunor.à Sol.in sua compend iur.verbo Ratio assignari quādo potest vnica*, & hæc quidem conclusio plurium aliorum auctoritate fulcitur, quos potissimum ijdem *Cott. & Brunor.* dictis loc. copiosè congerunt, quibus nouissimè accessit *Mascar.de gener.stat.interpr concl.4.nu.62.* qui ampliat hoc procedere etiam

45 in correctorijs. Porrò prædicta ratio certè militat tam in diffinitiua, quàm in interlocutoria, vnde statutum in vtraq; pariter procedere dicendū est vulgatis iuribus & iuxta tradita per *Mascard. d.tract.concl.5.nu.28. & plenius concl.4. nu. 170.* quinimmo, maior ratio minuendi appellationes considerari potest in interlocutoriis, quàm in diffinitiuis, quia videmus appellationes regulariter ab interlocutoriis prohiberi, & permitti dum-

46 taxat à diffinitiuis ex iure ciuili *l.apertissimi 14. C. de iudic. l. ante sententia tempus 7. C. quor. appell. non recip. vbi glos. verbo Discussioni & DD. ibidem & alibi passim c. fupir eo. 11. de appellat.* Consequenter si statutum minuit appellationes à diffinitiuis, multò magis dicendum est minue-

47 re velle ab interlocutorijs argumento tumpto à minori ad maius *ex authen. multo magis C. de sacrof. Eccl. & iuxta not. per Euer in cent. sua loco à*

48 *minori ad maius*, & maximè cum statuta nostra iuri ciuili inhærere profiteantur vbi ipsa aliter nō

49 disponant, vt supra cap 42. Accedat, quod inconueniēs videretur, vt maior præscriberetur celeritas in expeditione sententiarum diffinitiuarum, quam interlocutoriarum, id verò planè fieret, si diffinitiua non liceret secundo prouocare, ab interlocutoria autē permitteretur, quod præcipuè considerauit *Rot apud Put.d.decis.166. nu 4.* vbi

50 idcircò censuit, quod statutum Vrbis prohibens dicere de nullitate post annum, intelligatur de omni sententia tam diffinitiua, quàm interlocutoria, sequitur *Contard.ad l.vnic. C. si de moment. possess. limit 5. num.5. Scac. de appell.q.17. membr.*

51 *7. num 35.* Absurda namque, seu inconuenientia in interpretatione cuiuluis dispositionis euitanda sunt ex *l.fin. C. de auctor præst. & l.si quis iusiurandum & l. generaliter C. de reb cred.* quod argumenti genus vberrimè comprobat *Euerar. in cent. sua loco ab absurdo per totum.* Atque ex his facilè tolluntur, quæ superius pro negatiua opinione deducta sunt, cum ea nimirum intelligi debeant, vbi non sit eadem ratio in interlocutoria; quæ in diffinitiua; Imò amplius non videtur admittendum, quod statutum nostrum sit odiosum,

52 quinimò fauorabile censendum esse videtur, cum faueat celeriori litiū expeditioni, quod fauorem publicum respicit, vt habetur *in dicta decis. Put. num.4. conferunt not.* per nos superius ad cap

53 81. verbo finem litibus imponere, & quod in materia etiam exorbitanti, fauorabili tamē, vt pote ob finem litibus imponendum, appellatione sententiæ veniat pariter interlocutoria, vbi in statuto sit expressa causa, vel vnica tantum reddi possit, tradit *Alex.cons.50.num.8 & 9.lib. 2. quem sequitur Rot.d.decis.in fin.*

Ad hoc ipsum verbum in nulla causa, seu casu

54 subnectimus. quod statutum hoc nostrum dum prohibet secundo prouocare, intelligi debet à sententiis validis, & iustis, sicuti declarauit *Rot. dec. 662.nu.3.par.1.diuer in recen* quod & prius dixerat *in Bononien. de Ghellis 9. Iuny 1610. coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano.* & conferunt tradita per *Abb.cons.44.sub n.3.vers. sed bis non obstantibus p.1. Dec.cons.49.nu.3.per glo.ine. ex conquestione verb. post appellationē de reflit. spol. Lancellot. de attent. p.2.c.12.limit.8.nu.28.* nēpè,

55 quod vbi remouetur, appellatio non tamen censetur inhibita, quando quis manifestè grauatur, quod ibi tenent Doct. communiter, vbi testatur *Abb.* loco citato, & comprobat *Natt. cons. 172. num.4. & seq.*

H Et rem faciunt iudicatam) cuius executio peti

56 ta, seu coepta non retardatur per in integrum restitutionem postea petitam *Put.decis.177.lib. 2.*

57 *iuxt emendat impress.* censetur enim petita eo casu calumniosè ad impediendam executionem, & sic incidenter. non autem principaliter contra rē iudicatam, sicq; non retardat, tamquam requirēs altiorem indaginem, vti ad hoc statutum nostrum dixit, *Rot.decis.170.nu.2. par.1. diuer. in recent. cum allegat. in ea.*

I In omnibus Curijs) vide quæ hoc eod. cap. attigimus ad

verbum in nulla causa, seu casu in princ.

K Aliàs &c.) ex decreto irritanti seu annul

58 tatiuo hic apposito, censetur data forma, ita vt si ea seruata non fuerit, processus sit nullus, iuxta superius notata per nos ad cap. 171. litera L. verbo Aliàs in quolibet, quibus

59 addimus, quod eiusmodi decretum, per se simpliciter constitutioni adiectum destruit quidquid in contrarium factum sit, vt plene comprobat *Mandos. ad regul. 8. Cancell. q.4.n.3 & reg.31.q.9.nu. 10. Brun à Sol in suis propos. iur. verb Decretum irritans aut formā Mader. de clauf. p.1. clauf. 255.*

60 *Gabr. concl.3.n 58.* quod actus contra decretum eiusmodi est nullus ipso iure, qui omnes materiā decreti irritantis abundè pertractāt, de qua tamē plenius cognosci potest apud *Gonz. ad regu 8. Cancell. glo.67.n.1.q.1. & alys seqq. per tot illam glo.* at id efficit euidentius hoc loco propter expressa & præcisa verba à nouentibus apposita.

Sed numquid locum habeat, hoc statutum, licet secundo appellatus non petat illud seruari? videtur non habere locum, quia potest quilibet

61 renunciare fauori suo propter priuatam vtilitatem principaliter inducto, quamuis etiam publicam respiciat commoditatem *Rom.cons.151 nu. 1. Barbat. cons.12. num.4. lib 1. Aym.cons.216.nu. 1. Mascard. de general. stat. interpr. conclus. 9. numero 22.* Sic videmus, quod beneficio Senatusconsul. Velleian. & priuilegio Feriarum renunciari potest, quia vtrumque ob priuatam vtilitatem

tem principaliter inductũ eſt, quamuis etiã tẽdat principaliter ad bonũ publicũprobant *Rom. & Maſc.*proximè citati;Hinc eſt etiã,quod ſi ſtatutũ prohibeat contra inſtrumentũ confeſſionatum admitti probationem per teſtes,teſtes autem nihilominus admittantur,& recipiantur, ſi iudex admiſit,& pars aduerſa non repugnauit,non obſtante ſtatuti prohibitione probatio ſubſiſtet, & aduerſario nocebit,ita docet *Bal.in l.certi conditio §.quoniam numero* 12.*ff.ſi cert. petat.* quem refert,& ſequitur *Mandoſ. ad regul. Cancell.* 31. *quæſt.* 11.*ſub numero* 1. *verſ. nos autem habemus*.

63 Accedat,quod decretum irritans tacitam habet conditionem, videlicet ſi is, cuius fauorem reſpicit, eo vti voluerit, *Mandoſ loco citato*, *Calder. conſil.* 1. *de tranſlat. prælat. ſub. numero* 2. *verſ. tam demum habet effectum Modern. clauſ. par.* 1. *clauſ.* 255. *num.* 4 ſiquidem regula generalis eſt in omni decreto ad fauorem alicuius *Rot. in antiq. deciſ.* 21. *nu.* 3. *Mandoſ.ad*
64 *d.q* 11.*n* 3.quinimò vbi lex,vel ſtatutum mandat aliquid fieri ad fauorẽ alicuius,intelligitur ſi ille petat,*laſ.in l. vniuerſa.nu.*2.C.*de prec Imper.offer.*& ibid.alii Doct *Catt.in ſuis mem.verb.Statuto Mediolan.cautum.Surd.deciſ.*57.*n.* 1.*&* 2.qui
65 loquitur,etiam ſi dicat ſtatutum, quod proceſſus non aliter valeat fiq; verba ſint neceſſitatiua, & preciſa,& habeãt clauſulã ipſo iure,atq;decretum annullatiuum,& ita cõiter à Doct.teneri, ac in praxi ſeruari aſſeuerat idem *Surd.ibid.iux.regulã Socin.*299.*in fin.& conſ. Marcobrun.*32.*nu.*193.
66 *&* 189.Cæterum de clauſula ipſo iure. quod requirat petitionẽ partis,cuius fauorẽ reſpicit, tradunt etiam *Modern.de clauſ.par.*1 *clauſ.* 291.*n.* 3.*&* 2.ex aliorũ auctoritate,quos referunt,& nos aliquid ſubiiciemus infra hoc eod.c.litera K.verbo ipſo iure. Vnde nec decretum annullatiuum, nec clauſula ipſo iure, quæ ambo in finalibus verbis ſtatuti noſtri leguntur huic opinioni refragãtur,quinimmo ſuffragantur ex præmiſſis.

67 Quod verò ſecũdæ appellationis inhibitio priuatorum,nempe litigantiũ vtilitatem principaliter ſpectet,vnde publicum bonũ etiam conſequitur,tum ſatis intellectu percipi videtur, iuxta ea quæ deduximus ſupra hoc eod.cap. ſub litera G. verbo omnino in nulla cauſa,ibi ratio autem cur ſtatutum,tum etiã colligitur ex *cap.finem litibus de dol.&contu. in prine* ex illis verbis,ne partes vltra modum grauentur laboribus, & expenſis, atque comprobatur, & declaratur ex theorica *Bartol.in l.*1.*ſub num.*25.*ff.ſol.matrim.* ibi quarto modo aſſumitur vtilitas publica, quæ principaliter eſt priuata,ſed ideo dicitur publica,quia affert vtilitatem ſuam reſpectu vniuerſi; exemplum ſit, vbi lex aliquid ſtatuit cauſa priuatarum perſonarum,ſcilicet ne re ſua quis male vtatur, quod Reſpublicæ intereſt, ſicuti diſponit, ac profert Iuſtinianus Imperator in *§. final. inſtit. de his quæ ſunt ſui*, *vel alien. inn.*vel vt ſubditi ſint diuites, quod vtique idem Imperator confiderauit in Nouella Conſtitutionum 8. vt *Iudici ſin quoque ſuffrag.§.conſideraumus*, vbi
68 pro ratione dici,quod Fiſcus abundabit vtens ſubiectis locupletibus, *& gloſſ.in dicto § final.* animadnertit, quod illud idem,quod intereſt priuati principaliter, & Reipublicæ intereſt ſecundario, ſic ad rem noſtram dum priuati homines litium
69 prorogationem, euitabunt, quæ quidem diſpendioſa eſt *Clem diſpendioſam de iudic.* compendiũ facient ſuarum facultatum, vnde locupletis efficientur, & priuatæ eorũ vtilitati accederet etiã Reipũb. commodum; Verum vix contigere poſſe videtur,quod ſecũdò appellatus fauori ex hoc ſtatuto ſibi prouenienti expreſsè renunciet, nec enim præſumitur quempiam contra propria cõmoda laborare & ſibi velle damnum afferre per *tex.in l.cum de indebito.*5.*verſ.qui non ſoluit.ff. de probat.Tiraquell.in l.ſi vnquam verb. donatione largitus num.*206.*cum ſeqq.C.de reuoc.donat. Menoch. de arbitr. iud. lib.*2. *caſ.* 88.poſſe tau-
71 tem forte fieri, quod ſic appellatus huiuſce ſtatuti primum ignarus,vel immemor per actum aliquem tacitè conſentiret in ſecundam appellationem,quo quidẽ caſu teneret eiuſmodi renũciatio,ſicuti videmus in ſortioribus teminis,quod iu-
72 ramento calumniæ poteſt tacitè renunciari *c.* 1. *§.*1. *de iura.calum.lib.*6.*gloſ.& Doct.in l.*2.*§.ſed quia veremur C.eodem.titul. & ibi Bar.num.* 2. *Euerar.in cent.ſua loco ab expreſſo ad tacitum & contra num.* 6. *Grauat. ad Veſtr. lib.*5.*cap.* 1.*nu.* 11. *Menoch.de arbitr.iud.quæſt.* 20.*num.*5.*lib.* 1.
73 quamuis hoc iuramentum non pro commodo priuatorum,ſed pro communi vtilitate inductum ſit *l.*2. *§.ſed quia veremur C.de iure iur.trop.columnæ*.ibi quia nõ pro commodo priuatorum,ſed pro communi vtilitate præſentem legem poſuimus.qui quidem *tex.*clarus eſt, & notabilis ad probandum, quod conſtitutioni pro communi vtilitate principaliter editæ non poteſt expreſsè renunciari, à partibus etiam iudice conſentiente,tacitè verò remitti poteſt per partes eiuſmodi conſtitutionis diſpoſitio,atque ex eo breuiter explicari,& diſſolui videntur prolixæ Doct. quæſtiones paſſim ad hanc materiam excogitatæ, ac per longas diſputationes exagitatæ, præſertim in *l. nemo poteſt* 58.*ff.de leg.* 1.*in l.non dubium* 5. C.*de legi.inc.ſi diligenti.*12.*de for.compet. in cap. cum dilecta* 22.*de reſcript.*

L Ipſo iure] hæc clauſula eadem eſt cũ clau-
75 ſula ipſo facto,& ſignificat ſine miniſterio Iudicis,& habetur p canone latæ ſententiæ *Bal in l.* 1.*num.*3.C.*de ſecund.nupt.& in l.*1.*ff.de bis qui notan infam.glo.in cap. in poenis.* 49.*verbo In poenis verſ item vbi eſt tale verbum de poen.in* 6.*Tiraq. in l. ſi vnquam verbo Reuer-*
76 *tatur num.*143.*& ſeq.* C. *de reuoc. donat.* hac tamen clauſula non obſtante requiritur declaratoria Iudicis, maximè in materia poenali *Anan. conſ.*32.*num.*1.qui teſtatur de communi opinione,eumque ſequuntur *Moder.tract.de clauſ. par.* 1. *clauſ.*291. *num.*4. ad iſtam verò clauſulam plenius videri poteſt *Bertachin.in ſuo repert.ſub li-*
77 *tera l.verbo Ipſo facto*; Illud tamen non omiſerimus,quod generaliter quæ ipſo iure inducũtur, ita intelligũtur, ſi is,ad cuius fauorem inducũtur petierit,& ſic voluntatem ſuã declarauerit,vt lame per *Tiraq.d.verb.Reuertatur à n* 10. *vſq; ad* 17 quod præcipuè probauit *Rot.dec* 28.*n.*5. *p.*2. *diuer.*quæ ideò decidit,quod licet ini nueſtitura emphyteutica dictũ eſſet,ipſo facto,vel ipſo iure cadat,tamen intelligitur domino volente,& declarante iuxta Doct. ibidem citatos.

M 79 Perpetuo) hæc dictio significat, quod nullitas de qua hic, semper duret aliàs tamẽ multifariè accipitur eadem dictio iuxta subiectam materiam *Calder.cons. 17. de verb. signif. Card.Tusch.litera D.conclus.326.* siquidem ad rem nostram, quod factum est contra prohibitionem statuti, non potest tractu temporis confirmari per *tex.in cap.non firmatur 18. de reg. iur. in 6. & in l.quod ab initio 19.ff.eod.l.sicut 17. C. ad leg.Corn.de fal.facit tex. in c.1.in princ.de desponsi.impub.lib.6. c.si eo tempore 9.de rescript.lib. 6.l si expressim 19.ff.de appell.l.filiusfamilias 19. ff. de testa.l.1.§.1.ff.de leg.3.*

De Appellatione a sententia Capitanei.

Cap. CLXXXI.

NOn solum, vt in præcedenti capite, à sententia Capitanei, quando cum prima non est conformis, ad Senatorem appellari volumus; sed etiam quãdo Capitanei sententia, siue diffinitiua, siue vim diffinitiuæ habens, esset vnica, vel prima; dummodo appelletur in casibus à iure, & per præsentia statuta petmissis: & tunc seruentur omnia coram Senatore, quę coram Capitaneo appellationum seruari debere dictum est, & infra dicetur: & Senator eo casu, vt Iudex appellationum in omnbus, & per omnia procedat.

SVMMARIVM.

1 *Casus controuersiæ motæ in Curia Capitolina, an dici possit, principaliter coram Senatore de nullitate sententiarum Capitanei appellationum? & num.16.*

2 *Nullitas si deducatur æquè principaliter vna cum appellatione, quilibet Iudex appellationis potest de ea cognoscere.*

3 *Senator est legitimus Iudex appellationum à sententijs Capitanei: & est vnus ex Iudicibus habitis in Vrbe pro ordinarijs, & num.5.10.*

4 *Instantia iudicij nullitatis deductæ principaliter cum appellatione, in iure durare dicitur per triginta annos.*

6 *Nullitas deducta per se principaliter sine appellatione cognoscitur à Iudicibus superioribus ijs qui sententias nullas tulerunt. Intellige, vt num. 7.*

8 *Archiepiscopus an possit cognoscere de nullitatibus sententiarum latarum per Episcopos suffraganeos? & num. 9.*

11 *Iudices ordinarij dumtaxat possunt denuò iudicare principaliter super nullitate.*

12 *Statuta ita intelligenda sunt, vt quam minimum ladant ius commune.*

13 *Casus omissus à statuto remanet in dispositione iuris communis.*

14 *Statutum plus non disponit, quàm loquatur.*

15 *Statuentes, in dubio non præsumuntur velle corrigere ius commune.*

17 *Capitaneus pronuncians superuacuò appellatum, potest iteratò pronunciare super negocio principali.*

18 *Clausula, In omnibus, & per omnia, omnimodam exæquationem importat: & operatur, vt inter subiecta nulla sit differentia, sed sint eiusdem naturæ, & num.19. Necnon significat vniuersalitatem, & num. 20.*

ANNOTATIONES.

A AD Senatorem appellari volumus) 1 Aopportunè hic quæri potest, numquid etiã de nullitate sententiarũ Capitanei appellationum principaliter coram Senatore dici possit, qua de re aliàs mota fuit cõtrouersia me Senatorio muneri præsidente, cum enim à quadam sententia D. Capitanei appellationum ad me tum appellatum esset, & cum appellatione deducta etiã nullitas æque principaliter corã me, contigit vt D. Capitaneus pronunciaret causam appellationis desertam; Vnde pars, contra quam pronunciatio desertionis prodierat, coram me institit procedi nihilominus super iudicio nullitatis peculiarem nullitatis libellum etiam exhibendo; Verum pars altera repugnabat, ne ego in hoc iudicio procederem ea potissimum ratione, quia scilicet asserebat cognitionem nullitatum principaliter deductarum ad solius Capitanei iurisdictionem spectare per statutum nostrum supra cap. 199. & seq. addebat etiam id ipsum cõprobari hoc cap. 181. dũ simpliciter hæc verba proferũtur, nempè ad Senatorem appellari volumus, nihil dicto de querela nullitatis; Contra verò pro Senatoria iurisdictione afferebantur infrascripta; Primò, quod vel nullitas deducitur æquèprincipaliter vna cũ appellatione, & quilibet Iudex appellationis de ea cognoscere potest, sicuti quãdo deducitur incidenter *Fran.in c.dilecto 63. q. 54. sub nu. 149.* ibi non sic si nullitas deducatur simul eum ipsa appellatione & *q.48. sub nu.107.*

ibi

ibi & ex his infertur, probatur ex *tex. in l. quadam mulier ff. famil ercisc. & in l. Carmelis pia ff. de iur patron. Contard. ad l. vnic. C. de monet. poſſ. ſ. limit. 7. nu. 2. Scacc. de appell. q. 19. remed. 1. concl. 6. ſub num* 87. ibi tu latius explicãdo, & hæc quidem cõcluſio nullum habet cotradictorẽ, ſi bene cõſiderentur dicta Doct. qui materiã iſtam
3 pertractãt. Senator autem legitimus eſt Iudex appellationum à ſententiis Capitanei, & in eis vti talis in omnibus, & per omnia procedit, atq; corã eo ſeruari debent, quæ corã Capitaneo appellationũ ſeruari debere à ſtatuẽtibus dictũ eſt, ſicuti per hoc ſtatutũ expreſsè diſponitur, cõſequenter de nullitate etiã principaliter corã Senatore in tali caſu ſine dubio dici poteſt. Neq; difficultatem facere poterat in hoc caſu, q̃ appellationis cauſa primũ ad Senatorẽ deuoluta, poſtea à Capitaneo pronunciata fuerat deſerta, quia corã Senatore remãſerat nihilominus iudicium nullitatis, quod æque principaliter vnà cum appellatione deductum fuerat, cuius quidẽ iudicii inſtantia iure di-
4 citur durare per triginta annos iuxta theoricam *Bar. in l. ſi expreſsim n. 10. ff. de appell.* quam ibidẽ & aliter lequuntur Doct. & præcipuè *Franc. in c. dilecto 63. q. 58. num. 171. Put. Deciſ. 168. lib. 2. in emend. impreſſ. Mandoſ. in prax. cõmiſſ. 17. cõmiſſ. verbo Nullitatis*, vbi de communi *Luc. Pat lib. 6. tit. de cauſ. nullit. num.* 37. atq; ita tenet, & ſeruat *Sacr. Rot. vt apparet ex dec. 151. n. 2. p. 1. & 592. n. 4. p. 2. in recent. & apud. Greg. XV. dec. 306. nu. 2.*

Vel deducitur nullitas p ſe principaliter ſine remedio appellationis aduerſus ſẽtẽtias Capitanei & hoc caſu pariter iudiciũ nullitatis corã Senato
5 re vti ſuperiore, intẽtari poteſt, quia Senator vnus eſt, ex Iudicib. habitis in Vrbe pro Ordinariis ad vniuerſitatẽ cauſarũ conſtitutis, qui per viã querelæ adiri poſſunt, & ideo cognoſcũt etiã de nullitatibus principaliter ſine appellatione, quales ſũt Gubernator Vrbis, Vicarius & Audit. Cam. vt eũ ſpecificè inter iſtos recẽſet *Vant. de nullit. tit. corã quo poſſ. & deb. nullit. prop. n.* 18. quẽ ſequitur *Scac. de appell. q.* 19, *remed.* 1. *concl* 6. *n.* 79.
6 quodq; nullitatis eiuſmoi iudiciũ ad tales Iudices nẽpè ſuperiores iis, qui ſetẽtias tulerũt nullitatis vitio obnoxias, iure deferri poſsit, cõis eſt Doct. ſẽtẽtia, de qua teſtatur *Rip. in l. quod iuſſit* 14. *ſub n.* 69. *ff. de re iud.* ibi vltima fuit opin. Bar. & mox
7 ſubiicit idẽ *Rip.* intelligi debere hãc ſententiã in Iudice ſuperiore, qui adiri poteſt per viã querelę, quia nullitas principaliter proponitur per querelã, vt probat *tex in l. 4. verb. Querimoniã* C. *de accuſat.* quę quidẽ omnia fuſius proſequitur & cõprobat cõplurium auctoritate *Scac. d. concl. 6. n* 84. *et ſeq.* ipſa verò *Bar. opin. probatur ab eo. in d. l ſi expreſsim ſub n.* 14. *verſ. ſed ſi ſimpliciter, per tex. in l. abſentẽ* 6. C *de accuſ. et in l* 1. *§.* 1. *ff. quæ ſent. ſin. apell. reſcind.* & ab õnibus aliis tenetur *in d. l. ſi ex preſſim, vti teſtatur Vant. d. tit. n.* 10. Quod verò Senator ſit ſuperior Capitaneo, vt & aliis Iudicibus Capitolinis, & lõgè maiorẽ dignitatem, ac iuriſdictionem obtineat, planè indubitatũ, ac notoriũ eſt, & apparet ſupra *ex cap.* 3. *&* 5. *&* 178. *&* 179. teſtatur, & comprobat *Scacc.* l. C. Romanus Romanarũ præcipuè rerũ peritiſsimus, *q.* 2. *n.* 23.

Nec obſt. ſi dicatur Iudicẽ appellationis ẽt ſuperiorẽnõ poſſe cognoſcere de cauſis nullitatũ prin
8 cipaliter exemplũ ſit de Archiepiſcopo, qui nõ habet iuriſdictionẽ cognoſcendi de nullitatibus ſententiarũ latarũ per Epiſcopos ſuffraganeos ſuos per *tex. in c. 1. de offic. leg. & in c. 1. in prin. de for. compet. Franc. in c. 1. §. poſt hæc ſub nu. 7. verſ. ſed. aduerte de appell. in 6. & in c. dilecto 63. ſub n. 67 verſ. ſecundus caſus ex eo.* nam quidquid ſit de
9 illa opin. in exẽplo allato, contra quã ad fauorem Archiepiſc. tenet *Dec. in d. c. dilecto n.* 26. *& Abb.* per eũ relatus, hoc certũ eſt, quod iſtud generaliter intelligitur de illis Iudicibus, qui limitatã habent iuriſdictionem ad cauſas appellationũ, ſicuti habet Archiepiſcopus quoad ſubditos ſuorũ ſuffraganeorũ, & ita colligitur ex iuribus prædictis, atq; ita intelligunt Doct. præcipuè *Gemin. in d. c. 1. de for. cõpet. n. 1. Franc. in loc. cit. Card. Alexan. in d. c. dilecto n. 58. verſ. hoc tamen, quod de ſuperiorũ dicitur, Fel. in c. in literis 9. propè fin. verſ. ſecũdus caſus eſt de off. deleg.* atq; hinc eſt, vt benè animaduertit *Scac. d. concl. 6. ſub nu. 85. verſ. hinc eſt*, quod ſtatuentes noſtri ſupra c. 166. & 167. ſpeciali iure attribuerunt Capitaneo iuriſdictionem cognoſcendi cauſas nullitatũ, quia nouerãt eum tanquã Iudicẽ appellationũ tali iuriſdictione ex
10 iure cõi carere; Senator autẽ Vrbis non habet limitatam iuriſdictionẽ ad cauſas appellationũ, ſed eſt Iudex ordinarius ad vniuerſitatẽ cauſarũ, quã les ſunt in Vrbe Gubernator, Vicarius & Auditõ Cam. vt ſupra deduximus ad hoc ipsũ cap. ſub litera A. verb. ad Senatorẽ appellari volumus verſ. vel deducta nullitas; vnde planè tollitur obiectũ de quo ſupra ab exẽplo iuriſdictionis Archiepiſcopi in ſubditos Epiſcoporum.

Secũdò principaliter etiã cõſiderabatur æquũ eſſe, vt Capitaneus qui iudicat de nullitatibus ſẽtentiarũ aliorũ Iudicũ Fori Capitol. nõ abnuat iudicari etiã de nullitatibus ſuarum ſentẽtiarum ſaltẽ p Senatorẽ *argumẽto tex in l. 1. & tot. tit. ff. quod quiſq; iur.* maximè cùm nõ poſsit ipſe, poſt quã tulerit ſentẽtiã, denuò iudicare principaliter ſuper nullitate, id nãq; licet dũtaxat Iudicibus or
11 dinariis, vt benè *not. Vant. d. tit. n.* 18. *& Scac. d. cõcl. 6. n.* 73. cumq; alter Iudex ſuper nullitate adiri debeat, rationi conſonũ eſt, vt Capitaneus malit adiri Senatorẽ, vti ſupremũ Iudicem Fori Capit. quã aliquem alium nõ Capitolinũ Iudicẽ, cum & ſtatutis Vrbis ſit cõſonũ, ne cauſæ huius Fori ad extraneos Iudices deferantur, & ipſe Capitaneus eſt etiã vnus ex Iudicib. eiuſdem Fori Capitolini.

Non obſt ſtatutum cap. 166 & 167. quia ſatis operatur, dũ Capitaneo attribuit iuriſdictionẽ cognoſcẽdi de nullitatibus ſentẽtiarũ principaliter quã ille ex iure cõi non habebat, vnde illa nõ debet eo vſq; extẽdi, vt priuet etiã Senatorẽ eiuſmodi iuriſdictione ex ipſo iure cõi ſibi cõpetente, p qualitate muneris, & officii ſui, nã regula genera
12 lis, & receptiſsima eſt, quod ſtatuta ita intelligenda ſint, vt quã minimè ledãt ius cõi *c. etũ dilectus et ibi DD. de cõſue.* atqui vnũ dũtaxat effectũ operẽtur vbi plures cõtra ius cõe producere poſſent Doct. ibidem *Rot. deciſ. 475. n. 6. p.* 1. *diuerſ.* cum pluribus aliis ad hæc ſupra ſæpius allegatis.

Non obſt. etiam hoc ipsũ cap. ſtatuti vt ſupra ponderatum, quia dum inquit, quod à ſententia Capitanei appelletur ad Senatorem, non ideo dicendum eſt, ſtatuentes voluiſſe coarctare iuriſdictionem Senatoris ad cauſas appellationum dumtaxat, excluſis cauſis nullitatum, quinimò

censendum est,quod casus iste tanquam omissus, dispositioni iuris communis relictus fuerit, iuxta iuris regulam,quæ deducitur ex *text.in l.commodissime ff.de lib. & posth.in l. si eam dotē in prin. ff.sol.matr.cum simil.* Nec enim plus disponit statutum,quam loquatur *Bal.in l.testamentū. 18.n. 5.C.de testam.* & statuentes in dubio non præsumuntur velle corrigere,quod est dispositū à iure cōi iux.tradita per Doct cōmuniter *l.fin.§ in cōputatione C.de iu.delib.& in l.omnes populi ff. de iust.& iur.Cephal.cons.343.nu.3. lib. 3. & cons. 274.num.3 lib.1.Ruin cons.38.nu.6.vol.3.Corn. cōs.116.sub n.1.lib.1.Dec.cons.37.n.9.* Ex quibus omnibus pro Senatoris iurisdictione iudicatum fuit 20.Martij 1618. per *Signaturam Sactissimi* in causa Romanæ nullitatis inter Leonem Durantē, & Aloysium de Aloysijs, partibus accerrimè contendentibus,ac proindè de toto negotio in ipsa Signatura referēte R.P.D.Germanico Mantica V.Signaturæ Referendario,postea etiā creato Episcopo Famagustano,imitatore virtutis celebertimi patrui Francisci Manticæ Card.Eminētissimi;Capitanei verò appellationū munus summa cum laude sustinebat insignis I. C. D.Petrus Franciscus Rubeus, qui mihi in ipso Capitanei munere successerat,in Collegiū Aduocatorū Sac. Cōsistorialis Aulæ merito exinde cooptatus, vir ingenij acerrimi, & vbertate, copiaque dicendi in legali facultate nemini secundus.

I Vnica,vel prima) quod contingit, vbi Capitaneus pronunciat superuacuo appellatum,quia sententia à qua fuerit appellatum sit nulla,& nihilominus itera to pronunciet in negotio principali, quod ei facere licet iuxta statutū supra cap.167. propè fin. de quo etiam vide *Luc.Pat.lib.5.cap.16.nu.10.*

C In omnibus & per omnia) hæc clausula omnimo dam cæquationem importat *Seraph. decis. 510. num.5.iuxta not.in l.1.ff.de leg.1.* operatur,vt inter subiecta nulla sit differentia, sed sint eiusdem naturæ *Alex.in dict.l.1.nu.9.Ias. n 10.Rip. n.1.* qui addit etiam ,quod significat vniuersalitatem *Rol.cons.67.nu.42.& seq.lib.3.* vnde confirmantur,quę proximè diximus de iurisdictione Senatoris,omninò comparanda iurisdictioni Capitanei in causis appellationum,& nullitatum sententiarum eiusdem Capitanei

De Appellatione a sententia Senatoris de appellatione cognoscentis. Cap.CLXXXII.

A Sententia Senatoris cognoscentis de appellatione,à sententia per Capitaneum lata, quæ cum prima conformis nō fuerit, liceat ab ea tantum parte, quæ cum prima conformis non est,ad eundem Capitaneum appellare: qui si fuerit ille idem, qui prius in ea iudicauerit; Consultor, vt infra dicetur, eligatur,cuius cōsilio causa terminetur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio datur à sententia Senatoris ad Capitaneum.*

ANNOTATIONES.

A AB ea tantū parte &c.) Id ipsum habetur supra cap. 180.vbi appellatur à sententia Capitanei ad Senatorē, & huic loco pariter inseruiūt,quæ ibi notauimus sub lit. D. verbo,& ab ea parte.

B Consultor &c.) idem dispositum est supra dicto cap. 180.dum agitur de appellatione à Capitaneo ad Senatorem, vbi nos sub litera C. verbo ad Senatorem, aliqua considerauimus, quæ huic loco æquè congruunt:

C Vt infra dicetur) nempè cap.187. hoc eodem libro.

De temporibus ad appellandū, & appellationes repræsentandum in tertia instantia. Cap CLXXXIII.

VTres, quantum fieri potest, ad vnam consonantiam reducantur; volumus, vt eadem tempora appellandi, redeundi pro apostolis,appellationis repræsentandæ, depositi,& sequestrationis (vbi illis locus erit) faciendæ: & reliqua omnia, quæ in secunda instantia fieri debere præcepimus, in quacumque instantia obseruentur; præterquam quo ad paralia, quæ in tertia instātia quatuor mensium (vt supra in capite de Instantijs dictum est) esse volumus: & ita sub pœnis desertionum, & alijs quoquo loco comminatis seruetur.

SVMMARIVM.

1 *Consonantia significat,quòd nulla sit contrarietas, nullaque superuacua similitudo.*

ANNO-

ANNOTATIONES.

A Dvnam consonantiam reducantur) quippè voluerunt statuentes nostri, quantũ sibi pro occasione licuit Iustinianum Imperatorem imitari, ita loquentem in procemio *Instit. §. quorum vtramque viam*, ibi & cum sacratissimas Constitutiones antea confusas in loculentam ereximus consо-
1 nantiã; Consonantia verò id significat, nempè, vt nulla sit contrarietas, nullaq; superuacua similitudo, vt exponit *glo ibidem verbo Consonantiam per tex. in l. 1. C. de vet. iur. enucl. post princ.* ibi quatenus in vnum Codicem congregatæ & omni supernacua similitudine, & iniquissima discordia absolutæ. &c.

B De instantijs dictum est) scilicet supra cap. 81. quo loco, vti proprio de instantijs & fatalibus, nos ad ipsam materiam aliqua obseruanda subiecimus.

De prosecutione causæ Appellationis.

Cap. CLXXXIV.

Ausa appellationis per actorum in prima instantia factorum trãsportationem, & illorum repetitionem instructa censeatur: & ideo in ea non sit opus libellum offerre, litem contestari, aut iuramentum calumnię, vel veritatis præstare; sed instrumentum appellationis cum actis suprascriptis, pro libello & intentione appellantis sufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata non visis actis, est inualida, & nulla: & vbi non iustificatur ex actis, dicitur notoriè iniusta, & n. 2.*
Et nulla, & nu. 4.
Et iustificari debet ex ijsdem actis, non ex nouiter deductis, & num. 3.
Et non sic iustificata nunquam facit transitum in rem iudicatam, & num. 5.
Et est etiam nulla ob non transportationem actorum.
7 *Actorum repetitio fieri debet citata parte.*
8 *Regula l. de vnoquoque, 47. ff. de re iudic. non habet locum, vbi pars, quæ debebat citari, fuerit præsens.*
Neque vbi pars, quæ non fuit citata, nihil potuisset allegare. & n. 10.
Neque vbi actus nullum affert præiudicium parti non citatæ, & nu. 11.
Quæ limitationes sunt verę, quando congruè suis casibus adaptantur, & nu. 12.
9 *Citationis defectus suppletur ex scientia citati.*
13 *Actorum appellatione venit etiam sententia.*
14 *Acta dicuntur quæcunque gesta sunt coram Iudice post litem contestatam.*
15 *Quod in actis causa non habetur, planè dicitur non extare.*
16 *Non entis nulla sunt qualitates.*
17 *Qualitas non datur sine subiecto.*
18 *Non entis, & nõ apparentis, idem est iudiciũ.*
19 *Causa quomodo dicatur instructa.*
20 *Instructio propriè est eorum quæ per scripturam cognoscuntur.*
21 *Forma libellorum in appellationibus tam iudicialibus quam extraiudicialibus remissiuè*
22 *Litis contestatio non est de iure communi necessaria in causa appellationis, nisi vtraq; pars sit præsens: secus vbi altera sit absens, vel contumax.*
Intellige vt n. 23. 25. 27
24 *Causa appellationis, & causa principalis, censentur vna & eadem causa.*
26 *Appellatio ab interlocutoria non requirit litis contestationem.*
28 *Litis contestatio non est ex statuto necessaria in causa appellationis.*
29 *Iuramenta calumniæ, vel veritatis, præstanda sunt de iure communi etiam in causa appellationis.*
Contrariũ seruatur in praxi Romana, et n. 30
32 *Sigismundus Scaccia laudatur.*
31 *Doctori asserenti aliquid seruari de consuetudine, seu vsu fori, credendum est.*
Declara vt num. 33
34 *Verbum, Sufficit, denotat quod fieri potest, non quod debet.*

ANNOTATIONES.

A Ransportationem) acta siquidem transportari debent pro iustificatione prioris sententiæ latæ, atque etiam pro iustificatione alterius sententiæ in gradu appellationis ferendæ, cum nimirum sententia prior per alteram confirmari,
1 vel infirmari, vel reformari debeat, vnde inualida, & nulla foret sententia Capitanei, vtpote

lata non visis actis, sicque causa non cognita *l.2.& 3.C.de sent. ex breuic.recit. l. ex stipulatione 7. & ibi Bart.num.2.C.de sent. & interloc. omn.iud.Alex.ad Bart in l.prolatam 4. littera O. verbo De hoc plane eod.tit.Cassad.decis.2.nu.10. de appell.Luc.Pat.lib.2.c.8.de profec.appell. n.2.*

2 atque vbi sententia non iustificatur ex actis,dicitur notorie iniusta *Paris.cons.54.nu.2.lib.4.Rot. apud Cas.de Graff.decis.2.num.5.de solut. & 16. de prob.num.15.& in Romana Vineæ de Seapuceys 15.Martij 1572.coram Binarino,& in Vlixbonen. beneficij 4.Iunij.1610. quæ est decisio. 1. Gregorij Papæ XV. num.4. & ibi annot. num.6.*

3 vbi & aliæ similes decisiones recensẽtur,& quidem iustificari debet sententia ex iisdem actis,nã ex nouiter deductis non potest iustificari *Corn. cons.10.sub num.2.* ibi non autem posset iustificari appellatio *lib 4.Rot.decis.445.num.8.par.1.*

4 *diuers.* quinimò amplius talis sententia, nempe quæ non iustificatur ex actis,est nulla iuxta receptam *Rot.opinionem tenet celeberrimæ memoriæ Cardinalis Seraphino decis.1268.num.2.& decis. 987.itidem num.2.& Rot.coram Scotto in Rom. officij 3.Ianuarij 1600. impress.penes Marches.de commiss.par.3.§.1.fol.12.* vbi etiam habetur, quod Rot.non sequitur decis. Afflict. 28. vt possit iudex moueri ad iudicandum extra acta, plures aliæ *decis.ad id ipsum afferuntur in annot. ad. dictã decis.1 Gregorij XV.* in quibus, vt in alijs proximè allegatis, etiam expressim adijcitur,&

5 cõprobatur conclusio altera nempe, quod eiusmodi sententia numquam facit transitum in iudicatum *ex cap.inter cæteras q.9.cum ibi not. de sent. & re iud.*

6 Præmissis accedat,quod sententia ob nõ trãsportationem actorum prioris instantiæ est nulla,vt superius fuse satis tradidimus ad *cap. 167. littera C. verbo Quatenus sint recipiendæ & littera F. verbo Actis trasportatis*, quibus in locis etiam declarauimus, quando,& quomodo procedat,ista conclusio.

B Et illorum repetitionem) repetitio autẽ acto

7 rũ fieri debet citata parte *Angel. in l. properandum 11 n.2.C.de iudic.Cas.de Graff.dec.9.n.7 de caus. possess. & propriet*; sicuti de instrumentorum productione censuit ante *Rot.in nouiss. dec. 1.num.3.de caus possess.& propriet*. & in terminis huius statuti nostri *Luc.Pat.lib 5.cap.8.nu.4*

8 *de prosecutio. appel.* militat namque in hoc generalis regula *l. de unoquoque 47 ff. de re iudicat.* quam aliis legibus comprobat, *Marsil. singul. 30.qui* & ponit tres casus, in quibus ea locum non habet, primus est vbi pars, quæ debebat citari, fuerit præsens, & hæc quidem limitatio generalis est ad regulam prædictam, & casui nostro vtique conuenit, quia citationis defectus suppletur ex scientia citati per *text. in Clement causam,vers.verum & ibi glo.verbo Plena, & certa de appell.Cassad.decis.2 num.2.de iudic.* vbi tradit in hoc casu formam impleri per

9 æquipollens ex doctrina *Felin.in cap.dilecta. 22. de rescrip.sub n.11.vers.sic etiam intelligit Van. de nullit.tit.qualit.sent.& proces.defen. poss.nu. 116.122.& 123. Rot.decis.422. num.5. & decis. 311 num.1.par.1. diuers.* nam eum, qui certus est certiorari amplius non oportet *cap.cum qui cer-*

10 *tus 31.de reg.iur.in 6.* alter casus est, vbi pars, quæ non fuit citata, nihil potuisset allegare,quãdo præsens adfuisset, tertius casus est vbi actus

11 nullum affert præiudicium parti non citatæ; Et

12 istæ quidem limitationes pariter veræ sunt,quãdo congruere suis casibus adaptantur *Vant. de nullit.tit qualit.sent.& proceff. defend.poss.num. 108. & seq.* Inter acta vero transportanda sententia quoque comprehenditur, nam appellatio

13 ne actorum venit; etiam sententia *glo.in l. in fraudem 45.§.neque instrumenta verbo acta in fin. quam ibidem sequitur Bart.in fin.& Alex.in addit.ad Bart.littera A. verbo Ad duas*, vbi etiã

14 tradit generaliter acta dici quæcunque gesta sint coram iudice post litem contestatam, & comprobat *Luc.Pat.d.cap.8.num.3.* & hoc quidem est indubitatum, quia si sententia non foret inferta reliquis actis transportatis,de ea cõstaretur

15 ac si non esset, nam quod in actis causæ non habetur, plane dicitur non extare *l.fin. vbi Doct. C.de reb.cred.cap cum ad sedem 15.vers.nos Prioris acta iudicij de rest.spol.Cassador. decis. 3. de proc.num.6.Vant.de nullit.tit. ex defect. inhab. seu mand.num.62.* nec locus datur præsumptionibus *Castren.cons.81. num.3. lib. 2*, cuius doctrinã amplexa est *Rot.in causa Senogallien.Sylua. 24.May 1577.coram Costa,& apud Gregorium XV. dec.416 num. 5. vbi Beltram. plures alias dec.concordantes citat* ergo nullæ essent partes Iudicis appellationis, ad quem scilicet spectat priorem sententiam confirmare, vel infirma-

16 re,nihil enim esset, quod confirmaretur,vel infirmaretur,cum nõ entis nullæ sint qualitates *l.eius qui in prouincia 41.vers.quoniam ff.si cert. pet. l. 4.§.condemnatum ff.de re iud.l.2 ff.de vsufr.* nec

17 datur qualitas sine subiecto *l.4.§.fin.ff.de act.empt. l.fin.ff.de collat.* Atque non entis,& non apparentis idem est iudicium, & paria sunt non esse

18 vel non apparere *l.duo sunt Titij 30.ff.de testamentis.l.in lege 71.ff.de contrahen empt.l cum res in princ.vers.item si res aliena ff.de leg.1.Surd. dec. 149 num.2.& dec.306.num.13. Rot. decis. 167. num.35.par.1.in recentior.*

C Instructa censeatur) scilicet disposita & composita ex

19 suis partibus,quod de acie, de naui, & de oratione, atque de alijs, quæ ex pluribus partibus constant,prædicatur,sic causam instructam habet *text.in cap.ex parte 33.* ibi alioquin ipsam causam sufficienter instructam remitteretis: Instruitur autem causa per libelli oblationem,litis contestationem, & eiusmodi alia,quæ in iudicijs pro eorum natura requiruntur,vt probat hoc nostrum statutum in subsequenti clausula, & ideo &c. &

20 instructio propriè est eorum, quæ per scripturã cognoscuntur ex *text. in l. generaliter C. de non numer.pecun.* ibi per apertissima rerum argumenta scriptis inserta religionem iudicis possit instruere, & *in l.Aristo.5.ff.de iu.delib. in princ.* ibi copiam instrumentorum facere, vt perinde instruere se possint *not. Luc. de Penn in l. Apparitores circa princip.ibi & notat.* quod sub *verbo Instructionis.*

D Non sit opus libellum offerre) & hoc censetur etiam dispositum à iure communi *Innoc in cap.cum contingat 36.sub nu.4.* ibi vel po-

tes

tes dicere de *offic.deleg. Lanfranc.in Clemen. ſepe verbo Libellus de verb.ſignif. Franc. in cap. per tuas 58.num.4.de appell* quidquid alij Doct. dixerint, & diſtinxerint, & præcipuè *Speculat. tit. de libell.concept.9.§. nunc dicendum, in quibus caſibus* libellus offeratur, vel non & *Bald in authen.hoc ſacramentum ſub num.4.* ind. ſtinctè ſequitur opin. iſtam ibi, ſed certè videtur, *& Frãcum ſequitur Scacc.de appell.q.10.art.4.num.35.* vbi teſtatur concluſionem iſtam etiam vniformi ſtylo Tribunalium Vrbis vſu eſſe receptam.

21 Cæterum formam libellorum in appellationibus: tam iudicialibus, quam extraiudicialibus ponit, & explicat *Speculat. tit.de apoſtol.ſeu libell. dimiſſor.§.4.* nunc dicendum reſtat *de libellis in cauſis appellationum formandis & §.ſeq.ſuper eſt.videre.*

22 **Litem conteſtari)** nec opus eſt de iure communi litem
E conteſtari in cauſa appellationis, niſi vtraque pars ſit præſens, ſecus vbi altera ſit abſens, vel contumax *Bart.in l.vnica num.2.C.ne lic.in vna ead.cauſ. tert.prouoc.quod ille ten.innuit, vt ibidem not. Bart. & alij Doct. Matthæſil.ſingul.66.*
23 *Rot.in nou.deciſ.vlt.de lit.conteſt.* & quando in cauſa principali non fuerit lis conteſtata, quod ſi lis conteſtata fuerit, tum non erit amplius conteſtanda, etiam ſi vtraque pars præſens fuerit, *Franc.in cap.per tuas 58.ſub num.9.vers.tertius caſus eſt*, vbi ita arguit *ex eod.text.* & *probat eadem.num.3.* vnica enim litis conteſtatio ſufficit,
24 cum vna, & eadem cenſeatur cauſa appellationis & cauſa principalis *ex tit. & l.vnic.C. ne in una eademque cauſa lic. tert.prouoc. vt in ipſa deciſ. in fin. & apud. Franc.ſub.d.num.9. vers.quartus caſus eſt dubitabilis.* Quæ verò dicuntur de
25 litis conteſtatione adhibenda in cauſa appellationis certis in caſibus planè intelliguntur in
26 appellatione à diffinitiua, non autem ab interlocutoria, in hac enim non requiri litis conteſtationem conſentiunt omnes *Franc.d.cap.per tuas n.9.* ibi concludit ergo, quod in appellatione ab interlocutoria, ſiue procedatur in abſentia partis ſiue partibus præſentibus, nullo caſu requiratur litis cõteſtatio *Rot.d. dec.n.2.* Itẽ intelliguntur vbi
27 cauſa ex ſui natura litis conteſtationem expoſcat *Franc ſub eod.num vers.ſecundo caſu principali Scacc.de appell.q.11.num.41. vers. primus igitur caſus eſt.* Demum non pluribus circa hunc articulum conteſtationis litis in iudicio appellationis immoremur, perlegi poterũt quæ copioſè, ac diſtinctè iuxta iuris communis diſpoſitionẽ de eo ſcripſit *Scacc.d.q.11.n.36.vſq.ad 44.*
28 Verum attento ſtatuto noſtro omnis ceſſat dubitatio, quia ex ipſius verbis ſimpliciter & indiſtinctè prolatis in cauſa appellationis non eſt opus litis conteſtatione, atque in Romana Curia vniformi ſtylo ita ſeruatur, vti potiſſimum tradit *Scacc.d.q.num.44.vers.aduerte tu qui verſaris in Curia Romana.*

F **Iuramentum calumniæ, vel veri-**
29 **tatis præſtare)** de iure communi hæc iuramenta præſtanda eſſent, etiam in cauſa appellationis, vti plenè probat *tex.expreſſus in cap.2.de iuram.calum. in 6. & fuſius comprobat ex plurium auctoritate Scacc.lib.2.d e iu dic.cap.1.num.166.* qui etiam ſubinde num.ſeq. diſputat, an tex. huius noſtri ſtatuti ità intelligendus ſit, vt conformis reddatur prædictæ diſpoſitioni iuris communis, & cõcludit hoc modo eſſe cenſendum iuxta commu-
30 munes iuris regulas, Attamen ſubiicit in praxi Romana ſeruari, vt non præſentur eiuſmodi iuramenta in cauſa appellationis, licet contingeret illa peti, vt *d.num.166.verſ.raterum in praxi*,
31 & huic quidem Doctori, vt potè atteſtanti de vſu Romanæ Curiæ, in qua natus, & verſatus eſt, credi debet iuxta tradita *per Gabr. concl.4.*
32 *de prob.num.2.* & eo magis, quia celebris habetur maximè ob digeſtum hactenus magna cum laudè tribus voluminibus argumentum iudiciorum, & alio voleminè explicatam materiam cõmerciorum, & cambiorum, cum alia nihilominus doctrinę, ac induſtriæ ſuæ monimenta polliceatur; Accedat, quod atteſtatur de vſu vnico Fori Capitolini, quæ præcipuè ad rem noſtram conſideranda ſunt, vt per *Gabr.cad.concl.nu.3.* Cæterum prædictam cõcluſionem, nempe quod Doctori afferenti aliquid ſeruari de conſuetudine, ſeu vſu fori, credendum ſit, plurimorum auctoritate poſt *Gabriel.communiuit Cauall.quæſtion.1.practi.quæſt.commun.num.1.* quod quidem non habet difficultatem ſaltem, quo ad hoc
33 vt eiuſmodi atteſtatio transferat onus probandi in contradicentem *Benintend.deciſ.95.* qui hanc dicit eſſe communem opinionem.

G **Sufficiat)** ergo non prohibetur in gradu appellationis libellus, litis cõteſtatio, & iuramentum calumniæ, vel veritatis vt ex hoc verbo arguit *glo.in cap.conſuluiſti verbo Neceſſitatis de celebr. miſſ.* ibi, nec expreſſe
34 prohibetur, quin plures poſſint celebrari ex eo quod dicit, ſufficit, nam hoc verbum denotat quod fieri poteſt, non quod debet *Schard. in ſuo lexic.iur. verbo ſufficit.*

De teſtibus, & iuribus de nouo repertis in cauſa appellationis producendis.

Cap. CLXXXV.

IN cauſis appellationum poſſint induci teſtes de nouo reperti, & examinari tàm ſuper articulis in prima inſtantia datis, quam ſuper aliis de nouo dãdis: ſimiliter inſtrumenta publica, & priuatæ ſcripturæ produci poſſint, dummodo pars, quo ad teſtes, iuret de nouo repe-
riſſe.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Sententia interlocutoria iustificanda est ex ijsdem actis, non autem ex nouis, aut de nouo probandis.*
Et procedit tam ex iure Canonico, quàm ex iure Ciuili, & nu. 2.
Limita vt num. 4.
3 *Regula, Quod non est probatum, probabo, non habet locum in appellatione ab interlocutoria.*
5 *Testes in causa appellationis induci non possunt super articulis primæ instantiæ.*
Contrarium num. 7
6 *Vitium cùm ex vna radice nascitur, consequens est, vt vna lege tollatur.*
8 *Subornatio testium non præsumitur in secunda instantia: & in casu l. fin. C. de testib. & num. 9.*
Et in causa restitutionis in integrum, vt num. 10.
11 *Quantum præstat restitutio minoribus, tantũ præstat appellatio maioribus ad probandum.*
12 *Minor per in integrum restitutionem, potest publicatis dictis testium, idem probare per testes meliores.*
13 *Appellatio à definitiua est fauorabilis: at ab interlocutoria est odiosa, & num. 14*
15 *Plus licet in secunda instantia quàm in prima, quoad probationes faciendas.*
16 *Probationes nouæ per scripturas admittuntur in qualibet instantia.*
Intellige vt num. 17.
18 *Iuramentum facit, quod pro iurante præsumatur.*
19 *Probari debet per iuramentum, testes de nouo fuisse repertos.*
Limita vt num. 23. 24. & 25.
20 *Instrumenta, & testes in iure æquiparantur.*
21 *Qui semel periurauit, nec testis esse potest deinde, &c.*
22 *Semel malus præsumitur semper malus in eodem genere mali.*

ANNOTATIONES.

A

N causis appellationum) scilicet à sententijs diffinitiuis, ità enim intelligi debet hoc statutum, ne prorsus deuiet à iure communi, quo planè cautum est,
1 vt sententiæ interlocutoriæ ex ijsdem actis, non autem ex nouis, aut de nouo probandis iustificentur, vel impugnentur *Clemen. appellanti de appell. vbi tex. est expressus, & apertus glo. ibid: verbo Ex nouis Anchar. num. 4. Abb. num. 3. Vitalin. nu. 7. &* 8. qui explicat verba illa ex nouis & de nouo *Bart. in l. eius q. 4. num. 8 ff. de appell. recip.* idque procedit non solum ex iure canonico,
2 sed etiam ex iure ciuili, vt ibidẽ probat *Bart. per text. in l. ait Prator. 7. §. permittitur ff. de minor. quem sequitur Franc. in cap. vt debitus 59. q. 13. nu. 24.* sub dens, quod in appellatione, ab
3 interlocutoria nõ habet locum regula, quod non est probatum, probabo, & quod non est deducti, deducam, de qua regula *tex. est in l. per hanc 4. C. de temp. & repar. appell. & in cap. cum Ioannes 10. de fid. instru. not. Marant. in suo specul. par. 6. princ. act. 2. num. 159.* limitatur tamen *d. Clemen.*
4 vt non procedat, vbi interlocutoria lata sit contra contumacem, vel absentem, atque etiam in pluribus alijs casibus, vt notat, & indicat *Alex. ad Bart. in d. l. eius qui littera 1. verbo ut de appellationibus,* septem vero limitationes comprehensa prædicta distinctè affert *Maran. d. act. 2. nu. 164. vers. secundam regulam vsque vsque ad num. 170.*

B Super articulis in prima instantia dictis) sed non nè repugnat statutum iuri canonico nempe *in c. fraternitatis 17. de testi. & Clemen. testibus eod. tit.*
5 atque etiam rationi, scilicet nè post publicata dicta priorum testium, occasio detur subornationis aliorum, quam quidem rationem confide rauit pariter ius ciuile, & super ea disposuit, vt *in §. quia verò authen. de testi.* quæ redacta est, *in C. iii. de probat.* at qui semel, vndè etiam ipsum ius ciuile eo casu testium inductionem prohibuit atque eadem ratio planè militat, tam in secunda instantia, quam in prima, & consequenter in vtraque idem ius esse deberet *cap. inter corporalia vers. vnde cum non sit de transl. Episc. l. illud.*
6 *ff. ad l. Aquil.* cumque vitium ex vna radice nasci tur, consequens est, vt vna lege tollatur *l. fin. in vltimis verbis C. de nupt ex quibus glos. in d. cap. Fraternitatis verbo nouis planè censuit,* quod etiam iure ciuili non permittatur testes, in causa appellationis inducere super articulis primæ instantiæ, nempe post publicata dicta aliorum testium, quodque in hoc ius ciuile cum iure canonico conueniat ob prædictam rationem, ab vtro que iure pariter animaduersam; attamen contra
7 prædictam *glo. facere videtur tex. in l. eos 6. §. 2. C. de appell. & tex. in l. per hanc 4. C. de tempor. & repar. appell.* ex quibus communiter tenent legistæ, vti testatur *glo. in Clemen. fin. de testi. verbo In appellationis causa,* quod in causa appellationis permittatur testes inducere super articulis causę principalis post attestationes publicatas, & de ista communi opinione legistarum testatur etiam *Bart in d. l. 4 sub num 5. Bald. in d. l. eos §. 1. sub n. 2.* ibi & hãc opinionem approbant omnes legistæ, sed canonistæ tenent contrarium, *& in d. l. per hanc num. 14.* ibi, & hæc lex secundum omnes legistas communiter determinat istam quæstionem *Vitalin. ad d. Clem. in vltimis verbis.* hæc autem opinio tanquam communis de iure ciuili seruanda est, vbi ius ciuile seruatur, *vt per Bald. in cad. l. eos §. 1. num. 3. C. de appell. & in l. 4. num. 15. C. de tempor. & repar. appell.*

appell. Vnde non eſt mirum, ſi ſtatuentes noſtri eam vtique ſequantur, cum in Vrbe Roma, vbi iura ciuilia orta auctaque ſunt, & ad alios populos defluxerunt, & adhuc ſuſcepta benignè ſeruantur, decreuerint ſeruari debere ius ciuile, vt ſupra cap. 42. expreſsè profeſſi ſunt.

Ad rationem verò ſubornationis euitandæ, quæ contra militare videtur, reſponderi poteſt iuxta ſenſum *Bald.in d.l.eos §.1 ſub num.2.& in d.l. 4. ſub num.* 14. quo ſi illa reſtringitur de iure ciuili ad primam inſtantiam, *vt in d.§. quia vero authen.de teſti.* Eſt enim ſpeciale, vt ille inquit, quod non præſumatur ſubornatio in ſecunda inſtantia, propter naturam, & beneficium appellationis, quæ eſt diuerſa cauſa à prima, nonquidem diuerſitate materiæ antiquę, quia idem eſt fons quæſtionis, ſed diuerſitate iudicij. & diuerſitate materiæ nouæ, ideſt iniquitatis ſententiæ, interdum examinari poteſt ſeorſum à principali *vt in l.abſentem 6.C.de accuſ.in l non diſtinguemus 37 §. cum quidam ff.de recept. arbitr. facit tex.in l.penult ff.iudic.ſolu.* & ideo teſtes debent iterum iurare, licet iurauerint in cauſa prima, *vt not gloſ. fin.in d.l.4.C.de tempor.& repar.appell.* Et quia nouus, ac terribilior eſt iudex appellationis, cum ſit maior iudice primæ inſtantię idem ſubtilius examinabit teſtem, ac intercipiet eum, ſi poterit, & comminabitur ei.

Accedat, quod præſumptio iſta ſubornationis non eſt perpetua, & infallibilis, fallit enim in caſu *l.fin.C.de teſti.* atque etiam in cauſa reſtitutionis in integrum, vt per eumdem *Bald. in d. l. 4. num.* 14. & pro opinione legiſtarum ſic arguit ipſe *Bald.in d. l.eos §. 1.num.* 3. quod tamen argumentum nos firmamus alijs rationibus, quippe regula eſt, quod quantum præſtat reſtitutio minoribus, tantum præſtat appellatio maioribus ad probandum *l. Præſis* 43. *ff. de minor*; Sed minor per in integrum reſtitutionem poteſt aperiri, & publicatis dictis teſtium, idem probare per teſtes meliores digniores, vel melius ſcientes factum *Innoc.in cap.auditis. num.2 & 3.de in integr. reſtit. Bart.in l.1.§.nuntiatio, ſub num.33.ff.de oper.nou.nunt.per text.in l.minor.37.ff.de minor.* vbi etiam alii omnes, & hæc eſt communis Doct. opinio, vt aſſerit *Oldrad.de reſtit.in integr.q.65.art.11. ſub num.* 51. Ergo & hoc dicendum eſt licere maioribus generaliter in appellatione à diffinitiua tamen, quæ fauorabilis eſt, & ideo magis iuuanda per quaſcumque probationes iuxta *text.in Clem. appellantis de appell.* vbi non idem cenſetur de interlocutoria, quia eſt odioſa, vt pote derogans ordinariæ iuriſdictioni *Bald.in d.l.eos §.1. ſub numero* 4.

Demum pro eadem legiſtarum ſententia ponderari poteſt grauis illa ratio Iuſtiniani Imperatoris, quę prædictam *l.4.C de tempor.appel.* concludit in illis verbis quo exercitatis iam negotijs ſcilicet in prima inſtantia, pleniore ſubueniatur veritatis lumine, ideſt in cauſa appellationis, ſicque vult Imperator plus licere in ſecunda, quam in prima inſtantia, quo ad probationes faciendas. vt benè conſiderat *Bald. in cad. l.4.ſub num.*14.

C Similiter inſtrumenta &c.) ſiquidem non

16 uę probationes per ſcripturas admittuntur in quacumque inſtantia, quoniam in ſcripturis ceſſat timor ſubornationis conſideratus in teſtibus *Marant.in ſuo ſpecul.par.6.princ.act.2.verbo & quandoque appellatur nu.162.in fin. probat tex.*

17 *in d.l.4.verſ. Sed & ſi qua*; Hoc tamen reſtringit *Iaſ.in repet l.admonendi de iureiur.num.* 57. & dicit diligenter eſſe notandum, quo ad ſcripturas non productas in prima inſtantia propter ignorationem earum, vel propter aliquod impedimentum, non ſi per negligentiam iuxta opin. *Ant.de Butr.in cap.ad audientiam 31.de reſcript.* per eum relati.

D Iuret de nouo reperiſſe) iramentũ namq. facit

18 quod pro iurante præſumatur, ſicque quod quis non mentiatur, ſed dicat veritatem *l.fin. verſ. & licet* C. *ad l. Iul. repetund. Guid pap.ſingul.*

19 795. & ad rem noſtram, quod probetur per iuramentum teſtes de nouo fuiſſe repertos, deducitur *ex tex.in cap.paſtoralis 4.de except.in fin. in l fin.C.de fid. inſtrum.& in cap.nulli 8.de elect. in 6.* quæ iura congeſſit *Iaſ.cum auctoritate plurium Doct.in repet l admonendi num 60 ff de iureiur.* & licet tam iura, quam Doct. loquantur, de inſtrumentis de nouo repertis, debent pariter intelligi de teſtibus de nouo repertis, cum inſtrumenta, & teſtes in iure æquiparẽtur *l.in exercendis is C.de fid. inſtrum.* nam æquiparatorum

20 idem debet eſſe iudicium, ac diſpoſitio *l.1. ff.de leg.1 gloſ.fin.in l.ſi quis ſeruo* 20. *C.de furt. & in cap. ſi poſtquam 33. verbo Prouiſoris de elect. in 6.* quod ſi iurans teſtes de nouo reperiſſe, alias de periurio conuictus fuiſſet, non admitteretur

21 qui enim ſemel peierauerit, nec teſtis ſit poſt hoc, nec ad ſacramentum accedat, nec in ſua cauſa, vel alterius iurator exiſtat inquit *text. in cap.paruuli 22.q.5.* & generale eſt, quod ſemel

22 malus, ſemper præſumitur malus in eodem genere mali *c.ſemel malus 8.de regul.iur.in 6.ubi, glo.1.* recenſet exempla, & materiam explicat *l. Caſſius ff de Senat. Bart.in l.ſicut §.ijſdem nu. 8. ff.de accuſat.* Hæc eſt vna limitatio ad præcedẽs

23 dictum, nempe quod ſtetur iuramento dicentis ſe de nouo teſtes reperiſſe, quam limitationem *not.Iaſ in d repet l.ſi admonendi ſub n.60. verſ. limita duobus modis*; Altera eſt limitatio, quod

24 illud procedat quo ad binas vices tantum, quia probatio per iuramentum vim habere non poteſt, niſi per duas vices, & non vltra per *text.in l.fin. ff.de bon.auctor.iud.poſſid. quem ſingul. ad id eſſe refert ex* Lud. *Rom. Iaſ.loco citat. Luc. Pat. in prax.for. Cap lib.5.cap.16.num* 6. qui vtramque limitationem pariter approbat, ſicuti videmus, quod poſt ſecundam deputationem peritorum non eſt amplius locus vlteriori electioni, nempe ad euitãdum proceſsũ in infinitum *Gratia.diſcept.forenſ.cap.600.nu.* 30 *Jib.3. facit text. in cap.cum in multis 2.de reſcript.in 6.l.qui bona* 13. *§.ult.ff.de damn infect.tex.in l.fin.* ibi ſed ne videamur in infinitum hanc extendere, vbi etiã *glo.verbo in infinitum C.de Sacroſa. Eccleſ.in l. unic.C.de ſent. quæ pro eo quod inter l.fideicommiſſa* 11. *§.ſi quis alicui ff.de leg.3.not.Felin. in c. propoſuiſti 4.ſub numer.11.de probat. Rot. coram Cardin Horatio Lancellotto in Romana pretij Fiani* 24. *Ianuarij* 1610. *Rimin. iun.conſ.212.*

num.21.lib.2.& conſ.235. n.m. 7.lib.3. vbi pluribus ſimilibus comprobat.

Prædictis tertia limitatio adhuc adiũgi poteſt ſcilicet vbi pars altera probaret teſtes de nouo repertos non eſſe, nam vbi ex aliqua diſpoſitione ſtetur iuramento alicuius, illi non creditur, ſi ab aduerſa parte contrarium probetur *text. in c. propoſuiſti 4. de prob. ubi Felin. num. 1.* multis comprobat, *cap. continebatur. 6. & ibi glo. uerbo uiri ſtandum eſt ueritati in fin. de deſponſ. impub. glo in cap. 2. uerbo Affectata de temper ordin. in 6 tex. in l. uideamus §. item uidendum uerſ. & magis eſt ff. de in lit. iur. l. fin. ubi glo. uerba Facile ff. eod. tit. pluribus confirmat Gemin. in c. ſtatutum §. cum uero nu. 8. de reſcript. in 6.* Quæſtiones aliquot aliàs ad hoc ſtatutum, quas *Luc. Pat. d. cap. 11. libro 5.* ponit, ac ſoluit, conſulto omittimus.

De Suſpicione Capitanei.

Cap. CLXXXVI.

SI in principio litis, aut ex rationabili cauſa in illius proſecutione, pars aliqua Capitaneum appellationum, vt ſuſpectum recuſet, Conſultor eligatur, cuius conſilio cauſa terminetur, & aliter ſententia non valeat ipſo iure.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa ſuſpicionis Capitanei non eſt neceſſario afferenda ante litem conteſtatam.*
2 *Iudex quibus ex cauſis reuocari poſſit, vt ſuſpectus.*
3 *Capitaneus quomodo recuſari debeat, vt ſuſpectus.*
4 *Iudex ordinarius non debet ita recuſari, vt remoueatur tamquam ſuſpectus, ſed vt detur ei adiunctus.*
5 *Acta iudicij in cauſa ſuſpicionis Capitanei geri debent coram eodem Capitaneo, non autem coram Conſultore illi adiuncto, & num. 6.*
7 *Conſilium ſapientis in caſu ſuſpicionis Iudicis dari non debet, vbi agatur de articulo iuris certo.*
Item quando calumniosè peteretur, & n. 8.
Etiamſi in ſtatuto id expreſſè caueretur, & num. 9.
10 *Statutorum verba reſtringi debent ad id, quod eſt rationis.*
11 *Calumnijs via præcludi debet.*
12 *Conſultor ſi petatur in Curia Capitolina, & pars petens neglexerit per decem dies pro illius electione, Capitaneus poterit per ſe ipſum cauſam expedire.*
13 *Conſultor an remoueri poſſit, vt ſuſpectus, ob nouam cauſam ſuſpicionis?*
14 *Statutum, quòd Iudex debeat iudicare ad conſilium ſapientis, valet.*
Amplia etiam in conuentione partium, & num. 15.
16 *Sententia lata ſine conſilio Sapientis, ſiue Conſultoris, vbi requirantur, eſt nulla.*
17 *Forma tradita à lege, vel à ſtatuto eſt de eſſentia actus, & iudicij.*

ANNOTATIONES.

A SI in principio litis) ideſt ante litem conteſtatam, tum enim non eſt opus afferre cauſam ſuſpicionis, ſicuti de ſuſpicione collateralium diſponit ſtatutũ ſupra cap. 12. & ita
1 ſeruatur, quoad ſuſpicionem Capitanei, quod etiam ipſe vti expertus cum eſſem Capitaneus, affirmare poſſum.

B Aut ex rationabili cauſa in illius proſecutione) nempe poſt litem conteſtatam, vel pro conteſtata habitam, & ex noua cauſa, aliàs enim non eſſet admittenda iudicis recuſatio iuxta ea, quæ ad 12 c. prædictum littera E. *uerbo, Quod ſi poſt litem conteſtatam opportunè deduximus.*

C Suſpectum recuſet) ex quibus verò cauſis iudex, vt
2 ſuſpectus recuſari poſsit, pleniſsimè habetur apud Doct. per nos loco prædicto citatos, qui ad huius materiæ explicationem, per rationes & exempla diſtincta, & in vnum collecta, nihil prorſus omiſiſſe videntur.

D Conſultor eligatur) ſcilicet iuxta formam proximè ſequenti cap. præſcriptam, hoc autem adhibetur remedium in liſto caſu, quia Capitaneus
3 tanquam Iudex ordinarius appellationum, & nullitatum non debet ita recuſari, vt remoueatur tamquam ſuſpectus, ſed vt detur ei adiunctus
4 ſicuti iure communi in iudice ordinario generaliter ſancitum eſt, *authen ſi contigerit C. de iud. l. nemo & ibi Bart. C. de iurisfaict. omn. iud.* quæ vera eſt, & communis concluſio iuris interpretum, vti teſtatur *Iaſ. in l. apertiſſimi num. 4. C. de iudic. Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 7. nu. 5.*
5 Vnde ſequitur quod acta iudicij nihilominus gerantur coram Capitaneo, non autem coram Cõſultore iuxta tradita *per Aſin. in prax. iudic §. 14 cap. 1. num. 9. & ſeq. ex Angel. in l. ſi quis iudex num. 2. C. de relation.* qui dicit, quod ideo cauſa
6 plenè inſtructa à iudice ad Conſultorem tranſmitti debet, & Conſultor nec dilationem concedere

dere poteſt ad aliquid probandum, vel inducendum, atque ita docet vſus fori eiuſdem Capitanei.

Conſultor autem dari non debet, vbi agatur de articulo iuris certo, ſicuti hoc caſu denegã-
7 dum eſſe conſilium ſapientis docet *Bal.in l.1.n.3.C.de relatio & ratio eſt.* quia calumnioſa eſt, petitio *Dec.in Lillam num.2. C. de collat. Bart poſt Iacob.de Aren.in l.ille aut ille 25 §.cum in verbis ff.de leg.3.vbi plenius addit.verbo comittere Blanc de compromiſ.q.4.nn 3.Brunor. a fol. in ſuis propoſ.iur.verbo Conſilio ſapientis cauſa committi non debet. & verbo conſilio ſapientis*,
8 vbi quod conſilium ſapientis non tenetur dare iudex cognoſcens de cauſa, nec vigore iuris communis, nec municipalis, quando calumnioſe petitur, idque ex communi Doct. ſententia, de qua teſtatur præcipuè *Signorol. conſ. 56. in fin.* qui hoc pluribus argumentis, & rationibus comprobat, atque loquitur etiam in fortioribus terminis quam diſponat ſtatutum noſtrum, nempè
9 vbi ſtatuto expreſsè cauetur, quod quotieſcumque pars petierit conſilium ſapientis, iudex co-
20 gnoſcens de cauſa dare ſapientem teneatur, quãtumcumque videat calumnioſè peti, nam verba ſtatutorum reſtringi debent ad id, quod eſt rationis per *text.cum ibi not.in l quamuis 11. ff. de in ius vocan.* & ita intelligi, ne ſequatur abſurditas *Euerard.in cent.ſua loco ab abſurdo num. 6. Majcard.de gener ſtat.interpr.concl. 4. nu.114.* ac contra rationem, & plane abſurdum eſſet, ſi
11 ſtatutum calumniis locum daret, quinimò viam, non præcluderet *l.1.& 2. immò tot.tit. C.de iureiur. propt.calumn. Clement 1.vt calumn. de ſtatent.& re iudic. Signor.d.conſ.ſub num.11. verſ. ex quo ſic argua*. Commode hic etiam annotãdum videtur, quod iuxta conſtitutionem Pauli Papæ V. ſel. record. *ſuper reform.Tribun. Vrb.*
12 *tit.de Capitol.& eius official.* ſub initio, ſi petito conſultore pars, quæ petierit, neglexerit per decem dies inſtare pro illius electione, Capitaneus poterit per ſe ipſum cauſam expedire.

13 Sed numquid conſultor, poſtquam legitimè electus fuerit, & conſulendi munus ſuſceperit, vti ſuſpectus remoueri poterit ob nouam cauſam ſuſpicionis, quæ ſuperuenerit? videtur planè dicendum quod poſſit remoueri exemplo iudicis delegati per *tex.in l. apertiſſimi C. de iudic. cum ibi not.* quinimò ſicut in iudice non eſt neceſſaria cauſæ expreſſio, ità nec in iſto, niſi tamen iudici videretur fruſtratoriè, vel calumnioſe hoc peti, ita reſpondet *Albert.de Rampon. d.tract.q. q.8.* quod vtique vſu forenſi receptum eſt.

E Cuius conſilio cauſa terminetur) valet quippe ſtatutum, quale in ſubſtantia eſt noſtrum, nempe quod iudex debeat iudicare ad cõ-
14 ſilium ſapientis *Alex.conſ.59.ſub num.3.verſ.& licet ſpec.vbi teſtatur ita tenere Doct. communiter Bart.in l ſi conuenerit, ſub n.4.ff.de re iu.* vbi
15 aſſentitur id fieri poſſe, tam per ſtatutum, quam per conuentionem partium *Ias.ibidem num.18. Caſtren num.1. Bald in l.vnic. C.ne ſtr.in ona cad.cauſ.tert.prouoc.num.8.*

F Et aliter ſententia non valeat) etiam ex iure communi cenſeri debet nulla ſen-
16 tentia lata ſine conſilio ſapientis, ſiuè Conſultoris, vbi alia ſint ſtatuta *Alex.d.conſ.59. num.3.* qui addit idem eſſe, ſi ſtatutum expreſſe non annullaret *Bart.in l.1.§.ſi plures nu.12. ff.de exercit.actions.vbi addit.littera E. ad verbum Cum conſilio ſapientis*, id ipſum pluribus comprobat, præcipuè in *verſ.& vide facto cum verſ.ſeq.* nam dicebatur *Bal.in l.vnic.C.ne lic in una cad.cauſ. ſub num.8, littera G. verſ. ex dicto ergo Roſſred & ibi Barbat in addit. Luc.Pat.lib 5. cap.9., nu.*
17 10. nec mirum, quia forma tradita à lege, vel ſtatuto cenſetur ſubſtantialis & de eſſentia actus & iudicii, ita vt ea non ſeruata, actus ſit nullus *l.hi §.ſi pretor.& ibi Ias.numer.1.ff. de tranſact.l.hac conſultiſſima circa prine.C. de teſtam. cap.cum dilecta ubi Felin. & alij de reſcrip. Bald. in l.comparitiones ſub num.7.in 3.oppoſit.C. de fid.inſtru. Alex.conſ.50.num.5.lib.5.* ibi nam quælibet forma *Cattr. in l.4.§. condemnatum ſub num.2.ff.de re iud. Vant. de nullit. tit. quot. & quib.mod.num.51. Mobed.dec.17. num.1.de cauſ.poſſeſſ.& proprict. Rot, diuerſ.dec.226.n2. par.1.& deciſ.72.num.10.par.2. & in* Romana *alimentorum coram Orano 25. Maij 1587. & 4. Iunij 1593. tertia concluſio*.

G Ipſo iure) de hac clauſula ſatis diximus *ſupra cap.130. ſub littera K. ad hoc ipſum verbum.*

De conſultore eligendo.

Cap. CLXXXVII.

IN cauſis, in quibus Capitaneus, vt ſuſpectus recuſatus eſt, & in his, in quibus Conſultor ipſi Capitaneo, vel etiam Senatori per præſentia ſtatuta dari precipitur, *a* hæc in eligendo forma ſeruetur: Ter pars citetur ad dandum ſiſtam, ſeu ſchedulam ſuſpectorum, & eorum de quibus confidunt, quam *b* cum iuramento partes dare debeant, in qua nominatim ſuſpecti ſint deſcripti (quoniam allegationem ſuſpectorum in genere, veluti omnes Auditores, omnes Romani nullatenus admitti, nec attendi volumus) quibus ſchedulis per Iudicem ſequenti die viſis, & parte ad videndum extrahi Conſultorem vocata; *c* ſi partes in aliquem conſenſerint, is Conſultor pronuncietur. Si verò non conſenſerint, Iudex datis, vel non datis ſchedulis ſuſpectorum, ſemotis partibus, de bonis, & doctis viris à neutra partium nominatis, decem eligat, eorumque nomina in Vrnam, ſeu Buſſulam coniiciat, ex qua publicè

publicè pro Tribunali ſedendo, vnum extrahat, qui Conſultor ſit. Aliæ vero chartulæ, vbi deſcripta ſunt nomina aliorum, qui remanſerunt in vrna, ibi ſtatim publicè inuoluantur (non lectæ) in aliqua crumena, vel ſacculo, ſigillis partium, ſi voluerint, vel aliorum loco partium, ſignato: retinenda penes Iudicem, vel Notarium cauſę, donec electus acceptauerit: qui, ſi non acceptauerit, ſtatim facta notificatione per appellantem, extrahatur alter, & deinde alius, donec vnus acceptauerit; qua acceptatione ſecuta, ad inſtantiam petentis partis, aliorum nomina, quæ in ſacculo remanſerunt, publicè legantur, & Notarius cauſę ſub pœna falſi, deſcribat omnia nomina, tã illorum decem, quàm aliorum à partibus nominatorum in eius actis. Tempora autem prædicta, ideſt à die petitionis Conſultoris, vſque ad diem acceptationis *d* in fatalibus omnino non computentur.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum recuſantis requiritur, dum quis recuſatur, vti ſuſpectus.*
2 *Conſultor, vel Sapiens poteſt eligi à Partibus, ſi in aliquem conſenſerint.*
Sed ſi partes non conſenſerint, tunc dantur ſchedulæ ſuſpectorum, & num. 3.
Quæ ſchedulæ tutius eſt, ſi à Iudice retineãtur, & num. 4.
5 *Iudex ex officio refrenare poteſt multitudinem ſuſpectorum.*
6 *Fatalia non currunt durante tempore ad habendum conſilium Sapientis.*
Amplia etiam in conſilio Peritorum, ſeu calculatorum, & num. 7.

ANNOTATIONES.

A HAec in eligendo forma ſeruetur) ex iſtis verbis planè conſtat, abſque vlla diſputatione ſtatutum dare formam, ideo quidquid ex ea omittetur, conſultoris electionem prorſus nullam reddet, iuxta ea quæ ad proximè præcedens capit. attulimus *littera F. verbo Et aliter ſententia non valeat.*

B Cum iuramento) ſchedula conſultorũ ſuſpectorum cum iu
1 ramento dari debet, quia dum quis recuſatur, vti ſuſpectus in iudicando, requiritur iuramentum recuſantis, illudque ſufficit *glo. communiter recepta in l. apertiſſimi verbo Recuſare C. de iud.* qua de re diximus *ſupra ad cap. 12. littera C. verbo Cum iuramento ſuſpectus recuſetur.*

C Si partes in aliquem conſenſerint)
2 quod vtique facere poſſunt *per text. cum ibi not. in l. ſi conuenerit 26 ff. de re iud. & in l. 2. ff. de iudic.* & modus ille eligendi de partium conſenſu ſapientem, ſeù conſultorem probatus reperitur potiſſimum à *Specul. tit. de requiſ. conſ. ſub num. 4. uerſ. nos tamen plerumque & ab Albert. de Rampon. tract. de conſil. haben. per official. & aſſeſſ. ſub* initio ibi ſuper primo ſic breuiter dicendum, qui quidem *tract. ponitur inter tract. Bart.* quod ſi
3 partes non conſenſerint, tum dantur ſchedulæ ſuſpectorum, vti proſequitur hoc ſtatutum, ſicuti Doct. prædicti pariter docuerant locis citatis, & amplius *Specul. eod. tit. num. 3. uerſ. ſcias igitur*
4 vt verò iſtæ ſchedulæ ſuſpectorum à iudice retineantur conſulit *Albert. de Rampon. d. tract. ſub initium in illis uerbis*, tu autem iudex ſuſpectos ſibi ſeruabis, vt ſi diceret aliqua partium, quod dediſti conſultorem de numero ſuſpectorum, recurras ad originalem ſcripturam &c. ſcilicet vt iudex ſe defendere poſſit contra partem conquerentem, quod ille ſuſpectum conſultorem elegerit, atque idipſum parti etiam prodeſt, ne iudex valeat malignari, ſicuti conſiderat *Specul. d. tit. ſub num. 3. & ibi additio in uerbo Malignari*; Ad officium autem iudicis pertinet, multitudinem ſuſpectorum refrenare *Spel. dict. tract. ſub*
5 *num. 14. Albert. de Rampon. in tract. citato ſub 1. quæſt. uerſ. unum tamen ſcias*, qui & exemplum affert de teſtium multitudine per iudicem refrenanda *ex tex. in l. 1. §. fin ff. de teſtib.* quod & ſtatuentes noſtri prudenter ac moderate decreuerunt.

D In fatalibus omninò non computentur) ità etiam eſt de iure communi, nempe, vt fatalia non currant durante tempore ad habendum conſilium ſapientis *Corn. conſ. 182. num 3. lib. 3. Ruin. conſ. 172. nu. 8. lib. 4. & conſ. 77 num. 1. lib. 5. Gabr. tit. de arbitr. conclu. 4. nu. 3* idem fit, vbi negotium pendet coram peritis, ſeu calculatoribus, quorũ conſilium iudex ſequi tenetur, iuxta *not. in cap. fraternitatis & in cap. fin. de frigid. & maleſic. & prædicta probauit Rot. in cauſa Romana de Bombellis coram Sacrato. 31. May 1613 uerſ. Secundo dicebatur de nullitate*,

---

De officio Conſultoris, & Sportulis illius.

Cap. CLXXXVIII.

ANNO

CONſultor electus, conſilium tradere teneatur infra decẽ dies, *a* à die ſuę acceptationis numerandos, intra quos viſis actis, & informationibus partium (ſi informare voluerint) auditis, *b* conſilium ſuũ in ſcriptis, *c* clauſum, ſuoque etiam ſigillo ſignatum Notario cauſæ tradat; *d* iuxta cuius conſilium Iudex pronunciabit: quod, ſi infra dictum decendium facere neglexerit, ducatorum auri de Camera centum pœnã incurrat, & damnum lęſæ parti reſarciat; nec vlterius in ea cauſa eligi poſſit, *e* poſt traditum autem conſilium Notario, illud nec reuocare, nec corrigere, neque mutare, aut illi quicquam addere poſſit. *f* Sportulæ pro Conſultore ſint tandem, quantum pro Iudice, cui Conſultor datus eſt, ſupra in capite de Sportulis Capitanei taxatum reperitur: vltra quas nihil omnino ipſi Conſultori percipere liceat; alioqui pœnam eandem, quæ in dicto capite de Sportulis expreſsa eſt, & recipiens ipſo iure incurrat.

SVMMARIVM.

1 *Conſultor tenetur infra duos menſes à die electionis acceptare, vel recuſare.*
2 *Sententia in ſcriptis ferri debet; alioqui eſt nulla, & non meretur nomen ſententiæ, & num. 3.*
Amplia etiam in conſilijs Sapientum, ſeu Conſultorum, & num. 4.
5 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*
6 *Conſilium Sapientis, ſeu Conſultoris debet ſecreto offerri: & Iudex aperire illud debet, & legere, & num. 7. & de ſolemnitatibus adhibitis conſtare debet ex actis Notarij, & num. 9.*
8 *Sententia lata clauſo conſilio, eſt nulla.*
10 *Solemnitates requiſitæ præſumuntur, niſi tamen verba tabellionis patiantur.*
11 *Præſumptio non admittitur pro inſtrumento, niſi faciat mentionem de qualitate neceſſaria.*
12 *Forma pronuntiationis cum conſilio, ſeu voto Conſultoris.*
13 *Appellatio datur à ſententia lata de conſilio ſapientis, ſeu voto Conſultoris, vbi eadem ſententia ſit prima.*
Amplia etiam, vbi partes conſenſerint, vt ita ſeratur ſententia, & num. 14.
15 *Sententia de conſilio Sapientum, &c. & ad relationem petitorum, nunquam tranſeũt in iudicatum.*
Intellige, vt num. 16.
17 *Iudex pronunciare debet iuxta conſilium Sapientis, niſi tamen conſilium ſit expreſsè contra ius.*
18 *Admittenda non ſunt, quæ ſunt contra ius.*
19 *Conſiliarius auctoritate ſibi conceſſa abutens, priuilegium ſibi conceſſum meretur amittere.*
20 *Conſultores quid cauere debeant in compoſitione conſilij.*
21 *Conſultores non poſſunt poſtea corrigere conſilium, neque mutare, aut illi quicquam addere.*
Intellige, vt num. 24.
22 *Conſultor ſimilis eſt Iudici definitori, non autem interlocutori.*
23 *Iudex cum iudicauerit, ſiue benè, ſiue malè, functus eſt officio ſuo.*
24 *Sententia quoad latinitatem verborum tantum, non quoad ſubſtantiam, emendari poteſt.*
25 *Caſus refertur, in quo Conſultor per inuriam peruertit in ſuo voto nomina partiũ*
26 *Conſultori debentur ſportulæ ex ſtatuto; ſicut Sapienti ex iure communi debetur præmium pro iuſto conſilio, quod Iudici præſtat.*

ANNOTATIONES.

A Die ſuæ acceptationis) tenetur autem Conſultor hodie ex Conſtitutione Pauli V. ſuper Reformatione Tribunal. Vrb. Conſultoris munus infra duos menſes à die electionis acceptare, vel recuſare, aliàs ad alterius electionem procedetur vt in ead. conſtitutione legitur ſub initium *uerſ. Et ſi conſultor.*

B Conſilium ſuum in ſcriptis) nam ſententia in ſcriptis ferri debet, alioqui eſt nulla, nec meretur nomen ſententiæ *l. 3. C. de ſent. ex breuic. recitan.* ibi, vt ſententia, quæ dicta fuerit cum ſcripta non eſſet, nec nomen quidem ſententiæ habere mereatur, atque ita reſcribi debet, vt legi poſſit, aliàs perinde eſſet, ac ſi ſcripta non eſſet, prout de teſtamento tradit *l. C. in l. quo tutela redit, 73. §. qua in teſtamento ff. de regul. iur.* quod plenius proſequitur *Vant. de nullita. tit. de nullit ex defect. & c. num. 72.* Sed amplius *per l. 2 C. de ſenten. ex breuic recit.* admonentur iudices, quos cognoſcendi, & pronunciandi neceſſitas tenet, vt non ſubitas, ſed deliberatione habita, poſt negotium ſententias ponderatas ſibi ante forment, & emendatas ſtatim in libellum

secuta fidelitate conferant, adhæc *in l.ult.C.comm in.epist & cap.hac verba leguntur*, quod magno conflictu sententia decerni solet, id paucis litteris temerè descriptis definiri fas non est; Et nihilominus aliquando apparent sententiæ etiã post longam causarum cognitionem obscuris, & ambiguis verbis, atque inepta forma festinãter conscriptæ, ex quibus lites non explicantur, sed denuo magis implicantur magno sanè cum damno, & incommodo miserorum litigantium;

4 porrò, quæ de sententijs dicta sunt, locum sibi pariter vendicant in consilijs sapientum, seu Consultorum, quæ vota appellamus *Luc. Pat. lib.5.cap.10.de offic. Consul.nu.7. in fin.* nam & ea in effectu sententiæ sunt, siquidem iudex expressis verbis pronunciat iuxta formam consilij, seù voti, vnde perinde est, ac si consilium in ipsa pronunciatione, seù sententia integrum & de verbo ad verbum descriptum esset; cum

5 regula iuris sit, quod relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus *l. asse toto 77. ff. de hæred.instit.l.si ita scripsero.38.ff.de condit.& demonstr.l.ait Prætor.5.§.si iudex.ff. de re iudic. Surd.dec.212.num.14.& cons.105.num.30. Brun. à sol.in suis propos. iur.verbo Relatum est in referente cum alijs pluribus congestis per Barbos.in loc.commun. iur.eod. verbo.*

C Clausum) debet enim consilium non tãtum dari in scriptis, sed etiam

6 secreto offerri *Specul. dicto tit. de requis. consil. num.11. vers. Porro auditis partium disputationibus Albert.de Rampon.dicto tract.de consil.haben.q.9. Pax. Scal.de consil. sapien.lib.3. capitulo 22. est is tract.inter tract. vni vers iur. tom.3. par.1.fol 331.* Verum iudex debet illud aperire & legere *Bald.in l.1.sub num.3. vers.in glo.2.C. de sentent.ex breuic.recit.* alioqui sententia lata

8 clauso consilio esset nulla *Angel.cons.242. incip. D.Lambertina de Mant.addit. ad Abb. in capit. cum venerabilis. 6. de exceptio. littera F. verbo Sententia*, & *ibidem additio altera incip. circa hoc Bertach.in suo repert.sub tit.sent.qualit.profer.sub num.110. verbo Sententia ferenda secundum consilium sapientis*, & de solemnitatibus

9 adhibitis constare debet ex actis notarij, illæ enim non præsumuntur, *Bald.in dicta l.prima sub numero 3. vers.Sed an istæ solemnitates nisi tamen* verba tabellionis patiantur, & dixit *Io. Monachus*, ut *refert.Bal.ibidem*, quod non præsumitur pro instrumento, nisi faciat mentionem de

11 qualitate necessaria iuxta *tex.in cap. ut circa de elect.in 6. vbi glo.prima* formã autẽ consilij ponit *Luc. Pat.d.c.10.n.7 lib.5.* antiquiores alias formas habes apud *Specul.tit.prad.n.11 qui & n.10.&* 12. instruit aduocatos, quomodo se gerere debeant cũ sapientibus, & Consultoribus ad benè agendas causas suorum clientum.

12 Cæterũ Capitaneus, & iudex pro Tribunali sedens hora audientiæ, perfecto consilio, seù votò, statim pronunciat iuxta consilium, & votum ab latur ex vsu loquendi eiusdem fori se subscribens manu propria hisce verbis, ita pronunciaui de voto Ego N. Iudex appellationum Vrbis, Et hæc est bona, & iure valida forma prouunciandi, vt benè probat *Albert.de Rampon.d.tract.q.9. Pax de cons.sapie.lib.3.c.27.* & est conformis doctrinę *Bald.in l.1 sub n.13.C.de sent.ex breuic.recitan. & Fel.in c.cum venerabilis.6. nu.43. de except.*

13 Verum hoc loco non omiserimus, quod à sententia lata de consilio, seù voto consultoris in terminis nostri statuti datur appellatio, vbi eadem sententia sit prima, & ita seruatur. nam à sententia lata de consilio sapientis appellari potest, vbi etiam ex forma statuti tenetur iudex sequi consilium *Franc.in c.intimasse 68.n.8.de appell.* atque amplius vbi partes consenserint, vt

14 ita feratur sententia, quam conclusionem communiter esse receptam asserit, & probat *Scac.de*

15 *appell.q.17.limit.12.nu.2.* qui complures nominatim refert eam tenentes; Postremò addimus, quod iuxta comm. Doct. opin. eiusmodi sententia nunquam transit in indicatũ, sicuti etiam sententiæ ad relationem peritorum alicuius artis, *Thesaur.dec.Pedemont.25.num.3. Mysinger.obser.35.num.5.& seq.cent.6. Lancell.de atten.p.2 c.6.n.29. Io.de Amic.cons.102.n.6. & seq.* quod

16 tamen ità intelligitur, vt quoad tempus appellandi nihil differant tales sententiæ ab alijs, si quidem ab eis æque, ac ab aliis appellari debet intra tempus à iure, vel à statuto præfixum, alias iudex appellationum de illis cognoscere non poterit, poterit autem per viã querelæ adiri prior iudex, ità declarat, & multorum auctoritate comprobat *Benintend.decisio.97. quem sequitur Thesa. d.dec.25. sub eod.n.3. vers. itaq; com. Doct. opinion.*

D Iuxta cuius consilium iudex pro-

17 nunciabit) nisi tamen consilium esset expressè contrarius *Spec. d.tit.n.13. vers. quid si iudex, & ibi addit. littera* C. *Albert.de Rampon.d.tract.in 7.q.* & rationem

18 subijcit, quoniam illa, quæ sunt contra ius, non sunt admittenda *l.rescripta C.de precib.Imperat. offer.l fin C.si contr.ius, vel vtilit.publ.* & quia consiliarius, vbi auctoritate sibi concessa abutitur,

19 priuilegiũ sibi concessũ meretur amittere *l. Iudæos C.de iude.e.tuarum extr. de priuil.facit text in §.omnis autem iudex auth.de iudic. Bart. de malo consilio loquens in l.1.in repet. §.si plures num.10.ff.de exercit.actio. Card.Tusch. concl. 769.num.5.& 6.litt.C.*

E Post traditum autem consilium Notario, &c.) cauere quippe de-

20 bent Consultores, ne errent in cõpositione cõsilij, tam quoad substãtiã, tã quoad verba. & ideo nõ festinanter, sed cõsideratione maxima cõsiliũ suũ in scriptis redigãt, singula planè verba attente põderantes, ac subinde et cõsiliũ legãt, & relegãt, ne quid obscurũ, vel ineptũ, imo nec superfluũ in eo notari possit sicuti admonẽtur iudices in sñtijs proferẽdis ex *l.2.C.de sentent. ex breuic. recitan. & ex l. fin. C. comm. & epist. vti sup.hoc e.lit.B. verb. Consiliũ suũ in scriptis differuimus*; Nec eñ postea eis

21 pmittitur cõsiliũ reuocare, nec corrigere, neque mutare, aut illi quicquã addere, vt in hoc statuto expressè legitur, quod quidem & iuri communi consonum est, *Bal.in c. tum cessante 60.num.12. vers. & ideo consultor assumptus in causa, de appel. & rationem affert*, quia Consultor similis est iudici diffinitori, non autem interlocutori, vnde sicut sententia diffinitiua emendari non potest, sic neque consilium *Gardin. Alexandr. eod.*

eod.C.ſub num.40.verſ.decimonono fallit in Cõ-ſultorem Luc.Pat.d.cap.10.num.8. lib.5. nam
23 cum iudex iudicauerit, ſiuè benè, ſiuè malè, fun-ctus eſt officio ſuo *l.iudex poſtea quam.55.ff.de ſent.& re iud.cum ibi not. facit text. in l. pri-ma, C. ſentens. reſcind. non poſſ.* Emenda-tur tamen ſententia, quoad latinitatem verbo-
24 rum tantum, non quoad ſubſtantiam, per *text. in l.actorum verba.46. cum ibi not. ff. de re ind.* Bart.*in l.2 ſub num.3.verſ.venio ad ſecundam partem C.de ſentent.ex breuib. recitan* Sed cer-te melius eſt ipſis partibus litigantibus, & iudi-ci, ſeu conſultori magis honorificum, quod in ſententia, ſeu conſilio nihil ſit emendandum ar-gumento *tex.in l.fin.C.in quib. cauſ. in integr. reſtit.neceſſ.non eſt.*

25 Recordor ipſe me olim vidiſſe conſilium Cõ-ſultoris, in quo ille per incuriam peruerſis no-minibus partium condemnauerat partem, quam intendebat abſoluere, & abſoluerat, quam vo-luerat condemnare, vnde in maximas incidit difficultates pars illa, quæ victrix eſſe debebat, & re diſcuſſa, tandem oportuit circumſcribere conſilium, perinde, ac ſi latum non fuiſſet.

Porrò quantum Conſultorem illum pœnitue-rit negligentiæ, ac temeritatis ſuæ, quilibet fa-cilè profecto conijcere poteſt; demum, quę ad ſapientem ſpectant in rectè conſulendo pruden-ter, ac eleganter, proſequitur *Pax.de cõſil.ſapit. lib.3.cap.12.*

F Sportulæ pro Conſultore &c.) debetur autem etiam ex iure commun præmiũ iuris perito pro iuſto conſilio, quod iudici præ-ſtat in eiuſmodi caſu *Specul.tit.de requiſ.cons.ſub num.2.* ibi nota igitur ante omnia, & *tit. de ſa-lar.§.ſequitur num.1. Albert. de Rampon. dicto tract. de conſil.haben.q.10. Pax. Scal.d. tract.lib 3. cap.11.* qua de re ſtatutum hoc loco clarum habemus, quod & conſuetudine comprobatum eſt, vti teſtatur potiſſimum *Luc. Pat. d. cap. 10. in fin. lib.5.*

Vacante officio Capitanei Conſeruatores inhibeant.

Cap. CLXXXIX.

b

Fficio Iudicis appella-tionis vacante, vſ-que quo alius poſ-ſeſſionem adeptus fuerit, appellatio-nes, & querelæ om-nes c coram Con-ſeruatoribus repræ-ſententur, qui per acta Notarii appellatio-num illas recipiant, d & inhibere poſſint. In reliquis vero ſuperſedeatur vſque ad ad-uentum noui Capitanei, & interim nulla tẽ-pora, neque termini currant.

SVMMARIVM.

1 *Rubrica, ſeu Titulus habens orationem perfectam, & conſonans textui, poteſt alle-gari diſpoſitiuè.*

2 *Vacationis nomen, vbi ſimpliciter profertur intelligi debet generaliter de omni ſpecie vacationis.*

3 *Conſeruatores Vrbis, pariter Defenſores ap-pellari poſſunt: & Conſules antiquitus vo cabantur, & Populum repræſentare cenſẽ-tur, & num. 5.*

4 *Iudex appellationum vbi vacat, appellatur ad primores Ciuitatis.*

6 *Iuriſdictio appellationis facilè redit à dele-gato ad delegantem.*

7 *Conſeruatores nullam iuriſdictionem habet in Senatorem, ac eius Iudices poſſunt ta-men ex ſtatuto inhibere in certis caſibus ap-pellationum à ſententijs Senatoris, & eius Iudi um, & num. 8.*

9 *Statutum iuriſdictionem dare poteſt, augere vel minuere.*

ANNOTATIONES.

A

Hæc rubrica, ſiuè titulus ha-bet orationem perfectam, & conſonat nigro, ſeu tex-
1 tui ideo poteſt allegari di ſpoſitiuè, ſicuti textus, vti quotidie allegamus in ru-bro, & nigro, iuxta *nota. per Hoſtien. in ſumma in rubr. vt Eccles; benef. ſim. dimin confir.in princ.quem ſequitur Felin. in rubr. vt lit. non conteſt.Bal.in rubr.C.an ſeruus ex ſuo facto glo.in rubr.ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſ. fuer. late* Everard. *in ſuis locis argumentan-di loco à Rubro num.2.& 3.*

B Officio iudicis appellationis va-cante) ſcilicet quocumque modo, nam
2 vbi vacatio ſimpliciter profer-tur. vt hic, intelligi debet generaliter de omni ſpecie vacationum, ſicuti de vacatione benefi-ciorum dicit, & probat *Mandoſ. ad regul.Can-cell. 16.q.3.num.2.& regul.30.q.7.num.21. & 22. & regul.19.q.17.num.2.* aſſerens, quod id procedit in quacumque materia proferatur, ſiuè illa ſit fauorabilis, ſiuè pœnalis, & reſtringi-bilis.

C Coram Conſeruatoribus) liceat hic vſurpare verba Imperatoris Iuſtiniani in *authent. de de-fenſ.ciuit.in fin.princ ibi, ſit* enim ſic congruen-tia vtilis, ſi iudicum ſumant officium Ciuitatum
3 defenſores, itaque Conſeruatores noſtri, qui pariter Defenſores appellari poſſunt, iudicis of-ficium hoc caſu ſument, nempe appellationes recipiendo, & inhibendo, & maximè quia Ca-pitaneus appellationum Tribunal ſuum tenet in Palatio Conſeruatorũ, qui idcirco cõmode ad
4 ri poſsũt ab appellãtibus, deficiente Capitaneo:

quodque vbi vacat officium iudicis appellationum, appelletur ad primores Ciuitatis, *notat Corset. verbo Appellatio singul. 7 ex doctrin. Bart. in l. vbi 19. ff. de iut. & cur. dat. ab ijs, quem sequitur Bald. in l. 2. num. 10. C. quan. Fisc. vel priuat. qui ad id allegat text. dicens esse singularem in §. & hoc peruenit verbo, Et primatibus Ciuitatum autben. vt nulli iudic. & in l 1. n. 14. quæst. 19. ff. de offic. Consul.* vbi inquit, quod si Ciuitas habet Consules, & Antianos suos, & vacat iudex appellationis, à sententia Potestatis appellatur ad Antianos, cum non sit alius superior, quod tamen intelligi debet de competenti superiore, nec dissentit *Guid. Pap. singul. 667.* dum tradit hoc casu appellandum esse ad
5 Populum, siquidem Conseruatores nostri, qui & Consules veteri vocabulo nuncupantur, Populum repræsentare censentur, prædicta verò maxime procederent, si admitteretur, vt Capitanei appellationum iurisdictio à Conseruatoribus, & Populo proueniret, nam iurisdictio ap-
6 pellationis facilè redit à delegato ad delegantem *per text. in l. 1. §. eum per errorem ff. de appell.* ibi Consules ampliſſimi perinde cognoscant, ac si ad ipsos facta esset prouocatio, facit etiam *text. in l. Imperatores 21. in princ. ff. eodem titulo. & melius adhuc probat text. in l. final. ff. quis, & à quo appellat. quinim)*, & *l. 1. & 2. eiusdem tit.*

D Et inhibere possint) licet verò Conseruatores nullã
7 habeant iurisdictionem in Senatorem, ac eius
8 iudices, nihilominus per statutum induci potuit vt in casibus appellationum à sententijs Senatoris, & eius iudicum inhibere possint, nam generaliter verum est, quod statutum, seù consuetudo iurisdictionem det, augeat, vel minuat, & in-
9 specie, quoad facultatem inhibendi, quo casu minor, vel par Magistratus habetur pro majori, quã ille, cui inhibetur, *Mandos. trac de inhib. q. 4 n. 5. per tex. in c. cum contingat 13. cum tbi not. de for. comp. Barb. in repet. rubr. ext. de fid. instr.* Et hoc quidem statutum est in viridi obseruantia, vti docet, potissimum inscriptio, quę parieti infixa habetur in Conclaui Tribunalis Capitanei Anno Domini M.DC.III. sedente Clemente Octauo fel. record.

De appellationibus subditorum Castrorum, & Terrarum Romani Populi. Cap. CXC.

APpellationes *a* per Subditos officio Conseruatorũ, ab eorum Iudicibus, aut superioribus officialibus interponendæ, *b* ad ipsos Conseruatores interponi debeãt, ad quos *c* appellationes prędictæ, vnà cum toto negocio deuoluãtur. qui de illis, *d* omni iuris solemnitate omissa, per se, aut Assessorem eligendum, ac sola veritate inspecta, cognoscant, & secundum iustitiam terminent, & decidant.

SVMMARIVM.

1 *Nigrum declaratur per rubr. um.*
2 *Consules Artis subijciuntur Conseruatoribus: & ab ijs appellatur ad Capitaneum, vbi causa sit appellabilis; at si causa non sit appellabilis, datur recursus ad Conseruatores, & num. 3.*
4 *Dictio, Ipse, est personalissima.*
5 *Clausula, Omni iuris solemnitate omissa operatur non solum, quoad solemnitates iuris omissas, sed etiam quoad ordinem iudiciorum peruersum: & facit, vt sententia ferri possit, etiam die feriata in honorẽ Dei. & num. 7.*
6 *Solemnitatis nomen poni etiam potest pro solemnitate ordinis.*

ANNOTATIONES.

A PER subditos officio Conseruatorũ
1 qui sint isti subditi, declarat rubrica, siuè titulus huius cap. nempe vt sint subditi Castrorum & Terrarum Populi Romani, qui nimirum exprimuntur in ipsa Rubrica, seù titulo, nigrum enim declaratur per rubr um, siuè textus per titulum iuxta *not. per Euerard. in suo cent. loco à rubro sub num. 5.* & de ijsdem subditis in hunc sensum loquitur etiam statutum supra cap. 15. ibi de causis quarumcumque appellationum à sententijs laris in Terris Populi Romani, nec potest intelligi statutum de alijs subditis ipsorum Conseruatorũ ratione officij, quoniam à sententijs omnium Officialium Capitolij, appellatur ad Capitaneum, vt expresè cautum est supra cap. 166. ibi à sententijs, & grauaminibus per Senatorem, & illius iudices, & quoscumque alios iudices, & Officiales Capitolinos ferendis, nec dubium est, quin iudicibus, & officialibus Capitolinis adnumerẽtur etiam ij, qui à Conseruatoribus dependent ratione officij, & ideo à Consulibus artium, qui tamen Conseruatoribus subijciuntur, vt probatur infra
3 cap. 43. & alijs duobus seqq. lib. 3. appellatur
3 nihilominus ad Capitaneum, vbi causa sit appellabilis, quod & *not. Scacc. de appel. q. 8. n. 134.* vbi verò causa non sit appellabilis datur recursus per viam querelæ ad Conseruatores, vt superius apparet *ex d. c. 15. vers. & de quibuscumq. in iustis ijs sẽtentijs &c* quę vtique probauit *Scacc. d. n. 134*

B Ad ipsos Conseruatores) scilicet exclusis omnibus
4 alijs hoc enim significat dictio ipsos, quæ est personalissima, vt dixit *Rot. decis. 619. num. 3. par. 1. diuers. in recentior. & apud Seraph. decis. 552. num. 1. & decis. 1049 num. 3. & 18. Surd. consil. 53. num. 7. Natt. cons. 163. num. 8. & seq. Rolan. consilio 59. numero 28. volum. tertio Menochius consilio 349. numero 3. probat. textus in l. generaliter 19. in fine ff. de offic. Præsid. l. vnic. §. ne autem C. de bon. vacan. tollen. & l. fideicommissa*

11. §.

11. *§. fin. ff. de leg. 3.* poſſunt tamen ijdem Conſeruatores poſtea de cauſis eiuſmodi cognoſcere etiam perasſeſſorem eligendum, vt infra declaratur expreſsè hoc eod. cap.

C Appellationes prędictæ) & idem ſi dictum ſit de nullitate, nam & Conſeruatoribus expreſsè conceditur, vt ad eos recurri, ſeù de nullitatibus ſententiarum latarum in Terris Romani Populi coram eis dici poſſit, vt ſupra *dicto cap. 15. verſ. de cauſis quarumcumque appellationum.*

D Omni iuris ſolemnitate omiſſa)
3 hæc clauſula in ſtatuto poſita operatur non ſolũ quoad ſolemnitates iuris omiſſas, ſed etiam quo ad ordinem iudiciorum peruerſum, quia nomen
6 ſolemnitatis poni poteſt etiam pro ſolemnitate ordinis *Bald. qui de hac clauſula in ſpecie ita loquitur in l. prolatam num. 15. C. de ſenten. & interloc. omn. Judic.* ibi quęro ſi ſtatutum dicit, quod valeat ſententia omni iuris ſolemnitate omiſſa, quæ verò dicantur eſſe de ſolemnitate, & quæ de ordine iudiciorum tradit *per exempla glo. in dicta l. prolatam & Bald. ibidem per theoricam & per exempla numer.* 2. 3. 4. & 10. atque ſingulariter notandum videtur, quod eiuſmodi clauſu-
7 la operatur, vt ſententia ferri poſſit die feriata in honorem Dei, ita ponit idem *Bald. in l. Milites 15. num. 5. verſ. Secundo ponamus* C. *de milit. teſta. & Bertach. in ſuo repertor. littera C. ſub clauſulis reſcriptorum verbo, Clauſula omni iuris ſolemnitate remiſſa.*

De cauſis nullitatum.

Cap. CXCI.

Auſa Nullitatis *b* principaliter in iudicio deducta, *c* litis conteſtationem non poſtulat; ſed ea intentata, actor ſtatim *d* infra decem dies vtiles, *e* à die ſuper ea petitionis oblatę numerandos, *f* per proceſſum, & acta primæ cauſæ, *g* ſeu aliter prout potuerit, ſuam intentionem iuſtificet. quibus elapſis, *i* vlterius ad illius iuſtificationem non admittatur, & lis ipſa, ac ius *K* dicendi de nullitate pereat, & Iudex cauſam infra primam communem inſtantiã decidat. Volumus autem, quòd *m* interim executio legitima non impediatur; & ſi Iudex inhibuerit, cenſeatur cum clauſula, ſine præludicio legitimę executionis *n* inhibuiſſe, *o* niſi executio facienda eſſet irretractabilis: quo caſu, & cum hac expreſſione, *p* attento, quòd executio eſt irretractabilis: volumus per Iudicem inhiberi poſſe. De nullitate autem ſententiæ *q* non poſſit agi, nec replicari poſt annum, à die ſententię numerandum: neque de nullitate vnius, & eiuſdem ſententiæ, niſi ſemel principaliter agi poſſit, etiam ſi ex diuerſis capitibus nullitas prætendatur.

SVMMARIVM.

1 *Nullitatum argumentum à quibus pertractatum.*
2 *Nullitas principaliter deducitur in iudicio duobus modis, & n. 3. Et quomodo cognoſcatur, quando incidenter, & quando principaliter deducta ſit, & n. 4.*
5 *Nullitas incidenter, vel acceſſoriè ad appellationem venit tribus modis.*
6 *Statutum de cauſis nullitatum, an comprehendat tantum caſum, in quo de nullitate dicatur ſine appellatione? an etiam nullitatem æquè principaliter deductam, cum appellatione? & num. 7. 11.*
8 *Verba Legis vbi conueniunt, conuenit pariter diſpoſitio.*
9 *Diſpoſitio generalis eſt generaliter intelligenda, etiam ſi maior ratio ſit in vno, quã in alio caſu.*
10 *Principali deficiente, deficit & acceſſorium.*
12 *Nullitas, quando principaliter petitur, debet ante omnia ſuper ea pronunciari. Intellige, vt num. 13.*
14 *Nullitatis principaliter deductæ iudicium non requirit conteſtationem litis, ex ſtatuto, nec libelli oblationem, & num. 20. Secus ex iure communi, & num. 16. Quod declara, vt num. 18.*
15 *Nullitatis iudicium expediri citò debet.*
17 *Iudicium, in quo ſperatur ſententia definitiua, requirit neceſſario litis conteſtationem, & libelli oblationem, & num. 19.*
21 *Conteſtatio litis, & libelli oblatio, in iudicijs æquè reguntur.*
22 *Nullitatum cauſæ, ex ſtatuto, cenſentur ſummariæ.*
23 *Iudex an poſſit terminum probatorium coartare, vel prorogare? & n. 25. 27. & 28.*
24 *Terminus probatorius præfixus eſt à ſtatuto, abſque miniſterio Iudicis.*
26 *Statutum, quando aliquid præcipit ſub certo tempore, cenſetur tradere formam, à qua Iudex recedere non poteſt.*
29 *Libellus non requiritur, vbi conteſtatio litis non eſt neceſſaria.*
30 *Statutum requirens petitionem, excludit libellum, & infert cauſas, de quibus agitur, eſſe ſummarias.*

31 *Libellus, & litis contestatio differunt inter se.*

32 *Litis contestatio in causis nullitatum, &c. inducitur ex statuto per solam petitionem.*

33 *Nullitas probata per processum, & acta prima causę dicitur euidens, & notoria. Et quid in tali casu pars agere debeat? & num.34.*

35 *Nullitas notoria omnem calumniam excludit, & per Iudicem omnino reuocanda est, requiritur tamen in hoc casu citatio, & num.36.*

37 *Nullitas probari potest per reum aliunde, quàm ex actis: tunc autem requiritur plena obseruatio terminorum, iuxta naturam causæ, & instantiam, in qua causa tractabatur, & num 38.*

39 *Probare quilibet tenetur illud, quod est fundamentum suæ intentionis.*

40 *Actus præsumptionem validitatis habet pro se.*

41 *Terminus omnis iuris est peremptorius.*

42 *Audiri nemo debet post terminum Legis, vel Statuti, nec moram potest purgare.*

43 *Actor debet venire instructus ad causam.*

44 *Dilatio ad probandum non est facilè danda ei, qui ad agendum debuit venire instructus.*

45 *Actor quid facere debeat pro termini statutarij prorogatione.*

46 *Verbum, Pereat, significat, vt actus amplius non reuiuiscat.*

47 *Actore non probante intra terminum præfixum, reus absoluitur, ex iure communi. Intelige, ab instantia, seu obseruatione iudicij dumtaxat, & num. 48.*

49 *Sententia definitiua ferri non potest, si de iure litigatorum non constet.*

50 *Nullitatis causa, quomodo protrahi possit vsque in biennium? & num.52.*

51 *Litis euentus est dubius.*

53 *Executio rei iudicatæ, contra omnes, & in omnibus rebus fieri potest, nisi expresse probibita appareat.*

54 *Sententia habet executionem paratam.*

55 *Permissa censentur omnia, nisi reperiantur probibita.*

56 *Actus in dubio censeri debet permissus, nisi reperiatur probibitus.*

58 *Executioni rei iudicatæ sufficit summaria cognitio.*

59 *Nullitatis iudicium principaliter intentatum, altiorem indaginem requirit. Nec potest differre summariam cognitionem executionis, & num.60.*

61 *Calumnijs litigantium occurrendum est.*

57 *Nullitatis iudicium principaliter intentatum retardare non potest executionem. Intellige, vt num.62.63.65.74.76.84.86. 87.109.*

64 *Nullitas principaliter intentata contra sententiam, quæ transierit in iudicatum, ob non interpositã appellationem, non operatur effectum suspensiuum, & num.67.*

66 *Iudex in iudicio nullitatis principaliter intentato inhibere potest pro sua iurisdictione; sine tamen impedimento legitimæ executionis, & num.69.70. Intellige, vt num.71.72.79.82.*

68 *Exceptio dari non potest contra sententiam nondum latam.*

74 *Probatio incontinenti, quæ dici debeat, relinquitur arbitrio Iudicis.*

75 *Nullitas euidens, siue promptuaria, quæ dicatur, remissiuè.*

77 *Ius agendi de nullitate competens per officiũ Iudicis nobile, durat triginta annis, ex iure communi: ex statuto verò annus tantũ præfigitur, & num.78.*

80 *Mens Iudicis talis esse præsumitur, qualis de iure esse debet.*

81 *Actus simpliciter gestus, censetur factus eo modo, quo fieri debuit.*

83 *Inhibitio non canonica non ligat, nec producit attentata.*

85 *Executio irretractabilis fieri non potest lite pendente.*

88 *Melioramentorum causa habet executionem irretractabilem: & num.91. 94. & pro eis non datur actio, sed retentio, & num.89. Contrarium, vt num. 90.*

92 *Subsidiarium remedium competere potest pro recuperatione melioramentorum.*

93 *Difficilis, & impossibilis, idem sæpè iudicium fieri potest.*

95 *Iudicium possessorium detentionis, seu retentionis, habet appellationem, & per eam suspenditur executio.*

96 *Clausula, Attento quòd, stat causatiuè, non conditionaliter.*

97 *Inhibitio concedi non debet, nisi cum causæ cognitione, alioqui non ligaret, & n. 99. Et esset nulla, & n. 100 Et ita concessa, dicitur canonica, & n.98.*

101 *Iurisdictio modificata circa aliquem actum præscripta à Statuto, dicitur forma: quæ non seruata, actus ille est nullus.*

102 *Nullitas non potest amplius deduci post terminum elapsum ad agendum de ea; etiamsi foret euidens, & notoria. & n.111. Et proueniret ex defectu iurisdictionis, & num.103. Et an possit obijci per modum exceptionis? & n.115.117.131.*

Et

Et an per modum replicationis? & n.132.
Et quid agendum in tali casu agere debenti? & num.106.

104 *Imputare sibi debet, qui intra terminum sibi prafixum causam suam non agit: & tunc causa renunciasse censetur, & num.105*

107 *Iudex ex sententia notoriè nulla ius reddere non potest: & debet repellere agentem ad executionem talis sententia, & n.108.*

110 *Nullitas impedire valens executionem debet insurgere ex actis, & nullam admittere disputationem.*

112 *Indefinita aequipollet vniuersali, etiam in statutis, & num.113.*
Fallit in odiosis, & num.114.

116 *Ius proponendum in certum tempus per modum agendi, non potest transacto tempore proponi per modum excipiendi.*

118 *Actionis verbo non comprahenditur exceptio.*

119 *Verba, Statutorum, sunt propriè, ac strictè intelligenda.*

120 *Exceptionis ratio maior est, & fauorabilior, quàm actionis.*

121 *Exceptio nullitatis obiecta ad impediendam executionem, summariè cognoscitur.*
Nec admittitur, nisi sit euidens, & notoria, & num.122.

123 *Probatio, vbi offertur incontinenti, cessat omnis praesumptio calumniae, & malitiae.*

124 *Prohibitio cessat generaliter, cessante causa, cuius contemplatione quid prohibetur.*

125 *Replicatio est exceptio competens actori contra exceptionem rei: & est temporalis, sicuti actio, & num.127.130.*

126 *Replicationes omnes, sicut & exceptiones, sunt excluforiae.*

128 *Regula, Quae sunt temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum, quomodo intelligatur, & num.129.*

133 *Statutum de nullitatibus, non procedit in nullitate annexa spolio.*

134 *Spolium, & nullitas sunt inseparabilia.*

135 *Statuta intelligi debent in casu simplici, non autem in casu mixto.*

136 *Nullitas ex pluribus capitibus, posit vnum caput deductum, potest ex iure communi deduci ex altero capite; secus ex statuto.*
Intellige vt num.137.

138 *Sententia si plura capita distincta contineat, & de nullitate vnius capitis fit dictum, in quo actor succubuerit; an possit idem dicere de nullitate alterius capitis?*

139 *Separatorum separata debet esse ratio.*

140 *Statutum Vrbis de causis nullitatum est deciforium.*

ANNOTATIONES.

A HOc argumentum doctè, ac dilucidè discussit, & explicauit potissimum *Philip. Franc. in cap. dilecto. 63. de appell.* sed copiosius longo deinde interuallo digessit, ac illustrauit Sebastianus Vantius peculiari tractatu de nullitatibus processuum, ac sententiarum edito, atque postea *Luc. Pat. lib. 6. cap 1.* suæ praxis præcipua perstrinxit, quæ ad forensem vsum pro statuti nostri explicatione pertinere videbantur; Demum verò recentius idem argumentum profecutus est, & exornauit plurimum ad formam iudiciariam foris Capitolini, & statutorum Vrbis Sigismundus Scaccia celebris Iurisconsultus Romanus.

B Principaliter in iudicio deducta) principaliter autem deducitur nullitas duobus modis, vnus est, quando per viam querelæ nullitatis officio iudicis, & sine appellatione dicitur, de nullitate sententiæ *l.4.C. de appell. l. si expressim 19 & ibi Bart. n.13. & seq ff de appell. Præc. in d. cap. dilecto num.148. uers. quarto potest dici de nullitate principaliter de appell. Vant. de null. tit. quot & quib. mod. & c. num.2 Luc. Pat. d. cap. 1. de caus. nullit. nnm.2.* Alter est modus, vbi nullitas æque principaliter cum remedio appellationis aliorum remedio rescindente proponitur, veluti si dicatur, appello saluo mihi iure dicendi de nullitate, siuè dico sententiam nullam, & si qua est, appello. *Vester in sua prax. lib. 8. cap 1. num. 1. & 2. ubi & Grauat. num. 19. Couar. pract. qq. cap. 24 num. 7. Vant. d. tit. num. 9. & 10.* qui & alia exempla ad rem istam congerit *eod tit. nu. 5. & seq. Put. decis. 168. lib. 2.* iuxta emendatam impressionem,

Cæterum pro generali regula ad summam traditur, quod si in appellationis libello nihil de nullitate expressum sit, tunc nullitatis causa accessoriè, & incidenter veniat ad appellationis causam, si verò de nullitate mentio facta sit, tum æquè principaliter, & seorsum ab appellatione nullitas deducta censeatur, hanc veram, & magis communem opin. tradit, & probat *Mandos. in 7.* forma commissionis verbo nullitatis, & nullitatum, quem sequitur *Grauat. Theorem. 17. n. 23. & ante* istos eandem opinionem tenuit, & communem *dixit Put. d. decis. 168.* Incidenter verò, & accessoriè ad appellationem venit nullitas tribus modis, vt per *Franc. in d. cap. dilecto sub quæst. 54. num. 148.* qui modos quinque dicendi de nullitate in totum distinctè explicat, eius porrò doctrinam, & distinctiones cæteri omnes amplecti videntur.

Sed ad statutum nostrum quod attinet, nempe ad nullitatem principaliter in iudicio deductam, cum aliqui, & præcipuè *Luc. Pat. d. cap. de caus. nullit. nu.2.* restringere videantur statutum ad primum casum, de quo supra sub initio huiusce annot., scilicet vbi de nullitate dicatur sine appellatione,

7 Con-

7 Contra verò probabiles rationes considerari posſint, ex quibus videatur ſub ipſo ſtatuto cõprehendi etiam alter caſus, nempè quando nullitas cum appellatione æquè principaliter deducitur, videamus, quid dicendum; Et quidem arbitrarer, hunc etiam caſum ſub ſtatuto comprehendi, quia cum ſtatutum loquatur de nullitate in iudicium principaliter deducta, hãc vriq; nullitatem complectitur, quæ & ipſa principali-
8 ter deducta dicitur, vti probatum eſt, vbi enim conueniunt verba legis, conuenit pariter diſpoſitio, & contra *l.4. §.toties, vbi Doct.ff.de damn. infect. l.quod conſtitutum 22.ff.de milit. teſtam. l.1.§.loquitur ff. de aqu. quotid. & æſtiu.* atque
9 diſpoſitio generalis generaliter eſt intelligenda, etiam ſi in vno maior ſit ratio, quam in alio *l.1. §. quod autẽ ff.de alea. l. in fraudem.16. §. ſi quis autem in fin. & ibi Bald. ff. de milit. teſtam. Aym. conſ.92.num.4. Cardin. Tuſch. concluſ.488 litera D. Barboſ. in loc. commun. iur. verb. Diſpoſitio nu.* 47. Conſequenter ſtatutum loquens de nullitate principaliter deducta, intelligi debet generaliter de quacunque nullitate principaliter deducta, cũ nulla ſubſit ratio, cur debeat reſtringi ad vnũ caſum tantum; Confirmatur argumentum, quia nullitas hoc caſu vere principaliter deducta dici debet, cũ non deficiat eius cauſa, deficiente p defertionẽ appellatione, ſed firmum remaneat nihilominus iudicium nullitatis ſic deductæ Bart. *in l.ſi expreſſim n.10.ff.de appell.* quem ſequuntur omnes, quinimò & Sac. Rot. *vti ſupra ad cap.181. litera A. verbo ad Senatorem*, plenè demonſtra-
10 uimus, nam alioqui deficiente principali, deficit & acceſſorium, ſecus vbi plura conſiderantur vti per ſe principalia per *tex. in l.cũ principalis 138. ff.de regul.iur. cum ibi not. §.fideiuſſores Inſtit.de*
11 *fideiuſſ. cum ſimilib.* Verum prædicta opinio declaranda videtur, vt procedat, vbi qui deduxit nullitatem æque principaliter cum appellatione nullitatem ſolam nihilominus appellatione omiſſa proſequatur, ſiquidem ante omnia pro-
12 nũciari debet ſuper nullitate, quando id principaliter petitur *Bart. in l. cum quærebatur 62. num.4.ff.de re iud. & in l. ſi vt proponis 4.in fin. C.quomod. & quand. iud. facit tex. in l. de qua re. 74 ff. de iudic. Aym. conſ.170.in fin. Franc. in dicto cap. dilecto quæſt.10. num. 25. verſ. vlterius adducte, Vant. de nullit. tit. quoties & intra, quod temp. num.11. Granut. theorem.17. nu.20.* alioqui iudex faceret inuti. etiam *Caſ. de Graſſ. deciſ. 9.num.8. de cauſ. poſſ. & proprie.* Quod ſi pro-
13 ſequeretur etiam cauſam appellationis cum cauſa nullitatis, & in cauſa appellationis contra ipſum appellantem ferretur ſententia, is non audiretur vlterius ſuper nullitate primæ ſententiæ, vt infra cap. proximo, eo quia iam de nullitate ſatis cognitum eſſet, & ſuper ea etiam pronunciatum cenſeretur, facit *tex in l.ſi in fin. C. de fid. inſtrum. & in l.1. C. ſi ex falſ. inſtrum.* idque iuri communi conſonum eſt iuxta theoricam *Bart. in l. 1. num. 10. C. quan. prouoc. non eſt neceſſ. Franc. in d. cap. dilecto quæſt. 49 ſub nu. 115. Luc. Pat. de cauſ. nullit. num. 35.*

C 14 Litis conteſtationem nõ poſtulat) ita placuit conditoribus iuris noſtri municipalis, qui celeri cauſarum expeditioni fauere conſueuerunt, vt ſupra cap. 81. & cap. 88. atque alibi pluribus in locis comprobatur. maximè quia
15 hoc ipſum iudicium nullitatis citò debet expediri *Specul. tit. de libell. concept. §.9. verbo Nunc*
16 *dicendum in fin.* Verum ex iure communi in iudicio nullitatis principaliter intentato conteſtatio litis requiritur *Specul. tit. de ſenten. §.8. verbo Iuxta ſub num. 26. verſ. ſed ſi cauſa*, vbi etiam teſtatur, quod Curia ita ſeruat *Bald. in*
17 *l.1. num.12. C. de ordin. iudic.* Et ratio eſt, quia ſperatur ſententia diffinitiua, quo caſu litis conteſtatio eſt neceſſaria, vt per *Bald. ibidem, probat tex. in cap. fin. de offic. iudic.* quandoquidem in hoc iudicio proceditur per iudicis officium nobile, vt ſupra hoc cap. litera B. verbo Principaliter ſatis attigimus, ſicque litis conteſtatio, ac tela iudicii ordinaria exigitur *not. Innoc. dicto cap. num.2. verbo Principaliter, & inferius verſ. item ſi petatur ſententiam pronunciari nullam*, iuncto alio verſ. ſeq. *Abb. in cap. per tuas 58. nu. 9. & ſeq. de appell. Franc. in dicto cap. dilecto q.12. nu.43 Vant de nullit. tit. quot & quib. mod. nu. 26. Veſtr. in prax. lib.8. cap. 1. de nullit. num.12. Rot. deciſ.5. ſub nu.3. de lit. conteſt. in nou. & deciſ.24. de iud. in antiq.* declaratur tamen hæc cõ-
18 cluſio, vt locũ habeat, vbi nullitas non ſit notoria, ſed probatione indigeat, ſecus autem vbi ſit notoria, & ita apertè diſtinguunt *Abb. & Franc. in loc. cit.* quæ quidẽ diſtinctio æquiſſima eſt, & ad iudicis officium pertinet illã ſeruare, & exequi per *tex. in l.* 1. C. *quand. prouoc. non eſt neceſſ. & in l.3. §. ibid. ff. ad exhib. & in l.1. C. vt in poſſeſſ. legat.* vt litium ſit aliquando finis iuxta monitum *Imperatoris in l. fratris* C. *de tranſa.* porrò quæ de litis conteſtatione dicta ſunt, in terminis iuris
19 communis procedunt pariter, quoad libelli oblationem in iiſdem terminis iuxta tradita per *Specul. dicto §.9. de libell. concept. in fin. & per Frãc. in dicto cap. dilecto quæſt. 11. numero 41.* atque
20 etiam locum habent in diſpoſitione ſtatuti noſtri, quod nimirum dum litis conteſtationem non poſtulat in cauſis nullitatum ſic, neq; libelli
21 oblationem, nam hæc duo in iudiciis æquè requntur, vt apparet ex *l.* vncta *authen. offeratur cũ ibi not. C. de lit. conteſt.* & ex ſtatuto noſtro ſupra c.88. ibi ſine libello litis cõteſtatione &c. nã vbi non eſt neceſſaria litis conteſtatio, nec libellus requiritur *Abb. in dicto cap. per tuas num.14.*

D Infra decem dies vtiles) idem terminus ad probandum ſupra præſcribitur in cauſis executiuis cap. 82. 85. & 86. ſic eis exſequantur cauſæ nul-
22 litatum, quæ etiam ſummariæ cenſentur ex ſtatuto noſtro *Luc. Pat. dicto cap. de cauſ. nullit. nu.* 14. licet de iure communi, vt in proxima præcedenti annotatione probauimus, ſint diffinitiuæ,
23 Sed numquid poterit iudex terminũ iſtum probatorium coarctare, vel prorogare? dicendũ vide
24 tur, quod non, primo, quia eiuſmodi terminus à iure noſtro municipali præfixus eſt abſque miniſterio iudicis, quo quidem caſu iudex non poteſt terminum coarctare, vel prorogare, iuxta opin. *Iacob. de Aren. in l.2. num.3. ff. de re iud.* quam communem effectam eſſe Doct. ſentẽtiam teſtatur *Dyn. in cap indultum 17. de reg. iur. in 6.* ibi tamen communiter dicitur & tenetur *Iaſ. in l.2. ſub num.22.24. & 31. ff. de re iudic. Rip. ibidem nu.14.*

nu.14. Alex.ſub nu.3.ſub verſ. quarta fuit opin. gloſſ. & quamuis plerique ſententiam prædictam reſtingant ad caſum, vbi nõ adſit cauſa terminũ coarctandi, vel prorogandi, contra verò opinentur, vbi adſit cauſa, cuius opinionis antefignanus videtur haberi *Bart.in dicta l.2.ſub numero* 4. ibi ego teneo, quod immo indiſtinctè iudex poteſt cauſa cognita, quem ſequitur ibidem *Alexan.ſub num.3.verſ. ex omnibus prædictis ſic concludo Felin.in cap.cum ſit Romana 5.num.* 1.*de appellat.*& præterea multi alij, quos refert, & ſequitur *Menoch.de arbitr.iudic.caſ.*82.*nu.*3. vbi *Bart.* opinionem aſſerit eſſe veriorem, nihilominus, quidquid ſit de veritate iſtarum opinio-
25 num, in hoc ſaltem conſentiunt omnes, quod non poſsit iudex terminum à lege datum, vt ſupra, coarctare, vel prorogare, niſi ob magnam cauſam, eaque cognita, atque, vt præcisè habet *tex. in l.*1.C.*de dilation. Si* rerum vrgentiſsima ratio flagitauerit, & neceſſitas deſideratæ inſtructionis exegerit.

Secundò ſtrictius ad caſum ſtatuti noſtri facit,
26 & maximè vrget hæc ratio, nempè, quod quando ſtatutum aliquid præcipit ſub certa temporis moderatione, cenſetur formam tradere, à qua iudex recedere non poteſt *Bald.in authen.iubemus num.*10.C.*de iudic.* vbi & ponit exemplum videndum, & in *authen. qua ſupplicatio num.* 8. C. *de preci.Imper.offeren. per tex in l.ſcire* 15.*§.conſequens autem ff.de excuſ.tut.* ibi non aliter audiri, ſi non fuerit conſeruatum conſtitutum tempus idem *in l.omnes populi num.*97. *vers. unde ſi ſta tutum requirit tempus ff.de iuſti.& iur.Felin.in cap.cum dilecta* 22.*ſub num.*5. *octauo ſigno de reſcrip. Rimin.conſ.*9.*num.*18.*vol.*1. *Aſin.in prax.*
27 *iud.§.*3.*cap.*36. *num.*4. conſequenter ſtatutum noſtrum dat formam ſeruandam in iudicio nullitatum, à qua iudex recedere non poteſt, ſicque tenetur præcisè ſeruare terminum dierum decem vtilium actori præſcriptum ad probandum, facit *tex.in dicto cap.cum dilecta & ibi Fel. ſub nu.* 6. *verſ.geſta contra formam c.final.piſanis de reſtit. ſpoliat.cap.venerabilis* 17.*de offi.deleg. l.cum lic.* 8.*§.ſi Prator ff.de tranſact.*

Cæterum, quod ſtatutum noſtrum hoc cap. forma præſcribat, clarè ex hoc apparet, quod aliter prouidet, quam ius commune ſuper iudicio nullitatum iuxta octauum ſignum ad formæ probationem traditum per *Fel. in d.cap. dilecta ſub num.*6.

28 Remedium igitur prorogationis huiuſce termini ſtatutarij agentes hoc iudicio, vbi prorogatione ſibi opus eſſe animaduertunt, petere ſolent à Signatura Iuſtitiæ, quæ quidem ſine difficultate Iudicis cauſæ conſueuit cõmittere, vt terminum arbitrio ſuo ipſe proroget, Iudex verò in prorogatione, non excedit terminum ſtatutarium, ita docet *Luc.Pat. in ſua praxi Capitolina d. cap. de cauſ.nullit.nu.*7.

E A die ſuper ea petitionis oblatæ) debet autem ſufficere verbalis petitio per Notarium in actis deſcripta, & redacta, vt ſupra de cauſis ſummariis ſtatutum eſt cap. 89. in princ. nec
29 enim libellus requiritur, vbi litis conteſtatio non eſt neceſſaria *Abb.in cap. per tuas* 58. *ſub num.* 11. *de appell. cum aliis ſupra deductis ad hoc cap.*
30 *litera* C.*verbo litis conteſtationem*, & aliàs, vbi ſtatutum requirit petitionem, excludit libellum, & infert cauſas, de quibus agitur eſſe ſummarias, vti ad ſtatutum Florentinum dixit *Aſin. in prax.*
31 *iudic.§.*4. *cap.*1. *numero* 1. Eſt enim differentia inter libellum & petitionem, nam libellus aliqua quæ iuris formam, intentionemque agentis reſpiciunt, continere debet, ex eiſque omnibus aptè concipi, petitio autem ijs, quæ formam reſpiciunt, omiſſis, ſatis eſt, ſi agentis intentionem oſtendat, ex qua poſſit vtique reus commodè deliberare, an velit cedere, vel contendere, vti declarat idem *Aſin. ibidem ex Cardin.in Clement.ſæpè num.*17.*de verbor.ſignif. & ex Blanc. tract.de compromiſſ.* 8. *quæſt num.* 8. *Bart. in Extrauag. ad reprimendum verbo & figura ſub*
32 *num.*8. atque ſola eiuſmodi petitio ſimplex huius ſtatuti beneficio ſatis erit ad litis cõteſtationem inducendam *Aſin.dicto §.*4.*cap.*2. *in fin.*

F Per proceſſum, & acta primæ cauſę) nullitas verò, quæ ita probatur, dicitur euidens,
33 ac notoria, & in ea non requiritur ordo iudiciarius per *tex. in cap. ad noſtram* 21. *vbi gloſſ. verbo Obſeruandus, & verbo Requiri, & Doct. de iureiur. Veſtr in prax. lib.* 8. *cap.*1.*de nullit. ſub num.*12. ibi fingę, quod nullitas euidens eſſet ex eiſdẽ actis *Carol.de Graſſ.de except.*20. *exceptt.num.*8 *cum plurib. alys Doct.quos citat Rot.*
34 *dec.*5.*n.*2.*de lit conteſt in nou.* vbi habetur, quod quando notoriè reſultat nullitas ſententię ex actis nihil pars habet facere, ſed dicere, cum hodiè conſtet vobis, Iudici ſcilicet, de nullitate ſententiæ contra me latæ, hodie agatur, & pronuncietur iuxt.*tex.in l.ſi is à quo ff.vt in poſſeſſ.legat.*
35 atque talis nullitas omnem calumniam excludit, & ideò per Iudicem omnino reuocanda eſt *Bart. & alij in l.*3.*§.condemnatum ff. de re iudic.* Caſtonifia *in Clemen. vt calumnys de re iudic.* Vãt. *tract. nullit. tit.* 1.*quid ſit nullit. &c num.* 22.
36 Citatio tamen hoc etiam in caſu requiritur ex *dicto cap.ad noſtram Veſtr. &* Rot.*locis proximè citatis.*

G Seu aliter prout potuerit) nec enim dubium
37 eſt, quin probari poſsit nullitas aliunde, quam ex actis, nempè ex alijs exterioribus probationibus, quod præcipuè reo permittitur ad effectum impediendæ executionis, etiã ſi probationes noui ter deducerẽtur, licet hoc denegetur actori volẽti iuſtificare ſententias, & rem iudicatam ad obtinendam executionem *Rot.deciſ.*260.*num.*5.*inter impreſſ. ad tract.Pacific.de Sal.interd.* Et latius in Tudertina officij Cancellariæ *coram Horatio Card.Lancell* 19.*Ianuarij* 1598.*not.Mareſc. variar.reſolut. lib.*2.*cap.*221.*nu.*20. *&* 21. *Mo-*
38 *dern.de clauſ.par.*1.*clauſ.* 169.*num.*3. tum verò ſcilicet vbi nullitas per reum aliunde probetur, quàm ex actis, plena terminorum obſeruatio neceſſaria erit iuxta naturam cauſæ, & iuxta inſtantiam, in qua tractabitur cauſa *Veſtr.lib.*5.*cap.*5. *num.*5.*de obſerv.termin. in cauſis nullitatum*, qui tamen loquitur in aliis Tribunalibus competentibus, præterquam in Foro Capitulino, nam quoad iſtud forum ſeruari debet ſtatutum noſtrum dans formam tenendam in iudicio nullitatum.

Suam

H Suam intentionem iustificet) nam regula iuris est, quod quilibet illud probare debet, q̃ est fundamentum suę intentionis *l. nimis graue C. de testam. l. qui accusare C. de eden. l. ab ea parte l. verius l. in exceptionibus ff. de probat. l. si minorem C. de in integr. restit. l. 1. C. si aduers. credit. vbi Bart. num. 2.* quæ quidem regula maximè debet in casu nostro seruari, quia nullitatem obijciens, iuris prę sumptionem contra se habet, si quidem pro validitate actus præsumitur *l. quoties 13. & l. vlt. ff. de reb. dub. l. 3. ff. de test. Vant. tract. de nullit. tit. 1. quid sit nullitas &c. n. 24. & seqq. Surd. cons. 39. num. 8. vol. 1.*

I Vlterius ad illius iustificationem non admittatur) quippè non potest Iudex terminum à iure municipali limitatum ampliare, quia omnis terminus iuris est peremptorius *Bald. in l. scire oportet 15. §. sufficit num. 2. ff. de excus. tut. Aym. cons. 179. sub num. 2.* & post terminum legis, vel statuti nõ debet quis audiri, nec potest moram purgare *l. ob commissa C. ad l. Iul. de aduit. not. Innoc. in cap. cum in tua qui matrim. accus. poss. Alexan. cons. 133. in fin.* & merito etiam non debet admitti actor elapso termino statutario ad iustificationem assertæ nullitatis, quia debuit venire instructus ad causam *l. qui accusare in princ. ff. de eden.* vnde nec facilè danda esset dilatio ad probandũ ei, qui ad agendum venire debuit instructus *l. si quando C. de dilat. Bouer. in suis singul. verbo dilatio num. 17.* Sed nihilominus in casu statuti nostri actor adire potest Signaturam, quæ loco Principis est, pro termini statutarij prorogatione, qua tenus ea indigeat, vt supra demonstrauimus hoc cap. ad literam D. verbo infra decem dies in fin.

Ideo imputare sibi debebit actor in hoc iudicio, quod elapso termino statutario non admittatur vlterius ad iustificationem assertæ nullitatis ex *tex. in l. veteres in fin. ff. de iurisd. actuque prin. cap. damnum 86. de regul. iur. in 6. l. quod quis ex culpa sua 203. ff. de regul. Iur.* Alia deduximus supra hoc eodem cap. litera D. verbo Infra decem dies, quæ hoc loco ad maiorem huiusce annotationis explicationem pertinere videntur.

K Ius dicendi de nullitate pereat) scilicet, vt amplius non reuiuiscat, hoc enim significat verbum illud pereat, sicuti quando refertur ad hominem *l. cum pubere 23. & l. sequenti ff. de rebus dub. l. inter ea socerum 26. ff. de pact. dotal.* quod quidem statuentes consulto sic expresserunt, vt liqueret reum in hoc iudicio nullitatis conuentum diffinitiuè absolutum, non autem ab instantia, seu obseruatione iudicij tantum, ita vt amplius prætextu nullitatis conueniri non possit, quoniam alioqui quandocumque ex iure cõmuni, seu municipali, præfixa est actori dilatio ad probandum, eo intra terminum præfixum non probante, reus absolui debet, ab instantia, seu obseruatione Iudicij dumtaxat, non autem diffinitiuè, quia non dicitur propterea liquere de causa, & ideo sententia diffinitiua, si de iure litigatorum non constet, ferri non potest per *tex. in l. properandum 11. § & si quidẽ pars actus C. de iudic. Matchsil. sing. 17. num. 1.* quod notabile esse dicit additio ibidem *Innoc. in cap. sum contingat num. 5. de offic. deleg. & in cap. 1. in fin. de constit. vtil. vel inutil. Vant. de nullit. quot. et quib. mod. n. 11.*

L Infra primam communem instantiã) scilicet infra biennium, vt supra cap. 81. De instantiis, & fatalibus; At fortè dicet quispiam in præcedentibus verbis; præscribitur actori volenti dicere de nullitate terminus decem dierum statim à die petitionis, quibus elapsis, vlterius ad illius iustificationem non admittatur, & lis ipsa, ac ius dicendi de nullitate pereat, quomodo igitur fieri potest, vt eiusmodi causa in biennium vsque protrahatur? quæstio ista facilè soluitur, quia licet actor opportune probationes suas, quas etiam aliũde, quam ex actis, & processu causæ deducere potest, vti supra dix. ad hoc ipsũ cap. litera G. verbo Seu aliter prout potuerit, contra tamen reus exceptiones potuit obiecisse, ex quibus actoris ius redditum fit obscurum, ac dubium, atque de vna difficultate in aliam & plures proinde causa inciderit, ita vt iuxta dictum Iurisconsulti in *l. ea est natura cauillationis 65 ff. de reg. iur.* ab euidẽter veris per breuissimas mutationes ad ea, quæ euidenter falsa sunt disputatio perducta sit, hinc mirum non est, si generaliter dicatur dubius litis euentus *l. quod debetur 52. in princ. ff. de pecul. vbi Bart. Specul. tit. de Aduocat 3. §. nunc tractemus num. 10.* Sed fit etiam non raro, vt neque per alterutram litigantium partem, nec per Iudicẽ, stet quo minus lis suo marte decurrat, sed per patronos causarum, quæ verba profert Iustinianus Imperator *in dicta l. properandum § illo procul in princ. C. de iudic.*

M Interim executio legitima non impediatur) idq; etiam iuri communi consentaneum est, siquidem pro iuris regula traditur, quod executio rei iudicatæ cõtra omnes & in omnibus rebus fieri potest, nisi expressè prohibita appareat ita *Ducn reg. 175.* quã limitationibus quatuordecim prosequitur; porrò regula ipsa probatur ex *tex. in l. post rem iudicatam 56. ff. de re iud.* vbi Doct. omnes *Bal. in l. fin. nu. 5. C. de ordin. cognit. Salic.* qui ita dicendum asserit, tam de iure ciuili, quã de iure canonico *in l. 1. C. quan. prouoc. non est necess. sub n. 5. vers. & dicẽdum est,* *Suarez. in repet. eiusdem l. not. 1.* dicens sententiã habere executionẽ paratam, idq; esse vulgare *tex. clarus in l. minor. 41. in prin. ff. de minor. & in l. 2. C. de execut. rei iudic. Rot. decis. 3. de except. alias 280. in nou.* quæ est clauis in hac materia, vt inquit *Vant.* qui & eã sequitur tit. quot, & quibus mod. &c. n. 29 *Asin. in prax. iudic. §. 31. q. 2.* vbi & plurimos alios congerit Doct. eiusdem sententiæ *Veltr. in prax. Roman. Cur. lib. 8. cap. 1. sub num. 7. & sed sub vers. sed maius dubium Lancell. de attentat. par. 2. cap. 17. de attent. nullit. pendent. à num. 17. vsq ad n. 38.* vbi postremo hanc sequitur opinionem vti veriorem, & communiorem, quam talem esse prius probauit iure, ratione, & auctoritate, confutatis etiam argumentis contrariæ opinionis; Nec verò reperitur inre cautum, quod nullitas principaliter in iudicio deducta impediat executionem rei iudicatæ, vt dixit *Innoc. in cap. cum iure peritus numero tertio de offic.*

de

dolig. & Franc.d. cap. dilecto ſub num. 38. quos ſequutus eſt Lancell.d.cap.num.17. & ſeq. Ergo permiſſa cenſetur executio iuxta aliam communem
55 iuris regulam, quod omnia cenſentur permiſſa, niſi reperiantur prohibita *l. necnon 28. poſt princip.* ibi, ſed ſi lex non prohibeat, & *§.quod eis vbi glo.in verbo prohibeant ff.ex quib cauſ.maior.l.ab ea par.5.ff. de prob. l. mutus 43. §.cum queritur ff.de procur.* & in dubio facienda
56 eſt interpretatio, vt actus cenſeatur permiſſus, quando non reperitur prohibitus *Ancha.conſil. 243.num.1.Aym.conſ.105.num.23.Menoch. de præſump.lib.6.præſump.6.nu.2.* Ratio autem cur
57 executio rei iudicatæ retardari non debeat ob iudicium nullitatis principaliter intentatum; ea videtur eſſe, quam affert *Bal.in d.l.fin.numer. 5. C.de ordin.cognit.& in l vnic.num.1.C.ne lic.in vna eademq.cauſ.tertio prouoc.* nempe quia in
58 executione ſufficit ſummaria cognitio *l. à Diuo Pio §.ſi ſuper rebus ff.de re iud.not.Surd.conſ.99 num.7.* iudicium verò nullitatis intentatum
59 principaliter altiorem indaginem, & cognitionem ordinariam poſtulat *Vant.tit. quot & quib. mod.num.27.* vnde per iſtud differri non debet
60 ſummaria cognitio executionis iuxta *text.in l.3. §.ibidem ff.ad exhibe.& in l.ſi is a quo 3. in princip. ff.vt in poſſeſſ.legat.* Accedat & generalis ratio occurrendi calumnijs litigantium, vtque
61 litium ſit aliquando finis ex *Clement.vt calumnijs de re iudic. & l.fratris C.de tranſact.*

Porrò quæ de executione non retardanda propter iudicium nullitatis principaliter intentatũ
62 dicta ſunt, procedunt ſine difficultate in nullitate aduerſus duas ſententias conformes, quæ iuxta ſtatutum noſtrum ſupra cap. 180. faciunt rem iudicatam. in quibus etiam locum habere cenſetur diſpoſitio *Clemen.vt calumnijs de re iudic.prout in tribus ex iure communi, vt ex Pariſ. conſ.109.num.15. ibi & eum vigore ſtatutorum Vrbis lib.4.declarauit Scacc.de arpell q.17.limi. 1. num.67.& q.19.remed.1.concl.4.num.4.not. Couar præſt quæſt.cap.25.num.7.verſ.14. prædicta Clement.*

63 Procedunt etiam eadem ſupradicta in nullitatis iudicio principaliter intentato aduerſus vnã, ſeù duas ſententias, quæ trãſierint in iudicatum ob non interpoſitam appellationem, quippe nul-
64 litas contra eas ſententias ſic intentata non operatur effectum ſuſpenſiuum, ita vt non poſſit interim ad executionem procedi *Veſtr. libr. 8.cap.1.de nullit.ſub nu.7.uerſ.& iſto caſu quando nullitas, Scacc. d.concluſ.4. numer. 6.* Procedunt prædicta pariter; & multò magis in nullitate ſententiæ interlocutoriæ, quia eſſet inconueniens, quod citius terminaretur diffinitiua, quàm interlocutoria, vt habetur apud *Achil. in terminis veteris ſtatuti Vrbis*, quod per hoc noſtrum renouatum eſt *dec.9.de conſti- quæ quidem dec.eſt etiam apud Put.21.de conſtit.* ſicuti prẽd. Conſtit. clemente. vt calumnijs, locum habet pariter in ſententijs interlocutorijs *glo.ibidem uerbo Sententias*, quam communiter receptam eſſe teſtatur *Couar.d.cap.25.n.3. verſ. quinto eſt eadem Clementina conſtitutio intelligenda etiam in tribus ſententijs interlocutorijs Gabr.concluſ.1 amplia.8.num.13.*

N Inhibuiſſe) poteſt enim iudex in iudicio nullitatis pro ſua iuriſdictio
66 ne inhibere, ità tamen, vt executio rei iudicatæ non ſuſpendatur, ſicuti iudicium ipſum nullitatis
67 non ſuſpendit executionem rei iudicatę iuxta communem Doct. opinionem, de qua in proximè præcedenti notat. nam cum nullitas in iudicio principaliter deducta deſideret ſententiam quæ in effectu, nihil aliud efficiet, quam actum euacuare, & executionem impedire, ſi incontinenti nullitatis iudicio intentato per inhibitionem ipſius iudicis nullitatis impediretur executio rei iudicatæ, vtique eſſet dare executionem
68 ſententiæ nondum latæ contra regulas iuris cõmunis *l.1.C.de execut.rei iud.cum ſimil.not. Vãt d.tit.quot & quib.mod.&c.num.29.verſ.& ratio eſt Lancell.d.cap.17.num.19. qui Doct.* hoc argumento vſi ſunt inter cætera ad firmandam conclusionem præcipuam, quod nullitatis iudicium principaliter intentatum, non ſuſpendat executionem rei iudicatæ, quodque iudex non a-
69 liter poſſit in hoc iudicio inhibere, quam ſinè impedimentó legitimæ executionis tenuit *Rot. dicta dec.3.de except.in nou. Franc.in d cap.cum dilecto numer.38.verſ.ſed certè contrarium Mil in ſuo Repert.verbo Iudex mera nullitatis non poteſt inhibere Vant.d. tit.num.30. Mandoſ.de inhibit.quæſt.24. numer.2.& plures alij relati per Vant.d.num.30.& per Lancell.d.cap. 17.num.66*
70 Veruntamen conſueuit praxis ſignaturæ Romanæ Curię in reſcriptis, ſeù commiſſionibus cauſarum nullitatum ad omnem dubitationem tollendam, circa intellectum eiuſmodi commiſſionum, atque inhibitionum in vim earum emanantiũ, apponere clauſulam ſinè præiudicio legitimę executionis, vel parito iudicato, ſiuè ſi quid exequendum fuerit, exequatur, iuxta caſuum varietatem, vti tradunt *Vant.& Lancell.locis proximè citatis, Veſtr.d.cap.de nullit.ſub num.7. verſ. & iſto caſu quando nullitas*; Quod ſi abſque clau-
71 ſulis prędictis, aut ſimilibus iudex nullitatis ſim pliciter inhibuiſſet alteri iudici, ad quem rei iudicatæ executio ſpectaret, tum executio impediretur, vt abſolutè cenſet, *Lancellott. dicto. capitulo 17.ſub numer. 66.* quod & dixerat ſub dubio *Vant.d tit.num.30.* Attamen dictum ſuum declarat *Lancell.* procedere. vbi nullitas ex
72 actis innotelceret iudici inhibenti, vel ea certè incontinenti probari poſſet, idque reducitur, ad diſtinctionem communiter alioqui receptam, nempe, quod nullitas euidens, vel incontinenti
73 probanda, impedit executionem rei iudicatæ, ſecus verò ſi non ſit euidens, vel altiórem requirat indaginem, quam quidem diſtinctionem cõmuni Doct. calculo comprobari aſſerit *Myſinger. ſingul.obſerv.centur.4.obſerv.64.num.2.& ante eum dixit Alex.conſ.33.num.9.lib.1* hanc eſſe communem Doct. opinionem vbique, & eam probari *ex l.ſi Prator.75.§. Marcellus ff. de iud. ex l.fin.C.ſi ex fals.inſtru.* prout benè probatur præcipuè *ex d.l.fin.facit etiam text.l.1.* ibi cuius rei probationem ſi promptam habetis *C. quam. pronoc. non eſt neceſſ.* & hiſce conſonat Doctrina *Bald.in l.fin.C.de ordin.cognit.num.5.* vbi etiam exponit probationem incontinenti, ideſt intra
74 breuem terminum arbitrio iudicis; quod autem idipſũ relinquatur arbitrio iudicis, cõmuniter aſ-

ſerunt

ferunt Doctores, vt refert *Contard. ad l.unica* C. *si de moment.possess.limit.*12.*nu.* 7. idem dicit *Mysinger. singul. obseruantur.*6. *obseru.*5.*n.*5.

75 *argum.tex.in l.*1.*ff.de iur.delib.* porrò, quæ sint euidentes, siue promptuariæ nullitates, benè declarat *Vestr.d.cap.*1.*de nullit.nu.*7.*verf.& in proposito illa nullitas diceretur esse in promptu Affli.decis.*283.*n.*2. *Doct.in Clemen.*1. *de re iudic. & in l.*4.*§.condemnatum ff. de re iudic. Granat. ad Vestr cap. citato litera* K.*verbo & in proposito sub nu.*29. Verum præcedens dictum *Lancell.*

76 in terminis iuris cõis locũ planè videtur habere posse intra triginta annos, tamdiu enim, & non

77 vltra, durat ius agendi de nullitate, competens per officium Iudicis nobile, sicuti iure cautum est de reliquis actionibus *l.sicut* C.*de præscript.*30. *vel* 40.*annor.glos.in c.*1.*verbo Vnde queritur in fin.*35.*quæst.Vant.tit.à quo & quib.mod.num.*8. *verf.si verò nullitas, & alij ab eo citati Vestr.dicto cap.de nullit.nu.*10.*verf.verum hic dubitabis* plenius autem *Granat.* ad ipsum *Vestr. litera B,*

78 *verbo verum hic num.*30. At in terminis iuris nostri municipalis, ex quo præfigitur annus ad deducendam in iudicio nullitatem, dictum illud *Lancellot.* procedere poterit; durante anno tantum, post annum verò, cum iudicium nullitatis intentari non possit, etiam si nullitas euidens, ac notoria proponeretur, vt infra hoc ipso cap. latè comprobauimus, communiori Doct. sententiæ & iuri consonis rationibus innixi ad litteram Q. verbo Nõ possit agi post annum, profectò consequens est, vt nec locus futurus sit inhibitioni ex tali iudicio ad executionem rei iudicatæ impediendam, argumento sumpto à destructione antecedentis ad destructionem consequentis, de quo per *Euer.in centur.sua hoc titulo.*

Sed amplius persequendo verba, & dispositionẽ

79 statuti nostri non prætermittimus, quod iure quidem censeri debet Iudicem inhibuisse sine præiudicio legitimæ executionis in hoc iudicio

80 nullitatis, in quibus sit inhibitio, quia mens Iudicis talis esse præsumitur, qualis de iure esse debet *Bald.in l.*1.*num.*[illegible]*in fin.* C. *de nego. gest. Dec.cons.*43.*nu.*5. *Rot.diuers.dec.*112.*nu.*3.*par.*2.

81 & generaliter actus simpliciter gestus, censetur factus eo modo, quo fieri debuit *l.Gallus.* 29. *§. quidam recte ff.de lib.& posth.l.si hæreditas* 10.*§. seruus alienus. ff de test. tutel.* quod si inhibitio

82 apertè præiudicaret executioni, tum non ligaret manus Iudicis, ad quẽ rei iudicatæ executio pertinet, cum & iure communi, vt supra deduximus in principio huiusce notationis, & hoc ipso iure municipali impediri non debeat executio rei iudicatę per iudicium nullitatis principaliter inten-

83 tatum, siquidem inhibitio non canonica non ligat, nec producit attentata *c.non solum de appell. in 6.c. Romana §. quod si obyciatur extr. eod. tit. & vtrobiq; Doct. Felin.* qui de communi testatur *in edilectus filius* 29.*sub n.*14.*de rescript. Paris. cons.*108.*nu.*6.*lib.*1.*Mandos. qui de inhibitione nulla vel friuola loquitur quæst.*24.*numero* 2. *de inhibit.Rot.decis.* 58. *de appellat.in nou. & decis.* 75.*eod. Ittual.in antiq. Bellam. decis.*239.

O

84 Nisi executio facienda esset irretractabilis) hæc quidem limitatio iuri, & rationi congruit, & apud iuris interpretes omnino recipitur, *Bal in l. eũ qui[illegible]dnas* 18.*nu.*2.*verf.non obst.*quod dixi de executione

85 C.*ad l.Iul. de adult.* vbi inquit, quod executio, quæ non potest retractari, impossibile est, vt fiat lite pendente *Franc.in dicto cap. dilecto quæst.* 10.*numero* 28.*verf. secundo limita*, vbi quod

86 omni casu exceptio nullitatis impediret executionem, licet nullitas requireret altiorem indaginem, quando executio esset irretractabilis, vel damnum inferret irreparabile, quod procedit etiam, vbi agatur de executione trium sententiarum conformium *Rip.in dicto §.*4.*condemnatum num.*21. 21.*Alexan.num* 5.*Vant. d. tit.quot.& quib.mod.nu.*31.*Lancell.dicto cap.*17. *num.*54. & *seqq.* qui loquitur in causis criminalibus, vbi poena est irretractabilis, & refert de communi opinione. *Luc Pat. dicto cap. de nullit.num.*23.*& seq. Scacc.de appell. quæst.* 19. *remed.*1.*concl.*4.*num.*72.*verf. aut agitur de execu-*

87 *tione irretractabili & num.*75. vbi quod non solum procedit limitatio ista in criminalibus, sed etiam in ciuilibus, cum etiam in istis detur irretractabilitas, vt per *Lancell.d.cap.*17 *num.*79.*& seqq.* Inter causas autem ciuiles, quæ executionem habere dicuntur irretractabilem, maximè

88 notanda est causa melioramentorum, de qua ad rem nostram meminit *Luc.Pat.dicto cap.de nullit.sub num.*24.*verf.& ex rationibus.* cum enim

89 pro melioramentis non detur actio, sed solum retentio *l.si in area.*33.*in fin.* vbi hæc verba leguntur, & ideo constat, si quis, cum existimaret se hæredem esse, Insulam hæreditariam fulcisset, nullo alio modo, quã per retentionẽ, impẽsas seruare posse, facit etiã *tex.in §.certè instit. de rer.diuis. not.* Bart. *in l.*2.*n* 3.*verf.& ideo de appel recipien. Negusan.de pignor.*4 *membr.par.*5. *nu.*9. *Corn. cons.*86.*num.* 2. *lib.* 4. *Rot.in Romana Saluiani interdicti nu.*5.*coram* Penia 19. *Nouemb.* 1593. *quæ est* 74.*inter impressas ad Pacific. de Salu. interd.* debet idcirco Iudex nullitatis suspendere executionem sententiæ latę, super melioramentis, alioqui damnum inferret irreparabile personæ contendenti retinere melioramenta, si alteri parti adiudicaretur possessio rei melioratæ, nam executio foret irretractabilis, quia non posset postea dominus melioramentorum ea recuperare, vbi retinere nequisset, cum nullo alio modo, quam per retentionem haberi possint iuxta verba vltima *dicta l.si in area quo circa idẽ Luc. Pat* loco proximè citato attestatur, se in casu tali obtinuisse in iudicio pro cliente suo reuocationem executionis per viam attentatorum.

Verum fortè dubitari posset de veritate supradictæ limitationis, quia datur etiam actio ad recuperationem melioramentorum ex æquitate, veluti *ex l.si me & Titium ff. si cert. pet. iuxta sententiã Castren.in d. l.si in area in fin.* vbi dicit ita se consuluisse vltra Montes, quia Dominus rei melioratæ efficiebatur locupletior ex re possessoris cum iactura illius, & *Castren.* sententiam approbauit, *Velasc.de iur.emphyt.quæst.*25. *sub nu.*25.*vbi addit, quod Castren.* opinio apud Tribunalia recipietur, quia veritatem sequimur, non illam iuris subtilitatem, atq; refert altosduos ipsi *Castren.* assentientes, huc etiam conferunt tradita per *Rosenta. de feud.cap.* 10. *conclusion.* 43. *num.*111.*&*.112. Vnde iam sequi videtur, quod

in-

in cauſa melioramentorum contra dominum, & poſſeſſorem eorum executio non ſit irretractabilis, neque damnum ex ea ſequatur irreparabile.

91 Attamen à priori ſententia, vti iure, ratione, & 92 auctoritate optimè fundata non putarem eſſe recedendũ, quia eſto, quod pro recuperatione melioramentorum competere poſſet remediũ ſubſidiariũ *l. ſi me Titium*, negari ſaltem non poteſt, quin actio propria deficiat, vnde opus ſit aliã ſubſidiariam actionẽ emendicare, atq; proinde etiam difficultas magna verſetur in applicatione prædicti remedij in facto, & in iure ad caſũ, de quo agi- 93 tur, vnde dici poſſet, quod idẽ ſæpè iudicari ſolet de difficili, atq; de impoſſibili *c. breuiter 7. de iureiur. l. quod, te. 5 ff. ſi cert. pet.* quod dictum probat *Fel. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ 11. ſub nu. 89. verſ. ſecundum notabile de conſtit.*

94 Recenta demũ concluſione, quod in cauſa melioramentorum executio contra dominum illa retinentẽ pro irretractabili habeatur, & ideo pẽdente iudicio nullitatis rei iudicatæ executio ſuſpendi debeat, eadem concluſio per alteram ſimilem comprobatur, ſiquidem in iudicio poſſeſſorio 95 detentionis, ſeu retentionis datur appellatio, & ſuſpenditur executio, ſicque limitatur diſpoſitio *l. vnica C. ſi de moment. poſſeſſ. vt per Contard. ad Lipſium limit. 21.* ea nimirum ratione, quia nullũ aliud apparet remedium, quo ſuccurri poſſit detentori, vbi per iudicialem executionem rei detentio ab eo abdicata fuerit *Rip. in dicto §. condemnatum num. 21. Contard. dicta limit. nu. 1. & 3. Scacc. de appell. q. 17. limit. 6. membr. 8. num. 18.* qui plurimos alios congerit, & hanc refert eſſe communem opinionem.

P

Attento, quod executio eſt irretra-

96 ctabilis) hæc clauſula ſtat cauſatiuè, non conditionaliter, ſicuti dicitur de alia ſimili apud *Modern. de clauſ. lib. 1. clauſ. 15 iuxta* 97 *deciſſ. Rot. ibi allegatas*, nam inhibitio concedi non debet, niſi cum cauſæ cognitione, quod pro regula notabili tradit *Franc. in cap. 1. num. 14. de appellat. probat. tex. in cap. Romana §. ſi verò de ſentent. excom. in 6. Aretin. conſ. 75. num. 9. Alex. conſ. 69. num. 1. lib. 7.* debet enim Iudici liquere ſe habere iuriſdictionem in cauſa adeo, vt poſſit ligare manus Iudicis, cui inhibet, vt inquit *Alex. ibidem verſ. præterea quæ ratione Co-* 98 *nar. præct. quæſt. cap. 14. num. 3.* inhibitionem ita conceſſam dicit eſſe canonicam iuxta communẽ omnium ſententiam, & alij multi præterea, quos refert, & ſequitur *Mandoſ. de inhib. quæſt. 25.* & hoc de iure non habet difficultatem, quidquid ſit de ſtylo Romanæ Curiæ, vt per *Mandoſ. cod. quæſt. nu. 4. & 5.* ex hac igitur forma inhibendi à ſtatuto præſcripta, Iudex intelligit ſe non temere ſed canonicè debere ad inhibendum procedere, atq; formã ipſam in inhibitione ſeruare debebit, 99 alioqui inhibitio, vtpote non canonica, non ligaret, *cõ ſolum de appell. in 6. c. Romana §. quod ſi obijciatur extra cod. tit. cum alijs ad id allegatis ſupra hoc eodem cap. ſub litera N. verbo inhi-* 100 *buiſſe in fin.* atq; amplius foret nulla tanquã contra formam iuris noſtri municipalis iuxta *tex. in cap. cum dilecta 22. & ibi not. per Felin. ſub nu. 6. verbo getta contra formam ſunt nulla l. cum ij 8. §. ſi Prator ff. de tranſact. l. hac conſultiſſima 21. in princ. C. de teſtam. Vant. de nullit. tit. quot. & quib. mod. & c. nu. 52. Rot. diuerſ. 226. num. 1. par. 1 & deciſ. 72. num. 10. par. 2. Mob. d. deciſ. nu. 17. aliàs 300. de cauſ. poſſeſſ. & propriè. Maſcard. de gener. ſtat. interpr. concl. 9. & præci-* 101 *puè num. 13.* vbi quod quando ſtatutum præſcribit modum conficiendi actum aliter quã de iure communi diſpoſitum ſit, dando iuriſdictionẽ modificatam circa illũ, tunc dicitur data forma, qua non ſeruata, actus eſt nullus ex dicto *Dec. cõſ. 528 nu. 12. & Fel. in d. c. cum dilecta verſ. nonum ſignum ſub nu. 6.* & hic eſt caſus noſter, vt apparet ex lectione huius noſtri ſtatuti.

Q

Non poteſt agi, nec replicari poſt

102 annum) Et hoc procedere debet, etiam ſi nullitas foret euidens, ac notoria, vbi enim ſtatutum præfigit terminem decem dierum vel ſimilem alium, eo elapſo, opponi non poteſt de nullitate quantumuis euidenti, & notoria *Ale. conſ. 105. num. 4. & ſeq. lib. 5. & conſ. 225. nu. 14. lib. 6. Natt. conſ. 120. nu. 15. lib. 1. Rol. conſ. 83. n. 16. vol. 1. Oſaſc. deciſ. 22. num. 14. Cephal. conſ. 263 num. 36. vol. 2. Becc. conſ. 40. num. 3.* vbi de communi *Pariſ. conſ. 95. nu. 35. par. 1. Carol. de Graſſ. de except. 20. except. nu. 16. Scacc. de appell. q. 19. remed. 1. concl. 4. n. 45. Gabr.* qui hanc opinionem dicit communem, & habere locum etiam, vbi 103 ageretur de nullitate ex defectu iuriſdictionis *cõcluſ. 3. de ſtatut. ſub nu. 14. & 17.* ibi tenendo primam communem opin licet contrarium teneat *Becc.* quoad nullitatem notoriam ex defectu iuriſdictionis *d. conſ. 40. nu. 7. & aly quidam citati per Gabr. cod. concl. n. 17. Maſcar. de gen. ſtat. interpr. concl. 4. nu. 18. Contard. ad l. vnic. C. ſi de momen. poſſeſſ. limit. 7. nu. 67. Gabr. concl. 4. de except. nu. 3. & ſeq.* vtq; demum firmiori præſidio muniamus extremum agmen Doct. huiuſce opinionis, eam tenuit *Rot. apud Put. deciſ. 407. in fin. par. 2. inat. emendat. impreſſ. & clarius apud Achill. deciſ. 15. & deciſ. 18. num. 2. de conſtit.* vbi comprehenditur etiam nullitas ex defectu iuriſdictionis, & recentius *in Romana Cottinij coram Cardinale Sacrato 6. Martij 1606.* & hæc demum opinio tanquam innixa auctoritate Sac. Rotæ Romanæ planè quidem tenenda eſt, vel hoc ſolo nomine cõmunis dicenda, quamuis alioqui ex DD. numero forte communis non eſſet, ſicuti comp:urium Doct. aſſertione probat, atque etiam comprobat ratione generaliter de ſupreſmi iſtius Tribunalis opinionibus *Canall. in præfat. ad præct. quæſt. commun. numero 15.* neque ab ea recedendum eſt, licet alij ſanè multi in contrariam iuerint ſententiam, quos recenſere ſuperuacaneum recenſemus.

Cæterum pro veritate concluſionis faciunt 104 plures regulæ iuris: nam qui intra terminum ſibi præfixum non agit cauſam ſuam, ſibi imputet damnum, quod ſua culpa, ſeu negligentia ſentit *cap. damnum, 86. de regulis iuris in 6. l. quod quis ex culpa ſua 204. de regulis iur. cum ibi not. l. veteres in fin. ff. de itiner.* 105 *actuque* [illegible] *priuat*, & cauſæ renunciaſſe cenſetur, qui contra tempus præſcriptum eam non proſequitur *l. ſi ea 7. C. de ijs qui accuſ. non poſſ. l. ab accuſatione 6. §. de eis ff. ad Senatuſconſultum. l. pupil. l. diffamari ff. de ingen.*

manumiss. l.mancipiorum e. ff. de optio. legat. l. prima ff. de curat. bon. dand. l. 4. ff. de bon. auctor. ind. possiden. Dyn. in cap. indultum 17. litera. B. vers. contra videtur de regul. iur. in 6. atque præsumptam eiusmodi renunciationem ad rem nostram perpendit *Bero. dicto cons. 40. sub nu. 5.* & ante eum *Castren. cons. 280. nu. 2. in fin. lib. 1. Rol. cons. 88. sub n. 16. in fi. Cephal. cons. 202. nu. 18.* & *seq. vol. 2.* qui talem renunciationem asserit procedere tam quoad nullitatem notoriã, quam quoad non notoriam.

Sed quia vt plurimũ, cuiq, morbo suum est remedium fortè poterit is, qui nullitatem euidẽtem
106 ac notoriam intra decem dies iuxta formam statuti nostri non exhibuerit, adire Iudicem, ad quẽ tentẽtiæ, quæ nulla dicitur, executio spectat, eiq; nullitatem eiusmodi demonstrare; Iudex verò eiusmodi sententiam non exequetur, quinimò etiam parte impedita, vel inhabilẽ ad excipiendum de tali nullitate, Iudex ipse ex officio repelliere debebit petentem executionem, ita animaduertit noster *Luc. Pat. dicto cap. 1. de cauſ. nullit. num. 31. ex Anchar. conſ. 208. ſub num. 6. facit tex. in l. ſi Prator 75. §. Marcellus in fin. ff. de iudic. Bald. conſ. 119. ſub num. 3. lib. 2.* vbi idem inquit, quod Iudex de nullitate, quæ per se patet, suam habet conſcientiam infor-
107 matam, & ex sententia sit nulla ius reddere non potest *addit. ad hæc tex. in l. ſi feriatis ff. de fer idem Bald. conſ. 225. numero 1. lib. 5.* vbi, quod licet in eo casu agi non posset de nullitate sententiæ propter quamdam constitutionem, quia lapsa erant fatalia, tamen talis sententia executioni mandari non poterit constito de nullitate ex ipsis actis *Roman. conſ. 42. num. 4.* vbi,
108 quod Iudex ex officio repellere debet agentem ad executionem sententiæ, quę nulla apparet ex ipsis actis *Milanenſ. deciſ. Sicil. 2. numero 135. & 147.* quodque talis nullitas saltem per viam exceptionis impediat executionem sententiarum *not. Hieron. Gabr. conſ 49. in fin. lib. 1. Lancell. de attin. par. 2. lit. de attent. nullit. pendent. numero 92.* & plures alii ab eo citati *Carol. de Graſ.* & alii ab eo relati *d. except. 20. nu. 9. & 10.*

109 Et hæc quidem conclusio locum habet etiam, vbi de nullitate principaliter in proprio iudicio ageretur in casu scilicet, vbi aliàs sic agere prohibitum non esset à iure, nam actor idem nihilominus coram Iudice exequente posset per eiusmodi nullitatem impedire executionem, vt per *Gabriel. & alios citatos ab eo dicto conſ. 49. in fin.*

110 Supradicta autem procedunt tolum, vbi nullitas ex actis insurgens nullam admittat disputationem, alioqui non impediret executionem iuxta distinctionem *Rip. in l. 4. §. condemnatum num. 17. ff. de re ind.* qui refert, & sequitur *Franc. dicto cap. dilecto quæſt. 52. in fin. ſub nu. 142. quam diſtinctionem apparebat Anton. Gabriel. concluſ. 1. de execut. rei iudic. numero 9. Cephal. conſ. 263. num. 15.* & ex Doct. apparet eam planè communiter esse receptam, vnde secundum eum ita intelligi debet opinio communis, de qua per ipsum eadem *concl. num. 8. vers. contrarium*, quod immo, nempe quod exceptio nullitatis euidentis impedit executionem rei iudicatæ.

Verum consideratis prædictis omnibus, quæ de remedio executionis impediendæ attulimus, de mũ arbitrarer ea non posse applicari dispositioni huius nostri statuti, per quod præfigitur certũ tempus, nempe annus ad dicendum de nullitate sed habere locum in eo casu dumtaxat, quando statutum simpliciter reiicit nullitates, prout loquuntur Doct. alterius opinionis, ũ bene eorum dicta ponderentur, & declarat optimè, *Alex in d. conſ. 105. nu. 7. & ſeqq. & d. conſ 225. n. 9. & ſeq.* At in casu nostri statuti locus planè videtur esse
111 alteri conclusioni etiam communiter receptæ, quod elapso tempore præscripto, non possit agi amplius de nullitate etiã euidẽti, & notoria iuxta sententiam A *lex. cõſ. 105. lib. 5 & conſ. 225. lib. 6.* atq; cõplurium aliorũ, qui eũ sequuntur adiuncta demum auctoritate Sac. Rot. Accedat prædictis quod statutũ nostrum indefinitè loquitur de nullitate, sicq; cõprehendit quamcunq; nullitatem,
112 cũ indefinita oratio prolata à lege æquipolleat vniuersali *l. ſi ſeruitus 22 ff. de ſeruit. vrban. prad. glo. in c. vt circa in prin. verb. aliorũ de elect. in 6.* & sequuntur cõiter scribẽtes, vti refert *Cagnol. in l. 1. ſub n. 7. Bar. in l. omnes populi nu. 57. Bruner. à Sol. in ſuis propoſit. iur. verbo indefinita pro*
113 *lata à lege*, quod & in statutis pariter locum habet, vti asserit *Mascard de gener. ſtat. interpr.* & plures alii ab eo citati *concluſ. 5. num. 11.* neo
114 obstare debet, quod in odiosis indefinita nõ æquipollet vniuersali *l. 2. vbi Doct. ff. de libe. & poſtlim.* quia statutum nostrum, vt potè fauens breuitati, & paucitati litium, censeri debet fauorabile, iuxta ea quæ supra attulimus ad c. 180. lit. G. sub verbo Omnino in nulla causa propè fin. annotationis.

115 Quæ quidem conclusio ampliatur, vt nec etiã per modum exceptionis nullitas, quamuis euidẽs & notoria, obiici possit, vt sentit *Corn. conſ. 302. ſub num. 2. vers. & ſi quid dubietatis habet. vol. 1. Calean. conſ. 16. col. fin Ias. conſ. 200. vol. 2. Pract. Papien. in form. execut. ſenten. ciffin. verbo ſapiens*
116 *nu. 11.* vbi probat, quod ius proponendum intra certum tempus in modum agendi, non poterit eo tempore transacto proponi in modum excipiendi, *& allegat. liquaſtum 31. §. in dolo ff. de pecul. l. ſi intra 8. C. de non num. pecun. l. Papinianus 8. §. Paninianus ff. de inoffic. teſtam. l. necnon 28. §. exemplo ff. ex quib. cauſ. maior.* addit & rationem, ne circumueniatur ratio statuti contra *tex. in l. penult. ff. ad exhib. atque ſubjcit idem Papien. ita practicari Caſtren. conſ. 188. ſub nu. 2. vers. cum enim iſtam cauſam*, vbi expresè inquit, quod qui intra tempus à statuto limitatum nullitatem non deduxit, excluſus est, non solũ à via agendi, sed etiam à via excipiedi per *dictam l. intra in fin. C. de non numer. pecunia*, idque subdit in casu similis statuti vidisse clarum, & indubitatum apud omnes, aliàs, vt mox subijcit, præfixio termini à statuto facta nihil operaretur *Aym. conſ. 179. num. 4.* dicens expresè, quod si per statutum præfigitur certum tempus ad dicendum de nullitate, eo lapso nullitas amplius proponi non potest, neque agendo, neque excipiendo. Attamen ampliatio
117 ista non videtur adeo simpliciter intelligenda, sed vbi constet statuentes voluisse, quod elapso certo termino præfixo, nullitas, nec etiam per modum exceptionis deduci possit, vel quia id expresserint, vt in *conſ. Rol. 83. num. 16. lib. 1.* vel quia vſi sint verbis talibus, quę hunc etiam

casum

caſum comprehendant,id verò per ſtatutum profectò decerni poteſt *ex l. omnes populi vbi Doct. ff.de leg. Alex.d.conſ.225.n.5.& 9.Caſtr.d. conſ.* 118 *88.n.2.* At ſtatutum noſtrum ſimpliciter prohibet agi,& replicari de nullitate poſt annum; non autem prohibet excipi;& ideo ita intelligitur, vt liceat excipere de nullitate non obſtante ſtatuto *Achill dec.5.& 6.de conſt.Frãc.d.c.dilecto ſub q. 54.n.151.*qui hoc optimè cõprobat,& practicus noſter Capitolinus *Luc. Pet.ita decidit ſuit.d.cap. de null.n.28.et 29.*vbi ſpecificè reſpõdet ad obie
118 cta iuxtaprædictũ intellectũ; Accedat & actionis verb.nõ cõtinetur exceptio *l.verbũ oportebit 8.§ actionis verb.ff.de verb ſign.*& ideo ſtatutũ denegãs actionẽ,nõ denegat exceptionẽ *Bal.in l.p rẽptorias n.24.C.de ſen reſcin.nõ poſſ Bar in l. 1. in prin.n.1.ff.de excep.*qui exceptionẽ notat nõ eſſe propriè actionẽ,& ideò in ſtatutis non venire ſub nomine actionis,& rectè quidẽ,cũ regula iuris ſit
119 & verba ſtatutorũ ſint propriè,ac ſtrictè intelligẽda DD.cõiter.*in l.õnes populi ff.de iuſt et iur.l.3. §.hæc verba ff.de neg.geſt.l nõ aliter.ff.de leg.3.l. ſi ſeruũ.§.nõ dixit Prætor.ff.de acq.hæred. fil aſ.a. de gener.ſtat.interpr cõcl.5.præcipuè n.172.* Et eo
120 quidẽ magis,quò maior eſt ratio,& fauorabilior exceptionis quã actionis ex *regul l.inuitus 199. §.cui damus,& c.qui ad agẽdũ 71 cũ not.vtrobiq;* vnde prohibita ſimpliciter actione nullitatis per annũ ex ſtatuto noſtro non debet cẽſeri prohibita exceptio.Confirmãtur adhuc magis prædicta, quia dũ per viã exceptionis deducitur nullitas, ceſſare videtur ſuſpitio illa calumniæ,vt litiũ finis nõ detur vnquã,quod iura abhorrent *Clemen vt calumnijs vbi Doct.de re iudic. facit text in l. fra-*
121 *tris* C.*de tranſact.*Siquidem de exceptione nullitatis obiecta ad executionem impediendam ſummariè cognoſcitur *Vãt.tit.quot et quib mod nul.*
122 *fit.in iudic.propon poſſ.n.27.*& 32 nec ea admittetur,niſi ſit euidens,ac notoria,vt ſup. diximus*ex Franc.in c.dilecto q.52.in fin ſub n.142.de appell. Rip.in d.l.4.§.condemnatũ n.17.ff de re iudic.* &
123 *Gabr concl.1.de execut.res iudic.n.9.* quo ſq; vbi offertur probatio incõtinenti tollatur omnis præſumptio calumniæ,& malitiç *not.Franc.in d.c.dilecto ſub q.9.& n 25.verſ.tu intellige facit text in c.literas 13.de reſtit.ſpol. & c. interpoſita.70. in princ.extr.de appell.Contar.ad l.vnic.limit.7.nu.*65.Ergo ceſſãte ratione ,phibitionis in exceptione nullitatis, quæ conſideratur in prohibitione actionis,ceſſare vtiq;debet,phibitio in exceptio-
124 ne,nã generaliter prohibitio ceſſat,ceſſãte cauſa, cuius cõtẽplatione quid prohibetur *Brun. à Sol. in ſuis propoſ. iur. verbo prohibitio ceſſat, probat. text.in l adigere. §.quamuis ff. de iur .patr. in cap. cum ceſſante de appell. cum ſimil. & Doct. paſſim , plenißimè verò Tiraquell in tract. ſuo ceſſante cauſa.*

R Nec replicari) ſic replicatio poſt annũ æquè prohibetur, atque actio,quòd hic expreſſum eſt, ſed & ſtatutum antiquum cap.157.lib.1. licet de replicatione non loqueretur,ita fuit intellectum à Sac. Rota teſte *Achill.deciſ.7.nu. 1. de conſtit.* quæ habetur etiã apud *Put.tit.de conſtit.dec.15.in emendat.impreſ.*
125 Porrò replicationes nihil aliud ſunt,quam exceptiones,& à parte actoris veniunt, quæ quidem ideo neceſſariæ ſunt, vt exceptiones excludant ſæpe enim replicatio idcircò obijcitur, vt exce-
126 ptionem oppugnet,& illud tenendum eſt omnem exceptionem,vel replicationem excluſoriã eſſe. Exceptio actorem excludit,replicatio,reum; Sed & contra replicationẽ ſolet dari duplicatio,& cõtra duplicationem triplicatio, & cõtra triplicationẽ rurſus quadruplicatio , & deinceps multiplicantur nomina,dum aut reus,aut actor obijcit verba hæc ſunt *Vlp.in l.2.in prin.ff de except.explicantis ,quid ſint replicationes , cum in primis verbis eiuſdem l.declaraſſet,quid ſit exceptio.*

Cæterum quamuis replicatio dicatur exceptio competens actori contra exceptionem rei ex *d.l. 2.vt not.etiam Speculat.tit. de except. & replic. 5.* 127 *§.nunc dicendum reſtat in princ.*attamen eſt temporalis ſicuti actio,& quoad hoc habet naturam actionis *Put* in terminis noſtris licet tum ageretur de ſtatuto veteri,vt ſupra *cap.157.lib.1. deciſ. 293.num.2.iuxta emendatam impreſſionem ex l. quæſitũ 31.§.in dolo ff de pecul.vbi tex. eſt clarus Bart.in d.l.1.nu.3.in fin.*vbi dicit,quod licet exceptioni propriè ſumptæ non præſcribatur *l.licet* C. *de except.*vbi quæ annua ſunt ad agendum,ſunt perpetua ad excipiendum *& l.pure §.1 fin ff. de dol.except.*præſcribitur tamẽ replicationi per *d.§. in dolo*,quod & not.idem *Bart. in l. ſi pactum in fin.C.de except* Cyn.*in d.l.licet nu.3.* vbi inquit, quod eiuſdem vitæ ſunt actio,& replicatio *ex d. l.quæſitum 31.§.fin. vbi & glo.ff.de pecul.* arque
128 adijcit declarationem animaduertendam ad regulam, quod quæ ſunt temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum, inquit autem , quod aut exceptio alicui competit, quia actio, & tunc eiuſdem vitę eſt actio, cuius eſt exceptio, *ff. de peti.hæred. l ſi quis libertatem 7. & l. Papi-*
129 *nianus 8.§. ſi filius ff.de inoffic.teſta.* aut competit nõ quia actio, ſed quia æquum erat excipere exẽpli gratia mutuaſti mihi decem,ſed poſtea feci ſti pactũ de nõ petẽdo, vnde ſi petis mutuũ,æquũ eſt, vt excipiã de pacto de nõ petẽdo,& perpetua erit exceptio, ſicq; ſubiũgit intelligi regulam iſtã *in dicta.l.licet & in l.pure 5.§.fin ff. de dol.except.*
130 Quod autem replicatio tamdiu duret , quamdiu actio , *in* reliquis autem exceptionis naturam ſequatur tradit *Dec. in cap. ſi autem 9 num. 28 & 29. Rot.deciſ. 132.numero 21. & ſequen. par.2.diuerſ.Contard.ad l. vnic. C.ſi de momen. poſſeſſ.limit.7.num.68.& ſeq.Scac.de appell.q.19. remed.1.concl.4.nu.55.*

131 Poterit autem , hoc ſtatuto non obſtante, excipi de nullitate poſt annum , vti ſupra ad hoc ipſum cap.Demonſtrauimus ſub littera Q. verbo non poſſit agi , ibi attamen ampliatio iſta , accedat aliis ibi pro opinione iſta citatis *Franc. in dicto cap. dilecto ſub 54.quæſt.nu. 150. Alex. conſ. 82.nu.12. & ſeq.lib.1.Aret.conſ.75.nu.11. verſ.aut ergo arguendo à fortiori,vti arguit Contard.ex eod.Aret.ad l.vnic.C.ſi de moment.poſſeſſ. limit 7.num.68.*

132 Cœterum quę diximus de actione , etiam , quod ad hoc vt de notoria , ac euidenti nullitate poſt annum agi non poſſit,eadem pariter de replicatione dicenda ſunt , nam replicatio in caſu noſtri ſtatuti naturam ſortitur actionis , vti ſupra ad hoc verbum *Nec replicari* deduximus , & ſtatutum noſtrum idem decernit de replicatione,ac de actione expreſſis verbis ,

Limitandum autem videtur ſtatutum noſtrum
133 vt non procedat in nullitate annexa ſpolio, nam
134 de iſta non loquitur ſtatutum, cum ſpolium, & nullitas ſint inſeparabilia, quia ſpolium procedit à nullitate, ſicque caſus eſt mixtus, ita ſenſit *Rot. deciſ.* 215. *num.* 4. *par.* 1. *diuerſ.* & ſuffra-
135 gatur huic deciſ. concluſio iſta, nempè, quod ſtatuta intelligi debent in caſu ſimplici, non autem in caſu mixto, vti de ſtatuto ſupra cap. 131. iudicauit *Rota coram Corduba in Romana pretenſa dotis* 25. *Decembris* 1594. *quæ eſt par.* 4. *diuerſor.* & generaliter id receptum eſt *Angel. in l. ſi ita* 13. *num.* 2. *ff. de liber. & poſthu. Ruin. conſil.* 15. *numero* 23. *lib.* 3. *laſ. conſ.* 12. *num.* 1. *lib. Maſcard. de genit. ſtat. interp. concluſ.* 4. *num.* 20. neque hoc habet difficultatem, vbi verſamur in materia præiudiciali, & ſtrictè intelligenda, qualis eſt hæc noſtra, *Bot. coram Ludouiſio, qui fuit poſtea Gregorius Papa XV. deciſ.* 308. *num.* 8. *vbi annot. plenius num.* 11.

Etiamſi ex diuerſis capitibus nullitas prætendatur, In hoc puncto etiam ſtatuentes ſtuduerunt
136 paucitati, ac breuitati litium, alioqui autem ex iure communi permittitur poſt caput vnum nullitatis principaliter deductum, intentare pariter, & alterum non deductum *Bart. in l ſi ex preſsim numero* 16. *vers. quæro, quid ſi proſecutus eſt ff. de appellat. vbi addit. Alex. litera K. idem Alex. conſ.* 147. *numero* 9. *lib.* 6. *Abb. conſ.* 97. *ſub num.* 1. *vers. ex quibus concluditur, & numero* 2. *par.* 1. *Vant. de nullit. tit. quot. & quib. mod. numero* 105. *Graual. ad Veſtr. lib.* 8. *cap.* 1. *de nullit. num.* 33. *Franc. in cap. dilecto quæſt.* 1. *ſub numero* 49. *vers. & tamen non ſic in libello nullitatis*, apud quem hunc articulum plenius diſtinctum, & explicatum per totam illam
137 quæſt. videre potes. Et hoc procedit, vbi dictum ſit de nullitate vnius, & eiuſdem ſententiæ, vt in hac vltima clauſula noſtri ſtatuti; ſed
138 quid ſi ſententia contineat plura capitula diſtincta, & de nullitate vnius capitis dictum ſit, in quo proinde actor ſuccubuerit, numquid idem actor dicere poterit de nullitate alterius capitis? videtur planè, quod poterit, quia quot ſunt capita, tot ſunt ſententiæ argumento *l. etiam* 30. *§.* 2. *ff. de minor. l. quadam mulier* 42. *ff. famil. erciſc. l. fin. ff. de iur. patronat. Bart. in l.* 1. *num.* 7. *C. ſi aduerſ. rem iud. vbi & alij interpretes Rot. diuerſ. deciſ.* 33. *numero* 9. & 10. *par.* 2. vbi amplius *a numero* 7. *ad finem vſque deciſ.* dilucidè explicatur materia iſta, & in ſpecie quando capitula cenſeantur eſſe ſeparata, facit ad hæc
139 regula iuris, quod ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio *l. Papinianus* 21. *in princip. ff. de minor. l. fin. ff. de calumniat. cum ſimil. l. ſi maritus.* 10. *C. de donat. inter vir. & vxor. l. fin. C. de ſenten. & interloc. omn. iud. vbi Bal. num.* 8.

Demum colophonis loco, prædictis adiungo,
140 quod ſtatutum noſtrum concernit deciſionem in quantum perimit litem, & inſtantiam, ideo ſeruandum eſt in quocumque foro, quæ preciſa verba leguntur apud *Put. deciſ.* 22. *de conſtit. & apud Aſtill. deciſ.* 10. *eod. tit.*

De Appellantibus, & ſimul de Nullitate dicentibus.

Cap. CXCII.

ILle, contra quem eſt lata ſententia, *a* duxerit appellandum, & *a* in ſua appellatione, nullitatem, & iniquitatem deduxerit, & in cauſa appellationis, contra eum fuerit lata ſententia, *b* non audiatur vlterius ſuper nullitate primæ ſententiæ, à qua fuerat appellatum.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas, & iniquitas ſententiæ tripliciter deducitur in appellatione, & n.* 4. 5.
2 *Appellatio omnis includit nullitatem, licet nullitas non ſit expreſſa.*
3 *Nullitas deuoluit ad Iudicem ad quem, cauſam ipſius nullitatis, & cauſam iniquitatis, & iniuſtitiæ.*
6 *Iudex appellationis in cauſa nullitatis principaliter poteſt confirmare primam ſententiam, licèt nullam, etiam ſi ſit nulla ex defectu iuriſdictionis, & num.* 7
Tam ex iure communi, quam ex ſtatuto, & num. 12.
Intellige vt nu. 8. 11. 13. 14
9 *Nullitatum obiectio in genere non ſufficit, ſed requiritur ſpecialis, nec ſufficit eas exprimere, niſi etiam probentur tales, quæ non poſſint ſubſiſtere, & num.* 10.
15 *Iudex non poteſt confirmare, vel reformare primam ſententiam nullam ex defectu circa ſubſtantialia proceſſus, ſed eam debet nullam declarare.*
16 *Statuta interpretationem paſſiuam recipiunt à iure communi, & eorum verba reſtringi debent ad id quod eſt rationis, ne ſequatur abſurdum, & nu.* 17.
18 *Cauſa appellationis ſi pronuncietur deſerta, non ideo cenſetur deſerta cauſa nullitatis.*
Intellige vt nu. 19. 20.

ANNO.

ANNOTATIONES.

A IN ſua appellatione nullitatem, & iniquitatem deduxerit) tripliciter autem in appellatione deducitur nullitas, & iniquitas ſententiæ; primò incidenter, & acceſſoriè
2 in ſimplici appellatione vbi nõ fiat mẽtio nullitatis, quia in omni appellatione includitur nullitas licet non ſit expreſſa *tex. apertus in l. quadam mulier 2. ff. famil. erciſ & in l. fin. ff. de iur. patr.*
3 ſicuti contra nullitas deuoluit ad Iudicem ad quem, non ſolum cauſam ipſius nullitatis, ſed etiam cauſam iniquitatis, & iniuſtitiæ *Bart. in l. ſi expreſsim numero 14. ff. de appell. Felin. in cap. per tuas 40. ſub numero 8. de ſenten. excom. Alexan. conſ. 79. numero 2. lib. 2. Ferrett. conſ. 44. ſi Papa in princ. lib. 1. Lancellott. de attentat. par. 2. cap. 17. de attentat. nullit. penden. numero 21.* vbi de communi opinione *Veſtr. in prax. Romana Cur. lib. 8. cap. 1. de nullit. nu. 6.*
4 Secundò vbi cum appellatione nullitas æque principaliter deducitur, videlicet ſi dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt appello, vt per *gloſ. ordin. in l. 1. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. verbo Non obtinebis, vbi Bart. num. 8. & Bal. nu. 13.*
5 Tertiò, vel breuius, vbi aliàs in appellatione expreſſa fit mentio nullitatis, nam hoc pariter caſu nullitas æque principaliter cum appellatione deducta cenſetur iuxta magis communem Doctorum opinionem, de qua teſtatur *Granut. theorem. 17. num. 23.* & ante eum *Mandoſ. 17. commiſſ. verbo Nullitatis, & nullitatum*, qui præter aſſertionem, quod hæc ſit verior, & magis communis opinio, adijcit etiam, quod Rota pluries eam tenuerit.

B Non audiatur vlterius ſuper nullita
6 te primæ ſententiæ) ex hac clauſula neceſſario infertur, quod in vtroq; caſu prædicto poteſt Iudex appellationis confirmare ſententiam primi Iudicis licet nullã, quod vtiq; facit, dum pronũciat benè iudicatum & malè appellatum, id verò & iuri cõi conſentaneum eſt *Vant. tit. qualit. et quib. mod. n. 25. in illis verbis* hoc etenim caſu de nullitate actus confirmati obſtante ſententia, & re iudicata confirmante vlterius quæri non poteſt, vt tenẽt prout idem ſubiungit, communiter Doct. *in c. 1. & 2. de confirmat. vtil. vel inutil. glo. in l. 1. ver. Non obtinebit* C. *quan. prouoc. non eſt neceſſ. vbi etiã Bar. nu. 9. & 10. Bal. nu. 8. Salic. nu. 8. Franc. in c. dile. 20 de appel. q. 41 ſub nu. 94. & 95. & q. 48. n. 107. & clarius nu. 108.* ibi quia pronunciat Iudex malè appellatum, & benè iudicatum *Rot. in antiq. deciſ. 7. aliàs 118. de ſent. & re iudic. et apud Achill. deciſ. 4. nu. 1. cod. tit. & apud Cæſar. de Graff. dec. 9. n. 11. cod. Alex. conſ. 181. n. 15. & conſ. 67. n. 2. vol. 6. & conſ. 53. nu. 2. vol. 5. Pariſ. conſ. 109. nu. 1. lib. 4. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 6. nu. 65.* vbi de communi, & loquitur in confirmatione ſententiæ nullæ ex actis à Iudice geſtis poſt ipſius legitimam recuſationem *Put. deciſ. 60.* vbi de cõmuni
7 *lib. 3. Gabriel. conſ. 49. nu. 1. vol. 1. Rot. deciſ. 310. nu. 11. & 611. ſub nu. 2. tom. 1. in recent. diuerſ. & deciſ. 512. nu. 1. & 474. nu. 4. par. 2. in recentior.* Et concluſio procedit etiam ſi prima ſententia ſit nulla ex defectu iuriſdictionis *Alexan. conſ. 112. numero 3. lib. 5. Achill. dicta deciſ. 4. Put. dicta deciſ. 60. Lancellot. dicto cap. 6. nu. 65. Gabriell. concluſ. 3. de ſtatut. num. 25. Pariſ. dicto conſ. 109. num. 1. & 2. lib. 4.* qui tamen declarat *num. 4.* ſecus eſſe vbi defectus eſſet omnimodæ iuriſdictionis *Granut. theorem. 17. nu. 1.*
8 Verum eadem concluſio ita intelligenda eſt vt locum habeat tribus concurrentibus, ſcilicet primo, quod ſit iuſta, & ita loquuntur Doctores omnes, abſit enim vt dicatur licere Iudici confirmare ſententiam, quæ non ſit iuſta.

Secundò, quod non fuerit in ſtatum per appellantem, vt in primis ſuper oppoſitis nullitatibus pronuncietur, nam ſi fuerit inſtatum, tũc debet Iudex ſuper nullitatibus in primis pronunciare, aliàs faceret iniuſtitiam *Rot. apud Caſ. de Graff. deciſ. 9. num. 8. de cauſſ. poſſeſſ. & proprie. & deciſ. 714. numero 3. par. 4. diuerſ. & in deciſ. 572. par. 2. diuerſ. & in recentior. vbi*
9 *numero 3.* etiam declaratur non ſufficere obiectionem nullitatum in genere, ſed requiri ſpecialem, & amplius *num 4.* docetur non ſufficere
10 nullitates exprimere, & in proceſſu demonſtrare, niſi etiam probentur tales, quę non poſſint ſubſiſtere, & iuris effectum habere *Alex. conſ. 3. num. 4. vol. 5. Aym conſ. 270. circa fin. verſ. poſito Mareſcot. variar. reſol. lib. 2. cap. 22.*
11 Tertiò requiritur, quod à ſentẽtia confirmatoria non fuerit appellatum, ita ut eadem tranſierit in iudicatum, & quidem Doctores omnes, & Sac. Rot. deciſſ. id exprimunt, vel certè ſupponunt, plenius verò, ac euidentius comprobat, atque adamuſsim explicat citata *deciſ. 474. par. 2. diuerſ. in recentior.* quam in argumento magiſtralem appellat *Farinac.* qui ad publicum commodum, complura ſupremi huius Tribunalis reſponſa quaſi oraculo ſelecta Typis mandari, & in volumina diſtinctè referri curauit; Verum in caſu huius ſtatuti noſtri habemus rem iudicatam ex duabus conformibus ipſo iure nempè ex cap. ſupra 180. ſicque locus eſſe debet, indubitan-
12 ter concluſioni tum ex iure communi, tum ex iure noſtro municipali deſumptæ, nempè, quod vbi appellans nullitatem, & iniquitatem primæ ſententiæ in ſua appellatione deduxerit, ſi prior ſententia confirmata fuerit, non audiatur vlterius idem appellans ſuper nullitate primæ ſententiæ, à qua appellauerat.

Prædictis tribus declarationibus, & limita-
13 tionibus addo quartam limitationem, nempe quando in prima ſententia error ſit expreſſus, tum enim ea confirmari non poteſt, quia idem error eſſet in ſecunda ſententia, qui erat in prima iuxt. *tex. in l. 1. ff. qua ſenten. ſin. appell. reſcin. Bar. in l. 1. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. ſub num. 9. verſ. aut quis eſt proſequutus cauſam nullitatis Salic. ibidem num. 9. verſ. nam ſi propter expreſſum iuris errorem in ea Alex. conſ. 29. n. 4. vol. 2. Decian. conſ. 18. nu. 265. & ſeq. lib. 1. & conſ. 45. num. 5. & 6. lib. 1. Vant. de nullit. titul. numero 132. verſ. poterit itaque Iudex. Granut. theorem. 17. ſub num. 16.*

Subnecto adhuc quintam limitationem scilicet
14 quando nullitas versatur non solum circa sententiam, sed etiam circa processum in substantialibus, siquidem hoc casu idem est vitium in sententia confirmante, atque in confirmata,
15 & ideo Iudex non potest primam sententiam eiusmodi nullitate laborantem confirmare, vel reformare, quinimmo debet nullam declarare, *cap. dilecti de empt. & venait. & ibi omnes Dec. cons. 483. num.8.Gabriel cons. 49.nu. 5.* qui plures alios refert, & addit infinitos alios citari posse *Prepos in cap.dilecto de appell.num.75.& 79. Ruin.cons. 73.num.10.vol.4.Honded. cons. 19. num 32. lib.1. Vestr. in sua praxi lib.8.cap. 1. num.16. Vant. tit.de nullit. ex defect.proces. nu. 7.Granut dicto theorem.17.num.11.* Atque demum non videtur dubitandum,quin statutum nostrum prædictas declarationes, & limitationes recipiat, quæ nimirum singulæ ex iure communi proficiscuntur, & solidis innituntur rationi-
16 bus, siquidem statuta interpretationem passiuam, & declarationem à iure communi recipere compertissimum est, sicuti communiter tradunt Doctores *in l.omnes populi, vbi præcipuè Bart.num.56. ff.de iust.& iur.Bald.l.fin.§.in computatione num.16.C.de iur.deliber. Crott. in dicta l.omnes populi n.294.* qui hanc esse communē affirmat opin.*Io.Andr.in regul.pro possessore. num.7. de regul.iur. in 6. Ofasc.decis. 169.nu.2. & seqq. tex.qui semper ad hoc allegatur in c. cum dilectus 8. vbi glos. verbo Iure communi, & ibi Doct.ex.de consuet. facit tex.in l.unic.C.de inoffi. dot. & in cap.cum expediat de elect in 6.Rot. diuers.decis.475.num.5. & seq.& decis. 724. num. 15.& seq. p.1.* Et statutorum verba semper re-
17 stringi debent,ad id, quod est rationis, ne sequatur absurditas *argumento tex. in l.quamuis ff. de in ius vocan.not.Eutr.in centur.sua loco ab absurdo num.6.Ofasc. decis.Pedemont.169. sub num. 6.& plurimorum auctoritate cōprobat Mascard. de general.stat.interpr.concl.5.limit.13.num.79.* Postremò quia statutum nostrum hoc capitulo loquitur,vbi nullitas, & iniquitas sententiæ in appellatione deducta est, non videtur prætermittendum, quod si contingat causam appella-
18 tionis pronunciari desertā,non ideo censetur deserta causa nullitatis *per tex.in l.si expressim,vbi Bart.nu.10 ff.de appell. Put. dec.168. lib.2.* iuxta emendatam impressionem *Mandos. ad commiss. 17.verbo Nullitatis,& nullitatum in fin.* vbi testatur de communi opinione *Luc.Pat.lib. 6. c.1. de caus.nullit. num.37.Rot.in recent.diuers.decis. 151. num. 2.tom.1. & apud Gregorium Papam XV. decis. 306. num.2.vbi Beltram.in annot.nu.*
19 4. declarat id procedere,quando de aliqua nullitate constat, secus verò si non constat, sicuti asserit fuisse dictū *in Cæsaraugustana pensionis 13. Martij 1619. coram Reuerendissimo D.mio Coccino Decano, & in Ciuitatis Castelli bonorum 15.Martij 1621.coram Verospio postea Cardina-*
20 *le Eminentissimo*, vbi dicitur debere constare notoriè de nullitate, vnde quando re vera non adesset aliqua nullitas, deserta caula appellationis, censeretur pariter deserta causa nullitatis iuxta *decis. Acbill. 15. de rescript.* & hæc quidem declaratio rationi planè congruit, ac benè conciliat decis. *Acbill.cum prædictis alijs citatis.*

De electione executionis rei iudicatæ.

Cap. CXCIII.

S, in cui fauorem mandatum executiuum realiter, & personaliter exequendum, *a* per præsentia statuta relaxatum est, possit, si velit,debitorem personaliter capi facere, & *b* ad carceres deduci, inde non relaxandum,donec soluerit,vel satisfecerit ipsi creditori. Possit quoque in possessionem bonorum immobilium se immittì facere; bona quoque mobilia capere, & super nominibus debitorum,& iuribus aliis omnibus exequi: & si vnam viam elegerit, alteri non præiudicasse censeatur, sed de vna ad aliam sibi liceat transire.

SVMMARIVM.

1 *Captura, carceratio, arrestum, & similia, intentari non possunt ex iure communi,nisi præcedat libellus, & litis contestatio: secus ex statuto.*

2 *Iudicium non est inchoandum ab executione.*

3 *Excussio bonorum debitoris facienda est, ex iure communi, antequam ipse in carcerem detrudatur: & prius fieri debet aliorum bonorum, antequam ad immobilia deueniatur, & num. 5.*
Amplia,vt prius etiam excutienda sint bona fideiussoris,& num.7.

4 *Soluendo qui est, carceri mancipari non potest pro debito.*

6 *Captura persona grauior est excussione bonorum.*

8 *Facultates fideiussoris censentur aggregatæ facultatibus debitoris.*

9 *Luere in corpore nemo cogitur pro pœna pecuniaria, si potest soluere.*

10 *Pœna quælibet corporalis, licèt minima, maior est quauis pecuniaria.*

11 *Debitores iudicati carcerari possunt ex iure ciuili, ac etiam ex iure 12.tabularum, & num.12.*

13 *Populus Romanus præcipuè semper fidem coluit.*

14 *Lex 12. tabularum, quoad debitores, carceri*

ceri mancipandos, &c. abrogata fuit.

15 Carceres priuatos habere nemo poteſt.

16 Pactum inter creditorem, & debitorem, quod creditor debitorem capere poſſit, & in priuatum carcerem deducere, &c. non valet.

17 Captura perſonæ, & incarceratio, eſt merè imperii.

18 Priuatorum pactis dari non poſſunt, quæ ſunt meri imperii.

19 Carcer publicus Romæ conſtructus primò fuit ab Anco Martio.

20 Debitor pauper carceratus, alendus eſt à ſuo creditore, ſi dives ſit, & poſſit illi alimenta ſubminiſtrare; tàm ex ſtatuto, quàm ex lege 12. tabularum, & num. 21.

22 Ciceronis teſtimonium de lege 12. tabularum.

23 Alimenta quomodo præſtanda à creditore debitori carcerato? & num. 24.

Quæ ſi non præſtentur, relaxandus eſt debitor, & num. 25.

Intellige, vt num. 26.27.

28 Paupertas ad effectum alimentorum, probanda eſt à debitore, & quomodo probetur, & num. 29.

30 Reus in exceptionibus fungitur parte actoris: & eſt melioris conditionis, quam actor in probationibus, ſeu facultate probandi, & num. 31.

32 Electio vnius remedii executiui non præcludit viam aliis, quando per primum non eſt ſatisfactum creditori, & num. 34.37.

33 Retorqueri non debet contra creditorem, quod in illius fauorem inductum eſt.

35 Regula L. quod in hærede §. eligere, ff. de tribut. act. habet locum in remediis ſoluendi, non autem in remediis cogendi.

36 Captura rei principalis non liberat fideiuſſorem.

38 Argumentum de perſonis ad res, in iure eſt concludens.

39 Regula xliv. §. quoties, ff. de reg. iur. procedit, vbi prima via electio poteſt ſortiri effectum; aliàs non. Non procedit autē quando per vnam viam ſatisfactum non ſit menti diſpoſitionis, & num. 41.

40 Via inutilis electa non tollit aliam vtilem.

42 Captura perſonalis an ex ſtatuto permittatur contra hæredem debitoris?

ANNOTATIONES.

A PEr præſentia ſtatuta relaxatum eſt) prout ſupra cap. 82. de executione inſtrumentorum cap. 83. de executione apocharum cap. 85. de executione inſtrumentorum dotalium cap. 86. de executione teſtamentorum, & quarumcumque vltimarū voluntatum, & cap. 87. de executione ſententiarum, arbitramentorum, & laudorum, quibus planè capitibus executio realis, & perſonalis decernitur ad fauorem actorum contra reos, prout ipſi actores elegerint, & ita vt per electionem vnius viæ alteri non præiudicetur.

B Et ad carceres deduci) hoc eſt ſiquidem priuilegium ſpeciale iudicij executiui ex ſtatuto noſtro, nam aliàs deueniri non poteſt ad arreſtum, capturam, & carcerationem perſonæ, & ſimilia niſi præcedat libellus, & litis conteſtatio, aliique legitimi actus, de quibus poſtiſſimum in *auth. offeratur cum ibi not. de lit conteſt.* quandoquidem ab executione non eſt incohādum *l. conſentaneum vbi, Bart. num. 13. C. quomod. & quand. Iudex. l. cum eo vbi etiam Bart ſub num. 2. verſ ſi verò pro debito ff ad l. Iul. pecul. Alex. conſ. 159 num. 9. lib. 2. Galleſ. de oblig. Camer. quæſt. 13. num. 3.* ibi ad arreſtum autem, atque amplius de iure communi eſſet facienda prius excuſsio bonorum debitoris, antequam is in carcerem detruderetur, nam 4 ex ipſo iure communi, qui eſt ſoluendo, carceri mancipari non poteſt pro debito *per tex. in l. 3. §. tutores, & ibi glo. verbo Vinculis ff. de ſuſpect. tutor Bart. num. 3. & ea Bart. Alex. addito* vbi, complures alii congeruntur idem *Bart. in l. nemo carcerem num. 3. C. de exact. tribut. libr. 10. Bal. in l. fin. §. & ſi præfatam ſub num. 3. verſ. & hoc præſuppoſito ſtatuto C. de iu. delib.* facit argu- 5 mentum, quod ſi fit excuſſio aliorum bonorum debitoris, antequam ad bona immobilia deueniatur *l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de re iudic* multò fortiùs fieri debet excuſſio bonorum omnium, antequam ad capturam, & carcerationem perſonæ procedatur, quæ planè grauior eſt, vti 6 arguit *Angel. Aret. in §. fin ſub numer. 6.* ibi, ſed tamen idem *Bart. Rip. in l. obligatione generali. num. 20 ff. de pignor.* qui hanc opinionem refert eſſe communem, & ab ea in praxi non eſſe recedendum, & magis communem dicit *Alex. in l. à Diuo Pio. §. in venditione ſub num. 8 ff. de re iudic. & conſ. 159. ſub num. 9 lib. 2.* licet multi ēt contrarium ſentiant *Didac. var reſol. lib. 2. cap. 1. num. 2. Felin. in cap. quod ad conſultationem 15. num. 10. verſ. non deuenitur ad capturam de ſent & re iud. Roman. conſ. 320. num. 2.* vbi amplius 7 inquit, quod etiam excuti debent bona fideiuſſoris, antequam deueniatur ad capturam debitoris 8 principalis, quia facultates fideiuſſoris cenſerentur aggregatæ facultatibus debitoris iuxta *tex. in l. ſi plures 28. §. præterea ff. de fideiuſſ.* quod

etiam

etiam *not. Marsil. singul. 3. Roman. referent dicto cons. & præditos Doct. sequitur Coler. tract. de proces. execut. par. 1. cap. 6. num. 20 & seqq.* atque ita arguit ibidem nu. 23. nempe, quia non fuit
9 quis in corpore pro pœna pecuniaria, nisi ità demum quando non potest soluere *l. 1. §. fin. ff. de pœn. l. si quis id quod 7. §. in seruos ff. de iurisdit. omn. iud. cum l. fin. ff. de in ius vocan.* ex quo quæ-
10 libet pœna corporalis, quantumuis minima maior est, quàuis pecuniaria *l. in seruorum 10. in*
11 *fin. ff. de pœn.* Verum quod debitores iudicati in carcerem detrudi possint, non solum iure ciuili cautum reperitur *vt l. cum eo ff. ad l. Iul. pecul. l. fin. §. fin. sancta glo. verbo Dabitur ff. quæ in fraud. credit. l. tertia. §. tutores ff. de suspect. tutor. l. 1. C.*
12 *qui bon. ced. poss.* verum etiam vetustissimo iure duodecim tabularum conscripto post Vrbem conditã anno 301. vt auctor est præcipuæ *Sigon. lib. 1. de antiq. iur. ciu. Roman. fol. 21.* longe seuerius in debitores iudicatos animaduersum comperimus, de quo quidem iure in hac parte potissimum meminit *Aul. Gell. noct. Attic. lib. 20. c. primo Anton. Augustin. lib. de legi. ad leges duodecim. tabular. c. 38. Valentin. Forster. in Histor. iur. ciuil. vbi de leg. duodecim. tabul. cap. de re iudic. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 1. in princ. Asin. de execut. §. 2. cap. 2. num. 8. Sigon. de antiq. iur. ciu. Roman. lib. 1. fol 36.* Porrò verba ipsius legis duodecim tabul. hic referimus, vt minus laboretur in alijs auctoribus euoluendis. æris confessi, rebusque iudicatis, 30. dies iusti sunt; post deinde manus iniectio esto, in ius ducito ni iudicatum facit, aut quis pro eo in iure vindex sit secum ducito, vincito, aut nervo, aut compedi
15. pondo ne minore, aut si volet, maiore vincito, si volet, suo viuito, ni suo viuit, qui eum vinctum habebit, libras farris in dies dato, tertijs nundinis partes secanto, si plus, minusue secuerint, sinè fraude esto. Huius tamen legis pars vna tantum obseruata est, vt debitores addictos in vincula abducerent, altera morè publico abrogata, ne secarent, hac siquidem nihil immitius, nihil immanius, nisi eo cõsilio tãta immanitas pœnę denunciata esit, ne ad eam vnquam deueniretur, quod Sextus Cæcilius Iurisconsultus Phauorino Philosopho approbanti, atque laudanti apud *Gellium d. cap. 20. disertius exposuit.*

Nec verò mirandum, quod sacræ illę Romanorum leges in debitores fidem fallentes ità deseruerint, nam omnibus quidem virtutum gene
13 ribus exercendis, colendisque Populus Romanus emicuit, sed omnium maximè, atque præcipuè fidem coluit, sanctamque habuit tam priuatim, quam publicè, eamque non modo in officiorum vicibus, sed in negociorum quoque contractibus sanciuit; hæc etiam ipsius Cæcilij verba sunt, quæ apud *Augustin. Couarr. Asin. & Sigon. repetita leguntur adde quod Cicer. lib. de offic.* scribit nullam esse rem, quæ vehementius Rempublicam contineat, quam fit fides, sed fidem esse nullam posse, nisi fit solutio rerum creditarum, & *Seneca lib. 3. de benefic.* inquit, æquissimum esse, & iusgentium præseferre hanc vocẽ, redde, quod debes. Quia verò pro mutatione morum, & varietate temporum, atque prout Reipublicæ vtilitas magis opportunè exposcere videtur, ciuiles leges sæpe mutari solent, vel tacito consensu Populi, vel alia postea lege lata ita attestante Iustiniano Imperatore *in §. sed naturalia quidem iura Instit. de iur. natur. gent. & ciu.* anno ab *Vrbe condita* 418. *C. Petilio, & Lucio Papyrio Mugilano Consulibus*, abrogata, fuit
14 in ea parte lex duodecim tabularum per legem Petiliam, qua cautum, ne quis nisi, qui noxam meruisset, donec pœnam lueret in compedibus aut in nervo teneretur, à creditoribus scilicet, pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus obnoxium esset, cuius rei auctor *Liu. Decad. 1 lib. 8.* post enarratam historicã, quæ huic legi causã dederat; deinde etiam Cęsareis sanctionibus decretum est, ne debitores liberi in seruitium, aut in pignus mancipentur creditoribus *l. ob as & authen. immo C. de action & oblig. authb. vt nulli iudic. §. quia vero collat. 9. l. qui filios 6. C. quæ res pignor. oblig. poss. Couar. d. cap. 1. sub num. 1. var. resol. lib. 2.*

Porrò quod statutum nostrum disponit licere creditori capi facere debitorem, & ad carceres duci, sinè dubio intelligitur de carceribus publi
15 cis, nam priuatos carceres nemo habere potest *l. 1. C. de priuat. carcer. Gaspar. Beati de inopia debit. cred addicen. cap. 1. num. 35. in fin. int. tracta. vniuers. iur. tom. 3. par. 2. fol. 204.* quinimò, nec
16 teneret pactum inter creditorem, & debitorem, quod creditor debitorem capere posset, & in priuatum carcerem adducere *per text. in l. non est singulis concedendum 136. cum ibi not. ff. de regul. cur. Bart. in l alia causa. 15. §. eleganter nu. 6. ff. sol. matr. Rip. in l obligationes 6. num. 22. ff. de pignor.* qui addit istam conclusionem non habe-
17 re dubium, quia captura personæ, & carceratio est meri imperij. *§. si verò authen. de exhiben. reis l. 1. C. de priuat. carcer.* quæ verò meri sunt
18 Imperij, priuatorũ pactis dari non possunt *l. priuatorum C. de iurisdict. omn. iudic.* eamdem conclusionem probat, & communem dicit circumscripto tamen iuramento debitoris, *Couar. dict. cap. 1. sub num. 1. & plenius num. 7. in fin. & sequitur* pluribus alijs eiusdem sententiæ citatis Doctoribus *Gaspa, Beati d. cap. 1. num. 35. Anton de Canario de execut. instrum q. 32. num. 69. inter tract. vniuers. iur. tom. 5.* qui & conclusionem ante firmauerat *num. 67.* valere statuta disponentia, quod pro debito ciuili auctoritate Iudicis capi, & carcerari possit debitor instante creditore iuxta *not. per Bart. in l. Titio. 70 §. Titio centum relicta num. 3. ff. de condit. & demonstr.* qui & contrarijs argumentis respondet, quam conclusionem comprobat etiam idem *Beat. d. cap. 1. nu. 39. vers. illud tamen non prætereundum.*

19 Carcerem verò publicum; ne id etiam loco isto congruo omittamus, primus omnium construxit, ingenti incremento Romanis rebus tum auctis, Ancus Martius Romanorum Rex Quartus, vti refert eruditissimus iuris consultus, *Io. Baptista Asinius in comentario suo de execut. §. 2. cap. 2. nu. 1. ex Plinio iuniore de viris illustribus cap. 5. & Liuio lib. 1.* ab vrbe condita, cum priuati carceres ab ipso Vrbis principio extitissent, vt *ex Liuio decad. 1. lib. 6.* benè animaduertit idem *Asinius d. cap. num. 3.* Cæterum vbi debitor in carcerem coniectus fuerit iuxta dispositionem statuti nostri, si ille fuerit adeo pauper,

vt

20 vt non habeat, vnde, ſe alere poſſit creditor autem diues, ita vt pauperi debitori alimenta ſubminiſtrare poſſit; Iudex conſtito ſibi de prædictis, alimenta debitori à creditore præſtanda decernet, quod quidem in Vrbe Romana Orbis totius Regina vſu planè receptum eſt, & Florentiæ pariter, quæ inſignis Ciuitas Hetruriæ caput ſaluberrimis legibus, ac inſtitutis maximè floret ac feliciter regitur iuſtitia ſimul, & clementia ſingulari magnorum *Principum* Medicææ Domus, itidem ſeruari meminerat idem Io. *Baptiſta* Aſin. nobilis eques Florentinus *d. §. cap. 2. ſub n.* 11. *verſ. videmus* enim, idque inſtitutum à lege
21 duodecim tabularum, de qua ſupra, ortum habet, in illis verbis, ſi volet ſuo viuito, ni ſuo viuit, qui eum vinctum habebit, libras farris in dies dato; ſi volet plus, dato; vndè facilè dignoſci poteſt, quam valida haberi debeant, & quãti facienda ſint eiuſmodi decreta, quæ de alimentis pauperum obæratorũ, temporibus noſtris à Iudicum æquitate proferuntur, cum ab origine, & fonte illo iuris ciuilis nempe à legibus duodecim tabularum promanare conſter, de quibus
22 prætereundum non eſt præclarum Marci Ciceronis æquè ſapientis Iuriſconſulti, ac eloquentis Oratoris teſtimonium, apud quem *Craſſus lib. 1. de Oratore*, poſt plura de laudibus earum legum habet hæc verba, fremant omnes licet, dicam quod ſentio, bibliothecas mehercule omnium Philoſophorum vnus mihi videtur duodecim tabularum libellus, ſi quis legum fontes, & capita viderit, & auctoritatis pondere, & vtilitatis vbertate ſuperare.

23 Decernitur autem à Iudice pauperi propter ciuilè debitum in carceribus Vrbis detento iulius vnus monetæ Romanæ in ſingulos dies, præſtandus per diuitem creditorem, idque generaliter ſeruari ſolet; Attamen ſi debitor infirmæ ſit valetudinis, vel eius qualitatis, quæ maius ſubſidium pro alimentis expoſcat, tum iudex neceſſitate debitoris, prout æquum ſibi videtur, largius ſuccurrit, ſed amplius in Bulla Pauli V.
24 felic. record. ſuper Reformat. Tribun. Vrb. *titul. de carceribus, & carceratis tom. 3. Bullar noui 71. Conſbit.* hęc verba leguntur, Alimenta debitoribus carceratis ex decreto præſtanda, deponantur anticipate ſaltem pro decem diebus, & integra carceratis ſoluantur, & conſignentur abſq; vlla diminutione, vel retentione, præcipuè à notarijs prætenſa, ſicuti expreſsè declarat eadem Conſt. tit. de Notar. Trib. Vrbis, *verſ. ſimiliter alimenta carceratorum*, atq. in eadem Conſtitutione tit. ſequenti de facultatibus Viſitatorum carcerum, hoc habetur capitulum, quinto relaxentur debitores, quando cognita eorum pauper
25 tate, & pertinacia creditoris, qui tamen non ſit æquè pauper, ei mandatum fuit, vt carcerato debitori, ſubminiſtret alimenta; & ipſe hoc facere
26 recuſat: & ſubiungitur, quandocumque autem debitori relaxato creditor paratus ſit alimenta præſtare, poſſit illum cogere ad redeundum ad carceres; quod tamen ità intelligendum eſt, vt
27 creditor nouum Iudicis mandatum, etiam præmia debitoris noua citatione, creditor expedire debeat, atque alimentorum depoſitum facere ſaltem pro quindecim diebus, aut amplius arbitrio Iudicis, ita eñ cauetur eadẽ cõſtitutione *tit. de carcer. & carcerat. verſ. relaxati vero à carceribus*.

28 Cæterum paupertas probanda eſt à debitore, vtpotè fundamentum ſuæ intentionis iuxta *glo. in l. ſi verò §. qui pro rei verbo Dubitetur ff. qui ſatisd. cog.* quam vti ſingularem, ac notabilem commendant, & ſequuntur Doct. vt atteſtatur *Tiraquell. de retract. lignag. §. 32. glo. vnic. n. 94. Natt. conſ. 344. num 3. Rum. conſ. 81. num. 4. lib. 1. Surd. deciſ. 320. num. 5.* Sed quoad proba-
29 tiones paupertatis faciendas per debitorem ad effectum conſequendi alimenta à creditore ità Romæ ſeruatur ex decreto *fel. record. Pauli Papæ V. edito 21. Decembris* 1618. quod vtiq; ſeruatur ex ſtylo Sac. Congregationis DD. Viſitatorum Carcerum, vt intra ſummam debiti ſcutorum quinquaginta monetæ admittatur probatio paupertatis debitoris etiam per fidẽ in ſcriptis Parochi eiuſdem debitoris, ſi tamen debitor ſit continuus Incola Romæ ſup. verò ſcuta quinquaginta probationes legitimæ exigantur; atque contra permittitur pariter creditori exceptiones ſuas contra debitoris probationes deducere, ac legitimè facere, & præcipuè probare licer, quod idem creditor ſit pauperior debitore, vel æquè pauper ac ille, nam reus in exceptioni-
30 bus partibus actoris fungitur, vnde idem ei licere debet, quod actori regulariter licet circa probationes, *l. in exceptionibus 19. ff. de probat. l. 1. & 2. ff. de except.* non tamen reperitur ei ſpecialiter indultum, vt per fidem parochi aliquid pro-
31 bet, fortè quia reus eſt melioris conditionis quã actor in probationibus, ſeù probandi facultate, quia reo plus fauetur vt *ex Oldrad. conſ. 311. n. 3. item ſuper articulo not. Card. Tuſch concl. 307 num. 1. litt. E.* Quæ quidem omnia, ego ſemper vidi exactè ſeruari, quamdiù viſitationibus carcerum interfui, tamquam Senator Vrbis.

C Poſſit quoque &c.) quippe licere, quæ hac clauſula continentur in caſu ſimilis ſtatuti tradit *Caſtr. in l. qui legati num. 3. C. et in poſſeſſ. legat.* dum inquit, quod ſi ſtatutum dicat, quod qui habet inſtrumentum, poſſit petere executionem realiter, vel perſonaliter ad ſui voluntatem, & ipſe ſe fecit mitti in tenutam bonorum, & nihilominus debitor non ſoluit, quod poteſt creditor vti alia viâ, & facere capi debitorem perſonali-
32 ter & contra; neque per electionem vnius vice præiudicauit ſibi in alia argumento *tex in l. 1. §. quid ergo ff. de ventr. inſpicien. facit quod notat. Bart. in l. conſentaneum num. 17. & illi addentes litera S. & T. C. quomod. & quand. iudex. Capic. deciſ. 119. num. 10.* idem in terminis talis ſtatuti tenet, & comprobat, *Neguſan. de pignor. 3. membr. 8. partis princip. num. 17. verſ. Poſtremo in materia addendum eſt*, quem plenius, & ſequitur *Aſin. de execution. §. 2. cap. 3 per totum*, & ratio eſt, quia vbi plura remedia in fauorem creditoris conceſſa ſunt ad executionem actionis, creditor electione vnius in alijs ſibi non præiudicat etiam ex iure communi *Caſtren. in l. 4. §. ait Prætor. verſ. quid ergo ſi elegit vnam viam ff. de re iudic. facit text. in l. cauſam §. pupillam ff. de manumiſſ. & conſerunt not. per Bart. in l. quamuis 6. num. 1. 2. & 3. ff. de pignor. actio. & illi adden. probat. tex. in d. l. quamuis iuncta glo. verbo caueatur*, quæ reddit rationem diſpoſitionis text.
33 nempe quia quod in fauorem creditoris inducũ eſt, non debet contra eum retorqueri *l. quod fa-*

uore

34 *uere* C.*de legi*; quodque electio vnius remedij executiui non præcludat viam alijs, quando per primum non est satisfactum creditori *not. Ange. in l.qui restituere* 68.*num.*5.*ff. rei vendic. Bart. in authen.qui semel.nu.*19.*C.quomod.& quand. iudex.Bald.in l.consentaneum num.*16.*C.eod.ti. etiam in cap.contingit.num.*19.*&* 20. *ext.de dol. & contum.* vbi tradit,quod si reus positus sit in carcere, quia debitum liquidum non soluit, debet nihilominus ad creditoris instãtiã pati imissionem in bona,& eorũ venditionem; & subiungit non obstare regulam *l.quod in hærede §.elige re ff.de tribut actio.* quia hæc locum habet in re-
35 medijs soluendi,non autem in remedijs cogendi inductis ad fauorem creditoris, vt ei satisfiat à debitore, nam omnibus remedijs eiusmodi poterit vti creditor, donec sibi satisfiet argumento *tex.in l.nepoti* 7.*ff.de fund.instr.* hinc amplius *not. ibidem Bal.* quod captura rei principalis nõ
36 liberat fideiussorem, quinimò vterque capi potest *per tex.cum ibi not.per Bart. in l.hæres a debitore* 22. *§. quod si stipulator ff de fideiuss* sed ista maximè comprobantur ex addit. *Alexan. ad Bart.in d.§.quod si stipulator, facit tex.in cavit. quoniam frequenter §.fin.vt lit.non contest.vers. sin autem personali ibi alterutra pena iudex ab initio sit contentus*, ad aliam nihilominus processurus, si hoc mereatur proteruitas contumaciæ, accedat *tex. in l.*4.*§.si ex conuentione vers. sed & si pignora accepta sint.* in illis verbis, non cessare executionem, quippe cum accesserit aliquid rei iudicatæ,non esse à re iudicata recessum demum ad confirmationem prędictorum,nempè
37 quod creditor pluribus munimẽtis insistere possit, & vno æquè ac altero, vti remedio, donec sibi fuerit integrè satisfactum, Iustinianum Imperatorem audiamus loquentem *in l.fin.C.de fideiuss.generali lege sancimus*, nullo modo electione vnius ex fideiussoribus ipsius rei alterum liberari, vel ipsum reum fideiussoribus, ex vno ex his electo,liberationem mereri, nisi satisfiat creditori, sed manere ius integrum, donec insolidũ ei pecuniæ persoluãtur, vel alio modo satisfiat, sicque superesse eidem creditori actiones integras, & personales, & hypothecarias, donec ille per omnia contentetur, vt bene perpendit *Coler. de proces.execut.par.*1.*cap.*8.*sub num.*43. qui mox subiungit nu. seq. quod licet iste tex.loquatur de electione creditoris, quoad personas sibi obligatas, vt per electionem vnius sibi non denegetur recursus quo ad alias, attamen procedit pariter quoad res, cum in iure bonum,ac fre-
38 quens sit argumentum de personis ad res,vt probat *text.in l.qui fruere* 20 *ff.de fiatul.homin.vbi Alberic. de rosat.& Bal.not. Euer.in centur. sua loco à persona ad res & ita arguit Capic.in materia nostra dec.*119.*nu.*7. Ad regulam vero 44. *§. quoties ff.de regul.iur.* quod quoties concurrunt plures actiones eiusdem rei nomine,vna quis experiri debet, præter responsiones duas iuxta Doct. sensum superius allatas, respondet adhuc idem *Coler.d.cap.nu.*41. eam regulam procedere
39 vbi viæ primæ electio sortiri potest effectum alias non, prout limitat *Tiraquel.in l. Boues. §. hoc sermone limit.*1.*num.*14.*ff.de Verb.signif.per tex.in l. si vero ff.de bon.libert.& in l.filium §. si quis contra tabulas ff.de legat.præstan.* quæ iura refert,ac ponderat *Tiraquel. addens in vniuer-*
40 *sum*, quod vna via inutilis electa non tollit aliã vtilem, vt probat *text. in l. mater decedens* 19. *vbi glo,verbo competere, de inoff.testam.l.Claudius ff.de acquir.hæred.l.legitimam ff. de petit.hæred.* sed & altera limitatio eidem regulæ applicari posse videtur, nempe, vt non procedat,quan-
41 do per vnam viam satisfactum non sit menti dispositionis iuxta limit. eiusdem *Tiraquel.* 6.*ad d. l.Boues §.hoc sermone*, & alias responsiones ad regulam prædictam tusius prosequitur idem *Coler.d.cap.num.*42.*&* 43. quas nos omittimus, vt nimiam euitemus prolixitatem Cæterum quæ ex iure communi deduximus ad probandum, q̃ liceat actori diuersas vias, & plura remedia intentare, vt sibi à debitore iudicato satisfiat, eò saltem pertinent, vt appareat ius nostrum municipale iuris communis sensum planè degustasse, & cum eo maximè conuenire.

42 Sed permittetur ne ex hoc statuto, captura personalis contra hæredem debitoris? distingue aut hęres confecit inuentarium, aut non, si cõfecit.non tenetur,actione personali, si verò non confecit tenetur, vt supra de executione instrument. *cap.*82.*in fin.* vbi, & nos aliquid attulimus *sub littera H. ad verbum Tuti sunt.*

De forma seruanda [a] in pignore prætorio, vel etiam conuentionali, mobili,vel immobili vendendo,& de nominibus debitorum.

Cap. CXCIV.

IS, *b* qui in possessionem immobilium missus est, seu is cui immobilia cum facultate capiẽdi possessionem, & vendendi *c* data est, *d* à die,qua in possessionem missus est, qui in prætorio; qui vero in conuentionali, *e* à die qua denunciauerit debitori se velle rem hypothecatam vendere *f* fileat per dies triginta continuos; quibus elapsis citatis aduersariis, *b* Iudex ea immobilia adiudicet actori *i* pro quantitate in mandato executiuo, & verè debita respectiuè, contenta. Altera autem die ad actoris libitum, citata parte, eligantur æstimatores, quorum alterum, iu contumaciam non eligentis, Iudex eligat: qui dicta bona infra quindecim dies continuos, citata parte, pro certa die, & hora, ad interes-

tereſſendũ, / habita ratione rei, & eius qualitatum, fructuum, ac loci, & temporis, & eius quod communiter vendi poteſt, & ſolet, æſtimẽt: qua æſtimatione facta, & *m* vno prę conio, ſeu banno præcedente, ſi aliquis apparuerit emptor, dentur, & *n* vendantur per Iudicem *o* plus offerenti, niſi infra menſem debitor ſoluerit *p*: Vel ipſe Iudex tantũ de dictis bonis inſolutum ipſi creditori concedat, quæ aſcendant ad quantitatem ſibi debitam, & tertiam partem vltra; *q* per quã dationem inſolutum efficiatur Dominus, & defendatur per Senatorem, & Iudices, & ipſe vendat, cui voluerit. Poſſit tamen illa bona debitor, illiuſque hęredes recuperare, ſi infra ſex menſes à die dationis inſolutum computandos; cum effectu ſoluerint creditori, ſeu eius hæredibus, vel habentibus cauſam ab eo, quantitatem, veram pro qua fuit facta miſſio, & executio ſupradicta *r*. Debitorem autem, & eius hæredes, cuius bona venduntur, aut inſolutum dantur, teneri volumus ad euictionem, & defenſionem dictorum bonorum emptori, ſeu creditori, cui in ſolutum data fuerint, vel per Iudicem addicta, perinde, ac ſi ipſi dicta bona vendidiſſent, aut inſolutum tradidiſſent, & perinde, ac ſi expreſsè de euictione, & defenſione emptori, & creditori præſenti, & ſtipulanti promiſiſſent; & ad hæc iuris, & facti remediis opportunis cogi poſſint. / Si vero mobilia ſint, ſuper quibus executio facta eſt, ſeu quæ creditori in pignus data ſunt: tunc illis mandatario præuia citatione, & Iudicis decreto ſubhaſtanda, conſignatis; mandatarius, ter ſaltem, bona ipſa in publicum eo modo quo fieri poteſt, producat, & exhibeat; & ſi non eſſent portabilia, ſaltem per ſchedulam, ad valuas curiæ affigendam, publicè denunciet: quæ bona, vt volentes offerre valeant, per ipſum ſubhaſtentur. Vt autem omnis fraus ceſſet, oblationes, quæ pro re ſubhaſtanda fient, per Notarium cauſę deſcribi, & adnotari curabit: quo termino elapſo, & citato reo, dentur, & vendantur plus offerenti, niſi infra decem dies debitor ſoluendo quantitatem, pro qua facta fuit executio, pignora illa reluerit *s*. Sin autem ſuper nominibus debitorum executio fieri contingat, citabitur nomen ad declarandum, ſi ſit debitor debitoris, & contra eum ad grauamen vſque quo declarabit, procedatur; ſi confitebitur, fiat præceptum de ſoluendo infra dies octo, quibus elapſis, contra eum citatum, mandatum contra reum relaxatũ exequatur. *u* Si vero negabit, citetur reus principalis ad cedendum iura contra illum ſuum debitorem: quo contumace exiſtente, Iudex illa debitoris loco cedat, ſicque contra illum debitorem debitoris, credito eo iure ceſſo, *x* iuxta cauſarum naturam procedat: Ceſſio autem prędicta eatenus liberet primum ſuum debitorem, *y* quatenus creditor exigere poterit; nec interim ſit creditori prędiudicatum, quo minus executionem, & realem, & perſonalem contra ſuum debitorem facere poſſit, dummodo vnica ſolutione contentus ſit. *z* Non liceat etiam debitori debitoris, poſtquam ſibi ceſſio prędicta denuntiata fuit, aut in iudicio fuerit per primum creditorem interpellatus, ſuo creditori ſoluere: alioqui iterato ad ſolutionem vrgeri poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Pignus aliud eſt Prætorium, aliud conuentionale: & aliud legale, & aliud iudiciale, & num.* 5.

2 *Pignus Prætorium, quid ſit.*

3 *Pignus conuentionale contrahitur ſolo partium conſenſu, inter etiam abſentes, & quibuſcumque verbis, etiam ſine ſcriptura.*

4 *Pignus Prætorium, & pignus conuentionale, in quibus conueniant, & differant, remiſſiuè.*

6 *Pignus, & hypotheca, quantum ad actionẽ hypothecariam nihil differunt inter ſe.*

7 *Statutum loquens de pignore comprehendit etiam hypothecam.*

8 *Dictio A, ſeparat, & excludit terminum cui adijcitur.*

9 *Terminus triginta dierum datus à ſtatuto debitoribus ad reluendum pignora capta in executionem, cenſeri poteſt deſumptus ex lege* 11*ÿ. tabularum.*

10 *Dies conceſſi à lege debitoribus ad reluenda pignora, &c. vocabantur iuſti.*

11 *Citari debent debitores, & alii quorũ intereſt: tàm quando agitur de immiſſione ex primo decreto, quàm quando agitur de adiudicatione ex ſecundo decreto, & n.* 12. *Item citandus eſt debitor ad actum eligendi æſtimatores, & num.* 25. 28. *Intellige, vt num.* 27.

13 *Adiudicatio præcedi debet à pignore prætorio.*

14 *Adiudicare quid ſit.*

15 *Adiudicare verbum an communiter intelligatur per translationem dominii, vel ſe habeat loco pignoris, vel cuſtodiæ, & num.* 17.

18 *Pignus, quãdo dicatur adiudicari creditori: & eſt adiudicandum pro ea quantitate, que*

quæ debetur. & num. 19.

20 *Adiudicatio facta pro maiori quantitate, quàm debeatur, corruit in totum. & n. 23.*
Amplia in datione in solutum. & n. 21.
Et in immissione in possessionē pro debito partim verò, partim non vero. & n. 22.

24 *Decretum impositum ex causa partim vera, partim falsa, corruit in totum in indiuiduis, & inseparabilibus*

26 *Citatio debitorum in actu venditionis pignorum, & electionis æstimatorum, est de substantia.*

29 *Æstimatores bonorum à partibus eligi debent ex iure communi.*
Intellige vt n. 30.
Qui si in eligendo non conueniant, Iudex ipse eligere debet. & n. 31.
Et debent referre cum iuramento. & n. 36.
De suo iudicio, & credulitate, non autem de certa scientia. & n. 38

32 *Tertius æstimator eligi debet in casu, quo duo prius electi inter se dissentiant. & n. 33.*
Et eligendus est ab ipsis partibus, seu iudice compellente. & n. 34.
Intellige vt n. 35.
Et standum est eius relationi, quando ipse neutri æstimatorum accedat. & n. 39.

37 *Æstimationes rerum intellectu, iudicioque potiùs comprehenduntur, quàm sensu corporeo.*

40 *Æstimatio bonorum subhastandorum quomodo fieri debeat.*

41 *Æstimatio fieri debeat iuxta valorem verum rei.*

42 *Precium iustum quale dicatur. & n. 43. 45.*
Et non perpenditur ex cuiuslibet affectione, aut sumptu, sed ex communi hominum æstimatione. & n. 44.

46 *Actus gestus contra formam à lege, vel statuto præscriptam, est nullus.*

47 *Rubricæ sunt authenticæ, & de textu.*

48 *Forma quibus verbis concipiatur in dispositionibus statutorum.*

49 *Præconij forma in subhastationibus adhibenda soluta; remissiuè.*

50 *Forma subhastationis inducitur ex tenore præconij, seu banni.*

51 *Beneficiū l. 2. C. de rescind. vendit. non competit in rebus venditis per subhastationem.*
Limita vt n. 52.

53 *Æstimatio debet ex statuto præcedere præconium, ac etiam ex iure communi. & num. 54.*

55 *Pignora in executione capta vendere pertinet ad Iudicem, pro satisfactione creditoris.*

56 *Plus offerre vt quis dicatur; requiritur idonea facultatum, maior promissio, & vtilitas, & conueniendi facilitas.*

57 *Æstimatio si excedat licitationem in pretio pignoris, non est pignus adiudicandum licitatori plus offerenti, sed creditori in solutionem dari debet iusto pretio. & n. 59.*
Declara vt n. 60. 62. 68.

58 *Iustum pretium cùm non offertur, perinde est, ac si emptor non reperiatur.*

61 *Ordo scripturæ, non natura alternatiue attenditur, vbi constat id esse de mente disponentis.*

63 *Datio in solutum obtinet vicem venditionis, & acquirit dominium rei data creditori, sicuti emptori acquiritur per venditorem. & n. 64.*
Et reuocari non potest. & n. 65.
Contrarium n. 66.
Et quomodo procedat. n. 67.

69 *Adiudicatio, seu datio in solutum pignoris facta à Iudice creditori omissa subhastatione an sustineri possit?*

70 *Subhastatio inuenta est ad fraudes euitandas.*

71 *Forma adimpletur per æquipollens.*

72 *Factum Iudicis reputatur factum partis.*
Intellige, si Iudex ritè, ac rectè processit: secus, si nulliter, vel iniustè. & n. 73.

74 *Nomina debitorum capiuntur in subsidium in executione iudicati.*

75 *Debitū debitoris vt iure exigi possit, quæ requirantur. & n. 76. 79. 82.*

77 *Missio creditoris in possessionem nominis debitoris &c. quomodo fiat. & n. 83.*

78 *Condemnatio præcedere debet executionē vti necessarium antecedens.*

80 *Excussio principalis debitoris quomodo fiat.*
Et non est necessaria, quando creditor agit actione hypothecaria. & n. 81.

84 *Assignatio facta à Iudice habet vim traditionis.*

85 *Debitor calumniasse negans debitum, si per publicum instrumentum conuincatur, habetur pro confesso; nec impedire potest executionem rei iudicatæ.*
Amplia vt n. 86.

87 *Probatio quæ fit per instrumentum authenticum, dicitur probatio probata.*

88 *Negare aliquid per dolum, vel confiteri æquiparantur in iure.*

89 *Æquiparatorum idem est iudicium.*

90 *Æquipollentium idem est effectus.*

91 *Debitor debitoris si neget debitum, quid agendum creditori? & n. 92.*

93 *Argumentum à communiter accidentibus est probabile, frequens, ac vtile.*

94 *Diligentia præsumitur in rebus propriis: & diligentior præsumitur ille, quem res magis tangit. & n. 95.*

96 *Debitor nihil aliud habens in bonis, quàm nomina debitorum negantium debitum,*

com-

compelli potest à creditore, vt ea cedat, vel hypothecet.

97 *Creditor cessionarius nominis debitoris potest contra ipsum via executiua procedere, si debitor principalis eidem creditori obligatus existat in forma Cameræ: & potest agere eadem actione, quã habebat primus debitor cõtra ipsũ secũdũ debitorẽ, & n.* 98.

99 *Dictio, Quatenus exponi solet pro inquantum, & pro ea parte.*

100 *Cedens nõ liberatur nisi cessionario satisfiat, & num.* 107.

101 *Cessio debitorum non inducit nouationem, nec delegationem.*

102 *Attendi debet illud, quod actum est.*

103 *Nouatio non inducitur, nisi hoc expressè agatur: & ex quibus coniecturis censeri possit inducta nouatio, remissiuè, & n.* 104.

105 *Delegatio vt inducatur, tria concurrere debent ex iure cõmuni: secus ex statuto, n.* 106

108 *Cessio nominis vbi denunciata sit debitori, non liberatur, ipse si soluat priori suo creditore, ex iure communi, & ex statuto, n.* 110

Limita remissiuè, vt n. 109.

ANNOTATIONES.

A

1 N pignore prætorio, vel etiam conuentionali) Si quidem duplex constituitur genus pignorum, seù hypothecarum, vnum quidem, quod ex conuentionibus, & pactis hominũ nascitur, aliud quod à iudicibus datur, & Prætoriũ nuncupatur, ita loquitur imperator Iustinianus *in l. 2. C. de prætor. pignor. & prosequitur ibi glo. verbo Duplex est pignoris ius*, atque eadem *l. deseruitur*, quod sicut pignus conuentionale recuperatur per hypothecariam, si creditor cadat à possessione, ità & pignus prætorium, nec curatur in vtroque casu, an culpa præcesserit casum, porrò de pignore prætorio plenè agit *Negusan. in celebri tract. suo de pignor. secundo membr. tertia partis vbi in primis num.* 1. describit pignus
2 prætorium illud esse, quod datur per iudicem in contumaciam rei ex primo decreto, sequuta tamen immissione, vt probat *text. vbi & Bart. in l. nõ est mirum ff. de pignorat. actio.* De conuentionali verò habes pariter apud eumdem *Negusant. primo membr. d. 3. partis*, vbi in primis numeris, præcipuè tradit, quod eiusmodi pignus contrahitur solo partium consensu, inter etiam absentes, & quibuscumq. verbis, etiam sinè scriptura.

4 In quibus autem conueniant, & in quibus differant inter se hęc pignorum genera, *Negusant. d. secundo membr. tertiæ*. Sed & prædictis duobus generibus
5 cedunt etiam duo alia genera, negale, & pignus iudic[illegible] vnde gnus deliguat, ac [illegible]it id

princip. seu exordio tertiæ par. princ.

6 Inter pignus verò & hypothecam, quantum ad actionem hypothecariam attinet, nihil interest, vt præcisè legitur *in §. item seruiana instit. de action.* atque inter pignus hypothecam tantum nominis sonus differt, vt inquit expressè I. C. *in l. res hypothecaria 5. §. inter pignus ff. de pignor.* vnde cum inter hæc duo vocabula non fit discrimen rei & effectus, sed potius nominis, & vo-
7 cis statutum loquens de pignore, comprehendet etiam hypothecam, & contra, vt sentit, & plurium aliorum auctoritate comprobat *Negusant. d. tract. par. 1. nu. 9.*

Et hęc præludij loco dicta sint, exemplo I. C. *in l. prima in fin. ff. de origin. iur.* Cæterum materiam istam, præter clarissimos iur. interpretes, qui eam potissimum pertractarunt *in l. à Diuo. Vso ff. ad re iudic.* peculiaribus voluminibus copiosè complexi sunt, & illustrarunt, *Negusant. iam citatus, Hugo Donellus, & Franciscus Balduinus, quorum opera compacta apparent inter tractatu, vniuersi iur. tom. 6. par 1.*

B Qui in possessionem bonorum immobilium immissus est,) scilicet per iudicem ex primo decreto, sicque habet pignus prætorium.

C Data est) puto legendum, data sunt, & hęc clausula loquitur de pignore conuentionali, vbi videlicet creditori in pignus assignata sunt à debitore immobilia cum facultate capiendi possessionem, & vendendi.

D A die, qua in possessionem missus est) dictio à excludit diem immissionis in possessionem, hæc enim est na-
8 tura huius dictionis, vt separet, & excludat terminum, cui adijcitur *Tiraquel. à quo innumeri fere alij afferuntur de retract. lignag. §. 1. glo. 11. num. 51. Rot. diuers. dec. 75. num. 2. par. 2. Cardin. Tusch. concl. 238. num. 10. litt. D.*

E A die qua denunciauerit debitori) idem de hac die, ac de proximè præcedenti.

F Sileat per triginta dies continuos, *not. Luc. Pat. noster lib. 8. cap. 1. num. 29. vers. & iste*, triginta dies hosce subrogatos esse in locum quadrimestris, quod dabatur iudicatis *ex l. intra dies 7 ff. de re iudic. & l. 2. ac l. fin. C. de usur. rei. iudic.* vel etiam in locum duorum mensium, de quibus *in l. debitoribus 31. ff. de re iudic.* verius autem videtur; quod nó censeantur præcisè subrogati in locum quadrimestris, ex legis humanitate concessi iudicatis, & condemnatis ad soluendum, de quo explicitè *in d. l. 2. & l fin. & im-*
pl[illegible] latiuum ad eatum leges in d. l. intra
[illegible] bimestris dari debitoribus ad re-
[illegible] biti solutionem pignora capta post
[illegible]nem. & dilationes ad soluendum
[illegible] ortius datas, de quo apertè
[illegible]ribus, cuius verba, quæ
[illegible] ostram, liceat hic refer-
[illegible] ati nostri contextu, & *[illegible]*rba hęc sunt.

Hi qui tibi fatebuntur se debere, aut ex re iudicata necessè habebunt reddere, tempus ad soluendum detur, quod sufficere pro facultate cuiusque videbitur; Eorum qui intra diem, vel ab initio datum, vel ex causa postea prorogatum sibi non reddiderint, pignora capiantur, eaque si intra duos menses non soluerint, vendantur. Cæterum rem istam altius repetentes, fortè etiam possemus asserere, quod iuris nostri municipalis conditores, dum ad fauorem debitoris mandant fieri per triginta dies in venditione pignorum, imitari voluerint legem duodecim tabularum, de qua proximè disseruimus ad præcedens caput sub verbo ad carceres deduci, in illo scilicet capite; Aeris confessi, rebusque iure iudicatis triginta dies iusti sunt; ex quo vt apparet, cõfessi æris alieni, ac debiti iudicatis iusti dies 30 dati sunt conquirendæ pecuniæ causa, quam dissoluerent: eos autem dies Decem viri iustos appellauerunt velut quoddam iustitium, idest iuris inter eos, quasi intentionem quamdam. & cessationem, quibus diebus nihil cum his agi iure posset, ita planè legitur apud Gellium noctiũ atticarum *lib.20.c.1.quem refert. Anton. Augustin. lib.de legibus ad leges duodecim tabul.cap.38.* porrò quod iubeatur fieri per triginta dies, vt habet lex nostra municipalis re ipsa idem est, ac si dictum esset, triginta hos dies iustos esse, velut quoddam iustitium, ita vt nihil de pignoribus vendendis interea agi possit.

Citatis aduersarijs) si quidẽ iurè certum est necessariam esse citationem debitorum, & aliorum quorum interest, quod generale est ex *text.in l. de vnoquoq. 47.ff.de re iud. & in terminis*, quando agitur de immissione ex primo decreto plenè tradit *Roman.cons.69.num.12.* vbi etiam addit. *sub littera M. & cons.454. sub num.3.* ibi primũ igitur decretum *Felin.in cap. cum olim. 12. sub num.11.vers.per illum tex.dixit Lud. de senten. & re iudic. Alex.cons 53. num 6.lib.5.* & in terminis secundi decreti, per quod deuenitur ad adiudicationem, de quo hic loquitur statutum nostrum tradit *Abb. cons.43. sub num.3. vers.secundo non valuit par. 2. & cons.8. num.3. cad. par. Odofred.a tract.de prim.& secund decret. n. 14.inter tract.vniuers.iur.tom.3.par.2.fol.136. Bart.in l.si finita 15.§.Iulianus n. 27.ff.de dam infect. Card.Tusch.concl.113.num.14. littera D.*

Iudex ea immobilia adiudicet actori) scilicet siue pignoris prætorij, siue pignoris cõuentionalis ea immobilia sint, nã de vtroque pignore in præcedentibus verbis disponitur; porrò adiudicationem iure alioqui præcedere debet pignus prætorium, quod non constituitur, nisi præcedente primo decreto & missione in possessionem secuta ex eo *l.non est mirũ 26.ff.de pignorat.actio. l.2.C.qui potior. in pign. hab. l.1.C.de prætor.pignor.not. Alex.cons.53.n. 3.lib.3.* sed ad conuentionale pignus quod attinet. non requiritur primum decretum iudicis ante adiudicationem, vt proximè de prætorio pignore dictum est, quia pignus conuentionale ex partium conuentione, constituitur, Prætorium verò Prætoris, seu Iudicis decreto, vti superius diximus in præludijs ad hoc caput. Adiudicare autem est iudicio peracto rem controuersam actori addicere, vt inquit *Aleiat in l. aliud est fraus. 131.§.inter multam verbo Adiudicatio num.8.ff. de verbo signif.* Et significat iudicio attribuere, assignare, propriũ esse decernere, vt apud *Scard. in lexicon iuris d.verbo adiudicare apud Scaeolã. ita in l.liberto suo 21.§.Iutius titius ff.de annu.legat.in l.si idem 11.§.fin ff.de iurisdic.omn. iudic.* porrò adiudicare pignus, addicere, & insolutum dare, quomodo distent, acutè excutit *Zasi. in l.à Diuo Pio §.si post addictum num.6.ff. de re iud.*

An autem verbum istud adiudicare communiter intelligatur per translationem dominij, seu possessionis, vel le habeat loco pignoris, vel custodiæ, existimarem vtique iuxta subiectam materiam illud esse accipiendum, sicuti de verbo assigno quod idem significat, vt proximè diximus, *& not.Bald.in l.3.sub num.8.* ibi quæro vtrum per verbum assigno *C.de exec. rei iudic.* ficque traditum videmus *à Bart.in l.si constante 25.nu. 93.* ibi modo istud verbum assignare *ff. sol. matr. Euerard.in suis locis argumentandi loco à subiecta materia num.12.* ibi hinc etiam est quod verbum assigno; Verum in statuto nostro, verbum istud adiudicare videtur inferre solum possessionem pignoris iuxta *not.per Alexan in d.l.à Diuo Pio. §.in conditionis sub num.36.vers.nam differentia est ex tex.in l.unus ff.ex quib.caus.in poss. esse.atur.* vnde ex dispositione eiusdẽ statuti mox sequitur, quod bona sic adiudicata æstimari debeant, & plus offerenti dari, & vendi per iudicem vt creditori satisfiat pro suo credito, vel ipse iudex tãtũ de dictis bonis insolutum ipsi creditori concedat, quæ ascendant ad quantitatem sibi debitam, & tertiam partem vltra, per quam dationem in solutum efficiatur dominus; Alioqui tamen adiudicari dicitur pignus creditori, quando facta licitatione, nullus inuentus est emptor vel iustus, vnde illi adiudicatur, vel insolutum datur *text.cum summario Salicet. in l.1.C.si in caus.iudic. & in l.2.C.cod.tit. Afflict.decis.358. num. 5. & 6. Asin.de execut.§.7.cap.300.* Demum ad materiam adiudicationis plenius vide apud *Cardin. Tusch.conclus.196.cum tribus seqq. litt.A.*

Pro quantitate in mandato executiuo, & vere debita) ita autem debet Iudex ad iudicare creditori pignora *d.l.à Diuo Pio. §.si pignora*, ibi addicantur autem vtique ea quantitate, quę debetur nor; *Alex.ibidem sub numer.1.* ibi quanquam Iudex debet adiudicare pro quantitate debita & rata competenti, facit *text. in l. fin.vers.sin autem minus C.de iur dom impet.* nec valet adiudicatio p maiori quãtitate, quã debeatur, p errorẽ facta, nec quidẽ p rata debiti, sed corruit in totũ, sicuti de datione in solutũ tradit *Bart. in l.si non sortem 26. §.si centum num. 5. versic. Tene ergo multum menti per illum text. ff. de condic. indebit. Surd. decis. 45. num. 2. & seqq.* qui ex multorum sententia asserit hoc procedere etiam in datione in solutum facta à parte, nedum in facta à iudice, de quo tamen plenius habetur per *Cardinal. Tusch. conclus.197. numero 14. & sequen. littera A.* Et de missione in possessionẽm pro debito partim verò, partim non verò, quod ea in totum vitietur *not. Bald in l.*

in l. certi conditio. §. quoniam num. 8. verſ. ſecundus ſi iudex. Roman. conſ. 454. ſub num. 12. & de
23 adiudicatione facta pro maiori ſumma, quam ſit debitum, tenet *Alex. in d. §. ſi pignora in fin. Afflict. in eodem caſu deciſ. 218. numero ſecundo, & ſeqq.* & ita ſentiunt Doct. communiter in quolibet actu indiuiduo ex illa generali regula,
24 quod decretum interpoſitum ex cauſa partim vera, partim falſa, corruit in totum in indiuiduis, & inſeparabilibus *Ros. dec. 33. n6. p. 2. diu.*

K Citata parte eligantur æſtimato-
25 res) iure quidem citatio debitoris requiritur ad actum eligendi æſtimatores, ſicuti pariter ad intereſſendum æſtimationi, vt paulò poſt ſubiungitur hoc ſtatuto, quia non parum intereſt debitoris aſſiſtere iſtis duobus actibus facit *text. in l. de vnoquoque 47. & in l. ſæpè 63. ff. de re iud.* cumque in ſe contineat decretum de vendendis pignoribus, citatio in vtroque caſu cenſetur de ſubſtantia iuxta
26 *deciſ. Afflict. 358. num. 3. per text. in l. creditor 4. C. de diſtract. pignor. & in l. debitores 10. C. de pignor. vbi glo. verbo Conueniendi, not.* requiſitionem debitoris eſſe de neceſſitate, vbi creditor vendere velit pignora, at vbi pignora iam
27 exponuntur venalia, & venduntur, ex vrbanitate tantum, denunciatur debitori, vndè in caſu prædictæ deciſionis *Afflict.* iudicata fuit nulla ſubhaſtatio, & adiudicatio pignoris ob defectum talis citationis, quodque partes citari
28 debeant, vt interſint æſtimationi faciendæ latiùs differit *Aſin. de execut. §. 7. cap. 180. Surd. conſ. 452. num. 33. & ſeq.* porro æſtimatores à
29 partibus etiam ex iuris communis diſpoſitione eliguntur, vbi nimirum æſtimãda ſunt bona *l. hac edictali. §. bis illud adiungimus C. de ſecund. nup.* ibi mobilium verò rerum iuſtis pretiis æſtimatione habita per eos, quos vtraque pars elegerit, & ibi *Bart. num. 1. & Bald. numer. 2.* vbi inquit hoc eſſe verum, ſi tamen non ſint deputati æſtimatores per communc, vt ſubiungit eſſe in Ci-
30 uitate Peruſij, atque ita ſeruari, & practicari teſtatur *Aſin. d. §. 7. cap. 181* ibi conſuetudo autẽ obſeruat, qui & ſubiungit, quod ſi partes in eligendis æſtimatoribus non conueniant, iudex ip
31 ſe eliget æſtimatorem in contumaciam partis non eligentis, quod vtique iuri communi conſonum eſt, nam prouideri debet ne pars vna per ſuam contumaciam partem aliam impediat, quominus veritas patefiat, & litigium terminetur argumento *tex. in l. 3. C. ſin. regund.*

32 Prædictis demum accedat, quod modus probandi verum rei valorem per peritos æſtimatores, quibus inter ſe diſſentientibus eligatur tertius, maximè comprobatus eſt à Sacr. Rot. vt pote à iure communi approbatus teſte *Cardin. Seraph. deciſ. 655. num. 2. 3. & 6. par. 1.* & iuxta communẽ Doct. ſententiam *in l. 2. C. de reſcind. vend.* vbi præcipuè *Cagnol. ſub num 158.* teſtatur de communi opinione.

Sed quid ſi duo æſtimatores electi inter ſe, diſcordes fuerint, quid erit agendum? Iſte caſus omiſſus eſt à ſtatuto, & ideo remanet in diſpoſitione iuris communis *ex l. ſi vero §. de viro ff. ſol. matr. & l. commodiſſime ff. de lib. & poſthum*
33 itaque iuxta iuris communis diſpoſitionem tertius eligendus erit *teſte Bald. in l. 2. numer. 55. uerſ. & ſi æſtimatores non concordarent C. de reſcind. vendi* per ipſas tamen partes, ſed iudice
34 compellente, & ita *Baldum intelligit ac ſequitur Aſin. d. §. 7. cap. 181. in fin. idem tenet Bart. in l. repetitione creditores 3. C. de pignor. ſub nu. 29.* ibi tunc iudex faciat partes eligere duos bonos æſtimatores *& Alex. in l. inter partes 38. nu. 7. ff. de re iudic.* quicquid alioqui ſit dicendum in arbitris *Dec. in cap. propoſuiſti num. 35. de prob.*
35 Nec verò Iudex tertiũ eligere debet, niſi poſt moram partium *Gabriel. conſil. 168. numer. 100.*
36 *Surd. d. conſ. 452. numer. 35. & ſeq.* An verò debeant iſti periti æſtimatores referre cum iuramento, videtur quidem de iure communi affirmatiuè reſpondendum ex *tex. in d. l. hac edicta li §. bis illud adiungimus C. de ſecund. nupt.* ibi iuſtis pretiis æſtimationẽ habita per eos, quos vtraque pars elegerit arbitros iudicaturos inter poſito ſacramẽto, facit *tex. in l. comparationes 9.* ibi omnes autem comparationes, non aliter fieri concedimus, niſi iuramento antea præſtito, *C. de fid. inſtru.* quæ iura citat *Bart.* ad caſum peritorum æſtimatorũ *in d. l. creditores ſub n 29.* ibi, & eos faciat iurare de æſtimatione tantum legaliter facienda idem *Bart. in l. Theopompus. 15. num. 8. de dot. prælig. Bald. in l. 2. ſub n. 55. C. de reſcin. vend. Surd. conſ. 452. n. 42. vol. 3.* & hanc eſſe communem Doct. opinionẽ teſtatur *Dec. in d. c. propoſuiſti numer. 52. de probat.* Atq. id ipſum in caſu noſtri ſtatuti vſu planè receptum eſt.
37 Cæterum cum eiuſmodi æſtimationes intellectui, iudicioque potius comprehendantur, quam ſenſu corporeo, vt dixit *Bart. in l 2. numer. 22. Abb. in cap. cum cauſa 42. num. 1. de probat.* iura-
38 re debent æſtimatores de ſuo iudicio, & credulitate, non autem de certa ſcientia, vt probat, *Aſin. d. §. 7. cap. 200.*
39 Quid ſi tertius peritus æſtimator in relatione ſua neutri accedat ex duobus, qui in ipſorum ſententia fuerunt diſcordes, an eius relationi ſtãdũ erit? Et quidẽ ſtandũ videtur, relationi tertij *per tex. in d l. item ſi vnus 19. §. principaliter ff. de recept. arbitr. vbi in fin.* hæc verba leguntur, & debet Prætor cogere arbitros, ſi non cõſentiant, tertiã perſonã certã eligere, cuius auctoritati parerent, vbi etiã *glo. verbo auctoritati*, hanc tenuit opinionẽ, quã tenuit pariter *Specul. tit. de arbitr. & arbitrat. §. ſequitur nu. 19. verſ. Sed numquid ſtabitur eius ſolius dicto*, atque demum probauit *Rot. deciſ. 494. n. 2. p. 1. diuerſ. in recentior.* & ideo ab ea non eſt recedendum, licet contrariam ſenſerit *Gabr. d. conſ. 168. nu. 106. & alij ab eo cit.*

L Habita ratione rei &c & eius quod
40 communiter vendi poteſt, & ſolet æſtiment) quod vtique conſonat iuri cõmuni *in l. ſi quos C. de reſcind. vendi. vbi Caſtr. numer. 2. not. practicam hyẽ verbis*, q publicus exactor, idem vero de Prætore pariter dici poteſt, antequã ponat rẽ oppigneratam in ſubhaſtatione, faciat eam çſtimari per habentem notitiam, & poſtea ponat in ſubhaſtatione pro pretio declarato per æſtimatores, deinde detur plus offerenti, ſi enim non

præmissa æstimatione, poneret in subhastatione, posset magna fraus committi in damnum, & debitoris, & creditoris, quia res daretur pro modico pretio gratiosè per publicum exactorem alicui forte amico suo, & sic plus lucraretur exactor, & gratia quàm creditor ex debito; hanc verò praxim refert, ac probat *Iodoc Brugen. in tract. suo de subhastat. cap. 3. num. 11. inter tract. univ. iur. tom. 6. par. 1. fol. 77.* Portò æstimatio
41 fieri debet iuxta verum rei valorem, qui est quãtum communiter res, de qua agitur, vendi potest, *Scrapb. d. decis. 655. num. 1. Alciat. in l. propemodum 8. num. 8. & 9. ff. de verb. sign.* vbi dis-
42 serit id iustum pretium esse, quod communiter reperitur, vtpotè, quod ex valore rei, non ex affectu constituatur, quapropter cum in lege iusti pretii fit mentio, de eo quod communiter perciperetur, intelligimus; sicuti dixit etiam *Alex. in l. qui Romæ 122. §. coheredes sub nu. 11. & 12. ff. de verb. oblig. Abb. in cap. cum causa 42. sub num. 3. de testi. Tiraqu. de retract. lignag. §. 1 glos. 18. sub num. 1. ubi ex glo. magna in ultima q. C. de rescind. vend.* tradit iustum pretium esse æstimandum non vnius, aut alterius licitatione
43 sed communi regionis æstimatione, ex rei qualitate, & quantitate reddituum, atque subnectit addi posse, quod attendi debet, quanti res vendi posset in loco publico, in quem omnes conueniunt *per text. in cap. 1.* ibi carius vendant, quam in mercatu vendere possent extra de *emption. & vendit.* cum aliis quæ allegat, & regula iuris est, simpliciter; quod tanti res valet, quanti vendi potest *l. si seruus 14. in princ. verbis final.* ibi iudex æstimare debebit, quanti emptorem inuenenerit *ff. de condic. Furtiu. l. 1. §. si hæres ff. ad Trebell.* ibi sed æstimandum fundum, quanti valeat, hoc est, quanti hæres vendere potuit, *l. pretia rerum 63. in princ. ff. ad l. Falcid.* cuius hæc sunt verba, pretia rerum non ex affectu, nec vtilitate singulorum, sed communiter funguntur, verbum autẽ istud, funguntur, interpretatur idem *Alc. in l. vnic. C. de sentent. quæ pro eo quod. inter cap. 9. sub numer. 2.* idest functionem recipiunt, hoc est æstimationem, quæ fungetur vice rei. *Abb. loco proximè citato Gabr. conf. 147. num. 3. vol. 1. Cou. var. resol. lib. 2. cap. 3. num. 4.* qui posita conclusione, quod iustum cuiusque rei pretium non ex
44 cuiuslibet affectione, aut iumptu, sed ex communi hominum æstimatione perpenditur eam multis subtilibus, ac veris declarationibus subinde prosequitur *seqq. num. Mascard. de probat. concl. 654. qui sub num. 1. testatur de communi opinione ex Cagnol. in d. l. 2. num. 158.* Atq; prædicta expressè declarat statutum nostrum debere seruari per æstimatores in præcedentibus verbis, nempe quod communiter vendi potest, & solet, cum & prius eosdem æstimatores admonuerit de habenda ratione rei, & eius qualitatum, fructuum ac loci, & temporis, quæ quidem ad iudicandum verum rei valorem, & iustũ pretium considerauerat *glo. magna verf. sed quæritur in l. 1. C. de rescind. vend.* atque eadem plenius explicauit *Bart. ibidem n. 19. & seqq. Bald.*
45 *num. 53. & seq.* Portò traduntur & alij modi ex iure communi ad probandum verum valorem, & iustum pretium rerum, vt præcipuè per *Angel. in §. si quis agens sub n. 1. verf. 1. per declarationem Iudicis, & numer. 2. & 3. inst. de action. post Bartolum in dicta l. 2. nu. 20. & sequentib.* Verum & in Vrbe, & in eius Districtu, vbi hæc vigent statuta, recedi profectò non potest à forma hoc cap. tradita ad probandum valorem bonorũ immobilium in casu, de quo agitur, alias executio esset nulla ipso iure, vbi forma à statuto tradita in executione facienda, ad vnguem seruata non esset, iuxta dictum *Bald. in l. ordo numero 6. & 7. C. de execut. rei iudic.* quem sequitur *Fabian. de Mont. tract. de empt. & vend. 5. par. princip. verbo Insuper num. 88. verf. & diligenter est aduertendum*, quos sequitur *Luc. Pat. ad hoc ipsum cap. de execut. rei iud. in ordinarijs nu. 28.* & generaliter esse nullum quod geritur con-
46 tra formam à lege, vel statuto præscriptã, probat *text. in l. cum ij §. si Prætor, & ibi Iaf. in primo not. ff. de transact. & tex. in l. hac consultissima circa princ. C. de testam. & dixit Rot. coram Orano in Romana alimentorum 4. Iunij 1593. & 25. Maij 1587.* quod autem forma hic fit tradita, expressè legitur in Rubrica seù tit. huius capit.
47 nam rubricæ sunt authenticæ, & de textu, adeo vti qui promisit scribere librum, teneatur etiam scribere rubricas, vt inquit *glo. in proemio sexti decretalium super verbo Titulis*, quam refert *Euerard. in suis locis argument. loco à Rubro sub*
48 *num. 1.* nec dubitatur quin forma per statutum tradita sit, vbi rubrica concepta sit, vt hoc nostro cap. sub his verbis de forma procedẽdi: &c. quinimò idem esset, si scriptum foret de modo procedendi, vt benè probat *Asin. in praxi iudicior. in rubr. num. 1. & §. 3. cap. 36. nu. 1. Masca. de genter. stat. interpr. concluf. 9. in fin.*

M 49 Vno præconio, seu banno præcedente) cuius præconii formam, seù exũplum habes apud *Luc. Pat. dicto capitul. de execut. rei iudic. in ordinarys numero 13.* sicuti in substantia strictè ponit *Bart. in l. licitatio in princ. num. 2. ff. de public. & vectig. & tradit Specul.* qui loquitur in subhastatione domus pupilli *tit. de cita. §. sequitur sub num. 12 verf. si verò subhastatio rei pupillaris Fabian. de Mont. de empt. & vend. 5. par. princ. sub num. 91.* verbo de forma autem subhastationis, atque ex
50 ipsius banni tenore, forma licitationis seu subhastationis inducitur, à qua recedi non potest, *Asinius de execut. §. 4. capitulo 86. numero secundo*, licet verò præconium eiusmodi, seù subhastatio aliàs sufficere videretur, cum per hanc viã discerni censeatur iustum pretium, vti refert ex aliorum auctoritate, atque menti tenendum, nec vnquam obliuiscendum admonet idem *Fabian. d. 5. par. nu. 89. Asin. d. §. 7 cap. 174. nu. 1. & §. 6. c. 14. nu. 1.* ex quo vtique subiungit, quod bene-
51 ficium *l. secunda C. de rescind. vendit.* non competit in rebus per subhastationem venditis illud tamen dictum limitat idem *Asin. dicto capit. 174.* vt procedat vbi in subhastatione decreta domini auctoritas interuenerit, quod vtique probare videtur *ex text. in auth. hoc ius porrectum. C. de sacros. Eccl. l. ad officium C. commun. diuid. l. 3. C. si prou. pub. pensit. & l. 1. C. de fid. instrum. & in. hast. Fiscal. lib. 10.* quæ iura emptiones, & venditiones

ditioines sub hastis factas, tanquam iusto fic pretio nteruenieute, ratas habent; nihilominus statutum nostrum mandauit, quod æstimatio præ-
53 cedat præconium, nempe, vt magis appareat de vero valore rei æstimatæ, maximè, vbi ea danda fuerit in solutum creditori, sicque magis etiam consulatus indemnitati debitoris, quippe cum fieri possit, vt per subhastationem non excitat emptor, vel existat quidem, sed non dignum pretium offerat, quo casu deuenitur ad dationē pignoris in solutum creditori, vti expressum habetur, in *l.2.C.si in caus.iudic.pignor.capt.* sit &
54 iuxta statutum est Cæsarea dispositio *in l.si quos C.de rescind.vend.* vbi decernitur, quod æstimatio præcedere debeat subhastationem, nè sub nomine subhastationis locus fraudibus relinquatur idque etiam animaduertit *Luc.Pat.dicto cap. numero* 32. qua de re egimus supra hoc eodem *cap. littera L. verbo Habita ratione rei est æstimens.*

N **Vendantur, per iudicem)** quippe ad iudi-
55 cem pertinet pignora in executione capta vendere pro satisfactione creditoris *l.1.& 2.C.si in caus.iudic.pign.capt.sit.l.2.C.de execut.rei iud.l. si ob causam* 13.*de iuict.*

O **Plus offerenti)** vt verò quis dicatur plus offerre, requiritur
56 idoneitas facultatum, maior promissio, & vtilitas, & conueniendi facilitas *Bal.cons.327.vers. nam ad hoc lib.2.per tex.in l.eum qui §. penult. & vlt.ff.de in diem addict.qui text.* singulariter notandus est ad probandum, quando conditio melior offerri videatur, vnde *Bal. ibi consuluit*, quod non sit liberatus penultimus licitator, per maiorem oblationem alterius licitationis vltimi qui post oblationē factam insalutato hospite discesserat, nec repertus fuerat soluendo, nec fideiussorem dederat, nam vt idem subiungit *vers.sed hic*, nec conueniendi facilitas, nec par vtilitas, nec par quantitas esse potest, vbi quis soluendo non est; atque omitti posset licitator plus offerens, & præferri alter minus offerens, quia is offerret faciliorem solutionem, vel esset magis idoneus, licet ab initio Prætor edixisset, quod pignus plus offerenti daretur, *vt not Bart. in l.si tempora sub numero quinto vers.item hoc intellige C. de fid.instrum.& iur.hast. Fiscal.lib.10. Fabian.de emp.& vendit.5.quæstion. princ. verbo insuper num.90.*

57 Quid verò si æstimatio licitationem excedat in pretio pignoris, erit nè pignus adiudicandum nihilominus licitatori inter cæteros licita-
58 tores plus offerenti? videtur non esse adiudicandum, quia cum iustum pretium non offeratur: perinde est ac si emptor non reperiretur, *l.secunda C.si in caus.iudic.& ibi Bald.hoc not. num. tertio Alexand. in dicta l. à Diuo Pio. §. si pignora numero sexto*, quo casu pignora credi-
59 tori pro suo credito addici, idest in solutionem dari debent iusto pretio iuxta *text. in dict. §. si pignora, vbi glo.verbo Addicantur, & iuxta dicta l.secunda & Doctor predictos, quibus accedit Afflict.decis.358.sub num.5.* erit igitur in hoc casu attendenda æstimatio facta, vt de verò valore pignoris ad effectū prædictæ dationis in solutum constare possit.

P **Vel ipse iudex]** scripturæ ordo hic attendi debet, non autem natura alternatiuæ, vel ita, vt sit sensus, quod pignora vendantur plus offerenti, si
60 pretium oblatum fuerit iustum, nisi debitor intra mensem debitum soluerit, sin minus dentur insolutum ipsi creditori pro quantitate sibi debita, & tertia parte vltra. sicuti comprobauimus in proximè præcedenti not. in fin. siquidem scripturæ ordo, non autem natura alternatiuæ attenditur, vbi constat id esse de mente disponentis *tex.in l.mandato* 10. *in fin.* ibi scripturæ ordinem seruare debebis *de præben. in sexto*, vbi etiam *gloss. & in cap.Metropolitano vbi pariter glo.in verbo Ex presbyteris* 63. *dist.in. not. Felin.in cap.inter cæteras.4.num.4.versic. Fallit. primo de rescript.Buerard.in centur. sua loco à natura alternatiua sub num.7.vers. quarto*,
61 *fallit dicta regula*, quod autem statuitur amplius de tertia parte vltra debitum assignanda creditori, non est vtique alienum à iure communi; vt probatur ex authentica hoc ius porrectum *C.de Sacrosanct.Eccles.* vbi saltem decima pars supra debitum assignata creditori; verba tex. ad rem nostram hęc sunt: emptore verò non inuēto res æstimata districtè creditori detur in solutum addita in pretio vniuersæ æstimationis decima parte, *& glo.* ibidem id comprobat in verbo decima parte: ratio autem ea est, quia dum cre-
62 ditor in eo grauatur, vt aliud pro alio ei soluatur contra iuris regulas, *vt in l.§.mutui datio ff. si cert.pet.& l.eum à quo* 16.C.*de solut.* releuatur in hoc saltem, vt aliquid amplius accipiat vltra debitum argumento *tex.in l.eum qui* 30.*in princip.ff.de iureiur quod animaduertit Luc.Pat. dicto cap.de execut.rei iudic.in ordinar.num.52.*

Q **Per quam dationem in solutū efficiatur dominus)** quod & iure cōmuni cautum est
63 quia datio in solutum vicem venditionis obtinet, vt habetur expressè *in l.si prædium C. de iuict.& probat text.in l.eleganter* 24.*in princip. ff.de pignor.actio.not.Tiraquel.de retract.§.1.glo. 14.num.1.Surd.decis.248.num.3.& decis.288.n. 47. Villa labor.in Thesaur.comm.opin.verbo data rem in solutum creditori tom.1.Pariſ.cons.* 110.
64 *num.41.& 42.parte* 1. vbi asserit, quod per dationē in solutū acquiritur dominiū rei datę creditori sicuti emptori acquiritur per vēditionē. quę damnum proueniens creditori ex casu fortuito in re data in solutum pertinet ad ipsum creditorem, vt rei venditæ ad emptorem, probatur ex tot.*tit. ff. & C.de peric.& commod.rei vēdit. & l.qua fortuitis C. de pignorat. actio. Dec.*
65 *cons.358.num* 1.& 2. vbi quod ideo reuocari nō potest datio insolutum de iure communi *l.successores C.de solu.* sicuti venditio semel facta rescindi non potest etiā cum decreto Imperatoris *l.de contractu C.de rescind.vend.* & subnectit reprobari opinionem *Bart. in l.si finita §. Iulianus in*
66 *fin. ff.de damn.infect.* dicentis, quod quando res data est in solutum creditori, licet ille effectus sit dominus, nihilominus audietur debitor rediens intra biennium, si velit debitum soluere *per l.fin. C.de iur.domin.impet.* quinimo veram, &

magis cõmunẽ opinionem esse contra *Bart. tenet. Statur idem Dec.d.cons.n.2.& Alex.in d. l.si finita §.Iulianus num.122.per tex.in vad.l. §. postea autem*, vbi hæc verba leguntur, postea autẽ quam quis possidere iure dominii à prætorem iussus fit, nequaquam locus erit cautionis oblationi, & ità ait Labeo, cæterum inquit, nullus rei finis inueniretur, & hoc est verissimum, hactenus verba legis, *Bald.verò in l.2. §. si absens sub nu.4.vers.ex hoc habes ff.si ex noxal.caus.aga*
67 tur tenet prædictam *Bart.* opinionem, & aliorũ procedere, nisi per statuta Terrarum aliter sit prouisum, quoniam alioqui talia statuta seruari debent, ſicuti dixit *glo.in d.l.fin.C.de sur.domin. tmp.in verbo*, Recuperare, quocirca non est mirum, quod statuentes nostri ad omnem dubitationem in hoc articulo submouendã subsequentem clausulam mox subiecerint, nempe quod possit
68 illa bona, data in solutum, debitor, illiusque hæredes recuperare, si infra sex menses à die dationis in solutum computandos, cum effectu soluerint creditori, seù eius hæredibus, vel habẽtibus causam ab eo, quantitatem veram, pro qua fuit facta immissio, & executio supradicta.

69 Sed quid si Iudex omissa subhastatione in solutum dederit creditori pignora, & probatum fuerit, quod tempore adiudicationis etiam per viam subhastationis eadem pignora pluris vendi non potuissent, quam data sint insolutum, sustinebitur nè ipsa adiudicatio, seù datio in solutũ? arbitrarer equidem sustineri *per decis. Pus. 246. lib.2.* iuxta emendatam impressionem, quæ clara est, & magna nititur æquitatis ratione, ita enim iure satisfactum est creditori, neque debitor cõqueri potest de iniustitia pretii, neque etiam obstare debet, quod forma à iure tam communi tum municipali seruata non fuerit, quia vt benè
70 deducitur in ipsa decis. subhastatio inuenta est, ad fraudes euitandas, quas cum constet abfuisse locus est conclusioni ab omnibus Doct. receptæ quod sufficit formam impleuisse per æquipollẽs,
71 vt per Doct. citatos, *in cad.decis.quibus addo, Bald.in l.si duo patroni 13.§. si quis iurauerit sub num.5.ff.de iur.iur.Roman cons.433.sub num.1. & ibi plenius addatio littera* A. *Cassad.decis.2 n. 2.de iudic. Paris.cons.99.numer.15.par.3. Brun. tract.de forma col. 1.vers. predicta regula fallit, & ita tenere Doct communiter tradit. Asin. in praxi iuris.§.3.cap.40.sequitur Mascard. de gener. stat.interpr conclus.9. num.76.* atque conclusionem istam probat *tex.in l.fin § fin.ff.mand.*

R **Debitorem autem &c. teneri volumus ad euictionem, &c.)**

& merito quidem ita statuitur, quandoquidem vt inquit *Tiraquel.de retract §.1.glo.14.num.13.* quod fit à iudice rem ipsam adiudicante creditori, vel alteri vltimo licitatori, censetur fieri ab ipso debitore, qui primò sponte debitum creauit, atque ideo æque tenetur de euictione, ac si ipse fecisset, hinc vulgare illud dictum, seù regu
72 la; factum iudicis, reputatur factum partis, text. est ad hoc semper proferri solitus in *l. si ob causam, & ibi Bart. Bald. & alij C.de euict.accedat text. in l. si pignora, ff. eod. titul. & in l.eleganter in princ.ff.de pignorat.actio. Aymo. consil.5. numer.1. Surd.consil.36. numer.17.libro primo*
73 *49.numer.1. vbi* plures allegat, quod tamen intelligitur, vbi Iudex rite, ac rectè processit, secus si nulliter, veliniuste; vt declarat idem *Surd. d.cons.49.num.37.* loquens in terminis alienationis pignoris iudicialis, *& Aymo.dicto.consil.5. num.1.*

S **Si verò mobilia &c.)** plures aliæ diligentiæ circa vẽditiones pignorum, præsertim mobilium, adhibendę, præscribuntur ex constitutione Pauli Papæ V. fel. ac æternæ record. *super. Reform. Tribun. Vrbis tit. de Cursoribus. & Mandatarijs, vers. ijdem Cursores, & aliquot seqq. vsq. ad vers. non recipiant oblationes, atque etiam tit. seq. de Baroncellis, & executoribus vers. quo vero ad pignorum in executione captorum custodiam*, & p alios articulos vsque ad versiculum, cum autem in exequutionibus.

T **Sin autem super nominibus debi-**
74 **torum &c.)** in executione iudicati postremo, & in subsidium deuenietur ad nomina debitorum, vt in *d.l.à Diuo Pio § sic quoque iudices*, inquit autem ibi *Vlpian.* sic quoque Iudices exequentur iudicatum, vt nomina iure pignoris capiant, si nihil aliud sit, quod capi possit, posse enim nomen iure pignoris capi Imperator noster rescripsit, id ipsum expresse cauetur *l.2.C.quand. fisci vel priuat. & vtrobiq. Doct. not.* & ius nostrũ municipale hic disponit, formã exactius præscribendo huiusmodi executioni; vt verò nomen ideſt debitor
75 debitoris mei iure exigi possit, tria copulatiue requiruntur, primo quod talis debitor debitoris fateatur debitum, secundo quod principalis debitor fuerit condemnatus, tertiò, quod fuerit excussus, nec repertus soluendo, & hanc esse solidam conclusionem asserit ac probat, *Surd. cons.4.num.1.vol.1.ex d.l.à Diuo Pio § sed vtrũ & l.2.3.& seq C.quand.fisc.vel priuat.* quam & firmauit potissimum *Roman.cons.224.num.7.&*
76 *cons 192.in princip.* addunt quidam alii quartum requisitum, scilicet missionem creditoris in possessionem nominis debitoris confessi, vel conuicti *Salice. in d.l.2.num.5.vers. & ex his Bald. ibidem num.8.vers.tertio quæritur*, *Guid. Pap. decis.368.* quæ quidem missio fit, vt docet *glos.*
77 *in l.1.verbo Decernere C.de prator.pignor.* quam singularem *dicit Salic.in d.l.2.num.4.in fin.* atq; statutum nostrum pariter prædicta tria in sui dispositione continet, nam, & vult necessario principalem debitorem esse iudicatum, & condemnatum, cum creditori contra debitorem executionem decernat, quam sinè dubio vti necessarium
78 antecedens præcedere debet condemnatio iuxta *d.l.à Diuo Pio*; cui sanè statutum ipsum adhæret, *§ in vendatione in fin* ibi exequentur itaque rem iudicatam Præsules illo modo, & *in § sic quoque*, in illis primis verbis iudices exequentur iudicatum, vt nomina iure pignoris capiant
79 *l.1.& toto tit.C.de exec.rei iudic.* nisi tamen obligata fuissent creditori nomina debitorum, eo nãque casu etiam antequam lata sit sententia, deueniri potest ad executionem super nominibus debitorum, vt per *Bart.in l.2.C.quand.Fisc.vel priuat. num.2.ex tex.in l si conuenerit 28.ff. de pign.*

pignor. actio. & in l. nomen C. quæ res pignoran obligp. pſſ. de confeſtione debitoris expreſſe loquitur ſtatutum ipſum, ibi ſi confitebitur, quo loco etiam inferius nos aliquid ſubiungemus, tertium porrò nempe, quod principalis debitor ſit excuſſus, nec ſoluendo repertus, requirit vtique ſtatutum, dum poſt diſpoſitionem ſuper executione in aliis eius bonis, poſtremo diſponit de executione ſuper nominibus debitorum, quod &declarat apertius proximè ſeq. *cap. de executione*; facienda iuris ordine ſeruato, ibi & demũ ad nomina debitorum, idque planè conſonat diſpoſitioni iuris communis, de qua diximus ſupra initio huiuſce notationis ad verbum ſin autem ſuper nominibus debitorum; Excuſſio autem in
80 hoc caſu fit per nuntium, aut executorẽ de mandato Iudicis, vel aliàs per Iudicem ipſum, nempè teſtibus examinatis, vt docet *Bald. in dict. l. 2. C. quan. Fiſc. vel priuat. num. 13. & ſeqq. & Salicet.*
81 ibidem *num. 5. & ſeqq.* nec verò prætermittere debemus, quod excuſſio principalis debitoris, non eſt neceſſaria, quando creditor agit actione hypothecaria, vt plenè probat *Surd. d. conſ. n. 32* & hanc vt ram, & magis communem opinionem dixit *Alex. conſ. 15. num. 6. lib. 6.* Cęterum quod attinet ad quartum requiſitum iuxta ſententiam *Bal. Salic. & Guid. Pap.* locis ſupra citatis, quid quid ſit iure communi, iuxta quod capi debent in primis pignora, deinde diſtrahẽda poſt aliquod tempus *ex l. debitoribus 31. ff. de re iudic. vt not. Bart. in d. l. 2. num. 3. verſ. ſed dubito glo. in l. 1. verbo Decernere C. de prætor. pignor. Bald. & Salic. ſupra citati*, certè ius noſtrum municipa-
82 le breuiori manu, & circuitibus cuitatis decreuit, vt confeſſo debitori fiat præceptum de ſoluendo intra dies octo, quibus elapſis contra eum citatum, mandatum contra eumdem reum exinde relaxatum executioni mandetur, quam quidẽ praxim hoc capite traditam fuſius explicando proſequitur *Luc. Pet. dicto cap. 1. de execu. rei iud. in ordinarijs num. 57.* hęc autem executio deducitur *ex l. 2. C. quand. Fiſc. vel priuat.* vbi hæc verba leguntur; ſi in cauſa iudicati valentis, quẽ tibi condemnatum eſſe proponis, nihil eſt, quod ſine quæſtione, pignoris loco capi, & diſtrahi poſſit, debitores eius conuenti ad ſolutionem auctoritati Præſidis Prouinciæ compelluntur, & ibi *not. Bart. num. 3. verſ. Quæro qualiter fiet hæc executio contra nomina debitorum*; attamen vbi
83 miſſio creditoris in poſſeſſionem nominis debitoris ſui requireretur; ea facile profecto fieret, nẽpe ſi iudex ipſe nõie ſcilicet debitore debitoris corã ſe confitente debitum; diceret creditori, habeas nomen illud loco pignoris, ita *glo. in dict. l. à Diuo Pio §. ſed & ſi pecunia verb. capi & conuerti & in l. 1. C. de prætor. pignor. verbo Decernere*
84 ſi quidem talis aſſignatio habet vim traditionis argumento *tex. in l. penult. in princip. ff. de donat. atque d. glo.* ſequuntur Doct. communiter, vt aſſent *Iaſ. in d. l. à Diuo Pio. §. ſic quoque Iudices, ſub num. 3. verſ. iſta glo. ponit practicam.*

V Si verò negabit &c.) attamen ex iure cõmuni vbi ille
85 debitor per calumniam negaret ſe eſſe debitorẽ, vel per publicum inſtrumẽtũ de debito conuinceretur, vtique pro confeſſo haberetur, nec rei iudicatæ executionem impedire poſſet *Alex. in dicto §. ſic quoque num. 2. Surd. d. conſ. 4. num. 27.* qui ambo plures alios referunt; nec tamen opus
86 foret, quidquid alii quidam ſenſerint, vt inſtrumentum tale eſſet, quod paratam haberet executionem, quia ſatis eſſet, quod inſtrumentum clarè probaret debitum, ficque calumniam negantis,
87 nam probatio, quæ fit per inſtrumentum authenticum, dicitur probatio probata *l. intereſt 21. C. de ſolut. l. fin.* ibi poſtea manifeſtum eſſet factum, vbi *glo.* & prædictam concluſionem ita tenent, Doct. communiter, vt ex ijſdem *Alex. & Surd.* planè apparet; quod autem iure communi hoc caſu decretum cenſetur, idem & iure noſtro municipali conſtitutum dici debet, tum quia ſtatutum ità debet intelligi, vt quantum fieri poteſt conforme reddatur iuri communi ex vulgatis iuribus, & communi Doct. aſſertione, de quibus iã ſupra pluribus in locis meminimus, tum quia
88 duo iſta iure æquiparata reperiuntur, vel aliquid per dolum negare, vel confiteri *Surd. d. conſ. num 27. argumento tex. in l. fin C. de compenſ. & in l. 3. §. cauſa cognitio ff. de carbon. edicti ſed melius facit tex. in l. illud §. penult. verſ. ſed & ſi negauerit*, vbi notanda præcipuè vltima verba, quæ hæc ſunt, alioqui expediret Domino negare, & ibi etiam *glo. ff. de tribut. actio.* & contra negantes plura nos attulimus ſupra ad c. 69. in princ. ſub litera A. conſequenter quod cõtra confitentem diſpoſitum eſt, cenſeri debet pariter diſpoſitum contra doloſe negantem, vt nimirum idem ſit iudicium æquiparatorum iuxta
89 iuris regulam, de qua præcipuè *in l. 1. ff. de legi. 1.* vbi Doct. ſicuti etiam dicitur de æquipollentibus, quorum idem ſit effectus *l. fideicommiſſa. 11. §. ſi cum ita ff. de leg 3. not. plenè Euer. in ſuis locis argumen. loco ab æquipollentibus n. 12. & ptoſt*
Itaq. remediũ, q ſtatutũ affert creditoris vbi debitor debitoris neget debitũ nẽpe, vt cõpellatur principalis reus ad cedẽda iura contra illum ſuũ debitorem, vel iudex illa debitoris loco cedat, vt creditor eo iure ceſſo, procedat contra debitorem debitoris, locum habebit, quando debitor non neget per calumniam, vel non conuincatur de mendacio, remedium verò iuris communis in caſu negationis debitoris, quæ ſaltem dubia eſſet, non autem euidenter calumnioſa, illud erat, vt curator daretur, bonis principalis debitoris condemnati, qui ageret contra illum debitorem, negantem vt eum conuinceret, & faceret condemnari, vt benè explicat *Iaſ. in d. l. à Diuo Pio §. ſic quoque nu. 1. quod & ſenſerãt.* antiquiores, nempè *gloſſ. in dicta l. 2. verbo Conuenti C. quand. fiſc. vel priu. Salic. ibidem nu. 2. verſ. quæro igitur Bart. in princ verſ. ſed qualiter conſultetur actori? Bald. num. 7. verſ. ſecundo quæro*, atque hoc modo bene conſultum videbatur actori, ſed melius, proſpectũ videtur p hoc ſtatutũ tum eidem actori, tum principali debitori, ne debitor eiuſdem principalis debitoris occultet debitum, dum præcipitur, vt creditori cedatur nomen debitoris, ſi quidem dubitari non poteſt, quin cretordi ipſe in re ſua maiorem diligentiam adhibiturus ſit, quam quilibet curator in re aliena, ſic arguendo à communiter accidentibus, quod argumenti genus probabile, frequẽs,
93 ac vtile præcedat *Bnard. in centur. ſua* loco à communiter accidentibus, atque diligentiam

cuius-

94 cuiuslibet in rebus propriis præsumi probat tex. *in l. si constante §. si maritus ff. solut. matrim. in l. cum de indebito ff. de probat. & in cap. super de restitut. not. Cravet. cons.* 129. *num.* 6. *Menoch. de arbitr. Iudic. lib.* 2. *centur.* 1. *cas.* 40. *num.* 10. *Brunor. à Sole in suis præpositi. iur. verbo Diligentia præsumitur*, & adhuc propius ad rem nostrã
95 diligentior præsumitur ille, quem res magis tangit, sicque diligentior præsumitur dominus, quã procurator *Roman. consil.* 353. *quo ad primum num.* 2. *argumento tex. in l.* 1. C. *vbi pupill. educ. debeat. Cardin. Tusch. concl.* 449. *num.* 1. *littera D.* Demum hoc loco non prætermittam, quod etiam
96 ex iure communi, nedum ex hoc statuto, debitor qui aliud in bonis non habet, quã nomina debitorum, qui negant debitum, compelli potest à creditore, vt ea sibi, immo & alteri cuicumque cedat, vel hypothecet, *vt not. Bald. in l. etiam nu.* 6. *vers. quid si debitor meus vbi & addit littera D. C. de exc. rei iud.*

X

Iuxta causarum naturam proce.

97 dat) vnde poterit principalis creditor cessionarius nominis debitoris procedere via executiua contra ipsum nomen sibi cessum, idest debitorem debitoris, vbi debitor principalis in forma Cameræ eidem principali creditori obligatus reperiatur, sicuti censuit Sac. Rota *in causa Romana confignationis sequitur coram Cardinale Horatio Lancellotto* 16. *Ianuarij* 1598. quę est septima inter impressas per *Zacchiam ad Gallesi. de oblig. Camer.* qua de re loquitur etiam idem *Zacch. ad quæst.* 5. *eiusdem Gallesi. nu.* 30. quoniã
98 qui habet nomen debitoris obligatum, aget contra debitorem vtili actione, quæ primo debitori contra ipsum secundum debitorem competebat directa *l. nomen vbi glos. verbo Vtilibus & Doct. C. quæ res pignor. oblig. poss. not. Bart. in l. si conuenerit.* 18. *num.* 3. *vers. ille qui habet nomen obligatum ff. de pignorat. actio. & Paris. in cad. decis. citat. cons.* 107. *num.* 88. *& seq. lib.* 3.

Y

Quatenus creditor exigere poterit)

99 dictio quatenus exponitur in quantum, & pro ea parte, *l. quatenus* 24. *cum ibi not. ff. de reg. iur. Seraph. decis.* 545. *nu.* 1. *Alberic. in suo dictionar. verbo Quatenus, idest in quantum.* Nec verò
100 aliter liberatur cedens, nisi cessionario satisfiat argumento *tex. in l. quamdiu* 6. C. *de distract. pigno.*
101 cum per eiusmodi cessionem non sit inducta novatio, nec delegatio, nec enim hoc actum est in-
102 ter partes, attenditur autem illud, quod actum est ex regula iuris 34. semper in stipulationibus
103 *ff. de regul. iur. cum ibi not.* & nouatio quidem nõ inducitur, nisi hoc expressè agatur *l. fin. C. de novat. §. præterea inflit. quib. mod. tollit oblig. not. Gabr. concl.* 1. *de nouat. num.* 1. neque hic vllo mo
104 do alias considerari possunt coniecturæ efficaces, ex quibus nouatio censeatur inducta, vt per *Dec. cons.* 400. *circa fin. Gabriel. dicta conclus. nu. Rot. diuers. decis.* 552. *num.* 562. *n.* 1. *par.* 1. *& dec.* 797. *nu.* 10. *ead. par.* quod verò attinet ad delegationem, ea plane hoc loco deduci non potest,
105 quoniam ad eam inducendam tria concurrere debent iuxta communem Doct. opinionem, de qua testatur *in l. singularia num.* 27. *ff. si cer. pet.* scilicet primò, quod delegatus sit debitor delegantis; Secundò, quod delegatus promittat per stipulationem de mandato ipsius delegantis; Tertiò, quod tanquam debitor promittat *Surd. decis.* 23. *n.* 6. & alii pluresab eo allegati, in casu autẽ sta
106 tuti nostri vltima duo requisita non concutrunt, ad hæc conferunt maximè *not. per Surd. d. decis. num.* 8. *& seqq.* atque tradita per Sac. Rot. *in caus. Bononien. pecuniaria coram Lancellotto* 13. *Ianuarij* 1581. *& in Veneta literarum cambij coram Gypsio* 23. *Maij* 1583. *qua decisa reperitur impress. penes Marches. de comiss. par.* 1. *§.* 2. *fol.* 873. & in eadem causa *coram eodem Gypsio* 12. *Martij* 1595 *apud eundem Marches. par.* 2. *fol.* 475. Vnde
207 non est mirum, quod ex ipsius statuti dispositione non liberatur cedens, quinimò reseruatur etiam creditori cessionario ius executionis, & realis & personalis faciendæ contra debitorẽ suũ.

Z

Non liceat etiam debitori debitoris)

108 nam & iure communi cautum censetur, quod vbi cessio nominis denunciata sit debitori, non liberetur debitor, si soluat priori suo creditori, & non cessionario, per *tex. in l.* 3. C. *de nouat. Fulgos. cons.* 186. *pro determinatione n.* 1. *vers. cõsultè Alex. cons.* 15. *viso & considerato num.* 4. *volum.* 6. quodque debitor sciens cessionem, sui nominis factam male soluat alteri, quam cessionario, communem dicit opinionem *Romã. cons.* 102. *in prin.* ibi nec soluto fieri potuerat, tenuit *Cuman. cõs.* 4
109 *domina Stella col.* 1. *Tusch. concl.* 185. *num.* 28. *littera* C. attamen articulus vti requirere videtur distinctiõnes, & declarationes, de quibus agit præcipuè *Iaf. in l si cum emptore* 16. *ff. de pact. num.* 7. *& seqq. Tusch. dicta conclus. num.* 11. *& seqq.* quid quid verò sit de iure communi, statutum nostrum
110 ad tollẽdas disputationes apertè præscribit, quod non liceat etiam debitori debitoris, postquam sibi cessio denunciata fuit, aut in iudicio fuerit per primum creditorem interpellatus suo creditori soluere, alioqui iterato ad solutionem vrgeri possit, cumque statutum formam contineat, vt apparet ex verbis Rubricæ, seu tituli iuxta tradita per *Asin. in pr. ff. iudic. §.* 3 *cap.* 33. *nu.* 1. *& per Mascard. de gener. statut. interpr. consl.* 9. *sub nu.* 80 *circa finem*, ab eo planè recedi non potest, *vt ex Mascard. per tot. illam concl.* & ex aliis supra tactis demõstrauimus, præcipuè ad hoc ipsum *c. sub lit. L. verbo Habita ratione & c. assimil. in fin.*

De executione facienda iuris ordine seruato.

Cap. CXCV.

IN causis, in quibus executio, *a* iuris ordine seruato, *b* fieri debet, vt sunt Summarię, & aliæ, in qui V
bus exprimitur, *c* pri 38
mo pignori capiantur mobilia, quæ si per executorem non reperiantur, *d* facta per ipsum

ipsum fide, cui stetur, *e* ita vt contrarium probari non possit, Iudex *f* parte aliter non vocata, immobilia, *g* si summa patiatur, & debitoris qualitas ita requirat; *h* prout sibi videbitur, capi mandet. Si vero non erunt immobilia, vel summa, vt dictum est, non patiatur; *i* personalis executio committatur, & demum ad nomina debitorum, vt supra in præcedenti capite dictum est, deueniatur.

SVMMARIVM.

1 *Executio iuris ordine seruato dupliciter peti potest ex iure communi, & num. 2. Intellige, vt num. 3. & 4.*
5 *Animalia inter mobilia connumerantur.*
6 *Executio in rebus mobilibus quo ordine sit facienda.*
7 *Nuncio, seu Apparitori creditur fidem facienti mobilia non reperiri, super quibus fieri possit executio, ita vt ex statuto contrarium probari non possit. & num. 8.*
7 *Nuncio credendum est ex iure communi, dummodo contrarium probari non possit.*
10 *Præsumptio iuris, & de iure dicitur, vbi lex, vel statutum aliquid decernit, & vetat, ne contrarium probari possit.*
11 *Executio facta super immobilibus, existentibus mobilibus, non est nulla de iure communi, sed ab ea appellari debet tanquam ab iniusta.*
Contrarium, remissiuè, vt num. 12.
Distingue, vt num. 13.
14 *Citatio non est necessaria, vbi quis non potest contradicere.*
15 *Verba, Prout sibi videbitur, important arbitrium boni viri.*
16 *Vir bonus quis dicatur.*
17 *Arbitrium boni viri quomodo describatur.*
18 *Iudex describitur vir bonus, iurisdicendi, & aquitatis peritus, ad id munus publica auctoritate vocatus.*
19 *Executio, iuris ordine seruato, quomodo fiat: Et quid ex dispositione statuti? & n. 20.*
21 *Statuta locorum attendi debent circa ordinem, & modum executionum ibidem faciendarum.*
22 *Posteriora derogant prioribus.*
23 *Nigro, seu textui, potius standum est, quàm Rubricæ, seu Titulo.*
24 *Executio in quibus bonis fieri non possit, vel in subsidium tantùm; & quibus exceptionibus impediatur, remissiuè.*
25 *Executio contra tertiũ possessorẽ impeditur de iure, & præsertim si possessor protestetur, ne in talibus bonis fiat executio, quia sua sunt.*
26 *Citatio partis requiritur in executione sententiæ.*
Amplia, vt num. 27.

ANNOTATIONES.

A Vris ordine seruato) de quo scilicet *in l. à Diuo Pio 15. §. inuenditione ff. de re iudic. vbi* Bart. Alex. *& alij* materiam illã plenius prosequuntur.

B Fieri debet) executio autẽ ista dupliciter peti potest ex iure cõmuni, vno 1 modo videlicet adito quouis Iudice ordinario, eique exhibita sententia, cum petitione executionis, quo casu iudicati actio dicitur intentari, 2 altero modo si imploretur nobile officium Iudicis, qui sententiam tulit, pro eiusdem sententiæ executione, & quidem vterque modus iure communi probatur, vt per iuris interpretes *in l. intra dies 7 ff. de re iud. vbi Bart. num. 1. Alex. num. 4.* 3 *Ias. num. 3. Rip. nu. 3.* ita tamen vt in priori modo oporteat procedere per viam Iudicij ordinarij; in altero autem summarius processus sufficiat, prout declarat *Bar.* quem Doct. sequuntur 4 communiter *Alexan. & Iasone testibus ibidem*, quod autem postremo dictum est de sentẽtiæ executione obtinenda per officium Iudicis, qui sententiam ipsam tulit, limitatur, vt non procedat in sententia iudicis delegati, nec in sententia arbitri, nec in sententia à qua est appellatum, quas quidem limitationes singulas ponit & probat *Maran. in suo specul. 6. par. 3. & vltim. act. nu. 3. & tribus alijs seqq.* ideo satis sit auctorem indicasse. Cæterum de executione sententiarum habemus speciale statutum supra cap. 87. ex quo quidem facilis redditur executio ad fauorem creditoris, cuius praxim explicat *Luc. Pat. lib. 8. cap. 1. nu. 4. & seqq. de execut. rei iudic.*

C Primo pignori capiantur mobilia) 5 idem dicendum est de animalibus, nam & ipsa mobilia sunt *l. mouentium 93. ff. de verb. signif.* sicuti dispositum etiam reperitur in *dicto §. in venditione in princ.* vnde statutum interpretationem recipere debet, in illis verbis, primo quidem res mobiles, & animalia capi pignori iubent, sed & 6 *glos. ibidem verbo Animalia not.* amplius, quod etiam in rebus mobilibus is ordo seruari debeat vt prius executio fiat in ijs mobilibus, quæ minus debitori noceant, & maximè in pecunia, quam *glos. sequitur idem Bart. num. 5.* qui eam extendit etiam ad immobilia, ita nimirum, vt pro modico debito non vendantur res magnę immobiles, cum modicæ vendi, possint iuxta *glo. in l. quamdiu* C. *de distract. pignor. Alex. num. 3. Ias. num. 10.* qui ambo testantur opinionem *glos. & Bar.* communiter à Doct. approbari.

D Facta per ipsum fide, cui stetur) 7 sic etiam ex iure communi probatur, mobilia debitoris non reperiri, super quibus executio fieri possit, nempè per relationem nuntiorum, seu apparito-

paritorum, quibus de hoc creditur, nec opus est alia discussione *Bart. in dicto §. in venditione nu. 7. vers. vel dic. vbi & subiungit, quod hoc observat consuetudo facit tex. in l. magis puto 5. §. ne tamen ff. de reb. eor. & in cap. cum parati. 19. & ibi glos. verbo Suus nuntius de appell. Alciat. de præsump. regul. 3. præsumpt. 14. sub num. 1. vers. item vt creditur in discussione bonorum Tiraquell. de de retract. §. 8. glos. 9. num. 9. num. 28. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 112. in fin. Gabriel. consl. 4. nu. 11 de cita. Asin. in prax. iudic. §. 9. cap. 19. Tusch. cone. 155. num. 52. & seq.* qua de re superius etiam diximus ad cap. 39. litera D. verbo Fideiussoriam cautionem, vbi & huius conclusionis rationes attulimus.

E Et ita vt contrarium probari non posit) circumscripto autem statuto, secus dicendum esset, iuxta regulas iuris cõ
8 munis, nam in omnibus casibus, quibus nuncio credendum esse dixerunt ipsius iuris interpretes, illud semper exceptum intelligitur, vt contrariũ probari possit *gl. in c. 3. si testis verbo In executoribus 4. q. 2. & 3. & in c. proposuisti verbo Non probatur 82. distinct. Angel. Imol. & Alex. in l. qui bona §. qui damni ff. de damn. infec. Tiraq. de retract. §. 4. glo. 1. n. 6. Asin. in prax. iudic. §. 9. c. 11. Menoch. de præsum. præsum. 25. lib. 2. inf.* vbi & rationem affert quia cũ hæc sit sola præsumptio,
9 iuris scilicet, contrarium probari potest, verum placuit nihilominus iuris nostri municipalis conditoribus statuere, vt per relationem executoris stet præsumptio iuris, & de iure, cum expressè adiecerint, vt contrarium probari nõ pos
10 sit; nam hæc quidem præsumptio iuris, & de iure dicitur, vbi lex, seu statutum aliquid decernit, & vetat, ne contrarium probari possit, vt præcisè *notat Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 3. num. 20.* quod ab eis factum crediderim, vt citius lites finiantur, dum facilis, & summaria redditur executio sententiarum, & maximè, quia modici damni esse videtur debitori, quod executio fiat potius super immobilibus, quam super mobilibus, vnde non ideo de iure communi nulla esset talis executio, licet probaretur, quod mobilia in executione capi potuissent, & nihilominus
11 capta essent immobilia, sed ab ea potius vt iniusta appellari deberet iuxta sententiam *Bart. in d. §. in venditione num. 9.* quam tamen reprobat
12 *Ias. ibidem num. 19.* & bonis quidem rationibus, licet eam videri magis communem asseueret,
13 sed ita conciliantur istæ opiniones, nempe vt *Bart.* opinio procedat, vbi in sententia expressus non fuerit ordo tenendus in executione, & aliter facta fit executio, quam iure communi, vel municipali præscriptum sit, altera verò locum habeat, quando Iudex in sententia dixit, vt primo mobilia, deinde immobilia capi deberent in executione, hoc enim casu si contrafactũ fuerit, executio est ipso iure nulla, ita distinguit *Gabr. concl. 2. de execut. rei iudic. num. 2.*

F Parte aliter non vocata) quia nec pars ipsa audiri posset, volens contrarium probare, vt in proximè præcedentibus verbis statuti nostri, vnde
14 nec debet citari, cum non possit contradicere ex *(ita in l. nam ita Diuus 39. ff. de adop. & in l. qui potest 26. ff. de regul. iur. vbi Doct. & præcipuè Dec. num. 2. Mil. in suo repert. verbo Citari non oportet ad actum, Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defic. cit. num. 20. Alex. cons. 30. num 4. & cons. 6. num. 21. lib. 3. Rom. cons. 112. num. 2. & plures alij citati per Gabr. concl. 1. de citat. num. 348.* vbi de communi opinione.

G Si summam patiatur, & debitoris qualitas ita requirat) nec enim pro exigua quantitate debiti fieri debet executio in immobilibus magni pretij, vt supra deduximus ad hoc c. *tub* litera C. verbo Primò pignori capiãtur mobilia, ideo si modica sit summa debiti, & persona debitoris sit vilis, tum deuenitur ad executionem personalem, & in mandato executiuo adijcit Iudex, quod capiatur debitor iuxta praxim, qua n tradit *Luc. Pat. lib 8. cap. 4. de execut. rei iudic. sub numero 1. & cap. 2. num. 10. de execut. rei iudic. in ordin. eod. lib.*

H Prout sibi videbitur) per hæc verba
15 boni viri arbitrium tantum concessum est, perinde ac si dictum esset, prout Iudici quasi viro bono videbitur, vt probat *tex. in l. fideicommissaria libertas 46. §. eorum* ibi si tibi videbitur, peto vt manumittas, ita enim hoc accipiendum, si tibi quasi bono viro videtur, idem comprobat *tex. in l. continuus 137. §. eum ita in princ.* ibi vt totam eam rem ad Iudicem ideſt bonum virum remittamus, *not. Me-*
16 *noch. de arbitr. iudic. q. 8. nu. 2.* At vir bonus quis sit, eleganter, ac breuiter describit *Horat. lib. 1. epist. ad Quinct.* his verbis.

Vir bonus est quis?
Qui consulta patrum, qui leges, iuraq; seruat
Quo multa, magnaq; secantur Iudice lites.

pluribus verò *Alex. ab Alex. lib. 6. dierum geniali cap. 1.* Arbitrium verò sic regulatum diffinitur, seu describitur ab eodem *Menoch. eod. tract. q. 6. n. m. 2.* vt sit concessio à lege, vel homine facta, qua possit is Iudex, quid sentiat iure, ratione, ac æquitate animi sui proferre sententiam,
17 quique nec in alium statuat quod sibi statui negari posset, tali porrò arbitrio vtetur Iudex, qui
18 ex sui natura diffinitur, vt sit vir bonus iuris dicẽdi, & æquitatis peritus, ad id muneris publica auctoritate vocatus *Claud. Cantiuncula de offic. iud. lib. 1. cap. 1. num. 1.* bonus quippè Iudex, vt inquit *Sanctus Ambrosius super Beati immaculati serm. 20. ad vers. miserationes tuæ domine, relatus in c. iudicet. 3. q. 7.* nihil ex arbitrio suo faciet, & domesticæ propositio voluntatis, sed iuxta leges, & iura pronuntiat, statutis iuris obtemperat, non indulget propriæ voluntati, nihil paratum, & meditatum domo defert, sed sicut audit, ita iudicat, & sicut se habet negocij natura, decernit, obsequitur ægibus, non aduersatur.

I Personalis executio committatur, & demum ad nomina debitorum)

Immo videretur demum ad personalẽ executio-
19 nem deueniendum, nam executio iuris ordine seruato ita fit, vt primo capiãtur mobilia, si extent, secundo immobilia, tertio nomina debitorum, quarto prædictis deficientibus capiatur debitor

bitor, vt docet *præll. Papien. in form. execu. senten. diffinit. verbo* Sapiens *nu.* 22. *Maran. in suo specul. par. 6. princ. alt. tertio, & vltimo numero 8. vers. hoc præsupposito Iaſ. in d. §. in venditione num.* 1. & probatur *ex eod. §. & ex l. 1. C. de prætor. pignor.* dum vtrobique cõſtituuntur tres gradus executionis, nempe mobilium, immobilium & iurium, quibus demum deficientibus, procedi-tur ad perſonalẽ executionẽ, niſi debitor bonis ceſſerit *l. 1. C. qui bon. ced. poſſ.* & ad id citari ſolet *glo. vlt ſingularis in l. 3. §. tutores, verbo* Vinculis *ff. de ſuſpect. tutor*, quæ tenet, quod non poſſit capi perſona pro executione ſententiæ, niſi quando diſcuſſione facta, nõ reperiũtur bona, cuius quidem *glo.* opin. communiter recepta eſt, vt ex plurium auctoritate ſupra demonſtrauimus ad cap. 193. ſub litera B. verbo Et ad carceres deduci; Verum licet iure communi, ita conſtitutum
20 ſit placuit nihilominus iuris noſtri municipalis auctoribus, hoc loco ita moderari ius cõmune, vt vbi executio ſuper bonis mobilibus, vel immobilibus fieri non poſſit, vel ſumma debiti non patiatur, vt ſuper immobilibus executio fiat, tum perſonalis executio fiat, & demum ad nomina debitorum deueniatur, quod factum cenſeri debet, vt litium ſit aliquando finis, & non ſint inutiles ſententiæ & mandata Iudicum à creditoribus plerunque longo temporis interuallo, ac magnis laboribus, & grauibus impenſis procurata, ſicuti executionibus, tã in res, quam in perſonas debitorum eoſdem ſtatuentes, ſingulariter aliàs ſuperius fauiſſe videmus, præſertim cap. 87. & cap.
21 193, nec dubium eſt, quin ſtatuta locorum attendi debeant circa ordinem, & modum executionum ibidem fiendarum *Iaſ. in l. cum quidam pu. l. 19. nu. 21. ff. de execut. omn. iud. Andr. de Iſern. in conſtitut. dilat. col. 3. in fin. Maran. d. alt. 3. nu.* 10. conferunt tradita per *Luc. Pat. dicto cap. 2. nu.* 12. *de exec. rei iudic. in ordinar.* Et quidquid ſit de rubrica ſeu titulo, & de primis verbis huius capitis, licet verba concepta ſint de executione facienda iuris ordine ſeruato, ſeruari nihilominus debet vltima eiuſdem capitis diſpoſitio, per quã retento in cæteris ordine executionis iuris communis, ſtatuitur, vt poſt executionem perſonalem, demum ad nomina debitorum deueniatur,
22 nã poſteriora derogant prioribus *l. pact. noviſſ. C. de pact.* Vnde etiam in ſpecie traditum eſt itan
23 dum eſſe potius nigro, ſeu textui, quam Rubricæ ſeu titulo, vti tenet, & plurium auctoritate cõprobat *Euerar. in ſuis locis argumen. loco à Rubro num.* 12.

24 Cæterum in quibus bonis executio non poſſit fieri, vel in ſubſidium tantum vide *Luc. Pat. d. c. 2. n.* 18. & 20. Et quibus exceptionibus impediatur, docet *Bar. & addent. ad eum alÿq. Doct. in l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. Coua. varia. reſ. lib. 2. cap.* 12. Verum caſum non omittam pro-
25 ferre, nempe quando executio fit contra tertiũ poſſeſſorem, tum enim iure impeditur executio, & præſertim, ſi poſſeſſor proteſtetur ne in talibus bonis fiat executio, quia ſua ſunt, vel à ſe poſſeſſa, vt eſt cautela *Angel. in l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus num.* 1. *ff. de re iudic. Caſtren. ibidem nu.* 2. & *probauit potiſſimum Rot. deciſ.* 22. *in impreſſis nomine Gregorij Papæ XV.*

26 Demum quæri pote ſt an in executione ſententiæ requiratur partis citatio, & videtur requiri *Dum. regul.* 94. *Gabriel. concl.* 1. *num.* 129. *& ſeq.*
27 Etiam ſi executio fiat ſuper eadem re, de qua fuit iudicatum, & inter eaſdem perſonas, quam ſententiam, tanquam æquiorem, ac humaniorem, ſequuta eſt *Rot. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano in cauſa Romana Sãcti Thomæ* 17. *Decembris* 1604. à qua plane non licet recedere, hanc quæſtionem dixit *Alex. in d. l. à Diuo Pio §. in venditione num.* 30. fortè vtilem eſſe, ſicuti aliam, quæ habeatur in ea l.

---

[a] De expenſis litis.

Cap. CXCVI.

IN qualibet cauſa, [c] victus victori expẽſas reficiat, non obſtante, quòd [d] de calumnia ſit iuratũ, & in ſententia ſit condemnatio omiſſa; niſi aliter per aliquod ſtatutum in aliqua cauſa diſponatur, in quarum repetitione, nullus ordo, nec ſolemnitas iuris requiratur: ſed folio vbi fuerint adnotatæ productio, & illarum examine Notario cauſæ vnica citatione præuia, commiſſo, per notarium examinentur: quo facto, per Iudicem taxentur, actorque iureiurando affirmet, tantum erogaſſe; iterũque reo citato, ad ſoluendum expenſas taxatas, contra eum mandatum executiuum, iuris ordine ſeruato, exequendum, relaxetur: & prædicta coram quibuſcumque Capitolinis Iudicibus, fieri debeant. Si verũ in ſententia condemnatio facta fuerit, coram Iudice ſententiam exequente, prædicta taxatio, & executio fiat.

SVMMARIVM

1 *Expenſarum litium argumentum, qui pertractarint.*

2 *Expenſarum litis quatuor ſunt ſpecies: nempe contumaciæ: retardati proceſſus, n.* 3. *rationc temeritatis, num.* 4. *victoriæ cauſa, num.* 5.

6 *Expenſæ litis veniunt ſub promiſſione damnorum, & intereſſe: licet ècontra, nomine expenſarum non veniant damna & intereſſe, & num.* 5.

8 *Dictio Quilibet, idem operatur, ac dictio Omnis excepto quid attributt in ſolidum & omnis, attribuit ſimul, & collectiuè,*

9 *Victus victori condemnatur in expenſis: tã*

in

in iudicio criminali, quàm in ciuili, & num. 10.

Et tam in sententia diffinitiua, quàm in interlocutoria, & num. 11.

Ampliat, & limita, remissiuè, vt num. 12.

Et quid si victus causam iustam habuerit litigandi? & num. 13. 19. 24. 97.

14 *Causa iusta litigandi excusat victum ab expensis, & num. 28. 39. 40. 53.*

Limita vbi expensæ peterentur iure actionis: tunc enim iusta causa non excusat, & num. 15. 18. 45.

Et quid seruetur in Rota Romana? & num. 47. 48. 49.

17 *Statuta ita sunt intelligenda, vt aliquid addant iuri communi, ne superuacanea videantur.*

Et ne quis indebitè damnum patiatur &c. & num. 29.

Et ne quantum fieri potest derogent iuri communi, & num. 43.

19 *Expensæ, quando per statutum decernuntur ad fauorem victoris debentur, iure actionis, nempe conditione ex statuto.*

Intellige, vt num. 20.

31 *Verba impersonaliter prolata tribuunt ius agendi, tàm in legibus, quàm in statutis, & num. 22.*

33 *Verba, si sint directa ad partes, faciunt oriri actionem.*

25 *Iudicis officio, quod venit, peti non potest iure actionis, vel obligationis.*

26 *Iudex non potest absoluere victum ab expensis, qui causam iustam habuerit litigandi.*

27 *Iudicis factum iuri non derogat.*

30 *Causa iusta excusat generaliter à pœnis legalibus, non autem à conuentionalibus.*

Item excusat à pœna compromissi, & n. 31.

Et à mera, & ab interitu rei, & n. 32.

Et à pœna talionis, & calumniæ, & n. 33.

Et excusat etiam à damno, & num. 34.

35 *Pœnæ non sunt extendendæ, sed restringendæ.*

36 *Temeritas generaliter loquendo, sonat in delictum, & est punibilis.*

37 *Argumentum à contrarijs valet.*

38 *Statutum generaliter loquens non debet generaliter intelligi, quando non est eadem ratio omnium, quæ sub generalitate comprehendi possent.*

41 *Doctori attestanti de consuetudine credi debet.*

Intellige, vt num. 42.

44 *Statutum disponens in materia iuris communis, nihil addendo præter, vel contra interpretari debet, vt ipsum iur. commune.*

46 *Pacta contrahentium generaliter intelligun tur, nec restrictionem admittunt.*

50 *Causæ iustæ litigandi ad effectum excusandi victum ab expensis, quæ censeantur, remissiuè.*

51 *Debitor totum debitum negare potest, quando creditor plus debito petit.*

Intellige, vt num. 52.

54 *Debitor, qui negat totum, sciens se debere partem, an constituatur in mora quoad totum? & num. 55.*

56 *Victus non præsumitur iusta de causa litigasse.*

57 *Iuramentum calumniæ à victo præstitum, non excusat ab expensis.*

Contrarium, num. 9.

58 *Præsumptio validior superueniens excludit priorem.*

60 *Expensæ litis debentur pro rata victoriæ: & si debentur iure actionis, peti possunt, etiã post sententiam, & num. 61.*

Secus, si debeantur ex officio Iudicis mercenario, & num. 62.

63 *Actio durat etiam post sententiam, non autem officium Iudicis.*

64 *Iudex non potest sibi reseruare condemnationem, vel absolutionem expensarum.*

Intellige in sententia definitiua, non autem in interlocutoria, & num. 65.

Et in sententia delegati, num. 66.

Nisi talis esset delegatus, qui suam sententiam exequi possit, & num 67.

68 *Delegatus à Principe potest suam exequi sententiam, non solùm de iure Canonico, sed etiam de iure Ciuili, & num. 69.*

70 *Iudex si absoluat in sententia victum ab expensis, an absolutio sit valida? & num. 71.*

72 *Sententiæ acquieuisse videtur, qui ab eius grauamine non appellat.*

73 *Victor in quo casu non appellet ab expensis, & num. 74. 84.*

75 *Victor appellare potest ab expensis, vbi Iudex victum expressè ab eis absoluisset.*

76 *Iudex in sua sententia declarare debet, quare non condemnet victum in expensis.*

77 *Iudex non tenetur victum condemnare in expensis, nisi id fuerit petitum, & sufficit saltem implicita petitio, & num. 78.*

79 *Victor, qui insteterit pro expensis an possit agere contra Iudicem, qui petitione non obstante, condemnationem rei victi ad expensas in sententia omiserit? & num. 80. 81. 83. 85.*

82 *Officium Iudicis mercenarium, quod competit pro expensis, finitur per sententiam ipsius Iudicis.*

86 *Iudex si victori soluat expensas, an eas possit à reo victo iure repetere, & num. 77.*

Et an si expensæ non petantur, possit nihilominus

minus partem victam in eas condemnare? & num.90.91.92.

88 *Iudex damnatus in syndicatu nihil potest repetere à parte, pro qua soluerat.*

89 *Iudex petere non potest vt sibi cedantur iura ab eo cui ipse expensas de suo persoluit.*

93 *Iudex potest ex officio mulctare contumacem, & parti mulctam indicere ante litem conte statam, & potest condemnare in expensis contumacialibus. & num 94.*
Nec non potest ex officio mercenario condemnationem expensarum in sentẽtia omissam supplere eadem die lata sententia. & num.95.

96 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.*

98 *Casus exceptus à statuto extenditur ad consimilem casum, quando statutum disponit in materia Iuris.*

99 *Statutum tollens iuris solemnitates est validum.*

100 *Statuta semper sunt valida, licet repugnent Iuri positiuo, vel naturali mutabili: secus si repugnarent Iuri Diuino, vel Iuri naturali immutabili.*

101 *Citatio requiritur, vbi quis ex actu ladi potest & contradicere posset, si esset præsens.*

102 *Appellatio permittitur ab excessiua taxatione expensarum: licet à condemnatione expensarum, & à sententia principali non fuerit appellatum. & nu.104.*
Est tamen exprimenda causa excessus. & num.105.
Et seruanda sunt solemnitates seruari solitæ in appellatione ab executione, vel ab alia sententia interlocutoria, & num.106.

103 *Appellatio datur ab excessu in modo exequẽdi*

167 *Taxatio expẽsarũ vim habet interlocutoriæ.*

108 *Citatio rei necessaria est in taxatione expensarum.*

109 *Iudex condemnans quem simpliciter in expensis, Iuris dispositionem exequitur.*

110 *Grauari de facto potest reus in taxatione expensarum.*

111 *Expensarum examen potest de Iure committi per Iudicem alteri, quàm Notario causæ: secus verò ex statuto.*

112 *Peritis in arte credendum est.*

113 *Notarius dicitur oculus Iudicis.*

114 *Testium examine commisso Notario, censetur etiã cõmissũ iuramentum ipsorum testium.*

115 *Expensarum litis cognitio quanam requiritur ex statuto.*

116 *Taxatio Iudicis præcedere debet iuramentum victoris. & nu. 118.*

117 *Iuramentum victoris est veritatis, non affectionis.*

119 *Capitaneus appellationum excluditur à cognitione expensarum.*

120 *Accessoria causa pertinent ad Iudicem, sicut principale eiusdem causæ.*

121 *Expensæ litis sunt accessoriæ, & dependentes à lite super negocio principali.*

122 *Executio facta pro sorte principali super una re, potest etiam in eadem fieri pro expensis.*

123 *Statutum loquens de executione facienda pro debito principali habet locum etiam pro expensis litis*

ANNOTATIONES.

A 1 HAnc materiam commentariis propriis licet breuibus complexi sunt *Iacob. de Aren. Lanfranc. de Arcad. & Fedric. Schinck* vnus post alium *inter tractat. vniuers. iur. tom. 3. par. 2.* præter *Canonistas in c. finẽ litibus de dol. & cont. & legistas in l. properandum §. sine autem alterutra C. de iudic. & Franc. in cap. sæpè contingit. 44. extr. de appell.* & recentius *Carpan. ad stat. Mediol. cap. 55. par. 1.* Quatuor autem species expensarum iudicij ex iure colliguntur, quædam dicuntur contumaciæ, de quibus in *l. sanctimus C. de iudic. & in cap. fin. extra de dol. & contum.* 3 aliæ retardati processus, vt in *l. non ignorat C. de fruct. & lit. expen. & in cap. finem litibus de* 4 *dol. & contum.* aliæ ratione temeritatis, de quibus *in l. eum quem temere ff. de iudic. & in cap. si.* 6 *de dol. & contum in 6.* quædam victoriæ causa, & de his agitur *in l. properandum §. sin autem alterutra C. de iudic. in §. oportet authen. de iudic. & in c. fin. de maior. & obed.* hanc expensarum distinctionem tradit *Aret. in §. hæc autem omnia num. 1. & 2. instit. de pœn. temer. litig.* & plenius exornat *Asin. in prax. iudic. §. 32. cap. 1.* Sit 6 notandum est, quod expensæ iudicii, seu litis veniunt sub promissione damnorum, & interesse, 7 vt probat *Alex. cons. 34. in fin. lib. 3.* licet contra nomine expensarum non veniant damna, & interesse, vt sentit *Bald. in l. terminato sub num. 13. vers. modo quæro C. de fruct. & lit. expẽs. noi. Luc. Pat. lib. 9. cap 1. de expens. lit. nu. 4.*

B In qualibet causa) ideſt in omni causa, 8 nam dictio quilibet idem operatur, quod dictio omnis, excepto quod quilibet attribuat in solidum, omnis verò simul & collectiuè *l. si pluribus 45. in prin. vbi gl. verb. sed omnes ff. de leg. 2. Bar in l. hoc articulo 27. n. 3. vers. oppono & videtur ff. de hared. instit. Dec. cõs. 527. in Ciuitate Rauenna sub n. 12. vers. tertio respondetur Corn. cõs. 123. n. 4. & cons. 321. n. 5. lib. 3. Mandos. ad regul. Cancell. 12. quæst. 6. nu. 9.*

C Victus victori expensas reficiat) 9 idipsũ etiã iure cõi regulariter cautũ reperitur, *l. eum quem temerè ff. de iudic. l. properandum §. sin autem alterutra C. eod. tit. cap. finem litibus e dol. & cõtum. c. calumniam de pœn. Aret. in §. h e*

autem omnia *n.1.et seqq.inst.de pœn.temer.litig. Soc.iun.cons.36.num.14.vol.2. Abb cons.5. nu.2.Couar.pract.quæst.cap.27.nu.1. Lanfran. de Aria.tract.de expens.num.2. Feder. Schenc. tract.de expil.in iudic.fact.n.1.Asin.in prax.iudic. ior.§.32.c.2.n.1.*qui subinde eamdē regulā,& cōclusionem aliorū auctoritate cōprobat, atq; etiā variis āpliationibus, ac limitationibus prosequitur,ac exornat *Surd.cons.142.n.1.lib.5.* Quæ qui-
40 dē regula procedit etiā in iudicio criminali, sicut in ciuili *Bar.in l.1.n.13.ff.ad Turpil.*vbi de cōi opin.*Couar.pract quæst.c.27.*qui pariter de cōi, & ita tenere Canonistas cēs asserit *Bal in authen.generaliter nu.12.C.de epis.& cler.Alba. cōs. 5.n.1.vol.1.*vbi etiā de cōi opin.*Asin.d.c.2. ampliat.1.*vbi plenissimè articulū istū declarat limit. aliquot adiectis *Surd.d.cōs.& n.1.Carpā.ad stat.*
41 *Mediol.c.55.n.2.tom.1.*Et procedit tā in sententia diffinitiua,quā in interlocutoria secundū *Bal. Angel. Alex.et alios in d.§.siue autē alterutra* vbi præcipuè *Ias.n.19.*testatur de cōi opin.*Couar. d. c.27.n.2.vers.quinto hæc condēnatio Surd.d.cons.*
42 *142.n.1.Asin.d.c.amplia.18.*vbi etiā explicat quādo,& quemodo locus sit huic ampliationi,& istæ duæ āpliationes ad prædictā regulā præcipuę sūt, quā tamen idem *Asin.* aliis septuaginta septem ampliationibus,seu potius declarationibus,& limitationibus 33.eod.cap. doctissimè illustrauit.
43 Quid verò dicēdū, vbi victus causā habuerit iustā litigādi? hic distinguē dūplanè videtur hoc modo,aut de iure cōi simpliciter loquimur circūscri-
44 pt ostatuto,& iusta causa litigandi victū excusat ab expēsis ex *tex.in l.qui soliti 80.§.*etiā Respub. ibi nec illud seruabitur in litis sumptibus, si ratio litigandi non fuit *ff.de leg.2.§.oportet,vbi & glos.* 1 *in verb solo vers.aliud etiā notū auth.de iudic.gl. magna in c.finē litibus vers.onde hic distinguitur de dolo.& contu.Doct.in l.properandū §.siue autē alterutra C.de iudic.Couar.d.c.27.nu.3.vers.sexto condēnatio expensarū*, qui hāc asserit cōem esse opin. *Alb.cons.5.nu.3.*qui hanc dicit limitationem vulgatissimam ad regulā prædictā *par.1.Cremen.sing.121.atq;ex centū alij quos congessit Asin. d.§.32.cap.1.limit.1 ad regulam supra positam.*
45 Limitatur tamen hæc cōclusio,vt nō procedat in aliquibus casib. post eādem *limit.ab ipso Asin.* expressis,& generaliter vbi expensæ petuntur iure actionis,tunc enim iusta causa litigādi ab illis non excusat iux.*glo.in l.3.verb.fortassis ff. de leg.3.*quā singularem dicit,& sequitur *Castr.in d.§.siue autē alterutra n.4.Ias.ibidē n.4.Ale. n.4. Cremen.d.singul.121.n.2.Asin d.c.2.sub limit.1.ad 1.limit. n.3.Luc Pat.d.c.de expens.lit.n.2.*Aut loquimur,vbi adest statutum disponens,quod victus
46 victori in expensis condemnetur, & in hoc casu dissentiūt inter se Doct.quamplurimi,vt præcipuè cognosci potest apud *Gab. conc.1.de expens.*vbi tamen plures stare videntur pro ea opin. quod p eiusmodi statutū tollatur ius victo defendendi se ab expensis prætextu iustę causæ,quā habuerit litigādi,& hāc opin.videri magis cōem asserit ibid. *Gab.sub n.1.*& cōem ex aliorū testimonio testatur *Asin.cōpluribus relatis d.§.32.c.1.limit.3.sub n.4.*& ita pariter contestatur *Couar.d.c.27.sub n.4.*multoq;pariter eiusdē sententiæ Doct.recen set *Carpan.ad stat.Mediol.c.55.n.80.*nititur autem hæc opinio duobus fundamētis omissis ,aliis quæ minus vrgenti primū est,q statutū nihil aliis operaretur,quia sat certū est iure cōi,q iusta causa litigādi victū tuetur, ne in expēsis condēnetur vt supra proximè demonstrauimus; statuta verò
47 ita debent intelligi, vt aliquid addant iuri communi,ne superuacanea videantur; vt in terminis nostris sensit *glo.* & *Doct.dicta singul.in §.1.verb. Cunctam Marsil.singul.207.in cp. victus,&* generaliter de interpretatione statutorum,id ipsū *not. Mascard.concl.12.n.17.* & ita intelligi debere verba, ne sint supersua,sed vt aliquid operentur et in priuilegiorum cōcessione, quæ tamen stricte intelliguntur,exprimit *tex.in c.si Papa vers. cum enim de priuileg.in 6.*& pro argumento *facit tex.in l.si quando 112.in princ.ff de legi.1.not expresse Bart.in l.3.§.Prætor num.15.vers.quare quid si statutum ff.de damn.infect.& in l.3.n.3. vers.quid si in statuto ff.de vsucap.*Alterum fun-
48 damentum est,q vbi debentur expensæ litis iure actionis,iusta causa litigandi ab eis non excusat *glo.in l.3.si rem,verbo Fortassis ff.de leg.3,*cum aliis proximè supra citatis, sed vtique debentur in casu nostro iure actionis, nēpe cōdictione ex
49 statuto,quando per statutum decernuntur ad fauorem victoris,vt sensit *Bart.in l.3.§.si rem n.3. ff.de leg 3.& in l.1.nu 3.in fin.ff.ad leg. Falcid. Matthesil.singul.80.in fin. & ibi Sarayn. in not. num.7.Petr.Ramen.singul.654.Statutum fi xit Carpan.ad stat.Mediol d.c.55.n.88.Asin.d.§.32. n.1.limit 3.ad limit.n.4.Luc.Pat.d.c.de expens. sub n.23.in fin.* cōsequenter iusta causa litigandi nō excusat ab expēsis,vbi viget eiusmodi statutū.
50 Cæterum propositio minor argumenti prædicti ita declarari debet,vt locum habeat, vbi statutum non dirigit verba in iudicem, veluti quādo simpliciter dicat,q victus victori condemnetur in expensis, prout Doct. facti speciem ponūt
51 cū enim verba impersonaliter proferuntur,competit ius agendi,vt in *authent. sacramenta puberum C.si aduers.vendit.l.statuas 41.ff.de acquir. rer.dom.& l.si verò §.prater.vers.si seruus insciē te ff.de his qui deiec.*& hoc tam in legibus,quam in statutis,vt docet *Bart.in l.vnic.sub n.6. vers. quandoque verba ff.de condic.ex lege.* vel si dicatur victus victori expensas reficiat,vt habet statutum nostrum,quod nimirum dirigit verba in par
52 tes,quo casu semper oritur actio *vt in l.2.ff.ad l. Aquil.& in l.item veniunt §.pridie ff.de pœti.id-* que comprobatur ex omnibus interdictis restitutoriis,dicitur enim restitues &c. *tit.unde vi per tot.& ne quid in loco publico l.2.tradit Bart.in d. l.vnic.n.6.vers. primo casu semper oritur actio*; Porrò cum statutum non dirigit verba in iudicē, videtur aliquid addere iuri communi,nēpe vt inducat obligationē quādam ipsius victis aut eam victori tribuat, ita vt victus teneatur victori ad expensas,vel victor expensas petat,& obtineat à victo,atque in hac specie licet causa iusta aliōqui excuset victum ab expēsis,poterit tamē victor expensas petere à victo,etiam si iudex earum condemnationē omiserit,quasi actionem victor habeat, scilicet condictionem ex statuto ad eas petendas, vt considerauit *Matthesi.dict.singul. 80. & Sarayn. ibidem in annot. num. 7.Couar.d. c. 27.sub num.4.vers.sunę famę posset.Alex.in l.1.n. 22.ff.ad l.Falcid.per tex.in l.vnic.ff. de condict. ex lege.*

Quod

Quod si verba statuti in Iudicē dirigentur exēpli gratia Potestās,& Capitaneus cōdemnent, tū
24 Iudicis officio mercennario deberentur expensæ iuxt. *glo. ſi. in l. ſi res obligata 60. per illū tex. in fin. ff. de leg. 1. & glo. in l. ſi error verb. Reſtitui verſ. itē ex eo quod dicit, iubebit,* C. *de collation. & ibi Alex. Dec. & alij not. Bal. in l. terminato n. 14.* C. *de fruct. & lit. expenſ. Bart. in l. vnic. ſub nu. 6. ff.*
25 *de cond. ex lege et in l ſolent nu. 7. ff. de adim. & cibar. leg. Saraÿn, in d. annot. n. 1.* nō autē deberentur iure actionis, quia regula eſt, quod id, quod venit officio Iudicis nō poteſt peti iure actionis vel obligationis ex *tex. in l. qui per collactionem. 51. §. 1. ff. de actio. empt. et l. Quintus 7. ff. de annu. leg. not. Matheſil. d. ſing. in fi.* Vnde hoc caſu victus ob iuſtā causā excuſaretur ab expenſis, nēpè vbi Iudicis officio debitæ fuiſsēt, contrāverò vbi actiones vel obligationis iure petitæ fuiſsēt minimè excuſaretur iuxta tradita p̄ Doct. ad prædicta iā citat.

Poſita demū concluſione ita firmata, q̄ vbi ex ſtatuto victori debeātur expensæ à victo, iuſta cauſa litigādi victū non excuſet ab expenſis, infertur
26 quod iudex non poſsit abſoluere ab expenſis victū, qui iuſtā habuerit causā litigandi, ita *Marſil. ſingu. 207. & conſ 37. n. 10. & in l. patre & marito n. 26. ff. de quæſtio. ex d. Salic. in l. 1. ſub n. 7. verſ. Statutū eſt in Ferraria Fel. in c. inter monaſterium. 20. in fi. verſ not. etiā quod ſi Statutū de ſent. et re iudic.* Carpan. d. c. 55. nu. 81. cuius dicti ea affertur ratio per *Sal. Felin. et Marſil.* quia Iudex ſic pronunciaret contra ſententiā ſtatuti, Iudicis verò
27 factum iuri nō derogat, vt legitur expreſsè in *l. 1. in princ. in final. verbis ff. de fer.*

28 Contrariā verò opinionē, nēpè, quod iſta cauſa litigandi excuſet victum ab expenſis etiā in caſu ſtatuti condemnantis victum victori in expenſis, multi Doct. grauiſsimi tenuerūt, & præcipuè *Bal. in l. terminato ſub nu. 14.* ibi quia ſtatutū debet intelligi ſecundū ius cōe C. *de fruct. & lit. expenſ.* quā opin. veriorem, & æquiorē dixit *Ale. in l. properandum §. ſiue autē alterutra ſub nu. 7.* C. *de iudic.* quem etiam ſequi videtur *Iaſ. ibid. n. 5. et ſeq.* & alii multi præterea, quos retulit *Gabr. d. concl. 12 de expenſ.* ibi contrariū verò, *addit. ad conſ. Alex. 183. lit. A. verbo ſtatuto lib. 5.* vbi quod hæc eſt veritas, & ita ſeruatur *Conar. pract. quæſt. c. 27. ſub nu. 4.* ibi eamdemq; ſententiā ipſe veriorem eſſe cenſeo *Aſin. d. §. 32. c. 1. limit. 3. ſub nu. 8. verſ. præterea.* vbi probat hanc opinionem magis cōiter eſſe receptā, ſic *Mandoſ. ad regul. Cancell. 29. q. 11. n. 12. Carpan. d. c. 55. ſub n. 81. verſ. contrariā antē partē,* vbi alios refert eiuſdē opinionis, & vnū inter cæteros dicentem hāc veriorem, & fortè magis cōem *Ludou. deciſ. Peruſ. 52. ſub nu. 3.* vbi aſſerit ita magis cōiter teneri, & obſeruari, quod pariter aſſeuerat *Maſcar. de gen. Stat. interp. cōcl. 2. n. 41.* atq; ita ſe vidiſſe interpretatū ſimile ſtatutū, & iuxta hāc opinionem iudicatū affirmat *Fulgoſ. conſ. 139. iux recent. impreſſ. verſ. ad tertium de Statuto Verona rationibus huius partis doctè, & copioſè deductis.* Fulcitur autem hæc concluſio in primis ex receptiſſima iuris regula, quæ haber,
29 quod ſtatuta ita debent intelligi, ne quis indebitè damnū patiatur, licet ſic intellecta redderentur fruſtratoria, ita vt nihil operarentur vltra ius cōe iuxt. *glo. in l. fin. §. in cōputatione verbo Confundantur in fin. quam Bart. ibidē nu. 8.* dicit notabilem, & menti tenendam, & ſequitur *Caſtr. ibid nu. 11. Dec. conſ. 37. nu. 7 verſ. præterea* vbi de cō opin. *Ruin.* qui & plures alios congerit *in l Gallus §. ſi filiam nu. 178. ff. de lib. & poſth. Oſaſc. de cif. 58. Statuto num. 8. Natt. conſ. 172. n. 3. & 4. & Aym. conſ. 221. n. 5. Mandoſ. ad regul. Cancell. 29. q. 11. nu. 13. Rol. conſ. 92 nu 14. lib. 4. probatur ex tex in c. cum dilectus, & in c. ad audientiā de cler. non reſiden. & vtrobique Ant. & Imol. not. Rot. deciſ. 432. n. 12. p. 1. diuerſ.* vbi, quod potius ferendum eſt aliqua verba non ſolum, ſed etiam totū ſtatutum eſſe ſuperfluum ne quis indebitè damnum patiatur *Maſcard. d. tract. concl. 4. nu. 119. & 121. & concl 12. nu. 5. & concl. 2. n. 42. Bruner. à Sol. in ſuo compend. propoſit. iur. verb. Statutum debet intelligi* vt ſit potius ſuperfluum, & demum plurimi alii à prædictis citati, neque contradictorem habet hæc regula damnum verò pateretur indebitè, qui condemnaretur in expenſis, cum iuſtam litigandi causā habuiſſet, hæc nāq; ex iure cōi victū ab expenſis regulariter excuſat, vt ſupra ſatis probauimus ſub initio huiuſce not. ibi quid verò dicendū vbi victus causā habuerit iuſtā litigandi? Vnde videmus, quod in cōpluribus aliis
30 caſibus iuſta cauſa excuſat, & quidē excuſat generaliter à pœnis legalibus, ſiue iuris canonici, ſiue iuris ciuilis ſint, licet ſecus fiat in conuentionalibus *glo. in l. ſi eum militaribus, verb. Diſtraxerūt* C. *de reſt. milit. Io. Andr. in c. 1. §. fi. de elect. in 6.* in nouellis, quem ſequitur *Bal. in d. §. ſiue autem alterutra ſub n. 2. & in auth. generaliter nu. 7.* C. *de Epiſc. & cler.*

31 Excuſat à poena cōpromiſſi *Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. ad arbitr. §. fin. verſ. item quid ſi compromiſſum Bald. in d. authen. generaliter. d. nu. 7. Iaſ. in d. §. ſiue autem alterutra ſub nu. 3.*

32 Excuſat à mora, & conſequenter ab interitu rei *glo. in l. in hac verbo Mora ſub initium verſ. nec placet illud, idē apertius probatur ex glo. in l. quod te. 3. verbo. Detrimentū ff. ſi cert. pet.* vbi & conſiderandus eſt præcipuè *tex. in l fin.* ibi ſed etiam ſi aliqua iuſta cauſa ſit, & idem *ex glo. in l. vltē 22.*
33 *verb. Cū petitū eſſet in prine.* Item excuſat à poena talionis, & calumniæ, vt per *Corſett. in ſuis ſingul. verbo Poena 1.* atque demum iuſtam causā à
34 damno regulariter excuſare, ità vt idcircò damnū paſſuo reſtituatur in integrū, docet *Vlp. in edicto ex quib. cauſ. maior. in integr. reſtit. l. 1. in fin.* ibi item ſi qua alia iuſta cauſa mihi eſſe videbitur, cuius quidem edicti cauſam nemo non iuſtiſſimam eſſe confitebitur, vt legitur in *princ. ipſius l.* comprobatur, quod victus qui iuſtam litigādi cauſam habuiſſet attentata diſpoſitione iuris communis, indebitè cōdemnaretur in expenſis, quia hæc poena eſt temere litigantium, vt in expenſis condemnentur *inſtit. de pœn. temlitig. in princ. iuncto §. hæc autem omnia in vltimis verbis*, quæ hæc ſunt, vt improbus litigator & damnum, & impenſas litis inferre aduerſario ſuo cogatur. idem habet *tex. in l. eum quem temere 79. in princip.* vbi inquit *Vlp.* eum quem temere aduerſarium ſuum in iudicium vocaſſe conſtiterit, viatica, litiſque ſumptus aduerſario ſuo reddere oportebit, ergo hæc poena non debet extendi ad eum qui iuſtam habuerit cauſam
35 litigādi, nam pœnæ nō ſunt extendēdæ, ſed reſtringendæ *l. ſancimus* C. *de pœn. l. ſi quis in ſuo §. Iegi*

C.*de inoff.testam.* & sine culpa non est quis puniē dus *c.sine culpa de reg.iur.in 6.c.2.de cōstit.& ibi glo.verb.Culpa caret,not.Dec.in l.non debet alteri 74.n.2 ff.de reg.iur.*& quidem generaliter loquēdo temeritas tonatiū delictū,& est punibilis *Farinac.conſ.114.n.10.vol.2.Tuſch.concl.25.lit.L.* quod & in ſpecie noſtra probatur *inſtit.de pœn.temp.litig.tū ex ipſo tit.tū ex tex.in prin.*ibi temeritas tā agentiū,quam eorum,cum quibus agitur modo pecuniaria poena,modo iurisiurādi religione,modò infamię metu coercetur,vbi verò nō est delictū,ibi pœna esse non potest *d.l.ſancimus in primis verbis*, ūcq; vti ex prædictis debitè punitur præcipuè in expēſis temerè litigās,ideſt ſciēs ſe nō habere ius,vt exponit *glo.prima in d.l.eum quem temere*,contra verò indebitè puniretur,qui non temerè,ſed iuſta de cauſa motus litigaſſet ar
37 guendo à contrariis iuxt *tex.in l.1.in prin.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.& inſtit.eod. tit.in prin.l.fin.ff de leg.3.cum ſimil.*neq; ſtatutū generaliter loquens,debet generaliter intelligi,quan-
38 do non eſt eadem ratio omnū,quæ ſub generalitate cōprehendi poſſent *glo.in c.vt circa 4.verbo Aliorū verſ.Sed dic.de elect.in 6.Caſtr.conſ.187.n.5.verſ.Procedit ergo illud lib.2.Aym.conſ.70.nu.27.*conſequenter ſtatutū,de quo agitur reſtringi debet ad eos victos,qui non habuerint iuſtam cauſam litigandi, non autē intelligi etiam de iis qui iuſtā cauſam habuerint litigandi;ſecundo cō
39 firmatur ſupraſcripta concluſio, quia ſi ſtatutum noſtrum,& ſimilia intelligerentur procedere etiā vbi victus iuſtā litigandi cauſam habuiſſet, inde facilè ſequi poſſet,quod quis ciuſmodi poenę metu perterritus ſuum reliqueret indefenſum cōtra *verba tex.in l.illud 43.in princ.* ibi aut propter metum huius periculi temere indefenſum ſuum relinquere,*vbi glo.verbo r.linquere*, audit cū iuſtam cauſam ſe putat habere,quod abſurdum foret, vti conſiderat in ſimilis facti ſpecie *Anchar.conſ.182.nu.6.in fin.Fulgoſ.d.conſ.139. verſ.ad tertium de ſtatuto Veronę Iaſ.in d.l.properandū §.ſiue autem alterutra n.7.verſ.ſecundo mouetur Ludou.d.deciſ.Peruſ.n.3.Aſſin.d.§.32.cap.1.limit.3.ſub num.6.*Ergo ſtatutum intelligi debet iuxta diſpoſitionem iuris communis,vt abſurditas euitetur,quod vtique pro regula traditur, & probatur *ex l.ſcire oportet §.illud.ff.de excuſ.tut.not. Euer.in ſuis locis arg loco ab abſurdo n.4. ex l.2. C.de noxal.actio.& l.vt grauatim §.1.ff. de muner.& honor.Crauet.conſ.70.n.21.Soc.conſ.84. col.3.verſ.tertio principaliter col.1.Alex.conſ.83 nu.12.vol.2.Caſtren.conſ.50.viſo eodicillo nu.3. lib.2.Rot cōſ.72.n.42.lib.3.et cōſ.97.n.1.Uſaſ.dec. Pedem.59.n.8.& deciſ.169.n.4.Maſcar. de gener. ſtat.interp.concl.5.n.155.vbi plures alios refert.*

40 Demū pro iſta opinione in caſu noſtri ſtatuti ſæpius iudicatum fuiſſe in Foro Capitol. per Aſſetamentū atteſtatur *Farinac.q.16.de accuſ.ſub*
41 *n.37.*cuius teſtimonio,vtpotè Doct.celebris, ac ſcriptis ſuis vbiq;illuſtribus teſtificantis de vſu Rom.Cur.vbi natus,ac toto vitæ ſuæ tēpore verſatus erat,atq;demū deceſsit ſeptuagenario maior,planè credendū eſt,iuxta cōem Doct.ſententiā,de qua *Gabr.concl.4.de probat nu.1. & 2.& Maſcar.concl.426.*cōſuetudo per dictū excellen. Doct. an,& quomodo probetur *n.1.et n.19.verſ.* Vt autem hæ opiniones poſſint, qui ambo ſe-

quuntur in hoc articulo conciliationem *Ioan. Dilect.tract.de aſſ.tract.caut.25.ſub n.3.verſ hoc tam procedit* quæ quidē cōciliatio rei noſtræ ap-
42 prime conuenit,nēpè vt credatur Doct.atteſtāti in ſcriptis ſuis de conſuetudine Curiæ,in qua verſatus eſt,non etiā de conſuetudine aliarū Curiarū in quibus verſatus nō ſit;quo circa ſubiungit idē *Farin.* ſæpiſſimè ſe vidiſſe victū,& ſuccūbentem tā in ciuili cauſa,quā in criminali abſolutū ab expenſis ob iuſtā causā arbitrio Iudicis,ſtatuto noſtro nequaquā obſtante,& poſſe Iudicem in caſu noſtri ſtatuti victū ab expenſis abſoluere, tenet etiam *Luc.Pat.d.c.de expenſ.lit.n.25.in fi.* Idipsū ego pariter cōteſtari poſsū in eod.Foro fuiſſe ſeruatum fere per ſeptennīū,quo tempore ibid.Senatorio muneri præfui,& ante etiā quādiu officio Iudicis,& Capitanei appellationū perfūctus erā.

Verum ſi hanc opinionem,vti ex citatis Doct. veriorem,ac æquiorem magis communem defendere ac ſequi velimus, nempè quod ſtatutum noſtrum non procedat,vbi victus iuſtam cauſam habuerit litigandi ad argumenta contrariæ opinionis iam reſpondere debemus.

Non obſtat igitur primū,quia directè,& apertè tollitur ex primo fundamēto huius vltimæ opinionis,ſuo loco ſupra poſito,dum ex regula iuris ab omnibus recepta,planè cōpertum fit,quod ſtatuta ita debent intelligi,vt nihil addant iuri communi,quinimo potius ſint ſuperflua,& fruſtratoria,ne quis damnū indebitè patiatur,quod verò victus hoc caſu damnum indebitè pateretur, ſatis etiam,ni fallor,demonſtratum eſt.

Accedat altera reſponſio ad idem argumentū nempè,quod ſtatutū in caſu propoſito ſatis operatur,cū ex eo prodita ſit noua ſpecies agendi,videlicet condictio ex ſtatuto,per *tex.in l.1.ff.de cō dict.ex lege,& iuxta doctrina Bart.in l.1 in prin. nu.3.ff.ad l.Falc.*quem alii ſequuntur ibidem, & præcipuè *Alex.nu.15.& ſeq.Ruin.conſ.27.n.12. vol.3.Rol.tract.de lucro dot.qr 26.in fin.Burſat. conſ.44.n.37.lib.1.*atq;alia etiā ſequuntur vtilia, vt per *Maſcar.de gener.ſtat.interp.concl.32.n 12. et ſeq.*maximè verò ſtatutum noſtrum in ſpecie adhuc amplius operatur,cum etiā formam in iudicio expenſarum tenendam exactè præſcribat, vnde ſuccedit alia iuris regula,quod ſtatutum ita
43 intelligi debet,vbi id fieri poſsit, vt non deroget iuri communi *c.cum dilectus §.cæterū de conſuet. vbi glo.verbo Iure cōi not.*quod vbi aliquid à iure communi diſcrepat,illud ad ipſum ius cōe reduci debet, ſi fieri poteſt,idem,probat *glo.in l.fin. §.in computatione verbo Confundantur prope fin. verſ.ſed quid ſi ſtatutū C.de iur.delib.* quæ ad ipſum paſsim à Doct.allegatur & approbatur *Abb. in c.inſinuatum 13.nu.6.vers.non obſt.* quod dixi *de ſimon.& Fel.ibidem n.2.limit.1.* qui ambo ex-
44 preſsè dicunt,quod vbi ſtatutum diſponit in materia iuris communis nihil addendo præter, vel contra ius ipſum, interpretari debet,prout ipſum ius commune,idem *Abb.in rubr.de regul. iur. in fin.*vbi inquit expreſsè,quod quando ſtatutū loquitur in materia iuris cōis,nō debent verba ampliari,vt ſtatutū aliquid operetur,ſed ſatis eſt, q̄ inducat aliud remediū præter ius cōe,hiſce cōſentiunt *not.per Maſcar.d.concl.12. nu.6.& nu.21.*

Secundum argumentum alterius partis profecto valdè vrgere videtur, nec ei ab vllo, quem

vide-

viderim, respondetur, & *Asin. qui illud proponit d. §. 32. cap. 1. limi. 3. num. 4* facile vitat, respondendo, quod verba statuti Florentini, quæ ipse explicat, diriguntur in iudicem, & ideo non oritur actio, seù condictio ex statuto pro expensis petendis, sed officium iudicis, idque verum est iuxta ea, quæ nos supra deduximus in propositione huius argumenti; Verùm in casu statuti nostri, vbi verba non diriguntur in Iudicem. Sed in partes, & ideo oritur actio ad expensas, vti tradunt omnes, adhuc subsistit argumentum, cui tamen ita responderi posse arbitror, nempè,
45 quod illud verè procedat, vbi expensæ in pactum à contrahentibus deductæ, & promissæ fuerint, tum enim sine dubio oritur actio ex vi & natura pacti, quæ quidem actio censetur ex partium voluntate comprehendere etiam casum, vbi victus habuerit iustã causam litigandi & in hoc potissimum casu loquuntur glossæ, & Doctores dicentes iustam causam litigandi non excusare victum ab expensis, quę debentur iure actionis, vnde ijdem Doct. idcircò suadent, vt eę, deducantur in pactum, quò victus postea nullã habeat exceptionem illas denegandi, & ita præcipuè loquitur *glos. magna*, quã Doct. referunt, & sequitur *in §. oportet auth. de iudic. Doct. in d. §. sive autẽ alterutra, vbi præsertim Ias. sub n. 3. Are. in §. hæc autẽ omnia n. 4. & 5. instit. de pœn. temer. litig. Asin. cõ alys ab ipso cit. d. §. 32. 1. 2. 1. sublimit. 1. ad l. limit. prin.* secus verò dicendũ videtur in actione proueniente ex statuto, vel alia dispositione legali, quidquid dixerint DD. etiã in hoc casu indistincte alii alios sequuti, nũquidẽ statutum quantumuis generale, restrictionẽ recipit à iure cõi. tũ ne illud corrigat, tũ ne quis damnũ indebitè patiatur, vt ex iuris regulis receptissimis supra cõprobatis, pacta
46 autem contrahentium generaliter intelliguntur, neq; restrictionẽ admittunt etiam de inhabilitate personę, vti hanc differentiã inter pactũ, & statutũ doctè animaeuertit *Euer. in suis loc. arg. loco à pacto ad statutum sub n. 9. vers. ut̃ cape aliud exẽplum, eamq; cõprobat Ias. in l. 1. §. renunciatio nu. 6. vers. tertio limita istam conclusionem ff. de oper. nou. nunciat. & in l. 2. §. prater ait nu. 4. vers. secundo nouiter limita prædictam ff. qui satisd cogan. & in specie nostra Bal. in d. §. sive autẽ alterutra sub n. 2.* ibi exceptiones ergo prædictæ procedũt, quando fit condemnatio ex prouisione legali, nõ quando expressa prouisione hominis, idem *Bal. in l. nõ solũ 13. n. 5. ff. de rei vend.* ibi quia iusta causa litigandi non excusat, ab expensis promissis, sed bene excusat, quando veniunt ex dispositione legali; Itaq; licet ex statuto cõtra victũ oriatur actio ad expensas litis, hæc tamẽ actio locum non habebit, vbi victus habuerit iustã causam litigãdi, quò nimirum intelligatur statutum iuxta dispositionem iuris cõmunis, & non victus indebitè damnum patiatur, sicq; defensa, ac omninò firma iam videtur esse hæc vltima opinio.

47 Cæterum in fac. Rot. Romanæ Prætorio nihilominus extat stylus inueteratus, quod reus victus indistinctè condẽnetur in expensis, siue iniustã, siue iustam litigandi causam habuerit, vt refert *Conar. d. c. 27. pract. q. sub nu. 3. vers. Iudices verò ex Sarnen. regul. de annal. q. 41.* testatur *Graff. decis. 5. n. 10. de rest. spol. Cassador. decis. 13. n. 2. de rescrip. Mandos. ad regul. Cancell. 29. nu. 4. Granut. theorem. 6. n. 7. & seq. in fin. Rot. in Viten. Cantorie 24. Nouembris 1603. coram Litta*, declaratur
48 tamen stylus iste, vt non procedat, vbi iusta causa litigandi oriatur ex prima sententia pro reo lata, & secunda sententia pronuncietur ex nouis allegationibus, & probationibus, vt per *Sarnen. & Conar. loc. cit.* quibus addo *Caputaq. decis. 340. n. 4.* Id verò seruat Rot. prudenti, & legali ratione, vt idẽ *Sarnen.* explicat, nempè vt lites super expensis euitentur, quæ quidem aliquando maiores reddi possent, quam esset ipsa prima petitio sicq; negotij principalis cognitio in longum, nimis protraheretur, & lites ex litibus oritẽtur contra iura vulgaria *cap. finem litibus de dol. & cont. l. quidam. ff. si cert. pet. l. terminato C. de fruct. et lit.*
49 *expen. cum similibus*; subiungit tamen idem *Sarnen.* hunc stylum non attendi extra Rot. ita vt etiam vbi cõmissa fuerit causa Auditori Rotę, vti Prælato cognoscenda per ipsum solũ in domo, prout sæpè committi solent causæ Romanorum Capitolinæ, & Auditor pro sua satisfactione de illa verbum faceret in Rota, prout moris est, & iuxta resolutionem in Rota captam pronũciaret, tunc si condemnatus iustam haberet causam litigandi, non condẽnaretur in expensis, prout fit in Rot. cuius stylus isto casu non seruatur; atq; subijcit ita fuisse conclusum *apud DD. de Rota mense Octobris 1536 coram Capigusco in una causa Romana dotis, seu domus.*

50 Quæ verò instæ censeantur causæ litigandi ad effectum, vt victus excusetur ab expensis, vide apud *Alexan. in dicto §. sive autem alterutra nu. 9. & seqq. Ias. ibidem sub num. 7. & seqquen. Asin. dicto §. 32. cap. 1. limit. 2. princ. & per plures aliàs seqq. limit. plenius Menoch. de arbitr. iudic. cas. 177.* qui non parua diligentia hoc explanauit, sed post omnes plenissimè *Carpan. ad stat. Mediol. c. 55. verb. Propter iustã causã n. 132.*

Inter cæteras verò causas iustè litigandi, ea frequentius fortè deducitur, scilicet, quando creditor petierit plus debito, nam licuerat reo in hoc casu negare totum *Bart. in l. qui solidum 80. in princ. verbo Partem*, vbi ad hoc arguitur à contrario sensu *ff. de leg. 2. Salic. in dicto §. sive autem alterutra num. 41.* ibi quia reo licitum fuit negare totum *Ias. ibidem num. 9. vers. nona conclusio & num. 17. vers. quinto quæro Alex. numero 25. Asin. dicto §. 32. cap. 2. limit. 10.* vbi complures alios eiusdem sententiæ cõgerit *Menoch. de arbitr. iudic. cas. 177. num. 15.* vbi etiam ex aliorum testimonio hanc dicit communem esse opinionem, & postea *eod. num. in fin.* subijcit vix fieri, vt ab hac inueterata, & recepta opinione in iudicijs recedamus, quidquid alius quispiam aliter senserit *Cagnol. in l. non potest videri improbus 100. num. 4. ff. de regul. iur.* vbi etiam *Dec. num. 3. Gabriel. conclus. 2. de expens. num. 10* licet initio conclusionis dicat adeo esse intricatum articulum iustum, vt vix discerni possit, quæ sit magis communis opinio *Surd. cons. 142. num. 7.* vbi ex aliorum dictis refert hanc esse communem opinionem, & tenendam *Didac. variar. resol. lib. 1. cap. 2. sub num. 5.* qui tamen procedit cum distinctionibus notandis *Carpan. ad stat. Mediol. dicto cap. 55. num. 144. Luc. Pet.* qui & de hac communi opinione testatur *dicto cap. de expens. num. 38.*

52 Declaratur autem hæc opinio, vt non procedat, quando actor obtulit se paratum accipere partem, tum enim reus iustam non censetur habere causam litigandi, & ideo ab expensis non excusator, vti explicat idem *Bart. in d.l.qui solidum*, quem præcipuè sequuntur *Angel. in §. illud quoque sub num.7. vers. aut creditor, Dec. Cagnol. Alex. Asin. & Surd. locis citatis Ludouic. decis. Perusin.51.num.9.* vbi asserit omnes in hoc tentire cum *Bart.* Itaque conclusio superius firmata, quod iusta causa litigandi, etiam in casu statuti nostri, excuset ab expensis, locum habere debet potissimum, vbi iusta causa proueniat ex culpa agentis, qui nimirum plus debito petierit, quod & in expensis conuentionalibus procedit teste *eodem Surd. dicto cons. num.9. vers. non obstat igitur*, nam vt idem subiungit *num.10.* in quacumque stipulatione excluditur casus qui culpa stipulãtis euenit *l.cum proponas C. de nautic. fœnor. l. qui officij §. fi. ff. de contraben. emptio.* Hi tres omnino conueniunt, quæ tradita reperiuntur à iuris interpretibus, an positione partim vera, partim falsa existente possit reus negare totam, vt videre est apud prædictos Doct. & præcipuè apud *Didac. & Surd. quibus addo Ludou. decis. Perusin 51. num.6. & 7.* qua de re superius egimus suo loco nempè ad cap.68. sub litera K. verbo singulariter vers. quid si positio in parte
54 vera sit, & ex ijsdem decidit ur an constituatur in mora quoad totum, qui negat totum, cum sciat se debere partem, de quo *Bar. in l. 1. §. si stipulãti n. 2 ff. de verb. oblig. Didac. dicto cap. 2. sub initium dicto num. 5. Surd. dicta decis. sub num. 2.* ibi item qui cum ut creditor & *dicta decis. Perusin. nu. 8.* in quo tamen articulo contentire videntur omnes
55 quod debitor negans totum petitum ab actore constituatur in mora pro parte debita, & sibi cognita tantum *ex tex. in d.l. qui solidum* Ea *ff. de leg. 2.* & hanc opinionem, quam ibi tenuit *Bart.* ab aliis Doct. communiter etiam probari asserit præcipuè *Surd.* loco proximè citato, eamque posteriorem sequitur *Angel. in dicto §. illud quoque num.7. Gabr. concl. 2. de expens. sub nu. 5. & seqq.* vbi de communi, quæ quidem opinio multo magis seruanda erit, vbi actor petierit à debitore creditum, cum clausula, paratus deducere, quidquid legitimè persolutum apparebit, tum enim sine dubio reus constituitur in mora, si nõ offert,
56 quod prætendit dare *Rolan. & alij ab eo cit. cons. 62. num. 17. vol. 4.* An autem victus præsumatur iusta de causa litigasse? respondent iuris interpretes, quod minimè præsumitur ita *glo. in auth. generaliter verb. Iniuste C. de epis. et cler. Io. And. in nouell. cap. 1. de elect. in 6. glo. in cap. calumnia verbo Victori vers. Alij dicit extra de pœn. Bald. in d. §. fiue autem alterutra nu. 2. vers. In dubio arguendo ex eod. tex. Alex. ibidem num.9. Salic. num.36 in fin. Arct. in §. hac autem omnia nu.3. instit. de pœn. temer. litig. Couar. d. cap. 27 pract. quæst. num. 3. vers. Quamuis in dubio Natt. cons. 108. num. 5. volu. 1. Asin. d. §. 32. cap. 1. limitat. 2. princ. num. 3. in fin.*

D De calumnia sit iuratum) nec etiã de iure
57 communi iuramentum calumniæ à victo præstitum, excusat ab expensis *Salicet, qui hoc dicit seruari etiam per communem practicam in l. qui crimen n.14. C. qui accus. non poss.* quia licet propter iuramentum præsumatur, quod quis non mouerit litem iniustè, quia tamen postea in lite succubuit, altera insurgit præsumptio ex sẽtẽtia
58 contra victum, quæ vti validior, primam excludit, argumento *text. in l. Diuus, vbi glo. in verbo existimari ff. de restit. in integr. Specul. tit. de expens. §. nunc de expens. vers. in hoc Bart. in auth. generaliter num. 3. & seq.* C. *de Episc. & Cleric. Alex. in d. §. siue autem alterutra nu. 21.* vbi hanc opinionem dicit magis communem *Ias. ibidem num. 11. Lanfranc. de Ariad. tract. de expens. n. 7.* qui & de communi opinione testatur *Couar. dicto c. 27. sub n. 1. vers. Secunda eadem, ferme ratione, vbi in fin. asserit*, quod numquam viderit de hoc controuerti, imò quod passim victus arbitrio iudicis condemnatur in expensis, etiam si præstiterit iuramentum calumniæ *Asin. d. §. 31. ampliat. 73. Carpan. d. cap. 55. num. 43.* Attamen
59 non defuerunt, qui contrarium senserint, vt videre est potissimum apud *Bart. in d. §. siue autem alterutra num. 1. & apud Alex. & Asin.* locis proximè citatis, sed statutum nostrum omnem remouet dubitationem.

60 Cæterum expensas pro rata victoriæ deberi tradunt omnes *in d. §. siue autem, & fusius prosequitur & declarat Asin. d. cap. 2. ampliat. 63. & Luc. Pat. ad stat. nostrum d. cap. de expens. lit. n. 37. & seqq.*

E Et in sententia sit condemnatio omissa) hinc apparet deberi hic expẽsas iure actionis, nempe condictione ex statuto, non autem officio iudicis, vt in præcedenti not. ibi alterum fundamentum
61 est, neque eas peti posse etiam post sententiam iuxta tradita per *Bald. in l. terminato num. 14. C. de fruct. & lit. expens. Matheſil. singul. 80. & Sarayn. ibidem num. 7. Couar. d. cap. 27. sub num. 4. vers. tunc sanè posset Alex. in l. 1. nu. 22. ff. ad leg. Faicid. Asin. d. cap. 1. limit. prim. 33. num 2. vers. Intelligitur igitur huiusmodi limitatio Carpan. d. cap. 55. num. 88. & seq.* vbi & complures alij ab eo relati, nam si statutum intelligeretur de expensis, quæ officio iudicis mercenario debentur, istæ vtique non petuntur post sententiam,
62 sed censetur reus victus ab eis absolutus *l. terminato C. de fruct. & lit. expens. l. 4. C. depos. & vtroque Doct. Ias. in d. §. siue autem alterutra nu. 7. Boer. cons. 27. n. 27. Alba. cons. 5. n. 6. Asin. d. c. 1. limit. 22. & 33. num. 1. Luc. Pat. d. cap. de expens. num 23.* vnde probatur, quod per iudicis officium non ita consulitur actori, vt per actionem,
63 quia actio durat etiam post sententiam, sed officium iudicis minimè *d. l. 4. & ibi glo. verbo Executione & l. fi. pupillus ff. de nouatio. not. glo. videnda in l. non solum 13. verbo oportet ff. de re, rei*
64 *vend.* quinimo nec potest iudex hoc casu expensarum condemnationem, vel absolutionem sibi reseruare iuxtà communem Doct. sententiam teste *Vsu. in suis comman. opinio. verbo iudex. in sententia, vel iuxta magis communem tenet Alb. d. cons. 5. & num. 6.* tenet enim tota reseruatio taxationis, vbi condemnatio in sententia fuerit facta, vt per eumdem *Albam, & illa probantur ex Bald. in dicta l. terminato numero 4. Luc. de Pen. in l. 1. vers. nouo quæritur & vers.*

verſ. 12. *quæritur* C. *de ſumpt. recup. lib.* 10. *Aſin. d. cap.* 1. *limit.* 21. *princip. Carpan. d. cap.* 55. *nu.* 83 licet contra ſentiat *Bart. in d. l. terminato ſub nu.*
65 3. procedunt autem in ſententia diffinitiua, ſecus in interlocutoria, quia cum iudex per interlocutoriam non deſinat eſſe iudex, vti deſinit eſſe per diffinitiuam, nihil impedit quin expenſarum condemnationem in interlocutoria ſibi valeat reſeruare ad diffinitiuam, neque militat in hoc caſu ratio deciſionis *d. l. terminato* C. *de fruct. & lit. expenſ. & d. l.* 4. C. *depoſ. & ita tenent Doctor, communiter, vti teſtatur Myſinger. ſingul.*
66 *obſer. cent.* 1. *obſer.* 45. *relatus per Aſin. d. limitat. princ.* 21. atque eadem procedunt in ſententia iudicis ordinarij, non autem delegati, is enim non poteſt ſibi reſeruare taxationem expenſarũ nec ſuam poteſt ſententiam interpretari ſecundum *Bart. & alios Doct. communiter in l. ab executore in princ. ff. de appell. per text. eum tem quod & notat. glo. ibidem verbo Præſes*, niſi tamen eſ-
67 ſet talis Delegatus, qui ſuam ſententiam exequi poſſit, iuxta not. *per glo. in l. a Diuo Pio in principio. vbi Bart. num.* 2. *ff. de re iudic.* qualis eſt delegatus à Principe, qui non ſolum de iure canonico ſuam poteſt exequi ſententiam *cap. ſignificaſti*
68 7. & *cap. quarenti* 26. *de offic. deleg.* ſed etiam de
69 iure ciuili *l. fin. C. de iudic.* & ita tenent Doctor. *in d. l. a Diuo Pio in princ. & §.* 1. & eſt communis opinio, vt refert *Viu. in ſuis commun. opin. d. verbo Iudex in ſententia diffinitiua.*

70 Sed quid ſi iudex reum victum in ſententia abſoluerit ab expenſis, erit nè valida abſolutio? retenta opinionè, quod iudex ab expenſis abſoluere poſſit victum, qui iuſtam habuerit cauſam litigandi, non obſtante ſtatuto noſtro, qua de re ſuſè ſatis egimus ad hoc ipſum *cap. ſub littera C verbo Victus victori expenſas reficiat*, planè concluditur abſolutionem huiuſmodi ſuſtineri, nempe vbi victus iuſtam ob cauſam litigauerit, quod & obſeruantia, ac vſu ipſius ſori Capitolini, de quo ſupra pariter in cad. notat. dictum eſt, maximè comprobatur iuxta *text. in l. minimè.* 23. & *l. ſi de interpretatione* 37. & *l. ſeq. ff. de legi. Bart. in l. neque leges* 9. *numer.* 3. *ff. eodem*, vbi inquit, quod ſi conſuetudo interpretata eſt aliquem caſum dubium legis, ſecundum illam ſemper erit iudicandum *Pariſ. conſ.* 56. *n.* 34 *lib.* 2. *Brun. ad ſtat. fœmin. excluſ. art.* 15. *princip. q.* 2. *nu.* 15. & *recentius Maſcard. de gener. ſtat. interpr. concl.* 2. *n.* 139. & *ſeqq.* vbi ponit, & proſequitur concluſionem, quod ſtatuta recipiunt interpretationem à conſuetudine, & obſeruan-
71 tia, ſi verò victus iuſtam non habuerit cauſam litigandi, contrarium erit dicẽdũ per arg. à contrarijs de quo *in l.* 1. *in prin. ff. de his quiſunt ſui, vel alieni iur. & inſtit. eod. tit. in princ. l. fin. ff. de leg.* 3.

Debebit autem actor, ſi iniuſtè ſe grauatum in hoc ſenſerit, à parte illa ſententiæ; qua victus ab expenſis abſolutus eſt appellare. alioqui tranſiret ſententia in iudicatum quoad expenſas, quia per iuris interpretationem videtur acquieuiſſe ſenten-
72 tiæ, qui ab eius grauamine non appellat *e quod ad conſultationem* 15. *§. taliter duximus reſpondendum de re iudic. l. ab eo* C. *quomodo, & quand. iud.* neque in hac ſpecie locum habet prohibitio appellandi, de qua in *l. fin.* C. *quan. prouoc. non*
73 *eſt neceſſ.* quæ procedit ſolum, vbi in ſententia expenſarum condemnatio ſit omniſſa, non autẽ vbi expreſſa fuerit abſoltio, ſecundum iuris interpretes, præcipuè in *cap. ſignificauerunt de except.* vbi ponderant illum *text. cum gloſſ. in verbo Abſoluit*, & rationem differentiæ inter vtrumque caſum reddit *Imol. quem refert, & ſequitur Fel. in dicto cap. ſignificauerunt ſub num.* 2. *verſ. ſed Imol. hic*, quia vbi condemnatio expenſarum fuit omiſſa, appellatio victi reſcindit totum pronunciatum, ideo victor eas petere poteſt, ſicuti prius, ſed vbi victus fuit expreſsè abſolutus, eius appellatio in principali cauſa non prodeſt victori, niſi ipſe etiam expreſsè appellet; itaq; hæc eſt limitatio ad regulã, quod victor nõ appellat ab expẽſis, cuius quidẽ regulæ fundamẽtũ eſt, quia ei cõſulitur p̃ iudicẽ, ad quẽ victus appellauerit, iuxt. *text. in l. fin.* C. *quand. prouoc. non eſt neceſſ.* & ideo p̃ ſuperfluam appellationem debito iudicis honori detrahendum non eſt, vt in primis verbis eiuſdem *l.* & *in c. vt dilectus in princ. extr. de appell.*
74 ſiquidem regula illa procedit, quando primus iudex de expenſis nihil dixit; ſed plenius, & clarius hanc regulam declarat *Franc. in d. cap. ſæpè de appell. q.* 17. *num.* 65. ſecus verò ſi victum ex-
75 preſsè ab eis abſoluiſſet, hoc enim caſu permittitur appellatio *Fel. in d. cap. ſignificauerunt n.* 2. *ibi limita primo Couar. d. cap.* 27. *præct. qq ſub n.* 5. *verſ. cæterum hæc vera ſunt Luc. Pæt. d. cap. de expenſ. nu.* 7.

76 Verum in abſolutione rei ab expenſis cauſam exprimendam eſſe per iudicem aſſeruerunt complures iuris interpretes, præcipuè *Bald. in authen. generaliter ſub num.* 11. *verſ. Quia ergo* C. *de Epiſc. & Cler.* vbi quod iudex in ſua ſententia declarare debet, quare non condemnet victum in expenſis, & quare condemnet addit. ibidem *ſub littera* C. quæ aliquot etiam citat idem *Bal. in l. Præſes ſub num.* 2. C. *de ſent. & interloc. omn. iud. Specul. tit. de expenſ. §. poſtremo ſub num.* 2. & *ſub num.* 5. & *de ſent. prolat. §. qualiter uerſic. Verum Hoſtien Io. Andr. & alij in cap. finem litibus de dol. & contu. Laſ. in d. §. ſiue autem alterutra nu.* 10.

Numquid verò peti debeant expenſæ in iudicio, vt iudex ad condemnationem victi quoad eas procedere poſſit? & conſtituenda videtur re-
77 gula, quod iudex non teneatur victum in expẽſis condemnare, niſi id fuerit petitum, quam regulam à Doct. communiter eſſe receptam teſtatur *Alex. in d. §. ſiue autem alterutra ſub num.* 32. *uerſ. ſed aduerte, tradit glo. in cap. fin. uerbo expenſis de reſcript.* ibi dummodo petitum fuerit ab eis, quę ibidem etiam à Doct. communi calculo probatur, vti aſſerit *Couar. d. cap.* 27. *num.* 5. *Mandoſ. commiſſ.* 29. *uerbo Omnes & ſingulas expenſas uerſ. & niſi petantur not. Laſ. in d. §. ſiue autem alterutra nu.* 30 vbi pariter teſtatur hanc eſſe communẽ opinionem & in praxi ſeruari, quã comprobat ex traditis *a ſe in l. uniuerſa num.* 2. & *per glo. ibidem* C. *de precib. Imp. offer.* vbi generaliter tradit, q̃ in omni materia vbi iudex poteſt aliquid facere, vel de iure communi, vel ex forma ſtatutorum, intelligitur ſi petatur à parte cuius interſit, vnde iudex numquam tenetur, nec facit litem ſuam, ſi omittit condemnationem expenſarum, quando non fuerunt petitæ, per partem, vt voluit *d. glo. ſing. in cap. fin. in fin.*

de re-

de reſcript. quam ſequuntur ibi Doct. *Bart.in d.§.hoc autem iudicium in 5.quæſt.ſub numer.9. Franc in cap.ſepè 44.quæſt.16.num.64.*

78 Sufficit tamen in hoc caſu ſaltem implicita petitio, exempli gratia ſi quis petat ſententiam ferri pro ſe, quia ſub illa indefinita petitione includitur cauſa principalis, & expenſarum, vt *not.Bald.in d.§.ſiue autem alterutra ſub num.5. in fin.argumento text.in l.fin.præcipuè propè fin.* in illis verbis videri ius ſuum omne in iudicium deduxiſſe, quod ſequitur *Caſtren. in eod. §. ſub num.3. Alex.ſub num.31. Iaſ.ſub num.32. Aſin. d.cap.1 ampliat.54.num.5.*

79 Verum licebit nè victori agere contra iudicē qui in ſententia condemnationem rei victi ad expenſas omiſerit, cum tamen ex petitæ fuiſſent, vt damnum expenſarum iudex ipſi victori reſarciat? putarem hoc caſu diſtinguendum eſſe inter ius commune, ac ius noſtrum municipale, & qui
80 dem quoad ius commune, ſi iudex non habuerit cauſam iuſtam abſoluendi victum ab expenſis, nempe quia victus non habuerit iuſtam cauſam litigandi, planè videtur litem ſuam feciſſe, atque teneri ad expenſas ex *d.§. ſiue autem alterutra*; ibi quod ſi hoc prætermiſerint, ipſi iudices de proprio huiuſmodi pœnè ſubiaceant, & reddere eam parti læsæ coarctabuntur; *& ex d.l ſan cimus*, ibi quod ſi hoc prætermiſerint, ex ſua ſubſtantia huiuſmodi detrimentum læſis reſarcire compellentur, *not.Bal.in d.§. ſiue autem alterutra num.2.* vbi etiam addit. *ſub littera a Salic. num.38. Alex num.30. Iaſ.num.27. Angel.in §. hæc autem omnia num.16. inſtit.de act.* vbi quod iudex ad id tenetur in ſyndicatu *Lanfranc. de Ariad. tract.de expenſ.verſ.vnum ſingulare nu. 16. Specul.tit.de expenſ.§.poſtremo num.5. Prac. papien.in forma libelli in actio. real. verſ. & expenſis num.8. Luc.de penna in l.1. verſ.no no quæritur C.de ſumpt.reſcup.lib.10. Bouer ſingul. ſuo verbo expenſæ nu.4. Aſin.d.§.32.cap.1. ampliat. 39 num.6. & cod.§.cap.20.numer.2. Sarayn. in addit.ad Matheſil ſingul 80. num.9. Carpan. ad ſtat. Mediol.d.cap.55.num.113.*

81 Quo verò ad ſtatutum noſtrum, & alia ſtatuta ſimilia, quæ non dirigunt verba in iudices, quo ad condemnationem expenſarum, aliter profectò dicendum eſt, quia cum expenſæ peti poſſint etiam poſt ſententiam conditione ex ſtatuto, vti ſuperius diximus ad hoc ipſum *cap ſub littera C. verbo Victus victori expenſas reficiat verſ. alterum fundamentum, & ſub littera E. verbo & Et in ſententia ſit condemnatio omiſſa in princip.* victori ſatis eſt cautum, ne patiatur detrimentū expenſarum, ſicque ceſſat ratio cur alioqui te-
82 neatur iudex victori ad expenſas, nempè quia per ſententiam iudicis finitur officium eius mercenarium, quod competit pro expenſis *l.4.C.de poſit.* nec proinde aliud remedium victori cōpetit ad litis expenſas conſequendas *l.ſtermina. to C.de fruct.& lit.expenſ.* & propter hanc rationem potiſſimum ad fauorem iudicum in ca-
83 ſu eiuſmodi ſtatutorum tenuit *Iaſ.in d.§. ſiue autem num.28.verſ.ſecundo moueor & nu.* 35. cui tamen rationi & alteram adiicit vtique validam, quia ſcilicet cum tales expenſæ peti poſſint à parte iure actionis, ſicque via ordinaria, nempe conditione ex ſtatuto, vt plenè diximus hoc *cap.ſupra ſub littera C. verbo Victus victori expenſas reficiat*, etiam poſt rem iudicatam, vt *per Couar.d.cap.27.num.5.verſ.Sed & vera ſūt*, non debet ad eas obligatus eſſe iudex, niſi in ſubſidium, quando victus non eſſet ſoluendo argumento *tex.in l.fin.in princ.verſ.Planè ff. de eo per quem facta erit* quibus & ea conferunt, quæ ſupra deduximus ad hoc ipſum verbum, *verſ.Et hæc eſt limitatio ad regulam*. vbi non datur appelatio victori contra iudicem ab omiſſa condē-
84 natione expenſarum; quando conſuli poteſt eidem victori per alium iudicem, ad quem victus appellauerit, ne per ſuperfluam appellationem debito iudicis honori detrahatur vt habet *text in l.fin.in primis verbis C.quand.prouoc.non eſt neceſſ.& conueniunt not.per Rot.dec.47.ſub n.3 de appel.in nou.* & hāc *Iaſ.ſententiam optimis fundamentis* firmatam aſſerit, & comprobat *Carp. d.cap.55 num.119.* atque idem pariter dicendum
85 eſt ex identitate rationis, vbi expenſæ deductæ fuiſſent in ſtipulationem, *vt per Iaſ.d. num.28 & 35.* nam & hoc caſu expenſas deberi iure, actionis nemo dubitat, vt conſentiunt omnes & præcipuè *not.idem Iaſ.d.num.28.Couar. d.verſ. ſed & vera ſunt.*

Cæterum poſito primo caſu iuxta diſpoſitio-
86 nem iuris communis, ſi iudex victori ſoluerit expenſas, poterit nè eas à reo victo iure repetere? *Specul.tit.de expenſ.d.§.poſtremo ſub num.5.* cenſuit, quod iudex poſsit repetere argumento *tex.in l.miſsi opinatores §. iudices itaq. C.de exact.tribut.lib.10.* ibi qui ſi vltra annum protracti fuerint, iudices, eorumque officia abſque vlla mora de proprio cogantur exſoluere militibus quod deberur, ipſis aduerſus obnoxios repetitione ſeruata, idem tenuit Raym *de ſorl. in dicto §. ſiue autem alterutra. & Bald. in addit. ad Speculat.tit.de expenſ.§ poſtremo.quæ eſt ultima additio.verſ.item iudex.* ſed idem *Bald in dict.l.*
87 *ſancimus in fin.C.de iuaic. contrarium tenet per tex.in l mancipia C.de ſeru.fugit.* ex quo tenent ibi Doct. communiter, quod iudex damnatus in
88 ſyndicatu nihil poſſit repetere à parte, pro qua ſoluerat, ob eam rationem, quia ſua culpa, & ſuo delicto ſoluit, quod *Bald.* dictum refert, & ſequitur *Franc.in d.cap. ſapè num.66. penult.q. & d.text.in l.mancipia*, dicit ſingularem, & notabilem *Angel.* ibidem *num.3.* ad probandum quod Iudex etiam negligendo ea, quæ ſibi ex officio ſuo incumbunt, facit litem ſuam, ſed apertius idem *Angel.* hanc tenet opinionem *in l.ſi quis dolo 51.§.ſi quis ſub num.1. ff.de re iud.* vbi etiam reſpondet ad *l.miſsi opinatores*, quod ibi opinator negligens in exigendo tributum ſoluit, pro debitore, & repetit ab eo, quia liberauit debitorem ipſum tributi, ſed in caſu expenſarū de quo agitur debitor abſolutus fuerat per ſententiam, vnde Iudex non ſoluit expenſas pro eo, ſed pœnam debiti ſui, ſequitur *Alex in cod. l. ſi quis dolo num.2. & ſeq. Iaſ.in d.§. ſiue autem alterutra num.34. Aſin.d.cap.1 .ampliat.39.nu. 7. & ſeqq.* quocirca nec iudex petere poterit, vt
89 ſibi cedantur iura ab eo, cui ipſe expenſas de ſuo perſoluerit, quod not *Angel in d §. ſi quis ſub n. 1.ff.de re iudic. Bald in l.obſeruare §; proficiſci q. 22.ſub num.20.ff.de offic. Proconſ. Iaſ.in d. §.ſub num.35. Aſin.d.ampliat.ſub num.8. verſ quæritur.*

ſi ſor-

si fortasse soluerit. Quid si petitæ nõ fuerint expensæ, quo casu, vt proximè diximus, non tenetur iudex victum condemnare, poterit nè tamen
90 iudex si voluerit partem victam in eas condemnare? affirmatiuè sensêrunt quam plures Doct. *p tex. in l. ædiles. 25. §. item sciendum ff. de ædil. edic. ita Dyn. quem Bart. sequitur in l. 4. § hoc autem iudicium num. 9. ff. de damn. infec.* qui tamen am
91 bo hanc theoricam restringunt ad expensas factas post litem contestatam, quia, vt legitur in *d. §. item sciendum*, iudici statim, atque iudex factus est, omnium rerum officium incumbit, quæcumque in iudicio versantur, ea autem quę ante iudicium contingunt non valde ad eum pertinent, nisi fuerint ei nominatim iniuncta, eamq. conclusionem hoc modo limitatam tenuit *gloss. in cap. finem litibus de dol. & contu. lay in d. §. sine autem alterutra num. 30. & seq. Alex.* ibidem *sub num. 32. Couar. d. cap. 17. numer. 5.* ibi iudex verò si velit *Asin. d. ampliat 54. qui opin. istam Dyn. & Bart.* testatur esse communem *num. 2.* & 3. atque alij plures ab eo relati.

92 Verum hæc limitatio à multis improbatur, qui indistinctè, ac simpliciter opinantur, posse iudicè condemnare partem victam in expêsis tam post litem cõtestatam, quam ante factis per victorem, huius opin. auctor habetur *Innoc. in cap. sæpe contingit. 44. num. 2. &* 3. quem sequuti sunt *Abbas. eod. cap. sub num. 24. Franc. num. 63. quæstion. 15. Imol. in auditis col. penult. extr. de procur. idem tenet Bald. in l. sancimus 13. num. 15. C de iudic.* licet subiungat cautius esse, quod condemnatio expensarum à principio petatur, & iudex adhuc prædicta procedere etiam in iudice delegato, vt ex officio suo possit mulctare, & condemnare in expensis ante litem contestatam *per tex. in l. 2. ff.*
93 *de iurisdic. omn. iud.* arguunt illi, quod sicut iudex ex officio potest mulctare cõtumacè, & parti mulctam indicere ante litem cõtestatam *l. primaff. si quis ius dicen. non obtemp. ubi Bart. n. 9. in fin. not.* ità tenere Doct. communiter, & sicut
94 potest condemnare in expensis contumacialibus nempe ante litem contestatam *ex l. sancimus C. de iudic. quam l. citat glo. in d. §. item sciendum, verbo valde*, ad probandum, quod quandoq; pertinent ad iudicis officium ea, quæ contingunt ante litem contestatam, quod & probat addit. *ad Franc. d. cap. sæpe sub 15. quæst. littera* A. debet etiam posse ex officio suo condemnare in expensis, & ad *§. item sciendum respondent.* quod ibi non excluditur officium iudicis ab actibus contingentibus ante litem contestatam, vt ab exẽplis prædictis apparet, ficque per instantiam cõtrarium argumentum corruit argumento *tex. in cap. sicut urgeri, ubi glo. verbo sic & ego 1. q. 1. glo. similis in l. creditori 9. verbo vendicatio ff. de oper. nou. nunc ubi Iaf. Fusius num. 7.*

95 Adde quod potest iudex ex officio mercenario condemnationem expensarum in sententia omissam iuplere eadem die latæ sententiæ *ex tex in l. Paulus 43. in fin ff. de re iudic not. Salic in d. §. sine autem alterutra num. 37 Iaf. ibidem sub n. 32. gloss in l. terminato verbo Eo minus C. de fruct. & lit. expens. Asin. d. §. 32. cap. 1. ampliat. 54. num. 7.*

F **Nisi aliter per aliud statutum in aliqua causa disponatur)** ergo in hoc tãtum casu victus victori expensas non reficiet, fir
96 ma mandãte regula in cæteris causis, nam exceptio firmat regulam in casibus non exceptis *l. nõ quod liquide §. final. 1. responso ff. de penult. leg. quem tex. ad hoc dicit notatu digniss. Euerard. in suis locis argument. loco ab except. ad regul. num. 1. text. in l. quæsitum §. denique in fin. & ibi Bart. ff. de fund. instruct. cum alijs citatis per Euer. loc. cit.* nec igitur victo proderit sola causa iusta, quam habuerit litigandi, attenta hac sola exceptione nostri statuti, sicuti sentire visus est etiam *Luc. Pet. d. cap. de expens. lit. sub num. 26. vers. mihi videtur*, vnde destrueretur conclusio per nos superius firmata in præcedenti not. quod statutum non procedat, vbi victus iustam habuerit causam litigandi; quæ tamen conclusio tanquam vera, iuri maximè consona videtur vtique retinenda, quam præter alia per
97 nos adducta, comprobasse videtur in terminis statuti Romanæ Vrbis, quod tunc exstabat *Sarmen. regul. de annal. quæst. 41. vers. & hoc quod dictum est, extiabat autem eiusmodi statutum in antiquis lib. 1. cap. 98.* cui nostrum nouum omnino consonat; ad regulam verò prædictam respõderi potest, quod non excludit casus alios similes exceptis ex dispositione iuris communis, & in specie quod casus exceptus à statuto extenda
98 tur ad consimilem casum, quando statutum disponit in materia iuris *not. Abb. in cap. inter alia num. 15. de immun. Eccles. & alij quos refert. & sequitur Euer. d. loco ab except. ad regul. sub n. 5. facit tex. in cap. ad audientiam de Cler. non resid. glo. in c. ferus 16. vbi & addit. in margin. & Bar. num. 3. ff. de vsucap.* dubitari autem non potest ex traditis superius, quia causa iusta litigandi vi dum excusat ab expensis iuxta dispositionem iuris communis, per ea quæ afferunt eiusdem iuris interpretes, sicuti statutum de hoc expressè disponens excusaret.

G **Nullus ordo, nec solemnitas iuris requiratur)** eiusmodi clausula in statutis valida est, quod ẽt
99 statutum tollens iuris solemnitates valeat *not. Caccialup. in l. omnes populi num. 90 ff. de iust. & iur. Carpan. ad stat. Mediolan. cap. 47. nu. 54. verbo & omni solemnitate iuris, & statutorum*
100 *omissa*, atque valida semper sunt statuta, licet repugnent iuri positiuo, vel iuri naturali mutabili secus verò si repugnarent iuri diuino, vel iuri naturali immutabili iuxta *not. per Mascar. de gener. stat. interpr. concl. 2. in fin.* quid verò eiusmodi clausula operetur, & quosnam producat effectus, vide *Carpan. loc. cit. & plures alios Docto. ab eo congestos.*

H **Sed folio vbi fuerint annotatæ producto)** hanc praxim prosequitur; atque dilucide explicat *Luc. Pet. d. c. de expens. num. 13. vers. hoc inquam casu & nu. 31. vers. hoc igitur casu & num seq.*

I Vnica citatione) quæ & de iure communi requiritur per regulam *l.de vnoquoque ff.de iudic.* nam citatio
101 requiritur, vbi quis ex actu lædi potest, & contra dicere possit, si præsens esset, vtrumque verò copulatiuè, & necessariam *l. si cum 28. §.1. uers.& si in ea causa esse uidebitur*, & *inferius uers.Quia etiam absente eo l.recusare. 6. in prine. ff.ad Trebell.l.nam ita Diuus. 29.ff.de adop. l.1. §.denunciari ff.de uentr.inspic. not. Iaſ. in l. nequicquam num. 30.in fin.ff.de offic* Proconſ.*mil.in ſuo repertor.uerbo* Citanda *eſt pars.& uerbo Citari non oportet*, lædi autem potest reus in hoc casu, quia grauari potest,& ideo pôtest etiam
102 appellare, scilicet vbi modus excediturin expêsarum taxatione *Bart.in l.ab executore 4. per illum text.num.13.ff.de appell.*vbi etiam *Alexan. in addit.uerbo Possit appellari Innoc. in cap. fin. num.4.de his quæ ut metus ne cauſ fiunt. Bald. in l.terminato nu.6.C.de fructi.& lit.expenſ.ex tex. in l.ab executione* C.*quor.appell.non recip.* vnde generalis regula desumitur, quôd ab excessu in
103 modo exequendi datur appellatio, vt *per Scac. & alios relatos ab eo de appell.q.17.limit. 10. nu. 28.* & dari appellationem à taxatione expensarum, licet à condemnatione expensarum, &
104 à sententia principali non fuerit appellatum, tradit *Franc.in cap.ſape* 44.*q.*10.*nu.56.* qui tamen subinde *q.12. nu.59.* declarat exprimendam esse causam excessus in appellatione,alias appellationem non procedere, quem sequitur *Maran. in ſuo ſpecul.par.6.princ uerbo Et poſt omnia ad uertatur circa executionem nu.22.* & admitti appellationem ab excessiua taxatione expensarum tradit *Practi.Papien. in forma libell. actio. real. uerbo & expenſis præſentis cauſa num.18.* ita tamen, vt in hac appellatione solemnia illa seruêtur, quæ alioqui solita sunt in appellatione ab
105 executione,vel alia sententia interlocutoria,scilicet, vt appelletur in scriptis & cum insertione
107 causarum, siquidem taxatio expensarum vim habet interlocutoriæ, *vt ead.practi.*subiungit, licet sit potius declaratio, vel interpretatio quædam sententiæ,vt dixit *Bart.in l. ab executore 4. num.11.ff.de appell.& Bal.in l.terminato num.6 C.de fructi.& lit.expenſ.Scace.d.q.& limit. n.56. & ſeqq.*vbi conclusionem istam plenius exornat qua de re nos habemus statutum *ſupra cap.* 173. de appellatione ab expensarum taxatione; sed
108 in specie necessariam censeri citationem rei in taxatione expensarum, præter *Innoc.Bart.Bald. & Alex.locis proximè citatis tenuerunt Franc.in d.cap.ſapè quæſt.*13.*num.*61.*Lanfranc.de Ariad. d.tract.de expenſ.num.*11.*& ita ſeruari in praxi teſtatur Tiraquel.tract.res inter alios acta. ali non præiud.limit.*17.& hæc vti vera sententia seruanda est, cui merito expresse adhæsit statutũ nostrum, quidquid alij senserint ex iure communi, quorum quidem opinio procedit in condê-
109 natione expensarum simpliciter; quia tum iudex reum condemnans iuris dispositionem exequitur *d.l.properandum §.ſiue autem alteutra*, & *l.ſancimus* C. *de iudic.glo.in cap.ſumma 4.q. 5.* vnde cum non grauat, est enim hæc condemnatio iuris potius quam hominis, & ideo citationem non postulat argumento *text.in l.12. §.quod de frumentaria ff.de adminiſtr.rer.ad ciuit.per-*
110 *tinet*, secus est autem in taxatione expensarum in qua, vt paulò supra diximus, grauari potest reũ consideratur, & ita distinguit *Aſin.in prax.iudi. §.7.cap.5.limit.73.num.3.ex ſententia Bero in cap. 1.num.222.extr.de iudic.*

111 K Notario causæ) iure quidem aliàs per iudicem alteri cõ mitti potest expensarum examen,vt pote declaratio sententiæ *Io. de Amic.conſ.55.num.12. quem ſequitur Aſin.d.§.32.cap.6.num.2.argumento tex. eum ibi not.in d.l.ab executore ff.de appell.* maximè verò conuenire videtur eiusmodi officium notario causæ, vti scienti,ac perito status,& qualitatis ipsius causæ, atque expensarum in eam
112 factarum nam peritis creditur *l.1.in princ & ibi Doct.præcipuè Bart.num.4.ff.de uentr.inſpic l.ſeptimo menſe ff.de ſtat.homin.l.ſemel.C.de re milit lib.12.* accedat,quod notarius vulgari prouerbio est oculus iudicis,vt inquit *Saluſt.Tiber. in ſua praxi lib.1.cap.48.num.2.* quo circa non est
113 mirum, quod notario committi possit examen testium, quo quidem commisso, censetur etiam
114 comissum iuramentum ipsorum testium, *vt in decis.Put.251.lib 1. iuxta emendatam impreſsionem Fel.in cap.cum cauſam 27.num.28.de teſti. Alex.in l.hac conſultiſſima §.ſi quis autem nu. 4. C.de teſti.Honthem.de art.notariat.lib.1.cap.11 num.23.* sic pariter statuto Mediolani cautum est,& ,seruatur,quod expensę taxentur à Notario per Potestatẽ eligendo, vt *in cap.56.libro.1. vbi Carpan. verbo Poſtquam taxatæ fuerint numero 12.*

L Per iudicem taxentur &c.) tria hęc à statuto nostro præscripta, nempe taxatio iudicis,iuramentum victoris, & declaratio iudicis ex cõmuni iure pariter requisita censentur *vt in authen.poſt iuſiurandum C.de iudic. vbi Bald. in princ.Iaſ.* ibidem *Lanfranc.d.tract.de expenſ. n.*
115 *10.Couar.d.cap.27.pract.quæſt.num 6. Aſin. d. §.33.cap.6.num.1.* Porrò taxatio iudicis præcedere debet iuramentum victoris, nam si subsequeretur, detegi posset periurium victoris excedentis taxationem iudicis, quod fieri non debet, *vt per Lanfranc.Aſin.& Couar. locis proximè citatis, Vrſill.ad affict. deciſ.*70.*num.4.*
117 Accedat,quod iuramentum istud est veritatis, non autem affectionis,& ideò ob prædictam rationem, scilicet, vt periurii occasio euitetur, ge-
118 neralis est regula,quod taxatio præcedere debet iuramentum veritatis,affectionis verò iuramentum præcedere, & sequi potest taxatio iudicis, *per text. in l. videmus §.iurare ff.de in lit.iuran. vbi glo.verbo & ex magna cauſa Aſin. d. cap.6. num.3.addit.ad d.authen.poſt iuſiurandum*, vbi asseritur ita tenere Doct. communiter.

M Coram quibuscumque Capitolinis iudicibus) *Luc.Pat.d cap.de expenſ* Capitaneum Appellationum excludit à cognitione ista, licet is alioqui Capitolinis iudicibus adnumeretur *ſupra cap.5. 8.& 13.* quia Capitaneus non est ex iudicibus ordinarijs,sed iudex appellationum, & nullitatũ fori Capitolini, vt supra cap. 166. & seq. at vbi agitur ex statuto ad expensas, quarum condemnatio in sententia fuerit omissa, in quo quidem

casu

casu loquitur *Luc. Pet. iuxta Statutum*, tum adiri debet iudex aliquis ordinarius, sicuti idcircò de restitutione in integrum principaliter experiendum esse coram alterutro ex Collateralibus tamquam iudicibus ordinarijs, non autem corã Capitaneo supertius diximus capit. 9. de officio Collateralium Iudicum, si verò in sententia cõdemnatio fuerit facta, coram Iudice sententiam exequente, prædicta taxatio, & executio fiat, quod & iuri communi consonat, cum ad iudicẽ
120 pertineant etiam accessoria causæ *l. Paulus* 42. *ff. de re iudic. cap. prudentiam. 21. in fin. ar. offic. deleg. not. & fin. in prax. iudic. d. 9. 32. cap. 24. nu. 5.*
121 porrò expensæ litis sunt accessoriæ, & dependentes à lite super negotio principali, & de illis quoad condemnationem & executionem idẽ censendum est ac de sorte principali, vnde exe-
122 cutio facta pro sorte principali super vna re, potest etiam in eadem fieri pro expẽnsis *Seraph. decis. 891. num. 4. & seqq. par. 1.* & statutum loquens de executione facienda pro debito principali habet locum etiam pro expensis litis *Rot. Auenionen. decis. 55. in collect. per Laurent.*

De Salarijs [b] Aduocatorum, & [c] Procuratorum.

Cap. 92. lib. 3.

[d] IN Aduocatis [e] in tota causa interuenerint, & omnibus [f] scripturis suas manus apposuerint, corrigendo, approbando, vel subscribendo, recipiant in prima instantia in causis ordinariis [g] ducatos auri tres, [b] & tãtundem Procurator, siue vnus, siue plures fuerint, habere debeat. [i] In secunda aut vlteriori instantia, vbi esse contigerit, [k] habeant dimidium summæ prædictæ: Cũ autem plures Procuratores surrogati interueniunt, summa prędicta pro rata temporis, & status causę inter eos diuidatur: Si tamen Aduocati in quocumque statu causę, in scriptis, vel voce super aliquo dubio informauerint, habeant pro qualibet informatione scutum vnum. [l] In summarijs autem causis vel executiuis, Procurator scutum vnum in tota causa petere possit: Aduocatus verò pro modo laboris, vt supra. Si vero dictę [m] causę summariæ, & executiuæ intricarentur, aut difficiles redderentur, Procuratores pro modo laborum plus recipiant, personarum, & causarum qualitate pensata, dũmodo summam aureorum trium pro tota instantia non excedant. Sed [n] si causæ essent arduæ, & implicitę, vel verterentur [o] inter Barones, vel alios Nobiles diuites, de Castris, vel de Casalibus, vel de Hæreditatibus opulentis, vel similibus; tunc locum non habeat salariorum taxatio prædicta, sed vltra eam moderatè recipiant, Iudicis, & Correctorum arbitrio. Et Iudices vltra salaria supra definita & expensas taxare non possint.

SVMMARIVM

1 *Salaria Aduocatorum, & Procuratorum adiunguntur aliis litium expensis.*
2 *Salaria congruentius Honoraria dici deberẽt & Arbitraria, & num. 3.*
4 *Salarium propriè, quid significet, & n. 10.*
5 *Salarium præcipuè refertur ad Medicinam: & ad Liberales Artes, & num. 6.*
Et ad Procuratorem litium, & num. 7.
Et generaliter ad quodcumque negocium cõmissum, & num. 8.
9 *Aduocati antiquitus erant Oratores causarum, qui in foro, & viua voce causas tuebantur: & tunc illi dicuntur, qui Clientem causis agendis, vel tuendis assistunt legibus, ac iuribus, & num. 11*
Et quales esse debeant, remissiuè, & n 16.
10 *Statuta interpretationem recipiunt à communi vsu loquendi.*
12 *Aduocati, & Procuratores quomodo antiquitus inter se distinguebantur.*
13 *Aduocati egregij Encomium, & num. 15.*
14 *Aduocatorum officium ad vtilitatem publicam pertinet.*
17 *Romanorum cura in retinenda fide, ac integritate Aduocatorum ex Tacito.*
17 *Procuratoris nomen conuenit tam constituto ad negocia, quàm ad lites: at in Statuto intelligitur tantum de Procuratore ad lites, & num. 18.*
19 *Verba vbi sunt clara, non admittitur quæstio voluntatis.*
20 *Procuratores ad lites qui sint. & n. 21.*
Et antiquitus appellabantur Cognitores, num. 22.
Et familiarissimi Defensores, n. 23.
Et quales esse debeant in Tribunalibus Vrbis & num. 24
25 *Dictio Si, denotat conditionem.*
26 *Conditio inducit formam.*
27 *Aduocatus si sibi ipsi patrocinatus sit, an debeat illi taxari salarium, ac si Aduocatum pro altero egisset, & num. 29.*
Declara, vt num. 28
30 *Victor, cui Aduocatus gratis patrocinetur, an petere possit salarium eiusdem? & num. 31.*
32 *Ciuilis sapientia pretio nummario æstimari non debet.*

Argu-

33 *Argumentum valet à pacto ad consuetudinẽ, vel legem.*

34 *Aduocato licet vendere iustum patrocinium, & num.64*

35 *Beneficium facere de suo nemo cogitur.*

36 *Conuentio inter Clientem, & Aduocatum de honorarijs, &c. quando valeat.*

37 *Salarium conuentum debetur Aduocatis, & Procuratoribus.*

Et an possit peti etiam lite pendente? & num. 40.41.

Et quid circa hoc seruabatur antiquis temporibus? & n.38.39

42 *Salarium Aduocatorum pro singulis causis non debet ex iure communi excedere summam centum aureorum.*

Intellige, dummodo per Clientem non sit promissum plus cum iuramento, & n.43.

Item, si datum sit sponte, tunc retinebit illud Aduocatus in foro conscientiæ, & n.44.

Item non procedit in causa de vita, & num. 45.

Neque in Aduocatis Episcoporum, vel Abbatum, & n.48

46 *Aurei recentiores quantum differant ab aureis veteribus.*

47 *Solidum an accipiatur pro aureo?*

49 *Aduocati salarium suscipere non debent à pauperibus.*

50 *Aduocati quomodo gerere se debeant cum clientibus.*

51 *Consuetudo Legem abrogat.*

52 *Aduocati de iure debent iurare se non defensuros nisi causas, quas iustas esse putauerint: sed de consuetudine non est necessarium tale iuramentum, & n.53.*

54 *Taxatio salarij Aduocati, & Procuratoris quomodo facienda: & non habet locum in causis arduis, vel implicitis, & num. 65*

55 *Florenus idem est, quod hodie Ducatus auri.*

56 *Salarium Aduocatorum, & Procuratorum efficitur peculium quasi castrense.*

57 *Procurator dici potest etiam Patronus, & Aduocatus.*

58 *Salarium Aduocato debetur, licet non sit conuentum. Procuratori vero ad lites, si non sit conuentum, non debetur, nisi vbi adsit consuetudo, quod debeatur, & num. 59.60.*

61 *Dispositio noua potius est intelligenda, ne aliquid addat iuri communi, quàm vt ex ea quis indebitè damnum patiatur.*

62 *Salarium debetur Aduocato, & Procuratori, etiam si cliens transegerit cum aduersario: atque etiam si citra laborem, & librorum reuolutionem clienti consilio suo cauit.*

63 *Prima instantia causarum longior est & difficilior quàm cæteræ instantiæ.*

64 *Dubia facti, & dubia iuris intricati, & controuersi æquiparantur.*

66 *Laboris ratio est habenda in præmio reddendo.*

67 *Clausula generalis non refertur ad ea, de quibus in proximis antecedentibus verbis facta est mentio expressa, & dispositio.*

ANNOTATIONES.

A 1

Alaria eiusmodi aliis litium expensis adiungũtur vt *in l. sancimus.* 13. C. *de iudic.* & in foro Capitolino præcipuè post cæteras expensas taxari solent iuxta praxim *not. per Luc. Pat. lib. 9. c. de expens. litis n.* 15. ideo cap. huiusce tractationem hic opportunè subnectendam censuimus.

2 Pro salarijs verò Aduocatorum, forte conuenientius dictum esset, pro honorarijs, sicuti aduocatos honorando dixerat *Vlpian. l. C. in l. 1. ff. de var. & extraord. cognit.* ibi in honorarijs Aduocatorum ita versari iudex debet, vt pro modo litis, proque Aduocati facundia, & fori consuetudine, & iudicij, in quo erat acturus, æstimationem adhibeat, dummodo licitum honorariũ quantitatis non egrediatur, & *Paulus in l. qui operas 42. in fin. ff. loc.* ibi aduocati quoque, si per eos non steterit, quominus causam agant, honoraria reddere non debent, & Gordianus Imperator in *l. 3. C. de postul. in primis verbis,* si sub specie honorarii, quod Aduocato vsque ad certum modum deberi potuisset, & Iustinianus Imperator *in l. sancimus C. de iudic.* ibi circa honoraria Aduocatorum, & Valerianus Imperator *in l. 2. C. de legation.* ibi sanè si honorarijs Aduocatorum erat ea quantitas destinata, mercedes verò, quo nomine significari solet, quod soluitur ex causa locationis, & conductionis, vt præcipuè colligitur *ex l. sed addes. 21. in fin. & l. si mercedi, 28 in princ. ff. loc.* dicere forsan displicuit, cum crederent veteres in certis casibus locationem & conductionem contrahi, vt legitur apud *Vlpi. in l. 1. §. in honorarijs ff. si mens. falsum. mod. dixer.* ibi non crediderunt veteres inter tales personas locationem, & conductionem esse, sed magis operam beneficij loco præberi, & id ei loquitur de agri mensore ad remunerandum dari, & inde honorarium appellari, quod ius, vt inquit ibidẽ *glo. verbo Honorarium,* in Aduocato multò magis dicetur, vtpotè cum multò dignus sit eius officium, quam aliarum personarum, quæ in ea *l. nominatæ sunt.*

3 Cæterum vt *Bud. animaduertit in l. solet. §. quãtum ad xenia vers. quomodo, & honorarium ff. de offic. Procons.* honorarium Aduocationis, patrocinijque gratia præberi solitum hodie priscum nomen prorsus retinere non potest; non enim

iam

iam honorarium, vt idem subdit, sed arbitrarium iure vocari debet id, quod arbitratu eorum statuitur, qui accipiunt, non eorum qui præbent. 4 hoc tamen Budæi dictum simpliciter non videtur verum, nam plerique Aduocati, & patroni causarum alicuius nominis nihil pro patrocinijs petere solent, sed quidquid sibi à clientibus sponte offertur, non grauatę accipiunt. porrò salarium alioqui significat mercedes annuas, & stipendia, quæ ob liberales artes præstantur, & ad 5 medicinam præcipuè refertur in *l. alimenta* 16. *in prine.* ibi quod medicus esset, salaria ei præstarentur, & in *l. ambitiosa ff. de decre. ab ordin. 6 facien. in fin.* ibi si ob liberalem artem fuerit cõstitutum, scilicet salarium, vel ob medicinam, ob has enim causas licet constitui salaria, & generaliter prædicatur *in l. si fratres* 53. *§. idem Papinianus*, ibi stipendia, cæteraque salaria in commune redigi *ff. proſoc.* & ad procuratorem litium 7 expressim refertur *in l. salarium* 7. *& in l. qui mutuam pecuniam* 56. *§.* 1. *verſ. ſalarium. ff. mand.* & generaliter intelligitur ex quocumque negotio cõmisso 8 *in l.* 1. *& in l. ſi literas.* 7. C. *eod. tit.* idem satis probari videtur *ex l. diem functo ff. de offic. Præſid. & ex l.* 22. *ff. loc.* quæ duæ leges singulæ habent ferè eadem verba, nempè diem functo legato Cæsaris, salarium comitibus residui tẽporis, q̃ legatis præstãdum est, debetur &c.

*S*alarium indicat etiam annuam erogationem quæ alicui sui ruendi, exhibendiq; causa prestatur *l. fin. ff. de in rem verſ. l. cum ij* 8. *§. ſi in ſingulos annos ff. de tranſact. l. vlt. in fin. ff. de de actis. & obligat. l. Titia.* 19. *§. final. annu. leg. & Plin. lib.* 31. *c.* 7. *de ſale tractãs*, Honoribus ẽt inquit, militiaq. interponitur salariis inde dictis, magna apud antiquos auctoritate, sicut apparet ex nõie Salariæ viæ, quoniã pilã sal ad Sabinos portari cõsueuerat.

B Aduocatorum) Aduocatos, inquit *Vſp. in d. l.* 1. *§. ita* eñ *ff. de var. & extr. cogn.* accipere debemus oẽs omninò, qui causis agẽdis quo quo studio operãtur, nõ tñ p̃ tractu non affuturi, causis accipere quid solẽt, ad uocatorũ numero erũt *Alc. in l. creditores* 5. C. 9 *de pact. n.* 7. ita scribit, Aduocati verò ipsi, scil patroni, iidẽ oratores causarũ erãr, qui in foro, & viua voce causas trebãtur, q̃ vtiq; ꝓbatur ex *l. ad vocati.* 14. C. *de aduoc. diu. iudic.* ibi militãt nãq. patroni, qui gloriolæ vocis cõfisi munimine, laborãtiũ spẽ, vitã, & posteros defendũt. Patrononorũ verò nomine dubiũ nõ est, quin aduocati intelligãtur vt ex *eod. text.* apparet, qui totus in honorẽ Aduocatorũ expressim cõpositus est, quos demũ in clausula ipsius *l. causarũ patronos appellãt*; sed q̃ attinet ad cõem loquẽdi vsũ nostri tẽporis, iuxta quẽ intelligi debet statutũ nostrũ, se 10 cundũ iuris regulã, de qua in *l. Labeo ff. de ſuppel. leg. in l. librorũ* 50. *§.* q̃ tñ Cassius *ff. de leg.* 3. *& in l. cũ dilamonis* 18. *§. aſinam ff. de fund. inſtruct.* quibus in locis not. Doct. cõiter, q̃ statuta interpretationẽ recipiũt à cõi vsu loquẽdi, sicuti *not. glo. in c. nõnulli* 28. *verb.* vltra duas dietas de rescrip. vbi ẽt canonistæ cõiter; Aduocati nostris tẽ 11 poribus, præsertim in Vrbe Roma illi dicuntur, qui aliẽrũ causis agẽdis, vel tuẽdis assistũt legib. ac iurib. nec mirũ est moribus Ciuitatis, & vsu rerũ appellationẽ esse mutatã, quæ verba leguntur 12 *in l. Labeo, verſ. nec mirũ eſt.* Quinimò ẽt in ipsa antiquitate inter personas circa causas in iudicijs laborãtes, hæc reperitur distinctio, quã ex *Aſconi. in diuinat. affert Buda ad l. minor.* 19 *§.* 1 *ff. de min.* in illis verbis, qui defẽdit alterũ, aut patronus dicitur, si orator est; aut aduocatus, si aut ius suggerit, aut præsentiam suam commodat amico, aut procurator, si negocium suscipit, aut cognitor si præsentis causam nouit, & sic tuetur, vt suã, eãdẽ refert distinctionẽ *Budæo.* cñ minimè nõiato *Briſſon. de formul. lib.* 5. *verſ. actionũ vt inſtar fol.* 437. *& & cõprobat Polet. in hiſter for. Roman lib.* 2. *c.* 1. *de Aduocatis, & aduocatione in genere verbo Aduocati proprie fol.* 108. vbi tradit, q̃ illi propriè sunt Aduocati, Ecce q̃ antiquitus ẽt Aduocatus ille præsertim habitus est, qui ius suggerebat, ꝓut seruat cõsuetudo nostrorũ tẽporũ. Egregij vero aduocati 13 simulq; boni Iudicis cõmendationem Ragonil inscriptio cõtinet in hæc verba, quæ subijcit idem *Briſſon. Ragonio Vincẽtio Celſo* V. C. à primo ætatis introitu, in actu publico fidei executione versato, cuius primæ vitę officio Sedis Vrbanę Aduocatione exercito, fidẽ iũxit ingenio, prudetia miscuit liberalitatem, ità vt nemo de eius industria, nisi ille, cõtra quẽ susceperat, formidaret; cuius accessus ætatis amplissimi honoris, & qui solent senioribus ꝓuenire ornamenta, ꝓmeruit; nã rexit annonariam potestatẽ Vrbis æternę in æquitate, vt inter omnes qui ad eũ animo litigãtes intrassent, parentẽ se plerũq. magis his quã Iudicẽ præbuisset; cõuenire ꝓ fecto videtur hoc encomiũ Eminentiss. viro Lęlio Biscię filio Bernardini Aduocatorũ sui tẽporis facilè Principis, ille eñ primæ vitæ officio sedis Vrbanæ aduocationẽ exercuit, postea annonariũ potestatẽ Vrbis ęternæ rexit, atq; demũ aljs insignibus muneribus in Vrbe ipsa pręclare defunctis in amplissimũ Purpuratorũ Patrũ ordinem à summo Pontifice Vrbano VIII. merito cooptatus est. Nec verò omiserim, quod Aduocatorum officium 14 ad publicam vtilitatem pertinet, vnde competunt eis priuilegia publicæ vtilitatis, vt benè probat *Alciat. in l.* 1. *ff. ſol. matr. ad verbum, Nam & Reipublicæ nu.* 53, & ideo tenet in specie, ad eos extẽda etiam priuilegia Doctorum ius publicè profitentium, eiusdem ſũtiæ Doct. alios referens, & mox subiungit, ad merita in Deũ, quod attinet, quod si Aduocati munus suũ fideliter, ac diligenter exerceãt, cuiuscũq; obseruantiæ sodali, fratriuè minori præferendi sunt, sicuti etiã cẽtuit *Hoſtiẽ. in proœm. ſumme n.* 8. *& dixit Carpan. ad Statut. Mediola. c.* 15 429. *n.* 7. Cæterum vix æque illustre, & gloriosũ elogium in Aduocatos proferri posset, quam illud quod æternis monumentis consignarunt Imperatores Leo, & Anthemius AA. *in l.* 14. C. *de Aduoc. diuer. iudicior.* hisce verbis, Aduocati qui dirimũt ambigua facta causarũ, suæque defensionis viribus sæpè publicis in rebus, ac priuatis, lapsa erigũt fatigata reparant, non minus prouident humano generi, quã si præljs, atq; vulneribus patriã parẽteq. seruarent; Nec enim solos nostro Imperio militare credimus illos, qui gladijs, clypeis, & thoracibus nituntur, sed etiã Aduocatos, militant namque causarum patroni, qui glorioſæ vocis confisi munimine laborantium spem, vitam, & posteros defen 16 iunt. Quales verò esse debeant Aduocati & qualiter cũ õibus se gerere debeãt vid. *Speculat. debiſce doctr.* ac prudẽter disserẽtẽ *ti. de Aduoc. lib.* 1. *partic.* 4. *& de offic. Aduoc. Lancel. Polit. inter tract. v niu. iur. to.* 3. *p.* 1. *fol.* 362. Demũ quanta cura incũbuerit ip 17 sũ Rom. Imperio Aduocatorũ fidẽ, ac integritatẽ

retinendã,planè compertũ fit ex Tacito *Anal. lib.* 11. suo initiũ apud quem hęc verba legũtur.

Nam cuncta legum&, magistratuum munia in se trahens,Princeps,materiã prædandi patefecerat,nec quidquã publicæ mercis tã venale fuit, quã Aduocatorũ perfidia,adeo vt *Sancius* insignis eques Romanus quadringentis nummorũ millibus *Suilio* datis, & cognita prævaricatione, ferro in domo eius incubuerit; igitur incipiente C.*Silio Consule designato*,cuius de potentia,& exitio in tempore memorabo, consurgunt Patres, legem Cinciam flagitant,qua cauetur antiquitus, ne quis ob causam orandam pecuniam donumue accipiat. Deinde obstrepentibus his quibus ea contumelia parabatur, discors *Suilio* Silius acriter incubuit,veterũ Oratorum exempla referens;qui famam in posteros,præmia eloquentiæ cogitauissent pulcherrima, alioquin & bonarum artium Principem sordidis ministerijs, fœdari,nec fidem integram manere,vbi magnitudo quęstuum spectetur. & si in nullius mercedem negotia tuentur,pauciora forè; nũc inimicitias accusationes,odia,& iniurias foueri, vt quomodo ius morborum pretia medentibus, sic fori tabes pecuniã Aduocatis ferat;meminissent *C.Asinij & Messalla ac recentiorum Arruntij*, Eserninos ad summa proiectos incorrupta vita,& facundia: Talia dicente Consule designato consentiẽtibus alijs parabatur sententia,qua lege repetundarum tenerentur,cum Suilius,& Cossutianus,& cæteri,qui non iudicium, quippe in manifestos sed pœnam statui videbantur,circumsistunt Cæsarem ante acta deprecantes; Et post quã annuit tacens incipiunt. Quem illum tanta superbia esse vt æternitatem famæ spe præsumat? vsui,& rebus subsidium præparari,ne quis inopia Aduocatorum potentioribus obnoxius sit; neque tum eloquentiam gratuito contingere, omitti curas familiares,vt quis se alienis negotijs intendat; multos militia, quosdam exercendo agros,tolerare vitam,nihil à quoquã expeti,nisi cuius fructus ante prouiderit; facile Atinium, & Messallam inter Antonium,& Augustum bellorum præmijs refertos, aut ditium familiarum hæredes, Eserninos,& *Aruntios* magnum animum induisse, prompta sibi exempla, quantis mercedibus *P.Clodius*,aut C. *Curio concionari soliti sint*, se modicos Senatores,qui à *Rep.* nulla nisi pacis emolumenta peterent,cogitare plebem, qua toga enitescerent,sublatis studiorum præmijs, etiã studia peritura,vt minus decora. Hæc dicta, aut frustra dicta Princeps ratus,capiendis pecunijs,posuit modum vsque ad cena sestertia, quæ egressi repetundarum tenerentur

C **Procuratorum)** procuratoris nomen generale est, vnde con-
18 uenit tã constituto ad negotia,quam ad lites *l.1. ff.de procur.* hoc tamen loco strictè intelligi debet de procuratoribus ad lites,cum de his euidenter appareat loqui statutum,& verba,vbi sũt
19 clara,non admittitur quæstio voluntatis *l.alle aut alle 21 ff. de leg 3. l. sicut Imperator 77.ff.de l.1.* & in casu similis statuti declarauit, *Carpan. ad stat. Mediol. cap.429.num.8. verbo Vel procurator*; procuratores autem,de quibus hic agitur
20 hi sunt,qui ambigua facta causarum tum verbo, tum scripto Cauocatis & Iudicibus explicant, ex quibus ius oritur *l.si ex plagis 53. §. in clino Capitolino*; ibi in causa ius esse positum *ff.ad leg.*
21 *Aquil.* atque amplius elaborant, vt acta per tabelliones,seu **Notarios** in scriptis opportunè, & iudiciorum **ordine** ad vnguem impleto in scriptis rediganter, vnde processuum,ac sententiarũ **nullitates** euitentur iuxta *text.& ibi not.per scribentes in l.prolatam* C.*de sent. & interloc. omn. Iudic.& per V ant.de nullit. ex defect. proces. ac solemnit& form.ipsar sentent.* de litium Procuratoribus mentio habetur in *l.salarium 7. & in l.qui mutuam pecuniam 36.§. 1.vers.salarium ff. mand.& apud Bud.& Brisson.* in distinctione relata præcedenti notatione proxima, vbi procurator dicebatur,qui negotiũ suscipiebat, aliàs dicitur suscipere actionẽ,*vt in l non videtur.53.*
22 *ff.de regul iur.* sed & cognitor appellabatur *Budæo & Brissonio*,testibus,qui præsentis causã nouerat,sicq. tuebatur,vt suã,quem tñ Cicero dixit
23 familiarissimũ defensorem,vt idem *Budæus*.ibidem exponit in annotat.reliquis in *pandect.ad l.moris 9.§ solet autẽ ita vers. Ergo cognitorem ff. de*
24 *pœn.* Cæterum de spectantibus ad officiũ & facultatem procuratorũ benè tractat *Speculat.tit.de proc.lib.1.partic.3.* quales verò esse debeant procuratores,tũ in Auditorio Rotæ,tum in aliis Tribunalibus Vrbis iuxta constitutionẽ *Pauli Papæ V.felic. rec.de refor. Tribunal. Vrbis.* vide constitutionẽ ipsã tit de Aduocatis,Procuratoribus &sollicitatoribus,ex qua tria præcipuè obseruanda videtur,primũ q Aduocati, seu procuratores cõsanguinei, vel affines vsq;ad secũdũ gradũ alicuius iudicis,vel officialis in causis corã eo pendentibus,nullo pacto valeãt patrocinari, secundũ q procuratores nõ debẽt admitti,qui nõ sint prius approbati à superiore illius Tribunalis,vbi causas agũt,& in libro particulari descripti,vt in *vers.* 1.2.& 3. Tertiũ q nõ possint à suis clientibus salariũ petere nisi cõuẽtũ,vt in *vers.Procuratores, & Solicitatores*. Plura alia iuri,rationi & bonis moribus cõueniẽtia præscribit eadẽ cõstitutio à Procuratoribus,& sollicitatoribus obseruãda,quę quidem adimpleri publicè expediret, ac oporteret.

D **Si Aduocati)** dictio *Si*, denotat cõditionem *l.quibus diebus dies*
25 *bus 40.§.quidam Titio ff.de condit. & demonstr. glo.in l.1.verbo conditio, vbi etiam Doct. ff. eod. tit.l.quodcunq.45.§. fin.ff.de verb oblig.* Plura alia ad id cumulat *Barbos. diction.313.d.num.1.*
26 Conditio autẽ inducit formam,qua omissa dispositio non sortitur effectũ *l.qui bareai.44.in prin & l.Menius.34.ff de condit.& demonstr. Capyt. dec.150 n.3.p.1.Rot.dec.515.n.3.p.2.in recent.*& alij complures congesti p *Barbos.in princ.& loc. comm.iur.verbo Conditio inducit formam n. 30.* Ideò,vt huic statuto locus fiat,animaduertendũ erit in casibus contingentibus,an concurrãt omnia, & singula hoc capite expressa.

E **In tota causa)** inte quidẽ, nam qui protractu,vel vt in *Pãdectis* Florentinis legitur,pro tractatu nõ affuturi causis accipere quid solent,Aduocatorũ numero nõ sunt *d.l.1.§.Aduocatos,vbi & Bart.n.3.& seq.*

F **Scripturis suas manus apposuerint)** quid si Aduocatus sibi ipsi patrocinatus sit, debebit ne taxari eidem salarium, perinde, ac si aduocatum pro al-

tero

taro egisset) dicendum videtur, quod taxari debeat, vti tenuit *Bart. in l. si stipulatus ei. 45. sub num. 3. ff. de fideiuss.* quam sequitur *Guid. Pap. singul. 250. Iaſ. in l. properandum §. siue autem alterutra num. 14. uersi. ego teneo C. de iudic. Specul. tit. de expens. §. 6. uerbo Postremo sub nu. 8. uersi. quid si ab emptore*, qui tamen declarat, vbi Aduocatus nihil de contingentibus ad causæ de-
28 fensionem omiserit, & ad eum se refert *Rot. decis. 5. num. 1. de proxur. in antiquior. Mysinger. obs. 2. cent. 1. sub num. 1.* dicens deberi hoc casu
29 salarium Aduocato petenti ex causa damni, & interesse, quia interim alias causas, vel negocia neglexisset. & hanc testatur communem esse opinionem, sicuti contestatur etiam *Asin. d. §. 32. limit. 19. num. 2.* licet contra nõ desint multi alii. ter sentientes, *vt per Asin. ead. limit nu. 1.*

30 Quid si victor habuerit aduocatũ, qui ei gratis patrocinari voluerit, num petere poterit salarium talis aduocati inter reliquas expensas litis? distinguendum videtur, aut Aduocatus remittit amico clienti salarium, ex causa remunerationis, & eo casu eiusmodi salarium peti poterit, aut simpliciter remittit gratis, animo
31 donandi, & tunc non poterit peti, ita distinguit *Specul. tit. de expens. d. §. 6. uerbo postremo num. 8. uersi. Quid si victor*, quem sequitur *Rot. dicta decis. 5. num. 2. in antiquior. & decis. 38. de sentent. & re iudic. in antiq.* quam quidem distinctionem sequuntur, & commendant, etiam alij relati *per Asin. d. §. 32. ampliat. 66. num. 5.*

G **Ducatos auri tres)** talis ducatus in lorum vndecim computatur, *vt c. 197. uersi. ducatus auri supra lib. 1. de uerb. & rer. signif.* statutũ autẽ assignans ducatos tres dumtaxat Aduocato, qui interuenerit in rota causa, & omnibus scripturis suas manus apposuerit, corrigendo, approbando, vel subscribẽdo, videtur esse illiberale, sed dicamus cum *Vsp. in d. l. 1. ff. de uar. & extraord. cognit §. & quidem* quod res sanctissima ciuilis sapientia, pretio nũ-
32 mario non est æstimanda, nec tamen ideo impeditur voluntaria clientis liberalitas erga aduocatũ suum; neq; isti tres ducati statutarii habere debẽt aliquid commune cum honorariis aduocato exhibitis, ac præstitis pro occasione in causæ prosecutione iuxta conuentionem, vel consuetudinẽ,
33 quæ vim habet conuentionis, iure enim arguitur à pacto, seu conuentione ad consuetudinem, ita vt quidquid fieri potest per pactũ, ẽt potest p legem, vel cõsuetudinem ex *text. in l. fin. ubi Bart. Bal. Salic. & alij not. C. de fideiuss. cum alijs congestis per Euer. in loco à pacto ad legem, uel consuetudinem n. 1.* Et quidem quod attendi debeat cõuentio inter clientem, & aduocatum probat *text. in c. non licet 71. 11. q. 3.* ibi, & si liceat aduocato
34 vendere iustum patrocinium, & iurisconsulto rectũ consilium, & in *c. fin. 14. q. 6.* ibi quia vendit. Aduocatus iustum patrocinium, iurisperitus verũ consiliũ; nemo eñ de suo cogitur facere benefi
35 ciũ *c. presentis 10. q. 2. glo. in d. c. non licet 11. q. 3.*

36 Valet autem eiusmodi conuentio, si promissa fuerit Aduocato quantitas, vel res, non tñ respectu rei, quæ in litẽ deducitur, vel si pactum fit de quota litis & alias, vt benè declarat *Carpan. ad Stat. Mediol. c. 29. n. 19. & seqq. probat. text. in l. 1. C. ne sussrag. not. Guid. Pap. dec. 102. n. 2. Iaſ. in §. tripli n. 58. inſtit. de action. idem Carpa. cap. 432. uerbo Licet non fecerit pactum n. 3.* cõferunt huic *not. per Alber. in l. nec quicquam §. obseruare n. 3. ff. de offic. Proconſ. & per Asin. tract. de execut. §. 3. c. 9. n. 3. & 4.* & salarium cõuentum deberi Ad-
37 uocatis, & procuratoribus pro indubitato habetur, vt apparet etiam ex allegata *reform. Tribun. Vrb. Pauli Papæ V. tit. de Aduoc. &c. uersi. Procuratores, & ex dec. 238. sub n. 1. p. 1. in recentior.* quibus in locis, licet sermo sit de procuratoribus attamen quo ad hoc ex identitate rationis nullũ est discrimen inter Aduocatos, & Procuratores, vt apparet ex dispositionibus legalibus, & statutariis, & ex scriptis Doct. qua de re nos etiam aliquid mox dicemus sub verbo Procurator; & de procuratore, & Aduocato idem quo ad validitatem conuentionis salarij cum cliente traditi *Carpan. ad stat. Mediol. d. c. 432. uerbo licet non fecerit pactũ n. 3.* consequenter vt supra proximè per argumentum deduximus, si in casu, de quo agitur attendi debet conuentio, ita pariter & consuetudo, vbi conuentio cesset, quod si Aduocatos operam suam præstare detractet, nisi singulis actibus sibi satisfiat, debet iudex litigatorem adigere, vt ei satisfaciat, nisi ipse litigator alium pro alio patronum eligere maluerit iuxta *text. in l. properãdum §. illo uersi. honorarijs C. de iudi. not. Alciat. in d. l. creditori n. 7.* Antiquioribus autem
38 tẽporibus Aduocatis, seu patronis causarũ oblatum à principio honorarium non conuentũ recipiẽdi quidem ius erat *d. l. 1. §. in honorarijs uersi. Ita enim ff. de uar. & extraord. cognit. l. fin. C. de cond. ob caus. l. qui operas 41. uersi. fin. ff. loc. l. unic. C. de suffrag. ubi glo. uerbo consignantur. & uerb.*
39 *Petere*; Petere autem ex iudicio non poterant, nisi in fine litis, vt *not. Alciat. in l. creditori 5. sub*
40 *uerbo Patrocinio n. 7. C. de pact.* sed quod immo honorariũ peti possit ab Aduocatis etiã lite pẽdente ex officio iudicis *not. Mysinger. obser. 7. n. 5. cent. 3. iuxta sententiam Bart. in l. properandũ. §. illo nu. 2. C. de iudic. & Guid. Pap. decis. 190. in honorarijs littera N.* vbi & additio, *Carpan. ad d. c. 432. sub uerbo De eius salario nu. 8.* communior tamen est opinio Doct. quod in fine litis, &
41 non ante finem honorarium Aduocato debeatur *vt not. Iaſ. in l. diem functo n. 11. ff. de offic. Assesſo. & in §. tripli num. 59. inſtit. de action. Mysinger. d. obser. 7. n. 2. Cauall.* qui tamen vtramque opinionem communem dicit *pract. quæst. commu. contra comm. quæst. 598.* Verum hæc disputatio inutilis redditur ex vsu, & consuetudine nostri temporis, quinimo antiquissimi de qua præcipuè
42 *Iaſ. in d. §. tripli num 61.* Honorarium verò Aduocatorum maius pro singulis causis actis non deberet excedere centum aureos *d. l. 1. ff. de uar. & extraord. cognit. §. si uero post causam actam*, vbi hæc leguntur verba, si vero post causã actã cauta est honoraria sũma, peti poterit vsq; ad probabilẽ quantitatẽ, & si nõie palmarii cautũ sit, sic tamen, vt computetur id, quod datum est cum eo quod debetur, ne vtrumque compositum licitam quantitatem excedat, licita autem quãtitas intelligitur prò singulis causis vsque ad centum aureos; quod tamen non procedit, vbi plus per clientẽ promissũ fuerit cum iuramento
43 *Guid. pap. dec. 190. num. 1. Vrsil. ad Afflic. dec. 123. num. 6.* item si datum sit sponte, tum enim illud

licite retinebit Aduocatus in foro conſcientiæ *Tiraquell.de notabilit, capitul.29.nume.30* fallit etiam vbi cauſa ſit de vita, quia tunc nullum
45 eſt taxatum ſalarium à iure *laſ. in §. tripli numero 53. iſtitut.de action.ex Bald.in l prima ad fin. C.mand.* tanti autem æſtimantur, quanti dena ſeſtertia aduocatis honorarii loco permiſſa apud *Tacit.lib.11.Annal.ſuperius citatâ*, vti probat *Alciat.diſpunct.lib.1.cap 9. & in dicta l. creditori numero 9. C.de pact. Anton. Auguſtin. emendat.libro ſecundo capit.9. numer.9.Schard. in ſuo Lexicon.iur. verbo Aureos centum commentes ſeſtertios Iuſt.lipſ.in ſuis notis ad Tacit. loco citato ſub verbo ſapiendis pecunijs poſuit modum vſque ad dena ſenaria numer.* 27. Porrò quan
46 tum differãt aurei recentiores ab illis veteribus cognoſci poteſt, tum ex prædictis auctoribus, tum *ex Didac.var.reſol.lib.3.cap.11. numer. 3. & de veter. collat. numiſmat.cap.3. §. primo & Mynſing. in §. nos autem inſtit. de Attil.tut. vbi præcipuè num.5.* computat vetus honorarium aureorum centum pro Aduocatis ecl. coronatis ideſt aureis noſtrorum Temporum, & in fin. ſubiungit ex *Alciat.à ſe citato*, quod aureus quo hodie vtimur ex generali omnium populorum conſuetudine ſubrogatus eſt veteri, & ideo quæ de ſolido quem ſuperius num.3. accepit pro aureo ex ſententia *Accurſij in eod.§.verbo Solidos*, iure ciuili decreta ſunt, ad noſtrum aureum quantumuis leuioris ponderis referenda eſſe,
47 Accurſii verò ſententia accipientis ſolidum pro aureo valdè dubia redditur ex deductis fusè ſatis *per Didac.dicto §.num.2.* qui & eam reprobat, quam tamen probauerat *Anton. Auguſtin. dict. emend.lib.2.cap.8 præſertim in fin.* ad ſupradicta videri etiam poſſet non inutiliter *Panuin. de Imper.Roman. cap. de vectigal. Popul. Roman. fol.* 225. *& ſeqq.*

Verum quidquid ſit de honorario illo aureorum centum non excedendo *iuxta dicta l.§. ſi vero ff.de var. & extraord. cognit.* conſuetudo noſtri temporis planè ſeruanda eſt, quæ ità legem illam de var. & extraord.cognit.interpretata eſt, vt intelligatur in ſingulis cauſis ideſt Capitulis, ſicque ſeruari de facto per Aduocatos Curiæ Romanæ inquit *Bart.in dicta l.prima §.ſi cui cautum ff.de var.& extraor.cognit.* quem refert *laſ.in dicto §.tripli num.52.inſtit. de action. qui tamen ſeq.num.* ſubiungit, quod præſcriptum illud ſalarium centum aureorum non ſeruatur,
48 vbi de vita agitur vt ſupra dictum eſt, neque ſeruatur in Aduocatis Epiſcoporum, vel Abbatũ ꝓ ſtatu dignitatis eorũ, & amplius ſubnectit piũ, ac notabile dictũ, ad fauorem pauperũ ſcilicet ꝙ
49 ante notauerat *Bald.in l.22.ſi furioſus n 6. vbi & addis littera D.C.de nupt.& facit tex.ibidem in fin. verbo Gratis.* Addo amplius monitum *Angel. ad Aduocatos in l. quidam Hiberus 12.ff. de ſeruitut. Vrban. præſ. vbi numer. 3 habet hæc verba*. Nota benè tu Aduocate; quia ſequen-
50 do conſilium Iuriſconſulti, in ead. l. & mandatum Dei, debes conſulenti te ſumma diligentia, ſummoque opere perſuadere, vt ad litigium non decurrat ſubito, ſed cum aduerſario in primis more fraterno loquatur, facit *tex.in l. debitores. 10.C.de pignor.& melius in l.ſi manumiſſori vbi gloſ.verbo Non protinus C.de obſeq; patron. præſtan.* cõſuetudo igitur in honorarijs Aduocatorum, vt ſupra ſeruari poteſt, quia generaliter de
51 creuit eſt, quod conſuetudo legem abrogat *l.de quibus 32.in fin.ff.de legi.* ibi quare rectiſſime illud etiam receptum eſt, vt leges non ſolum ſuffragio legislatoris, ſed etiam tacito conſenſu omninò per deſuetudinem abrogentur, quod ibi Doct. pluribus proſequuntur, & præcipuè
52 *Bart.num.5.* vnde dixit *laſ. in l.rem non nouam 12.num.3.C.de iudic.* quod licet Aduocati de iure debeant iurare, quod non defendent niſi cauſas, quas iuſtas eſſe putauerint iuxta eamdem *l.rem non nouam §.patroni*, attamen de conſue-
53 tudine contrarium ſeruatur, nempe vt eiuſmodi iramentum non ſubeant, & ita tenent Doctor. communiter, vti teſtatur *laſ.loco citato not.Specul.tit.de Aduoc.§.9.virſ.viriuſque partis nu.15. lib.1. Piagg.de iur.conſuet.quæſt.8.num.173. &*
54 *ſeq.* Et quoad taxationem ſalarij Aduocati & procuratoris in fine litis faciendam apud *Bellemer. legitur decis* 937. quòd niſi Aduocatus multum laborauſſet, ſufficiant pro eo in prima inſtantia *Floreni ſex*, & in qualibet alia tres; pro procuratore autem in prima quatuor, & in qualibet alia tres; Verum hæc de re iam habemus ſtatutũ
55 clarum, & pro floreni nomen ducatorum auri iam vſu receptum eſt, vti factum pariter videmus in taxatione fructuum Eccleſiarum, & aliorum beneficiorum, qui quidem fructus ad florenos in cancellaria apoſtolica modo non exprimuntur, vti olim fiebat, ſed ad ducatos auri Ca-
56 meræ. Porrò non omiſerimus quod honorariũ ſeu ſalarium Aduocatorum & Procuratorum efficitur peculium quaſi Caſtrenſe *l. fori tui eulmi nis & l.cum aduocatio C.de aduoc.diuerſi iudicio. not.Alciat.conſ.*339.*num.*1. vbi dicit ex hoc non conferendum *Clementin.de patr.poteſt cap.6. effect. 9.num.6.& 7. Carpan.d.cap.*432. *verbo de eius ſalario num.*5.

H Et tantundem Procurator) ſorte quia
57 & procurator dici poteſt patronus, & Aduocatus *glo.in l. ſalarium 7.verbo ſi extra ordinem in fin ff.mand.per tex.in d.l.1.§.aduocatos ff.de var. & extraord cognit.Bald.in l. ſub n 9.C.mand. Iacob de Aren.de expenſ.in iudic.facit.numer.*33. eſt in tractatus tom.1.par.2.*fol.*395. *inter tract. vniuerſ.iur.* hæc tamen apud iuris interpretes differentia conſtituitur inter honorarium, ſeu ſalarium Aduocati, & ſalarium Procuratoris, nẽ-
58 pe vt illud etiam non conuentum debeatur ſcilicet extra ordinem per iudicis officium iuxta *tex in d.l.1.§.Aduocatos, cum ibi not. per glo. verbo quoque, & per Bart.num.2. Feder.de ſen.conſil.* 218.*num.*1.*&ſeq.Natt.conſ.*376.*nu.*6. *Granut. theorem.*12.*num.*4.
59 Iſtud vero non debeatur niſi de eo fuerit conuentũ, vel ſimus in Ciuitate, vbi adſit cõſuetudo vt opera locetur à procuratoribus, & eiſdem ſalariũ perſoluatur, quæ quidẽ diſtinctio à Doctor. citatis approbatur, vt videre eſt apud eos, quibus addo *Alex cõſ.*109.*n.*1.*lib.*6.*Gabr.cõcl.*5.*de procur.Borgn.dec.*41.*n.*46.*Granu.d.theorem* 12.*n.*9 *verſ.ſi eſt procurator.ad lites, qui ad id refert dec. Rot.in una Toletana mercedis* 4.*Maij* 1568.*& de mum apparet dec.*338.*n.*2.*& ſeq.in recentior.tom* 3.vbi complures aliæ deciſ. ſimiles indicantur;

Quæ

Quæ verò dicta sunt de salario iuxta consuetudinem soluendo, locum vtique habent in procuratoribus litium, non autem in procuratoribus negotiorum, vt ex *Natt. loco citato, & Granu. dict. theorem. nu. 8. Guid. Pap. quæst. 68. nu. 5.* Cum igitur in Romana Curia vigeat eiusmodi consuetudo, vt est notorium, fit vtique indubitatum ex prædictis, quod etiam litium procuratoribus congruũ debeatur salariũ, licet de eo non fuerit cõuentum, atque ita videretur intelligenda cõstitutio super *Reform. Tribun. Vrb. tit. de aduoc. procur. & solicit. uerf. procuratores, de qua supra diximus hoc c. sub littera C. uerbo Procuratorum* si quidem æquus, & rationi consonus esse videtur talis intellectus, ne procuratorũ labores inanes fiant, & iusto præmio defraudentur, grauí sanè cũ damno ipsorum, qui vt plurimum ex laboribus professionis suæ in hac Alma Curia sustentantur, nam & regula iuris est, quod noua dispositio ita potiùs intelligi debeat, ne aliquid addat iuri communi, quam vt ex ea quis damnum indebite patiatur iuxta *glos. & Doct. in l. final §. in computatione C. de iur. delib. Dec. cons. 37. nu. 70. uersicul. Præterea*, vbi de communi opinione, *Ias. in l. properandum §. sive autem alterutra, num. 6. C. de iudic. Ruin. qui plures alios congerit in l. Gallus § quod si quis filium num. 78 ff. de lib. & posth. Rot. decis. 432. n. 12. p. 1. diuers.*

Demum non inutile videtur hic quærere, an salarium debeatur procuratori, etiã quando eius cliens litem composuerit cum aduersario suo? & deberi tam procuratori, quam Aduocato, & Iudici tenent Doct. cõiter, quia per eos non stetit, quominus causam pro officio suo vsque ad finem prosequerentur, vti testatur ex aliis *Borg. dec. 41. n. 48. Ias. in §. tripli n. 58. instit. de action. Dec. cons. 70. n. 2 Guid. Pap. dec. 102. sub num. 2. uers. etiam si amicabilis concordia*, vbi de communi opinione. *Suarez. 2. in suis commun. opin. verbo Aduocatus numero. 105. Bertachin.* qui plures alios congerit in suo *repertor. verbo Labor. non debet esse vacuus*. Quinimo amplius debetur honorarium, & salariũ Aduocato, seù causæ patrono, qui citra laborẽ, & librorum reuolutionem clienti consilio suo cauit, cum iam exantlati labores, & ærũnæ, quibus ars illa addiscitur præmio carere non debeant, sicuti censuit, & expressit doctissimus *Alciat. lib. 1. de verb. signif. verbo Ex re fit n. 63. quamuis glo. contrarium sensisset in c. 71. non licet 11. q. 3. cui quidem glo. etiam contradixerunt Io. Andr. in mercuri. Franc. Purpur. in l. si me & Titium in prine. ff. si cert. pet Alber. in l. 1. C. de postul.* qui omnes citantur in margine ad ipsum *c. non licet*, & huic quidem sententiæ suffragantur verba eiusdẽ tex. quæ hęc sunt, liceat Aduocato vendere iustũ patrocinium, iurisconsulto rectum consiliũ, solũ enim ibi requiritur iustũ patrocinium, & rectum consilium, quo honorarium debeatur.

I In secunda, aut vlteriori instãtia) vlterior instantia contingere potest, vt supra *cap. 180. & seq. lib. 1 Statorum Statutorum.*

K Habeant dimidiam summæ prædictæ,) quod quidem rationi consentaneum est, nam longius, & acrius certamen fieri solet in prima instantia causarum, quam in reliquis, vnde & maius debet esse præmium Aduocatorum, & procuratorum argumẽto *tex in dicta l. 1. §. in honorarijs ibi pro modo litis, vbi & gloss. ff. de var. & extraord. cognit.* quocirca, & biennii spatium à die contestationis litis primæ instantiæ conceditur, secundæ mensium sex à die appellationis, tertiæ verò, vbi ea esse contigerit, mensium quatuor itidem à die appellationis, vt supra *libro primo cap. 21.*

L In summarijs autẽ causis, vel executiuis,) quæ sint causæ summariæ habetur supra *lib. 1. cap. 88.* vbi & nos de illis egimus; executiuę verò recensentur & explicantur à *cap. 82. vsq. ad 87.*

M Causæ summariæ, & executiuę intricarentur,) quod intelligendum videtur, siue dubio facti, siue dubio iuris intricati, & controuersi, quæ quidem dubia æquiparantur *Ioan. Andr. in c. vnic. de postul. Prælat. in 6. text. est secundum vnam lect. in cap. cum dilectus de consuetud. not. Corn. cons. 102 sub num. 2. vol. 1. Aym. cons. 179. num. 2. Capic. dec. x. nu. 9. Rot. apud Seraph. decis. 271. n. 8. & decis. 182. num. 7 par. 2. diuers. in recentior.*

N Si causę essent arduæ, vel implicitæ) merito hic statuitur, quod locum non habeat in causis talibus salariorum prædicta taxatio, quoniam vbi extraordinarius labor exigitur, extraordinarium pariter debetur præmium, quia laboris ratio est habenda *l. quidem §. illo C. de necess. serv. authe. de iudic. §. necessitem Specul. in prin. uers. Hoc ergo*, & labores defraudare iniquum est *Bald. in l. precibus num. 17. C. de inoffic. dot. & alii subsistit.* & remunerationis iure facta illa est, iuxta laborem *Specul. de posit. §. 7. §. uers. Sed pone procurator agit num. 32. per tex. in Salarium. 7. ff. mand. c. nisi cum §. quippe extr. de renunc. cap caritatem 12. q. 2. 7. q. 1. in princ. c. Pium dpœnit. distinct. 3.*

O Inter Barones, vel alios Nobiles diuites Castris) &c. huc conferunt, quæ supra diximus ad hoc ipsum *cap. sub littera F. verbo ducatos auri tres*, paulo ante finem not. *ex dicta Ias. in §. tripli num. 53 instit. de action.*

P Expensas taxare non possint) excepcis tamen causis, de quibus proximè dictum est *uersic. sed si causa essent arduæ*, tum enim iudicis arbitrio in salariorum taxatione stari debet, nam regulare est, quod generalis clausula non refertur ad eos, de quibus in proximis antecedentibus verbis facta est expressa mentio, & dispositio *Osasc. decis. Pedemont. 169. num. 1. per text. in l. doli clausula 119 ff. de verb. oblig. l sanctio legum. 41. ff. de pan. Cott. in memor. verbo clausula generalis Oldrad. cons. 8. quidam pater familias nu. 4.*

De [a] Verborum, [b] & rerum [c] significatione.

Cap. CXCVII.

DIstrictus Vrbis [e] passibus quadraginta millibus circũquaque finitur.

[f] Dierum vtilium appellatione, illi dies continentur, quibus ius in Capitolio redditur: vbi autem dierum sine adiectione, vtilium, fit mentio, [g] de currentibus diebus intelligitur.

Menses triginta dierum singuli [h] computantur.

[i] Ducatus auri Iuliorum vndecim computatur. quòd, si simpliciter ducati nomẽ proferatur, vel cum adiectione, de carolenis, carolenorum decem pro singulis interpretatur.

[k] Scutum, si aliud non adiiciatur, Iuliorum decem intelligitur.

[l] Floreni nomen simpliciter prolatum, quadraginta [m] septem solidorum prouisinorum interpretatur, qui constituunt præsentis temporis Sanctissimi Domini Nostri Domini Gregorii Papæ Decimitertii, & huius anni MDLXXIX. bolonenos triginta quinque, & quartam partem alterius boloneni.

Libra prouisinorum consistit ex solidis prouisinorum, viginti, bolonenis autem quindecim.

[n] Iulius est bolonenorum decem.

[o] Carolenus bolonenorum septem cum dimidio.

[p] Bolonenus quatrenorum quatuor.

Prouisinum denique solidorum, interpretamur esse trium quatrenorum.

SVMMARIVM.

1 *Sensus legis colligi nõ potest, nisi verba prius intelligantur.*

2 *Verba sunt notæ passionum animi, & voluntatis.*

3 *Vox, Nomen, Dictio, Locutio, accipiuntur in iure pro synonimis.*

4 *Verbum dicitur pars orationis significans in compositum prædicatum, &c. & sumitur aut strictè, aut largè, & n. 5. Et quomodo accipiatur in iure, & num. 6. & 7.*

8 *Voces consideratæ extra orationem, sunt significatiuæ, sed non affirmant, neque negant.*

9 *Rerum nomine veniunt corpora, & iura.*

10 *Rei, verbum generale est: & accipitur pro subiecto omni corporeo, vel incorporeo, seu promiscuo, & n. 11.*

12 *Res passiuè vt plurimum significantur, & verba actiuè significant: & quandoque res etiam actiuè significant, & num. 13.*

14 *Patibulum reorum mortis, significat iurisdictionem, & merum imperium, &c. & nu. 17.*

15 *Signa representant signatum: & sufficit signum, licèt deficiat signatum, & num. 16.*

18 *Significatio, quid sit, & n. 19*

20 *Auctoritas inuentores, vel legislatores, vel etiam consuetudo, dedit vera, & propria significata vocabulis, & n. 21.*

22 *Communis vsus loquendi præualet verborum proprietati: & dat interpretationem statutis, & n. 23*

24 *Verba iuxta communem vsum loquendi accepta, potest dici quod propriè intelligantur.*

25 *Consuetudo est certissima loquendi magistra.*

26 *Significatio figuratiua communis est, & potest appellari vsitata.*

27 *Interpretatio verborum quomodo distinguatur à significatione.*

28 *Attendi non debet quicquid verba significent vbi mens, & sensus aliud volunt, & illatio desumpta ex hac regula, num. 30. & 32*

29 *Mens legis conÿcitur ex naturali iure, & æquitate, ac benignitate.*

31 *Dos sine matrimonio esse non potest.*

33 *Mens statuentium, & mens Statuti quomodo dignoscantur, & n. 34. 36.*

35 *Ratio Statuti est mens Statuti.*

37 *Voluntas testatoris, quæ colligitur ex ratione expressa, præfertur verborum significationi, & num. 38*

33 *Mens, & voluntas disponentium in vltimis voluntatibus quomodo conÿciatur; remissiuè.*

40 *Contractus strictè interpretari debent: & in ijs contrahentium mens attenditur, post habita verborum significatione, & num. 41.*

42 *Verba intelligenda sunt iuxta mentem proferentis, non prout alioqui sonant; & inuenta sunt vt dicentis sententiam exprimant. & num. 43.*

Verba

44 *Verba inſeruire debent intentioni, non intentio verbis.*

45 *Iudæi nunquam volunt in ſacra Scriptura à verbis recedere.*

46 *Verborum, & rerum' ſignificatio quomodo ſumenda, & n.47.48.*

49 *Significatio propria deſumitur, vel ab auctoritate, vel à definitione, vel ab etymologia, & horum exempla, n.50.53.54.*

51 *Lex poteſt proprietatem verbis tribuere, & efficere etiam vt ſub verbis proprijs comprehendantur impropria.*

52 *Improprietas, quam Lex tolerat, tolerari debet.*

55 *Etymologia ſi repugnat definitioni, ſtatur definitioni.*
Item ſi repugnet limitationi, ſeu qualificationi facte à iure, & n. 56

57 *Locutio impropria eſt illa quæ recedit à propria ſignificatione.*
Et à proprio effectu rei diſtinguenda per ipſum, & n. 58.
Et quandocunque vnum vocabulum ponitur per alio diſſimili, & n. 59
Et vbicumque ſubauditur dictio Quaſi, vel alia huic ſimiles, & n.60.
Item quæ ſignificet aliter quam ſonet, & nu. 61.
Et quæ concipit ſignificationem impropriam, & nu.62.
Et quæ ſaluatur per figuram, & n. 63.
Quid intellige vt n.64.

65 *Diſtrictus vocabulum apud neminem ex antiquioribus latini ſermonis ſcriptoribus reperitur: vſitatum tamen eſt in Decretalibus, & n.66.*

67 *Diſtrictus à diſtringendo, & in vinculatrahendo nomen accepit: & propriè quis ſit, & num.69*
Latius patet quàm Territorium, & n. 68.
Et quicquid de nouo accedit Ciuitati, niſi cõcedatur ſub nomine Communitatus, dicetur Diſtrictus, & n.70

71 *Diſtrictus eſt triplex ex conuentione, ex priuilegio, ex præſcriptione.*

72 *Iuriſdictioni præſcribitur, & conſuetudo dat iuriſdictionem,*

73 *Diſtrictus nomine, vt quid contineatur, quæ requirantur.*

74 *Significatio propria vocabuli deſumitur ab etymologia.*

75 *Tale ſecundum quid non eſt propriè tale.*

76 *Loca quæ ſe alteri Ciuitati commendant, retenta propria iuriſdictione, non cenſentur de Diſtrictu eiuſdem Ciuitatis.*
Idem de locis fœderatis cum alia Ciuitate, & num.77

78 *Liber populus eſt is, qui nullius alterius populi poteſtati ſubiectus eſt.*

79 *Diſtrictus datur etiam in mari: & dicitur aquæ ſpatium ſeu latitudo munita iuriſdictione, & imperio, & n. 80.*

81 *Papa ſi moriatur in mari, Cardinales pro futuri Pontifi. is electione conuenire debent in Ciuitate per quam locus ille maris diſtringitur,*

82 *Diſtrictus datur etiam in Cælo, & in Aere.*

83 *Termini in Cælo, & Aere poſiti fuerunt tempore Alexandri VI.*

84 *Delictum quando ſit mari, cognitio illius pertinet ad locũ, de cuius Diſtrictu eſt mare.*
Et quid ſi commiſſum ſit inter duas Ciuitates æquè diſtantes. & n.85.
Et eadem pars maris ad plures pertineat, datur locus præuentioni, & n.88. & quis in tali caſu dicatur præueniſſe, & n.87.

88 *Præuentio iuriſdictionis per capturam rei inducitur.*

89 *Iuriſdictionem habens in diſtrictu mari coherenti, habet etiam iuriſdictionem in mari vſque ad centum milliaria.*

90 *Centum milliaria in mari minus ſunt duabus dietis.*

91 *Imperator donans Ciuitatem, videtur etiam donare pertinentias illius, tam in terra, quàm in mari.*

92 *Mare diſtinguitur ſicut terra.*

93 *Imperatoris beneficium quam pleniſſimè interpretari debet.*

94 *Diſtrictus non venit in dictis nomine Ciuitatis.*

95 *Diſtrictus Vrbis antiquitus complectebatur centum milliaria ex omni latere, tam in mari, quã in terra: hodieverò quadraginta milliaribus vndequaque finitur, & nu.97*
Declara vt num.99.

96 *Diſtrictus complectitur Territorium, & pro vno & eodem ſæpè ponuntur.*

98 *Diſtrictus quomodo probetur, remiſſiuè.*

100 *Caſus omiſſus à Statuto remanet in diſpoſitione iuris communis.*

301 *Paſſus qua longitudine conſtet, & quibus menſuris remiſſiuè.*

102 *Stadium eſt octaua pars milliaris Italici.*

103 *Paſſus eſt quinque pedum: & quare ſic dictus & num.104.*

105 *Pes conſtat ex quatuor palmis, ſiue ex quindecim digitis, & n. 107.*

106 *Palmi conſtant quatuor digitis.*

108 *Leuca eſt paſſuum mille quingentorum: licèt plerisque in locis ſit amplior, & num. 109*

110 *Milliarium ſolebat antiquitus diſtingui lapidibus.*

Præ-

114 *Præfectus Vrbi numerat milliaria suæ iurisdictionis à continentibus ædificiis.*

115 *Milliarium aureum erat Columna, à qua omnes Italiæ viæ initium, & finem capiebãt, & à qua itinerum mensura sumebatur, & erecta fuit in capite Romani fori ab Augusto, & num. 116.*

117 *Suburbia sunt continentia ædificia Vrbis.*

118 *Non entis nullæ sunt partes.*

119 *Qualitas nulla fundari potest, vbi non est subiectum.*

120 *Dies de iure communi alij sunt vtiles, alij continui.*

121 *Dies vtiles appellari solent dies sessionum: & dies iuridici. & nu. 122.*

123 *Dies continui qui dicantur. & n. 124.*

125 *Tempus vtile quodnam sit.*

126 *Dilatio quælibet, & præscriptio continua intelligitur de diebus currentibus, nisi aliter expressè cautum sit.*

127 *Menses simpliciter prolati computantur triginta dierum, tam de Iure communi, quàm municipali.*
Amplia etiam, vbi lex terminum statuat duorum mensium vtilium. & nu. 128.
Intellige vt num. 131. 132. & procedit pariter in contractibus, & in vltimis voluntatibus, & nu. 129.
Non procedit autem, vbi de aliquo mense in specie, & individuo facta sit mentio, & num. 135.

130 *Vsus communis loquendi attendi debet in quauis dispositione.*

133 *Mora, quæ dicatur breuis, & purgabilis, relinquitur arbitrio Iudicis.*

134 *Mora purgari non potest, vbi tempus à lege, vel à Statuto præfigatur, nisi probetur impedimentum.*

136 *Statuto in non expressis, declarantur à iure communi.*

137 *Plinij locus de veterum numismatibus.*

138 *Iani bifrontis nota, & prua nauis cur numismatibus veterum insculpta?*

139 *Numismatum valor quis, remissiuè.*

140 *Nummi argentei, & nummi aurei vsus, quando inceperit apud Romanos, & num. 141.*

142 *Leges quatuor à Romanis conditæ de re nummaria. Papiria, Liuia, Clodia, Maria.*
Et quid vnaquæq. disponeret, nu. 143. 144. 145. 146.

147 *Ducatus Romanus quo tempore primum cuderetur, & quare sic dictus: & eius mentio fit in regul. Cancell. de valer. exprim. in impetr. benefic. & nu. 148.*

149 *Ducatorum valor; remissiuè.*

150 *Scutum monetæ species, prodijt in Gallia post Ducatum Romanum.*

151 *Florenum varia sunt species, & varius valor.*

152 *Floreni primi à Florentinis cudi cœperunt, à quibus nomen traxere.*

153 *Florenus aureus ab alijs quam à Florentinis cudi non poterat, sub pœna anathematis: & ducato de Camera exæquatus est, & num. 154.*

155 *Baiocchus successit in Vrbe loco Bolonem: & eius valor.*

156 *Ius cudendi monetam competit solum summis Principibus; & inferioribus etiam Principibus, quibus à summis idem ius impertitum sit. & n. 157.*

158 *Moneta falsa dicitur quæ ab eo cuditur, qui publica ad id auctoritate non nititur.*

159 *Auctoritas Principis, vel Reipub. vires tribuit nummis.*

160 *Monetam falsam cudentes quibus pœnis puniantur, remissiuè.*

161 *Princeps potest licitè pondus, & valorem monetarum mutare, si accedat consensus populi, de cuius præiudicio agitur, at huiusmodi consensus debet esse liber, & nu. 163.*
Potest etiam mutare ex iuxta causa, quia scilicet materia monetæ effecta sit vilior, vel pretiosior &c. & nu. 166. & 169. necnon ex tempore publicæ necessitatis poterit augere precium monetæ; dummodo ea cessante, fiat restitutio damni illati, & nu. 167.
Si verò mutatio fiat sine iuxta causa, sed pro libidine Principis, non est licita, & num. 168.

162 *Scientes, & consentientes non defraudantur.*

164 *Nemo suas fortunas sponte eijcit.*

165 *Rogationes Principum penes subditos habentur pro iussibus.*

170 *Creditor, cui obligatio sit facta sub certa specie monetæ, non tenetur recipere quãlibet aliã monetam ad monetæ permissæ æstimationem; de iure communi. Secus de consuetudine, & nu. 173.*
Intellige vt nu. 175. & 177.

171 *Aliud pro alio, inuito creditore, solui non potest.*

172 *Moneta certa vbi est in obligatione posita, illa debetur, non alia.*

174 *Pensio reseruata in ducatis Cameræ est soluenda, vel in ipsis ducatis in corpore, vel in tot alijs nummis, quibus totidem ducati emi possent.*

376 *Concedendum est, quod tibi non nocet, & mihi prodest.*

178 *Valor monetæ debitæ, quæ sit à Principe, post obligationem mutata quoad bonitatem intrinsecam, debetur inspecto tempore*

con-

contractus: si vero moneta mutata sit quo ad bonitatem extrinsecã attenditur tẽpus solutionis. & nu.179.

Amplia vt nu.180.

Et quid si moneta mutata sit ante moram debitoris? & num.182.

Vel post moram debitoris, vel creditoris? & nu.183.185.

181 *Bonitas pecuniæ intrinseca, & extrinsecę quæ dicatur.*

184 *Mora sua cuilibet nocere debet.*

186 *Debitori morose non imputatur amissio lucri creditoris.*

187 *Debitor, puta ex causa census, si soluat in pecunia minoris æstimationis, vel secundùm valorem temporis solutionis, & hoc faciat per triginta annos contra priuatã personã, & per quadraginta contra Ecclesiam, tueri se potest præscriptione.*

Declara vt num.188. & 190.

Et procedit etiam viceuersa ad fauorem creditoris contra debitorem & nu.195.

Et quid de præscriptione statutaria? & nu.191.

189 *Bona fides præsumitur in præscriptione longissimi temporis, nisi de mala fide doceatur*

192 *Præscriptio statutaria sexdecim annorum subrogata est in locum præscriptionis triginta, vel quadraginta annorum, & illi conueniunt eædem limitationes, & ampliationes, conuenientes præscriptioni Iuris communis. & num.194.*

193 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*

196 *Mutatio monetę, quæ modico tempore durauit, nullum parit effectum.*

197 *Contrahentes de soluendo monetam ad certam & expressam æstimationem, secuta deinde illius monetę mutatione, non possunt à conuentione recedere.*

Intellige vt nu.198.

199 *Taxationis expressę valoris monetę, facta inter contrahentes exemplum.*

200 *Valor monetæ designatæ sub incerto numero attendi debet de tempore solutionis.*

Intellige, vt nu.201.

202 *Moneta deposita recipere non potest augumentum, vel diminutionem valoris propter immutationem monetarum.*

203 *Moneta constituta à statuto si deinde minuatur eius valor, solui debet secundum valorem tempore solutionis & n.208.*

Contrarium quoad pœnas pecuniarias. vt nu. numero 206.

Et quoad salaria. nu.215.

Distingue, vt nu.216.218.

204 *Consti tutio semper loquitur.*

205 *Mutata pecunia, intelligitur ad nouam mutationem mutata constitutio.*

207 *Statuta ita debent interpretari, ne delicta remaneant impunita.*

209 *In pœnis semper benignior fit interpretatio.*

210 *Regula, semper in obscuris quod minimum est, sequimur, habet locum præcipuè in delictis. & num.211.*

212 *Condemnatus pœna capitali ad minorẽ pœnã capitalem condemnatus intelligitur.*

313 *Pœnæ capitales sunt tres.*

214 *Iudices minuere possunt pœnas statutorum.*

217 *Pecunia vbi debetur ex contractu, attenditur valor de tempore contractus, & obligationis.*

219 *Pecunia certa si debeatur ex mandato superioris, solui debet iuxta valorem de tempore solutionis.*

220 *Valor monetæ debitæ in testamentis attendi tur iuxta tempus conditi testamenti, nõ autẽ mortis testatoris, & solutionis faciendæ.*

Declara, vt procedat in legatis particularibus; secus verò in fideicommissis, & legatis vniuersalibus. & n.221.

222 *Statuta laicorum disponentia de valore monetarum non ligant personas Ecclesiasticas.*

Fallit in statuto Vrbis & n.223.

224 *Monetarum argumentum à quibus pertractatum.*

ANNOTATIONES.

AD iuris nostri municipalis expositionem, quæ in aliquibus verbis, & rebus potissimum opportuna, quinimò necessaria esse videbatur, meritò *cap. istud subijcitur*, hucque pertinent notata per *Accurs. in rubr. ff. de verb. sign. in prine.* & per *Azon. in sum. C. eod. tit. pariter in prine.* sic & factum videmus in *Pandect. lib.* 50 *tit.* 16. *de verb. signif.* & *Decretal. Greg. IX. lib.* 5 *tit.* 40. & *sint. lib.* 5 *tit.* 12. *Clemen lib.* 5. *tit.* 11.

Quippe sensum legis colligere non possumus, nisi verba in primis intelligamus vnde Labeo Antistius iurisconsultus, vt est apud *Gellium noct. attic. lib. xiij. cap.* 10. vocum origine, & ratione ad plerosque iuris laqueos enodandos vtebatur sic totus de legatis liber tertius in pandectis tantopere verborum proprietates est consectatus, vt etiam quid librorum, quid chartæ, quid lanæ appellatione veniret, pluraque eiusmodi alia non tacuerit vt in *l. librorum.* 50. *in prine.* & *§. chartis legatis*, *l. si cui lanæ* 68. *ff. de legat.* 3. qui de re elegantius differit *Spiegel.* in censura aduersus eos; qui sermonis proprietatem negligentes rem ipsam spectare se dicunt.

Verborum) sunt autem verba notæ passionum animi, & voluntatis *l. Labeo ff. de suppellect. legat.* ibi, nam quorsam

fum nomina niſi, vt demonſtrent voluntatem dicentis, & inſerius ibi cæterum nemo exiſtimandus eſt dixiſſe, quod non mente agitauerit, co probat *tex.in l.ille aut ille 25.§.cum in verbis.& inl. non aliter 67.§.1.ff.de leg.3.not.Spiegel. in lexic. iur.verbo Verba ſunt nota,& dixerat Ariſtotel.lib.1.de interpret.cap.1.* quẽ ſequitur *Curt. ſen.conſ.49.n.29.* quodque de verbis dictum eſt, idẽ promiſcuè accipitur de nomine, voce, dictione, locutione, tãquam ſynonimis, vti probatur ex variis reſponſis Iuriconſul. *tit.ff.* & C. *de verb.ſig. præcipuè verò ex l.1.verbo victus, l. verbum amplius 82.& l.verbum exacta pecunia 187.cum ſimilibus aliis ff.eod.tit.facit tex.in l. ſanctimus cautionis nomine 3.C.de verb.ſign.l.nomen, filiarum. 164 ff.eod.tit.* idq; demum eſt ex mente omnium Iuriſconſul. qui nimirum prædicta confundunt, eiſque promiſcuè vtuntur, vti teſtatur *Gallin. de verb.ſignif.c.1.ſub nu. 26.* licet aliàs illis ſingulis propriam ſignificationem ſigillatim attribuerit *Diogenes Laertius in vitis Philoſopherum lib. 7. in vita Zenonis Cittici fol. 403. & ſequen.* vbi
4 præcipuè verbum dicitur pars orationis ſignificans incompoſitum prædicatum, vel ſicut quidã alij volunt, eſt elementum orationis ſine caſu ſignificans aliquid conſtructum de aliquo, vel aliquibus, vt lego, ſcribo, *Schard.in lexic.iur. verbo verbum eſt pars orationis*; ſed clarius, & accommodatius ad ſententiam, & vſum loquẽdi noſtrorum iuris interpretum; Verbum, aut ſtrictè, aut largè accipitur, ſi ſtrictè, erit pars orationis, vti ſcilicet ex illis traditis in primordiis grãmaticæ, ſin verò large, quamlibet aliã orationis partem, quæcumque ea ſit, generaliter ſignificabit, ſiue pars ipſa orationis ſit declinabilis, vt nomen, verbum, participium, pronomen, ſiue indiclinabilis, vt præpoſitio, adverbium, interiectio, & conjunctio. Hæc autem explicita diſtinctio fuit Accurſij *in rubr.ff. de verb.ſign.* quam ſequutus eſt, *Azo. in ſumma* C. *de verb. ſignif.nu.1. Bal.in l. vnic. §.his itaque num.2.* C. *de caduc.tollen. & in rubr.* C. *de verb.ſignif.num.1.* verum ad rem no-
6 ſtram verbum largè intelligitur, nempe, de qualibet parte orationis, ſicuti accipitur per totum titulum *ff.* & C. *de verb.ſignif.* quod & dixit *Azo. loco proximè citato ex Criſtiano in princ.tract. de verbo in fin.* fuſius explicat *Gallin.de verb.ſignif. cap.1.nu 7.& ſeq.* ſed amplius animaduertendum
7 eſt, quod verba quo ad præſentem tractationem accipiuntur pro illis vocibus, quibus in enunciandis eorum mentis conceptionibus, ſignificandis; rebus animo conceptis, per orationes affirmatiuas, vel negatiuas, vtuntur homines, veluti ſi quis dixerit, ſuppellectilem meam Titio do, lego; omne argentum, quod Romæ habeo, Sempronius hæres meus dato; tundam illud inſtructum Titio relinquo, & dubitetur, quid ſuppellectilis ar-
8 gẽti, & fundi inſtructi appellatione veniat. Verũ vbi voces ipſę extra orationem conſiderentur, vt ſimplices dictiones, ſignificatiuæ quidẽ ſunt ipſarum dictionum, non autem alicuius affirmatiuæ vel negatiuæ diſpoſitionis, indicatiuæ, vti proſequitur *Ariſt.lib.1 de enunt.cap.de nomine, de verbo, & de oratione*, & elegãtiſsimè *Boet.* declarando in cõmentariis ad eum, vnde non pertinent ad hanc verborum ſignificationis materiam, in qua accipiuntur verba prout oratione coniuncta, aliquid affirmatiuè, vel negatiuè ponunt, vt iam dictum eſt, & probatur apertiſſimè ex *l.ſæpè 52. l.ſi ſalumnictur 233.l.ſi cum fundum 116.l.nepos proculo 125.l.pronunciatio 195. §.familia l.liberorum 220.l.verbis 120.* & *multis alijs ſimilibus ff. de verborum ſignif.* quibus in locis ſit verborum interpretatio, ſeu traditur eorum ſignificatio, non prout dictionum ſimplicium, ſed vt verborum in oratione affirmatiuè, vel negatiuè ſignificante poſitorum, hæc potrò tanquam notatu digna ex *Gallin.dicto cap num 27. & ſeqq.* retulimus, quia non facilè reperitur iſte liber, & auctori ſuo debetur laus.

B 9 Et rerum) hoc nomine veniunt corpora & iura, vt *not.Bald.in rubr.* C. *de verb.ſignif.ex l.1.§.quædam ff.de rer. diuiſ. & inſtit.tit.de reb corpor.& incorpor. l. rei appellatione 13.ff.de verb.ſignif.l.fin.de uſufruct. leg. qui.*
10 *nimmo* rei verbum generale eſt, *l.1.§ fin.ff de reb. cred.* atq; ita patet iuxta communem ſententiam Dialecticorum, ac philoſophorum & noſtrorum iuris peritorum, vt generaliſsima omnia ſiue rerum principia comprehendat, quæ decem ſunt ſcilicet ſubſtantia, quantitas, qualitas, ad aliquid actio, paſſio, vbi, quando, ſitus, habitus, vt apud *Ariſt. legitur lib.categor. & 3.met aphiſ.* atque ita hoc loco generaliter omnino intelligendum eſt iuxta ſenſum *Azon. in rubr. C. de verb.*
11 *ſignif. num 1.in fin.* & accipitur in præſenti materia pro ſubiecto omni corporeo, vel incorporeo, ſeu promiſcuo, mente prius concepto, & deinde per verba, ſignificato, cum per ea, vel ſpeciatim, vel generaliter, vel propriè, vel impropriè vnumquodque negotium enuntietur, *vt not.Gallin. de verb.ſignif.lib.1.cap.2.in princ.& in fin.* per ea
12 prædicta, illud verò notandum eſt, quod res paſſiuè ſignificant, at verba actiuè ſignificant iuxta tradita per *Acurſ.in rubr.ff. de verb. ſignif.* quem ſequitur *Alciat.in ead.rubr.num.27.& Gallin.d. d.cap.2.num.2.& ſeq.* quod quidem regulariter verum eſt quandoque tamen res etiam ipſæ actiuè
13 ſignificant, vti demonſtrat *Alciat.* ibidem, exemplum afferens de Hieroglyphicis apud Horum, & Chæremonem, quibus addere poſſumus Pierium Valerianum recentiorem argumenti huius auctorem, & nouiſsimè Iulium Cæſarem Ripam in noua Iconologia vulgari Italico idiomate cõpoſita, ſimile eſt exemplum de Emblematibus ipſius Alciat. in quibus proprium eiuſdem ingenium, iudicium, & doctrina præfulgent, quæ impreſſa ſunt *lib.a ipſius operum in fin.* ſic patibu-
14 lum reorum mortis ſignificat iuriſdictionem, & merum imperium cum gladii poteſtate Principis in cuius ditione apparet erectum, *vt not. Bald. in l.à procuratore nu.2.* C. *mand.* & *in rubr. quid ſit inueſtitura ſub num.5.& ſeq in uſi feud. Caſſan.in conſuetud.Burgund.tit.des iuſtices §.8 glo. quant.de ſigne col.1.2.3.& 4.* & *per tot. illam glo. Oldrad.conſ.161.num.1. Dec.conſ.249.ſub num. 1. Gallin.de verb.ſignif.lib.1.cap.3.num.2. Maſcar. de prob. concl.947.num.* 10. ſic in magnis feudi-
15 inueſtitura fit per enſem, Doctor autem inueſtitur per birretum, & illa ſigna repræſentant ſignatum vt *not. Bald. in dicto cap 1. ſub numero 3. verſ. corporeum quodlibet, facit tex. in l.ſtigmata* C. *de fabricen. lib.11.& in l.ſed ſi acce-*
16 *pto uſu toga 32.ff.de iur.fiſc.* & ſufficit ſignum li-

cet

16 cèt deficiat signatum, vnde infertur, quod vbi patibulum fuerit erectum, satis probetur merum
17 imperium Domini illius loci, licet per centum annos non contigerit, quod aliquis eius patibuli poenam subierit ita *not. Bal. in l. arboribus* 13. *§. nam & si agrum ff. de vsufr.* Similiter tabellæ pictæ in templis suspensæ indicant vota facta, & reddita ab iis, qui eorum ope ex variis periculis euaserint, quod & superstitiosa Gentilitas agnouit, vnde *Cicero lib* 3. *de natur. Deo.* nonne, inquit, animaduertis ex tot tabellis pictis, quam multi votis vim tempestatis effugerint, in portumque saluipernauerit? *Et Horat. lib.* 1. *carminum Ode* 5.

Me tabula Sacer
Votiua paries indicat vnida
Suspendisse potenti
Vestimenta maris Deo.

Quæ verò tum de verbis superius, tum de rebus proximè diximus, planè declarant verba hic accipi pro illis vocibus, quæ in oratione affirmatiua, vel negatiua, concepram intellectu nostro meditationem exprimunt. Res autem esse subiecta omnia, quorum similitudines animis nostris hauste, atque concepte, prædictarum orationum vocibus exprimuntur, vt *in dicta l. Labeo ff. de suppellect. lega. intelligentia 6. de verb. signif. l.* 3. C. *de lib. præter.* & per quamplures leges in omnibus titulis de *verb. signif. Gallin. d. t.* 3. *in fin.* & hæc demum sint pro epilogo huiusce materiæ.

C 18 Significatione) porro nihil aliud est significatio propriæ, quam demonstratio facta proprio nomine rei de qua quæritur, attributo, ita *Accurs. ad fin. rubr. ff de verb. signif. & Azo. in summa* C. *eod tit. n.* 2. qui tamen mox subiicit, quod in eiusmodi titulo largè ponitur significatio, ita vt etiam si proprium nomen non interueniat, sufficiat rem notificari per aliud verbum, quod aliquo modo accedere potuit ad rei demonstrationem, vel amplius
19 dici potest, quod significatio sit proprius, & verus sensus dictionis ab intellectu inuentoris,
20 siue decreto legislatoris attributus, auctoritas enim inuentoris, vel legislatoris dedit vera, & propria significata vocabuli ita *Bal. in rubr. C. de verb. signif. in princ. Bart. in l. omnes populi num.* 59. *ff. de iust. & iur.* vbi affert exempla I. C. ita expressum docentis in *in l. propriè* 85 *& in l. ferri.* 235 *ff. de verb. signif. probat tex. in l. liberorū* 220. *ff. de verb signif. in princ.* ibi hos enim omnes liberorum appellatione lex duodecim tabularum comprehendit, nomine autem inuentoris, de quo
21 in hac *Bal.* definitione, debet etiam venire communis vsus loquendi ex auctoritate Horatij in arte poetica, qui de elocutione loquens ait.

Vt syluæ foliis pronos mutantur in annos
Prima cadunt, ita verborum vetus interit ætas,
Et iuuenum ritu florent, modo nata, vigentq;

Et paulo post subiicit.

Multa renascentur, quæ iam cecidere cadentq;
Quæ nūc sunt in honore vocabula, si volet vsus;
Quē penes arbitriū est, et vis, ac norma loquēdi;

quinimò ex auctoritate Iurisconsulti *Vlp. in l. librorum* 30. *§. quod Cassius*, ibi nam & in vsu plerique libros, chartas appellant *ff. de leg.* 3. idem probatur ex responso *Cels. in l. Labeo* 7. *ff. de supp. lect. leg.* ibi non enim ex opinionibus singulorum, sed ex communi vsu nomina exaudiri debere, & comprobat *Paul. in l. cum de lanionis* 18. *§. asinam ff. de fund. instruct.* ibi optimum ergo esse, Prædius ait non propriam verborum significationem scrutari, sed in primis, quid testator demostrare voluerit, deindè in qua præsumptione sint, qui in quaque Regione commorantur *l. vnā ex familia* 69 *§ fin ff. de lega.* 2. *quem tex. valde commendat Socin. cons.* 4. *col.* 7. *vol.* 1. *l. cum propo-*
22 *nebatur* 66. *ff. de lega.* 2. *l. Pamphilo liberto* 37. *ff. de lega.* 3. Vnde communis loquendi vsus ita attenditur, vt prævaleat verborum proprietati *Alciat ad rubr. ff de verb. signif. num.* 18. *& seq. fac. tex. in l. anniculus* 134 *& l. in vsu* 158. *ff. de*
23 *verb signif* & statuta à communi vsu loquendi significationem, ac interpretationē accipiunt, iuxta communem omnium iuris interpretum sententiam, de qua testantur complures *in l. omnes populi ff. de iust & iur.* & vbique passim alij, prout refert, ac plenius prosequitur *Mascard. de interp. stat. interpr. concl.* 3. *per tot.* Verum ex prædictis,
24 iure videretur dici posse, quod etiam propriè intelligantur verba, quando iuxta communem loquendi vsum accipiuntur, quem penes arbitrium est, & vis, ac norma loquendi, vel proximè dictum est, quod & censuit *Bald. in l. liberti libertaque num.* 9. *in fin.* C. *de oper libert.* & plenius comprobauit *Alciat. tract. de verb. sign. lib.* 2. *num.* 28. *accedat Quintil. lib.* 1. *cap.* 9. *instit.* orator, auctoritatem, inquit ille, sermonis consuetudo superat, &
25 cap. sequen. consuetudo, inquit idem, certissima, loquendi magistra, sic quoque vbi figura, vel ornatus, vel necessitatis, vel emphaseos causa apponitur, semper de ea censetur, quod & de proprietate iudicatur, idque generaliter traditum est, vt docet *Alciat. in d. rubr. sub num.* 17. licet contra senserit *Bald. in l. fin num.* 51. C. *de hared. instit.*
26 nam & figurativa significatio communis est, & sic vsitata potest appellari, quod expressè inquit *glo. in d. l. Labeo*, verbo ex communi vsu, quinimmo eiusmodi figuræ non modo ad proprietatem ipsā pertinent, sed elegantiorem, & magis perspicuam orationem, quam ex ipsa proprietate deprompta verba faciunt, vt meritò Fabius Quintil. scripserit, quæ benè translata sunt, etiam propria dici solere, ita dixit idem *Alciat de verb signif. lib.* 4. *in princ.* vbi de figuris doctissimè, ac vberrimè peculiari commentario disseruit; Nec verò semper pro intellectu orationis ad strictam, seu propriā significationem recurrēdum est, vt subiungit ibidem *Bald.* nam quādoq; dilatatur, seu extenditur; quādoq; coarctatur, seu restringitur, aliquā do impropriatur, vt loquuntur nostri DD. tumque non
27 dicitur significatio, sed interpretatio verborum in casibus prædictis, vt probat *tex. in l. non aliter* 67. *in princ. & §.* 1. *ff. de leg.* 3. *& in l. scire oportet.* 15. *§. sed & si maximè ff. de excus. tut. not. Bartbol.* Cēpol. *in rubr. ff de verb. signif. q.* 1. *num.* 132. *Alciat. de verb. signif. lib.* 2. *num.* 31. ibi ex interpretatione sensus legis accipitur, cum vis verborū id non significat, & *Gabr. conclusion.* 1. *nume.* 3. *de verborum signif.* Certissima porrò est regula,
28 quidquid verba significent, minimè attendit, vbi mens, & sensus aliud volunt, & hoc in dispositione siue legum, siue vltimarum voluntatum, siue contractuum, ac demum in quacunque alia mate-

29 materia plane locum habet, mens verò legis, potiſſimum conijcitur ex naturali iure, & æquitate, ac benignitate quoad leges *tex. habemus apertum in l.non ſine §.quamuis C.de bon. quæ lib.* vbi hæc verba leguntur, quamuis ergo ſignificatione nominis maritus, vel vxor poſt cœptum matrimonium intelligatur, ex quo videlicet inducta eſt dubietas, attamen quia conſequens eſt ambiguas atq; legum diuerſis interpretationibus titubantes cauſas benignè, atq; naturalis iuris moderamine temperare, non piget nos in præſenti quoq; negotio, de quo ſublimitas tua ſuggeſsit, æquitati conuenientem Iuliani tantæ æſtimationis viri, atque deſertiſsimi iuriſperiti opinionẽ ſequi, qui quidem de dotali prædio tractatu propoſito, idem ius tam de vxore, quam de ſponſa obſeruari arbitratus eſt, licet Iulia lex de vxore tãtum loquatur. Qua ratione, tam ſponſalitiam donationem, quàm hæreditatem, quam memoratus ſponſus ſuam ſponſam lucrari voluit, non acquiri patri, ſed ad eam peruenire benignius eſſe perſpicimus. Ex quo *tex. cenſuit Bald. ibidem*

30 *num.4.* quod poſitis duobus ſtatutis, quorum vno cauetur mulierem dotatam non ſuccedere, altero, quod verba ſtatutorum propriè intelligi debeant, filla virgo dotata in teſtamento patris non ſuccedet, quamuis illa, antequam matrimonium contraxerit propriè dotata dici non poſsit,

31 quod apparet, quia dos ſine matrimonio eſſe non poteſt, & vbicunque matrimonij nomen nonest, nec dos eſt *l.3.vbi tex. expreſſus ff.de iu. dot. Doct. in rubr. ff. ſol. matr. & mouetur Bal.*

32 ad ita ſentiendum ex mente ſtatuti, nam inquit, ſicut vidua dicitur dotata, ita & virgo, ſic enim ſatisfactum eſt menti ſtatuentium, quę illa fuit, vt mulieres quibus per aſſignationem dotis à patre de congrua ſuſtentatione proſpectum eſſet, ad ſucceſſionem eius non admitterentur, ſed ſoli maſculi ad agnationis fauorem vocarentur; Et hæc *Bal.* opinio eſt communis aliorum iuris interpretum, vti teſtatur *Vin. com. opin.* 305. & *Craſſ.de ſucceſſion. §.legatum q.48. num.8.Socin. conſ.92.num.6.lib.1.Brun.de Stat.excluſ.fœmin. art.9.queſt.7.nu.227.Rolan.à Vall. de luer. dot. q.6.num.3.verſ.ſecundo reſpondetur*, ſecus autem eſſet, ſi ſtatutum mentionem faceret de dote data, vel de doti reſtitutione, vti diſtinguit *Oſaſc. deciſ.21. num.1.* quem ſequitur *Maſcard. de gener. ſtat.interpr.concl.4.num.* 27. Vnde apparet illud ipſum, quod de iure communi dictum eſt pariter procedere in iure municipali, ſeu ſtatutis, in his enim etiam receditur à propria, & ſtricta ſignificatione verborum propter mentem ſtatuentium aliter ſuggerentem *Bart. in l. omnes populi num.* 58. *verſ. fallit ſi de mente diſponentis, & ibidem addit. ſub littera C. ff. de iuſt. & iur. Corn. conſ.* 331. *ſub num.4. verſ. attento, etiã quod mens ſtatuti eſt.Brun.ad Stat.excluſ.fœmin. art.5.quæſt.29.num.22.verſ. & ſic ſtatutum. Paris.conſ.16.num.51.vol.3.* qui loquitur etiam, vbi adeſſet ſtatutum, quod verba deberent intelligi ad litteram, & prout ſcripta iacent *Alex. conſ. 85.num.11.lib.4.& conſ.52.num.2.libc1* de mente verò ſtatuentium ſatis dicetur apparere, quando ſcilicet intelligendo verba ſtatuti propriè, ac ſtricte ſequeretur iniquitas, & abſurdum *Barbat. in l.cum acutiſsimè num.172.C de fideicom. Alex. d. conſ.52.n.2.Maſcard.de gener.ſtat.interp. concl.*

34 *4.n.161.& ſeq.* item de mente ſtatuti effectenſe-
35 bitur, q̃ è conuerſo rationi in ſtatuto ipſo exoreſ ſit conſonũ erit, nam ratio ſtatuti eſt mens ſtatuti iuxta *tex.in l.cũ mulier.* 49 *ff.ſol.mat.& not. in l. cum tale* 71. *§.falsã cauſam ff.de condit.& demon. & per Dyn.in cap.fin.in fine de regul. iur. in 6.*

36 *Alex.dicto conſ.*52. *ſub num.* 2. *verſ.* vel quando ratio ſtatuti repugnaret *Caſtrenſ.conſ.*115. *nu.* 1. *verſ.conſtat.volum.*1. *Maſcard.dicta concl.*4. *nu.* 167 qui plenius hoc dictum exornat, vnde voluntas teſtatoris, quæ colligitur ex ratione expreſſa

37 præfertur verborum ſignificationi, vt dixit *Caſtr.* loco citato, & confirmauit *Mantic. de coniectur. ultim.vol.lib.6.tit.*14.*num.* 10. Quod verò attinet ad vltimas voluntates, apertiſsimum planè eſt, quod mens diſponentium propriæ verborum

38 ſignificationi præferenda ſit, qua de re *tex.* eſt expreſſus in *l.non aliter.67.in princ.ff.de leg.* 3. vbi ita legitur, non aliter à ſignificatione verborum recedi oportet, quam cum manifeſtum eſt, aliud ſenſiſſe teſtatorẽ *l.3.C.de liber.præter.* in illis verbis, nam cum manifeſtiſsimus eſt ſenſus teſtatoris verborum, interpretatio nuſquam tantum valeat, vt melior ſenſu exiſtat *l.Labeo.ff.de ſuppellect.leg. in fin.* ibi nam & ſi prior, atque potior eſt, quam vox, mens dicentis *l.in conditionibus.* 19. *ff. de condit. & demonſtr.* in conditionibus inquit. ibi *Vlpian* primum locum voluntas defuncti obtinet, eademque regit conditiones *l.ex facto* 35. *§.verũ ff.de bared.inſtit.* vbi ita legitur, rerũ autem localium, vel Prouincialium ſignificatione, quæ res accipiendæ ſint, videndum eſt, & facit quidem totum voluntas defuncti, nam quid ſenſerit ſpectandum eſt *l.cum quæſtio* 24. *C. de legat. in princ.* vbi cum quæſtio de ſignificatione verborũ eſſet, decernitur veſtigia voluntatis teſtatoris eſſe ſequenda.

39 Quomodo autem cognoſcatur mens, & voluntas diſponentium in vltimis voluntatibus, doctè, ac ſubtiliter explicauerunt editis vberrimis commentariis *Franciſcus Cardinalis Mantica tit. de coniectur.vltim.volunt.& Simon. de Prat. tit. de vltim. volunt. interpr.* præter ea quæ complures alii iuris interpretes de hoc argumento ſparſim tradiderunt. In contractibus itidem licet regu-

40 lariter ſtricta fiat interpretatio, & niſi quid verbis exprimatur, cenſeatur omiſſum *l.quidquid aſtringenda* 99. *ff.de verb. oblig. l. veteribus* 39. *ff. de*

41 *pact.* attamen mens contrahentium attenditur poſthabita verborum ſignificatione *l. ita ſtipulatus* 115. *§.item ſi quis ibi ex ſententia contrahentium ff.de verb.oblig. l.ſi in venditione* 7. *in fin.vbi etiam gloſ.verbo victus ff. commun. prad. l.ſemper in ſtipulationibus* 35. *ff.de reg. iur. l. ſed Celſus.*6. *§* 1. ibi in emptis enim, & venditis potius id, quod actum, quam quod dictũ ſit, ſequendum eſt *ff.de contrahend.empt. l.Diuus* 15. *§.item Senatus* ibi Diuus Pius, reſcripſit ſententiam magis ſequendam eſſe huius ſenatuſconſulti, quã ſcripturarum *ff.ad l.Corn.de falſ. l. in conuentionalibus* 32. *ff.de verb.oblig. gloſ.in l.blanditus verbo* Dixiſti C. *de fideiuſſ. laſ.in l. ſi tibi pecuniã* 20. *num.1.ff.ſi cert.pet. vbi etiam Socin.nu.3. Dec. conſ.*407. *ſub num.*7. *verſ.ſecundo in verbis Mantic.de tacit. & ambig.comment. lib.2.tit.*5. *nu.* 1. qui per totum illud opus certa methodo expo-

ſuit

fuit, ac dilucidauit qualiter mens contrahentiũ in tacitis, & ambiguis conuentionibus agnosci posset, admirabili sanè iudicio, ac doctrina, sicuti idipsum egregiè præstiterat in coniecturis vltimarum voluntatum.

41 Demum vero in quauis materia procedit regula, quod verba intelligi debent iuxta mentem, ac intentionem proferentis, nõ prout alioqui sonãt *l. si quis intentione ambigua 66. ff. de iudic. l. non omnis 19. in princ. ff. si cert. pet. l. scire etiam oportet. 15. §. aliud vers. sed & si maximè ff. de excus. tut. Tiraquell. in l. si vnquam verbo libertis nu. 43. C. de reuoc. donat. Surd. cons. 431. num. 35. Barbos. in suis princ. & loc. commun. iur. verbo Verba sunt intelligenda num. 5.* liquidem inuenta sunt verba, vt dicentis sententiam exprimant *dicta l. Labeo ff. de suppell. lega. Alciat. tractat. de verb. signif. lib. 1. in princ. & ff. de verb. signif.* pariter in primis verbis, vnde verba intentioni seruire debent, non intentio verbis *cap. secundo requiris 41. in princ. de appell. cap. intelligentia 6. de verb. signif. c. in bis 15. eod. tit. facit text. in l. scire leges ff. de legi.* vbi ita legitur, scire leges non est verba earum tenere, sed vim, ac potestatem, & *text. in cap. Marcion & Basilides 1. quæstion. prim.* ibi, nec putemus in verbis scripturarum esse euangeliam, sed in sensu, non in superficie, sed in medulla, non in sermonum foliis, sed in radice rationis, *Tiraquell. in d. l. si vnquam verbo Libertis num. 47. & de retract. lignag. §. 31. glo. 1. num. 34. & 35. Brunor. d. Sol. in compend. resol. iur. verbo Verba intentioni seruire debent nu. 20. Barbos. in princip. & locis cõm. iur. verb. Verba debent interpretari num. 4.* & propterea qui intelligunt *text.* ad literam secundum corticem & non secundũ mentem dicuntur Iudaice intelligere, sicuti Iudæi intelligunt testamentum vetus, quod habetur in sacra Biblia, nam Iudæi nunquam volunt a verbis recedere, *vt not. glo. 2. in l. non dubium* C. *de leg. & Capoll. de verb. signif. in rubr. sub nu. 22.*

42 43 44 45

46 Sumitur adhuc ex interpretatione hæc verborum, & rerũ significatio, de qua agitur, varijs alijs quibusdam modis, vt exposuit *Alciat. in l. 1. ff. hoc tit. verb. Significatione, quem retulit Gallin. cod. tract. lib. 1. tit. 19.* scilicet nũc habito respectu ad ipsum proferentem, vt si vir imperitus sit, crassa Minerua, accipiantur verba, quod quidem conuenit cum regula proximè posita, nẽpe, quod verba intelligi debeut iuxta intentionem proferentis, nunc considerata eius persona, ad quam verba diriguntur, plerunq; & secundam naturam eius rei de qua sermo habetur, vel quæ in cõtractum deducitur, accipiturque eiusmodi declaratio etiam præcisa, indefinita, generalia verba sint, quoniã nihil impedit, quin ad habilem, verisimilemq; casum retrahantur & boni viri arbitratu intelligantur, qui consuetudini loquentis multum tribuit, ex proximis clausulis mentem coniectabit; quandoq; & distantium rationem ducet, interpretabimurq; vt cum effectu prolata sint, vt secundũ dubium ordinem, vt actus potius sustineatur, quam pereat, vt non superuacua sint, sed aliquid operentur, vt in potiorem sensum disponant, vt ad ampliationem inducta non diminuant, ad liberationem nõ obligent, ad fauorem non noceant, vt naturalis in sensum potius quam ciuilem admittant, vt strictiùs prolata prima vice otioso suo fungantur, vt ad id, quod principaliter gestum & est potius referantur, quam ad accessoria, vel demonstratiua, vt captiosa non prosint, vt clara non offuscentur, vt superflua non noceant, vt mitiora velint, odiosa abhorreant, possibilia inducant, vt ad maiora expressis non trahantur. Inpræmissis *Alciat.* dictis plures iuris regulæ ad interpretationem significatiuam cuiusuis dispositionis perstringantur, quæ quidem singulæ legũ auctoritate comprobari facile possunt, verum de illis & pluribus alij similibus declarationibus, quibus præcipua illa, & generalis regula de verbis statutorum propriè, ac strictè intelligendis temperatur, vti dilucidè, & copiosè pertractauit *Mascar. in tract. de gener. stat. interpr. præsertim in 4. & 5. conclus.*

Cæterum, quia de propria verborum, & rerum significatione, & quando ab ea recedatur, tam latis dictum, vel saltem indicasse videtur, ita sequitur, vt quæ propria, & quæ impropria locutio censeatur, postremò subijciamus.

Et quidem frequentiore sententia proditum est *Alciat. tenere lib. 1. de verb. signif. nu. 4.* tribus modis fieri propriam significationem nempè ab auctoritate, & diffinitione, ab Etymologia, & fuit hoc dictum *Bart. dicta l. omnes populi num. 59. de iust. & iur.* quem sequutus est *Alciat. loco cita. a Alder. Mascard. de gener. stat. interpr. conclus. 4. num. 209 Gallin. de verbor. signif. lib. 2. cap. 1. nu. 26.* ab auctoritate, veluti si in aliqua lege idipsum proferatur, exemplum est in *l. propriè 83 in l. feror 235. ff. de verborum signif.* cum aliis superius adductis sub initio huiusce not ad verbum significatione, potest enim lex; & propriatem verbis attribuere, & efficere etiam, vt sub propriis verbis comprehendantur impropria, vt probatur per exẽpla tradita *d. glo. in l. scire 17. de legi.* Sic tollerãda est improprietas, quã lex tolerat, vt in *l. fin.* C. *de hared. instit. vbi hoc not. Bald. num. 53.*

47 48 49 50 51 52

53 A diffinitione *vt ff. de testa. l. 1. & ff. de tut. l. 1. instit. de oblig. in princip. & instit. de actio. in princ.* & idem procedit in descriptione *Gallin. de verb. signif. lib. 2. cap. 2. num. 9.*

54 Ab Etymologia seu deriuatione, vel allusione vocabuli sumitur etiam proprietas, vbi prædicta duo deficiunt, *vt l. pupillus 239. §. territorium, & l. tugurij 180. ff. de verborum significatione, l. 2. §. appellata ff. si certum petatur,* quod tamen intelligitur, nisi Etymologia repugnet diffinitioni, quia si repugnet, statur diffinitioni, exempli gratia in testamento, quod dicitur testatio mentis, non tamen omnis testatio mẽtis est testamentum, sed illud dumtaxat, cui conuenit diffinitio, de qua *in dicta l. 1.*

55

56 Item nisi Etymologia repugnet limitationi, seu qualificationi factæ à iure, exemplum sit in *dicto §. appellata*, vbi mutuum dicitur, quod de meo fit tuum, non tamen vicunque de meo fit tuum, illud erit mutuum, sed requiruntur qualitates aliæ *in eodem. l. posita*, ita distinguit, & declarat idem *Bart. ibidem*, cuius opinionem esse cõmunem testatur *Euer in suis loc. argument. loco ab Etymologia sub num. 10.* vbi articulum istum fusius prosequitur, atque relatis aliorum Doct. sententijs ipse subtiliter distinguit & explicat.

57 Impropria autem locutio est illa, quæ recedit à propria significatione, vti probatur ex *d.l.non aliter 67. §.1.vers.cum plerumque abusiuè loquãtur*, nec proprijs nominibus, ac vocabulis semper vtantur *ff.de leg.3.Bal.in l.fin.nu.49.* C. *de hared.instit.*

58 Item quę recedit in proprio effectu rei designãdæ per ipsum, *vt ff.si ctr.pet.l.si tibi 20.Bald.in dicta l.fin.& d.num.*

59 Item quandocunque vnum vocabulum ponitur pro alio dissimili, *vt l.si vno 17. in princip.ff. loc.* ibi idem erit dicendum, quasi non sit donatio sed transactio. *Bal.loc.cit.*

60 Item vbicunque subauditur dictio quasi, vel serè, aut his similes dictiones, est impropria locutio vt *l.sed si possessori 11.§.sed & si rerum ff.de iure iur.& l.2.in princ.& §.1.ff.de vsufruct.ear.rer. quæ vsu.consum.*

71 Item impropria est illa locutio, quæ significat aliter, quam sonet, vt in *l.fin.* C. *de verb.signif.& ibi* Bal *sub num* 50.

62 Item illa quæ concipit impropriam significationem, vt *l.2 ff.de offic.Proconf.* vbi verbum manumittere refertur tã ad seruos, quam ad liberos, cum tamen liberi propriè dicantur emancipari, manumitti verò proprium sit seruorum, quod ibidem *not.gloss.verb.manumitti*, quæ & exemplum affert in hoc sophismate, hic homo, & Sequana currunt, cum tamen *Sequana*, quod est flumen Parisiense, propriè non currat, sed labatur, vel fluat *Bal.* ubi proximè.

63 Item impropria est locutio, quando saluatur per figuram, figuræ autem multæ sunt *Bald.in dicta l.fin numero* 51. hoc tamen declaratur pro
64 cedere, quando figuræ ad improprietatem penitus pertinent, & in vitium rationis inclinant, qualis est earum maxima pars, non autem vbi figuræ solum ornatum respiciunt, & ad propietatem ipsam pertinent, qua de re superius diximus in hac ipsa not. ad verbum significatione *vers.sic quoque*, vbi figura, sed videndus est *Alciat.de ver. signif.lib.4.in princ.& per tot.illum librum.*

D Districtus) non sine ratione declaratur quidnam hac voce significe-
65 tur, quia apud antiquiorum neminem ea reperitur, quod se scire asserit eruditissimus *Alciat. in l.pupillus 239.§.Territorium sub nu.2.ff.de verb. signif.* qui tamen intelligendus est de antiquioribus Latini sermonis scriptoribus.

66 Coeterum hoc vocabulo Summi Pontifices in suis decretalibus non rarò vsi sunt, vt in *cap. vbi periculum 3.§.porrò de elect.in 6 in Clemen. ne Romani.§.sanè de elect.& in Clemen. pastoralis vers.& illud tanquam notissimum de sent.& re iudic.*

67 Districtus autem à distringuendo, & in vincula trahendo nomen à recentioribus sumpsisse videri potest, vt per *Alciat.* loco proximè cit. *Corn cons.* 187.*n.4.lib.4. Soc.cons.74 n.101.vol.1. Dec.cons.* 534.*num.7.* Sicuti territorium à terendo vt habetur in *d.§.Territorium;* Latius tamen patet
68 districtus, quam territorium, cum Districtus nomine significetur, quicquid vltra territoriũ suum ex alieno ditioni suæ Ciues addunt, vel virtute bellica partum, uel quaqua alia ratione, quod & crebrius receptũ videtur, sicuti asserit *Alciat.d.§. Territorium nu.2.in fin.& sententia Aretin.cons.* 77.*num.4.* qui quidem *Aret.* cum ibi expresè profiteatur velle declarare, quid sit districtus, quod asserit, se numquam vidisse bene declaratum, ita
66 loquitur; Districtus propriè est dominium, vel territorium accedẽs Ciuitati in subiectionem vltra fines simul cum Ciuitate statutos, intra quos, quicquid est vocatur territorium, *vt l. pupillus §.territorium ff.de verb.signif.* & dicitur etiam Comitatus secundum *Bald.in l.1.§.in initio num.1.ff.de offic.Præfect.Vrb.* quidquid autẽ
70 de nouo Ciuitati accedit, nisi concedatur sub nomine Comitatus, dicetur districtus secundum *Cyn. in l.etiam numero* 3. C. *de iure dot.& Bald. ibidem nu.9.* & ita sentire videtur etiam *Petr. de Ancar. in Clem.ne Romani §.sanè num.12. & 40 de elect.citatus à Fel. qui & Aret.declarationem sequitur in cap.Rodulphus 35 sub num.18. vers.* 71 *vnde ipse dicit de reserip.* Sed triplex est districtus, scilicet, ex conuentione, ex priuilegio, & ex præscriptione, ex conuentione, vt in casu *l.est receptum 14.de iurisd.omn.iudic. vbi* Vlp. inquit, est receptum, eoque iure vtimur, vt si quis maior, vel æqualis subijciat se iurisdictioni alterius, possit ei, & aduersus eum ius dici; ex priuilegio Districtus constituitur, quando Princeps concesserit alicui Castrum, & Districtum, quod fieri posse non dubitatur, cum Princeps sit dominus *ex l. deprecatio 9.ff.ad l. Rhod. de iact. l.bene à Zenone C. de quadrien. præscript. facit tex. in l. humanum C.de legi.* Ex præscriptione, quia iurisdictioni præscribitur, & consuetudo dat iurisdi-
71 ctionem *l.viros in fin. vbi glos. verbo abstinuit; plura iura similia affert.C.de diuers.offic.lib.12. cap.cum contingat.1°.cum ibi not. de for.compet.* & hanc Districtus distinctionem tradidit *Bald. cons.499.nu.5.lib.4.* quam sequitur *Hieron. de Monte in tract.de finib. regun cap.7.n.5.et Carl. Tusch.concl.516.nu 6 litera D. verbo Districtus.*

73 Vt autem locus quilibet Districtus nomine cõtineatur, plane requiritur iurisdictio volentis eũdem locum sub Districtu comprehendere iuxta *Bald in d.cons.* 419 *sub num.1.vers.Districtus autem* & in altero *cons* 499 vbi vult ad id non sufficere qualemcumque iurisdictionem, sed exigit imperium, & gladii potestatem. vnde censuit, Ciuitatem Spoletanam propriè sub Districtu suo non habere castra, in quibus iurisdictionem exercet, quoad poenas pecuniarias dumtaxat, *Bald.* refert, & sequitur *Tusc. d. conc.num.5.* atque id persuadetur ex etymologia Districtus, qui à distringendo, ideſt poenis coercendo dictus est, vt supra *ex Alciat.Corn.Socin. & Dec. sententia deduximus sub initio not.* ad hoc ipsum verbum,
74 nam ab etymologia desumitur propria vocabuli significatio *Euerard. in tentur. sua loco ab Etymologia sub numero 8. vers.primo casu*, propriè autem non dicitur iurisdictio, quæ limitata est, non autẽ plena, sicque nec districtus, vbi ius nõ sit absolutè ius distringendi, quia quod est tale secundum quid non est propriè tale, vt ad rem istam considerauit *Bald.dicto consil.499.sub numero 5.argumenta tex. in l. hoc legatum 43.ff. de leg.3.*

76 Ex prædictis itaq; sequitur, quod loca, quæ se Ciuitati alteri commendauerint, sua sibi iurisdictione retenta, licet eidem Ciuitati præbeant

brauium

bratium, vel certum quid aliud annuum in signum subiectionis, non ideo de districtu eius Ciuitatis habeantur sicuti *Ancharan. in Clement. ne Romani. §. fane numero 5. de elect.* dixit se consuluisse Senis, vbi statutum extare asserit, quod de omnibus salariis Officialium Comitatus & Districtus soluatur quota quædam pro libra. non comprehendi nomine Districtus castra, & Terras commendatas, ut Montem Politianum, Sartianum, Lucignanum, & similes alias, quoniã loca talia non dicerentur propriè de Districtu Ciuitatis Senarum, quamuis aliquid annuum eidem Ciuitati contribuerent; Et de Mutiliana insigni Oppido Prouinciæ Romandiolæ commendato tum temporis Ciuitati Florentinæ, idem sensit *Corn. dicto consil. 187. numero 10. & sequenti* Et de Castro Collecchij, licet censum solueret Ciuitati Senarum, quod ideo non esset subiectum Ciuitati Senarum, nec esset de eiusdem Ciuitatis Districtu, respondit *Socin. conf. 74. num. 14. & seqq. vol.* 1. idem de Castro Lucignano Ciuitati Senarum cõmendato respondit *Castr. conf. 40. n. 85. per tot. lib.* 1. Minus verò districtus nomine veniũt
77 loca foederata, nec enim ideò desinunt esse libera, & ab aliena iurisdictione immunia, quia foedus contraxerint cum alia Ciuitate, vt habet expressè *text. in l. non dubito 7. ff. de capt. & postlim. reuerf. in princ.* cuius etiam verba in versiculo & quemadmodum, præcipuè animaduertenda sunt, quæ ita se habent, clientes nostros, de Romanorum clientibus loquitur ibi Iurisconsultus intelligimus liberos esse, etiam si neque auctoritate, neque dignitate, neque iure omni nobis pares sunt, vt ibidem legendum censuit *Bude. in suis annot. quem tex.* ad rem nostram ponderauit *Ancharan. in dicto §. fanè num. 4. in fin. Bart. in eadem l. num. 1. Socin. dicto conf. num. 7. & num.* 13. Si igitur talia loca libera sunt, nullius alterius populi potestati subiecta sunt, sicuti liber popu-
78 lus in ipsa *l. diffinitur*, ibi liber autem populus est is, qui nullius alterius populi potestati subiectus est, siue is foederatus est, addit *Bude*. siue non foederatus, quod membrum deesse sibi visum est, atque restituendum, & consequenter loca libera de districtu Ciuitatis dici non possunt, cum districtus non detur sine iurisdictione Ciuitatis
79 vti supra deduximus; An verò Districtus detur etiam in mari, quomodo, & quatenus, opportunè hic quæri potest, & dari quidem districtum in mari probatur ex *Bald. in rubr.* quæ sint regaliæ
80 *in vsi feud. numero 3.* vbi inquit, quod in mari districtus dicitur aquæ spatium, seu latitudo munita iurisdictione, & imperio *gloss. in cap. vbi periculum 3. §. porrò verbo Territorium de elect. in 6. vbi not.* quod si contingat Papam in mare mo-
81 ri, Cardinales pro futuri Pontificis electione conuenire debeant in Ciuitate, per quam locus ille maris distinguitur sicuti in texto decretum est, quòd si extra Ciuitatem, vbi cum sua Curia residebat, Pontifex ab luce migrauerit, Cardinales in ea Ciuitate debeant conuenire, in cuius Territorio, seu districtu ille obierit *Gemin. ibidem numero secundo Angel. in l. fanè 14. numero 6. ff. de iniur. Calcan conf. 91. numero 2. Capoll. de seruit. rustic. prad. tit. de mari num. 26. Hieron. de Mont tract. de fin. regun. cap. 7. numero 7.*
82 quinimmo Districtus dicitur non solum in terra & mari, sed etiam in Cælo & aere, quia vsque ad Cælum debet esse liberum possidentis *Bald. in consil. 410. verba Principis num. 1. in fin. libro primo Hieron. de Mont. dicto capit. numero*
83 8. qui subiungit, quod termini in Cælo, & aere positi fuerũt tempore Alexandri Papæ Sexti inter Lusitanos, & Castellanos, diuidendo Insulas Indiarum tunc nouiter repertas per lineas graduum Coeli, & quidquid reperiebatur à parte Orientis, erat Lusitanorum, à parte verò Occidentis erat Castellanorum; quodque secundum *Iacobum de Beluis. in sua praxi. de for. competent.*
84 *numero 19.* quando contractus, vel delictum fit in mari, tunc contrahentes, vel delinquentes sortiuntur illius Ciuitatis, vel loci forum, de cuius districtu, & iurisdictione est mare, vel si esset
85 in mari perpetratum delictum inter duas Ciuitates æquè distantes, tunc censeretur delictum commissum in communi confinio vtriusque Ciuitatis secundum *Capoll dicto titul. de mari nu. 20. per tex. in l. actor in princ. & §. de vestibulo ff. de comm. diuid.* Vnde ad vtramque Ciuitatem æque spectabit cognitio criminis, idemque seruabitur in contractibus, vt ibi per eum, sicuti no-
86 tauerat *Angel. in dicta l. fane numero 7. de iureiuran.* & si eadem particula maris ad plures pertineat, tunc quilibet poterit cognoscere, & erit locus præuentioni per *tex. in l. si quis postea*
87 *7. ff. de iudic.* præueniisse autem intelligitur, qui delinquentem coeperit in mari, licet alius Iudex prius eum verbaliter citasset *Capoll. dicto titul. numero 21. Angel. in dicta l. fanè numero* 4. iure siquidem per capturam rei in iurisdi-
88 ctione præuentum censetur *Capoll. dicto num. 21. 21. Angel. in dicta l. fanè in fin Cardinalis Tusch. conclus. 647. littera P. verbo Præuentio num. 5.* quod & in Vrbe Roma seruandum esse statuit constitutio fel. rec. Pauli Papæ Quinti super Reformatione Tribunalium Vrbis *titul de Iudicib. crimin. vers. captus ab incompetenti iudice in fine.*
89 Itaque de iure communi iurisdictionem habens in terræ districtu mari cohærenti, habet etiam iurisdictionem in mari vsq; ad centum milliaria, quod & publicè interest, quippè sicuti congruit bono Præsidi curare, vt pacatam habeat Terram, cui præest *l. congruit in princip. ff. de offic. Præsid.* ita pariter, & districtum Maris adiacentem terræ, *per tex. in l. 1. C. de classic. lib. 11. Bart. in tract. Tyberiad. de Insul. §. nullius numero primo Capoll. d. tit. de mari numero* 17. cen-
90 tum verum milliaria in mari minus sunt duabus dictis, *Bart. ibidem & comprobat Capoll. dicto tit. num. 14.*
91 Ex quibus etiam consequitur, quod si Imperator donat Ciuitatem, videtur donare etiam pertinentias, de quibus loquitur *Innoc. in cap. cum ad sedem num. 3. & sequen. de restitut spoliat.* sicque Comitatum, & Districtum, & tam in mari, quam
92 in terra, quia mare, sicut terra distinguitur iuxta *not. in dicto cap. vbi periculum §. porrò, & d. l. 1. C. de Classic lib. 11. & l. deprecatio ff. ad leg Rhod. de iact. ita notat. Bald. in l. beneficium sub num. 6. ff. de constit. Princip. Capoll. dicto tit. numero*
93 19. quia beneficium Imperatoris, quod à diuina scilicet eius indulgentia proficiscitur quam plenissimè interpretari debemus ex *d. l. beneficii*, vbi hæc ipsa verba leguntur, facit *text. in l. 8.*

etiam vbi Cyn. *numero* 3. C. *de iure dot.*

94 Cæterum in odiosis nomine Ciuitatis non cõtinetur districtus, vti subiungit *Bal.* ibidem argumento *tex. in l. cum quidam* 19. *ff de lib. & posth. & in cap.* 17. *si Ciuitas, cum ei not. de sentẽ. excom. in* 6. Sed vt ad districtum Vrbis Romæ nostra reuertatur oratio, is centum milliaria olim

95 complexus esse videtur, vt *Bald. in l. prima §. initio numeri* 1. *ff de offic. Præfect. Vrb.* dicens Territorium Vrbis ex omni latere esse centum milliarium tam in mari, quam in terra, quod colligit, ex ipso *tex. vbi iurisdictio Præfec. Vrb.* intra centesimum milliarium circumscribitur *vers.* sed & si quid intra centesimum milliare, &

96 licet *Bald.* loquatur de territorio, idem credendum est, cum intellexisse de districtu, quia districtus complectitur territorium, & pro vno, & eodem sæpe ponuntur, vt *not. Felin. in c. Rodulphus sub nu.* 18. ibi. sed territorium, & districtus ponuntur pro eodem *Bero. conf.* 81. *nu.* 14. *lib.* 3. *Crauett. conf.* 671. *num.* 2. *& seq.* & probatur ex *c. vbi periculũ §. porro* ibi in cuius territorio, vel

97 districtu *de elect. in* 6. *& in dicta Clement. ne Romani. §. sanè* ibi in cuius territorio, vel districtu *eodem titul.* licet aliquando latius pateat districtus, quam territorium, vt supra deduximus sub initio huiusce *not. vers.* latius tamen patet; & districtum Vrbis Romæ ad centum milliaria se extendisse *not. Cardinalis Tusch. dicta concl.* 516. *num.* 11. *innixus auctoritate d. l.* 1. *de offic. Præfect. Vrb.* quæ tamen illud solum indicat, quod in criminibus puniendis Præfecti Vrbis iurisdictio intra centesimum ab Vrbe lapidem coarctata fuerit, vt in *§. sed & si quid eadem. l.* Verum quicquid hac de re constitutum, seruatumue fuerit antiquissimis illis temporibus, hodie statutum hoc nostrum apertè decernit, quod districtus Vrbis passibus quadraginta millibus circumquaque finitur, atque ita seruatur, sicuti alias seruandum in terminis antiquorum statutorum Vrbis, quæ tamen non adeo clara, & explicita erant, censuit Sac. Rot. 23. *Martij* 1547. *apud Put. decis.* 24. *lib.* 3. quæ tamen, cum voluit examinari duos testes, quod ita communiter fuisset obseruatum, nempe districtum intelligi debere, vt protenderetur ad quadraginta milliaria.

98 Cæterum quomodo aliàs probetur districtus, & eius pertinentiæ, docet copiosè *Bal. conf.* 420.

99 *nu.* 1. *vol.* 1 Postremo hic non omisserimus, quod quamuis districtus Vrbis ita definitus modo reperiatur, non ideo videtur prohibitum Gubernatori, & Senatori Vrbis, vtpotè habentibus iurisdictionem in districtu, eam pariter excedere in mari districtui terræ adiacenti iuxta ea quæ supra collegimus, & complurium auctoritate Doct. comprobauimus de districtu maris, & iurisdictione in eo competenti, id namque mutatum à statuto non reperitur, cur igitur stare prohibetur? argumento *tex. in l. præcipimus* 32 *in fin. C. de appell. & in l. sancimus* 27. *in princip. C.*

100 *de testam.* Et casus omissus à statuto remanet in dispositione iuris communis *l. commodissimè* 10. *ff de liber. & posth. l. si verò* 65. *§. de viro. ff. solut. matrim.*

E Passibus quadraginta millibus) passus isti milliaria quadraginta constituunt, nam

101 milliare ex passibus mille conficitur, quæ verò longitudine sit passus, & quibus mensuris, sigillatim constet, declarat minuatim, & exactè *Alciat. in l.* 154. *mille passus ff. de verborum sign. & Buda. in annot. in Pandect. ad l. vltim. ff. si mensor. falsum. mod. dixe.* Sed quia de stadio frequens apud scriptores est mentio, haud præter-

102 misserimus dicere, quod stadium est octaua pars milliarij Italici dictum à statione, quod Hercules eo spatio cursim confecto constituisset; clarissimum verò fuit curriculum stadij Olimpici, quod Hercules suis pedibus metitus fertur, & stadium, vt inquit *Plinius libro secundo cap.* 23. efficit centum viginti quinque nostros passus id-

103 est pedes sexcentos viginti quinque, quæ mensura octies sumpta mille passus constituit, pas-

104 sus est quinque pedum *gloss. & Bartol. in l.* 3. *ff. de verborum significat. Angel. in l. prima numero* 5. *ff. si quis caut.* Et passus sic dictus, quod passis, idest dilatatis brachiis, & manibus hanc dimensionem conficiamus *Alciat. & Buda. sumpracitati*; Et singuli pedes constant ex quatuor

105 palmis, singuli autem palmi quatuor digitis, ve

106 apud eumdem *Buda.* Item pes dicitur esse quin-

107 decim digitorum, vt in *capit. sicut, & ibi gloss.* 17. *quæst.* 4. *Angel. in dicta l.* 1. *numero* 5. *ff. si*

108 *quis cautio.* Leuca dictio est gallica, cuius tamen Ammianus Marcellinus meminit, mille & quingentos passus ipsa habet, *vt Antoninus*

109 *in itiner. ostendit*; licet plerisque in locis sit amplior, ita *Alciat. in dicta l.* 154. *mille passus Schard. in lexicon. iur verbo Milliaria siue milliarium, Aceursius pariter in §. vniuersitatis verbo Stadia de rerum diuis.* stadium dicit esse octauam milliarij partem, quem sequitur *Nebrissen.* in suo Vocabulario iuris, verbo *Stadium*.

110 Quia verò milliarium lapidibus distingui solebat antiquitus, sæpè scriptum, aut insculptum videmus ad vigesimum lapidem, vel alium numerum, hoc est ad vigesimum, vel aliud milliare, *sic in l.* 24. *propter litem §.* 1. *de excus. tutor.* de centesimo lapide fit mentio, quæ pariter habetur in *§. qui autem instit. eodem titul. & in l.* 1. *§. initio ff. de offic. Præfect. Vrb.* & de vigesimo lapide *in l.* 2. *C. de erog. milit. annon. lib.* 2.

111 Sed vbi nam fieri debet initium istorum passuum, & milliariorum, de quibus loquitur statutum nostrum, nempè à muris Vrbis, an à con-

112 tinentibus ædificijs, vel vnde aliàs, & videtur dicendum, quòd ab ipsis muris, quia statutum loquitur de districtu Vrbis simpliciter, Vrbis au-

113 tem appellatio muris, Romæ continentibus ædificijs finitur *l.* 2. *& l.* 87. *vt Alphenus ff. de verborum signif.* attenditur enim, quemadmodum concepta sint verba, vt si prohibiti sunt Ciues capras retinere propè Vrbem, computetur à muris, si propè Romam, à continentibus, sicuti *Alciat. in fin. dicta l. mille passus*, & plerique alij ibidem sentiunt.

Contra verò vrget *tex. in l.* 154. *mille passus ff. de verborum significat.* Vbi hæc verba leguntur mille passus, non à muro Vrbis, sed à continentibus ædificiis numerandi sunt, vnde inferunt præcipuè iuris interpretes, quod Præfectus Vrbi, qui nimirum iurisdictionem habet

habet diffinitam intra centesimum milliare, seu centesimum lapidem ab Vrbe *vt l. 1. §. cum vrbem ff. de offic. Præfect. Vrb.* numeret milliaria à continentibus ædificijs, ita exponit *gloss. 1. in dicto l. mille passus, & Alciat. ibidem numero 3.* quo circa hæc opinio planè sequenda videtur; nec obstat argumentum desumptum *ex l. 2. & l. vt Alphenus*, quia bene procederet, vbi diceretur, quod passus ab Vrbe numerantur, sed statutum hoc non dicit, licet enim decernat, quod districtus Vrbis passibus quadraginta millibus finiatur, non ideo inquit, quod etiam passus ab Vrbe inchoentur, cum fieri possit, vt à continentibus incipiant, sicque computati districtum quadraginta milliariorum definiãt, atq; ita pariter tenendum esse, satis constat; retenta etiam lectione Pandectarum Florentinarum *in dicta l. mille passus*, quæ habet hęc verba, mille passus non à milliario Vrbis, sed à continentibus ædificijs numerandi sunt, quæ quidem lectio obseruata, ac recepta est ab *Antonio Augustino emenda. lib. 4. capit. 7.* cum ea declaratione, quod milliarium ibi acceptum sit pro columna, quæ in capite Romani fori prope ædem Saturni fuerat, à qua omnes Italiæ viæ initium, & finem capiebant, & à qua itinerum mensura sumebatur; quod etiam aureum milliarium dictum est *Plin. lib. 3. cap. 5. fol. 108. in princip.* & præter *Tacit. Sueton. & Plutarc.* quos idem *Anton. Augustin. citat*, idem probat *Publi. Vict. libell. de Regionibus Vrb.* qui in 8. regione, vbi de Foro Romano, ponit milliarium aureorum. Panuinius in Vrbe Roma Regione itidem octaua in Foro Romano; *Rosin. antiquit. Rom. libro 1. capit. 14. sub littera D.* vbi hæc habet verba, Milliarium aureum fuit columna in capite Fori Romani, sub *Saturni* æde, prope *Arcum Septimij*, in qua omnes Italiæ viæ inciſæ finirent, & à qua ad singulas portas mensuræ Regionum currerent, *Schard. in lexic. iur. verbo Milliarium Vrbis*, qui etiam sequitur lecturam Pandectarum Florentinarum *in dicta l. Mille passus*, & nouissimè columnam istam inter cætera munimenta splendoris antiquæ Vrbis inciſam videre potes apud Iacobum Laurum cum præclara inscriptione, vbi præcipuè legitur, quod ab *Augusto*, auctore Dione, columna ista aurea pro milliario erecta, & constituta fuerit in capite Romani Fori, Itaque plane compertum sit ex prædictis, quod in casu statuti nostri milliaria quadraginta, ex quibus constituitur districtus Vrbis à continentibus Romæ inchoari debeant, eoque magis, quod in dubio semper ita seruandum esse tradit *Alciat. in eadem l. mille passus numero 3.* Verum hodiernis temporibus non videretur esse locus huic disputationi, quia non apparent amplius vlla continentia ædificia Vrbis Romæ, ideſt suburbia, vt exponit *gloss. l. 2. verbo Continentibus ff. de verborum significat. & in l. vt Alphenus 87. eodem titul. Schard. in lexic. iur. verbo Continentia Vrbis*, quocirca hæc districtus milliaria ab ipsis muris Vrbis iam necesse est, vt assumant initium, cum à continentibus Romę ædificijs illud habere non possint, quæ amplius non exstant, neq; à milliario aureo, quod vtiq; à pluribus sæculis non est conspectũ, conspicitur autem dumtaxat columna primi ab Vrbe milliarii index, quæ in theatro Capitolino erecta est, enimuero non entis nullæ sunt partes *l. 2. ff. de vsufru. l. 12. Pomponius §. final. ff. de acquir. possess. cum multis similibus adductis per Augustin. Barbos. in loc. commun. iur. littera N. numero 24. verbo Non entis*, neque; qualitas vlla fundari potest, vbi non est subiectum *l. 4. si seruum §. primo*, ibi non potest æstimari bonitas loci qui non exstat *ff. de action. emption. l. 41. eius qui in prouincia in fin. ff. si cert. pet. Bruno. à Sol. in suis propositi. iur. verbo Qualitas fundari nulla potest.*

F Dierum vtilium) quippè & iure communi dies alij sunt vtiles, alii continui, vtiles dicuntur, qui & olim fasti, hoc est quibus agendi potestas est *l. prima in princip. ff. de diuers. & tempor. præscript. l. 11. miles. §. quædam ff. ad legem Iuliam. de adult. l. 6. iure mariti C. eodem titul. Bald. cons. 374. numero 2.* & dies isti aliàs appellantur dies sessionum, vt colligitur ex *l. 2. §. dies bonorum possessionis §. quis ordi. in possess. seru.* quod & *Duaren. animaduertit 2. dis. cap. 16. & reperitur not. in margine l. 3. is cui. §. si hæres in fin. ff. vt in possess. legat. verbo Possessionum ille putauit legendum esse sessionem not. Socin. iun. cons. 39 numero 16. lib. 3.* ijdem porrò dies vulgo apud causidicos iuridici nuncupantur.

Dies verò continui dicuntur, qui non sunt interrupti, sed connexi, cohærentes, & currentes vt vulgo professi in Foris, & tã vtiles, quam vt fie dicatur inutiles *l. 2. ff. de collus. deteg. l. 24. debitri ex §. primo ff. ad Senatusconsult. Velleian. l. 31. quinquennium ff. ad leg. Iul. de adult. l. 8. genero ff. de bis qui not. infam. l. 38. Shard. in iur. verbo Dies alij sunt & verbo seq.* Et hanc dierum distinctionem declarauit potissimum *gloss. in Clement. de restitut. in integrit. verbo continuum, & Anton. de Bard. in tractat. de tempor. vtil. & contin. capitulo secundo numero 6. & sequent.* dicens quod tempus continuum est, quod iuxta sonum verbi continui curric, diebus feriatis & non feriatis, siue aliquis sit præsens, siue absens in loco, in quo præterditur tempus labi, & siue ibi haberi possit copia iudicis, siue non, vt per *Imol. Cardin. & alios post gloss. in dicta Clement. de in integr. restit. & gloss. prima vbi & Bart. in l. fin. C. de temp. in integr. restit.* tempus verò vtile est, quãdo, non currunt dies feriarum, nec numerantur in termino assignato, & similiter in eo vbi tempus absentiæ, & iusti impedimenti subducitur, vt per eumdem *fusius dicto tractato cap. 7. numero primo & sequentib. Angel. in §. petenda numero tertio instit. de bon possess. Paris. consil. 124. numero primo volum. primo, Balb. in tractato præscript. 1. 4. par. princip. quæst. 6. nu. 3.* & *seq.*

G De currentibus diebus intelligitur) sic etiam in iuris communis sanctionibus, omnis dilatio, & præscriptio continua intelligitur, nisi aliter expressè cautum sit, vti tradit *Anebar in Clement. 1. de restit. in integr. ad fin. iuxta glo. in rubr. ff. de diuers. & tempor. præscrip. vers. sed hic notandum,*

vbi etiam *Bart.nu.5.Soc.Iun.conf.19.nu.19.lib.3.*

H Computantur) de iure cõmuni pariter mẽ-
127 ses triginta dierum singuli computantur, cum tamen absolutè mensium fit mentio, sicuti probatur ex *l. fin. §. fin autem dubius C de iur.delib l.38.* ædiles aiunt *in princ.ff de adil.edic.l.11.miles § sexaginta ff. ad l. Iuliam de adult. Bart. in l. 98. cum bisextus sub numero 1. de verb.signif. Bald. in authen. at qui semel numero 28. C. quom. & quan. Iudex addit. ad Bart.in authen.ut nou-constit.num.8.verbo Quot dierum*, vbi dicitur hoc facere ad statuta assignantia mensem pro termino, qui idcirco esse debet triginta dierum, idipsum probat *Bal.in l.6. eos. §. fin autem sub nu 7.vers. Iudex.Statuit terminum ad comparandum C.de appell. Alex.conf. 114.nu. 12.* vbi dicit, quod si statutum assignat mensem vnum ad probãdum, intelligetur de triginta diebus, si statutum non facit mentionem de nomine mensis *Alciat.in l.98.cum bisextus sub num. 11. ff.de verbor.signif.* qui & rationem affert huiusce conclusionis, quoniam scilicet tot diebus, cum
128 tardissimè à coitu Solis Luna remoratur, ad suas vices redit, cursumq; conficit, *Dec. in l. 102. vbi lex num.3. ff.de reg. iur. Cagnol ibidem numero 1. & 3.*

Ampliatur primo prædicta conclusio, vt procedat etiam vbi lex terminum statuat duorum mensium vtilium, nam & eo casu mensis vtilis intelligetur triginta dierum *Alex. dicto conf.114. num. 13. lib.5. Alciat.in dicta l cum bisextus sub num.11. Dec. in dicta l. vbi lex. nu.2. Cagn.ibid. sub num.1.vers.& idem*, vbi fit mentio de mense vtili.

129 Ampliatur secundo, vt procedat pariter in cõtractibus, & in vltimis voluntatibus, quando itidem simplex, & absoluta mentio mensis facta sit, *Cagnol.in d l.vbi lex.nu.3.* qui & iuxta communem loquendi vsum mensem intelligit triginta dierum ibidem sub *num.1. Io.Anar. in addit. ad glos. in cap. 6. quam sit, verbo Mensem de elect.*
130 *in 6.* in quaris autem dispositione communis loquendi vsus attenditur, vt per Doct. communiter *in l.Labeo ff.de suppellect.lega. & in cap. non-null. de rescript. Brunor.ad Sol.in propos.iur. littera V. verbo Vsus communis loquendi Mascard. de gener.stat.interpr.concl.3.in princ. & per tot.* qui etiam *nu.17.eiusdem concl.* adscripsit, quod si in statuto fieret mentio de mense, nisi aliud ex eodem statuto appareret, intelligeretur de triginta diebus ex interpretatione communis vsus, loquendi ex dicto *Franch.c quam sit §.1.nu.4. de elect in 6.*

131 Verum prædicta conclusio in primis declarationem recipit à *dicta l, vbi lex.* quæ habet hæc verba, Vbi lex duorum mensium mentionem fecit, & qui sexagesimo primo die venerit audiendus est, ita enim Imperator noster Antoninus cum Diuo fratre suo rescripsit, nempe vt ex benignitate, quidquid foret de rigore iuris, ad fauorem eius, qui terminum habebat duorum mensium ad comparendum, adijcitur adhuc dies vnus eiusdem duobus mensibus, idest sexaginta diebus, ita vt si sexagesimo primo die comparuerit, audiatur perinde, ac si in termino sibi præfixo aduenisset, & ita hanc legem intelligit *glo.1. ibid.in fin.* quia in fauorabilibus eiusmodi extensio permittitur, quæ tamen non venit ex significatione huius vocis mensis, sed ex benignitate, vt dictum est, *Bald. in dicta l.eos §.fin autem sub num.7. vers.potest etiam dici C. de appell. Dec in dicta l.vbi lex sub num.2.vers. sed non videtur Cagnol ibidem sub.num.1. Alciat. in dicta l.cum bissextus sub num.11. vers. quod si in materia fauorabili agatur.*

132 Sed cum lex ista strictè loquatur de duobus mensibus, & de sexagesimo primo die, numquid etiam locum habebit, vbi terminus vnius mensis, siue trium, vel quatuor, pluriumue mensium alicui præfixus sit ad comparendum, vel aliud quippiam peragendum, & ille trigesimo primo die præcepto paruerit, in primo casu, & in aliis casibus, vno vel altero die post elapsum terminum sibi præfixum? arbitrarer vtique locum esse debere benignitati per Doctores, vt supra consideratæ, vbi materia censeretur fauorabilis, ita vt audiendus esset idem comparens ex iudicis, arbitrio ab ipsa tamen lege regulato,
133 idest post breuis temporis moram, si quidem, quæ dicatur mora breuis, & sit purgabilis arbitrio iudicis relinqui solet, iuxta crebriorem Doctorum sententiam, de qua testatur *Menoch. de arbitr. iudic. cas. 7.numero 13. & sequen. per tex: vide notabilem in l.135. si ita quis §. Seia in fin. ff. de verborum obligat.* ibi respondit posse, si non multo post obtulisset, nec mulieris quicquam propter eam moram interesset, quod omne ad iudicis cognitionem remittendum est, & huius sententiæ potissimum fuit *glos in cap. potuit verbo Celeri in fin.* vbi etiam *Bero. numero 142. in fin. de locat. Rip. in l.si insulam numero 35. ff. de verborum oblig. vbi & Bart.numero 3. Paris. consil.108.numero 44.lib.1.Tiraquell. in l.si vnquam verbo Omnia, vel partem numero 31. C.de reuoc.donat.* & plures alii congesti per *Menoch.* vbi supra:

134 Et licet aliàs vbi tempus à lege, vel à statuto præfigitur, non sit locus amplius purgationi moræ, nisi probetur impedimentum *l. ob commissa C. ad leg. Iuliam de Adult. Bald. in l. diffamari numero 5 vers. sed contra terminum legis municipalis Alexan. conf. 133. in fin.lib. 6. Innocen. in cap. cum in tua qui matrim. accus. non poss. Tiraquell. de retract. Signag. §. 3. glos. 4. num. 2.Gabriel. conclus. 4. numero 5. de except. in hac* materia cessat obiectum, cum satis expressam legis dispositionem habeamus, per quam audiendus est, qui sexagesimo primo die venerit, licet duos menses ideat sexaginta dierum, spatium à lege habuisset ad veniendum, idq; ex speciali benignitate vt supra dictum est.

135 Secundo eadem conclusio declaratur, vt non procedat, vbi de aliquo mense in specie, & in individuo facta sit mentio, tunc enim attenditur numerus dierum illius mensis, & idem vbi certa die terminus mẽsis assignetur, exẽpli gratia si Iudex quinta die Augusti dicat, se mihi mensis terminum constituere, tum enim durabit iste terminus vsq; ad quintã diẽ Septẽb. & hac ratione vsq; &30. dies cõplectitur, quod si eiusmodi terminus assignetur decima Februarij; durabit pariter vsque ad diem decimam Martij, sicque complectetur vigintiocto dies tantum, nempe quot habet dies Februarius, iuxta *glo. in dict. capit. quam*

sit

sit verbo mensem de elect. in 6. quæ communiter recepta est, vti asserit *Cagnol. in d.l. vbi lex. nu. 2. Dec. ibidem num. 1. Mayner. in cad. l. numer. 9. Alex. in l. 5. de diuisione nu. 4. ff. sol. matrim. vbi d. glo. sententiam dicit esse communem Alberic. in dictionar. verbo Mensis habet Schard. in lexicon. iur. verbo Mensis absolute cum sit mentio.*

Porrò quæ iuxta terminos iuris communis tum hoc loco, tum sæpè alibi supra collegimus plurimum sanè conferunt ad interpretationem nostrorum statutorum, cum receptissima sit cō-
136 clusio, quod statuta in non expressis, passiuam recipiunt interpretationem, & declarantur à iure communi, vti tradunt Doct. communiter in *l. omnes populi ff. de iust. & iur. in l. si serui vestri C. de noxal. & in l. si vero 9. de viro ff. solut. matr. Bart. post glo. in l. fin. 5. in computatione C. de iur. delib. Bald. in l. 1. C. qui bon. ced. possess. Surd. cons. 4 num. 49. lib. 1. & complures alij ab eo citati, Bellon. cons. 57. num. 11.* & hanc esse communem Doctorum sententiam asserunt præcipuè *Crott. in d. l. omnes populi nu. 194. Io. And. in regul. 36. pro possessore num. 7. de regul. iur. in 6. Mascard.* qui etiam conclusionem ipsam plenius prosequitur *concluf. 2. de gener. stat. interp. Caputaque. dec. 67. nu. 7. par. 2. Ofasis. decis. 169. Rot. diuers. decis. 475. num. 4. & seq. & decis. 724. num. 15. & seq. par. 1. & probatur ex l. vt gradatim 5. & si lege municipali ff. de muner. & honor. l. 2. C. de noxal. actio & l. quamuis ff. de in ius voc*

I **Ducatos auri)** locus hic admonet, vt de veterum numismatibus
137 in primis aliquid proferamus, *Plin. lib. 33. cap. 3.* sic inquit, Populus Romanus, ne argēto quidem signato ante Pyrrhū Regem deuictum vsus est, libralis, vnde etiam nunc libella dicitur, & dupondius appendebatur assis, quare æris grauis pœna dicta; Seruius Rex primus signauit ęs, ante rudi vsos Romæ Remeus tradit. Signatū est nota pecudum: vnde & pecunia appellata. maximus census ex. m. assium fuit illo Rege; & ideo hæc prima classis. Argentum signatum est anno Vrbis CCCC lxxxiiij. nunc enim annum fuisse, & ideo sic legendum animaduertit *Cous. de veter. numism. collat. cap. 2. in princ. & ante* eum alii quos ipse recenset. Q. Ogulino, C. Fabio Coss. quinque annis ante primum bellum Punicum. Et placuit denarius pro decem libris æris; quinarius pro quinque; sestertium pro dupondio, ac semisse. libræ autem pondus æris imminutum bello Punico primo, cum impensis Respublica non sufficeret, constitutumque, vt asses sextantario pondere ferirentur; ita quinq; partes factæ lucri, dissolutumque æs alienum. Nota æris fuit ex altera parte Ianus geminus, ex altera rostrum nauis; in triente verò, & quadrante ratis; quadrans antea triuncius vocatus à tribus vncijs: postea Annibale vrgente, Q. Fabio Maximo Dictatore asses vnciales facti, placuitque denarium xvj. assibus permutari, quinarium octonis, sestertium quaternis, ita Respublica dimidium lucrata est, in militari tamen stipendio semper denarius pro decem assibus datus, notæ argenti fuere bigę atque quadrigæ, & deinde bigati, quadrigatique dicti, mox lege Papiriana semunciales asses facti, Liuius Drusus in Tribunatu plebis octauam partem æris argento miscuit. Qui nunc victoriatus appellatur, lege Clodia percussus est; antea enim hic nummus ex Illyrico aduectus, mercis loco habebatur; Est autem signatus victoria & inde nomen; aureus nummus post annum lxij. percussus est, quam argenteus, ità vt scrupulum valeret sestertiis vicenis, quod efficit in libras ratione sestertiorum, qui tunc erant, sestertios ɔɔɔɔ. Post hęc placuit xl. m. sed signari ex auri libris, paulatimque Princeps imminuere pondus, minutissimus vero ad xlv. m. Hactenus *Plinius lib. 33. cap. 3.* quo auctore vsus est verba ipsa referendo *Rosin. antiquit. Roman. lib. 8. cap. 20. vers. cæterū, vt metus* Hæc ipsa probat *Alex. ab Alexand. genial. dier. lib. 4. cap. 24.* & comprobat ibidem, *Tiraquel. in suis annot. addit. Alex.* quod Iani bi
138 frontis nota, & nauis prora æri ideo insculpta feruntur, vt priscos Latinos tunc efferum genus cum pastoriciam vitam agerent, è fera, agrestique vita legibus, & omni rerum affluentia, quæ illuc terra, marique importabantur à Iano, qui cultioris vitæ modum inuenit, excultos denota-
139 ret, sed & quid mina, quid drachma, quid assis, denarius, sestertium, & talentum, atque complura alia numismata propriis nominibus nuncupata, apud gentes diuersas valuerint, late prosequitur idem *Alexander.* atque etiam multo vberius *Gulielm. Budæ. in tot. oper. suo de asse, & præcipue lib. 2.* ab antiquioribus sæculis, vsque ad sua tempora, recensendo, & explicando nomina, & valorem omnium monetarum.

Cæterum quę de nummis æreis, argenteis, & aureis apud Romanos adinuentis, & cusis dicta sunt, confirmantur pariter à *Didac. Cous. in d. opere de veter. nummism. collat. præsertim 1. 2. & 3.* capitibus; qui exactè inita supputatione temporum, adinuenit, quod argentei nummi
140 vsus apud Romanos contigerit anno ab Vrbe condita 484. vt supra diximus, sicque ante Christi Domini nostri aduentum anno. 274. vel 276. iuxta varias hac de re opiniones, aureus verò
141 nummus initium habuerit anno ab Vrbe condita 546. & ante Natale Domini Nostri 212. quodque ante Romanorum originem longo quidem interuallo penes alias gentes fuerit nummismatum vsus. docet idem *Cousr. ex Arist. in Polit. Platon. & alijs præsertim Strabone lib. 8. Plutarc. in Lysandro Pausania in Laconicis Polidor. de inuent. rer. lib. 2. cap. 20. Georgio Agricol. lib. 1. de pretio metallor. & monetis, Stephano Forcatulo in Necyomantia iuris Dialogo 68. Ludouic. Celio libr. lection. antiq. 6. cap. 2.* qui passim testimonia multa ex Hebreis, & Græcis ad huiusce rei probationem adducunt, quibus ipse addo Onuphrium Panuin *de Imper. Roman. cap. de vectigal. Popul. Romani*, qui & doctè differit de antiquorum nummorum ratione tam apud Romanos, quam apud Græcos, cum antiquos nummos inspexisset ipsemet, & attrectasset olim Romæ apud Gentilem Delphinium nobilem Romanum antiquitatum egregie peritum, atque veterum nummorum valorem confert cum valore monetæ Romanæ, ac etiam Venetæ nostrorum temporum, tam argenteæ, quam aureæ.

142 Neque prætermiserimus, quod de re nummara-

maria apud Romanos, quatuor reperiebantur leges, Papiria, Liuia, Clodia, Maria, Papiria
143 lege cautum fuit, vt asses, qui vsuales erant, semiunciales fierent, tulit eam, vti censet Horomanus, C. Papirius Carbo Tribunus plebis Cornelio Scipione, C. Lælio nepote Coss. anno 1oIxiij. *Plin. dicto c. 3. lib. 33. Anton. Augustin. lib. de legi. in l. Papiria*; Liuia autem à
144 M. Liuio Druso Tribuno plebis anno, 1oxxxij. Cn. Domitio Ahenobarbo, C. Fannio Strabone Coss. lata fuit, vt octaua æris pars argento
145 misceretur; Clodia, vel Claudia fuit, ut victoriatus nummus, qui ex Illyrico aduectus mercis loco habebatur, Romæ percuteretur, & eadem victoriæ nota obsignaretur, vt supra diximus ex *Plin. eod. capit. Anton. Augustin. d. lib. in lege Clodia de victoriatis.*

146 His additur lex Maria, quam tulit Marcus Marius Gratidianus Prætor, L. Sylla Dictatore anno 1oIxxij. vt nũmi certa tunc ex cogitata ratione probarentur, iactabatur enim temporibus illis nummus, sic vt nemo scire posset, quid haberet, *Cic. lib. 3. offic. pagin. 146. Plin. d. lib. 33. cap 9.* Hæc de antiquis rei nummariæ legibus constant *ex Rosin. antiquit. Roman lib. 8. cap. 20. in princ.*

Sed iam reduci nos patiamur ad dicendum de Ducato Romano, de quo loquitur statutum nostrum, cum antea nummus aureus cuderetur & in vsu esset, qui simpliciter aureus appellabatur, de cuius valore superius ad c. 150. differui mus, verbo ducatorũ postea anno salutis DLXX. circiter, idem aureus ducati nomine cudi, & nuncupari cœptus est, nempe à Romano Ducatu, qui Magistratus à Longino primum constitutus fuerat, Longinum verò Iustinus Imperator Narsetj Italiæ præfecto successorem dederat, idque tradit *Polidor. de inuent. rer. lib. 2. cap. 20.* de quo & meminerunt *Blond. Platin.* ac recentio
152 res historici, vti dixit *Sarnen. ad regul. Cancell. de valor. exprim. in impetr. benefic.* hæcque ducati auri denominatio in hodiernum vsque diem manet, & mirandum sane, cum apud varias gentes monetæ reliquæ nominum varietatem, & valoris diuersitatem receperint, quomodo factum sit, vt solius ducati vniformis remanserit appellatio, & par etiam similitudo valoris; ũ quidem, eodem Sarnense teste, ducati Hungarici, Veneti, Hispani, Florentini, & fere omnes alij ducati maiores, vulgo largi nuncupati, idem pondus, & parem valorem retinent; Ex quibus postmodum Summi Pontifices aliam ducati speciem cudi iusserunt, quam de Camera appellarũt parum à superius dicta differentem.

148 Et de ducato potissimum fit mentio in regula prædicta Cancellariæ Apostolicę; cuius auctor fuisse dicitur Vrbanus Papa Sextus electus anno. Mccclxxviij. qui vixit annos, vndecim, Menses sex, & dies quinque, vt refert *Platin. de vit. Pontif.* in vita eiusdem Vrbani.

149 De ducatorum valore agit etiam *Budæ. in Commentario suo de asse lib. 2. fol. 169.* vbi præcipuè ita inquit, Ducatos legitima æstimationè accipio, vt triginta solidis parisinis valeant, id est solidis Turonicis triginta septem, & semisse; Verum denique quantum Romæ computetur ducatus auri, & quantum ducatus simpliciter prolatus, hoc tempore, statutum nostrum deplanè clarat.

Scutum) prodiit deinde, post ducatos Romanos scilicet, monetæ spe K
150 cies in Gallia, quam scutum appellant, inquit *Sarnen. ad d. regul. q. 9. cap. sequitur in text. aut ducatos &c. vers. prodijt deinde.*

Floreni nomen) quisnam sit huius mo- L
151 netę valor in Vrbe Roma satis explicat statutũ nostrum; ante apud Romanos Florenus Carolenis quinque æstimabatur, vti de suo tempore attestatur *Sarnen. ad regul. prædictam q. 9. sub cap. consequenter textus*, alioqui verò habet hæc species monetæ propter varios Regionum vsus incertam æstimationem, vt inquit *Salic. in l. fin. C. si cert. pet.* & quidem apud Italos aliter valet florenus in Tuscia, aliter in Piceno, sicque fit pariter in aliis quibusdam Italię Prouinciis, vbi huius monetæ nomen est; ac vsus; In Germania superiori frequens est contrectatio florenorum Rhenensium sicuti in Germania inferiori florenorum Brabantiæ nuncupatorum.

Sed hæc de florenis argenteis; fuerunt autem suntque in vsu etiam floreni aurei apud varias nationes extra Italiam, vti præcipuè de Regnis Aragoniæ, & Nauarrę, atque de Ducatu Sabaudiæ differit *Sarnen.* loco proximè citato, vbi potissimum valorem floreni aurei in qualibet expręditis Regionibus explicat atque computat, quot floreni ducatum auri Cameræ conficiant, quod maximè conducit ad ineundam rationem persoluendi taxas Datariæ, & Cancellariæ Apostolicæ, quæ ad computum eiusmodi ducatorum rediguntur.

Cæterum æstimationem florenorum, & ducatorum æquauit *eod. Sarnen. teste ibidem, Ioannes Papa XXIII.*

152 Floreni verò nomen à Florentinis derinasse, & ab ijsdem monetam ipsam originem duxisse, satis compertum esse videtur, nam vt hac in re testis est Ioannes Villanus Florentinorum antiquus historicus *lib. 6. cap. 54.* cum Florentia Ciuitas iam opibus, potentia, & dominatu in immensũ creseeret, placuit mercatoribus, & populo; vt aurea moneta cuderetur, cum vsque ad illa tempora Ciuitas eadem argenti moneta, nempe denariorum duodecim, vsa fuisset; itaque mense Ianuario anno à partu Virginis 1252. florenus ex auro 24. characterum, omnium purgatissimo valoris solidorum viginti cudi cœptus est, ita vt floreni octo auri vnciam pendebant, proinde florenus ab ipsa Ciuitate Florentia dictus est, cuius nomen per florem Lilij albi ex parte vna referebat, vti meminit idem Ioannes Villanus historiæ *lib. 1. cap. 40.* Ex alia verò parte apparebat effigies Sancti Ioannis ipsius Ciuitatis primi patroni, Vrbis ipsius regenerationem significans, siquidem cum antea Ciuitas ab Idolorum superstitione ad veri Dei cultum se conuertisset, templum à Marte, qui ibi colebatur, abdicatum, & Sancto Ioanni Baptistę dicatum est, Beato Syluestro Pontifice, & Constantino Magno Imperatore, vt in eadem hist. *lib. 1. c. 60.* apertè satis legitur.

Inde paulatim floreni nomen, ac vsus in alias
153 Prouincias diffusus est, cum verò in quibus suam

alienis

alienis Ditionibus florenus similis percussus esset, illa auri puritate, ære alio contaminato: Ioannes Pa[illegible] qui in *Vita de vit. Pontif. dicit* 23. anathemate poena inhibuit, ne ab alijs, quam à Florentinis florenus aureus cuderetur; ipse tamen in Ditione sua eiusmodi florenos paris auri puritatis, ac bonitatis imprimi iussit, signis aliquantulum immutatis, nam loco nominis Sancti Ioannis Baptistæ insculpta fuit in in ea parte mitra pontificalis circumdata literis sui nominis, in altera verò parte lilium quidem apparebat, sed cum illis literis *S. Petr. S Paul.* vt auctor est idem *Villan. Chronicon. Florent. lib. 9. cap.* 279 hinc factum est, vt cum postea ducati percussi fuerint, illud idem nomen de Camera
154 floreno aureo etiam vulgo indictum sit, vnde & florenus ducato de Camera comparatus, & pro tali ducato habitus, & æstimatus, cum alias plurimum inter se differrêt florenus, & ducatus; vel etiam dici posset, quod idem Ioannes 22. æstimationem floreni, & ducati exequare voluerit, quia cum apud Florentinos sola illa moneta auri puri cuderetur ad æstimationem ducati, voluit & ipse eamdem monetam cudere æqualis pretii, cæteris omnibus, præterquam Florentinis, sub Anathemate prohibitis, sicuti prædicta considerauit *Sarnen. regul. quæst. & c. supra citatis*.

M **Septem solidorum prouisinorum)** moneta hæc amplius Romæ non vsitatur, nec nominatur.

N **Iulius)** communiter est in vsu iste nummus, nec vlla alia moneta argêtea Romæ ita passim contrectatur, sic & Pauli, similesque alii nummi, qui licet diuersorum Pontificum temporibus, & cum proprio cuiuslibet Pontificis nomine percussi sint, Iulij tamen nomen & pretium retinent.

O **Carolenus,)** moneta hæc hodiernis tẽporibus rara est, eius tamen nomen, & valor adhuc perseuerat.

P **Bolonenus)** huius monetæ loco succes-
155 sit baiocchus in ciuitate Romana, qui constituitur modò ex quatrenis quinque, & baiocchi meminit *Panuin de Imper. Romanor. cap. de vectigal. Popul Roman. fol.* 227. vbi baiochos quatuordecim valere inquit tertios quatuor, facta collatione valoris sestertii, & baiocchi, nomen verò bolonenj, vulgo bolognino retinetur communiter in Aemilia prouincia dicta Romandiola, & in ciuitate Bononiensi, & forte etiam in aliquot aliis locis Ecclesiasticæ Ditionis.

Monetarum quarumdam valorem statuto nostro, quod summi Pontificis, pariterque supremi Principis auctoritate conditum est, declaratum & firmatum esse ex prædictis satis apparet, itaque ad rem istam pertinere videtur: vt quæstiones aliquas in iudicijs, & foris sat frequentes dissoluamus; In primis autem quæritur, ad quem spectet ius cudendi monetam?

156 Et quidem hoc ius solis cõpetit summis Principibus *cap. 1. & ibi Doct. præcipuè Bald. num. 5. & Isern. num.* 18. quæ sint *regal. in vsib. feud Guid. Pap. decis.* 498. *num.* 1. *Curt. sen. tract. de monet. num.* 1. *comprobatur ex l.* 1. *in princ. ff. de contraben. empt. ac etiam ex Aristotel. lib.* 5. *& hic cap.* 5. *& lib.* 1. *politic. cap.* 6; idque adeo iure receptum est, vt minimè sit vlterius probandum vti tradit *Couar. de veter. collat. numism. cap.* 8. *num.* 1. *& sub num.* 3. *in vers. ego vero*; Verum
157 & idem ius illis competit inferioribus Principibus, quibus à summis impertitum sit, *Bart. in l.* 19. *qui falsam num.* 2. *C. ad leg. Cornel. de falsi. Isern. d. cap.* 1; *num.* 19. *Guid. Pap. d. decis. num.* 2. *probat text. in l. fin. & ibi glos. verbo rescripto C. de falsi. monet. Martin. Garrat. tract. de monet. num* 1. Vnde falsa moneta dicitur, quæ ab eo
158 percutitur, qui publica ad id auctoritate non nititur, *vt not. Bart. in l qui falsam. ff. ad l. Corn.*
159 *de falsi.* nam Principis, vel Reipublicæ auctoritas vices tribuit nummis iuxta sententiam I.C. *in d. l.* 1. *in princ.* ibi eaque materia forma publica percussa *ff. de contraben. empt.* quod fusius prosequitur *Couar. d. cap.* 8. *num.* 1. qui & subinde per totum idem *cap.* explicat, quibus pœnis plectantur falsam cudentes monetam, & quando
160 propriè dicatur moneta falsa, ita vt pœnæ ordinariæ istius delicti locus sit, vel aliàs non sit.

Secundo quæritur, an Principi liceat pondus & valorem monetarum immutare? in hac quæstione casus aliquot, distinguendi sunt, primus sit casus, vbi consensus eius populi, de cuius præiudicio in ipsa mutatione agitur, Principis voluntati accedit, & tunc licita erit mutatio, vtcumque fiat, sicuti censuerunt *Hostien. in tit. de consi. §. ex quibus Innoc. & alij in cap quanto de iureiur Albert. Brun. in tract. de augum. & dimin. monet. limit.* 6. *Couar. d. tract. cap.* 7. *nu.* 6. *vers. mutatio vero pecunia*, si quidem non fraudantur, qui sciunt, & consentiunt *l.* 187. nemo
162 fraudare videtur *ff. de reg. iur.* & scienti, & volenti non fit iniuria, neque dolus *cap.* 27. *scienti de regul. iur. in* 6. *vbi Dyn.* Verum libera debet
163 esse populi voluntas, quæ vix talis censeri potest, vbi vrget eius damnum, contra verò detegitur domini commodum, & voluntas, nec enim præsumitur, quod quispiam velit iactare suum, vt naturali ratione satis constat, & probatur *ex l.* 25. *cum de indebito §. qui enim soluit ff. de proba. cui consonat. Aristotel. enunciatum lib.* 3. *etbicorum cap.* 1. nempe quod nemo suas fortunas
164 ponere elicit, confert *text. in cap. super hoc de renunc. & in cap. quia verisimile de præsum.* cum aliis pluribus ad id ipsum comprobandum congestis per *Tiraquel. ad l. si omquam verbo Donationis largitus num.* 206. *& seqq. C. de revoc. donat. & per Menoch. de arbitr. iudic lib.* 2 *cap.* 88.

165 Principum autem rogationes penes subditos habentur pro iussibus iuxta *gloss. in l.* 2. *verbo quemadmodum ff. quod iussu*, nec velle creditur, qui obsequitur imperio domini *l.* 4. *velle non creditur ff. de regul. iur. vbi Doct.* id porrò viderint Principes pro tua conscientia.

166 Alter est casus, vbi mutatio fit ex iusta causa, nempe quia monetæ materia effecta est vilior, vel pretiosior communi omnium æstimatione, vel quia non habet iustam æstimationem, seruata proportione materiæ, ex qua ipsa constat, & tunc pariter licita est Principi mutatio ponderis, & valoris monetarum, quod vtique admittunt

mittunt *Hostien. Innoc. Brun.* & *Couar. in primo casu citati & Andr. Isern. in cap. 1. quæ sint regalia in vsib.feud. nu.* 18. *& seqq. qui nu.* 23. et probat licere Principibus monetæ pretium augere tempore publicæ necessitatis, modo ea cessante, fiat subditis restitutio damni illati ab ipso Principe, qui possit illud restituere. Tertius
168 est casus, quando mutatio fiat sine iusta causa, sed pro libidine, & cupiditate Principum, & tum omninò illicita est mutatio, secundum omnes supra citatos, sicque intelligendi sunt *Ioan. Faber. instit. quib. mod. toll. oblig. in princ. num.* 3, *& Boer. decis.* 327. *num.* 6. dum scribunt posse Principem absque consensu populi mutare monetam, nam id procedit, modo fiat ex iusta cau-
169 sa, & sine populi præiuditio, qua ratione *Sanct. Thom. in tract. de regimin. Princip. lib.* 2. *c.* 13, Principes admonet, ne numismata pro libidine propria immutent, *vt not. Couar. d. cap.* 7. *sub nu.* 6. *& sub vers. mutatio verò pecuniæ.*

170 Tertio quæritur, si obligatio concepta sit sub certa specie monetæ, an teneatur creditor recipere quamlibet aliam monetam pariter bonam, ad monetæ promissæ æstimationem, & iure quidem
171 videtur non teneri ob regulam, quod aliud pro alio inuito creditore solui non potest *l.* 2. *§.* 1. *si cert. pet. & l. eum à quo ff. eod. tit.* Accedat in specie altera regula, quod vbi certa moneta est,
172 in obligatione posita, ipsa debetur, non alia *l.* 99. *Paulus & ibi* Bart. *num.* 4 *ff. de solut. ex quibus* conclusionem istam pro creditore approbarunt *Bart. Alex. Aret. & alij in d. l.* 2. *§.* 1. *ff. si cert. pet. Imol. & alij in d. l. Paulus, vbi præcipuè Bart. num.* 3. *Bal. in l. si quis argentum in princ. C. de donat. & in l. libera C. de sent. & interloc. omn. iud. Anton. & Abb. in cap. quanto de restitut. col. vlt. Boer. decis.* 327 *col.* 3. qui tamen vnanimi consensu fatentur, consuetudine contrarium es-
173 se receptum, quidquid sit de iure, quod etiam asserit *glo. in d. l. si quis argentum addit. ad Bart. in d. l. Paulus verbo Dare florenos*, vbi ita dicitur seruari de consuetudine totius mundi *Curt. Senior in tract. monet. q.* 9. *num.* 22. *ff. si cert. pet. Afflict. dec.* 90. *num.* 2. Atque ita solui posse, nempe in altera moneta iuxta valorem, & æstimationem certæ speciei monetæ in obligationem deductæ censuit *Rota Romana coram Dunozetta in Mantuana pensionis* 12. *Iunij* 1617. vbi dixit,
174 quod pensio reseruata in ducatis Cameræ, quia dicti ducati adhuc in corpore reperiuntur, licet in modico numero est soluenda, vel in ipsis ducatis in corpore, vel in tot alijs nummis, ex quibus totidem ducati de Camera iusti pôderis emi possint; idem dictum fuit etiam in Capuana pensionis. 6. *Martij* 1617. *coram Eminent. D. Cardinale Verospio, & coram Remboldo.* 10. *Ianuarij* 1620. *vti notat. Beltram. ad decis.* 42. *Ludou.*
175 Prædicta autem consuetudo, siue ius in his dũtaxat casibus procedere debet, vbi nihil interfit creditoris iuxta tradita *per Couar. de veter. numism. collat. §. vnic. sub n.* 1. nam hoc modo etiam iuri consona videtur consuetudo, vti probare conatur *Curt. iun. in l. eum quid num.* 25. *ff. si cert. pet.* eique potissimum suffragatur regula illa
176 iuris æquitate innixa, quod tibi non nocet, & mihi prodest, concedendum est, de qua *in l.* 2. *§. item variis ff. de aqu. plu. arcen.* ibi quiaget fa-
177 ctus mihi quidem prodesse potest, ipsi nihil nocitурus est, vbi & mox subiungitur, hęc equitas suggerit, etsi stricto iure deficiamur: Præmissa tamen procedunt posito, quod debitor soluere velit monetam alterius materiæ, bonam tamen & iuxta æstimationem pecuniæ promissæ, tum enim locus fuerat dubitationi Cæterum si velit soluere monetam eiusdem materiæ, & æstimationis, licet diuersæ formæ & characteris, creditor omnino tenetur recipere, vti expressim probant *Bart. in d. l. Paulus, num.* 3. *& alij omnes supra citati ex ipsa l. Paulus* quæ secundum hanc conclusionem intelligenda est, *Couar. d. §. vnic. sub num.* 1. *vers. secunda conclusio.*

178 Quarto, quæritur, si promissa sit certa moneta, verbi gratia, scuta auri in auro, vel ducati, & postea eiusdem monetæ valor Principis auctoritate augeatur, vel minuatur, num debeatur moneta, vel eius valor inspecto tempore promissionis, an verò solutionis? ità videtur esse distinguendum, aut moneta in sui bonitate intrinseca nempe in materia, vel pondere immutata est, & hic est vnus casus; aut immutata est extrinsecus tantum, nempe quoad eius pretium & æstimationem, & hic est alter casus.

In primo debetur ipsa moneta, vel si ea non reperiatur, debetur eius valor, inspecto tempore contractus; In secundo attendi debet tem-
179 pus solutionis, probatur hęc distinctio *ex text. in cap.* 20. *olim. & cap.* 26. *cum canonicis de censib. cum ibi not. per glo. & Doct.* tandem distinctionem sequitur *glo. in cap. quis ignorat verbo tempori nostro* 32. *q.* 4. *Bart. num.* 6. *vbi & adden. & alij in d. l. Paulus ff. de solut. & communem asserunt Abb. in cap.* 18. *quanto sub num.* 12. *de iureiur. Las. in l.* 2. *q.* 36. *nu.* 9. *C. de iu. emphyt. Socin. iun. cons.* 145. *num.* 94. *lib.* 1. *& cons.* 44 *num.* 9. *libr.* 4. *Arsti. cons.* 11. *num.* 3. *Curt. iun. in l. eum qui d num* 23. *ff. si cert. pet. Grauat. cons.* 12 *n.* 30. *& cons.* 13. *& 14. vol.* 1. *Corn. cons.* 177. *num.* 70. *lib.* 2. vbi inquit hanc esse theoricam Doct. cui communiter omnes concordant *Curt. iun. cons.* 24. *sub num.* 3. *vers. non est igitur dubium, Aym. cons.* 47. *incip.* magnificus dominus *nu.* 6. *Brun. d. tract. de augument. & dimin. concl. vlt. par.* 1. *vers. bis sic præmissis num.* 1. *& seqq.* qui late hãc materiam examinat *Boer. decis.* 327. *sub num.* 11. eamdem sententiam communem esse constat ex traditis *per Couar. d. cap. vnic. num.* 2. *& latissime per Tiraquel. de retract. §.* 1. *glo.* 18. *nu.* 26. Atque ita demum tenuit *Sac. Rot. Romana dec.* 597. *par.* 1. *in recent. decis.* 149. *par.* 2. *in recentior. decis.* 42. *apud Gregorium Papam XV. decis.* 683. 688. 759. 900. *par.* 4. *diuers.* ex quibus plane decisionibus apparet Rot. distinctionem prædictã constanter seruasse, quod quidem comprobat etiam addit. ad prædictam *decis.* 42. *Gregor. XV.*

180 Et ampliatur conclusio, vt supra distincta, etiam si in promissione dictum sit scuta auri, vel ducari ad rationem solidorum tot, vel aliud quid simile, quia valor eo modo adiectus videtur appositus demonstratiue, non taxatiue *Socin. cons.* 298. *lib.* 2. *Grat. d. cons.* 14. *num.* 13. *vol.* 1. *Boer. d. decis.* 327. *num.* 3. *Rot. in d. decis.* 687.

181 Cęterum bonitas pecuniæ, vt supra indicauimus, distinguitur in intriusecam, bonitas enim intrinseca dicitur substantia ipsa metallorum,

tam

tam in bonitate, quam in quantitate ſeu pondere; bonitas verò extrinſeca appellatur valor impoſititius, vt ſcribunt omnes *in l. Paulus ff. de ſolut. & in l. cum quid ff. ſi cert. pet. & in cap. quanto de iureiur. Iſern. de feud. tit. qua ſint regalia n. 22. & not. in d. deciſ. 149. num. 6. par. 2. in recent.* Et communis iſte dicendi modus obſeruandus eſt ad intellectum eorum, quę in hac materia tractantur, quem etiam ſequitur *Brun. d. tract. concl. vlt. partic. 4. nu. 8.* quidquid ſenſerint quidam alii, bonitatem monetarum intrinſecam, & extrinſecam aliter interpretantes, *vt per Couar. dicto cap. 7. ſub num. 6. & ſub verſ. mutatio verò pecunię.*

Prædicta autē concluſio, quæ habet quod in mutatione extrinſeca bonitatis monetæ ſolutionis tempus, attendatur plane declaratur, vt pro-
182 cedat, quando mutatio facta eſt ante moram debitoris, nam ante illius moram mutatio, & nocet, & prodeſt creditori, ita vt quoad augumentum, vel diminutionem valoris monetæ, ſolutionis tempus attendatur.

Et hęc quidem declaratio cōmuniter à Doct. probatur, vti teſtatur *Couar. d. §. vnic. num. 3.* præcipuè verò ab alijs quos citat *Tiraqu. de retract. §. 1. glo. 28. num. 27. & Brun. d. concl. vlti. limit. 1.* nec ab ea recedendum, maximè quia grauiſſima confirmatur auctoritate Rot. Romanæ, vt ex deciſſ. ſuperius allatis manifeſtè conſtat, licet non pauci Doct. aliter ſenſerint, quos refert *Couar. loco proximè citato in verſ. cæterum*
183 *Lugdunenſis*. Poſt moram verò mutatio valoris extrinſeci monetæ promiſſæ, & in obligationem deductę, illi omninò nocet, qui in moram inciderit, ſiue debitor fuerit in mora ſoluendi, ſiue creditor fuerit in mora recipiendi debitum *per tex. in l. 3. in fin ff. de actio empt.* nam regula iuris
184 eſt quod mora ſua cuilibet nocet *cap. 25. mora de regul. iur. in 6. l. 133.* in condemnatione perſonarum *§. vnicuique ff. de regul. iur. &* concluſionem prædictam in hac ſpecie *Bart. & alij probant in d. l. Paulus; d. l. cum quid & in dict. cap. quanto.* quam tamen concluſionem idem *Bart.* quem ſequuntur Doct. magis communiter, veram eſſe cenſet, vbi mutatur moneta maior, quæ per minorem nimirum æſtimatur, ſecus verò vbi mutata ſit moneta ita minuta, vt per aliam mi-
185 nutiorem æſtimari non poſsit; Etenim tunc ſenſit *Bart.* minimè nocere mutationem monetę ei qui ſit in mora, ſi quidem cum moneta hæc minuta per aliam æſtimari non poſſit, licet mutatus ſit eius valor, non dicitur mutata in æſtimatione ſua, quia nō habet aliquid quod æſtimetur, vnde creditor lucrum amitteret, non autem pateretur damnum, qua ratione debitori moroſo
186 non imputatur amiſſio lucri creditoris *l. ſi ſterilis §. cum per venditorem ff. de actio empt.*

Nec oberit ex *l. nummis ff. de in lit. iurand.* dari intereſſe extrinſecum, quia id obtinet in damno non in lucro, idcirco qui debitor eſſet certæ quantitatis ſoluendæ in pecunia minuta, ſi poſt moram contingeret huius monetæ minutę mutatio, nihil obeſſet debitori, quia pecunia non cenſetur effecta deterior; ita declarat *Bart. in d. l. Paulus num. 8.* quem retulit *Couar. in. d. §. vnic. num. 4.* vbi tamen contrariam ipſe tuetur opinionem, licet fateatur *Bart.* ſententiam magis communiter à Doct. eſſe receptam, quod & aſſerit *Brun. limit. 1. num. 7.* cum hac tamen diſtinctione quod *Bart. opinio.* communis ſit apud legiſtas, contraria verò communiter à Canoniſtis recipiatur, cum hoc fundamento nimirum, quod etiam moneta minuta per groſſam æſtimari poſſit; Cæterum de iſtarum opinionum veritate dil gentius videri poterit apud *Brun. d. concluſ. ult limit. 1. & apud Couar. d. §. unic. num. 4.* vt alios omittamus ab eiſdem citatos.

187 Quinto quæritur, ſi debitor ex cauſa annui cēſus, vel alterius ſimilis debiti longo tempore ſoluiſſet de pecunia minoris valoris, vel ſoluiſſet ſecundum valorem tęmporis ſolutionis, an præſcriptione tueri ſe poſſit in vtroque caſu, ità vt compelli non poſſit ad ſolutionem pecunię maioris valoris, vel iuxta alium valorem, quam currentem tempore ſolutionis faciendæ? reſponde tur admitti præſcriptionem longiſſimi temporis ad fauorem debitoris, nempe annorum quadraginta contra Eccleſiam, vel triginta contra perſonas laicas, de præſcriptione contra Eccleſiam, & iura Epiſcopalia probat *text. in cap. 20. olim, de conſt per argumentum à contrario ſenſu, & ibi, Abb. num. 9. Henric. n. 1. & ſeq. glo. in cap. quicūque 16. q. 7. & in cap. 16. conquerente de offic ordi. uerbo Duos ſolidos, & de præſcriptione triginta annorum contra laicos Signorol. conſ. 74. quidam colonus num. 9. verſ. ex poteſtate præſcriptionis p tent. in l. cum notiſſimi §. in ÿs etiam ubi gloſſ. in uerbo Per ſingulos annos C. de præſcript. trig. uel quadrag. ann. & in l. domini prædiorum, ubi glo. uerbo conjuetudo C. de agricol. & cenſi. libr. 11. Franciſc. Aret. conſ. 117. conſideratis diligenter verſ. ſecundo eſt præmittendum*, vbi expreſſe inquit quod ſi ille, qui debet ſoluere in pecunia maioris æſtimationis ſoluat in pecunia minoris æſtimationis, vel aliam pecuniam, quæ minus valeat, & hoc faciat per triginta annos contra priuatum, contra Eccleſiam verò per annos quadraginta, currit præſcriptio, & paulo inferius ſubiungit tunc primum incipi curſum præſcriptionis, cum debitor cœpit ſoluere monetam maioris valoris, quam teneretur ſoluere tempore obligationis, idem probat *Brun.* loquens de vtroque caſu huiuſce quæſtionis *d. tract. de augum. & dimin. monet. limit. 4. num. 1. 2. & 7. Rubę | Alexandr. in. conſ. 76. nu. 1.*

188 Hæc tamen cōcluſio ita declaratur, vt in eiuſmodi præſcriptione bona fides requiratur *Aret. d. conſ. qui aſſerit Hoſtien.* alioſque Doct. communiter idem ſentire *in d. cap. olim.* bona verò fi-
189 des præſumitur in præſcriptione longiſſimi temporis, niſi de mala fide doceatur *Aret. ibidē Rub. Alexander. d. conſ. & nu. Brun. d. limit. 4. nu. 3.* vbi communem refert eſſe Doct. ſententiā, quod bona fides regulariter præſumatur in præſcribente.

190 Atque etiam declaratur eadem concluſio aliis modis, de quibus præcipuè per eumdem *Brun.* ibidem.

191 Sexto, quæri poteſt iuxta præcedentem quæſt. nempe applicando eam ad ſtatutum noſtrum ſupra cap. 158. an ſicuti ſtatutum inducit præſcriptionem annorum ſexdecim in toto debito, vbi creditor negligens fuerit per tot annos in eo petendo, ita pariter inducere cenſeatur, vt

debi-

debitor annuę præstationis, qui per annos sexdecim de certa moneta minoris valoris præscriptione statutaria tueri se possit, quominus de alia maioris valoris soluere non debeat? Hæc quæstio in tributis, & censibus Cameræ Apostolicæ debitis non procedit, nec etiam in censibus quibus uis aliis personis super bonis stabilibus venditis, vel constituta, quia statutum nouum excipit expresse à præscriptione sexdecim annorũ talia debita, vt legitur in *d.cap.* 158. *vers. Exceptis*; hęc tamen exceptio quoad census quarumcumque aliarum personarum non aderat in statuto veteri *lib.1.cap.* 101. *& lib.4.cap.* 18. vbi de præscriptione agebatur, & ideo Io. Bapt. Bouius qui de statuti veteris præscriptione commentarium edidit, dubitationem istam proposuit in censibus priuatarum personarum *glo.* 19 *verbo contra omnes creditores num.* 226. ac tenuit locum esse huic præscriptioni statutariæ, nos ideo consentes ita esse, tenendum in aliis annuis præstationibus, quia hæc annorum sexdecim præscriptio, per ius municipale subrogata est in locum præscriptionis triginta, & quadraginta annorum iuxta tradita *per Bart. in l.4. sequitur §. si viam sub num.3. ff. de usucap. Iaf. in l.58. nemo potest nu.* 117. *ff. de legat.1. Rip. ibidem. num.* 118. *Paris. cons.* 66. *num.* 91 *lib.3 Bouius d.t. & V. verb. De conditoribus glo.1. num* 34 *& seq.* Vnde assumic naturam præscriptionis iuris communis iu-
191 xta iuris regulam, quod subrogatus sapit naturam eius in cuius locum subrogatur *l.1. §. hæc actio, & ibi Bart ff si quis testa. libe esse iuss. fuer. l. si cum §. qui in uariarum. vbi Doct. ff. si quis cautio. Ioannis. §.1.* vbi etiam Doctor. *C. de rei uxor. actio §. fuerat & ibi paritur Doct. in instit. de actio.* comprobat aliis legibus *Euerard. in locis suis argumentandi loco à re subrogationis in princip. qui & num.* 17. in specie demonstrat exemplaribus quod brenior præscriptio inducta per statutum in locum longioris præscriptionis nempe iuris communis, sapit eandem naturam, ac præscriptio longior, idipsum apparet *per glo.* 19. *Bonũ d.*
194 *tract.* vbi præscriptioni statutariæ applicat ampliationes, ac limitationes, alioquin conuenientes præscriptioni iuris communis. Sed obiiciet forte quispiam, quod hæc quæstio inutilis videatur, si quidem posito, quod præscriptio totum absorbeat debitum, frustra disputetur, an præscribatur solutioni minoris, vel maioris æstimationis, sed respondetur facile contingere posse, quod debitor aliquis scrupulum sibi faciat præscribendi totum debitum, forte propter malam fidem, per ea quę *not. Bart. & alij in d.l. sequitur §. si viam. ff. de usucap. & fusè Cornel consil.* 277. *præsertim num.* 1. *& 2. lib.* 4. Vnde contentus sit præscriptione soluendi in certa moneta, sicuti constituit, qua in re nequaquam considerari posse videtur tantus scrupulus, non solum quia agitur de re minori, sed & quia variatio monetarum, & earum æstimatio facile pendet ex facto potentiorum, nec ideo priuatæ personæ in mala fide facilè constituuntur, dum in pecuniarum æstimatione Principum edictis & communi aliorum vsui se conformant.

195 Demum non omiserimus quod quæ in istis vltimis conclusionibus dicta sunt de eo qui longo tempore soluit de minori moneta, seu minoris valoris, procedunt pariter ad fauorem creditoris contra debitorem, qui debitor soluisset de meliore per tempora prædicta, vt notatur in *d. cap. cum Canonicis*, & secundum *Io. Andr. in nouell. in d.cap. olim. & Panorm.* & communiter scribẽtes *& Aret. in d.cons. Brun d.tract. limit.* 4. *nu.* 2. *Bouius d glo.* 19. *num.* 226.

196 Septimo quæritur, an mutatio monetæ, quæ modico tempore durauit, aliquem pariat effectum? respondetur, quod nullum, nec aliqua huiusmodi mutationis ratio haberi debeat, ita *Bart. in d.l. Paulus num* 9. quem communiter alii sequuntur *per tex. in l.* 63. *prætia rerum in fin. ff. ad l. Falcid vbi asserit Abb. in d.cap. quanto sub num.* 12. *vers. debet enim reddere, quem Couarr. d. §. unic sub num* 4. *vers. Sexta conclusio.*

197 Octauo quæritur, si in contractu ab initio, obmetum mutationis monetarum inter contrahẽtes conuentum sit de moneta ad certam, & expressam æstimationem soluenda an ob intrinsecum, seu extrinsecum deinde secutum augumentum, vel diminutionem illius monetę, liceat à conuentione recedere? respondetur conuentionem esse seruandam, nec mutationem monetæ hoc casu contrahentibus nocere, nec prodesse, vt probat *tex. in l. penul. §. si mancipia ff. soluto mat. not. Bart in d.l. Paulus in fin. ff. de solut. Imol. & Alex. in d §. si mancipia*, & plures alii quos refert, ac sequitur *Brun d tract. de augum. & dimin. concl. vlt. limit.* 18. hęc quę opinio communis est apud Doct. vt apparet *ex Coua. d. §. unic.*
198 *n.5.* Procedit autem ista opinio, vbi ex verbis cõtrahentium clare appareat eos voluisse taxare æstimationem, seu valorem monetæ, nam si id nõ appareat, præsumitur quod verba contrahentiũ stent demonstratiuè; Et tenenda erit ampliatio quartæ conclusioni per nos superius adiecta *numero* 180. *ex Socin. Grat Bocr. & Rot. ibi citatis,*
199 Exemplum verò taxationis expressę affert *Bar. in d.l. Paulus num.* 10. ita videlicet depono apud te centum libras in florenis hoc pacto quod reddas in florenis sub eadẽ æstimatione, & illud quidem exemplum ad rem nostram bene explicat, *Couar. d. num.5. §. unic.*

Nono quæritur, si facta fit promissio certæ quantitatis monetæ in certa nummorum specie, exempli gratia si promissi sint ducati centum soluendi in tot iuliis nulla constituta iuliorum æstimatione, an valor seu æstimatio iuliorum vigens tempore solutionis attendi debeat, an vero valor, qui vigebat tempore contractus? respon-
200 detur quod valor nummorum designatorum sub incerto numero, de tempore solutionis, attendi debet iuxta opinionem *Bart. in d.l. Paulus ad fi.* quæ à Doct. communiter probari videtur, *vt not. Brun. in d. limit.* 8. *col* 2. *& ead. concl. ultima ampliat.* 5. *Couar. in d §. unic. sub num.* 5. *vers. Otaua conclusio*, sed ipsa *Bart.* & communis aliorum
201 sententia, sic intelligenda videtur, dummodo valor iuliorum, seu alterius speciei nummorum designatorum pro solutione certæ quantitatis pecuniæ non fuisset immutatus in sui bonitate intrinseca, tum enim attendi debeat valor, qui talium nummorum fuisset tẽpore contractus iuxta deducta superius ad 4. quæstion. hucque pertinent etiam quę in proxima præcedenti quæstione ad fin. dicta sunt.

Vnde

202 Decimo, quæritur, si tradantur, vel deponantur, exẽpli gratia, libræ centũ in florenis, nũquid isti floreni sic traditi, aut depositi recipere possint augumẽtũ, vel diminutionẽ valoris propter immutationẽ monetarũ? respondetur negatiuè, quia tot illi floreni, quot fuere traditi tẽpore cõtractus pro illis centũ libris, vendi videntur ad æstimationẽ tot librarũ, & hac ratione satis erit quocumq; tẽpore reddi centũ libras, ẽt si floreni tẽpore solutionis pluris æstimentur, quam æstimati fuerint à cõtrahẽtibus tẽpore cõtractus, ita sensit *Bart. in d. l. Paulus penul. q.* cuius sñtia magis cõiter à cæteris Doct. approbatur, vti asserit *Brun. d. limit. 8. & probatur ex not. per. Doct. in l. si stipulatus fuam decem. in mille ff. de solut. Couar. d. §. vnic. sub num. 5. vers. nona. conclusio.*

203 Vndecimo; quæritur si statutũ ponat in dispositione sua monetã aliquam certæ speciei, quam contingat postea mutari, & minui in valore, & pretio, nũquid solui debeat moneta, put valebat tẽpore statuti, an verò, put valeat tempore solutionis faciendæ? Exẽplũ ponit *Specul. tit. de oblig. & solut. 3. §. nunc aliqua sub n. 9.* ibi pone in statuto Ciuitatis dicitur, quicũq; tale quid cõmiserit, soluat decem libras Turonenses, vel talis officialis habeat tot libras Turonenses pro suo salario, & hæc quidem quæstio pertinere potest ad explicationem nostrorũ statutorũ, maximè, vbi pœnæ pecuniariæ, & multæ imponuntur, vt sæpè fit infra in 2. & 3. libr. atque vbi de salariis aduocatorum, & procuratorum agitur cap. 92 lib. 3. respondet idem *Spec.* condemnationes, & salaria persolui debere secundum præsentem monetam, & subiungit, quia mutata moneta, videtur mutatum statutum, ita vt intelligi debeat secundum illam, non autem de veteri moneta, argumento *tex. in cap. translato de cõstit. cum alijs iuribus per eum citatis Specul. di Bart.* vti elegãs not. *Bald. & sequitur in l. 16. illud num. 18. C. de Sacros. Eccles. & in l. fin. in princ. nu. 7. C. com. de legat. Vitalin. in Clemen. fin nu. 64. de decim. Iste Roman. cons. 123. sub nu. 1.* vbi præcipuè duplicẽ huius conclusionis rationẽ affert, primã, quia cõ-

204 stitutio sẽper loquitur *l. Arrian. C. de haret. Bar. in l. certa forma n. 5. C. de iur. Fisc. lib. 10.* vnde contingente mutatione pecuniæ, de illa, & ipsã constitutionem loqui intelligitur, alteram addu cit rationem, quia mutata pecunia intelligitur,

205 ad nouam mutationem mutata constitutio *per text. in l. penult. C. qui admitt. & in l. vnic. §. 1. C. de rei vxor. actio.* sicuti consideraui etiam *Spec. vbi supra Mil. in repert. verbo Pecunia*, quæ debetur cum aliis pluribus ab eo relatis, *Martin Lauden. in tract. monet. n. 27. vers. Quid autem in lege, vel statuto Corn. cons. 177 sub nu. 71. lib. 2 Curt. Sen. eod. tract. nu. 17. Brun. d. tract. de aug. & dimin. monet. limit. 7. n. 2. & seq. & partic. 12. n. 1. & seqq.* qui & hanc dicit communem opin. ibidem *sub n. 6. vers. Sed propter hoc.*

206 Hanc autem conclusionem in dubium reuocat *Abb. in d. c. quanto sub n. 14.* Et quoad pœnas pecuniarias statutorum mouetur potissimum ea ratione, quia est verisimile, quod in pœnis decernendis illud potissimum respexerint statutorum conditores, prout quisque deliquerit, ita in eum animaduertatur, sicuti iure fieri debet, *l. 13. congruit ff. de offic. Præsid. l. 11. respiciendum in princ. ff. de pœn. c. 31. non afferamus 24. q. 1. & iuxta Deuter. c. 25.* pro mensura delicti erit, & plagarum modus, si verò contingeret monetam pœnæ valde imminui in valore, pœna vtiq; impar delicto redderetur, q̃ esset contra mentem statutorũ

207 & contra iura prædicta; quibus addi potest, q̃ ea interpretatio capiẽda videtur, ne delicta remaneãt impunita, si quidẽ hoc publice interest *l. 52* ita vulneratus *vers. q̃si quis ubi glos. verbo Impunita ff. ad l. Aquil. l. locatio alias licitatio. §. quod illicitum ff. de public. & vectig.* Verum facilè tolli videtur istud obiectũ, si dicamus quod

208 immò cẽsendũ sit, voluisse statuentes, vt ad mutationem monetæ mutatum intelligatur statutum de moneta loquens, quia constitutio semper loquitur iuxta deducta superius *ex Specul. Roman.* sicque perinde est, ac si constitutio, seu statutũ quotidie conderetur, quippe ita fit, vt verbum præsentis temporis à lege prolatum, ad futura porrigatur, non si proferatur ab homine iuxta theoricam *Bart. in l. 8. si ita n. 2. ff. de aur. & arg. legat. & in l. certa forma n. 5. C. de iur. Fisc. lib. 10.*

209 Atq; huic interpretationi aliæ iuris regulæ ẽt suffragãtur, nẽpe q̃ in pœnis benignior fit interpretatio *l. penult. ff. de pœn. l. 56. semper in dubijs. ff. de regul. iur. cap. 49. in pœnis de regul. iur. lib. 6.* fusè prosequitur *Tiraq. in l. si vnquam verbo reuertatur n. 246. C. de reuoc. donat.* & semper in

210 obscuris, q̃ minimum est, sequimur *l. 9. semper in obscuris ff. de regul. iur. c. 30. in obscuris eod. tit. in 6.* quæ quidem regula præcipuè locum habet

211 in delictis, vt *not. glo. in eadem l. semper in obscuris vers. item facit*, nam in dubio minor pœna imponitur *l. 32. si præses & l. penult. ff. de pœn.* vnde

212 condemnatus pœna capitali cum sint plures pœ-

213 næ capitales, nempe tres, *l. 2. ff. de public. iudic. & l. 28 capitalium ff. de pœn.* Inno. *in c. 17. qualiter, & q̃ũ n. 6. de accus.* ad minorẽ pœnam capitalem condemnatus intelligitur *Abb. in c. 18. quãto sub n. 7. de iureiur. Dec. in d. l. semper in obscuris n. 10. & in l. Imperiũ vers. in glo. verbo Potestate n. 14. ff. de iurisd. omn. iud. Alex. cons. 104 sub n. 2. lib. 1. Cuma. cõs. 139 sub n. 6. Marsil. cons. 7. n. 20. vers. Præmitto etiam vol. 1.* qui hanc regulã in crimina libus maximè cõprobat; Neque ideo delictũ remaneret impunitum, quia pœna pecuniaria ob diminutionẽ valoris monetæ forte minueretur, cum præsertim ad sũmã parũ soleat decrescere ualor monetarum in earũ variatione, vt ab experi-

214 entia edocemur: nec etiã prohibitũ est, quinimò p̃missũ minuere pœnas statutorũ etiã p̃ ludices, *Dec. in c. 4. de cauſ. n. 22. de offic. deleg. Tiraq. de p̃n. leg. temper in præfat. n. 21.* vbi hanc tenet communem esse opinionem, *Dd. ac.* qui eã pariter asserit cõem *lib. 2. uar. resol. c. 9. n. 8. sicuti, & Clar. q. 85. n. 10. vers. ulterius quæro cum alijs citatis per Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. q. 96. nu. 16.* qui etiam articulum istum plenius explicat seqq. numm.

Contradicit pariter *Abb. ibidem* speculatori

215 in altero dicto, asserens q̃ in salario certæ monetæ cõstituto officiali atrẽdi debeat valor monetæ de tẽpore statuti cõditi, nò autẽ solutionis faciẽdæ, sed in hoc ẽt, vt in altero falli videtur *Abb. ea traditis per ipsum Specul. Bar. Roman. & alios, vt supra iuxta regulam l. Arriani C. de hæretic.* neque opinioni *Abb. suffragatur text. simpliciter*

per ipſum allegatus in cap.20.olim. de cenſi. quia ibi certa moneta erat in obligatione ex partium conſenſu ratione ſynodatici, quæ in ſui bonitate intrinſeca deterior, ac vilior reddita fuerat, vnde non mirum ſi debeat ſolui, vel æſtimari moneta iuxta tempus obligationis, non autem ſolutionis, vti *text.ipſum intelligunt Doct.* ibidē & alibi, vnde locus eſt concluſioni, de qua ſatis fusè egimus *ſupra quæſt.4.*

216 Declaratur autem ſupradicta concluſio *ex Specul.* deſumpta, vt ſolutionis tempus, non autem ſtatuti attendatur, quādo pecunia mutatur, antequam ad pœnam delicti, vel ad ſalarium debitum officiali eſſet obligatio contracta, ſecus ſi poſt obligationem ortam pecunia mutaretur, quo caſu inſpici debet valor pecuniæ, quæ currebat tempore obligationis *Mil. in d.verbo pecunia quæ debetur ex contractu in fin. & Brun. d.*

217 *tract.p.12.n.2. & ratio eſt.* quia vbi debetur pecunia ex contractu, attenditur valor de tempore contractus, & obligationis *Bal. in d. l.illud nu.* 18.C.*de ſacroſ.Eccleſ. & in d.l fin.n.7.* C. *comm. deleg & alij ſuperius allegati in 4.quæſt.*

218 Declaratur amplius eadem concluſio, quod licet in diſpoſitione ſtatuti attendatur valor, & vius monetæ tempore ſolutionis faciendæ, attamen vbi ſtatutum loquitur circa ſolemnitates, exempli gratia quod donatio excedens ducatos ducentos intimari debeat, vt ſupra *cap.150.* ſtatuti noſtri, attendi debet tempus conditi ſtatuti, ita diſtinguit *Bald.in l.illud num.* 18. C. *de ſacroſ.Eccleſ.* Curt *ſen.tract.de monet q.5.nu.*18. *Brun.d.tract.partic.*12.*num.*7.

219 Duodecimo, quæritur quid ſi certa pecunia debeatur ex mandato, vel præcepto, ſeù reſcripto ſuperioris, an ſolui debeat iuxta valorem de tempore mandati, an vero de tempore ſolutionis? in hoc etiam caſu tempus ſolutionis attendi debet, non autem tempus mandati, vel reſcripti, *per text.in Clem.2.vbi glo.1.& alia glo. in verbo Currentem de decim. & in c.2.in fin. de maled.vbi etiam glo.in verbo Vſualis moneta Anchar.ibidem n.3.Anton.in cap.quanto de iureiur. Mil in verbo pecunia quæ debetur ex contractu Rom.conſ.* 121.*ſub n.1.verſ.Sin autē dicamus vbi & addit. ſub littera* C. *verbo Ordinationis.*

220 Decimotertio quæritur, quidnam in teſtamentis ſeruandum ſit: attendi debet valor monetæ tempore conditi teſtamenti, non autem mortis teſtatoris, & ſolutionis faciendæ, ita reſpondit, *Oldrad.conſ.*31.*per text.in l.*39 *vxorem.§.teſtamento ff. de legat.*3.*& in l.fin.in princ ff. de aur. & argen.legat. & l.*29.*Aurelius §.teſtamento facto ff. de liber.legat.*Io. *Andr.in addit. ad Specul. tit.de conceſſ.præb.§.nunc aliqua in fin.verbo Ex contractu. Mil.d.verbo pecunia quæ debetur in princ.verſ.idem ſi debetur pecunia ex teſtamento Abb.in d.c.quanto n.*13.*vbi etiam addit. ſub litt. A.ff.de iureiur.*Corn *conſ.*177.*ſub num.*71.*lib.*2. *& hanc opin.ab omnibus Doct.teneri aſſerit Martin.Lauden.d.tract de monet. n.*27. *verſ. Quæro quid in teſtamento,quam etiam comprobat Brun d.tract.partic.n.*1.*& ſeqq.ac ſtrictè declarat. in fin. quamuis contra ſenſerit Roman.d.conſ.ſub n.*1.*verſ.Licet contrarium ſupra tenuerit Oldr. & male*, ſed non ideo recedendum, eſt ab opinione *Oldrad.* ac tot aliorum, quam meritò inquit æquiorē, & forte communiorem, atq; magis accedentem diſponentiū voluntati *Mandoſ. in addi. ad ipſum conſ. Roman. littera A. verbo vtrius* Nec enim *obſt.ſententia Oldr.tex.in l.* 10. *cum certum ff.de aur.& argen.legat.* quo ſolo fundamēto nititur Roman. vt patet ex notat. *per Bar. in l.*1.*§.cui certum in princ.& num.*1.*ff.eod. tit. Mil.d.verbo Pecunia quæ debetur in princ.*

221 Declaratur tamen hæc concluſio, vt procedat in legatis particularibus ſiuè rerum, ſiuè pecuniarum, nam in his attenditur tempus teſtamēti, ſecus verò in fideicommiſsis vniuerſalibus, & legatis, ſi quidem in iſtis inſpicitur tempus mortis teſtatoris, ità diſtinguit *glo.in l.penult.verb. Cedit ff.de feud.inſtruc. vbi & Bart. quam gloſ. ſingularem approbatam, & perpetuo memoriæ tenendam dicit* Curt *Sen.in tract. de monet. nu.* 17.*not addit.ad Abb.in d.cap. quanto de iureiur. littera* A. *& Brun.d.partic.*9.*nu.*2.

222 Decimoquarto, quæritur, an ſtatuta laicorū de valore monetarum diſponentia ligent etiam perſonas Eccleſiaſticas? breuiter reſpondetur, quod non ligant, quia deficit iuriſdictio ſtatuentium *c.bene quidem verſ.Cumque lecta fuiſſet diſtinct. 96. c.quæ in Eccleſiarum & c. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. cum not. vtrobique per Doct.Oldrad. ſpecifice loquens in caſu ſimili conſ.* 250.*n.*2,*Io.Andr.in addit.ad Specul.tit.de oblig. & ſolut.§. nunc aliqua in fin. verbo* Olim. *verſ.*

223 *Plus dico*; ſed in ſtatuto noſtro omnis ceſſat difficultas, nempe, quod etiam perſonas Eccleſiaſticas cōprehendat, quia Sūmi Pontificis auctoritate conditū eſt, vt plenè diximus ſupra ad titulū ſtatutorum verbo auctoritate. Hæc ad materiā monetarū vt frequētius contingētia, & apud iuris interpretes potiſſimū pertractata nobis breuiter attigiſſe ſufficiat, plura verò alia copioſius

224 diſcuſſa habētur penes auctores, qui de materia ipſa ex profeſſo ſcripſerūt: hi ſūt præcipuè Martinus Garratus Laudonenſis, Franciſcus Curtius Senior, Ioan. Regnandus, Albertus Brunus, Didacus Couarruuias, quorū tractatus ex ordine inſerti ſunt tom.XII tractatuū vniuerſi iuris idem Conar. *ſeparatim de collat.veter.numiſm.* Sarne. *ad regul.Cancel.de valore q.*9.nouiſſimè verò, vt alios prætermittā, Sigiſmūdus Scaccia libro de cōmerciis, & cābio argumētū iſtud monetarum plenius examinauit, ac dilucidauit.

Cum autē has ego notationes meas in primū librū de municipali iu. Romanæ Vrbis, fauēte bonorū omniū Auctore Deo, ad calcē vſq; pduxerim, quas tā tū inchoauerā, cum Prætorio Senanator Capitolino præfidebā; lectorē hic demum rogatū ſimul atq: exoratū velim, vt qualeſcūque labores à me in iis cōcinādis nō omninò infeliciter exāthlatos æqui, boniq. cōſulat, ac ſuo dignetur aſpectu, fortaſſe eū ēt approbatione dignabitur: in eo certe totus fui, operāq; omnē meā, & curā impēdi, vt præcipua quæq; ſaltem ſuis locis dilucide, quantum in me fuit, explicarem, ſerio examinatis, explanatiſq; potiſsimum (quantum inſtituti noſtri ratio ferebat, notationes ſcilicet non plenos tractatus afferendi) materiis iudicialibus Capitolini fori, aliiſque; quæ ad contractus, vltimaſque voluntates, & ſi quę ſunt alia eiuſdē, aut ſimilis argumēti, ptinebāt. Cæterum quo ad alios libros attinet noſtrorū ſtatutorū, nēpe ſecūdū, ac tertiū, manū nulla ratione admoui, quia criminales in iis materię habētur, & quidē

pau-

paucis admodum capitibus comprehensæ; de quibus insignes duo ex recentioribus iurisconsulti Romani, Prosper scilicet Farinacius in suis quæstionibus criminalibus, & Sigismundus Scaccia in primo, & secundo volumine de Iudiciis, diligentissimas lucubrationes ediderunt, quæ vt impressæ in hac Vrbe omnium pene terûntur manibus, ita sunt obuia vnicuique. Sique autem alia iisdem libris continentur, ad iuris terminos reduci, vel accommodari vix, ac ne vix, quidem posse videbantur; sunt enim de certis, ac peculiaribus edictis, & ordinationibus inclyti Populi Romani, vel in suos Officiales, vel in varios artifices Vrbis eidem Populo Romano iure proprio subiectos, quia tamen consultum volui etiam iis, qui nouissima omnia Vrbis statuta perlegere, & vnico velut intuitu vellent omnino cognoscere; curaui, vt impressioni primi libri, cum notationibus nostris secundus, ac tertius liber, ita ut sunt, adnecterentur; immo post illos, aliquot etiam literæ, & constitutiones Summorum Pontificum ad Capitolini fori iurisdictionem vtcumque pertinentes. Ac demum colophonis loco adiecimus notationibus nostris multa Sacræ Romanæ Rotæ responsa, quæ communi vocabulo decisiones appellantur. Faxit diuina bonitas, vt omnia, in sui gloriam hominumque vtilitatem cedant. Quod est: eritq. semper vnicum votum meum.

STATVTORVM VRBIS LIBER SECVNDVS.

Qui ad accusandum Admittantur.

Cap. I.

NVLLVS ad accusandũ, vel denunciandum aliquem de criminibus, excessibus, vel delictis admittatur, nisi suam, vel suorum, vsque ad tertiũ gradum inclusiuè, de iure Canonico computandum, iniuriam prosequatur; exceptis casibus infrascriptis, videlicet, de crimine læsæ Maiestatis, homicidio, incendio, falsitate, latrocinio, aggressione nocturna, & batralia generali, in quibus, & aliis per præsentia Statuta expressis casibus cuilibet accusare permittatur.

De forma accusationis, & modo procedendi, ac custodia Reorum.

Cap. II.

QVi aliquẽ de aliquo maleficio, crimine, seù delicto corã Senatore, seù illius Iudice maleficiorũ, accusare vult; teneatur suam accusationem dare inscriptis, in qua locus, tempus, & qualitas perpetrati delicti contineatur, & absque eo, quod se in accusatione subscribat, iuret corã iudice, se credere accusationem esse veram; & non calumniosam: & in ipsa accusatione nomina Testium, quos putat de delicto informatos, non plus numero quam decem, describat; vltra quos, alios Testes producere non possit: Iudex tamen ex suo officio, ne delicta remaneant impunita, aut per collusionem occultentur, possit etiam post publicationem Testium, alios, & quotquot sibi videbitur super accusatione prædicta, & contentis in ea, recipere; qua porrecta, reum citari, aut moneri faciat super dicta accusatione, sed querela, cũm comminatione; quod si non comparuerit de, & super eo delicto, pro confesso reputabitur, & condemnabitur; eoque ter citato siue personaliter, siue domi copia dimissa, & contumace existente, iterum eodem modo, & in scriptis ad audiendam sententiam citetur, & illius contumacia accusata, ad sententiæ diffinitiuæ prolationem, & diffidationem, iuxta delicti qualitatem, procedatur; & hęc de ciuibus, & habitantibus in Vrbe, & circa eas per milliaria tria intelligantur. Qui vero extra Vrbem in Vrbis districtu, & vltra dicta tria milliaria ab Vrbe, forum in Vrbe, vel ratione delicti, vel territorii, aut personæ fortiuntur, citentur edicto Senatus, cum inserto,

tenore accusationis, seù querelæ, quatenus infra terminum dierum viginti, vel alium Iudicis arbitrio, pro peremptorio assignandum, (habita distantiæ locorum, personarum, & delicti ratione) debeat coram ipso Iudice comparuisse, & accusationi, seù querelæ respondisse, cum comminatione, quod eo termino elapso, pro confesso habebitur, & tanquam confessus contra eum ad sententiam, & diffidationem procedetur, & hæc executio citationis fiat, vt in ciuilibus causis de citãdis edicto Senatus dictum est: quo contumace existente, iterum per affixionem schedulæ ad valuas curiæ affixæ, ad sententiam ad primam diem citetur, illoque contumace existente, & ad secatentiam, & diffidationem, vt supra, procedatur. Vagi autem, & domicilium non habentes, citentur ad valuas Palatij, affixa copia citatorij edicti, vt dictum est, & ibi etiam copia dimissa, vt facilius ad eorum notitiam possit citatio deuenire. Quod si reus prædictus ante sententiam comparuerit, Iudex faciat eum, per se ipsum accusationi, seù querelæ respondere; qua responsione habita, si reus de eo delicto accusetur, pro quo de iure, vel ex forma Statutorum pœna pecuniariâ imponenda venit, Iudex eum, præstitis idoneis fideiussoribus, vsque ad summam per eum taxandã relaxet: Quod si in defectum solutionis pecuniariæ pœnæ corporalis veniat imponenda, vel etiam corporalis, pro pecunia redimi possit; tunc nisi reus idonea pignora, aut pecuniam in Camera deposuerit, quę pro pœna, & interesse partis sufficiat, carceribus mancipetur, in quibus diligenter custodiatur, vsque ad totalem, & finalem causæ expeditionem. Vbi verò pœna corporis afflictiua, siue ea sit à Statutis, aut à lege præcise taxata, siue Iudicis arbitrio relicta, veniat imponenda; tunc nullatenus reus pignoribus, aut cautionibus committatur, seù omnino in carceribus custodiatur, vsque ad finalem causę decisionem. Prædicta autem confessione, aut negatione secuta, & prædictis impletis, ad iustificationem, & impugnationem dictæ accusationis, seù querelæ partibus aliquo competenti termino ad probandum præfixo procedatur. Iudex autem, qui in prædictis, & eorum quolibet negligens, aut remissus fuerit, pœna quinquaginta aureorum in syndicatu puniatur, & interesse parti lęsæ resarciat.

De cautione ab accusare volentibus præstanda, & pœna eorum, qui delicta non probauerint.

Cap. III.

SI quis accusauerit aliquem de delicto, pro quo pœna capitalis ad mortem imponenda veniret; non ante audiatur, quam per idoneos fideiussores cauerit, se quingentos aureos Cameræ soluturum, & de stando tot diebus in carceribus, quot reus steterit, si in accusatione succubuerit. Si verò aliqua alia corporalis pœna, quam mortis, tunc cautio prędicta de soluendo ducatos auri centum, & de stando in carceribus, vt dictum est, præstare debeat: ad quas pœnas eo ipso condemnatus intelligatur, quod reus fuerit absolutus; & nihilominus parti ad interesse teneatur, & statim, pro dictis pœnis contra ipsum, & fideiussorem executio fieri possit. Si verò accusare voluerit de excessibus, pro quibus pecuniaria pœna, siuè principaliter, siuè in subsidium imponenda esset; tunc nec etiam audiatur, nisi dederit idoneos fideiussores de soluendo medietatem pœnæ, in qua accusatus condemnandus veniret, absq; aliquo beneficio pacis, aut confessionis; ad quã pœnam censeatur eo ipso condemnatus, quod aduersarius fuerit absolutus, & statim contra ipsum, & illius fideiussorem executio fieri possit: & nihilominus parti ad interesse teneatur, & Iudex aliter eum ad accusandum admittens, de suo teneatur in syndicatu.

De abolitionibus.

Cap. IIII.

NVllus accusationem à se institutam, destituere, neque eam aboleri petere possit, sed ad illius effectualem prosecutionem procedere teneatur: alioqui penam iuris incurrat; exceptis casibus infrascriptis, videlicet, de verbis iniuriosis, de damno dato, de contemptu mandati, de turbata possessione, de inuestimento facto, & vbi vxor de adulterio à viro accusata fuisset, quò ad vxorem tantum, non quò ad adulterum.

In quibus casibus per Inquisitionem procedi possit.

Cap. V.

NVlla inquisitio per Senatorem, vel Iudicem maleficiorum formari possit, nisi in casibus infrascriptis; videlicet in crimine læsæ Maiestatis, Homicidio, etiam per Communitatem commisso, & de Abortu fœtu iam uiuificato, Assassinio, Incendio, Falsitate quorumcumque instrumentorum, istrumenti latè sumpto uocabulo: De falsariis quarumcumque monetarum, etiam quo ad illas tondentes, seù minuentes: Necnon de receptatoribus conscijs, & consentientibus eorundem, & de erogantibus eandem falsam monetam, De furto, Latrocinio etiam à Pyratis facto, Violentia mulieribus etiam libidinis causa illata: & de Lenonibus mulierum, etiam si meretrices sint: De his qui pueros libidinis causa verberant, abducunt, aut seducunt, Sodomia, Aggressione nocturna, Battal a generali, Pace, vel securitate fracta: De præstantibus auxilium, consilium, & fauorem ex proposito ad committendum homicidium in principio, aut medio, vel in fine homicidij: De percussionibus

cum

cum sanguinis effusione, vel fractura cranei, quo ad percussorem tantum: De inferioribus, vel nũciantibus minas, vt infra suo loco: De spernẽtibus mandata Senatoris in assecurando, & contra iniuriam Nunciis inferentes: De sumentibus vindictam contra innocuos, Et de receptatoribus delinquentium, Et de offendentibus Magistratum, vel officiales, Aduocatos, Procuratores, & Notarios ratione officii: De Blasphemis: De incestu: De Plagiariis: De Proditoribus, De proicientibus stercora, [Et de famosis libellis: De iacentibus plumbatam: De prohibentibus Annonam, siue grasciam ad Vrbem adferri: De portantibus, vel habentibus arma prohibita, vel uenenata: Contra diruentes antiquæ dificia: Contra priuatum carcerem exercentes: Contra incisores Vinearum, & vitium in Vrbe, & extra: De congregatione, conspiratione siue coniuratione; contra bonum, & pacificum Ciuitatis statũ: & de seditiosis: Contra ementes victualia vescibilia, & esculenta in Portis & Pontibus Vrbis, & extra Plateas designatas: De excessibus commissis in Curia Capitolii, & platea tam Capitolii, quàm sanctæ Mariæ de Aracæli: De excessibus commissis in ludo Testaciæ, & Agonis, & rixis, & percussionibus ibi factis: Si Senator, Conseruatores, & Marescalli, aut Capitaneus Curiæ Capitolinæ, seù eorum alter irent per Vrbem, & in eorum, vel alterius ipsorum præsentia, vel conspectu excessus fuerit commissus: Si excessus dicetur commissus in exercitu Romano, aut intra Ecclesias Vrbis, & de aliis casibus, de quibus per præsentia Statuta, inquiri posse, vel debere permittitur, & mandatur. In quibus omnibus casibus, volumus etiam per denunciationem proceedi posse.

De modo procedendi per inquisitionem.

Cap. VI.

ANtequam formetur particularis inquisitio, debeat per Iudicem, inquisitionẽ formare volentem, recipi sufficiens informatio, de delicto, vel maleficio per testium receptionem, de qua apparere debeat in actis Notarii maleficiorum; quæ testium depositiones per extensum in libro describi, & adnotari debeant: quibus receptis, Iudex causam in affectamento proponat, in quo si per iudices, aut eorum maiorem partem fuerit resolutum inquiri posse, ad Inquisitionem procedatur. Debeat tamen de dicta deliberatione per acta Protonotarii, & illius fidem, quam gratis dare teneatur, constare: quo demum deliberatione facta, Iudex inquisitionem formet, in qua omnes, & singulas qualitates delictorum, quæ ad eius notitiam peruenerint, vel publica fuerint, apponere debeat: aliàs ipse Iudex, etiã si omiserit qualitatem corporalem, pœnam requirentem, pœnam similem incurrat, qua formata, si talis sit causa, in qua pœna corpori afflictiua imponenda venit, & reus haberi non possit; tunc moneatur reus per affixionem schedulæ ad domum suæ solitæ habitationis, & ad valuas Curiæ Capitolii, si in Vrbe, aut circa eam per milliaria tria inhabitet: aliàs edicto Senatus vt de accusatione dictum est, quatenus infra triduum, aut alium terminum competentem, loci & personæ habita ratione, sub pœna confessi criminis debeat personaliter comparuisse ad se excusandum super delicto per eũ in illum casum tali die, & loco, commisso; cum comminatione, quod eò non comparente, pro confesso habebitur, & ad diffinitiuam sententiam, & diffidationem contra eum procedetur: eoque peremptoriè ad docendum se paruisse citato, & contumace existente, rursus iuxta traditam supra de accusationibus formam, ad sententiam audiendam citetur; eoque in contumacia persistente, diffinitiua sententia promulgetur, & demum ad pœnarum executionem procedatur, iuxta iuris, & Statutorum formam. Quòd si inquisitus comparuerit, aut captus fuerit, & inposse Curiæ deuenerit; tunc formatæ contra eum inquisitioni respondere cogatur; qua responsione facta, vel in carceribus detineatur, vel fideiussoribus, aut datis pignoribus cõmittatur, iuxta delictorũ qualitatem, & prout supra de accusationibus est expressum: vel etiam si Iudici videbitur opportunum, rem custodiat, vsque quo delictum fuerit probatum, vel euacuatum; aliter autem formata inquisitio (si de illius nullitate) ante sententiam obiiciatur) non teneat, & per prędicta nõ censeatur sublata facultas Iudici incipiẽdi etiam à captura inculpati, iuxta dispositionem iuris communis. Iudex autem in præmissis negligens, aut contraueniens, pœnam vigintiquinq; aureorum incurrat.

Si mulier de Delicto accusetur aut contra eam inquiratur

Cap. VII.

MVlier honesta accusata, vel inquisita de leuibus criminibus, aut vadat personaliter ad respondendum ante Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Aracæli; aut si noluerit, Notarius maleficiorum ad eius domum accedat ad responsionem recipiendam pro quo viatico recipiat bolonenos quinque, & non vltra. Pro grauioribus delictis, vbi tamen pœna corporis afflictiua non infertur, ad dictam Ecclesiam accusationi, aut inquisitioni, respondere cogatur: in vtraque tamen causa per idoneos fideiussores cauere teneatur, & debeat de condemnatione soluenda. Si autem capitalis, aut corporalis pœna imponenda veniret; tũc in carceribus, pro mulieribus factis, & faciendis, seorsum à viris; aut si nobilis persona fuerit, vel de magnatib. in aliquo tuto loco, sub idoneis fideiussoribus de tuto carcere custodiatur: & in omnibus,

& per omnia contra eam procedatur, prout de uiris dictum est, & dicetur.

Quando Procurator admittatur, & de securitate reis danda pro alijs excessibus. Cap. VIII.

SI ex delicto, pro quo reus accusatus est, vel inquisitus, pœna corporis afflictiua, siue principaliter, siue in defectu pecuniæ, & siue ea arbitraria, siue à Statuto taxata sit, imponenda venit; reus se ipsum præsentare, & querelæ, vel inquisitioni respondere confitendo, vel negando delictum, de quo inquiritur aut accusatur, omnino teneatur. In aliis verò iudicii actibus admittatur procurator ad omnia, quæ pro defensione reorum fuerint opportuna. Si verò ex crimine veniat pœna pecuniaria imponenda, & reus idonee cauerit, dato fideiussore de pœna soluenda, admittatur procurator ad respondendum, habens speciale mandatum ad sic respondendum: quod si reus accusatus, vel inquisitus timeat ad respondendũ accedere eo quod de aliis excessibus diffamatus dicatur, detur ei securitas de aliis similibus excessibus, præterquam de iis de quibus inquiritur, vel accusatur.

Quod Testes ex officio super innocentia recipiantur, & eorum dicta integre describantur. Cap. IX.

SEnator, & Iudex, sicut ex eorum Officio diligenter pro delictis reorum, & nocentium indagandis, & inuestigandis inquirunt, & testes examinant: ita & pariformiter ex eorum officio, aqualitate seruata, pro innocentia inuestigare & indagare, & testes de veritate facti informatos, per quoscumque ad eorum notitiam deducantur, interrogare, & examinare, & in actis annotare & describi facere teneantur, & debeant; & non præterire testẽ & testium dicta, pro innocentia deponentes: aliàs tam Iudex veritatem facti pro innocentia quærere, quàm Notarii dicta testuum scribere, & annotare, & in actis ponere, per malitiam, aut p manifestam desidiam cessantes, in syndicatu ad interesse teneantur, & pœna falsi puniantur,

De termino reis dando. Cap. X.

SI reus accusationi aut inquisitioni respondendo, delictũ de quo accusatur vel inquiritur, negauerit. & accusator, vel Fiscus suam intentionem iustificasse prætendat, antequam ad rigorosum examen deueniatur, Romano & Romæ habitanti, terminum sex dierum; aduenæ verò & de districtu, duodecim dierum ad se defendendum, etiam si pars non petierit, præfigatur: in quo termino copia indiciorum contra eum laborantium. si eam habere noluerit, & facultas suos procuratores alloquendi, dari debeat.

De minoribus. Cap. XI.

MInores annis decem, & septem, absq. curatoris legitimi interuentu in iudicio criminali stare non possint; & aliter eorum confessiones, & gesta cum eis non valeant.

De positionibus in causis criminalibus non faciendis. Cap. XII.

IN causa criminali non recipiantur positiones pro responsione ab alterutra parte habenda, nisi quando mixtè pro violentia expulsiua vel turbatiua intentaretur simul ciuile & criminale iudicium: possint tamen fieri & produci capitula ad offensam, & defensam, de quibus parti copia, si voluerit, dari debeat.

De quæstionibus, & tormentis. Cap. XIII.

PVblici latrones & viarum violatores, homicidæ, falsarii monetarum maiestatis rei, incẽdiarij, violatores mulierum; sodomitæ, status Romani Populi turbatores, & proditores; ac de prædictis, seu aliquo prædictorum infamati, vel descripti, & nominati in infrascriptis libris infamatorum pro prædictis si fama publica præcedente per tres saltem idoneos testes probata, ad manus Curiæ deuenerint ne tanta scelera impunita remaneant, pro veritate eruenda, prout dictauerit discretio Senatoris, & suorum Iudicum ad tormenta contra eos procedatur. Accusati autem & inquisiti de alijs quibuscumque excessibus, maleficiis & delictis nullatenus torqueantur, nisi præcedentibus legitimis indiciis, uel depositione unius testis de visu, cum aliquali indicio; vel saltem quatuor testium examine, de publica fama deponentium cum aliquali indicio, vt dictum est Prius tamen interrogetur reus super delicto; & si confiteri voluerit, torqueri non possit: aliàs verò antequam ad torturam deueniatur, terminus ad se defendendum, prout supra de termino reis dãdo dictum est, etiam si reus non petierit, præfigatur, & eo elapso votum omnium Iudicum de assettamento, seù maioris partis eorum accedat; de qua deliberatione & uoto Protonotarius rogare se debeat, & per illius fidem in actis Notarii criminalis constet, & aliter ad torturam deueniri non possit: & si aliter fiat, confessio extorta confitenti non noccat; & iudex in syndicatu pœna centum aureorum puniatur, & interesse, si æstimabile fuerit, parti refarciat.

De

De termino dando capto capitaliter diffidato. Cap. XIV.

DIffidato, seu condemnato capitaliter ad mortem, si infra annum sponte se constituerit; terminus competens statuatur, ad suam innocentiam (si potuerit) probandam non obstante quòd à sententia diffidationis de contumace, & confesso per eum, vel eius procuratorem non fuerit appellatum: infra quem terminum, etiam super nullitate sententiæ audiatur.

De libro diffidatorum & inuestigatorum, & eorum nominibus publicandis. Cap. XV.

SEnator Vrbis retineat apud se vnũ librum cum chartis numeratis, & signo Cameræ Vrbis impressis; in quo per Alphabetum nomina omnium diffidatorum describi faciat, illumque diligenter custodire, & finito officio, in manibus syndicatorum successori tradendum, consignare teneatur, alias ad omne interesse, & vltra ad poenam centum ducatorum Cameræ obligetur, & de suo salario in syndicatu retineantur. Similiter etiam retineat, sicut hactenus consuetum est, librum alium (quem vacchettam appellant) in quo Notarij maleficiorum, sua manu, nomina delinquentium, qui ad eorum notitiam peruenerint, cum annotatione temporis, & diei, & qualitatis delicti, summatim annotare debeant: & aliter ad capturas inuestigatorum (nisi in grauioribus delictis) deueniri non possit: quę capturę semper sigillo Senatoris fieri debeant, & aliter non valeant, & dictus liber conseruetur & restituatur vt supra, sub dicta poena. Omnes autem & singuli diffidati pro crimine, in dicto libro descripti; describantur in charta membrana capaci, per nomina, & cognomina, & Regiones cũ expressione poenæ: Et singulis hebdomadis prima die iuridica, exhibeantur in publico, & in valuis Palatij eadem charta appendatur, vt ab omnibus inspici & legi possint; & ibi saltem per vnã horam, dum ius redditur, retineatur. & fiat dicta annotatio similiter per alphabetũ, & ab vna parte describãtur ciues, & incolæ domiciliũ in Vrbe habẽtes; ab alia forenses, & extra Vrbem habitãtes: Vel fiant duæ chartæ distinctæ, vt facilius inueniantur, & maiori infamia notentur, & omnibus magis innotescant: Et detur fides huiusmodi scripturis, ad effectum procedendi ad capturam diffidatorum, & offendendi ipsos, in casibus permissis, ac etiam excipiendi contra eos, vt ab agẽdo, & ab officijs publicis, ac dignitatibus repellãtur Si vero contingat aliquos ex ijs reaffidari, vel eorum diffidationes cessari; pariformiter Scribæ Senatus Vrbis, aut Protonotarius Curiæ Capitolij, nomina eorum ex dictis chartis, de mandato Senatoris & Iudicum, & ad cuiusq; petentis instantiam, delere, & cancellare teneantur, itaut legi nõ possint; & nullus alius, sub pœna falsi, manus apponere possit, aut corrũpere præsumat dictas patentes scripturas. Et si Senator, vel eius Iudex maleficiorum, vel Scriba Senatus, aut Protonotarius in his exequendis cessauerit; is qui cessauerit aut negl exerit, decem aureorum, toties quoties omiserit, poenam incurrat. Item Senator habere, & retinere debeat vnum alium codicem, similiter cum numero chartarum signatarum, & impressarum; in quo omnes infamati de homicidijs, de furtis, vel alijs huiusmodi facinoribus, diligenter annotentur, & describantur ad hoc, vt contra eos procedi possit vt supra.

Quod diffidati impunè offendi possint, & quando in iudicio esse permittantur Cap. XVI.

DIffidati de crimine capitali ad mortem, impune offendi possint, & per Senatorem contra illos occidentes vel tradentes in manibus Curiæ præmium de pecunia Cameræ soluendum constitui possit; diffidatus, autem citra poenam mortis, non possit nec etiam leuiter offendi; immo eũ offendens, ita puniatur ac si non diffidatum offendisset. Qui vero diffidatum etiã capitaliter ad mortem, postquam in manibus, & posse Curiæ, vel suæ familiæ deuenit, offenderit: perinde puniatur, ac si non diffidatum offendisset. Ciuiliter autem siue citra mortem diffidati, si ab alio ciuiliter conueniãtur, possint se p procuratorem legitimũ defendere, diffidatione non obstante. In causis tamen criminalibus audiantur agendo & excipiendo, si suã vel suorum iniuriam prosequantur. Diffidati autem siue pro causa ciuili siue pro criminali nullatenus ad aliquod officium intra vel extra Vrbem eligi possint, & electio non teneat.

De Homicidijs. Cap. XVII.

HOmicida, capite naturali puniatur, si capi poterit, seruata forma de qua supra: alioqui diffidetur, & condemnetur de homicidio, & bona eius publicentur, & Cameræ Vrbis applicentur: deducta legitima filiorũ, & nepotum. Domus autem occisoris pro Vrbis decore nullatenus diruatur; de quibus bonis medietas sit Cameræ Vrbis, & alia medietas hæredum legitimorum proximiorum in gradu, qui ab intestato venirent ad hæreditatem interfecti: siue interfectus testamentum fecerit, siue non. & illis deficientibus, sit hæredum in testamento descriptorum deducta tamen semper ex omnibus dictis bonis legitima filiorum, & nepotum interficientis; quæ eisdem applicetur: & Senator in possessione dictæ medietatis bonorum hæredes supradictos immittat, & immissos manuteneat, & partem pro diuiso, si voluerint assignet.

Si homicidium ab aliqua Ciuitate vel Castro de Vrbis distri ctu committatur. Cap. XVIII.

SI contigerit Communitatem alicuius Terræ, de districtu Vrbis, committere homicidium, condemnetur, si fuerit Ciuitas in mille ducatis auri; & si fuerit Castrum, in quingentis Cameræ Vrbis, & tantundem hæredibus interfecti, & plus quolibet casu arbitrio Senatoris, & diffidetur: & non possit reaffidari, nisi primo hæredibus occisi, & Cameræ Vrbis dicta m soluerit quantitatem: & nihilominus auctores, & homicidæ poena iuris, & præsentium statutorum, puniantur: Diffidata autem, seu condemnata Communitate alicuius Castri, vel Terra centcantur diffidati, seu condemnati pro eadē poena, Clericis, Religiosis, Pupillisque, & Mulieribus dumtaxat exceptis.

De Pace quibus non suffragetur. Cap. XIX.

SI quis instigante diabolo, homicidium commiserit, nullatenus reaffidari possit, nisi pacem ab hæredibus legitimis proximioribus in gradu interfecti (si extant, siue defunctus testamentum fecerit, siue non: vel si non extent legitimi, ab hæredibus testamentariis) habuerit. Statuimus autem, quòd si is homicida, secundum homicidium, seu plura homicidia commiserit, & pacem habuerit à legitimis hæredibus interfecti, vel etiam testamentarijs; pax ipsa pro secundo, seu pluribus homicidiis reddita, nihil illi proficiat, nec opituletur: quinimmo contra eum ad poenam legis, & Statutorum Vrbis, cum rigore iustitiæ procedatur, pace huiusmodi non obstante. Similiter & pacem suffragari nolumus his, qui dolosè occiderint patrem, matrem, filium, filiam, fratrem carnalem, vel neporem carnalem, patruum, auunculum, & materteram, sororem carnalem, seu vxorem: sed pace non obstante, contra tales facinorosos ad poenam legis & statutorum rigorosè procedi mandamus: nisi mulier interfecta in regione, vel vicinia esset manifesta meretrix, quo casu pacis beneficium vt cæteris suffragari possit.

De Beneficio Pacis. Cap XX.

SI de aliquo delicto, aut maleficio, pro quo pœna pecuniaria veniat imponenda, pax infra decem dies à die delicti computandos, ab offenso habeatur, hoc casu poenæ medietas remittatur;

De beneficio Confessionis Cap. XXI.

CVilibet accusato, vel inquisito de delicto, dequo similiter poena pecuniaria imponenda venit, sponte, & in prima responsione confitenti maleficia, vnum, vel plura, de quibus proceditur contra eum, remittatur quarta pars poenæ pecuniariæ, quæ in huiusmodi maleficiis, vno, vel pluribus confessatis, secundum statuta imponi deberet.

Vt semel gratiosè à carceribus liberati, amplius non liberentur. Cap. XXII.

QVi semel extractus fuerit, seu liberatus de Carceribus, in honorem Assumptionis Beatæ Mariæ semper Virginis, vel aliis solemnitatibus, ex benignitate Sanctissimi Domini nostri Papæ, non possit vlterius similem gratiam obtinere.

De pace per metum extorta, & quòd Securitas non habeat vim Pacis Cap. XXIII.

SI quis terrore, vel minis præcedentibus, aliquem ad pacem præstandam adduxerit, omni pacis commodo, & beneficio (quo ad diminutionem pœnæ) sit exclusus, & omni beneficio cuiuscumq; rescripti, seu gratiæ, omnino priuatus: nec pax minis præcedentibus secuta, profit illis, qui sic illam fuerint consecuti, quoad dictos effectus: sed eo beneficio indigni reddantur, & habeantur; & pax sic præcedētibus minis, vel aliis violentijs facta, violenta, & coacta præsumatur; & quo ad effectum remissionis poenæ, vel consequendæ gratiæ, ex rescripto Principis, aut Superiorum; nulla, nulliusq; roboris, vel momenti existat. Quo autem ad effectum securitatis præstitæ de se mutuo non offendendo, valida sit, & perpetuo inuiolabiliter obseruetur, ac salua, & firma remaneat, & vim perpetuæ securitatis obtineat. Perpetua autem securitas, nullatenus intelligatur vim pacis habere ad dictos effectus gratiæ, vel remissionis partis pœnæ ex beneficio statuti vel rescripti.

De occidentibus, & percutientibus per pecuniam, vulgo Assassinis vocatis. Cap. XXIIII.

QVicumque pretio, vel pecunia aliquem quomodocunqu occiderit, aut occidere tentauerit, vel occidi fecerit, aut mandauerit, dummodo ad actum proximum deuentum fuerit, per Terram trahatur, & in furcis laqueo suspendatur, ita vt moriatur, & bona eius confiscentur; applicenda prout supra de Homicidiis dictum est. Si quis autem

autem pretio, vel pecunia aliquem, citra tamen animum occidendi, percusserit; seu percuti fecerit; tam ipsi percutienti quàm percuti facienti amputetur manus ita vt à brachio separetur, & in quadruplum eius, in quo tenerentur, si pecunia non interuenisset, puniatur. & tam huiusmodi occisores, vel percussores, quàm mandantes nullo pacis, aut confessionis beneficio gaudeant. quod & locum habere volumus, etiam si occasione vindictæ talia perpetrentur.

De Pace fracta. Cap. XXV.

QVicumque pacem cum aduersario suo factam studiosè fregerit, per se, vel per alium, si capi poterit, capite puniatur ad mortem; si autem capi non potuerit, capitaliter diffidetur ad mortem; bonis eius publicatis, & si poena fuerit in instrumento apposita, illa etiam à datis fideiussoribus exigatur, & cum offenso diuidatur secundũ formam instrumenti pactorum; & non possit aliquo tempore reaffidari, nec liberationem à Senatore impetrare; & si impetrauerit, ipso iure nulla sit. Domus autem eius ne Ciuitas ruinis deformetur nullatenus diruatur, sed publicata pro medietate Cameræ Vrbis, & pro alia medietate parti offensæ applicetur; reseruatis semper iuribus dotium mulierum, & quorumcunque creditorum. Et si aliquis de Baronibus, aut Magnatibus Vrbis dictum pacis fractorem receptauerit, post diffidationem, vel condemnationem de prædictis, puniatur in ducatis aurei mille, & amplius arbitrio Senatoris: & sententia, seu diffidatio lata contra delinquentem, ipso iure noceat fideiussori; & hoc locum habeat, si de pace constet per publicum instrumentum.

De frangentibus securitatem, vel treguam. Cap. XXVI.

SImiliter etiam contra frangentem securitatem perpetuam, vel ad tẽpus vltra poenas conuentionales, eadem poena capitis ad mortem ficut cõtra frangentes pacem, imponatur: & prædicta locum habeant, si de securitate, vel tregua constet per publicum instrumentum.

Quomodo Pacis securitas fracta intelligatur. Cap. XXVII.

PAcis securitas, siue fideiussio fracta intelligatur, si quis eum, cum quo pacem, & securitatem habet, studiosè per se, vel alium percusserit, bona, aut munitiones inuaserit, vel violenter abstulerit: Item per quamcumque violentam inuasionem ad domum iniurioso animo factam: Item per solam violentã & iniuriosam aggressionem: Item per solam euaginationem gladij, & per adminationem, cum quocumque genere armorum, licet persona non tangatur: Item per solam infugationem cum armis, vel sine armis: Item si per pallium iniurio se apprehenderit, vel si equitantem per frænum ceperit, & retinuerit. Pro verbis tamen iniuriosis, vel contumeliosis, non intelligatur pacis securitas fracta; sed agi possit ciuiliter, & criminaliter æstimatoria iniuriarum: Et si criminaliter agatur, imponatur pro quolibet verbo iniurioso, vel contumelioso poena decem ducatorum, vel arbitrio Senatoris, puniatur etiam poena corporali pro personarum, verborum, & locorum qualitate; sin autem ciuiliter agatur, æstimentur arbitrio Iudicis. Quæ autem dicta sunt de poena verborum iniuriosorum, locum habeãt etiam inter quos nulla est pacis securitas: mitigetur tamen poena eius, qui prouocatus, verba iniuriosa responderit; & si modum, & mensuram non excesserit, impunitus euadat.

De frangentibus reconciliationem osculo oris, aut aliter factam. Cap. XXVIII.

SI quis autem fregerit pacem, securitatem, vel treguam, de qua non est factum instrumentum, sed solum pacis osculum, seu potus, vel alius reconciliationis modus interuenerit, puniatur in quadruplum eius poenæ, quæ pro admisso delicto imponenda veniret, si pax aut reconciliatio facta non esset.

Qui, & quibus casibus petere possint securitatem, & fideiussores de non offendendo. Cap. XXIX.

QVicumque vulnerauerit aliquem cum armis, & sanguinis effusione, aut fractura ossis, aut si offendẽti auxiliatus fuerit, nõ possit petere securitatem ab offenso, seu consanguineis, & affinibus illius, nisi prius contra eum ad effectualem executionẽ poenæ per Curiam processum, vel per ipsum spõtè dicta poena soluta, aut deposita fuerit: & vtroque casu facto compromisso in Pacerios, aut alios duos nobiles viros, & præstita per ipsum cautione idonea de satisfaciendo parti læsæ, iuxta declarationem per dictos *Pacerios*, seu arbitros faciendam, ac etiam præstita idonea fideiussione, de non offendendo aduersarium sub poena per Senatorem iuxta personarum qualitatem arbitranda. Si verò offensio sine sanguine facta fuerit, securitas per ipsum offensorem, & socios ab offenso peti possit, facta satisfactione iniuriæ arbitrio Paceriorum, & cautione, vt dictum est, præstita, & poena soluta. Consanguinei tamen & affines vtriusque partis vsque ad tertium gradum inclusiuè, de iure Canonico computandum incontinenti inuicem securitatem cum idoneis fideiussoribus petere possint, & ad id per Senatorem, omni mora postposita, per iuris, & facti remedia

media compellantur: & si ipsi id non petierint, Senator, & Iudex etiã ex officio ipsos consanguineos, & affines sine mora inter se securitatem, & fideiussores præstare compellat. & cogat: & idem inter omnes facere possiti & debeat, inter quos de futura rixa dubitetur, in quibus liberũ habeat arbitrium: & si minæ præcessetint, non solum pro se ipsis, sed pro attinentibus illius, qui minas intulit vsque ad tertium gradum inclusiuè; de iure Canonico similiter computandum, minans securitatem præstare teneatur; Ipsi tamen vulnerato; & offenso licet quandocunque ab offensore, & consanguineis, & affinibus eiusdem securitatem petere, præstita tamen per ipsum fideiussione de non offendendo illum, à quo securitatem petit. Et prædicta, & quæ in sequentibus dicuntur, locum habeant etiam si contra bonos mores, & quietum Populi statum inuicem etiam cum iuramento conuentum fuisset, & promissum de securitate inuicem non petenda, nec præstanda. Possit etiam quilibet à quacumq; persona ex quacumque causa, & suspicione securitatẽ petere, in qua cum idoneis fideiussoribus partes inuicem cauere debeãt, sub poena arbitrio Senatoris iuxta personarum qualitatem moderanda, pro medietate Cameræ Vrbis, & pro alia offenso applicanda: quod in omnibus casibus prædictis locum habere volumus, Et si pars conuenta, & cui peti petentem securitas est promissa, & fideiussio de non offendendo est præstita, similem cautionem præstare cessauerit; cogatur illico, & incontinenti, vnica tamen citatione præcedente per Senatorem iuris, & facti remediis opportunis, etiam per diffidationem, & capturam personalem, ad dictam securitatem, & fideiussionem præstandam; nec antea reaffidetur, aut captus à carceribus liberetur, quàm securitatem cum idoneis fideiussoribus præstiterit, & quinq; pro centenario ex summa, pro qua cautio præstari mandatum fuerit, Cameræ Vrbis pro poena persoluerit. Senator autem, & Iudices, qui in præmissis negligentes fuerint, poenam ducentorum ducatorum aurei incurrant, & partibus ad interesse teneantur, Debeat etiam illi, cuius aduersarius ob non præstitam securitatem, vel fideiussionem fuerit diffidatus pro tuitione sui corporis defensibilia arma deferendi licentia, si petierit, concedi.

Si securitas per Ciuem ab aliquo de districtu petatur. Cap. XXX.

SI Ciuis, vel incola Vrbis, securitatem ab aliquo in districtu habitate petierit, & ille edicto Senatus citatus, cautionem præstare recusauerit, aut contumax fuerit, suprascripram poenam Ciuibus comminatam incurrat, & insuper requiratur Ciuitas, Castrum, vel dominus loci, vbi habitat, vt dictam securitatem, & fideiussionem præstari faciat: quod si non fecerit. Communitas ipsa, si Ciuitas sit, in ducatis auri ducentis: si Castrum, aut Villa, aut Baro illius dominus, in centum condemnetur; & executio contra quemliber illius Ciuem; aut Oppidanum, etiam Romæ apprehensum, fieri possit.

De inferentibus, & nuncijantibus minas. Cap. XXXI.

SI quis per se, vel per nuncium, vel per litteras, seu quocumque alio modo, quibuscumque consanguineis, vel amicis, vel institutoribus, vel socijs, vel factoribus, seu famulis, seu mercennarijs, vel quibuscumq; alijs propter causam brigę, vel ad nocendum suis inimicis, minas intulerit, seu minas inferendo, aliquem domi se includere, & custodire fecerit, vel quocumque alio modo ad brigam prouocauerit: Si plebejus, vel filius familias, vel iuuenis, aut adultus sit, de facto capiatur, & arbitrio Senatoris torqueatur, & ad semestre in carceribus, & compedibus detineatur. similique poena Nuncius, qui scienter litteras reddiderit, vel tales minas alicuius mandato denunciauerit, puniatur. nec prædicti de carceribus liberentur, nisi soluta prius poena centum aureorum, pro singulis, ac præstita fideiussoria cautione (si petatur) pro se ipsis, & pro omnibus eorum attinentibus, vsque ad tertium gradum de iure Canonico computandum, de non offendendo perpetuò in persona, vel in bonis, nec offendi faciendo. Sed si capi non possint, ad querelam cuiuscumque, vel ex mero officio inquiratur contra eos, & procedatur ad diffidationem per contumaciam, & pro confessis habeantur, & ad capitalem poenam mortis condemnentur, & in omni casu contumaciæ, seu latitationis, aut fugæ, liceat eos post diffidationem impune offendere. Possint etiam per eos, quorum interest, capi, & tradi in manibus Curiæ: & si in Vrbe capti fuerint, non possint detineri vltra spatium quinque horarum; si extra Vrbem, seruetur dispositio Iuris, secundum locorum distantiã, ita vt quam primum possit, Iudici illæsi præsententur, nec possint post capturam impune quouis modo offendi; vel si tuto præsentari non possint, denuncietur Curiæ, vt familiam mittat. Contrafacientes vero, puniantur de violentia arbitrio Senatoris. Possint etiam suo arbitrio Senator, si sibi videbitur, constituere præmium capientibus, vel occidentibus prædictos in contumacia perseuerãtes, & illud de introitibus Camerę solui facere. Et seruetur contra quoscumque contemptores mandatorum, & inobedientes, & contumaces cauere, vel assecurare recusantes, vel cessantes; & in omnibus grauibus, & atrocibus criminibus, & contra quoscumque facinorosos ac rebelles diffidatos, aut condemnatos, quos liceat impune offendere, & præmium, eos capientibus constituatur arbitrio Senatoris, vt supra. Si vero huiusmodi minas inferentes, aut inferri facientes, vel ad brigam prouocantes. patres familias existant, poenam ducentorum ducatorum incurrat, & ad cuiusque suspicionem habentis instantiam, vel etiam ex officio, si ad notitiam Curiæ quomodocumque peruenerit, illico, & sine mora præcipiatur eisdem, vt sub poena quingentorum aureorum (quæ tamen poena augeri possit ad quamcumque summam, arbitrio Iudicum, secundum personarum conditionem, & qualitatem)

cum

cum idoneis fideiussoribus aduersarium securum facere debeant, secundum modum supradictum: & si neutra partium talem securitatem præstari petierit, aut petere voluerit, Senator, & Iudices ex eorum officio, vbi, & quoties cognouerint, inter ciues Romanos dissensionem aliquam, aut rixam exoriri posse (de quo extraiudicialiter, & ex sola probatione famæ, inuestigare, & se informare sufficiat) vtrique parti mandent mutuas securitates præstari, & ad præstandum cogant, per diffidationes, condemnationes, carcerationes, & per alia iuris, & facti remedia: & contra inobedientes, & contumaces, si in contumacia perseuerarint, seruetur modus supra traditus, cum omni seueritatis rigore. Præsumatur autem is, qui imputatur de huiusmodi minis, illas fecisse; vel fieri fecisse: si illum, contra quem minæ illatæ dicuntur, recuset; vel semel monitus, distulerit assecurare.

De iniuriam inferentibus Nuncijs. Cap. XXXII.

COntra offendentes, aut inferentes iniuriam Nuncijs, ad deferendum mandata, citationes, & edicta, per Magistratus destinatis, ex causa dicti officii (quod semper præsumatur, nisi contrarium probetur) qui ius gentium violare, & Principis maiestatem offendere videntur, seuerissimè inquiratur, & Cõmunitates, & Domini Castrorum, diffidentur ad pœnam quingentorum ducatorum: sed contra ipsos iniuriam inferentes, si capi possint, si iniuria fuerit personalis, & atrox, ad Capitalem pœnam procedatur, & vltimo supplicio afficiantur, si vero personalis fuerit minus atrox, ad Triremes per triennium mittantur: vel alia pœna corporali, citra mortem, Iudicis arbitrio, plectantur. Si vero iniuria fuerit tantum verbalis, tunc arbitrio Iudicis, quod extendi possit vsque ad relegationem, puniri debeant: Et credatur iuramento ipsorum nunciorum cum vno Teste idoneo de visu, & non sit opus eos, qui moneri, vel citari debebant, vlterius in illa causa citare, nisi in valuis Capitolii per affixionem schedularum.

De summentibus vindictam contra Innocuos. Cap. XXXIII.

QVicumque ab aliquo offensus, consanguineos, affines, aut amicos, vel domesticos offendentis, qui ipsi offensores non fuerunt, vindictam sumendo vulnerare, mutilare, occidere, vel quocumq; modo realiter, vel personaliter offendere ausus fuerit; pœnam capitis ad mortem, & publicationis bonorum, ac perpetuæ infamiæ, iuxta saluberrimas Pauli Papæ Secundi, & aliorum summorum Rom. Pontificum Constitutiones, quæ in hac parte in omnibus, præterquam quoad demolitionem domorum (vt eisdem placuit) ne Ciuitas ruinis deformetur, seruandæ sunt, incurrant. Sed si reus in potestate habeatur, & decapitatus fuerit, seu mortis supplicio affectus, publicationis bonorum pœna locum non habeat, nisi inuindictam sumendo, homicidium fit commissum. Si vero homicidium interuenerit, vltra pœnam capitis, etiam si decapitatus, seu aliàs vltimo supplicio affectus fuerit, bona publicẽtur, & in omni casu pro dimidia applicẽtur parti offensæ, vel suis hæredibus; quã si habere noluerint, tota applicetur parti offensę, vel suis hæredibus, quã si habere noluerint tota applicẽtur Cam. Vrbis, vt supra. Ad demolitionẽ autem domorũ, non aliter deueniendum esse statuimus, nisi quando aliter in personam, vel in aliis bonis excedentibus summam quingentorum ducatorum auri puniri nõ posset: & si domus esset communis cum aliis, vel nexu hypothecæ alicui obligata, si socius partem delinquentis emere; vel creditor hypothecam habens in solutum recipere, & pretium, quod superesset, æstimatione illico facta refundere voluerit; præferatur, & pretium applicetur, vt supra: aliàs facta sine mora diuisione, pars tota, quæ Fisco, & parti læsæ obuenerit, diruatur: vel si diuisionem non recipiat, pars tota, quæ fisco, & parti offensæ, vel suis hæredibus, vt supra adiudicetur, & pleno iure transferatur, qui vera debita satisfacere teneantur.

De tumultuosis armatorum Collectis. Cap. XXXIIII.

SImili modo, vt desumentibus vindictam contra innocuos dictum est, aduersus omnes, qui tumultuosas armatorũ collectas, non solum ad vindictam sumendam, sed etiam ad iniuriam inferendam, & ad quoscumque actus illicitos, siue aliàs sine legitima causa, de die, vel de nocte, facere ausi fuerint, in omnibus, & per omnia procedendum esse; eosque in easdem pœnas incidere, & pariformiter puniri debere statuimus.

Quæ dicantur illicitæ Collectæ. Cap. XXXV.

TVmultuosæ autem collectæ, factæ intelligantur, si numerum decem armatorum excedant: quo casu principales ductores tantum, ad poenam in præcedenti capite contentam obligentur. Sequaces vero, vltra alias poenas delictorum perpetrandorum, singuli aureorum centum poena, sine diminutione aliqua, necnon, & quatuor ictuum funis mulctentur. Si verò minor numerus fuerit, sed sint supra quatuor; principales arbitraria poena plectantur, quam vsque ad sanguinem, & mutilationem membrorum inclusiuè, pro personarum qualitate, arbitrari Senator possit. Sequaces vero, poena quinquaginta ducatorum auri, singuli sine diminutione, & tria ictuum funis, mulctentur, & plectãtur: & nihilominus pro delictis commissis, puniantur. Si vero sint quatuor, vel infra, omnes tam principales, quam auxiliatores pari poena puniantur, pro delictorum, & facti

facti, & personarum qualitate: quæ poenæ aduersus eos, qui tumultuosas collectas fecerint, locum habeant in omni tumultu illicito, & in omni collecta armatorum prohibita, & non in casibus à iure permissis: in quibus casibus locum non habeat capitalis, seu publicationis bonorum pœna: sed si aliqua delicta commiserint, vel si aliquam illicitam violentiam intulerint, vel exercuerint, extra ordinem, vel secundum statuta puniantur.

De Incendiarijs. Cap. XXXVI.

SI quis data opera, ignem immiserit, & ex eo incensum fuerit Castrum, Villa, Casale, aut aliqua domus, in toto, vel in parte; igne comburatur, ita vt moriatur si vero Area cum frumento, vel acerui, seu postæ lignorum, furca suspendatur. Qui verò ad ostia meretricum ignem immittunt, si inde domus incendium nō sequatur, si capi poterint, tribus ictibus funis torqueantur: Et insuper si viles personæ fuerint, fustigentur per Vrbem, & in perpetuum exilium, vel ad Triremes arbitrio Senatoris dānentur: & si personæ nobiles; aut bonæ æstimationis aliàs fuerint; vltra torturā vt supra, per triennium relegentur, vel per annum arbitrio Senatoris in carceribus detineātur. & præterea in quadruplum damni illati damnum passo condemnentur, & si capi non possint, pro dicta poena diffidentur.

De receptatoribus Delinquentium. Cap. XXXVII.

IVxta Sacras Constitutiones fœlicis recordationis Innocentij Octaui: & aliorum summorum Romanorum Pontificum, contra receptatores, & minas inferentes, vsu receptas; Statuimus, vt siquis, etiam non brigosus diffidatos de crimine, vel condemnatos, siue de enormibus delictis infamatos, vel alios quoscunq; mandatorum à Magistratibus factorum, contemptores, vel inobedientes, & contumaces, seu mandatis de assecurando, parere recusantes, aut cessantes; scienter receptauerit; poenam trecentorum ducatorum vel aliàs iuxta formam dictarum Constitutionem patiatur. Præsumatur autem scientia, si diffidati, vel per sententiam condemnati appareant: Et si Ciuitas, vel Communitas, vel ipsarum Domini immediatè, vel Vicarij sint, apud quos illicita prædictorum fierent receptatio: contra Dominos, & officiales, & ipsas vniuersitates ex officio inquiratur, & diffidentur, aut condēnentur ad poenā quingentorū ducatorum, vel aliàs iuxta formā earumdem Constitutionum; & ad effectualem executionem per pignorum captiones, personarumque, & animalium arrestationes, & per generales represalias, procedatur, & non realidentur, nec à represaliis desistatur, donec fuerit integra poena soluta, & à tali receptatione desitisse, per legitimas probationes docuerint. Sed & si de diffidatione, vel condemnatione eorum, qui sic fuerint receptati, non appareat, postquam per litteras Senatoris ipsi Barones, & officiales ipsarum Communitatum, & vniuersitatū moniti, aut aliter legitimè certiores facti fuerint, vt ab huiusmodi receptatione abstineant, vel desistant, eandem poenam nisi paruerint, incurrant. Senator autem, & Iudices, quomō docunque ad aures, & notitiam eorum peruenerit, quo in loco tales personæ receptentur, statim monere debeant receptantes; vt eos capiant, vel expellant; alioquin contra eos procedant, & exequantur, vt supra est dictum: & si negligens in his fuerit Senator, vigintiquinque aureorum poenā in syndicatu patiatur; & Camerarius Camerę Vrbis ad omnem requisitionem Senatoris teneatur soluere mercedem Nunciorum, aut Curiorū ad predicta deputandorum: & ad id, officio eiusdem, si opus fuerit, compellatur: salvis nihilominus remanentibus aliis poenis contra prædictos receptatores, per easdem Constitutiones Apostolicas inflictis.

De Brigosis, & qui se domi pro Briga includere possint, & quos secum retinere. Cap. XXXVIII.

LIceat offenso, vel iniustis minis præcedentibus, ad brigam prouocato, vel aliam iustam suspicionis causam habenti, pro securitate suæ personæ, vel suorum, qui sint eiusdem familiæ, vel ei, qui domi se includendi, & in briga se continendi iustam, & rationabilem causam habuerit, impune id facere: habita tamen prius licentia à Senatore, & Paceriis: & si fuerit de offensoribus, iustam causam habere etiā intelligatur, postquam soluta poena delicti, offensor ipse Magistratibus parere, & obediens esse paratus sit; & de parēdo mandatis eorū idoneas cautiones dederit, & aduersarius inobediens fuerit, & Superiorum mandatis parere recusauerit, vel distulerit, seu latitando se subtraxerit, vt capi non possit. & dummodo vltra eos, qui sunt de eadē familia, absq; Senatoris, vel Paceriorum expressa licentia (de qua in scriptis apparere debeat) aliquos armatos non retineat: ita tamen, quòd si licentiam retinendi aliquos armatos obtinuerit, nec diffidatos pro crimine, nec brigosos, nec aliquos, qui minas alicui intulerint, nec inobedientes Magistratibus, nec assecurare recusantes eos, qui securitatem ab eis petierint, nec aliquos criminosos de grauibus delictis infamatos, receptare; nec condemnatos pro ciuili debito, apud se stare permittat; alioquin eandem poenam incurrat (si pecuniaria sit poena) ad quam diffidati, vel condemnati obligātur, & si debitum sit ciuile, ad tantundem obligetur. Sed si receptati capitaliter, vel ad poenam sanguinis diffidati sint, receptantes brigosi in poenam in proximè præcedenti capite contra receptantes impositam, incurrant. Sed nec homicidas, nec raptores, nec falsificātes monetas, nec alios latitantes, & à manibus Curiæ se eximere quærentes, etiam si non fuerint diffidati, vel condemnati, quouis modo audeant receptare: & si prædictos, aut alios delinquentes scienter re-

receptauerint; ad ducentorum auri poenam obligentur, à qua poena eximantur, si illi qui receptantur, de iuris permissione receptari possunt, nontamen diffidati, vel condemnati de crimine. Si autem prædicti brigosi, plures, quàm de dicta licentia permissum fuerit, receptauerint armatos, aut apud seu domo stare permiserint, incidant in poenam centum ducatorum, quoties contrafecerint; salua semper prohibitione, & poena illicitæ collectæ, de qua supra, si vltra decem armatos receptauerint, & hoc vltra poenam in licentia, & mandato prohibitionis impositam, si qua per Magistratum apposita fuerit: nullamque post huiusmodi prohibitionem, ignorantiam prætendere possint, Senator vero, & Iudices ex eorum officio, teneantur in omnibus dictis casibus diligenter inuestigare, inquirere, seu perquiri facere singulis mensibus, in domibus brigosorum, & ad executionem dictarum poenarum procedere; alias ipsi qui talia impune transire permiserint, ad eandem poenam obligentur.

De Brigosis non permittentibus executores eorum domos perquirere.

Cap. XXXIX.

SI aliquis brigosus, vel inimicitias habens, non permiserit Magistratus, vel officiales, & executores cum mandatis Iudicum, intrare in eorum domos, & receptacula, etiam perquiri, si contra constitutiones armati, & diffidati apud eos existant; in poenam ducentorum ducatorum auri incurrat. Quam poenam pecuniariam, si soluere nequeat, luat in corpus, arbitrio Senatoris, & Iudicum. Sed si maiores Magistratus nõ admiserit, capitaliter puniatur ad mortem, & contra sic delinquentes Senator ex officio inquirere teneatur; saluis tamen Constitutionibus felicis recordationis Pii Papæ Quarti, & Sanctissimi Domini Nostri Gregorij Papæ Decimi tertij contra prætensas franchusias editis,

De visitatione brigosorum permissa. Cap. XL.

VIsitantes Brigosos, si sint amicitia, vel benevolentia coniuncti, consanguinei, vel affines, vel vicini, quando, & quoties (vt fieri solet) humanitatis causa, & ex charitate, hoc faciant, aliqua poena non puniantur: & præsumantur charitatis causa facere, si armati cum armis sibi prohibitis non incedant; vel si continuam residentiam in illorum domibus faciant, vel si per Magistratus non fuerint prohibiti: quibus casibus, si secus fecerint, incidant in pœnas supra contra armatos impositas. Deferentes autem arma ad domos eorundem brigosorum, & propter causam brigæ, sine Senatoris licentia, armati ibi commorantes, in poenã quinquaginta ducatorum singuli mulctentur, & contra hos inquirere Senator debeat.

De offendentibus magistratus, Aduocatos, vel Procuratores, aut Executionem impedientibus.

Cap. XLI.

OFfendentes Magistratus, ius coercionis habentes in officio, vel propter officium, etiam pendente syndicatu, capitaliter ad mortẽ plectãtur. Sed si iniuriosa, aut contumelioſa verba protulerint, capiantur, & carcerentur, vel torqueantur, vel aliis etiam granioribus, arbitrariis pœnis, arbitrio Senatoris, & Iudicum, verborum, & personarum qualitate pensata, puniantur. Idemque obseruetur contra verberantes, aut iniuriam inferentes Aduocatis, Procuratoribus, & Notariis ratione officii; & præsumatur offensio facta ratione officii, nisi contrariũ probetur. Resistentes verò Marescallis, vel executionem impedientes, si cum armis restiterint, carcerentur, & in carceribus ad mensem detineantur, & torqueantur, vel aliis poenis corporis afflictiuis, secundum personarum, & facti qualitatem, afficiantur; & non liberentur, nisi prius integraliter omne interesse parti, & poenã Fisco persoluerint: si pecuniarium sit interesse, vel poena: sed si poena esset capitalis, vel sanguinis, ad quam exemptus tenebatur, similem poenam is qui exemit, patiatur. Si vero sine armis resistatur, resistens in causa simili, poenam quinquaginta aureorum incurrat, & damnum parti resarciat, in criminalibus vero in poenam aureorum quingentorum condemnetur. Pro offensionibus autem in personam executorum illatis, duplicentur poenæ pro delictorum qualitate limitatæ, & prædicta locum habeant etiam contra Communitates, & Barones executionem fieri impedientes, aut executores expellentes: & si Communitas cum armis, poenam quingentorum aureorum: si sine armis, poenam aureorum trecentorum incurrat, & damnum, vt supra, resarciat. De expulsione verò credatur Executori, vel Mandatario cum vno teste idoneo, medio iuramento deponenti. Et præmissa intelligantur saluis prædictis Constitutionibus eorundem Pii Papæ Quarti, & Sanctis. D. N. D. Gregorii Papæ xiii. quæ in suis casibus seruandæ sunt.

De Blasphemia.

Cap. XLII.

QVicumque Deum, & Dominum nostrũ Iesum Christum, vel Gloriosam Virginem Mariam eius Genitricem expressè blasphemauerit, si Nobilis, aut solitè do sit pro prima vice poenam xxv. ducatorum auri incurrat, pro secunda poena duplicetur: pro tertia autem centum ducatos auri soluat, &

ignominia notatus exilio mulctentur. Qui vero Plebeius fuerit, & poenam prædictam infra decem dies non soluerit, aut soluendo non sit; pro prima vice: manibus post terga ligatis: & capite discooperto in platea Capitolii in loco infamiæ, seu ad Berlinam, per diem integrum constituatur. pro secunda fustigetur per Vrbem, pro tertia lingua eius perforetur, aut ad Triremes mittatur. Qui reliquos Sanctos blasphemauerit, pro qualitate blasphemiæ, atque personæ, arbitrio Iudicis puniatur. Executoribus autem, siue Birruariis pœnæ prædictæ aggrauentur, Senatoris, & Iudicis arbitrio: & de prædictis quilibet possit accusare, & Curia teneatur inquirere, & quilibet, qui audierit, denunciare teneatur.

De Crimine læsæ Maiestatis. Cap. XLIII.

QVicumque contra statum Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & eius successorum, aut Sanctæ Romanæ Ecclesiæ: vel contra illius Reuerendiss. Cardinales, Romanum Populum, vel Senatorem vel Senatus officium gerentes, seu Rempublicam ab aliquo receperit stipendium, seu aliter machinatus fuerit; capitaliter ad mortem puniatur, & eius bona publicentur. Qui vero rebellionem cõmiserit per terram trahatur per Vrbem, & furcis laqueo suspendatur, & eius bona Cameræ applicentur: & alienationes per eum à tempore maleficii perpetrati factæ ipso iure non valeãt; & locus vnde esset rebellionem committens, vel stipendium recipiens, si de consensu, vel voluntate dictæ Terræ prædicta commiserit; si fuerit Ciuitas; in ducatis auri mille, si terra, vel Castrum in quingentis, si Villa, in trecentis Cameræ condemnentur. Scientes autem, & non reuelantes, pœna Iuris communis puniãtur.

De falsa Moneta. Cap. XLIIII.

SI quis falsam Monetam non solum auream argenteam: sed etiam æream; vel etiam, ex quacunque alia materia, ex qua Monetæ expendibiles fieri consueuerint, siue sit materia simplex, siue mixta percusserit, cuserit, signauerit, vel impresserit, aut fuderit, aut quocumque modo fabricauerit: & quocunque stigmate, vel signo non solum Pontificis, siue Imperatoris, sed etiam Regum, Ducum, & Ciuitatum ius cudendi Monetam habentium, falsificauerit; vltimi supplicii pœna puniatur: & diligentissimè non solum contra prædictos, sed etiam mandantes, & fabricari facientes, necnon contra permittentes, & scientes, receptantes, & contra quoscumque conscios, qui lucri participes fuerint, inquiri volumus, & mandamus; & si fuerint Domini alicuius Terræ, Castri, vel Villæ, ipsi Domini, si in potestate haberi possint, capitaliter ad mortem puniantur: sed si haberi non potuerint, diffidentur ad capitalem pœnam, & publicentur bona omnia: & contra subditos, & vassallos, & contra communitates, & vniuersitates eorum ad diffidationes: & repræsalias procedatur; & quandocumque capi possint, ad executionem dictæ capitalis pœnæ procedatur. Communitates vero etiam ipsæ si sciuerint, & non prohibuerint, vel si prohibendi facultatem non habeant, si quamprimum potuerint, non denunciauerint Principi, vel aliis Superioribus, incidant in pœnam mille ducatorum, & ad dictam pœnam diffidentur, & ad repræsalias contra omnes municipes, & eorum bona deueniatur. Contra alias verò priuatas personas scientes, qui lucri participes non fuerint, neque consilium, auxilium, vel fauorem, ante, vel post factum dederint, arbitraria sit pœna, quam Senator, & Iudices arbitrari possint, ad pœnam sanguinis; mutilationis membrorum, fustigationis, cæterum, tormentorum, exilii, personarum qualitate, & conditione consideratis. In omnibus autem dictis casibus, ex sola infamia, per tres saltem veridicos, & fide dignos testes probata, cum aliquali iudicio. Senator inquirere teneatur; & si accusator, vel denunciator, palam; vel secretè, nominatis testibus interuenerit: quartam partem pœnæ, si pecuniaria sit, lucretur. Si vero capitalis, vel corporis afflictiua constituatur sibi præmium arbitrio Senatoris, & Conseruatorum Cameræ Vrbis, Quam partem pœnæ, siue præmium, de manibus Camerarii, cum solutæ schedula Senatoris, & Conseruatorum, & non aliter recipiat.

De vendentibus, aut erogantibus falsas Monetas; & de tondentibus, & minuentibus Monetam. Cap. XLV.

SCienter vendentes Monetas falsas, seu reprobas, & scienter ementes, mercandi, seu lucrandi causa; si summam viginti quinque ducatorum excesserint, capitaliter, vt supra puniantur, & si minor sit summa, amputetur eius manus dextera, dummodo vltra quam semel talia non perpetrauerint. Verum si bis, vel vltra, vendere, vel emere scienter falsas, vel reprobas Monetas, quis compertus fuerit, capitaliter ad mortem, vt supra, puniatur. Et idem in omnibus, & per omnia seruetur, contra incisores, aut imminutores Monetarum, etiam Argentearum, videlicet, si semel, vsque ad summam viginti quinque ducatorum inciderint, capitaliter ad mortem; si vero intra eandem summam viginti quinque, dummodo vltra summam ducatorum, poena manus; si vero plures id commiserint, etiam poena mortis plectentur. Expendentes vero, aut cambiantes scienter falsam Monetam, si non sint de complicibus fabricantium, de quibus dictum est capite præcedenti, poenam ducatorum auri viginti quinque

quinque vice qualibet incurrat: Sed & contra hos omnes inquiratur: & accusatores quartam partem etiam lucrentur; vt supra.

De Testibus falsum deponentibus. Cap. XLVI.

TEstis qui in causa Ciuili falsum Testimonium tulerit, fustigetur per Vrbem, & in exilium per triennium mittatur: qui autem ipsum scienter produxerit, litem, & causam amittat, & pœnam aureorum centum, Cameræ Vrbis applicandam, si Plebeius sit, incurrat; & per Vrbem fustigetur: si vero Nobilis sit, pœna pecuniaria duplicetur, & in exilium per septennium mittatur: si *Baro*, aut de Magnatibus, siue illorum *Bastardus*, eadem pœna pecuniaria quadruplicetur & in exilium per decennium mittatur; & nihilominus tam testis, quàm producens, parti ad expensas teneatur.

De Testibus contraria deponentibus. Cap. XLVII.

IN quacumque causa ciuili, vel criminali, Testes iudicialiter, vel coram arbitris, vel arbitratoribus, citata tamen parte, examinati, contraria in facto deponere reperiantur, si ad concordiam eorum dicta reduci non possint, ante prolationem sententiæ, facto capiantur, & carcerentur, vel denuncientur per arbitros, seu arbitratores Senatori: qui, visis & consideratis attestationibus, contrarietate reperta, eo ipso ad capturam procedat, & vt sibi videbitur, per quæstiones, & tormenta, veritatem eliciat. Incipiat autem, tam quo ad capturam, quàm quo ad tormenta, ab iis quibus magis suspecti videbuntur, personarum qualitate, & aliis circumstantiis consideratis, & illis demum fides adhibeatur, qui habita quæstione, in suo dicto perseuerauerint: Iudex autem, vel arbiter, siue arbitrator, qui in denunciando negligens fuerit, in pœnam vigintiquinque ducatorum incidat. Possit etiam, & debeat Senator ad cuiuscumque querelam seu denunciationem, de iis inquirere, & inquiri facere, in quibus, si negligens fuerit, eandem pœnam vigintiquinque ducatorum incurrat, de suo salario retinendam.

De fabricantibus, & fabricare facientibus falsa Instrumenta, & priuatas scripturas. Cap. XLVIII.

NOtarius qui fecerit falsum Instrumentum, qui fieri fecerit, & ipsorum quilibet insolidum puniatur in ducatis auri ducentis, & vlterius Notario amputetur manus dextera, & fieri faciens si Plebeius sit, fustigatus per Vrbem ad Triremes per Triennium mittatur. Si vero Nobilis, aut de genere Nobilium, in ducatis auri quadringentis condemnentur: & per quinquennium relegetur, & quilibet ex prædictis, qui ex hoc fuerit in Iudicio condemnatus parti læsæ damnum resarciat. Quos ducentos, & quadringentos ducatos si Plebeius, aut Nobilis prædicti infra decem dies à die latæ sententiæ, vel postquam in fortiam Curiæ deuenerint, non soluerint, amputetur eis manus dextera. Notarius vero prædictus post quam de falso diffidatus, aut condemnatus fuerit, non possit amplius in perpetuum Tabellionatus officium exercere; & Instrumentis post diffidationem, seu condemnationem per eum factis, & rogatis, nulla fides adhibeatur: Et qui scienter produxerit falsum Instrumentum, aut eo vsus fuerit, si Plebeius fuerit, in ducatis auri ducentis; si Nobilis, aut de genere nobilium, in quadringentis, si Baro in mille similibus ducatis condemnentur. Quicumque vero priuatas falsas scripturas fabricauerit, aut fieri mandauerit, si Plebeius poenam ducentorum ducatorum aurei incurrat, & postquam in loco infamiæ in scalis Capitolii per totam audientiam steterit: per triennium in exilium mittatur: si Nobilis quadringentos ducatos auri soluat, & per triennium relegetur. Quam pecuniariam pœnam, si tam Plebeius, quam nobilis infra decem dies, ut supra soluere cessauerint, amputetur eis manus dextera, & nihilominus in exilium Plebeius mittatur; & Nobilis relegetur, vt supra. Quicumque vero scienter falsam priuatam scripturam in iudicio produxerit, aut ea vsus fuerit, medietatem pœnæ, quam incurreret producens publicam, vt supra dictum est, Fisco persoluat.

De Sodomitarum poena. Cap. XLIX.

SI quis nefandum sodomiæ scelus commiserit, igne comburatur, ita, & taliter, quòd moriatur: & de prædictis, Curia ex officio inquirere, & procedere teneatur.

De Adulterio, & Incestu. Cap. L.

QVicumque adulterium cum incestu cum muliere, sed attinente vsque ad quartum gradum de iure Canonico inclusiue computandum, commiserit, ad mortem, & mulier cum qua adulterium cum incestu commissum est, pari pœna plectatur, nec in hoc casu pax quoquomodo prosit. Si autem incestum sine adulterio commiserit, cum aliqua attinente vsque ad secundum gradum de iure Canonico computandum inclusiuè, similiter tam ipse, quam mulier capite puniantur ad mortem, & de hoc

Senator inquirere debeat. Committens autem simpliciter adulterium cum muliere honesta; si Plebeius, aut vilis conditionis sit, poenam ducentorum aureorum incurrat; & in exilium per triennium mittatur; si Nobilis duplum, & per sexennium; si Baro, aut de genere Baronum, triplum, & per nouennium in exilium huiusmodi mittatur, & mulier tonsa in loco malæ nuptis deputato, vel alio sibi pro carcere deputando, detrudatur. Si vero mulier, cum qua adulterium commiserit, sit vilis conditionis, & inhonesta, non tamen publica meretrix; tunc medietatem poenæ prædictæ respectiuè incurrat: mulier autem inhonesta esse intelligatur, si communiter: præsertim in vicinia, in qua inhabitat, pro inhonesta fuerit reputata: Et in casibus de simplici adulterio prædictis, si adulter pacem habuerit à marito, poena pecuniaria ad medietatem reducatur; nullatenus tamen reassidari possit, nisi Cameræ dictam medietatem poenæ integrè persoluerit. In eisdem vero casibus procedi non possit, nisi per accusationem ab eis factam, quibus accusare permittitur, videlicet à viro, patre, filio, & germano fratre mulieris.

De Stupris, & violentijs. Cap. LI.

SI quis stuprandi causa honestæ mulieri, vel puero vim intulerit, vel inuitis parentibus puellas, aut pueros abduxerit, aut alias honestas mulieres, & pueros rapuerit, aut rapi fecerit, etiam si stuprum non sequatur, furca suspendatur, ita vt moriatur: sed si stuprum in masculum fuerit secutum, seruetur Statutum supra de sodomitarum poena: & si capi non poterit, diffidetur; & condemnetur pro dicta poena, & perpetuo reassidari non possit. Si vero quis ex eadem libidinis causa honestam mulierem, aut pueros verberauerit, vel clamydem, vel infulam, vel quod aliud vestimentum: vel tegmen ex ea causa rapuerit: amputetur ei manus dextera, ita quod à brachio separetur; & si capi non potetit, pro dicta poena diffidetur. Si vero quis ex eadem libidinis causa cum vociferatione, & conuitio turpia verba contra honestas mulieres, vel pueros protulerit, capiatur, & acriter torqueatur, & si viles sint personæ, virgis cedantur, & per mensem in carceribus detineantur; quo elapso, non liberentur nisi præstita idonea cautione de non offendendo perpetuo, & de se repræsentando per integrum annum toties quoties fuerint requisiti.

De Raptu Meretricum, & vi eis illata. Cap. LII.

SI quis meretricem per vim rapuerit, inuitamque retinuerit, amputetur sibi manus dextera, quam redimere possit soluendo infra decem dies post condemnationem immediatè ducatos auri ducentos, vel secundum conditionem personæ, & facti qualitatem caeretur, torqueatur, fustibus cedatur, vel in exilium mittatur, arbitrio Senatoris, & Iudicum. Similibus vero poenis puniantur principales Trentunum meretricibus facientes: sequaces vero singuli quatuor funis ictibus torqueantur, & in carceribus ad mensem detineantur: sed si cum armis numero decem personarum armatarum id fecerint, capite puniantur, sicut de illicitis armatorum collectis dictum est.

Intra quantum tempus de violentia mulieri illata liceat accusare. Cap. LIII.

SI aliqua mulier innupta, dixerit se ab aliquo vim passam, & infra duos menses de vi prædicta conquesta non fuerit; ipsa vlterius super hoc non audiatur: si vero mulieri nuptæ vim illatam fuisse dicatur, possit maritus, pater, filius, & germanus frater mulieris, etiam post duos menses, vsque ad tempus à iure præfinitum, accusare.

De Concubinis. Cap. LIV.

MAriti, qui concubinas retinent, per Senatorem, & Iudices à concubinis separari possint, & cogi per idoneos fideiussores cauere, de infimul non conuersando, nec cohabitando, sub poena per Senatorem, & Iudices imponenda, & super his Senator ad cuiusque honestæ personæ denunciationem, procedere debeat; & cessans, in syndicatu poena aureorum quinquaginta puniatur.

De Plagiarijs. Cap. LV.

SI quis rapuerit, abduxerit; aut occultauerit, aut rapi, abduci, occultariue mandauerit, vel ad effectum vendendi, vel ad effectum redimi faciendi puellam aut puerum, in furcis laqueo suspendatur, ita vt moriatur: & si capi non poterit, capitaliter diffiderur ad mortem, & perpetuo reassidari non possit.

De priuato carcere. Cap. LVI.

QVicunque ceperit, aut capi fecerit aliquem, & eum propria libertate priuauerit animo carcerandi vel in eum priuatum carcerem immittendi; si per aliquod temporis breue spatium retinuerit poenam ducatorum centum; si vero per vnam horam poenam ducatorum duecen-

ducentorum: si vero per duas, vel plures horas, non tamen vltra viginti quatuor, pœnam ducatorum quingentorum incurrat: dicta vero pecuniaria pœna, in Nobilibus duplicetur, in Magnatibus, & eorum Bastardis quadrupliceturr: quas pœnas, si singuli prædicti in his casibus non soluerint infra decem dies, à die latæ sententiæ, capite puniantur ad mortem, & de prædictis debeat per Senatorem inquiri.

De Proditoribus. Cap. LVII.

PRoditor, qui contra aliquem proditionem commiserit, vel aliquem seduxerit, vel cõduxerit ad aliquem locum, vt offendatur à suo inimico, vel ab alio; si proditus, ductus offensus fuerit, sine sanguinis effusione, is proditer pœnam scutorum centum incurrat, Cameræ Vrbis applicandam: & in exilium per quinquennium mittatur. Si vero ex offensione sequatur sanguinis effusio, vtraque pœna duplicetur: & nihilominus in eam etiam pœnam incidat, quam principalis percussor incurrit: Si vero mors inde sequatur, de homicidio puniatur.

De Latronibus etiam nocturnis, & Piratis. Cap. LVIII.

INsidiatores viarum, & itinerum frequentatorum, & piratas impune occidere vnicuiq; permittitur; pro primo autem latrocinio, in loco vbi reperti sunt (si in flagranti crimine deprehendantur) furca suspendantur, ita vt moriantur: sed si in flagranti crimine deprehensi non sint, & in potestate habeantur, causa cognita, similiter pro primo latrocinio furca suspendantur ad mortem. Et idem seruetur contra raptores nocturnos, qui cum violentia in Vrbe spoliant transeuntes, si vulnera intulerint: si vero vulnera non intulerint, sed aliter verberauerint, vel amputata eis manus dextera, in perpetuum exilium mittantur; vel fustigati ad Triremes per decennium transmittantur. Illi vero qui bis rapinas huiusmodi facere inuenti sunt, vltimo furcarum supplicio damnentur.

De Furibus. Cap. LIX.

FVres, qui occulte furantur, pro primo furto puniantur, in simplum parti, & duplum Cameræ soluant, quod si non fecerint intra mensem à die latæ sententiæ, vel postquam diffidati de eo delicto in fortiam Curiæ peruenerint, fustigentur audientia publica existente; pro secundo vero furto mittantur ad Triremes per Triennium; pro tertio furca suspendi possint, ita vt moriantur, & omni casu damnum parti læsæ resarciant.

De Sordibus, & corruptela Iudicum. Cap. LX.

QVi officialibus Curiæ Capitolij pecuniam, aut aliquid illicitum dederit seu eos corruperit in causa aliqua, nisi prædicta denunciauerit syndicatori ipsorum officialium, tempore syndicatus, in triplum puniatur; & qui acceperint, in quadruplum puniantur, & ab officio deponantur, si durante officio de huiusmodi crimine conuicti fuerint: Et idem locum habere volumus in Consulibus artium, & eorum Assessore, & Notario, & quibuscunque aliis officialibus Vrbis, ius dicendi facultem habentibus.

De Termino moto. Cap. LXI.

QVi terminos, seu Fines alicuius possessionis amouere, auellere, aut quocunque modo corrũpere, vel mutare ausus fuerit: si Plebeius sit, pœnam ducatorum auri centum incurrat, quam si soluere non poterit, amputetur ei manus dextera, ita vt à brachio separetur; si vero Nobilis, poena duplicetur, & pariter si eam non soluerit, infra mensem manus amputetur, vt supra: si vero fuerit Communitas, aut Baro, poenam ducatorum mille incurrat; & in omnem euentum parti ad interesse teneantur.

De Aggressoribus, aggressione nocturna, ac diurna. Cap. LXII.

COntra Aggressores, & eos, qui primi offensores fuerint, poenæ statutariæ; quæ ob delicta inde secuta imponendæ essent, aggrauentur, & Senatoris arbitrio in carceribus, vel compedibus ad tempus, quod sibi videbitur, detineantur, & torqueantur: vel aliter puniantur. Sed si quis armatus aliquem ad domum suam, solus, vel associatus, de die, vel de nocte aggressus fuerit, ipse aggressor puniatur ad mortem. Associantes vero (si homicidium ex alterutra parte sequatur) pariter ad mortem puniantur: si vero homicidium non sequatur, per decennium ad Triremes transmittãtur. Aggressor vero, quilibet impune cum armis, vel sine, auxilium, & fauorem præstare possit: dictique aggressores impune ab ipso aggresso, & à præstantibus illi auxilium, opem, & fauorem durante dicta aggressione, vel conflictu, offendi possint. Verum si quis cum armis, & solus, vel associatus, aliquem extra domum de die aggressus fuerit, si nullum aliud delictum sequatur, ex aggressione, poena ducatorum auri centum puniatur: Si autem sine armis aggressio fiat; pœnam ducatorum auri quinquaginta incurrat; associantes vero viginti quinq; pro quolibet: quæ pœna in aggressione de nocte duplicetur.

De Vallis, seù repagulis, & sbarris non faciendis. Cap. LXIII.

NVllus in Vrbe vallos, vel repagula, vulgo sbarras, aut incastellationes nuncupatas, ex quibus prælium inferri, aut sustineri, vel pacificus Status Vrbis turbari possit, construere, aut construi facere audeat, seù præsumat: & qui contra fecerit, pœnam mille aureorum incurrat. Artifices, & eorum famuli, seu manuales, qui ea construxerint, pœna ducatorum centum singuli puniantur, quam si infra quindecim dies non soluerint, eis manus dextera amputetur, ita vt à brachio separetur.

De aggressoribus vulnerantibus in facie cum cicatrice, aut cum membri mutilatione, vel debilitatione. Cap. LXIIII.

SI quis aliquem aggrediens ex proposito faciem aggressi vulnerauerit, aut vituperabili signo deturpauerit, vel cum simplici cicatrice dehonestauerit, amputetur ei manus dextera; faciem autem à summitate frontis, ad extremitatem menti, seu barbæ, & ab aure ad aurem inclusiue hoc casu intelligi volumus: sed si nasum in parte abscinderit, nasus ei abscidatur, & similiter oculus p oculo effodiatur, & p auribus aures amputẽtur, & nihilominus amputetur manus dextera vltra pœnas prædictas. Sed si membrũ aliquod, aut articulũ mutilauerit, mẽbrũ similiter p mẽbro ei secetur: si verò non mutilatum sit membrum, sed debilitatum aliquod ex principalibus membris, & perpetua debilitatio futura sit; similiter dextera manus amputetur, vel puniatur in eodem membro arbitrio Senatoris: sin autem vnus, aut duo digiti debilitentur, & non tota manus, aggrauetur pœna vulnerum infra dicenda per tormenta, & carceres arbitrio Senatoris. Sed si taliter delinquentes capi non possint, & propterea ad effectualem executionem amputationis manus, & pœnarum talionis procedi nequeant; condemnentur, & diffidentur in ducatis auri quingentis, & fiat executio in bonis eorum pro integra pœna: & nihilominus quandocumque in manus, & potestatem Curiæ deuenerint; ad executionem dictarum pœnarum sanguinis procedatur. Quæ pœnæ locum non habeant in rixis subitaneis, & quæ ex improuiso, & incontinenti ex contentione verborum, vel altercatione de rebus, aut aliter non præmeditato consilio fuerint exortę.

De percussionibus cum sanguine, vel sine. Cap. LXV.

QVis quis cum aliquo armorum genere, latissime armorum sumpto vocabulo, aliquem vulnerauerit ita vt ex vulnere sanguis exiuerit; soluat p pœna, ducatos auri centum, & in exilium Senatoris arbitrio mittatur; si verò in rixa, pœna quinquaginta aureorum mulctetur, attributa potestate Senatori aggrauandi, & minuendi pœnam secundum facti, & personarum qualitatem: & hoc in alijs casibus, quam in proxime præcedenti capite enumeratis. Si vero sine sanguinis effusione aliquem percusserit, puniatur arbitrio Senatoris, personarum, & facti qualitate pensata.

De percutientibus ad ignominiam. Cap. LXVI.

SI quis ad ignominiam, & appensatè, ad maiorem iniuriam inferendam, aliquem lato gladio, aut cum fuste, baculo, seù bastone, vel etiam arundine percusserit; si cadi possit, acriter campana pulsata, publice torqueatur, & in carceribus per sex menses detineatur: & non liberetur, donec soluerit ducatos auri centum pro pœna, quam si soluere non potuerit, recipiat tot verbera cum simili instrumento, quot dedit, vel luat in corpus arbitrio Senatoris, personarum conditione, & qualitate considerata: & præsumatur dicta percussio ad ignominiam illata, nisi contrarium probetur. Quę quidem pœna locum non habeat, si alicui vili, & abiectæ personæ causa leuius offendendi, huiusmodi iniuria inferatur; vel si ex tempore, & ex improuiso in aliqua rixa cum baculo, seù bastone ad manus occurrente offenderetur: in quibus casibus leuius, & pecuniariter, iuxta personarum, & facti qualitatem, arbitrio Senatoris, & Iudicum delinquentes puniantur.

De percutientibus pugno, vel alapa. Cap. LXVII.

SI quis similiter ex proposito, & iniuriandi animo alapa, vel pugno in facie aliquẽ percusserit; si plebeius sit, recipiat simile alapam in scalis Capitolii, & vltra carceretur, & torqueatur arbitrio Senatoris. Alij verò maioris æstimationis similiter carcerentur, & iuxta personarum qualitatem, si similem alapam sustinere noluerint, torqueantur arbitrio Senatoris, & pœnam præterea vigintiquinque ducatorũ auri soluere compellantur: si autem in alia parte corporis, quàm in facie percusserint, meditatẽ pœnæ prædictæ pecuniariæ soluere cogantur: quæ locum non habeant in rixis subitaneis, vt supra proximo capite dictum est, in quibus arbitrio Senatoris minui debeant, personarum, & facti qualitate perpensa.

De Proijcientibus Stercora, aut cornua ad fenestras, vel hostia aliena, deque Famosis Libellis.

Cap. LXVIII.

QVi stercora, vel cornua, & his similia, ad limina, & ostia domorum, & quitaxa, seù lapides, ad illarum ianuas; fenestras, specularia, & tecta ad iniuriam inferendam proiiciunt, aut parietes fœdant; si ad domos meretricum, capti si Viles fuerint, acriter torqueantur, & insuper fustigentur, atque in perpetuum exilium damnentur; si Nobiles, vel bonæ existimationis fuerint, similiter torqueantur; & ad annum in carceribus detineãtur, vel in exilium arbitrio Senatoris mittantur. Sed si quid eorum fiat ad ignominiam honestarum personarum, vel si quis famosas litteras, carmina, scripturas, vel picturas affixerit, capitaliter pro personarum delinquentium, & in quas deliquerint, qualitate, Senatoris arbitrio puniantur.

De ponentibus manum ad arma & terrorem alteri inferentibus.

Cap. LXIX.

QVisquis posuerit manum ad arma cõtra aliquem malo animo, vel etiam aliquem in fugam verti fecerit cum armis, vltra pœnam delationis armorum, aliam vigintiquinque ducatorum auri incurrat.

De aliis iniuris factis.

Cap. LXX.

QVicumque alicui stercus, vel phialam, cum stercore, aut alia materia in faciem proiecerit; si ex percussione cicatrix remanserit, seruetur Statutũ supra de vulnerantibus in facie cum cicatrice. Si verò cicatrix non remanserit, torqueatur, & ad Triremes per triennium mittatur. Si vero lutum in faciem iniecerit, aut fecerit aliquem cadere in terram, vel de aliquo animali, si inde aliud delictum non euenerit, puniatur in ducatis auri xxv. Quod si quis aliquem per capillos, aut barbam apprehensum traxerit per terram, soluat pœnam ducatorum centum, plus, vel minus arbitrio Senatoris, pro personarum qualitate: sed si aliter quam per capillos, aut barbam traxerit, soluat medietatem pœnæ prædictæ: si verò quis ceperit aliquem per barbam, aut capillos, & non traxerit, soluat ducatos auri triginta: si autem pannos de dorso iniuriosè scinderit, seù dilanianerit, soluat ducatos similes vigintiquinque vltra damni emendationem. Si quis verò alicui signum quod, ficum, appellant, vel simile alicui iniurioſe fecerit; soluat pro pœna ducatos quinque plus minusue arbitrio Senatoris, personarum qualitate considerata: Sed si mulieri capillos, siue trecias de capite præciderit; si mulieri inhonestæ, & meretrici, pœnam ducatorum quinquaginta auri incurrat: si honestæ, & nuptæ, aut virgini, vel viduæ, capitaliter ad mortem Senatoris arbitrio puniatur: si vero pannos supra genu inciderit meretrici, pœnam centum ducatorum incurrat: aliis verò honestis supradictis, capitaliter puniatur, vt supra.

De Verbis iniurioſis.

Cap. LXXI.

SI quis alicui verba iniurioſa animo eius honorem fugillandi dixerit, aut protulerit, pro quolibet verbo iniurioſo, pœnã decem ducatorum auri incurrat, vel arbitrio Senatoris corporali pœna plectatur, personarum, & verborum qualitate perpensa; mitigetur tamen pœna eorum, qui prouocati verba iniurioſa responderint: vel si modum, & mensuram non excesserint, impuniti dimittantur.

De incidentibus Vineas, vel pergulas.

Cap. LXXII.

QVi dolosè vineam, aut vineæ partem alicuius, seù pergulas inciderit, vel aliter corruperit in toto, vel in parte, pœnam centum ducatorum incurrat, & damnum parti læsę refarciat; ad cuius incisionis, aut corruptionis probationem sufficiãt quatuor testes idonei omni exceptione maiores de fama publica deponentes, aliquibus præsumptionibus concurrentibus: quam pœnam si non soluerit infra decem dies a tempore, quo in posse Curiæ peruenerit, amputetur ei manus; & de hoc ex officio possit inquiri.

De corrumpentibus Arma, vel picturas alienas.

Cap. LXXIII.

QVicumque arma, seù insignia, vel picturas in alienis domibus, vineis, vel aliis locis existentia, data opera, abraserit, inciderit, aut quoquomodo corruperit, pœnam centum aureorum incurrat, & parti ad interesse, & iniuriam teneatur.

De æstimatione iniuriarum.

Cap. LXXIII.

PRo quibuscumque iniuriis, grauibusque contumeliis, & conuitiis, de quibus etiam criminaliter processum fuerit ad condemnationem, vel diffidationem,

& pro

& pro quibus pars offensa nullam pœnæ partem receperit, aut recipere velit; possit ciuiliter agi ad æstimationem iniuriarum; & Senator, & Iudices dictas iniurias quo ad priuatum interesse, secundum qualitatem, & conditionem personarũ, & iniuriarum (delato prius parti iniuriam passæ iuramento) adhibita moderatione, eorum arbitrio taxent, seù ad debitum modum reducant: Similiq. modo pro sumptibus, & expensis factis in curandis vulneribus, & pro damnis passis in operibus, quibus offensi caruerint, aut sint carituri, vltra criminalem pœnam, ciuiliter agi possit contra offensores; & super his sumptibus, & damnis, & interesse summarie, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, ad celerem executionem, iustitia mediante procedatur.

De prohibita delatione armorum.

Cap. LXXV.

NVllus per Vrbem arma offensiua, vel defensiua ferre possit, exceptis Officialibus Romani Populi, & officialibus, ac ministris Palatii Senatoris, & Cõseruatorũ; ac his etiam exceptis, qui veniunt in Vrbem, vel de ea exeunt, quibus ligata arma, vel aliter signata ferre, in ipso itinere liceat: qui contrafaciens inuentus fuerit, arma amittat, pœnam trium ictuum funis, & ducatorum auri viginti incurrat, quæ pœnæ de nocte duplicentur. Nulli verò archibalios ad rotam infra mensuram duorum palmorum deferre, vel retinere liceat: & qui contrafecerit crimen læsæ Maiestatis, & pœnas pro eo inflictas, incurrat. Sed si quis pugionem, aut cultellum cum cuspide, aut puntarolum supra mensuram palmi Senatus deferre repertus fuerit, damnetur ad Triremes ad tempus arbitrio Senatoris. Qui occultum ensem, quẽ Bordoncellum nominant, tulerit, eadem pœna, qua ferentes pugiones plectatur. Qui verò cum armis venenatis, aut medicatis repertus fuerit, statim torqueatur, & per acerrima tormenta ab eo veritas eliciatur, & causa ad quid dicta arma venenata deferat, & de veneficio etiam puniatur, vltra pœnas delationis armorum.

De ferentibus, aut iacentibus Plumbatam.

Cap. LXXVI.

DEferentes plumbatam, seù pilam plumbeam, aut ferream statim deprehensi, tribus funis ictibus torqueantur, & carcerentur non relaxandi, nisi pœnã viginti quinque ducatorum auri soluerint: Si quis verò plumbatam in alium iecerit, animo percutiendi, licet non percusserit, similiter torqueatur, & insuper in pœnam quinquaginta ducatorum similium incurrat: sed si percusserit, quomodocumque læserit, similiter torqueatur, & in pœnã centum ducatorum ex illo ictu, vltra maleficii pœnam, incurrat, Sed si ex proposito, & consilio occidendi cum ea aliquem aggrediatur, & percusserit, amputetur ei manus dextera; & nihilominus de delicto, quod inde sequetur, puniatur.

De vi, & vi armata.

Cap. LXXVII.

QVicumque cum armis, violenter aliquem expulerit de possessione cuiusque rei immobilis, vltra pœnas legales, in pœnam ducentorum aureorum Fisco applicandam incurrat: si verò sine armis, poena centum similium ducatorum mulctetur, idemque seruari volumus in his, qui turbant, inquietant, seu molestant aliquem in sua rei immobilis possessione. Qui autem cum armis, vel sine armis Orphanos, Viduas, & miserabiles personas, Ecclesias, Monasteria, Hospitalia, seu pia loca, vi de possessione immobilium eiecerit, vltra poenas legales, duplum valoris rei, à cuius possessione prædictos eiecerit, Fisco persoluat. Si verò Domicellus, aut Baro Romanus, vel Castrum Communitas, aut Ciuitas, vim prædictam armatam, vel sine armis contra Ciues Romanos habentes bona immobilia in eorum Castris, aut territoriis commiserit, poenæ prædictæ duplicentur, sufficiatque hoc casu de violentia per quinque idoneos testes de publica fama deponentes, constare. Idemque poenis locum esse volumus, si prædicti Barones, Castra, Communitates, vel Ciuitates per minas, aut prohibitiones, aut aliàs, etiam indirectè fecerint, ne quis Ciuis Romanus ex sui bonis immobilibus fructus percipere, aut sua bona locare possit, de quo credatur vt supra, Hæc autem poena toties cõmittatur, quoties fuerit contrauentum. Possit etiam quilibet expulsus, aut inquietatus, querelam criminalem vis prædictæ, tam expulsiuæ, quã turbatiuæ, & tam cum armis, quàm sine, coram Senatore, seù eius in criminalibus Locumtenente, etiam ciuiliter, si ciuilis cum criminali simul deducatur, intentare, & prosequi: quo casu vna eademque sententia, tam ciuilis, quam criminalis causa terminari debeat.

Vt filij, in parentes delinquentes, parentum arbitrio puniantur.

Cap. LXXVIII.

SI filius in patrem, aut matrem, citra sanguinis effusionem, deliquerit; patris, vel matris arbitrio puniatur, & Senator infligam à patre, vel matre poenam executioni debitæ demandet. poena aureorum quinquaginta de suo salario retinendorum, si contrafecerit imminente.

De pœnis minorum delinquentium. Cap. LXXIX.

SI minor annis decem cũ dimidio aliquod maleficium commiserit, ad poenam aliquam non teneatur, & omnis processus contra eum factus, & condemnatio inde forsan secuta, sit ipso iure nulla. si verò à dicta ætate vsque ad decimumquartum annum inclusiue deliquerit, medietate poenæ, quam alij incurerẽt, ipsi plectantur. Sed si ex delicto capitalis poena infligenda veniret, pecuniariter vsque ad summam trecentorum aureorum puniatur: si verò associatus homicidium ex proposito commiserit, puniatur arbitrio Senatoris, facti & personæ qualitate pensata.

De Patre non grauando pro filio. Cap. LXXX.

SI quis filius etiam emancipatus commiserit aliquod maleficium, siue delictum, non propterea Pater ad aliquid de bonis suis teneatur.

De duplicatione pœnarum ratione loci, & temporis. Cap. LXXXI.

POenæ delictorum in præsenti volumine comminatæ, & impositæ duplicentur contra illos, qui deliquerint in Ecclesiis, vel in vigilia, & festo Assumptionis Beatæ semper Virginis Dei genitricis Mariæ, in vigilia, & die Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi, in die Dominico Palmarum vsque ad Dominicam Resurrectionis Domini inclusiue, in die Ascensionis Domini, & in die Pentecostes in festo Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, vel in Palatijs Senatoris, & Conseruatorum, in platea Capitolij, & cliuo Capitolino, vsque quo se porrigunt scalæ Ecclesiæ Aracæli, à parte Septentrionis: & parte meridiei, vsque ad arcũ Septimij Seueri: item in consilijs secretis, & publicis Romani Populi, in nuptijs, in exequijs, in ludis Testaciæ, & Agonis, & omnibus temporibus de nocte.

De arbitrio Senatoris in pœnis augendis. Cap. LXXXII.

DElicta omnia aggrauentur, si perspicuis indicijs, appareat aliquem occidendi animum habuisse, quod ex armorum genere, & ex qualitate vulnerum, maximè argui potest; quo casu vltra alias poenas statutarias, amputetur manus dextera. Item similiter aggrauentur ad eandem poenam amputationis manus, si à iuuene in senem, qui annum sexagesimum impleuerit, à Plebeio in Nobiles; & si contra graues, & honoratos viros, vel contra Doctores, vel contra *Procuratores*, vel in quacumque dignitate constitutos grauis iniuria inferatur: quibus, & aliis similibus casibus, eadem poena inferatur. In alijs verò offensionibus leuioribus, contra tales personas, & à talibus commissis, liceat excedere, & aggrauare poenas à Statutis limitatas, & illas pro modo, & qualitate facti, & personarum exacerbare, arbitrio Senatoris, & Iudicum omniũ vel maioris partis, simul conuenientium, facto Affectamento. Quod quidem arbitrium, non modo ad pecuniariam poenam, verum etiam ad carceres, & tormenta, & ad Triremes ad tempus, & ad exilium, & fustigationes contra viles homines, vel qui infames, aut criminosi sint, vel consueti delinquere extendatur.

De portione pœnarum, & quod Rei non soluentes luant in corpus. Cap. LXXXIII.

IN omnibus casibus, in quibus pecuniarię poenæ debentur, vel damnatorũ bona publicantur, semper dimidia pars applicetur parti offensę, vel eius hæredibus, si habere voluerint; alioqui Fisco integra remaneat. Præterea in omnibus delictis quarta pars fiat Accusatoris, vel Denunciatoris, quorum diligentia, & sollicitudine delicta eluescunt: quibus etiam Senatoris, & Conseruatorum arbitrio præmium constitui possit. In omni autem casu, quo reus non uult, vel non potest pecuniariam poenam persoluere, luat in corpus, arbitrio Senatoris, & Iudicum; & si quando expediens fuerit, pro bono pacis, Pacerij adhibeantur.

Vt Iudices inquisitiones, & accusationes cœptas prosequantur. Cap. LXXXIV.

SEnator, & Iudices ex actis maleficiorum tempore suorum antecessorum inchoatis & pendentibus, Accusationes, Inquisitiones, & Denunciationes quascumque terminare omninò teneantur, condemnando, vel absoluendo; poena eis, si contrafecerint, vigintiquinque aureorum de eorum salario retinẽdorum imminente.

De officio paceriorum. Cap. LXXXV.

PAcerii duo ad annum iuxta morem eligantur, quibus potestas data est, ac datur, ex eorum officio per bannimenta, seu præcepta poenalia, & alia iuris, &

facti remedia, omnes brigosos, & inter se odia & inimicitias habentes tam Romanos, quam forenses, accedente tamen Domini Gubernatoris almę Vrbis auctoritate) etiam si securitas perpetua, vel ad tempus, data sit ad compromittendum, & compromissum in eos de iure, & de facto cum idoneis fideiussoribus faciēdum cogere, & cogi facere: Inobedientesque, seù cō tumaces carcere, mulctare, & ad quascumque grauissimas poenas condemnare, vel diffidare: seruata tamen constitutione de non cogendis offensis, ante solutam per offensorem poenam; de qua supra, cap. Qui, & quibus casibus petere possint securitatem. Condemnationes etiam, vel diffidationes, quas ipsi fecerint, secuta pace, vel perpetua securitate, ad quamcumque uoluerint etiam paruam summam reducere, vel in totum remittere: & ad dictam compulsionem faciendi compromissum, vbi securitas præstita est, non nisi ad partis cuius interest postulationem deueniatur: alioquin ex officio, etiam nullo petente contra omnes alios ad prædicta procedant; dummodo pars offensa partem poenæ, ad quam offensor condemnatus vel diffidatus fuerit, sponte prius non receperit. Quibus Paceriis parere teneantur omnes Executores, & in eorum declarationibus, arbitrariisque sententiis assistere: & si recusauerint incidant in poenam, quam ipsi Pacerii declarauerint: in quorum arbitrio, & potestate sit, quascumque emendas, vel satisfactiones, etiam in pecuniis (si partem poenæ sibi tangentis offensus sponte non recepisset) præstari facere. Sed si partem poenæ offensus habuerit, alia emenda quo ad vindictam sibi non præstetur: sed si quā damna passus est, vel si expensas in medicando fecerit; ad ea resarcienda, vltra partem poenæ solutæ, offensorem condemnare possint. Ab eiusmodi autē sententiis Paceriorum non liceat appellare, nec reclamare, nec per viam querelæ, nec recursus, nec supplicationis contrauenire: neque possint ipsi Pacerij quouismodo recusari; sed si ex aliqua iusta, & legitima causa, aliquis ex eis suspectus esset, semper Dominus Gubernator Vrbis, seù Vicecamerarius, qui tunc erit, in dicto casu suspicionis, vel si Pacerij inter se discordes sint, tertius sit inter eos, & cū altero non suspecto procedat, & cognoscat, & Pacerii potestate fungatur.

De corrigentibus familiam suam.

Cap. LXXXVI.

QVilibet familiam suam corrigere, & verberare possit, scilicet, pater filiū & ex filio nepotem, frater fratrem, patruus vel auunculus nepotem, & alios familiares, quos retinuerit ad suas expēsas; dūmodo temperate, & modeste, nec super his recipiatur per Senatorem, aut illius Iudices querela.

De corrigenda ignauia inertis iuuentutis.

Cap. LXXXVII.

QVoniam verò plerumque multa facinora committuntur ab iis, qui sine industria, nullamque artem exercentes, cum ignauia vitam ducunt, quique, vt plurimum in aleis, & illicitis ludis, ac barattariis, & nonnumquam etiam in cōmessationibus, & crapulis, aut in meretricationibus, & lenociniis, desidem, & infamem vitam agentes, nihilque communi hominum societati vtilitatis conferentes, quotidie versantur: ad obuiādum huiusmodi occasionibus delictorum, Senator Vrbis, vna cum Conseruatoribus, & Paceriis, vel ipsi Pacerii tantum, per singulos tres menses, dum renouantur, & creantur noui Magistratus Populi Romani, in ingressu eorum officii admonere debeant Capita Regionum Vrbis, vt quisque singula capita hominum tam Romanorum, quàm forensium, in sua regione habitantium recensere debeat, diligenterque explorare de vita, moribus, artibus, & facultatibus, vnde vestes fereas, uel laneas mutent, vnde annulos, & alia pretiosa bona comparent, vnde immoderatos sumptus effundant: & hæc & alia diligenter inuestigent, & exquirant, & si postquam tales inertes deprehendantur, & ter monuti, ad meliorem vitæ frugem se non redegerint, & ad aliquod laudabile exercitium se nō accommodauerint, carcere, exilijs, & aliis mulctis, & pœnis etiam ad Triremes, ipsorum Senatoris Conseruatorum, & Paceriorum arbitrio plectantur, atque damnentur in perpetuum, vel ad tempus, & prout eis magis visum fuerit expedire.

De congregatione Officialium facienda pro obseruantia Constitutionum.

Cap. LXXXVIII.

PRo obseruatione præsentium, & aliarū bonarum, & laudabilium Constitutionum, & pro aliis rebus necessariis ad bonum statum Vrbis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & ipsius Vrbis, & Ciuium tutelā, singulis mensibus, ad minus, fiat semel congregatio per Conseruatores, in qua interueniant omnes, qui in Conciliis secretis interuenire solent. Cessantes verò conuenire, mulctentur in vno ducatu auri vice qualibet; nisi iustam habuerint excusationem, & miserint excusatorem: pro qua pœna statim executio fiat, & si Conseruatores eam exigere neglexerint ipsi teneantur in syndicatu ad duplum, toties quoties exigere negligentes fuerint. Si autem Conseruatores dictam congregationem singulis mensibus facere cessauerint, incidant in poenam decem ducatorum auri vice qualibet, quæ in syndicatu de eorum salario retineatur.

VT

Vt de similibus ad similia procedatur.

Cap. LXXXIX.

IN omnibus etiam casibus, in quibus per præsentes Constitutiones non esset expressa, aut limitata pœna, procedatur de similibus ad similia, & sufficiat in genere similitudinem accipere. Sed vbi omnino casus assimilari non poterint, arbitrio Senatoris, & Iudicum pœna declarentur, vel alterentur, adhibitis Paceriis, si quando expediens fuerit, ad effectum pacis, & concordiæ partium, & ad dissensiones Ciuium sedandas. Hoc autem arbitrium extendatur ad relegationem, & damnationem ad Triremes, necnon & ad sanguinem, carcerationes, tormenta, fustigationes, vel ad exilium perpetuum, vel ad tempus, secundum facti, & delictorum, & personarum qualitatem.

STATVTORVM VRBIS LIBER TERTIVS.

De Studijs liberalibus Vrbis.

Cap. I.

CVM in hac Alma Vrbe ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, & honorem Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, Gymnasiũ cum Prælectoribus, & Magistris, non solum pro ipsius, & circumstantium locorum filiis; verum etiam pro aliis ab omnibus Mundi partibus ad eam confluentibus edocendis; vt omni Diuina humanaque sapientia erudirentur, & illustrarentur, antiquitus summa prouidentia fuerit institutum, & per fel. rec. Bonifacium Papam Octauum Magistri in eo profitentes, & Scholastici variis Priuilegiis exornati: illaque ob succedentium temporum calamitates, & bella fere essent extincta, per sanct. mem. Eugenium Papam Quartum non modo restituta fuerint, sed etiam vini forensis Vectigali adaucto, ipsum Vectigal Romano Pop. postulante, pro Magistrorum inibi proficentium salariis condonatum, ac in Domibus in Regione S. Eustachij, ex pecunia dicti Vectigalis emptis, idem Gymnasium fundatum; & ad extremum à summis Pontificibus Iulio Secundo, Leone Decimo, Pio Quarto, Pio V. & Sanctiss. Domino nostro, Domino Gregorio Decimotertio amplioribus priuilegiis, atque Aedificiis, & Magistrorum numero auctum, ornatum, amplificatumque fuerit: & in eodem omnium liberalium Artium, aliarumque humanarum, & Diuinarum scientiarum, & linguarum peritissimi electi Magistri, singulis pene diei horis profiteantur: sũmopere curandum est, omni studio, & sollicitudine inuigilandum, vt ea omnia in suo vigore, & robore conseruentur. Quamobrem, pro ipsius Gymnasij professorumque, & Scholasticorum conseruatione, & incremento, mandamus, vt Conseruatores pro tempore existentes, nec non dicti Gymnasij, seu studii Reformatores, & alij ad quos pertinet, eadem, & alia quæ in prædictorum, aliorumque summorum Pontificum literis, & priuilegiis continentur, diligenter obseruent, & debitæ executioni demandent: alioqui pœnam viginti quinque aureorum, singuli quoties contrafecerint, incurrant.

De secreto consilio.

Cap. II.

CVm optima quæque Ciuitates Consiliis selectorum Virorum gubernentur, & augeantur, ea propter in rebus dubiis (quarum dispositio ad Romanum Populum pertinet) mature consulendis, infrascriptas Constitutiones seruari mandamus.

In secreto Consilio celebrando interuenire debent Conseruatores, Prior Capitum Regionum, Capita Regionum, Cancellarij, Viarum Magistri, Tre-

Tredecim, & viginti sex Consiliariis à capitibus Regionum electi, Aduocatus, & Procurator Cameræ; necnon & quadraginta Consiliarii additi, ac etiam, qui Conseruatores, & Capita Regionum in proximo precedenti Trimestri extiterunt, Custodes portarum Consilii, Defensores Decretorum, & omnes Deputati ad quascumq; deputationes saltem in numero infra dicendo.

Conseruatores, & Prior pridie quam Consilium congregetur, singulis prænominatis per Mandatarios in scriptis dimissa breui schedula, saltem in manibus Domesticorum, consilium secretum pro sequenti die, & certa hora intimari, & denunciari faciant: quarum denunciationum, Mandatarii ipsi, sub pœna priuationis relationem in scriptis Scribis Senatus facere teneantur, horaque denunciata elapsa, & relatione eorundem Mandatariorum in scriptis per scribas Senatus receptas, & iussu Conseruatorum Consilio clauso, nullus deinceps admittatur: & id quod resolutum fuerit in hoc Consilio (dummodo à sufficienti numero, vt infra dicetur) ad Consilium publicum, & nihil aliud, nec aliter deferatur.

Propositiones per Conseruatores in hoc Cõsilio faciendæ, describantur per alterum ex Scribis Senatus, in libro Consiliorum, quem debeant in Archiuio Palatij Conseruatorum cũ aliis scripturis ad Populum pertinentibus retinere.

Resolutiones in prædicto Consilio faciendæ, post dictas propositiones; similiter in eodem libro per Scribam Senatus describantur, & in consilio publico Conseruatorum nomine legantur.

Factis propositionibus, omnes silentium seruent: nec è Consilio discedant, nisi à Conseruatoribus Consilio dimisso, vel de eorum licentia: quod si quis aliter discesserit, ab omni officio, & emolumentis Pop. Romani per Biennium illico priuatus censeatur.

Nullus propositis quæstionibus respondere audeat nisi ad suggestum, vel alium deputandum locum accesserit, exceptis, qui in Magistratu sunt; quibus ex suis subselliis respondere permittitur: nullusque omnino nouam rem dicere aut proponere possit, sed propositæ tantum quæstioni respondere, & suum iudicium semel tantum proferre, & non amplius; nisi forsan dictum suum corroborare vellet; quo casu iterum & non vltra ei liceat replicare.

Scriba Senatus nomina, & numerũ Consiliariorũ in eodẽ libro scribere, & annotare teneatur & cum decretis, siue solutionibus propositarum quæstionum, numerum simul votorum, per fabas, vel pilulas colligendum, annotare, clare, quot fabæ pro parte affirmatiua, & quot pro parte negatiua in Vrnam repertæ fuerint exprimendo vt inde dignosci possit, si fabarum numerus cũ numero Consiliariorũ conueniat; & si non conueniat, nota iterum recipiantur, vt error omnis excutiatur. & quod à maiori parte Consiliariorum, in numero infradicendo, concluſum fuerit pro valida secreti Consilii resolutione habeatur, exceptis casibus infra reseruatis.

Decreta omnia, siue resolutiones per fabas, vel pilulas in Vrnam secreto coniciendas recipi debeant, & nullatenus viua voce, & aliter recepta vota, & decreta nullius sint roboris, vel momenti, nec scriba Senatus ea annotare debeat. Consilium nullatenus validum esse intelligatur, nec in eo decreta aliquam roboris firmitatem obtineãt nisi in eo interuenerint saltem Triginta ex Consiliariis prænominatis, inter quos omnino esse debeant duo ex Conseruatoribus, & septem ex Capitibus Regionum; & quod à maiori parte præsentium concluſum fuerit, pro valida secreti consilij sententia habeatur, & ad consilium publicum deferri possit. Quòd si Consilium vocatum prima vice, ex defectu numeri Capitum Regionum fieri non possit, vocetur pro secunda vice cum expressione causæ, quod ex quo prima vice congregatum non fuit, vocatur pro secunda, in quo secundo Consilio sufficiat interuenisse Priorem, & saltem Tres ex Capitibus Regionum cum aliis Consiliariis vsque ad numerum Triginta supra definitum. Sed si tractari contingat de Donationibus, Pignorationibus Hypothecis, aut Alienationibus aliis bonorum Romani Populi, tam mobilium, quam immobilium, iurium; & actionum, constitutione prouisionum, aut oneribus, vel aliis quibuscumq; grauioribus negotiis: tunc, & quolibet casuum prædictorum non intelligatur consilium validũ nec decreta in eo facta quoquo modo viribus subsistant, aut robur habeant, nisi ad minus in eo Consilio Quadraginta Consiliarij, computatis duobus Conseruatoribus, & septem Capitibus Regionũ interuenerint; & duę tertiæ partes ipsorum Quadraginta in eodem voto concurrant.

Qui se excusare volent ante clausum Consiliũ excusatorem mittere teneantur, nec ex aliã quã rationabili causa, excusatio admittatur.

In secreto Consilio negotia omnia Romani Populi terminari possint, exceptis iis, quæ ad publicum Consilium deferri debent, ac reseruatis supra expressis de alienationibus, & reliquis quibus certa alia forma præscripta est.

Secretum autem Consilium singulis diebus Martis, non feriatis, primæ, & tertiæ hebdomadæ cuiuslibet Mensis haberi debeat.

Consiliarij huius secreti Consilij, in eorum officij initio in manibus Conseruatorum iurent ad Consilium venire, votumque eorum dare bona fide, & iuxta animi sui iudicium, remota amore, odio, prece, & pretio, prout honori, & commodo Romani Populi crediderint expedire; vocati per campanam ad Consilium accedere, & de Consiliorum non nisi dimissi discedere.

De publico Consilio.

Cap. III.

PVblicum Consilium saltem semel in Initio cuiuslibet Mensis congregetur, necnon & quoties secretum Consilium decernet, aut aliter necessarium fuerit, vel opportunum, in quo Senator, & omnes Romani ciues, tam origine, quam ex priuilegio, maio-

maiores tamen annis Viginti, valeant, interuenire, & suum suffragium, seu votum afferre, in eoque factis, siue lectis nomine Conseruatorum propositionibus, maturè quæstiones rerum ad Populum Romanum pertinentium examinentur, & discutiantur: præsertim verò, vbi de Donationibus, Pignorationibus seu Hypothecis, & alijs in præcedenti capite de secreto consilio expressis, tractaretur, & de omnibus alijs negotijs, quæ ad publicum Consilium à secreto fuerint remissa, seu aliàs ex forma præsentium Statutorum, vel aliorum Decretorum in publico Consilio terminanda venirent.

Pridie quam Consilium celebretur, vocentur ex ordine Magistratus, per Mandatarios pro certa hora Senator, & ciues prædicti, & alij, qui interuenire possunt; cuius deinde vocationis relatio per Mandatarios Scribis Senatus, dari debeat, campanaque per horam, ante præfixam Consilij horam pulsetur.

In primo publico Consilio congregando post creationem cuiusque noui Magistratus, Cameræ Vrbis Procurator ex officio teneatur denunciare adesse tempus Syndicatus, & deinde coram Syndicis, querelas etiam de omissis à Magistratu proximè functis dare, & illas, ac ab alijs porrectas, vsque ad sententiam inclusiuè prosequi: quòd si Procurator ipse in hoc defecerit, Defensores Decretorum, & ipsorum quilibet teneatur Cameræ Procuratorem accusare, & curare, vt ipse insimul cum delinquentibus Magistratu functis, puniatur.

Qui priuati querelam contra Magistratu functos, in publico Consilio proponere volent, Querelas in scriptis sua propria manu subscriptas, vel saltem tunc per Scribam Senatus scriptas, & sua manu subscriptas dare in manibus Scribæ Senatus teneantur, & non aliàs, nec aliter, ad accusandum admittantur, aut accusantes audiantur: Scituri, quòd si contenta in accusatione non probauerint, ipsi eadem poena plectentur, qua accusatus puniri deberet, si obiecti criminis reus deprehensus esset.

Cum in publicis Consilijs, Conseruatoribus Consilium plenum esse visum fuerit, per Scribam Senatus silentiũ indicant, quo indicto propositiones, & resolutiones in secreto Consilio factæ per eos, seu ipsorum nomine per Scribã Senatus legantur, quibus ex ordine per astantes respondeatur.

Nullus quæstioni propositæ respondere possit, nisi accedat ad suggestum, vel locum aliunde deputandum, exceptis in Magistratu constitutis, quibus ex proprijs subsellijs liceat respondere.

Non liceat alicui in publicis consilijs, nouum quid proponere, aut afferre, aut quicquam aliud loqui, quàm propositæ quæstioni respondere, & semel tantũ pro qualibet propositione, nisi forte sententiam suã rationibus comprobare vellet; quo casu liceat ei iterum tantum, & non amplius replicare.

Si quis autẽ putet habere aliquid auribus Populi dignum, id Conseruatoribus significet, à quibus si non auditur, ad secretum Consilium deferat, vt inde si videbitur, ad publicum deferri possit.

Liceat tamen cuilibet in fine Consilij (propositionibus tam factis, & conclusis) Magistratum delinquentem, seruata forma supradicta denuncia, deque rebus ad Annonã spectantibus Populo referre, & Conseruatores ei spatium proponendi in dicto Consilio concedant.

Omnium Conclusionum, & Decretorum, quæ in dicto Consilio fient, alter ex Scribis Senatus rogari debeat, & illa in libro Consiliorum in Archiuio retinendo, cum numeri votorum annotatione describat, vt supra de secreto dictum est.

Sententiæ, & vota nullatenus viua voce, sed per fabas, seu pilulas in vrnam secreto coniectas, recipiantur, & dentur: & si qua viua voce fient, nullius sint roboris, vel momenti; liceatque cuilibet de Populo illis cõtraire, & se opponere, & in omnem euentum Scriba Senatus Conclusiones, & Decreta huiusmodi annotare non debeat.

Quatuor viri nobiles quotannis per publicum Consiliũ eligantur, qui Defensores Decretorum appellentur, & esse debeant; quorum etiam erit officium cum publicum Cõsilium indictum fuerit, foribus aulæ Consilij assistere, diligenterque animaduertere, ne alij, quàm qui Consilio interesse possunt, aulam ingrediantur, atque vt cum primum Consilium coeptum erit, portæ per eos claudantur, vt etiam nullus ex Consilio exire valeat, nisi Consilio a Conseruatoribus dimisso.

Nulli cuiuscunq; præeminentiæ, aut dignitatis, etiam in quouis Magistratu, & gradu constituto, arma ad offendendũ apta, liceat in Consiliis tam secretis, quam publicis deferre: qui secus fecerit, arma amittat, & per Triennium continuum voto in consilijs careat, & ad obtinẽda officia Romani Populi inhabilis existat.

Vt in eisdem publicis Consilijs non alij, quam prædicti suffragia præbeant, singuli ex Capitibus Regionum in anni initio, adhibitis quatuor Nobilibus illius Regionis, ab ipsa Regione eligendis, Regionis suę ciues tam origine, quam priuilegio, qui annis viginti maiores sint in notam sumat, quorum nomina describi debeant per Scribas Senatus in libro vno, in Archiuio Palatij Conseruatorum seruando, qui liber diebus publicis Consilij, Custodibus Decretorum, & Portæ tradatur, vt eos tantum intromittant, qui in eodem libro descripti erunt: Qui cumprimum intromissi fuerint Scribam Senatus adire debeant, & illi nomen suum describendum edere, ad hoc, vt consulentium notitia haberi possit.

Descriptiones autẽ prædictę annis singulis renouari debeant per Capita Regionũ, qui in anni initio creantur.

Si quando in publicis Consiliis tractari contingat de Alienationibus, & similibus supra in capite de secreto consilio contentis, mandandis votis per fabas, vt dictum est, nomi-

natim singuli, qui nomen suum Scribis Senatus in ingressu ediderunt, eo ordine, quo descripti sunt, vocari debeant; nec ali, quàm descripti ad votum perhibendum admittantur. Et idem seruetur in omnibus alijs resolutionibus in eisdem publicis consilijs recipiendis, quæ similiter per Bussulam, & fabas vocatis singulariter singulis fieri debeant.

De alijs Constitutionibus officium Conseruatorum concernentibus.

Cap. IV.

CONseruatores vltra ea, quæ ad officium eorum spectare dictum est supra libro primo capite xv. in mutandis, puniendisque Artificum delictis (quæ Inuentiones appellantur) Edicta, seu Bannimenta emanata diligenter custodire teneantur, nec aliter poenas in prædictis Edictis contentas, quàm in publica Audientia, & duobus saltem subscribentibus, moderari possint. Qui contrafecerint, de suo tantumdem Cameræ Vrbis soluere teneantur, & inuentori delicti, quem Extraordinarium vocant, de sua portione satisfacere, & poenam ducatorum auri quinquaginta, vice qualibet, incurrant, saluis infra dicendis.

Terras, & oppida Romano Populo subiectas visitare non possint, nisi id ex necessaria, & vrgenti causa, expressè per secretum, & successiuè per publicum Consilium illis demandatum, sit: & tunc cum interuentu duorum, ex Capitibus Regionum, & duorum aliorum Nobilium in dicto publico Consilio eligendorum, cum quorum interuentu, voto, & subscriptione, seu maioris partis eorum; & non aliàs, omnia occurrentia negotia illius oppidi, siue terræ, in qua moram trahent, tunc expedire possint, & à muneribus quibuscumque etiam à sponte dantibus omninò abstineant, & à Communitatibus oppidorum eorumdem, victus expensas vltra triduum recipere non possint.

Teneantur quoque secum ducere Cameræ Vrbis Procuratorem, & Secretarium Conseruatorum, loco Notarij, qui & ipsi seruare debeant, quæ in Constitutionibus eorũ officium concernentibus infra dicentur.

Quòd si contenta in his proximis Capitulis non seruauerint, vel in eorum aliquo contrauenerint, teneantur ipsi Conseruatores Communitatibus Terrarum, & Oppidorum prædictorum omnes expensas, omniaque damna per eas causa dictæ visitationis factas, & passa, & Populo omnes pecunias, quæ ex causa huiusmodi Officialibus prædictis soluta, & erogata fuerint, restituere, & refarcire; & pœnam aureorum quinquaginta incurrant.

Patentes litteras Officij, Rectoribus, siue Potestatibus Terrarum, & Oppidorum Romani Populi, pro tempore eligendis, dare, aut concedere non debeant, nisi illi prius cum fideiussoribus penes acta Notarij Conseruatorum, idoneè cauerint de stando, & parendo Syndicatui, iuxta formam iuris, & Statutorum: quòd si contrafecerint, Conseruatores ipsi ad eorum illud, ad quod Rectores, seu Potestates prædicti in eorum Syndicatu fuerint condemnati, de suo proprio teneantur, & vlterius poenam quinquaginta aureorum incurrant.

Non possint pro eorum proprio, & particulari vsu de quauis pecuniarum quantitate ad Romanum Populum, vel ad Palatium Capitolii spectante, quoquo modo disponere: qui contrafecerit, duplum pro poena soluere, & accepta restituere cogatur.

Nec possint debitoribus Populi ad soluendum aliquam dilationem concedere:

Neque etiam aliquibus conductoribus officiorum eiusdem Populi aliquas remissiones, seu aliquam defalcationem concedere sine expresso secreti, & publici Consilii voto, & ordine: alioqui de suo, Populo teneantur.

Teneantur saltem per vnum ex eis assiduè à mane ad vesperam, in eorum Palatio residere: & si secus fecerint augumẽtum salarii eis super gabella Studii assignatum, amittant; & qui resederit, sigilla retinere debeat, etiam si suus Mensis non esset.

Non liceat eis publicè per Ciuitatem ad aliquem locum, nisi omnes insimul ire, & præcedentibus eorum familiaribus, siue Fidelibus cum baculis, seu mazzijs, nisi forte vnus ad domum alterius, vel ad Palatium Capitolii accederet: quibus casibus soli, non tamen absque Fidelibus cum mazzijs precedentibus incedere possint.

Quòd si contingat aliquem ex Conseruatoribus esse Aduocatum, vel causarum Patronum, siue Medicum, debeat officio durante à suo exercitio publicè abstinere.

Si quis autem ex eis, dum insimul ire debent, aliqua legitima causa fuerit impeditus, fideles suos ad associandos alios mittere teneatur: Qui in aliquo prædictorum casuum defecerit, poenam aureorum decem, vice qualibet, incurrat.

Vbi Conseruatorum assensus, aut beneplacitum requiritur, vel reseruatur, non possint ipsi Conseruatores assensum, seu consensum præstare absque expressa voluntate secreti, & successiuè publici Consilii: alias poenam aureorum quinquaginta incurrant, & nihilominus consensus per eos præstitus nullius sit roboris, vel momenti; & huic Constitutioni per aliquod aliud decretum derogari non possit.

Debeant ad Procuratoris Cameræ, seu quatuor Defensorum Decretorum, seu alterius eorum, vel etiam cuiuslibet alterius personæ denunciationem, omnes transgressores decretorum, & mandatorum Populi, iuxta formam ipsorum mandatorum, & decretorum

torum, si eis de transgressione constiterit, mulctare, & multas exigere; & si cessauerint, eaidem de suo etiam in Syndicatu soluere teneantur.

Consiliis tam publicis, quàm secretis indesinenter interfint, & si absque rationabili causa, ante clausum Consilium venire cessauerint, pœnam aureorum quinque singuli, vice qualibet, incurrant.

Proponant, seu per Scribam Senatus proponi faciant in publicis Consiliis totum illud, quod in secretis Consiliis, aut Congregationibus proponendum esse decretum fuerit: alioqui poenam aureorum decem, vice qualibet, incurrant.

Caueant autem ne describi mandent per Scribam Senatus aliquod Decretum Populo contrarium, neve aliquas litteras missiuas, vel patentes, aut alias scripturas per Secretarium ipsorum scriptas, aut subscriptas Decretis, aut Statutis contrarias, subscribant: aut expediri permittant, nec etiam per Scriptorem ipsorum Conseruatorum aliquod mandatum de soluendo, vel quid aliud faciendo contra Decreta, & Constitutiones factum, approbent: aut Populi Romani Sigillo imprimant. neque Depositariis mandent, vt pecunias in alium, quàm in destinatum vsum, & secundum formam Decretorum persoluant: alioqui in quolibet casuum prædictorum poenam aureorum centum incurrant, & de suo, damnum Populo emendent, & de his in Syndicatu condemnari debeant.

Computa Depositarii Palatii ipsorum Conseruatorum, teneantur omninò intra octo dies ad summum, à die adepti officii, & deinde quorumcumque Depositariorum semel in eorum Trimestri, adhibitis etiam ad computa Deputatis, reuidere, & solidare: alioquin poenam prædictam incurrant.

Inuentarium omnium, & singulorum bonorum mobilium Palatii intra dies viginti ad summum à die adepti Magistratus fieri facere, & bona ipsa recensere, collato etiam veteri cum nouo inuentario teneantur, & curare, vt vetera resarciantur, & quæ deficiunt, restituantur, aut de eorum pretio satisfiat, ab his, quorum culpa amissa, vel male consumpta fuerint: alioquin ad restitutionem, & emendationem de suo proprio teneantur, & in quolibet contrauentionis casu, poena aureorum decem singuli multentur.

Pro Statutorum obseruatione singulis mensibus Officiales conuocare faciant, & curent, vt in secundo libro dictum est; alioqui sciant se poenam ibi descriptam incursos.

Si ex eorum, aut alicuius ipsorum ordine, aut mandato, bona aliqua mobilia Palatii, alicui accommodata, amissa, aut deteriorata sint, is, qui mandauit rei pretium, & damni emendationem absque exceptione teneatur.

Librum, seu libros rerum pertinentium ad Populum, qui in Archiuio Palatii conseruari debeant, nemo ex eis extra Palatium ferre, aut habere possit; sed si quid eis videre corrigerit, aut placuerit, id in Palatio liceat: qui contrafecerit poenam viginti quinque aureorum, vice qualibet, incurrat, & omne damnum, quod exinde contigerit, emendare teneatur.

Mandata de soluendo quascumque pecuniarum quantitates quibusuis Depositariis directa, non ante subscribant, aut in eis Sigillum apponi permittant, quàm à generali Antigrapheo (quem Rincontrum appellant) subscripta fuerint: alioqui de suo Populo solutum restituere teneantur, & poenam aureorum decẽ vice qualibet incurrant.

Schedulas, siue Mandata gratiæ, vel licentiæ extrahendi ab Vrbe, non aliter concedere, aut subscribere possint; quàm si fuerint, ab eorum Notario subscripta, & in omnem euentum gratis.

Idemque de licentiis extrahendi pilosa Coria, quando pro vsu Ciuitatis necessaria non fuerint, dictum intelligatur, vt gratis omninò concedantur: alioqui poenam aureorum decem, vice qualibet in singulis casibus prædictis incurrant.

In solemnitatibus quando Magistratus ad Ecclesias statutis diebus, cum solitis oblationibus accedit, omnes interesse teneantur, & cessans sine rationabili causa, emolumenta amittat, & poenam aureorum duorum, vice qualibet incurrat.

Teneantur quoque eo die, quo Successores in Officii possessionem inducunt, præsentia, & sequentia Capitula, & aliud, quod est in libro primo præsentium Statutorum eorum officia concernentia, per alterum ex Scribis Senatus legi facere: alioqui poenam aureorum decem incurrant.

Per hæc autem, & sequentia Capitula, iurisdictio, & auctoritas Conseruatorum, & Capitum Regionum, de quibus dicetur, tam in conferendis Officiis, quàm in iis, quæ in primo libro de eorum iurisdictione continentur, & in quacumque facultate sibi ab aliis Statutis, vel Priuilegiis tradita sunt, nullatenus derogatum esse censeatur.

In puniendis autem Artificum, & negotiatorum delictis, hæc quæ sequuntur diligenter attendant.

De Furnariorum Delictis.

Cap. V.

FVrnariis, siue Pistoribus, si panem minoris ponderis confecerint, quàm per edicta, vel constitutiones fuerit, præfinitum, si deerit vncia dimidia in singulis bolonenis, & hic panis sit supra quantitatem bolonenorum viginti, ipsi Conseruatores poenam scuti vnius; si supra bolonenos quinquaginta, scutorum duorum; si in nota vnius furni coctura, scutorum quinque; plus minus in quolibet casuum prædictorum eorum arbitrio, facti, & personarum qualitate pensata,

irrogare teneantur. Si deerit vncia vna in singulis bolonenis vsque ad summam bolonenorum viginti, panem amissum declarent, & pœnam irrogent scutorum decem, reseruato ipsorum arbitrio, si fortè diceretur panem vehementia nimis coctum, aut exiccatum esse: Si verò vltra vnciam in singulis bolonenis vsque ad numerum viginti, defecerit, panem pariter amissum declarent, & ad soluenda scuta vigintiquinque irremissibiliter eos condemnent, vel per Vrbem virgis cædi, vel tribus funis ictibus, eorum arbitrio, plecti mandent.

De Macellariorum delictis.

Cap. VI.

MAcellarijs, siue Lanijs carnes morticinas in eorum ordinarijs macellis vendentibus, ijdem Conseruatores, pœnam vigintiquinque aureorum, vice qualibet, irrogent; aut eos tribus funis ictibus publicè plecti, vel per Vrbem fustigari mandent ad eorum electionem; alteram tamen istarum pœnarum condonare non possint. Idemque per omnia seruetur, si carnes agnorum, vel ouium pro veruecinis, vendere comperti fuerint. Quòd si carnes compasterium vitularum, pro carnibus vitularum tectarum, quas Munganas appellant, vendidisse constiterit, eosdem pœna aureorum decem, plus, minus ipsorum arbitrio, vice qualibet, multare debeant.

Si supra, vel vltra præfinitum pretium carnes vendiderint, in pœnam aureorum decem, plus, minus, eorum arbitrio, condemnent.

Si in pondere vnius, aut duarum librarum, deerit vncia vna; vel si in pondere trium, aut quatuor librarum, deerunt vnciæ duæ; aut si in pondere quinque, aut sex librarum, deerunt vnciæ tres; vel si in pondere septem, octo, nouem, aut decem librarum, deerunt vnciæ quatuor; soluant, vice qualibet, in quolibet casuum prædictorum, scuta quinque. Si verò in quolibet ex ponderibus prędictis deerit minus vncijs supra definitis; id omninò impunè non sit; sed Conseruatorum arbitrio multentur.

Sed si, in quocumque pondere maiore librarum decem, plus dictis vncijs quatuor deerit; soluant vltra scuta quinque, scuta duo pro qualibet vncia, quæ vltra dictas quatuor, deesse reperietur.

Si vltra vnciam vnam, in singulis libris, in quouis pondere defecerit; in pœnam aureorum vigintiquinque irremissibiliter, vice qualibet, condemnent; vel tribus funis ictibus plecti faciant, vel virgis per Vrbem cædi eorum arbitrio mandent; dum tamen vna ex his pœnis omninò plectantur.

Si animalium capita, tibias à genu infra, cor, iecur, pulmonem, aut splenem ad pondus vendiderint; in pœnam aureorum decem, vice qualibet, plus, minus ipsorum arbitrio, eos incidisse declarent.

Si carnes in frusta concisas, in quocumque membro, & parte, emptor elegerit, etiam si peteret emptor ex integra quarta parte animalis, nouum frustum secari (dummodo hoc casu non minorem quantitatem, quam librarum quindecim ex maioribus animalibus postulet) vendere, vel incidere recusent, pœnam aureorum decem, vice qualibet, ab eis solui mandent.

Si in Lucanicis confarciendis, cum carnibus porcinis alias carnes immiscuerint, pœna aureorum viginti quinque eos multent, vel vt tribus funis ictibus torqueantur, aut per Vrbem fustigentur eorum arbitrio mandent.

Si carnes vnam ab alia, euidentissimis asserulis inuicem separatas, cum tabellis, in quibus carnium nomina inscripta, Maiusculis litteris appareant, supra quamlibet carnium speciem, non retinuerint, pœnam aureorum decem, vice qualibet, irremissibiliter eos incurrisse declarent.

Si die Iouis, (excepta illa maioris hebdomadę) Animalia ante meridiem, vel horam eis per eorum Consules assignandam, & absque ipsorum licentia in foro solito emerint, vel sine rationabili causa carnes diebus ordinariis in eorum macellis non habuerint pœnam arbitrio eorum imponendam taxent, & exigi mandent.

De Salsamentariorum, seu Pizzicarolorum Delictis.

Cap. VII.

SAlsamentarijs (quos Pizzicarolos appellant) non liceat ante festum Natalis Domini, Porcinas carnes salire; & si contrafecerint, carnes (etiam si de licentia Conseruatorum, aut alterius eorum id eos fecisse constiterit) irremissibiliter amittant, & pœnam aureorum vigintiquinque vice qualibet, incurrant. Eo excepto, quòd possint Conseruatores (si quando glandium esset penuria) per decem, aut quindecim dies, ad summum, & non vltra, ante tempus supra præfinitum, licentiam salituræ concedere.

Si in ponderibus rerum ab eis venditarum vncia vna, aut minus in singulis libris deerit, poena taxata de Macellariorum delictis in omnibus, prout iacet, imponatur, si vltra vnciam vnam in singulis libris, in quouis pondere defecerit, poena aureorum vigintiquinque ab eis irremissibiliter exigatur, aut publicè tribus funis ictibus torqueantur, aut per Vrbem fustigentur, Conseruatorum arbitrio.

Sed si vltra taxatum pretium, aut rem pro re mentiendo vendiderint, pœnam aureorum decem incurrant, plus, minus Conseruatorum arbitrio facti, & personarum qualitate pensatis.

Et in

Et in omnibus alijs casibus in huiusmodi edictis contentis, etiam hic non expressis, alterandi, & mouendi pœnas, facti, & personarum qualitate pensatis, liberum habeant arbitrium circa Furnarios, Macellarios, & Salsamentarios supradictos.

De alijs Constitutionibus Officium Capitum Regionum concernentibus.

Cap. IX.

CApita Regionum vltra eis in primo libro capite xviij. iniunctum officium in omnibus Consilijs tam secretis, quàm publicis, vestibus Magistratum decentibus induti, omninò interuenire teneantur, & silentium, quod cæteris Consiliarijs est indictum seruare; cessantes autem venire nisi ex rationabili causa excusentur, excusatore etiam ante clausum Consilium misso, in pœnam aurei vnius vice qualibet incurrant, qui aureus venientibus, & præsentibus accrescat, & sic per Priorem tempore solutionis salarij retineri, & distribui debeat, aliàs ipse de suo teneatur.

Initio cuiusque Anni, qui Capita Regionum tunc fuerint, nomina omnium Ciuium qui publicis Consilijs interesse possint, vt supra hoc ipso libro cap. iij. de publico Consilio constitutum est, intra quindecim dies adnotare, & Scribis *Senatus* tradere sub pœna aurei vnius pro singulis diebus, quibus id facere cessauerint, teneantur.

Habeant omninò præfinitum Comitum stabilium, siue Comestabilium numerum, videlicet Capita Regionis Montium, Columnæ, Pontis, & Transtiberim, triginta singuli, reliquarum verò Regionum viginti pro qualibet Regione, qui in totum sint trecenti: qui contrafecerint, pœnam aurei vnius pro singulis Comestabilibus, qui defecerint, incurrant.

Comestabiles præfati singulis annis, & in principio anni à suis Capitibus Regionum creentur, aut confirmentur, qui anno durante à sequentibus in officio Capitibus Regionum, (nisi demeruerint) mutari, aut priuari non possint. Eligantur autem illi, qui sunt habitatores eiusdem Regionis, & non alij: & si sunt artifices, debeant esse patres familias, ideſt capita apothecarum, & non famuli, aut operarij, inter quos etiam illius Regionis Mandatarius esse possit. Qui quidem Comestabiles per Mandatarios vocati, in obsequijs debitis, & consueris præsto sint, & suis Capitibus Regionum assistant; alioqui, & emolumentis careant, & priuari possint: quòd si Mandatarii requisiti à Capitibus Regionum, eos conuocare cessauerint, ad Conseruatores deferatur, qui eos impunè abire non sinant.

Comestabilium Capita (Capitani appellati) hoc modo eligantur, singularum Regionum Comestabiles, postquam creati, aut confirmati anni initio fuerint, in vnum, singuli in sua Regione collecti, tres ipsorum idoneos eligant, quos suo Capiti Regionis præsentet, qui vnum ex tribus eligat, & ille eo anno ipsorum Caput existat.

Prior Capitum Regionum salaria Comestabilium singulis Capitauris cum mandato, seu schedula sui Capitis Regionis, & non alijs persoluat; aliàs de suo iterum soluere debeat.

Emolumenta Cereæ, & Piperis, quæ Comestabilibus pro associatione Magistratus in solitis Festiuitatibus dari consueuerunt, in *Palatio* Conseruatorum, & in Magistratus reditu, & non ante, Capitauris præsentibus, & pro interessentibus, & qui Magistratum associauerint, & non pro alijs distribuantur: portio autem deficientium, illico Camerario Comestabilium assignetur pro maritandis Puellis, iuxta formam capitulorum, ac ordinationum ipsorum Comestabilium per Populum Romanum confirmatorum.

Nomina Comestabilium Anni initio, & intra dies quatuor ad summum, singuli ex Capitibus Regionum in scriptis Scribis Senatus edere debeant, qui nomina eorum omnium in libro vno in Archiuio Palatij Conseruatorum seruando, describere teneantur: quod si Capita Regionum id facere neglexerint, pœnam etiam aurei vnius, die qualibet, qua eorum quilibet cessauerit, incurrant.

Similiter & alia Capita Regionum in cuiuslibet sequentis Trimestris initio eorumdem Comestabilium nomina prædictis Scribis *Senatus* tradere debeant sub pœna prædicta.

Prior Capitum Regionum hac seruata forma creari debeat: Qua die Magistratum adipiscuntur, Missa in Ecclesia Beatæ Mariæ da Ara Cæli celebrata, singuli Regionum Capita in manibus Sacerdotis iurent in electione Prioris votum suum dare purum, & liberum, iuxta cuiusque conscientiam, & iudicium, pro honore, & vtilitate publica, omni amore, odio, prece, pretio, timore, vel persuasione cuiusuis personæ remotis, & omninò cessantibus.

Electo autem Priore; Capitula hæc officium Capitum Regionum concernentia, ante quam ex loco discedat, ipsis Capitibus Regionum per Scribam *Senatus* legantur, vt de eorum officio plenius informentur.

De Officio Scribarum Senatus.

Cap. XIIII.

AD officium *Scribarum Senatus* spectat quascumque diffidationes, & reatfidationes, quæ tam pro causis ciuilibus, quàm criminalibus fiunt, publicè legere, Priuilegia eorum, qui Ciues Romani à Magistratu, vel *Populo* creantur, & in ciues assumuntur, notare, & publicare. De quibuscumque negotijs, quæ in secretis, vel publicis

Consilijs decernuntur se rogare, & expedire, & cum opus fuerit, illa publicare, & alia facere, quæ in dictis Consilijs ad eorum officium pertinent, & in sequentibus quoque Capitulis continentur.

Nullus ad exercendum officium Scribæ Senatus in futurum admittatur, qui ciuis originarius non sit, & in Vrbe natus, ex parte ciue originario, vel qui antea per annos quinquaginta fuerit in ciuem ascitus, & nihilominus sit persona legalis, & idonea, & omnino dictum officium per se ipsum, & nullatenus per substitutum exerceat. Vnusque ex eis, qui duo sunt, omnino in Consilijs secretis, & publicis interuenire debeat, & si defecerit (nisi iusta causa fuerit impeditus, & excusatorem miserit) pœnam duorum aureorum vice qualibet incurrat. Qui verò ex eis in eisdem Consilijs interuenerit, curare teneatur, vt Decreta in illis facta à Conseruatoribus subscribantur.

Singulis diebus vnus ex eis, si à Magistratu requisitus fuerit, coram Conseruatoribus se in eorum Palatio præsenter, nec nisi licentiatus recedat: alioqui pœna dimidij aurei mulctetur.

Decreta omnia, quæ pro tempore in Consilijs tàm secretis, quàm publicis fient in libro vno magno benè compacto, & aptè composito describere, & adnotare teneantur, quem librum in Archiuio Palatij Conseruatorum insimul cum alijs libris, & scripturis ad dictum officium pertinentibus retinere debeant: alias, quoties contrafecerint, pœnam aurei vnius incurrant.

Alium quoque librum in dicto Archiuio habere debeant, in quo sint per eos adscripta nomina Comestabilium, & Capitaurorum singularum Regionum, quæ sibi à Capitibus Regionum tradentur, vt supra dictum est; alias vice qualibet vnius aurei pœna mulctetur.

Item & alium similem librum, in quo nomina omnium tàm origine, quàm priuilegio Ciuium describant, qui in consilijs interuenire possint, quæ à Capitibus Regionum Scribis Senatus supra edenda præcepimus; alias puniantur, vt supra.

Non debeant, nec possint dictos libros à dicto Archiuio amouere, aut asportare, neque illos conseruatoribus, aut cuiuis Magistratui extra Palatium commodare, nisi forte ex vrgenti aliqua necessitate: & tunc mediante schedula ipsorum Conseruatorum, quàm pariter in dicto Archiuio vsque ad restitutionem conseruare debeant; si contrafecerint, pœna aureorum decem vice qualibet mulctentur.

De alijs ad officium Procuratoris Cameræ pertinentibus.

Cap. X.

CAmeræ Vrbis, & Romani Populi Procurator præter ea, quæ illi iniuncta sunt libro primo Capite xviiij. singulis diebus iuridicis, nisi ratione sui officij fuerit impeditus, se coram Conseruatoribus præsentare teneatur, & inde non nisi licentiatus recedat: si contrafecerit, pœnam aurei vnius vice qualibet incurrat.

Teneantur etiam, debita cum instantia à Conseruatoribus; & præsertim in publicis Consilijs petere, vt ipsi mandent à transgressoribus statutorum, & decretorum *Populi* pœnas incursas exigi; contra quos & ipse iudicialiter vsque ad exactionem procedere debeat. Quòd si sua culpa defecerit, easdem pœnas de suo persoluat.

In primo publico Consilio, quod fieri debere initio cuiusque Magistratus, supra, decretum est, denuntiare teneatur adesse tempus syndicatus, & deinde coram Syndicis querelas, etiam de omissis à Magistratu proximè functis dare, & illas, ac ab alijs porrectas vsque ad sententiam inclusiuè prosequi, & curare, vt postquàm de delicto constiterit, pœnæ, quas illi incurrerint, intra decem dies ab eis exigantur: si verò cessauerit pœnam aureorum decem incurrat.

Debeat & summoperè curare, vt debitores *Populi* debitam summam persoluant; & nomina debitorum à Ratiocinatore, siue Computista perquirere, & non soluentes debitores, ad soluendum vrgere; & de sua diligentia in publico Consilio protestari; ac etiam curare, vt condemnentur, & contra eos mandata executiua relaxentur, & debitæ executioni mandentur: quòd si defecerit, pœnam prædictam incurrat, & damnum Populo refarciat.

Si Conseruatores, intra illis præfinitum tempus, Depositarij computa reuidere, & solidare cessauerint, aut in reuisione, & confectione Inuentarij bonorum mobilium *Palatij* defecerint, contra Conseruatores, & officiales protestari teneatur; & post reuisionem inuentarij, curet vt bona, quæ in inuentario defecerint, emendentur; alias puniatur: vt supra.

Pro subscriptione quorumcumque Mandatorum, de relaxando quoscumque carceratos, nihil omnino accipiat: si quid acceperit; vice qualibet, aureorum decem pœna mulctetur, & parti duplum restituere teneatur.

De Officio Gabellarij maioris, & illius Notarij, & de eius Extraordinarijs.

Cap. XI.

GAbellarius maior omnia, quæ ex instituto ad eius officium spectant, diligenter custodire, ac iustè, & inuiolabiliter exequi, & obseruare debeat; & insuper hæc quoque facere teneatur.

Omnia, quæ à Perquisitoribus fraudum, qui Extraordinarij appellantur, ab eo deputatis, vt fraudata, seu vt quæ inciderint in commissum, capta fuerint, si constiterit non esse talia, gratis, & absque aliqua solutione liberè, & illico, Domino rerum ipsarum restitui faciat, alioqui ad damna, & interesse teneatur.

Compositiones pœnarum, & illarum exactiones, quæ inter ipsum Gabellarium, & eius extraor-

traordinarios, pro rata eos tangente, diuidi debent, non aliter per ipsum Gabellarium fiant, quàm palàm, & bona fide, ac in eorũ tribunali, & Notario assistêre officij, cui Notario pecuniæ ex ipsa compositione, vel exactione prouenientes, illico consignentur, & eas Notarius ipse eodem instanti, in libro ad id aptè composito adnotare teneatur; & in fine cuiuslibet mensis, ratã suã vnicuique participanti consignet, & de solutis quietantiã in ipso libro describendam, recipiet. Qui contrafecerit, poenam infradicendam incurrat.

Omnia, & singula quantumuis minima, quæ in fraudem vectigalis, siue Gabellæ, in commissum incidisse deprehensa fuerint, ad Dohanas, quibus illius rei vectigal soluendũ erat, quàm primũ deferantur, & postquam declaratũ fuerit, illa in commissũ incidisse, nisi retusio, siue recursus pendeat, ibidem diuidi debeant. Qui ex prædictis contrafecerit, poenam infra dicendam incurrat.

Extraordinarij, siue Perquisitores fraudum, sint, & esse debeant personæ honestæ conditionis, & famæ, & nullatenus iuris, vel facti infamia notati.

Ipsi vero Extraordinarii librum singuli habere debeant, à Notario etiam per chartarum numerum authenticatum, in quo seriatim omnes fraudes, quas inuenerint, statim, & incontinenti adnotare teneantur: & vt omnis fraudis occasio tolleret, in fine cuiuslibet mensis, ipse Gabellarius, simul cum Depositario libri ipsius notas, cum denunciationibus in actis Notarij factis, conferre debeat. Qui verò in præmissis, vel eorum aliquo defecerit, poenam aureorum viginti quinque, vice qualibet, incurrat, quorum pars tertia Accusatori, etiam si esset idem Notarius, vel Extraordinarius; reliquæ duæ Palatio Conseruatorum applicentur. Et si Extraordinarij poenam soluere non potuerint, aut intra quindecim dies non soluerint, publicè per Vrbem, causa inscripta, virgis cædantur.

Gabellarius ipse, in hoc eius officij, per Syndicos Romani Populi, sicut alij Magistratus, syndicetur.

De Officio Camerarij Cameræ Vrbis.

Cap. XII.

CAmerarius Cameræ Vrbis, officium suũ legaliter, & bona fide exercere debeat, necnon & omnia facere, & curare, quæ ad Cameræ vtilitatẽ pertinere cognoscet; dictæ Cameræ introitus etiam poenarum, tàm per Conseruatores taxandarum, ratione delictorum Artificum, quàm per Senatorem, ratione quorumcunque delictorum, & ex quacumque alia causa ad Cameram prouenientes, ac exitus seriatim, & dilucidè describere, & adnotare. ¶ Teneatur autem, singulis tribus mensibus, dati, & accepti huiusmodi rationes Conseruatoribus cum interuentu duorum Nobilium ad compura deputatorum inspiciendas, & calculandas exhibere, sub poena aureorum quinquaginta vice qualibet incurrenda. Conseruatores verò & Nobiles prædicti illas diligenter videre, & discutere, & quæ eis non videbuntur admittenda adnotare, dictoque calculo se subscribere debeant. Quæ quidem computa postmodum per eundem Camerarium in Camera Apostolica suis loco, & tempore de more reddenda, & solidanda sunt.

Pecunias Cameræ Vrbis nõn aliter, quàm de mandato Conseruatorum, & duobus saltem ex ipsis subscribentibus, soluat; alioqui de suo soluisse censeatur, & Camera illæsa remaneat.

Consilijs omnibus tàm secretis, quàm publicis interueniat; si sine causa cessauerit, duorum aureorum poena vice qualibet mulctetur.

Emolumenta cereæ, & piperis, quæ statutis festiuitatibus, & diebus Officialibus Romani Populi dare tenetur, intra triduum à die statuta, vel de mane in Capitolio, vel domi suæ habitationis petentibus dare teneatur: illa verò quæ in festo Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi dare tenetur, per triduum ante vigiliam petentibus consignare debeat, alioqui poenam prædictam incurrat.

In Vigilia eiusdem Natiuitatis Dñi nostri Iesu Xpi, qua die Populo ientaculum datur, Bellaria dulcia, & reliqua dari solita, iuxta frequentiam, & numerum personarum, singulis Regionibus ornatæ, copiosè, & appositè, ac iuxta morem solitum, & consuetudinem antiquam distribuat, assistentibus duobus à Populo deputatis.

Ea, quæ dat emolumenta, nempè faces, & faculæ cereæ, Piper: confectiones ex Saccaro, & Mellitæ Auellanæ (Nuclatæ nuncupatæ) sint bonæ beneque & abíq; fraude compositæ & iusti ponderis, necnon & chirotheceæ similiter sint bonę iuxta antiquũ morem, & tabulam antiquã: alioqui pœnã viginti quinque scutorũ incurrat.

In actionibus publicis, nullatenus per Substitutum, sed omnino per se ipsum (nisi legitima causa fuerit impeditus) interuenire teneatur: si secus fecerit, pœna aureorum decem vice qualibet mulctetur.

De Officio quatuor Defensorum Decretorum.

Cap. XIII.

AD officium quatuor Defensorum spectat pęcipuam curã habere, vt omnia & singula Decreta, & constitutiones Populi tàm ab officialibus ẽt ad vitã, quàm ab omnibus ciuibus, & alijs Statutis subiectis, inuiolabiliter obseruentur, & vt contrauenientes per Cõseruatores condẽnentur ad poenas in quas propter inobseruantiã inciderint; summoq. ẽt studio curare, vt Populus in rebus, & iuribus suis, necnõ in poenis à trãsgressoribus, incursis, & in omnibus alijs, quæ Palatio applicantur, non defraudetur: & quòd pecuniæ populo debitę tàm ex causa venditionum siue locationum, quàm ex poenis trangredientium, ad Depositarium Populi, & Palatij, prout ad eorum quemlibet pertinet, cum effectu perueniant: Necnon vt de bonis mobilibus Palatij, per eos ad

ad quos pertinet Inuentarium conſcribatur, & quod bona, quæ defecerint, reſtituantur, aut illarum pretium ſoluatur, & in his caſibus apud Procuratorem Cameræ diligenter inſtare: per hoc tamen Cameræ Procuratorem, aut quemuis alium, cui prædicta, vel eorum aliqua iniuncta ſunt, ab eius officij debito circa præmiſſa, vel à pœnis in euentum contrauentionis comminatis, nullatenus liberamus.

Teneantur quoque ipſi Defenſores ſingulis conſilijs tàm ſecretis, quàm publicis intereſſe.

Duret autem eorum officium per annum integrum hoc modo, vt ſingulis ſex menſibus duo alij eligantur: Qui vero annum expleuerint, vacationem recipiant, nec niſi elapſo triennio reeligi poſſint.

De Officio Secretarij Conſeruatorum.

Cap. XIV.

SEcretarius Conſeruatorum qualibet die in Palatio Conſeruatoribus ſe præſentare teneatur, indeque non niſi licentiatus recedere: ſi contrafecerit, pœnam aurei vnius vice qualibet multetur.

Litteras tàm miſſiuas, quàm patentes, & alias omnes ſcripturas, quas ſub Conſeruatorum nomine conficiet, in primis ipſis Conſeruatoribus legendas exhibere, & illis per ipſos Conſeruatores approbatis, in vno libro apte compoſito, & bene compacto de verbo ad verbum regeſtare teneatur, pariterque omnes litteras miſſiuas, quæ ipſis Conſeruatoribus transmiſſæ, & præſentatæ fuerint, diligenter, & certo ordine conſeruare debeat, diem præſentationis in eis adnotando: quoties autem in ſingulis prædictis defecerit pœnam aureorum decem incurrat.

Officium prædictum per ſe ipſum, & non per exerceat: poſſit tamen Subſtitutum in litteris ſcribendis aliquem à Magiſtratu approbatum, adhibere, dummodo ipſe ſe ſua manu ſubſcribat ſub eadem poena.

Caueat inſuper, ne vltra ſibi præfinitam & aſſignatam mercedem quidquam à Communitatibus, vel à particularibus perſonis recipiat: quoties autem contrafecerit, ſimili aureorum decem poena multetur, & accepta reſtituat.

De Officio Scriptoris Conſeruatorum.

Cap. XV.

AD Scriptoris Conſeruatorum officium ſpectat in libro magno bene compoſito, regeſtare, & adnotare omnes, & ſingulas litteras Apoſtolicas, Priuilegia, Reſcripta, Statuta, Ordinationes, Reformationes, & demum ſcripturas quaſcumque ad Ciuitatem Populumque Romanum, & Cameram Vrbis pertinentes: necnon Edicta omnia per Vrbem de mandato Conſeruatorum, & Cameræ emittenda, & publicanda ſcribere, & ſubſcribere, & tàm omnes originales ſcripturas, quàm regeſtum prædictum, & edicta reportata, & à Præconibus ſubſcripta, diligenter in Archiuio dicti Palatij cuſtodire: & illa, quæ in futurum fient, & præſentabuntur infra octo dies ad ſummum, omnino in dicto libro deſcribere; pariterque omnes ſolutiones, quæ fient à debitoribus Cameræ Vrbis, in libro ad hoc parato fideliter adnotare, necnon mandata quæcumque de ſoluendo deſcribere, ingreſſuſque Senatorum cum ſuis equis, & pompis: præterea Conſeruatorum reuiſiones, de præmiſſis faciendas, & demum omnia quæ videbuntur Conſeruatoribus publicum intereſſe concernere, & deſcribi debere, pariter regeſtare, & deſcribere: quæ omnia in Archiuio prædicto claue altera penes ipſum exiſtente, diligenter cuſtodiat, nec exinde aliquid amoueat, ſine omnium Conſeruatorum licentia, in ſcriptis habita: quoties autem in aliquo præmiſſorum defecerit, pœnam aureorum quinque incurrat, & ſalarium ſibi conſtitutum amittat.

Librum quoque alium habere debet, Rinconetrum appellatum, in quo omnia bona mobilia, & ſupellectilia Palatij Conſeruatorum, ſeriatim deſcripta ſint; teneaturque ſingulis tribus menſibus, inſimul cum Conſeruatoribus, & Cameræ Procuratore, in recognitione, & nouæ dictorum bonorum deſcriptione, ſiue inuentario, interuenire, & bona de nouo parata adnotare: ſi ſecus fecerit, ad emendationem omnium, & ſingulorum bonorum, quæ defecerint, de ſuo teneatur.

Non audeat ſcribere, aut conficere aliqua mandata de ſoluendo quaſcunque pecuniarum ſummas cuiuis perſonæ, quibuſuis Depoſitarijs directa, niſi cum interpoſitione cauſæ propter quam ſolui mandatur, & in quem vſum, & illi tantum Depoſitario directa, ad quem negotium illud ſpectat: & non alteri, quæ etiam mandata regeſtare teneatur in libro ad hoc apte compoſito, diſtinctis negotiis, & partibus: alioqui pœnam prædictam incurrat, & Populo de ſuo, tantundem quantum in mandato continetur, ſoluere teneatur.

Rurſum & alium librum magnum, & benè compactum habere teneatur, in quo omnes introitus Romani Populi adnotentur: alioqui pœna aureorum vigintiquinquè multetur.

Singulis diebus in Palatio Conſeruatoribus ſe præſentet, nec indè niſi dimiſſus recedat; ſi ſecus fecerit, pœnam aurei vnius vice qualibet incurrat.

Officium ſuũ per ſemetipſum, & nõ per Subſtitutum exerceat; niſi fortè ſcribendo ipſe fatis non ſit; quo caſu per alium ei ſcribere liceat, dummodo ipſe ſe omnino ſubſcribat: alioqui pœnam aureorum decem vice qualibet incurrat.

De Officio Depositarij Populi Romani.

Cap. XVI.

DEpositarius pecuniarum Romani Populi librum benè compactum, & Mercatorum modo diligenter ordinatum habere debeat, in quo omnes introitus eiusdem Populi adnotare debeat, distinctis etiam partitis, quando pecuniæ ad certos particulares vsus destinantur, & deponuntur.

Librum etiam alium seu libros habere debeat, in quo, seu quibus separatim, & distinctè exitum pecuniarum describat, cum aperta distinctione & separatione causarum, & negotiorum, in quibus solutio facta fuerit: ita & taliter, vt in continenti cuiusque negotij introitus, & exitus calculari possit. Caueatque, ne pecunias ad vnum vsum depositas, vel destinatas in aliam causam, vel vsum soluat; alioqui poenam aureorum decem in quolibet casuum prædictorum incurrat, & de suo soluisse censeatur.

Non possit aliquam pecuniarum quantitatem vigore cuiuluis mandati alicui personæ persoluere, nisi in mandato causa per quam solui mandatur, persona cui, & quantitas, explicitè, & expresè sit descripta; & nisi mandata ipsa per duos saltem Conseruatores, vel per vnum ex eis, & per Priorem capitum Regionum, & per Computistam Populi, & generalem Antigrapheum, quem Rincontrum appellant, subscripta fuerint, & Populi Romani sigillo signata: quod si aliter soluerit, de suo soluisse censeatur.

Teneatur quoq; singulis tribus mensibus computa dati, & accepti Conseruatoribus; & duobus Nobilibus ad computa deputatis solidanda assignare: quorum copiam præfatis Conseruatoribus, & Deputatis per dies quatuor ad minus ante solidationem considerandà dare debeat; & demum illa vera esse, & non habere alia diuersa cum iuramento affirmare, quibus secutis computa legitimè solidata per dictos Conseruatores, & Deputatos subscribantur, & aliter solidata computa non teneant.

De Officio Depositarij Palatij Conseruatorum.

Cap. XVII.

AD officium Depositarij Palatij Conseruatorum spectat omnes pecunias; quæ proueniunt ex introitibus, & poenis Terrarum Romani Populi. Item illas quæ proueniunt ex licentia excoriandi Porcos, de quibus debeat etiam computum tenere Conseruatorum Notarius. Item, & poenas quæ proueniunt à fraudantibus Gabellam Gymnasij siue Studij, de quibus fit condemnatio per Gabellarium maiorem. Item & scuta centum, quę proueniunt ex Gabella dicti Studij, & scuta viginti, quę proueniunt ex Castro Viterclani, & omnes alias pecunias, quę ad eius manus solent quoquo modo ratione dicti officij peruenire, fideliter custodire, & conseruare; Illasque omnes adnotare teneatur in libro bene compacto, & secundum vsum Mercatorum tento distinctè, & de die in diem prout ad eius manus peruenerint: quem librum in Archiuio Palatij Conseruatorum continuo retinere debeat: in quibus, seu eorum aliquo, quoties defecerit, pœnam aureorum quatuor incurrat; quam etiam pœnam eo ipso incurrisse censeatur, si eodem die pecunias non adnotauerit, quo ad eius manus peruenerint.

Pecunias autem prædictas non aliter soluat, quàm de mandato Conseruatorum, & saltem manu duorum ipsorum, aut vnius, & Prioris capitum Regionum, & per Computistam, & generalem Antigrapheum subscripto, & semper cum Populi sigillo, in quo clarè, & nominatim exprimantur causæ, & partitæ, ex quibus solui mandatur, & quibus personis: si secus fecerit, pœnam aureorum decem incurrat.

Singulis tribus Mensibus intra octo dies post noui Magistratus ingressum, curet, vt sua computa per Conseruatores solidentur, & illis cessantibus protestetur in actis Notarij, Conseruatoribus præsentibus. In quorum redditione, & solidatione seruentur, quæ supra proximè per Depositarium Romani Populi seruari mandantur, & nihilominus quoties fuerit requisitus, sua computa exhibere debeat: si in aliquo, ex præmissis defecerit, pœna duorum aureorum vice qualibet multetur.

Teneatur quoque semel in hebdomada, & quoties requisitus fuerit, se coram Conseruatoribus in Palatio præsentare: inde nisi dimissus recedat: quoties contrafecerit, pœnam vnius aurei incurrat.

De Officio Reuisoris Palatij Conseruatorum.

Cap. XVIII.

REuisor bonorum mobilium Palatij Conseruatorum librum bene compactum habere debeat, in quo ipse describere teneatur Inuentarium mobilium, & supellectilium Palatij prædicti, dictumq; librum pariter in Archiuio Palatij conseruare debeat: si secus fecerit, pœna aureorum quatuor vice qualibet multetur.

Singulis tribus mensibus, initio noui Magistratus in præsentia Conseruatorum assistente Procuratore Camerę Vrbis, & Scriptore Conseruatorum, mobilia, & supellectilia prædicta recenseat, & consumpta, aut amissa, vel quæ non apparent, diligenter adnoret: quæ reparatione indigent, instet, vt resarciantur, & reparentur, & quę denuo empta, & parata fuerint, inuentario addat; si secus fecerit, pœnam aureorum quatuor vice qualibet incurrat, & duplum pretij non descriptorum bonorum persoluat.

Si qua bona ex adnotatis deficient, culpa, vel negligentia Magistri domus, vel cuiusuis personæ, teneatur instare apud Conseruatores, vt Procura

curator Cameræ contra eos, quorum culpa bona ipsa defecerint, vel deteriora effecta fuerint, ad emendationem damni procedat: si secus fecerit, pœnam dupli valoris rei quæ defecerit, incurrat.

De Officio Extraordinariorum Maiorum, & Minorum.

Cap. XIX.

EXtraordinarij Maiores antequam ad officii exercitium admittantur, idoneum fideiussorem de bene, fideliter, & personaliter suum officium exercendo, & administrando; & finito officio de stando, & parendo syndicatui præstare teneantur: illi verò, qui non steterint, aut sponte non paruerint syndicatui, vltra, quod parere cogantur, de cætero ad officium prædictum eligi non possint. Qui verò per Substitutum exercuerit, ipso iure officio priuatus existat, & inuentiones à Substituto factæ irritæ sint, & nullæ.

Minorum Extraordinariorum nomina describi debeant in albo, seu libro à Notario Cameræ, singulisque tribus mensibus recenseri debeant, si sint iidem, & ex qua causa fuerint mutati.

Maiores etiam Extraordinarij habere debeant minores, qui sint bonæ famæ, & conditionis, & qui fustigati, aut ad verecundiam expositi, seu condemnati de aliquo delicto infamiam irrogante, non fuerint; & semel priuati nullatenus ad officium de cætero admittantur.

Inuentiones quas ipsi minores inuenerint, debeant verificari per modum quem Tornellum appellant cum refectione debiti, ideſt cum suppletione eius, quod minus datum est emptori, aut cum restitutione pretij, quod plus est receptum à venditore: illæ autem inuentiones, quæ fuerint per dictos Minores sine Tornello, & debiti refectione reperta ad minus per vnum testem fidedignum verificentur, si ipse maior cum eis non interuenerit: alias non teneant.

Non possint aliquo modo capere bona tanquã in fraudem edictorum contracta, neque in nundinis neque alibi, inuenta, nisi ad effectum illa deferendi in Palatio Conseruatorum, & nisi fuerint in manibus emptorum, & in facto reperta, quæ bona statim consignare debeant Magistro domus Conseruatorum; quietantia ab eo recepta, distribuenda locis Pijs iuxta formam præsentium Statutorum, nec ad diuisionem ante triduũ deueniri possit, nisi res esset tempore peritura.

Liceat tandem vnicuique Extraordinario per totam Vrbem perquirere, etiam si alius, & si in cui Quarterium perquirendum in sortem veniſſet in perquirendo præuenerit, & perquisiuerit: & hoc vt omnis fraudis suspicio cesset, & delicta non remaneant impunita.

Non possint ipsi Maiores partem pœnarum, quæ applicatur Minoribus quoquo modo exigere sed pars ipsorum Minorum debeat penes Camerarium conseruari, qui teneatur in fine cuiuslibet mensis, ratam suam dictis Minoribus (receptã ab eis quietantia) numerare: Nec etiam ipsi Maiores ratam suam pœnarum recipere possint, nisi post solidationem computi à Notario Cameræ factam, quę singulis mensibus fieri debeat, Si Maiores contrauenerint poenam aureorum decem incurrant, & duplum ipsis Minoribus persoluant.

Cum minoris ponderis panem deprehẽderint, vt veritas eluceſcat, teneantur atramento, & non gypso, aut carbone, nec re simili in ipso pane in singulis, quas cacchiatas appellant, quanti sint ponderis adnotare, exprimendo numerum cacchiatarum repertarum in singulis cacchiatis.

Quilibet Maior Extraordinarius teneatur Inuentiones omnes, quæ tam ab eo, quàm à suis Extraordinariis minoribus factæ fuerint, sequenti die iuridica in vno folio descriptas, Conseruatoribus offerre, à quibus illud incontinenti subscribi debeat: in ipso vero folio Inuentiones factæ ab ipso Maiore ab illis quæ factæ fuerunt à Minoribus distinctè contineantur, & ab vno quoq; eorum qui illas inuenerit separatim subscriptæ sint, & nullatenus Maior pro Minoribus nec è conuerso, Minores pro Maiore se subscribere possint; alioqui in quolibet casu præmissorum irritæ sint, & nullæ: quæ folia inuentionum ita per Conseruatores subscripta statim in manibus Scriptoris Cameræ consignentur ad effectũ, vt exequatur quantum ei intra cap. 23 de officio Scriptoris Cameræ est iniunctum.

Ipsi quoque Maiores nullam nec realem, nec personalem exequutionem facere possint, absq; mandato Conseruatorum à duobus saltem ex eis subscripto.

De officio Notarij Conseruatorum.

Cap. XX.

AD officium Notarij Conseruatorum spectat Tribunali ipsorum dum ius dicunt, assistere, & omnia acta iudiciaria diligenter conscribere, de omnibus Instrumentis tam venditionum, & locationum quàm etiam rerum quarumcumque, quæ inter Conseruatores Romani Populi nomine, & alios quoscumque, celebrantur, (exceptis his quæ ex Contilijs proueniunt, quorum rogatio, spectat ad Scribas Senatus) se rogare, & illa omnia de quibus rogatus fuerit, intra triduum à die rogitus, in libro magno bene compacto, & chartis numeratis, describere, quem retinere, & conseruare teneatur in Archiuio, vbi aliæ Romani Populi scripturæ conseruantur: & nihilominus statim, quòd de aliquo Instrumento præmissa concernente rogatus fuerit, nota ipsius Cõpunctæ, & generali Antigraphco cõfigurare: alioqui quoties contrafecerit, vnius aurei poena multetur.

Sed & curare debeat, vt quæ pertinent ad officium suum in Dohanis Pecudum, diligenter exequatur. Schedulas quascumque facultatum extrahendi ab Vrbe bona, quæ per Conseruatores conceduntur, subscribere, & alia facere, & exercere, quæ ad suum officium spectant, & quæ hactenus facere, & exercere consueuit. Et de-

mum

mum finito officio scripturas omnes ad dictum officium pertinentes successori per inuentarium consignare, vel in loco per Conseruatores deputando dimittere.

Teneatur quoque in dicto Actorum libro sicè tias, quæ excoriandi Porcos à Conseruatoribus Macellariis conceduntur, per singulos dies adnotare, vt inde cum Depositario Palatij collatio fieri, & ratio iniri possit.

Caueat, ne subscribat aliquod mãdatum, nisi in eo sint nuncupatim descriptæ, & expressæ omnes partitæ, & causæ, ex quibus, & pro quibus solui mandatur, si secus fecerit, de suo tantumdem pro poena soluere cogatur.

De officio Ratiocinatoris, siue Computistæ, necnon & generalis Antigraphei.

Cap. XXI.

AD Computistę, siue Ratiocinatoris officium, pertinet, omnes & singulos reditus, & introitus, exitus, & expensas, tam ordinarias, quàm extraordinarias, & tam Populi, quam Palatij Conseruatorum, Gymnasij, & aliorum reddituum Romani Populi, diligenter, & distinctè adnotare, & ea de causa plures libros magnos aptè compositos, ac bene, & mercantili modo tentos habere, in quibus prædicta omnia de die in diem diligenter describat, & adnotet; quos libros continuo in Archiuio retinere debeat. Quòd si in aliquo ex prædictis defecerit, poenam aureorum decem vice qualibet incurrat.

Debeat etiam duos, aut plures libros magnos habere, vnum videlicet contra librum Depositarij Populi Romani, alium contra librum Depositarij Palatij, & alium contra Depositarium Gymnasij, & alios Depositarios bonorum, & reddituum Populi, qui pro tempore extiterint; & eos pariter in eodem Archiuio conseruare sub poena prædicta.

Teneatur quoque de mense in mensem Camerę Vrbis Procuratori notam siue listam debitorum exhibere, vt soluere cessantes cogi possint: alioqui poenam ducatorum auri viginti quisque incurrat.

Quoties Computa pro Populo cum aliquibus Depositariis prædictis inire, & solidare contigerit, ipse cum suis rationum libris interueniat, & calculo inito describat, & adnotet, in qua quantitate remaneant, vel illi vel Populus, debitores; quos libros similiter vt supra conseruare teneatur: si secus fecerit, poenam aureorum decem vice qualibet incurrat.

Visis quoque rationibus omnibus, si quid animaduersione dignum putauerit, Cõseruatoribus, & Deputatis denuntiare debeat, alioqui de dolo puniatur.

Præterea qui pro tempore fuerit generalis Antygrapheus, teneatur libros suos bene aptatos, & compositos contra libros Computistæ prædicti, Introitus, scilicet, & exitus reddituum Populi Romani rectè conficere, & seriatim ordinare & alia, quæ sibi ex suo officio incumbunt, peragere, & adimplere:

Idem si vocatus, aut intimatus fuerit legitimo impedimento cessante, & tunc excusatore misso in omnibus, & singulis venditionibus officiorum Montium, & bonorum quorumcumque Populi Romani interuenire, necnon secretis, & publicis Consiliis adesse, sub poena viginticinque aureorum si defecerit in quolibet casuum prædictorum incurrenda.

De Officio Notarij Camerę.

Cap. XXII.

NOtarius Camerę initio officij iuret officium suum se bona fide exercere, fideliter scribere, & suo salario contentum esse: & teneatur omnes introitus Camerę in vno libro, & expensas in alio adnotare: si sciuerit, aut cognouerit fraudem cõmitti, Conseruatoribus denuntiare, & finito tẽpore libros omnes in Camera dimittere, suique officij rationem reddere, & syndicatui parere; Omnibus diebus in Palatio Conseruatorum assistere, vsque ad Audientię finem, officiumque suum per se ipsum, non autem per substitutum exercere: alioqui poenam aureorum decem singulis casibus vice qualibet incurrat.

Audientia expleta, diebus singulis cum Camerario mandata inuentionum cõferat (quod Recontrare appellant) sub poena prædicta.

Similiter die qualibet Audientia finita, ex mandatis de grauando Artifices denuntiatos, Executoribus pridie aut antea datis eorum qui concordauerint, aut poenam soluerint nomina deleat, alioqui poenam prædictam incurrat.

Postquam ex Mandatis de grauando, nomina Artificum, siue Negotiatorum, qui soluerint, aut concorda ierint, vt dictum est, deleuerit, seu cancellauerit, pariter eadem nomina, ex libro Scriptoris delcat. In margine tamen accusationum, siue inuentionum, causam per quam, & de quorum mandato, & an soluta, vel composita poena, vel an gratis inuentiones ipsæ deletæ fuerint, sua manu conscribat, sub poena prædicta.

Et ad obuiandum fraudibus, ne forte aliqua inuentio sine mandato, aut aliter quàm in mandato habetur, cancelletur: singulis mensibus, inuentionum, siue accusationum deletarum, & abolitarum, Camerario, aut Camerę Procuratori, vel cuiuis alteri de mandato tamen Conseruatorum, rationem reddat: & quoties contrafecerit, poenam prædictam incurrat,

Sigilla à Pistoribus, siue Furnariis, singulis sex mensibus requirat, & recipiat, contentus solita mercede, ipsaque sigilla cum nominum singulorum Furnariorum inscriptione, distinctè, & separatim custodiat, ad effectum, vt si dubitetur cuius sit panis delatus, cognosci possit: & quoties contrafecerit, puniatur, vt supra.

Alium quoque librum habere debeat, in quo diem scribat, & adnotet pecunias, quæ ex poenis

nis prædictis Camerario soluuntur, & in cuiuslibet partitæ margine nomen Extraordinarij, cuius opera pœnæ prædictæ soluuntur, apponat, vt dictis Extraordinarijs computa iniri solidarique possint: quoties autem defecerit, pœnam prædictam incurrat.

De officio Scriptoris Cameræ.

Cap. XXIII.

SCriptor Cameræ, cum primum nomina delinquentium Artificum, siue negotiatorum, (quas Inuentiones appellant) subscripta tamen ab Extraordinarijs Maioribus, seu minoribus, & ab vno ex Conseruatoribus, vt supra cap. xix. De officio ortraordinariorum maiorum receperit; illa incontinenti in suo libro regestare teneatur, & Artifices denuntiatos in exhibitis sibi solijs descriptos, pro sequenti die iuridica citari facere, ad comparendum coram Conseruatoribus, & concordandum, pro vt hactenus fieri consueuit; qua die aduenientes, & illis aut eorum aliquibus comparere cessantibus non comparentium, & concordare cessantium nomina, in alio folio (quod listam siue grauatoriam appellant) describat, illudque manu Conseruatorum subscripturn, Executori consignet, qui illius vigore Artifices grauet in certa consueta pecunia, vt grauaminis tædio affecti, compareant responsuri. Et sequenti die iterum non comparentes cum eadem lista grauari faciat, deptis ex lista ijs, qui cõparuerint, & concordauerint. Quòd si Artifices in eorum contumacia persistant, Scriptor ipse copiam Inuentionum singulorum (quas extractus appellant) Cameræ procuratori consignet, qui extractus prædictos Conseruatoribus afferat, vt ipsi pœnam, vel declarent vel arbitrentur. Sed si ipsi Artifices intra terminum sibi ad concordandum, vel soluendum præfixum, extractum à Scriptore receperint, & illius taxationem, aut pœnæ declarationem à Conseruatoribus fieri non curauerint, ipse Cameræ Procurator alium similem extractum ad taxandam, seu declarandam pœnam Conseruatoribus afferat, qua declaratione secuta, illico Cameræ procurator in vno libro ibidem ad Tribunal retinendo per ipsum seriatim nomina delinquentium, & summas taxatas describat, in quo libro, & in qualibet ipsius chartarum facie, ipsi Conseruatores taxæ præpositæ se subscribant, exprimendo ad quam summam taxatæ quãtitates in totum ascendant per extensum. Quibus taxationibus, aut declarationibus per Conseruatores factis (hæc autem omnia intra terminum dierum vtilium quinque fieri debeant) præfatus Cameræ Procurator sequenti die listam cõdemnatorum, qui non satisfecerint, manu Conseruatorum subscriptam Executoribus tradat: vt à delinquentibus taxatam pœnam, vel æquipollentia pignora reportet, & prædictis omnibus libris listis, & extractibus collatis, & cõcordatis, in fine cuiuslibet mensis inter Camerariũ, Cameræ Procuratorem, Scriptorẽ, Notariũ, & Extraordinarios calculari, & rationes solidari debeãt.

Non possit Scriptor dare Extractum: siue Inuentionis copiam Artifici, postquam Conseruatores à tribunali recesserunt.

Singulis quoque diebus Iuridicis coram Conseruatoribus in Palatio esse quamdiu Audientia durabit, nec ante sine licentia recedere, Officiumque suum per se ipsum, & non per Substitutum exercere debeat: alioqui in singulis casibus prædictis, & vice qualibet pœnam aureorum decem incurrat.

De officio Magistri Massarij,

Cap. XXIV.

AD officium Magistri Massarii spectarerum omnium existentium in Palatio Senatoris, & Iudicum curam gerere, & illarum inuentarium adhibitis Cameræ Procuratore & Notario Conseruatorum conficere, & cum Senator discedens illas dimittit, & cum eadem Successori in officio cõsignantur, atque curare, vt quę culpa vtentium amissæ sunt, restituantur: alioqui ipse de suo amissa reficere debeat.

De officio Executoris Palatij Conseruatorum.

Cap. XXV.

EXecutor Mandatorum Palatii Conseruatorum, cum primum sibi nomina delinquentiũ Artificũ (quas listas appellãt) manu tamen Conseruatorum subscripta, vt præfertur, tradita fuerint, eodem die personas in listis descriptas grauare teneatur, & similiter eadem die, qua sibi mandata, seu listæ condemnatorum assignabuntur eas exequi: pignora, vel summam in condemnatione contentam auferendo. Teneatur quoque sequenti die iuridica pecuniam Camerario consignare, vel capta pignora subhastanda deponere, aut causam quare in executione cessauerit reddere: alioqui pœnam aureorum decem, quoties contrafecerit incurrat.

Singulis quoque iuridicis diebus à Notario Cameræ nomina eorum Artificum, qui soluerint, cum soluerint, concordauerintue, perquirere; & in suis listis adnotari facere teneatur, vt sciat à quibus debeat abstinere: alioqui incidat in eandem pœnam, & damnum parti læsæ resarciat.

Si defecerit singulis sequentibus iuridicis diebus post listas, & Mãdata sibi tradita grauationũ & executionum computum reddere, & executioni debitę demandatis, causa legitima cessante, prędicta Mandata, & Nomina grauandorum alteri Executori dari possint; & ipse nihilominus pœnam prædictam incurrat.

De

De Præconibus, siue Banditoribus.

Cap. XXVI.

PRæcones edicta, & banna ad Cameram pertinentia, eadem die qua sibi traduntur, vel omnino sequenti in Quadriuijs, Plateis, & locis solitis præconizare, & publicare teneantur, & sequenti die suæ executionis relationem, illis ad quos spectat, in calce ipsius edicti facere, & restituere, vnusque saltem eorum qualibet die iuridica, se in Capitolij Palatio præsentare; & à Notario, Scriptoribus, Camerario, & Procuratore Cameræ perquirere, an aliquid sit pro Camera exequendum: alioqui vice qualibet, & in quolibet casuum prædictorum pœnam aurei vnius incurrant. Quæ vero ad priuatorum instantiam, aut vtilitatem illis committuntur, aut ab eis fieri petuntur, statim, vel illa, aut omnino sequenti die iuxta rei exigentiam exequi teneantur, suaq; infra taxanda mercede contenti sint: alioqui accepta vltra præfinitam mercedem restituant, & pœnam quinque aureorum vice qualibet incurrant.

De modo creandi Electores Officialium Romani Populi.

Cap. XXVII.

AD Electionem eorum qui officialium Romani Populi Electores futuri sunt, quos Imbussulatores appellant, hoc modo deueniendum esse statuimus.

Omnes Ciues cuiusque Regionis, descripti in libro Scribarum Senatus, qui in publicis Consilijs interuenire possunt, de mandato Capitis Regionis, per suum Mandatarium dimissa schedula, qua significetur ad quid, quo in loco, & pro qua hora vocentur: Et vt nulli alij admittantur, quilibet Caput Regionis habere debeat notam huiusmodi descriptorum per suum Notarium, ex dicto libro desumptam, & manu alterius Scribarum Senatus gratis subscriptam.

Ea autem hora adueniente, & elapsa facta per Caput Regionis propositione, eligatur vnus Ciuis per maiorem numerum votorum, natus annis ad minus triginta quinque, qui sit Imbussulator pro bussula sequenti.

Is vero electus, post eius electionem, infra octo dies ad summum, describat, & adnotet in folio, manu sua subscripto, nomina omnium Ciuium illius Regionis, qui idonei fuerint ad officia, & de quorum electione tractari posse sibi dignum visum fuerit.

De officio Electorum, siue Imbussulatorum.

Cap. XXVIII.

COngregatis in vnum Electoribus, antequam de electione tractari incipiant, debeant eis infrascripta Capitula, eorum officium concernentia, per Cameræ Procuratorem perlegi: deindè iurent singuli in manibus Reuerendissimi Domini S. R.E. Camerarij, vel Vicecamerarii contenta in dictis Capitulis seruare, eosque eligere, & illis in electione suum votum dare, quos & quibus secundum eorum iudicium, & conscientiam, remoto omni amore, odio, prece, pretio & timore ad officia, ad quæ nominabuntur, dignos esse cognouerunt. Et quòd nihil ex his, quæ in Congregatione tractata, aut concluſa fuerint, cuiuis personæ reuelabunt.

Quilibet votum suum per fabam, aut pilulam tacitè, & secretè præbeat, ita vt ab astantibus reliquis non dignoscatur in quam partem sua voluntas inclinet.

Non possint eligi, nisi Ciues, aut origine, aut ex priuilegio, ita tamen, vt Ciues ex priuilegio ad officium Conseruatoris, aut Capitis Regionis, nisi post lapsum Quinquennium à die priuilegii nominari, nec eligi possint.

Nullus nominari, aut eligi ad idem officium possit, nisi biennium à fine illius officij lapsum fuerit.

Non possint nominari, aut eligi in Conseruatores, qui trigesimum quintum annum non expleuerint, nec pro Capitibus Regionum, qui vigesimum quintum annum non excesserint, neque pro Mareschallis, qui sint minores annis tredecim, neque pro Magistris Viarum, Syndicis officialium, aut Magistris Iustitiariis, qui annum trigesimum quintum similiter non expleuerint.

Homicida, aut de publico delicto capitaliter damnatus, ad aliquod officium, neque nominari, neque eligi possit; nisi fortè ex auctoritate Sanctissimi Domini Nostri Papæ ad honorem, famam & bona restitutus fuerit.

Qui bonis cesserit, aut ad beneficium quinquennale admissus fuerit, nec eligi, nec nominari possit.

Brigosi, vel qui inimicitiam, aut brigã, cũ aliquo ciue, aut Vrbis, vel districtus habitatore, habeat; nisi data pace, & perpetua securitate de nõ offendendo, nec nominari, nec eligi possint.

Officiales ad vitam domus, & Palatij Conseruatorum, vtpotè Cancellarij, Aduocatus, & Scribæ Senatus nõ possint pro Conseruatoribus, neque pro Magistris Viarum, neq; pro Magistris Iustitiarijs imbussulari. Reliqui verò, idest Procurator Fisci, Secretarius, Scriptor, Notarius, & Cõputista Conseruatorum, Generalis Computista, siue Antygrapheus, Notarius prouisorũ, Scriptor Cameræ, Notarius Cameræ, Reuisor Palatij Conseruatorũ, & Depositarius eiusdẽ Palatij nec pro Cõseruatoribus, nec Capitibus Regionũ, nec

pro Magistris viarum, nec pro Magistris Iustitiarus, nec pro Syndicis officialium Romani Populi, nec pro eorum Notario nominari, aut eligi possint.

Hi, qui ex legitimo Matrimonio nati non sũt (nisi forsan à Sanctissimo Domino N. Papa legitimati fuerint) nec nominari, nec eligi possint.

Qui etiam ad aliena seruitia permanent, Cives origine, vel priuilegio, & qui domum propriam, vel conductam cum sua familia non habitant, nullatenus ad aliquod officium nominari, aut eligi possint.

Sed & qui debitores Populi, aut Cameræ Vrbis, tam ex delictis, quàm ex contractibus declarati fuerint, nisi vel soluerint, vel de soluendo datis idoneis fideiussoribus cauerint similiter nec eligi, neque nominari possint

Qui mechanicam artem exercent, vel vile exercitium faciunt, pariter neque nominentur neque eligantur.

Vectigalium, aut Gabellarum quarumcumq; participes, tàm occultè, quàm publicè, aut in illis quouis modo interesse habentes, neque pro officialibus Bussulæ, neque etiam pro Consiliariis secreti Consilii, eligi, aut nominari possint.

Verum neque ipsi Electores ad aliquod officium illius Bussulæ eligi aut nominari debeant.

Conseruatores quoque, & Prior, qui in *Bussula* interueniunt, nequaquam etiam pro Conseruatoribus, aut pro Capitibus Regionum, aut pro Magistris viarum illius *Bussulæ* nominari, aut eligi possint.

Ex pluribus nominatis ad vnum, & idem officium, illi remaneant electi, & in Bussula censeantur inclusi, qui plura vota habuerint: & in concursu duorum, iterum vota Electorũ pro eis exquirantur, & nihilominus in vota votorum per Cameræ Procuratorem scribenda (quam Rotolum appellant) singuli, prout nominantur, in Rotulo describantur, & cuique numerus fauorabilium votorum purè, & sine fraude adnotetur, & demum officialium electione finita, & publicata, Rotulus, siue nota prædicta debeat omnino lacerari.

Cum primum nominatio, & electio Conseruatorum, Capitum Regionum, & Magistrorum viarum expleta fuerit, quilibet ex prædictis Electoribus, noram, seu listam omnium aliorum officialium, in quibus examen, & concursus votorum non requiritur, quos ipse pro sua Regione elegerit, sua manu subscriptam Cameræ Procuratori consignare teneatur: quæ nota ibidem coram prædicto Reuerendissimo Domino Camerario, & aliis officialibus memoratis, legi, & publicari debeat. Quod si ipsi Electores defecerint aut ipsorũ alter defecerit, Cõseruatores astãtes possint ex cessantis Regione eligere, & nominare eos officiales, quos celsàs nominare potuisset.

Huius electionis Congregationi nullus alius interesse potlit, præter votum habentes, nisi Cameræ Vrbis Procurator, & Conseruatorum Scriptor qui, & ipsi iurare teneantur de non reuelando, quæ inibi tractata fuerint.

Diebus, quibus hęc electio durat, Cameræ Procurator Capitula hæc semper secum afferre debeat, & ea, vt dictum est, in Congregationis initio perlegere, diligenterque animaduertere, vt obseruentur, summoque studio inuigilare, vt qui nominantur, habiles sint ad officia, ad quæ nominantur: iux a formam præsentium Capitulorum: & si qui inhabiles nominentur, se opponere, & obicere: alioqui ipse poenam centum aureorum incurrat.

Qui Officiales in solemnitatibus, Magistratum comitari tenentur.

Cap. XXIX.

IN omnibus Solemnitatibus, quibus Populi Magistratus interuenire solet, vt sunt dies festiuitatum Sancti Antonij Abbatis, decima septima Ianuarij. Sancti Blasij Episc. & Mart. tertia Februar. Beatæ Franciscæ Rom. nona Martij, Sancti Georgij Mar. vigesima tertia Aprilis. Apparitionis Sãcti Michaelis Archan. octaua Maij. Octauæ solemnitatis Corporis Christi, quæ die itur ad Ecclesiam sancti Marci, Sancti Alexij Confessoris decima septima Iulij. Assumptionis Gloriosiss. semper Virginis Dei Genetricis Mariæ decimaquinta Augusti. Natiuitatis eiusdem: octaua Septemb. Conceptionis eiusdem, octaua Decembris, & si quæ aliæ fuerint, interesse teneãtur Senator, Conseruatores. Capita Regionum; Cancellarij, Scribæ, Senatus, Aduocatus, & Procurator Cameræ, Camerarius, Secretarius, Scriptor Conseruatorum, Depositarius Palatij, Reuisor Palatij Conseruatorum, & Computista. Tredecim, & viginti sex Consiliarij, & Comestabiles Regionum. Qui verò defecerint, ipso iure amittãt emolumẽta, quæ eis pro illa associatione dari consueuerunt, illico locis pijs applicanda, & mox eadem Conseruatores, ad ipsa pia loca eorum arbitrio per eorundem Magistrũ domus, qui de consignatione schedulam recipere, & ostendere debeat, deferri, & erogari faciãt, exceptis tamen deficientium Comestabilium emolumentis, quæ eorum Collegio pro maritandis puellis superius de offic. Capitum Regionum cap. viij. applicata sunt.

De applicatione pœnarum delinquentium officialium prædictorum.

Cap. XXX.

POEnæ omnes pecuniariæ, quæ ex quacũque contrauentione præsentium Constitutionum, à quouis Magistratu, Officiali, aut persona ex ijs, qui hactenus in hoc tertio libro descripti sunt, debentur, quæ alteri loco, aut personæ, non sunt applicatæ, ipso iure debeantur, & applicata censeantur ornamentis, & rebus necessarijs Palatij Conseruatorum, & ea de causa perueniant in manus Depositarij eiusdẽ Palatij erogãdæ de mandato Cõseruatorũ & Prio-

& Prioris eorum, vel duorum saltem ex eis manu subscripto, & Populi sigillo signato, ex quibus nulla retentio per Depositarium fieri possit; & si pro ornamentis necessariæ non fuerint, fabricæ Palatij prædicti applicata intelligantur.

De forma in venditionibus Redditum Romani Populi seruanda.

Cap. XXXI.

OFficia Romani Populi, quæ ad certum tempus vendi consueuerunt, officijs Executorum Conseruatorum, & Ripæ, quæ nec vendantur, nec sub aliqua responsione concedantur, exceptis, non aliter vendi possint, quàm si Conseruatores, Prior Capitum Regionum, duo Capita Regionum ad id electi, Aduocatus & Procurator Cameræ, & tres Custodes officiorum de more etiam electi, interueniant. Quibus vocatis, & congregatis (præuijs solitis *Præconijs*) subhastentur, & plus offerenti, accensa candela, vt moris est, & non aliàs deliberentur, nulliusque qui cedulam bancariam, aut alterius idoneæ personæ de soluendo pretium licitandum infra triduum, iuxta formam Capitulorum desuper faciendorum, non habeat, ad licitandum admittatur: & aliàs, vel alio modo subhastatio, & deliberatio facta non valeat. In venditionibus autem officiorum huiusmodi, & aliorum quorumcunque introituum Romani *Populi*, non liceat Conseruatoribus, aut Priori, aut aliis quibuslibet Capitibus Regionum, aut Custodibus officiorum ad id, vt præfertur deputatis, ad venditionem prædictam offerre, nec ipsi, nec quiuis alij Romani Populi officiales, qui in prædictis quoquo modo interueniunt, aut quorum opera in his Rom. Populus vtitur publicè, vel clam cum oblatore quomodocunque, aut quandocunque participare, sub pœna mille aureorum eo ipso incurrenda: necnon annullationis contractus, & refectionis damnorum, & interesse, quæ propterea *Populus* ipse substinere posset: ea tamen moderatione, & declaratione adiecta, quòd si quis ex supradictis, cuius opera, vel officio *Populus* Romanos in eiusdem venditionibus, locationibus, siue appaltis vtitur, qui tamen ius disponendi non habeat: voluerit ad vtilitatem Romani Populi ad licitandum admitti, & ita velle in actis declarauerit, & eam declarationem Conseruatoribus, & alijs supradictis insinuauerit, deposita in eo actu penitus, & omninò administratione & opera, quâ in prædictis exhibebat, & nihil omninò sui officii, & auctoritatis in eo actu impendendo; sed tanquam priuatus, & vt cæteri ad licitandum, & offerendum admitti possit, & debeat.

Ne quis pluribus fungatur Officijs.

Cap. XXXII.

NVllus ad aliquã administrationẽ bonorum Romani Populi deputatus religi, aut deputari possit ad aliam similem administrationem prima durante, nullique Ciui liceat plura officia, quæ propter personale exercitium incompatibilia reputantur, retinere; & qui habet, vno retento, aliud, vel alia infra sex menses, resignare, aut vendere, iuxta officij naturam, teneatur.

De Officijs per Substitutos non exercendos.

Cap. XXXIII.

OFficia omnia, omnesq; dignitates *Curiæ* Capitolij, & Romani Populi, quæ in Vrbe administrantur quocumque nomine nuncupentur, per illas easdẽmet personas impleantur, quibus collatio prouisio, siue quæuis concessio facta fuerit, & nullatenus per *Substitutum* aliquem, quantumuis idoneum, exerceantur. Qui contrafecerit, si sit officialis ad vitã, salarium, emolumentaq; officij per integrum annum amittat, & ipse ab officio sit suspensus, excepto Cameræ Procuratore, qui vnà cum eius substitutis vrgẽtibus negotiis suũ officium valeat exercere. Si vero officialis ad tempus, ipso iure officio, salario, & emolumentis, etiam si illud ex causa haberet onerosa, priuatus existat. Qui verò pro substituto prædictorum se gesserit, aut inseruire ausus fuerit, pœnam aureorum quinquaginta, quoties contrafecerit incurrat. Aduenæ autem, quibus aliqua Populi Romani officia, vel exercitia conceduntur, siue locantur, si ipsi per se non exercent causa infirmitatis, dumtaxat excepta, pariter salarium, emolumenta, & officium, etiam si illud soluta pecunia acquisierint, amittant, & *Substituti* pro eis exercentes pœna supra præscripta puniantur.

De Officialibus incidentibus in Brigam.

Cap. XXXIV.

SI quis officialis etiam ad vitam sua arrogantia, vel culpa in inimiciciam, vel brigam incurrerit, salario careat. & emolumentis, & ab officio suspensus maneat inimicitia, vel briga durante.

Vt officia Terrarum Romani Populi, Ciuibus committantur.

Cap. XXXV.

OFficia omnia terrarum, & oppidorum Romani populi, Romanis Ciuibus, & non aliis committantur, & gratis: minores tamen annis triginta quinque ad ea eligi, & deputari non possint.

Vt Officiales Terrarum Romani Populi caueant de stando Syndicatui.

Cap. XXXVI.

QVicumque ad aliquod officium exercendum in Terris, & Oppidis Romano *Populo* subiectis electus, seu deputatus fuerit, cauere omnino teneatur penes acta Notarii Conseruatorum, cum fideiussoribus idoneis de stando, & parendo *Syndicatui*; & si ad Vrbem finito officio redierit, sine litteris attestantibus ipsum recte administrasse, & sententiæ Syndicorum paruisse, vltra quod redire ad locum, & sententiæ parere teneatur, tantundem pœnæ nomine Fisco persoluat, quantum pro salario, dicto officio durante perceperit, ad quod etiam fideiussor cogi possit.

De Clericis ad Officia Capitolina non admittendis.

Cap. XXXVII.

CVM Sacri Canones Clericos à secularibus negotiis arceant, nullus Clericus beneficia obtinens Ecclesiastica, vel in Sacris ordinibus constitutus, officium aliquod seculare in Curia Capitolij, vel in Palatio Conseruatorum habere, aut exercere possit; quod si de facto, aut per ignorantiam electus fuerit, omnibus salariis, & emolumentis careat; & si qua acceperit, restituere teneatur.

De electis ad Officia recusantibus acceptare.

Cap. XXXVIII.

QVilibet Romanus Ciuis, qui ad aliquam dignitatem, officium, aut administrationem ex pertinentibus ad Populum Romanum electus, aut deputatus exiterit, munus sibi iniunctum cum alacritate, fide, & tyncritate suscipiat, & exerceat. Qui verò cessante legitima causa recusauerit, pœnam quinquaginta aureorum incurrat, de causa autem legitima Conseruatores adhibitis Priore, ac tredecim, & viginti sex Consiliarijs cognoscant, & iudicent.

De officio Magistrorum Viarum.

Cap. XXXIX.

MAgistri Viarum de his cognoscant, & iudicent, quæ in statutis eorum officio præscriptis, & in eorum priuilegiis continentur, necnon, & de his de quibus simul cum Reuerendissimo Domino S. R. E. Camerario per priuilegia, & literas Apostolicas cognoscere possunt, in quibus quidem ad Reuerendam Cameram Apostolicam reclamari, seu appellari debeat. In ordinariis autem liceat, vel ad eandem Cameram appellare, seu recursum habere: vel ad Capitaneum appellationum prout appellans elegerit appellare.

Expleto officio tam ipsi, quam Assessor, Submagistri, & Notarius per syndicos *Senatoris*, & Iudicum ex *Bussula* pro tempore extrahendos syndicentur. Ipsorumque Magistrorum Assessor, & Notarius taxas mercedum, & sportularum iuxta præfinitum modum, siue Tabulam infra cap. CIX. de Viaticis Iudicum, & salario Assessorum, & cap. LXXXXVII de mercede Notarij Magistrorum Viarum obseruare teneatur: & si vltra quid acceperint, eandem pœnam incurrant, quam alij Iudices Assores, & Notarij Capitolini incurrunt.

Si pro vijs dirigendis, aut plateis ampliandis, vel construendis, aliquas solutionum impositiones, quas taxas appellant, fieri contingat, formam in litteris Summorum Pontificum & præcipuè felic. record. Iulij Tertij, Pij Quarti, & Pij Quinti, & Sanctissimi Domini Nostri Domini Gregorij Decimi Tertij, in fauorem Populi Romani contentam, respectiuè seruare teneantur.

Si opus aliquod ad reparationem, siue substructionem viarum, aut *Pontium*, vel similium, tam intra, quàm extra Vrbem faciendum sit: pro quo ab adiacentium prædiorum Dominis contribui debeat, hanc formam omnino seruare teneantur.

Opus ipsum faciendum in primis diligenter à Romani Populi Architectore inspiciatur de quo ipse ichnographiam, siue plantam sumere debeat; & per ipsum impensa necessaria diligenter calculetur, quo facto de ipsorum Magistrorum, & duorum Nobilium ad id à Populo quotannis deputari solitorum, mandato omnes quicumque interesse habentes, per publicum edictum, etiam in loco reparando publicandum, & inibi affigendum, & qui certi

erunt

erunt, etiam per Mandatarium, & infrascriptis dimissa cuique ipsorum, saltem in manibus domesticorum, vel vbi non fuerint, in ostio domus affixa breui schedula, & pro certa die, & hora, & cum causæ expressione, conuocentur in Palatio Conseruatorum, vel alio commodiori loco. Illisque coadunatis, cum interuentu Domini Clerici Reuere. Cam. Apost. viarũ pro tẽpore Præsidentis, ac Capitis illius Regionis, vbi opus est faciendũ (si intra Vrbem sit) necessitas exoneratur, operis formula demõstretur, & impensa necessaria declaretur. Quo facto ipsi Conuocati, quatuor, aut sex ex eis eligant, qui in taxatione facienda debeãt interuenire: Quòd si prædicti ad taxã deputati vocati pro certa die, & loco ad taxam faciendam, venire cessauerint, aut alter cessauerit; possint Magistri cum duobus illis à Populo electis, habita in scriptis Mandatarij relatione, cum solis venientibus, ad taxam deuenire, quæ per eundem Clericum Præsidentem Viarum subscribi debeat, vltra Magistrorum Deputatorum, & Electorum subscriptionem. In prima autem Congregatione, Depositarius vnus de interesse habentibus, vel alius Congregationi bene uisus, eligatur; penes quem pecuniæ exigendæ deponantur, quæ non aliter per ipsum Depositarium soluantur, quàm de mandato Magistrorum, subscripto ab eodem Clerico Præsidente Viarum, & & ab vno alio ex Deputatis ab interesse habentibus, qui notam, seu rincontrum retinere teneatur. Depositarius uero aliter soluens, de suo soluisse intelligatur. Ante tamen, quam opus faciendum locetur, capitula ab ipso Architectore fiant, confirmata à dictis duobus Deputatis à Populo, & à duobus alijs electis ab interesse habentibus, in quibus contineatur qualitas, & quantitas operis, forma, & ex qua materia opus faciendum sit. Quo facto ponantur edicta in scriptis: affixa in viis, & in plateis, & compitis capitula prædicta continentia, ad hoc vt Redemptores operum concurrere possint, qui oblationes per schedulas clausas, & sigillatas, Notario exhibeant: quibus diligenter visis, prædicti Magistri, Deputati, & Electi, illi opus faciendum locent, qui meliorem conditionem obtulerit: dum tamen idonee caueat, se opus prædictum iuxta Capitulorum formam perfecturum.

Caueant autem Depositarij, quicumque erunt, necnon Magistri, Deputati, & Electi, ne pecunias ad vnum opus paratas, in aliud etiam simile vertant, aut solui mandent; scientes si contrafecerint, se de suo insolidum restituturos.

Si qua loca ex directionibus Viarum, aut aliis vacua remanebunt, qui vicinis, aut aliis concedi possint, aut siqua cæmenta, lapides, ligna, tegulæ, lateres, marmora, columnæ, aut similia, necnon & ferramenta omnia ex ruinis faciendis, superent: ea omnia bona fide plus offerenti vendantur, & pretium in opere faciendo, ad exonerationem interesse habentium conuertatur: ita vt de pretio extrahendo prius Dominis olim loci diruti (si ipsi maluerint) satisfiat, & nullatenus commodo Magistrorum cedat, Architectoris vero merces ex pecuniis conferendis soluatur.

In venditione autem locorum prædictorum, Vicini omnino ceteris præferantur. Sed etsi loca aliqua antea publica, ex viarum directionibus aut constructionibus vacua remaneant, quæ per se, vel ad ædificandum, aut ad colendum vtilia sint: illa plus offerenti vendantur. Vicinus tamẽ cæteris eodem pretio præferatur. Vbi vero ita angusta sunt, vel ex quauis alia causa alijs, quàm Vicinis, inutilia: tunc vt decori publico consulatur, cogantur Vicini pro modo Regionum illa emere, pretio per duos Peritos extimãdo: quod conuerti debeat, vt supra.

Pecuniæ omnes, quæ tã à Plaustralibus, siue Carrecteriis, quam ex Apothecis Artificum, siue negotiatorum ab ipsis Magistris viarum exigantur in aliam causam quàm in viarum purgationem, nullatenus conuerti possint: excepta tertia parte pecuniarum, quæ à Carrecteriis exigantur, quam in partem emolumentorum officij sibi retinere possint.

Insuper quoties vias lapidibus, aut lateribus, siue silicibus, aut similibus sterni cõtigerit, teneãtur Magistri per octo dies ad minus, antequam opus aggrediantur, Dominis dominorum, aut illis, qui pensiones illarum exigunt, necnon & Inquilinis per Mãdatariũ Curiæ cũ dimissione schedulæ in scriptis, iuxta formam supra traditam, denunciare, quid in illa via facere intendant, vt veniant; & causam (siquam habent) rationabilem allegent, cur id fieri non debeat: Etsi ipsi per se opus designatum facere voluerunt, illud intra tempus competens per Magistros assignandum facere debeant, quo elapso, illis nõ implentibus Magistri ipsi opus huiusmodi facere & prosequi possint.

Curent autem Magistri, vt Fabri murarij in viis sternendis, neque de nocte operentur, neque veteres lateres, & diminutos, nouis immisceant, sed summopere studeant, vt opus lateritium nouis lateribus bene cottis: & tam ipsum lateritium, quàm silicium, & cuiuscumque alterius generis, optima calce, & arena bene commixta, atque subacta conficiatur: alioqui eosdem ad opus de integro suis sumptibus faciendum cogant, & in poenam aureorum decem, in quolibet casuum præmissorum condemnent, cuius poenæ pars tertia accusatori, seu secreto denunciatori (etiam si operis particeps esset) reliquum locis piis applicetur.

Præterea nullo modo permittant letamina, aut immunditias in vias, plateas, aut loca quæcumque intra moenia Vrbis proici, aut proiectas à quoquam retineri, aut vias publicas, siue vicinales à quoquam claudi, aut occuperi: sed clausas, aut occupatas illico aperiri mandent: sed & illud prohibeant, ne pervias, & plateas Vrbis (præsertim vero tempore æstiuo) aliqui ignes maximè rerum maleolentium fiant: alioqui contrauenientes in quolibet casuum prædictorum, ad poenam aureorum decem plus, minus eorum arbitrio, iuxta facti, & personarum qualitatem, applicandam, vt supra condemnent, & ad eam soluendam cogant. In quibus omnibus casibus, si in condemnando, & exequendo negligentes fuerint, de suo soluere in syndicatu teneantur.

Postremo Magistri viarum, & submagistri omnino caueãt, ne à Fabris murariis, quibus ex quacumque materia, & in quacumque forma, vias siue Plateas, intra, vel extra Vrbem sternendas, locant, seu sternendi facultatem concedunt, aliquid vllo modo sub quouis prætextu, aut colore, per se ipsos, aut interpositas personas: etiam si esculenta, & poculenta sint, accipiant: ipsique Fabri murarij ne dent aut promittant: alioqui tam ipse dans, & promittens. quàm ipsi Magistri, & Submagistri pœnam aureorum cẽtum vice qualibet incurrant. Et insuper ijdem Magistri, & Submagistri de hoc ipso etiam in syndicatu condemnari debeant. Ad accusandum autem, tam dantes, & promittentes, quàm recipientes, ipsi etiam Fabri murarij, qui dederunt, vel promiserunt admitti possint: et si plures sint huius criminis socij, qui ex eis accusando, seu deferendo præuenerit, & probauerit, impunitatem consequatur; & nihilominus tertiam partem pœnæ lucretur. Qui vero ex Fabris murarijs condemnati, poenam intra Mensem non soluerint, fustibus per Vrbem cæsi, in exilium mittantur. De præmissis quoque, durante etiam Magistrorum officio, ab Illustrissimo, & Reuerendissimo S. R. E. Camerario, siue Reuerendo Clerico Cameræ Apostolicæ: Viarum Præsidente, cognosci possit.

De officio Magistrorum Iustitiariorum.

Cap. XL.

MAgistrorum Iustitiariorum iurisdictio, sit, & esse intelligatur circa lites, quæstiones, & differentias, quæ inter vicinos oriuntur de sepibus, foueis, fossatis, limitibus, vijs vicinalibus, seruitutibus actus, itineris, vel viæ, vinearum, & arundinetorum existentium intra, vel extra Vrbem cum annexis, & dependentibus à prædictis, & de furtis, & damnis datis in vineis, & arundinetis prædictis, vel illis annexis, & non aliàs; nec de rebus alijs. In his autẽ casibus summariè, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, procedere, & cognoscere possint, & debeãt; & ab eis ad Capitaneum appellationum appelletur, ipsorumque Assessor, & Notarius taxam mercedum infra describendam, vt alij Capitolini, seruare teneantur.

Statuta eis tradita, siue edicta per eos emittenda, & in fine huius voluminis descripta inuiolabiliter obseruare teneantur, quoties cõtrauenerint, pœnam vigintiquinque aureorum incurrãt, pro tertia Accusatori, & pro reliquis partibus Palatio Conseruatorum, appplicandam. Et eorum officio finito, tam ipsi, quam eorum Assessor, & Notarius per Syndicos Senatoris, & Iudicum ex bussula pro tempore extrahendos syndicentur.

Licentiam vendendi per Vrbem, aut in apothecis, vel plateis vuas escarias, vt Apianum, siue Muscatellum, Gattolacium, Dactilitem, siue Corneam, aut Corinthiam, siue Passarinam, nequealiam vuarum speciem ad comedendum sine expresso voto Conseruatorum alicui concedere non valeant: vt inxta qualitatem annorum, & temporum, saluti corporum, & vini vbertati consulatur.

Pro damnis datis in Vineis, Arundinetis, Sepibusque earumdem, & Terrulis illis annexis, quos Sodos vocant, sepibus tamen, seu fossatis, vel muris circumdatis, & à Dominis custoditis tam pro interesse Dominorũ dictorum locorum, quã pro pœna in eorum edictis comminata, non nisi ad querelam, Dominorum dictorum locorum procedere possint. exceptis furtis factis in Vineis, & Cannetis à Dominis custoditis: in quibus furtis etiam ex eorum officio procedere possint: in alijs vero locis non custoditis nullatenus procedant: si contrafecerint, processus per eos formandus irritus sit, pœnamque aureorum quinquaginta incurrant, partique ad restitutionem damnorum, & interesse teneantur.

Pro licentiis in scriptis, iuxta memoratorum dictorum formam, ab eis dandis, & concedendis Pomarijs, seu Fructarolis, aut quibuscumque aliis vendendi fructus, & poma quæcumque, aut vuas cuiscumque generis maturas, vel acerbas (quas Agrettam dicimus) & pro portandis ad vendendum in publicis Plateis, seu certis emptoribus Arbores fructiferas, vel insitas, vel etiam pro licentiis eundi, & redeundi ad pascendum, Caprariis dandis: nihil omnino recipere possint; sed illas, quoad fructus poma, vuas, & Arbores prædictas, omnibus habentibus licentiam à Dominis prædiorum, vnde illas asserunt, vel à Rectoribus locorum, vnde illas extrahunt, si Aduenæ sint, gratis, & sine aliqua solutione omni mora postposita dare teneantur, quod si aliquid receperint, aut præmissis quouis modo contrauenerint, ad restitutionem teneantur, & poenam vigintiquinque aureorum, toties quoties contrafecerint, incurrant, & de his etiam in syndicatu rationem reddere, & syndicari debeant, per Syndicatores prædictos.

In pœnis per eos in eorum edictis contra transgressores imponendis, & comminandis, non possint metam vigintiquinque ducatorum de carolenis excedere: quarum tertia pars accusatori, vel denunciatori, tertia eorum officio, & reliqua fabricæ Palatij Conseruatorum applicetur. Quicquid secus fecerint, irritum sit & inane.

Notarius ipsorum Magistrorum (vt omnis fraudis suspicio cesset) denũciationes, accusationes, siue querelas omnes, in vno libro apte, composito & paginis numeratis, statim cum deferuntur describere debeat, & in cuiusque margine cassationes, siue abolitiones, vel condemnationes cum die, & causa adnotare.

Item in alio libro similiter composito Testium dicta, & depositiones, separatim tamen, quæ ad Ciuilia, ab eis quæ ad Criminalia negocia pertinent, describere, & adnotare debeat, & nullatenus in folijs, seu chartis dissolutis, aliàs in quolibet casuum prædictorum pœna Ducatorum aurei decem incurrat, & partibus ad interesse teneatur.

Scripturas omnes successori in officio per inuenta-

uentarium consignare teneatur: ipse vero successor inuentarii huiusmodi copiam authenticam in Archiuio Romani Populi reponere debeat: qui contrafecerit, pœnam supradictam incurrat, & partibus ad interesse pro deficientibus, vel deperditis scripturis, vt supra teneatur.

De Arte Bobatteriorum.

Cap. XLI.

ANtiqua, & nobilis Ars Agriculture, seu Bobatteriorum in suo robore maneat, liceatque hominibus de dicta arte condere Statuta, prout hactenus consueuerunt, & prout illa nunc habent etiam à summis Pontificibus confirmata, quæ & obseruare teneantur, ac Senator in exequendis editis, mandatis, & sententiis ab eis latis, auxilio, & fauorem præstare teneatur.

De Consulibus Artium.

Cap. XLII.

QVodlibet Mercatorum Artificum, & Negotiatorum licitum Collegium duos Consules, vnum Camerarium, & vnum Notarium habere debeat: qui Consules, & Camerarius de ipso Collegio esse debeant, & sint Apothecarum domini, vel socii in capite: Ipsique Consules plenam habeant potestatem cognoscendi, & terminandi omnes quæstiones causarum ciuilium, vertentes tantummodo inter ipsos homines de arte, & de rebus spectantibus ad ipsam artem, super quibus ad eos recursum fuerit: & nullum, qui de dicta arte non sit, & de re, quæ non sit de eadem arte, ad litigandum coram ipsis cogere possint: illæ autem hoc casu intelligantur artes, quæ fuerint artium capita, membra autem, sub capitibus contineantur.

De Statutis Artificum Senatori, & Conseruatoribus exhibendis.

Cap. LXIII.

CONsules Mercatorum, & allarum omnium Artium, statuta eorum cum primum ea fecerint, & deinceps in fine cuiuslibet quinquennii Senatori, & Conseruatoribus approbanda exhibere teneantur, & illis ante eorum approbationem minimè vti possint. Quæ autem ab eisdem Senatore, & Conseruatoribus approbata fuerint, pro approbatis habeantur. Dum tamen sint licita, & honesta, & non sint in detrimentum Reipublicæ, seu contra præsentia Vrbis statuta, & Monopolium non contineant. quod in ipsa approbatione exprimi debeat. Iis vero casibus, etiam si expresse approbata essent, nolumus aliquo modo valere, nec eis vti posse.

Cassamus autem, & abolemus, & pro cassis, & abolitis haberi volumus omnia, & quæcumque statuta: suprascriptorum omnium Artificum, tam facta, quàm facienda, in quibus quoquo modo Consules, seu Camerarius earumdem artium, ex quacumque causa facultatem imponendi, aut exigendi collectam, aut quamuis aliam solutionem: ab hominibus, & famulis dictæ artis, habebant, vel habent.

Quòd si fortè aliquando vrgens necessitas collectas, aut taxas huiusmodi imponendi imminear, non alio, quàm sequenti ordine imponi, aut exigi posse mandamus. In primis vocentur omnes, & singuli de vniuersitate, seu arte, quibus huiusmodi impositio facienda est, per Mandatarium in scriptis, pro certa die, & hora, & loco, expressa etiam causa, pro qua vocantur personaliter, si reperiri poterint: sin autem dimissa schedula in manibus domesticorum, quibus conuocatis, assistente Deputato à Conseruatoribus, causa necessitatis exprimatur, & si duæ tertiæ partes venientium, id opportunum, aut necessarium fore censuerint: tunc ad Conseruatores eatur, vt statim dicetur: consensus autem per vota secreta, nempè per pillulas, vel tabas, per Notarium dictæ artis, assistentibus tribus, aut quatuor ab ipsa vniuersitate eligendis, vt fraudi locus non relinquatur, colligi debeat, quo facto negotium ad Conseruatores deferatur: Qui de causa, an legitima sit, conuocatis Capitibus Regionum, & secreto Consilio, cognoscant, & si à dicto Consilio approbata fuerit, deputetur ab ipsa Vniuersitate Depositarius, qui dictas pecunias recipiat, & de exactis, & expensis rationem reddat, tam ipsi Vniuersitati, quàm Conseruatoribus, siue vni Nobili ab eis deputando, nec in aliam causam expensum admittatur, quàm in eam, quæ ab initio fuerat proposita, & approbata. Qui in præmissis, aut eorum aliquo contrauenerit, pœnam quinquaginta aureorum, fabricæ Palatii Conseruatorum applicandam incurrat, & duplum parti restituat.

Itè prohibemus dictis Consulibus, & Vniuersitatibus, ne pro matriculandis, aut approbandis Magistris, seu pro danda facultate exercendi artem quamcumque, audeant, vel præsumant quicquam, publicè, vel occultè abexaminando, vel approbando recipere, aut exigere: sed habiles statim cum eos habiles reperierint (vbi Ars peritiam requirit) admittant: si contrafecerint pœnam viginti quinque aureorum, vt supra applicandam incurrant, duplumque læso restituat. Notario tamen licere volumus pro fide, & matricula, vsque ad duos Iulios, & non vltra à quolibet recipere, sub pœna prædicta.

Cassamus item, & irritamus quæcumque statuta prædicta, per quæ pœnæ, aut pœnarum pars Consulibus, Camerario, aut Notario applicantur: sed eas omnes locis piis,

& ad pium vſum applicari volumus. Qui contrafecerit, poenam prædictam, vt ſupra, applicandam incurrat.

Caſſamus pariter, & annullamus omnia eorum ſtatuta, quæ prohibent opus cœptum ab vno Magiſtro alium proſequi, aut explere poſſe primo inuito, aut antequam primo ſit ſatisfactum, Qui cõtrafacere auſus fuerit, eandem pœnam, vt ſupra, applicandam incurrat.

Item & omnia ſtatuta, quæ prohibent nouam apothecam aperiri propè aliam, niſi diſtet ab ea certo cannarum numero, vel ſpatio, ſimiliter caſſamus, & improbamus. Qui contra tentare auſus fuerit, pœnam prædictam, vt ſupra applicandam incurrat.

Vt Officiales Artium ſint Annales.

Cap. XLIV.

CONſules, & Camerarii artium, metam anni in eorum officiis excedere non poſſint, nulluſque ad dicta officia eligi debeat, niſi eam artem per annum ad minus publicè exercuerit; nec vllus elapſo anno confirmari, aut de nouo ad dicta officia, niſi biennium interceſſerit, eligi poſſit.

Vbi ius dicant Conſules Artium.

Cap. XLV.

CONſules Artium, ius dicant in Porticu Palatii Conſeruatorum, & in locis ſibi aſſignatis, vel aſſignandis: nullique eorum liceat in propriis domibus ius dicere, nec alibi, quàm in proprio Tribunali, Notarius vllo modo illis aſſiſtat; alioqui acta ſint irrita, & tam ipſi, quam Notarius, pœnam aureorum decem, vice qualibet incurrant.

De Ponderibus,

Cap. XLVI.

OMnes Mercatores, Artifices, & negotiatores Vrbis, & quiuis alij, qui ad pondus vendunt, aut permutant, ad appendendum omnia, quæ ad vſum humanum neceſſaria fuerint, aut quomodolibet opportuna, vna, eademque libra (nempè vnciarum duodecim) vti debeant: quæ libra, ſiue lancinus appendatur: Singula pondera, ſiue Statera ipſum marcum ſolito ſigno Dohaneriorum ſignata ſint; dictumque ſignum bis in anno renouetur: iiſdem autem ponderibus, quibus in Vrbe Ciuitates omnes, Oppida, & Caſtra, de diſtrictu vti debeant, licet illorum ſigna renouare non teneantur in dohana.

Lanij, Piſtores, Salſamentarij, Piſcarij, Pomarij, & reliqui omnes Artifices, & Negotiatores, & demum omnes, qui ad pondus vendunt, dum in eorum domibus, apothecis, ſiuè apothecarum ſcamnis, ſeu menſis, aut lapidibus vendunt; penſiles ſateras cum ſuſtinente annulo habere debeant: & omnes, qui volunt ad maiora pondera vendere, maiores ſateras habere debeant; ſateræ autem maiores ad huiuſmodi maiora pondera appendenda quatuor libras pro centenario librarum emptori plus tribuant; Qui in aliquo ex præmiſſis contrafecerit, & quoties, pœnam aureorum viginti quinque incurrat.

Extraordinarij maiores etiam de prædictis inquirere poſſint, & quoſcumque etiam quouis priuilegio ſe exemptos eſſe prætendentes, viſitare; & ſi pondera non æqua, aut immunita, vel non ſignata, aut aliàs vitium, vel fraudem, ſiue in ponderibus, ſiue in lancinis, ſiue in ſateris deprehenderint, maiori Gabellario, ſiue alijs, ad quos de huiuſmodi re inuenta pertinet, deferant, & pœnæ tertiam partem lucrentur.

Muliones, cæterique vectores fæni, dum nouum fœnum ad Vrbem portant, ſalmas minoris ponderis librarum trecentarum, demptis retibus, & funiculis, ferre non poſſint: alioqui fœnum, & animalia illud vehentia amittant, ſi ſua ſint; ſin minus, tribus funis ictibus pœna plectantur: Nec eis liceat aliquam fœni, vel paleæ portionem, ſibi facere, vel aſſumere, ſed totum ſit Domini: alioqui pœnam aureorum duorum vice qualibet, & pro vnaquaque ſalma incurrant.

De Menſuris.

Cap. XLVII.

RVbliteſa (quæ Rubli dimidia pars eſt) frumenti, hordei, leguminum, & ſimilium, qua in Vrbe vtimur, & cuius marmorea menſura in Capitolio conſeruatur, omnes Ciuitates, Caſtra, & loca de diſtrictu Vrbis etiam forte exempta, in vendendo, & emendo, vti debeant: qui contrafecerit; ſi Ciuitas, ducentorum; ſi Caſtrum, vel Terra, centum; ſi particularis perſona, quinquaginta aureorum pœnam incurrat.

Calcis quoque, & ſalis Rubliteſæ iuſtæ eſſe debeant, ſecundum marmoreas formulas, quæ in Capitolio ſeruantur; quæ quidem Rubliteſæ omnes tam frumenti, & aliarum rerum, quàm etiam calcis ſigillo Dohanæ; ſalis verò Cameræ Apoſtolicæ, & Populi Romani ſigillis ſignatæ eſſe debeant; alioqui illis in vendendo vtens, pœnam viginti quinque aureorum incurrat, & damnum parti læſæ reſarciat: Calcis autem menſuratores per Conſeruatores debeant approbari.

Congitella, quæ Congij dimidia pars eſt tam vini, quàm olei, ſint exactæ menſuræ cum illis marmoreis, quæ in Capitolio ſeruantur, & debeant eſſe, vt ſupra per Dohanerios ſignatæ, ſub pœna prædicta. Quibus Congitellis tam Ciues, & Incolæ Vrbis, quàm Ciuitates, Terræ, &

re, & Castra prædicta, in vendendo & emendo vti debeant: qui contrafecerint, pœnam de qua supra in Rubricella dix mus, incurrant.

Salma vini, est congitellarum viginti quatuor, & cum quælibet congitella consistat ex petittis, siue buccalibus quatuor, erit salma cadorum, seu barrilium trium: vnumquodque verò barrile est buccalium triginta duorum; salma autem musti est congitellarum viginti sex.

Nullus qui vinum, aut oleum, frumentum, hordeum, aut quæuis alia vendit ad mensuram, alia mensura vti possit, quàm sigillata sigillo Dohanæ, quòd debeat singulis sex mensibus renouari: qui contrafecerit, poenam de qua in capitulis Gabellarii maioris, incurrat.

Barrillarij omnes Phalangarij, seu Fachini, & alij quicunque, qui barrilibus vtuntur, ac etiam illi, qui in vindemiis mustum deferunt, barrilia iustæ mensuræ habere debeant, & sigillata sigillo Dohanæ; alioqui poenam aureorum viginti quinque quoties contrauenerint, incurrant. Liceat tamen Mulionibus, & alijs, qui vinum à conuicinis Ciuitatibus, Terris, & Locis ad Vrbem ad vsum particularium personarum, & non pro mercimonijs, siue Magazzenis aduehunt, pro vecturæ vtilitate, barrilibus maioris mensuræ vti; non tamen minoris, quibus maioribus sigillum prædictum adhibere non oportet.

Tabernarij, cæterique omnes, qui vinum minutatim vendunt, has mensuras in eorum tabernis sigillatas sigillo Dohanæ habere debeant. Videlicèt petittum, siue Buccale, Medium, quòd est, Buccalis dimidia pars, Foliettam, quæ est Buccalis pars quarta, & semifoliettam; quarum mensurarum vascula sint angusto ore, & modicum rostrata, iuxta eorum formas æneas, signo Populi Romani impressas, Dohanerijs tradendas, alioqui poenam incurrant in Constitutionibus maioris Gabellarii expressam: qui verò semifolietta caruerit, aut cum ea vendere recusauerit, poenam aureorum quinque vice qualibet incurrat.

Olearij, qui oleum minutim vendendum per Vrbem deferunt, teneantur secum non solum Medium, sed Foliettam quoque oleariam, solito signo signatam, perferre, & cum ea petentibus vendere; alioqui aureorum quinque vice qualibet poena multentur.

Aquarij, qui aquam per Vrbem vendendam afferunt, habere debeant cupas, siue cupellas mensuræ ad minus quartæ partis barrilis, ita vt sint singulæ Buccalium octo, quæ debeant esse signatæ signo Magistri, qui eas confecerit; alioqui ipsi Aquarij cupas perdant, & duorum aureorum poena multentur: quòd si signatæ signo Magistrorum, minoris mensuræ repertæ fuerint, poena Magistro duplicetur, & nihilominus Aquarius puniatur vt supra.

Puteolanarij, siue Arenarij puteolanam in bigontijs deferentes, habeant bigontios signatos sigillo Romani Populi, gratis per Conseruatores imprimendo, vt sint iustæ mensuræ: deferentes autem eam in faccis, debeant habere faccos iustæ mensuræ, nempè longitudinis palmorum sex, & latitudinis palmorum duorum: qui facci debeant esse signo Domini ipsorum signati; alioqui faccos, & bigontios amittant, & poenam aureorum decem vice qualibet incurrant.

Cuparij, siue Fabri lignarij, qui barrilia cupas aquarias, & bigontios arenarios faciunt, ea iustæ mensuræ, aut maioris fabricare teneantur, minoris autem nullo modo conficiant. Cum primum verò huiusmodi vasa perfecerint eorum proprio sigillo, quod sibi quisque elegerit ignito in tympanis, vel lateribus signare teneantur. Formam autem sigilli prædicti cum eo vti voluerint, singuli Notario Cameræ Vrbis, qui illam custodiendam gratis recipiet, deferre debeat: Qui contrafecerit, amittat omnia vasa, quæ in eius apotheca non signata, aut minoris mensuræ reperientur, & poenam aureorum quinque vice qualibet incurrat.

De vendendibus rem pro re.

Cap. XLVIII.

MErcatores, & Artifices, & Negotiatores omnes, cuiuscunque conditionis existant, teneantur omnia eorum mercimonia, res & bona, tàm simplicia, quàm composita ad vsum humanum quoquo modo pertinentia, pro his quę verè sunt, & non vnam pro alia vendere: Exprimendo poscentibus præsertim ipsarum rerum existentiam, qualitatem, & loco vndè sint: si secus fecerint, bona vendita amittant, & pretium emptori restituant, & falsi poenam incurrant, & per eos, ad quos spectat, puniantur, & poenæ tertia pars accusatori applicetur.

De nundinis, & ordine in eis seruando.

Cap. XLIX.

CVm singulis diebus Mercurij, si dies ipsa feriata non sit; alioqui die præcedenti Nundinæ in platea Agonis fiant, & in ea Artificibus, & negotiatoribus pro omnium commoditate certa loca assignata fuerint: Nihilominus, quia crescente hominum cupiditate Artifices, & Negotiatores, qui Annonam tractant inter aduenas, qui ad Vrbem pro die nundinarum annonam afferunt, se immiscentes, & discurrentes in emendis pullis, auibus, ouis, pomis, malis, pyris, nucibus, vuis, ficubus, castaneis, allijs, cepis, leguminibus & aliis fructibus, & frugibus similibusque rebus ad annonam spectantibus, multas fraudes, in Ciuiù emere volentium damnum adhibere comperti sunt: Hac præsenti constitutione cauetur, vt habitatores Vrbis, qui in his vendendis versantur, Pullarij, seu Pullaroli, Pomarij, seu fructaroli, & Salsamentarij, siue pizzicaroli, quique in dicta nundinarium die, & alia illiam præcedente ab aduenis emere prohibiti sunt, habeant & habere debeant in dicto Agonis foro, locum

cum vnum ab aduenis, qui prædicta ad vendendum in foro afferunt, omninò separatum: Ita vt inter aduenas prædictos, & illos vrbicos pullarios, pomarios, & salsamentarios omninò intermedij existant calceolarij, sarctores, siue pelamantellarii, aut merciarii, aliique Vrbis artifices minimè annonam tractantes: Nullusque ex aduenis prædictis, annonam afferentibus, possit inter eosdem vrbicos annonarios, nec vrbici annonarii inter illos, dicta die nundinarum durante, discurrere, vel manere. Qui contrafecerint, amittant bona, quæ emerint, & pœnam decem aureorum incurrant, minuendam, & augendam Conseruatorum arbitrio, pro rerum, & personarum qualitate.

Nec etiam liceat iis negotiatoribus, qui linum, aut canabim in Vrbe vendunt, dicta die nundinarum, & eam præcedente, emere in Vrbe linum, aut canabim ab his, qui linum, aut canabim pro nundinis vendendum afferunt, debeantque & ipsi eodem die nundinarum permanere in loco omninò separato ab aduenis, linum vendentibus, & inter eos non conuersari, vt de pullariis, & aliis proximè dictum est; alioqui bona, quæ emerint, amittant, & pœnam prædictam incurrant.

Nullus hospes, aut tabernarius, qui habeat propè suum hospitium, seu tabernam, domos, aut apothecas pullariorum, distantes minori spatio cannarum quinquaginta, possit die martis, vel die Lunæ, hospitari, & recipere muliones aut alios aduchentes ad Vrbem, pullos aut oua; alioqui pœna aureorum decem, vice qualibet, & pro qualibet salma puniatur.

De non emendo in locis prohibitis.

Cap. L.

NVlli liceat in Vrbis districtu linum emere ad effectum illud minutatim vendendi in Vrbe, nullique macellario, pullario, pomario, pizzicarolo, aut cuiuis negociatori, seu venaliciario liceat, quæ ad Annonam pertineat, emere, nisi in locis deputatis, & publicis plateis, ac diebus permissis, nec quoquo modo intra, vel extra Vrbem obuiam ire iis, qui ad Vrbem afferunt Annonam nulli quoque Ciui liceat extra, vel intra Vrbis mœnia obuiam ire afferentibus frumentum, hordeum, auenam, aut similia, etiam si pro vsu proprio illa emere voluerit. Qui secus fecerit, bona, quæ emerit, amittat, & pœnâ aureorum decem quoties contrafecerit, incurrat; quam si infra dies octo non soluerit per Vrbem fustigetur, aliàs Conseruatorum arbitrio personæ, & facti qualitate pensata puniatur.

De Frumento, & Hordeo in Platea Campi Floræ vendendo.

Cap. LI.

NVllus furnarius, neque lentacularius, siue ciambellarius, nec etiam vermicellarius, audeat, vel præsumat per se, vel alium frumentum in platea Campi Floræ quoquo modo emere: qui contrafecerit, frumentum amittat, & pœnam aureorum viginti quinque persoluat.

Phalangariis, nullo modo liceat inter frumenti, hordei, & aliorum similium, aut leguminum venditores, & saccos discurrere; neque se in pacificendo inter venditorem, & emptorem quoquo modo intromittere, nec saccis, aut venditoribus propius accedere, nisi forte ad mensurandũ, vel portandum vocentur, alioqui pœnam aureorum quinque eorum quilque incuurrat, quam si non soluerit intra octo dies, fustigetur per eandem plateam causa inscripta.

Qui in platea prædicta annonæ curam gerunt, Commissarii appellati, necnon & Phalangarii, si ipsi pro aliis de frumentis, hordeis, aut his similibus cum venditoribus pacificentur, pœna viginti quinque aureorũ per eos, ad quos spectat, multentur.

Vendentes hordeum, auenam, fabas, & alia similia, qui in eadem platea domos, vel apothecas habent, omninò caueant, ne aduenæ frumentum, hordeum, aut similia in eorum domibus, vel apothecis reponant: alioqui si illa receperint, pœnam aureorum decem, vice qualibet, incurrant.

Quod Riparum merces ante triduum per negotiatores non emantur.

Cap. LII.

ANtiquum Riparum morem renouantes, statuimus, vt non liceat venalitiariis, seu reuenditoribus, & negotiatoribus quibuslibet, & iis omnibus, qui ad effectum minutatim reuendendi emunt, ante triduum postquam merces quæcumque in portubus, seu Ripis superioribus, & inferioribus applicuerint, emere, aut de illis quoquo modo pacisci, vt Ciues illis indigentes ab ipsis Mercatoribus interim emere possint: qui contrafecerit, bona, quæ emerit, amittat, & pœnam aureorum viginti quinque incurrat, cuius pars tertia accusatori applicetur.

De Monopolijs.

Cap. LIII.

MOnopolia omnia, tam in Vrbe, quàm extra Vrbem, rerum ad Vrbem asserendarum per quadraginta milliaria prohibita sint; & qui ea fecerint, seuerissimè etiam per Conseruatores puniri possint.

Quod Annona ad Vrbem liberè deferri possit.

Cap. LIIII.

NVlla Ciuitas, Oppidum, aut Castrum districtus Vrbis, nullusque Baro, Domicellus, Oppidorum, Castrorumue Dominus: nullique Rectores, aut Gubernatores locorum prædictorum, quouis prætextu, aut quæsito colore, vel priuilegio, audeant, vel præsumant etiam suos Ciues, oppidanos, & vassallos, volentes ferre ad Vrbem annonam quouis modo publicè, vel occultè tacitè, vel expressè, directè, vel indirectè, dicto, vel facto prohibere, inhibere, aut impedire: qui contrafecerit; si Ciuitas sit, aureorum quingentorum; si Oppidum, Castrum, Communitas, aut Baro, trecentorum; si particularis persona, centum aureorum pœnam incurrat, & de prædictis Senator inquirere teneatur, & credatur dicto accusantis, vel denuntiantis cum tribus testibus de fama publica deponentibus.

Vt nullus in Districtu Vecti. ctigal, aut Pedagium exigat.

Cap. LV.

NVlla persona, nullusque Romanus Ciuis, aut eius vassallus audeat, vel præsumat in Vrbis districtu, Mercatores cum mercibus, & animalibus ad annonam, seu grascium spectantibus ad Vrbem venientes, siue per terram, siue per aquam quouis quæsito colore, aut prætextu impedire, nec ab eis aliquam aliam gabellam, pedagium, aut vectigal extorquere, vel piscium, animalium, aut aliarum rerum partem petere; sed sint liberi, & immunes, dummodo dohanam in Vrbe solui solitam persoluant: per hoc tamen nolumus fieri præiudicium Romanis Ciuibus, qui ab antiquo consueuerunt pisces, & aues habere, de quibusdam piscibus, & auibus, quæ ad Vrbem afferuntur.

De Ciuium Romanorum immunitate.

Cap. LVI.

CIues Romani habentes possessiones, terras, domos, seu casalia in Territorijs, seu tenimentis alicuius Ciuitatis, Oppidi, vel Castri de Vrbis districtu: & etiam illi, qui habent possessiones in Ciuitate Tyburtina, & eius tenimento, liberi sint, & immunes ab omni data, collecta, & impositione, quæ fierent per dictas ciuitates, & loca, nec ad contribuendum directè, aut indirectè cogi possint; præterquam pro collecta mille florenorum auri: quæ Ciuitas Tiburtina soluit, & si starent contra bona ipsorum Ciuium, vt forte possessiones eorum non laborarentur, vel qui tale, ad emendationem damnorum teneantur, & pœnam ducentorum aureorum incurrant.

Liceatque Romanis omnibus habentibus terras, & possessiones, in Ciuitatibus, Oppidis, & Castris districtus Vrbis, vinum, frumentum, hordeum, legumina, oleum, linum, canabim, & omnes alias fruges, & fructus, quos collegerint in eorum possessionibus, quæ in dictis locis habent, vel habuerint, ad Vrbem portare liberè, & sine aliqua solutione, vel Gabella, & possint, & debeant in libertate manere; quod etiam procedere volumus in illis, qui habent laboreria in locis, & terris prædictis, vt liceat eis sine aliqua solutione, & modestia fructus per eos recollectos liberè extrahere, & ad Vrbem portare; & quòd Domini dictorum locorum, seu quæcumque aliæ Communitates, non impediant Ciues Romanos prædictos, quo minus prædicta liberè faciant: qui contrafecerit, pœnam quingentorum aureorum incurrat, de quo per Senatorem inquiri debeat, & credatur accusatori, vel denuntiatori cum dicto vnius testis.

Possint quoque Romani ciues in toto Vrbis districtu, & à Monte alto, & Terracina, atque locis interiacentibus liberè quascumque merces extrahere, vt ad Vrbem afferant, & pro præmissis nullum ab eis extra Vrbem pedagium, aut quid aliud exigatur: qui contrafecerit, si Ciuitas, Oppidum, aut Castrum, vel Baro fuerit, poenam quingentorum aureorum; si priuatus, ducentorum incurrat, & damnum parti læsæ resarciat, de quo stetur iuramento damnum passi, cum vnius idonei testis probatione.

Nulla pariter Ciuitas, Oppidum, Castrũ, Baro, Domicellus, Communitas, aut quinis alius de districtu Vrbis, vel Romanus Ciuis, audeat, vel præsumat, Romanos ciues, siue eorum famulos, & agentes, per eorum Ciuitates, Oppida, Castra, & loca, cum mercimonijs, animalibus, annona, seu grascia, siue alijs quibuslibet bonis ipsius Romani ciuis transeuntes, impedire, aut ab eis aliquod passagium, pedagium, vel portaragiũ, vel aliquod aliud quouis nomine, aut modo petere, vel exigere, aut peti, vel exigi facere; sed ipsos, & eorum nuntios cum mercimonijs, animalibus, grascia, & alijs eorum bonis liberè transire permittant: Qui con-

contrafecerunt, pœnam incidant in proximo præcedente Statuto impositam, & damnum parti læsæ refarciant, de quibus Senator inquirere teneantur, & credatur de damno, & contrauentione, iuramento damnum passi, vel accusantis, aut denunciantis, cum vnius testis probatione.

Quando Aduenæ Ciuium Romanorum Priuilegio vti possint.

Cap. LVII.

NVllus Aduena, siue forensis habens Priuilegium ciuilitatis, habeatur, vel reputetur pro Ciue, ad hoc, vt Ciuium Romanorum Priuilegio, quo ad Gabellam Dohanæ Pecudum vti frui possit, nisi habeat domum in Vrbe, & vineam propè Romanam infra quinque milliaria, & habitet per tres partes anni in Vrbe, cum sua familia.

Illi Mercatores, Aduenæ, siue forenses intelligantur Ciues Romani, qui habuerint in Vrbe maiorem partem rerum mobilium, & immobilium, domum & habitationem continuo in ea, cum eorum familia (quando eam habent) & tunc excusentur, vt Mercatores, & Ciues Romani, de propriis rebus, & mercimonijs, & non de alienis: Priuilegio autem ciuilitatis, quo gaudere debet Ciuis, non possit excusari Socius, vel aliqua alia persona, quæ esset extra familiam ipsius Ciuis; Familiæ vero nomine intelligantur commensales, & omnes qui sunt in eadem domò ad omnes expensas ipsius Ciuis, siue Patris familias.

Vt Romani Ciues, etiam deliquentes in districtu ad Senatorem remittantur.

Cap. LVIII.

NVllus Ciuis Romanus ratione possessionis aliquorum bonorum, etiam mobilium, vel se mouentium, quæ habeat in aliqua Ciuitate, Oppido, vel Castro, de districtu, possit in dictis Ciuitate Oppido, vel Castro aliquo modo cogi, aut conueniri: sed si quis ab eo aliquid prætendit, etiam dictorum bonorum occasione, debeat eum coram Vrbis Senatore conuenire. Qui contrafecerit, pœnam quingentorum ducatorum Cameræ Vrbis applicandam ipso iure incurrat. Nullaque Ciuitas Oppidum, vel Castrum, siue Baro, & Domicellus Romanus de Vrbis districtu, etiam si merum, & mixtum imperium habeat, & gladij potestatem, audeat, vel præsumat in aliquem Romanum Ciuem, etiam ratione cuiusuis delicti, in eorum tenimentis commissi, animaduertere, vel ipsum quoquo modo punire: sed tantum possint, & debeant ipsum delinquentem capere, & captum Senatori transmittere; qui in eum pro facti qualitate animaduertat.

De iuramento per Barones præstando.

Cap. LIX.

QVoniam in antiquis Vrbis Statutis sub Rubrica prædicta, ita cautum erat: Videlicet, omnes de vtraque domo Vrsinorum, & Columnensium, & omnes de domo Annibaldorum, & omnes de domo Domini Odonis de sancto Eustachio, & omnes de domo Domini Petri de Genazzano, & omnes de domo Albertinotum, & Domini Petri Romani, & omnes de domo Sabellensium, & de domo Comite, & omnes de domo Capocinorum, & Dominus Petrus Gaietanus, & eius filij, & alij secùdũ, quòd in Cam. inueniũtur teneantur iurare in Cõsilio generali coram Senatore non receptare aliquos diffidatos, homicidas, fallitos, falsarios, exules, aut infames personas, in domibus, & fortellitijs eorum: & curare, & facere, quod dictæ personæ sic criminosæ non inueniantur, seu appareant in dictis domibus, seu fortellitijs eorum, & nihilominus satisdare in Camera Vrbis teneantur ad pœnam mille marcarum argenti, saluo quòd Senator possit ipsam pœnam moderari, secundum qualitatem personarum, quòd non faciens contra prædicta: & si contra prædicta, vel aliquod prædictorum factum fuerit, ante vel post Sacramentum, puniatur contrafaciens in pœna prædicta, & Senator de prædictis, singulis tribus mensibus debeat facere generalem inquisitionem: quòd si non fecerit, soluat de suo salario vice qualibet scuta ducenta: possint tamen prædicta adimplere per Procuratores per eos specialiter constituros. Ideò & Nos per omnes Barones Rom. ita seruari debere innouamus.

De vijs publicis districtus reaptandis, & à latronibus custodiendis.

Cap. LX.

COmmunitates, & homines Ciuitatum, Oppidorum, Castrorum, & Villarum districtus Vrbis, & illorum Domini, teneantur Vias publicas, quæ per eorum territoria, siue tenimenta pertranseunt, ita & taliter aptare, & sternere, vt per illas euntes, & transeuntes non solum sine periculo, sed etiã commode ire, agere & transire possint; & si cessauerint, pœnam aureorum ducentorum incurrant, & nihilominus eas sternere, & aptare cogantur: Sed & illas à latronibus omni tempore custodire debeant, ita vt euntibus, & redeuntibus per eas tutus sit semper accessus; alioqui poenam aureorum quingentorum vice qualibet incurrant. Quòd si contigerit in eorum tenimentis prædictis alicui transeunti aliquod damnum

num à latronibus inferri, id totum restituere teneantur, & de latrocinio per tres idoneos testes de fama publica deponentes, probasse sufficiat. De quantitate autem rei ablatæ stetur sacramento damnum passi, seu illius hæredis Senatoris taxatione præcedente, personæ qualitate pensata Si verò Communitates, vel Domini locorum prædictorum, vbi latrocinium factum fuerit, delinquentem in manibus Senatoris dederint, à damni emendatione liberentur; pœnam tamen ob non adhibitam custodiam omninò soluere teneantur: Et si homicidium secutum fuerit, condemnentur in ducatis auri quingentis, hæredibus occisi: si vero percussio, cum sanguine facta fuerit, ipsi percusso ducatos auri ducentos soluere cogantur, & nihilominus ad alias pœnas prædictas, & damnorum emendationem teneantur.

De Venalitiarijs, siue Recatterijs.

Cap. LXI.

NVllus veterum pannorum negotiator, venalitiarius, siue recatterius, ab aliqua incognita persona emat pannos lineos, vel laneos, sericos, bombicinos, vel mistos, veteres, aut qui in hominum vsu fuerunt, seu ad humanum vsum sunt facti, etiam si sint aratia, tapeta, aut lances, caldaria, seu quæuis alia supellectilia, vel ferramenta ad hominum, vel ædificiorum vsum pertinentia, sine præsentia duorum testium fide dignorum, qui de illo exercitio non sint, & qui venditorem cognoscant: Qui contrafecerit, si res empta furtiua sit, duplum valoris rei, Cameræ Vrbis pro pœna persoluere, & rem domino restituere debeat: ad quam quidem rei furtiuæ restitutionem, etiam si testes adhibuerit, & venditorem cognouerit, omninò teneatur: sed eo casu à pœna liberetur.

De molendinarijs.

Cap. LXII.

MOlendinarii postquam frumentum ad eorum molendina portauerint, illud intra dies quatuor, legitimo impedimento cessante, diligenter, & bona fide molere teneantur; & si ad pondus eis consignatum fuerit, frumentum ad pondus restituere: si verò ad mensuram pro singulis sex scortiis frumenti, scortios sex pollinis, seu floris farinæ, & critelli scortium vnum, & furfurum scortios duos restituere teneantur; si cessauerint, damnum, quod dominus frumenti pateretur, illius iuramento, præuia Iudicis taxatione, consideratis præmissis, liquidandum emendent, & aureos duos vice qualibet pro pœna persoluant: quòd si frumentum pro frumento suppositum fuerint, etiam de falso puniri possint, & dominus in omnibus casibus prædictis pro famulo teneatur. Sed hæc actio vltra tres menses non duret.

Caueant autem, tàm ipsi molendinarij, quàm molarum domini, & fabricatores, ne lapides molares, aliter quàm in trahis, quas Tralliones appellant, per Vrbem, & supra pontes conducant; alioqui lapides amittant, & pœnam aureorum viginti vice qualibet incurrant.

Pariterque caueant à molendo in diebus Dominicis, & festiuis à Sancta Matre Ecclesia prohibitis: alioqui pœnam aurei vnius vice qualibet persoluant.

De Sarctoribus. Cap LXIII.

NVllus Sarctor, siue alius quispiam, qui vt proxeneta, siue mediator, in venditione pannorum, siue drapporum etiam sericorum ex auro intextorum, aut Aratiorum, vel etiam Pelliciarum, vt mediator intercenerit, aliquid à venditore, vel emptore pro proxenetico petere possit, nec etiam à sponte dantibus recipere: alioqui pœnam aureorum decem, tàm ipse Sarctor; quàm dans, vel promittens incurrat.

De Aromatarijs, siue Pharmacopolis.

Cap. LXIIII.

NVllus Aromatarius, siue Pharmacopola, pharmaca composita, siue medelas tractare, vendere, aut simplicia componere possit; nisi per medicorũ Collegiũ, seu deputãdos ab eo, prævio examine, legitimè fuerit approbatus: qui contrafecerit, pœnam aureorum centũ vice qualibet incurrat.

Nullusq; qui Cerariam artem tractat, audeat in cereis, faculis & candelis, aliud quàm purum bombicem, seu bombacem, & puram ceram adhibere; & si in eis ceram nouam supra ceram veterem inducet, ita inducat, vt pars ceræ veteris remaneat aperta, ita vt distinctè à noua cognosci possit: qui contrafecerit, in pœnam incidat, de qua hoc libro supra dictum est, de vendentibus rem pro re.

De diebus festis obseruandis.

Cap. LXV.

NVllus Mercator, Negotiator, Venalitiarius, vel Artifex, diebus in honorem Dei altissimi, & Sanctorum eius dicatis, quibus à Sancta Matre Ecclesia, seruilia opera fieri prohibentur, audeat bona, vel mercimonia ipsorum, quæcunque sint, in eorum apothecis vendere, aut quoquomodo distrahere, nec etiam apothecas apertas tenere, nisi eas inhabitent; quo casu tantum, quantum ad introitum, & lumen sufficiat, & non vltra apertas habere liceat: qui contrafecerit, pœnam iuliorum quinque vice qualibet incurrat, & de prædictis Extraordinarii more solito inquirant, & denuncient.

Quod in mari, & flumine piscari liceat.

Cap. LXVI.

CVilibet Romano Ciui, & habitatori Vrbis, & districtus libere liceat incursu, tàm Tyberis, quàm Anienis, & Mari, quatenus fluminum ripæ, & maris litus se extendunt, quocunque tempore, & quocunque artificio piscari; nullique prohibendi, aut ab eis aliquid auferendi ius sit; dum tamen à prædiis, ædificiis & piscariis, quæ proprios dominos habent, se abstineant, & pariter à ripis Regionis Arenulæ, videlicèt Sanctæ Seueriæ, & Pauli, in quibus sine licentia Syndici piscari non licet. Per riuos autem nemo audeat inhonestè piscari, nec cum instrumentis ferreis, vel ligneis, quibus illorum ripæ corrumpuntur, aut cursus aquarum impeditur, aut domini in suis possessionibus perturbantur, discurrere. Qui autem piscantes in locis permissis prohibuerit, quiue in locis vetitis piscari ausus fuerit, in pœnam aureorum decem vice qualibet incurrat, & damnum parti læsæ refarciat.

De capitibus piscium Conseruatoribus dandis.

Cap. LXVII.

OMnium piscium, qui sunt longioris mensuræ marmoreo schemate, quod in Palatio Conseruatorum affixum est, capita, vsque ad primas pinnas inclusiuè, per *Piscarios*, ad quos in foro piscium, vel alios, ad quos quomodocunque peruenerint, Conseruatoribus in eorum Palatio assignentur, nec alii liceat dicta capita petere, vel habere: Qui in his Conseruatores fraudasse, compertus fuerit, pœnam aureorum decem se nouerit incurrisse.

Vt pisces, Syluestria animalia, & alia vbique in Vrbe vendi possint.

Cap. LXVIII.

QVilibet Negotiator, siue Venalitiarius, aut quiuis alius, pisces, animalia syluestria, aues, & demum quæcunque ad annonam pertinentia, siue aliqua solutione, vel exactione, libere per Vrbem, & in quauis parte Vrbis vendere possit, & valeat: Qui verò eos prohibuerit, aut aliquid ab eis exegerit, quadruplum restituat, & Fisco pœnam aureorum viginti quinque inferre cogatur.

De occidentibus Animalia aliena.

Cap. LXIX.

SI quis data opera bouem, taurum, bubalum, vaccam, equum, aut asinum, vel alia maiora animalia alterius occiderit, soluat pro pœna pro quolibet animali scuta viginti quinque; si vero animal fuerit minutum, vt ouis, aries, porcus, aut similia, soluat pro pœna ducatos auri decem, & in omnem casum duplum damni parti læsæ refarciat.

Et si in tenimento, vel territorio alicuius Ciuitatis, Oppidi, seu Castri, de districtu, aliquod animal per homines illius loci interfectum, aut excoriatum fuerit, quod probasse sufficiat per publicam famam, & sacramentum Domini, & pastoris, siue custodis animalis mortui, Communitas ipsa, vel locus, vel dominus loci damnum emendet, per sacramentum domini animalis, prævia Iudicis taxatione declarandum: sed si aliquis porcus alicuius personæ de districtu damnum dederit in syluis, vineis, spicis, aut herbis alicuius Romani Ciuis, existentibus in dictis Ciuitatibus, Castris, & locis de districtu, licear Romano Ciui porcum occidere, & habere; & nihilominus damni emendationem, à porci domino petere possit.

De interficientibus Lupum.

Cap. LXX.

LVpum si quis quocunque modo interfecerit, intra Vrbem, habeat à Camera iulios decem; si extra Vrbem circum milliaria decem, iulios quinque.

Ne animalia, & pelles emantur à Pastoribus, vel ignotis.

Cap. LXXI.

NVllus emat animalia, boues, equos, aut similia, nec pelles ipsorum animalium à pastoribus, vel aliis ignotis personis, aut ad id non præpositis, sine domini præsentia, aut mandato: qui contrafecerit, animal si extet, restituere; sin autem, illius valorem domino soluere teneatur, & Fisco aureos decem, nisi in publico foro emerit, pro pœna persoluat: Sed si pastor, aut alius quiuis cum pellibus prædictorum animalium illas vendere quærens, deprehensus fuerit, capiatur, & diligenter ab eo, cuius sit, & vnde eas habuerit, inquiratur, nec relaxetur, donec de veritate constiterit, & si culpabilis repertus fuerit, pro facti qualitate puniatur.

Ne porci per Vrbem discurrere permittantur.

Cap. LXXII.

QVi porcos in Vrbe nutriunt, nullatenus finant eos per Vrbem discurrere, aut vagari; alioqui porcos amittant, & pœnæ nomine duos aureos pro quolibet porco Camerę soluant.

De equis mortuis in seruitio Romani Populi.

Cap. LXXIII.

SI in prælio à iure permisso, aut in subiugandis, & puniendis Rebellibus, & inobedientibus, vel aliàs in seruitio Romani Populi, equi aliqui moriantur, aut pereant, pretium Domino per Cameram Vrbis soluatur.

De ludis prohibitis.

Cap. LXXIIII.

NVllus vnquam, nec in aliqua Vrbis parte, ad aliquos ludos prohibitos pecuniam, aut æquipollens, ludere; nullusque in quauis Vrbis parte licentiam ludendi, aut locum pro ludis prædictis dare, permittere, vel cõmodare audeat, vel præsumat. Qui verò ludere repertus fuerit, pecuniam omnem amittat, & pœnam viginti quinque ducatorum auri persoluat, quam si non soluerit, luat in corpore: Qui vero huiusmodi locum, aut licentiam dare præsumpserit, cuiuscunque status, & conditionis fuerit, pœnam ducentorum aureorum incurrat, & ludentes nihilominus pœna prædicta multentur.

De immunditijs in locis publicis, & Riuis aquarum non proijciendis.

Cap. LXXV.

NVllus audeat in aliqua via, vel platea publica Vrbis, aliquam immunditiam cuiuscunque qualitatis sit proijcere, vel proiectam habere: qui contrafecerit pœnam decem aureorum vice qualibet incurrat, & nihilominus eam suis sumptibus tollere, & locum omninò purgare teneatur, & de hoc quilibet, & coram quocunque Iudice accusare, vel denunciare possit. Nullusque in riuis, seu decursibus aquarum, aliquam immunditiam, aut quid aliud, per quod cursus aquarum impediatur, proijcere, aut immittere audeat: qui contrafecerit, & tollere cogatur, & pœnam prædictam incurrat.

De famulis cogendis ad seruitij tempus implendum.

Cap. LXXVI.

FAmuli, & Famulæ etiam artificum, & omnium aliorum Romæ degentium, si promiserint pro certo tempore alicui inseruire, teneantur conuentum tempus complere, dummodo Dominus illis mercedem conuentam soluat; & non aliter, quàm conuentum est eorum opera vtatur, & condecentia præbeat alimenta: & ad hoc famuli, & famulæ prædicti per Iudices iuris, & facti remedijs compellantur: quod si omninò recusauerint, tertiam partem decursę mercedis amittant, & ad damna, & interesse Senatoris arbitrio, factorum & personarum qualitate pensata, teneantur.

Quod Iudæi non sint exempti à Collectis Agonis, & Testaciæ.

Cap. LXXVII.

NVllus Iudæus à solitis collectis vniuersitati Iudæorum impositis, immunis sit, aut exemptus, non obstante quacunque immunitate, eis aut alicui ipsorum à quauis persona concessa, nisi ab ipsa sua communitate Hebræorum, aliquis facrit exemptus: quæ exemptio Camerę Vrbis nullatenus præiudicet; sed reliqui, qui ipsum immunem fecerint, pro eo omninò teneantur. Consules autem artium, neque pro solemnitate festiuitatis Assumptionis Beatissimæ semper Virginis Dei genitricis Mariæ, neque pro alijs impositionibus quoquo modo ab eis imponendis ipsos molestare audeant. Ipsi quoque Iudæi coram Consulibus artium aliquo modo, vel ex quacunque causa minimè comparere, aut respondere cogi possint.

Ne Iudæi Alibi quam in campis assignatis sepeliantur.

Cap. LXXVIII.

IVdæi alibi sepeliri non possint, nisi in campis eis pro sepulturis in Regione Transtiberim assignatis.

De vineis custodiendis.

Cap. LXXIX.

NVllus in alienis Vineis damnum dare præsumat, & si quis in eis damnum dederit, ad damni emendationem, & ad pœnam aureorum quinque, vice qualibet teneatur. Qui verò in vuis, aut pomis damnum dederit, soluat pro quolibet vuarum racemo, bolonenos tres, & pro quolibet pomo,

cuiusuis generis bolonenum vnum, & pœnam prædictam incurrat; & nihilominus Magistri Iusticiarii sua iurisdictione vti possint. Si quis vero per alienas vineas discurrere, aut transire presumpserit inscio domino, pœnam aurei vnius soluat: si verò inuito Domino, de vi turbatiua puniatur. Qui autem venari, aut aucupari cum canibus, vel sine per alienas vineas præsumpserit, in ducaris auri quinque viae qualibet multetur: Sed si quis palos, tàm nouos, quàm veteres, vel de vinea, vel de arundineto, vel oculos arundinum fuerit ausus facere, ad damni emendationem, & ad solutionem aureorum decem pro pœna condemnetur, quam si infra octo dies non soluerit, fustigetur per Vrbem.

Quod vassalli Romani Populi, Baronibus vassallagium non iurent.

Cap. LXXX.

NVllus Vassallus Pop. Romani, qui in Oppidis, vel Castris eiusdem Populi inhabitat, audeat, vel præsumat vassallagium alicui Baroni, seu de Magnatibus Vrbis iurare, vel promittere, aut ipsorum Magnatum, seu Baronum insignia, vel Arma in parietibus eorum domorum in dictis Oppidis, vel Castris posita rum pingere, vel picta habere. Qui contrafecerit, si monitus infra dies quindecim promissionem non reuocauerit, & arma huiusmodi non expungerit, seu deleuerit, bona omnia, quæ in dictis Oppidis, vel Castris habet, amittat; & illa Populo Romano applicentur. Ipse vero ab eiusdem locis in perpetuum exulet.

De antiquis AEdificijs non diruendis.

Cap. LXXXI.

NE ruinis Ciuitas deformetur, & vt antiqua ædificia decorem Vrbis perpetuo repræsentent; nullus cuiusuis status, aut conditionis quæcunque antiqua Vrbis ædificia, tàm ea quæ intra, quàm quæ extra Vrbem sunt, etiam si intra propria prædia, vel possessiones existant, quouis quæsito colore diruere, aut diminuere, aut dirui, vel diminui facere audeat, vel præsumat: Qui contrafecerit, pœnam quingentorum aureorum incurrat, & Senator de hoc inquirere debeat.

De aqua Circi, & alijs aquis non deriuandis.

Cap. LXXXII.

NEmo audeat, aquam quæ venit in Vrbem ad Circum, & illius alios que hortos & molas, vel quascunque alias aquas, quæ certum cursum habuerunt, ab antiquo cursu in totum, vel in partem deriuare: Qui contrafecerit, soluat pro pœna aureos quinquaginta, & nihilominus aquam ad suum cursum restituere teneatur; & de hoc quilibet accusare, & denunciare possit.

De aquæ Marianæ Alueo purgando. Cap. LXXXIII.

SI aquæ Marianæ, quæ vadit ad aquæductum licentem, vsque ad portam ruptam, & ad pedem Turris Sancti Ioannis, & turrim Quatrari, cursus, & alueus corrumpere tur, ab adiacentium prædiorum Dominis, & eorum expensis purgari, & adaptari debeat, ita vt alueus latus sit mensura palmorum octo, & profundus palmorum quatuor, & omnes sepes, quæ iuxta eum sunt, ab eisdem Dominis tollantur, nec huiusmodi purgationis, aut instaurationis occasione, alicui alteri, quã Dominis prædictis, onus aliquod imponi possit: Et nihilominus omnibus in aquis prædictis, ius aliquod, vel priuilegium habentibus, ius & priuilegium saluum sit: Teneantur autem Senator, & Conseruatores, singulis primis mensibus eorum officiorum, inspici facere cursum prædictum, & curare eum effectu, vt prædicta impleantur.

De fonte Triuij, siue aqua Virgine.

Cap. LXXXIIII.

ET si Aquæductus Fontis Virginis, qui ad Triuij fistulas terminabatur, his temporibus, ita feliciter sit restitutus, vt ex fistulis, quæ ab adiacentium prædiorum Dominis imponi possent, facilè lædi nequeat: quia tamen quod publicum est, publicè custodiri debet: Statuimus, vt nullus in toto dicti Fontis Aquæductu, tàm intra, quàm extra Vrbem, fistulam habere possit, nisi titulum ab habente facultatem concedendi demonstret, & vt de hoc Conseruatores, qui pro tempore erunt, semel in mense diligenter inquirere, & transgressores seuerissimè punire debeant.

Non liceat alicui, iuxta Aquæductum prædictum, tàm intra, quàm extra Vrbem, spatio palmorum Senatus quindecim, habere viuam sepem, aut arborem, aut latrinam, vel seclarium, neque in eo quicquam proijcere, aut immittere: Qui contrafecerit, factum tollat, & pœnam quinquaginta aureorum persoluat.

Quicunque

Quicunque in eorum vineis, agris & domibus puteos habent in dictum Aquæductum descendentes, teneantur ora puteorum per quatuor palmos ad minus à solo extollere, ita vt, nec aqua pluuia, nec quid aliud immundum in eundem Aquæductum descendere possit. Qui contrafecerit, pœnam aureorum viginti quinq; incurrat, & prædicta adimplere cogatur.

In locis fontiũ ad potum equorum deputatis, & erectis, nemo audeat pannos, aut quid simile, vel immundum lauare, aut infundere: Qui contrafecerit, pœna aureorum decem multetur.

Custodes dictorũ fontium, qui quatuor sunt, apud Conseruatores, vt præmissa obseruentur, diligenter intient, & cõtrauenientes denuncient: alioqui salariis & emolumentis priuentur.

Liceat vnicuique executori contrafacientes denunciare, & pœnæ medietas ei applicata censeatur.

De Naufragijs.

Cap. LXXXV.

SI qui bona per Christianos nautas, aut mercatores leuandæ nauis causa in mari iacta, vel per quodcunque naufragium submersa, & ad littus maris iacentia, & existentia, etiam si tota nauis cuiuscunque generis sit, in porty, aut littore fracta, aut euoluta, quomodocunque rapere, auferre, occultare, vel de loco ad locum, fine Domini, & Nautarum voluntat· portare ausi fuerint; in actu comprehensi, tanquam latrones, & viarum crassatores illico capitaliter puniri debeant: qui autem non in ipso actu comprehensi fuerint, tanquam fures, & pro furibus furca suspendantur ad mortem, nisi ipsi auxiliatores Nautis in manifesto naufragij, & submersionis periculo constitutis, & eorum opem, & auxilium implorantibus, & poscentibus (non absque vitę discrimine) in personarum, & rerum conseruatione auxilio fuerint, vel aliàs ab imminentibus, & præsentaneis naufragij periculis, ipsorum labore personas saluas reddiderint, & omnia liberauerint, aut bona iam deperdita recuperauerint, & aliàs iuxta dispositionem Litterarum Iulii Secundi, Pauli Tertii, & Pii Quinti Summorum Pontificum.

De custodia Carcerum.

Cap. LXXXVI.

IN prouisione, & deputatione Custodis, siue Commentariensis carcerum, Curiæ Capitolij, quæ ad Conseruatores pro tempore spectat, Senator nullatenus se intromittere possit: Commentariensis autem, siue carcerarius, qui omninò Romanus ciuis esse debet, diligenter captiuos custodire, & antequam ad exercitium admittatur, sub pœna mille ducatorum auri, de bene & fideliter, ac sollicite dictos carceres, & carceratos in eis positos, & immissos custodiendo, idonee cauere teneatur; & si aliquis ex dictis carceribus effugerit, & Camera, vel pars aliquod damnum patiatur, de suo proprio ad damna, & interesse teneatur: & in fine cuiuslibet anni per Syndicos Populi, syndicari debeat. Caueant autem ipsi carcerarij ne carceratis carenas, aut compedes, vel manicas ferreas immittant, nisi si pro eo delicto detinerentur, pro quo pœna vltimi supplicij imponenda veniret: quo casu de Iudicis licentia, vel mandato, id facere possint: nec vltra præfinitam mercedem quicquam ab aliquo audeant extorquere, nec etiam à sponte dantibus recipere; alioqui pœnam decem aureorum vice qualibet Cameræ Vrbis applicandam incurrant, & ad receptorum duplum parti restituendum condemnentur. Caueant quoque ne quemquam carceratum de mandato Senatoris, & Iudicum Capitolinorum quorumcunque, non tamen Conseruatorum, relaxent, nisi mandatum per Protonotarium subscriptum fuerit: de mandato autem Conseruatorum captum non, nisi per mandatum, siue schedulam à duobus ex eis subscriptam relaxent: alioqui pœna viginti quinque aureorum multentur.

De pecunijs erogandis in ludis Agonis, & Testaciæ.

Cap. LXXXVII.

IVdæorum in Vrbe existentium communitas, siue vniuersitas annuatim soluere tenetur Cameræ Vrbis pro ludis Agonis, & Testaciæ florenos Mille Centum Triginta, ad rationem quadraginta septem solidorum pro quolibet floreno, qui Triginta in memoriam pretii, quo Saluator noster Dominus Iesus Christus Iudæis venditus fuit, persoluuntur. Ex his autem mille, & centum deponi debent annis singulis penes Camerarios nobilis artis Bobateriorum, & artis Mercatorum Vrbis, erogandi, vt statim dicetur. Reliqui triginta deponi debent penes Camerarium Vrbis pro eleemosyna Sacerdoti per Conseruatores deputando, qui Missam diebus Dominicis, & festiuis, ac Visitationis carceratorum carceratis celebrare teneatur, singulis mensibus pro rata erogandæ. Dicti autem mille, & centum floreni hoc modo per Camerarios prædictos erogari debent.

Pró Phaleris, siue indumentis equi Senatoris fericeis auro coopertis, soluant scuta quadraginta septem de Iuliis decem pro quolibet.

Pro indumentis fericeis Cancellariorum, qui personaliter in dicto ludo apud Senatorem interesse debent, scuta viginti tria similia, & bol. quinquaginta; quæ pecuniæ *Senatoris*, & *Cancellariorum*, quando ludi celebrantur, nullatenus ipsis Senatori, & Cancellariis numerentur, sed omninò erogari debeant per præfatos Camerarios in rebus prædictis: quòd si ipsi Cancellarii interesse cessauerint, & vestes reddant, & duplum Cameræ soluant.

Ipsis Camerariis pro eorum salariis scuta nouem, & bol. septuaginta quatuor, videlicèt pro medietate Camerario Bobateriorum, & pro alia Camerario Mercatorum, qui quando fit

festum Assumptionis, eos reseruare teneantur pro Cereis, siue Duplerijs in ea solemnitate in thalamis adhiberi consuetis.

Lusoribus Romanis, idest Iuuenibus ad ludendum hastis, à Consilio Romani Populi deputatis, qui sunt numero septuaginta duo, florenos pro quolibet: qui si ludere cessauerint, legitimo impedimento cessante, & duplum Cameræ reddant, & pœnam ducatorum auri decem incurrant: sed si electus electionem improbauerit, si infirmitatis, inimicitiæ capitalis, aut ætatis, nempè annorum quadraginta, excusationem non habuerit, per quinquennium ad aliquod officium Romani Populi eligi non possit

Tubatoribus, Præconibus, Tibicinis Tubetæ, pulsatori Campanæ, Custodi equorum, & porcorum, & Barbitonsori, qui in dictis ludis Senatorem anteire tenentur pro vno tabarro, & phaleris equi singulis . . . .

Syndicis Romani Populi, qui duo sunt, scuta nouem, & bol. quinquaginta, vt solitis induti vestibus Senatorem in dictis ludis associent.

Conseruatoribus pro indumentis in dicta festiuitate, sibi de nouo faciendis, scuta septuaginta octo, & bol. septuaginta quinque.

Scribis Senatus scuta triginta quinque, & bol. sexaginta quatuor.

Reliquis vero officialibus prout hactenus fieri consueuit.

Residuum autem dictarum pecuniarium Cameræ Vrbis applicetur, & Camerarij prædicti, quibus huiusmodi pecuniarum erogatio, & distributio est commissa, bonum, & fidele computum Conseruatoribus dare teneantur, & syndicari nihilominus debeant.

De Annulis, & Brauijs ludi Agonis, & Testaciæ.

Cap. LXXXVIII.

IN ludorum Agonis, & Testaciæ celebratione, in primis deferantur Annuli argentei deaurati quatuor, duo in Agone, & duo in campo Testaceo, ad quorum vnum Ciues, ad reliquum Scutiferi hastiludere teneantur. Idem in campo Testaciæ, tria Brauia aurea, & sericea deferantur, ad quorum vnum currant equi barbari, ad secundum equi generosi, ad tertium equæ more solito. Quibus quidem brauijs, ex gratia felicis recordationis Pauli Papæ Secundi, alia sex addita sunt, ex Cameræ pecunia soluenda, vnum pro Iudæis currentibus die Lunæ, Dominicam Carnis priuij præcedente: Aliud pro Pueris Christianis die Martis: Aliud pro Iuuenibus die Mercurij sequenti: Aliud pro sexagenarijs: Aliud pro Asinis die Lunæ Carnis priuij: Aliud pro Bubalis die Martis Carnis priuij.

De curribus campi Testaciæ.

Cap. LXXXIX.

SEx Currus, carrotiæ nuncupati, computatis duabus carrotijs, quæ à Molendinarijs fieri consueuerunt, in Testaceo monte vehuntur, & duo Porci supra quamlibet carrotiam imponuntur, & ipsæ carrotiæ panno rubeo coperiuntur, & ex monte præcipitantur, & hæc omnia expensis Cameræ Vrbis.

De campo Testaciæ à nemine occupando.

Cap. LXXXX.

TEstaciæ campus pro quo à Populo Romano annuatim soluitur census scutorum duorum, & bol. octuaginta duorum Ecclesiæ, & Priori Sanctæ Mariæ Montis Auentini, publico vsui destinatus à nemine occuperur; sed liceat vnicuique in eo animalia depascere, & tenere sine aliqua pœna.

De viaticis Iudicum, & salario Assessorum.

Cap. LXXXXI.

COllaterales, & Capitaneus appellationum pro loci visione intra Vrbem, habeant iulios quinque à parte qualibet: extra Vrbem, iulios decem.

Magistrorum Viarum Assessor, & Submagistri, pro visione loci intra mœnia Vrbis habeant in totum à partibus iulios sex, & non vltra, diuidendos inter eos.

Notarius vero intra Vrbem bol. quindecim, extra Vrbem bol. triginta, prout intra de mercede Notarij Magistrorum Viarum.

Submagistri autem pro filo dando carolenos quinque recipiant, & non vltra: si verò extra mœnia Vrbis, salaria prædicta duplicentur.

Idem Assessor pro voto in sententijs de ipsius consilio proferendis, in totum carolenos decem, & non vltra.

Magistri vero Viarũ, tã pro loci Visione, quã pro sentẽtiæ prolatione nihil omninò recipiant.

Magistri Iustitiarij, eorũq; Notarius habeant pro eorũ viatico intra mœnia Vrbis carlenos decẽ: extra vero iulios decem in totũ, & non vltra.

Assessor autẽ si eius votum petitum fuerit, & nõ alias, intra mœnia iulios quinq; extra mœnia carlenos decẽ, & nõ vltra. Notarius vero si cum Assessore sine Magistris, seu alias separatim à dictis Magistris ad locum accedere voluerit: nihil omninò etiã à sponte dantibus recipere possit.

Idem Assessor pro voto in sententijs dando, vltra carolenos decem in totum, non recipiat in quorum medietas à parte qualibet soluatur.

Ipsi vero Magistri Iustitiarij pro sententijs nihil recipiant.

Assessores

Assessores denique Consulum artium pro voto non vltra iulios decem, videlicèt, iulios quinque, à parte qualibet recipiant.

De Salarijs Aduocatnrum, & Procuratorum.

Cap. XCII.

SI Aduocati in tota causa intervenerint, & omnibus scripturis suas manus apposuerint, corrigendo, approbando, vel subscribendo, recipiant in prima instantia in causis ordinarijs ducatos auri tres, & tantundem Procurator, siue vnus, siue plures fuerint, habere debeat: In secunda, aut vlteriori instantia, vbi esse contigerit, habeant dimidium summæ prædictæ: Cum autem Procuratores surrogati intervenient, summa prædicta pro rata temporis, & statu causæ inter eos diuidatur. Si tamen Aduocati in quocumque statu causæ in scriptis, vel voce super aliquo dubio informauerint, habeant pro qualibet informatione scutum vnum. In summarijs autem causis, vel executiuis, Procurator scutum vnum in totâ causa petere possit: Aduocatus verò pro modo laboris, vt supra. Si verò dictæ causæ summariæ, & executiuæ intricarentur, aut difficiles redderentur, Procuratores pro modo laborum, plus recipiant, personarum, & causarum qualitate pensata, dummodo summâ aureorum trium pro tota instantia nõ excedant. Sed si causæ essent ardnæ, & implicitæ, vel verterentur inter Barones, vel alios Nobiles diuites, de Castris, vel de casalibus, vel de hæreditatibus opulentis, vel similibus, tunc locum non habeat salariorum taxatio prædicta, sed vltra eam moderatè recipiant, Iudicis, & Correctorum arbitrio. Et Iudices, vltra salaria supra definita, expensas taxare non possint.

De mercedibus Notariorum pro Instrumentis publicis.

Cap. XCIII.

PRO Instrumentis quorumcumque Contractuum inter viuos, & quorumcumq; Testamentorum, & vltimarum voluntatum in publicam formam redactis vsq; ad quantitatem scutorum viginti quinque, recipiat Notarius iulios tres: vsque ad quinquaginta, iulios septem cum dimidio: vsque ad centum iulios decem: à centum vsque ad quãcumque summam iulios duos, pro quolibet alio centenario scutorum, dummodo in totum non excedat summam viginti quinque scutorum, saluis infrascriptis, in quibus specialiter est prouisum.

Pro particula Testamenti, siue legati cum hæredis institutione habeat à legatario, vt supra in primo capite: *Sed* si scriptus hæres ea particula, quo ad institutionem quoquo modo vtatur, possit à Notario cogi ad solutionem mercedis totius Testamenti: dato tamen eidem Instrumẽto publico. *Si* vero Notario ab hærede de institutione, aut toto Testamento fuerit satisfactum: legatarij quartam partem prædictę taxatæ summæ, pro particula soluere teneantur.

Pro duplicato instrumenti publicati, recipiat quantum pro copia eum recipere posse infra statutum est, & præterea iulios duos pro publicatione, siue subscriptione. Teneatur quoque Notarius sub pœna amissionis mercedis, in margine *Protocolli* publicationem factam totius Instrumenti, seu Testamenti, aut illius particulæ adnotare.

Pro instrumentis diuisionum recipiat quartam partem eius, quod reciperet, si bona illa alienarentur.

Pro contractibus emphyteoticis, linellarijs, aut censuarijs, in quibus nõ est apposita æstimatio rei, habeat pro quantitate census, vel canonis æstimanda, ad rationem scutorum centum, pro singulis scutis quinque, qui soluuntur pro censu, vel canone prędicto: vbi verò est apposita æstimatio, pro modo æstimationis, vt supra in primo Capite.

Pro instrumentis quietationum, si ipse Notarius de obligatione rogatus non sit, & est apposita certa quantitas, habeat tertiam partem eius, quod solueretur pro obligatione. Vbi verò non est apposita certa quantitas, si res æstimari potest, habeat, vt supra: si verò æstimari non potest, stetur arbitrio Iudicis, & Correctorum, qui in taxatione non excedant scutas quinque, pro personarum, & rerum qualitate. Sed si ille Notarius rogatus, pro quacumque summa, siue sit expressa, siue non, non vltra iulios quatuor habeat.

Pro instrumento inuestiturę, siue adeptionis possessionis, seu immissionis in illam, habeat carolenos quinque.

Pro instrumento consensus, carolenos quisque.

Pro instrumento cassationis obligationis, siue contractus, carolenos similiter quinque.

Pro instrumento locationis à decem annis infra, carolenos quinque; & pro instrumento illius cassationis, iulios duos.

Pro instrumentis mandatorum ad lites, carolenos duos: Ad negotia, ad exigendum, & quietandum, carolenos quinque.

Pro instrumento tutelæ, vel curæ; cum inuentario tutelari, carolenos decem.

Pro instrumẽto adition is hæreditatis cum inuentario solemni habeat principalis Notarius scutum vnum; reliqui Notarij se subscribentes, carolenum vnum, pro quolibet, & ita seruetur in his duobus postremis casibus, nisi essent hæreditates multum opulentę; quo casu de instrumento tutelari cum inuentario, & de instrumento aditionis hæreditatis prædictis, plus recipere possit Iudicis, & Correctorum arbitrio, dum tamen summam scutorum duorum non excedant.

Pro rogitibus verò dictorum instrumentorum in officio, vel domo Notarij, iulios duos, extra verò, iulios tres.

Pro rogitu autem testamenti, numquam recipiat vltra iulios quinque.

Pro

Pro depositu in pecunia numerata, vel in re mobili pretiosa, in manibus Notarii faciendo, vsq; ad summam centum, ad rationem vnius pro centenario: à centum supra vsque in quamcunque summam ad rationem dimidij pro centenario, dummodo in totum non excedant scuta tria: sed si depositum fiat per cedulam bancariam, vel mercatoris, aut similium, vsque ad ducatos auri viginti quinque, bolonenos duos: à viginti quinque ad centum, bolonenos sex: à centum vsque in quamcunque summam, bolonenos decem.

Pro consignatione cuiusuis depositi, vel cedulæ, aut illorum restitutione bolonenos duos.

Pro rogitu voti affectamenti, & extensione in actis, quãdo Iudex iuxta illud pronunciat, in omnibus articulis, in quibus votum affectamenti petitur incepsus definitius, & causam terminantibus, in causis ordinarijs, bolonenos septem cum dimidio: In definitius verò articulis, & causam terminantibus bolonenos quindecim: in causis summarijs, & executiuis nunquam vltra carolenum vnum.

Pro rogitu compromissi ex forma statutorum facti, iulium vnum à qualibet parte.

Pro constitutione procuratoris ad lites apud acta, bolonenos duos: si vero cum potestate exigendi, quietandi, paciscendi, & similibus, bolonenos quindecim.

Pro fide mandati ad lites, bolonenos quinque: ad alia, bolonenos decem.

Pro Inuentario de Iudicis mandato faciendo, iulios tres.

Pro repetitione instrumenti, de quo fit idem Notarius rogatus, si descriptum est in libro actorum, carolenos quinque; si vero Notarius non fit de eo rogatus, vt Actuarius, sed vt Notarius instrumentorum, habeat tertiam partem eius, quod reciperet pro publicatione, & copia ipsius instrumenti teneatur ponere in filza iurium productorum: cui, fides in illa causa adhibeatur: & si pars quæ huiusmodi instrumentum repetijt, illud in publicam formam habere voluerit, teneatur Notarius, quod recipit pro repetitione, compensare.

Pro rogitu instrumenti susceptionis tutelæ ad tribunal cum inuentario, vel sine, bolonenos quindecim: & pro stipulatione deputationis actoris ad lites, tam coniunctim cum dicta tutela, quàm sine, iulium vnum.

Pro citatione edicto Senatus, bolonenos decem.

Pro monitoriis, bolonenos tres.

Pro susceptione termini ad soluendum, bolonenos duos.

Pro mandatis executiuis in contumaciam, bolonenos tres.

Pro mandatis executiuis in summarijs, vel executiuis, seu etiam obligationibus in forma Cameræ, vsque ad summam scutorum viginti quinque bolonenos quinque: à viginti quinque ad quinquaginta, bolonenos decem: à quinquaginta ad centum, iulios duos; inde ad quamcumque summam, carolenos quinque.

Pro decretis dictorum mandatorum cum clausula, Nisi, bolonenos tres.

Pro lectura, siue publicatione sententiæ in scriptis latæ ad tribunal, siue de voto affectamenti, siue non, carolenos duos.

Pro interpositione appellationis, & cedulæ productione, ac Iudicis responsione, tam ab interlocutoria, quàm à diffinitiua, bolonenos duos.

Pro reditu pro Apostolis, bolonenos duos.

Pro instrumento publico appellationis, cum inserto tenore cedulæ, & Iudicis responsione, carolenos duos.

Pro instrumento responsionis Apostolorum, separatus ab appellatione, datorum, iulium vnum.

Pro rogitu fideiussionis in actis rogatæ, iulium vnum.

Pro portandis, & ostendendis actis Iudici, nihil.

Pro rogitu instrumenti aditionis hæreditatis, cum beneficio legis, & inuentarij, cum scriptura banni, siue edicti, & scriptura citationis, ac relationis, cum inuentario, vel sine, habeat Notarius principalis iulios quatuor, reliqui Notarij se subscribentes, bolonenos quinque pro quolibet.

Pro extractibus, & quibuslibet copijs, qui sint iuxta formam traditam supra libro primo de extractibus, & copijs, bolonenos tres, & non vltra pro qualibet charta.

Pro mandato de relaxando carceratos pro quacunque summa, bolonenos quindecim, quod tamen per Protonotarium subscribatur, vt infra.

De Mercede Protonotarij.

Cap. XCVI.

PRotonotarius pro subscriptione cuiuslibet mandati de relaxando carceratos, pro quacunque summa, quod mandatum fieri debeat à Notario causæ ciuilis, vt supra, non recipiat vltra bolonenos decem.

Pro subscriptione mandati, de relaxando carceratum pro delicto, quod mandatum fieri debeat à Notario causæ criminalis, & pro quacũq; fideiussione per carceratum præstanda in totum iulium vnum.

Pro relaxatione cuiuscumque carcerati pro crimine capitali: qui ex gratia liberatur, vt qui in festo Assumptionis Gloriosæ semper Virginis Mariæ, & similes, bolonenos triginta quique pro quolibet.

Pro scriptura siue publicatione, & rogitu arbitramenti pacis, bolonenos quindecim à parte qualibet.

Pro subscriptione confirmationis Statutorum cuiuslibet Artis, bolonenos decem.

Pro rogitu cuiuslibet fideiussionis, etiam pro carceratis de se repræsentando, in officio, vel carcere, bolonenos decem: extra officium verò, vel Palatium, bolonenos quindecim.

Pro fide decreti visitæ, bolonenos quinque.

In reliquis seruet taxã aliorum Notariorum, de qua supra.

De

De Mercede Notarij Magistrorum viarum.

Cap. XCVII.

NOtarius Magistrorum viarum, pro litteris, patentibus, licentiæ occidendi hœdos; coquendi castaneas in locis publicis, aperiendi macellum porcorum, immittendi tabulata, & similium rerum non possit reçipere vltra bolonenos decem.

Pro similibus litteris loci perpetui in platea Agonis, in pergameno cum capsula sigilli, & cera in totum, bol. quinquaginta.

Pro similibus litteris facultatis sternendi lateribus, vel silicibus vias publicas, siue alterius operis construendi, bol. decem.

Pro similibus litteris perpetui macelli, semel tantum, bol. quinquaginta.

Pro litteris concessionis fili, & terreni publici simul, bol. quinquaginta.

Pro litteris concessionis fili tantum, bolonenos viginti.

Pro mandato de restituendis pignoribus ad curiæ, siue officij instantiam captis, cassationis querelæ, contraventionis bannimentorum, seu incursus pœnarum, bol. quinque.

Pro mandato de restituendis pignoribus, virtute mandati executiui captis, bol. tres.

Pro qualibet licentia à Magistris data carrecterijs expurgatoribus latrinarum, bol. duos.

Pro visione loci differentiç in Vrbe, bolonenos quindecim.

Extra Vrbem, bolonenos triginta.

Pro quibusuis bannimentis, siue edictis, ai hiç.

Pro taxa instaurationis, seu directionis Viarum, vel iectitus, si vsque ad summam quingentorum scutorum, scutum vnum: si vsque ad mille, scutum vnum cum dimidio: si vsque ad duo millia, scuta duo: si vsque ad tria millia, scuta duo cum dimidio: ab hac vero summa vsque ad quamcumque summam, scuta quatuor:

Pro mandatis Depositarijs directis, de soluendis pecuniis iectitus, siue emendationis damnorum, & similium, pro quolibet mandato cuiuscumque summæ, bol. quinque.

In causis coram Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino S. R. E. Camerario, & Magistri Viarum coniunctim in vim litterarũ Apostolicarum.

Pro monitorio de vendendo, seu de rescindendo, bol. decem.

Pro simili extra Vrbem cum inserto tenore litterarem, seu Commissionis, bolonenos septuaginta quinque.

Pro visione loci differentiæ in Vrbe, bolonenos triginta.

Extra Vrbem vltra vnum milliare, bolonenos sexaginta.

Pro nota, & publicatione sententiæ definitiuæ, scuta duo.

In reliquis obseruet taxas prescriptas Notariis Gubernatoris Vrbis, iuxta tenorem reformationis taxarum, & mercedum Notariorum Ciuilium, per felicis recordationis Pium Papam Quartum editæ: quam in eius officio in propatulo appensam simul cum ista, perpetuò retinere debeat.

Extractus autem faciat iuxta formam Motus proprij eiusdem Pij Papæ Quarti, ita vt acta sint in eo prout iacent in manuali descripta, & nullatenus repetantur nomina, dignitates, aut tituli Iudicum, seu partium litigantium, aut Procuratorum comparentium, vel similia: & singula folia contineant in eorum qualibet pagina, ad minus lineas viginti quatuor, & vnaquæque linea ad minus duodecim syllabas, & scribantur littera bona, & intelligibili, & nullatenus in charta bibula, & alias iuxta dicti Motus proprij tenorem: alioqui partes ad eorum solutionem non teneantur; & tunc seruata forma predicta habeat pro singulis folijs bolonenos septem cum dimidio.

De Mercede Notarij maleficiorum, & relaxatione Carceratorum.

Cap. XCVIII.

NOtarius maleficiorum, pro receptione querelæ in officio, siue extra, nihil habeat.

Pro examine testium, pro informatione Curiæ, tam ad partis instantiam, quàm ex officio, & tam in officio, quàm extra, nihil.

Pro examine reorum in carceribus, nihil.

Pro quolibet monitorio, inhibitione, aut sequestro cum clausula, si quis, bolonenos tres, & sine dicta clausula bolonenos quinque.

Pro qualibet significatione cum fideiussione, vel obligatione, bolonenos decem.

Pro quolibet monitorio pœnali, seu citatione inhibitione, & similibus ad instantiã Fisci, nihil: ad instantiã verò partis accusantis, vel querelantis, vel si adsit instigator apertus, si in Vrbe, bolonenos quindecim; extra Vrbem bolonenus viginti quinque.

Pro litteris remissorijs, siue earum loco missiuis pro examinandis testibus extra Vrbem, bolonenos viginti,

Pro mandato de capiendo aliquem extra Vrbem, ad instantiam partis, vel vbi adsit instigator apertus, bol. vigintiquinque,

Pro comparitione, relatione, iuriam prodactione, vel alijs quibuscumque actis pro Fisco, nihil: parte verò instante, pro actu quolibet, bolonenos duos.

Pro actu depositi pecuniarum, nihil.

Pro confignatione depositi, vel cedulæ bancariç, pignoris, vel rei depositatæ, bol. septem cum dimidio,

Pro examine cuiuslibet testis in causa capitali,

tali, vel in qua veniret imponenda pœna corporis afflictiua, cum articulis, & interrogatorijs, etiam cum interuentu Iudicis, aut Procuratoris Fisci, in officio, vel domo Iudicis, bolonenos triginta septem cum dimidio. Extra domum, vel officium, etiam si testis sit Illustris, vel egregia persona, bolonenos septuaginta quinque: sed si absque interrogatorijs, & interuentu Iudicis, & Fisci, vel super bona fama, aut vno, vel duobus articulis, præter repetitiuum, in officio, bolonenos viginti, extra officium, etiam si testis sit Illustris, bolonenos quadraginta.

In causis non capitalibus, super articulis, si cum interrogatorijs, & interuentu Iudicis, vel Procuratoris Fisci, in officio, bolonenos viginti; extra officium, etiam si testis sit Illustris, vel egregia persona, bolonenos quadraginta. Si verò absque interrogatorijs, vel super bona fama, aut vno, vel duobus articulis, præter repetitiuum, etiam cum interuentu Iudicis, vel Fisci Procuratoris, in officio, bolonenos quindecim: extra officium, bolonenos viginti quinque.

Sed si in causis prædictis articuli, aut interrogatoria fuerint excessiua, stetur arbitrio Iudicis, his præcedentibus, & personarum qualitate pensatis, dummodo quarta pars supradictarum taxarum non augeatur.

Pro copia depositionum testium, in causa, in qua erunt vnus, vel plures Rei, pro quolibet folio, bolonenos quinque: folium autem in qualibet facie, non pauciores viginti tres lineas cõtineat: linea verò duodecim syllabas.

Pro quolibet folio copiæ inditiorum continente lineas, & syllabas, vt proximè dictum est, siue vnus, siue plures sint Rei, bolonenos quinque: quam copiam teneatur reis petentibus insimul dare.

Pro extractu actorum, vbi fieri contingat, qui sit eius qualitatis, quæ dicta est in ciuilibus, soluantur bolonen quatuor, prout etiam in ciuilibus primo libro dictum est.

Pro mandato de capiendo aliquẽ pro inditijs, vel Curiæ informatione, nihil.

Pro mandato de capiendo ad affectum præstandæ cautionis de non offendendo, bolonenos septem cum dimidio.

Pro Non grauetur, bolonenos tres.

Pro simili inuentario facto de mandato Iudicis in quauis alia causa criminali, bolonenos triginta.

Pro inuentario bonorum in causa capitali, bolonenos triginta.

Pro adeptione possessionis bonorum Fisco incorporatorum, nihil.

Pro fide cuiuslibet actus iudicialis, etiam cum Iudicis decreto, bolonenos quinque.

Pro rogitu mandati procuræ in officio, bolonenos quinque; extra officium, bolonenos decem.

Pro quolibet folio copiæ articulorum, vel iurium productorum, quod habeat versus, & lineas requisitas supra in copia testium, bolonenos sex.

Pro restitutione iurium productorum, data à producente copia per Notarium retinenda, iulium vnum: & si ipse Notarius copiam fecerit, habeat pro copia, sicut in primo libro dictum est, vltra iulium prædictum.

Pro nota cuiusuis sententiæ pro Fisco, nihil.

Pro nota sententiæ absolutoriæ in causa capitali in prima instantia, etiam si plures fuerint Rei iulios triginta, In secunda, iulios viginti: in tertia autem, si esse contingat, iulios decem, In causa verò non capitali, in prima instantia, iulios viginti: in secunda, iulios decem: in tertia si esse contingat: iulios quinque.

Pro nota decreti habentis vim diffinitiuæ in causis prædictis, capiatur pro medietate eius, quod est taxatum pro sententia.

Si plures Rei simul in eodem processu, & ex eadem causa inquisiti, vel accusati, fuerint absoluendi, vnica tantum sententia absolui debẽt; & propinæ, seu sportulæ pro vnica tantum sententia Iudici soluantur, & Notario pro nota, & publicatione eiusdem sententiæ, ac aliæ mercedes, pro vnica tantum sententia similiter soluantur.

Pro relaxatione carceratorum per gratiam, compositionem, vel bannum, Iudices, nec propinas, seu sportulas, neque aliud quicquam recipere debeant.

Pro cassatione cuiuslibet simplicis fideiussionis, obligationis, vel querelæ, bolonenos decẽ: sed si fuerit secutus processus, vel examen inquisiti non tamen condemnatio, bolonenos viginti.

Pro cassatione processus in causa capitali, in qua veniret imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, seu abscissionis membri, iulios decẽ; In causa vero, in qua veniret imponenda alia pœna corporalis, bolonenos septuaginta quinque. In reliquis vero causis, bolonenos quinquaginta. Et hoc siue vnus, siue plures fuerint Rei.

Pro instrumento sententiæ in publicam formã redacto, capiat quantum supra pro nota sententiæ est taxatum.

Pro decreto de relaxando carceratos, nihil omnino Iudex, aut Notarius recipiat.

Pro mandato de relaxando carceratũ ex quacumque causa, iulios tres, quod mandatum subscribi debeat per Protonotarium, vt supra.

Pro subscriptione eiusdem mandati de relaxando quocumque carcerato, Iudex, & Procurator Fiscalis nihil recipiant.

Pro sigillo Senatoris in eodem mandato apponendo, iulium vnum.

Pro Cancello, & Sancti Leonardi nomine nihil soluatur.

Et in omnibus casibus prædictis, & alijs quo modolibet contingentibus à paupere, & pro eo, nihil penitus recipiatur, & de pauperate stetur relationi Aduocati, & Procuratoris pauperum & loco copiarum, vbi opus fuerit, eisdem Aduocato, & Procuratori acta originalia gratis ostendantur.

De mercede Custodis Carcerum.

Cap. XIC.

PRo expensis faciendis Carceratis, in carceribus secretis detentis, habeat Commentariensis, siue Carcerarius, carolenum vnum pro prandio, & tantundem pro cœna, vel aliàs, iuxta taxam faciendam per eos, ad quos spectabit: & debeat horam, quando eos immittit, & extrahit de secretis, in libris suis adnotare, idest, si ante, vel post prandium, vel cœnam; vt prandia, & cœna computari possint; quam horam, si non adnotauerit, nihil recipere possit pro illa die. Teneatur autem dare bonum panem, & bonum vinum in sufficienti quantitate, & saltem libram vnam carnis cum ferculo pro singulis carceratis quolibet die: & diebus, quibus à carnibus abstinetur, aut oua, aut pisces, iuxta dierum, & temporum qualitatem. Vinum autem à Procuratore pauperum approbari debeat: si contrafecerit, & quoties, pœnam aureorum decem incurrat.

Pro expensis carceratorum non in secretis, neq; in publicis, communibus: sed in honestioribus carceribus detentorum, non possit recipere vltra iulios duos cum dimidio, vel iuxta taxam vt supra faciendã, pro qualibet die, etiam à spõte dantibus: nec ei liceat pro huiusmodi debito expensarũ, quod interim contraxerint dicti carcerati, vltra quantitatem sibi debitam pro decem præteritis diebus tempore relaxationis, ipsos retinere, vel eorum vestes ab eis auferre: sed cum ipsi Carcerario præsentabitur mandatum de relaxando, statim, & incontinenti eum relaxare teneatur; & sibi imputet, si pro reliquorum dierum expensis cum cautione, aut pignore sibi non caueri; salua tamen, & reseruata eidem actione ad non solutum petendum. Quod si in præmissis, aut eorum quolibet, & quoties contrauenerit, virgis cæsus officio priuetur.

Si carcerati in carceribus secretis, vel honestioribus, de quibus supra dictum est, de suo viuere vellent, Carcerarius prohibere non possit; sed teneatur victum carceratis allatum ipsis præbere, facta diligenti inquisitione, ne quis carceratos in carceribus secretis detentos alloquatur, nèue litteræ eis mittantur: & tunc Carcerarius pro suo labore non amplius, quàm bolonenos quinque die quolibet à quocumque carcerato recipere possit; nisi Iudex prohiberet, cibum aliunde afferri detentis in carceribus secretis. Nec possit Carcerarius carceratos ab honestioribus carceribus expellere, & ad publicos transferre, ex eo quod dicti carcerati de suo viuere velint: si secus fecerit, & in quolibet casuum prædictorum, eandẽ pœnam fustigationis, & priuationis incurrat.

Non liceat Carcerario à carceratis relaxandis vltra duos carolenos pro carcere, vel custodia, à quouis etiam à sponte dante, etiam causa strenæ, aut bibalionum, siue cancelli, petere, vel exigere. Neque pro arrestis contra carceratos factis possit aliquid à carceratis petere: sed ab afferente arrestum, duos tantum carolenos, & non vltra recipere possit: si secus fecerit, ponatur ad scalas publicas ad verecundiam, siue berlinam, audientia durante; & duplum eius, quod abstulit, restituat.

Debeat Carcerarius à primo ingressu carcerũ tenere capsam habentẽ superius sexaginta, nec nõ & duas claues, quarum alteram ipse, alteram Procurator pauperum retineat, & cum primum aliquis ad carceres adducitur, pecunias, res, & bona omnia, quæ penes illum reperientur, singulatim in suo libro mox describere debeat: pecunias autem, & mobilia, quę per dictã rimuram immitti poterunt, per ea intra eandem capsam statim immittat, reliqua vero mobilia, per huiusmodi fissuram immitti non poterunt, saltem infra triduũ intra capsam prædictam clauibus referandam, & claudendam reponat: si secus fecerit, puniatur tanquã tur ea poena, quæ Senatori videbitur.

Nequaquam verò eidem Carcerario liceat à damnatis ad mortem, vel ad triremes, aut ad aliã poenam, bona, quæ habent circa personas, auferre; nec alia bona, quæ ij in carceribus reliquerint, sibi retinere, sed illa teneatur Iudici consignare, qui de eis, deductis expensis, si quę ipsi Carcerario pro alimentis debentur, prout iuris fuerit, disponat; si secus fecerit, poenam priuationis officij, & fustigationis, aut etiam ictuum funis incurrat.

De Mercede Capitanei, siue Executorum Curiæ Capitolij.

Cap. C.

CApitaneus, siue Executores Curiæ Capitolij, pro executione reali, vel personali, in causa ciuili, pro summa scutorum quinque, carolenos duos; à quinque vsque ad decem iulios duos; à decem vsque ad summam vigintiquinque, iulios quinque, à vigintiquinque ad quinquaginta, iulios decem, à quinquaginta, vsque ad septuagintaquinque, iulios quindecim; à septuagintaquinque vsque ad centum, iulios viginti; à centum vsque ad quingentos, iulios triginta, à quingentis vsq; ad mille, scuta quatuor: ab inde supra, arbitrio Iudicis executionem fieri mandantis, dummodo summam iuliorum sexaginta non excedat; & non vltra recipere possint, & hæc intra Vrbem, & circum millia tria.

Pro immissione in possessionem bonorum immobilium, vbi non est expressa certa quantitas scutum vnum; & non vltra; si uero sit expressa certa quantitas, seruetur, vt proxime dictum est.

Et si contingat executionem fieri in animalibus, tantundem recipiat; vt dictum est; nec quicquam capere possit ratione capitûri, aut ex quauis alia causa.

Pro executione mandati, contra suspectos de fuga, vsque ad summam scutorum quinquaginta, non capiat nisi iuxta taxam supra traditam; à summa vero quinquaginta vsq; ad quamcumq; sum-

ſummam,iulios decem, & non nihil vltra recipiat, & eos,expenſis tantum creditoris,vt in primo libro dictum eſt.

Non liceat eiſdem,mercedem capere quoquo modo à quauis perſona contra quam habent mãdatum de exequendo,niſi executionem fecerint cum effectu.

Qui in aliquo ex premiſsis contrauenerit, & quoties,pœnam viginti quinque aureorũ incurrat;& indebite accepta, in duplum reſtituat.

Pro captura alicuius pro capitali delicto,ſi per ſententiam fuerit abſolutus, habeant ſcuta duo: ſi vero ex gratia fuerit liberatus,aut pœna cõmutata,ſcuta tria.

Pro captura eorum,qui puniendi eſſent pœna corporali citra mortem, ſi per ſententiam ſimiliter fuerint abſoluti, ſcu. vnum,& nõ vltra: ſi ex gratia poena fuerit remiſſa,vel cõmutata, aut cõpoſita,iulios quindecim,& nõ vltra: Sed ſi pœna eis fuerit inflicta, nihil accipere poſſint.

Si capiant aliquẽ in rixa repertũ,aut poſt, ex cauſa rixæ,vbi fuiſſent illata vulnera, vel percuſſiones cũ baculo,ſeu baſtone,inter homines honeſtæ conditionis, pro relaxatione non habeant vltra ſcu. vnũ;ſed ſi nõ fuerint ſecuta vulnera,aut percuſsiones,etiè quod arma interuenerint,non vltra iulios quinque, & minus, Iudicis arbitrio, facti, & perſonarum qualitate penſata.

Pro captura eorũ,quos deprehenderint arma deferre cõtra edicta,nõ poſsũt habere vltra ſcu. vnum; & hoc ſi de poena non participauerint.

Non audeat Capitaneus,vel eius Satellites,ex domibus quas perquirunt,aliqua arma accipere, vel anferre,niſi ſint prohibita in domibus retineri,vel niſi pro inditio aliquo ad Iudicem deferrent,qui eas penes Notarium deponere,vel prout ſibi videbitur,gratis teſtitui mandet.

Nec etiam audeant cum Notario accedere ad faciendum inuentarium bonorum delinquẽtium, niſi de Iudicis ſpeciali mandato; tunc ſi inuentarium fiat pro cauſa, in qua homicidium interuenerit,non poſsint habere vltra iulios decem: vbi vero non ſit homicidium, iulios quinque, & non vltra.

Nec à captis, dum eos ad carceres ducunt ſibi auferre aliqua bona, aut pecunias, neque etiã arma,quando ea contra edicta non deferunt;præſumant: ſed illa omnia teneantur conſignare, cuſtodi carcerum conſeruanda per eum,vt ſupra dictum eſt.

Neque eis etiam liceat, à condemnatis ad mortem, vel ad triremes, aut ad aliam pœnam, quæuis bona,quæ circa eorum perſonas ſunt,auferre ſub pœna priuationis officij, & triũ ictuum funis,aut fuſtigationis per Vrbem.

Hæc autem de executionibus,& capturis intra Vrbis moenia, & circum milliaria tria faciendis locũ habeant; ſi autem extra mercedes prædictæ duplicentur.

Si in prædictis, aut eorum aliquo executores ipſi contrafecerint, & quoties, poenam fuſtigationis per Vrbem, aut ſcutorum quinquaginta, Iudicis arbitrio incurrant; & duplum eius, quod acceperint, parti læſæ reſtituant: ſi pluries in præmiſsis, aut eorum aliquo deliquerint, ad triremes per biennium mittantur, & nihilominus ablata, vt ſupra,reſtituant.

De Mercede Scribarum Senatus.

Cap. C I.

SCribæ Senatus, pro rogitibus donatæ Vrbis Ciuilitatis, priuilegio in publicam formam redacto, illiuſque regeſtatione, cum ſigillo Populi Romani, pro quo nihil ſoluitur, non accipiant vltra ſcuta duo.

Pro relaxatione carceratorum,in feſto Aſſumptionis Beatiſsimæ Virginis Dei genitricis Mariæ, vel ex ſimili gratia,non vltra iulios quinque.

Pro ſubſcriptione mandatorum pro quibuſuis ſolutionibus, ex decretis conſiliorum faciendis, nihil.

Pro lectura diffidationum,& reaffidationum, tam ciuilium, quàm criminalium, nihil.

Pro receptione iuramenti Senatoris, & Iudicum, nihil.

Pro certo ſigillo S. P. Q. R. imprimendo in fronte hominum currentium ad brauium, bolonenos quinque pro quolibet.

Pro ſimili ſigillo quadrupedibus ſimiliter ad brauium currentibus imponendo,bolonenos decem pro quolibet.

Pro reſignatione,& vocatione cuiuslibet thalami, quando celebratur ſolennis proceſsio in Feſto Aſſumptionis eiuſdem Glorioſæ Virginis Mariæ, iulium vnum pro quolibet.

De Mercede Notarij Conſeruatorum.

Cap. C I I.

NOtarius Conſeruatorum, pro inſtrumentis publicis venditionum rerum ad Populum pertinentium, non recipiat vltra taxam aliis Notariis ſupra præſcriptam: & nihilominus teneatur notam dictorum inſtrumentorum cum ſuis capitulis intra triduum in libro deſignato gratis deſcribere, & ſubſcribere, & notam Computiſtæ, & Antigrapheo conſignare, vt ſupra hoc eodem libro de officio eiuſdem Notarii dictum eſt: aliàs verò nihil petere poſſit.

Pro ſingulis crecentis pecudibus, ſiue capris, ad montes, ſiue montaneas redeuntes, & aſcendentes; ſi Domini ſint de Statu Eccleſiaſtico, vel qui ſoluunt ſal, & focaticum, iulium vnum.

Pro ſingulis triginta bobus, ſeu vaccis, aut equis euntibus, vt ſupra, ad montancas; ſi ſint dominorum prædictorum, iulium vnum.

Pro expeditione, ſiue bulletta pecudum, à quolibet grege ſine maſſaria, cuiuſcumque ſit, iulios duos.

Pro ſubſcriptione mandatorum ſolutionum ſalariorum officialium, non tamen Conſeruatorum, non vltra dimidium pro centenario.

Pro subscriptione cuiuslibet significationis, seu prouisionis, Non grauetur, de mandato Conseruatorum, bolonenos tres.

De pecunia ludi Agonis, & Testaciæ à Camera singulis annis, florenos sex.

Pro recensendis familia, equis, & ornamentis Senatoris, vt infra de mercede Scriptoris Conseruatorum cauetur.

Pro decreto, & mandato de relaxando carceratos, in totum iulium vnum.

In reliquis actibus iudiciariis, seruet taxam aliorum Notariorum.

De mercede Secretarij Conseruatorum.

Cap. CIII.

SEcretarius Conseruatorum pro scriptura, expeditione, & regestatione litterarum, patentium, officialium terrarum Romani Populi, non recipiat vltra scutum vnum pro qualibet.

Pro fide legalitatis Notariorum descriptorum in matricula, quæ penes ipsum conseruatur, cum sigillo Populi, seu Conseruatorum, pro quo nihil soluitur, non vltra iulium vnum. De aliis autem Notariis in dicta matricula non descriptis, fidem huiusmodi, nullatenus facere possit, sub poena falsi.

Pro expeditione cuiusuis supplicationis vassallorum Romani Populi, & regestatione illius summarij, & rescripti Conseruatorum, iulium vnum pro qualibet.

Pro scriptura, & regestatura litterarũ missiuarum à Cõseruatoribus ad partis, vel cuiusuis Cõmunitatis instantiam, iulium vnum.

Pro præsentatione fidei, seu scripturarum, vel receptione testium, quòd acclamans ad libertatem, sit Christianus, & pro litteris libertatis expeditis, & regestatis, cum sigillo Populi Romani, pro quo similiter nihil soluitur, non vltra carolenos decem.

De Mercede Scriptoris Cõseruatorũ

Cap. CIIII.

SCriptor Conseruatorum, pro descriptione ingressus Senatoris, & perquisitionibus, siue recognitionibus equorum, & familiæ eiusdem Senatoris per Conseruatores faciendis habeat vice qualibet ducatum auri vnũ, diuidendũ inter ipsũ, & Notarium Cõseruatorũ.

Pro scriptura, & subscriptione mandatorũ de soluendo officialibus, Romanis, Conseruatoribus exceptis, non vltra dimidium pro centenario recipere possit, pro reliquis autem publicum concernentibus, nihil, à priuatis verò modestè, arbitrio Conseruatorum.

Pro regestatione litterarum concessionis fistularum, ex aquæductu fontis Virginis, bolonenos triginta quinque.

Pro admissione & regestatione quarũlibet litterarũ Apostolicarũ etiã in forma motus proprii, necnon pro regestatione aliarum patentium litterarum etiã Conseruatorum in fauorem priuatarum personarum, iulios quinque, in fauorem autem Populi nihil.

De Mercede Notarij Camerę.

Cap. CV.

NOtarius Cameræ pro scriptura, & adnotatione currentium ad brauium, bolonenos quinque pro quolibet, habere possit.

Pro scriptura verò equorum, & aliarum quadrupedum, bolonenos decem pro quolibet.

Pro scriptura, & adnotatione cuiuslibet Thalami in solenni processione, quæ fit in festo Assumptionis Glorioſæ semper Virginis Mariæ, bolonenos quinque.

Pro fide, quam facit de pecuniis Camerę solutis per condemnatos, aut componentes, vsq; ad decem de carolenis, bolonenos tres, ab inde vsq; ad viginti bolonenos quatuor; ab inde vero supra, carolenum vnum.

Pro cassatione cuiuslibet inuentionis delictorum artificum, siue negotiatorum, bolonenum vnum cum dimidio,

Pro confignatione sigilli à fornariis facienda singulis sex mensibus, bolonenum vnum, pro quolibet.

De Mercede Scriptoris Cameræ.

Cap. CVI.

SCriptor Cameræ pro scriptura confignationis cuiuslibet animalis reperti vagari, aut damnum dare, cuius dominus ignoratur, non vltra bolonenos tres recipiat.

Pro sumpto siue extractu cuiuslibet inuentionis artificum, bolonenum vnum pro qualibet inuentione, seu delicto.

Pro scriptura cuiuslibet fideiussionis præstandæ in Camera, bolonenos quinque

De Mercede Notarij Gabellarij Maioris.

Cap. CVII.

NOtarius Gabellarij maioris pro qualibet inuentione verificata, aut confessa, pro qua soluta, vel donata, aut compofita sit pœna, habeat pro receptione inuentionis, citatione, relatione, inmatione, & cassatione, in totum bolonenos quinque: aliàs verò nihil recipiat.

Pro mandato de diuidendis bonis in comissum deprehensis, iulium vnum.

De Mercede Mareſcalli, ſeu Executoris Palatij Conſeruatorum.

Cap. CVIII.

MAreſcallus, ſeu Executor Palatij Conſeruatorum habere poſſit pro prima grauatoria bolonenum vnum à quolibet grauato.

Pro ſecunda grauatoria, bol. vnum cum dimidio.

Pro executione pœnarum taxartarũ vſque ad ſummam ſcuti vnius, bol. tres; ab inde vſque ad tria, bolonenos quinque; ab inde vſque ad quãcumque ſummam, non vltra bolonenos quindecim.

Pro captura perſonali, pro delicto, non vltra, iulios quinque.

Pro executione facienda in vim mandatorum Conſulum artium vſque ad ſummam ſcutorum decem, bol. vnum cum dimidio pro quolibet ſcuto, inde vſque ad ſcuta viginti, iulios tres; inde vſque ad quamcumque ſummam, iulios quinque, & non vltra.

De Mercede Præconum, ſeu Bannitorum.

Cap. CIX.

PRæcones, ſeu Bannitores, pro quolibet edicto, ſiue banno de Conſeruatorum mandato publicando, non vltra iulios duos recipere poſſint: ſed ſi generale ſit, vel comprehendens omnes artifices, iulios quatuor.

Pro edicti publicatione ad inſtantiam priuatarum perſonarum, vt ſunt pro additionibus hæreditatum, venditionibus, ſiue ſubhaſtationibus bonorum, denuntiatione, vel reuelatione animalium amiſſorum, iulios duos non vltra: & ſi ſibi animalia deperdita fuerint denuntiata, ante edictum, non amplius pro eorum indicatione, ſeu manifeſtatione, quàm iulios duos recipere poſſint.

De Taxa ſeruãda per Cuſtodes Portarum, & Pontium Vrbis.

Cap. CX.

POrtarum, & Poutiũ Vrbis Cuſtodes, infraſcriptas taxas vulgari lingua traditas pro rebus, quæ in Vrbem, vel extra Vrbem conuehuntur, inuiolabiliter obſeruare teneantur, ſub pœnis inferius expreſſis.

Per entrata, & ſimilmente per vſcita di ciaſcheduna ſoma di qualſiuoglia ſorte di Seta, Velluto, ò Broccato, ò Tela d'oro, & d'argento, baiocchi due.

Per mezza ſoma, baio. vno.

Per vn fardello fino à ciquanta libre, niente.

Per entrata, & vſcita per ciaſcuna ſoma di pãni Fiorentini, & d'ogni altra ſorte, baioc. vno, & mezzo.

Per mezza ſoma, quatrini tre.

Per entrata, & vſcita di ciaſcheduna ſoma di zuccari, cera, & altre coſe di ſpetiaria, bai. vno.

Per mezza ſoma, quatrini due.

Per entrata di ciaſcuna ſoma di ſola, lino, acciaro, bambace, guarnelli, lana, canapa, tele nuoue di foraſtieri, bai. vno.

Per entrata di ciaſcuna ſoma di legname lauorato, ferro, carbone, vena di ferro, & altre coſe ſimili, quatrini due.

Per entrata di ciaſcuna ſoma di olio, ſichi, peſce, connina, & altre coſe ſimili baioc. vno.

Per la vettouaglia, che ſi porta alla Corte, doue ſtà la Santità di N. Signore fuora di Roma, niẽte.

Et ſimilmente ſe ſi portarà per vendere alle Tauerne, & hoſtarie de' luoghi doue ſtarà ſua Santità fuora di Roma, niente.

Pane, oglio, carne ſalata, & vnto per li Paſtori, niente.

Per entrata di ciaſcheduna ſoma di lana, quatrini due.

Per entrata di ciaſcuna ſoma di caſcio, qua.2.

Per entrata di ciaſcuna ſoma di capretti, & porchette, che ſiano di quattro meſi, & ſimilmente oua, & polli, quatrini due.

Per entrata di ciaſcuno carro carico di legname lauorato, baiochi due.

Per legname non lauorato, baiochi tre.

Per vn carro di fieno, baiocco vno.

Per entrata di ciaſcuna ſoma di vino foraſtiero, baiocco vno.

Per entrata di ciaſcheduna ſoma di vino Romano, cioè moſto, ò acquato, tutto vn dì, con vna beſtia quatrino vno

Per entratura di beſtiame foraſtiero fino al numero di dieci beſtie, quatrini due: per infino à cinquanta, baiocco vno, da cinquanta fino à qualunque ſomma, baiocco vno, & mezo.

Per vſcita di beſtiame di qualunque ſorte ſi ſia, niente.

Per entrata, & vſcita di ciaſcuna morra di pecore, per vna volta l'anno, baiocco vno.

Per entrata di ciaſcuna ſoma di legna di boſco vn pezzo di eſſa legna.

Per entrata di ciaſcuna ſoma di fieno, vn mannello ſecondo l'vſanza ouero vn quattrino, eccetto le ſome per ſeruitio della Sãtità di Noſtro Signore, & delli Illuſtriſsimi, & Reuerendiſſ. Cardinali, & Camerali, che non ſono ſoliti à pagare.

Per entrata di ciaſcuna ſoma di guado, pelli concie, candelotte, & coſe ſimili, baiocco vno.

Per mezza ſoma, quatrini due.

Per entrata di pelli, & cora morticine, quatrini due per ſoma, & eſſendo di Romani, niente.

Per entrata di cenere, canne, vitti, legna, faſcine di vigne di Roma niente.

Per tronco di beſtie groſſe di maſſaria per vn'anno baiocco vno.

Per ſoma di herba da caualli, quatrino vno.

Per ſoma di herba di legna, niente.

Per ſoma di ortaglie da mangiare, quatri. vno.

Per ſoma intiera di melloni, quatrini due.

Per ſoma intiera di cauoli cappucci, quatr. due.

Per ſoma non intiera di cauoli capucci, & meloni meſcolati con ortaglia, quatrino vno:

Per soma de agli, cipolle, & cocozze, quattrino vno.

Per soma di piselli, taue, ceci verdi, quattrino vno.

Per soma di frutti di ogni sorte forastieri, baiocco vno.

Per soma di vua, & frutti Romani, niente.

E di tutte l'altre cose, che qui non soffero cõprese, si habbia da stare alla dichiaratione delli Conseruatori, i quali habbiano à giudicare per simili doue saranno; se non; per loro mero arbitrio.

Et chi contrafarà, per ogni volta incorra nella pena di scudi dieci d'oro, ouero di due tratti di corda ad arbitrio de' Conseruatori, & à pagare il quadruplo, dell'indebitamente estorto alla parte grauata.

Vt in casibus Mercedum nõ expressis, similes attendantur.

Cap. CXI.

SI casus euenerint, qui in præfatibus tam tionibus decisi non sint, per similes expressos, per Senatorem, & Conseruatores in eorum respectiue Palatiis decidantur: sed si similia non inuenaiãtur, tunc Senator in tua Curia adhibitis Correctoribus, seu si ipsorum alter suspectus sit, Proconsulibus: Conseruatores vero adhibito Consilio Capitum Regionum, ac Tredecim, & viginti sex Consiliariorum, negotium terminet, prout eis videbitur expedire; & ab eis nullo modo liceat appellare.

Vt Notarij, Officiales, & Custodes sint contenti Mercede eis constituta.

Cap. CXII.

OMnes Notarij, Scribæ, & Officiales quicumq; cuiuscumq; dignitatis, & exercitij sint, ac etiam portarum, & põtium Custodes, quibus per præsentia statuta, certum salariũ, certaq; merces assignata, & præfinita est, sint, & esse debeant eorum salariis, & cõstitutis mercedibus cõtenti; nec quicquam vltrà quouis prætextu, ratione, vel causa petere, exigere, aut etiã à sponte dantibus recipere possint. Qui secus fecerint, si eius per præsentia statuta pœna præfinita non esset, quadruplum parti, & aureos decem Cameræ Vrbis pro pœna persoluãt.

Vt omnes Officiales publicè habeãt taxas mercedum affixas.

Cap. CXIII.

VNiuersi Notarij, & Scribæ, Executores, Custodes Carcerum, Portarum, & Pontium, Tubatores, & demum quicumque alij: quibus per præsentia statuta, certa merces est præfinita, in eorum Officiis & locis, vbi exercent officia, particularem tabellam, in qua sui officij mercedes, ita vt præfinitæ sunt in præsenti volumine, versæ tamen in vulgarem sermonem, & per extensum & non per notas descriptæ; in propatulo, ita vt ab omnibus inspici, & legi possint, suspensam habere debeant. Qui verò, sine ea deprehensus fuerit, post mẽsem à die publicationis præsentium statutorum, pœna aureorum decem multetur; & si post multã per triduum ea carere repertus fuerit, Officio priuetur, & nihilominus pœnam aureorum viginti quinque persoluat.

Sequitur tenor formæ Bannimentorum Magistrorum Iustitiariorum.

Forma de' Bandi de' Maestri Giustitieri.

PEr prouedere; rimouere, & punire tutti li scandali, danni, differentie, & fraudi che potessero nascere, farsi, & intervenire, tanto nelle vigne, canneti dentro, & fuori di Roma, quanto nelli altri luoghi infrascritti; & accioche tanto il publico, quãto il priuato, non sia leso, ma conseruato; ordiniamo, & comandiamo, che si osseruino inuiolabilmente li bandi, & capitoli infrascritti sotto le pene in esse contenute, da applicarsi come appresso sè dirà: auuertendo, che si darà fede all'accusatore col suo giuramento, & con vn Testimonio degno di fede, ouero col pegno tolto al delinquente, nel luogo del delitto, & vn testimonio similmente degno di fede.

Che niuna persona di qualunque stato, grado, ò preeminenza se sia, ardisca, nè presuma andare in vigne, giardini, cãneti, ò simili possessioni chiuse di fratte, fossi, ò muri, nè di dì, nè di notte, nè con bestie di qual si voglia sorte, nè à piede, ò à cauallo, à far danno, senza espressa licentia delli Padroni, ò di chi in nome loro harà la custodia, & guardia delli predetti luoghi, sotto la pena di ducati tre di carlini per ciascuno, & ciascheduna volta, da applicarsi per vn terzo all'Accusatore, & l'altro terzo all'Officio delli detti Maestri, & l'altro alla Fabrica del Palazzo dell'Illustriss. Signori Conseruatori: & oltra la pena sia tenuto à pagare il doppio del danno alli Padroni; & non possendo pagare la pena, & il danno, saranno posti alla berlina descritta, ò dimostrata la causa del delitto al collo del deliquente, ad arbitrio di essi Maestri Giustitieri.

Ancora si prohibisce, che niuna persona debbia vendemiare in vasche altrui, nè far fossi fra li vicini, nè fratte in viali communi, nè cauar, ò romper limiti, senza licenza delli Padroni, sotto la pena di vinticinque ducati simili, da applicarsi come di sopra.

Che niuna persona debba far fossi, ò carbonari, nè buttare alcuna sorte di pietre, ò terra, nelli vicoli vicinali communi, ò publici, tanto fra le vigne, quanto fra li canneti, nè in essi far fossi, ò cose simili, per le quali essi

vicoli

vicoli se ristringessero, ò l'vso loro diuenti peggiore, ne restringere ò spingere le loro fratte verso li vicoli: ma quelli ridurre, & allargare in pristino stato, sotto la pena predetta, da applicarsi come di sopra.

Che ciascun *Padrone* de tali possessioni, che hauessero occupati, ò deteriorati li vicoli sopradetti, debbano fra termine di vn mese hauerli nettati, & restituiti, & rentrate le loro fratte, & reempiti li detti fossi, ò carbonari al stato pristino, sotto la pena predetta, da applicarsi come di sopra. Notificando, che se alcuno fra detto termine, non farà quanto di sopra; li detti Maestri faranno nettare, & restituire & retirar le fratte, & riempir li fossi alle spese delli padroni di esse possessioni, vigne, & canneti, & si procederà alla pena senza remissione alcuna.

Che tutte, & singole persone, quali haueste, ouero tenessero occupate, ò ristrette vie publiche, ò vicinali fra le vigne, dentro, & fuora di Roma, & fra le vigne vicine alli Casali fuora di Roma le debbano rimettere, & ridurre al pristino stato, fra termine di quindeci giorni, sotto pena di vinticinque ducati simili, da esigersi irremissibilmente, & da applicarsi come di sopra. Notificando, che passato il detto têpo, essi Maestri andaranno à riuedere li detti luoghi occupati, & li restituiranno in pristino, à spese delli occupatori.

Che niuna persona ardisca ò presuma, cauare o rimuouere termini, ne spianare, ò guastare, ò lauorare li limiti, ouero confini, senza licenza delli *Padroni*, sotto la pena espressa nelli statuti generali del *Popolo Romano*.

Che niuna persona debba tagliar viti, ò arbori fruttiferi, & non fruttiferi, nelle possessioni, canneti, ò vigne di altri, ne spiantare, ò estirpare infiti, ò altri arbori, & piante, sotto la simil pena di quindici ducati da applicarsi come di sopra & pagare il danno alli padroni.

Che niuna persona debba guastar fratte, ne pigliar legna, anco tagliate, ne toglier canne, ò vero pali vecchi, ò nuoui, ne occhi di canne, piantati ò per piantare, tanto nelle vigne, quanto nelli canneti, sotto la pena di ducati dieci, & non hauendo modo da pagare, saranno frustati, ò vero posti alla berlina. Notificandosi, che ne la medesima pena pecuniaria incorreranno etiãdio quelli, che scientemente compraranno detti occhi di canne, ò Infiti, ò Arbori.

Che niuna persona Guardiano, ò Ortolano, quali stanno fra le vigne, debba far ridutto, ò dar ricetto nelle loro case, ò vero capanne, ad huomini, che sogliano far danno à vigne, ò canneti, sotto la medesima pena; da applicarsi come di sopra, & di pagare tutto il danno, che si facesse nelle vigne, & possessioni di quel contorno, doue si trouasse esser stato dato tal ricetto.

Che niuno Guardiano, ò lauoratore di vigne, mezzarolo, ò cottimarolo di esse, debbia, ò possa vendere alcuna sorte di frutti, vua, ò agresta, senza licentia del padrone, & non possano li sopradetti di notte portare frutti, agresta, ò vua, di alcuna sorte senza licentia scritta dal padrone, sotto la pena di tre ducati, da applicarli come di sopra.

Che niuna persona, etiamdio fruttarolo, ò riuenderolo, possa portare di giorno alcuna notabile quantità di frutti, agresta, ò vero vua dalle vigne, tanto fuora, quanto dentro di Roma senza il bollettino del padrone delle vigne, ne di notte in modo alcuno, anche col bollettino del padrone, sotto pena di perdere li frutti, eccetto se il padrone andasse con lui:

Che niuno fruttarolo, ò riuenderolo, possa vendere alcuna sorte di frutti, agresta, moscatello, gattolaccio, & vua, senza espressa licentia, & bollettino di detti Maestri Giustitieri sotto pena di ducati tre da applicarsi come di sopra, & di perdita della robba, la qual licentia si debbia loro dare gratis, & senza pagamento alcuno.

Che li Fruttaroli, ò altri riuenderoli, non possono cõprare fratti di niuna sorte, se nõ dalli propri padroni, & non da vignaroli, mezzaroli, ò cottimaroli senza licentia, & sapura delli padroni, sotto pena di cinque ducati, da applicarsi come di sopra.

Che niuno Hoste, ò altra sorte di persona, possa, ne debba comprare, ne ricettare agresta di vigne, & atta à far mostarda solo si possa vendere, comprare, & ricettare, agresta naturale, & quella del gattolaccio sotto la pena predetta, da applicarsi come di sopra.

Et per togliere le occasioni, & suspitioni del robbare, si ordina, che niuna persona possa, ò vero debba portare, ne far portare in collo, ò somme, ne vendere tanto in mercato, quãto altroue, alcuna quantità de Infiti, ouero Arbori fruttiferi, senza licentia ò bollettino sigillato dalli officiali della sua Terra, se sarà forastiero: ouero dalli padroni delle possessioni doue l'haueranno cauati, essendo in Roma, ò suo contorno, sotto la pena di ducati cinque da applicarsi come di sopra, & perdita delle piante.

Che tutti quelli, che portarãno herbe segate per vendere, tãto con bestie quanto senza, nõ possano, ne debbano andare in vigne, sodi, ouero cãneti à far herba, senza licentia delli padroni alla pena predetta: ma contra di loro nõ si possa procedere, se nõ a querela delli padroni, e nõ altrimẽti.

E se alcuno padrone, ò Guardiano pigliasse alcuni mali, ferro, ò alcuno altro pegno, à chi desse dãno in vigne canneti, & sodi, di vigne, vicoli, & fratte, debba il giorno seguente consegnarli al notario di essi Maestri, sotto pena di vinticinque ducati, da applicarsi come di sopra, & di esser punito anche per furto.

Che niuna persona debba comprare catarcioni, ferrature, bandelle, zappe, vanghe, bidenti, ò altri ferri da vigne, da persona, che non conosca, & sappia, o possa subito nominarla, sotto la pena di ducati dieci da applicarsi come di sopra.

Che niuno Portanaro delle Porte di Roma, ò Guardiano de Ponti, debba dar ricetto ne di giorno nè di notte, à gẽte, che fosse solita âdare à rubare nelle vigne arbori, cãne, viti, agresta, vua, frutti & altre cose simili, ma li debbano capitando in detti luoghi, ritenere, che guadagneranno il terzo della pena: altrimẽte incorrerãno nella pena di ducati vinticinque quãto al ricettãto, & di vn ducato quãto al nõ ritenẽte, d'applic. come sop.

Che tutti quelli che sarãno trouati in vigne, cãneti, & sodi à far stroppe, viralbi, salci, ouero olmi, e quelli, che sarãno trouati portarli per

vendetli, o per suo vso senza licenza delli padroni, caschino in pena di vn ducato simile, da applicarsi come di sopra: & debbano in ogni modo ritare il danno alli padroni.

Si prohibisce, & commanda, che li Caprari nõ possano, ne debbano far danno alle fratte delle vigne; canneti, & sodi cinti di fratte, fossi, ò muri con loro capre: & contrafacendo, caschino in pena di ducati dua, da applicarsi come di sopra, & alla emendatione del danno, alla qual contrauentione, & pena si proceda solamente à querela del Padrone, & non altrimente: & entrando dette capre in vigne, & canneti, la pena sia ouplicata, purche le dette vigne, & canneti siano cinti di fratte, muri, ò fossi. Et il padrone sia obligato per il garzone, ouero à dare le capre, & si creda all'Accusatore con vn Testimonio degno di fede.

Che ne anco alcuno Macellaro, Asinaro, ò altra persona, quale andasse pascendo animali, debba far danno alcuno in vigne, sodi, fratte, ò canneti cinti come di sopra, sotto pena di tre ducati, & in caso di contrauentione, si proceda solamente, à querela di parte. Ne meno gl'istessi, ne li caprari, andando à pascere, debbano portare arme di sorte alcuna, alla pena di ducati quindici, da applicarsi come di sopra, ouero di esser posti alla berlina.

Che li Custodi, ò Portinari di Roma, sotto la pena di vn ducato, non debbano lasciar passare alcun lauoratore con alcuna sorte di fascine, canne, stroppe, ò fasci di legna, senza espressa licenza delli padroni delle vigne, & possessioni predette, ne essi lauoratori le debbano portare alla pena predetta, & perdita di dette robbe, che porteranno.

Che niuna persona di qualunque stato, ò conditione si sia, debba impedire, ne far dare impedimento, ne dire ingiuria alcuna alli Effecutori di essi Maestri, tanto in Roma, quanto fuora, essequendo di giustitia, sotto pena di vinticinque ducati, d'applicarsi come di sopra.

Che niuno Effecutore, ò Denunciatore di essi Maestri, possa, ouero debbia pigliar denari, ò far fraude alcuna: ma debbia ciascun di loro far l'officio suo diligentemente, & fedelmente, alla pena della frusta, ouero vinticinque ducati, da applicarsi come di sopra; & l'Accusatore sarà tenuto secreto.

Notificando ancora, che se farà contrauenuto in modo alcuno à quanto si è detto in questi Capitoli, & Bandi, il padrone sarà tenuto per il garzone in tutte le cose predette, se già non desse l'animale per il danno, come si è detto di sopra.

Et quia Ego Horatius Fuscus S. P. Q. R. Scriba præmissis omnibus dum, vt iacent, emendarentur, supplerentur, & fierent, & interfui, & in notam sumpsi. Ideo hic me manu propria subscripsi, ad futuram rei memoriam.

HAuendo la Santità di Nostro Signore Gregorio Papa Decimoterzo, confirmati li Statuti di questa Alma Città, nouamente riformati, fatti & cõpilati, per ordine dell'Inclito Popolo Romano, come appare per Lettere Apostoliche di Sua Santità, piõbate, & stampate nel principio di detti Statuti. Per tanto per parte dell'Illustrissimo Sig. Senatore di essa Città di Roma, & suo Distretto, il Sig. Giulio Cesare Segni, Conte, & Caualliер Bolognese, dell'vna, & l'altra raggion. Dottore, & dell'Illustrissimi Signori Conseruatori della Camera di Roma li Sig. Lelio Sorice, Alfonso Auila, & Mario Velli, & Prospero Boccapadule Priore delli Sig. Caporioni, si notifica à tutte & singole persone, alle quali appartiene, & à essi Statuti sottoposte, acciò non possano pretenderne ignoranza, che li debbano inuiolabilmente osseruare, si come in detta Bolla si contiene. Dat. in Capitolio die vj. Septembris. M. D. LXXX.

Horatius Fuscus S P.Q.R.Scriba.

P.Paulus Mutianus Scriptor Illustriss. Dominorum Conseruat.

Io Vincenzo de Brunis publico Banditore, ho fatto il soprascritto Bando, in Campidoglio, & per Roma, nelli luoghi soliti, & consueti questo di vij. di Settembre.

LAVS DEO

GRA:

GRATIAE IMMVNITATES, & facultates per Summos Romanos Pontifices Almæ Vrbi Romæ Populoque Romano conceſſæ.

BONIFACII OCTAVI.

Litteræ in fauorem Magiſtrorum, & Scholaſticorum in Gymnaſio Almæ Vrbis profitentium.

Bonifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs Abbati Monaſterij S. Laurentij extra muros, & Priori Baſilicæ ad Sancta Sanctorum, ac Archipresbytero Eccleſiæ S. Euſtachij de Vrbe, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

IN ſupremæ præeminẽtia dignitatis diuini diſpoſitione Conſilii conſtituti, ad vniuerſas fidelium regiones noſtræ vigilantiæ creditas tanquam Paſtor Dominici Gregis aciem Apoſtolicæ conſiderationis extendimus, ad earum profectum quantum nobis, ex alto permittitur intendentes, ſed ad vrbium Vrbem, Romanam videlicẽt Ciuitatem, quam Diuina clementia ſtatuit caput Orbis, eò attentioris meditationis intuitum retorquemus, quò principalius in eadem noſtri Sedem Apoſtolatus cæleſtis diſpoſitio ſtabiliuit, & firmauit Eccleſiæ fundamenta. Hanc profecto nimirum inter cæteras Vrbes ſub Chriſtianæ Religione fidei militantes vberioris affectionis prærogatiua proſequimur, ſtudioſius Apoſtolicis munimus præſidiis, & condignis libentius gratiis honoramus: ideoque feruenti non immerito deſiderio ducimur, quòd eadem Vrbs, quam diuina bonitas tot gratiarum dotibus inſigniuit, Scientiarum etiam fiat fœcunda muneribus, vt viros producat conſilij maturitate conſpicuos, virtutum redimitos ornatibus, ac diuerſarum facultatum dogmatibus eruditos, ſitque ibi fons ſcientiarum irriguus, de cuius plenitudine hauriant vniuerſi litteralibus cupientes imbui documẽtis. Ad hunc igitur vniuerſalem profectum non ſolum incolarum Vrbis ipſius, & circumpoſitæ regionis, ſed & aliorum qui præter hoc, quaſi continuo de diuerſis mundi partibus confluunt, ad eandem ſtudio paternæ ſollicitudinis intendentes, diligenti ſuper hoc cum fratribus noſtris deliberatione præhabita, de ipſorum conſilio auctoritate Apoſtolica duximus ſtatuẽdum, quòd in Vrbe prædicta perpetuis futuris temporibus generale vigeret ſtudium in qualibet facultate, ac docentes & ſtudentes ibidem omnibus priuilegijs libertatibus, & immunitatibus conceſsis Doctoribus, & Scholaribus in ſtudijs generalibus commorantibus gaudeant & vtantur. Et ne huiuſmodi ipſorum ſtudium (quod de bono ſemper in melius dirigi cupimus) perturbari contingeret, auctoritate prædicta decreuimus, vt Doctores, vel Scholares in huiuſmodi Rom. ſtudio commorantes non poſſint inuiti in Cur. Capitolij occaſione qualibet ciuiliter, vel criminaliter conueniri, niſi forſan (quod abſit) homicidium per al quem, vel aliquos de eodem ſtudio Romano perpetrari contingeret: quo caſu Vicarius Roman. Pont. contra Clericos, Senator vero, vel Senatores qui pro tempore fuerint in Vrbe prædicta, contra Laicos procedant, & faciant, quod iuſtitia ſuadebit. Nec ad aliquas contributiones in Taliis, aut collectis quæ imponerentur pro tempore habitatoribus dictæ Vrbis, ſeu aliqua obſequia communi Vrbis ipſius præſtanda, præterquam mortæ, quam in eadem Vrbe contraherent, vel aliqua pedagia ratione rerum ſuarum, quas ad dictum Romanum ſtudium deferri, vel exinde reportari facerent, Doctores, aut Scholares eiuſdem Romani ſtudij teneantur. quodque penſiones domorum, quas Doctores, vel Scholares in eadem Vrbe ſtudiorum cauſa morantes inhabitarent, taxari deberent per duos taxatores, quorum vnum ipſi Doctores, & Scholares, & alterum commune ipſius Vrbis eligant, & ſi ij duo concordare nequirent, ſtetur taxationi Tertij taxatoris ab eiſdem Doctoribus, & Scholaribus eligendi, ac vltra taxationem huiuſmodi nihil ab eis poſſit exigi nomine penſionis pro domibus antedictis: Et licet Roma communis ſit patria, ſi tamen quiſpiam litem contra Scholares peregrinantes cauſa ſtudiorum in illam ſuper aliquo negotio mouere voluerit, huiuſmodi rei optione data Scolaribus ipſis eos coram domino, aut Magiſtro ſuo, vel prædicto Vicario conueniat, iuxta legitimam ſuper hoc editam ſanctionem: & qui contraſecerint pœnam dictæ ſanctionis incurrant: Rectores quoque quos Doctores, & Scholares eiuſdem Romani ſtudij pro tempore duxerint eligendos in ipſos Doctores, & Scholares, ac familiares ipſorum, tàm circa cognitionem, & deciſionem cauſarum ciuilium, & criminalium ciuiliter motarum, & etiam criminaliter in criminibus leuioribus, quàm ipſorum corrigendos exceſſus leues, ordinariam obtineant poteſtatem: vt autẽ

Docto-

Doctores, & Scholares prædicti eo liberius intendere studio valeant, ac proficere in eodem, quo maioris fuerint gratiæ fauore muniti, ipsis auctoritate prædicta concessimus, vt dum huiusmodi studio docendo, vel audiendo insisterent, fructus, reditus, & prouentus omnium beneficiorum suorum cum cura, vel sine cura etiam si eorum aliqua personatus, vel dignitates existerent, cum ea possint integritate percipere, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent si in Ecclesijs in quibus illa obtinent personaliter residerent, & ad residentiam in eis interim minimè tenerentur, neque ad id à quoquam valeant coarctari. Non obstan. quibuscunque statutis, & consuetudinibus contrarijs dictarum Ecclesiarum, iuramento, confirmatione Sedis Apostolicæ, vel quacunque firmitate alia roboratis, etiam si de illis seruandis per se, vel procuratores suos præstassent forsitan iuramentum. Verum, quia non sufficit priuilegiorum, & indulgentiarum aliquibus dare præsidia, nisi sint qui super ijs eos manuteneant & defendant, cùm parum sit in Ciuitate ius esse, nisi qui illud tueatur existat, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus. Quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum per vos, vel alium, seu alios eisdem Doctoribus, ac Scholaribus, qui eiusdem Romani studij pro tempore fuerint, efficacis defensionis præsidio assistentes non permittatis eos, vel eorum aliquos contra huiusmodi statuti, cõstitutionis, & concessionis nostrarum tenores ab aliquibus molestari. Molestatores huiusmodi necnon contradictores quoslibet, & rebelles quicunque, & cuiuscunque conditionis fuerint, aut status, etiam si Pontificali, vel alia quauis præfulgeant dignitate, auctoritate Apostolica posposita compescendo. Non obstan. supradictis, seu de duabus dietis edita in Concilio generali, & nostra qua cauetur, quòd Cõseruatores à Sede deputati prædicta aliquos vltra vnã dietam à fine Diœcesis eorundem trahere non præsumant, & quibuscunque aliis constitutionibus contrarijs, dummodò vltra tertiam, vel quartam dietam extra suam Diœcesim aliquis auctoritate præsentium non trahatur, aut si aliquibus ab eadem Sede indultum, vel in posterum indulgeri contingat, quod excommunicari, suspendi, vel interdici non possint per litteras Apostolicas impetratas, vel etiam impetrandas, nisi eædem litteræ impetrandæ plenam, & expressam fecerint de indulto huiusmodi mẽtionem, & quibuslibet litteris, & indultis Apostolicis per quas præsentibus non expressas, vel totaliter, non insertas nostræ iurisdictionis explicatio in hac parte posset quomodolibet impediri, & de quibus quorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum in nostris literis mentio fit habenda. Volumus autem, quòd quilibet vestrum, etiã super negotio per collegam suum in hac parte primitus inchoato se intromittere valeat, & procedere in eodem, prout & quotiens fuerit opportunum. Dat. Anagniæ anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Trecentesimo tertio. Octauo Idus Iunij, Pont. Nostri Anno Nono.

EVGENII QVARTI

Litteræ, in quibus salarium Magistris in Gymnasio Almæ Vrbis profitentibus, de vini forensis vectigali assignatur.

Eugenius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Supremo patrefamilias in domo domini superna dirigente prouidentia insufficientibus quãquam meritis dispensatores effecti, inter curas innumeras, quibus occurrentium rerum negotiorumque varietatibus obsidemur, officij debito pastoralis sollicitudine perurgemur assidua, vt ad domum ipsam sapientiæ doctrinæque ministeria, gregem nobis creditum salubriter euocemus, & fidelibus singulis, ad quærendum litterarum studia, per quæ diuini nominis, orthodoxæque fidei cultus protenditur, iustitia colitur, tàm publica, quàm priuata res geritur, omnisque prosperitas humanæ conditionis augetur, libenter fauores gratiosos impendimus, & opportunæ commoditatis auxilia liberaliter impartimur. Dudum siquidem ad vniuersalem profectum, non solum incolarum Almæ Vrbis, & circumpositæ regionis; sed & aliorum, qui quasi continuo, de diuersis mundi partibus, ad eandem confluunt Vrbem studio paternæ sollicitudinis intendentes; diligenti desuper cum venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione præhabita de ipsorum consilio, auctoritate Apostolica inter alia statuimus, decreuimus & ordinauimus, quòd in Vrbe prædicta perpetuis futuris temporibus generale studium vigeret in qualibet facultate, ac doctores, & studentes ibidem omnibus Priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus concessis Doctoribus, & Scholaribus, in studijs generalibus commorantibus, gauderent & vterentur: quod pro in Gabella vini forensis, quod in tabernis venditur, pro qua venditores huiusmodi vini sex denarios pro qualibet libra Cameræ dictæ Vrbis soluere tenebantur, eriam pro libra tres adderentur solidi, cũ dimidio pro salario Doctorum ad legendum in dicto studio conductorum, & aliis occurrentibus inibi iuxta ordinationem Rectoris, & reformatorum, pro tempore existentium præfati studii, deducendis expensis, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Nos igitur, vt temporis progressu

tales

tales in ipsius studii reformatores assumantur, quorum diligentia, & circunspectione votiuos, prosperosque iugiter huiusmodi studium contingat auctore Domino habere successus, dilectorum filiorum Nobilium virorum, Iustini Pauli de Planca legum Doctoris, & nostri Consistorii aduocati, necnon Ioannis de Capoccinis, & Ioannis Cecchi de Gangialasinis, modernorum Conseruatorum, Ciuium Romanorum, ac Iacobi de Io Damaro de regione Montium, Cecchi de Bucchamatiis de regione Triuii, Laurentii Domini Pauli Toti de regione Columnæ, Laurentii Pauli Collarii de regione Campimartis, Nuccii Cecchi de regione Pontis, Syluestri de Temperiis de regione Parionis, Syluestri Antonii Paloni de regione Arenulæ, Nuccii Ciassi de regione S. Eustachii, Cecchi Antonii de Rugeciis de regione Pineæ, Lucæ Nannoli de Bucchabellis de regione Campitelli, Francisci Antonii de la Balestra de regione S. Angeli, Iuliani Sciusciæ de regione Ripæ, Laurentii Benedicti obicionis de regione Transtiberim, Capitum regionum dictæ Vrbis, in hac parte supplicationibus inclinati, perpetuis futuris temporibus irrefragabiliter obseruandæ constitutionis edicto, auctoritate præfata volumus, & ordinamus, quòd ipsi Conseruatores, & Capita regionum, etiam pro tempore existentes annis singulis de mense Decembris, duodecim ex notabilibus Ciuibus Romanis, inter quos aliqui in iure Canonico, vel Ciuili Doctores sint primo, necnon alios tabelliones publicos tres fide, ac facultatibus idoneos etiam Ciues Romanos eligere, & ipsius Ecclesiæ Camerario, vel eius Locumtenenti pro tempore existenti præsentare debeant: ipseque Camerarius, siue Locumtenens ex huiusmodi duodecim primo, vt præfertur, electis, quatuor (quorum vnus omninò in præmisso iure Doctor existat) ipsius studii reformatores, & illorum Notariorum ex dictis alijs tribus tabellionibus, vnum constituat, & deputet, qui protinus ex tunc pro talibus habeantur, & eorum inibi cuiuslibet officium per annum dumtaxat duret, eoque finito reformatores ipsi de omnibus, & singulis per eos circa prædictum illorum officium gestis, & administratis, coram Conseruatoribus Vrbis, & tribus ex Capitibus regionum per alios Capita regionum communiter eligendis similiter pro tempore existentibus, ac vno alio probo viro ad hoc per prædictum Camerarium, vel eius locumtenentem deputando, legales rationem, & calculum, reddere sint astricti: & ad id. quodque omnia & singula de rebus, emolumentis, & bonis, quæ ad eos ipsius officij ratione peruenerint, exantia consignent, & quæ negligenter, vel fraudulenter interim administrauerint, omninò resarciant, & refundant illis, qui tunc de nouo dicti studii reformatores extiterint, per ipsos Conseruatores, qua conuenit districtione coarctentur. Conseruatores quoque, ac tres ex Capitibus regionum, per ipsos Capita regionum, vt prædicitur eligendi, & reformatores prædicti simul cum dicto alio, per Camerarium, vel eius locumtenentem, vt prædicitur deputando, seruatis debitis, & quæ in talibus in dicta Vrbe fieri consueuerunt subhastationibus & modis, Gabellam huiusmodi vendant, & quæ prouenerint inde pecunias apud aliquem, vel aliquos fidos, ac famosos Mercatores, in dicta Vrbe pro tempore existentes deponant: & quoties expedierit, ipsi reformatores, per se ipsos pecunias huiusmodi, pro salariandis inibi legentibus Doctoribus, aut aliis ipsius studii supportandis oneribus exponere: residuum quoque pecuniarum huiusmodi in alios dicti studij vsus, & vtilitatem conuertere, necnon de præfatorum Conseruatorum, & trium, vt præfertur, Capita regionum, & deputandi huiusmodi consensu, pro dicto residuo domum, seu habitationem, aut Collegium pro pauperibus inibi collocandis, Scholaribus, & studentibus, construi, & ædificari, possessionesque, & domos, vel alia immobilia bona, ad ipsius domus, seu Collegij opus emere, necnon omnia alia, & singula, quæ in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, vel opportuna fuerint, facere, gerere, & exercere valeant: super quibus omnibus plenam, liberamque concedimus eis tenore præsentium potestatem. Non obstantibus omnibus, quæ in dictis litteris non obstare volumus. Cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesio trigesimo secundo. Septimo Idus Febr. Pont. Nostri Anno Secundo.

IVLII

IVLII SECVNDI

Litteræ, per quas vini vectigal, quod à salario Magistrorum profitentium supereſt, in refectionem murorum Almæ Vrbis, Romano Populo assignatur.

Iulius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

IT si ex debito pastoralis officij, ex alto nobis licet insufficiẽtibus meritis iniuncti, curæ nobis præcipuè incumbat, ne Ciuitates, & alia loca Romanæ Ecclesiæ, in eorum structuris, & propugnaculis dilabantur, Vrbem tamen nostram, in cuius ambitu Beati Petri sedes, quam diuina fauente gratia tenemus, necnon tot diuinæ, & mirabiles reliquiæ, totque amplissimæ Ecclesiæ, vbique Romanus Pontifex, cum sua curia circuitur, & protegitur, non solum, vt ipsius Vrbis mœnia antiquitate collapsa reparemus; sed illa nouis structuris munire, & firmare, etiam ad honorem Beatorum Petri, & Pauli, quorum sanguine conspersa extitit, teneri fatemur. Dudum siquidem fœlicis recordationis Eugenius Papa Quartus, prædecessor noster, ad vniuersalem prolectum, non solum Romanorum Ciuium, & Circumuicinæ regionis; sed aliorum, qui quasi continuè de diuersis mundi partibus, ad eandem Vrbem confluunt, generale studium, in qualibet facultate erexerat, ac pro salario, & alijs oneribus dicti studii, quod in Gabella vini forensis, quod in Taberna vendebatur, pro qua venditores huiusmodi vini sex denarios pro qualibet libra Cameræ dictæ Vrbis soluere tenebantur, etiam pro libra tres solidi cum dimidio adderentur, ad supplicationem Romani Populi statuerat, & ordinauerat. Et deindè per alias posteriores litteras, etiam ad supplicationem nobilium virorum quondam Iustini Pauli de Planca sui Consistorij aduocati, Ioânis de Capoccinis, & Ioannis Cecchi de Cangialasinis, tunc Romanorum ciuium Conseruatorum, & totius dicti Populi, etiam statuit, & ordinauit, quòd Conseruatores, ac tres ex Capitibus regionum per ipsos Capita regionum eligendos reformatores dicti studij, simul cum vno alio per Camerarium suum deputando seruatis debitis subhastationibus, Gabellam huiusmodi vendere, & pecunias, quæ perueniſſent inde apud aliquem, seu aliquos fidos, & famosos mercatores dictæ Vrbis, pro tempore existentes deponerent, & ipsi reformatores, per seipsos pecunias huiusmodi pro salarijs Legentium, aut aliis oneribus dicti studii: Quòdquè de residuo dictarum pecuniarum, domum, seu habitationem, ac collegium pro pauperibus inibi collocandis Scholaribus, ac Studentibus, construi, & ædificari, possessionesque, & domos, vel alia immobilia bona ad ipsius collegii opus emere, necnon omnia, & singula alia, quæ in præmissis necessaria, & opportuna forent, facere, & exercere valerent, statuit, & ordinauit, prout in posterioribus litteris prædictis plenius continetur. Verum, sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum, Ludouici de Matthæis, Mariani de Castellanis, Luti de Lutis, ac Ludouici de Cencijs Prioris Capitum regionum, & Pauli de Planca nostri Consistorii, & ipsorum Conseruatorum aduocati, petitio cõtinebat, quia residuum pecuniarũ dictæ Gabellæ, non pro Collegio dictorum pauperum studentiũ, & in possessionibus emendis, prout statutum fuerat; sed in varios vsus sæpè erogatum fuit, in magnum dictæ Vrbis, & publicæ vtilitatis præiudicium: Quare præfati Conseruatores Prior, & Paulus nobis humiliter supplicarunt, quia Vrbis mœnia non modica indigent reparatione, vt residuum dictarum pecuniarum in reparationẽ dictorum murorum, & aliarum necessitatum, pro tuitione, & decore Vrbis erogari debere statuere, & ordinare dignaremur. Nos igitur, qui intensis desideriis semper optauimus Vrbem prædictam paterno studio prosequi, ac sequentes vestigia piæ memoriæ Sixti Quarti, etiam prædecessoris, & patrui nostri, ipsam in suis structuris, & ædificijs augere, prout in immenso opere fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum, & aliis diuersis locis iam ostendimus, considerantes etiam eorum petitionem iustam, & honestam fore, posteriores litteras Eugenii prædecessoris huiusmodi pro expressis habentes. Quòd de cætero depositarius pecunias prædictas eiusdem Gabellæ, prout moris est, exigat, teneat, & conseruet, præstita tamen cautione Baiochi, prout moris est, illæque pro salario dictorum Lectorum moderate tamen constituendo Lectoribus dicti studij occurrentibus, iuxta litteras dicti Eugenii prædecessoris: Residuum vero integrè, absque aliqua diminutione, pro reparatione, ac noua fundatione, vbi opus erit, murorum, fonte Triuij necnon quinquaginta ducati auri singulis annis, pro festo, & celebratione Natalis Vrbis, quod Palilia vocant, & aliarum necessitatum, decorem, seu tuitionem Vrbis concernentium, per ipsos Conseruatores, pro tempore, ac vnum circunspectum virum, per Nos deputandum, sine cuius consensu, & mandato, nihil fieri possit, necnon duos alios Ciues ad hoc deputatos, seu, vt moris est, deputandos, qui similiter in fine anni, iuxta litteras Eugenii prædictas, rationem de administratis, & expositis pecuniis reddere teneantur, erogentur: tenore præsentium statuimus, & ordinamus: prædictumque residuum dictarum pecuniarum, solutis Lectoribus, pro reparatione, & necessitatibus prædictis, & non ad alios vsus applicamus. Illaque sub excommunicationis pœna latæ sententiæ, in alios vsus exponi non debere. Irritum quoque, & inane

quicquid

quicquid secus, etiam quacunque auctoritate, seu quouis mandato, etiam nostro, attentari contigerit: præsentibusque etiam per quascunque concessiones, seu mandata, etiam cum quibusuis clausulis derogatoriis fortissimis, & insolitis, etiam si de statuto, & applicatione nostra huiusmodi specialis, & individua mentio fieret, nisi de propriis nominibus ipsorum Conseruatorum, qui pro tempore erunt, specialis mentio fiat, derogari non posse decernimus, literis præfati Eugenii, ac quauis consuetudine, seu potius corruptela, cæterisque contrarijs nõ obstantibus quibuscunque. Volumus autem, quòd vbi necessitates huiusmodi non imminerent, quòd de dicto residuo Collegium dictorum Pauperum studentium erigatur & construatur, ac possessiones pro eorum sustentatione emantur, iuxta litteras dicti prædecessoris Eugenii. Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostri statuti, ordinationis, applicationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo duodecimo, Quinto Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Nono.

✝ Ego R. Eps Ostien. Cardinalis S. Georgi subs.
✝ Ego A. tit. S. Vitalis Presbyter Cardinalis subs.
✝ Ego P. tit. S. Eusebij Presbyter Cardinalis subs.

LEONIS DECIMI

Litteræ de conducendis Magistris, de cessantibus, de Bidello, Rectore, Reformatoribus, & reliquis.

Leo Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

DVm suauissimos, atque vberes fructus, quos viri litterarum scientia præditi in agro Domini in dies producunt, animo cõtemplamur, dumque quàm vtilis, & necessarius pro spiritualium temporaliumque rerum in hac plena tenebris, & caligine vitæ regimine, & directione salubribus, sit ipsarum litterarum vsus, sedula meditatione perpendimus, inter sollicitudines varias, quibus pro iniunctæ nobis desuper Apostolicæ seruitutis officio prospere, & fœliciter exequendo, vndique angimur, illam libenter amplectimur, per quam in singulis Orbis partibus litterarum studio vacare cupientibus illarum capessendarum occasio, & commoditas ministretur: sed vt hoc in Vrbe nostra votiuos sortiatur effectus, eo propensior cura nos vrget, quo Vrbs ipsa Vicarij Christi in terris Regia anteque eius oculos semper posita, tanquam Apostolicæ Sedis validissimum firmamentum supra cæteras Orbis Vrbes principatum obtinere dignoscitur: dignumque est, vt sicuti eius excellentissima est conditio, sic etiam ipsius incolæ, & habitatores in omni virtutum genere, & præcipuè liberalium artium disciplina, quæ ipsarum est nutrix, & alumna virtutum, alios antecellat. Dudum siquidem fœlicis recordationis Eugenius Papa Quartus, prædecessor noster, tunc Conseruatorum, & Capitum Regionum dictæ Vrbis supplicationibus inclinatus, de fratrum suorum consilio Apostolica auctoritate, statuit, decreuit, & ordinauit, quòd in Vrbe prædicta perpetuis futuris temporibus Generale Studium vigeret in qualibet facultate, ac Docentes, & Studentes ibidem omnibus priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus concessis Doctoribus, & Scholaribus in Studijs generalibus commorantibus, gauderent, & vterentur, ac Doctores, & Scholares in ipso Romano studio commorantes non possent inuiti in curia Capitolij occasione qualibet ciuiliter, vel criminaliter conueniri, nisi forsan pro homicidio per eorum aliquem, vel aliquos perpetrato, in quo casu Vicarius Romani Pontificis in spiritualibus contra Clericos, & Senator, seu Senatores, qui pro tempore forent in eadem Vrbe, contra Laicos procederent, & facerent, quod Iustitia suaderet: nec ijdem Doctores, & Scholares Vrbis: ad aliquas contributiones in Talijs, aut collectis, quæ imponerentur pro tempore habitatoribus dictæ Vrbis, seu aliqua obsequia communi Vrbis ipsius præstanda, prætextu moræ, quam in eadem Vrbe traherent: vel aliqua pedagia ratione rerum suarum, quas ad dictum Romanum studium deferri, vel exinde reportari facerent, tenerentur. Quòdque pensiones Domorum, quas in eadem Vrbe, Studij causa commorando, inhabitarent, taxari deberent per duos Taxatores, quorum vnum ipsi Doctores, & Scholares, alterũ commune Vrbis eligerent: & si duo concordare nequirent, staretur taxationi tertij Taxatoris, ab eisdem Doctoribus, & Scholaribus eligendi, ac vltra taxationem huiusmodi, nihil ab eis posset exigi nomine pensionis pro domibus antedictis. Et licèt Roma communis omnium esset patria, si tamen quispiam litem contra Scholares in illa causa Studij huiusmodi peregrinos super aliquo negotio mouere vellet, huiusmodi rei optione data Scholaribus ipsis, eos coram Domino, aut

Magistro

Magistro suo, vel Vicario prædicto conueniret, iuxta legitimam super hoc editam Sanctionem, & qui contrafecerint, pœnam dictæ Sanctionis incurrerent: Rectores quoque Studij Vrbis huiusmodi pro tempore existentes, in ipsos Doctores, & Scholares, ac Familiares ipsorum, tàm circa cognitionem, & decisionem causarum ciuilium, & criminalium, ciuiliter & criminaliter in criminibus leuioribus motarum, quàm ipsorum corrigendos excessus leues, ordinariam potestatem obtinerent, eiusdem Doctoribus, & Scholaribus, quò litterarum studio commodius possent incumbere. Quòdque quandiu in præfato Vrbis studio, docendo, vel audiendo versarentur, fructus, redditus, & prouentus omnium beneficiorum suorum cum cura, vel sine cura, etiam si eorum aliqua, dignitates, vel personatus existerent, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum ea integritate percipere valerent, cum qua illos perciperent, si in Ecclesijs, in quibus illa consisterent, personaliter residerent, & ad residendum interim in eisdem minime tenerentur, nec ad id à quoquam possent compelli. Et vt pro dicti studij manutentione facultates necessariæ non deessent, de simili Consilio, & dilectorum filiorum Populi Romani, qui pluries super ijs in eorum publicis congregationibus tractatum habuerant, & sic fieri desiderabant, expresso consensu etiam statuit, & ordinauit, quòd ex tunc de cætero in perpetuum Gabella vini forensis in Tabernis pro tempore vendendi, pro qua venditores huiusmodi vini sex denarios pro qualibet libra Cameræ dictæ Vrbis soluere tenebantur, ad tres solidos cum dimidio, pro libra augeretur, & pecuniæ inde prouenientes, iuxta ordinationem, tunc, & pro tempore existentium Rectoris, & Reformatorum dicti studii in salaria Doctorum, per eos ad legendum in eodem studio pro tempore conductorum, & alias expensas in dicto studio occurrentes, & non in alios vsus exponeretur, nec Gabellæ huiusmodi augmentum duraret, nisi ipso Vrbis studio durante, decernens ex tunc irritum, & inane si secus super præmissis, à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, prout in ipsius prædecessoris desuper confectis litteris plenius continetur. Cum autem (sicut exhibita nobis nuper pro parte venerabilis fratris Dominici Iacobatij de Facciehis, Episcopi Lucerini Referendarij, & in eadem Vrbe, eiusque districtu in spiritualibus Vicarii nostri, qui etiam dicti studii Romani Rector existit, & dilectorum filiorum Petri de Meriliis, & Ioannis de Arcionibus, & Ioannis Baptistæ de Ecclesia, ac Iacobi de Palenis Ciuium Romanorum, eiusdem studii reformatorum petitio continebat) licèt Gabella prædicta pro ipsis studij in statu florido, & fructifero manutentione, & communi ciuium, & aliorum vndecunque ad Vrbem studij huiusmodi causa pro tempore venientium, vtilitate, & commodo aucta fuerint, & ob auctam quoque, benedicente Domino, eiusdem populi multitudinem, augmentum ipsum adeò creuerit, vt ex illo viris in qualibet litterarum disciplina quantumuis egregijs honesta salaria constitui possint, ipsiusque studii Romani vniuersitas Doctoribus, & Scholaribus inter cæteras studiorum generalium in Italia vniuersitates, frequens & celebris esse deberet, tamen à pluribus citrà annis adeò in illo scholarium copia defecit, vt quandoq; plures sint legant, quàm qui audiant, quod ex eo potissimù creditur prouenire, quòd præmissa per Eugenium prædecessorem præfatum Scholaribus immunitas, & alia priuilegia prædicta minime obseruantur, & Lectores ipsi Romanæ Curiæ negotijs se inuoluentes, legendi munus, ad quod sunt iusta mercede conducti, passim omittunt. Pro parte eorundem Dominici Episcopi Rectoris, & Reformatorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt litteras Eugenij prædecessoris huiusmodi approbare, & innouare, ac alias in præmissis opportunè prouidere, de benignitate Apostolica, dignaremur. Nos igitur irreparabilem lapsi nequicquam temporis huiusmodi iacturam ægre ferentes: cupientesque sicut prouidum decet patremfamilias futuris temporibus consulere, huiusmodi supplicationibus inclinati, & ex certa nostra scientia, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, dictas Eugenij prædecessoris litteras approbamus & innouamus, ac præsentis scripti Patrocinio communimus: Decernentes omnia, & singula in eisdem litteris contenta, præsertim, quod de Scholarium exemptione, immunitate, & alijs illis concessis prærogatiuis, & gratijs in eis traditur, debere inuiolabiliter obseruari. Et nihilominus hac irrefragabili, & perpetuis futuris temporibus valitura constitutione, statuimus, decernimus, & ordinamus, vt ex nunc de cætero, præter alios, qui necessarij fuerint in qualibet facultate lectores, vnus saltem in iure canonico, & vnus in iure ciuili Doctores, & vnus in Philosophia, seu Medicina Magistri, eminentis litteraturæ viri vndecunque ad legendum in Scholis publicis dictæ Vrbis solitis temporibus & diebus, iustis, & honestis salarijs, arbitrio pro tempore existentium Rectoris, & Reformatorum dicti studij, iuxta ipsorum Doctorum, & Magistrorum qualitates, de Romani Pontificis licentia, moderandis, & assignandis, per eosdem Rectorem, & Reformatores, communi opportuna in hoc per eos adhibenda diligentia, annuatim conducantur: & nullus dictorum duorum Doctorum sic conducendorum, interim aduocationis, aut præterquam domi si voluerit, consulendo, quod vis aliud curiæ, vel Vrbis prædictarum officium valeat exercere, sed tam ipsi, quàm cæteri omnes ad legendum in huiusmodi Scholis, pro tempore conducti, solitis temporibus, & diebus, horisque ad id eis per rectorem, & reformatores præfatos statutis, legitimo impedimento cessante, commissum sibi legendi munus obire, & post finitas lectiones per aliquod conueniens spatium, circulos in eisdem Scholis tenere debeant. Et si quis ex eis non legitimè impeditus à legendo cessauerit, quotiens id fecerit, totiens dupli eius, quod pro qualibet lectione constituto ei salario, ipsum attingere discernetur: & quòd pro vna, Bidellis, siue nuntijs dicti studij id legitimè denunciantibus, & tribus reliquis quartis partibus Fabricæ Scholarum earundem ex nunc applicamus, pœna multetur, & ei tradenda Bulletta, seu mandato

defalcan-

defalcandi, & denuncianti, ac curam dictæ Fabricæ habenti, iuxta applicationem prædictam persoluendi. Et quoniam inutilis hæc prouisio de facili reddi posset, nisi sint, qui eius transgressores annotent, & Scholas ipsas sollicite visitent, & frequentent, quod Rectorem cum duobus saltem dictorum reformatorum, semel in mense, & pluries, vbi cognouerunt expedire, diebus, atque horis varijs, & incertis, ad ipsas scholas se personaliter conferant, & eas, earumque lectores, dum legunt, dum tenent circulos, visitent; & si qua correctione, aut reformatione digna viderint, illa corrigant, & reforment; & vnus ex eisdem reformatoribus seorsum, bis saltem in hebdomada, visitationis huiusmodi officium subeat per seipsum, & transgressiones, aut alia corrigenda, vel reformanda, cum Rectore conferat, & collegis, vt eorum opera sic adhibita (super quo eorum, & ipsorum cuiuslibet conscientias oneramus) studium prædictum votiuis proficiat incrementis. Bidelli vero, seu Nuntij præfati, aut eorum alter rotuli collationatam copiam habeant penes se, in quo scripta sint nomina omnium Lectorum, & qua quisque hora sit lecturus, & iuxta illius ordinem, & tenorem Scholas circumeant; Festa palatij consueta in Scholis ante Cathedram, Doctoribus, & Scholaribus nuncient, & si quem ex dictis lectoribus, suo loco abesse reperierint, adhibito teste, illum annotent, & in fine cuiusque hebdomadæ, Notario dicti Rectoris, qui rem ad ipsorum Rectoris, & Reformatorum notitiam fideliter deducat, in scriptis tradant. Et si dicti Bidelli in præmissis negligentes fuerint, pro tempore existentem ipsius Studij Rectorem pro prima eiusdem Rectoris arbitrio, pro secunda vero vicibus salarij, & emolumentorum omnium vnius semestris in dictam Fabricam conuertendorum amissionis pœna multentur. Quòd si tertio in similem inciderent negligentiam, officio Bidellatus huiusmodi perpetuo priuati, & ad aliud vlterius obtinendum inhabiles sint, illudque vacare censeatur eo ipso, & ne (quod passim euenit) Lectores præfatos, & legendi, & salaria non sine tædio percipiendi, duplex cura fatiget, quòd dilectus filius modernus depositarius pecuniarum dictæ Gabellæ, antequam de officio depositariatus huiusmodi se vlterius intromittat, & sui in dicto officio successores, antequam ad illud quomodolibet admittantur, cautionem præstent de salarijs dictis Lectoribus, pro tempore constitutis, iuxta mandata desuper confici solita, & eis exhibita, absque moræ dispendio integrè persoluendis. Quòd si depositarius ipse solutionem huiusmodi per tres dies post præsentationem mandati sibi factam, distulerit, liceat dictæ Gabellę conductoribus, salaria ipsa iuxta dicta mandata, quamuis illa ad depositarium sint directa, cum retentione pro se emolumentorum inde prouenientium, quę capita solidorum vocantur, auctoritate præsentium libere persoluere, ex pecuniis eiusdem Gabellæ: ad quod faciendum, & singulas tertias partes salariorum huiusmodi per decennium, antequam ipsius solutionis dictis Lectoribus pro tempore faciendæ terminus aduenerit, pro tempore existenti depositario præfato cum effectu assignandas, Conductores ipsi in contractu conductionis dictæ Gabellæ se specialiter, etiam sub aliqua pecuniaria pœna, debeant obligare. Insuper inhibemus sub excommunicationis latę sententiæ, & dupli eius, in quo læsio committetur si extimationem recipiat, parti damnum, vel iniuriam patienti, ex nunc applicati, pœna, quotiens contrauentum fuerit, ipso facto incurrend. dilectis filijs modernis, & qui pro tempore fuerint, dictæ Vrbis Gubernatori, Senatori, Curiæ causarum Camerę Apostolicæ Auditori, cæterisque Curiæ, & Vrbis prædictarum ordinarijs, & extraordinarijs Iudicibus, ne super causis contra dictos Scholares, seu eorum aliquē pro tempore motis, & dohanarum, ac aliarum Gabellarum quarumcunque, etiam ratione portarum, & pontium dictæ Vrbis exactoribus, ac in rebus, & bonis ad dictos Scholares, pro eorum studio huiusmodi insistentium vsu pertinentibus, contra exemptionem, & immunitatem prædictas, in ipsorum Scholarium, seu alicuius eorum præiudicium, directè, vel indirectè, quouis quæsito colore, quicquam facere, vel attentare præsumant. Quo circa per Apostolica scripta mandamus præfato Dominico Episcopo moderno, & qui pro tempore fuerit, dicti studij Vrbis Rectori, & prædictis modernis, ac pro tempore existentibus reformatoribus, vt præmissa omnia, & singula quantum ad eos attinet, obseruent, & quoad alios cuiuscunque status, gradus, & conditionis fuerint, faciat ipse Rector de dictorum reformatorum consilio auctoritate nostra firmiter obseruari: transgressores, contumaces, & inobedientes quoscunque per censuram Ecclesiasticam, & alia iuris, de quibus sibi videbitur, opportuna remedia, appellatione quauis omnino remota, compescendo. Venerabili vero Fratri nostro, Raphaeli Episcopo Ostiensi moderno, & qui pro tempore fuerit Collegij Venerabilium fratrum nostrorum dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Decano, ac pro tempore existentibus, primo ex Presbyterorum, ac primo ex Diaconorum Cardinalium huiusmodi ordinibus, quatenus Rectori, & Reformatoribus, Doctoribus, & Scholaribus præfatis, quando, & quotiens pro parte ipsorum, vel alicuius eorum fuerint requisiti, in præmissis efficacis assistant præsidio defensionis, faciantque eos, & eorum quemque respectiuè, auctoritate, facultate, exemptione, immunitate, & cæteris supradictis pacificè vti, frui, & gaudere, non permittentes ipsos per quoscunque desuper indebite molestari, perturbari, aut inquietari. Baroncello quoque, Conestabilibus, Marescallis, & cæteris Curiæ, & Vrbis prædictarum executoribus quibuscunque, præsentibus, & futuris, vt præfati Rectoris mandata contra quoscunque, tàm personaliter, quàm realiter exequenda, præmissorum occasione, & auctoritate præsentium, de dictorum Reformatorum, vel saltem duorum ex eis consilio pro tempore decreta, sollicite, & fideliter exequantur. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus dictæ Vrbis iuramento, confirmatione Apostolica,

vel quauis firmitate alia roboratis, necnon omnibus illis, quæ dictus Eugenius prædecessor in suis litteris prædictis voluit non obstare, contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim à dicta fit sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum, quia ob Curiæ nostræ in Vrbe continuam residentiam frequens in eadem Vrbe est Ecclesiasticarum personarum concursus, & modernis temporibus, pro clariori Canonum intelligentia legum cognitio, non ab re esse dignoscitur: quibusuis Archidiaconis, Decanis, Plebanis, Præpositis, Cantoribus, & aliis Clericis sæcularibus, etiam personatus habentibus, ac Presbyteris, quibus leges audire sub excommunicationis sententia, & aliis pœnis, est à iure prohibitum, in studio Vrbis huiusmodi dumtaxat, pro clariori dictorum Canonum intellectu, Leges, sine alicuius censuræ, siue pœnæ incursu audiendi (sanctæ commemorationis Honorij Papæ III. similiter prædecessoris nostri, & aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus) auctoritate, & tenore præmissis, plenam, & liberam licentiam elargimur. Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, communitionis, decreti, statuti, ordinationis, inhibitionis, & elargitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem, hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo tertio decimo, Nonis Nouembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

SIXTI QVARTI.

Litteræ contra sumentes vindictam contra innocuos, necnon & contra Brigosos, & in fauorem Paceriorum.

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

PErnicioſam Deoque odibilem rixarum consuetudinem, & inquietorum rixantium Brigas detestabiles, aut verius corruptelam, quæ pacis æmulo procurante, in plerisque nostris, & Romanæ Ecclesiæ Ciuitatibus præcipuè Alma Vrbe cum animarum euidenti periculo, corporum quoque, & facultatum maximo detrimento, diutius inoleuit, quantum nobis ex alto permittitur, eradicare totis viribus cupientes, nostræ sollicitudinis Pastoralis officium, ita interponere, ac prædecessorum nostrorum decreta prouide super hoc edita nostri muniminis præsidio instaurare curamus, quod sublatis quibuslibet dissidijs, ciuilibusq; discordijs, nostri, & eiusdem Ecclesiæ filij pacis amœnitate lætentur, peruersorum vero temeritas pœnarum exaggeratione penitus arceatur. Olim siquidem à fœlicis recordationis Paulo Papa Secundo, prædecessore nostro emanarunt litteræ tenoris subsequentis. Paulus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Viros sanguineos, & dolosos abominabiles Deo Sãctus Propheta detestatur, nec immerito quidem apud Deum, & homines detestandi videntur, qui horrenda sæuitia, & vindictæ furore succensi, sanguinem sitiunt aliorum, & præsertim insontium, ita vt non solum corporum mortem procurent; sed etiam animarum, pro quibus Dei filius mortem subijt corporalem, easque pretio sui sanguinis comparauit. Vndè nos eiusdem Saluatoris vicem, disponente Domino, licèt immeriti, obtinentes in terris eosdem merito detestamur, & ad gregis Dominici custodiam sollicitis excitati vigilijs, animarum, & corporum saluti, & publicæ paci, ac quieti, attenta cogitatione insistimus, vt perditorum hominum audaciam compescendo, animas simul, & corpora Deo lucrifacere sua nobis cooperante gratia valeamus. Sanè in Alma Vrbe nostra, quæ sicut per sacram Beati Petri sedem totius est caput Orbis effecta, ita cæteris Vrbibus quietis, & pacis norma, & exemplar deberet esse lustitiæ, instigante diabolo pestiferum, & permitiosum malum irrepsit, vt si quando inter aliquos, etiam pro leuissima causa, quam Brigam vocant, rixa fuerit exorta, in qua alter alterum percussit, aut vulnerauerit, percussus, aut vulneratus huiusmodi offendentis, patrem, fratrem, aut filium, seu alterum ex propinquis, iniuriæ expertem, & plerumque offensionis ignarum, aut huiusmodi excessus plurimum indolentem, horribili immanitate, & furiosa dementia, in vindictam suæ iniuriæ vulnerat, & interdum occidit, aut aliquis propinquorum offensi, ad vltionem iniuriæ propinqui sui, vt præmittitur, propinquum offendentis vulnerat, vel occidit, vel vulnerari, & occidi facit: indè quoque iuxta damnabilem abusum Ciuitatis, vtraque pars se Domibus priuatis includit, quas in contemptum Summi Pontificis, videlicèt Principis, ac etiam Magistratuum Ciuitatis, armatis complent, & interdum fores domorum, & porticus steccatis communiunt, vbi tanquam ad officinas asylum scelerum perditi homines, & scelesti, ex vtraque parte conueniunt: illic rabida

factio

factio iungitur, atrocissimi sceleris immanitate conceptitias: hinc dementia, & furta est, & venalis idiotia, dum ij, qui nulla sunt iniuria lacessiti, ad vindictam offensorum, insana mente, & feralis, cum ciuitate coniurant, ij sunt quorum pedes veloces sunt ad effundendum sanguinem, qui viam pacis non cognouerunt: inter quos fœda, & obscœna commercia, alearum vsus, pecuniarum effusio, patrimoniorum dissipatio, diræ blasphemiæ, & obscœni aguntur incessus, ex ijs oritur regentium Rempublicam, & Magistratuum contemptus, ac seditiones nonnunquam excitantur. Quod quidem ex alio veteri proverbio abusi: vt si quando huiusmodi rixæ, & offensiones intercedunt, non solum propinqui, atque coniuncti, sed etiam extranei vtriq; parti se offerunt, quod vulgo apud eos, & materno vocabulo, Far de bene, nuncupatur, ex quo plerumque totius Ciuitatis ruina, non sine graui nota regentium, atque discrimine Reipublicæ, armantur aduersus proximos, miseri spiritu diaboli repleti, omne ius humanæ societatis, omnem charitatem, omnem ciuilem concordiam damnabili abusu peruertunt. Nos igitur, tam immani, & crudeli facinori, ac populi nostri peculiaris periculis volentes occurrere, & tam nefarios præsumptores debitæ animaduersionis mucrone ferire, & vt tuta sit inter improbos, innocentia, etiam in ipsis improbis, formidato supplicio, refrenetur audacia, ac nocendi facultas, ipsiusque Almæ Vrbis nostræ paci, & quieti, & tranquillitati consulere, vt felici ducta regimine præseruetur à noxijs, & optatis semper proficiat incrementis: Hac irrefragabili, matura, digestissima, & perpetuo valitura constitutione, statuimus, & ordinamus, vt quicunque deinceps Baro, aut Domicellus, vel Ciuis Romanus, vel quæuis alia Ecclesiastica, sæcularisque persona, cuiuscunque conditionis, & qualitatis existat, quacunque etiam atroci iniuria lacessita pro sua, vel amici, aut propinqui iniuria vindicanda, patrem, aut filium, fratrem, aut propinquum, vel alias amicum, vel domesticum offendentis, vulnerare, mutilare, occidere, vel quocunque modo realiter, vel personaliter offendere præsumpserit, aut talia fieri fecerit, vel mandauerit: similiter, qui in Vrbe Romana, vel in eius districtu, occasione rixæ, vel Brigæ, domũ communire, armatos receptare, aut tenere, vel adhærentes, & cõplices, ac fautores Brigæ arcessere, seu quamcunque conuentionem, congregationem, & collectam hominum, ad vltionem iniuriæ inuocare, excitare, inuitare, vel receptare præsumpserit per se, vel alium, crimen læsæ Maiestatis incurrat, & tanquam læsæ Maiestatis, rebellionis, ac seditionis in Vrbe concitatæ reus censeatur, & habeatur, ac veluti talis, à competentibus iudicibus seueriss. mè puniatur. Ecclesiastici vero talia perpetrantes ab omni dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio sint ipso iure priuati, & perpetuæ custodiæ mancipentur; beneficia eorum libere aliis per illos, ad quos eorum collatio pertinet, conferantur: Omnesque præterea talia perpetrantes, & committentes, tanquam Christianæ Religionis alieni, publicæ pacis æmuli, ab omni Populo, Ciuitate, Terra, vel loco Ecclesiæ Romanæ mediatè, vel immediatè subiecto, sint perpetuo diffidati, eorum bona, tàm mobilia, quàm immobilia sint ipso iure Cameræ Apostolicæ confiscata: Nulli præterea talium alicuius aperiatur ianua dignitatis, aut honoris Ecclesiastici, vel mundani, seu ad alicuius loci regimen fit ascensus. Et vt magis famosa fit eorum infamia, factio testamenti actiuè, & passiuè, sit eis interdicta, ad actus legitimos nullus eis pateat aditus, nulla porta pandatur, omni spe gratiæ, aut dispensationis adepta: Ac præter prædictas pœnas, sententiam excommunicationis, & perpetuæ maledictionis incurrant, à qua absolui nõ possint, nisi per Rom. Pontifices, præterquam in mortis articulo constituti: Illi vero, qui ipsis offensis, vel offendentibus, seu Brigosis adhærere, fauere, opẽ, auxiliumue promittere, vel in domibus, aut castris, locis, seu fortelitiis suis receptare, aut qui iuxta vulgare, Far de bene, deinceps præsumpserit, tanquã fautores scelerum, & conspiratores aduersus publicam pacem, omnium similis rebellionis, confiscationis, depositionis, priuationis, inhabilitationis, atque excommunicationis, & anathematis pœnas incurrant. Statuimus præterea, vt domo, & habitationes principalium offendẽtium, qui vindictam in alios, vt præmittitur sumere, vel exercere, vel etiam, qui ex vtraque parte domos ipsas munire, aut congregationes occasione Brigæ, & Collectas hominum adunare, aut armis, vel armatis, seu Steccatis, aut Propugnaculis communire ausi fuerint, in detestationem tanti facinoris demoliantur, & vsque ad solum, ad perpetuam infamiam prosternantur: per hoc quoque sæcularibus, & alijs Iudicibus suis competentibus, non adimimus facultatem vtendi Statutis, & legibus aduersus tales editis, vel edendis: Dignum est enim, vt nefandi ratione flagitij, vltionis severitas extendatur, & propter enormitatem facinorum, pœnarum modus excuperet. Cæterum volumus, quòd singuli in dicta Vrbe Rixam, seu Brigam quomodolibet forsan in præsentiarum habentes, sustinentes, aut excitare molientes, cuiuscunque status, vel conditionis fuerint, post publicationem præsentium in curia Capitolij, & aliis publicis dictæ Vrbis locis faciẽdã, infrà quindecim dierũ spatium super illa in dilectos filios eiusdem Vrbis generales Pacerios nostros, ac Clericum de Clericatis Ciuem, & militem Vicentinum, seu alium per nos eius loco forsan surrogandum, aut deputandum, & de iure, & de facto iuxta auctoritatem, & arbitrium eorum plenariè cõpromisisse, ipsorumque decisionibus, sententijs, & mandatis, quæ omnia rata, & grata haberi, ac ab omnibus, & singulis, quorum interest, vel intererit quomodolibet in futurum, inuiolabiliter obseruari volumus, atque mandamus, stare, & parere debeant, & teneantur: Decernentes nulli licere illis contradicere, nec etiam ab eis quouis modo appellare, in hibentes nihilominus districtius, ne aliquis per se ipsum, aut quemuis alium directè, vel indirectè, seu alio quouis quæsito colore contra pacem, & concordias hactenus initas, & factas, vel securitates præstitas, seu deinceps ineundas, venire, vel aliquid attentare, aut illas infringere quomodolibet præsumant, sub pœnis

vltra Vrbis statuta, in huiusmodi facta pace contentis, ac præmissis. & alijs arbitrio nostro infligendis, quas rebelles, & contrafacientes, ac pacem huiusmodi non seruantes, eo ipso, quo contrafecerint, irre missibiliter incurrant. Ad maiorem præterea firmioremque rei subsistentiam, & perpetuam obseruationem, volumus, & mandamus, quòd præsentes nostræ litteræ eiusmodi voluntatem, ordinationem, & decretum nostrum continentes, in volumine Statutorum dictæ nostræ Vrbis, de verbo ad verbum denotentur, & describantur. Nulli ergo omnino hominum liceat, hâc paginam nostræ constitutionis, ordinationis, statuti, voluntatis, mandati, decreti, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, Decimo Kalendas Octobris, Pontificatus Nostri anno Tertio. Cum autem, sicut facti euidentia manifestat, ex ordinatione tam prouida, modica prouenerit huc usque vtilitas, & litteræ prædecessoris huiusmodi in obseruantia debita, pro nostro, ac ipsius prædecessoris voto laudabili, nequaquam habitæ fuerint, vt decebat. Nos pernersorum temerarios ausus castigatione debita reprimere, & Rixis, Brigis, atque dissidijs huiusmodi finem imponere cupientes, Motu proprio litteras prædictas, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, ex certa scientia innouantes, ac vim vigoremque perpetuos obtinere, & inuiolabiliter obseruari decernentes, omnibus quoque, & singulis, Rixam, seu Brigam, quomodolibet ad præsens in eadem Vrbe obtinendibus, sub pœnis in præinserta Bulla contentis districtius mandantes, vt infra trium dierum spatium, à die publicationis præsentium inchoandum, alijs vero Brigas ipsas in futurum forsitan habituris, sub decem similium dierum termino debeant, & teneantur omnes, & singulas Brigas, & differentias huiusmodi, in modernos Pacerios nostros, ac alios pro tẽpore existentes, per nos ad hoc specialiter deputatos, seu in posterũ deputãdos, de iure, & de facto, iuxta eorũdẽ arbitrium, & auctoritatem plenariè compromittere, & ipsorum sententijs, decisionibus, & mandatis, quæ omnia grata, & rata haberi volumus, stare, & parere debeant, & obseruari volumus in futurum. Quodque Pacerij prædicti teneantur, & debeant, omissis iuris, & statutorum solemnitatibus, ac dilationibus, nostra auctoritate (de consilio tamen, & assensu præsentis nostræ Almæ Vrbis Gubernatoris, & pro tempore existentis) omnes, & singulos Brigosos huiusmodi cogere, & compellere ad pacẽ, & reconciliationem ineundas. Contradictores, & renitentes, vijs iuris, & remedijs opportunis, omni prorsus appellatione cessante, penitus compescendo, aliàs iuxta litterarum prædictarum continentiam, & tenorem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dñcæ Millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo. Quarto Idus Iulij, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

INNOCENTII OCTAVI.

Litteræ contra sumentes vindictam in personam tertij, ac contra Brigosos. Et quod à sententijs Paceriorum non appelletur.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Tsi de cunctarum Ciuitatum temporali dominio Romanæ Ecclesiæ subiectarum prospero, & fœlici Regimine cogitare nos deceat, ad nostram tamen Almam Vrbem Apostolorum Petri, & Pauli glorioso martyrii cruore Domino nostro Iesu Christo consecratam, Ciuitatem Sacerdotalem, & Regiam, eiusque salubre regimen tanto accuratius aciem nostræ considerationis extendere, & quæ propterea prouida prædecessorum nostrorum ordinatione emanarunt, pro eorum subsistentia firmiori, nostræ approbationis munimine roborare debemus, quanto illa caput est Orbis, & altissimum in ea Sacerdotii Principatum, & Christianæ Rreligionis Caput instituit, ac iui, quod pro nostra salute pertulit, martyrij sedem, ad quam de vniuersis mundi partibus Christifideles confluunt, in numero copioso, voluit collocari. Dudum siquidem, cum in ea prefata Vrbe, instigante diabolo, pestiferum, ac pernitiosum malum irrepsisset, quod si quando inter aliquos, etiã pro leuissima causa Rixa, quam Brigam vocabant, exoriebatur, in qua alter alterum percuteret, aut vulneraret, percussus, aut vulneratus huiusmodi, offendentis patrem, fratrem, aut filium, seu alterum ex propinquis iniuriæ expertem, & plerumq; offensionis ignarum, aut huiusmodi excessus plurimum indolentem, horribili immanitate, & furiosa dementia in vindictam suæ iniuriæ vulnerabat, & interdum occidebat, aut aliquis propinquiorum offensi ad vltionem iniuriæ propinqui sui, vt præmittitur, propinquiorem offendentis vulnerabat, vel occidebat, vel vulnerari, & occidi faciebat. Inde quoque iuxta damnabilem abusum eiusdem Ciuitatis, vtraque pars domibus priuatis se includebat, quas in contemptum Summi Pontificis, ac etiam Magistratum Ciuitatis, armatis complebant, & interdum fores domorum, & porticus steccatis communibant,

vbi

vbi tanquam ad officinas, & asylum scelerum perditi homines & scelesti, ex vtraque parte conueniebant. Illic rabida factio iungebatur atrocissimi sceleris immanitate concordans. Illic dementia, & vt fama erat, venalis iniuria, dum ij, qui nulla erant iniuria lacessiti, ad vindictam offensorum, insana mente, & ferali crudelitate coniurabant. Ij erant, quorum veloces erant pedes ad effundendum sanguinem, & qui viam pacis non cognouerant, & inter quos fœda, & obscœna committebantur, alearum ludus, pecuniarum effusio, patrimoniorum dissipatio, diræ blasphemiæ, & obscœni agebantur incestus. Ex ijs oriebatur regentium rempublicam, & Magistratuum contemptus, ac seditiones nonnunquam excitabantur. Quodquidem ex alio veteri processerat abusu, vt si quando huiusmodi rixæ, & offensiones intercedebant, non solum propinqui, atque coniuncti; sed etiam extranei vtrique parti se offerebant, quod vulgo apud eos, & materno vocabulo, Fare debene, nuncupabatur, ex quo plerumque totius Ciuitatis studia diuidebantur, non sine graui nota regentium, atque discrimine rei publicæ, armabantur aduersus proximos miseri spiritu diaboli repleti, & omne ius humanæ societatis, omnem charitatem, omnem ciuilem concordiam damnabili abusu peruertebant, Fœlicis recordationis Paulus Papa Secundis prædecessor noster, volens tam immani, & crudeli facinori, ac Populi peculiaris Romanæ Ecclesiæ periculis occurrere, & tam nefarios præsumptores debitæ animaduersionis mucrone ferire, & tuta esset inter improbos innocentia, & ipsis improbis, formidato supplicio, refrenaretur audacia, ac nocendi facultas, ipsiusque Almæ Vrbis paci, & quieti, ac tranquillitati consulere, vt fœlici ducta regimine præseruaretur à noxiis, & optatis semper proficeret incrementis: irrefragabili, matura, digestissima, & perpetuo valitura constitutione, statuit, & ordinauit, quòd quicunque deinceps Baro, aut Domicellus, vel Ciuis Romanus, vel quæuis alia Ecclesiastica, sæcularisque persona, cuiuscunque conditionis, & qualitatis existeret, quacunque etiam atroci iniuria lacessita, pro sua, vel amici, aut propinqui iniuria vindicanda, Patrem, aut filium, fratrem, aut propinquum, vel aliàs amicum, vel domesticum offendentis vulnerare, mutilare, occidere, vel quocunque modo, realiter, vel personaliter offendere præsumeret, aut alia fieri faceret, vel mandaret: & similiter, qui in Vrbe Roma, vel in eius districtu, occasione Rixæ, vel Brigæ, Domum communire, armatos receptare, aut tenere, vel adhærentes, aut complices, ac fautores Brigæ arcessere, seu quamcunque conuentionem, congregationem, & collectam hominum, ad vltionem iniuriæ, inuocare, excitare, inuitare, vel receptare præsumeret, per se, vel alium, crimen læsæ Maiestatis incurreret, & læsæ Maiestatis, rebellionis, ac seditionis in Vrbe concitatæ, reus censeretur, & haberetur, ac veluti talis à competentibus Iudicibus seuerissimè puniretur. Ecclesiastici vero talia perpetrantes, omni dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio, essent ipso iure priuati, & perpetuæ custodiæ manciparentur. Beneficia eorum libere alijs per illos ad quos eorum collatio pertineret, conferrentur, omnesque præterea talia committentes, tanquã Christianæ Religionis alieni, publicę Pacis æmuli, ab omni Populo, Ciuitate, Terra, vel Loco, Ecclesiæ Romanæ mediatè, vel immediatè subiecto, essent perpetuo diffidati: eorum bona, tàm mobilia, quàm immobilia essent ipso iure Cameræ Apostolicæ confiscata: Nulli præterea talium alicuius aperiretur ianua dignitatis, aut honoris Ecclesiastici, vel mundani, seu ad alicuius loci regimen esset assensus: & vt magis famosa esset eorum infamia, factio testamenti, activè, & passiuè esset eis interdicta, ad actus legitimos nullus eis pateret aditus, nulla porta panderetur, omni spe gratiæ, aut dispensationis adempta: ac præter prædictas pœnas sententiam excommunicationis, & perpetuæ maledictionis incurrerent, à qua absolui non possent, nisi per Romanum Pontificem, præterquam in articulo mortis constituti: Illi vero, qui ipsis offensis, vel offendentibus, seu Brigosis, adhærere, fauere, opem, auxiliumue promittere, vel eos in Domibus, aut Castris, locis, seu Fortelitiis suis receptare, aut qui iuxta vulgare (Fare debene) deinceps præsumerent, tanquam fautores scelerum, & conspiratores aduersus publicam pacem, omnino similis rebellionis, confiscationis, depositionis, priuationis, inhabilitationis, atque excommunicationis, & anathematis pœnas incurrerent. Statuit præterea, idem prædecessor, vt Domus, & habitationes principalium offendentium, qui vindictam in alios, vt præmittitur, sumere, vel excitare, vel etiam, qui ex vtraque parte domos ipsas munire, aut congregationes occasione *Brigæ*, & collectas hominum adunare, aut armis, vel armatis, seu stipatis, & propugnaculis communire ausi forent, in detestationem tanti facinoris, vsque ad solum, ad perpetuam infamiam, prosternerentur, per hoc sæcularibus, & alijs iudicibus suis competentibus, non diminens facultatem vtendi statutis, & legibus aduersus tales editis, vel edendis: quia dignum fore existimabat, vt ratione nefandi flagitij vltionis seueritas extenderetur, & propter enormitatem facinorum, pœnarum modus exuberaret, prout in eiusdem prædecessoris litteris desuper confectis, quarum tenorem idem prædecessor, de verbo ad verbum, in volumen statutorum eiusdem Vrbis annotari, & describi mandauit, plenius continetur. Cum autem post dicti prædecessoris obitum, qui contrauenerunt eisdem litteris ab aliquibus temporibus citra, pœnis in eis contentis puniti non fuerint, & ex illorum impunitate Romani Ciues inuicem diffidentes, pro leuibus plerumque causis, procliuiores fuerint ad huiusmodi abusus suscitationem, & se domibus includere, illas armis, propugnaculis, & scelestis hominibus munire, & se sic, quam pluribus annis inclusos, in eisdem domibus continere, & interim nonnunquam manus improbas, non sine interuentiu hinc indè trucidatione conserere, scandala plurima in eadem Vrbe excitare non formidauerint, nec formident, creueritque valde numerus dissidentium eorundem, qui passim in eadem Vrbe,

ad vindictam, iuxta abusus prædictos, mutuo, tum palam, tum exquisitis dolis se interficere, & alias offendere non cessant. Nos, qui detestabilem, & horrendam talium nequitiam opportunis remedijs persequi, studijs quærimus indefessis, habita super ijs, cum fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, de eorum Consilio, eiusdem Pauli prædecessoris constitutionem, statutum, & ordinationem prædicta, & prout illa concernunt, omnia, & singula in dictis litteris contenta, auctoritate Apostolica, præsentium tenore, approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere, ac obseruari debere, eadem auctoritate decernimus, & pro potiori cautela, ea omnia sic, vt præfertur ab eodem prædecessore prouide statuta, & ordinata, de nouo statuimus, & ordinamus, ac mandamus perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari. Volumus insuper, quòd singuli in eadem Vrbe in præsentiarum Rixam, seu Brigam quomodolibet forsan habentes, sustinentes, aut excitare molientes, cuiuscunque status, vel conditionis existant, post publicationem præsentium in Curia Capitolij, & alijs locis publicis dictæ Vrbis faciendam, infra quindecim dierum spatium super illa in dilectos filios eiusdem Vrbis generales Paciferios, ac Vicecamerarium, seu alium per nos eius loco forsan surrogandum, aut deputandum, & de iure, & de facto iuxta auctoritatem, & arbitrium eorundem Paciferiorum plenarie compromisisse, ipsorum decisionibus, sententiis, & mandatis stare, & parere debeant, & teneantur. Decernentes nulli licere illis contradicere, nec etiam ab eis quouis modo appellare: ac districtius inhibentes, ne aliqui per se, aut alium, directè, vel indirectè, seu alio quouis quæsito colore, contra pacem, & concordias hactenus initas & factas, vel securitates præstitas, seu deinceps iniendas venire, vel aliquid attentare, aut illas infringere quomodolibet præsumant, sub pœnis vltra Vrbis statuta, in huiusmodi facta pace contentis, ac præmissis, & aliis, nostro, & Apostolicæ sedis arbitrio infligendis, quos rebelles, & contrafacientes, ac pacem huiusmodi non seruantes, eo ipso quo contrafecerint, irremissibiliter incurrant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate vallatis, eiusdem Vrbis statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscunque. Et ne quispiam de præmissis valeat ignorantiam allegare, mandamus præsentê nostrarũ litterarum tenorê in locis publicis prædictis sono tubę præmisso publicari, & in volumine statutorum prædictorum, de verbo, ad verbum describi. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostræ approbationis, constitutionis, statuti, ordinationis, voluntatis, decreti, inhibitionis, & mandati, infringere, vel ei ausu temerario contraire. *Si* quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & *Pauli* Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto. Kalendis *Septembris*, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

INNOCENTII OCTAVI.

Litteræ aliarum confirmatoriæ, contra Homicidas, & sumentes vindictam, ac minantes, & nunciantes minas.

Iulius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ICET ea quę laudabiliter, & prouida prædecessorum nostrorum ordinatione contra viros sanguinum, & dolosos Deo, & hominibus Propheta testante abominabiles, vt pœnis debitis iustitia mediãte puniantur, statuta, & ordinata fuerunt, inuiolabili debeant obseruatione vigere: nonnunquam tamen Romanus Pontifex ne successu temporis impugnationi subiaceant, illa de nouo approbare consueuit, vt eò firmius illibata persistant, quò magis suo fuerint præsidio pro tempore stabilita; alia etiam de nouo statuendo, & ordinando, quæ prosperi status incrementum, & boni regiminis directionem afferre possint, prout id in Domino conspicit salubriter expedire. Dudum siquidem per felicis recordationis Pium Papam Secundum, prædecessorem nostrum, accepto, quòd à certis annis, tunc elapsis citra in terris, locis & tenimentis Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiectis, quã plura, etiam ex leuibus causis, homicidia commissa esse reperiebantur, idem prędecessor attendens crimen huiusmodi inter alia esse pernicioſum, & detestabile, & iuxta Canonicas sanctiones debere graui animaduersione puniri, & tanto seuerius puniendum, & extirpandum fore, quanto manifestius cognoscebatur, quòd ex eo, vt plurimum scandala, & mala plurima subsequebatur, ac cupiens, quod eiusdem Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiecti pacifici forent & modesti, & terras, ac loca prædicta Sicariis expurgare, inter alia per quasdam statuit, & decreuit, quòd omnes illi, qui pro delicto homicidii forent cõdemnati, seu aliàs de Ciuitate aliqua, & districtu ipsius Banniti, non possent ad Ciuitatem, seu districtum huiusmodi quocunque tempore redire, seu in eis, vel eorum altero moram trahere, etiam habita pace ab hæredibus, seu consanguineis, vel filiis ipsius occisi, & deinde cũ in Vrbe Romana,

instigante

instigante diabolo, pestiferum, ac pernicioſum malũ irrepſiſſet, quod ſi quando inter aliquos etiam pro leuiſſima cauſa, Rixa quam Brigam vocabant, exoriebatur, in qua alter alterum percuteret, aut vulneratus huiuſmodi offendentis patrem, fratrem, aut filium, ſeu alterum ex propinquis iniuriæ expertem, & plerumque offenſionis ignarum: aut huiuſmodi exceſſus plurimum indolentem, horribili immanitate, & furioſa dementia in vindictam ſuæ iniuriæ vulnerabat, & interdum occidebat; aut aliquis propinquorum offenſi ad vltionem iniuriæ propinqui ſui, vt præmittitur, propinquorum offendentis vulnerabat, vel occidebat, vel vulnerari, ſeu occidi faciebat. Inde quoque iuxta damnabilem abuſum eiuſdem Vrbis vtraque pars ſe domibus priuatis includebat, quas in contemptum ſummi Pontificis, ac etiam Magiſtratuum Ciuitatis, armatis complebant. Et interdum fores domorum, & porticus ſtrictis communibant, vbi tamquam ad officinas, & aſylum ſcelerum perditi homines, & ſceleſti, ex vtraque parte conueniebant. Illic rabida factio iungebatur atrociſſimi ſceleris immanitate concordans. Illic dementia, & vt fama erat, venalis iniuria, dum ij, qui nulla erant iniuria laceſſiti, ad vindictam offenſorum, inſana mente, & ferali crudelitate coniurabant. Ij erant, quorum veloces erant pedes ad effundendum ſanguinem, & qui viam pacis non cognouerant, & inter quos fœda, & oſcœna committebantur, alearum vſus, pecuniarum effuſio, patrimoniorum diſſipatio, dirę blaſphemiæ, & obſcœni agebantur inceſtus. Ex ijs oriebatur regentium Rempublicam, & Magiſtratuum contemptus, ac ſeditiones nonnumquam excitabantur. Quodque ex alio veteri proceſſerat abuſu, vt ſi quando huiuſmodi rixæ & offenſiones intercedebant, non ſolum propinqui, atque coniuncti, ſed etiam extranei vtrique parti ſe offerebant, quòd vulgo apud eos, & materno vocabulo, Fare de bene, nuncupabatur; ex quo plerumque totius Ciuitatis ſtudia diuidebantur, non ſine graui nota regentium, atque diſcrimine reipublicæ, armabantur aduerſus proximos miſeri ſpiritu diaboli repleti, & omne ius humanæ ſocietatis omnem charitatem, omnem ciuilem concordiam damnabili abuſu peruertebant: pię memoriæ Paulus Papa Secundus etiam prædeceſſor noſter, volens tam immani, & crudeli facinori, ac Populi peculiaris Romanę Eccleſiæ periculis occurrere, & tam nefarios præſumptores debitæ animaduerſionis mucronę ferire, & vt tuta eſſet inter improbos innocentia, & in ipſis improbis, formidato ſupplicio, refrænaretur audacia, & nocendi facultas, ipſiuſque Almæ Vrbis paci, & quieti, ac tranquillitati cõſulere, vt fœlici ducta regimine præſeruaretur à noxiis, & optatis ſemper proficeret incrementis, per alias litteras ſuas perpetuo valitura conſtitutione ſtatuit, & ordinauit, quòd quicunque deinceps Baro, aut Domicellus, vel Ciuis Romanus, ſeu quæuis alia Eccleſiaſtica, Secularisq; perſona, cuiuſcunque conditionis, & qualitatis exiſteret, quacunque etiam atroci iniuria laceſſita, pro ſua vel amici, aut propinqui iniuria vendicanda, patrem, aut filium, fratrem, aut propinquum, vel aliàs, amicum, vel domeſticum offendentis vulnerare, mutilare, occidere, vel quocunque modo realiter, vel perſonaliter offendere præſumeret, ac talia fieri faceret, vel mandaret: & ſimiliter, qui in Vrbe Roma, vel in eius diſtrictu occaſione Rixæ, vel Brigæ, domum communire, armatos receptare, aut tenere, vel adhærentes, & cõplices, aut fautores Brigæ arceſſere, ſeu quamcunque conuentionem, congregationem, & collectam hominum, ad vltionem iniuriæ inuocare, excitare, inuitare, vel receptare, præſumeret, per ſe, vel alium crimen læſæ Maieſtatis incurreret, & læſæ Maieſtatis, rebellionis, ac ſeditionis in Vrbe concitatæ reus cenſeretur, & haberetur, ac vt talis à competentibus Iudicibus ſeueriſſimè puniretur. Eccleſiaſtici verò talia perpetrãtes omni dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio, eſſent ipſo iure priuati, & perpetuæ cuſtodiæ mãciparentur. Beneficia eorum libere aliis per illos ad quos eorum collatio pertineret, conferrẽtur: omnesque præterea talia committentes, tãquam Chriſtianæ religionis alieni, publicæ Pacis æmuli, ab omni Populo, Ciuitate, Terra, vel loco, Eccleſiæ Romanæ mediatè, vel immediatè ſubiecto, eſſent perpetuo diffidati: eorum bona tam mobilia, quàm immòbilia eſſent ipſo iure Cameræ Apoſtolicæ confiſcata. Nulli præterea talium alicuius aperiretur ianua dignitatis, aut honoris Eccleſiaſtici, vel mundani, ſeu ad alicuius loci regimen eſſet aſcenſus. Et vt magis famoſa eſſet eorum infamia, factio teſtamenti actiuè, & paſſiuè eſſet eis interdicta, ad actus legitimos nullus eis pateret aditus, nulla porta panderetur, & ſpe gratiæ, aut diſpenſationis adempta: ac præter pœnas prædictas ſententiam excommunicationis, & perpetuæ maledictionis incurrerent, à qua abſolui non poſſent, niſi per Romanum Pontificem, præterquam in mortis articulo conſtituti: ac nonnulla alia tunc expreſſa, fecit ſtatuit, ordinauit, & mandauit, ac obſeruari voluit, prout hęc & alia in ſingulis litteris prædictis quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſererentur, haberi voluimus pro ſufficienter expreſsis, plenius continetur. Cum autem, ſicut non abſq; graui animi diſplicentia accepimus, licet nos per noſtram ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumptionem, ſingulas litteras prædictas, ac omnia, & ſingula in eis cõtenta, quæ etiã per recolendæ memoriæ Sixtum Papam Quartum ſimiliter prędeceſſorem noſtrum approbata fuerunt, approbauerimus, & robur perpetuũ firmitatis obtinere, & obſeruari debere, decreuerimus, etiam de fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio: quia tamẽ nondum præmiſſa in vſu, fuerunt, creuit, & creſcit in dies, propter impunitatem huiuſmodi facinoroſorum hominũ, temeritas, & audacia non ſine maximo ipſius Vrbis, & aliarum Romanæ Eccleſiæ terrarum, ac illas habitantium præiudicio, & detrimento, maloque exemplo, & ſcandalo plurimorum. Nos igitur volentes ſuper ijs, prout noſtro incumbit officio, opportune prouidere, habita de nouo cum eiſdem fratribus matura deliberatione, de illorum conſilio, ſingulas litteras prædictas, ac omnia, & ſingula in eis cõtenta, necnon ſtatutum dictæ Vrbis, quo cauetur, quòd domini Caſtrorum, & Barones in eorum Terris diffidatos ſub certa pœna inibi expreſſa

pressa tetinere non possunt, cuius tenorē etiam præsentibus haberi volumus pro sufficienter expresso, auctoritate Apostolica tenore præsentium de nouo approbamus, & perpetuæ firmitatis robur obtinere, ac perpetuo obseruari debere eadē auctoritate decernimus. Proq; potiori cautela ea omnia sic vt præfertur ab eisdē prędecessoribus proinde statuta, & ordinata de nouo statuimus, & ordinamus, ac mādamus perpetuis futuris tēporibus inuiolabiliter obseruari, nec eo prætextu quòd hactenus forsan obseruata nō fuerint, volumus in aliquo posse reprobari. Et insuper, quia sicut etiā facti euidētia demōstrat, insurrexit à paucis tēporibus citra inter homines facinorosos homicidas bānitos, seu diffidatos ab Vrbe pro eorū delictis, & sceleribus, quædam praua improba, & damnata cōsuetudo, q̄ cupientes reassidari, & ad Vrbē redire, quod nih ab hæredibus occisi, aut offensi pacem habeāt, facere nō possūt, per nuncios aut litteras, vel aliter læsis, & offensam passis, acriter minantur pollicentes, se peiora facturos, nisi pacē cū eis faciant Monētes etiā ipsos ne ab eorum domibus discedant, Brigam eis indicētes, ex quo hæredes ipsi, aut aliter iniuriā passi, & interdū eorū consanguinei & affines etiā hi, qui in longissimo gradu sunt cōstituti cōpelluntur, aut pacem violentam inire, aut Brigam sustinere, propter quæ alij ex huiusmodi impunitate in dies ad peiora perpetrandum inducuntur: Huiusmodi malis prout tenemur occurrere volentes, etiam de simili consilio statuimus, decernimus, & ordinamus, quòd omnes, & singuli qui modo præmisso minati fuerint, & Ambassiatam, aut litteras scienter ijs, quibus minantur, afferre audebūt, & præsument, crimen læsæ Maiestatis similiter incurrant, & læsæ Maiestatis, ac rebellionis rei censeantur, ac veluti tales à cōpetentibus iudicibus seuerissime puniantur, & tam illi quàm Ecclesiasticæ personæ talia perpetrantes, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & excellentiæ existant, omnes, & singulas sententias, censuras, & pœnas, quas idem Paulus prædecessor contra patrem, filium, fratrem, & propinquum, vel domesticum, offendentis, vulnerantis, vel mutilantis, occidentis, vel qnocunque modo offendentis, promulgauit, vt prædictum est, eo ipso irremissibiliter incurrant. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Vrbis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & cōsuetudinibus, necnō omnibus illis, quę Pius, Paulus, & Sixtus prædecessores præfati in suis, & nos in aliis nostris litteris prædictis voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscūque. Et ne quispiam de præmissis valeat ignorantiam allegare, mandamus præsentium nostrarum litterarum tenorem in Curia Capitolij, & aliis locis publicis dictæ Vrbis, sono tubæ præmisso, publicari, ac in volumine statutorum prædictorum de verbo ad verbum describi, ad certitudinem præsentium, & memoriam futurorum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, decreti, statuti, ordinationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimo octauo, Idibus Septembris, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

PII QVINTI.

Litteræ confirmatoriæ aliorum Summorum Pontificum contra homicidas. Bannitos, & alios facinorosos.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

EX supernæ dispositionis arbitrio gregis Dominici curę præsidentes, inter varias animi solicitudines, quæ ex Pastoralis officij ministerio nobis incumbunt, illam à nobis potissime amplectendam esse putamus, per quam inter singulos gregis eiusdem fideles, præsertim vero nobis, & Romanæ Ecclesiæ subditos pax, & concordia confouentur, seditiones sedantur, scandalis obuiatur, & animarum salus procuratur. Vnde ea, quæ sedula meditatione hactenus à diuersis Roman. Pontificibus prædecessoribus nostris præmissorum ratione gesta fuisse, ac ordinata comperimus, quò sæpius fideles ipsi illa perspicient innouari, eò feruentius, ac promptius ad illorum obseruationem excitentur, confirmanda, innouanda, nostræque auctoritatis munimine roboranda esse censemus, aliasque desuper dispopimus prout in Domino conspicimus expedire. Sane aliàs postquam fel.re. Pius Papa II. prędecessor noster per eum accepto, quòd à certis tunc elapsis annis citra in terris, & locis, & tenimentis dictæ Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiectis, quamplura etiam ex leuibus causis commissa esse reperiebantur homicidia, idem prædecessor attendens crimen huiusmodi inter alia pernicioſum esse, & detestabile, & iuxta Canonicas sanctiones debere graui animaduersione puniri, & tanto seuerius puniendum, & exurpādum fore quanto manifestius cognoscebatur, quòd ex eo scandala, & plurima mala subsequebantur: ac cupiens, quòd eiusdem Ecclesiæ mediatè

dratè, vel immediatè subiecti, pacifici forent & modesti, ac Terras, & loca prædicta Sicariis expurgare, inter alia per suas literas statuerat, & decreuerat, quod omnes illi, qui pro delicto huiusmodi forèt condemnati, aut aliàs de Ciuitate aliqua, seù districtu ipsius banniti, non possent ad Ciuitatem, seu districtum huiusmodi quocumque tempore, seu in eis, vel eorum altero moram trahere, etiam habita pace ab hæredibus, & consanguineis, seu filiis ipsius occisi, nec Legatus etiam de Latere, aut Gubernator, qui pro tempore foret, vel quiuis alius posset auctoritate Apostolica, seu ex officio suæ legationis aliquem homicidam, seu bannitum rebannire, & reducere, seu reuocare ad Ciuitatem, vel districtum, aut eorum alterum, seu ei licentiam, vel saluumconductum concedere, redeundi, seu morandi in eis, vel eorum altero in perpetuum, vel ad tempus modicum, siue magnum, nec etiam ad diem vnum, siue noctem. Quod si secus per quemcumque ex prædictis factum foret, ipso facto poenam excommunicationis sine vlterioris sententiæ declaratione, à qua per aliũ, quàm per summum Pontificem, & tunc facta de hoc speciali expressione, non posset absolui, ac licentia, reductio, reuocatio, saluus conductus, & cassatio processus, & banni huiusmodi essent ipso iure nulla, nullìusque roboris, vel momenti, incidereteque etiam in poenam ducatorum mille aurei Cameræ Apostolicæ applicandorum, quam Thesaurarius, cui hoc secretè, vel publicè foret relatum, & denunciatum retineri faceret, & mandaret, nullo super hoc expectato, seu requisito superioris mandato. Quod si non faceret ipse Thesaurarius, eandem sententiam excõmunicationis ipso facto cum eiusdem qualitatibus incurreret: ipseque rebannitus, reductus, siue quocumque alio modo reuersus posset, deberetq; capi, detineri, & incarcerari, ac de ipso secundum sententiam contra eum latam, iustitia fieri per Gubernatorem, Potestatem, vel alios Officiales ad quos spectaret, & pertineret incontinenti; sine vlteriori sententiæ notificatione, requisitione superioris, vel alterius, sub pœna ducentorum ducatorum auri Cameræ præfatæ applicandorum, quam Thesaurarius præfatus simili modo, & forma, sub similibus censuris faceret retineri, & quod quæcunque appellationes interpositæ, vel interponendę ab huiusmodi vel aliis sententiis, siue grauaminibus contra homicidas latis, vel à processu contra eos facto, etiam si lis, vel instantia super eis penderet, & inhibitiones vigore ipsarum emissæ forent per Auditorem Cameræ, vel alium quemcumque ordinarium, vel delegatum, essent nullæ, & inualidæ, nec ad vlteriora super his, & ipsarum vigore procedi posset, aut deberet. Quinimmo appellationes, lites, & causæ huiusmodi censerentur anocatæ, extinctæ, & inualidæ, nec Potestates, seu Officiales, quibus inhibitum foret, mandatis, inhibitionibus, litis pendentiis, censuris, & pœnis in eis contentis astringerentur, immo tenerentur, & deberent ad executionem sententiarum latarum procedere: posset tamen in casibus à iure, vel statuto permissis appellari ad Gubernatorẽ Ciuitatis, seu Prouincię, qui infra mensem causam diffinire teneretur, quo elapso inhibitio, & instantia super eis essent nullæ, & libere sine impedimento posset fieri executio sententiæ vel banni, ac si non fuisset inhibitum, & appellatum: quodque banniti, & condemnati propter huiusmodi crimen homicidij conferentur banniti ab omnibus circumuicinis locis vsque ad milliaria quinquaginta, infra quæ si reperti forent, possent, & deberent capitalis sententiæ, siue condemnationis pecuniariæ executiones fieri contra eos per Potestates, & alios Officiales, Ciuitatibus, districtui, & loco præsidẽtes, sub pœnis pecuniariis simili forma incurrendis; ita quòd omnes, & singuli homicidæ, quorum delictum notorium foret, vel de homicidio infamati, seu condemnati, etiam si de delicto huiusmodi ex forma statuti non posset inquiri, vel aliqua pœna imponi, vel etiam si ipsius delicti, vel pœnæ pro eo impositæ auctoritate Apostolica, vel alterius ab ea, vel à Roman. Pont. potestatem habẽte, esset facta remissio, cassatio processus, & sententia annullata, vel aliàs quomodolibet dispositum per viam gratiæ, vel iustitiæ remissionis in toto, vel in parte, non posset habere officia, vel dignitates in quibuscumque locis, Ciuitatibus, & terris, à quibus banniti forẽt; & in quibus domicilium eorum, originemque haberent, seu aliàs moram traherent, vel residerent, etiam si forẽt absoluti, rebanniti, vel aliàs eorum sententia, seu condemnatio, siue processus irritati, vel aliàs pro infectis habitæ: sed perpetuo essent infames, & omni officio, & dignitate priuati, nec possent, ferre testimonium, nec tabellionatus officium exercere, neque admitterentur ad iudicandum, seu aliud officium exercendum, & ab omnibus actibus legitimis essent perpetuo suspensi: quinimo si huiusmodi officia acceptarent, exercerent, seu aliàs ad ea exercenda admissi forent, tam ipsi, quàm Gubernator, Legatus, aut superior, qui eũ eligere, vocare, aut ipsum officium exercere, seu ei præesse paterentur, pœnam quingentorum ducatorum auri ipso facto incurrerent, & sua gubernatione priuarentur, nec gesta in iudicio, vel extra iudicium tam per eum, qui admissus foret ad officium, quàm per eum, qui illud exercere passus foret, de cætero valida essent, & robur obtinerent, quinimo essent nullius roboris, vel momenti, & si Ecclesiasticæ personæ forent, sententiam excommunicationis ipso facto incurrerent sine vlteriori declaratione, à qua poenã non possent præterquam à Rom. Pont. cum speciali delicti, seu homicidij huiusmodi expressione absolui. Et Thesaurarius Cameræ sine vlteriori requisitione, seu notificatione, aut inhibitione, vel monitione, salarium eisdem, vel alteri debitum retinere deberet, si ab eo deberetur: si vero non deberetur, Potestati, Gubernatori, vel alteri, ad quem spectaret, ab eis, vel eorum altero exigi, & satisfieri sub eisdem censuris in eisdem litteris, quas idem prædecessor per omnes Ciuitates Ecclesiæ publico præconio publicari mandauerat, dum sæpius cotingerat, quod offensionis ignarus, aut ob huiusmodi excessus plurimum condolens, horribili immanitate, & furiosa dementia in vindictam iniuriæ vulneraretur, & interdum occideretur, aut aliquis propinquorum offensi ad vltionem iniuriæ propinqui sui, vt præmittitur,

pro-

propinquum offendentis vulneraret, vel occideret, seu vulnerari, vel occidi faceret. Indeq; iuxta damnabilẽ abusum Ciuitatis vtraq; pars se domibus priuatis includeret, quam in cõtemptum summi Pontificis, videlicet Principis, ac etiam Magistratuum Ciuitatis armatis cõplebant, & interdum fores domorum, ac porticus, fenestras, ac asylum scelerum perditi homines, & scelesti ab vtraque parte conueniebant: Illic inuidia, facto coniungeretur atrocissima sceleris immanitate concordans; illic dementia, & furia esset venalis iniuria, dum hi qui nulla erant iniuria lacessiti, ad vindictam offensorum insana mente, & ferali crudelitate coniurarent: hi essent quorum pedes veloces erant ad effundendum sanguinem, qui viam pacis non cognouerant, inter quos fœda, & obscœna commercia, alearum ludus, pecuniarum effusio, patrimoniorum dissipatio, diræ blasphemiæ, & obscœni agebantur incestus: ex his oriretur regentium respublicam, & magistratuum contemptus, ac seditiones nonnunquam suscitarentur. Et si quando huiusmodi rixæ, & dissensiones intercederent, non solum propinqui, atque coniuncti, sed etiam extranei vtrique parti se offerrent, quod vulgo Apuleos, & materno vocabulo (fare di bene) nuncupabatur, ex quo plerunque totius Ciuitatis studia diuidebantur, & non sine graui nota regentium, atque discrimine Reipublicæ armarentur aduersus proximos miseri spiritu diaboli repleti, omne ius humanæ societatis, omnem charitatem, omnem ciuilem cõcordiam damnabili abusu subuerterent, piæ memoriæ Paulus Papa II. etiam prædecessor noster per suas litteras perpetuo statuerat, & ordinauerat, vt quicunque extunc deinceps Baro, aut Domicellus, ac Ciuis Romanus, vel quæuis alia Ecclesiastica, sæcularisque persona cuiuscumq; conditionis, & qualitatis existeret, quacunq; etiam atroci iniuria lacessita pro sua, vel amici, aut propinqui iniuria vindicanda patrem, aut filium, fratrem, aut propinquum, vel alias amicum, vel domesticum offendentis vulnerare, mutilare, occidere, vel quocunque modo realiter, vel personaliter offendere præsumeret, aut talia fieri faceret, vel mãdaret, similiter qui in Vrbe Roma, vel eius districtu occasione rixæ, vel brigę domum communire, armatos receptare, aut tenere, vel adhærentes, & complices, ac fautores brigę accersere, siue quamcumque conuentionem, congregationẽ, & collectam hominum ad vltionem iniuriæ inuocare, excitare, inuitare, vel receptare præsumeret per se, vel alium, crimen læsæ Maiestatis, rebellionis, & seditionis in Vrbe concitatæ reus censeretur, & haberetur, ac veluti talis cõpetentibus iudicibus seuerissimè puniretur: Ecclesiastici verò talia perpetrãtes omni dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio essent ipso iure priuati, & perpetuo manciparentur, ac beneficia eorum libere per illos, ad quos collatio pertinebat eorum, conferrentur. Omnesq; præterea talia committentes tanquam Christianæ religionis alieni, publicæ pacis æmuli, ab omni populo, Ciuitate, loco, & terra dictæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiecta essent perpetuo diffidati, eorum bona tam mobilia, quàm immobilia essent ipso iure Camerę Apostolicę confiscata: Nulli præterea talium alicuius aperiretur ianua dignitatis, aut honoris Ecclesiastici, vel mũdani, seu ad alicuius loci regimen esset ascensus. Et vt magis esset famosa eorum infamia, factio testamenti actiuè, & passiuè esset eis interdicta, ad actus legitimos nullus eis pateret aditus, nulla porta panderetur omni spe gratiæ, aut dispensationis adempta. Et præter prædictas pœnas sententiam excommunicationis, & perpetuę maledictionis incurrerent, à qua absolui non possent, nisi per Rom. Põtifices, præterquam in mortis articulo constituti. Illi verò qui ipsis offensis, vel offendentibus, seu brigosis adhærere, fauorem, opem, auxiliumque promittere, aut in domibus, vel castris, locis, seu fortaliciis suis receptare, aut qui iuxta vulgare (fare di bene) ex tunc deinceps præsumerent, tanquam fautores scelerum, & conspiratores aduersus publicã pacem omnino similis rebellionis, confiscationis, depositionis, priuationis, inhabilitatis, ac excommunicationis, & anathematis pœnas incurrerent. Et præterea, vt domus, & habitationes principalium offendentiũ, qui vindictam in alios vt præmittitur, sumere, & exercere, aut etiam qui ex vtraque parte domos ipsas munire, aut congregationes occasione brigæ, aut collectas hominum adunare, vel armis, aut armatis, seu fenestratis, aut propugnaculis communire ausi forent, in detestationem tanti facinoris demolirentur, & vsque ad solum ad perpetuam infamiam profternerentur: Per hoc quoque secularibus, aut aliis iudicibus suis competentibus nõ ademerit facultatem vtendi statutis, & legibus aduersus tales editis, & edendis. Et successiuè recolendæ memoriæ *Sixtus* Papa IIII. similiter prædecessor noster accepto per eum, quod contenta in litteris Pij prædecessoris huiusmodi à certis annis tunc elapsis citra non fuerant obseruata, & ex illorum non obseruantia subditi præfatæ Ecclesiæ procliuiores erant ad homicidia committenda, ac fere passim quotidie perpetrabantur, & homicidæ præfati ideo ad illa committenda promptiores existebant, quia sperabant latere, & suorum excessuum remissionem consequi facile posse; ac detestabilem, & horrendam sicariorum nequitiam talium ad aliorum cautelam iuris remedijs prosequi studio cupiens indefesso, habita super ijs cum fratribus suis præfatæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, de illorũ consilio per suas litteras, statuta, decretaq; Pij prædecessoris huiusmodi, ac prout illa concernebant omnia, & singula in dictis litteris Pij prædecessoris præfati contenta approbauerat, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decreuerat, ac voluerat, & de eorumdem fratrum consilio statuerat, & ordinauerat, quod condemnati eatenus, & quos in posterum condemnari contingeret vbilibet in Ciuitatibus, terris, & locis prædictis pro homicidio, siue vt principales, siue vt auxilium, consilium, vel fauorem præstantes, suarum condemnationum remissionem, aut contra illas saluumconductum, & licentiam secure in loco patrati criminis, vel infra quinquaginta milliaria (vt præfertur) propinquo, nullatenus obtinere possent ab alio, quã à Romano Pontifice, qui pro tempore esset, &

alicuius

alicuius alterius etiam Legati de Latere remissio nemini suff agaretur: & si forsan extingeret eundem Romanum Pontificem ad remissiones siue saluumconductum huiusmodi procedere, talis remissio per p^roccupationem processisse censeretur, & nemini prodesse posset, nisi in illa verus literarum Sixti prædecessoris huiusmodi tenor de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes inferius insertus foret, ac specifica, & determinata causa exprimeretur, quę eundem Roman. Pontificem induceret ad derogandum eisdem litteris Sixti prædecessoris, quæ cum tam matura deliberatione ab eodem Sixto prædecessore manauerant. Et subsequenter sanctæ memoriæ Iulius Papa Secundus etiam Prædecessor noster habita super ijs cum fratribus suis tunc, & dictæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, & de illorum consilio litteras Pij & Sixti prædecessorum huiusmodi prout illas cõcernebant, omniaq; & singula in eisdem litteris contenta per quibusdam approbauerat, & innouauerat, ac robur firmitatis perpetuo obtinere debere decreuerat, ac illas ad bannitos, seditiosos, & rebelles, aut alios pro quocumqua alio crimine capitali à quibusuis officialibus tam in dicta Vrbe, quam extra eam, & in terris eidem Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiectis diligẽtibus pro tempore condemnatos, & brigosos nuncupatos pacem iuxta ordinationes dictæ Vrbis Apostolica auctoritate approbatas facere recusantes: Necnon ius sibimet contra alios dicentes, aut cãualcatas sine Romani Pontificis, aut Officialium tuorum speciali licentia facientes, vel mouentes, præfata auctoritate de eorundem fratrum consilio extenderat, ac vniuersis, & singulis, tam laicis, quam Ecclesiasticis cuiuscumque status, gradus, ordinis, excellentiæ, & dignitatis, Ducibus quoque, Comitibus, Baronibus, Domicellis, nec non Communitatibus, Vniuersitatibus, Ciuitatum, Terrarum, Castrorum, & aliorum quorumcumq; locorũ dictæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiectorũ, districtè præcipiendo mandauerat, & inhibuerat, ne aliquis eorum homicidas, bannitos, exitiosos, & rebelles, aut pro alio capitali crimine condemnatos, aut brigosos pacem facere recusantes, seu ius sibi contra alium dicentes, aut caualcatas facientes, vel mouentes in eorum Ciuitatibus, Castris, seu locis aliis quibuscumq; recipere, & retinere, seu auxilium, consilium, vel fauorem directè, vel indirectè, publicè, vel occultè, per se, vel alium præstare, aut in eorum domibus, seu castris, vel locis recipere, & receptare præsumerent; & si aliquis contra inhibitionẽ, & mandatum huiusmodi quouis modo directè, vel indirectè de cætero venire presumeret, idem Iulius prædecessor omnes, & singulos sic contrauenientes excommunicationis maioris, & anathematis, sententiam, à qua non nisi ab ipso Iulio prædecessore, & eiusdem successoribus (præterquam in mortis articulo constituti, & debita satisfactione præmissa) absolui possent, incurrere, eosque omnibus, & singulis priuilegiis, gratijs, libertatibus indultis, exemptionibusque, immunitatibus realibus, & personalibus, ac Ciuitatibus, Castris, Terris, locis, & dominijs, eorũ dignitatibus, & honoribus, iuribus, & officijs, ac etiam feudis, & concessionibus quibuscumque, quæ à Romana præfata, & quibuscunq; aliis Ecclesijs obtinere noscebantur, sub quacumque verborum forma, & tenore, ac cum quibusuis efficacissimis, & insolitis etiam præseruatiuis ab incursu pœnæ priuationis, eo ipso priuatos, & inhabiles, ac indignos ad illa, & quælibet alia in posterum obtinenda, & quoscumque actus legitimos exercendos fore nunciauerat; & illa per ipsum Iulium prædecessorẽ, & successores suos, absque aliqua declaratione super incursu pœnæ priuationis huiusmodi, aut citatione eorum qui priuationis pœnam incurrerent facienda, alijs personis in feudum, seu vicariatum, aut aliàs ac si per lapsum temporis concessionis, aut finitam lineam ad dictam Cameram reuersa essent liberè, concedere, ac aliis de illis disponere posse decreuerat, & declarauerat. Nec non Ciuitates, Terras, Castra, & loca prædicta Camerę præfatæ confiscauerat, incorporauerat, applicauerat, & appropriauerat, ac confiscata, incorporata, & appropriata esse, sicq; contrauenientes pro rebellibus eiusdem Ecclesiæ haberi, & censeri debere voluerat, eorum subditos, ac vasallos, & arcium, Ciuitatum, Terrarum, castrorum, & locorũ prædictorum Castellanos, à quocunq; fidelitatis iuramento, quo ipsi essent quomodolibet astricti, penitus absoluens: Ciuitates quoque terras, castra, & loca prædicta, si ad eiusdem Ecclesiæ obedientiam se nõ reducerent, seu in præmissis quomodolibet delinquerent, & etiã quorumcunque eis auxilium, consilium, vel fauorem quouismodo directè, vel indirectè, publicè, vel occultè præstantium, etiam quacumque Ecclesiastica, vel mundana, & regali præfulgerent dignitate, & excellentia, vt præfertur, & ad quem eos declinare contingeret, Ecclesiastico subiiciens interdicto tandiu firmiter obseruãdo donec ibidem foret etiam per triduum post inde discessum. Illos quoque qui aliquem scirent culpabilem in prædictis, & eidem Iulio prædecessori, vel successori, vel successoribus suis intra triũ dierum spatiũ nó referrent, vel alicui per quem ad eum fideliter referretur, similes pœnas incurrere voluerat. Et insuper per eundem Iulium prædecessorem accepto quòd cum nonnulli Ciuitatum, castrorum, & locorum, tam Regni nostri tunc sui Siciliæ citra Pharum, quàm aliarum partium dictę Ecclesiæ subiectarum, etiã Vrbis prædictæ adiacentium, qui propter homicidia, aliaq; nefanda per eos perpetrata, excessus, crimina, & delicta, & aliàs eorũ demeritis id exigentibus à Ciuitatibus terris, castris, & locis eorum, seu in quibus tunc morabantur exules, rebelles, & banniti, quod in illis propterea secure morari nequirent, alij de Ciuitatibus, terris, castris, & locis dictæ Ecclesię subiectis ad Regum & alias partes adiacentes huiusmodi alij autem ex Regno, & adiacentibus partibus prædictis, ad Ciuitates, terras, castra, & loca eidem Ecclesiæ subiecta prædicta etiam dictæ vrbi adiacentia se transferrent, nonnulli Barones, Proceres, & Domini, seu Vicarij in temporalibus Ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum, ac regni, & partium adiacentium prædictorum, eorumque Officiales, & subditi dictos homicidas, bannitos, criminosos, atque rebelles homines scienter receptare

ceptare, & quod grauis erat protegere, & defendere non formidabant, se reos tantorum scelerum per homicidas, & alios bannitos prædictos perpetratorum apud Deum cõstituentes, & tam ipsis homicidis, & malefactoribus, quàm aliis similia, & grauia delicta perpetrandi, & committendi audaciam. & scelerum huiusmodi impunitatem tribuentes in animarum suarum periculum, iustitiæ conculcationem, ac dictæ sedis auctoritatis contemptum, & scandalum plurimorum: Idem Iulius prædecessor Motu proprio omnes, & singulos Barones, Proceres, Milites, ac Dominos, & Vicarios in temporalibus Ciuitatum, Terrarum, castrorum, & locorum eorundem, necnon nostros, & eorundem Baronum, Procerum, Militum, & Dominorum Vicarios, Officiales, & subditos per suas litteras requisierat, & monuerat, eisque, & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam contrafacientes eo ipso incurrerent, districtius inhibuerat, ne homicidas, bannitos, criminosos, rebelles, aliosque infames homines præfatos, qui propter eorum delicta bannuti in locis originis suæ, seu alijs regnorum, Ciuitatum, terrarum, castrorum, & aliorum locorum prædictorum propter eorum malam vitam cõmorari non poterant extunc de cætero nullatenus receptare, aut eis consilium, auxilium, vel fauorem quouis quæsito colore præstare præsumerent. Quinimo tales ad eorum dominia declinantes, seu in eis commorantes capi, & ad forum, seu iustitiæ, vel Officiales, ad quos punitio, & castigatio criminum, & excessuum per eos perpetratorum, vt præfertur, de iure, vel consuetudine pertinebant, & spectabat destinare, aut si partibus læsis, & offensis vtilius foret, illos iuxta criminum, & excessuum per eos perpetratorum qualitatem ad pœnas à iure statutas in locis, vbi deprehensi forent, procedere procurarent. Præterea felicis memoriæ Leo Papa X. etiam prædecessor noster similiter per eum accepto, quòd nequissimi Sicarii eo ad perpetranda homicidia, & mala omnia committenda procliuiores reddebantur, quo in opprobrium iustitiæ, & animi sui indignationem non solum in Ciuitatibus, terris, castris, & locis ipsius Ecclesiæ dominio subiectis, & non subiectis dictæ Vrbis conuicinis, sed etiam in Vrbe ipsa intra ædes, & Palatia retinebantur, & recipiebantur, aut ob fauorem Ducũ, Marchionum, Comitum, Baronum, Domicellorum, Dominorum temporalium, armorum Capitaneorum, Ductorumque, & aliorũ magnarum auxilium confouebantur, Iudicum quoque & Officialium animaduersio in eos sæpe, & sæpius omissa fuerat, idem Leo prædecessor Motu simili, & ex certa scientia priores litteras Iulii prædecessoris huiusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta per suas litteras approbauerat, & innouauerat. Adijciens, & de Apostolicæ potestatis plenitudine statuens, quòd si Duces, Barones, Marchiones, Comites, Dominum temporales, Vicarii, Feudatarii, armorum Capitanei, Ductores, Magnates, Principes, Cõmunitates, & Officiales Ciuitatum, Terrarum, & Locorum dictæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiectorum, homicidas, bannitos, exitios, rebelles, aut pro quocunque crimine capitali pœna damnatos, necnon Brigosos pacem facere recusantes, treguarum, siue inducialum violatores, seu fractores, ius sibimet cõtra alium dicentes, caualcatas, aut armatas, vel vltra numerum decem hominum coadunatas facientes, propria auctoritate, vel mouentes, ad eorum Terras, Ciuitates, Castra, Loca, Territoria, & dominia declinantes, non solum reciperent, retinerent, vel eis auxilium, consilium, opem, fauorem tacitè, vel occultè, directè, vel indirectè præstarent, aut cõtra mandata, & inhibitiones in eiusdem Iulii prædecessoris litteris contentas deuenirent, sed etiam si eosdem manu forti non acciperent, apprehenderentque, & captos ad mandatum Romani Pontificis pro tempore existentis, aut suorum Officialium exhiberent, traderentque, non solum omnes, & singulas sententias, ac etiam priuationis pœnas in eiusdem litteris expressas verum, etiam læsæ Maiestatis reatum, & verum, ac nulla iuris, aut hominis fictione confectum crimen eo ipso incurrerent, & in eos sic contrafacientes modo, & forma quibus in veros criminis læsæ Maiestatis reos à iure procedi debere statutum erat, procederetur; & tam ad præfatas, quàm huiusmodi læsæ Maiestatis criminis à iure inflictas pœnas executiuè deueniretur. Et insuper omnia, & singula per Iulium prædecessorem, & vt præfertur per Leonem huiusmodi innouata, & de nouo statuta, & illis adiecta perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere decreuerat. Porrò ad notitiam similis memoriæ Clementis Papæ VII. pariter prædecessoris nostri peruẽro, plures Vrbis Ciuitatum, Terrarum, Castrorum, locorum, & tenimentorum, ac Regni, & partium prædictorum contra litteras prędecessorum huiusmodi elata cervice deuenire, & se aduersus iustitiæ clypeum, & tutelam rebelles constituere præsumant, ac censuras, & pœnas præfatas in eisdem litteris contentas sensu reprobo parũpendere non verebantur, in animarum suarum perniciem, diuinæ maiestatis offensam, & reipublicę læsionem, idem Clemẽs prædecessor, ne litteræ prędictæ, quę prouida deliberatione ab ipsis prædecessoribus manauerant, contemptibiles redderentur, sed excessuum perpetratores debita animaduersione punirentur, opportunis remedijs prouidere volens, Motu proprio non ad aliquorum eidem super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de sua mera liberalitate, & ex certa scientia, singulas Pij, Pauli, Sixti, Iulij, & Leonis prędecessorum litteras huiusmodi, cum statuto, ordinationis, extensionis, additionis, inhibitionis, decreti, declarationis, confiscationis, incorporationis, applicationis; voluntatis, & mandati, ac cum omnibus, & singulis alijs in eis respectiuè contentis clausulis, auctoritate Apostolica per suas litteras approbauerat, & innouauerat, ac perpetuæ roboris firmitate subsistere, & per singulos, quos litteræ ipsæ concernerent, sub excommunicationis, anathematis, maledictionis, infamiæ, suspensionis, diffidationis, criminis læsæ Maiestatis, seditionis, rebellionis, confiscationis, depositionis, priuationis, inhabilitatis, & interdicti, & alijs censuris, & pœnis ecclesiasticis, & temporalibus

ralibus in eisdē litteris cōtentis, quas contrauenientes eo ipso incurrerent, perpetuo inuiolabiliter obseruari debere decreuerat: illasque etiam ad hoc homicidæ, sicarij, criminosi, rebelles, aliique infames propter homicidia, aut alia nefanda per eos perpetrata, excessus, crimina, & delicta in Ciuitatibus, Terris, castris, vel locis eorum, seu in quibus tunc morabantur banniti, & condemnati, etiam habita pace ab hæredibus filiis, seu consanguineis occisorum, ac partium læsarum, non solum à circumuicinis, vsque ad quinquaginta milliaria, sed etiam ab omnibus, & singulis Ciuitatibus, terris, castris, & locis, etiam regni, & partium prædictarum nobis, & dictæ Romanæ Ecclesiæ quomodolibet mediatè, vel immediatè subiectis banniti, & exules essent, & esse censerentur, nec in illis, seu eorum aliquo etiam prætextu cuiusuis licentiæ, salui conductus, remissionis, reductionis, reuocationis, vel alterius per eos desuper quomodolibet pro tempore obtentæ moram trahere possent. Et si in eis residerent, vel reperti forent, capi, detineri, & incarcerari, ac iuxta criminum, & excessuum per eos perpetratorum qualitatem, vel litterarum *Pij* prædecessoris huiusmodi tenorem sub pœnis in eisdem litteris contentis, per Officiales ciuitatis, terræ, castri, vel loci, in qua, vel in quo deprehensi forent, debitis pœnis plecti, seu inde educi, ad forum, seu Officiales, ad quos criminum, & excessuum eorundē punitio, vel de iure siue consuetudine pertineret, remitti deberent, extenderat, & ampliauerat. Et nihilominus præmissa omnia, & singula, prout per Pium, Paulum, Sixtum, Iulium, & Leonem prædecessores præfatos statuta, & ordinata, inhibita, decreta, & declarata fuerant, ita vt Duces, Barones, Marchiones, Comites, Domini temporales, Vicarij, Feudatarij, Capitanei, Magnates, Principes, Communitates, Ciues, Officiales, & personæ, ac alij, quos prædictæ litteræ concernebant, ac ipsorum singuli litteras, & in eis contenta huiusmodi non obseruātes, & illis quomodolibet directè, vel indirectè contrauenientes, ac eis adhærentes, eorumque fautores & complices, singulas censuras, & pœnas prædictas eo ipso, absque alia declaratione incurrerent, & incurrisse censerentur. Quodque Duces, Barones, Marchiones, Comites in temporalibus, Vicarij, Feudatarij Ciuitatum terrarum, castrorum, & locorum, etiam regni, & partium prædictarum sibi, & eidem Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiectarum, aliquos suos dictæ Ecclesiæ hostes, & inimicos, aut subditos, exules, bannitos, & facinorosos cuiuscunque status, vel conditionis essent, publicè, vel occultè vllo vnquam tempore recipere, & acceptare nullatenus præsumerent. Et si aliquos ad eorum dominia, & territoria confugere contingeret, illos ex eorum dominiis, vel territoriis huiusmodi expellere, seu ad simplicem iussionem suam, vel successorum suorum, quo voluisset, seu successores ipsi voluissent, tute conduci facere. Ac quod præmissa à suis subditis inuiolabiliter obseruarentur omni excusatione cessante cum effectu curare, sub similibus priuationis, & rebellionis, ac criminis lęsę Maiestatis pœnis, si cōtra facerent, eo ipso incurrendis. Necnon vt homicidę, fautores, & complices præfati facilius capi, & puniri possent, quòd communitates, ciuitatum, & vniuersitates terrarum, castrorum, & locorum, in quibus, seu quorum territorio, districtu & ditione dicta homicidia perpetrarētur, sub interdicti Ecclesiastici, & duorum millium per cōmunitates, ac mille ducatorum per vniuersitates necnon ciuitatum, terrarum, & locorum eorundem Domicelli, Barones, Vicarii, ac alii in temporalibus domini, sub maioris excommunicationis latæ sententiæ, & quinque millium ducatorum auri Cameræ Apostolicę irremissibiliter applicandorum eo ipso absque alia declaratione incurrendis pœnis, eosdem homicidas, cōplices, & fautores statim capere, & omnem exactissimam diligentiam, de qua per publica documenta fidem facere tenerentur, capi facere nequirent, statim commissum homicidium vniuersitatibus, seu incolis, & habitatoribus oppidorum, & locorum circumuicinorum, ad quæ declinarent, aut declinare possent notificari: communitates vero, & domini in temporalibus prædicti, ad quorum ditionem tales declinassent, cum primum id ad eorum notitiam deuenisset, eos apprehendere, seu apprehendi facere: quod si non possent, similiter id vniuersitatibus, seu incolis, & habitatoribus vicinorum oppidorum, & locorum ad quæ declinarent, aut verisimiliter declinare possent, insinuare, & captos ad eorum Iudices ordinarios traducere, & tradere sub similibus pœnis tenerentur, & deberent, statuerat, ordinauerat, inhibuerat, & declarauerat. Et ne facilitas veniæ incentiuum præbeat delinquendi, quibusuis dictæ Sedis Legatis etiam de Latere, ac Nunciis, & prouinciarum Rectoribus, necnon nostris, & dictæ Romanę Ecclesię Vicariis, & in temporalibus pro tēpore existentibus, & præfatis communitatibus, omnē super absolutionibus homicidiorū huiusmodi per nos, & prædecessores nostros Romanos Pontifices, & Sedem eandem, sub quauis forma, & verborum expressione concessam, approbatam, & innouatam auctoritatem, & facultatem reuocauerat, cessauerat, irritauerat, & annullauerat. Et si quando similes absolutiones per eum, & successores suos Romanos Pontifices ac Sedem præfatam concedi contingeret, illas per Iudices, & Officiales, ad quos pertineret, nisi trinæ litterę Apostolicæ sub interuallo vnius mensis pro singulis litteris huiusmodi cum expressa derogatione præsentium desuper emanarent, nullatenus admitti, vel obseruari voluerat. Pię memor. Pius Papa IV. similiter prędecessor noster singulas Pii Secundi, Pauli, Sixti, Iulii, Leonis, et Clementis prædecessorum litteras huiusmodi, cum statutorum, ordinationum, extensionum, ampliationum, reuocationum, cassationum, irritationum, annullationum, decretorum, confiscationum, incorporationum, applicationum, voluntatum, hortationum, requisitionum, et mandatorum, ac omnibus, et singulis aliis in eis respectiuè contentis clausulis dicta auctoritate Apostolica per suas litteras approbauit, et innouauit, ac perpetua roboris firmitate subsistere, et per singulos, quos litteræ ipsæ concernebant, et concernerent in futurum sub pœna excommunicationis, anathematis,

maledictionis, infamiæ, suspensionis, diffidationis, sub pœna excommunicationis, anathematis, rebellionis, confiscationis, depositionis, privationis, inhabilitatis, & interdicti, ac aliis censuris, & pœnis Ecclesiasticis, & temporalibus, ac corporis afflictivis in eisdem litteris contentis, quas contravenientes eo ipso incurrerent, perpetuo inviolabiliter observari, illasque etiam ad homicidas, sicarios, exititios, criminosos, rebelles, alioſq; infames, propter homicidia, & alia nefanda per eos perpetrata, excessus, crimina, & delicta, etiam ad hoc vt ipsi in Ciuitatibus, terris, castris, vel locis eorum, seu in quibus, tunc morabãtur bãniti, & condemnati, etiam habita pace ab hæredibus, filiis, seu consanguineis occisorum, aut partium lęsarum, non solum à locis circumuicinis, vsque ad quinquaginta milliaria, sed etiam ab omnibus, & singulis Ciuitatibus, terris, castris, & locis, etiam regni, & partium prædictorum nobis, & dictæ Romanæ Ecclesiæ mediatè vel immediatè quomodolibet subiectis banniti, & exules essent, & esse censerentur, nec in illis, seu eorum aliquo etiam prætextu cuiusuis licentiæ, saluiconductus, remissionis, reductionis, reuocationis, vel alterius gratiæ per eos desuper quomodolibet pro tempore obtentæ moram trahere possent. Et si in eis residerent, vel reperti essent, capi, & detineri, & incarcerari, ac iuxta criminum, & excessuum per eos perpetratorum qualitatem, & litterarum Pii Secundi, & Clementis prædecessorum huiusmodi tenorem, sub pœnis in eisdem litteris contentis per Officiales ciuitatis, terræ, castri, vel loci, in qua vel quo deprehensi forent, debitis pœnis plecti, seu inde educi, & ad forum, seu Officiales, ad quos criminum, seu excessuum eorundem punitio de iure, vel consuetudine pertineret, remitti deberent, extendi, & ampliari debere, & in eis locũ habere decreuit. Et nihilominus præmissa omnia, & singula prout per Pium II. Paulum, Sixtum, Iulium, Leonem, & Clementem prędecessores prætatos statuta, ordinata, extẽsa, ampliata, reuocata, cassata, annullata, inhibita, decreta, & declarata fuerant, etiã ad hoc, vt Duces, Barones, Marchiones, Comites, Domini tẽporales, Vicarii, Feudatarii, Capitanei, Magnates, Principes, Cõmunitates, Ciues, Officiales, & personæ, ac alii, quos prædictæ, & præsentes litteræ, concernunt, ac ipsorum singuli litteras, & in eis contenta huiusmodi non obseruantes, & illis directè, vel indirectè, quomodolibet contravenientes, ac eis adhærentes, eorumque fautores, & complices singulas censuras, & pœnas prædictas eo ipso absque aliqua declaratione incurrerent, & incurrisse censerentur. Ipsique Duces, Barones, Marchiones, Comites, domini in temporalibus, Vicarij, & Feudatarij ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum, etiam regni, ex partium prædictorum sibi, & eidem Ecclesiæ immediatè subiectorum aliquos suos, & dictæ Ecclesiæ hostes, & inimicos, aut subditos, & exules, bannitos, & facinorosos cuiuscumque status, vel conditionis essent, publicè, vel occultè vllo vmquam tempore recipere, vel acceptare nullatenus præsumerẽt. Et si aliquos ad eorum dominia, & territoria, confugere contingeret, illos ex eorum dominiis, vel territoriis huiusmodi expellere, seu ad simplices iussionem, vel requisitionem suam, & successorum suorum, quo vellet, & successores ipsi vellent, tute conduci facere, ac quod præmissa ab eius subditis inviolabiliter obseruarentur omni excusatione cessante cum effectu curare sub similibus privationis, & rebellionis, ac criminis læsæ Maiestatis pœnis si contra feciſſent, eo ipso incurrendis. Necnon vt homicidæ, fautores, & complices præfati facilius capi, & puniri possent, quod Communitates, Ciuitates, & vniuersitates terrarum, castrorum, & locorum, in quibus, seu quorum territorio, districtu, & ditione dicta homicidia perpetrarẽtur, sub partibus interdicti Ecclesiastici, & duorum millium per communitates, ac mille ducatorum per vniuersitates, necnon Ciuitatum, terrarum, & locorum eorundem Domicelli, Barones, Vicarii, & alij in temporalibus domini sub maioris excommunicationis latæ sententię, & quinque millium ducatorum auri præfatæ Camerę irremissibiliter applicandorum, eo ipso, absque alia declaratione incurrendis pœnis, eosdem homicidas, complices, & fautores statim capere, & omnem exactissimam diligentiam, de qua per publica documenta fidem etiam facere tenerentur, capi facere: et si eos capere non possent, statim commissum homicidium vniuersitatibus, seu incolis, & habitatoribus oppidorum, & locorum circumuicinorum, ad quæ declinabunt, seu declinare poterunt notificari. Communitates vero, & domini in temporalibus prædicti, ad quorum ditiones tales declinabunt, cum primum id eorum notitiam deuenirit, eos apprehendere, seu apprehendi facere; quod si non potuerint, similiter id vniuersitatibus, seu incolis, & habitatoribus vicinorum locorum ad quæ declinabunt, aut verisimiliter declinare poterunt insinuare, & captos ad eorum Iudices ordinarios traducere, & tradere, sub similibus pœnis tenerentur, & deberent, de nouo statuit, ordinauit, inhibuit, & declarauit. Et similiter quibusuis dictę Sedis Legatis etiam de Latere, ac Nunciis, & Prouinciarum Rectoribus, necnon suis, & dictæ Romanæ Ecclesiæ Vicariis in temporalibus pro tẽpore existentibus, & præfatis Communitatibus omnem super absolutionibus homicidiorum huiusmodi per eum, & prædecessores suos, ac Sedem eandem, sub quauis forma, & verborum expressione concessam, approbatam, & innouatam auctoritatem, & facultatem reuocauit, cassauit, irritauit, & annullauit. Et si quando similes absolutiones per eum, & successores suos Romanos Pontifices, & Sedem præfatam concedi contingeret, illas per Iudices, & Officiales, ad quos pertineret, nisi trinę litteræ Apostolicæ sub interuallo vnius mensis pro singulis litteris huiusmodi cum expressa derogatione præsentium, desuper emanarent, nullatenus admitti, vel obseruari voluit, prout in singulis litteris prædictis plenius continetur. Cum autem statum, vbi nos ad summi Apostolatus apicem diuina cooperãte prouidentia assumpti fuimus, ob earundem litterarum non obseruationem in eisdem Ciuitatibus, terris, & locis, ac etiam in alma Vrbe nostra

varias

varias dissensiones, discordias, & odia vigere, latrocinia, & homicidia, aliaq; nefandissima crimina perpetrari, ac præfatos *Pium* II. Paulum, Sixtum, Iulium, Leonem, Clementem, ac Pium IV. prædecessores pro felici, ac tranquillo statu, & commodo personarum tam dictæ Vrbis, quam aliarū ciuitatum, terrarum, & locorum, prædictorum, præmissa statuisse, ordinasse, & peregisse perspexerimus. Idcireo nos quoq, eadem ratione quietis videlicet, ac pacis moti, habita super his cū venerabilibus fratribus nostris eiusdem *S.* R. E. Cardinalibus deliberatione matura, ac de illorū vnanimi consilio, & assensu singulas Pii II. & Pauli, ac Sixti, necnon Iulii, & Leonis, & Clementis, & Pij IV. prædecessorum litteras huiusmodi, cum statutorum, ordinationum, extensionum, ampliationum, reuocationum, cassationum, irritationū, annullationum, decretorum, confiscationum, incorporationum, applicationum, voluntatum, hortationum, requisitionum, & mandatorū, omnibusq; & singulis aliis in eis respectiuè contentis clausulis Apostolica auctoritate prædicta tenore præsentium approbamus, cōfirmamus, & innouamus, illisq; perpetuum, & inuiolabilis firmitatis robur adiicimus, ac ab omnibus, & singulis quos illæ cōcernunt, penitus, ac sub prædictis per contrafacientes irremissibiliter incurrendis pœnis obseruari volumus, atq, decernimus, easdēq; litteras ad hoc, vt si homicidæ, sicarii, banniti, in ciuitatibus, terris, castris, & locis prædictis cuiquam damna aliqua intulerint, ipsiq; damnis taliter illatis, à ciuitatum, communitatibus, ac terrarum, castrorum, & locorum huiusmodi vniuersitatibus capti, & deprehensi non fuerint, sed taliter delinquentes impune euaserint, communitates, ac vniuersitates huiusmodi (præter hoc quod ad damnorum quorumcunq; sic illatorum parti læsę, damnaq; huiusmodi patienti, eorumq; hæredibus plenariam restitutionem, & satisfactionem omnino teneatur) ad tantundem, quantum damna illata huiusmodi extimata fuerint, Camerę Apostolicę realiter, & cum effectu persoluendum omnino sint astricti, auctoritate & tenore præfatis extendimus, & ampliamus. Mādantes eisdem cōmunitatibus, & vniuersitatibus quatenus ipsę in virtute sanctæ obedientiæ, & sub maioris excō municationis, ac aliis nobis, & pro tēpore existenti Romano Pontifici bene visis pœnis, eosdem sicarios, & bānitos in eorum ciuitatibus, terris, castris, & locis cōmorantes, seu per eas, & ea transeuntes capere, & ad populum cōuocandum, & coadunandum campanas pulsare, eosq; sic captos ad carceres cōducere, aut curiæ temporali consignare omnino teneantur. Quocirca dilectis filiis Vitellotio sanctę Marię in Via Romana Ecclesiæ Camerario, & Camerę præfatæ Thesaurario, Præsidentibus, Clericis, ac vniuersis, & singulis Legatis, & Vicelegatis prouinciarum nostrarum, & aliis Rectoribus, ac Officialibus ciuitatum, terrarum, & partium prædictarum nobis, & dictæ Sedi mediatè, vel immediatè subiectarū districtè præcipiendo mandamus, quatenus presentes litteras solēniter in singulis prouinciis, ciuitatibus, terris, & locis prædictis publicari, necnon omnia, & singula in eis contenta inuiolabiliter obseruari faciant, & mandent. Contradictores quoslibet, & rebelles, cuiuscumque status, gradus, & præeminentiæ fuerint, sententias, censuras, & pœnas præfatas damnabiliter incurrisse declarent, & declarationem huiusmodi per eos faciendam in libris maleficiorum conscribi, & annotari mandent, & faciant. Necnon capirales præfatas sententias à ministris iustitiæ, absque alicuius incursu irregularitatis exequi procurēt, ac realiter, & irremissibiliter exigant; inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Necnon pro exactione pœnarū pecuniariarum huiusmodi cōtra communitates, & vniuersitates, ac in eorundem inobedientium in rēporalibus dominorum vassallos propter eorum huiusmodi inobedientiam repręsalias concedant, necnon & cum effectu exequi faciant. Attentius hortantes, & requirentes in Domino Barones, & Domicellos, ac in temporalibus dominos dicti regni, necnon illius prouinciarum, ciuitatum, & locorum Gubernatores, & Officiales pro tempore existentes, vt præfatos homicidas, & fautores, & complices capiant, & capi procurent, captosque ad Præsides nostrarum prouinciarum, vnde ipsi homicidæ, fautores, & complices originem traxerunt, conduci, & eis realiter consignari similiter cum effectu faciant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis ac omnibus illis, quę dicti prædecessores in præfatis eorum litteris voluerunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque: Aut si aliquibus communiter vel diuisum ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, & excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mētionem, & quibuscumque aliis priuilegiis, indulgentiis, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus super recipiendis bannitis, homicidis, & brigosis, ac aliis prædictis quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mētio specialis, quæ quo ad hoc cuiquam nolumus vllatenus suffragari. Volumus autem, quod præsentes litteræ nostræ, postquam in valuis Basilicæ Principis Apostolorum, & in campo Florę de Vrbe affixæ fuerint, omnes, & singulos Ciues Rom. & alios in Vrbe cōmorantes effluxis quindecim diebus alios vero Duces, Comites, Marchiones, Domicellos, Barones, & alios temporales Dominos, & Vicarios, Communitates, & Vniuersitates Ciuitatum, Terrarum, & locorum Sedi præfatæ mediatè, & immediatè subiectorum huiusmodi decurso mense arctent, & contrafacientes poenas præfatas incurrant in omnibus, & per omnia, perinde, ac si eis omnibus, & singulis contrafacientibus personaliter, & particulariter intimatę fuissent. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, innouationis, adiectionis, decreti, extensionis ampliationis, mandati, hortationis, requisitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis

potentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto. Tertio Non. Iuli, Pontificatus Nostri Anno Primo.

† Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

† Io. Card. Moronus Episcopus Portuen.
† Ego Io. Mi. Card. Saracenus.
† Ego Io. Card. Politianus.
† Ego Io. B. Cicada Card. S. Clementis.
† Ego B. Card. Tranen.
† Ego Io. Card. Capisuccus.
† Ego Ia. Card. Sabellus.
† Ego Io. Antonius Card. S. Georgii.
† Ego Aloysius Card. Cornelius.
† Ego Lud. Card. Simoneta.
† Ego Antonius Card. Granuelanus.
† Ego F. Card. Paciecco de Toledo.
† Ego Io. Franc. Card. de Gambara.
† Ego Innicus Avalus Card. Arag.
† Ego M. Ant. Card. Columna.
† Ego Ptolemæus Card. Comen.
† Ego Aloysius Card. de Pad.
† Ego Zacharias Card. Delphinus.
† Ego Marcus Antonius Card. Bobba.
† Ego Franc. Ab. Card. Cost.
Ego Guido Card. Vercellen.
† Ego Benedictus Lomellinus.
† Ego G. Card. Sirletus.
† Ego Hier. Card. Simoncellus.
† Ego F. Card. Alciatus.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto Indictione nona, die decimaseptima mensis Augusti, Pont. S. in Christo patris, & Domini Pij diuina ptouidentia Papę V. Anno Primo suprascriptæ litteræ Apostolicę lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicę Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Florę, dimissis illarum copijs affixis per nos Bernardinum Andreutium, & Io. Andream Rogerium Apostolicos Curs.

Iulius Parinus Magister Curs.

PII QVINTI

Ordinatio, vt eius Litteræ contra homicidas, bannitos, & aliosfacinorosos, eorumque receptatores editæ, singulis annis pulicè legantur.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

CVM nos nuper pro nostri Pastoralis officij sollicitudine ad pacem, & quietem in vniuerso statu nostro Ecclesiastico inducendam, & conseruandam, malaque extirpanda, ac Ciuitates, terras, & loca nostra sicariis, & aliis nefariis hominibus expurganda quasdam nostras sub plumbo desuper cõfectas litteras contra homicidas, bannitos, & alios facinorosos, eorumque receptatores, adherentes, & fautores publicari fecerimus: volentesque litteras hujusmodi ab omnibus, quos ipsæ concernunt, inuiolabiliter obseruari, ne inobedientes vllo modo se se excusare possint, Motu proprio, & ex certa scientia, maturaque deliberatione nostra auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, ordinamus, ac sub indignationis nostræ, & mille Ducatorum Cameræ Apostolicæ applicandorum per contrafacientes eo ipso incurrendis pœnis districtè præcipimus, & mandamus, Quòd quælibet communitas, vniuersitas, & populus quarumcumque ciuitatum, oppidorum, terrarum, castrorum, & locorum nobis, & Sanctæ Romanæ Ecclesię mediatè, vel immediatè subiectorum, statim cum dictæ nostræ litteræ, siue earum trãsumptum impressum ad eos peruenerint, conuocato eorũ publico consilio in præsentia officialium, syndicorum, & curam maleficiorum habentium eas ibi alta, & intelligibili voce etiã vulgari sermone illas declarando, vt melius, & facilius ab omnibus percipi possint, legi facere; & deinde in eorum Archiuio publico diligẽter custodiri curare omnino debeãt: Ac successiue singulis annis in principio cuiuslibet anni perpetuis futuris temporibus similiter, vt præfertur, easdem litteras in eorum publico consilio legendo reiterare teneãtur. Quod si (quod non credimus) ab aliquibus prętermissum, vel contrauentum fuerit, volumus, & sub excõmunicationis, & aliis arbitri nostri pœnis etiam mãdamus, quod loci Gubernator, Rector, & quilibet alius Iustitiæ minister quocunq; nomine nuncupatus, contra statutum, & ordidationem nostram huiusmodi non obseruantes ad executionem pœnarum prædictarum sine mora irremissibiliter procedat, vt quos obediẽtiæ bonũ ad mãdatis nostris parẽdũ non adducit, pœnarũ saltẽ metus à cõtraueniendo absterreat. In cõtrariũ faciẽtibus non obstan. quibuscumq. Præterea volumus præsentiũ litterarum trans sumptis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personę in dignitate Ecclesiasticate cõstitutæ munitis plenam, & indubiam fidem ęque ac originalibus ipsis adhiberi debere. Dat Romæ apud Sanctũ Marcum sub annulo Piscatoris, Die IV. Septemb. MDLXVI *P* ôtificatus nostri Anno I.

Cæ. Glorierius.

PII QVINTI

Litteræ confirmatoriæ aliarum Leonis, Prædecessorum contra Barones Communitates non custodientes eorum Territorium.

MOTV Proprio, &c. Exigit Apostolicæ seruitutis officium quo fungimur, vt ea quæ hactenus à prędecessoribus nostris Romanis Pontificibus maxime pro venientium ad hanc Almam Vrbem, & ab ea recedẽtiũ securitate sancita sunt, cõfirmẽtur, seu quatenus, expediat: innouentur, & extendantur, prout diuersis occasionibus conspicitur salubriter expedire, Dudum siquidem à fel. rec. Iulio Papa II. & Leone X. prædecessoribus nostris emanarunt litteræ huiusmodi sub tenore videlicet, Leo Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis prouidentia circumspecta prædecessorum suorum gesta, quæ præcipuè pro venientium ad Almam Vrbem totius orbis caput, & recedentiũ ab ea, securitate, & commodo facta sunt, pensatis opportunis occasionibus innouat atque extendit, prout conspicit in Domino salubriter expedire. Dudum siquidem à fel. recor. Iulio Papa II. prædecessore nostro emanarunt litterę in forma Breuis tenoris subsequentis. Iulius Papa II. Dilectis filiis Baronibus, & Domicellis, ac Communitatibus, & Vniuersitatibus terrarum, & Castrorum eorundem, necnon aliis Ciuitatibus, & vniuersitatibus, oppidorum, & terrarum S. R. E. mediatè, vel immediatè subiectis salutem, & Apostolicam benedictionem. Quia nihil est, quod magis expediat nostræ Almæ Vrbi, & Curiæ, ac cæterorum subditorum S. R. E. quieti & regimini, quam quod euntes, & redeuntes ad eandem, ac cæteras terras eiusdem S. R. E. securè, & liberè sine incursione, offensione, & inuasione latronũ, furum, ac ficariorum, & aliorũ male viuentium stare, ire, & redire possint, & valeant, ac propterea, tam de iure communi, quam ex specialibus ordinationibus fel. rec. Pauli Secundi, & Sixti Quarti nostri secundum carnem patrui, ac Innocentii Octaui, & Alexandri Sexti prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum statutum fuerit, vt omnes Barones, & Domicelli, & Vniuersitates, Castrorum eorundem, ac Ciuitates, & cæterę terræ, & Oppida S. R. E. mediatè, & immediatè subiecti, & subiectę eorum Terras, Oppida, Villas, & territoria quæcunque à dictis latronibus, ficariis, furibus, & aliis delinquentibus custodirent, & secura, ac libera facerent, alias ad emendationem omnium damnorum, & rerum subtractarum tenerentur, & obligarentur. Iccirco prædecessorum vestigia insequentes, pro pace, & quiete dictæ Vrbis, & omnium terrarum prædictarum omniumque incolarum, & venientium ad easdem securitate, vobis omnibus, & vestrum cuilibet tenore præsentiũ expresse mandamus, vt vestras terras, communitates, vniuersitates, villas, & castra, ac territoria omnia, à prędictis viris facinorosis, latronibus, furibus, ficariis, & aliis delinquentibus, à die intimationis præsentium earundem secura, & libera teneatis, reseruetis, & custodiatis. Quod si secus feceritis, tam pœnas iuris, quam alias pœnas, & censuras, à prædecessoribus nostris prędictis super his promulgatas ipso facto vos, & quemlibet vestrum incurrere decernimus, & declaramus. Mandantes insuper venerabili fratri Raphaeli Episcopo Albanensi Camerario nostro, ac dilectis filiis Clericis, & præsidentibus Cameræ Apostolicæ, necnon Almæ Vrbis Senatori, & aliis officialibus, Legatis, & Gubernatoribus, prouinciarum, Ciuitatũ, terrarum, & locorũ eiusdem S. R. E. quatenus ad denunciationẽ, et querelam eorum qui inuasi, spoliati, aut aliquod aliud damnum ab huiusmodi latronibus, furibus, & ficariis passi fuerint, pro satisfactione eorum ad declarationem dictarum pœnarum, & emendationem dictorum damnorum iuxta formam, & tenorem constitutionum prædictarum, & præsertim constitutionis, & ordinationis præfati Alexandri VI. prædecessoris nostri, via executiua procedant, & procedere debeant: alioquin vbi requisiti fuerint, & illa exequi neglexerint, tam ipsos, quàm vos, & vestrum quemlibet ad emendationem dictorum damnorum teneri volumus, decernimus, & declaramus. Non obstantibus quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum die octaua Nouembris 1504. Põtificatus nostri anno Primo. Nos itaque cupientes litteras prædictas pro venientium ad almam Vrbẽ & ab ea recedentium tutela, & commodo inuiolabiliter obseruari, Motu proprio, & ex certa nostra sciẽtia litteras prædictas auctoritate Apostolica tenore præsentium innouamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, illasque perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari debere decernimus. Et insuper cum huiusmodi furta, delicta, & derobationes fiant in siluis, nemoribus, latebris, & in locis occultis, & secretis non adhibitis, nec præsentibus testibus, adeo quod sine maxima difficultate, per ipsos spoliatos, & derobatos, furta, & valor rerũ subtractarũ, & ablatarũ probari nõ possint, statuimus, & ordinamus, quod quoad probationẽ bonorum subtractorũ, & eorũ valorem stetur declarationi prędictorũ Præsidentiũ, & Clericorũ ipsius Cam. Apost. qui diligenter considerata qualitate personarũ spoliatarũ & derobatarũ, exposita quãtitate furtorũ, & aliis circũstantiis, & coniecturis, recepto iuramento ipsarum personarũ derobatarũ, seu mercatorũ quorũ bona ablata existebãt (super quibus prædictorũ Præsidentiũ. & Clericorũ conscientiam oneramus) furtum, & eius valorem declarare debeant, & quod si derobatio, seu furtũ in cõfinibus diuersorum territoriũ diuersarũ Communitatum, seu dominiorum, iuxta huiusmodi confines derobatus contra dominum territorium prædictorum, aut Communitatem quam, & quem elegerit ad recuperationem rerum sibi ablatarum agere possit, & valeat, & ab actione, quam ipse derobatus intentauerit

discedere, si ei placuerit, & contra alium agere licite possit (cum Domini confinium prædictorum illos non custodiendo in præmissis culpa non careant) reseruato tamen soluenti iure agendi contra conterminos: Et vt quantum fieri potest, occasio crassandi, & derobandi sublata, esse videatur, eisdem motu, & scientia, ac tenore præcipimus, & mandamus sub duorum millium ducatorum Cameræ Apostolicæ applican. pœnis similibus, omnibus, & singulis antedictis, ne fures, latrones, & grassatores in siluis, & sepibus latibula faciant, ne ibi se abscondere possint, vt propè vias publicas vtrinque ad medium milliare arbores, & sepes, & quæcunque latibula incidere, seu incidi, ac amouere, seu amoueri, & extirpari facere infra duos menses à die publicationis præsentium computandos, & sic incisas conseruare, & manutenere omnino teneantur, & debeant. Sicque per Clericos dictæ Cameræ, ac quoscumque alios Iudices, & Commissarios etiam S. R. E. Cardinales, & sacri Palatii Apostolici causarum Auditores iudicari, ac definiri, & exequi debere. Sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, decernimus summariè, & absque iudicij tela. Mandantes propterea eisdem Raphaeli Episcopo, & Camerario, ac Præsidentibus, & Clericis pro tempore existentibus, vt præmissa omnia, & singula ab omnibus inuiolabiliter obseruari faciant, & contrafacientes ad illorum obseruationē per supradictas pœnas iuxta stylum ipsius Cameræ compellant. Volumus autem quòd præsentium transumptis manu vnius Clerici, & vnius Notarij eiusdem Cameræ subscriptis eadē prorsus fides indubia adhibeatur, quę præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominū liceat hāc paginā nostræ innouationis, cōmunitionis decreti, & statuti, ordinationis, onerationis, præcepti, mandati, & volūtatis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo octauo Kalendis Septembris, Pontificatus nostri Anno Sexto. Nos igitur cupientes præinsertas litteras pro venientium ad hanc almam Vrbem, quæ caput est totius Orbis, & ab ea recedentium securitate, & commodo inuiolabiliter obseruari, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac Apostolicæ potestatis plenitudine litteras prædictas auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac perpetuæ firmitatis robur adiicimus, seu quatenus opus fit innouamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, illasq; perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari debere decernimus. Et insuper, vt Barones, Domini locorum, & Communitates prædictæ diligentius eorum territoria, & loca à prædictis latronibus expurgata præseruent, volumus, statuimus, & ordinamus, quòd quotiescumque alicui, seu aliquibus aliquid derobatum, & furto subtractum fuerit in eorundem territoriis, & confinibus, vltra refectionem damnorum, & rerum derobatarum, vt præfertur, teneantur, & quilibet eorum, seu earum communitatum teneatur tantundem Cameræ Apostolicæ loco pœnæ, tam à iure, quàm à quibuscunque Roman. Pontif prædecessoribus nostris quomodolibet inflictas, quantū à dilecto filio nostro Vitellotio Sanctæ Mariæ in Via lata Diacono Cardinali Vitellio. S. R. E. Camerario, ac Præsidentibus, & Clericis ipsius Cameræ, & non alii parti derobatę restituen. fore declaratum fuerit, ad cuius declarationis executionem statim absque aliqua appellatione contra Barones, Dominos locorum, & Communitates prædictas deueniri debere mandamus. Sicque per eundem Cardinalem Camerarium, ac quoscumque alios Iudices, & Commissarios etiam S. R. E. Cardinales, & sacri Palatii Apostolici causarum Auditores iudicari, ac definiri, & exequi debere sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate decernimus, summariè, & absque alia tela iudiciaria. Mandantes propterea eidem Vitellotio Cardinali Camerario, vt præmissa omnia, & singula ab omnibus inuiolabiliter obseruari faciat: & contrafacientes ad illorum obseruationem sub pœnis prædictis quoquo modo, ac omnibus iuris, & facti remedijs agat, & compellat. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Volumus autem, quod præsentis motus proprii sola signatura sufficiat & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, regula quacunque, seu constitutione Apostolica in contrarium facien. non obstan.

Placet Motu proprio. M.

VITELLOTIVS S. Mariæ in via lata) Cam. Diaconus Cardinalis Vitellius S. R. E.)

VNiuersis, & singulis præsentes litteras inspecturis visuris, lecturis pariter, & audituris salutē in domino sempiternā. Nouerit is, nos nuper vidisse, & recepisse literas Sāctiss. in Christo patris & D. N. D. D. Pij diuina prouidētia Papæ V. nobis directas in forma Motus proprij expeditas contra Dominos locorū, & Cōmunitates non custodientes eorū territoria, ne venientes, & recedentes ab ea derobentur, ac constitutiones Iulij II, & Leonis X. Rom. Pontificū suæ Sanctitatis prædecessorū factas, & in eisdē literis insertas, innouatas, & approbatas sanas siquidē, & integras, omni prorsus vitio, & suspicione carentes, quarum tenores supra inserti existunt. Quibus quidem litteris visis, & diligenter inspectis, vt ad omnium notitiam perducantur, de mandato prælibati Sanctiss. D. N. Papę viuæ vocis oraculo super hoc nobis facto, & au-

& auctoritate nostri Camerariatus officij eas-dem litteras imprimi, & per loca Vrbis publica affigi, & ad omnium notitiam deduci fecimus, ne illi, de quorum interesse agitur, ignorantiam aliquam vllo vnquam tempore prætendere, seu quomodolibet allegare possint. Quarum transumptis sigillo nostro sigillatis, & manu infrascripti nostri Notarii subscriptis eandem fidem adhiberi volumus, ac si originales ipsæ litteræ exhiberentur. Contrarijs non obstantibus quibuscunque. Dat. Romæ in Camera Apostolica, die octaua Iunij. M.D. XL. V. I. indictione nona, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & Domini Nostri Domini *Pij* diuina prouidentia Papæ Quinti Anno Primo.

V. Cardinalis Camerarius.

Marcus Antonius Peregrinus.

PII SECVNDI.

Litteræ, quod antiqua ædificia Vrbis, & eius districtus non diruantur.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

CVM Almam nostram Vrbem in sua dignitate, & splendore conseruari cupiamus, potissimè ad ea curam vigilem adhibere debemus, vt non solum Basilicæ, ac Ecclesiæ eiusdem Vrbis, & pia, ac religiosa loca, in quibus plurimæ sanctorum reliquiæ resident, in eorum miris ædificiis manuteneantur & preseruentur, verum etiam antiqua, & prisca ædificia, & illorum reliquias ad posteros maneant, cum eadem ædificia ornamentum, & decorem maximum afferant dictæ Vrbi, & monimenta veterum virtutum, & incitamenta ad illarum laudes assequendas, existant: & quod etiam magis considerandum est, ex ipsis ædificijs, ac ædificiorum reliquijs rectius intueri, licèt rerum humanarum fragilitatem; & quòd nullo modo in illis sit confidendum, cum eadem ædificia, quæ maiores nostri cum eorum ingenti potentia, & sumptibus maximis, cum immortalitate certatura arbitrarentur, vetustate, & alijs sinistris casibus diminuta, & collapsa etiam esse cernantur. Ex præmissis igitur, & alijs rationabilibus causis animum nostrum mouentibus, dilectorum filiorum Conseruatorum Cameræ, & Capitum Regionum, ac Ciuium dictæ Vrbis supplicationibus inclinati, fœlicis recordationis quoruadam Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, qui ædificia ipsa dirui, vel destrui prohibuerunt, expressè vestigiis inhærentes, ac statutum antiquum in eadem Vrbe vigens, quo etiam id fieri sub certis pecuniarijs pœnis prohibetur, ratum, & gratum habentes, ac auctoritate Apostolica, & ex certa scientia, tenore præsentium, confirmantes, & approbantes, sub excommunicationis, ac pecuniarijs in ipso statuto expressis pœnis, quas contrafacientes eo ipso incurrant, omnibus, & singulis, tàm Ecclesiasticis, quàm sęcularibus cuiuscunque præeminentię, dignitatis, status, ordinis, vel conditionis existant, etiam si Pontificali, aut alia quauis Ecclesiastica, vel mundana dignitate præfulgeant, auctoritate, & scientia prædictis, districtius inhibemus, ne quis eorum directè, vel indirectè, publicè, vel occultè, aliquod ædificium publicum antiquum, seu ædificij antiqui reliquias supra terram in dicta Vrbe, vel eius districtu existens, seu existentes, etiam si in eorum prædijs rusticis, vel vrbanis fuerint, demoliri, destruere, seu comminuere, aut rumpere, seu in Calcem conuertere, quoquomodo præsumant. Quòd si quis fuerit, qui contra prohibitionem huiusmodi venire præsumpserit, dilectis filiis modernis, & pro tempore existentibus, Conseruatoribus Cameræ dictæ Vrbis, qui pro præmissis per eorum officiales diligenter inquiri faciant, artifices, seu laboratores in opere demolitionis, seu deuastationis huiusmodi inuentos, carcerari, eorumque animalia, instrumenta, & res alias capi, & arrestari, confiscari faciendi, eosque, necnon illos, quorum nomine id egerint, ad multæ solutionem compellendi plenam, & liberam auctoritate, & scientia prædictis, eorundem tenore præsentium, concedimus facultatem. Volumus autem, quod nullus præter Romanum Pontificem, alicui in præmissis licentiam dare valeat, huiusmodi vero licentia, nisi per Bullas, vel Breuia Apostolica concessa fuerit, nullius existat roboris, vel momenti. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Cæterum, vt prædicta omnia ad communem singulorum notitiam deducantur, ne de eis ignorantia prætendi, seu etiam allegari possit, præsentes litteras per Vrbem publicè præconizari, & valuis Capitolij dictæ Vrbis mandauimus, fecimusque affigi, decernentes auctoritate præfata, vt huiusmodi litteræ publicatæ, & vt præfertur affixæ, omnes quos concernunt perindè arctent, ac si eis forent personaliter, & præsentialiter intimatæ. Cum non sit verisimile quod eos remanere incognitum, quòd tam patenter omnibus extitit intimatum. Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, inhibitionis,

conces-

conceſſionis voluntaris, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem, hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſecundo, quarto Kal. Maii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

SIXTI QVARTI

Litteræ contra ſubtrahentes, aut aſportantes lapides porphyreticos, & alios, necnon reliqua ornamenta ex Eccleſijs.

Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

CVM prouida ſanctorum Patrum decreta eos ſacrilegos eſſe diffiniant, qui Eccleſias, & loca ſacra altiſſimo dedicata deuaſtant, ipſorumque diripiunt ornamenta, ſicut & illos, qui de ſacro ſacrum auferre impia temeritate præſumunt, parique vtrumque flagitium, ac duplici pœna coerceant, decet merito nos quibus Eccleſiarum omnium cura diſpoſitione ſuperna commiſſa eſt, pro deteſtatione tanti criminis, proque ſtatu proſpero, venuſtate, & decore ipſarum Eccleſiarum in ſua decentia debitè conſeruandis, omni vigilantia, & attentione curare, ne peruerſorum creſcente malitia, eædem Eccleſiæ, & ſacra Dei templa, præcipuè Almæ Vrbis, noſtro conſpectui antepoſita, ſuis nudentur ornatibus, & huius ſceleris nequiſſimi patratores, debitam recipiant vltionem. Sanè fide dignorum relatibus, non ſine admiratione, ad noſtrum peruenit auditũ, quòd nonnulli iniquitatis filij ſe inaniter Chriſtianos eſſe profitentes, & à quorum oculis Dei timor, & reuerentia Chriſtianæ Religionis abſceſſit, de Patriarchalibus, & aliis ſacratiſſimis Eccleſiis, & Baſilicis dictæ Vrbis porphyreticos, marmoreos, & alios diuerſorum generum, & colorum lapides ad ipſarum vſum decorem, & ornatum deputatos auſu ſacrilego abſtulerunt hactenus, & in dies auferre, eoſque ad diuerſa loca per ſe, vel alios aſportare præſumunt, in grauem diuinæ Maieſtatis offenſam, Eccleſiarum earundem deformitatem, detrimentumque animarum ſuarum, periculum, & ſcandalum plurimorum. Nos igitur ſacrilegorum impios, & temerarios auſus huiuſmodi, quantum nobis ex alto conceditur, reprimere cupientes, quamuis præmiſſorum occaſione nonnullorum prædeceſſorum noſtrorum ſanctiones, & prohibitiones variæ emanauerint temporibus retroactis, quas in eo duntaxat, quòd de Eccleſiarum, & ſacrorum locorum ornamentis, atque lapidibus antedictis minimè auferendis, prohibent, vel diſponunt, ſeu illos, qui huiuſmodi flagitioſiſsimos, ac pene in Chriſtiano Orbe inauditos exceſſus perpetrare, & in his ſacrilegas manus iniicere præſumpſerunt, excommunicationis ſententia innodatos fore declarant, in ſuo robore volumus permanere, omnes, & ſingulos cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, qui ex prædictis lapidibus, ſiue aliis ornamentis earundem Eccleſiarum, ſiue Baſilicarum dictæ Vrbis habuerint, aut in ſurripiendo, ſeruando, & retinendo, auxilium præſtiterint, vel fauorem, niſi à die habitæ præſentium litterarum notitiæ, ea reſtituant cum effectu: ſcientes vero reuelent, & ad notitiam noſtram ſaltem per minores Pœnitentiarios noſtros deduci faciant, maioris excommunicationis ſententia, à qua niſi in mortis articulo, & debita ſatisfactione præuia, à nullo præterquam à Romano Pontifice abſolui poſsint, irretitos eſſe: Eccleſias vero, & loca alia quorum vſibus, & ornatui illa deputata fuerint, aut forſan, (quod abſit) deputati contigerit in futurum, tamdiu Eccleſiaſtico interdicto ſubiacere, quandiu ad loca, vndè prius ablata fuere, abſque diminutione aliqua fuerint reportata, harum ſerie declaramus. Et inſuper quiſquis ſuæ ſalutis immemor ſacrilegii crimen huiuſmodi commitere præſumpſerit in futurum, vltra cenſuras prædictas, Eccleſiæ, ſiue Baſilicæ à qua lapides, & ornamenta huiuſmodi abſtulerint, mediam libram auri pro recompenſa, ſibi irrogatæ iniuriæ, abſque diminutione aliqua ſoluere teneatur. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ voluntatis, & declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quarto, ſeptimo Idus Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

CAPI-

CAPITVLA DECLARATORIA IVRISDI-ctionum Curiarum Vrbis per S. D. N. Sixtum Quartum Pont. Max.

SAnctissimus Dominus noster vult, & mandat inuiolabiliter obseruari, quòd omnis incola Romæ habitans, & Ciues omnes sæculares conueniãtur in Curia Capitolii, aut aliis Officialibus sæcularibus Vrbis, prout ad eorum officium spectat, & non alibi.

Et quòd omnes Clerici Romani conueniantur coram Vicario Sanctitatis suæ in spiritualibus in Vrbe, aut aliis Clericis Vrbis, ad quos spectat.

Et sic de omnibus excessibus factis in Vrbe ratione territorii, & laici puniantur per laicos Officiales Vrbis, Clerici vero per Vicarium præfatum.

Vult etiam, & mandat, quòd qui sequuntur Curiam laici, tàm mares, quàm fœminæ, & non alii conueniantur in Curia Marescalli: Et quòd in nullis alijs iurisdictionem habeat, nec exerceat. Aliàs Gubernator Vrbis possit comprimere etiam via facti.

Clerici vero sequentes Curiam Romanam, conueniantur coram Auditore Camerę, ita quòd in omnibus Actor forum rei sequatur.

Vult insuper, præcipit, & mandat Sanctissimus Dominus noster, quòd Vicecamerarius, siue Gubernator in Vrbe nullum Tribunal cognitionum causarum priuatarum teneat, per se, neque per alium; sed ad eum venientem ad suum Iudicem remittat, vt superius dictum est: Et sit superintendens, vt quilibet in præmissis officiis suos terminos, vt dictum est, obseruet, & contrafacientem puniat, aut Sanctitati suæ referat, & debeat carceres omnium præmissorum visitare, & de Officialium omnium maximè Notariorum maleficiorum transgressionibus cognoscere, & ad debitam formam reducere. In concernentibus autem statum, aut pacem, & quietem Ciuitatis, & Curiæ Romanæ, quantum viderit necesse esse, officialem ad quem spectat iuuare, & omnia pro posse ad pacem reducere.

Item dempto Auditore Camerę, & eius officialibus, officiales præmissorum, & quicunque executores, aut quomodolibet Notariatus officia exercentes, & Marescalli non possint esse in officio vltra annum, & quòd finito anno Syndicentur per Syndicos, qui deputabuntur pro eo tempore Senatori, & eius Officialibus.

Item quicunque voluerit aliquem capi facere pro suspecto, & fugitiuo, non possit facere, nisi per Iudicẽ competentem, vt supra, & quòd impensam capientis soluat is, qui capi fecerit, alias quicquid à capto receptum fuerit, restituatur in quadruplum à Marescallo, aut alio executore, qui receperit.

Item, quòd in punitione portantium arma sæcularium, Senator habeat iurisdictionem omnimodam in quoscunque repertos cum armis, sine exceptione curialitatis, familiaritatis Dominorum Cardinaliorum, aut aliorum quorumcunque, & alia quacunque sublata causa: à Clericis vero arma portantibus possint arma auferri, & eos ad Iudicem Ecclesiasticum remitti, vt eos puniat.

Item vult, mandat, & decernit, esse irritum, & inane, quicquid contra præmissa, aut aliquod præmissorum contigerit attentari.

Et quòd sola Signatura sufficiat, & registrentur in Registris Camerę Almæ Vrbis.

Placet, & ita mandamus. F.

Indictione sexta, mensis Iulij die duodecima, millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio.

Reuerendus Pater Dominus Episcopus Tyrasonensis consignauit mihi Angelo de Vallatis præsens folium, cum reformationibus introscriptis, signatum manu S. D. N. Papæ, vt illud consignarem magnificis Dominis Conseruatoribus, & ita consignaui illud dictis Dominis Conseruatoribus, &c

Angelus de Vallatis dictorum Dominorum Conseruatorum Secretarius.

Eadem die duodecima Iulii præfati.

Constitutus personaliter supradictus Angelus de Vallatis coram dictis Dominis Conseruatoribus, & dixit quomodo supradictus Dominus Episcopus consignauit, sibi Angelo præsens folium cum dictis reformationibus, vt ipse Dominis Conseruatoribus consignaret, vnde dictus Angelus volens sequi, quod fuerit sibi iniunctum, præsens folium dictis Dominis Conseruatoribus consignauit.

Ioannes de Salutiis Notarius Dominorum Conseruatorum.

Registrata in Archiuo magno, siue censuario Almæ Vrbis, in Palatio Magnificorum Dominorum Conseruatorum Camerę existentia, sub folio centesimo vigesimo primo.

Ac etiam Registrata in alio libro grosso tabularum, & gabellarum, ac aliarum scripturarum dicti Palatij sub folio ducentesimo vigesimo tertio.

Antonius de Mutianis Notarius publicus, & scriptor perpetuus Dominorum Conseruatorum, ad fidem, manu propria registrauit, &c.

IVLII SECVNDI

Litteræ distinctionis iurisdictionum, & Tribunalium.

Iulius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

DECET Romanum Pontificem, ex debito sui pastoralis officij prospicere, vt vbique, præsertim in hac alma Vrbe, ad quam pro iustitia totus Orbis confluit, ne propter varios diuersorum Iudicum, & Tribunalium concursus, ac varias, & diuersas procedendi formas, præsertim pauperes litigantes in eorum bono iure lædantur: sed vt cuilibet ius suum explicitè, quantum possibilè sit, reddatur, & iurisdictiones ius reddentium ita distinctæ sint, vt nulla confusio, & perplexitas oriri possit. Sanè, prout ex multorum querela, ac nuper à dilectis filiis nobilibus viris, Ludouico de Matthæis, & Mariano de Castellanis, ac Lutio de Lutis Conseruatoribus Romanorum ciuium, & Cameræ præfatæ Vrbis, necnon Ludouico de Cencis, Priore Capitum Regionum, & Paulo de Planca, nostri consistorii, & ipsorum Conseruatorum Aduocato, accepimus adeò à certis temporibus citra diuersa iudicum Tribunalia in Vrbe insurrexisse, ad eo, quòd etiam ipsi Iudices, tàm ordinarii, quàm delegati inter se concurrere, & in procedendo varium modum obseruare, vt sæpè litigantes ipsi confusione quadam perterriti causas ipsas deserere cogantur, aut illas inchoare non audeant, sæpè etiam adeò celeri iudicio expediunt, vt præcipitari quodammodo videantur, in magnum ipsorum litigantium præiudicium, ac iustitiæ, & officii nostri detrimentum: Nos igitur in præmissis prouidere volentes, ac cupientes, ne litigantes ipsi, tàm in confusione Tribunalium huiusmodi, quàm etiam in expensis, & eorum bono iure grauentur, quòdque etiam quilibet forum suum intelligat, & sequatur, inhærentes etiam vestigiis felicis recordationis Sixti Papæ Quarti Patrui, & prædecessoris nostri, qui vt etiam accepimus, quasdam desuper constituit ordinationes, in volumine Statutorum dictæ Vrbis descriptas, Motu proprio, non ad ipsorum Conseruatorum, vel alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam; sed de nostra mera deliberatione statuimus, & ordinamus, quòd omnes incolæ Romæ habitantes (dummodo non sint campsores, & notabiles mercatores Romanam Curiam sequentes, Oratores Principum, & aliarum Communitatum. Familiares Cardinalium, continui tamen commensales, vel Officiales Romanæ Curiæ, dummodo Romani non existant, aut curiales Romanam Curiam sequentes, & in illius vsu existentes) qui omnes in eorum foro, necnon ciues omnes sæculares, cõueniantur in curia Capitolii, aut coram aliis Officialibus secularibus Vrbis, prout ad eorum officium spectat, & non aliter, quòdque omnes clerici Romani conueniantur coram Vicario nostro in spiritualibus in Vrbe, aut aliis clericis, & officialibus Ecclesiasticis Vrbis, ad quos spectat, ac quod de omnibus excessibus factis in Vrbe ratione territorii, laici puniantur per officiales laicos Vrbis, Clerici vero Romani per Vicarium præfatum. Item, quòd laici, qui sequuntur Curiam, tàm mares, quàm fœminæ, & non alii conueniantur in Curia Marescalli, dummodo non sint personæ prædictæ, videlicèt campsores, & notabiles mercatores Romanam Curiam sequentes, oratores Principum, & Communitatum, Familiares Cardinalium, laici, vel officiales Romanæ Curiæ etiam Curiales, qui indifferenter conueniantur dumtaxat coram Auditore Cameræ, tanquam Iudice exemptorum in ciuilibus; in criminalibus vero, quo ad laicos eandem curiam sequentes, inter ipsum Auditorem, & Marescallum, & Gubernatorem, fit locus præuentioni, dummodo non agatur de pœna capitali, vel mutilatione membri: quo casu Auditor non se intromittat, iuxta alias nostras litteras desuper expeditas. Volumus etiã, quod ab eodem Marescallo appelletur ad præfatum Auditorem Cameræ, & quod iudex deputandus per ipsum Marescallum, non possit stare in officio vltra duos annos, & in fine cuiuslibet anni debeat Syndicari per Syndicum per Nos deputandum, & repertus culpabilis puniri. In reliquis seruentur litteræ nostræ desuper editæ. Insuper volumus, & mandamus, quod Vicecamerarius, siue Gubernator in Vrbe nullum Tribunal cognitionum causarum priuatarum teneat, neque per se, neque per alium, sed ad eum venientem, ad suum iudicem remittat, & sit superintendens, vt quilibet in præmissis officiis suos terminos obseruet, & contrafacientem puniat, aut nobis referat, & debeat carceres omnium præmissorum visitare, vnà cum aliis ad id per Nos, per alias nostras litteras deputatis, & de officialium omnium maximè Notariorum, maleficiorum transgressionibus cognoscere: In concernentibus autem statum, aut pacem, & quietem ciuitatis, & Romanæ curiæ, quantum videat necesse esse, officialem, ad quem spectat iuuare, & omnia pro posse ad pacem reducere, necnon causas querelarum contra Barones, ac capitales videlicèt mortis naturalis, & Brigarum vnà cum paceriis, iuxta formam statutorum Vrbis, & treguarum, seu securitatum, aut pacis ruptarum, in quibus treguarum, securitatum, aut pacis ruptarum etiam per seipsum, item mercedum, salariorum, quas causas mercedum, sine tribunali, & scriptura summariè manu regia cognoscere possit, & terminare, iuxta formam dictorum statutorum, vel iuris communis, vbi statuta deficerent, & in quibus omnibus locus sit præuentioni, inter ipsum, & Senatorem: & si concurrant, Senator præferatur. Notarij vero Gubernatoris soli per seipsos, & non per substitutos officium exerceant, sine tribunali,

prout

prout aliàs Ludouicus Sabinus, & Marius Ceretanus tempore eiusdem Sixti prædecessoris exercere solebant, qui etiam registra aliqua non faciant, ipseque Gubernator vnum tantum Conestabilem, seu Capitaneum retineat, cum vigintiquinque satellitibus, & sine dicto Conestabili executiones ipsius Gubernatoris fieri nõ possint. Volumus etiam, quòd idem Gubernator, vigore obligationum in forma Cameræ Apostolicæ, non possit excommunicare, nec excommunicatum publicare, nec censuris Ecclesiasticis, in aliquo casu vti, prout antiqui Gubernatores, non sunt vsi, & censuræ per eum super hoc latæ, sint ipso iure nullæ. Similiter volumus, quòd Baricellus sit merus Executor, & nullum iudicare valeat, quodque executiones in capitalibus per eum fiendæ, fiant in Capitolio, prout ab antiquo consuetum fuit, nisi aliter pro temporis, & maleficij qualitate, & grauitate, visum fuerit expedire: possit & repertos in fraganti crimine punire, iuxta formam Breuis facultatis suæ. Item volumus, quòd omnes officiales, quicunque sint, etiam Gubernatoris, & Auditoris Cameræ prædictorum, & reliqui alij, & etiam ipse Baricellus in fine cuiuslibet anni, syndicari debeant per aliquos per Nos deputandos, iuxta formam earundem litterarum nostrarum, ipseque Gubernator teneatur pro se, & ipsius officialibus, & in principio eius officij debeat super hoc cauere. Similiter Auditor Cameræ præfatus in fine cuiuslibet anni teneatur reddere rationem coram eiusdem deputandis de gestis per se, & eius locumtenentem. Volumus etiam, vt litibus finis citius imponatur, quòd tam à Iudicibus Capitolinis, quàm etiam quibuscunque alijs, in causis, quæ aliàs essent de foro Capitolino, appelletur ad Capitaneum Vrbis, vel alium per Nos deputandum, dummodo quoad causas dicti fori, in Capitolio Tribunal teneat, quòd etiam in causis, in curia Gubernatoris eiusdem pendentibus, & quę pendere contigerit, habere locum decernimus: à quo Iudice appellationis appellari non possit, nisi prout, & quantum statuta huiusmodi, in causis curiæ Capitolij permittunt. Postremo mandamus in omnibus curijs ordinarijs Vrbis, & in omnibus solutionibus Notariorum executorum, etiam pro executionibus fiendis per ipsum Baricellum, ac pro mercedibus quorumcunque aliorum officialium, seruari tabulam marmoream in Capitolio affixam, & vbi in aliquibus casibus illa deficeret, mandamus seruari statuta Vrbis. Volumus etiam, quod pro quibusuis sigillationibus, præsertim mandatis de relaxando incarceratos, & alijs quibusuis apodissis nil soluatur, nisi prout in dicta tabula continetur, seu in dicta curia Capitolij consueuit seruari, ita tamen, quod pro relaxatione innocentium nil penitus soluatur per ipsum captiuum; sed per eum, ad cuius instantiam forsan captus fuit, maximè in capturis pro suspecto, & fugitiuo, quo casu nouas reformationes dictæ Vrbis seruari volumus: Decernentes in Vrbe præfata nulla alia ordinariorum iudicum Tribunalia teneri posse, nec iurisdictiones causarum exerceri, nisi in locis prædictis, quodque sententiæ, tàm diffinitiuæ, quàm interlocutoriæ, necnon decreta, executiones, mandata, processus, censuræ, & quicquid secus contra præmissa fieret, nullius fore roboris, vel momenti, præsentibusque derogari non posse, nec derogatum censeri etiam per Nos, aut successores nostros, nisi de nominibus, & cognominibus litigantium, iudicum, & interesse habentium, ac ipsarum præsentium, de verbo ad verbũ totalis, & specialis mentio fiat, Mandãtes Gubernatori, Senatori, Auditori Cameræ, Marescallo, Baricello, eorumq; iudicibus, & executoribus præfatis, necnon quibusuis alijs personis, sub excommunicationis latæ sententiæ, ac centum ducatorum pœnis totiens quotiens contra præmissa, seu aliquod præmissorum fecerint, incurrendis, & in eorum syndicatibus exigendis, ne contra ordinationes, statuta, & volũtatẽ nostram huiusmodi venire, aut aliquid attẽtare audeant. Non obstantibus cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis priuilegijs, etiã fori, ac exemptionibus, indultis, & facultatibus, quibusuis personis, etiam Vicecamerario, seu Gubernatori præfatis, aut collegijs, vel confraternitatibus, etiam quauis causa, & Motu proprio, & ex certa scientia, ac cum quibusuis clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, fortissimis, etiam quibus derogari non posset, nisi sub certis modo, & forma, per Nos, & Sedem Apostolicam, concessis, & concedendis, cæteri'que contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostri statuti, ordinationis, voluntatis, decreti; & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo duodecimo, quinto Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Nono.

✝ Ego R. Episcopus Ostien. Card. S. Georgij subs.
✝ Ego A. Card. tit. Vitalis subs.
✝ Ego P. Card. tit. S. Eusebij subs.

IVLII SECVNDI

Litteræ, per quas Romanus Populus ad superioritatem, quam habet in Ciuitate Tyburtina, reintegratur, & statuta, & nouæ reformationes confirmantur.

Iulius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

SI nostrarum ciuitatum, & aliorum locorũ quòrumlibet iurisdictiones, ac iura libenter illæsa seruamus, eo magis Romani Populi iurisdictiones, ac iura prædicta nõ solum seruare, sed augere debemus, quo peculiaris, ac Populus noster electus existit, cuiusque officia nobis, ac Sedi Apostolicæ, syncera, ac deuotâ fide, continuè exhibentur. Exposuerunt siquidem nobis nuper dilecti filii, nobiles viri, Ludouicus de Matthæis, Marianus de Castellanis, Lutius de Lutis, Romanorum ciuium, & Cameræ Vrbis Conseruatores, ac Ludouicus de Cencijs Capitum Regionum Prior, necnon Paulus de Planca nostri Consistorij, & præfatorum Conseruatorum Aduocatus, quod licèt à tanto tempore, cuius initij memoria in contrarium non existit, inter aliquas paucas ciuitates, & oppida, ciuitas Tyburtina magna cum fide, sub eorum iurisdictione, ac dominio remanserit, habeantque ciues dictæ Vrbis nonnulla Capitula, cum Populo Tyburtino superioritatem, ac gubernium, seu iurisdictionem in eos concernentia, quæ licet hactenus obseruata fuerint, tamen quia bonæ memoriæ Petrus tituli sancti Ciriaci in Thermis Presbyter Cardinalis Reginus, qui ob partialitates ipsius ciuitatis Tyburtinæ componendas, se intromiserat, & deindè paulatim progrediendo se illorum protectorem asserendo, iurisdictionem dictorum ciuium Romanorum vilus est occupare, in non modicam ipsorum Romanorum ciuium honoris, ac dignitatis detractionem, licet etiam præfati Conseruatores, in Vrbe prædicta habeant quasdam iurisdictiones, ac facultates eorum officium concernentes, maximè circa Annonam, & Consulatus artium, necnon gabellas, & alia diuersa, prout in eorum consuetudinibus, ac statutis per Romanos Pontifices, præsertim fœlicis recordationis Paulum secundum, & in nouis reformationibus per piæ memoriæ Alexandrum Sextum prædecessores nostros cõfirmatis continetur: Nihilominus, quia sæpè per diuersa mandata, præsertim dilectorum filiorum Clericorum Cameræ Apostolicæ, in administratione officii eorum impediuntur, etiam citra ipsorum Conseruatorum dignitatem, & honorem, & non sine publicæ vtilitatis detrimento: ea propter Conseruatores, Prior, & Paulus præfati, nobis humiliter supplicarunt, vt super præmissis, ne de cætero impediri valeant, eis de remedio opportuno prouidere dignaremur. Nos igitur, qui Romanos ciues prædictos, etiam dum in minoribus eramus, semper toto corde dileximus, considerantes etiam Summi Pontificis proprium fore, ius, atque honorem suum cuilibet illæsum seruare, dictorum statutorum, capitulorum, ac consuetudinum tenores, & formas, præsentibus pro expressis habentes, eisdem Conseruatoribus, nunc & pro tempore existentibus, ac ipsi Populo Romano iurisdictionem, superioritatem, & præeminentiam, quas iuxta eorum consuetudines, statuta, seu conuentiones, & pacta prædicta, habere noscuntur in dicta ciuitate Tyburtina, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, restituimus, & reintegramus, ipsosque ciues Tyburtinos eisdem ciuibus Romanis, vt prius, subijci, & subiectos fore, quòdque in dicta Vrbe ipsi Conseruatores, curam, iurisdictionem, & faculatem, quas iuxta eorum statuta, præsertim nouarum reformationum, ac consuetudinum prædictarũ, habere noscuntur, exercere, & exequi liberè, & licitè valeant, auctoritate, & tenore prædictis, volumus, & declaramus, Decernentes, vt Conseruatores præfati in dicta ciuitate Tyburtina, per aliquos protectores, etiam si essent Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac in dicta Vrbe, & extra eam in eorum oppidis, & castris, in eorum iurisdictione, & officio, per cuiusuis mandata, præsertim prædictorum Clericorum Cameræ Apostolicæ, impediri non posse, nec debere, ac mandata huiusmodi etiam sub excommunicationis, & alijs Ecclesiasticis sententijs, censuris, ac quibusuis pœnis, irrita & inania, nulliusq; roboris, vel momenti fore, nisi vbi dicta mandata, manu nostra propria, aut Camerarij nostri, pro tempore subscribi contingat. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac priuilegiis, facultatibus, & indultis, etiam cum quibusuis clausulis derogatorijs fortissimis; & insolitis, quibusuis personis concessis, & concedendis, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ restitutionis, reintegrationis, voluntatis, declarationis, & decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotẽtis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo duodecimo, quinto Kal. Aprilis, Pontificatus nostri Anno Nono.

✠ Ego R. Episc. Ostien. Cardinalis S. Georgij subs.
✠ Ego A. tit. S. Vitalis Presbyter Cardinalis subs.
✠ Ego P. tit. S. Eusebij Presbyter Cardinalis subs.

BREVE

IVLII SECVNDI.

Breue super iurisdictione Capitolij.

Iulius Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

EX querelis nostri peculiaris Romani Populi accepimus ob rescripta Apostolica, & signaturas commissionũ, enormiter grauari, quæ passim, & maximè in medio litis contra Iuris communis dispositionẽ fiunt, aduocando à Iudicibus ordinarijs, tàm in prima, quàm aliis instantijs, etiam per viam appellationis, omissis mediis, à nobis, ad id officium deputatis, vel etiam simpliciter ab initio in curia committendo, perindè, ac si Iudices ordinarios non haberent, quos sine nostris rescriptis adire possent: quo fit, vt ciues nostri, & incolæ Vrbis, non vnum; sed infinitos Iudices, & diuersa Tribunalia habere videantur, & proindè grauibus, immo intolerabilibus expensis grauentur, quæ omnia non impetrantur, nisi ab ijs, qui cauillationibus student, vel potentia fauorum pollent, ad pulsandos in litibus aduersarios, & quos iure superare non possunt, malis artibus, & longis litibus, ac immensis dispendijs defatigatos, vel circumuentos vincant, & multi ius suum deserere propterea sunt coacti, multique in desperationem ducti ad facinora brigarum prosiliunt, ex quo seditiones, & homicidia frequenter accidunt, hincque fames, & annonæ caritas, quod litibus occupati, negociationes, & agriculturam deserunt, eueniunt: quibus rebus, vt pastorali nostro incumbit officio, prouidere volentes, hoc præsenti nostro perpetuo edicto, Motu proprio, ex certa nostra scientia, omnes, & singulas causas vbicunque, coram quibuscunque Commissarijs, vel ordinarijs, etiam in sacro nostro *Auditorio* pendentes, Ciuium Romanorum, & aliorum, qui foro Capitolino subijciuntur, ad Nos, in quacunque instantia, vel statu pendentes harum serie aduocamus, & ad Curiam Capitolii, & Iudices suos ordinarios, tàm primæ, quàm aliarum instantiarum illius loci secundum naturam causarum, & modum iurisdictionis cuiusque ipsorum, seu in quem partes conuenerint, committimus, & mandamus resumendas, in suis statibus audiendas, & fine debito terminandas, secundum formam statutorum Vrbis, vel aliàs prout de iure terminari deberent, cum omnibus earum incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis ab eis, partibus iustitiam ministrando: Declarantes auctoritate Apostolica, ac decernentes per præsentes dictas causas propterea factas non commissarias; sed intelligi, & esse ordinarias, perindè, ac si ab initio coram suis ordinarijs fuissent incœptæ, vel agitatæ: volumus tamen, quòd causæ in Rota pendentes, de partium communi consensu ibi remaneant, vel si causa in tertia pendeat instantia, quòd Auditor coram quo pendet, possit illam cognoscere, & terminare, hoc præsenti nostro edicto non obstante. Et insuper dilecto filio nostro Leonardo Cardinali Agennen. ac alijs iustitiæ signaturam habentibus pro tempore, necnon Regenti Cancellariæ, qui pro tempore erit; omnibusque, & singulis nostris Referendarijs inhibemus expresse, ne ad preces, instantiam, & requisitionem cuiusque, qui Capitolino foro subijciatur, supplicationes aliquas recipere, referendariare, seu proponere nobis, vel signaturarum iustitiæ habenti, audeat, vel præsumat, & similiter signaturam faciens, non signet, siue auocatorias, siue simplicis iustitiæ, siue appellatorias, & similes, neque initio, neque in medio litis, & signatæ nullius sint roboris, vel momenti, nullamque tribuant iurisdictionem: neque ipse iudex, cui fuerint commissæ, audeat illarum virtute citare, inhibere, vel quoquomodo procedere, irritumque, & inane quicquid scienter, vel ignoranter secus factum fuerit, ipso iure fore decernimus. Salua semper nostra manu propria signatura, sine qua omne rescriptum censeatur, & sit innalidum, & à nostra voluntate alienum, Constitutionibus, & ordinationibus *Apostolicis*, ac quibuscunque commissionibus, rescriptis, priuilegijs, & indultis, etiam foro, quibuscunque personis, seu Collegijs, concessis, & concedendis, etiam cum quibuscunque clausulis derogatorijs fortissimis, & insolitis (præmissorum omnium tenores, nomina, cognomina, qualitates, & alia, quæ forsan, de verbo ad verbum expressionem requirerent, pro sufficienter expressis habentes) cæterisq; contrarijs non obstantibus quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo *Piscatoris*, die quintadecima Aprilis, millesimo quingentesimo Duodecimo, *Pontificatus* Nostri Anno Nono.

PAVLI TERTII.

Confirmatio reintegrationis, ac reformationis iurisdictionis Curiæ Capitolinæ.

CVM pastorali incumbat officio, gregem sibi à Domino commissum secundum iuris tramites, & iuxta facti exigentiam vigili cura gubernare, abusionesque, & prauas corruptelas introductas pro posse tollere, quemcunque in sua iurisdictione conseruare, & manutenere: Nuper deuenit ad aures nostras, quòd Statuta Vrbis, nouæ reformationes, ac priuilegia à Rom. Pontificibus concessa, maximè circa cognitionem, & decisionem causarum, in plurimis violantur, & per prauas abusiones, & corruptelas quotidiè abutuntur: quo fit, vt inter Rom. Ciues, non solum in Cur. Capitolij, sed in diuersis Vrbis Tribunalibus litigatur, non absque eiusdem Populi notabili damno, & iactura: ac quòd in eadem Curia Capitolij, & Tribunalibus dictæ Curiæ contra formam dictorum Statutorum, & nouarum reformationum plurimi fiunt excessus, etiam qui forsan, non sine animi nostri displicentia, & litigantium dispendio, aliquæ fiunt extorsiones: Nos, qui præfatum Populum paterna affectione diligimus, etiam prædecessorum nostrorum vestigia imitantes, eiusdem indemnitati prouidere cupientes, Motu proprio, & non ad alicuius super hoc nobis porrecta petitionis instantia, sed ex certa nostra scientia, & de potestatis plenitudine, Statuta, & nouas reformationes Vrbis, priuilegia, litteraſq; Apostolicas eidem Pop. Romano concessa, & concessas, cum omnium, & singulorum iuris, & facti defectuum, si qui forsan inessent, suppletion. auctoritate nostra, & Sedis Apostolicæ confirmamus, & comprobamus, ac quatenus opus sit, innouamus, & de nouo concedimus, ac omnia, & singulis statutis, priuilegijs, reformationibus, litteris, & decretis huiusmodi contenta, perpetuis futuris temporibus, à quibusuis Rom. Cur. Iudicibus Ecclesiasticis, & Sæcularibus, tàm ordinarijs, quàm delegatis, seu quauis alia iurisdictione, seu notione fungantur, inter personas eidem foro Capitolino secundum formam Statutorum, nouarum reformationum, & litterarum prædictarum, quocunque abusu, corruptela, vsu contrario, desuetudine, contraria consuetudine, aut quòd vsu recepta non fuit, non obstant. tenaciter, & inuiolabiliter obseruari volumus, & mandamus, dictumque Populum ad iurisdictionem dictæ Curiæ Capitolinæ, etiam iuxta litteras, etiã in forma Breuis super distinctione iurisdictionum Tribunalium Vrbis, ac reintegratoria, & confirmatoria Statutorum, & nouarum reformationum prædictarum, eidem Populo Romano per quoscunque Roman. Pontifices, & præsertim fœl. recor. Iulium Secundum, & Leonem Decimum prædecessores nostros concessas, & emanatas, in omnibus, & per omnia reintegramus. Necnon citationes in causis in dicta Curia ordinariè inchoatis, & inchoandis, etiam si lite pendente in causis huiusmodi commissiones aliquæ eisdẽ Iudicibus, & Tribunalium eiusdem Curiæ Magistratibus, Officialibus quibuscunque præsentatæ fuissent, & in futurum præsentarentur, etiam per mandatarios dictæ Curiæ fieri posse impune decernimus, & mandamus: Statuta, nouasque reformationes, & litteras huiusmodi, cum omnibus, & singulis clausulis, derogationibus, & pœnis in eisdem contentis, quatenus opus sit, innouamus, & de nouo concedimus, tenorsque singularum litterarum prædictarum, etiam in forma Breuis, tàm per Iulium Secundum, quàm Leonem Decimum prædecessores nostros, vt præmittitur concessarum, & emanatarum pro expressis haberi volumus, & mandamus, ac si illarum tenor, de verbo ad verbum præsentibus nostris gratiosis literis inseritus esset. Necnon Motu, & scientia similibus dilectis filijs Laurentio Verso nostro vtriusque signaturæ Referendario, Syllegorio Proconsulibus, Theodoro de Gualderonibus, & Euangelistæ de Ceccarellis Correctoribus Collegij Aduocatorum, Procuratorum, & Notariorum Curiæ Capitolinæ, & alijs eiusdem Collegij pro tempore existentibus Officialibus potestatem, & iurisdictionem personas dicto Collegio subiectas inobedientes, transgressores, rebelles, & contra formam Statutorum, nouarum reformationum, & ordinationum earundem factarum, & faciendarum venire, ausu temerario, non erubescentes, pecuniarijs pœnis eorum arbitrio moderandis, mulctandis, eorumque Collegio, seu Cameræ Vrbis, coniunctim, vel diuisim, prout eis videbitur, applicandis, & irremissibiliter exigendis, absque spe gratiæ, seu remissionis, nisi à nobis, vel successoribus nostris gratiosè obtentæ, damus, concedimus, & gratiosè impartimur. Et ita quoad omnia, & singula præmissa per quoscunque Romanæ Curiæ Iudices, tàm ordinarios, quàm delegatos, tàm Ecclesiasticos, quàm Sæculares, iudicari, & diffiniri debere mandamus. Sublata eis aliter iudicandi, interpretandi, & diffiniendi potestate: irritum, & inane decernentes quicquid in contrarium contigerit attentari. Mandantes dilectis filiis Senatori, & Conseruatoribus Vrbis, etiam pro tempore existentibus, coniunctim, vel diuisim, tàm ex officio, quàm ad cuiusuis reclamantis personæ instantiam, præmissa omnia, & singula, ac in singulis statutis, reformationibus, & priuilegijs huiusmodi contenta, omnibus iuris, & facti remedijs opportunis, etiam cum pœnarum eorum, seu eorum alicuius arbitrio, comminationibus, exactionibus, etiam adhibita quatenus expediat, manu militari, pro conseruatione, & manutentione omnium, & singulorum obseruari mandent, & faciant

cum

cum effectu, omni penitus exceptione, & appellatione remotis. Non obstan. quibusuis Tribunalium Vrbis, Magistratuum, Collegiorum, & Officiorum priuilegijs, litteris, & indultis, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, tàm in specie, quàm in genere editis, etiam si sub plumbo, aut in forma Breuis, tàm per Nos, quàm quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, cum quibusuis clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, etiamque pœnarum commination. etiamque si illis caueretur, quòd illis, aut eorundem alterius, non censeretur quoquomodo derogatum, nisi illarum tenor, de verbo ad verbum insertus foret, aut de eis expressa, & specifica fieret mentio, etiam quod caueretur in illis, quòd quotiescunque illis derogatum esset, eo illico censerentur reuocatæ, quarum tenores pro sufficienter expressis habentes, & illis quibuscunque, pro hac vice duntaxat derogan. aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in contrarium facien. non obstantibus quibuscunque.

Fiat, vt petitur, A.

ET cum absolutione 2 cen. ad effectum præsentium, & quòd pro præsentis motus proprij confirmation. approbat. reinteg. & conceff. sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, attento quòd in Vrbe, & pro Pop. Rom. & quòd etiam litteræ sub Annulo nostro Piscatorio expediri possint, & cum defectuum, tàm iuris, quàm facti, si qui sint, suppletione, & quòd obstan. omnes habeantur pro expressis, & cum opportuna derogatione omniũ, & singulorum in contrarium facien. & cum iurisdictione, facultate, & potestate dictis Officialibus, vt præmittitur, data, & concessa, & cum potestate extendi latissimè cum omnibus clausulis necessariis, & opportunis. Et solum de confirmatione statutorum, & nouarum Reformationum aliàs confirmatorum, & ordination. Iulii de cognoscen. causis Roman. in Curia Capitolii, prout in suo Motu proprio, & de citationibus exequen. per Mandatarios, vt supra. & de facultate pro Consulibus, & Correctoribus, quoad ea tantum, quæ respiciunt exercitium Notariorum, & aliorum ministrorum iudicialium eis subiectorum, & de mandato facien. præmissa obseruari, dilecto filio moderno, & pro tempore existenti Camerario nostro.

Fiat. A.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Decimo Kalendas Octobris, Anno Tertio.

PAVLI QVARTI

Motus proprius Iurisdictionum, & Gratiarum Romano Populo concessarum.

MOTV proprio, &c. Syncera fides, & singularis deuotio, quas dilecti filii Pop. Rom. erga hanc sanctam sedem continuo gessisse comprobãtur, promerentur, vt ea, quæ eis, & Almæ Vrbis nostræ commodo, & vtilitati futura conspicimus, benigno concedamus affectu. Hinc est, quòd nos Populum ipsum specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, ex certa nostra scientia, & de Apost. potestatis plenitudine, Gabellam carnis, La Gabella del quatrino, nuncupatam, ac quascunque exemptiones, dilectis filis Tabernariis Vrbis in præiudicium Dohaneriorũ Gabellæ studij prædictæ Vrbis, necnon Bullam, seu capitula cum potestate res furtiuas emendi, & super illis pecunias mutuandi, ac rerum ipsarum dominos volentes illas recuperare, ad pretium restituendum cogendi vniuersitati Hebræorum dictæ Vrbis, ac omnes, & singulas moratorias, alternatiuas, significationes, & dilationes quascunque præterquam, iuxta formam iuris quibusuis, tàm per felic. recordat. Iulium Papam III. prædecessorem nostrum, quàm quoscunque Roman. Pontifi. etiam prædecessores nostros sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis etiam, quòd nullo vnquam tempore, ex quacunq; causa, etiam vrgenti, & vrgentissima reuocari non possint, illorum omniũ tenores, formas, datas, ac decreta, in illis apposita, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, conceff. & conced. ac omnia, & singula monopolia, quæ statutis, ac etiam iure prohibentur reuocamus, cassamus, & annullamus, & quòd nemo deinceps res aliquas grascias concernentes, vltra vsum, & necessitatem familiæ suæ, per biennium consumandas, absq; consensu, seu licentia Pop. Rom. emere, vel aliquo modo contractare possit, statuimus, & decernimus. Et insuper iurisdictionem Curiæ Capitolij dictæ Vrbis in totum reintegramus, ita quòd Rom. Ciues ciuiliter alibi conueniri non possint, iuxta formam Motus proprij Pauli Papæ III. prædecessoris nostri desuper concessi, Motu proprio reuocatorio ab eodem Iulio prędecess. emanato, necnon alio per dilectum filium nobilem virum Ascanium de la Cornia olim Burgi Gubernatorẽ, vel etiam alio per quemlibet alium prædicti Burgi Gubernatorem obtento, seu obtinendo non obstante. Præterea eosdem Pop. Rom. ad Tiburtinam Ciuitatem, ac ipsius arcem, necnon emolumenta Castellano assignari solita, ac omnia, & singula honores, onera, & emolumenta consueta, remanente censu dilecto filio Io. Baptistæ de Consiliarijs, Præsiden. Cameræ nost. Apostolic. ad eius vitam concesso restituimus, reponimus, & plenariè reintegramus, ac restitutos, repositos,

& plenariè reintegratos esse, ita quòd liceat eis Ciuitatem, & arcem prædictam, prout antea habebant, habere, illamque regere, & gubernare, illarumque corporalem possessionem per se, vel alium, seu alios propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuo retinere, cuiusuis licentia desuper minimè requisita etiam decernimus, & declaramus. Propterea eisdem Pop. Rom. quòd Cõseruatores dictæ Vrbis pro tempore deputati in eorum ordinaria iurisdictione per pro tempore existentes Cameræ Apostolicæ præsidentes, iuxta constitutionem piæ memoriæ Iulij Papæ II. etiam prædecessoris nostri, desuper editam, & per recol.me. Leonem. X. similiter prædecessorem nostrum confirmatã nullo pacto impediri possint, minusque per quolibet aliud Tribunal. Et ne in criminali iudicio per Iudices Fiscales, Procuratores, Notarios, carcerumque custodes extorsiones fiant, quòd motus proprius ab eodem Paulo Tertio prædecessore super illorum mercedibus emanatus, iuxta illius tenorem omnino seruetur. Quòdque Barisellus, omnesque alij iustitiæ executores dictæ Vrbis quolibet anno de indebitis exorsionibus, & simonijs quibuscunque, iuxta aliam Bullam prætati Iulij II. prædecessoris desuper etiam syndicari: necnon represaliæ à præfato Paulo prædecessore sublatæ, iuxta formam statutorum dictæ Vrbis, relaxari, & exequi debeant, dum tamen facta prius notificatione Communitatibus, contra quas represaliæ prædictæ pro tempore erunt decernendæ: & quòd propter ante dictas represalias pro tempore decernendas nullo modo impediantur, afferentes grasciam cuiuscunque generis ad Vrbem, ac omnia, & singula Romana officia detracta, imbussulari, & extrahi iuxta dispositionem Bullæ prætati Leonis prædecessoris desuper concessæ. Necnon Magistri stratarum, & ædificiorum dictæ Vrbis, syndicique Senatoris eiusdem ex bussula extrahi debeant, ac ipsi Magistri stratarum Vrbis nullo unquam tempore pro ampliandis, seu nouiter construendis stratis in dicta Vrbe aliquod gectitum, absque consensu, & interuentu Capitis illius Regionis, in qua gectitum imponetur, & illius trium Consiliariorum imponere minimè possint, ac gectitum huiusmodi à Capite tribus Cõsiliariis præfatis subscribi, & pecuniæ, ex dicto gectito percipiendæ apud aliquem probum virum in dicta Regione commorantem depositari, & per illius manus de mandato Magistrorum stratarum solui debeant, ac quòd de cætero alternatiuè, significationes, & dilationes quæcunque, nisi iuxta dispositionem iuris, ac formam statutorum dictæ Vrbis concedi nullatenus possint: & qui illas obtinuerint, & in futurum obtinebunt, semper biretum viride portare teneantur. Idque Senator, & Conseruatores dictæ Vrbis pro tempore existentes strictè sub pœna eis benè visa seruari facere debeant, & curent. Ipsæque alternatiuæ, significationes, & dilationes per quodcunque Tribunal in concernentibus Grasciam cuiuscunque sit generis concedi minimè valeant. Mandantes modernis, & pro tempore existen. S. R. E. Camerario, Vicario, & Gubernatori dictæ Vrbis, necnon generali Auditori Cameræ, ac Præsidentibus, & Clericis ipsius Cameræ, ac omnibus, & singulis aliis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, & præeminentiæ fuerint, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, quatenus ipsi, & eorum singuli præfatis Pop. Rom. in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant illos, & illorum singulares personas reuocatione, cassatione, annullatione, restitutione, reintegratione, repositione, statuto, ordinatione, & singulis aliis præmissis pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos desuper per quoscunque quomodolibet indebitè molestari, ac districtius inhibentes eis, & quibusuis aliis in virtute sanctæ obedientiæ, & nostræ indignationis, ac decem millium ducat. auri de Camera pro vna videlicèt Cameræ prædictæ, & altera medietatibus fabricæ palatii Capitolii huiusmodi in euentum contrauentionis irremissibiliter applicandorum pœnis, ne Pop. Rom. huiusmodi super præmissis, seu eorum aliquo quouis prætextu, seu quauis occasione, vel causa molestare, perturbare, aut inquietare quoquomodo audeant, seu præsumant, ac decernen. præsentes, & desuper conficien. litteras sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, aut derogationibus similium, vel dissimilium gratiarum, & concessionum ex quauis causa quomodolibet pro tempore factis, ac de surreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis nostræ defectu notari, seu impugnari nullatenus possint, sed semper validas, & efficaces existere, & suum plenarium effectum sortiri debere, & ita per quoscunque Iudices etiam causarum palatii Apost. Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & definiri debere, ac irritum, &c. decernimus, non obstan. præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutis, &c. reformationibus, declarationibus, & decretis etiam iuramento, &c. roboratis, necnon priuilegus, indultis, & litteris Apostolicis Camerario, Gubernatori, Vicario, Auditori, Præsiden. & Clericis præfatis, ac etiam dilecto filio Hippolyto Sanctæ Mariæ in Aquiro Diacono Card. de Ferraria nuncupato super concession. gubernij dictæ Ciuitatis, seu aliàs quomodolibet, ac quibusuis aliis, etiam motu simili, & aliàs quomodolibet concessis, &c. quibus omnibus in litteris latissimè extend. etiam de illis, &c. tenores, hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, & si opus sit constitutionibus nostris de non tollendo iure quæsito, exterisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis, & consuetis.

Fiat Motu proprio L.

ET cum absolutione à censuris ad effectum, &c. cum reuocatione, cassatione, irritatione, annullatione, restitutione, repositione, reintegratione, statuto, ordinatione, derogatione, & decretis, ac alijs de, & pro omnibus, & singulis supradictis, quæ hic pro sufficienter repetitis habeãtur latissimè exten. & quod præsentis motus proprij sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, etiam si videbitur absque illius registratura, quacunque regula, seu constitutione Apost. cõtraria nõ obstan.

Seu

Seu si videbitur litteræ desuper per Breue nostrum, seu officium contradictarum, cum præmissorum omnium etiam veriores tenores singularum exemptionum bullarum, capitulorum, & aliarum concessionum prædictarum maior vera, & amplior specificatio, & expressio fieri, ac tenor huiusmodi, de verbo ad verbum inseri, seu in toto, vel parte exprimi, seu etiam pro expressis habere possint in litteris simul, vel separatim super quolibet præmissorum in vno non facta mentione de alijs si videbitur expediendis.

Fiat. I.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Quarto Kalend. Decemb. Anno Primo.

PII QVARTI

Motusproprius Inclyto Populo Romano concessus super reintegratione iurisdictionum Curiæ Capitolij.

PIVS PAPA IIII.

MOTV proprio, &c. Dilectos filios Senatorem, Conseruatores, Populumque Roma. specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, omnimodam, & integram (prout illis per fel. rec. Sixtum IIII. Iulium II. Leonem X. Paulum III. & alios Romanos Pontifices prædecessores nostros aliàs concessa fuit) iurisdictionem, causarumque inter ipsos, ac etiam & inter Romanos, & Incolas pro tempore motarum cognitionem, & decisionem totalem Curiæ Capitolij Roman. ita quòd in prædictis, & alijs causis, obligationibus, etiam in forma Cameræ Apostolicæ, in quibus videlicèt per alios Iudices præuentum non sit, alijsque quibusuis differentijs, & actionibus inter ipsos Romanos, ac eorum aliquem, vel aliquos deinceps orituris & mouendis, nullus præter Senatorem, & ipsius Capitolij Iudices pro tempore existentes, se priuilegiorum Apostolicorum, aut consuetudinum, seu quouis alio prætextu intromittere possit, etiam dictorum prædecessorum concessiones huiusmodi litteasque, & alias desuper confectas scripturas approbantes, confirmantes, & innouantes, litterarumque & scripturarum earundem tenores præsentibus pro expressis habentes, auctoritate Apostolica, ex certa scientia, &c. perpetuo concedimus, & indulgemus. Ac Senatorem, Conseruatores, & Populum Romanum, Curiamque & Iudices Capitolinos præfatos, quoad iurisdictionem huiusmodi aduersus quascunque alijs Almæ Vrbis Tribunalibus, & Magistratibus, etiam Regenti Cameræ, Gubernatori, & nostro Vicario quomodolibet, etiam consistorialiter concessas facultates, & alias contrarias dispositiones in pristinum, & eum, in quo ante illarum concessiones quomodolibet erant, statum restituimus, reponimus, & plenariè reintegramus, ac facultates, & alias dispositiones contrarias huiusmodi ad hunc effectum per præsentes reuocamus, cassamus, & annullamus. Et insuper, ne delicta remaneant impunita, quod Chirurgi, Barbitonsores, & alij vulnerum, aliorumque criminum notitiam habentes, illa ad Curiam Capitolij huiusmodi, iuxta ipsius Senatoris desuper proponenda edicta, & sub pœnis inibi apponendis, aut ad curiam Gubernatoris, iuxta solitum deferre teneantur: quodque pro celeriori causarum expeditione in eadem curia Capitolina nullitatum nulla ratio habeatur, nisi earum, quæ ex iurisdictionis, citationis, vel mandati defectu prouenient: Et ne feriarum accumulatio causarum expeditionem in longum protrahat, sublatis de medio cæteris ferijs voluntariè, per vsum, vel aliàs, non tamen in honorem Dei introductis, obseruatio tantum coerceatur ad ferias in antiquis statutis expresse descriptas, ac etiam statuta de *Affectamentis* loquentia: Declarantes, quòd Affectamentum peti non possit, nisi in casibus, & articulis, quorum grauamen per diffinitiuam reparari non valeat, qui ex statuto sub Rubrica de Appellatione, non recipiendis lib. sexto, positi colliguntur, nec in causis summam decem ducatos non excedentibus: in alijs vero causis à decem supra in litis contestatione duntaxat peti possit, & hoc arbitrio Iudicis: in diffinitiuis autem, vel interlocutorijs vim diffinitiuæ habentibus sententijs Iudex causas huiusmodi in *Affectamentis* proponere, alijs in contrarium loquentibus *Statutis* non attentis omnino teneatur. Et præterea, quòd *si* vnum ex Iudicibus Curiæ huiusmodi abesse, vel ægrotare, aut suspectum iurari contigerit, *Affectamentum* per tres reliquos præsentes Iudices fieri possit: quorum vnus in loco ægrotantis, vel absentis Iudicis ad Tribunal pro interlocutorijs faciendis sedeat, & super incidentijs, emergentibus, & depend. vsque ad sententiam diffinitiuam exclusiuè prouideat, etiam perpetuo statuimus, & ordinamus, necnon *Senatorem*, Conseruatores, Populum, & Curiam præfatos ad antiquam eorum iurisdictionem, vt præmittitur restitutos, & plenariè reintegratos esse, ac præsen. & in eis contenta quæcunque valida, & efficacia fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & inuiolabiliter obseruari debere, nec de surreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ defectu quouis quæsito colore, prætextu, vel ingenio nullatenus notari, vel impugnari, nec per Nos, vel *Sedem* Apostolicam vllo vnquam tempore reuocari, aut aliàs illis derogari posse: & si, ac quoties illa reuocari,

aliis illis derogari contigerit, toties in pristinum statum restituit, & de nouo etiam, sub posteriori data per ipsos Senatorem, & Conseruatores eligenda concessa, & stabilita esse, & sic per quoscunque Iudices, & Commissarios, etiam S.R.E. Cardinales, &c. sublata eis quauis aliter interpretandi, &c. facultate iudicari, & diffiniri debere, ac quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Non obstant. præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, Statutis, &c. etiam Palatii Apostolici, Curiarumque Vrbis Stylis, necnon Priuilegijs, indultis, & litteris Apostolicis quibusuis Romanæ Curiæ Tribunalibus, Curijs, Magistratibus, Iudicibus; & alijs personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam Motu simili, etiam Consistorialiter cõcessis, &c. quibus omnibus illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, hac vice latissimè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque cum clausulis opportunis.

Placet Motu proprio I.

ET cum absolutione à cen. ad effectum, &c. Et cum approbatione, confirmatione, innouatione, cõcessione, indulto, restitutione, repositione, reintegratione, reuocatione, cassatione, annullatione, statuto, ordinatione, decreto, & derogatione præmissis, vt supra perpetuo. Et quòd sola præsen. sufficiat signatura, & vbique etiam in Iud. fidem faciat, regula contraria non obstan. seu videbitur, litteræ desuper per Breue nostrum, etiam cum litterarum prædecessorum, prædictorum, & inde secutorum tenorum, aliorumque necessariorum maiori, & veriori expressione expediri possint. Et quòd ad obligationes in forma Cameræ seruetur forma ipsius obligationis, vt sit in potestate actoris, vel creditoris conuenire debitorem suum Romanum, vel incolam laicum, non solum coram Regente, vel Auditore Cameræ ipsarum obligationum. Iudice ordinario; sed etiam in curia Capitolii, quoad reliquas vero causas ciuiles non tamen Fiscales possit reus Romanus, vel incola declinare quodcunque aliud forum, & petere se remitti ad curiam Capitolii, nisi alterius Iudicis iurisdictionem prorogauerit, aut in eum tacitè, vel expressè consenserit, & aliter factæ reassumptiones per dictam curiam Capitolii nullius sint roboris, vel momenti.

Fiat I.

LEONIS DECIMI.

Litteræ gratiarum Populo Romano concessarum.

Leo Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

DVM singulare fidei constantiam, & eximiæ deuotionis affectum quos dilecti filii Pop. Romanus, erga nos, & Romanã ab eius exordio gessisse semper, & gerere comprobantur Ecclesiã, vigili meditatione pensamus; dignum, quin potius debitum arbitramur, vt Ecclesia ipsa, sic suæ in eos gratiæ dona diffundat, vt à quibus præcipuè in matrem, & dominam, diuina fuit dispositione recepta, per mutuæ benevolentiæ ministerium, vberioraque in dies largitionis munera in peculiares, ac dilectissimos filios, magis, atque magis adoptasse noscatur. Sanè fœlicis memoriæ Eugenius Quartus, Nicolaus Quintus, Calixtus Tertius, Pius Secudus, Paulus etiam Secundus, Sixtus etiam Quartus, Innocentius Octauus, Alexander Sextus, & Iulius semiliter Secundus, & nonnulli alij Romani Pontifices prædecessores nostri, diuersa eisdem Populo priuilegia, indulta, & gratias concesserunt, quæ sicut dilecti filij Nobiles viri Magister Ioannes Hieronymus de Benzonibus, decretorum Doctor, de maiori præsidentia Abbreuiator, & Stephanus de Carbonibus, ac Marius Particappa, Conseruatores, & Franciscus Cincius Prior Capitum Regionum Vrbis, necnon Magistri Paulus de Planci, Baptista Paulinus, Iulius de Alberteschis, Aulæ nostræ Consistorialis Aduocati, & Marius Salamonius vtriusque iuris Doctores, & Franciscus de Lenis, & Marcus Antonius de Alterijs, & Bernardinus de Militibus, ac Iacobus de Frangipanibus, & Hieronymus Pichus, ac Bartholomæus de Valle, Romani Ciues, eorundem Conseruatorum Consiliarij super id per ipsos Conseruatores electi, ac Petrus de Smeriliis Fisci nostri Romani Procurator, nobis ipsius Populi nomine exposuerunt, ob passim vnicuique petenti concessas illorum derogationes, & eorundem Populi negligentiam, vel aliàs partim, nunquam in obseruantiam deducta, vsuue recepta, partim per dissuetudinem abrogata propemodũ sunt. Nos igitur Populum præfatos non minori charitatis affectu, quàm prædecessores præfati prosecuti sunt, prosequi volentes, ac omnium, & singulorum priuilegiorum, indultorum, & gratiarum prædictarum, & singularum super illis confectarum litterarum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes: Motu proprio, non ad ipsorum Conseruatorum, Prioris, & Consiliariorum, aut aliorum pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam; sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia, priuilegia, gratias, indulta, & litteras prædictas, etiamque in causis ad forum Capitolinum spectantibus, commissiones quaslibet, præterquam

quam quæ Romani Pontificis sint Manu propria subscriptæ, prorsus excludunt, & Tribunalia, ac causarum tam Ciuilium, quàm Criminalium, in eadem Vrbe cognitiones distinguunt, necnon Statuta, & consuetudines dictæ Vrbis, & reformationes illorum, etiam iuramenti validitatem in certis sibi expressis casibus restringentia, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, & innouamus, & perpetuæ firmitatis robur obtinere: & etiam si hactenus ex præmissis, vel quibusuis aliis causis obseruata nõ fuerint, ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari debere decernimus: potiorique pro cautela ea omnia, & singula, prout per dictos prędecessores concessa fuerunt, eisdem Populo gratiosè concedimus. Et vt eisdem Populo in eorum priuata commoda de alicuius subuentionis auxilio consulatur, Protonotariatus Curiæ Capitolii, quod hospitali nostro sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, & Notariatus, quod secretariorum nostrorum, & Marescallatus, Exactoriatus Stateræ, Mandatariatus, & Transtyberorum Ripæ, & Ripettæ officia, quæ *Præsidentium Annonæ* earundem Ripę, Ripettæ, dilectorum filiorum Collegiis, dicta olim fuere auctoritate perpetuo vnita, annexa, & incorporata, ab hospitali, & quibus pro iis certam tunc expressam recompensam per alias nostras litteras concessimus, quibus non intendimus præiudicare, nec solita emolumenta auferre, nisi pro ea summa pro recompensa data fuerit Collegiis prędictis, respectiue segregantes, & separantes ea, ac pecuniarum Camerę, sine tamen ipsius exercitio, & emolumentis, ex ipso exercitio prouenientibus, quæ capita *Solidorum* appellant, & Gabellæ Vini Forensis de eadem Vrbe Depositariatuum, cum consuetis, ac præfatæ Ripæ, Ripettæ, Pecudumque, & Mercium, ac Annonæ, grascię nuncupatæ, necnon Salis ad grossum, & ad minutum Dohaneriatuum cum Centum viginti pro quolibet Dohaneriatu, & omnium eorundem Dohaneriatuum, Notariatum cum Quadraginta octo Florenorum auri pro quolibet Notariatu *Salariis*, per cõductores ipsarum Dohanarum, ex earum prouentibus, singulis annis, in quatuor terminis, Dohaneriis, & Notariis pro tempore existentibus integre persoluendis: ita tamen, quod emptoribus, & conductoribus dictarum Dohanarum, & Gabellarum propterea nullum præiudicium, circa administrationem officij inferatur, sed solum deferre possint extorsiones indebitas, & insolitas, quæ fierent Camerę Apostolicæ, & sine præiudicio in illis emptionis, aut pignoris, vel simplicis ab aliquo ex Prędecessoribus nostris concessionis, tituli ius habentium, quandiu tituli ipsi durauerint, dumtaxat; Ita quòd liceat ipsis Conseruatoribus, & Populo restitutis pretiis pro quibus empta, aut pecuniis pro quibus pignori obligata sint, illa simul, vel successiuè redimere. Extraordinariatus maioris, Notariatus etiam, & Scriptoriæ, & Marescallatus, Camerę, & Gabellariatus maioris Vrbis prædictarum, & Salinarum, portarum, & pontium, siue Palatii dictorum Conseruatorum Marescallatus, & eisdem palatij Notariatus, ac Camerariatus Ripæ, & Ripettæ, ac alia quæcunque Vrbis officia, olim per Ciues Romanos exerceri solita, portasque, & pontes dictæ Vrbis, cum omnibus eorum solitis honoribus, oneribus, salarijs, & emolumentis dictis Populo donamus, & elargimur: statuentes, & ordinantes, quòd ex nunc de cætero in perpetuum, tam portæ, & pontes huiusmodi, quàm Conseruatoratus, Capitum Regionum, Marescallatum de tracta nuncupatorum, Paceriatus, Magistratuum Stratatarum, & Iustitiariorum, *Syndicorum*, Senatoris, & officialium Vrbis Reformatorum studij, & *Paceriorum*, ac Syndicorum, Assessoriatuum, & Notariatuum eorundem, ac quæcunque alia præfatæ Vrbis officia per Ciues huiusmodi, vt præfertur, exerceri solita, diuisis etiam in plures, ad Populum, portiones illorum, vel aliquorum ex eis fructibus, redditibus, & prouentibus, iuxta prouidam dictorum Conseruatorum, & Prioris, ac eorum Consiliariorum ordinationem desuper faciendam, in pixidem congeri, & deinde statutis per Conseruatores, & Priorem, & Consiliarios præfatos ad id temporibus sortem nostra, & pro tempore existentis Romani Pontificis præsentia trahenda, nostroque arbitrio restringenda, & amplianda, inter Ciues tantummodo dispensentur, & quòd Protonotariatus Curiæ Capitolij, Notariatus, & Marescallatus Ripæ, & Staterę, ac Camerę, & Gabellæ studij huiusmodi depositariatuum, & Gabellariatus, & Extraordinariatus prædictorum. Et Iudicatus appellationum, de eadem Vrbe officia, & Comitatus Tyburis, & Malleani, ac Velletri, & Coræ Ciuitatum, videlicet & oppidorum dictorum Populi Romani, temporali Dominio immediatè subiectorum potestariæ à taxis, quas pro expeditione Breuium præfati Secretarij ab eis hactenus exigebant, necnon eædem Ciuitates, & oppida, ac terræ ad præsens præfatis Populo immediatè subiecta, & quamdiu in subiectione huiusmodi fideliter manserint, ab omni onere, quo pro Stationibus militum Romanæ Ecclesiæ grauabantur liberæ sint atque immunia: id vero quòd ex depositariatu huiusmodi Collegio, Dilectorum filiorum scriptorum archiuij Romanæ Curiæ annuatim debetur, is soluat, qui dicta solidorum capita percepterit, & quod sancti Gregorij intra, & sancti Sebastiani extra dictæ Vrbis muros sancti Benedicti, & Cistercienſis ordinum, & alia Monasteria, ac Prioratus, Canonicatus, & præbendas, dignitates, personatus, administrationes, & officia, cæteraque beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, in dicta Vrbe, & illius districtu existentia, venerabilium fratrum nostrorum præfatæ Ecclesiæ Cardinalisi, titulis, & denominationibus, ac Basilicæ beatorum Petri, & Pauli, & Lateranensis, & Beatæ Mariæ Maioris, de eadem Vrbe Ecclesiarum, Archipresbyteratibus sancti Laurentij, & sancti Anastasii, extra, et sancti Sabę intra eosdem muros, eorumdem ordinum dictis Cardinalibus commendari solitis, monasteriis dumtaxat exceptis, non nisi Romanis Ciuibus conferri, seu commendari, aut alias de eis, in alios quoquomodo, prętęrquam si beneficia prædicta ex resignatione alienigenę vacarent, quæ etiam alienigenis conferri valeant, etiam per nos, et *Sedem* Apostolicam disponi nullo modo possit: collationesque

tionesque, prouisiones, commendæ, & aliæ quæuis dispositiones de illis, etiam per nos, & Sedē eandem, etiam cum expressa præsentium derogatione, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, pro tempore factæ nullius sint roboris, vel momenti, nullumque alicui etiam colloratum tribuant titulum possidendi: Præterea, quòd ex redditibus Gabellæ vini forensis huiusmodi post quam *Lectorum Studii* salaria soluta sint, liceat præfatis Conseruatoribus in eorum, & Capitum Regionum Magistratuum ornatum, & decus dumtaxat, quo indigere noscuntur, & non eorundem Conseruatorum, & Capitum Regionum proprios vsus iuxta ordinationem per Conseruatores, & Capita Regionum, ac Consiliarios præfatos desuper faciendam, tantum annuatim exponere, ad quantum medietas eorum Prouisionum seu Salariorum ordinariorum respectiuè ascendit, & non vltra: & quòd Notarii in Matricula Notariorum Romanorum pro tempore descripti, ab obseruatione eorum quæ in litteris Apostolicis erectionis Collegii dictorum *Scriptorum* Archiuij Romanæ Curiæ continentium, quo ad Ciues Romanos quoscumq; inter se contrahentes sint exempti. Donamus quoque eisdem Conseruatoribus, & Populo in perpetuum Gabellam omnem Vini Forensis huiusmodi, cum onere soluendi temporibus consuetis, ex prouentibus dictæ Gabellæ, salaria, dictis Lectoribus pro tempore debita, ac facultate residuum prouentuum eorundem, in dictum ornatum, & Murorum, Portarum, Aquæductum, & Pontium, aliasque dictæ Vrbis necessitates, pro tempore ingruentes de consensu Consilii Romani, & non in alios vsus, conuertendum, & insuper eosdem populum omnesque, & singulos dictæ Vrbis incolas, & habitatores, ac alios in eadem Vrbe, ad quam Christifidelium de vniuersis mundi partibus, frequens est in dies concursus, & pro tēpore residentes, à vini Romani, & Farinæ, præter quam quæ à pistoribus, seu in eorum vsum conficitur, omni tamen fraude cessante, & præfatos ac pro tempore existentes dictę Vrbis Conseruatores, à vini, etiam Corsi, siue Græci, quo pro eorum & familiæ suæ victu vruntur, vsque ad viginti quinque vegetes Anno quolibet Gabellæ solutione, eximimus, mero, & mixto imperio, aliisque omnibus iuribus, & iurisdictionibus, pro vt olim sub dictorum Romani Populi Dominio fuere, eorundem populi ditioni, & potestati de consensu quorum interfit, libere restituimus, & plenariè reintegramus: Mandantes dilectis filiis Ciuitatis, & oppidi prædictorum vniuersitatibus, vt de cætero Conseruatoribus, & populo præfatis vti veris & legitimis eorum immediatis Dominis in temporalibus obediant & pareāt ac intendant. Volumus demum quòd præsentes litteræ, & in eis contenta à Kalendis Martij proximi præteriti citra plenum sortitæ sint, & esse censeātur effectū: Decernentes ex nūc irritū, & inane si secus super præmissis, vel eorum aliquo, per quoscumq. etiam nos, & sedem præfatā, ex quauis causa scienter, vel ignoranter contigerit attentari, quo circa Venerabilem fratrem Raphaelem Episcopum Ostiensem, & Dilectos filios nostros, Franciscum *Sanctorum*; Ioannis, & Pauli, & Antonium Sancti Vitalis, & Petrum sancti Eusebii tt. Presbyteros, ac Aloysium sanctæ Mariæ in Cosmedin Diaconum, Cardinales, & eorum quemlibet, pro præmissorum omnium obseruātia, eisdem Conseruatoribus Priori, & Populo, in conseruatores, & defensores speciales, constituimus, & deputamus: iniungentes eisdem Cardinalibus, quatenus ipsi, vel eorum aliquis per se, vel alium, seu alios, Conseruatoribus, Priori, & Populo præfatis quotiens ab eis, vel eorum aliquo fuerint requisiti, in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant ipsos Conseruatores, *Priorem*, & Populum, auctoritate nostra, omnibus, & singulis supradictis pacifice frui, & gaudere, eaque omnia, & singula inuiolabiliter obseruari, non permittentes eos, seu eorum aliquem per quoscumq; desuper etiam dicta auctoritate fungentes, quomodolibet molestari: contradictores quosuis, per censuram Ecclesiasticam, & alia iuris opportuna remedia, appellatione remota, compescendo: inuocato etiam ad id, si opus fuerit, auxilio Brachij sæcularis. Non obstantibus quibusuis in Collegiorum prædictorum erectione, & dotatione editis, & aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quibuslibet de aliquo, seu aliquibus ex prędictis officiis, quibusuis personis, etiam motu simili, & ex certa nostra scientia, ex quibusuis vrgentissimus, & necessariis causis, per nos, & Sedem præfatam factis hactenus, & in posterū fiendis, quas quotiens factæ fuerint, toties ex nunc, prout ex tunc, & e contra reuocamus, cassamus, annullamus, & omnibus illis quæ prædecessores præfati in singulis per eos eisdem populo concessis litteris, voluerunt non obstare: cæterisque contrariis quibuscunque. Nostræ tamen intentionis existit, quòd Dohanariatuum, & illorum Notariatuum salaria, currere incipiant à die quo contractus super iplarum Dohanarum conductione, inter illorum conductores, & Cameram Apostolicam, tempore dicti Iulij prædecessoris initi, respectiue fuerint, & non ante. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, concessionis, intentionis, deputationis, reuocationis, cassationis, annullationis decreti, mandati, voluntatis, & statuti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicę, Millesimo quingentesimo duodecimo, quartodecimo Kalen. Aprilis, *Pontificatus* Nostri Anno *Primo*.

SIXTI

SIXTI QVARTI

Litteræ, de ædificijs, & nouis operibus constituendis ad decorem Ciuitatis.

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

T si de cunctarum Ciuitatum temporali Dominio Romanæ Ecclesiæ subiectarum decore, & venustate cogitare nos deceat, ad nostram tamen almam Vrbem Apostolorum Petri, & Pauli glorioso Martyrii cruore domino nostro Iesu Christo consacraram, Ciuitatem sacerdotalem, & regiam, eiusque decorem, & venustatem tanto accuratius aciem nostræ considerationis extendere nos conuenit, quanto illa caput est orbis, & altissimus in ea Sacerdotii principatum, & Christianæ religionis caput instituit, & sui Vicarij sedem, ad quam de vniuersis mundi partibus Christi fideles confluunt in numero copioso voluit collocari. Cum itaque viæ, & stratæ publicę eiusdem Vrbis in plerisque locis causanticibus porticibus, proselliis, & aliis variis ædificijs domorum sitarum iuxta illas, adeo arctæ existant, vt per eas commode peambulari, & necessaria ad victum multitudinis Ciuium Roman. & Curialium, ac aliorum in ipsa Vrbe habitantium, & confluentium ad eandem, præsertim temporibus indulgentiarum Anni Iubilęi, & aliarum concessarum per nos, & prædecessores nostros Roman. Pontifices visitantibus Apostolorum Basilicas, & alias eiusdem Vrbis Ecclesias, deferri commode nequeant: & in quibusdã locis vix singulariter singuli equestres se obuiantes in eis transire possint per easdem, idque cedat ad non modicam eiusdm Vrbis deformitatem, ac eiusdem Curialium, & confluentium prædictorum incommoditatem. Et propterea nos habita super his deliberatione matura, decernimus vias ipsas, præsertim quæ magis frequentantur, & principaliores existunt, ampliari, ac porticus, & impedimenta prædicta, quibus hic arctantur, amoueri, & lateribus opportune pauimentari. Iamque opus ipsum cœptum fit in diuersis locis, & in illius prosecutione non cessetur, ac sicut accepimus propter demolitionem huiusmodi nonnullæ ex domibus ipsis, quorum porticus, & prosellia, ac alia ædificia dirui oportuit, exinde, vt potè necessarijs mansionibus solitis, & officinis caren. ad inhabitandum minus commodè, & fere inutiles factæ sint, & ea propter illarum domini earum parietes decenter, vt expediret, ad decorem viarum earundem reparare, & expensas opportunas propterea subire non curent, sublata spe habitandi in eis, aut alias vtilitatem recipiendi ex eisdem: Expediatque ad obuiandum huiusmodi incommoditatibus ex duabus, aut pluribus contiguis domibus vnam commodam constituere, aut partem vnius ex eisdem domibus alteri conuicinæ domui incorporare, sicque indemnitati dominorum earundem obuiare, & decori huiusmodi consulere, & vicinarum domorum domini, vt plurimum super his non conueniant, & recusent sibi inuicem complacere etiam pro iusto, & rationabili pretio: contingat quoque interdum nonnullos tam Romanos Ciues, quàm Curiales, & alios forenses in eadem Vrbe domos de nouo ædificare, vel antiquas reformare, & ampliare velle, & pro illarum decenti constructione, indigere conuicinis domibus interdum ruinosis, & deprestis, vel domorum dirutarum sediminibus, plateolis, & solo, seu alio loco vicinis, & huiusmodi domorum, & sediminum, seu plateolarum, & soli, aut loci dominos requisitos, vt de illis eisdem ædificare, & reformare volentibus, venditionis titulo complaceãt de domibus, sediminibus, solo, seu loco oblato etiam persæpe plusquam iusto pretio, id facere nullatenus velle, aut longe plus iusto pretio etiam nonnunquam duplum illius transcendendo, petere pro eisdem: quo fit, vt prædicti nouas domos ædificare, aut antiquas ampliare volentes, præsertim Curiales, & forenses qui adiuuari, & allici deberent maxime à Romanis Ciuibus ab huiusmodi eorum laudabili ædificandi, aut ampliandi proposito, retrahuntur. Et si aliquando Dilecti filij Franciscus de Porcarijs, & Baptista Staglia, moderni, & qui pro tempore sunt magistri ædificiorum, & stratarum eiusdem Vrbis, pro construendis nouis plateis in locis conuenientibus, aut antiquis ampliandis, & reformandis, volunt domos aliquas dirui facere, in totum, vel pro parte, illarum domini similiter oblato eis etiam iusto, & rationabili pretio, ne id fiat, pertinaciter se opponere, & huiusmodi nouarum platearum ordinationem, & antiquarum dilatationem, & ampliationem, omni conatu possibili impedire non verentur: quæ omnia publico bono, & decori, ac pulchritudini eiusdem Vrbis, nostræque circa id intentioni obuiare manifeste cernuntur. Nos igitur æquum arbitrantes, publicam vtilitatem in his præferri priuatę commoditati quorumlibet, & illorum, qui tam salubri publico bono indirectè modo præmisso se opponunt, duritiem superioris auctoritate, & æqua ordinatione comprimi, ac propterea volentes super his omnibus opportunum adhibere remedium: Motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, ac ex certa nostra scientia, & de plenitudine potestatis Apostolicæ, hac in perpetuum valitura constitutione, statuimus, & ordinamus, quòd venerabilis frater Guillermus Episcopus Ostien. Camerarius noster, & præfati Franciscus, & Baptista, ac ipsorum Episcopi Franciſci, & Baptistæ in Camerariatus nostri pro tẽpore existentis Romani Pontificis, ac Magistratus ædificiorum Vrbis officijs respectiuè successores, qui pro tempore erunt, perpetuis futuris temporibus ad requisitionem

domi-

dominorum domorum, quarum porticus, prosellia, seu alia ædificia pro vijs, seu plateis, & aliis locis publicis eiusdem Vrbis, hactenus diruta fuerint, & dirui contingeret in futurum quandocumque, de mandato Magistrorum eorundem, si domini prædicti in domibus ipsis inhabitare soliti erant, ante demolitionem eandem, & tempore demolitionis huiusmodi facta, & quam fieri contingeret in futurum, absque dolo, & fraude inhabitabant, & in posterum inhabitabunt, & propter huiusmodi iam factam, & quæ fieret, domus ipsæ effectæ sint, vel efficerentur in posterum pro eorundem dominorum ipsarum commoda receptione, & habitatione incapaces, sintque iuxta eas aliquę domus per earum dominos minimè inhabitari solitæ, sed pro earum annua responsione, vel aliàs locari consuetæ, ex quarum coniunctione cum domo huiusmodi sic incommoda effecta, domino domus sic incommodæ effectæ aduersus incommoditates huiusmodi subuenire valeat, teneantur, & debeant cõpellere illos, ad quos domus ipsas sic vicinas legitimè pertinere eis constabit, etiam si ad Ecclesias, & Monasteria, tam virorum, quàm mulierum ordinum quorumcunque etiam exemptorũ, necnon beneficia Ecclesiastica, hospitalia, ac loca pia pertinerent, ad vendendum eidem domos vicinas, quas inhabitari soliti non sunt, dominis domorum contiguarum, quas sic incommodas effectas esse cognouerint pro pretio per duos probos, & expertos viros: per vtranque partem eligendos, determinando, & declarando. Si vero ij duo concordes in eodem assignando pretio non essent, eo casu ipsi Camerarius, & Magistri ædificiorum præfatæ Vrbis, habito ipsorum duorum iudicio, pretia eadem imponere, & assignare habeant. Et si forsan contingeret ex demolitione huiusmodi duas domos, sic per earum dominos inhabitatas incõmodas modo prędicto effici, & inter eas esse aliam domum per illius dominum locari solitam, quam quilibet dominorum vicinarum domorum prædictarum incommoditati subiacentium, & ad receptionem ipsorum non sufficientium sibi vendi, & suæ domui incorporari postularet, debeant Camerarius, & Magistri præfati illi ex eis sic petentibus venditionem huiusmodi fieri mandare, quem magis indigere domo vendenda cognouerint: & si forsan æqualiter indigerent, partem vni, & partem alteri, si commodè vendi posset, vendi faciant, aut aliter desuper prouideant, prout eis videbitur expedire: & sic in neutra domorum vicinarum, quæ sic inutiles iam effectæ forent, ex demolitione prædicta, vel efficerentur, in futurum, earum domini habitarent, sed eas locari soliti essent, liceat etiam tunc Camerario, & Magistris præfatis, si id petatur per alterum dominorum earundem domum quam maiora incommoda passam esse cognouerint, quo, mino alterius domus minus læsæ, si emere voluerit, vendi facere modo prædicto, & illo instante dominum domus magis læsæ ad id compellere, & similiter dominum domus contra minus læsæ ad instantiam domini domus magis læsæ ad emendum domum magis læsam, aut suam domino dominus minus læsæ vendendum compellere, seu aliàs prout eis videbitur, prouidere, quòd ambe domus ipsę inutiles, & inhabitabiles non remaneant, & similiter prout eis videbitur prouidere teneantur, quotiens domus ipsæ sic vicinæ, & locari solitæ æqualiter læsæ, & incommodæ effectæ forent. Et ne ob proteruiã, & duritiem dominorum domorum fine quarum demolitioñ. plateæ in eadem Vrbe necessariæ, & vtiles ad illius decorem de nouo ordinari, vel iam ordinatæ ampliari, & noua Palatia, nouæq; domus construi, seu iam constructa ampliari cõmode nequeunt, platearum earundem ordinatio, & ampliatio, ac palatiorum, & domorum de nouo constructio, seu reformatio retardetur; eisdem motu, & scientia, ac auctoritate, & potestate statuimus, quòd Camerarius, & Magistri præfati possint, & debeant dominos domorum quarumlibet locari, non autem per ipsosmet dominos inhabitari solitarum, Ecclesiasticos, & Sæculares quacumque dignitate fungentes cõpellere eos ad vendendum Conseruatoribus, seu Syndico eiusdem Vrbis domos, quas Camerarius, & Magistri præfati necessarias, & vtiles esse cognouerint, pro huiusmodi plateis de nouo ordinandis, & antiquis reformandis, & ampliandis, pro iusto, & rationabili pretio, vt præmittitur imponendo, & similiter ad vendendum domos huiusmodi per eos inhabitari minimè, sed locari, quas vtiles, & necessarias esse putauerint: pro palatiis, domibus, seu aliis ædificiis, tam profanis, quàm Ecclesiasticis in eadem Vrbe de nouo cõstruendis: seu iam constructis ampliandis, personis habentibus iuxta illas domum seu solum, aut locum alium, & volentibus inibi de nouo domos, vel Palatia construere, seu iam constructa ampliare pro iusto & rationabili pretio, vt præfertur taxando, & inter duos, seu plures sic ædificare, seu ampliare volentes, & pro huiusmodi venditione eis fienda ad effectum præmissum, instantes, illamque eis fieri petentes, ille præferatur, cui domus, platea, seu locus, de cuius venditione ageretur, magis adiaceret, seu quo illo magis indigeret, & ex cuius ædificio plus decori eiusdem Vrbis consuli speraretur, & si in omnibus paritas foret, liceat Camerario, & Magistris præfatis venditionem huiusmodi pro parte vni, & pro parte alteri fieri mandare, aut eorum alteri, prout eis videbitur; & in singulis casibus prædictis, in quibus volumus, quòd Camerarius, & Magistri præfati compellere possint aliquos ad vendendum, si illi ad quos pertinerent moniti, & requisiti per Camerarium, & Magistros prædictos bis cum termino conuenienti eorum arbitrio moderando vendere recusauerint, aut malitiosè distulerint, præfati Camerarius, & Magistri debeant vice, & nomine illorum sic requisitorum, & recusantium, vel differentium venditionem huiusmodi facere, cum promissionibus, obligationibus, pœnis, renunciationibus, iuramento, pactis, & clausulis consuetis, & pretium inde proueniens recipere, & penes ædem sacram, aut fide, & facultatibus idoneam personam deponere, dominis domus, seu alterius loci sic per eos pro tempore venditi, si venditionem ipsam ratam habere, & fideiussores de euictione præstare voluerint, & non aliàs consignandum, habeantque venditiones ipsæ, quas sic per Camerarium, & Magistros fieri contingc-

tingeret, & traditiones locorum, & domorum sic venditorum plenam robboris firmitatem, ac si per illos ad quos, domus ipsæ tunc pertinebunt fierent, & eoidem penitus, & omnino operentur effectus, quos operarentur, si fierent ab eisdē. Prouideant autem Camerarius, & Magistri præfati in casibus prædictis in quibus statuimus aliquos compelli debere ad vendendum proponentibus noua ædificia construere, seu iam constructa ampliare velle: vt tales sic proponētes ante omnia se obligent ad inchoandum, & perficiendum huiusmodi noua ædificia modis, & formis, ac infra tempus, & sub pœnis, de quibus ipsis Camerario, & Magistris personarum, & ædificiorum qualitate inspecta, videbitur, & ab illis qui sic se obligauerint, & præmissa non adimpleuerint, pœnas exigant memoratas, & nihilominus eos compellant ad obseruandum promissa per eos, vel quas prius habitabant, & etiam propterea eis vēditas domos aliis ædificare volentibus vendendum pro iusto, & rationabili pretio, vt præfertur moderando. Et quia interdum contingit, quòd habentes domos, siue domorum sedimina, claustra, seu loca in eadem Vrbe, & illa vendere volentes, variis plerunque modis, & occasionibus illa vendere recusant habentibus domos, sedimina, claustra, & loca vicina illisque vendere nolunt, & nonnunquam illa vendunt çmulis eorundem vicinorum, seu personis eis parum gratis, quo fit vt ipsi domorum, claustrorum, & sediminum, seu publicorum locorum vicinorum domini illa emere volentes, & habere, nequeuntes retrahantur persæpe ab ædificando de nouo in eorum sedibus: & locis vicinis, ac ampliando domos, quas inibi habent, sic que decori eiusdem Vrbis, aut saltem ipsorum vicinorum commoditati non parum detrahitur: Volentes super hac æqua ordinatione prouidere, Motu, scientia, & auctoritate prædictis etiam statuimus, & ordinamus, quod præfati sic vendere volentes teneantur, & debeant domos, sedimina, claustra, plateolas, & loca venalia huiusmodi vendere habentibus domos, sedimina, claustra, & loca alia illis contigua pro iusto, & rationabili pretio per alios euidenter, & non ficte forsitan oblato, & si illa aliis, quàm vicinis præfatis venderent, venditiones ipsæ quo ad illos, qui emerent, & eorum commodum nullius sint roboris, vel momenti, & habeantur pro infectis, & perinde, ac si per illum ex vicinis, cui venditio ipsa præsentis constitutionis vigore fieri debebat facta foret, debeant Camerarius, & Magistri præfati ementem à possessione domus, sediminis, claustri, plateolæ, seu alterius loci sic empti absque vlla tela iudicii vicino instante, & pretium rationabile, offerēte & dicto emptori, si illud recipere, & emptioni per eum factæ renunciare, & ipsum vicinum, iuxta Camerarii, & Magistrorum prædictorum ordinationem, cautum facere noluerint persoluendum deponente amouere, & ipsum vicinum in illius possessionem inducere: etsi forsan duo essent vicini, quibus domus, claustrum, sedimen, plateola, seu alius locus, de cuius venditione ageretur, vtilitatem, & commoditatem afferre posset, ille ex eis præferri debeat in præmissis, quem Camerarius, & Magistri præfati conspectis circumstantiis vniuersis venali domo, sedimine, claustro, solo, plateola, seu loco alio magis indigere declarauerint: et si æqualiter indigerent, & pro parte vni, & pro parte alteri possit exinde commoditas prouenire: vtrique proportionabiliter concedatur: si vero facta illius diuisione portiones, vtriusque fere inutiles essent, non diuidatur. sed Camerarius, & Magistri alterum eorundem vicinorum, quem voluerint præferri, faciant in præmissis. Et vt ea, quæ supra statuta sunt, votiuum sortiantur effectum, in præmissis omnibus, & singulis Camerario in Ecclesiasticas, & ei, ac Magistris præfatis in alias personas facultatem, & potestatem concedimus ita, quod idem Camerarius per censuram Ecclesiasticam, & ipse, ac Magistri præfati per pœnarum, & multarum exactionem, ac personalem districtionem, & alia iuris remedia contradictores quoslibet, & rebelles compellere valeant ad præmissa. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac municipalibus statutis Vrbis, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia vallatis, exemptionibusque ac indultis, priuilegiis, & litteris Apostolicis, necnon interdictis personis Ecclesiasticis bonorum immobilium alienationibus, & præstitis per eos desuper iuramentis, à quibus eas absoluimus cōtrariis quibuscunque, seu si aliquibus cōmuniter, vel diuisim à Sede præfata indultum existat, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, quòd pretia domorum, & aliorum bonorum immobilium ad Ecclesias, Monasteria, & pia loca huiusmodi pertinentium, quæ vendi contingeret in posterum vigore præsentium penes ædem sacram, aut fide, & facultatibus idoneā personam cum recognitionibus, obligationibus, & cautelis, etiam in talibus adhiberi solitis deponantur, & in emptionem aliorum bonorum immobilium pro eisdem Ecclesiis, Monasteriis, & piis locis omnino conuertantur, quodque dilecti filii Cameræ eiusdem Vrbis Conseruatores præsentes nostras litteras in registro priuilegiorum, & aliarum scripturarum eiusdem Vrbis in eorundem Archiuio conseruari solito registrari, & illarum tenores in locis publicis, & consuetis eiusdē Vrbis sono tubæ præmisso vulgari sermone publicari, ac præsentes in valuis Capitolii triduo iuris horis, & alibi prout Camerario, & Magistris præfatis visum fuerit, affigi faciant, vt omnibus omni tempore facilius innotescant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, concessionis, absolutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ: Millesimo quadringentesimo, Octuagesimo, Pridie Kalen. Iulij, Pontificatus Nostri Anno Nono.

LEO.

LEONIS DECIMI.

Litteræ facultatis testandi de rebus ædificatis, seu etiam emptis in Vrbe, etiam in fauorem incapacium, nec non & Iuris congrui.

Leo Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

INTER curas multiplices, quæ pro Pastorali officio laudabiliter exequendo nobis incumbunt, illam libenter amplectimur, per quam Romanæ Vrbis, in qua Apostolorum Princeps sibi, & suis in Christi Vicariatu successoribus Sedem statuit, & ad quam de vniuersis orbis Prouincijs frequens assiduusque hominum est accessus conditio, non minus in Vrbanorum, rusticorumque prædiorum amplitudine, & excellentia, quam virorum insignium numero, ac etiam ornatu nostræ prouisionis opere præclárior in dies, atq; illustrior fiat. & qui in ea pro tempore degerint, aut Romani Pontificis Curiam sequentur certiore in suorum dispositione bonorum libertate fruantur, & quæ propterea à nonnullis ex prædecessoribus nostris prouida consideratione emanarunt, vt eò firmius illibata permaneant quò fuerint crebrius Apostolico circumsulta præsidio, nostræ approbationis munimine roboramus, extendimusque, & ampliamus prout temporum ratione habita nostro, & eiusdem Vrbis, ac Curiæ decori cognoscimus expedire. Dudum siquidem felicis recordationis *Sixtus* Papa Quartus prædecessor noster cupiens dictæ Vrbis decori, & venustati in structuris, & ædificijs, ac virorum copia nobilium, quibus Vrbs ipsa ob vários sinistros euentus plurimum diminuta fuerat, opportune consulere, habita super hoc cum tunc Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, de illorum consilio, & assensu, & de ipsius prædecessoris certa scientia, per quasdam primò, quod omnes & singuli, tam sui Curiales dictam Curiam sequentes, quàm alij cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel conditionis existerent, etiam si Cardinalatus honore, aut Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali, vel quauis alia Ecclesiastica, aut mundana dignitate fulgerent, & si regulares forent administrationem, aut dignitatem obtinerent, qui palatia, domos, casalia, siue alia ædificia Vrbana, vel Rustica ædificauerant, aut ædificarent, seu fundari, & ædificari fecerant, vel facerent in futurum, aut ædificata, & constructa emerant, seu emerent, vel illa aut census annuos, iura, & quæuis immobilia bona in Vrbe, vel extra, aut prope eam ad milliaria decem alib quouis iusto titulo, tam ex bonis, & pecunijs propriis, quàm ex fructuum, reddituum, & prouentuum Ecclesiasticorum beneficiorum ad eo; spectantium prouenientibus acquisiuerant eatenus, vel acquirerent inposterum de eisdem casalibus, domibus, palatijs, ædificijs, censibus, iuribus, necnon territorijs, feudis, iurisdictionibus, & bonis aliis quibuslibet dummodo ad Ecclesias, Monasteria, & alia pia loca aliter quàm ex fructibus eorum, vt præfertur, de quibus licere voluit eis pro voto disponere, non pertinerent, in vita ipsorum, & mortis articulo, prout eis videretur disponere testari, codicillari, eaq; legare, seu inter viuos, & causa mortis, aut pro remuneratione laborum, vel obsequiorum eis impensorum donare, & relinquere, quibusuis personis cuiuscunque status, vel conditionis forent, etiam si aliàs legatarij, donatarij, vniuersales, aut particulares hæredes successores, & personæ aliæ ad quas ex dominorum voluntate illa peruenirent, filij, nepotes, consanguinei, affines, familiares, vel alij etiam incapaces, & inhabiles essent, & inhabilitate, vel incapacitate quacumque notati, dummodo criminis læsæ Maiestatis rei, aut dictæ Romanæ Ecclesiæ hostes non essent, ac etiam in pios, & alios quoscumque vsus conuertere libere, & licitè possent: Et si ipsas Ecclesiasticas, aut dignitatem, seu administrationem habentes regulares personas de bonis prædictis per eas aliter non dispositis decedere contingeret, palatia, domos, casalia, & alia ipsorum bona in Vrbe, vel infra milliaria huiusmodi consistentia ad proximiores suos, etiam si agnati, cognati, & minus capaces, vel inhabiles forent, vt præfertur, illa tamen gratus prærogatiua iuxta dispositionem iuris, si aliter de ipsorum decedentium voluntate non constaret, deuenirent, ipsiq; proximiores, siue agnati, vel cognati in eis succedere possent, & deberent in omnibus, & per omnia, perinde ac si descendentes filij, nepotes, agnati, & cognati, habiles, capaces, & hæredes scripti existerent, ac palatia, domos, casalia, & reliqua bona ex ipsorum labore, vel industria, non autem ex fructibus, redditibus, & prouentibus Ecclesiasticis acquisita forent, statuit, & ordinauit, eisque facultatem, & potestatem testandi, codicillandi, legandi, concedendi, donandi, erogandi: proximioribus verò, necnon agnatis, & cognatis prædictis, etiam incapacibus, & defectum natalium patientibus, in eis, vt præfertur succedendi liberam licentiã concesit; Inhibuitq; Cameræ Apostolicæ Clericis, & aliis suis, ac Curiæ, & Vrbis prædictarum officialibus, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum Ecclesiasticorum locorum Prælatis, Capitulis, Conuentibus, Prioribus, Præpositis, Plebanis, Rectoribus, aliisq; quocumque nomine nuncuparentur, ne de bonis per eosdem, vt præmittitur relictis, legatis, donatis, seu quouismodo in dicta Vrbe, vel extra infra spacium huiusmodi demissis se intromittere, aut illa petere, vendicare, seu hæredes, & successores decedentium personarum earundem illorum occasione inquietare

quietare, aut molestare quoquomodo præsumerent: ac decreuit irritum, & inane, quicquid secus super iis per quoscunque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contingeret attentari, & deinde per alias suas litteras Motu proprio, & ex certa sua scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam perpetuo statuit, & ordinauit, quòd tunc, & pro tempore existentes dictæ Romanæ Ecclesiæ Camerarius, & Magistri ædificiorum, & stratarum dictæ Vrbis ad requisitionem dominorum quorumcunque domorum, quarum porticus prosellia, seu alia ædificia pro viis, seu plateis, & aliis locis publicis eiusdem Vrbis eatenus diruta fuerant, ac dirui contingeret, quandocunque de mandato Magistrorum eorumdem, si domini prædicti in domibus ipsis inhabitare soliti erant ante demolitionem eandem, & tempore demolitionis huiusmodi factæ, & quam fieri contingeret in futurum absque dolo, & fraude inhabitabant, & in posterum inhabitarent, & propter huiusmodi demolitionem iam factam, & quæ fieret, domus ipsæ effectæ essent, vel efficerentur in posterum pro eorumdem dominorum ipsarum commoda receptione, & inhabitatione incapaces, essentque iuxta eas aliquæ domus per earum dominos minimè inhabitari solitæ, sed pro earum annua responsione, vel aliàs locari consuetæ, ex quarum coniunctione cum domo huiusmodi sic incommoda effecta domino domus sic incommodæ effectæ aduersus incommoditatem huiusmodi subuenire valeret, tenerentur compellere illos, ad quos domus ipsas, sic vicinas legitimè pertinere eis constaret, etiam si ad Ecclesias, & Monasteria, tam virorum, quàm mulierum ordinum quorumcunque, etiam exemptorum, necnon beneficia Ecclesiastica, Hospitalia, ac loca pia pertinerent, ad vendendum eisdem domos vicinas eis, quas sic incommodas effectas esse cognoscerent pro pretio per duos probos, & expertos viros per vtramque partem eligendos determinando, & declarando: si verò ij duo concordes in eodem assignando pretio non essent, eo casu ipsi Camerarius, & Magistri ædificiorum, habito ipsorum duorum iudicio, pretia eadem imponerent, & assignarent, & si forsan contingeret ex demolitione huiusmodi duas domos sic per earum dominos inhabitatas incommodas modo præmisso effici, & inter eas esse aliam domum per illius dominum locari solitam, quam quilibet dominorum vicinorum domorum prædictarum incommoditati subiacentium, & ad receptionem ipsorum non sufficientium sibi vendi, & suæ domui incorporari postularet, deberent Camerarius, & Magistri præfati illi ex eis sic petentibus venditionem huiusmodi fieri mandare, quem magis indigere domo vendenda existimarent: & si ea forsan vterque æqualiter indigeret, partem vni, & partem alteri, si commode diuidi posset, vendi facerent, aut aliter desuper prouiderent, prout eis expedire videretur. Et si neutram domorum vicinarum, quæ sic inutiles iam effectæ forent ex demolitione prædicta, vel efficerentur in futurum, earum domini habitarent, sed eas locare soliti essent; liceret etiam tunc Camerario, & Magistris præfatis, sed id deferretur per alterum dominorum earundem dominum domus minus læsæ ad instantiam domini domus magis læsæ ad emendum domum magis læsam, aut suam domino domus magis læsæ vendendum compellere, seu aliàs prout eis videretur prouidere, quòd ambæ domus ipsæ inutiles, & inhabitabiles non remanerent: & similiter prout eis videretur, prouiderent quotiens domus ipsæ sic vicinæ, & locari solitæ æqualiter læsæ, & incommodæ effectæ, forent: Et ne ob proteruiam, & duritiem dominorum domorum, sine quarum demolitione plateæ in eadem Vrbe necessariæ, & vtiles ad illius decorem de nouo ordinari, vel iam ordinatæ ampliari, & noua Palatia nouæque domus construi, seu iam constructæ ampliari cõmode nequirent, platearum earundem ordinatio, & ampliatio, ac palatiorum, & domorum de nouo constructio, seu reformatio retardentur, possent, atque deberent iidem Camerarius, & Magistri dominos domorum quarumlibet locari, non autem per ipsosmet dominos inhabitari solitarum Ecclesiasticos, & Seculares quacumque dignitate fungentes cogere ad vendendum pro iusto, & rationabili pretio, vt præmittitur statuendo, Conseruatoribus, seu *Syndicis* eiusdem Vrbis, domos, quas pro huiusmodi plateis de nouo ordinandis, vel antiquis reformandis, & ampliandis necessarias, & vtiles esse cognoscerent, idemque facerent circa alias domos per earum dominos inhabitari minime solitas, sed locari, quas vtiles, necessarias esse putarent pro palatiis, domibus, seu aliis ædificiis, tam profanis, quam Ecclesiasticis, in eadem Vrbe de nouo construendis, seu iam constructis, ampliandis, ad instantiam personarum habentium iuxta illas domum, seu solum, aut locum alium, & volentium inibi de nouo domus, vel Palatia construere, seu iam constructa ampliare: & si duo, seu plures in huiusmodi instantia concurrerent, ille cæteris præferretur, cui domus, platea, seu locus, de cuius venditione ageretur magis adiaceret, seu qui illo magis indigeret, & ex cuius ædificio plus decori eiusdem Vrbis Consuli speraretur: & si in omnibus paritas foret, liceret Camerario, & Magistris præfatis venditionem huiusmodi pro parte alteri, aut vni ex eis in totum fieri mandare, prout eis videretur: Et voluit dictus prædecessor, quod in singulis casibus prædictis, si illi ad quos domus, & alia loca vendenda huiusmodi pertinerent, et moniti, et requisiti per Camerarium, et Magistros prædictos bis cum termino conuenienti eorum arbitrio moderando vendere recusarent, aut malitiosè differrent, Camerarius, & Magistri præfati deberent vice, & nomine illorum sic requisitorum, & vendere recusantium, vel differentium venditionem huiusmodi facere, cum promissione, obligatione, pœnis, renunciationibus, iuramento, pactis, & cautelis consuetis, & pretium inde proueniens recipere, & penes eadem sacram, aut fide, & facultatibus idoneam personam deponere, dominis domus, aut alterius loci sic per eos pro tempore venditi, si venditionem ipsam ratam habere, & fideiussores de euictione, præstare vellent, & non aliàs consignandum, haberentque venditiones ipsæ, quas sic per

Camerarium, & magistros fieri contingeret, & traditiones locorum, & domorum sic venditorum plenam roboris firmitatem, & eosdem omnino operarentur effectus, ac si per illos ad quos illa tunc pertinebant facta fuissent, Prouiderent quoq; idem Camerarius, & Magistri in casibus in quibus aliquos compelli contingeret ad vendendũ, pponentibus noua ædificia cõstruere, seu iam constructa ampliare velle, vt ipũ talia proponentes, ante omnia se obligarent ad inchoandum, & perficiendum huiusmodi noua ædificia, modis, & formis, ac infra tempus, & sub pœnis, de quibus Camerario, & Magistris, personarum, & ædificiorum qualitate inspecta videretur, & ab illis, qui sic se obligassent, & præmissa non adimplerent, pœnas exigerent memoratas, & nihilominus eos compellerent ad obseruãdum promissa per eos, vel quas prius habitarẽt, & etiam propterea eis venditas domos aliis ædificare volentibus vendendum pro iusto, & rationabili pretio vt præfertur moderando. Et quia interdum contingebat, quod habentes domos, siue domorum, sedimina, claustra, seu loca in eadem Vrbe, & illa vendere volentes, variis plerumq; modis, & occasionibus illa vendere recusabant habentibus domos, sedimina, claustra, & loca illis vicinia, & nonnumquam illa vendebant æmulis eorundem vicinorum, seu personis ei parum gratis, quo fiebat, vt ipsi domorum, claustrorum, & sediminum, seu aliorum locorum vicinorum domini illa emere volentes, & habere nequeuntes retraherentur perspe ab ædificatione de nouo in eorum sediminibus, & locis vicinis, ac ab ampliandis domibus, quas inibi habebant, sicque decori eiusdem Vrbis, aut saltem ipsorum vicinorum commoditati non parum detrahebatur. Etiam statuit, & ordinauit idem prædecessor, quod præfati, sic vendere volentes, tenerentur domos, sedimina, claustra, plateolas, & loca venalia huiusmodi vendere habentibus domos, sedimina, claustra, & loca alia illis contigua pro iusto, & rationabili pretio per alios euicenter, & non ficte forsitan obiato, & si illa aliis, quam vicinis præfatis venderent: venditiones illæ quoad alios, qui ea emerent, & eorum commodum nullius essent roboris, vel momenti, & haberentur pro infectis, & deberent Camerarius, & Magistri præfati ementem à possessione domus, sediminis, claustri, plateolæ seu alterius loci sic empti, absque vlla tela iudicij, vicino instanti, & pretium rationabile offerenti, & dicto emptori si illud recipere, & emptionẽ per eum factæ renunciare, & ipsum vicinum iuxta Camerarii, & Magistrorum prædictorum ordinationem cautum facere vellet persoluendum deponente, amouere, & ipsum vicinum in illius possessionem inducere, perinde, ac si emptio ab ipso facta fuisset: & si forsan duo essent vicini, quibus domus, claustrum, sedimen, plateola, seu alius locus, de cuius venditione ageretur, vtilitatem, & commoditatem ferre posset, ille ex eis præferri deberet in præmissis quem Camerarius, & Magistri præfati conssiderata circumstantiis vniuersis venali domo, sedimine, claustro, solo, plateola, seu loco alio magis indigere declararent: & si equaliter indigerent, & pro parte vni, & pro parte alteri posset exinde commoditas prouenire, vtique proportionabiliter concederetur: si vero facta illius diuisione proportiones vtriusq; fere inutiles essent, non diuideretur, sed Camerarius, & Magistri alterum eorundem vicinorum quem vellent, illam, vel illud assignarent, Camerario in Ecclesiasticas & eo, ac Magistris præfatis in alias personas cum facultate, & potestate videlicet Camerario per censuram Ecclesiasticam, & ipso, ac Magistris præfatis per pœnarũ, & multarum exactionem, ac personalem districtionem, & alia iuris remedia, contradictores quoslibet, & rebelles compescendi, Executoribus desuper deputatis, prout singulis litteris prædictis plenius continetur. Et successiuè piæ memoriæ Iulius Papa Secundus, etiam prædecessor noster, motu, & scientia similibus, dictas priores litteras cum inhibitionibus, ac singulis aliis in eis contentis clausulis approbauit, & confirmauit, ac perpetuo firmitatis robur obtinere, & obseruari debere decreuit, voluit, & mandauit. Nos igitur considerantes, quantum decoris, & dignitatis Vrbi, & Curiæ supradictis, & in ædificiorum, & prædiorum ampliatione, & salubrioris aeris amœnitate, & hominum in omni virtutum, & dignitatum genere illustrium copia, & cultu, à tempore quo dictæ litteræ emanarunt accessit, & quod pro conseruatione, & in melius progressu Curiæ, & Vrbis prædictarum status necessaria est perpetua & inuiolabilis dictarum vsus, & obseruantia litterarum, earumque in aliquibus, quæ ipsarum etiam in suburbiis, & aliis locis dictæ Vrbi, vt præmittitur circumuicinis effectum passim impedire noscuntur extensio, & ampliatio, cupientesque in præmissis pro virili nostra opportunum adhibere remedium, Motu simili non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera, & matura deliberatione, ac certa scientia, auctoritate Apostolica tenore præsentium omnes, & singulas litteras prædictas cum omnibus in eis contentis clausulis approbamus, & innouamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, Decernentes eas in singulis ipsarum partibus, etiam in quibus forte hactenus in vsum receptæ non fint, debere ab omnibus perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari. Et nihilominus dictorum prædecessorum inhærendo vestigiis cupientes ipsorum Ciuium, & Curialium, & aliorum ædificare volentium commoditatibus prouidere, vt quantocitius Vrbs ipsa, ac prædia nostris præsertim temporibus ædificiis, ac prædiis instauretur, considerantes, quod in eadem, & eius districtu sunt multæ domus, & loca sub proprietate, tam diuersarum Basilicarum, & Ecclesiarum, quàm Hospitalium, & aliorum quorumcunque piorum locorum, in casum in quem domini, quibus incensum, aut emphyteusim, seu aliàs quomodolibet loca, aut domus concessa sunt, in illis ædificare vellent, vel cum aliis ad hunc effectum tantum, prout melius poterunt concordare, iuxta seriem, & tenorem litterarum recolendæ memoriæ Alexandri Papæ VI. etiam prædecessoris nostri super Via Alexandrina emanatarum, quas cum omnibus illarum inhibitionibus, decretis, clausulis, & mandatis approbamus, & innouamus, ac ad quæcumq; Vrbis, & prædiorum loca

ad hunc effectum extendimus, & ampliamus, Earundem tamen basilicarum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcunque etiam piorum locorum non solum indemnitati, sed vtilitati prouidere volentes, prout per præsentes prouidemus. Et vt dicti domini, vel alii ad ædificandum facilius, & libentius inducantur, volumus, & decernimus, quòd si census, vel responsio, & pensio annua erit in emphyteusim perpetuam, aut censum perpetuum alicuius familiæ, quod tali casu liceat illis de familia tantundem censuum similem responsionem in aliam domum siue domos, vel possessionem, aut quæcunque alia bona stabilia ad dictum censum, vel responsionem conuenientia transferre, & permutare, aucta tamen decima parte; Quod etiam volumus, & decernimus de domibus, & locis, tam intra, quàm extra ipsam Vrbem intra milliaria prædicta huiusmodi consistentibus, & cæteris bonis dictarum Basilicarum Ecclesiarum, & aliorum etiam piorum locorum diuersis inquilinis pro annua responsione, vel aliter etiam ad plures annos quibusuis locatariis locari, seu ad plures vitas, aut cum facultate denominandi vnam vel plures personas concedere solitis, seu concessis, aut in futurũ concedendis, quo possint in illis ædificare, seu illa quoquomodo ampliare volentes dare, & consignare dictis dominis, & proprietariis alias domos, seu possessiones, vel quæcunque alia bona stabilia tantumdem diuersis inquilinis pro annua pensione cum augumento tamen decimæ, seu maioris partis arbitrio Camerarii, & Magistrorum stratarum, quod huiusmodi honestum visum fuerit, ac alii seu illarum, & illorum pretia cum dicto augumento iuxta formam, & tenorem dictarum litterarum Alexandri, & pecunias inde prouenientes in alias possessiones, & bona, vel necessitates ipsarum Ecclesiarum, prout in dictis litteris latius continetur, conuertere: quod si quis id efficere recusabit, possint Camerarius, & Magistri prædicti iuxta facultates in dictis litteris Sixti, & Alexandri concessas cogere quæcunque Capitula, Conuentus, Hospitalia, & alia quæuis etiam pia loca ad faciendum dictam permutationem cum augumento dictæ decimæ partis. Et si inter duos, aut plures ædificare volentes lis, aut controuersia oriri contingant, volumus, & decernimus, quòd præuentio habeat locum, quod qui primus negotium inceperit, & dictos dominos propietarios primus interpellauerit, ille sit potior, nec ab aliquo postea molestari, vel quoquomodo impediri possit, & valeat: quinimmo ex nunc sit illi ius quæsitum. Et tamen ad tollendum scandala, seu controuersias, quæ exinde oriri contingeret, ne quis postea dolose, & fraudulenter ob proteruiam aliquorum, & inuidiam, seu ipsorum commodum, plerumque fieri posset, etiam si plus offerrent, & aliis, vt præmittitur esset impedimentum, volumus, & decernimus, quod permutatio huiusmodi cum augumento decimæ partis, & vltra, prout arbitratum fuerit, vt præfertur censeatur, & sit in euidentem vtilitatem: Et ne ob huiusmodi interpellationem domini, & proprietarij prædicti aliqua damna, seu incommoda patiantur, quòd liceat ipsis eosdem suas domus, loca, & bona retinere: donec sit illis cum effectu assignata dicta recompensa cum augumento huiusmodi: Et quoniam, sicut accepimus, nonnulli ad habitandum domos, quibus illarum vicinos, pro ornatu, & ampliatione prædictis indigere conspiciunt, de nouo se conferunt, vel illas instaurari, aut refici faciunt, vt quod eis directe non licet, hac saltem via obliqua dictæ Vrbis decori, & vtilitati obuient, vel illa augere desiderantes ad domos ipsas longe plus iusto pretio emendum necessitate compellant: auctoritate, & tenore præmissis declaramus omnes, & singulos, qui postquam pro parte dictorum Magistrorum super domibus eorum per eos, tunc non habitatis, pro commoditate illis, & apud illas ædificare volentium, vt præfertur vendendis, requisiti fuerint; domos vendendas huiusmodi de nouo habitare, aut instaurari, vel refici, non tamen à fundamentis facere incœperint, ad illas vendendum, iuxta dictarũ Sixti Prædecessoris posteriorum litterarum tenorem, perinde, ac si ad eas sic de nouo habitandum te non contulissent, illasue instaurari, aut refici facere non incœpissent, per Camerarium, & Magistros præfatos cogi, & compelli posse, atque debere, tam in præteritis, quàm in futuris: ac volumus ea omnia, quæ per Sixtum prædecessorem præfatum super venditionibus, & diuisionibus domorum, arearum, siue platearum intra Vrbem consistentium in fauorem personarum de nouo ædificare, aut constructa ædificia, & prædia ampliare volentium, ab inuitis dominis, seu etiam eorum nomine faciendis prouide sunt disposita, etiam extra Vrbem in locis vltra prædicta milliaria nõ distantibus, in quibus ab aliquot citra annis multa, & speciosa vicidaria, vineæ, & alia non minus pulchra quam vsui humano vtilia, & necessaria, recessus, & ædificia surgere incœperunt, vicem sibi vendicare, & effectum sortiri debere, vbi, & quoties eisdẽ Camerario, & Magistris videbitur vtilitati, vel ornatui publico expedire. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis facultatum, & licentiarum testandi, & aliàs disponendi inter viuos, vel in vltima voluntate de bonis, & rebus per Ecclesias, & alia Ecclesiastica, & pia loca, illorumue fructus, redditus, & prouentus pro tempore acquisitis personis Ecclesiasticis secularibus per Sedem Apost. quomodlibet concessarũ reuocationibus, reductionibus, modificationibus suspẽsionibus, & aliis contrariis dispositionibus, etiam per viam perpetuæ constitutionis ex quibusuis etiam in fidei, aut terræ sanctæ contra Infideles, & fabricæ dictæ Basilicæ subsidium, aut aliis quantumlibet maximis, & vrgentissimis, ac necessariis causis, etiam motu, & scientia, ac potestatis plenitudine de similibus, & de dictorum Cardinalium consilio etiã Consistoriali ter habito, & cum aliis quibuscunque etiam derogatariarum derogatoriis, & talibus clausulis irritantibus, declarationibus, restitutionibus, reintegrationibus, & decretis, quod illis non possit modo aliquo derogari, per præfatos, & quoscumque Romanorum Pontifices similiter prædecessores nostros, ac nos, & Sedem prædictam factis, & faciendis, quibus omnibus, illorum tenores, ac si de verbo ad

verbum inserentur præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, harum serie motu, scientia, & potestatis plenitudine supradictis specialiter, & expresse derogamus, & ad præsentium, & dictarum Sixti, Alexandri, Iulij, & aliorum prædecessorum litterarum, & contentorum omnium in eis obseruarionem nos, successoresque nostros æque, & absque vlla differentia teneri, ac si ea solemni dilectorum filiorum Pauli Colæ Iohannis, & Francisci de Veteranis, ac Iuliani de Loris Conseruatorum Cameræ, & Antonii de Zocchulis Prioris Capitum Regionum dictæ Vrbis, ac Marci Antonii de Alteriis, & Iacobi de Fraiapanibus Magistrorum ædificiorum, & viarum dictæ Vrbis, pro dilectis filiis Populo Romano, & ipsius nomine stipulatione desuper præcedente, nos, & successores nostri præfati eisdem Populo concessissemus & cum eis super his omnibus, & singulis contraxissemus decernimus, & declaramus, cæteris quoq; contrariis, quibuscunq; Et quia difficile forsan foret præsentium litterarum notitiã ad quascunq; personas deuenire, eadem Apostolica auctoritate volumus, & decernimus, quod transumptis præsentium litterarum, etiam per impressionem factis, subscriptione, & sigillo dilectorum filiorum Conseruatorum Cameræ almæ Vrbis nostræ munitis eadem fides vbicunque adhibeatur, quæ ipsis originalibus litteris quibuscunque in locis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, communitionis, decreti, extensionis, ampliationis, prouisionis, voluntatis, declarationis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo decimosexto, Quarto Non. Nouembris, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

R. Eps Ostien. Cardinalis S. Georgii Camerarius.
P. Cardinalis S. Eusebij.
Vita A. Cardinalis S. Praxedis.

PII QVARTI

Confirmatio Iurisdictionis, & facultatum DD. Magistrorum Viarum, cum pluribus aliarum litterarum declarationibus, ac ampliationibus, ad vtilitatem, & decorem Almæ Vrbis.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

INTER multiplices curas, quæ mentem nostram vndequaque solicitant, illi summa ope iampridem incumbendum nobis esse statuimus, vt Almam Vrbem nostram perpetuam Vicarii Christi, spiritualisque Imperii Sedem longe fœlicioribus, quam priscum illud temporale partum fuerat, auspicijs stabilitam, communemque totius Christiani Populi Patriam, sicut bonis moribus, omnique virtutum genere perornatam, ita templorum, & aliarum tam Sacrarum, & publicarum, quàm priuatarum ædium, plateasum, & viarum pulchritudine. Necnon murorum, propugnaculorumque firmitate decoratam, ac etiam pomerijs suis longe, lateque prolatis insigniter ampliatam, cum Dominus huic nostræ peregrinationi modum duxerit imponendũ: relinquamus, & vt hæc votis nostris respõdeãt, corũ cutã, solicitudinemq; egregiorum Ciuiũ prudentiæ libenter committimus, qui sciant, velint, & valeant id muneris, & diligẽter amplexari & fideliter exercere. Dudum siquidem fœlicis recordationis Sixtus Papa Quartus prædecessor noster, cupiens ipsius Vrbis decori, & venustati in suis structuris, & ædificiis, ac ampliationi, & dilatationi consulere. Motu proprio, & ex certa scientia sua, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine perpetuo statuit, & ordinauit: quòd pro tempore existentes Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarius, & Magistri ædificiorum, & Stratarum Vrbis ad requisitionem dominorum quorumcunque domorum, quarum porticus, prosellia, seu alia ædificia pro viis, seu plateis, & alijs locis publicis

blicis eiusdem Vrbis eatenus diruta fuerant, ædirui contingeret. Et quandocunque dè mandato Magistrorum eorundem, si domini prædicti domos ipsas inhabitare soliti erant ante demolitionem, & tempore demolitionis huiusmodi factæ, & quam fieri contingeret in futurum, absq; dolo, & fraude inhabitabant, & in posterum inhabitarent: Et propter demolitionem huiusmodi iam factam, & quæ fieret domus effectæ essent, vel in posterum efficerentur pro eorundem dominorum commoda receptione, & inhabitatione incapaces, essentque iuxta eas aliquæ domus per earum dominos minimè inhabitari, sed pro earum annua responsione, vel aliis locari solitæ, ex quarum coniunctione cũ incapaci effecta domo huiusmodi domino illius aduersus incommoditatem huiusmodi subuenire posset, tenerentur compellere dictarum domorum vicinarum dominos, etiam si ad Ecclesias, & Monasteria tam virorum, quàm mulierum, ordinum quorumcunque, etiam exemptorum, Necnon Beneficia Ecclesiastica, Hospitalia, & alia pia loca pertinerent, ad eas vendendum dominis truncatarum domorum, propretio per duos probos, & expertos viros per vtramque partem eligendos determinando, & declarando. Si vero hi duo concordes in eodem pretio assignando non essent, eo casu ipsi Camerarius, & Magistri, habito ipsorum dominorum iudicio, pretium imponerent, & assignarent. Et si forsan contingeret ex demolitione huiusmodi duas domos, sic per earum dominos inhabitatas, incommodas modo præmisso effici, & inter eas aliam adesse domum locari solitam, quam vterq; dominus dictarum duarum domorum demolitionem passarum, & incapacium effectarum sibi vendi, & suæ domui incorporari postularet: deberent Camerarius, & Magistri præfati illi ex eis venditionem huiusmodi fieri mandare, quem magis indigere domo vendenda existimarent. Et si ea forsan vterque æqualiter indigeret, partem vni, & partem alteri, si commode diuidi posset, vendi facerent, aut aliàs desuper prouiderent, prout eis expedire videretur. & si domos imminutas huiusmodi domini sui nõ habitarent, sed eas locare soliti essent, liceret etiam cum Camerario, & Magistris præfatis, si id peteretur per alterum dominorum domorum earumdem, dominum domus minus læsæ, ad instantiam domini domus magis læsæ, ad emendum domum magis læsam, aut suam dominodomus magis læsæ, vendendum compellere, seu aliàs, prout eis videretur prouidere, quod ambæ domus ipsæ inutiles, & inhabitabiles non remanerent: & similiter, prout eis videretur, prouiderent, quoties domus ipsæ sic vicinæ, & locari solitæ æqualiter læsæ, & incommodæ effectæ forent. Et ne ob proteruiam, & duritiem dominorum domorum, siue quarum demolitione plateæ in eadem Vrbe necessariæ, & vtiles, ad illius decorem de nouo ordinari, vel iam ordinatæ ampliari, & noua Palatia, nouæque domus construi, seu iam constructæ ampliari cõmode nequirent, Platearum earundem ordinatio, & ampliatio, ac Palatiorum, & domorum de nouo constructio, seu reformatio retardarentur: possent, atque deberent ijdem Camerarius, & Magistri dominos domorum quarumlibet locari, non autem per ipsosmet dominos inhabitari solitarum, Ecclesiasticos, & seculares quacunque dignitate fungentes cogere ad vendendum pro iusto, & rationabili pretio, vt præmittitur statuendo, Conseruatoribus, seu Syndicis eiusdem Vrbis domos, quas pro huiusmodi Plateis de nouo ordinandis, vel antiquis reformandis, & ampliandis necessarias, & vtiles esse cognoscerent: idemque facerent circa alias domos per earum dominos inhabitari minime, sed locari solitas, quas vtiles, & necessarias esse putarent pro Palatiis, domibus, seu allis ædificiis, tam profanis, quàm Ecclesiasticis, in eadem Vrbe de nouo construendis, seu iam constructis, ampliandis, ad instantiam personarum habentium iuxta illas domum, seu solum, aut alium locum, & volentium ibi de nouo domos, vel Palatia construere, seu iam constructa ampliare. Et si duo, seu plures in huiusmodi instantia concurrerent, ille cæteris præferretur, cui domus, platea, seu locus, de cuius venditione ageretur, magis adiaceret, seu qui illo magis indigeret, & ex cuius ædificio plus decori eiusdem Vrbis consuli sperareturr: & si in omnibus paritas foret, liceret Camerario, & Magistris præfatis, venditionem huiusmodi pro parte vni, & pro parte alteri, aut vni ex eis in totum fieri mandare, prout eis videretur. Volens, quòd in singulis casibus prædictis, si illi, ad quos domus, & alia loca vendenda huiusmodi pertinerent, bisque moniti, & requisiti per Camerarium, & Magistros præfatos cum termino conuenienti eorum arbitrio moderando vendere recusarẽt aut malitiosè differrent, Camerarius, & Magistri præfati, vice, & nomine illorum sic recusantiũ, vel differentium venditionem huiusmodi facere cum promissione, obligatione, pœnis, renunciationibus, iuramento, pactis, & cautelis consuetis, & pretium inde prouenies recipere, & pœnes ædem sacram, aut fide, & facultatibus idoneam personam deponere deberent, dominis domus, aut alterius loci sic per eos pro tempore venditi, si venditionem ipsam ratam habere, & fideiussores de euictione præstare vellent, & non aliàs consignan haberentque venditiones ipsæ, quas sic per Camerarium, & Magistros fieri cõtingeret, & traditiones locorum, & domorũ sic venditarum plenam roboris firmitatem, & eosdẽ omnino operarentur effectus, ac si per illos, ad quos illa tunc pertinebant, factæ fuissent. prouiderent quoque ijdem Camerarius, & Magistri, in casibus, in quibus aliquos compelli contingeret ad vendendum proponentibus noua ædificia cõstruere, seu iam constructa ampliare se velle, vt ipsi talia proponentibus noua ædificia construere, seu iam cõstructa ampliare se velle, vt ipsi talia proponentes ante omnia se obligarent ad inchoandum, & perficiẽdum huiusmodi noua ædificia, modis, & formis, ac infra tẽpus, & sub pœnis, de quibus ipsis Camerario, & Magistris, personarum, & ædificiorum qualitate inspecta videretur, & ab illis, qui sic se obligassent, & præmissa non adimplerent, pœnas exigerent memoratas. Et nihilominus eos compellerent ad obseruandum promissa per eos, vel quas prius habitarẽt, & etiam propterea eis venditas domos alias

ædificare volentibus vendendum, pro iusto, & rationabili pretio, vt præfertur, moderando. Et quia interdum contingebat, quod habentes domos, siue domorum sedimina, claustra, seu loca in eadem Vrbe, & illa vẽdere volentes variis plerunq; modis, & occasionibus illa vendere recusabant habentibus domos, sedimina, claustra, & loca illis vicina, & nonnũquam illa vendebant æmulis eorundem vicinorum, seu personis eis parum gratis, quo fiebat, vt ipsi domorum, claustrorum, & sediminum, seu aliorum locorum vicinorum domini illa emere volentes, & habere nequeuntes retraherentur persæpe ab ædificatione de nouo in eorum sedimin bus, & locis vicinis, ac ab ampliandis domibus, quas inhibi habebant: sicque decori eiusdem Vrbis, aut saltem ipsorum vicinorum commoditati non parum detrahebatur. Statuit etiam, & ordinauit idem Sixtus prædecessor, quòd præfati sic vendere volentes, tenerentur domos, sedimina, claustra, plateolas, & loca venalia huiusmodi vendere habẽtibus domos sedimina, claustra, & loca alia illis contigua, pro iusto, & rationabili pretio, per alios euidenter, & non ficte forsan oblato, & si illa alius quam vicinis præfatis venderent, venditiones illę, quoad alios, qui ea emerent, & eorum commodum, nullius essent roboris, vel momenti, & haberentur pro infectis: deberentque Camerarius, & Magistri præfati ementem à possessione domus, sedimnis, claustri, plateolæ, seu alterius loci, sic empti, absq; ulla tela iudicii, vicino instante, & pretium rationabile offerente, & dicto emptori, si illud recipere, & emptioni per eum iuste renunciare, & ipsum vicinum iuxta Camerarii, & Magistrorum prædictorum ordinationem cautum facere vellet, persoluendum deponente, amouere, & ipsum vicinum in illius possessionem inducere, perinde, ac si emptio ab ipso facta fuisset. Et si forsan essent duo vicini, quibus domus, claustrum, sedimen, plateola, seu alius locus, de cuius venditione ageretur, vtilitatem, vel commoditatem afferre posset, ille ex eis præferri deberet in præmissis, quem Camerarius, & Magistri præfati consideratis circunstantiis vniuersis, venali, domo, sedimine, claustro, solo, plateola, seu alio loco magis indigere declararent; Et si æqualiter indigerent, & pro parte vni, & pro parte alteri posset exinde commoditas prouenire, vtrique proportionabiliter concederetur. Si vero facta illius diuisione, portiones vtriusque ferè inutiles essent, non diuideretur, sed Camerarius, & Magistri, alteri eorundem vicinorum, quem vellent, illam, seu illud assignarent, Camerario in Ecclesiasticas, & eo, ac Magistris præfatis in alias personas, cum facultate, & potestate videlicet, Camerario per censuram Ecclesiasticam, & ipso, ac Magistris præfatis per pœnarum, & mutarum impositionem, ac personalem districtionem, & alia iuris remedia, contradictores quoslibet, & rebelles cõpescendi, Executoribus desuper deputatis: Et successiuè pię me. Leo Papa X. etiam prædecessor noster considerans, quantum decoris, & dignitatis Vrbi, & Curiæ Romanæ supradictis ædificiorum, & prædiorum ampliatione, & salubrioris aeris amœnitate, & hominum in omni virtutum, & dignitatum genere illustrium copia, & cultu à tempore, quo litteræ ipsius Sixti prædecessoris super præmissis emanauerint, accesserat; Motu, & scientia, & potestatis plenitudine similibus, litteras Sixti Quarti, huiusmodi cum omnibus in eis contentis clausulis per suas litteras approbauit, & innouauit. Decernens eas in singulis partibus suis etiam, in quibus fortè hactenus vsu receptæ non fuerant, ab omnibus perpetuis futuris tẽporibus inuiolabiliter obseruari. Et nihilominus præfati Sixti prædecessoris vestigiis inhærens, ipsorumque Ciuium, & Curialium, ac aliorum ædificare volentium commoditatibus prouidere cupiens: inter alia (quoniam sicut acceperat, nonnulli ad habitandum domos, quibus illarum vicinos pro ornatu, & ampliatione supra dictis indigere conspiciebant, de nouo se conferebant, vel illas instaurari, aut refici faciebant, vt quod eis directo non licebat, hac saltem via aliqpa dictæ Vrbis decori, & vtilitati obuiarent, vel illa augere desiderantes ad domos ipsas longe plus iusto pretio emendum necessitate compellerẽt) auctoritate Apostolica præfata declarauit, omnes, & singulos, qui postquam pro parte dictorum Magistrorum super suis domibus per eos, tunc non habitatis pro commoditate in illis, & apud illas ædificare volentium, vt præfertur, vẽdendis requisiti forent, etiam si domos vendendas huiusmodi de nouo habitare, aut instaurari, vel refici, non tamen à fundamentis, facere incœpissent, ad illas vẽdendum iuxta dictarum Sixti prædecessoris litterarum tenorem, proinde ac si ad eas de nouo habitandum se non contulissent, aliasue restaurasi, aut refici non fecissent, per Camerarium, & Magistros prefatos cogi, & compelli posse, atque debere, tam in præteritis, quàm futuris. Et generaliter volens ea omnia, quæ per Sixtum prædecessorem præfatum super venditionibus, & diuisionibus domorum, arearum, siue platearum intra Vrbem consistentium: instaurationibus de nouo ædificare, aut constructa ædificia, & prædia ampliare volentium, ab inuitis dominis, seu etiam eorum nomine faciendis prouide dispositis fuerant, etiã extra Vrbem in locis ab illa vltra decem milliaria non distantibus, vicem sibi vendicare, & effectum fortiri debere, vbi, & quoties eisdem Camerario, & Magistris videretur vtilitati, vel ornatui publico expedire: alias que, & alia tam Sixtus, quàm Leo prædecessores præfati voluerunt, ordinarunt, statuerunt, concesserunt, indulserunt, mandarunt, decreuerunt, & disposuerunt, prout in singulis illorum litteris præfatis, quarum tenores, & datam, ac si de verbo ad verbum inserrentur præsentibus, pro expressis, & insertis haberi volumus, plenius continetur. Nos autẽ eidẽ Almæ Vrbis ornatui, ampliationi, decori, & pulchritudini, aerisque salubritati non minus, quam ipsi prædecessores cõsulere cupiamus, quantum in nobis est consulere, Et quemadmodum illam Ciuitatem nostrã Piam ampliauimus, mœnibusq; ac propugnaculis munitissimus, eam quoq; vt munitam, ita etiã ornatam, ac speciosã reddere cupientes: eorundem prædecessorum vestigiis inhærendo similiter Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de pari potestatis plenitudine

plenitudine, singulas Sixti, & Leonis prædecessorum eorundem litteras prædictas cum supradictis, ac etiam alijs omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, ac inde sequuta quæcunque, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò confirmamus, approbamus, & innouamus. Decernentes easdem litteras in omnibus, & singulis illarum partibus, etiam hic non expressis, etiam in quibus forsan hactenus vsu receptæ non sunt, seu non esse dici possent, perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter, & ad vnguem ab omnibus obseruari debere, ac omnes, & singulos ad illarum obseruationem omnino teneri, efficaciter obligatos existere, & censeri, ac ad id opportunis iuris, & facti remedijs, etiam per censuras, & pœnas in eisdem litteris appositas, & inflictas, cogi posse, & etiam debere. Præterea cum non sine animi nostri displicentia intellexerimus ea, quæ per præfatos prædecessores in prænarratis litteris pro publico Almæ Vrbis commodo, & honore ordinata fuere, contrarium sortiri effectum. Quandoquidem licet, iuxta earum tenorem in præmissis, & forsan certis alijs ibi expressis casibus, Camerarius, & Magistri viarum, qui pro tempore fuerunt, quàm plures ad domos suas, vicinis se ibi ædificare velle dicentibus, seque id facturos etiam cum obligatione promittentibus, vendendum coegerint, multi tamen emptores huiusmodi obligationibus per eos ad noua ædificia inchoandum, & perficiendum, seu iam constructa ampliandum, pactis, modis, & formis, ac sub pœnis in Sententijs Camerarij, & Magistrorum viarum, iuxta formam dictarum litterarum promulgatis contentis non obstantibus, postquam dictas domos antiquis dominis eiectis habuerunt, noua ædificia per se promissa facere, seu iam constructa ampliare non curarunt, memoratas prædecessorum præfatorum constitutiones, & antiquos domorum dominos simul eludendo, & pœnas præfatas damnabiliter incurrendo: indignitatibus huiusmodi, vt par est, prouidere volentes, eiusdem auctoritate, & tenore statuimus: volumus, & ordinamus; vt qui infra sex menses à die publicationis præsentium promissiones per eos à viginti annis citra factas, & in futurum faciendas, non adimpleuerint, ac propterea pœnas iuxta formam dictarum litterarum incurrerint: manu Regia ad solutionem pœnarum huiusmodi per Camerarium, & viarum Magistros præfatos cogantur: quarum pœnarum vna fabricæ, seu munitioni murorum Ciuitatis nostræ Piæ, & altera medietates Camerario, & viarum Magistris præfatis applicentur: Et nihilominus ipsi elusores ad dictas domos pro eodemmet pretio, quo illas emerunt, primis dominis retrouendendum à Camerario, & Magistris præfatis cogi possint. Et quum pluries hactenus sit in litteris Sixti prædecessoris huiusmodi dubitatum, an domini vendere volentes deberent requirere vicinos super venditionibus domorum, plateolarum, sediminum, struum, vel Casalenorum ipsis vicinis contiguorum per eosdem dominos faciendis: ad obuiandum litibus, quæ ex hac causa deinceps oriri possent, hac nostra perpetuo valitura sanctione statuimus, & ordinamus: vt in futurum, siue vicinus requisierit prius venditorem, seu vendere volentem super venditione domus, plateolæ, sediminis, situs, vel Casaleni, siue non requisierit: semper ad hoc, vt venditio alijs, quàm vicinis facta, vel facienda valida sit, suumque sortiatur effectum; venditor, siue emptor domus huiusmodi vicinum ipso personaliter reperto, si haberi poterit, per vnum, sin autem facta diligentia personaliter reperiri commode non poterit, per duos ex mandatarijs, vel nostris Cursoribus, domi dimissa copia; in absente vero per edictum publicum requirere, vel requiri facere debeat, & teneatur, an ipse vicinus velit domum venditam, seu venalem huiusmodi pro pretio per dictum emptorem, seu emere volentem non vicinum verè, & non fictè oblato, soluto, aut promisso, & cum eisdemmet pactis, & conuentionibus. Qua quidem requisitione, seu intimatione per venditorem, seu emptorem sic facta; si vicinus, aut vicini, si plures fuerint, intra quindecim dies non acceptauerint, & summam cum emptore, seu emere volente non vicino conuentam non promiserint, & de fabricando ad certam summam arbitrio Magistrorum viarum, sub certa pœna eisdem Magistris beneuisa se non obligauerint, & deinde intra alios quindecim dies dictam summam realiter, & cum effectu, si vere, & realiter in primo instrumento, vel contractu fuerit soluta, non soluerint, & si nondum fuerit soluta, omnia in eodem primo instrumento, vel contractu, aut obligatione, vel conuentione contenta non adimpleuerint; tunc venditio alijs, quàm vicinis facta, vel facienda huiusmodi firma, & valida remaneat. Sin verò præfata intimatio modo, quo supra facta non fuerit, tunc venditio, iuxta præfatarum Sixti prædecessoris litterarum formam, facta pro vicino intelligatur. Et si prædicta intimatio facta non fuerit, volumus, quod à rescissionem primi instrumenti huiusmodi venditionis vnusquisque vicinorum prædictorum semper, & quandocunque admittatur, nec illi via sit præclusa, nisi post annum à die scientiæ venditionis, quam scientiam declaramus sufficere tantum in generali, nempè scire rem fuisse venditam, etiam quod pretium, & aliæ qualitates fuerint ignoratæ. Et concurrentibus in cuiusuis, seu quorumuis domorum, plateolarum, sediminum, situum, & casalenorum emptione inquilino, & vicino, ipse vicinus eidem inquilino, ac alias seruata præinsertarum litterarum forma omnino semper præferatur, & præferri debeat. Et ad obuiandum simulationibus, & fictionibus, quæ plerunque in similibus instrumentis venditionum, etiam forsan ad eludendum huiusmodi nostras, & nostrorum prædecessorum ordinationes, inter venditores, & emptores præcipuè exprimendo maius pretium in instrumento, quàm verè, & realiter sit solutum, vel conuentum intercedere consueuerunt; volumus, quòd venditiones, in quibus huiusmodi simulationes, præsertim circa pretij quantitatem interuenerint, omnino nullæ sint; & nihilominus, tàm pretium per emptorem solutum, vel promissum, quàm res sic vendita ad nos, & Sedem Apostolicam eo ipso deuoluatur, pro vna fabricæ Ciuitatis nostræ Piæ, seu illius murorum,

rum, & pro altera medietatibus Camerario, & Magistris præfatis irremissibiliter applicanda, prout ex nunc applicamus. Et insuper pro majori officij dilectorum filiorum Horatij Nari, & Hieronymi Pichi, modernorum, & successorum suorum pro tempore existentium Magistrorum viarum dictæ Vrbis dignitate, simul & auctoritate. Ac ad obuiandum cauillationibus, quæ in dies super eorum officio, & priuilegijs, ac facultatibus suis subindè emergere possent: omnia, & singula, ac quæcunque priuilegia, facultates, gratias, prærogatiuas, & indulta Magistris viarum, Vrbis, eorumque officio huiusmodi per præfatos, & quosuis alios Roman. Pontifices prædecessores nostros, ac etiam per Nos, & dictam Sedem hactenus quomodolibet, & specialiter per vnam Motus proprij schedulam à piæ memor. Paulo Papa III. similiter prædecessore nostro editam, incipientem, inter alias innumerabiles, & graues, concessa; in primis, & ante omnia eisdem auctoritate, & tenore approbantes: similiter perpetuo statuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus, quòd quælibet pars, & clausula, siue constructio tam supradictorum per Sixtum, & Leonem, ac Paulum, ac quorumuis aliorum per quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores, & etiam respectiuè successores nostros, ac Nos, & Sedem eandem editorum, & quandocunque edendorum litterarum, & etiam pati motu signatorum rescriptorum, officium, & facultates Magistrorum viarum Vrbis huiusmodi quomodolibet concernentium, respicientium, ubi sensus erit, vel videbitur esse dubius, semper in dicta Vrbis fauorem, & ornatum intelligatur, accipiatur, & interpretetur, ac intelligi, accipi, & interpretari, & ita à Camerario, & Magistris præfatis in causis coram eis vertentibus iudicari, & diffiniri debeat; iusque ipsum in litteris, & rescriptis præfatis, si opus sit, fauorabile, non autem odiosum sit, & esse censeatur, & etiam ad effectum præfatum casus dicatur comprehensus, potius quàm extensus, quacunque interpretatione, sensu, intelligentia, opinione, aut alia re in contrarium quomodolibet faciente nõ obstante. Et præterea, ne fabricare, suaque ædificia ad Vrbis ornatum ampliare volentes, propter loci defectum (cum interdum domos vicinas, locari solitas, quas eis vigore litterarum prædictarum emere liceat, non habeant; sed domus ipsæ vicinæ à proprijs illarum dominis sint habitatæ) à suo proposito abstrahantur, & non possint propter situs carentiam fabricas, & palatia, siue domos, vt aiunt requadrare; ideò statutum dicti Sixti prædecessoris super domorum locari solitarum dominis, ad illarum venditionem vicino, seu vicinis fabricæ, domumque, seu domos suas ampliare volentibus faciendõ compellendis, vt præfertur editam, ad quascunque domos, hortos, terrena, etiam per proprios eorum dominos inhabitari solita; casu quo videlicèt vicinus palatium, aut aliquam magni momenti fabricam, domum, hortum, seu terrenum vicini à duobus lateribus ad minus circundantem, & domus, horti, vel terreni conuicini pretium, seu valorem quadruplo excedentem inchoauerit, seu inchoatum perficere voluerit, etiam si tales domus, horti, & terrena quorumuis Monasteriorum, Ecclesiarum, vel Hospitalium, vel aliorum piorum locorum, extra tamen septa Monasteriorum, Ecclesiarum, aut piorum locorum huiusmodi, dictisque monasterijs, & alijs locis pijs minimè contigua existant; ita quòd statutum Sixti huiusmodi non solum inlocari; sed etiam casu prædicto in per proprios eorum dominos habitari solitis, domibus, hortis, & terrenis locum omnino habeat, & ad vnguem obseruari debeat: Ac domini domorum, hortorum, & terrenorum ipsorum etiam per eos habitatorum, ad illorum venditionem vicino, seu vicinis huiusmodi fabricam construere, seu perficere volenti, seu volentibus, & etiam in domo fabricanda, seu amplianda non habitantibus, nec habitare solitis, per Camerarium, & Magistros Viarum præfatos pro pretio æstimando, & plus decima illius parte, & aliàs iuxta litterarum Sixti, & Leonis huiusmodi formam, & tenorem faciendam arbitrio dictorum Camerarij, & Magistrorum, per eos etiam manu Regia cogi, & compelli possint. Et insuper idem Sixti prædecessoris statutum ad Casalena per plures pro indulto possessa, & in maximum Vrbis detrimentum plerumque diruta, vel discooperta, ita quòd ipsi omnes consortes eorundem Casalenorum possessores ad dicta Casalena restaurandum, & cooperiendum, ac mihi, Magistrorum præfatorum arbitrio fabricandum, vel si, & prout eisdem Magistris melius videbitur, vno, vel pluribus ipsorum consortum fabricare volente, seu volentibus, reliqui consortes fabricare volentes, vel differentes, ad suas portiones cõtorti, vel consortibus fabricare volẽti seu volẽtibus, pro pretio per peritos æstimando vendendõ; & consors, seu consortes fabricare volens, seu volẽtes ad portiones prædictas emendum: aut si nullus ipsorum fabricare voluerit, ipsi omnes ad dicta Casalena vicino, seu vicinis domorum contiguarum pro pretio, vt præfertur æstimando vendendum, ac idem vicinus, seu vicini ad illa emendum per Camerarium, & Magistros præfatos eorum arbitrio, etiam manu Regia sub pœnis, sibi beneuisis respectiuè compelli possint: & nihilominus contrauenientes caducitatis, & alias in præsentibus appositas pœnas incurrant, perpetuo extendimus, & ampliamus. Et cum multæ viæ in eadem Vrbe iampridem de nouo inchoatæ imperfectæ remaneant, ac in pluribus earundem viarum locis non solum illæ domus; sed ne parietes quidem, seu muri constructi reperiantur, & varijs in locis domus ad inuicem diuisæ distantes separatæ, & truncate remaneant, in eiusdem Vrbis non modicam deformitatem, & locorum eorundem deturpationem, & (quod peius est) in dictis locis sic desertis, sordes, & immunditiæ passim proijciantur: Nos huiusmodi incommodis obuiare cupientes, volumus, & ordinamus, vt in omnibus, & singulis huiusmodi locis vnusquisque dominus, siue directus, siue vtilis in domo à se possessa, vel Casaleno, sic truncata, vel truncato, aut in situ, vel solo, aut alio loco suo proprio, saltem muro, seu pariete claudere, illamque, illud, vel illum infra sex menses à die publicationis præsentium pro tempore faciendæ, in domibus verò de nouo incidendis pro vijs, seu plateis construendis, infra sex

menses

menses à die integræ satisfactionis à Magistris, vel alijs ipsis dominis domorum factæ computandos, muris, seu parietibus, saltem vsque ad primum solare, includere debeat, & teneatur sub pœna ad arbitrium eorundem Magistrorum viarum imponenda, per quemlibet contrauenientem eo ipso toties, quoties contrauenerit, incurrenda. Et si loca ipsa sint censualia, siue emphyteutica, & Ecclesijs, Monasterijs, seu alijs locis, vel personis quibuslibet respondentia, ipsa dictis sex mensibus elapsis, ad suos directos dominos, cum eodem onere fabricandi, seu muro claudendi, dummodo si personæ Ecclesiasticæ sint, eorum liberationem, siue affrancationem iuxta formam prædictarum litterarum faciendam non impedierint deuoluta sint, & esse censeantur: etiam si domus, situs, & Casalena prædicta sint Ecclesiarum, Monasteriorum, seu piorum locorum quorumcunque: Et ita per quoscunque Iudices iudicari debere mandamus. Possint tamen dicti viarum Magistri eundem terminum sex mensium pro qualitate locorum, & personarum, vbi eis videbitur, prorogare. Et nihilominus, ex nunc quibuslibet locorum prædictorum inquilinis, seu affictuarijs, ne facta prius ipsis simplici dictorum Magistrorum inhibitione, locorum eorundem pensiones, vel census dominis suis sub pœna iterandæ solutionis persoluant; sed eas, & eos etiam inuitis dominis, in expensis pro præmissis necessarijs conuertant, & muros ad dictam altitudinem, si fuerint, perficiant, donec, & quousque in eisdem locis, vt præfertur, fabricatum fuerit, inhibemus pariter, & interdicimus: quòdque deinceps domini conductoribus ipsis illas bonas facere teneantur: & in euentum contrauentionis, ac soluta per ipsos inquilinos, seu conductores pensione, & dicto pariter ad minus, vsque ad primum solare non perfecto, eosdem inquilinos, seu conductores de suo proprio ad dictam constructionem teneri, & obligatos esse volumus, & etiam declaramus. Et cum in domibus ita incisis, siue de nouo incidendis earum domini per nos, ita sint gravati ad fabricandum, vel muro claudendum, vt præfertur ad minus, vsque ad primum solare, & multoties ipsi domini inhabitantes, ex hac causa maximam recipiant incommoditatem, cum ex ipsa incisione domus ipsorum remaneant incommodæ: idcircò in casu, & casibus præfatis, vbi domus per dominos inhabitatæ pro vijs, seu plateis construendis incisæ fuerint, & sic incommodæ effectæ, & reparcitæ, ibidemque intra sex menses, vel postea fabricatum fuerit; domos contiguas etiam per dominos inhabitatas, qui non fabricauerint præfatis dominis, qui fabricauerint, sic domos incisas dominos præfatos vicinos, etiam habitantes, ad vendendum pro pretio per duos peritos, & in euentum discordiæ, per Magistros præfatos extimando, & plus decima illius parte, vt præfertur per Camerarium, & Magistros præfatos eorum arbitrio, etiam à tribus lateribus domos vicinorum non circundantes, nec duplum, nec triplum in valore excedentes, manu Regia compelli posse volumus, & etiam mandamus. Cumque tam inde Populo, & de Portugallo, ac *Sanctissimæ Trinitatis*, & *Pix* nuncupatis, quàm alijs dictæ Vrbis vijs, quamplurimi situs, seu prædia reperiantur muris, domibusque omnino vacui; quòd fit, vt viæ ipsæ lateribus sterni, seu pauimentari, & ad ornatum reduci nequeant; pariter sub pœnis præfatis volumus, statuimus, & ordinamus, quòd situum prædictorum domini infra eosdem sex menses in dictis sitibus, vel muros, vt præfertur, vel ædificia construere, seu construi facere debeant, & teneantur. Ita, quòd lapso sex mensium termino præfati Magistri viarum situs præfatos, in quibus, vt præfertur fabricatum non fuerit, quibuscunque personis, ac pro pretio reperibili locare, & concedere, seu, si Camerario, & Magistris ipsis melius videbitur, situs ipsos quibuscunque personis pro pretio huiusmodi in manibus eorum depositariorum, ad effectum illud postmodum dominis dictorum situum consignandi (facta tamen per dominos præfatos ratificatione venditionis præfatæ per Magistros factæ, & datis idoneis cautionibus in forma, iuxta formam Statutorum Vrbis) deponendo vendere, & alienare liberè, & licitè, ac validè etiam possint ad effectum prædictum. Et quoniam in Alma Vrbe, quàm plurimi adsunt viculi latitudinis duorum, vel trium palmorum, aut circa, in quibus variæ sordes, & immunditiæ continuo injiciuntur, & muri circumcirca existentes putrefactione corrupti, fœtorem cum pestiferi, & mali aeris generatione inducunt, adeò vt tempore procedente, dicti muri corruant, & collabantur, & collapsi ejiciantur, vt deinceps vnicus murus pro vtroque latere domorum contiguarum inseruiat: sub eisdem pœnis, quòd de cætero nemo cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existens, in, vel super muris huiusmodi trabes, aut tigna, seu quid aliud apponere, caminos, vel quidpiam aliud construere, vel murum dicti viculi eleuare, seu aliquod ibi ædificium fulcire, aut aliàs illis vti, vel inuti quæant, nec debeat: Muratoribus vero quibuscunque, ne de cætero sub exilij à toto Statu Ecclesiastico, & bonorum suorum confiscationis pœna, in dictis muris pro illarum reparatione, aut de nouo extinctione panum, & operam apponere, vel quicquam operis ibidem facere, seu fabricare audeant, vel præsumant: Et vlteriùs ad tollendos dictos muros, & viculos; volumus, quòd ille ex vicinis, qui primus voluerit fabricare, possit (habita tamen à præfatis Magistris licentia, etiam absque alicuius pretij solutione cuiquam facienda) eosdem viculos sibi assumere, appropriare, & vendicare, & super muro sui vicini tigna, lapides, cæmenta, & trabes, aliaque ad fabricam suam necessaria apponere, suamque fabricam desuper adaptare, & vt dicitur appodiare, & alias eodem muro cõmuniter cũ vicino per eũdem fabricare volentẽ medietate dicti muri ad extimationem duorũ peritorum per partes ipsas eligendorũ, & in euentũ discordiæ per Magistros viarum taxandi: Et quia quàm plurimæ domus eiusdem Vrbis quasdam paruas habent Cloacas, Clauiculas vulgariter nuncupatas, in vijs publicis respondentes, & ab ipsis domibus aquam, & immunditias in vias, & loca publica euomentes, quibuscunque personis, vt infra eosdem sex menses sub dictæ caducitatis, & alijs pœnis præfatis,

latis, etiã Cloacas, quàm etiam viculos prædictos, necnon quascunque latrinas, seu cantaras, & siccatoria, vulgo sciaquatoria nuncupata, & piscinas in vias publicas, & vicos, seu viculos, aut plateas exeuntes, & respondentes obstruere, & si velint Cantaras in eorum Cortibus, seu cortilibus, & cancis, non autem in, vel super vijs publicis, seu plateis fabricare debeant; ita quòd inquilini domorum, & locorum huiusmodi præmissa ex pecunijs eorum pensiones, etiam inuitis dominis, & contra eorum voluntatem facere possint; & non facientes ad pœnam arbitrio præfatorum Magistrorum viarum imponendam teneantur: Et nihilominus omnes pensiones decursas, & præfatis dominis interim contra inhibitionem eis faciendam solutas consignare teneantur Depositario dictorum Magistrorum viarum, ad effectum Cloacas, aliaque præmissa claudendi, & cantaras, vt præfertur faciendi; inhibemus, præcipimus, atque mandamus Et cum in viarum, quæ pro tempore fiunt, constructione, ordinatione, & ampliatione, ac in domorum, casalenorum, & siruum, siue partiũ eorũ applicatione, seu venditione, in omnibus casibus supradictis, & alijs quomodolibet, ex causis præfatis occurrentibus, interdum fit necesse domorum, seu locorum ad vsum viarum huiusmodi incisorum, seu diuisorum partes remanentes adiudicare, & multoties propter fideicommissa appolita dubitetur, nelites, & controuersiæ oriantur: ad tollendum igitur litium materiam, huiusmodi fideicommissa ad effectum præmissorum, ita tamen, quòd ea, quæ fideicommisso subiecta erunt, sic adiudicentur, quòd pretia illorum in tot bonis stabilibus reinuestiantur, quæ bona remaneant eidem fideicommisso subiecta eodem modo, prout dicta bona sic adiudicata antea subiecta erant, penitus, & omnino tollimus, cassamus, & amouemus, illisque ad hunc effectum sufficienter, & expresè harum serie derogamus. Et cum Vrbs ipsa ædificijs, & viridarijs ornata, & splendida esse debeat, intus verò, & extra, ac propè illam adsint quam plurima Canneta deformitatem Vrbi generantia, aerisque serenitatem, & salubritatem, ac clarum fluminis conspectum impedientia, & etiam malè agendi opportunitatem, locumque subministrantia; quòd quicunque tam extra per centum, & quinquaginta cannarum distantiam prope, quàm intra mœnia eiusdem Vrbis, necnon etiam in Angelica, & versus flumen in Pontis Muluij vijs nuncupatis, ac per viginti cannarum distantiam, iuxta quascunque alias vias publicas Canneta habent, illa, ac omnia Canneta intus Vrbem existentia, præter ea, quæ sunt extra vias publicas in locis absconditis, seu remotis, infra præfatos sex menses sub pœnis prædictis funditus extirpare, euellere, atque tollere, ac ad terrenum, & culturam vinearum, seu viridariorum reducere debeant. Necnon cum Angelicam, ac Castelli nuncupatas vias per vineas, & prata ad maximum Ciuitatis nostræ Piæ per nos nouiter constructæ ornatum fecerimus, intellexerimusque, quòd nonnulli parata prædicta ad Canneta, vineas, ac hortos facienda impudenter claudere cogitant, ideò quòd nullus in posterum, etiam si proprietarius existat, dicta prata ad alium vsum, præterquam ad pascua, fœnumque colligẽdum destinare possit, quòdque omnes, & quicunque, qui ab eo tempore, quo diuina fauente clementia ad summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, huiusmodi prata restrinxerunt, ac ibi vineas, canneta, siue hortos fecerunt, ad illa in pristinum statum, nempè ad pratum reducendum, per Camerarium, & Viarum Magistros præfatos cogi, & compelli possint, & debeant, præcipimus, & ordinamus. Et similiter, quia horti prope Vrbem cõsistentes propter aquarum irrigationem malum, & pestiferum solent generare aerem, & maximè in Burgo nostro Sancti Petri, ac dicta Ciuitate nostra Pia, ad cuius ornamentum, decorem, & aeris salubritatem summopere intendimus: desiderantes igitur, vt quemadmodum dictam Ciuitatem Piam muris, & propugnaculis cinximus, & ab hostilibus offensionibus securam reddidimus, ita quoque aeris salubritate non careat: statuimus, quòd omnes horti existentes in pratis extra Portam Angelicam (exceptis duntaxat cardorum vulgo carciofolorũ hortis, in quibus aquarum irrigatio nullo modo fit) penitus tollantur, & aboleantur, ac ad vinearum, & pratorum vsum reducantur: sub caducitatis, quoad dominos, & quoad inquilinos, seu affictuarios, sub exilij, & bonorum confiscationis, alijsque dictorum Magistrorum viarum arbitrio infligendis pœnis. Et quoniam in varijs Almæ Vrbis locis vias publicas diuersis modis sunt impeditæ, & inter alia à certis scalis à Bastoni, vt vulgariter dicitur factis, & quæ multis in locis vias publicas fere per vnam cannam, & vltra occupant, in maximum earundem viarum præiudicium, & obstaculum, adeò vt duo currus cõcurrentes commodè pertransire nequeant: ideircò sub præmissis, & alijs arbitrio Camerarij, & Magistrorum præfatorum imponendis pœnis directè præcipiendo mandamus, vt in posterum nemo, quominus via pro duabus rhedis, Cochija vulgariter nuncupatis, concurrentibus, lata, spatiosaque remaneat, dictas scalas audeat ita componere; seu tantum modo duos, vel tres palmos vltra ianuam excedere: factas vero scalas præmissas ad dictos duos, vel tres palmos intra eosdem tex menses sub similibus pœnis reducere, & restringere vnusquisque debeat. Muratores autem ibi aliter operantes, exilij, & bonorum confiscationis pœnas incurrere, & exoluere volumus, præterea cupientes non solum ipsam Vrbem interiorem, sed etiã illius suburbia, & circuitum, ac vineas decorari; cùm nobis innotuerit nonnullos pulchras, & deliciosas vineas, ac possessiones facere, & ampliare volentes à vicinis illis terrenum, aut vineas, locari tamen, seu ad medietatem fructuum, vel aliàs dari, & concedi solitas, ad id vendere nolentibus impediri: præfatis Camerario, & viarum Magistris, vt quoscunque, siue sæculares, siue Ecclesiasticos etiam si Monasteria quorumuis, etiam mẽdicantium ordinum, necnon Ecclesiæ, hospitalia, aut alia pia loca fuerint, terrena, vineas, aut canneta, locari tamen, aut ad medietatem fructuum, vel aliàs, vt supra dari solita, ab vna non solita vero locari à tribus, seu duabus partibus circundata, extra tamen septa

Mona-

Monasteriorum eorundem habentes, vel habentia; ad illorum in toto, vel parte, etiam pro vialium directura, & accomodatione facienda, arbitrio dictorum Camerarij, & Magistrorum, venditionem vicinis illa, sic circundantibus, & ampliare volentibus pro iusto, & rationabili pretio per duos peritos per partes eligendos, & in eventum discordiæ, per præfatos Magistros, habita dictorum electorum relatione, æstimando faciendam, etiam manu Regia cogere possint, & debeant, etiam si loca ipsa non sint, vel fuerint locari solita, & absque vlla difficultate id etiam procedere volumus in vinea, canneto, vel terreno, sic conuicino, vbi domus commoda, pro domini habitatione non fuerit, concedimus, & ordinamus. Necnon huiusmodi nostram ordinationem non solum ad vineas; sed etiam ad casalia intra duodecim miliaria ab Vrbe consistentia, ad dictæ Vrbis ornatum, & commoditatem dominorum casalium extendimus, ac extendi debere præcipimus, & mandamus. Cumque intellexerimus multa casalia magnæ quantitatis Rubrorum habere incorporata nonnulla terrarum portiones, aut petia modicæ quantitatis Pedichæ vulgariter nominata: volumus etiã, & ordinamus, vt quicunque casale habuerit centum Rubrorum, aut minus, & hoc maximè, vbi aliquod nobile, siue commodum ædificium, pro habitatione existat, & aliquam pedicham vicinam, & contiguam habeat; si ab vno latere tantum rubra centum, decem; & si à duobus, viginti; si à tribus, triginta: & si casale excedat summam centum, ad dictam ratam, vt supra, & si aliquod etiam multorum rubrorum casale, in alio incorporatum existat, videlicèt cum aliqua lingua, quatenus dicta lingua sit incorporata, illam sibi arbitrio dictorum Camerarij, & Magistrorum pro pretio per peritos æstimando, & aucta decima parte pluris, vendicare possit. Et insuper eisdem viarum Magistris, vt quoscunque ad scalas quaslibet extra domos, & in vijs, seu plateis publicis existentes, quarum præsertim in Regionibus Transtyberinis, & Trivij maxima adeit copia, & quæ vias publicas non parum impediunt, & occupant; necnon ad mœnianas, aliàs Curritoria lignea, mignani vulgo nuncupata, extra muros domorum multum, vel modicum se porrigentia, & eminentia in vias publicas prospectum habentia infra annum à die publicationis præsentium destruendum, & tollendum arbitrio Camerarii, & Magistrorum eorundem cogere, & compellere: Necnon domorum inquilinis, vt pensiones per eos pro tempore debitas etiam inuitis dominis retinere, & in expensas pro destructione scalarum, & Curritoriorũ huiusmodi necessarias, ablq; eo, quòd ad iteratam dominis suis solutionem teneantur, conuertere valeant, & debeant: quinimo inquilino ipsi dictas pensiones, donec scalæ, & Curritoria huiusmodi ablata fuerint, post simplicem inhibitionem eis faciendam suis dominis sub pœna solutionis dictis Magistris viarum iterato faciendæ nullatenus persoluere possint, quòd tamen vnicuique ferrea, seu lapida mœniana, quæ vulgo Arengherias, aut Balaustos vocant, habere liceat impune permittentes: quòdque quilibet infra annum prædictum suas porticus, seu porticalis penitus, & omnino destruere, & demoliri, aut muris claudere habeant; Dummodo porticus ipsæ non sint modernæ, & infigues, iudicandæ, & dignoscendæ iudicio eorundem Magistrorum viarum. Illæ vero porticus, quæ pro viarum dilatione incidendæ erunt, ita manere tolerentur, quousque per præfatos viarum Magistros exciſæ fuerint. Et præterea, quod inter casamenta, seu in locis eiusdem Vrbis habitatis non liceat cuique habere hortos, seu viridaria sepibus conclusa, sed illorum domini sub pœnis prædictis illa muris circundare teneantur. Omnesque pontes lignei per vias publicas transuersi, cum sicum publicum occupent, & dictæ Vrbis ornatum offendant, infra eiusdem anni terminum, exceptis tantum illis, qui non in principalibus; sed transuersalibus vijs, aut in viculis consistentes visum, & lucem non impediunt, iudicio eorundem Magistrorum dignoscendis: Et vlterius omnes pontelli in quibusuis domibus ruinosis in vijs, siue plateis existentes, infra sex menses à die publicationis præsentium per illorum respectiuè dominos, seu inquilinos sub pœnis præmissis omnino tollantur, & auferantur, auferrique debeant. Et quoniam ad dictæ Vrbis decorem, & ornatum non parum cederet, si vnaquæque Ars ab alijs artibus separata, & in vnum collecta, ac vnita suis loco, & ordine collocaretur; & præcipuè illa, quæ ad victum, sic sparsa non est necessaria, cum artifices ipsius Vrbis, quasi absque vlla distinctione inuicem confusi, absque maxima ordinis perturbatione, ornatusque, & decoris publici præiudicio habitare noscantur; qui, quorumque tabernæ, & officinæ, si in suis quinque locis, & vicis segregatis ordinarentur, tàm Vrbis, quàm etiam illorum commoditatibus non parum consuleretur, vt omnis inter eos confusio amoueatur, & ipsi ab inuicem, iuxta species suas separati, in quantum poterit, decorem Vrbi adferant simul, & commoditatem: Ideò quòd quoties, & postquam per Camerarium, & Magistros viarum huiusmodi Artium diuisio, & situatio statùta, & ordinata fuerit, quicunque artifex cuiuscunque artis, & exercitij in aliquo vico, via, aut platea, dictæ Vrbis, vbi suæ artis exercitium magis vigeat, & constitutum fuerit, vt præfertur, habitare voluerit: possit quemcunque alium cuiuscunque alterius à suo diuersi exercitij artificem inibi commorantem, seu commorari volentem expellere, & ejicere, ac expelli, & ejici facere, & in illius locationes (dummodo ad longum tempus, seu ad vitam, vel generationem non sint) factas subintrare pro eodemmet pretio; data tamen cautione de exercendo dictam suam artem in dicto loco ad minus per annum, & vltra arbitrio Camerarij, & Magistrorum viarum prafatorum: exceptis tamen semper dominis in proprijs domibus habitantibus. Et ad euitandas controuersias, possint ipsi Camerarius, & viarum Magistri semper, & quandocunque arbitrio suo decernere, & declarare, quæ ars in vno loco magis vigeat, quàm altera, ac etiam artifici inquilino, sic pro tempore expellendo vnius mensis, aut longiorem ipsis Magistris benevisum terminum ad euacuandum præfigere. Et insuper fines, limites, & vicos infra quos

vnaquæ-

vnaquæque ars, & illius artifices suo ordine stare, & consistere debeant, constituere, & declarare: prout, & quando eis videbitur, & placuerit, perpetuo statuimus, mandamus, & ordinamus. Et quia aeris putrefactio non solum ex malis humoribus, & immundicijs, sed etiam ex malis odoribus, & fœtoribus generatur: sicque ars Candelariorum diffusa per Vrbem tetrum putorem reddens, multum noceat Ciuitati idcircò quemadmodum artes vaccinatiorum, seu coriariorum, necnon artificum chordas musicales ex animalium fibris facientium malum reddentes odorem, ad fluminis ripam separatæ reperiuntur: ita & dictam Candelariorum artem, vt is putor exhalationem habeat, prope flumen ad Sixti, siue Quatuor Capitu:, aut Sanctæ Mariæ nuncupatos Pontes, vbi Camerario, & viarum Magistris præfatis magis videbitur expedire, infra mensem à die publicationis præsentium sub confiscationis omnium bonorum ipsorum Candelariorum, & aliis etiam in eorum personam arbitrio Camerarij, & Magistrorum præfatorum infligendis pœnis reduci; ac in locationes aliis personis ibi factas, prout eiusdem Magistris videbitur, subintrare debere, volumus, & mandamus. Et quoniam Vrbs ipsa nimium est humiditati subiecta, sicque in certis partibus silicibus strata humidior efficiatur: propterea omnibus, & singulis muratoribus sub exilij, aliisque pecuniarijs, & etiam corporalibus dictorum Magistrorum arbitrio infligendis pœnis, dominis vero sub ducentorum ducatorum, vt præfertur applicandorum pœna, ne deinceps viam silicibus sternere, seu aliquas silicatas ante domos suas facere audeant, seu præsumant, inhibemus. Volumus autem, quòd omnes viæ ipsius Vrbis cotilibus sternentur lateribus, vna cum suis interlineis, quas guidas vocant, piperino, tiburtinis, aut siliceo lapide arbitrio dictorum Magistrorum, nec sint aliquo pacto interuisatæ; sed in vnaquaque via sint omnes guidæ ex piperino, Tiburtino, aut siliceo lapide. Et insuper prefatis Magistris viarum in perpetuum, & pro decore eiusdem Vrbis, ac structura viarum principalium, præsertim intus, & extra Vrbem in via Flaminia de Populo nuncupata, infra vnum miliare, dominos vinearum, & aliarum possessionum vijs ipsis contiguarum, ad muros, & alia pro dictarum viarum principalium structura, & decore, arbitrio Camerarij, & Magistrorum eorundem necessaria conficiendum, fabricandum, & resarciendum, vel ratam expensarum ipsos dominos, & quemlibet ipsorum pro prædictis, & eorum singulis respectiuè quomodolibet tangentem, soluendum, & seu deponendum, prout ipsis Magistris videbitur. Et si aliquis, vel aliqui dictorum dominorum muros construere, aut alia, vt præfertur facere, vel dictam ratam soluere recusauerint, præfati viarum Magistri pro celeriori expeditione ipsos dominos, sic renitentes, & morosos ad suas vineas, siue possessiones in toto, vel parte alteri, seu aliis, pro iusto, & rationabili pretio, vt supra dictum est, extimando, vendendum, etiam manu Regia cogere, & compellere: Ac ad tollendas dispositiones ijdem Camerarius, & Magistri viarum omnes, & singulas, ac quascunque difficultates, & dubia, quæ super præmissis, aliisque omnibus, & singulis in præsentibus contentis, & descriptis, ac illorum sensu, intelligentia, vel significatione oriri quandocunque contigerit, interpretari, & dissoluere arbitrio suo liberè, & licitè possint, & valeant, licentiam, facultatem, potestatem, & auctoritatem omnimodam impartimur. Præterea statuimus, & de nouo etiam ordinamus, quòd in causa sternendarum viarum huiusmodi præfati Magistri sint meri Iudices, & executores, ac ab eorum decretis, & mandatis in hac parte, sicuti in causa mercedis, non possit quoquomodo, nisi facto actualiter depositio penes Notariorum ipsorum Magistrorum in pecunia numerata consignando, postea actori, vel restituendo reo, prout deindè per Camerarium, seu viarum Præsidem, ad quem recursum fuerit, esset, vel erit iudicatum, appellari, vel recursus ad quempiam, etiam pro tempore existentes Camerarium, Clericos, vel Præsidentes Cameræ Apostolicæ, aut quoslibet alios Iudices haberi: sed mandata præfata executioni demandari debeant, non obstantibus quibuscunque significationibus per prædictos, vel quoscunque alios forsan faciendis. Et vt eorundem Magistrorum viarum Officium in sua auctoritate, & dignitate, prout decet, habeatur, illorumque mandata diligentius executioni demandentur, & causæ super arte muratoria pro tempore nascentes sagacius, & maturius veluti per expertos, & pro minori partium dispendio decidantur, omnes, & quascunque causas, lites, quæstiones, controuersias, & differentias, tàm inter quoscunque muratores, & fornaciarios, quàm eos, & quosuis alios Artifices, aut alias, tàm Ecclesiasticas, quàm Seculares personas super dicta arte muratoria, & rebus ad illam quomodolibet pertinentibus, ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus, tàm actiuè, quàm passiuè mouendas, cum omnibus, & singulis suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, ac toto negotio principali per præfatos Horatium Narum, & Hieronymum Pichum, modernos, & pro tempore existentes Magistros viarum dictæ Almæ Vrbis, qui coniunctim procedere debeant, simpliciter, & de plano, ac sola facti veritate inspecta, etiam si, & quando eis videbitur sine strepitu, & figura iudicij, nullaque tela iudiciaria seruata, etiam manu Regia procedendo, audiendas, cognoscendas, decidendas, finemque debito terminandas esse, & fore decernimus, volumus, statuimus, declaramus, & ordinamus. Non præiudicando tamen, nec derogando prædictarum Artium Consulatibus: ita tamen, quòd à sententijs ipsorum Consulum non possit ad aliquod aliud Tribunal appellari, nec recursus haberi, præterquam ad Magistros viarum præfatos, & dictæ Vrbis Conseruatores, seu Camerarium nostrum. Cum potestate citandi, & inhibendi quos, quibus, vbi, quando, & quoties opus fuerit, etiam per edictum publicum, constito summarie, & extraiudicialiter de non toto accessu, vel abscentia, aut latitatione, sub pecunijs, alijsque ipsorum Magistrorum viarum, & Conseruatorum respectiuè arbitrio imponendis, & moderandis pœnis, & in casum non paritionis, inobedientes

pœnas,

pœnas ipsas incurrisse vnica tantum citatione præuia, declarandi, & ab eis exigendi: dictasque causas in quocunque statu reassumendi, omniaque alia, & singula desuper necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi: ita tamen, quod neque Gubernator, neque Vicarius dictæ Vrbis, neque Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditor, neque eiusdem Vrbis Senator, nec Præfidens Ripæ, seu Ripettæ, neque (præter tamen Camerarium nostrum dumtaxat) quicunque alius, vel alij eiusdem Vrbis, vel extra eam vbilibet constituti Iudices ordinarij, vel extraordinarij, delegati, vel subdelegati, aut quæuis alia personæ cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, & etiam habeant Priuilegia, vel indulta, quòd ipsi sint Iudices, vel Protectores aliquarum Societatum, vel Locorum, etiam piorum, aut causarum illorum Auditores, quatenus ipsi viarum Magistri in causarum huiusmodi cognitione præuenerint, causas Arcis muratoriæ huiusmodi nullatenus in toto, vel parte audire, cognoscere, decidere, seu se in illis quomodolibet, & quouis prætextu intromittere possint, neque debeant: & quicquid secus factum fuerit, irritum sit, & inane, ac pro infecto habeatur: & per prædictos viarum Magistros, si præuenerint, vt præfertur, omnino reuocari quandocunque possit: Saluo tamen, quòd Clerici, & Præsidentes Cameræ Apostolicæ se in huiusmodi causis, iuxta Pauli III. Litteras prædictas dumtaxat, & non aliàs, intromittere possint, perpetuò committimus, & mandamus: ac eosdem Magistros viarum, causarum, & litium huiusmodi Iudices, & executores speciales, & generales, ita quòd in eis, vt præfertur alte, & basse procedere, & decidere valeant; constituimus, & deputamus: Saluo tamen recursu, si partes voluerint, ad ipsum Camerarium. Mandantes propterea dilectis filijs Vitellotio Sanctæ Mariæ in via lata, Diacono Cardinali Vitellio nuncupato, moderno, & pro tempore existenti Camerario, & Præsidentibus, & Clericis præfatis, quatenus statim visis præsentibus nullo alio desuper à nobis, vel successoribus nostris, aut dicta Sede, seu aliunde cunque expectato mandato, omni mora, dilatione, & contradictione cessantibus, easdem præsentes in dicta Camera recipiant, & admittant, ac in illius libris registrari curent, illasque inuiolabiliter, & ad vnguem in omnibus, & per omnia perpetuo obseruent, ac ab omnibus, & singulis obseruari faciant realiter, & cum effectu: ac præsentes litteras perpetuo durare, & valere, perpetuique roboris firmitate subsistere, neque de surreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis, aut quòd præmissa, & quodlibet præmissorum non fuerint vsu recepta, aut alio quocunque vitio, seu etiam intentionis nostræ, vel eiusdem Sedis, aut quouis alio defectu notari, vel impugnari, neque etiam per Nos, vel successores nostros, aut dictam Sedem reuocari, alterari, suspendi, modificari, aut illis in aliquo derogari vnquam posse. Sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices, & Commissarios, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & ipsius Ecclesiæ Romanæ Cardinales, etiam Legatos à latere, sublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere: Ac quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus, & declaramus. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Ostien. & Portuen. ac Tusculanen. Episcopis per Apostolica scripta Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes Litteras, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem Magistrorum viarum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisq; in præmissis omnibus, & singulis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eosdem viarum Magistros approbatione, confirmatione, innouatione, singulis Statutis, voluntatibus, ordinationibus, extensionibus, ampliationibus, mandatis, præceptis, inhibitionibus, interdictis, concessionibus, indultis, commissionibus, deputationibus, decretis, declarationibus, reuocatione, alijsque præmissis, iuxta præsentium tenorem pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos, vel ab eis cautam habentes per Camerarium, Præsidentes, & Clericos præfatos, aut quosuis alios quacunque auctoritate fungentes, contra præmissa, vel eorum aliquod quomodolibet indebitè molestari, inquietari, vel perturbari. Contradictores quoslibet, inobedientes, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac alia Iuris opportuna remedia, appellatione postposita, compescendo: inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, ac certa per nos dudum Motu simili edita super pœnarum per eiusores, qui fabricas præmissas non fecerunt, neque faciunt, incursarum applicatione impressioni librorum de ordine nostro à Ciuitate Venetiarum ad Vrbem traductæ facta, siue concessa, quam tenore præsentium, quoad præmissa, omninò reuocamus: Ac etiam nostra de non tollendo iure quæsito, necnon recolendæ memoriæ Pauli Secundi, & Pauli Quarti, de rebus Ecclesiasticis non alienandis, ac alienatis recuperandis: Necnon Bonifatij VIII. etiam Roman. Pontificum prædecessorum nostrorum, de vna, & duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, necnon alijs quibusuis Apostolicis, ac in Generalibus, Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, & edendis, constitutionibus, & ordinationibus, ac Vrbis, & Curiæ Romanæ, ac Cameræ Apostolicæ, eiusdemque Curiæ Tribunalium, ac quorumuis Ecclesiarum, Monasteriorũ, Hospitalium, & aliorum piorum locorum, necnon ordinum, Consulatuum, & societatum, ac vniuersitatum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, stilis, vsibus, naturis, decretis, capitulis, & etiam nouis reformationibus, Legibus Pontificijs, & Imperialibus, Sacris Canonibus, Priuilegijs quoque, indultis, & Litteris Apostolicis, illis, illorumq; respectiuè Populo, Ciuibus, Incolis, & Superioribus,

ac tã supranominatis, quàm quibusuis aliis personis, & etiam Iudicibus Ecclesiasticis, & Secularibus, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis, etiam motu, & scientia similibus, vel ad quorumuis Instantiam in genere, & specie, ac etiam Consistorialiter, & aliàs quomodolibet concessis, ac etiam litteratis vicibus approbatis, & innouatis: Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, individua, nõ autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret: illorum tenores, formas, & decreta in eis apposita, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in eis tradita obseruata, inserti forent præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, motu & scientia similibus specialiter, & expressè derogamus, ac sufficienter derogatum fore; & censeri volumus, & decernimus: necnon omnibus illis, quæ Sixtus, Leo, & Paulus III. prædecessores prælati in eisdem suis Litteris non obstare voluerunt, contrarijs quibuscunque: aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et quia difficilè foret, præsentes ad singula quæque loca deferri volumus, & etiam declaramus, quòd illarum transumptis, seu copijs, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & alicuius Prælati Sigillo munitis, eadem prorsus fides, etiam in iudicio, adhibeatur, quæ præsentibus, si vbicunque forent exhibitæ, vel ostensæ, adhiberetur. Et ne quispiam vllo vnquam tempore præsentium ignorantiam prætendere possit; volumus, & eadem auctoritate decernimus, quòd ipsæ præsentes Litteræ in Cameræ Apostolicæ, & Curiæ Capitolii valuis, ac in acie Campi Florã de Vrbe, per aliquem ex Cursoribus nostris affixæ, copia illarum ibi dimissa, vniuersos, & singulos, quorum interest, intra mensem à die affixionis huiusmodi computandum, perindè afficiant, ac si illis personaliter intimatæ fuissent. Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, innouationis, decreti, statuti, ordinationis, applicationis, declarationis, extensionis, ampliationis, mãdati, interdicti, ablationis, cassationis, amotionis, reuocationis, præcepti, intentionis, permissionis, concessionis, inhibitionis, impartionis, commissionis, cõstitutionis, deputationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctũ Marcũ, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quinto, Decimo Kalen. Septembris, Pontificatus nostri Anno Sexto.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

P. Episcopus Narnien. Summista.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Indictione octaua, die vero quinta mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ IIII. Anno Sexto, Præsentes Litteræ Apostolicæ in quinterno foliorum in totum (computato præsenti) triginta duorum publicè affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Cameræ Apostolicæ, Curiæ Capitolii, & in acie Campi Floræ, dimissis ibidè in singulis locis præfatis respectiuè, præsentium litteraum copijs (vt moris est) affixis, per Nos Bernardinum Andrentium, & Iulium Parinum, præfati Sanctis. D. N. Papæ, & Apostolicæ Sedis Cursores.

Philibertus Chapuis Magister Cursorum.

PII QVINTI.

Litteræ, per quas reducuntur ad viam Iuris communis ea, quæ à Sixto IIII. Leone X. Pio IIII. & alijs Rom. Pont. edita fuerunt super iure congrui.

MOTV Proprio, &c. Ad hoc nos Deus Militanti Ecclesiæ præficere dignatus est, vt singulorũ prædecessorum nostrorũ gesta (eo inspirante qui dat spiritum bonum petentibus se) reuoluentes, ea quæ certis, tunc suadentibus rationabilibus causis emanarunt, ex aliis non minus attendendis rationibus ad rationis tramitem reducamus, prout rerum, & temporum qualitate digesta salubriter in Domino conspiçimus expedire. Sanè licet aliàs fœlic. recordat. Sixtus Papa IIII. Motu proprio, & ex eius certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine statuerit, & ordinauerit, quod tunc, & pro tempore existentes Romanæ Ecclesiæ Camerarius, & Magistri ædificiorum, & stratarum dictæ Vrbis ad requisitionem dominorum quorumcunque domorum, & aliorum bonorum, tenerentur in certis expressis casibus compellere vicinos ad domos, & alia bona expressa vendendum, pro pretio per peritos extimando, quodque vicini vendere volentes, non nisi vicinis emere volentibus vendere possent, & aliàs, ac latius, prout in dicti prædecessoris litteris continetur

sub

sub dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo septuagesimo pridiè Kalend. Iulij, Pontificatus sui anno nono, & successiuè Leo Decimus sub dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis prædictæ, millesimo quingentesimo decimo sexto, quarto Nonas Nouembris, Pontificatus sui anno quarto: Ac Pius IIII. sub dat. Romæ apud Sanctum Marcum anno Incarnationis prædictæ, millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, decimo Kalend. Septembris, Pontificatus sui anno sexto, & alij Romani Pontifices prædecessores nostri litteras prædictas Sixti confirmauerint, innouauerint, declarauerint, ampliauerint, & extenderint, & aliàs prout latius in dictis litteris continetur. Cum tamen, sicut accepimus, occasione litterarum prædictarum diuersæ lites, quæstiones, & controuersiæ ortæ, ac diuersa grauamina, læsiones, perturbationes, & incommoda diuersis personis generata, & illata, ac litteræ huiusmodi, quæ correctoriæ Iuris communis existunt, & secundum propriam significationem strictè interpretari deberent, rigorosæ executioni etiam in casibus in illis forsan non expressis demandatæ fuerint, & in dies demandentur, in earundem personarum animorum molestiam non modicam, ac propterea plurimorum ad nos querelæ delatæ fuerint, & in dies deferantur, conquerentium potissimum de rigore, vel potius iniustitia litterarum prædictarum, Nos attendentes, quòd ea quæ Iuri communi, & Sacris Canonibus contrariantur, & ex certis necessitatibus imminentibus, & ita forsan requirentibus statuta, & admissa sunt, perpetua esse non debent, & quòd si legi Ciuili multa rigorosa admittenti grauis visa est iniuria, quæ inani honestatis colore velatur, vt homines de rebus suis facere aliquid cogantur inuiti, neque suo arbitratu vendenda distrahere possint; & propterea constitutiones cassauerit, quæ liberum arbitrium distrahendi res proprias impedirent, multo grauior nobis esse videtur, qui Sanctorum Patrum decretis inhærentes nitimur, vt non nisi ea, quæ ad pietatem, & æquitatem, ac liberam disponendi de rebus suis facultatem, & ad quietem, & tranquillitatem subditorum nostrorum, & querelarum, ac litium prætatarum amputationem tendunt, admittamus: litterarum omnium prætatarum veriores, necnon processuum desuper formatorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, necnon quaruncunque litium desuper forsan motarum, & in quacunque instantia etiam super iustitiæ, vel iniustitiæ reuisione penden. status, merita, ac nomina, & cognomina iudicum, & collitigantium præsentibus pro expressis haben. illasque ad nos harum seriè aduocantes, & extinguentes, perpetuumque super præmissis silentium imponentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam; sed ex mera animi nostri deliberatione, & de Apostolicæ potestatis plenitudine litteras, & Constitutiones Sixti, Leonis, Pij, & aliorum prædecessorum nostrorum huiusmodi, quo ad pendentes in quacunque instantia, refectis tamen expensis illis, qui sub prætextu dictarum Bullarum iustam hucusque habuerunt causam litigandi, & futuras causas, ac si nunquam emanassent, ad ius commune, & terminos, & viam Iuris communis omnino reducimus, reuocamusque, cassamus, & annullamus, ac viribus vacuamus. Ita quòd in causis huiusmodi secùndum Iuris communis dispositionem, posthabitis litteris prætatis, procedi, sententiari, & diffiniri debeat. Excipimus tamen à præsenti nostra reductione, & cassatione, quòd si pro vna, vel pluribus ædibus sacris, ædificijs, vijs, & plateis publicis constituendis ampliandis, vel dirigendis, aliquæ domus, vel alia ædificia, & bona essent in totum, vel in partem incorporanda, demolienda, vel restringenda, quòd in casibus prætatis, & non in alijs possint vicini, & habentes domos, sedimina, plateolas, & alia quæcunque bona, etiam si aliter vendituri non essent, compelli ad ea vendendum. Ita tamen, quòd compulsi prætati vltra æstimationem domus, sediminis, plateolæ, & aliorum bonorum prædictorum faciendam per duos peritos communiter eligendos, & in casu discordiæ per Magistros viarum loco tertij, quartam partem pretij vltra valorem, vt supra æstimandum consequantur. Districtius inhibentes quibusuis, &c. ne aliter quâ, vt præmittitur iudicare, vel contra præmissa sententiare, aut lites prædictas prosequi quouis quæsito colore audeant, vel præsumant. Decernentes quoque omnes, & singulas aliter, quàm vt præfertur ferendas sententias nullas, irritas, inanes, nulliusque roboris, vel momenti, & tanquam tales nemini suffragari, nec à quoquam exequi quouis prætextu deberi. Præsentes vero vim perpetuò constitutionis, & legis habere, & inter extrauagantes constitutiones nostras registrari, ac publicari debere. Nec vllo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio notari, impugnari, inualidari, ad terminos iuris reduci, in ius, vel controuersiam vocari quacunque occasione, vel causa minimè posse, minusque sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, & limitationibus comprehendi nullatenus posse; sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & eum in quo ante præmissa quomodolibet erant statum, restitutas, repositas, & plenariè reintegratas esse. Sicque ab omnibus censeri, & ita per quoscunque Iudices quacunque auctoritate fungen. etiam causarum Sacri Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis aliter iudicandi potestate, iudicari, & diffiniri debere: Irritum quoque, & inane si secus à quoquâ quauis auctoritate contigerit attentari. Mandamusque propterea dilectis filijs Aloysio tituli Sancti Marci Presbytero Cardinali Cornelio nuncupato, moderno, ac pro tempore existenti Camerario, & Magistris viarum in virtute sanctæ obedientiæ, ac excommunicationis pœnis, vt præsentes nostras inuiolabiliter, & ad vnguem in omnibus, & per omnia perpetuo obseruent, & ab omnibus,

& singulis realiter, & cum effectu obseruari faciant. Non obstantibus litteris, Sixti, Leonis, & Pij præfatis, & alijs Apostolicis, necnon in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, ac quibusuis etiam iuramento, &c. statutis, ac legibus etiam municipalibus, ac quibusuis clausulis etiam præseruatis in dictis litteris appositis, necnon regula nostra, & aliorum Romanorum Pontificum de non tollendo iure quæsito quibus omnibus etiam si de illis, &c. illorum tenores, &c. hac vice latissimè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis, & consuetis. Et quòd litterarum præfatarum tenores, ac litium status, & merita habeantur pro expressis, &c. seu &c. & de uocatione illarum, & extensione, necnon reductione, reuocatione, cassatione, annullatione, & viribus euacuatione, exceptione, inhibitione, decreto, & aliis præfatis, quæ hic pro repetitis habeantur, & ad partem perpetuo in forma gratiosa, & cum alia si videbitur deputatione iudicũ, &c. qui assistant, & præmissa obseruari faciant, &c. & sub censuris, &c. cum potestate citandi, &c. inhibendi, &c. inuocato, &c. sæcularis, & cum derogatione quorumcunque contrariorum, quorum omnium tenores, &c. latissimè exprimi possint. Et cum decreto, quòd litteræ, vt ad omnium notitiam deducantur, imprimi debeant per Impressorem nostrum Cameralem, quæ sic impressæ in valuis Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac acie Campi Floræ affigantur, ipsæque sic affixæ perindè afficiant, ac si essent omnibus personaliter intimatæ. Et nihilominus earundem transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius in dignitate Ecclesiastica constituti munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Et quòd præsentis Motus proprij tota signatura sufficiat, & vbique fidem faciat, tàm in iudicio, quàm extra, attento quod in Vrbe, seu, si videbitur, litteræ desuper cum maiori præmissorum expressione, etiam per Breue expediri possint.

Placet Motu proprio. M.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Quarto Idus Aprilis, Anno Sexto.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingẽtesimo septuagesimo primo, Indictione decimaquarta, die verò vigesima prima Aprilis Pontificatus Sanctiss. in Christo patris, & D.N.D. Pij Papæ Quinti, Anno Sexto, supradictæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissis in locis supradictis copijs affixis, per me Alexandrum Allancolium Curs.

Antonius Clerici Magister Curs.

GREGORII DECIMITERTII.

Constitutio de Aedificijs, & Iure congrui.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

QVAE publicè vtilia, & decora esse huic Almæ Vrbi ratio ipsa, atque vsus docuit, ea priuatis cupiditatibus, ac commodis præferenda censemus. Cum itaque fel. mem. Pius Papa V. prædecessor noster nonnullas per sel. recor. Sixtum IIII. Leonem X. & Pium etiam IIII. similiter prædecessores nostros ad ornatum Vrbis editas constitutiones, vnà cum decreto Cam. Apost. de Inquilinis in emptionibus domorum præferendis, tanquam iuris communis correctorias, & quæ nimis latè à Iudicibus interpretatæ causam iniuriæ quamplurimis pauperibus inferendæ præberent, duobus editis scriptis, quorum solam signaturam sufficere voluit, motu proprio abrogasset, & ad viam Iuris communis reduxisset: Dilecti filij Senatus Populusque Romanus abrogationem, & reductionem huiusmodi egreferentes, initio Pontificatus nostri, & aliàs persæpe publico decreto à nobis enixè postularunt supplices, vt litteras præfatas Pij Quinti, vti decori publico, ac multorum Ciuium commoditati infensas tollere pro nostro erga hanc Almam Vrbem paterno amore dignaremur. Quam rem cum nos diutius differimus, plurimorum eandem ob causam querimonias expostulantium sustinuimus: quin etiam intelleximus publicum ipsius Vrbis ornatum deleri, & magnifica ædificia iampridem inchoata, propter nimiam quorundam cupiditatem interrupta pendere, plurimosque ea de causa ædificandi consilium abiecisse. Quibus malis, quo minimo Ciuium nostrorum, ac Curialium detrimento fieri possit, mederi cupientes, cũ etiã in litteris Sixti, ac Leonis, ac Pij IIII. huiusmodi multa addenda, & minuenda, ac aliàs animaduersione digna apparerent, opportunum arbitrati sumus, omnibus prædictis Sixti, Leonis, & Piorum litteris antiquatis, & abrogatis, quæ ab illis ad publicum Vrbis, illiusque districtus ornatum, aeris salubritatem, ac priuatorum etiam commoditatem prouide, tunc ordinata fuerant, ea magis accomodata his temporibus ratione moderata, simulque ea quæ nos de nouo statuenda duximus, vnica constitutione complecti omnia, ne publicum bonum, ac decus tacere diutius pateremur.

Itaque

1 Itaque dictas, ac quascunque alias prædecessorum litteras, quatenus ad aliquod eorum, quæ his nostris litteris continebuntur, pertinent, de quæ aliquo eorum statuunt, aut disponunt, antiquantes, & abrogantes, atque penitus reuocantes, & tollentes, de potestatis nobis tributæ plenitudine statuimus, quòd qui pro tempore fuerint Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarius, atque ædificiorum, & viarum Vrbis Magistri, quacunque Vrbis parte necessarium, atque vtile fore cognouerint, possint pro vijs, areis, plateis, alijsque locis publicis, siue veteribus dirigendis, & ampliandis, siue nouis ducendis, & constituendis, cogere domnos domorum, & locorum quorumlibet, tàm Ecclesiasticos, quàm Sæculares quacunque dignitate præditos, vt vendant Conseruatoribus, aut Syndico eiusdem Vrbis domos, & loca, quæ Camerarius, & Magistri prædicti ad id necessaria duxerint, siue illa domini ipsi habitent, siue alijs locare soliti sint, pretio à Magistris prædictis statuendo.

2 Vbi verò aliquas ruinas esse perceperint, locaue aperta vijs publicis hærentia, ne lacere, atque inhabitatæ domus, interruptaque spatijs interiacentibus viarum septa, Vrbi deformitatem, atque incommoditatem afferant, curent ipsi Camerarius, & Magistri eas celeriter sarciri.

3 Itaque quoscunque dominos, siue directos, siue vtiles domorum dirutarum, vel arearum aliorumue locorum vacuorum, secus vias publicas iacentium, grauibus pœnis propositis, breuique ipsorum arbitrio præfinito tempore, cogant domos dirutas, vel areas, aliaue loca huiusmodi ab eis possessa, muro saltem claudere, murumque ipsum ad eam altitudinem, quæ proxima ædificia proximosque muros æquet, vel ad aliam, quam ipsi præscripserint, attollere. Eamque ob causam ijdem Camerarius, & Magistri, si ipsis visum fuerit, interdicant interim inde dominis exactionem, ac conductoribus, si qui forte fuerint, solutionem pensionum, seu canonum, aut censuum, eaque faciant in huiusmodi opus ipsosmet conductores impendere, quas cum conductores, ita impenderint, domini acceptas ferre debeant: cum verò impendere iussi neglexerint, opus quòd in tempore, iuxta huiusmodi præscriptum factum non fuerit, sua ipsi impensa perficient. Quod si, vel nulli sint conductores, vel pensiones interea temporis debitæ satis operi non sint, neque tamen domini possidentes domos dirutas, aut areas locaue aperta huiusmodi, sic clauserint, ex tunc præfinito tempore elapso, si vtiles tantum domini sint, ab vtili eorum dominio, omnique iure, quod inde eis competebat, cecidisse intelligantur, locaque ipsa directos dominos libere, cum onere tamen illa, ita claudendi, deuoluta sint eo ipso. Si verò etiam directum dominium, siue per proximè dictam deuolutionem, siue alias habeant, liceat prædictis Camerario, & Magistris, postquam sic præfinitum ipsis dominis tempus effluxerit, tum exigendis propositis pœnis, tum alijs crescente contumacia etiam grauioribus, & sæpius incutiendis, eos plecte-

re, tum verò etiam captis ex alijs illorum bonis pignoribus, eisque per subhastationem de more distractis, pecuniam cogere, vnde murus, & præscriptum opus omnino perficiatur. Vel si hac quoque ratione non profecerint, loca eadem, modo domini ipsi illa non incolant, propositis ad hoc semel, vel pluries edictis, quibuscunque personis illa nouis ædificijs instaurare, vel saltem, sic claudere volentibus, locare, aut in emphyteusim etiam ad longum tempus, vel ad vnius, aut plurium personarum, siue successurarum, siue nominandarum vitas, atque etiam perpetuò concedere, vel etiam vendere, aut aliàs alienare pro pensione, aut canone, aut pretio quod reperiri poterit, ita quidem, vt ex pluribus, hoc casu, oblatoribus, si quis rei particeps, aut consors fuerit, is præ omnibus obtineat, nisi forsan, & ipse in claudendo negligens fuerit: præter hunc autem, vicini cæteris, & inter vicinos, qui magis indiget, vel qui vicinus est à pluribus partibus, inter cæteros vero, qui plus, quique ad maiorem Vrbis ornatum ædificare voluerit, præferatur, indicio eorundem Camerarij, & Magistrorum.

4 Pro priuatis autem ædificijs similiter, aut nouis construendis, aut veteribus ampliandis, liceat cuicunque quouis muro, sibi propinquo libere vti, eique tigna, lapides, aliamque materiam ædificij sui, totumque ipsum ædificium iniungere, & annectere, etiam si murus is ad vicinum suum totum pertineat, persoluto tamen eiusdem muri dimidio pretio, ad eam æstimationem, quàm duo periti, quorum singulos singulæ partes elegerint, vel illis discordibus ipsi viarum Magistri declarauerint.

5 Et si inter duas domos viculus fortè, siue intercapedo trium circiter, vt solet, palmorum interfit, liceat ei, qui primus in altera earundem domorum ædificare cœperit, habita tamen ab ipsis Magistris licentia, totum sibi vinculum nullo persoluto pretio occupare, ac domui suæ adiungere, domumque ad vicini murum producere, muroque, vt supra dictum est, communiter vti.

6 At si quis domum, fundum, solumue habens, ibi ædificare voluerit, illi Camerarius, & Magistri præfati cogant vendi domos aliaque loca eidem domui, fundo, solo vicino, quæ eorum domini non incolunt, sed locare solent, quæque ijdem Camerarius, & Magistri huiusmodi ædificio vtilia, necessaria putauerint, pretio tamen aucto duodecima eius parte, vltra æstimationem modo prædicto faciendam. Et nihilominus si ædificium ipsum insigne futurum sit, eique perficiendo aliqua domus etiam à domino habitata, vel hortus aliusue locus muris clausus opportunus cohæreat, eo casu (dummodo ædificium, iam cœptum sit, idque à duobus saltem lateribus cohæreat domui, horto, vel loco huiusmodi, illiusque æstimationem quadruplo sit excessurum) cogant dominum etiam, sic habitantem, vt domum, hortum, vel locum vendat, aucto tamen dicto pretio ad quintam eius partem; dataque ipsi domino sex mensium dilatione post factam venditionem, quo iterim ibidem permanens aliam, sibi habitationem parare possit.

7 Præterea, cum ob ducendam, siue dirigendam viam, vel ob aliud opus publicum aliqua pars alicuius domus, quam dominus sine vlla fraude tunc habitaret, mandato dictorum Magistrorum diruta fuerit, vndè domus habitationi domini incommoda efficiatur, vt familiam non capiat, si iuxta illam fuerit alia domus annua pensione, vel aliàs locari solita, cuius conductione huiusmodi incommoditati subueniri possit, vt id fiat, cogant eam domino domus dirutæ, si ibi deinceps habitaturus sit, vendi pretio, quod supradicto modo æstimatum fuerit. Quòd si diuersorum dominorum domus huiusmodi iacturam passæ, locari solebant, non autem habitari, alio ipsorum dominorum petente, cogatur alius domum suam sic dirutam, vel excisam vendere, constituto pretio ad æstimationem prædictam, hac tamen distinctione habita, vt detur optio illi, qui minorem iacturam in sua passus fuerit, an ipse velit aliam emere. Quin etiam, si quis post huiusmodi ruinas propter publicum aliquod opus factas propriam domum ea de causa aliqua parte diruram, vel excisam ipse habitare solebat, farserit, eique alia domus similem passa iacturam contigua sit, quam dominus similiter habitans intra tempus à Magistris præfinitum, neque farserit, neque muro clauserit; sed deformem reliquerit, velitque is, qui suam farsit, truncam illam, sibi contiguam suæ coniungere, & ædificare, ac propterea pretio, vt supradictum est, æstimando, & amplius addita eiusdem pretij quinta parte emere, cogatur eius dominus, licèt habitans, ita vendere.

8 Sed & cum aliqua domus, siue fundus, aut solum volente sua sponte domino vendendum erit, teneatur venditor perquirere à vicinis, quotquot erunt, qui rem aliquam immobilem illi contiguam habuerint (etiam si se empturos nullo modo antea professi sint) an aliquis eorum velit rem vendendam emere, eisque pretium, atque omnia pacta, & conditiones quibus cum alio verè, omnique procul fictione cõtraxit, intimare: perquisitio autem, & intimatio fiant per vnum ex Cursoribus, seu Mandatarijs personaliter, quidem si reperti fuerint; siu autem duorum Cursorum, seu Mandatariorum diligentia reperiri commodè non poterint, fiant domi dimissa copia: absentibus autem ab Vrbe, docto extraiudicialiter, & summarie coram eisdem Camerario, & Magistris eos abesse, fiant per publicum edictum locis, quibus in Vrbe consuetum est, affigendum. Quibus ita factis, iurent, tàm venditor, quàm emptor, apud acta Notarij dictorum Magistrorum, venditionem de huiusmodi re, iam factam, & intimatam esse veram, & in ea, eiusque pretio non intercessisse dolum, fraudem, simulationemue aliquam. Post hæc si vicini prædicti se eisdem pretio, ac pactis, & conditionibus empturos non declarauerint, & ibi ædificaturos non promiserint, præsentes scilicèt intra quindecim dies, absentes vero intra triginta, à die præfixorum huiusmodi iuramentorum: Rursus si, tàm præsentes, quàm absentes intra alios quindecim dies ab huiusmodi declaratione, & promissione (si fiat) omnia iuxta ea, quæ in venditione intimata continebuntur, non præstiterint, pretiumque si, quod in illa solutum fuerat, non persoluerint, & de ædificando ibi ad certã summam, certumque tempus, ac sub certa pœna, prout ab eisdem Magistris præscriptum fuerit, se non obligauerint, illis posthabitis, venditio cuicunque alij facta maneat, & rata sit. Qui verò intra vtrunque dictorum terminorum prædicta impleuerit, ei cæteris exclusis venditio sic fieri debeat. At si perquisitio, & intimatio ita factæ, iuramentaque ita præstita non fuerint, quæcunque venditio de ea domo, siue solo cuicunque alij facta nullum ius emptori tribuat, & quo ad illum pro infecta sit, quandiu vicini intra annum à die, quo illam resciuerint, se opposuerint. Siquidem aliquo ipsorum intra dictum annum petente, seque, vt prædictum est, obligante ad ædificandum, & pretium emptori (si is illud accipere, & emptioni suæ renunciare, ac ratione illius, prout Camerarius, & Magistri mandauerint, cauere voluerint) restituente, alioqui pretium ipsum deponente, venditio ei facta censeatur, & perindè ex illa in rei possessionem inducatur, expulso inde dicto primo emptore, ac si cum eo, & ad eius commodum celebrata esset. Resciuisse autem, quod ad hoc attinet, intelligatur quocunque modo perceperint, vel hoc solum rem scilicèt fuisse venditam, licèt neque pretium, neque alias conditiones, aut qualitates perceperint. Post dictum verò annum maneat prima venditio, neque hac de causa à quoquam amplius impetatur. Cæterum eo casu, quo perquisitio, & intimatio prædictæ fient, si in illa venditione aliqua simulatio præsertim, circa pretium augendum admissa fuerit, tum venditio nulla sit, tum simulatores ipsi alter re, alter pretio priuati fiant, ipsumque pretium, ipsaque res Cameræ Apostolicæ applicentur eo ipso. Et præterea ijdem simulatores pœnis falsi, & si iurauerint, etiam periurij puniantur.

9 Eadem omnia, & cum inquilino locum habeant, cum domus volente domino venalis erit, videlicèt, vt etiam ipsius domus inquilino (si quis erit) perquisitio, & intimatio fiant modo prædicto: ipseque, si emere voluerit, tum intra eosdem terminos, tum deinceps eadem faciat, quæ vicini facere debent, excepta duntaxat oblatione, & obligatione de ædificio. Etenim inter inquilinum, & vicinos ea sit distinctio, vt volentibus ædificare vicinis, inquilini nulla ratio habeatur: sed tantum vicinorum. At illis non promittentibus ædificare, inquilino, etiam si ædificaturus non sit, idem ius in emptione competat, quod vicinis, si ædificare vellent, secundum prædicta competeret.

10 Verumtamen quando in singulis casibus prædictis, siue coactæ, siue ipontaneæ venditionis duo vicini fuerint, quorum ædificijs vendenda res opportuna existat, & propterea illam, sibi quisque ex hac constitutione vendi postulet, is obtineat, qui magis illa indigerit. Aut si vterque æquè indigeat, inter vtrumque diuidatur, quatenus vtrique commoda portio tribuatur. At si huiusmodi portiones vtrique forent inutiles, tota illi detur, cuius ædificio à pluribus partibus, vel aliàs magis adhæserit. Si verò alteri

tantum

tantum diuisio inutilis futura sit nihil illi, sed tota alteri detur. Quod si nulla fuerit ædificantium indigentia, is præferatur, qui magis fuerit vicinus, vel vicinitate pari, is qui plus, quique ad maiorem Vrbis ornatum iudicio eorundem Camerarii, & Magistrorum ædificare voluerit.

11 Præter supradictos autem vicinitatis casus, si quis domum, aliumue fundum, aut solum in emphyteusim, aliumue titulum, perpetuo vel ad vnius, aut plurium personarum vitam pro annuo canone, aliaue responsione concessum habeat, ibique ædificare velit, liceat eisdem Camerario, & Magistris, eo petente, domum, fundum, aut solum huiusmodi ab eius directi domini, licet nolentis, proprietate, dominio, ac iure, nec non à canonis, seu responsione præstatione eximere, & liberare, alia re stabili prius constituta, pretii, commoditatis, redditus, ac bonitatis saltem paris, quæ loco illius liberatæ sit quoad omnia. & ad eundem directum dominum ratione proprietatis, dominij, deuolutionis, & aliis cuiusque iuris, & oneris eisdem modo, & forma pertineat, quibus illa pertinebat: translato quoque ad istam huiusmodi canone siue responsione, cum augumento quintæ illius partis: & insuper præstita idonea cautione, & etiam facta per illum qui ædificaturus est obligatione omnium suorum bonorum, tum quod res in quam facta est huiusmodi translatio, libera est, tum etiam de euictione in ea forma, qua in Vrbe præstari solet.

12 In rusticis quoque prædiis, vt & illorum nitori ad honestam in illis hominum commoditatem, salutaremque, siue animi siue corporis refectionem aliqua ratione consulatur, illud obseruetur. Vt qui vineas, aut canneta intra tria ab Vrbe milliaria, siue partiariis colonis aliqua parte fructuum, siue aliis pecunia solent locare: cogi possint eadem vendere pretio æstimando, vt supra dictum est, & amplius duodecima ipsius pretii parte iis, qui prope illa vineas possident, quas colunt sua impensa, dummodo emptorum vineæ sint non solum maioris pretii, & mensuræ, sed magis etiam, & cultæ, & ædificiorum structuris conspicuæ: hinc omnibus illa tantopere superent, vt magna inter vtraque adsit inæqualitas, iudicio eorumdem Camerarii, & Magistrorum. Non possint autem cogi, vt partem tantummodo earum vendant.

13 Si vero, qui vsque ad duodecim ab Vrbe milliaria habent prædiola mensuræ decem dumtaxat, vel paucorum rubrorum (quas linguas, seu pedichas dicunt) contigua maioribus annorum prædiis, quæ casalia appellantur. Item si quoque, ex quorum Casalibus similes linguæ seu pedichæ eiusdem mensuræ, in aliorum intra idem spatium duodecim milliarium constituta casalia excurrunt, eaq; intersecant, vel à duobus, vt minus, lateribus linguæ ipsæ à vicinis casalibus circundentur, cogi possint (siue ipsi colant, siue aliis locent) illas vendere, constituto pretio ad æstimationem de qua supradictum est, adiectaque eiusdem pretij quinta parte.

14 Quæcunque autem supra statuta sunt, tam de vrbanis, tum de rusticis prædiis, aut sponte, aut coactè vendendis, vel etiam à directis dominis liberandis, ea locum habeant omnino, siue prædia ipsa sint Ecclesiastica, & quascunque ecclesias, & basilicas, etiam dictæ Vrbis, etiam Patriachales, aut cuiusuis ordinis Monasteria, & etiam mendicantium domos, aliaque loca religiosa, nec non Hospitalia etiam nationum, aut regularium, militiarum, sodalitatesque, aut confraternitates, cæteraque pia loca pertinentia, dummodo neque contigua Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus, Religiosisque, ac piis locis huiusmodi, neque intra illorum septa consistant: siue sint priuatarum personarum Capellæ, & oratoria, vel domus, aut loca seruanda hospitalitati destinata, modo hospitalitas inibi iam neque exerceatur actu, neque amplius exerceri debeat: siue sint laicalia, & cuicunq; fideicõmisso, substitutioni, successioni, vel dispositioni obnoxia: & tam hæc laicalia, quã illa Ecclesiastica, eorũ qui illa reliquerunt, seu dederunt victima, vel alia voluntate alienari prohibita, ac quocunque onere grauata.

15 Sed quoties casus euenerit, quò res aliqua ha cconstitutione vendi debeat, si is ad quẽ pertinet eam vendere bis monitus à Camerario, & Magistris, cum assignatione conuenientis termini ad vendendum, id recusauerit, vel malitiosè distulerit, tunc Camerarius, & Magistri vice ac nomine recusantis, vel differentis rem ipsam vendant, cum promissionibus, obligationibus, renunciationibus, pactis, etiam pœnalibus, & clausulis consuetis, pretiumque, quod inde cum eius augumento proueniet, apud ædem sacram, vel personam fide, & faciendatibus idoneam deponant. Deinde si res ecclesiastica erat, vel etiam si laicalis, sed (quod sciatur) fideicommisso, substitutioni subiecta, alienarue prohibita, aut onere grauata: antequam emptor eius possessionem assequatur, pretium ipsum totum in aliquorum bonorum immobilium emptionem, vtiliter conuertatur, cauente de euictione etiam ipso empto re, & ad id omnia bona obligante. Deturque bona fide empta domino rei venditæ. Quo facto, venditio rei illius nequaquam rescindi, aut etiã impugnari possit, prætextu quarumuis obstantium dispositionum, siue etiam mutilitatis ecclesiæ, aut loci, vel personæ cuiuiquam. Et insuper res illa venditæ libera sit, & exempta ab omnibus huiusmodi dispositionibus, prohibitionibus, & oneribus, eaqua ad bona, in quæ illius pretium conuersum est, sint translata. Et exinde bona ipsa dictæ venditæ rei loco maneant, eisdemque prorsus dispositionibus, prohibitionibus, & oneribus subiaceant, quibus illa subiacebat: sintque nihilominus de euictione illius emptori obligata eo ipso. Sin autem res vendita neq; ecclesiastica erat, neq; eiusmodi vinculis obnoxia habebatur, & qua eius dominus fuerat, venditioni ita factæ consentire velit, ac fideiussores de euictione præstare, pretium illi soluatur. Quod si huiusmodi fideiussores præstare noluerint, vel etiam non potuerint, emantur ex ipso pretio arbitrio eorundem Camerarii, & Magistrorum, vel loca montium non vacabilium, vel alia bona immobilia de quorum euictione idoneis fideiussoribus sit cautum, eaque dicto domino tradita, sint loco similis cautionis pro re vendita, donec aliter emptori idonee caueatur, & interim vendi

aut

aut aliàs alienari nullo modo possint. Verum vsquequo pretium, vel ex pretio alia res empta, vt præfertur, domino tradatur, pensio, quæ ex ipsius rei venditę locatione percipi solebat, vel percipi verisimiliter potuisset, eidem ab emptore persoluatur.

16 Curent autem Camerarius, & Magistri, vt quilquis per causam ædificandi huius constitutionis fauore vti voluerit, ei ante omnia, consideratis, tum ipsius, tum loci qualitatibus, summam, quam ædificando, vt minimum, impendere, ac tempus quo inchoasse quoque perfecisse debeat propositis quas voluerint pœnis præscribant. Isque ad præscriptum huiusmodi promittat, & se bonaque sua omnia arctissime obliget, subiturus omnino pœnas ipsas nisi promissa præstiterit, omni purgatione moræ ex quocunque iure, & etiam canonica æquitate competenti penitus sublata. Et nihilominus compellendus ab eisdem Camerario, & Magistris, vel promissa perficere, vel quæ propterea emit, & etiã illis vicina, quorum occasione emit, & in quibus se ædificaturum proposuerat, loca, & domos aliis ædificare volentibus, iusto pretio, sicut supradictum est, æstimando, absque vllo augumento vendere.

17 Sed ne aliquorum impunitas, qui (vt accepimus) beneficio litterarum Sixti, & Leonis, ac Pij Quarti dum illæ vigerent abusi, domos, & loca ex illarum dispositione acquisita intabricata adhuc retinent, aliis admittendi similia audaciam præbeat, iidem Camerarius, & Magistri illos omnes qui à viginti annis citra loca aliqua ex dictarum litterarum dispositione emerunt, seque in illis ædificaturos promiserũt, nec præstiterũt, cogant ea omnia, quæ tunc facere debebant, intra spatium sex mensium, à die præcepti eis hac de re faciendi implere: alioqui pœnas præmissas ab ijs exigant omnino. Et præter illas, loca eadem dominis quibus ablata fuerunt, si ipsi velint, eodem pretio, quod tunc solutum fuit restitui, vel illis nolentibus, aliis qui ibi ædificaturi sint, pretio, vt supradictum est, æstimando vendi compellant.

18 Cæterum pœnæ omnes, quas incurrẽt, qui aduersus constitutionem hanc, seu Camerarii, & Magistrorum pro ipsius constitutiónis executione mandata, vel decreta admiserint, locis prius dictæ Vrbis ita applicata sint, vt illi ex locis ipsis irrevocabiliter debeantur, pro quo primùm pœnæ ipsę post illarum incursum petitę fuerint; ad quam petitionem, lapsis ab huiusmodi incursu triginta diebus, (nisi dicti Camerarius, & Magistri illas iam pro eorum debito exegerint) quilibet in dicta Vrbe, vel in Romana Curia iudex ad illarum exactionem indefinenter procedat, donec eidem loco vere, & integre persolutę fuerint. Nullo autem dictorum locorum petente, noster in Vrbe Vicarius eas de manu dictorum Camerarij, & Magistrorum accepras, vel eis ab ipso interpellatis negligentibus, ab debitoribus exactas, inter dicta loca, iuxta eorum indigentiam, arbitrio suo distribuat.

19 Nos enim ad supradicta omnia, & singula faciendum, & exequendum, inque illis, & pro illis summariè, simpliciter, & de plano, solaque veritate inspecta, ac mero regio, etiam ex officio, procedendum, plenam, expeditam, liberamque auctoritatem, & potestatem, Camerario scilicet in Ecclesiasticas, eidemque, & magistris viarum prędictis in laicas, ac quoad pœnas prædictas Vicario, ac singulis Vrbis, vel Curiæ Iudicibus huiusmodi, in quascunque personas, de eadem potestatis plenitudine prȩsentis constitutionis auctoritate tribuimus, & demandamus.

20 Decernentes eadem omnia, & singula quæ supra statuta sunt, si quando in aliquo casu de eorum sensu controuersia contingat, in eam partem interpretanda esse, quæ ad Vrbis ornatum magis facere videbitur. Ac semper, & vbique siue in iudicio, siue extra iudicium fauorabilia censeri. Et ita ab omnibus Iudicibus etiam Palatij Apostolici auditoribus, & Cardinalibus, sublata quauis aliter interpretandi, & iudicandi potestate, interpretari, & iudicari debere. Et si secus fiat, irritum, & inane.

21 Non obstantibus præmissis, ac felicis recordationis Simmachi, & Pauli II. de rebus Ecclesiæ non alienandis, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, legibus etiam Imperialibus, dictæque Vrbis, atque ecclesiarum, monasteriorum, & locorum religiosorum, siue piorum, ordinumque, quorum bona huiusmodi fuerint, statutis & consuetudinibus, necnon testantium vltimis voluntatibus, aliisque dispositionibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis priuilegiis quoque, & litteris Apostolicis eisdem Ecclesiis, monasteriis, & locis, eorumque superioribus, capitulis, & conuentibus, seu Populo Romano, aliisque quibuscunque concessis, & quibuscunque aliis Sedis Apostolicę indulgentiis, per quæ præsentium executio, & per eas tributæ iurisdictionis explicatio posset quomodolibet impediri, vel tardari: quibus omnibus, eorum tenores pro plene, & integre expressis habentes, de potestatis plenitudine prædicta derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

22 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ annuationis, abrogationis, reuocationis, sublationis, statuti, tributionis, demandationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, Kalen. Octobris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

M. Datarius.

A. de Alexijs.

Anno a Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, Indictione secunda, die vero decimaquinta,

ea mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidētia Papæ XIII. Anno eius tertio, retroscriptæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Ecclesiarum Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Petrum Aloysium Gaytam, & Io. Guerardi Curs.

Alexander Astancollus magister Curs.

DECRETVM

Reuerendæ Cameræ Apostolicæ in fauorem Inquilinorum, Super quo Magistri Viarum, ac cæteri Iudices causas præfatas cognoscere possunt.

RAPHAEL Episcopus Portuē. Card. S. Georgij S. D. N. Papæ Camerarius. Cupientes trāquillitati Curialium, qui vt plurimum alienas domos sub annua pensione in Vrbe incolunt, ne ab earundem domorum Inquilinatu per altos expelli possint, simulatque litibus, & controuersijs, quæ propterea suboriuntur submouendis, quantum possumus, opportunè prouidere. Hinc est, quòd cū in libris Cam. Apost. reperta fuerit attestatio Cōstitutionis huiusmodi sub tenore. De mandato RR. Patrum Dominorum Vianensis Proton. Bonon. S. D. N. Papæ Vicecamerarij, & reliquorum Dominorum Clericorum Cam intimetur R. in Christo Patri, & Domino D. Honofrio Episcopo Tricaricen. Commissario, & Iudici causæ Romanæ domus, inter quosdam *Simonem* de Luca Mercatorem ex vna, & Marianum de Senis Inquilinum ex alia, partibus verten. qualiter in Cam. Apost. reperitur Cōstitutio quædam, cuius effectus est. Quod nemo Curialis Inquilinus eijci possit ex domo conducta, nisi propter factā locatæ domus venditionē, aut dominus domus volens ipsam domum locatam, per se ipsum, & non per alium quemcumque inhabitare, & eo etiam casu nisi facidato prius de inhabitando huiusmodi domum per se ipsum ad minus per vnum annū aut Inquilinus requisitus debito tēpore recusset soluere conuentam pensionē, & q̄ de hoc est etiā in Ro. Curia publica vox, & fama, vniuersalis obseruantia in iudicis eiusdē Curiæ Dat. Romæ in Cam. Apost. sub eiusdem Sigilli impressione, Anno Domini 1470. die 26. Mensis Octobris Pōtificatus *Sanctiss.* in Christo Patris, & D. N. D. *Pauli* Papæ II. Anno eius septimo. *Caspar Slondus*. Propterea eandem attestationem, & dispositionem, cum omnibus, & singulis in eis contentis. De mandato S. D. N. Papæ viuæ vocis oraculo, nobis desuper, & ex decreto in Cam. Apost. facto, cū omnium, & singulorum suppletione defectum, tàm iuris, quàm facti, quicunq; sint innouamus, Legisq; generalis in perpetuum, vim, & effectuum habere, nec ad eius probationem in iudicijs, & extra alicuius, quā vnius ex Notarijs Cam. Apost. de præsenti innouatione, & ordinatione, ac statuto transumptum, requiri, sed idem transumptum plenè sufficere decernimus, & ordinamus. Et nihilominus pro maiori dictorum Inquilinorum satisfactione, & ad lites, ac cōtrouersias euitandas, vt præfertur Oraculo, & decreto similibus, etiam in perpetuum statuimus, & ordinamus, quòd ex nunc, & in posterum nullę locationes, etiam ad longum, seu lōgissimum tēpus, seu etiam ad tertiam generationem, nec etiā venditiones de eisdem domibus sic alteri locatis seu, & quiuis alij contractus quomodocunque, etiam cum iuramento, & in quauis forma etiam Cam Apost. seu aliàs quomodocunq; excogitari possint, etiam sub prætextu, quòd vtiles eisdem locatoribus dominis existant, per earundem domorum dominos, siue Romani sint, siue Curiales etiam si alias pupilli, siue XXV. annis minores, vel etiam mulieres, laici, vel clerici, seu etiam Religiosi, vel aliàs Ecclesiarum quarumuis. Rectores, vel etiam earundem domorum iure quorumuis beneficiorum per eos obtentorum ius, seu dominium habentes, & pro quauis necessitate fieri valeant, seu alicuius momenti sint, nisi primitus, & ante omnia iidem Domini earundem domorum Inquilinos per authentica instrumenta, & in præsentia Notarij, & testium fide dignorum, bis, & cum interuallis decē dierū requisiti si pro iustis conditionibus, seu pretijs, vel alijs considerationibus easdem domos in similem locationem, vel emptionem, vel per alios huiusmodi contractus habere volunt, aliàs oblatæ venditiones, & locationes, alijque contractus locationis desuper facti, ex tunc, etiam, si aliàs præsens Constitutio ignoraretur, nullius roboris, vel momenti fore intelligantur, & omni modo pro infectis habeantur. Ac ex tunc idem locare, vel vendere, seu aliàs contrahere volens, censeatur ad eandem locationem, vel aliam contractum cum eodem Inquilino faciendum præcisè astrictus, perinde, ac si per publicum instrumentum idem Dominus se ad eam locationem, venditionem, seu alium contractum eidem Inquilino obligasset, super quo etiam sola veritate inspecta, ius, & iustitiam ministrari volumus, & mandamus, In contrarium facien. non obstan. omnium hinc exprimen. tenores pro sufficienter expressis habentes. Die 11. mensis Octob. 1510. Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Iulij diuina prouidētia Papæ II. Anno septimo

Præ-

Præfatum Decretum, & Constitutio antiqua confirmata fuit per Reueren. DD. Vicecamerarium, Præsiden. & Clericos Cameræ Apostolicæ Præsidentibus Romæ in Camera Apostolica Venerabilibus viris DD. Io. Baptista Brocho Commissario Apostolico, & Aurelio Amerin. Notario Cameræ Apostolicæ, & me Melchiorre de Campania eiusdem Cameræ Notario rogato. Et ne contingat quemquam de præmissis hæsitare, has præsentes litteras testimoniales fieri, & per eiusdem Cameræ Apostolicæ Notarium infrascriptum subscribi, sigillique nostri Camerariatus officij iussimus, & fecimus appensione communiri. Dat. Romæ in Camera Apostolica, sub Anno à Natiuitate Domini nostri 1513. Indictione prima, die verò 11. mensis Iunij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Leonis diuina prouidentia Papæ Decimi, Anno eius primo, Præsentibus ibidem venerabilibus viris DD. Aurelio Amerino, & Francisco de Attauantis, eiusdem Cameræ Notariis, testibus ad præmissa vocatis specialiter, atque rogatis.

Placet D. N. Papæ, & ita Motuproprio mandat. L. Card. Agennen.

Registrata in Camera Apostolica lib. 4. diuers. Iulij Papæ II. fol. 120.

M. de Campania.

PAVLI TERTII.

Litteræ in fauorem seruorum libertatem in Palatio Conseruatorum acclamantium.

PAVLVS PApa III. Motu proprio &c. Nouimus quòd in hac alma Vrbe nostra, quę caput Ecclesiæ existit, sicut hactenus ante christianam Religionem totius orbis sibi, & merito, caput obtinebat, ob reuerentiam Christianę Religionis asperum seruitutis iugum penitus extinctum fuerit: quinimo ex causa prædicta mancipia quæque ad sacri Senatus Cameræ Vrbis officium, & eiusdem nostræ Vrbis Conseruatores confugientia, & libertatem acclamantia, libertatem consequi, veteri instituto consueuerunt, ac forsan etiam Magistratus prætati ex speciali priuilegio Pontificali, seu Imperiali potestate mancipia huiusmodi ab aspero seruitutis nexu liberanda habeant priuilegia, quę huiusmodi tam temporis diuturnitate, quàm etiam in Vrbis direptione deperdita esse potuerunt: Nos volentes dignitatem Conseruatoriam prædictam in præmissis speciali fauore prosequi, & ambiguitates tollere harum serie, motu, & scientia similibus de Apostolicæ potestatis plenitudine iurisdictionem, potestatem, & facultatem, per quam mancipia quæcunque sub iugo seruitutis quoquomodo obligata ad sacri Senatus Cameræ Vrbis officium, & pro tempore existentes Vrbis Conseruatores, confugientia, & libertatem acclamantia, per eosdem Conseruatores libertate donari. & Romani Ciues, liberique homines effici possint, & debeant, reintegramus, & quatenus opus sit, de nouo damus, concedimus, & gratiosè impartimur, ita quòd mancipia quæcunque, quæ ab eisdem Conseruatoribus liberata hactenus fuerunt, & in posterum liberabuntur, pro liberis hominibus, & Romanis ciuibus in omnibus, & per omnia vbique habeantur, teneantur, & reputentur, & tractentur, & facultatem habeant in iudiciis standi, contrahendi, & alia faciendi, sicut cæteri Ciues Romani liberi homines facere consueuerunt, & faciunt, & ita ex nunc, prout ex tunc, &c contra, libera esse volumus, & mandamus, ac liberamus omni iuris cuiuslibet statuti, consuetudinum, vel aliorũ contrariorum rigore penitus reiecto, irrito, & inane decernen. quicquid scienter, vel ignoranter contra præsentium tenorem factum, & attentatum fuerit, & ab omnibus iudicibus tam ordinarijs, quàm delegatis, etiam quacunque iurisdictione fungentibus aliter iudicandi, sententiandi, & diffiniendi potestate, & facultate sublata. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stylo palatij, priuilegijs, indultis, statutisque etiam iuramento firmatis in specie, vel in genere editis, cum quibusuis clausulis, & derogatoriarum derogatoriis, & per quoscúque Romanos Pontifices prædecessores nostros etiã per litteras sub plumbo, & cum derogationibus quibuscunque emanatis, aliisque contrarijs non obstantibus quibuscunque. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, &c. pro expressis habẽtes, & aliàs latissime extenden. derogamus.

Fiat, vt petitur A.

Et cum absolutione à censuris ad effectum præsentium, & quod litteræ etiam in forma Breuis expediri possint, & obstantiæ habeantur pro expressis.

Et cum derogationibus solitis, & potestate, & facultate latius extendendis.

Fiat A.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, quinto Kalendas Iulii, Anno primo.

PII QVINTI.

Constitutio super forma creandi Census.

Pius Episcopus Seruus Seruorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

CVM onus apostolicæ seruitutis obeuntes cognouerimus innumeros celebratos fuisse, & in dies celebrari censuũ contractus, qui nedum non contineantur intra limites à nostris antecessoribus eisdem contractibus statutos, verum etiam, quod deterius est, contrarijs omnino pactionibus propter ardentem auaritiæ stimulum, legum etiam diuinarum manifestum contemptum præseferunt, non potuimus animarum, prout tenemur, saluti consulentes, ac piarum mentium petitionibus etiam satisfacientes, tam graui morbo, letiferoque veneno salutari antidoto non mederi. Hac igitur nostra constitutione statuimus, censum, seu annuum reditum creari, constituique nullo modo posse, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit. Rursum nisi vere in pecunia numerata, præsentibus testibus, ac notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem prius recepto integro, iustoque pretio. Solutiones, quas vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus. Conuentiones directe, aut indirecte obligantes ad casus fortuitos eum, qui alias ex natura contractus non teneatur, nullo modo valere volumus. Quemadmodum nec pactum auferens, aut restringens facultatem alienandi rem censui suppositam, quia volumus rem ipsam semper, & libere, ac sine solutione laudemij, seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter vinos, quam in vltima voluntate alienari. Vbi autem vendenda sit, volumus dominum census alijs omnibus præferri, eique denuntiari conditiones, quibus vendenda sit, & per mensem expectari. Pacta continentia morosum census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium, seu certas expensas, aut certa salaria, aut ad salaria, seu expensas modio iuramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam, siue aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, siue alunde acquisitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita sint, & nulla. Immo, & censum augeri, & nouum creari super eadem, vel alia re in fauorem eiusdem, aut personæ per eum suppositæ pro censibus temporis, vel præteriti, vel futuri omnino prohibemus. Sicuti etiam annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem alias de iure, & ex natura contractus non spectarent. Postremo census omnes in futurum creandos non solum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratã pertre, sed etiam posse pro eodem pretio extingui: non obstante longissimi etiam temporis, ac immemorabili, immo centum, & plurium annorum præscriptione, non obstantibus aliquibus pactis directe, aut indirecte talem facultatem auferentibus. quibuscunque verbis, aut clausulis concepta sint. Cum vero traditione pretij reditus extinguẽdus erit, volumus per bimestre ante id denuntiari ei, cui pretium dandũ erit, & post denuntiam, intra annum tamen, etiam ab inuito pretium repeti posse, & vbi pretium nec volens intra bimestre soluat, nec ab inuito intra annum exigatur: volumus nihilominus quandocunque reditum extingui posse, præuia tamen semper denuntia, de qua supra: & non obstantibus his, de quibus supra, idque obseruari mandamus etiam quod pluries, ac pluries denunciatum fuisset, nec vnquam effectus secutus fuisset. Pacta etiam continentia pretium census extra casum prædictum, ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam causam repeti posse, omnino prohibemus: Contractusque sub alia forma posthac celebrandos fœneratitios iudicamus. Et ita illis propterea non obstantibus, quicquid vel expresse, vel tacite contra hac nostra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat à Fisco volumus posse vendicari. Hanc autem salutiferam sanctionem nedum in censu nouiter creando, verũ etiam in creato quocunque tempore alienando, modo post publicationem constitutionis creatus sit, perpetuo, & in omnibus seruari volumus. Declarantes pretium semel censui constitutum nunquam posse ob temporum, aut contrahentium qualitatem, seu aliud accidens, nec quo ad vltimo contrahentes minui, vel augeri. Et licet legem ipsam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes, in quos sub alia forma peruenerunt census, hortamur in Domino, vt singulos contractus censuræ bonorum religiosorum subijciant, & animarum saluti consulant. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, statutis, & consuetudinibus, necnon priuilegijs, & litteris etiam per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam nos sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs, necnon irritantibus decretis, ex quauis causa etiam per modum legis vniuersalis, aut alias quomodolibet editis, tuae in fauorem Vniuersitatum, Communitatum, Collegiorum, Congregationum, Ciuitatum, & locorum concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, quatenus directe, vel indirecte præsenti nostræ constitutioni in toto, vel in parte contrarientur, specialiter, & expresse derogamus, cæteris que contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quòd præsentes in Cancellaria & acie Campi Floræ publicentur, & inter constitutiones,

stitutiones, extrauagantes perpetuo valituras conscribantur. Et quia difficile foret præsentes ad singula quæque loca deferri, volumus, & etiã declaramus, quòd earum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis, eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis, annullationis, statuti, mandati, iudicij, hortationis, derogationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, quartodecimo Kalendas Februarij, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Cæ. Glorierius.

H. Cumin.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno à natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Indictione duodecima, die vero vigesima nona mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Anno eius quarto, retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt Romæ in locis retroscriptis, videlicet ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, per nos Camillum Cherubinum, & Christianum de Monte, præfatæ Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursores.

Ioannes Guerardus magister Curs.

Lectæ, & publicatæ fuerunt retroscriptæ litteræ Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, die vero Sabbati vigesima nona mensis Ianuarij, Pontificatus D. N. D. Pij Papæ Quinti, Anno Quarto.

A. Lomelinus Custos.

GREGORII DECIMITERTII.

Constitutio super Doctoribus Romanis ad Lecturam in Studio, seu Gymnasio Almæ Vrbis in quacunque facultate eligendis.

Gregorius Papa Decimus Tertius.

Ad perpetuam rei memoriam.

CVpientes vniuersos Almæ Vrbis nostræ originis ciuium filios, ad bonarum litterarum cognitionem, & doctrinam, pro communi, & publica vtilitate, dictæque Vrbis ornamento, & honore paterna charitate, & Sedis Apostolicæ munificentia, atque liberalitate allicere, vt ipsis, & etiam cæteris ad virtutem calcar honorificum, & fructuosum addatur; Motu proprio non ad alterius super hoc nobis obiectæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de mera nostra liberalitate, dilectis filijs Senatui, & Populo Romano, quod ex nunc deinceps, & perpetuis futuris temporibus omnes, & singuli adolescentes, & iuuenes doctores ex patre, & auo Romæ natis Romani excedentes vigesimum secundum suæ ætatis annum, qui in studio, seu gymnasio publico dictæ Vrbis in quacunque facultate pro tempore legere voluerint, ad lecturam huiusmodi facta tamen prius per eos summo dilectis filijs nostris S. R. E. Cardinalibus super eodem studio, seu gymnasio deputatis, ac illius Rectore, & Reformatoribus pro tempore existentibus vna lectione, admitti debeant, cum salario viginti quinque scutorum quolibet anno, pro vnoquoque, qui vt præfertur legere voluerit, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo concedimus, & elargimur. Ne eaque eisdem Doctoribus, vt præfertur, qui in eodem Gymnasio munus legendi subibunt, dictum salarium annuum viginti quinque scutorum ipsis, & eorum cuilibet debitis, & consueta in eodem studio, seu gymnasio temporibus, ac de, & ex eiusdem studij, seu gymnasij reddit ibus, prouentibus, vectigalibus, & aliis emolumentis vniuersis per eos ad quos spectat, & pro tempore spectabit, debitis, & consuetis, motu, & auctoritate similibus constituimus, & assignamus, ipsosque ad lecturam huiusmodi recipi, & admitti, ac salarium eis, & eorum singulis persolui debere, vt præfertur, decernimus. Mandantes propterea dilectis filijs Conseruatoribus Cameræ dictæ Vrbis, ac Rectori, & Reformatoribus dicti studij, seu gymnasij, præsentibus, & futuris, aliisque omnibus, & singulis, ad quos id quomodolibet spectat, & pro tempore spectabit, quatenus præsentes nostras litteras recipiant, & admittant, ac inuiolabiliter obseruent, & ab omnibus, quos, et quomodolibet concernunt, & concernent, obseruari mandent, & faciant: necnon doctoribus

bus legentibus huiusmodi de dicto salario debitis, vt præfertur, temporibus annuatim respondeant, & etiam faciant ab alijs responderi: realiter, & cum effectu: & si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac studij, seu gymnasij, necnon Vrbis huiusmodi iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia, roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis quibusuis superioribus, & personis in genere, vel in specie sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis etiam motu simili, ac consistorialiter, & alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris, Die vigesima secunda mensis Octobris. Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Quarto, Pontificatus Nostri, Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

PAVLI QVINTI.

Constitutio super Reformatione Tribunalium Vrbis.

Paulus Episcopus Seruus Seruorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

VNIVERSI agri Dominici curam, meritis licet imparibus, Diuina dispensatione gerentibus sedulò Nobis inuigilandum est, vt, quæ ex veteri maledicto, quotidie in eo spinæ innascuntur, & tribuli, ministerio nostri Apostolatus, quantum ex alto permittitur, extirpentur, quòd, si hanc sollicitudinem omnibus Mundi partibus, ex officij nostri debito, debemus, illis tanè impendere præcipuè tenemur, quæ nostro etiam temporali regimini creditæ sunt; Sanè cum à diuersis Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus ad Tribunalium Almæ Vrbis nostræ reformationem, præsertim à felice recordatione Paulo Tertio, & Quarto, & Pio item Quarto, & Quinto, Gregorio Decimo Tertio, & Sixto Quinto, multa varijs temporibus, prouidè, ac salubriter constituta sint, tamen, quia successu temporis, vt humana fert conditio, complures abusus irrepserunt, idcirco vt debitus decor, ac forma ficut institiæ ratio, & publica vtilitas postulant, iisdem Tribunalibus restituatur, Apostolica auctoritate prouidendum duximus. Negotium verò huiusmodi, vt matura deliberatione, & prudentium consilio, prout rei grauitas postulabat, transigeretur, omnes penè Almæ Vrbis nostræ prædictæ Magistratus, alioſque viros, doctrina, & vsu præstantes simul conuenire, ac rem per eos diu, multumque vocatis etiam iis, quorum interesse poterat, examinari fecimus, quod cum longo tempore, multoque studio, & labore diligenter, fideliterque persecerint. Nos de eorundem consilio omnes, & quascunque alias Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum constitutiones super reformatione Tribunalium Vrbis nostræ prædictæ, in iis, quæ præsentibus nostris aduersantur abrogantes, & reuocantes, in aliis verò omnibus, præsertim in iis, quę in prędictis Constitutionibus constituta, & ordinata sunt, confirmantes, & innouantes, hac nostra in perpetuum valitura Constitutione sancimus, statuimus, & ordinamus, vt sequitur.

De Signatura Gratiæ, & Iustitiæ.

IN primis quòd nullus Referendariorũ commissionem expediat, in qua non adsit à tergo nomen Procuratoris, seu impetrantis, noti saltem ipsi Referendario, cuius solius citatiõ sufficiat in reformatione ipsius.

Verum ipsi Procuratores, seu impetrantes suum nõmen à tergo manu propria inscribant, & de mendacio conuincti, iuxta iuris dispositionem puniantur.

Vbi verò in cõmissionibus expediẽdis requiritur citatio partis, vna saltẽ citatio vna die pro altera fieri debeat personaliter, aut factis diligẽtijs p̃ duos Cursores (vt moris est) dimissa copia.

Atque in ipsis citationibus apponatur semper nõmen Referendarij, alioqui Referendarij ipsi commissionem non expediant.

Similiter nullus Referendariorum propositas, & reiectas in Signãtura Iustitię commissiones in Signatura Gratiæ corã nobis proponere audeat, nisi per Signat. Iustitiæ ad eandem Signat. Gratiæ remissæ fuerint, vel nisi talis sit materia, quæ scientiam nõstram requirat, & tunc præhabita semper licẽtia nostra, & successorum nostrorum Romanorũ Pontificum, vel saltem Card. Præfecti pro tempore Signaturę Gratiæ, qui parte audita deliberare poterit, an causa proponenda sit.

Nec in antiquis, & arduis materijs, in quibus plures hinc inde expeditę fuerint cõmissiones, & in auocatorijs à prioribus Iudicib. & quouis modo præiudicialibus, Referendarij manũ apponãt, nisi prius citata corã eis parte interesse habẽte.

Et cum agitur de reuocatione, aut moderatione alicuius præinsertæ, similiter manum non apponant, nisi in præinserta appositum sit nomen Referendarij, qui illi manum apposuit, vt rationẽ reddere, & eam iustificare possit.

Nec etiã reformatio, siue moderatio eiusdem præinsertæ à Præfecto Signa. Iustitiæ, nisi nomen Referendarij, vt præmittitur in ipsa præinserta appositum fuerit, aliquo modo signetur.

In cõmissionibus appellationum ab interlocutorijs manus nõ apponatur, nisi expresso releuanti grauamine, neq; in commissionibus appellationũ à diffinitiua cum clausula; Aut vim diffinitiuę habente, nisi res adeò exprimatur, vt videat Referẽdarius, an tale sit grauamen, quod per diffinitiuã reparari non possit, & si in commissione apposita fuerit clausula cum toto negocio principali, tũc addatur, iustificato tamen dicto grauamine. Et idem seruetur, quando est apposita clausula Quã, & quas, quæ tamen non sit restricta per sola verba de, & super præmissis.

Et nihilominus in supradictis cõmissionib. appellationũ ab interlocutorijs sẽper citetur pars, etiamo exprimatur grauamen, vt supradictũ est, quod per diffinitiuam irreparabile videatur.

Et ab excessiua taxatione expensarum semel tantum appellatio committatur, & duæ sententiæ habeant vim trium.

Vbi pars commissionem aliquam dolosè extorserit, & ob id commissio reformata fuerit, Præfectus manu regia, & executiuè expensas factas in reformatione commissionis refundere faciat, sine licit minime expectato.

Cõmissio prodilatione, vel alternativa semel tantũ concedatur, quã qui iã impetrauerit, lapso trimestri, aliã nisi à nobis, vel successorib. nostris, & Signat. nostra Gratię impetrare nequeat, & impetrata nõ suffragetur, nec tribuat iurisdictionẽ.

Abstineãt præterea Referendarij ab appositione manũ in cõmissionib. nullitatũ, & attẽtatorũ nisi exprimãtur nullitates ex defectu iurisdictionis, citationis, vel mandati, & ipsa attentata.

Item in commissionibus molestationum, & inquietationum, nisi addita clausula dummodò non sint indicialiter illatæ.

Et omnino abstineãt ab illis, in quibus narratur pronunciatum fuisse, prout in cedula.

Nec etiam manum apponant in commissionalibus prorogatiuis fatalium in causis criminalibus, nec illa concedatur vltra primam vicem, nisi præuia subscriptione Iudicis asserentis commissionẽ sibi signandam videri, & citato Fisco.

In ciuilibus autẽ prorogationes huiusmodi vltra primam vicem nonnisi ex causa concedantur.

Et similiter instantia, quæ causis discussionum præscripta est, nullo modo, nisi ex magna causa, & per Signaturam nostram Gratiæ prorogetur.

Quilibet autem Referendarius teneatur recipere contra commissiones, & eas omninò in eadem Signatura proponere, eoque casu sufficiat partem aduersam per quinque dies ante Signaturam fuisse modo suprascripto citatam.

Causę matrimoniales, & criminales Clericorũ & aliarũ personarũ Ecclesiasticarũ, cõmittantur ijs tantùm, quibus dispositum est per Concilium Tridentinum committendas esse.

Causæ verò criminales Laicorũ in Terris Ecclesiæ locorũ Gubernatoribus committantur.

Regens Cancellarię, & alij Officiales ad expeditionẽ commissionũ Signaturę Iustitiæ deputati, absq; mora receptis commissionibus illas expediant, nec sub quouis prætextu illas penes se retineant. Et qui illas per turnũ distribuere debent, illas sine aliqua ordinis ipsius turni peruersione, distribuant, illasq; ad bancum Curiorum etiam irrequisiti sine mora transmittant sub pœna priuationis officij, & alijs arbitrio nostro, & Successorum nostrorum Romanorum Pontificum.

De Camerario, & Camera Apostolica.

CAmerarius, Præsidentes, & Clerici, Fisci nostri incũbant, viq; illud liberius, & facilius facere, & exequi possint, causas ter Fiscũ nostrũ, ac priuatos iuxta propriam eorum Tribunalis naturam contenti sine, & propterea à cognitione causarum inter priuatos, etiam per viam appellationis, etiam ex Terris Ecclesiæ ad Sedem Apostolicam interpositę, omnino abstineãt, nisi causę à negocijs Fiscalibus dependeant, aut ab illis originem trahant.

Similiter abstineant à commissionibus, & euocationibus causarum, necnon litteris monitorialibus, & inhibitorijs, sequestrationibus, & alijs huiusmodi, vbi nõ agitur de interesse Fisci, etiam in Terris Ecclesiæ, cum hæc ad Signaturam nostram spectare noscantur, & alias ordo Iudiciorum multipliciter confundatur.

Permitti-

Permittimus tamẽ Camerario pro minori pauperum dispendio, vt causas appellationum à sententijs diffinitiuis, vel earum vim habentibus interlocutorijs intra quadraginta milliaria ab Vrbe in rebus minimis, & prosanis summam vigintiquinque ducatorum non excedentibus (de quo dispositiuè mentio fieri debeat) per simplices litteras aliàs iuxta formam iuris, & iuxta solitum committere possit.

Insuper, ne delicta impunita remaneant, ab absolutionibus, & remissionibus delictorũ quorumlibet, etiam leuium, aut illarum commissionibus, necnon saluis conductibus pro delinquentibus, etiam de delictis extra Terras Ecclesiæ commissis, omninò abstineant.

Similiterque à moratorijs dilationibus, nec etiam ad modicum tempus.

Necnon litteras Camerales pro adipiscenda possessione beneficiorum Ecclesiasticorum, etiã nobis, ac Sedi Apostolicæ reseruatorum, ac prorogationẽ temporis ad expediendas litteras Apostolicas quarumcunq; gratiarũ, aut ad solutionẽ annatarum, vel Collegio Cardinalium, aut Officialibus debitorum; minimè concedere valeant.

Clerici Cameræ, cum nullam iurisdictionem, vt singuli, sed tantùm collegialiter, & in plena Camera habere noscantur, nihil expediant priuatim, & singulariter, nec aliquas litteras, aut patentes de quacunque re subscribant, nisi ex commissione eis facta in eadem plena Camera, in qua omnia clarè, & distinctè proponi, ac in libro propositionum adnotari debeant, vel nisi agatur de negotijs Guberniorum, & Præsidentatuum, & Præfecturarum, quæ priuatim iuxta solitum expedire possint.

Notarijque in expeditionibus, & scripturis desuper conficiendis, de propositione, & commissione huiusmodi mentionem expressam facere teneantur.

Sed, & tam Camerarius, quàm Clerici ipsi vltra prohibita in præsenti reformatione à quibuscunq; licentijs, gratijs, & indultis de rebus spiritualibus in forma gratiosa, vel commissaria, etiã cum clausulis iustificatiuis, & alijs, tam in Terris Ecclesiæ, quàm extra illas, omnino abstineant.

Et similiter à quibuscunque alijs expeditionibus, quæ sibi ratione suæ ordinariæ iurisdictionis propter publicam vtilitatem expresè per litteras suarũ facultatum, concessæ nõ reperiantur. Nec prætextus consuetudinis, aut quasi possessionis etiam antiquissimæ, & immemorabilis in similibus concedendis eis suffragetur, etiamsi cõsuetudo, vel quasi possessio huiusmodi per litteras aliquorum Pontificum generaliter approbatæ fuerint.

Constitutio fel. rec. Pij Papæ Quarti super reformatione Tribunalis Camerę Apostolicę incip. Cum inter cæteras sub datum Kalen. Nouemb. Anno 1564. iuxta solitum legatur singulis annis in prima Camera Mensis Octobris.

Causæ coniunctorum, & propinquorum alicuius Clerici ad quartum gradum exclusiuè, ipsi Clerico nullatenus committantur, nec quisquã eorum sibi commissas audiat, sed eas expressa causa recuset.

Nec etiam in discussionibus, & decisionibus tã illarum, quàm aliarum quarumcunq; causarum, in quibus aliquod interesse prætendere posset, siue Clericus, siue Assistens ille sit, vllo modo interesse, nec vllum votum habere, sed statim à dicta Camera, etiam dum causa proponitur, etiam iniussus (cum in hoc ignorantiam prætendere non possit) egredi debeat, & si secus fecerit Clericus per mensem suspensione ab exercitio, & perceptione emolumentorum sui officij alijs Clericis applicandorũ ipso facto incurrat. Assistens vero locali um, & salarij exactione, alijs assistentibus applicanda ipsiusque Cameræ ingressus trium mensium spatio mulctetur.

Quicumq. autem, siue ex Clericis, siue ex alijs Cameralibus prędictis ab aliquo suspectus in causa recusatus fuerit, recusans nonnisi expressa suspicionis causa audiri, illaq. expressa absente recusato vt suspecto in Camera discuti, eaq. à plurib. approbata, suspectus ipse in huiusmodi causa nullo modo se intromittere, aut interesse debeat, si verò suspicio probari nequierit, nulla eius allegatæ ratio habeatur.

Caueant appellationes à decreto vim diffinitiuæ habente vllo pacto recipere, neque aliàs appellationum causas committere, nisi grauamine, & greuaminis causa ita expressa, vt Camera possit intelligere, & deliberare, an appellatio sit admittenda nec ne, & in omni casu, nonnisi citata parte hæc fiant.

Ad hæc pauperum Aduocatus, necnon Fisci, tam Aduocatus, quàm Procurator, Commissarius quiuis alius de eadem Camera sub eisdem, & aliis nostro, & Successorum nostrorum arbitrio pœnis, non scribant in causis priuatorum in Camerę Tribunali pendentibus, exceptis pauperum causis, & respectiuè ijs, in quibus Camera alicui adhærendo partem facit in iudicio, vel in quibus aliàs de Fisci & Camerę interesse agitur.

De Gubernatore Vrbis, & eius Tribunali.

LOcumtenẽs ciuilis Gubernatoris Almæ Vrbis pro tempore existentis vnus dũtaxat sit, legum scientia, vitæq. probitate, & Ro. Cur. experientia insignis, & ex hoc loco, qui ab Vrbe distet saltem per quadraginta milliaria oriundus, qui omnes causas ciuiles, tam cõmissarias iuxta formã cõmissionũ, quàm ordinarias, vel aliàs in ipso Tribunali introducẽdas iuxta suas facultates cognoscat, terminet, & decidat. Audientiam terminorum, pro quibus litigantes pro certa hora citati non sint, in sala Palatij Gubernatoris circa horam vigesimam pro Tribunali sedendo teneat. Ius reddat singulis diebus, exceptis festiuis de præcepto, aut consuetudine Almæ Vrbis, necnon diebus Coronationis Pontificis viuentis, ingressus Gubernatoris, Iouis, Lunæ, & Martis immediatè ante Cineres, ac ipsius diei Cinerum, totius hebdomadæ maioris, Commemorationisque omnium fidelium defunctorum, & Vigiliæ Natiuitatis Domini.

Significationes per viam recursus concedendas, semper concedat cum clausula, non tamen in contumaciam.

In causis ordinarijs, vel via ordinaria introducendis

cendis, etiamsi ad probationem producantur cedulæ, iura, & instrumenta obligationum Cameralium; non relaxet mandata executiua, si respectu summæ, vel valoris rei, vel aliàs ex natura causæ, de qua agitur, dictæ causæ sint appellabiles, nisi elapsis decem diebus datis ad appellandum, & seruatis solitis terminis ad docendum de legitima appellatione, & eius legitima prosecutione, & constito sibi de re iudicata.

Suspectus post litem contestatam, vel pro contestata habitam, allegari non possit, nisi à principalibusmet, vel eorum procuratoribus ad id speciale mandatum habentibus, & ex certa causa per eos in actis specificata, & iurata à Gubernatore pro legitima approbata.

Ab eius sententijs diffinitiuis appelletur ad Nos, nostramque Sanctam Sedem Apostolicam in causis appellabilibus; in quibus verò de iure recursus datur, recurratur ad Gubernatorem, qui causas huiusmodi recursus per se ipsum, vel alium ab eo deputandum, iuxta suas facultates expediat. Qui deputandus, tam in ipsis causis recursus, quàm in illis, in quibus in locum Locumtenentis vti suspecti recusati à Gubernatore deputabitur, & in causis quoque Commissarijs, in quibus ex rescripto Signaturę à Gubernatore similiter deputabitur, ea duntaxat emolumenta recipiat, quæ vt mox dicetur Locumtenens recipere posset, & nihil penitus vltra sub pœnis ei indictis.

Recursus vt supra ad Gubernatorem à Locũtenentis, vel deputãdi decretis, & sententijs petendi, infra decem dies duntaxat peti debeant, & tunc executionem non retardent, vsquequo Gubernator huiusmodi recursus non admiserit.

Locumtenens habere debeat scuta auri in auro quinque à quolibet ex duobus Notarijs causarum Ciuilium huius Curię ipii tantùm Locumtenenti quolibet mense in eius principio soluenda, & percipere possit iulium vnum pro singulis infrascriptis expeditionibus. Videlicet pro quolibet mandato executiuo, non tamen in contumaciam. Pro quolibet Arresto in carceribus. Mandato de excarcerando. significatione Dotali, aut vigore termini, aut in vim litis pendentię, aut litis finitæ, aut stante deposito, vel negatione, aut data cautione de stando iuri, & iudicatum soluendo concessa. Et etiam pro qualibet citatione, vel inhibitione vigore commissionis, aut extra Curiam decreta, dummodo in quolibet ipsorum casuum agatur de re, vel summa scutorum auri septem, qui constituant iulios septuaginta septem.

Gubernator Vrbis cumulatiuè procedere valeat in omnibus, & quibuscunque caulis criminalibus, in quibus Camerarius Ripæ vigore suarum facultatum procedere potest, itaut inter eos iuxta solitum sit locus præuentioni.

Habeatque iurisdictionem in Hebræos, prout infra dispositum est.

De Auditore Cameræ, & eius Tribunali.

IN primis quoad formam, & executionem obligationis Camer. mandamus seruari stylum hodiernum, vt scilicet quis obliget se, hęredes, & bona in ampliori forma Cam. cum solitis clausulis, & renũciationibus, citra tamen constitutionem procuratorum, & qui voluerit arctius obligari, consentiat relaxationi mandati executiui, aut illud in se suscipiat, vnica, si sic placuerit, citatione, aut intimatione præcedente. Nec vllo vnquam tempore renouetur vetus illa censurarum susceptio iam antiquata, & à Curia eliminata.

Minusq. ad dictarum censurarum relaxationẽ deueniatur, nisi in iuris subsidium, & factis prius diligentijs in locis destinatæ solutionis, prout hactenus fieri consueuit.

Et si parti petenti, ac debitum agnoscenti danda videbitur aliquando longior aliqua dilatio ad soluendum, intra quam nullum omnino mandatum, aliudve executionis genus relaxari possit, ea erit dierum triginta ad summum, aut etiam viginti, vel minor, arbitrio Iudicis, qui pro debitoris qualitate, ac debiti summa, quem maluerit de prædictis terminis eliget. Hoc tamen omnino obseruando. Vt nonnisi simpliciter, & absque vlla conditione, protestatione, vel reseruatione, quæ confessioni sit contraria; debitum confitenti concedatur, & qui aliter, aut præmissa aliqua protestatione, vel reseruatione petere, aut suscipere voluerit, repellatur. Et nihilominus protestatio, vel reseruatio fortè clandestinè, aut aliter facta, quoad præiudicium dictæ confessionis, & susceptionis termini pro infecta omnino habeatur, & nullius sit roboris, & momenti. Et si post decretum, aut etiam Actori à Notario tradictum mandatum executiuum Iudici præfatam dilationem concedere visum fuerit, nec Reus intra eam soluerit; Actor absque alio nouo iudicio, citatione, vel mandato, sed eodem illo, quod antea decretum, vel relaxatũ, aut traditum fuerat, executionem suam prosequatur.

Quòdq. supersessoriæ, seu (vt vocant) Non gratiæ; aut inhibitiones, vel dilationes non concedantur, præterquam in vim susceptionis censurarum, vel termini iudicialis à debitore suscepti, & nisi adiecta hac conditione. Dummodo alium terminũ ab ipso, vel alibi non susceperit. Et tam pro dictis supersessorijs, quam pro illorum reuocationibus iuxta stylum d. Tribunalis consuetũ nihil prorsus recipiatur, sed gratis, etiam pro sigillo, ac sine vlla Secretarij, Iudicis, aut cuiuscũq; alterius personæ mercede, concedantur.

In causis criminalibus in locis nobis, & S. Rom. Eccles. immediatè subiectis in posterum non decernantur, neq; relaxentur monitoria contra aliquem in prima instantia, nisi per Auditorẽ Cam. pro tempore, facto prius verbo nobiscum, seu cum Romano Pontifice pro tempore existente, præterquã nisi casibus in bulla in Cœna Domini legi solita contentis, in quibus nihilominus quando monitoria extra Italiã decernenda erunt in locis nobis, & eidem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ

non

non subiectis, vel aliàs contra officiales Curiales exemptos, & contrauenientes inhibitionibus, & litteris Apostolicis, vel etiam pro rebus dependentibus à causis criminalibus coram Auditore Cam. pro tempore legitimè introductis, ac pendentibus, huiusmodi monitoria non relaxentur, nisi facto prius verbo nobiscum, seu cum Romano Pontifice pro tempore existente.

Nec decernat Monitoria specialia in causis profanis etiam in Terris Ecclesiæ vltra quadraginta milliaria ab Vrbe, quando valor causæ non excedit summam centum florenorum.

Appellationes nõ aliter recipiat, audiat, vel admittat, quàm si exhibita fuerit notario in actis ab appellante fides publica, seu publicũ instrumẽtum (ita quòd simplex copia, nec recipiatur, nec admittatur) sententiæ, à qua extitit appellatum, eaq; sit diffinitiua, vel vim habeat diffinitiuæ, neq; aliter earum ratione inhibeat, quàm inserto in litteris inhibitionis toto fidei, seu instrumenti huiusmodi tenore, & expressa clausula, quatenus à diffinitiua, vel vim diffinitiuæ habente appellatum sit. Facta tamen fide de petitione appellantis, & Iudicis, siue Notarij denegatione Auditor inhibere, & in causa procedere possit.

In expeditionibus vigore huiusmodi appellationum apponatur clausula. Et quatenus re vera sententia non sit diffinitiua, vel vim diffinitiuę non habeat, præsentes litteræ nullius sint roboris, vel momenti.

In monitorijs generalibus reseruet facultatem etiam ordinario loci absoluendi incurrentes censuras in eis contentas.

Item non decernat sequestra in causis beneficialibus, in quibus procedere potest, nisi iuxta formã constitutionis fel. rec. Clementis Papæ V. Prædecessoris nostri, quæ incipit Ad compescẽdas, prout seruatur in Rota, & in illis semper apponatur Clausula, Proviso quòd de fructibus sequestratis cultus diuinus manuteneatur, animarum cura exerceatur, & alia onera beneficio incumbentia supportentur.

Mandata de manutenendo nunquam nisi seruatis seruãdis, & parte legitimè citata decernat, aut concedat.

Idemque in sequestris & mandatis suspicionis fugæ seruet, nisi aliqua ratione timendum sit Iudicis arbitrio de suspicione fugæ, vel bonorum dilapidatione, quo casu iuramentum præstari debeat de suspicione fugæ, vel de metu dilapidationis bonorum.

Non decernat contra Episcopos, & ijs superiores Monitoria ad personaliter comparẽdum, nisi prævia Commissione signata manu nostra, aut pro tempore existentis Romani Pontificis, & pro decreto Monitorij ad personaliter comparendum nihil recipiat.

Non concedat, neque dari permittat Auditor remissoriam ad partes ad examinandum, vel repetendum citata parte Testes ad instantiam Fisci, vel probandam eius intentionem, sed aduocentur testes ad Curiam, vel causa remittatur ad partes, vbi delictum est commissum.

Nec minus concedat litteras ad partes pro capiendis indicijs contra aliquem, nisi prius in Curia ipsimet Auditori Camerę eius arbitrio aliqualiter constiterit de delicto.

Et in causis ordinarijs Auditor prædictus, seu eius in Ciuilibus Locumtenens non recipiat sportulas, neque notarius aliquid pro nota sententiæ, sed in causis commissarijs, & declaratorijs contumacialibus tantùm.

Præterea Auditor non concedat Monitoria, seu Inhibitiones in vim Cõstitutionis Eugenianę ad fauorem Curialium, nisi pro illis, qui saltẽ per annum in Curia continuè residentiam fecerint.

Vt tollantur controuersiæ inter Tribunalia Curiæ, & vnicuique sua iurisdictio seruetur, declaramus executionem obligationis in forma Cam. ad prædictum Auditorem Camerę priuatiuè ad alia Tribunalia pertinere, præterquam in instrumentis dependentibus à causis, & actis in alijs Tribunalibus huiusmodi gestis, ac sine præiudicio motus proprij in fauorem Populi Romani editi, & quoad Clericos ratione originis, vel beneficij Romanos, & loca pia locus sit præuentioni inter ipsum Auditorem, & nostrum in Vrbe Vicarium.

Et quoad præuentionem inter ipsum, & forum Capitolinum in causis vertẽtibus inter Ciues, & Incolas, statuimus, & declaramus nomẽ Incolarũ iuxta iuris cõis dispositionem esse intelligendũ, vbicumq; super hoc dubitari contigerit, orta inter Tribunalia differentia, ad Præfectum Signaturæ Iustitiæ recurri mandamus, qui hunc articulum manu regia sine scriptura omni, & quacunque appellatione, & recursu remotis in quolibet casu controuersiæ terminet, & decidat.

Citationes autem extra Vrbem executæ, quarum vigore hodie coram Auditore Camerę ad executionem obligationis Cameralis procedi solet, reproducantur intra mensem ab executione earum in partibus facta alioqui pro circumductis habeantur.

Litteras Apostolicas, quibus certus, qui per se ipsum procedat, executor præscriptus est, nullo modo Auditor prędictus exequatur, sed & omnes præterea, in quarum executione pars vocanda fuerit, nõ aliter exequatur, quàm seruatis pro rerum contingentia Constitutionibus fel. rec. Bonifacij Papæ viij. prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, nisi ipsis cõstitutionibus derogatum fuerit expresse in litteris, quæ fuerint exequendæ, sed & tũc, ne quem quam extra Diœcesim vltra tot Dietas euocet, quot in ipsis litteris expressum erit, exceptis litteris pensionum, quarum solutio in Romana Curia destinatur, & his omnibus, quibus ipse nominatim executor prescriptus fuerit, his enim casibus possit ad se vndecunque, & quocunque partes euocare, neue alijs vices suas cõmittat, vel subdeleget, quàm constitutis in dignitate Ecclesiastica, aut aliis quibus Sedes Apostolicas, causas committere solet.

Monitoria generalia vulgò, significauit, appellata, quæ scilicet, vt aliquid reueletur, seu restituatur, aut probetur cum censuris Ecclesiasticis publicari solent; nullo modo decernat, siue expediat.

Similiter nihil sine speciali nostra cõmissione decernat, aut faciat, aut mandet, quod Episcopos aut alios locorum Ordinarios impedire possit, ne ad executionem decretorum Sacri Concilij Tridentini, correctionemq; morum liberè procedãt.

Ab omnibus autē, & singulis ijs, quæ ad eius iurisdictionem secundum prǫmissa pertinere nouimus, vsque adeò abstineat, vt neq; monitoria, neq;citationes,neq; inhibitiones, neq;sequestra, neq; mandata de manutenendo, neq; aliud quicquam quocunque sub prætextu super ijs,aut ipse decernat, aut ab aliis decreta reuocet,& pariter eius Notarij nihil omnino expediant, aut etiam scribant sub pœna scutorum quingentorum pro qualibet vice Camerę Apostolicę applicandorū, & si adsit accusator,vel instigator, ei quarta pars pœnæ soluendæ detur.

In causis verò sui fori ciuilibus,etiā in quibus summariè, & ad instar beneficialium procedendi ei concessa est facultas,nunquam omnino ad pœnas contumaciales deueniat, sed potius receptis probationibus ad negociū principale spectantibus, datoq; competenti termino parti absenti, demum super his seruatis seruandis diffinitiuè pronunciet, etiam sine litis contestatione.

Ne autem contingat, vt absentes, & in remotissimis ab Vrbe partibus degentes maxime itineris incōmoda,& dispendia pati absq;culpa cōpellantur, dū ob prætensum delictū ad cōparendum personaliter moniti comparent, & inculpabiles reperiuntur, neminem post hac extra Italiā existentem ad comparendū personaliter moneat, nisi facto verbo nobiscū, & successoribus nostris Romanis Pontificibus, de quo verbo habito fiat mentio in litteris monitorijs.

In causis, quę ordinariè secundum Auditoris facultates in eius Tribunali introductę fuerint, vel introduci potuerint,siue post cęptam causam superueniat Commissio, siue ante impetrata sit, siue in prima,siue in vlteriori instantia;nulla in re augeat impensam, sed quoad hoc habeatur semper causa pro ordinaria, itaut etiam ratione sententiæ, neque Notarij, neque Iudices quicquam propterea accipiant vltra id, quod accipere potuissent, si Commissio non adesset.

Permittimus tamen eius in ciuilibus Locumtenenti in causis per commissionem ab initio introductis,etiam sui natura Ordinariis,ob magnā laborum assiduitatem, & emolumētorum tenuitatem, sportulas moderatas iuxta prǫsentem cōstitutionem recipere. Declarantes nihilominus in reliquis omnibus causas intelligi ordinarias, nec notarios quicquam amplius exigere posse, aut debere, quàm in alijs ordinariis permissum est.

Quòdque Auditoris Camerę pro tempore existentis Locumtenens mandata executiua,nisi prius ipsemet Locumtenens in libro expeditionum diem subscriptionis manu propria notauerit, subscribere non possit.

Quòdque Auditoris Camerę pro tempore existentis Iudex Locumtenens in criminalibus pro sportulis salario sibi iam assignato contentus, nihil percipere possit.

In causis ciuilibus verò Locumtenenti singulis mensibus quinquaginta scuta monetæ à Notarijs dicti Auditoris Tribunalis pro rata solui, nec aliqua alia portio pro eo retineri debeat.

De Auditorio Rotæ.

CONstitutiones fel.rec. Innoc. viij. Pij iv. & aliorū prædecessorum nostrorū innouantes,& Auditorium nostri palatij, in quo vniuersorū Xpi fidelium grauiores causæ maturè cognoscuntur,& iustè terminātur, nouis prærogatiuis augentes,volumus,& ordinamus, vt vnica tantū commissio in qualibet instantia sufficiat,& illius vigore Auditor causā sibi cōmissam cognoscere, & cum omnibus, & singulis dependentibus, & emergentibus, ac aliàs quomodolibet incidentibus decidere valeat.

Possit etiam Auditor sine noua commissione prǫfigere terminum ad docendum de attentatis, & nullitatibus,& causis,propter quas quis in integrum restitui debeat,ac illo elapso, & non docto ad causæ expeditionē procedere, necnon remissorias decernere,dilationes concedere,liquidationes fructuū in partibus delegare,ac omnia, & singula alia vsque ad finalem sententiarum suarum executionem inclusiuè facere, quæ de iure ordinarij facere possunt.

Necnon possit Auditor prǫfigere terminum ad docendum de appellatione, & eius legitima prosecutione ad effectum procedendi ad executionem sententiæ latæ in causa appellabili,in qua condemnatus non appellauit.

Insuper & tempus quadriennij in causis restitutionis in integrum possit Auditor prorogare arbitrio suo.

Et tam dictā, quàm omnes alias facultates sibi vigore, vel Innocentianæ, vel Constitutionis Pij iv.aut aliorum Summorū Pontif.Prædecessorum nostrorum competentes extendimus,& habere locum decernimus,etiam in causis cuilibet Rotę Auditori extra Rotam commissis.

Prorogationes autem fatalium sǫpius,& passim non concedat, sed tantùm ex aliqua honesta causa, ac prævia illius cognitione arbitrio Rotæ.

Auditor tamen in aliqua causa,siue magni,siue parui momenti existat etiam si eius decisio clari Iuris esse videatur, diffinitiuam sententiam, vel interlocutoriam vim diffinitiuæ habentem ferre non valeat, nisi causa in Rota proposita,& habitis votis Coadiutorū,nisi partes in actis expresse consenserint, quòd causa sine voto eorumdem expediri possit.

Idemque in alijs quibuslibet prǫiudicialibus decretis seruari volumus, si actor, vel reus, vt negotium in plena Rota cognoscatur,institerit.

Item sententiæ latæ per Auditores, prout incedula, vt moris est, vel per viam termini pro seruato, subscribantur, & publicentur in actis intra quindecim dies,& in vltima anni audientia infra mensem, alioquin pronunciationes, & termini huiusmodi pro circumductis habeantur.

Termini etiam pro seruatis habiti, & cedulæ ipsarū sententiarum,quę interdum per alium notarium,quàm actuarium ipsius causæ ad referendū accipi cōsueuerunt,referātur ipsi notario causę eadem,vel sequenti die, qua recipiuntur, in vltimis verò audientijs saltem infra triduum, & si Auditor, qui pronunciauit, prout in cedula vel terminum habuit pro seruato, retinuerit

citatio-

citationem penes se, illam Notario causæ similiter intra prædictos dies consignare debeat, aliàs termini huiusmodi circumducti, & irriti censeantur.

Auditor verò non pronunciet in causa, nisi perfecto registro, & illo ad Rotam delato vna cum dictis testium, illisque, ac iuribus in eadem Rota, prout res exegerit, lectis.

In vltima verò anni audientia, & quãdocunq; agetur de ferenda declaratoria contra contumacem, etiam registro non perfecto, ex actis originalibus pronunciare valeat, ita tamen, quòd pars, ad cuius instantiam pronunciatum fuerit, registrum ipsum pro actorum conseruatione, quanto citius, perfici curare teneatur.

Et insuper Auditor partibus petentibus copiam decisionis in causa factæ cum iuribus, ac rationibus tradere debeat, prout antiquitus laudabiliter fieri consueuit.

Causæ autem propriæ Auditorum, & eorum familiarium, ac consanguineorum, vel affinium, vsq; ad secundum gradum, iuxta ius Canonicum computandum, non cognoscantur in Rota.

Nec Auditores in eorum domibus substitutos, vel Doctores, aut alios Iurisperitos, etiam consanguineos, habeant, qui Substituti, vel Aduocati, aut Procuratoris officio fungantur, aut in casibus Rotalibus, vel eorum processibus, sese quoquomodo intromittant.

Item Aduocati, aut Procuratores, consanguinei, vel affines, vsque ad secundum gradum, vt supra computãdum alicuius Auditoris, ac etiam illius Notarij in causis coram eo pendentibus, nullatenus patrocinari valeant.

Nec ijdem Auditores compellant, aut aliquo modo inducant partes per se, vel per alios, vt assumant certum Aduocatum, vel Procuratorem, sed electio huiusmodi omninò ipsarum partium arbitrio relinquatur.

Item Decanus, & alij Auditores præsertim antiquiores attendant, ne aliquid non solùm contra ius; sed nec etiam contra stylum, & decisiones antiquas factas in Rota, quæ impressæ habentur, quoquo modo decidatur, etiam prætextu æquitatis in iure non scriptæ, nisi maxima cum ratione, & discussione, omnibus votis, seu saltem illorum duabus tertijs partibus aliter faciendum esse iudicauerint.

Non attendãtur præterea aliquæ nullitates in causis, præterquam ex defectu iurisdictionis, citationis, vel mandati.

A liquidatione fructuum, & expensarum taxatione semel tantùm appellare liceat, ita quòd duæ conformes rem iudicatam faciant.

Auditores causas, sibi commissas ad solam partium instantiam ad Cancellariam remittere non possint; sed tantùm habita licentia à nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus, vel ex iustis causis deductis in Rota, & ab ea probatis.

Et si Auditor cognouerit in actis adesse suspicionem criminis, remittat acta huiusmodi, vel illorum exemplum, prout res exegerit, ad Iudicem ordinarium, & si causa criminalis præiudicialis fuerit causæ ciuili, in eius cognitione suspendeat.

Quandocunque Iudex ipse ordinarius in causis criminalibus coram eo pendentibus indiguerit depositionibus testium, vel aliquibus scripturis ad causas criminales facientibus, teneatur Auditor illas, vel earum exemplum, vt præfertur, exhiberi facere.

Nemini liceat turbare ordinem seruandum in distributionibus causarum; sed illarum Commissiones distribuantur bona fide, iuxta ordinem Turni, qui nullo prorsus modo, neque à Notarijs, nec à quoquam alio peruertatur, prout supra de Signatura Iustitiæ dispositum est.

Vt autem debitus modus sportulis imponatur, non possint Auditores à partibus per se, vel alium quouis modo sportularum nomine aliquid petere, vel exigere; sed nec à sponte dantibus vltra taxam infrascriptam accipere, videlicet.

In causis pecuniarijs, seu profanis, aut quæ aliàs pretio quoquo modo æstimari possint, si æstimatio rei, de qua agetur, non excedat summã mille ducatorum, aureos decem, à mille verò, vsque ad decem millia, vigintiquinque, à decem millibus, vsque ad vigintimillia, quinquaginta, ab indè supra, vsque ad quamcunque summam, centum: In beneficialibus verò si redditus annuus, de quo agetur, non excedat summam centum ducatorum, similiter decem, à centum verò vsque ad mille, vigintiquinque, à mille vsque ad tria millia, quinquaginta, ab indè verò supra, centum aureos pro sportulis cuiuscunque sententiæ diffinitiuę dumtaxat, vt præfertur, accipere valeant. Si verò causa æstimationem non facilè recipiat, sportulæ moderatæ pro rerum, & personarum qualitate, iuxta taxas prædictas recipi possint. Nec aliquid vltra non solùm ipsis Auditoribus, sed nec eorum familiaribus, vel consanguineis, aut alijs quibusuis personis directè, vel indirectè, quouis quæsito colore, vel ingenio, exceptis esculentis, & poculentis, quæ triduo consumi possint, ipsarum sententiarum, aut Auditorum intuitu præstari possit. Quas quidem sportulas, iuxta taxam prædictam apud Notarium causæ post subscriptam sententiam, & Notario traditam, & non antea deponi, & Auditori consignari volumus. Quòdque Notarius dispositionem, & consignationem huiusmodi in actis notare, & specificare teneatur.

De Capitolio, & eius Officialibus.

SEnator, & Iudices ipsius possint primas instantias vnica vice eorum arbitrio, absque vlla commissione prorogare.

Capitaneus appellationum pro reuocatione, seu moderatione quarumcunque inhibitionum sportulas nullo pacto accipiat, Notarius verò duntaxat mercedem actus, siue scripturæ.

Si petito Consultore pars, quæ petierit, neglexerit per decem dies initare pro illius electione, Capitaneus possit per se ipsum causam expedire.

Et si Consultor electus infra duos menses à die electionis non acceptauerit, vel recusauerit, ad alterius electionem procedatur.

Terminus

Terminus quinque dierum datus à Statuto Vrbis ad redeundum pro Apostolis ita, & taliter intelligatur, vt sufficiat interim quandocunque pro Apostolis redire.

Conseruatores Vrbis abstineant ab omni genere muneris, etiam esculenti, & poculenti à Pistoribus, Lanijs, Salsamentarijs, Olitoribus, Fructarolis, & alijs Artificibus, nec ab eis aliquid sub quouis prætextu accipiant, à quibus etiam abstinere faciant omninò eorum Scribam, Notarium, Secretarium, Fideles, & alios eorum Officiales, atque in primis extraordinarios, corporali eos pœna coercendo, & deindè ab officio remouendo.

Nec possint de pœnis statutarijs, vel per eorum edicta inflictis aliquo modo gratiam facere in totum, & præsertim de corporalibus, nec illas commutare sine consensu ipsorum omnium simul conuocatorum, & eo casu non vltra medietatem pœnæ remittere, nec in domo propria, sua super huiusmodi gratijs aliquid signare possint; sed ad earundem pœnarum executionem, post quam de illarum incursu constiterit, celeriter procedant.

Ad quarum etiam pœnarum præsertim corporalium executionem in euentum, in quem non mittantur executioni per ipsos Conseruatores à die delati criminis intra quindecim dies, quilibet alius Iudex Ordinarius, & aliàs competens procedere possit.

Extraordinarios ad officium Extraordinariatus exercendum nullatenus admittant, nisi recepta ab eis cautione sub pœna ipsis Conseruatoribus benè visa, de officium ipsum fideliter exercendo, & præmissa obseruãdo, ac de se ipsos repræsentando, pro omni eo, quod in dicto eorum officio committere, vel omittere possent. Ac dictis Extraordinarijs fidem adhibeant, iuxta formam decreti aliàs à Conseruatoribus editi, & non aliter.

Cogant insuper Extraordinarium maiorem, ad exercendum officium, etiam per se ipsum, & per substitutum idoneum ab ipsis Conseruatoribus approbandum.

Atque ijdem Extraordinarius maior, & eius substitutus, ac minores extraordinarij cogere possint quoscunque, etiam per detentionem personarum, vt permittant ponderari carnes, & alia omnia, quæ sub eorum cura sint, & pretium denuncient, & recusantes puniantur prima vice in duplum valoris rei penes eos inuẽtæ, quòd si alia vice illud idem admiserint, in duplum, & alia etiam pœna corporali arbitrio Conseruatorum, & nihilominus Extraordinarii, tàm maiores, quàm minores omnia Conseruatoribus denuncient, & res taliter inuentas nullatenus, sibi retineant; sed ad ipsos Conseruatores deferre teneantur.

Et Baroncellus, ac alij Executores quarumcunque Curiarum eisdem Extraordinarijs maioribus in prædictis, & alijs eorum officium concernentibus, obedire teneantur.

Magistri Viarum ad Vias Lateribus, seu Silicibus sternendas, prout eis opus esse videbitur, Dominos contignarum Domorum cuiuscunque sint dignitatis, aut ipsis absentibus, vel soluendo non existentibus, illorum Inquilinos iuris remedijs opportunis, & sub eorum arbitrij pœnis cogant.

Possint autem Inquilini retinere de pensione soluenda ratam, vt supra per eos soluendam, non obstante obligatione Camerali, aut quacunque exceptione, quæ opponi posset, & non obstantibus quibusuis sequestris, etiam anterioribus.

Curentque eisdem Vrbis vias continuò, & Plateas ad minus quater in anno, & hoc in Martij, Iunij, Septembris, & Decembris mensibus, ab immunditijs purgari.

Nullos actus, nullaque negotia, quæ alicuius momenti fuerint, sine rogitu sui Notarij expediant.

Reddant rationem Cameræ singulo quoque semestri, prout in litteris ad Cameræ Tribunal spectantibus constitutum est.

Edant initio eorum officij edicta sub nomine Camerarij, & de pœnis in illis, atque etiam in statutis contentis nullam sine eiusdem Camerarij, aut saltem Clerici Præsidentis mandato gratiam facere possint.

In cæteris, tàm quoad appellationes ab eorum sententijs, quàm quoad reliqua omnia, seruent omninò statuta de eorum officio loquẽtia.

Submagistri verò suas relationes, quas tanquam periti facere solent, non nisi medio iuramento faciant, & si quid dolo, vel fraude egerint, periurij, & alias pœnas arbitrio Camerarij, & Clerici Cameræ pro tempore Præsidentis incurrant, & ad interesse partibus condemnentur.

Consules Artium quarumcunque obseruent earum statuta legitimè approbata, & vsu recepta. Nec reassumant causas præsertim mercedum, ac miserabilium personarum coram maioribus Magistratibus introductas.

Minus impediant, aut molestent aliquo modo peritos, siue æstimatores à Iudicibus electos, sub pœna priuationis, & alijs arbitrio superioris.

Notarij verò ipsorum Consulum taxam eis per statuta præscriptam, & vbi aliqui ipsorum nullam minorem taxam haberent, aliorum, qui illam habent, sequantur, & secundum illam exigant.

Assessores prædictorum Consulum, & aliorum Officialium Curiæ Capitolinæ, salarium non habentes, cauteant, ne in causis minimis, ideſt à quinque scutis infra, quicquàm pro eorum voto, seu Consilio, & in aliis non vltra sportulas dictis statutis taxatas, percipiant.

Procurator Fisci Capitolini illud ipsum in omnibus, & per omnia obseruet, quod Cameræ nostræ Apostolicæ Procurator, quoad ea scilicet Capitula superius adnotata, quæ ipsum etiam concernere, & sibi conuenire possint.

De Iurisdictione in Hebræos.

GVbernator Vrbis possit cõtra Hebræos in Criminalibus causis procedere, etiam quòd agatur inter ipsos Hebræos tantùm.

In

In causis Cameralibus, seu ad Cameram quomodocunque spectantibus, aut ad Camerarium, etiam ratione pignorum, aut personarum Hebræorum Bancheriorum, aut ad Præsides, Camerarius, & Præsides possint contra eos procedere.

In causis furtiuorum pignorum quoad Hebræos Bancherios sit locus præuentioni inter Camerarium, & Gubernatorem.

Quoad Auditorem Cameræ Hebræi sint illius iurisdictioni suppositi priuatiuè quoad alios, vbi agitur de obligatione Camerali, præterquàm in dependentibus à causis, & actis aliorum Tribunalium, iuxta suas facultates. In criminalibus autem possit, idem Auditor Cameræ contra eos procedere, prout in præteritum procedere consueuerat.

Inter Vicarium, & Senatorem in delictis, in quibus Christiani sunt aliquo modo participes, & sic quãdo adest mixtura delinquentium Christianorum, & Hebræorum, ex officio, non autem ad querelam, locum habeat præuentio, in alijs verò casibus seruetur constitutio fœlic. record. Iulij Papæ III. prædecessoris nostri disponens, quòd quando agitur inter ipsos Hebræos habeat Vicarius in eos iurisdictionem actiuè, & passiuè, quando verò inter alios passiuè tantũ.

De Curia Sabellorum, & Turris Nonæ.

IVdex Curiæ de Sabellis gratuitò à Marescallo deputetur, adeò vt neque Iudici dare, neque Marescallo propter hoc accipere quicquam liceat, etiam mutui, vel alio nomine, aut quauis de causa, vel prætextu, siue ante, siue post adeptum officium, etiam in vim, vel prætextu cuiuscunque Indulti Apostolici, vel consuetudinis, quod, & quam per præsentes expressè reuocamus, & improbamus, & vt supra omninò seruari mandamus.

Deputatio verò Iudicis fiat cum participatione, & approbatione Gubernatoris Vrbis pro tempore, & fiat ad annum dumtaxat, quo finito, finitum sit etiam eius Iudicis officium, nisi propter aliquam rationabilem causam prorogãdum visum fuerit, quæ tamen prorogatio alium annum nullo pacto excedat, & semel tantùm fieri possit.

Antequam incipiat exercere officium caueat idoneis fideiussoribus de stando Syndicatui, & finito officio, etiamsi, nec querelatus, nec requisitus fuerit, offerat se Syndicatui coram Gubernatore Vrbis præfato, illæ verò quadraginta diebus Syndicatum absoluat, Iudicemque prout Iure faciendum erit, vel absoluat, vel condemnet, & puniat. Quòd si intra dictorum dierum numerum non fecerit, Camerarius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, qui tunc erit, duos viros deputet, qui intra alios viginti dies huiusmodi Syndicatum peragant, lapsis autem dictis terminis, pro absoluto habeatur.

Commentarienses, & Capitanei, necnon executorum eiusdem Curiæ munia per idoneos, & fidos ministros gerantur, & neque vendantur, neque locentur vllo modo, nec quicquam pro illis consequendis, aut exercendis quouis nomine, & prætextu soluatur, vel respondeatur, etiam vigore contractuum, aut locationum de præterito factarum, quæ per præsentes nullæ, & irritæ intelligantur, & qui aliquid soluerint, vel responderint, officio priuati sint, & publicè fustigentur.

Turris Nonæ Iudex, non se intromittat in causis summam decem scutorum excedentibus, nec in criminalibus, nisi leuibus, & minimis.

Et dictus Iudex Turris Nonæ, coram Gubernatore præfato in fine cuiuslibet anni syndicatui se offerre, & stare teneatur, prout de Iudice Curiæ Sabellorum supra dictum est.

De Curia Ripæ, & Ripettæ.

RIpettæ Præses, aut Iudex nõ faciat aliquã compositionem, minusq; soluere faciat aliquam pœnam, quantumlibet minimam, sub quouis prætextu, nisi seruatis seruandis, ac prauio processu, ac decreto, vt ex actis intelligi possit, an instè pœna soluta, vel compositio facta fuerit.

Neque Camerarius, neque Ripettæ Præses transmittant extra Vrbem Comissarios ad mensurandum passus lignorum.

Ripæ, & Rippettæ Iudices in fine officij corã Clerico Cameræ eiusdem Ripæ Præside Syndicatui stare teneantur.

Nec Camerarius Ripæ vltra sex mẽses in eius officio permanere, nec confirmari debeat.

Pro mala mensuratione lignorum nullus pœna pecuniaria, sed corporali, veluti trium ictuum funis, aut fustigationis, aut berlinæ, arbitrio Iudicis puniatur.

Camerarius Ripæ aliquas compositiones facere non possit, nisi præcedente legitimo processu, & decreto, & omnes compositiones in libro annotentur.

De Iudicibus criminalibus Vrbis, & pertinentibus ad eos.

IVdices criminales Vrbis, seu Locumtenentes, & eorum Substituti, quibus certum à nobis salarium est constitutum, illo contenti nihil prorsus, aut pecuniæ, aut alterius cuiuscunque rei etiam minimæ quantitatis à quoquam etiam sponte dante accipiant, neque pro sportulis, seu propinis sententiarum, vel pro decretis, absolutionibus, aut relaxationibus quibuscunque in quibuscunque causis, etiam delegatis, & Commissariis, neque quouis alio modo, titulo, vel nomine, etiam muneris, vel regaliorum quãuis esculentum, vel poculentum, etiam in casibus alioqui de iure, vel quacunque constitutione permissis, sub priuationis officij, & inhabilitatis in posterum ad quodlibet iudicandi munus, & alijs nostro, & successorum nostrorum arbitrio infligendis pœnis.

Camera-

Camerarius, Thesaurarius, & Præsides Cameræ excepto Præside Riparum, item Hospitalium, Confraternitatum, ac aliorum locorum piorum, seu Collegiorum Rectores, & alii quicunque habentes in Vrbe iurisdictionem criminalem, & facultatem Iudices deputandi, non deputent in criminalibus causis alios Iudices, quã aliquem ex ordinariis, sibi beneuisum, qui nullas debeat recipere sportulas, vt supra sancitum est, & in describendis actis, atque processu, vtatur proprio sui Tribunalis Notario, nisi Notarius deputantis habeat officium titulo oneroso, & ius scribendi etiam in criminalibus, quo casu ipse deseruiat in dictis causis, etiam apud Iudices deputatos.

Nullus autem Iudicum in causis criminalibus procedat, vel sententiam ferat, nisi Procuratore Fiscali, vel Commissario Cameræ respectiuè in omnibus actis, in quibus de iure citari debent, legitimè citatis.

Minusque transmittantur extra Vrbem Monitoria, nec aliquod iudicium ad Fisci, vel Commissarii Cameræ respectiuè instantiam introducatur sine Procuratoris Fisci, vel Commissarij Cameræ licentia.

Nec quisquam capiatur sine indicijs ad instantiam cuiuscunque instigatoris, nisi in causis grauibus arbitrio Iudicis, & tunc non nisi data cautione per instigatorem de reficiendo damna, expensas, & interesse, necnon etiam (si ita Iudici visum fuerit) de se repræsentando.

Nec concedant Iudices in causis Criminalibus significationes aliquas, nisi in causis coram se, vel in suo Tribunali, & aliter datæ non obseruentur.

Pariter non relaxent monitoria Criminalia, pro contrauentione inhibitionis obtentę in causa Ciuili; sed agatur pro ea ciuiliter coram Iudice, qui dedit inhibitionem, nisi fortè contraueniendo fuerit vis aliqua illata, vel iniuria realis, aut verbalis in spretum inhibitionis, & Iudicis contemptum.

Contra reum absentem, & contumacem pro delicto, quilibet Iudex competens procedere valeat, nec alter alterius processu impediatur.

Non transmittantur contra reos absentes citationes, aut monitoria ad informandã Curiam sub pecuniaria multa, quando Iudex habet in processu probationes, vel indicia contra illos sufficientia ad transmittendum Monitorium, siue Inquisitionem, aut citationem super delicto.

Nec comminentur vnquam in Monitoriis pœnæ corporales maiores pœna delicti, pro quo monitio fit.

Item inquisito Reo nõ fiat inuentarium illius bonorum, nisi agatur de delicto, pro quo veniat imponenda pœna capitalis, vel confiscationis bonorum, aut alia notabilis pœna.

Et quando inuentarium conficiendum fuerit non describatur inuentarium huiusmodi in registro; sed tantùm moderata merces pro qualitate rei à Notario accipiatur.

Et casu, quo propter rei contumatiam inuentarium fieri contingat, non nisi vnicum fiat.

Relaxatus ab vno Iudice non possit ab alio pro eadem causa capcrari.

Similiter pro pugnis, & verbis altercatoriis, & iniuriosis in rixa, & ex accidenti inter viles personas prolatis, aut pro quauis alia simplici rixa, minusque etiam in fraganti reperti non carcerentur, nisi prius ducti ad præsentiam Iudicis sub pœna priuationis, & alijs arbitrio sui Iudicis. Et si relaxandi erunt, gratis vbique relaxentur.

Querelæ Dominorum contra famulos, vel operarios, qui iam Dominos ex causa mercedis conuenerunt, non recipiantur, nisi facto depositio, vel data cautione in forma depositi Iudicis arbitrio, & non nisi in eo Tribunali, in quo causa mercedis pendet, si iurisdictionem habeat Criminalem.

Captus ab incompetenti Iudice, vel ab eo, qui non processit, remittatur ad eum, qui processit, sed captus ab eo, qui processum formauerat, non remittatur, etiam quòd ab alio fuisset in procedendo, vel in contumaciam condemnando, præuentum, quinimò processus omnes, & informationes transmittantur ad illum, qui fuit diligentior in captura.

Quòd si ex pluribus delicti Cõsortibus quilibet aliquem habeat carceratum, remittantur omnes ad eum, qui habet principaliorem in manibus.

Curent autem Iudices quicunque, ne rei detineantur in secretis vltra triduum, antequam examinentur, nisi causæ natura aliud suadeat.

Et tàm Reos, quàm Testes interrogent, descriptis, & extensis à Notario integrè verbis omnibus interrogatorij, reiecto prorsus, & sublato abusu illo scribendi. Ad opportunam Domini interrogationem, vel interrogatus respondit, aut subdens interrogatus, aut simili, quem tanquam pernicioſum, & vti suggestiuarum interrogationum velamentum, & fraudibus plenum damnamus.

Responsiones similiter reorum, & testium integrè de verbo ad verbum, prout ex eorum ore profluunt, etiam quòd contra Fiscum sint, non diminutè, nec per relationem, & in externæ nationis hominibus adhibito Scriba, vel Interprete illius linguæ perito, fideliter scribi faciant.

Nec vllo pacto Iudicibus liceat, vel Notarijs Testes, quos ipsi verisimiliter informatos crediderunt, citatos, seu vocatos, extraiudicialiter cum iuramento, vel sine eo interrogare, & non scriptis eorum responsionibus dimittere, forsan ex eo, quòd contra Fiscum deponant, & pro reo; sed omninò præuio iuramento de veritate dicenda, eorum examen recipiatur, & in scriptis redigatur, dummodò non adsit vehemens suspicio subornationis.

Reorum recognitiones non fiant, nisi Iudice præsente, & coram pluribus, nec vllo pacto reus antea ipsi testi ostendatur.

Testes pro Informatione Curiæ, non nisi in grauioribus carcerentur, & tunc pro relaxatione nihil penitus soluant, nec etiam pro alimentis, quæ vel instigator si adest soluere debeat, vel Fiscus.

Captum pro vno crimine, super alijs, de quibus indicia non habent, interrogare nullo modo præsumant, sed in hoc, & alijs omnibus occurrentibus Iuris communis dispositionem Iudices seruare teneantur.

Et in quocunque crimine quantumuis grauissimo, reos, antequam torturæ subiiciant: etiã non petentes admittant ad purgandum indicia, data eis indiciorum copia, pro ea tantùm parte processus, quam ipsi petierunt, in forma boni extractus, & non registri, cum expressione nominum testium, & competenti termino ad faciendas defensiones, & eo pendente detur commoditas carceratis liberè loquendi cum eorum Auduocatis, & Procuratoribus, etiam semotis arbitris, nisi tamen qualitas causæ aliud necessarium suadeat, & dicta copia indiciorum detur pauperibus gratis, vel ostendantur originalia Aduocato, & Procuratori Pauperum similiter gratis, & absque vlla impensa.

Neque cogantur rei declarare se habere testes Curiæ pro ritè, & rectè examinatis, & quatenus voluerint illos, sic habere præter absentes, & mortuos, & saluis exceptionibus contra personas, & dicta testium, saluoque iure illos repetendi, talis protestatio admittatur, minimeque reijciatur.

Ac testes contra reum repetendi prius examinentur super interrogatorijs pro eius parte datis, deindè super eorum depositionibus repetantur.

Ac Iudices, Auditores, seu Locumtenentes Gubernatoris Vrbis, seu alterius cuiuscunque Magistratus habẽtis facultates procedendi, præter, aut contra formam Iuris, vel Statutorum, non vtantur dictis facultatibus, nisi præuio decreto dicti Gubernatoris, vel Magistratus, concedente sibi facultatem, sic procedendi in illa causa.

Tormento Vigiliæ Iudices non vtantur, nisi in delictis atrocissimis, & in quibus etiam vrgẽtissima præcedant indicia, & tunc non nisi de voto Congregationis illius Tribunalis, in quo proceditur contra reum, nec vnquam reus subijciatur huic tormento Vigiliæ eodem die, quo alio genere tormentorum fuit tortus, minusque reus, qui tormento funis semel, atque iterum tortus fuit, nec quisquam in hoc tormento Vigiliæ positus detineatur brachijs extensis ad modum torturæ, ne vltra Vigiliæ tormentum patiatur etiam tormentum funis, sed in omnibus modus adhibeatur, quo vel innocentiæ reus, vel supplicio reseruetur, & Iudices, tàm in hoc, quã in alijs tormentis ipsi assiduè, continuèque assistant omninò, nec eorum loco Notarium, vel substitutum Fiscalem dimittant.

Nec in tormento funis quemquam vltra horam pro qualibet vice detineant.

Insuper abstineant omninò à verbis, & factis iniuriosis in reos, ac testes.

In sententijs, & condemnationibus reorum absentium, & contumacium Iudices exprimant pœnas certas, neque se referant ad ius commune, Statuta, Constitutiones, vel edicta.

Reis in contumaciam condemnatis, & captis ante executionem sententiæ, detur copia processus, si petatur, & actorum, etiam quòd non fuerint admissi ad nouas defensiones.

Nec vllus inquisitus, siue carceratus, siue non carceratus, non solum à Notarijs, iuxta constitutionem nuper à nobis de anno 1608. editam, quam innouamus, & illibatam esse volumus, sed nec etiam à Iudicibus, seu alijs quibuscunque Officialibus cogatur directè, vel indirectè processus cassare, absolutionem, seu abolitionem petere.

Similiter Iudices, Fiscales, aut Notarii nullo modo cogant, vel inducant directè, vel indirectè reos ad compositionem. Idcircò studeant Iudices celerrimæ causarum expeditioni, ne rei diutius tædio carceris, vel laboribus, & expensis fatigati componere, & se redimere cogantur.

Studeant similiter omnes Iudices, & Officiales quorumcunque Tribunalium generaliter dilationis in fauorem Fisci abbreuiare, ne rei diutius laboribus, & expensis fatigentur, nec differant expeditiones causarum inter priuatos pendentium, licèt Procurator Fisci protestetur causam non expediri, nisi ipso citato pro eius interesse, nisi de eo incontinenti saltem summariè doceat.

Obligationes, & satisdationes quęcunque de non offendendo, vel se repræsentando aboleri, vel cassari nequeant, nisi citato Fisco, vel Commissario Cameræ respectiuè, & aliter cassæ habeantur pro non cassis, nisi quando cautio de non offendendo cassatur ob pacem sequitam, & consensum præstitum cassationi.

Et in quibus casibus Officiales, aut Executores habent aliquam partem pœnarum, si ex gratia pœnæ moderatio fiat, etiam post executionem, tamen non recipiant, nisi partem eius, quod iuxta gratiæ tenorem persoluitur.

Inhærendo cõstitutionibus fœl. rec. Pij Quarti incip. Cum aliàs per specialem nostram, & Cupientes pro iniunctæ, & Sixti V. incip. ad Romanum Pontificem pertinet non modo, & Clemen. VIII. incip. inter cæteras animi nostri, prædecessorum nostrorum, ac illas ampliando: Omnes, & quascunque pœnas, multas, cõpositiones, & cõfiscationes à reis, vel delinquẽtibus malefactorũ, vel quasi, fraudũ, & cõtrauentionum quarũcunq; vel alia quauis occasione per quemcunque Iudicẽ quauis dignitate, & quantumuis spe- speciali nota dignum fulgentem, Magistratum, seu Tribunal Vrbis, etiam S.R.E. Camerarium, Gubernatorem, Auditorem Cameræ, Vicarium, Senatorem, Annonæ Præfectum, Præsides, eorumque Locatenentes, Auditores, & Iudices, aliosque Camerę Vrbis ministros quacunque dignitate fulgentes, & quouis titulo, & nomine, criminum, vel quasi cognitionem in Vrbe habentes, vel quoquo modo exercentes, exigendas, siue ex bonorum mobilium, vel immobilium prædictorum reorum, vel delinquentium venditione, vel subhastatione redigendas cuiuscunque, etiam minimæ quantitatis: penes Camerę nostræ Depositarium pro tempore existentem, & non alium integrè, & absque vlla diminutione deponi debere præcipimus.

Nec quisquam ex Iudicibus, Magistratibus, aut Officialibus prafatis, minus etiam Fisci Procurator, Camerę Commissarius, aut quiuis alius dictarum pœnarum, multarum, compositionum, confiscationum, pecuniarium, aut bonorum participationem quouis modo, vel titulo habens, audeat, vel præsumat, sibi propria auctoritate partem aliquam, etiam minimam retinere, nec aliter recipere, quàm de manibus Depositarij

prædi-

prædicti, prævio dictorum Magistratuum mandato, fisci Procuratoris, & in causis, in quibus Commissarius Cameræ intervenire solet, ipsius Commissarij manu subscripto, causam, propter quam solvit, quantitatem, & personam, cui solvitur explicitè expressam, continente, sub pœnâ privationis officij, & inhabilitatis ad alia, solutionesque aliter, quàm vt supra factæ tanquam indebitè exortæ, restitui, atque ad earum restitutionem quilibet prædictorum ab eodem Commissario Cameræ cogi omninò, & cum effectu debeat. Et nihilominus Depositarij aliter, quàm cum prædicto mandato, vt supra subscripto, solventes, de suo erogasse censeantur, & in reddendis rationibus id ei minimè computari debeat.

De Iudicibus in causis Ciuilibus.

NVllus Iudicum audeat supersessorias, dilationes, aut non grauetur cuiquam aduersus mandata ab alijs Iudicibus, aut in alijs Tribunalibus relaxata concedere, & concessa sint nulla, neque seruentur à Iudicibus, qui mandata relaxarunt, saluis tamen inhibitionibus, quæ vigore appellationum, seu Commissionum, aut in vim reassumptionis causæ, aut susceptionis censurarum, seu termini ab Auditore Cameræ conceduntur, & saluis etiam Chartis dotalibus.

Minus etiam Iudices apponere possint in mandatis illam clausulam, videlicet, exequatur per Executores nostros sub pœna nullitatis, vel simili.

Expediant causas à quinque scutis infra summariè, manu regia, & sine scriptis, partibus tantùm oretenus auditis, nisi aliter ipsis Iudicibus ex rationabili causa visum fuerit, quam Turris Nonæ, Sabellorum, Ripæ, & Ripettæ Iudices, & Consules Artium exprimere in actis teneantur.

Causas autem summam scutorum vndecim monetæ non excedentes, & coram competentibus Iudicibus vertentes, nullus prorsus Iudex, aut Magistratus reassumere possit.

Similiter causæ cuiuscunque Collegij, Societatis, Confraternitatis, Archiconfraternitatis, Hospitalis, Ordinis, seu Religionis, loci pij, Artis, aut personæ habentis ex priuilegio proprio, & specialem Iudicem: non reassumantur postquam eorum Officiales, vel Procuratores, aut personæ priuilegiatæ consenserint in iurisdictionem alterius Iudicis Ordinarij aliàs competentis, sine tamen præiudicio facultatum, & iurisdictionis Auditoris Cameræ, necnon Tribunalis ipsius Cameræ Apostolicæ, & Cameralium.

Et causæ mercedis ad effectū faciendi depositum illæ tantùm intelligantur, in quibus agitur de diurna, vel menstrua mercede, siue salario.

Non attendant nullitates, nisi ex defectu citationis, iurisdictionis, aut mandati, sed ad expeditionem causæ procedant.

Non relaxent arresta contra debitores, nisi præcedente mãdato ralaxato seruatis seruãdis, & aliter relaxata sint nullius roboris, & momenti.

Pro debito summam septem aureorum ad rationem iuliorum duodecim pro quolibet aureo non excedente nemo carcerari possit, nisi debitum habeat annexum crimen.

Neque in dicta summa comprehendantur expensæ mandati, neque fiat cumulatio summarum, vel debitorum ad effectum carcerandi.

Nec concedant inhibitiones, significationes, aut non grauetur in vim cuiuscunque Commissionis pro dilatione, vel alternatiua obtinenda impetratæ cum clausula, seruata forma Motus proprij, sine delato bireto viridi, & non aliter. Et nihilominus quæcunque inhibitiones, & non grauetur, aliter quàm vt supra concessa non suffragentur, & sint nullius roboris, & momenti, eisque non obstãtibus executio quælibet realis, & personalis contra debitores sine bireto viridi repertos fieri possit, & valeat.

Nec quisquã Iudex, aut Magistratus præter Auditorem Cameræ, audeat directè, vel indirectè sub quouis prætextu concedere terminum, siue dilationem triginta dierum debitoribus.

Possit autem quilibet Iudex, cui causæ restitutionis in integrum, nullitatis, & attentatorum fuerint commissæ, absque speciali commissione terminum præfigere ad docendum de causis restitutionis, siue de ipsis nullitatibus, vel attentatis, & eo lapso, nihilque quod releuet, docto, ad negotij principalis expeditionem deuenire.

Possit etiam quisque Iudex in quibuscunque causis coram eo introductis, vel introducendis omnes terminos substantiales, absque alia speciali commissione reiterare.

Mandata de manutenẽdo in possessorio Summariissimo nullus Iudicum det, nisi per viam decreti, non autem cedulæ, nec quicquam sportularum, aut propinæ prò eis, etiam à sponte dantibus accipiatur.

Mandata suspicionis fugæ non citato debitore in Vrbe non concedantur, nisi cõstito in actis summariè de credito liquido, ac de suspicione fugæ saltem per iuramentum creditoris, & quod ipsi creditori non sit cautum per alios correos, vel fideiussores, & tunc etiam non relaxentur, nisi deducendo debitorem ad præsentiam Iudicis, non autem ad carceres, & Iudex ipse debitore ducto audito, prout ipsi videbitur, prouideat. Expensas autem mandati, & capturæ creditor ipse absque vlla spe repetitionis exsoluat. Et si creditor aliter huiusmodi mandatum extorserit, arbitrio Iudicis puniatur, & Notarii in concessione huiusmodi mandatorum suspicionis fugæ, aut sequestrorum nullo pacto possint creditores cogere ad soluendam, vel deponendam mercedem mandati executiui.

Mandata suspicionis fugæ non subscribantur, nisi visis à Iudice iuribus, & à Iudicibus nõ subscripta executioni nequaquam mandentur.

Iuramentum calumniæ non admittant Iudices, nisi præstitum, iuxta forma à nobis infra Notariis in illius receptione præscriptam.

Pro periurio autẽ in dicto iuramento calumniæ commisso non facilè Iudices criminaliter procedant, neque in alio Tribunali, quàm vbi periurium commissum prætenditur, & tunc non retardato iudicio ciuili.

Iuramen-

Iuramenta verò litis decisiua coram Iudice suscipiantur, & nō aliter, nisi Iudex aliud arbitratus fuerit ex causa infirmitatis, vel alterius legitimi impedimenti litigantium.

Causæ discussionum inter creditores, & hæredes defuncti, seu alterius debitoris, de cuius bonis inter ipsos creditores agitur intra tres menses quoad præsentes, quoad absentes verò citra montes intra sex, vltra autem intra nouem menses expediantur. Et nullo modo, nisi ex magna causa, vt supra diximus, instantia prædicta prorogetur. Et à die obitus debitoris intra duos menses hæredes præsentes, absentes autem citra Montes intra quatuor, vltra verò Montes intra sex, inuentarium conficere, & an velint hæreditatem adire, deliberare teneantur. Et interim Iudices, coram quibus causas discussionis huiusmodi pendere contigerit, bona ipsius debitoris, vel defuncti, vel decocti creditoribus habentibus sua credita liquida, recepta idonea cautione de restituendo habentibus priora, & potiora, & contribuendo habentibus æqualia iura, consignari mandent, & faciant.

Et quia iam à fœlic. record. Pio Papa V. prædecessore nostro constitutum est, vt in causis discussionum miserabiles personæ aliis anterioribus Creditoribus pro summa scutorum quinquaginta præferantur. Volumus, & declaramus id habere locum etiam cum dictæ miserabiles personæ sunt in maiori summa Creditrices, vt nihilominus pro dicta summa scutorum quinquaginta duntaxat, aliis etiam anterioribus in omni Iudicio, iuxta dictam constitutionem præferantur.

Et dictarum miserabilium personarum causæ ad instantiam Creditorum coram quibuscunque Iudicibus ordinarijs competentibus introduci, & ab illis terminari possint.

Pro sigillo Iudices ordinarij in quibuscunque causis, & expeditionibus (his tantùm exceptis, quæ taxam requirunt) non nisi iulium vnum recipiant.

Communia Iudicum omnium, tàm ciuilium, quàm criminalium.

NVllus Iudicum, siue Ordinariorum, siue Delegatorum quantæcunque dignitatis, & auctoritatis, etiam speciali nota dignus, domi suæ familiariter retineat Aduocatum aliquem, vel Procuratorem, etiam consanguineos, aut suæ Curiæ Notarium.

Similiter nullus Iudicum, siue Ordinarius, siue Delegatus suadendo, vel rogando, minus etiam commendando, vel aliàs quomodolibet directè, vel indirectè se immisceat in proponendis Aduocatis, Procuratoribus, vel Solicitatoribus in causis, tàm coram eis, quàm corā aliis pendentibus.

Ipsi autem Iudices ordinarii quicunque, tàm ciuiles, quàm criminales abstineant omninò à Procuratoris, vel Aduocati munere, tàm publicè, quàm secretè exercendo.

Ad hæc Iudices omnes, item Auditores, Subauditores, Locatenentes, & Substituti, seu alio quocunque nomine nuncupati, tàm in causis ciuilibus, quàm criminalibus, & mixtis à partibus coram se litigantibus, siue sint actores, accusatores, querelantes, aut instigatores, siue etiam rei conuenti, inquisiti, vel querelati, nihil prorsus muneris, aut doni, neq; sub alio quocunque titulo, nomine, vel prætextu quantumlibet minimum, accipiant sub pœnis nostro, & successorum nostrorum arbitrio infligendis.

Iudices quicunque, tàm ciuiles, quàm criminales, tàm Ordinarij, quàm Delegati, etiam in causis in officio Archiuij Prælatis Romanæ Curiæ commissis, sententias prout in cedula ferre, & terminos pro seruatis habere soliti, dictarum sententiarum cedulis subscribere, & publicare, necnon terminos pro seruatis habitos intra decem dies omninò à die habiti termini pro seruato, & non vltrà declarare possint, & debeant, exceptis Rotæ Auditoribus, qui in hoc eorum facultatibus vtantur.

Nec citationes in quorum terminis pronunciare, vel quarum terminos pro seruatis habere contigerit, penes se ipsos retinere possint, sed penes Notarios dimittant, alioqui sententiæ, & termini ipsi lapsis dictis decem diebus pro nullis, & circunductis habeantur.

A litigantibus Iudices, & eorum, vsque ad secundum gradum cognati, & affines, eorumque familiares, neque mutuum, neque fideiussiones, nec alias similes obligationes recipiant.

Similiter à baroncellis, & quibusuis alijs executoribus, etiam suarum Curiarum particularibus, etiam sponte dantibus sub quouis prætextu, nihil prorsus recipere possint.

Innouamus Constitutionem fœl. recor. Greg. Papæ XIII. prædecessoris nostri de datis, & promissis propter gratiam, vel iustitiam consequendam, quæ incipit ab ipso Pontificatus nostri, & est sub data anni millesimi quingentesimi septuagesimi quarti, nonis Nouembris, Pontificatus sui Anno tertio, cuius tenor hic pro expresso, de verbo ad verbum habeatur.

De Sportulis, seu Propinis.

NVllus Iudicum ordinariorum Vrbis, & Romanæ Curiæ cuiuscunque dignitatis, etiam speciali nota dignus in causis ciuilibus ordinarijs ratione sportularum, siue propinarum aliquid prorsus accipiat, etiam à sponte dare volentibus.

In Commissarijs autem pariter ciuilibus, vbi de summa scutorum vigintiquinque agitur, & infra, nihil prorsus; à vigintiquinque supra, vsque ad centum inclusiuè scuta tria, à centum vsque ad ducenta scuta sex, à ducentum vsque ad quamcunque summam scuta decem, & non vltra.

Pro quacunque sententia declaratoria ob non paritionem monitorii in contumaciam, non vltra iulios septem cum dimidio.

Pro declaratoria in vim litterarum, aut aliàs habente vim diffinitiuæ, si summa sit certa, accipiant iuxta taxam prædictam, si verò in-

rò incerta, sed agatur ad ipsarum litterarum executionem; accipiant iuxta causæ, & personæ qualitatem, dummodo non vltra quinque aureos.

Pro quacunque interlocutoria, siue decreto ante sententiam diffinitiuam, nihil omninò.

Similiter, & pro decreto mandati de manutenendo, item decreto moderationis inhibitionis, & multò magis pro decreto taxationis expensarum, nihil omninò recipiatur.

Pro decreto super contractibus minorũ, mulierum, aut rerum Ecclesiæ, & Piorum locorum in domo ipsorum Iudicum interponendo, non vltra iulios quinque: Extra domum verò, non vltra iulios decem.

Quæ decreta, non nisi à Gubernatore, Auditore Cameræ, Vicario, & Senatore, eorumq; Iudicibus, ac Iudice Burgi in Burgo, & Aduocato Pauperum, duntaxat, & à nullo alio interponantur, & à pauperibus nihil recipiant.

Facultates autem interponendi decreta quibusuis alijs personis, & Iudicibus in Vrbe hactenus concessæ pro causis, & annullatis haberi volumus, prout illas omninò cassamus, & annullamus.

Capitaneus autem appellationum Curiæ Capitolij recipiat sportulas, iuxta taxam ei constitutam ab Vrbis Statutis, non tamen in casibus, sibi hac constitutione interdictis.

Ac prædictas sportulas, siue propinas, vt supra taxatas Iudicibus, non nisi de manibus Notarij causæ, & sententia prius ab ipsis subscripta accipere vllo modo liceat.

Debeantque propterea Notarij librum habere, in quo dictas Sportulas, seu Propinas notent, cum pro Iudicibus deponuntur, vbi cum postea lata sententia Iudici persoluuntur, ipse Iudex manu propria notato depositi subscribat, se illam recepisse. Quæ sic, vt supra, Iudici data deinceps inter expensas litis taxandas, ac reficiendas omnino ponatur, & victori reficiatur, vsu quocunque contrario non obstante.

De Commissariis.

QVicunque Commissarij, & Subcommissarij, tàm ad instantiam Fisci nostri, quàm etiam particularium personarum à nobis, aut successoribus nostris Romanis Pontificibus, vel Almæ Vrbis nostræ Gubernatore, Cameræ Apostolicæ Auditore, Vicario, Senatore, & alijs quibuscunq; Iudicibus ordinarijs, seu delegatis, ad diuersa loca missi ad sumendas informationes, formandos processus, & alia necessaria gerenda, necnon omnes, & singuli Notarij secum ad effectus prædictos assumpti: teneantur omnia, & singula Acta per eos scripta, & recepta, processus, Testium dicta originalia, & authentica, cum primum ad Vrbem redierint, vel commissio finita fuerit, omni mora postposita penes acta Notarii, vbi ipsa causa specialis pendet, vel pendere speratur, aut si id dubium sit, apud eũ Iudicem, quẽ Procurator Fiscalis noster elegerit: exhibeant, deponant, & dimittant, sub amissionis integri eorum propterea debendi salarij, ac etiam ducentorum ducatorum Cameræ Apostolicæ applicandorum pœna.

Ne autem propterea Notarij, & Scribæ prædicti laborum suorum iacturam faciant, mandamus, vt si pars certa, & manifesta fuerit, ad cuius instantiam talis processus sit formatus, contra eam pro condigna Notarij satisfactione Iudices ipsi summariè, & executiuè procedant, prout in causis mercedum, & depositorum Gubernator procedere consueuit: Sin autem nulla sit pars, sed solus Fiscus noster ex officio inquirat, & procedat, tunc de primis, quæ ex causa huiusmodi prouenient, emolumentis, eidem Notario celeriter, & sine fraude Iudices causa iustificari mandent, & faciant cum effectu.

Necnon Commissarij prædicti ad bona quæcunque, tàm mobilia, quàm immobilia, & se mouentia vbicunque existentia quarumcunq; personarum pro tempore delinquentium, & quorumcunque excessuum, seu delictorum prætextu, quæ Iudices ipsi, coram quibus causas huiusmodi pendere contigerit, Cameræ, seu Fisco nostro applicanda esse putauerint, capienda, & apprehendenda deputati, seu deputandi, se de bonis ipsis non amplius intromittere, nec ex eis quicquam etiam ratione viatici, seu alia quauis ratione, vel causa sibi retinere vllatenus possint, aut debeant; sed causis, & processibus huiusmodi coram Iudicibus illis, coram quibus illa prius pendebant, terminandis, & finiendis remanentibus, ipsi Commissarij in informationibus, & processibus in similibus fieri solitis ritè formandis duntaxat versari, ac fideliter, & ordinatè, omniq; cessante strepitu, & confusione, bona ipsa, vti decet, in Inuentarium redigere, & annotare, ac illa, sic recta, & annotata, Thesaurario, seu Depositario Cameræ prædictæ in Prouincia, siue eius Vicethesaurario, aut Vicedepositario in illa Ciuitate, vel loco deputato, realiter, & cum effectu dare, tradere, & consignare teneantur. Volumus autem, quod de bonis, sic annotatis, & consignatis, eidem Commissarius de eorum Viatico, iuxta formam, & ordinem à Iudicibus, à quibus dicti Commissarij transmissi fuerint, præscriptum, iustificari à Depositario possit, & debeat.

Commissarij verò ad spolia, decimas, subsidia, vel alia regalia, aut credita Camerali, vel Fiscali exigenda, siue recuperanda, nonnisi idonei, & probatæ vitæ nullum habentes in ea interesse: constituantur, qui etiam iureiurando, ac idoneis cautionibus de eorum officio fideliter, & diligenter exercendo astringantur. Seruenturque quoad eos in omnibus decreta Congregationis bono regimini Communitatum Status Ecclesiastici præposita, & edicta Cameralia, quæ per præsentes approbamus, & innouamus.

De Aduocatis Pauperum, & Fisci.

ADuocatus Pauperum solicitè studeat, ne carcerati in aliquo, tã à Iudicibus, quàm etiã ab Executoribus, & carcerũ Custodibus grauẽtur, & propterea non

non absit vnquam in visitationibus carcerum, tàm publicis, quàm priuatis. Et Procuratores Pauperum, ac illorum substitutos, & etiam carcerum Visitatorem singulis hebdomadis vna vicè ad se euocet, & de omnibus carceratis, præsertim, iis, qui in secretis detinentur, diligenter se informet. Et si ipsos Procuratores, vel Substitutos, & Visitatorem negligentes inuenerit, Visitatoribus carcerum denunciet, atque vt de alijs prouideatur instet, & cum ratione sui officij gratis pauperes defendere, & illis patrocinari debeat, nihil prorsus ab illis accipiat. Et vt facilius pauperibus operam suam impendere valeat, Visitator carcerum quolibet die ad eum accedere, & alia, quæ illi hac Constitutione iuncta sunt, facere teneatur.

Non possit Aduocatus præfatus contra reos ad offensam, etiam si causa extra carceres agatur patrocinando, aut, aliàs quomodolibet sub quouis prætextu interuenire, nec exceptis pauperibus, pro vllo alio, qui contraxerit, aut litiget cum Camera, patrocinetur.

Fisci Aduocatus in omnibus causis criminalibus, & aliàs Fiscum tangentibus, vbi articuli Iuris emerserint, interueniat, & Procurator Fisci ipsum super hoc omninò requirere teneatur, & in eis absque vllo præmio patrocinetur. Possit tamen ab instigatoribus propriam iniuriam, vel interesse prosequentibus, si quid sponte dare voluerint, illud percipere. Idemque in omnibus visitationibus carcerum adesse teneatur, nec reorum, etiam extra carceres existentium defensionem assumat, sed pro veritate, & iustitia causam Fisci tueatur.

De Pauperum Procuratoribus.

PRocuratores Pauperum, ac ipsorum substituti singulo quoque die careeres visitare, & nomina omnium, qui ad illos ducuntur, ac Iudicum, de quorum mandato, ac etiam causas eorum detentionis, & diem cum in liberiori carcere, seu ad largam ponuntur, an & ante, vel post prandium, siue cœnam, annotare teneantur, & similiter pecunias, & alias quascunque res, quas inuenerint reperras fuisse penes ipsos carceratos, & deindè omnia ad notitiam dicti Aduocati Pauperum deducant, ad quem etiam, quòd ab ipso minimè requisiti fuerint, semel in hebdomada, & interim toties, quoties carceratis opus erit, accedant.

Nihil omninò accipiant non solùm à pauperibus, sed nec etiam ab alijs carceratis, etiam quòd diuites sint.

Non possint aliquo modo dicti procuratores, & substituti contra reos ad offensam, etiamsi extra carceres ipsorum reorum causa agatur patrocinando, vel aliàs quomodolibet sub quouis prætextu interuenire.

De Fisci Procuratore, & Substitutis.

IN omnibus causis criminalibus quorumcunque Iudicum, & Tribunalium, etiam Ripæ, Ripetræ, & aliorum omnium vnus tantùm sit Fisci *Procurator* generalis à nobis, & successoribus nostris scilicet deputatus, quo citato, vocato, & audito, & non aliter possit ad earũ expeditionem, cõpositionem, seu quodcunque aliud decretum procedi, exceptis dumtaxat causis fori Capitolini, & ijs, in quibus pro Fisco interuenire solet Camerę Cõmissarius.

Qui Fisci *Procurator* in primis prospiciat, vt quemadmodũ in admissione ad eius officium in Camera iuramentum præstat de illud rectè, ac fideliter administrando, ita deindè taliter in illius prosecutione se gerat, vt promissis respondeat, nec vllã causam promoueat, quã calumnioſam esse cognouerit, & cum primum de calumnia, lite cæpta, vel de rei innocentia constiterit, ab illa desistat, etiam non expectata sententia.

Cumque ratione sui officij cogatur ad introducendas causas, in quibus de interesse Fisci agitur, nihil omninò ab instigatoribus accipiat pro decreto, vel subscriptione cuiuscunque Monitorij, etiam ad personaliter comparendum, vel alia quacunque causarum introductione.

In prosecutione verò causarum, tàm ipse, quã substituti ipsius, non nisi moderatè pro labore, per eum, siue eius substituto ad vtilitatem, & commodum eorundem instigatorum subeundo. Nihil verò accipiat à reis sub quouis prætextu, & præsertim ab ijs, qui obtinuerint sententiam absolutoriam, à qua ipse *Procurator* appellare noluerit, nec etiam pro appositione manus in mandatis de relaxando.

Similiter, & substituti ipsius pro inuentarijs, cassationibus processuum, citationibus, informationibus, aut alio quocunque prætextu, titulo, vel causa, nihil prorsus à reis, siue in carceribus, siue extra eos constitutis, aut pecuniæ, aut muneris, etiam esculentum, aut poculentum, & à Iure, vel Constitutionibus permissum, accipiant sub pœna infamiæ, priuationis officij, inhabilitatis in posterum, & alijs etiam nostro, & successorum nostrorum arbitrio.

Quo ad expensas cõtumaciales, vel quæ aliàs à reo reficiuntur, si instigator aderit, siue apertus, siue secretus, qui ipsas fecerit, ipsi instigatori Procurator Fiscalis, cui ratione condemnationis soluendæ veniunt, restituat, vbi verò nullus adfuerit instigator, satisfactis prius de illis Notarijs pro mercede laborum suorum, residuum dictarum expensarum, cum non sit iustum reum ex contumacia sua commodum consequi, eidem *Procuratori* Fisci soluatur.

Reos ipse Fisci Procurator, aut eius substituti non interogent, neque testes examinent, nisi in præsentia Iudicis. Atqui extra carceres liceat eiusdem cum interuentu Notarii examinare. Et pro assistentia, siue examine reorum, vel testium, siue ad offensam, siue ad defensam, vel aliàs pro reo productorum, nihil prorsus accipiat ipse, nec eius substituti, & vbiin termino citationis examini testium non interfuerit,

vel interrogatoria non dederit, testes inducti sine vlteriori dilatione examinentur.

Citatus originalem citationem non possit vltra diem penes se retinere, sed illam die sequenti restituere teneatur, in qua citatione pars, ad cuius instantiam fit, nomen Notarii, in cuius officio causa tractatur, vel tractari debet, & Procuratoris, si principalis absit ab Vrbe, debeat apponere, alioqui citatio ipsa nulla eẽ se censeatur, nec ipsum Fisci Procuratorem afficiat.

Non det mandata de capiendo quempiam, voce, vel in scriptis, nisi vbi adfuerit periculum fugæ, & Iudicis copiam incontinenti habere non possit.

Et cum ad *Signaturam* spectet, causas appellationum nomine dicti *Procuratoris* Fiscalis sententiis contra eum latis interpositarum reiicere, vel committere, idem Procurator appellare non prohibeatur, verùm quoad illarum reiectionem, vel commissionem, pro causarum, vel personarum qualitate signatura ipsa occurrentibus casibus huiusmodi prouidere poterit, in cuius Commissionis signatura citetur prius, antequam signetur, pars, quæ sententiam absolutoriam obtinuit, & aliter signatura nullius sit roboris, vel momenti.

Et cum officium Procuratoris Fisci quoad causas criminales principaliter consistat in prosecutione publicæ vindictæ, non se intromittat pro obtinendis inhibitionibus de supersedendo in causis ciuilibus, & præsertim prætextu vsurarum, nisi vbi de iure ad eius instantiam inhiberi potest.

Nec ei concedantur litteræ ad partes pro capiendis inditijs, nisi dato prius aliquo sumo arbitrio Iudicis, à quo impetrantur, & tunc non committantur alteri, quàm loci Ordinario, vel eius Vicario, nisi subsistente probabili causa suspicionis.

Nec etiam dilationes non necessarias, nec debito longiores. Quinimò potius studeant Iudices, quam primum causas expedire.

Procurator prædictus non tractet de compositione cum ipsis reis; sed expeditioni causarum incumbat, & vbi reus compositionem fieri petierit, non fiat, nisi cum interuentu Iudicis, & ipsius Fisci Procuratoris.

Qui etiam non prosequatur causam appellationis à sententia contra eum lata, vbi adsit instigator secretus, vel apertus, nisi data prius per eundem instigatorem cautione de reficiendo expensas, tàm prioris, quàm vlteriorls instantiæ in euentum succumbentiæ.

Non audiatur Fiscus protestando causam, quæ agitur inter priuatos non expediri, nisi ipso citato sub prætextu interesse ipsius, niũ de illo incontinenti, quantum Iudici sufficere videbitur, docuerit.

Et cum sit Fisci, & Cameræ *Apostolicæ Procurator* generalis, & propterea ad eum spectet *Procuratores* Fiscales vti eius substitutos in Terris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ deputare, illos Legati etiam de latere cum litteris patentibus dicti *Procuratoris* Fiscalis ad eorum officia admittere teneantur, & faciant admitti. Qui substituti sub pœna priuationis eorum officii, ac alijs arbitrio nostro imponendis ipsam *Procuratorem* generalem de omnibus Fiscum concernentibus, & præsertim de sententijs, tàm absolutorijs, quàm condemnatorijs certiorem facere debeant.

Caueat autem idem Procurator generalis, ne à dictis eius substitutis, siue pro substitutione facienda, siue quauis alia ratione, vel causa quicquam recipiat, sed omnia emolumenta eisdem substitutis liberè, & integrè dimittat.

Vigesimam autem dicto Fisci Procuratori, & centesimam substituti ipsius de compositionibus, confiscationibus, & pœnis eorum opera, & interuentu iam incameratis, idest facta iam incameratione, & non prius deberi, ac persolui volumus, & declaramus.

Et amplius ijdem substituti Fiscales cum ad reformandos processus extra Vrbem mittuntur, vltra victus, & equorum impẽsam, possint etiam debita, & taxata viatica recipere.

Et Fisci *Procurator* septem substitutos habere debeat, quibus singulis Camera scuta quinque menstrua persoluat, videlicet quatuor substitutos pro Tribunali Gubernatoris, duos pro Tribunali Auditoris Cameræ, & vnum pro Tribunali Vicarij.

De Aduocatis, Procuratoribus, & Solicitatoribus.

ADuocati, seu Procuratores, Consanguinei, vel *Affines*, vsque ad secundum gradum alicuius Iudicis, vel Officialis in causis coram eo pendentibus, nullo pacto valeant patrocinari.

Non omnes passim, sed hi solùm ad procurandum in Rotæ *Auditorio* admittantur, qui doctrinæ vsus, & morum examẽ subierint, & per ipsius Rotæ Decanum, vel alium loco Decani arbitrio Rotæ deputandum adhibitis duobus, vel tribus Procuratoribus ab ipsorum Collegio deputatis, super his vniuersis approbati fuerint, vnde si qui tales in præmissis idonei reperti non erunt, à procuraturis officio remoueri volumus, ac pro dicto examine aliquid exigi, vel solui debere expressè prohibemus.

In Tribunalibus Gubernatoris, Auditoris Cameræ, Vicarii, & Senatoris, Procuratores non admittantur, qui non sint prius approbati à Superiore illius Tribunalis, & in libro particulari descripti.

Quin etiam, vt indemnitati litigantium consulatur, omnibus, & quibuscunque Iudicibus districtè præcipimus, ne Procuratores inhabiles, ad causas coram ipsis agendas admittant.

De propinis, seu bibalibus dandis, Procuratores, aut etiam Aduocati se non immisceant, sed curam hanc partibus, vel earum solicitatoribus relinquat.

Stipendia modestè, nec vltra meritum, aut vltra taxas capiant.

Et sicut de Quota litis, ita de fructibus, & expensis, aut parte earũ in quibus *Aduersarii* condemnantur, aut alijs emolumentis, & præmio cum partibus in euentum Victoriæ quilquam *Aduocatus*, vel Procurator nullatenus cõueniat.

Vsum

Vnum Procuratorem idoneum cum competenti salario, qui patrocinium pauperibus gratis præstet, singulis annis deputent Procuratores in eorum Collegio, & factam deputationem denuncient Aduocato pauperum, quo eius opera vti, & pauperes ad eum, cum occurrerit, mittere possit.

Cum Notarijs, vel alijs, de gratijs registrorum, & extractuum, præterquam in partium principalium vtilitatem, & cõmodum, ita quòd euidenter appareat per instrumentum publicum, non pacisc antur, & in his reperti culpabiles perpetuò sint procurationis officio priuati.

Notariatus aliquod officium Procuratores emere non possint, neque cum Notario societatem aliquam ineant, neque in totum, neque in partem sub pœna amissionis ipsius officij. Quod Aduocatis etiam prohibitum esse volumus sub eadem pœna.

Sententias contra eorum principales à Curia absentes, à quibus prouocare licet, in rem iudicatam transire non permittant; sed appellare, & causam committi facere teneantur, ac principalibus suis significare, & prorogationem fatalium semel petere, sub pœna priuationis officij, & alijs pœnis arbitrio Iudicis.

Postquam alicuius causæ patrocinium susceperint, & onus Procuratoris receperint, indefensas causas non dimittant, sed pro viribus defendant, nisi excusationem legitimam habeant à Iudice approbandam, necnon secreta causarum aduersarijs non reuelent aliquo prætextu, vel causa sub ijsdem pœnis.

Procuratores, & Solicitatores quarumcunque causarum non possint à suis clientibus salarium petere, nisi conuentum.

Pridie eius diei, quo Rota agitur, non liceat Aduocatis, Procuratoribus, & Solicitatoribus, etiam tanquam amicis, vel aliter attinentibus, studia Auditorum perturbare.

Procuratores, qui sunt de Collegio Procuratorum præcedant omnes alios Procuratores, licèt antiquiores.

Neque Aduocatus, neq; Procurator, aut Solicitator, qui pro vna parte patrocinium suscepit in eadem causa pro altera patrocinari potest sub pœna priuationis officii, & infamiæ.

De Notarijs Tribunalium Vrbis.

NVllus Notariorum cuiuscunq; Curiæ, siue criminalium, siue ciuilium causarum, audeat quicquã exigere, nisi iuxta taxam eis traditam, quam vulgari sermone scriptam in eorum officijs appensam, ita vt ab omnibus legi possit, habere teneantur.

Exerceant autem singulari (etiam quibus officia per Sedem, seu Cameram Apostolicam, concessa fuissent) eorum officia per se ipsos, nec illa arrendare, locare, aut in administrationem quouis modo concedere possint sine expressa nostra, aut successorum nostrorum Romanorum Pontificum licentia in scriptis obtenta, & tunc non nisi personis à superioribus sui Tribunalis approbatis, ac recepta satisdatione de fideliter exercendo, & obseruandis taxis, & reformationibus.

Et loca pia habentia aliquod simile officium illud exerceri faciant ab aliquo viro probo ab eis stipendiato, & à Superiore sui Tribunalis approbato, qui taxas, & reformationes obseruare, & vt supra satisdare teneantur.

In iuramento calumniæ à partibus præstando Notarij iurantem admoneant vim, & importantiam ipsius, & faciant hæc nominatim, & specificè asseri, & iurari. Primò, quòd non animo calumniandi agit, vel defendit, sed quia lis pro parte sua, sibi iusta videtur. Secundò, quòd probationem non exiget, nisi quam pro veritate sibi necessariam putabit. Tertiò, quòd nihil dedit, aut promisit, dabit, vel promittet Iudicibus, aut Notario, vel testibus, aut mediatoribus, aut alicui alteri personæ, vt sententia detur. Quartò, quòd calumniandi animo aliquam dilationem non petet. Quintò, quòd pactum de quota litis non fecit. Quæ Capitula per actuarium iurantibus declarari mandamus sub pœna decem aureorum vice qualibet incurrenda: Et nihilominus vlterius ad scribendum in illa causa non admittatur. In actis tamen non apponatur, nisi iurasse monitum, iuxta formam huius constitutionis.

Nihil scribant in causis, vbi agitur de summa, vel re valoris infra quinque scuta, nisi aliter iudex mandauerit.

Et in causis scutum vnum non excedentibus Notarii cuiuscunque Curiæ nihil prorsus recipiant à partibus, ab vno verò scuto, vsque ad quod inclusiuè pariter nihil, nisi si quid à Iudice fuerit eis concessum sub pœna furti.

Neque possint rogari de instrumentis, quæ extra iudicium fiunt ad referẽdum alteri quauis Connotario, etiam Cameræ, vel Auditoris Cameræ; sed quisque per se, aut per proprios substitutos, qui in ipsius officio commorantur, de dictis instrumentis rogetur, & non pro altero ad referendum.

Si contingat vnum Notarium accipere terminum pro alio Notario ad referendum, teneatur accipiens per totam illam diem, qua acceperit, relationem facere, & decretum scribatur, siue subscribatur manu Notarii referentis.

Nec quisquam similiter possit in futurum plura Notariatus officia in diuersis Tribunalibus obtinere, sed censeãtur esse dicta officia inter se incompatibilia, absque nostra, vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum licentia.

Et tam ipsi, quam eorum substituti non possint esse Procuratores in Curia, in qua Notarii sunt, aut substituti officium exercent.

Citationes, Monitoria, seu quasuis alias prouisiones extra Vrbem mittendas non expediant ad alicuius instantiam, nisi notato in actis nomine Procuratoris, principalis, aut alterius illas obtinentis, vt si ad illarum moderationem sit procedendum, possit pars incontinenti scire, quis sit citandus, eiusque citatio sufficiat ad obtinendam moderationem.

Nec sufficiat in actis exprimere nomen Procuratoris, nisi is notus sit in Curia, ad hoc, vt

citari possit, vel saltim talis Procurator eligat domicilium, vbi citari velit.

In mandatis executiuis vigore instrumentorum, siue apocarum relaxatis, tàm in Curia, quàm extra eam mittendis, apponatur dies, mensis, & annus instrumenti, siue apocæ, cuius vigore mandatum relaxatum fuit.

Similiter in relaxatione mandatorum, & quarumcunque expeditionum, tàm in Curia, quàm extra eam mittendarum citatis partibus, vel earum Procuratoribus, aut in contradictorio iudicio obtentarum, apponi debeat altera ex istis clausulis, videlicet in contumaciam N. Procuratoris, vel si Procurator verè contradixerit, & in actis protestationem fecerit, loco prædictæ clausulæ scribatur, non obstante protestatione N. exaduerso Procuratoris.

Porrò moderatis inhibitionibus à suo Iudice emanatis, nullo prætextu Notarii lapso termino intimationis possint obtentæ moderationis fidem retardare, nisi de impedimento verè constet in actis.

Notarii quorumcunque Tribunalium Vrbis, excepta Rota, teneantur in quibuscunque causis etiam Commissariis intra Statum Ecclesiasticum dare litteras missiuas loco Remissorialium, & pro singulis litteris huiusmodi, atque illarum instrumento, etiam cum articulis, & interrogatoriis introclusis, soluatur merces iulioruum nouem, nec pars huiusmodi litteras petens contra eius voluntatem cogatur remissoriam accipere.

Summaria Testium quando à Notariis dari contingit, scribantur in bona carta non bibula, & charactere intelligibili, soluta tolita mercede.

Notarii nullam prorsus mercedem, aut emolumẽtum etiam minimum recipiant, quod prius in libro receptorum (quem retinere debeant) fideliter non annotauerint, cum expressione diei, causæ, & personæ soluentis, vt ex eo libro superior possit ex officio cognoscere, si quid vltra taxas indebitè receperint.

Cæterum de datione *Arrharum*, pro Registris, extractibus, aut copia inditiorum non fietur libro Notarii, nec eius annotationi, nisi cum subscriptione partis, aut Procuratoris arrham dantis.

In manualibus, vel broliardis, vel libris Instrumentorum, Actorum, & filzarum, quas vocant, ligatarum, non dimittant Notarii tolia vlla in parte alba, vbi scribi solet, sed vbi sic alba remanserint, ea interlineare teneantur.

Nõ retineant scripturas, & iura quæcũq; producta in pulpitis, sed infra biduũ à die productionem in manuali, seu broliardo actorum annotare, & in filzis ponere teneantur, etiam quòd productio fuerit in calce citationis annotata.

Examina Reorum, & Testium quorumcunq; tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus ab initio, & in ipso actu examinis describantur in libro benè compacto, & compaginato.

Non audeant Notarij inconsulto Iudice facere ex se decretum aliquod quantumlibet solitũ, & ordinarium, nec aliquem terminum quamuis leuissimum in forma, vt aiunt, seruare; sed semper Iudicem adeant, & citationes omnes coram eodem legant, ab eoque decreta sumant, & deindè in actis apponant, & idem seruet, etiã si terminus sit ad videndum inhiberi, iuxta formam commissionis, sub pœna falsi, & priuationis exercitij.

Citationes, & aliæ Cursorum, & mandatariorũ relationes nullatenus in actis apponantur, nisi Cursores, & Mandatarij eas in cartulis earum subscripserint, & supra subscriptionem nomen Notarij causæ appositum fuerit.

Citationes, & alios actus pro aliquo, vel contra aliquẽ non recipiant, nisi tàm Actoris, quàm rei nomen cum cognomine, & exercitii, vel habitationis, vel Patriæ designatione specificè in eis exprimatur.

Citationes ad videndum mandari consignari pignora non recipiant, nisi appositum sit etiam ad videndum mandari subhastari.

Idem non audeant differre, vel retardare publicationem, ostensionem, & lectionem sententiarum, tàm ciuilium, quàm criminalium sub prætextu non solutæ notæ ipsarum, aut registri, & aut alterius cuiusque mercedis sibi debitæ. Quinimmò teneantur per totum sequentem diem illas vna cum citationibus ad sententiam in peculiari libro, quẽ ad hoc habeant, registrare.

Quod etiam seruetur in cedulis priuatis Depositorum, quæ scilicet statim facta illarum productione registrentur.

Sententiarũ, Decretorum, aut aliarũ quarumcunq; scripturarum tàm ciuilium, quàm criminalium copia in vnicuique petenti, soluta copiæ petitæ competenti mercede dare teneantur.

Caueant insuper Notarij scribere quemquam in actis vti instantem, protestantem, producentẽ, seu quomodolibet comparentem, nisi is tunc præsens fuerit, nec suffragetur mandatum generale Notario datum à quauis persona, vt possit eius nomen in causis, vel actis apponere.

In cuentum in quẽ in causis hant nullitates, quæ possint ascribi culpæ, aut negligentiæ Notarij, & pars propter paupertatem expensas reficere non valeat, ad illas substitutus Notarii, qui in causa scripsit, teneatur.

Protestationes scribantur in broliardo eodem die, nec recipiantur in foliis volantibus, & quatenus ob eorum longitudinem in huiusmodi foliis recipiantur, statim huiusmodi receptio in broliardo annotetur.

Similiter non audeant expedire mandata, quæ non fuerint à Iudice manu propria subscripta, & aliter expedita sint omninò, & in quacunq; Curia etiam Capitolii nulla. Verùm dicta subscriptio gratis fiat, nec ob eam augeatur vllatenus solita impensa mandatorum.

Quãdo aliquis Notarius allegatur suspectus, & alius deputatur, vna tantùm merces consignanda alteri ex dictis Notariis, cui de iure, persoluatur.

Custodiant Notarii diligenter scripturas omnes, extractus, & registra, & quibuiuis personis acommodata infra annum à die acommodationis recuperare, alioquin eis, vel aliquo eorum deperditis illa suis sumptibus reficere teneantur.

In Notariorum officiis non recipiantur substituti, Scribæ, Iuuenes, vel alij quicuq; ad Testes examinandos, neque ad conficienda acta ciuilia,

aut criminalia, nisi qui prius fuerint tam quoad sufficientiam pro munere ab eis exercēdo, quàm quoad vitæ probitatem à superiore Tribunalis approbati.

Ad rogandum vero quælibet Instrumenta, Testamenta, & alias quascunque dispositiones, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate non admittantur, nisi prævio rigoroso examine fint prius creati Notarij ab habente facultatem; neque tamen propterea talis approbatio principalem Notarium, siue officialem excusec, quo minus si quid præfatorū culpa, vel facto minus rectè gestum fuerit, ipsi omnino Notarij teneantur, prout teneri volumus ad damna, expensas, & interesse partibus damnum patis.

Notarij non audeant rogare, vel stipulari obligationes aliquas, siue contractus etiam parui momenti, nisi vel Contrahentes ipsos Notarij benè nouerint, vel ab vno saltem ex Testibus cum iuramento adhibitis, cognitos esse sciant, Testesque prædicti, aut vnus eorum contrahentes, vt supra, recognoscentes noti fint ijsdem Notarijs, & nihilominus in quibuscunque contractibus vltra nomen, & cognomen cuiuslibet contrahentium apponatur etiam patria, & nomen patris, aut alia similis demonstratio, atque de huiusmodi cognitione mentio fiat in instrumento, alioqui vltra pœnas infra subiectas teneantur etiam partibus ad omnia damna, expensas, & interesse, neque per hoc derogatum censeatur statutis maiorem in proposito solemnitatem, vel diligentiam requirentibus.

Prohibemus insuper, ne in instrumentis, testamentis, & aliis actibus, in quibus Testes requiruntur, Notariorum socij, substituti, & alij in officio illius Notarij, qui rogatur, degentes admittantur, sed alios adhiberi omnino mandamus.

Disdictam societatis officij teneantur Notarij non solum in manuali registrare, sed etiam in margine instrumenti societatis annotare his verbis, videlicet die tali disdicta, & die tali reproducta, neque talis reproductio disdictæ in actis alterius Notarij de societate non rogati fieri possit, neque facta suffragetur, nisi quando contractus societatis extra Vrbem est rogatus, vel etiā in Vrbe, quando est rogatus Notarius, qui non sit actuarius alicuius Tribunalis, quibus casibus disdicta registretur in manuali, vt supra, sub pœna in quolibet prædictorum casuum Notario principali scutorum centum ipso iure Fisco applicandorum, & substituto scribenti, vel de tali actu rogato, sub pœna infamiæ, & suspensionis ab exercitio.

Idemque seruetur in nominatione, nec non & in translatione periculi vitæ, quæ non suffragentur, neque cuiquam profint, nisi parti intra tempus ad nominandum, vel transferendum intimatæ, & per Notarios, vt supra, fuerint annotatæ.

Et si Notarij, eorumque substituti, Actuarij, vel Iuuenes quicunque se quoquomodo directè, vel indirectè sub quouis etiam amicitiæ nomine, vel prætextu ingesserint, interposuerint, vel tractauerint, seu mediatores fuerint in aliquo censuum, societatis officiorum, aut aliorum quorumcunque negotiorum contractu, non possint sub pœna perpetuarum triremium, ac priuationis officij, eiusque proprietatis, & tituli ipso iure Cameræ Apostolicæ applicandi, vllas pecunias, bona, seu res, etiam minimæ quantitatis à quoquam etiam sponte dante occasione præmissa recipere, sed sint, & esse debeant contenti debita eis mercede rogitus instrumenti, si quod ab eis fuerit rogatum.

Quælibet instrumenta subscribantur ab eo substituto, qui illa confecit, apponendo nomen, & cognomen suum in margine finis instrumenti.

Instrumenta quoque in suis manualibus dictum extendantur, & describantur.

Instrumenta quæcunque ab eis rogata Notarij debeant infra tres menses à die celebrati contractus, vel instrumenti in librum, quem filzam vocant, redegisse, vel in prothocollum, quod alij manuale extensorum appellant, descripsisse, cum suo indice. Non derogando per hoc statutis diligentiorem formam requirentibus.

Testamenta autem, & codicillos viuentium nemini ostendant, sed fideliter recondita seruent & quatenus fint aperta, illa, & illos intra tres menses in librum ad hoc de more compactum rediguat.

Alia cuiuscunque generis, qualitatis, quantitatis, contractus, acta, instrumenta, vel ab ipsis rogata, vel apud eos producta teneantur partibus interesse habentibus ad earum beneplacitum gratis ostendere, ipsisque copiam facere, & tradere, soluta solita mercede competenti, sine tamen die, anno, mense, testibus; ita vt nullam in iudicio fidem facere possint.

Neminem tamen possint astringere ad accipiendum instrumenta publica, vel eorum exempla, nisi ita ipsis Contrahentibus, aut aliis interesse habentibus placuerit.

Pro rogitu cuiuslibet instrumenti, cum quibusuis conditionibus, & clausulis, vbi non adsunt particulares taxæ, & vbi non præcedit conuentio partium, soluantur pro quolibet centenario scutorum usque ad scuta mille; iulij duo, à mille vsque ad quinque millia, iulius vnus pro quolibet simili centenario, à quinque mille vsque ad quamcunque summam, bononeni quinque pro quolibet simili centenario, dummodo in totum non excedat summam scutorum viginti quinque.

Pro cassatione cuiuslibet instrumenti, seu retrouenditionis census, vel similium cum quibuscunque cessionibus, reuocationibus, conditionibus, seu translationibus, & aliis clausulis, vbi non adsint particulares taxæ, soluatur ad eandem rationem, prout dictum est, pro rogitu cuiuslibet instrumenti.

In tradendis autem publicis instrumentis quo ad mercedem quicunque Notarij, siue descripti in Archiuio Romanæ Curiæ, siue in Archiuio Capitolij, & alij Notarij retinentes publica officia, non habentes specialem taxam publicorum instrumentorum, vel in quibus eorum taxa non disponeret, teneantur seruare taxam Statutorum Vrbis.

Pro rogitu testamentorum, codicillorum, donationum inter viuos, & causa mortis, vbi non adsunt taxæ minores, vel vbi Notarij non subiiciuntur Statutis Vrbis, & vbi non fuerit aliter conuentum per partes, si fuerint factæ à perso-

nis,

tis, quorum patrimonium non excedat scuta quinque millia, soluantur iulij quinque, à quinque millibus vsque ad viginti millia, scutorum vnum, à viginti millibus vsque ad quamcunque summam non exigant vltra scuta duo.

Orta inter Notarios, & litigantes, vel alios differentia super ipsorum Notariorum mercede, non à Notariorum Collegijs, seu deputatis ab eis, sed ab eorum Iudicibus, qui non ad mensurarios, seu Notarios remittant, sed ipsimet proprio ipsorum arbitrio diffiniant inuiolabiliter obseruata taxa.

Et quandocunque Notarij vigore huius constitutionis ex facto suo, vel suorum teneantur aliquid refundere, restituere, aut partibus refarcire, procedatur contra eos executiuè, & manu regia.

Ad hæc Archiuij priuilegia illæsa esse cupientes, statuimus, & mandamus, quòd Prothonotarij, Comites Palatini, & alij quicunque habentes, vel habere prætendentes facultatem creandi Notarios, aut spurios legitimandi, non possint illos creare, vel legitimare, nec iurisdictionem, aut potestatem aliquam in Vrbe, & extra eam per vnam Diætam legalem exercere in præiudicium Collegij Archiuij, & priuilegiorum eius, iuxta constitutionē fel. rec. Leonis X. Prædecessoris nostri editam pridie nonas Octobris M. D. XIIIr quæ incipit, Ex Ministerij pastoralis, quam innouamus, & approbamus.

Quòdque si aliquis creditor mandatum de capiendo ratione suspicionis fugæ in quocunque Tribunali, etiam Auditoris Cameræ, contra debitoris pecunias, & bona sequestrum aliquod obtinuerit, creditor ipse ad mandati executiui expeditionem, vel aliquo modo illius solutionem faciendam, aut eius taxam deponendam, cogi non possit.

Iuramenta suspicionis fugæ, ab alijs, quàm à principalibusmet, vel personis ad id speciale mandatum habentibus, non recipiant.

Sequestra non scribant etiam in causis mercedum, nisi in executionem mandatorum seruatis seruandis relaxatorum, vel nisi docto de credito, etiam extraiudicialiter arbitrio Iudicis, iuratoque prius de dilapidatione, aut fugæ suspicione.

Aduocatos, Procuratores, & solicitatores pro fideiussoribus occasione litium dandis nullo pacto recipiant.

Significationes per viam recursus concedendas non scribant, nisi cum clausula, non tamen in contumaciam.

Alias verò significationes non scribant, nisi vigore termini, aut nisi productis iuribus, vel probationibus super solutione, aut nisi stante pendentia litis, siue lite finita, vel nisi data cautione de stando iuri, & iudicatum soluendo, quādo essent relaxata mandata suspicionis fugæ pro assecuratione iudicij, aut nisi stante negatione contra mandata in contumaciam relaxata.

Responsiones ad articulos, & iuramenta super partitis decisiuis coram Iudice tantùm recipere possint, & debeant, nisi ipse iudex aliter decreuerit ex causa infirmitatis, aut legitimi impedimenti collitigantium.

Constitutionē à nobis die prima Martij 1608. contra Notarios Criminales Vrbis editam innouantes denuò, & districtè inhibendo præcipimus omnibus quibuscuis Notarijs cuiuscunq. Tribunalis, & Curiæ quoquomodo causas criminales exercētibus ne sub pœna priuationis officiorū, & proprietatis ipsorum ipso facto incurrenda, & Cameræ nostræ Apostolicæ applicanda, alijsque grauioribus etiam corporalibus arbitrio Iudicis imponendis pœnis, audeant, vel præsumant mercedes notulæ sententiæ, vel Decreti, aut cassationis processus in relaxatione Carceratorum, etiam à sponte dantibus, nec etiam quid minimum accipere, nisi quando Reus ipse fabricato processu, & præcedente plena causæ cognitione & discussione Fisco, & parte si aderit citatis, in ipsa sententia, vel decreto vim diffinitiuæ habente, & à Iudice subscripto fuerit à crimine, pro quo detinebatur, vel querelabatur diffinitiuè tanquam innocens, vel tanquam hactenus non repertus culpabilis expressè absolutus.

Pro compositionibus verò easdem notulas decretorum, & cassationes accipere, nisi in causis, & criminalibus grauibus, & grauem pœnam merentibus, & in quibus non solùm interuenerit plena causæ cognitio, sed etiam discussio, & decreta fuerint non Iudicis tantùm, sed & Procuratoris nostri manu subscripta, minimè possint.

Remissiones tamen gratiosas Bannitorum in contumaciam condemnatorum, nec non exilii, & triremium pœnarum de ordine nostro, & pro tempore existēti Romani Pontificis, excipimus, in quibus ijdem Notarij notulas decretorum, & cassationis processuum accipere licitè possint. In alijs autem quibuscunque casibus contenti esse debeant sola mercede mandati de relaxando, si rei fuerint carcerati pariter contenti sint ea mercede, quæ si carcerati fuissent, eis deberetur pro dicto mandato de relaxando, reprobata, prout reprobamus omni praua consuetudine, & obseruantia Notariorum ad effectum extorquendi notulam decreti in omnibus fere decretis de relaxando apponentium illa verba, mandauit cassari, amplius non molestari, silentium imponi, vel similia.

Et insuper sub eisdem pœnis omnibus Notarijs prohibemus, ne per se, vel alios Reos quoquomodo processatos ad processus cassationem, aut cuiuscunque sententiæ, vel decreti absolutorii impetrationem, vel postulationem per citationem ad se representandum, aut ad sententiam, vel aliàs qualibet via directè, vel indirectè, aut quoquomodo cogere, inducere, aut inuitare audeant, vel præsumant, sed omnia, & quæcunq; hac nostra constitutione contenta ad vnguem omnino obseruent.

Et pro mandatis de excarcerando, quibus à Iudice adiectum est, gratis, nihil prorsus; & in forma pauperum, pro medietate tantùm accipiant, ideoque nec mandati mercedem ante recipiant, quàm à Iudice fuerit subscriptum, & fortè receptam omnino restituant.

Nec pro copia indiciorum, quam effectualiter Reo non dederint, quicquam percipere (nisi loco Arrhæ) debeant, & vbi Reus amplius ipsam copiam habere noluerit, etiam quòd Arrham dederit, ab ipso non exigant, nisi pro rata copiæ confectæ.

Similiter alimenta Carceratorum penes eos depositā

depoſita Notarij ſine vlla retentione pro depoſito, vel alia qualibet diminutione Carceratis integrè conſignent.

Quicunque ex Notariis in eorum officijs ſcribentibus in aliquo præmiſſorum contrauenerit pro qualibet vice pœnam vigintiquinque, aliasque pœnas pecuniarias, & corporis afflictiuas pro modo excelſus à ſuo Iudice arbitrandas incurrat, damnaque, & intereſſe partibus reficere cogatur.

Vltra præmiſſa diligenter per omnes Notarios cuiuſuis Tribunalis obſeruanda, ſancimus, vt Notarij infraſcriptorum Tribunalium etiam ſequentes ordinationes quemlibet eorum tangentes ſeruare debeant.

Notarij Cameræ illis, qui annatas, & alia Iura Camerę pro expeditionibus debita perſoluerint, quietantiarum, & liberationum inſtrumenta ſuper ſolutionibus per eos factis intra triduum iuxta veterem conſuetudinem, mercede ſolita recepta, in forma authentica tradere compellantur, aut per eos non ſtet, quo minus tradantur. Et abſtineant ab indebitis exactionibus, maximè pro obligationibus ſoluendi annatas.

Bullas, quarum ratione, commune, annatæ, vel alia iura ſolui debent Cameræ Apoſtolicæ, vel quæ quomodolibet concernunt intereſſe dictæ Cameræ, aut Sedis Apoſtolicæ, ſine earum continentiam, per ſe ipſos tantùm, & non per ſubſtitutos ſcribant, & annotent in libris, & bullæ regiſtratæ auſcultentur per menſarium ipſorũ notariorum, qui in ſignum auſcultationis manum apponere in regiſtro, & de mala auſcultatione teneri debeant. Et regiſtra in Archiuio Palatij Apoſtolici cuſtodiantur.

Obligationes ſoluendi commune, & alia iura Cameræ pro monaſterijs, vel Eccleſiijs oneratis penſione, aut ſoluendi quindennium ratione vnionum, infra quindecim dies ab ipſismet Notarijs in libro ſcribantur.

Ne reſtitutis autem ſeruetur conſuetudo capiendi iulios duos cum dimidio Cancellariæ pro qualibet reſtitutione bullarum, & non vltra.

Emolumenta eis debita, tam ratione regiſtrationis Bullarum, quàm alia quæcunque inter ſe certo prætio, vel aliàs quomodolibet non arrendent, nec arrendare poſſint.

In expeditionibus, & ſcripturis conficiendis, de propoſitione, & commiſsione facta in plena Camera, mentionem expreſſam facere teneantur.

Ponant in maſſa communi mercedes inſtrumentorum omnium, tam Cameralium, quàm intereſſe Cameræ actiuè, & paſſiuè, ſeu aliàs quomodolibet concernentium, etiam extra Cameram coram Theſaurario, vel alio per noſtrum, aut ſucceſſorum noſtrorum Chirographum, vel litteras, aut aliter deputato rogatorum, de quibus rogatus Notarius teneatur illa denunciare Collegio, & vt præfertur in maſſa ponere, dempta rata ſibi pro mercede laborum debita iuxta conſtitutiones ipſorum.

Et conficiatur liber apud eorum menſarium dimittendus, in quo quiſque Notarius in fine hebdomadæ ſummatim deſcribat ſingulas, quas fecerit, expeditiones.

Pro expeditionibus, & ſigillo in gratioſis, quando ſunt plures perſonæ conſortes, etiam ſi ſint Congregationes, Collegia, Capitula, vel vniuerſitates, non ſoluatur niſi pro taxa duorum. In iudicialibus verò expeditionibus non niſi pro vno tantùm exigatur.

Et pro litteris patentibus quorumcunq; Commiſſariorum, tam à Camerario, quàm à Theſaurario, vel Commiſſario Cameræ, etiam in partibus conſtitutorum, non ſoluatur vltra iulios viginti duos in totum computato ſigillo, & mercede Secretarij, ac notarij.

Mercede ſemel ſoluta iuliorum quinque notario dictæ Cameræ pro deputatione Iudicum ad ſolidanda computa, pro quacunque poſtea ſubrogatione ſoluatur tantùm medietas ſummæ prædictæ.

Notarij Gubernatoris teneant intus, vel iuxta dictum Palatium eorum officia ſeparata, & in locis ita diſtantibus, vt Collitigatorum tumultus nullum afferre poſſit impedimentum.

Manualia Citationum, & manualia proteſtationum ſeparatim, & diſtinctè teneant.

Expeditionum duos libros habeant, in quorum vno diſtinctè, & ordinatim annotare debeãt omnes ſignificationes per viam recurſus concedendas, cum expreſſione nominis collitigantium, & Curiarum, à quibus Locumtenens recurſus iuxta ſuas facultates concedet, & etiam ſummæ, vel valoris rei, de qua agitur. Necnon omnia ſequeſtra, & monitoria ex quauis cauſa decernenda.

In altero autem ſimiliter annotare debeant omnia mandata executiua, non tamen in contumaciam, & omnia arreſta, mandata de excarcerando, ſignificationes dotales, aut vigore termini, aut in vim litis pendentiæ, aut litis finitæ, aut ſtante depoſito, vel negatione, aut data cautione de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo conceſſas, & omnes citationes, vel inhibitiones vigore commiſsionis, aut extra Curiam decretas, dummodo in quolibet ipſorum caſuum agatur de re, vel ſumma ſcutorum auri ſeptem conſtituentium iulios octuaginta quatuor, vt ſupra.

Liſtas expenſarum non conficiant, neque propterea mercedem aliquam etiam à ſponte dantibus recipiant, niſi prævio Locumtenentis decreto, & eiuſdem ſubſcriptione in calce citationum ad videndum taxari expenſas apponenda.

Examen teſtium ſcribere poſſint duo tantùm Notarij pro quolibet officio, quos Gubernator pro tempore approbauerit, & non alij.

Notarij Auditoris Cameræ vltra ea, quæ ſancita ſunt de Tribunali Auditoris Cameræ, & de alijs Notarijs, abſtineant à monitorijs iactationis, & iactationum, aut alijs quibuſcunque, quibus prima inſtantia à ſuis ordinarijs auferatur, exceptis caſibus priuilegiatis.

Et in Monitorijs ſpecialibus in prima inſtantia (vbi permittitur) & inhibitionibus vigore appellationum, quæ ab Auditore Cameræ conceduntur in partibus, cum clauſula, Dummodo cauſa ſummam ſcutorum quinquaginta excedat, & moleſtiæ non ſint iudiciales, debeant prædictam clauſulam, Dummodo cauſa, ſcribere litteris maiuſculis, & loco illius clauſulæ, Dummodo moleſtiæ non ſint iudiciales, ſcribere pariter litteris

maiu-

maiuscuiis hæc verba, videlicet, Dummodo iudicium non sit cæptum in partibus, ita vt si iudicium coram aliquo Iudice competenti sit cæptum, monitorium non afficiat. Et quatenus inter partes de dicto valore controuertatur Auditor Cameræ, vel eius in ciuilibus Locumtenens constito sibi etiam extraiudicialiter causam non excedere dictam summam, teneatur per litteras missiuas, & absque vlla impensa dictas eorum inhibitiones, & monitoria reuocare, & causas ad suos Iudices remittere.

Et quoniam experientia comperrum est, quod Notarij multoties inducunt huiusmodi monitos, & citatos, vt in iurisdictionem tacitè consentiant, volumus, vt quando summam prædictam causa non excedit huiusmodi consensus in iurisdictionem minimè sufficiat, nisi adsit expressus.

Non possint relaxare mandata vigore termini in eorum officijs suscepti, quando iam mandatum à Iudice causæ in alio Tribunali est relaxatum. Eo vero non dum relaxato, in arbitrio sit, & potestate creditoris illud verobi voluerit accipere, cogi tamen ad id non possit.

Atque in præfata termini susceptione non admittant aliquam conditionem, reseruationem, aut protestationem terminum petentis, neque illam scribant, sed tantùm simplicem debiti confessionem, & soluendi in fine termini obligationem, & non aliter.

Et ad effugienda incommoda, quæ ob citationes deperditas, fortè etiam subtractas, frequenter occurrunt, mandamus eisdem Auditoris Cameræ Notarijs, vt singuli iuxta veterem consuetudinẽ Manuale Actorum omnino conficiant, illudque infra vnius mensis spatium à die publicationis præsentium debeant inchoasse, & quanto citius perfeciſſe, in futurum vero illud quolibet trimestri faciant, ac Auditori Cameræmet quolibet trimestri exhibere teneantur.

Teneantur Notarij prædicti describere in lista omnes indistinctè informare volentes in sua die, nec pro ordine, antelatione, vel informando Iudice aliquid recipiant etiam à sponte dantibus. Et lista fiat vna die pro altera: Et in euentum, in quem omnes in lista positi informare non potuerint, alijs præferantur in sequenti informatione.

Pro contradictis non recipiant, nisi quod verè soluitur officio contradictarum.

Substituti Notariorum eiusdem Auditoris Tribunalis ad conficiendum acta ciuilia, seu criminalia, ad testes examinandos, necnon ad roganda, quælibet instrumenta, testamenta, & alias dispositiones, vltra requisitas approbationes Auditoris Cameræ, siue eius in ciuilibus, vel criminalibus Locumtenentiũ, non admittãtur, nisi præuia etiã approbatione Collegij eorundẽ Notariorũ, in qua Notarij ipsi de approbatione, fide, & idoneitate admittendorum attestentur.

Quodque tam Notarii sub amissionis officii, quàm eorum substituti prædicti sub triremium perpetuarum pœna, aliquas societatum officiorũ pecunias, censuum, & aliorum cuiusuis generis contractuum, nisi procuratorio nomine, vel de ordine, consensu, aut voluntate partium exigere, recipere, & penes se quouis modo retinere, tractare, & habere non audeant. Et si secus fecerint Notarii ad damna, & interesse, quæ culpa substi tutorum eorundem partibus euenerit, teneantur, & obligati sint, ac contra eos in his executiuè procedi possit, & debeat.

Postremo dicti Notarii nihil vnquam cuiusuis generis scripturæ ad iudicium pertinentis, quod extra Curiam mittendum sit, expediant, & parti tradant, nisi cum subscriptione Auditoris, vel eius Locumtenentis.

Notarii Vicarii Vrbis non faciant monitoria generalia, vel specialia extra Curiam, & Vrbis districtum, cum non sit eorum officij, nec dent censuras, neque terminum super obligationibus in forma Cameræ. Neque concedant monitorium in forma significauit pro rebus deperditis, nisi iuxta formam Concilii Tridentini.

Non capiant pro examine, vel litteris ordinandorum, nisi quantum sibi à Concilii Tridentini decretis, & reformatione sumere est permissum.

Pauperibus gratis dent; vt tenentur.

Notarij Rotæ in confectione registrorum, rubricarum, & copiarum, remissoriis, compulsorijs, executorialibus, notis sententiarum definitiuarum, testium examine, & huiusmodi, hanc nostram, & aliàs Rotæ constitutiones accurate obseruent, sub pœnis in eis contentis, quas innouamus, nec vltra, quàm per eas licet, accipiant.

Litteras remissoriales scribant in charta iuxta veterem morem à Cartulario lineata, cuius vnaquęque linea contineat saltem syllabas decem, & octo, atque roculi palmus sit linearum triginta.

Dent ijdem Notarij Rotæ petitas à partibus expeditiones absque requisitione depositi pro registro illius actus, vel expeditionis conficiendo, vel facto depositio registrum de illis omnino fiat, & non relinquant folia in albis.

Facto registro conficiant inuentarium actorũ, instrumentorum, & scripturarum in eo descriptarum, actoris primum, deinde rei acta, & iura notando cum adiectione foliorum, in quibus illa descripta reperiuntur, & dictum inuentarium assuant initio registri.

Pro notis verò interlocutoriarum nihil accipiant, quod idem de moderatis solutionibus in copijs, & publicatione testium seruetur.

Ac pro relationibus socio faciendis de rogatis per eos nihil capiant.

Faciant præterea singuli in eorum officio breuiardum, qui dicitur actorum, in quo omnes omnino prouisiones, decreta, comparitiones, & protestationes, etiam à tergo citationum scripta notentur, Item & manuale citationum cum suis protestationibus, & decretis, atque aliarum rerum registrari solitarum, ita vt nihil prorsus supersit in cartulis, quod non sit in libris descriptum.

Officia Notariorum Rotæ non conferantur, nisi personis peritis, & idoneis, quæ per se ipsos illas exercere sciant, & exerceant, nisi aliqua legitima causa impediantur. Nec eo casu officia aliquibus arrendare, aut substitutos deputare valeant, nisi à proprio Auditore approbati fuerint, qui insuper de officio fideliter exercẽdo arbitrio Auditoris cauere debeant.

Et pro ipsorum substitutorum facto Notarii ipsi quoad interesse partium, tanquam principaliter obligati, omnino teneantur.

Pau-

Pauperes omnes, qui iuxta formam constitutionum admitti debeant ad iuramentum paupertatis, tam in beneficialibus, quàm in profanis, etiam per Procuratorem admittant, & si ille, pro quo iuratur, præsens non erit, vltra Notarij, vel Procuratoris assertionem, per duos testes de paupertate docere debeat, ita tamen, vt quicunque fuerit admittendus non sine iuramento, & obligatione pinguioris fortunæ, vt moris est, admittatur, & hoc, nisi euidens sit, atque notorium, quòd paupertatem iurare volens, sit opulentus quo casu illum admittere non teneantur.

Quæ omnia, & singula inuiolabiliter obseruari mandamus sub pœna vltra alias intra expressas vigintiquinque aureorum, ac suspensionis ad sex menses pro prima vice, & si secundo errauerint, eo ipso in pœnam priuationis officij, & alias hac nostra constitutione contentas incurrant.

Quocirca querelæ omnes pauperum, & oppressorum ad dictæ Rotæ Decanum deferantur, qui his omnibus opportunis remedijs prouideat, tum ne partes opprimantur, tum vt opprimere ausi puniantur, & prædicta exactissimè seruentur.

Notarij Consulum Agriculturæ, & cæterarum artium taxam eis per statuta præscriptam, & vbi aliqui ipsorum nullam minorem taxam haberent, aliorum, qui illam habent, sequantur, & secundum illam exigant, & qui non habent officium titulo oneroso exigant tantum pro medietate taxæ aliorum Notariorum Capitolinorũ, & non vltra in omnibus, & per omnia.

Prothonotarius Senatoris non se immiscat in causis criminalibus, neque fideiussiones recipiendo, neque mandata subscribendo.

Notarij Capitolini deseruientes Collateralibus Senatoris pro Actuarijs per se ipsos coram Collateralibus acta conscribant, nullumq; aliud officium Notariatus, in alia quauis Curia obtineant.

Et tam dictus Prothonotarius, necnon malefitiorum, & Collateralium Notarij, quàm Scriba Senatus, Secretarius Conseruatorum, Notarius Magistratuum Viarum, & alij omnes Notarii Curiarum Capitolii, aliquid etiam minimũ non recipiant vltra taxam ipsis statutã sub quocunq; prætextu.

Eorundem Notariorum Capitolii defunctorũ, & eorum, qui in posterum decedent Hæredes, ac quicunque alii scripturas eorum detinentes, exceptis iis, qui eme unt officia iuxta constitutionem fel. rec. Sixti Papæ Quinti Prædecessoris nostri, infra quindecim dies ab obitu ipsorum notariorum, ac publicationis præsentium respectiuè computandos scripturas prædictas cum nomine notarii, cuius fuerint sub pœna amissionis dictarum scripturarum, & emolumentorum inde prouenientium, consignent Archiuio Populi Romani, Cuius Custos librum teneat, in quo per Inuentarium dictæ scripturæ annotentur.

Notariorum officia in Curia de Sabellis duo tantùm habeantur, neque hic numerus vllo prætextu augeri vnquam possit, & ii etiam approbandi sint ab Vrbis Gubernatore pro tempore existente.

Notarij Curiæ Turris Nonæ obseruet tabulam notariorum Curiæ Sabellorum.

Notarij locorum piorum debeant seruare stilum, consuetudinem, & taxas Tribunalis Vicarij, nec prorsus aliquid recipere vltra, quod notarij Vicarij in suis causis ordinariis recipere possunt. Qui autem ex eis gratis sunt deputati, nec habent officium titulo oneroso, non possint exigere, nisi pro medietate dictæ taxæ notariorum Vicarij, & non vltra in omnibus, & per omnia.

Notarius Ripettæ pro publicandis instrumentis, & in publicam formam dandis, exigat iuxta formam Statutorum Vrbis.

Et in conficiendis extractibus seruet formam Capitolinam, & normam alijs præscriptam.

Atque in prima instantia nullus in Curia Ripettæ fiat extractus, minusque in secunda coram Præside, nisi de vtriusque partis consensu, vel notarius fuerit iuratus suspectus, ita vt acta transportari debeant, & si secus factum fuerit, qui arrham dedit, totum de suo soluere teneatur, nec vlla detur cedula depositi contra alium.

Nullum mandatum Notarius dare possit pro iudiciis, absque Iudicis licentia.

Singulis autem diebus, etiam festiuis, ab ortu Solis vsque ad occasum officium apertum tenere debeat, neque ab illo discedat sine causa necessitatis.

Deposita non recipiat, nisi vsque ad summam permissam, & penes eum facta post decretum de consignando debeat omnino infra diem consignare sub pœna arbitrio Præsidis.

De Registris, Extractis, & Exemplis, seu Copijs.

QVoad Registra, & Extractus perpetuò statuimus, & ordinamus, quòd in omnibus, & quibuscunque causis cuiuscunque generis ordinariis in quibuscunque Vrbis Tribunalibus, & coram quibusuis Iudicibus, nullis prorsus exceptis, motis, & mouendis, quæ scilicet à principio via ordinaria introductæ fuerint, etiãsi in illarum progressu vna forsan, aut plures commissiones superuenerint, ac materia introducta via ordinaria, non esset de iurisdictione Iudicis ordinarii, nulla penitus fiant registra, sed tantùm extractus simplices, & absque aliqua terminorum extensione, qui in vno confecti in quibusuis aliis Tribunalibus, si ad illa transportantur, plenam fidem faciant in omnibus, & per omnia, perinde ac si essent registra extensa.

Minusque extractus in causis ordinariis fiant, etiam vna, vel vtraque partium petente, nisi de Iudicum licentia in scriptis obtenta, vel nisi acta essent ad alium Iudicem transportanda.

In verè autem Commissariis causis summam ducatorum ducentorum auri de Camera excedentibus, quarum videlicet principia ordinariè non sunt introducta, registra quidem fiant, sed modo infrascripto, quem, & in extractibus prædictis seruari volumus, & mandamus.

Regi-

Regiſtra bona, & legibilia notarii, & accuratè, iuxta normam hac noſtra conſtitutione traditam, & innouatam faciant.

Tam in regiſtris, quàm in extractibus huiuſmodi conficiendis facultates Iudicum ordinariorum, vel deputationes eorum Locatenentium, cum illæ ſint notoriæ, & illarum exempla publica, & impreſſa habeantur; nullatenus præinſerantur, & pro illis notarii nihil à partibus exigant.

Deinde tam in ordinariorum extractibus, quàm in eorum, & aliorum quorumcunque delegatorum etiam cauſarum Palatii noſtri Apoſtolici Auditorum, & S. R. E. Cardinalium regiſtris, dimittantur appoſitiones Feſtorum ordinariorum, & certorum, Si autem occurrant Feſta incerta, & repentina. in quæ caderet obſeruatio alicuius termini, fiat mentio de illis ſummariè, & hoc modo videlicet Die tali fuit Conſiſtorium publicum, & ſic de cæteris ſimilibus.

Succeſſiuè citationes, ſiue cum inhibitione, ſiue abſque eâ factæ in earum reproductione, nullo pacto repetantur, ſed illarũ executio tantùm apponatur, his, aut ſimilibus verbis, tali die reproducta fuit citatio, de qua ſupra, quæ fuit executa.

Nec monitoria Procuratoribus de ſolutione regiſtri facta ponantur in regiſtro, niſi fortè ad effectum docendi de cenſuris.

Præterea ſi contingat commiſſiones ſemel regiſtratas aliis Commiſſionibus dependentibus præinſeri, illæ amplius non regiſtrentur, ſed annotetur folium, in quo ſuperius fuerunt regiſtratæ, & idem de Motibus propriis, Breuibus, & aliis litteris Apoſtolicis, ac aliis quibuſcunq; iam ſemel regiſtratis.

Idem, & de terminorum etiam ſubſtantialium extenſione obſeruari mandamus, vt ſemel tantùm pro qualibet parte extenſa non amplius extendantur, ſed tantùm eorum reiteratio ſine extenſione notetur, etiam in citatione ad ſententiam.

Inſtrumenta, quæ in actis cauſæ rogantur, non vltra illorum notulam extendantur, quo ad ea verò, quæ producuntur, præinferatur aliquid de illorum ſubſtantia, idque ſuccinctè, deinde illorum tenor apponatur hoc modo, talis conſtituit Procuratorem ſuum talem, prout in inſtrumento, cuius tenor ſequitur, & ſic de aliis.

Conſequenter, tam in regiſtris, quàm extractibus cauſarum, in quibus per duos, vel tres annos nihil actum fuerit, non ponantur in illarum reaſſumptione mutatio anni, vel menſis, indictio vacantiarum, creatio Pontificis, & ſimilia ad cauſam non ſpectantia.

Porrò ſi contingat in aliqua cauſa plurium recipi iuramenta teſtium voico contextu, in regiſtris huiuſmodi vnicum iuramentum, vbi omnes iurati nominentur, dumtaxat extendatur.

Inſuper non repetantur dignitates, vel tituli Iudicum, vel locus eorum tribunalium, & partium litigantium, ſed tantùm talis Iudex, vel Auditor prædictus, vel talis Actor, vel Reus, aut Procurator, aut ſimilia.

Singula folia in regiſtris confectis coram quibuſcunq; Tribunalibus, ac aliis Iudicibus prædictis, contineant in qualibet illorum pagina ad minus lineas viginti quatuor, & vnaquæque linea ad minus duodecim ſyllabas, quæ ſcribantur litteris bonis, & intelligibilibus, & in charta bona, non infecta, nec bibula, alioqui liceat vnicuique tam Iudicum, quàm partium, vel procuratorum litigantium folia aliter ſcripta lacerare, & omnino debeant poſtmodum expenſis notarij conuenienter reſcribi, ſiue lacerata ſint, ſiue non, aut ſi Iudici, & partibus, ſeu procuratoribus magis placuerit, folia ſic malè ſcripta taxentur pro medietate, vel alia rata ad Iudicis arbitrium.

Rubricellæ regiſtrorum ſimiliter litteris bonis, & intelligibilibus ſcribantur, ſintque fideles, & ſufficientes, integrè, & exactè introſcripto actui reſpondentes, totiusque actus, & decreti tenorem, prout in broliardo iacet, & inſtrumentum, diem, annum, menſem, & partium nomina, reique geſtæ ſummam, vel indicem continentes.

Proceſſus de partibus, itemque Remiſſoriales, Compulſoriæ, & alia, nulla ſcripturæ habita ratione, ſiue ſit longa, ſiue breuis, ſiue excedat, ſiue non excedat numerum foliorum vigintiquatuor, non regiſtrentur, neque in Regiſtris, aut extractibus deſcribantur, ſed tantùm, vt dicitur, rubricentur, ſi rubricati non fuerint, & pro dicta rubricatione ſoluatur merces foliorum ipſius proceſſus originalis tantùm.

Niſi quando ſcriptura dicti originalis in qualibet facie excederet lineas triginta continentes in earum qualibet vltra ſyllabas decem, & octo, quo caſu exceſſuitas reguletur, & ſoluatur ad rationem linearum, & ſyllabarum, vt ſupra.

Copiæ, quæ inſtar Regiſtri, vel extractus dantur, non minori ſyllabarum, aut linearum numero deſcriptæ tradantur.

Inſtrumenta in actis rogata, etiam ſemel publicata, aut quæ in actis aliàs producta ſunt, ſi repetantur, & poſtea regiſtrari contingat, non ſoluatur merces, niſi foliorum ſcripturæ ad rationem regiſtri, vel extractus, & ſi non fuerint aliàs publicata, ſoluatur tantùm tertia pars mercedis debitæ pro publicatione, cuius etiam ratio habeatur in caſu, quo poſtea ſumantur in publica forma, vt ſcilicet tantò minus de mercede publicationis ſoluatur.

Pauperibus dentur gratis extractus, regiſtra, inſtrumenta etiam publica, copiæ, & aliæ quæcunque expeditiones, & ſcripturæ tam ciuiles, quàm criminales, & oſtendantur etiam originalia Pauperum Aduocato, & Procuratori ſimiliter gratis, & abſque vlla impenſa, & ſi quando contigerit probandam eſſe paupertatem teſtes ſimiliter gratis, & ſummariè examinentur, & de paupertate ſtetur arbitrio Iudicis.

Et quoniam aliquando notarij extorquent à partibus modicam arrham, vt poſtea cogere illas poſſint ad recipiendum Extractus, arrha non obliget, niſi in caſibus, in quibus extractus iure conficiendus eſt.

Neque exigant notarij, quicunque illi ſint, etiã Archiuij Romanæ Curiæ, mercedem extractus, ſiue regiſtri, niſi illis completis.

Notarii Rotæ, vltra præmiſſa per eos omnino ſeruanda, rubricationes per ſe fideliter, & ſufficienter faciant, & correſpondentes actui introſcrip-

tienter faciant. & correspondenter actui intro-scripta, vt supra dictum est.

Non rubricentur processus de partibus rubricati, vt iam supra dictum est, nisi quantum illis deesse visum fuerit, nec registra de illis vllatenus fiant, sed post registra de Curia, vt moris est, ligentur, & si interpretationem fieri necesse fuerit ob idioma à latino diuersũ, in quo processus fortè conscriptus erit, nõ fiat in forma registri, sed processus de partibus, ita vt vna carta registri illius importet dimidiam ad minus processus de partibus, nisi de partium consensu id fieri conuenerit.

De parte lucri registrorum, vel testium, vel copiarum antequam causæ suis finẽt Auditoribus cõmissæ, cum Solicitatoribus, Aduocatis, vel Procuratoribus nõ paciscantur, nec de gratia, quam de registro facere intendunt, veluti de dando quindecim, vel viginti folia pro ducato, ita vt personæ, cum quibus agunt, de lucro participent, sub pœna priuationis, sed totum quicquid post commissam causam conuenerit partis beneficio penitus cedat.

Mandantes omnibus, & singulis Iudicibus, & Auditoribus prædictis sub indignationis nostræ pœna, vt pro præmissorum inuiolabili obseruatione in causis coram eis ad præsens pendentibus, & quæ in posterum prò tempore pendebunt nulla aliter, quàm, vt præfertur, confecta registra, & extractus admittant, & recipiant, imò illa tanquam in fraudem, ac damnum partium litigantium confecta reijciant, suosque Notarios, vt extractus, & registra huiusmodi iuxta præmissa conficiant, cogant, & compellant, atque vt illa obseruentur diligentem curam adhibeant. Districtius nihilominus inhibentes Notarijs ipsis sub mille ducatorum auri de Camera, partim partibus litigantibus, partim Cameræ Apostolicæ applicandorum, ac priuationis, & amissionis Notariatus per quemcunque contrauenientem eo ipso incurrendis pœnis, ne de cætero in causis, in quibus Notarij deputati fuerint, & scripserint registra, & extractus aliter, quàm vt præfertur, omnibus semotis fraudibus, conficere audeant, seu præsumant. Volumus tamen, & mandamus, quòd Gubernator Vrbis, & Auditor Cameræ cumulatiuè possint, & debeant, etiam ex officio, & partibus non instantibus inquirere etiam extraiudicialiter, & manu regia, an Notarij cuiusuis Tribunalis præmissa seruent, & contrauenientes supradictis pœnis punire, prout etiam ipsimet Scribæ extractuũ, & registrorum, qui in illis scribendis præmissa omnia non seruauerint, possint ab ijdem eorum arbitrio, pœnis puniri, non obstante quauis appellatione, reclamatione, aut recursu.

De Cursoribus, & Mandatariis.

CVrsores, & Mandatarij quicunque eorum officium fideliter, & ea, quæ decet integritate, diligentia, peritia, & discretione exerceant.

Ad dicta officia non admittantur personæ suspectæ de falsitate, & qui nesciant legere, vel scribere latinè, neque infirmi non valentes ambulare propijs pedibus, vel senes excedentes annum sexagesimum.

Cursores solitam, & debitam assistentiam irreprehensibiliter obseruent, Consistoria publica, & priuata, necnon alias solemnitates, & diuina officia intimari solita fideliter debito tẽpore intiment Cardinalibus, & alijs, quibus tenentur absque præmij, & mercedis alicuius expectatione, nisi solita antiquitus, & consueta.

Citationes, & intimationes personales, vel ad domum, vel in valuis, & locis publicis, tam Cursores, quàm mandatarij pro eorum officio, & curijs, quibus seruiunt, fideliter, & maturè faciant, & factas referant, & contra proprias personas, nõ suppositas, vel falsas, aut nõ cognitas per eos, sub pœna amissionis officii, Et quando personæ citandæ eis notæ non sunt, non assertioni partis, sed duorum testium testimonio de citandorum qualitate veram notitiam habentium stare debeant, aliàs executionem citationis facere, vel factæ referre non debeant sub simili pœna, & pro falsariis habeantur contrarium facientes, fiutque statuta mercede contenti, nouas angarias non faciant, neque inducant.

Relationes de citationibus personaliter executis, nisi sit persona citanti cognita, & personaliter apprehensa, tam Cursores, quàm mandatarii facere non audeant, neq; debeant.

Nec possint Cursores, vel mandatariis citationes ab aliis Cursoribus, vel mandatariis executas subscribere, etiam quòd inter se citationes, vel Vrbis Regiones distribuant, sed illemet Cursor, vel mandatarius, qui citationem est executus in pede eiusdem debeat fidem, & relationem facere factæ per eum executionis sub pœna falsi.

Officia pro alio, vel aliis in arrendam capere, vel exercere non debeant, nec possint.

Caueant etiam ab appaltu citationum, super quibus quoduis pactum cum quibusuis personis iniri omnino interdicimus.

Insuper curent tam Cursores, quàm mandatarii omnes citationes personaliter exequi, Et si personas commodè habere non poterunt, teneantur dimittere citationum copiam in manib. alicuius de familia, qui si non adsit, aut fores aperire nolint, citationes affigant ad ianuam domus sibi cognitæ, adhibito saltem vno teste, & relationes in scriptis dumtaxat referre debeant exprimendo an personaliter, vel domi dimissa copia, vel affixa, in casibus præmissis, qui in citatione exprimi debeant, & an ad statim, vel ad hodie per totam, seu ad primam diem, vel aliam fecerint sub poenis prædictis.

Præterea citationes, & earum copiæ citatis dimittendæ, vel affigendæ, tam à Cursoribus, quàm à mandatarijs fiant omnino bono, & intelligibili charactere, & dictæ copiæ subscribantur à Cursoribus, & mandatarijs, qui eas exequuntur, vt in omnem casum possit ad eum, qui eas fecerit recurri.

Citationes, intimationes, & alia non exequantur prædicti, siue personaliter, siue domi dimissa copia post tertiam horam noctis, per affixionem autem in casibus præmissis non nisi de die, & tunc in relationibus exprimant fecisse de die dimissa copia affixa in tali loco.

In citationibus, & alijs nomen tam actoris, quàm Rei cum cognomine, exercitio, vel habitationis, vel patriæ designatione exprimant.

Idem Cursores, & mandatarij in subhastationibus pignorum affigere debeant ad valuas officij, in quo fit subhastatio, oblationes, quæ dictim fiunt pro pignoribus captis subhastandis.

In citationibus ad videndum mandari consignari pignora, apponant etiam, & videndum mandari subhastari.

Pignora omnia ab executoribus quibuscunq; eis consignanda ordinatim singulariter adnotare debeant in eorum libris, exprimendo rerum qualitates, & quantitates, nomen executoris, & collitigantium.

Oblationes recipiendas annotare debeant in eorum libris cum appositione anni, mensis, & diei, ac expressione nominis, cognominis, exercitij, vel habitationis, vel patriæ differentium.

Non recipiant oblationes cuiuscunque officialis illius Tribunalis, in quo facta est executio, nec ipsis officialibus inseruientium neque Notariorum, & aliorum iuuenum Tribunalis, neque ipsorum Cursorum, & mandatariorum affinium, vel consanguineorum vsque ad tertium gradum.

Minus officium ipsorum cuiquam impartiri dolosè recusent, vel differant, nec etiam sub prætextu modicæ mercedis, vel quod maiorē habere velint.

Cursores (ad quos spectat) cōmissiones ad banc cum Cursorum peruentas statim scribant, & in libro solito annotēt, ita vt ab omnibus videri possint, nec quouis modo aliquam cōmissionem non annotatam, vel occultatam penes se retineant.

Quicunque ex Cursoribus, & mandatarijs, qui in aliquo præmissorum contrauenerit, pœnā scutorum decem pro qualibet vice, aliasque pœnas pecuniarias, & corporis afflictiuas, priuationisq; officij pro modo excessus à suo Iudice arbitrandas incurrat, damnaq; & interesse partibus reficere compellatur.

Cursores pro qualibet citatione, inhibitione, vel quauis alia intimatione cuiuslibet actus iudiciarij, non exigant vltra bononenos duos, nisi forsan executio citationis, vel alterius actus iudiciarij huiusmodi facienda esset in loco satis distanti à Tribunalibus Vrbis, quo casu exigere possint bononenos quatuor, & non vltra, Et loca intelligantur esse distantia, exempli gratia, si executio sit facienda in Regione Transtiberim, Montium, Triuij, & non longè ab Ecclesia Beatæ Mariæ de Populo: Et si extra mœnia Vrbis (in illius tamen suburbijs) non vltra carolenum vnum.

Pro citatione verò, subhibitione, vel intimatione simili facienda contra Episcopos, & Prælatos, ac alias personas qualificatas, & Procuratores Fisci, non vltra bononenos quinque.

Pro citationibus, vel executionibus, aut intimationibus quarumcunque litterarum, extra curiam, & in partibus faciendis, statuta, & debita ab antiquitus mercede sint contenti, & vltra exigere non audeant.

Pro subhastatione quorumcunq; pignorum tā mobilium, quàm immobilium ijdem Cursores exigant, prout hactenus exigere consueuerunt.

Pro deliberatione verò, custodia, vel restitutione pignorum, aut alio prætextu, etiam quando bona non sunt posita sub hasta, nihil etiam à sponte dantibus recipiant.

Nec quisquam ipsorum pro ea intimatione, qua parti intimatur mandatum procuræ esse in actis pro ductum, vel Procuratores in causa esse, reuocatos vltra iulium vnum percipere audeant, etiam si dictum procuræ mandatum de partibus veniret.

Et pro prima commissione, per quam causa coram aliquo iudice introducatur, exigant bononenos quinquaginta, & pro alijs verò, si quæ in causa superuenerint bononenos decem, & octo, etiam quòd dictæ commissiones post primam superuenientes adderent aliquid, vel alterarent iurisdictionem, aut haberent aliquam nouam clausulam, vel admitterent aliquem tertium pro suo interesse ad causam, quocunque contrario vsu, vel potius abusu non obstante.

Diem præsentationis in commissionibus appellationum, vel principalibus in causis, manu propria, antequam præsentent, vel in Arca eas ponant, seu, vt vulgo dicitur, incapsent, verè, & fideliter ponere teneantur, nec sine tali manus, & nominis appositione, vltra manū Magistri Cursorum, dictæ commissiones ponantur in Arca.

Cæterum Mandatarij quarumcunq; Curiarum non exigant vltra bononenum vnum pro citatione, nisi facienda sit in longinquis locis ab eorum Curijs, quo casu exigant duos, & non vltra. Itemq; exigant duos bononenos pro intimatione cuiuslibet sequestri, monitorij, inhibitionis, decreti, & cuiuscunque actus iudiciarij, exceptis citationibus faciendis contra Fiscum, pro quibus exigere possint bononenos tres.

Pro subhastatione, & deliberatione pignorum, siue rerum, & bonorum mobilū, & immobilium vsque ad summam trium scutorum bononenum vnum pro quolibet scuto, abinde supra bononenos duos pro quolibet scuto, ita tamen, quòd vltra vnum scutum non exigant pro quacunque summa, etiam quòd res subhastatę, & deliberatæ ad magnam summam ascendant.

De Baroncellis, & Executoribus.

BArōcelli, & Executores omnes quarumcunque Curiarum obseruent in omnibus, & per omnia Tabulam, ordinationes, & taxam de mandato nostro editas, & pro exequutione quacunque nihil vltra prædictam taxam, & mercedem eis assignatā etiam à sponte dantibus recipiant sub pœnis in ea contentis.

Quinimo nec debitam mercedem, nec aliud quicquam etiam à sponte dantibus recipiant, nisi facta verè, & realiter exequutione reali, vel personali, aut captis pignoribus, quorum retractus si non sufficeret, itaut sit opus noua exequutione, nouam propterea mercedem recipere non possint, sed teneantur denuo gratis, & toties idem mandatum exequi, donec integrè creditori satisfiat.

Quo

Quo verò ad pignorum in exequutione captorum custodiam, subhastationem, & restitutionem, quo res integrè, & sine vlla fraude fiat, quisque Magistratus in suo Tribunali suum quenque Depositarium eligat, & deputet, penes quem pignora conseruentur.

Capta autem pignora debeant baroncelli, & exequutores per totam sequentem diem consignare depositario, quem quisque Magistratus ad hoc huius nostræ Constitutionis authoritate deputauerit.

Quę pignora fideliter describantur in libris ad hunc effectum specialiter per quemlibet Baroncellum, Exequutorem, & Depositarium vt supra deputandum, retinendis cum annotatione quantitatis, & qualitatis bonorum, diei, & exequutoris.

Et quando contingit poni sub hasta bona in partibus existentia vigore mandati in Vrbe relaxati, volumus, & mandamus præter edicta, & diligentias in loco subhastationis, & iudicij fieri solitas, fieri debere, etiam in loco, vbi, vel in cuius territorio bona ipsa subhastanda reperiuntur pro reperiendis oblatoribus, nec aliter posse ad deliberationem deueniri, nisi habita prius ab officiali illius loci relatione de edictis ibi publicatis.

Ad hæc in pignorum subhastationibus, si lapso ad offerendum tempore quispiam plus obtulerit, non fiat deliberatio nisi intimato eo, qui prius licitando vicerat, vt possit iterum, si velit, per totam sequentem diem plus offerre, alioqui oblatio, & deliberatio illi, cui facta est, non suffragetur.

Cum autem in exequutionibus realibus contigerit recipi cautionem in forma depositi, aut pignora alicui in depositum tradi, non credatur de hoc exequutoribus, nisi vel cum subscriptione ipsiusmet depositarij à tergo mandati, vel cum interuentu duorum testium, quorum nomina similiter à tergo mandati describantur, ac deinde in prædictum librum referantur.

Mandata ciuilia birruarij, vel exequutores non exequantur in diebus festiuis, neq; de die in domo ianuis clausis, nisi parte citata, & cum speciali decreto Iudicis.

Mandata sibi à partibus consignata teneantur infra triduum exequi, vel illa partibus petentibus restituere, & casu, quo mandata aliqua ipsis consignata perdiderint, ad sumptus duplicatorum extrahendorum teneri decernimus.

Et ostensa exequutoribus carta dotali, non grauetur, vel inhibitione aliqua, nihil exigant mercedis, neq; faciant exequutionem aliquam, & si quam fecerint, gratis restituant.

Quando autem exequutor asserit aliquam exe cutionem non fecisse eo, quia sibi exhibitum fuerit, non grauetur, vel carta dotalis, vel inhibitio debeat sumere eius copiam, si brevis est, vel saltem annotare diem, Notarium, & Iudicem, qui huiusmodi inhibitionem, aut non grauetur, aut cartam dotalem concessit, alias exequutor Iudicis arbitrio puniatur.

Restituat quilibet Exequutorum prædictorum exequutiones, siue bona in exequutione capta gratis, quotiescunque Iudex id mandauerit.

Porrò traditis sibi mandatis de consignandis pignoribus in exequutione captis non possint exequutores eorum consignationem vigore cuiusuis impedimenti superuenientis effugere, vel differre, sed teneantur omnino dicta pignora consignare.

Cæterum nullus exequutor, aut birruarius possit mãdata ciuilia exequi alterius Tribunalis, quàm eius, in quo sunt ipsi exequutores, exceptis exequutoribus, aut birruarijs Gubernatoris Vrbis, Vicarij, Auditoris Cameræ, Senatoris, & Burgi, pro quibus omnibus teneantur eorum baroncelli, contra quos quocunq; casu procedatur exequutiuè, & manu regia.

Baroncelli autem, & cæteri exequutores Vrbis possint ad exequutionem procedere contra committentes fraudes, & facere, vt aiunt, inuentiones eo modo, quo extraordinarij, & alij Curiæ Capitolinæ, & Conseruatorum exequutores faciunt, dummodo in fraude deprehensos ad ipsos Conseruatores deferant, & deducant, habeantq; partem pœnarum huiusmodi inuentionum, sicuti & dicti extraordinarij.

Nec quispiam eorum, qui executionem non fecerit, sub prætextu quòd facta fuerit exequutio ab eo exequutore, à quo fieri non poterat, vel in loco, in quo certus exequutor deputatus erat, aliquid prorsus à partibus, contra quas exequutio facta fuerit, sub pœna furti, audeat exigere.

Capti cum mandato de ducendo ad præsentiã, non carcerentur, nec ad Carceres, nisi de expresso ordine Iudicis illius, qui mandatum relaxauit, ducantur, etiam quòd ipsius Iudicis præsentia commodè haberi non possit.

Baroncelli non exigant à carceratis quicquam ratione expensarum in exploratoribus factarum.

Baroncelli, & alij exequutores quarumcunq; Curiarum Extraordinarijs maioribus in spectantibus ad eorum officium obedire teneantur.

Quicunque in præmissis, ac alijs sibi vetitis, aut ordinatis contrauenerit pro modo excessus, etiam corporalibus pœnis, ac etiam priuationis officii Superioris sui arbitrio plectatur, damnaq; et interesse partibus reficere cogatur, pro quibus damnis, et interesse quilibet baroncellus, cuiuscunque Curiæ pro suis exequutoribus, et birruariis obligatus sit.

De Carceribus, & carceratis, & eorum Visitatoribus, & Custodibus.

CArceres Curiæ Sabellorum, Turris Nonæ, & Capitolij nullo pacto locentur, sed ad eorum custodiam, & officium Commentariensis, ipsorum Carcerum Domini sub certa mercede deputent aliquem virum probum à Gubernatore Vrbis, & quo ad Capitolium à Senatore approbatum. Et quatenus de licentia nostra, vel Successorum nostrorum Romanorum Pontificum locentur conductores, approbentur à Gubernatore, & Senatore respectiuè, qui etiam possint ipsos Conduc-

ctores ex causis illis benè visis, & ad eorum libitum remouere.

Gubernator Vrbis semel in mense vnà cum Pauperũ, & Fisci Aduocatis, & Procuratoribus, ac deputatis à Societatibus Charitatis, & Pietatis, vltrà Visitationem ordinariam semel in hebomada fieri solitam (quam omnino fieri volumus, & mandamus) visitet Carceres, tam secretos, quàm publicos per se ipsum, ne carcerati indebitè custodibus carcerum malè tractentur. Atque vt tabula nouissimè edita, & in ipsis carceribus affixa tenenda obseruetur, prouideat.

Protector autem Charitatis, & illius Deputati cum intermentu Gubernatoris, & Fisci Procuratoris eligat duos Medicos fideles, & expertos, vnum scilicet Physicum, alterum verò Chirurgũ, qui visitent carceratos infirmos, & curent, ac de eorum infirmitate, cum opus fuerit, fidem gratis faciant eidem Gubernatori, & aliis Iudicibus, prouideatq; eisdem de competenti salario ex pœnis maleficiorum soluendo.

Eligat etiam in primis aliquem Presbyterum secularem, vel regularem, qui confessiones ipsorum infirmorum, vel aliorum carceratorum (non tamen vltimo supplicio damnatorum, postquàm in manibus executorum consignati fuerint, quorum cura ad Confratres Societatis Misericordiæ spectat) audiat, eosq; Carceratos visitet, ac spiritualiter consoletur.

Triremes bis in anno visitentur à Commissario ad id deputato.

Visitator verò Carcerum, qui nunc à Societate Pietatis carceratorum, eligitur, & deputatur quolibet die post Carcerum Visitationem ad Aduocatum pauperum accedere, & sibi nomina eorum, qui in dies carcerantur in scriptis, & pariter etiam Iudicibus deferre teneatur.

Capsæ omnes eleemosynarum, quæ fiunt carceratis, clausæ teneantur, & claues sint penes pauperum Aduocatum, qui suo arbitrio eas aperiat, & eleemosynas in eis repertas distribuat inter carceratos, qui facultatem se alendi, & alimenta aliunde non habent.

Carcerati in Ripa præsententur in Visitatione Capitolij, Carcerati verò in Burgo præsententur in Visitatione Turris Nonæ, & Visitationes intimentur Camerario Ripæ, & Iudici Burgi per Procuratores pauperum.

Cæterùm omnes de carcere ad carcerem occasione Visitationis transportãdos Birrnarij cuiusuis Tribunalis requisiti transportare debeãt gratis, & nihil prorsus recipiant, etiam nomine muneris, sub pœna priuationis officij, & trium ictuũ funis publicè infligenda.

Citationes contra carceratos in carceribus exequendæ nonnisi personaliter fiant.

Arresta contra debitores aliter, quàm præcedente mandato seruatis seruandis relaxata nulla sint, & eis non obstantibus arrestati relaxentur.

Alimenta debitoribus carceratis ex decreto præstanda deponantur anticipatè saltem pro decem diebus, & integra carceratis soluantur, & consignentur absque vlla diminutione, vel retentione.

Carcerati pro testibus, quibus ab Instigatore, vel Fisco præstari debent alimenta necessaria, quamdiu ibi detinebuntur, expediti statim relaxentur gratis vbique, nec pro dictis alimentis, siue expensis vllatenus retineantur, sed carcerum Custodes illa exigant ab instigatoribus, vel Fisco.

Instrumenta satisdationum pro carceratis in partibus datarum, vel receptarum nonnisi parte, cuius interest citata, in actis producantur, & aliter producta non suffragentur, & Notarij, qui ea sine partis citatione receperit, periculo recepta intelligantur.

Iulius dari solitus Cancellario Baroncelli pro quolibet carcerato relaxando soluatur Cancellario duntaxat Baroncelli Gubernatoris, & non alijs cuiusuis alterius Tribunalis, & quando mãdatum erit signatum gratis, nihil, quando verò in forma pauperum, nonnisi medietatem Iulij Cancellarius præfatus possit, & audeat exigere, sub pœna arbitrio Visitatorum.

Relaxati à carceribus, in quibus pro causa criminali detinebantur, per spatium horæ non possint pro ciuili causa capi, & carcerari.

Relaxati verò à carceribus ob non præstationem alimentorum possint quidem volente quandocunque creditore alimenta præstare denuò carcerari, sed non cum eodem mandato, nisi præuia noua citatione, & facto alimentorum deposito saltem pro quindecim diebus, aut amplius arbitrio Iudicis.

Pauperes carcerati quando sunt in casu liberationis liberentur, & relaxentur gratis vbique quoad Iudices, Notarios, Executores, Carcerũ Custodes, & alios omnes, nec quicquam pro nota sententiæ, vel decreti, Iudicum propinis, aut quibuslibet iuribus fiscalibus soluere teneantur.

Et si cum exilio relaxentur, conferentur in solita exemptione non soluendi Custodibus carcerum expensas victus habitas in carceribus, & iuxta formam mandatorum statim, ac liberè dimittantur.

Custodes quorumcunque carcerum, seu Commentarienses obseruent, & ipsi tabulam post præsentem constitutionem suo loco imprimendam, quam etiam publicè affixam teneant, & alias ordinationes, & decreta ipsos concernentia sub pœnis contentis in eis.

Obseruent insuper, & executioni semper demandent quicquid communi Visitatorum voto fuerit deliberatum, & inobseruantes eorumdem Visitatorum arbitrio puniantur.

Et post decretum à Visitatoribus factum de relaxando debitorem, Custodes ad instantiam cuiuslibet creditoris Arresta, eadẽ die non recipiant, sed nec etiam postea ad instantiam illius creditoris, qui eum detinebat, nisi Arrestum fuerit duobus Visitatoribus subscriptum.

Teneantur etiam dicti Custodes post publicã visitationem carcerum à Visitatoribus, seu ab Aduocato pauperum requisiti, dare notam carceratorum criminalium in secretis existentiũ cum expressione temporis, & Iudicis illorum.

Et infirmos etiam pro ciuili causa detẽtos teneantur ponere in Valetudinario, quod Infirmariam appellant.

Detentos in publicis carceribus superioribus, & in medijs, quolibet die conducant ad audiendam Missam.

Nullum

Nullum recipiant in carceres, quem prius nõ describant in libro carceratorum, de cuius mandato, ad cuius instantiam, & pro qua causa captus, & an pro suspicione fugæ. Alioqui carceratus non descriptus ad nullas victus, aut carceris expensas teneatur.

Ac bona, vel pecuniæ, quæ penes ipsum ad carceres ducum reperiuntur, facto Inuentario in eiusdem carcerati præsentia, cum duobus testibus, consignentur Custodi carcerum, qui teneatur omnia integrè restituere ad mandatum Iudicis, qui illum capi fecit.

Nec possint Custodes, vel Capitanei quicquã vestimentorum carceratis auferre, vel sibi retinere prætextu alimentorum præstitorum sub pœna priuationis officij, & alijs arbitrio Visitatorum.

Detentis in secretis carceribus nullo pacto directè, vel indirectè prohibeãt, vel impediant, quominus alimenta aliunde deferantur, facta tamen prius per ipsos Custodes diligenti inquisitione, ne apodissa, vel quid aliud in fercults transmittatur, nisi aliud sibi à iudice demandatum fuerit. Atque in tali casu alimentorum aliunde habitorum non possint Custodes quicquam à dictis carceratis, neque pro alimentis, neque alia de causa prætendere.

A carceratis autem in publicis carceribus, & vt dicitur ad largam existentibus, nihil pro Camera, passeggio, vel etiam alimentis vltra quinque dies petere possint.

Similiter pro transportatione carceratorum ad alios carceres de mandato Iudicis faciendã, vel pro extractione à carceribus ad effectum alicuius contractus, vel obligationis faciendæ, aut etiam pro extractione compedum nihil recipiant.

Nec pro Arresto ab Arrestantibus, etiam sponte dantibus plus exigant, vel recipiant, quàm a carcerato exigitur pro relaxatione a carceribus.

Non permittant in publicis mulierum carceribus, neque ad earum ferreos cancellos, seu fenestras aliquem alium carceratum accedere, seu versari.

Et vbi Iudices in mandatis de excarcerando apponunt clausulam, Absque alia manu, etiam Procuratoris Fisci, vel Commissarii Cameræ respectiuè, Custodes obedire, & carceratos dimittere teneantur, licèt procurator Fisci, aut commissarius Cameræ respectiuè manum apponere recusauerit.

De facultatibus Visitatorum Carcerum.

VIsitatores carcerum possint relaxare debitores a carceribus ex causis infrascriptis,

Primò, concedendo dilationem data cautione de soluendo infra tempus assignatum, & hoc præsertim, quando Visitatores considerant retentionem debitoris cedere non solùm in ipsius præiudicium, verùm etiam creditorum, cum debitor in carceribus existens efficiatur deterioris conditionis, & in dies minus soluendo, vbi extra carceres facilius intra tempus assignatum modum satisfaciendi reperturus sit, & hoc dummodo creditores sint diuites, & ære alieno non onerati.

Secundò, relaxare possint debitorem, qui licet non habeat pecunias in promptu, habet tamen tot bona, ex quorum venditione potest creditoribus satisfieri, & ex tunc consensit eorumdem bonorum subhastationi, & Visitatores hoc faciãt, facta prius per debitorem indicatione suorũ omnium bonorum, ac data cautione de se repræsentando in eisdem statu, & terminis, in quibus carceratus reperitur in casu impedimenti, vel quòd bona non sufficiant.

Et si bona non sufficiant, nec bonis cedere velit, neque biretum viride deferre, non nisi de omnium creditorum consensu quenquam relaxare possint.

Idemque seruetur etiam quod clarum sit, debitores nullum prorsus habere modum satisfaciendi creditoribus suis, nisi ex pudore vultus sui.

Tertio, relaxare possint, quando creditor executionem habet realem, & est in bonis captis per executionem sibi benè cautum

Quarto, in casu infirmitatis creditores eorum sumptibus pauperibus debitoribus alimenta, & medicamenta ministrent in carceribus, quibus creditoribus recusantibus, relaxentur habita fide a Medicis deputatis, & data cautione, si illam habeat, sin minus recepta iuratoria cautione de se repræsentando postquam conualuerint. Quod seruetur etiam in debitoribus non pauperibus infirmis, qui data pariter cautione de se representando, vt supra, sub pœna debiti relaxari possint.

Quinto, relaxentur debitores, quando cognita eorum paupertate, & pertinacia creditoris, qui tamen non sit æquè pauper, ei mandatũ fuit, vt carcerato debitori subministret alimenta, & ipse hoc facere recusat. Quandocunque autem debitori se axato creditor paratus sit alimenta præstare, possit illum cogere ad redeundum ad carceres, prout supra dispositum est.

Sexto, relaxentur mulieres pro debito ciuili detentæ, quando sunt honestæ, etiam si captæ sint pro debito publico.

Septimo, relaxare possint debitores, qui ex natura debiti de jure non tenentur vltra id, quod facere possunt, tunc enim, nec carcerari poterãt, & propterea contra bona est executio dirigẽda.

Octauo, relaxentur debitores capti vt suspecti de fuga data cautione de se repręsentando sub pœna debiti.

Nono, relaxentur debitores facta cessione bonorum prout de iure, & seruata forma constitutionum fel. rec. Pij Papę Quarti incip Cupientes mercatoribus, & Pij Papæ Quinti incip. Reuerendi Domini Visitatores.

Decimo, relaxetur debitores nulliter, & indebitè capti, de qua nullitate manifestè constet.

In quibus omnibus relaxationibus sint præsentes Iudices, qui mandata relaxarunt, & vti edocti atque instructi de meritis causæ rationem reddant.

Et in præmissis habeatur ratio paupertatis creditoris, & an debitor calumniosè diù litem sustinuerit fatigando creditorem expensis, & laboribus, & an aliam dilationem habuerit, & creditori non satisfecerit, nõ constito de legitimo impedimento. Et in his omnibus Visitatores arbitrio vtantur, & pensatis qualitatibus, tã creditoris,

ris, quàm debitoris, ac facultatibus, & naturæ debiti decernant ea, quæ iuri, & æquitati, & vtilitati etiam creditorum conueniant.

Cum autem à Visitatoribus carcerum fuerit alicuius carcerati causa commissa alteri Iudici, quàm illi, mandatum de carcerando relaxauit, maneat nihilominus dictæ causæ Notarius is, per cuius acta fuit relaxatum mandatum, & id ipsum seruetur, quandocunque contigerit cautionem aliquam recipi per alium, quàm causæ Notarij, quo casu is, qui cautionem recipit, teneatur dictæ cautionis integram fidem, & authenticam dare causæ Notario.

Quando in visitatione alicui carcerato dilatio videtur concedenda, illa semper intelligatur concessa, etiam quo ad executionem realem, nisi in specie in decreto fit apposita clausula, sine præiudicio executionis realis.

Atqui Præsides carcerum, & alij, quibus à dictis carcerum Visitatoribus alicuius carcerati causa commissa est, cum carceratum à carceribus relaxarint, nullo pacto se amplius in principalis causæ cognitionem immisceant, sed merita suo Iudici cognoscenda relinquant.

De Protomedico, & Aromatarijs.

PRotomedicus in visitatione Aromatariarum faciat in manibus Notarij præstare iuramentum ab Aromatarijs, quod bona in Aromataria existentia sunt propria ipsorum, nec alia habent alio loco abscondita, & qui falsum iurauerint, ab eodem Protomedico, & Consiliarijs debita pœna puniantur.

Consules Aromatariorum, sicut & cæteri Aromatarij sint suppositi iurisdictioni, & obedientiæ Protomedici, à quo, si quando se grauatos senserint, ad Auditorem Cameræ recurrant.

Atque in puniendis Aromatariorum delictis, & alijs casibus, in quibus vigore concordiæ Protomedicus, & Consiliarij tenentur exquirere cõsilium Consulum Aromatariorum, si dictis Protomedico, & consiliarijs vtilius fuerit dictum cõsilium minimè sequi, faciant eo non obstante iuũ decretum, à quo qui senserint se grauatos recurrant ad Auditorem Cameræ, & interim recursu, vel tempore ad recurrendum pendente superstedeatur in executione decreti.

Idem Consules nullam prorsus habeant potestatem, & iurisdictionem eligendi Aromatarium, quem Proconsulem vocant, ad visitandas Aromatarias extra Vrbem degentes, minuique subscribendi Patentes, vti Consules districtus Vrbis, & Superintendens Artis in Statu Ecclesiastico, sed talis eligendi potestas penes Protomedicum sit, & remaneat.

Decreta facta in Congregationibus Aromatariorum, quòd nullus Aromatarius possit pro veritate fidem aliquam facere, nisi de consensu, vel licentia Consulum, sint penitus nulla, & inualida, & quisque ad libitum possit absque vlla prorsus licentia pro veritate se examini subijcere, aut extraiudiciales fides facere.

Pro precio rerũ Aromatariæ seruetur præscriptio quinquennalis non obstante quauis interruptione etiam per receptionem partis pecuniarum, aut per dationem aliarum rerum Aromatariæ.

Aromatarij nullam prorsus audeant in quenquam exercere sub quouis prætextu criminalem iurisdictionem. Protomedicus autem non nisi in delictis, pro quibus veniat imponenda pœna pecuniaria vsque ad aureos viginti quinque.

Pœnæ Constitutionis.

QVicunque verò ex ijs, qui hac Constitutione sunt cõprehensi, aliquid contra præmissa eos respectiuè concernẽtia, in quibus specialiter pœna nõ est annecta, commiserint, illi scilicet, qui supremo magistratu fungantur, vel alia dignitate præfulgent indignationis nostræ, & Romani Pontificis pro tempore existentis, aliasque similiter arbitrio nostri, & Romani Pontificis infligendas pœnas. Cæteri verò omnes, vltra rerum, & pecuniarum malè, indebitè, vel aliàs perceptarum restitutionem, & alia damna, expensas, & interesse, ad quæ omnino tam ex suo, quàm suorum in officio existentium facto tenerũ, & pro eis executiuè, ac manu regia procedi volumus, & mandamus, pœnam priuationis, exilij, & alias pecuniarias, & etiam corporales, arbitrio Iudicis pro facti, & personarum qualitate infligendas pœnas, incurrant.

Vt autem præmissa omnia, & singula à nobis vt præmittitur, ad publicam præcipuè Pauperum Carceratorum, & litigantium vtilitatem, & leuamen, statuta, decreta, & ordinata, debitæ in omnibus, & per omnia, executioni mandẽtur, & inuiolabiliter obseruentur. Mandamus omnibus, & singulis Almæ Vrbis, & Curiæ nostræ Iudicibus, & Magistratibus, ac præcipuè Camerario, Vicecamerario, & Gubernatori Vrbis, Auditori Cameræ, ac Præsidi Carcerum pro tempore existentibus, & eorum singulis, vt (vltra alios etiam in aliquo casu specialiter deputatos) præmissa omnia, & singula ab omnibus obseruari faciant cum effectu, inobedientes coerceant, & compescant, tam ex officio, & per inquisitionem, quàm ad instantiam Aduocati Pauperum, Procuratoris Fisci, Commissarij Cameræ, & Procuratorum Pauperum pro tempore existentium, & aliorum quorumcunque, omni, & quacunque appellatione, sine recursu remotis.

Declarantes hac nostra Constitutione sub simplici, ac generali Magistratuum, Iudicum, Notariorum, aut Officialium nomine omnes omnino Magistratus, Iudices, & personas quantalibet dignitate fulgentes, ac speciali nota dignas, omnesque Tribunalia quamuis suprema, Camerarij, Vicecamerarij, Gubernatoris, Auditoris Cameræ, Vicarij, Causarum Sacri Palatij nostri Auditorum, & Clericorum prædictæ Cameræ Præsidentium, Senatoris, Conseruatorum, locorum nostrũ, & cæterarum Curiarum Iudices quoscumque tam Maiores, quàm Minores, eorumque Notarios, Officiales, & Ministros omnes, nulli prorsus exceptis, comprehendi, & significari, & in ea expressis pœnis subijci, & ad eorum, quę in ea iancita

ſancita ſunt, obſeruantiam indiſtinctè teneri, & ita per quoſcunque Iudices, tàm Ordinarios, quàm Delegatos, quauis auctoritate fungentes etiam S. R. E. Cardinales, & de Latere Legatos iudicari, & definiri debere ſublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate.

Decernentes irritum, & inane, quicquid ſecus in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum, & hac noſtra Conſtitutione contentorum, & Statutorum, vel circa ea à quoquam quauis auctoritate ſcienter, aut ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, Legibus, ac Vrbis, & Romanæ Curiæ Tribunalium, & Collegiorum prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, ſtilis, & conſuetudinibus, quos, & quas per præſentes improbamus, Priuilegijs quoque, indultis, & facultatibus, & litteris Apoſtolicis eiſdem Tribunalibus, Officijs, & Collegijs, ac perſonis, etiam Motu proprio, & conſiſtorialiter, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, etiam in vim contractus, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie per quoſcunq; Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, aut etiam Nos conceſſis, approbatis, confirmatis, & innouatis: quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac indiuidua, & de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes, mentio habenda, ſeu quæuis alia exquſita forma ſeruanda foret, tenores huiuſmodi pro ſufficienter expreſſis habentes, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque, aut ſi præfatis perſonis, vel quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam noſtrorum decretorum, ſtatutorum, reformationum, innouationum, declarationum, interdicti, priuationis, reuocationis, prohibitionis, extenſionis, approbationis, & confirmationis, mandatorum, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contrairè: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petrum, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Kalẽdis Martij anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo vodecimo, Pontificatus Noſtri Anno Septimo.

Marcus Aurelius Maraldus Datarius.

S. Cobellutius.

I. Mercato.

Anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo duodecimo, Indictione decima, die verò decima menſis Martij, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. PAVLI diuina prouidentia Papæ Quinti, anno eius ſeptimo. Supradictæ litteræ publicatæ, & affixæ fuerunt in Cancellaria Apoſtolica, & in acie Campi Floræ per nos Ioannem Dominicum de Pace, & Petrum Matthæum Lucarutium Curſores Apoſtolicos.

Paulus Bartoccius Mag. Curſ.

TAXA

TAXA EXPEDITIONVM CAMERALIVM;

Pro Notariis Reuerendæ Cameræ.

Cum solutione Sigilli Illustrissimi D. Card. Camerarij.

CITATIO, siue monitorium extra Curiam vigore commissionis Sanctissimi cum inhibitione, vel sine, etiam sub censuris pro vno, vel pluribus litis consortibus, Collegio, Capitulo, vel Vniuersitate, soluantur Notario iulij bon. duo cum dimidio. Et pro sigillo soluantur bon. vigintiseptem cum dimidio.

Citatio, siue monitorium simile per edictum, notario scutum vnum, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Compulsoriales generales, siue speciales pro vno, siue pluribus vt supra, notario scutũ vnum, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Remissoriæ instrumentum pro vno, seu pluribus, vt supra, notario iulij quindecim, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Remissoriæ rotulus si fiat, pro quolibet palmo soluantur notario iulii septem cum dimidio, fit autem palmus linearum triginta, & syllabarum decem, & octo.

Litteræ missiuæ clausulæ loco remissorialium cũ articulis introclusis pro vno, siue pluribus, vt supra notario iulii sex bon. duo cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Instrumentum declaratoriæ vigore commissionis pro vno, siue pluribus, vt supra, notario scutum vnum, & sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Instrumentum litis pendentiæ extra Curiam pro vno, siue pluribus, vt supra, notario iulii quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Instrumentum sententiæ vigore commissionis, si extrahatur, pro vno, siue pluribus, vt supra, notario scutum vnum, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Instrumentum absolutionis, vel commissionis pro vno, notario iulii quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Instrumentum absolutionis pro pluribus, Capitulo, Vniuersitate, & similibus, notario scutum vnum, sigillo iulii quinque cum dimidio.

Instrumentum absolutionis cum reincidentia pro vno, siue pluribus, vt supra, notario iulij quinque, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Inhibitio in Curia vigore commissionis pro vno, siue pluribus, vt supra, notario iulij quatuor, sigillo iulius vnus.

Instrumentũ litis pendentiæ in Curia pro vno, siue pluribus, vt supra, notario iulii quatuor, sigillo iulius vnus.

Monitorium extra Curiam speciale, in ordinarijs etiam cum inhibitione, & etiam pro pluribus consortibus, Capitulo, vel Vniuersitate, notario iulii quinque, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Inhibitio in Curia vigore priuilegii, vel recursus, aut præuia citatione pro vno, vel pluribus consortibus, notario iulii tres cum dimidio, sigillo iulius vnus.

Citatio extra Curiam vigore appellationis, etiam cum inhibitione, etiam pro pluribus, vt supra, notario iulii quinque, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Monitorium per edictum extra Curiam pro vno, vel pluribus, vt supra, notario iulii septem cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Remissoria per litteras clausas cum articulis pro vno, vel pluribus, vt supra, notario iul. sex bon. duo cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Sequestrum extra Curiam, siue mandatum de sequestrando pro vno, vel pluribus, vt supra, notario iulij quinque, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Sequestrum in Curia nihil vbique.

Instrumentum litis pendentiæ extra Curiam pro vno, vel pluribus, vt supra, notario iulij quinque, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Instrumentum declaratoriæ pro vno, vel pluribus, vt supra, notario iulii quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Mandatum executiuum post declaratorias pro vno, vel pluribus, vt supra, notario scuta duo, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Mandatum suspicionis fugæ, vsque ad quamcunq; summã, etiam vigore obligationis Cameralis pro vno, vel pluribus, vt supra, etiam parte citata, notario iulii quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Mandatum executiuum, vsque ad scuta vigintiquinque pro vno, vel pluribus, vt supra, notario iulii quinque, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

A vigintiquinque vsque ad quingenta, notario iul. vigintiduo, sigillo iul. vndecim.

A quingentis vsq; ad mille, notario iulii quinquagintaquinque, sigillo iulii vndecim.

A mille vsque ad quamcunque summam, notario scuta nouem, & iulii nouem, sigillo iulij vndecim.

Mandatum de excarcerando, siue relaxando pro vno, vel pluribus, vt supra, in eadem causa, notario iulii quinque cum dimidio, sigillo bon: vigintiseptem cum dimidio.

Pro examine cuiuslibet testis in officio, tàm in commissariis, quàm in ordinariis, cum articulis, & interrogatoriis, notario iulii quatuor.

Si autem super materiis expressis in citatione iulii duo.

Extra officium caplatur duplum.

In excessiuis arbitrio Iudicis.

Pro examine cuiuslibet testis super intrusione, notario iulius vnus.

Pro mandato super intrusione sine testibus, etiam pro pluribus, & Capitulo, vel Vniuersitate, notario iulii quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Pro nota sententiæ diffinitiuę in prima instantia pro vno; siue pluribus, vt supra, notario iulii triginta septem cum dimidio.

In secunda instantia scuta tria.

In tertia instantia iul. vigintiduo.

Pro nota sententiæ absolutoriæ pro vno, vel pluribus, vt supra, scutum vnum.

Pro nota declaratoriæ pro vno, vel pluribus, vt supra, scutum vnum.

Pro nota interlocutoriæ pro vno, vel pluribus, vt supra, scutum vnum.

Transumptum extra Curiam alicuius Bullæ, instrumenti, seu cedulæ, vel etiam plurium similium, vel aliorum iurium in eodem transumpto descriptorum, non tamen de scripturis *Archiuij* Cameræ, si fuerint in forma probanti (habita ratione scripturæ) arbitrio Iudicis pro vno, vel pluribus, vt supra, notario iul. sex, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Pro transumpto alicuius Bullæ extra registrũ Bullarum *Archiuii*, notario ducatus vnus, sigillo iul. quinque cum dimidio.

Pro transumpto alicuius Bullæ, ex *Archiuo* quando ex licentia superiorum dare contigerit, salua semper excessiuitate scripturæ arbitrio Iudicis, tàm in sumpto, quàm in transumpto, notario ducatus vnus, sigillo iul. duodecim.

Pro quolibet instrumento publicato valoris, vsque ad quinquaginta ducatos auri, notario iul. quinque.

Vsque ad centum inclusiuè, ducatus vnus.

Vsque ad quingentos, ducatus vnus pro quolibet centenario.

A quingentis vsque ad mille, dimidium pro quolibet centenario.

A mille supra, soluatur vnum quartum pro quolibet centenario excedente.

Pro instrumentis non Cameralibus quorum merces non ponitur in massa, seruetur taxa notariorum *Auditoris* Cameræ.

Pro litteris de iure summario, notario iulij quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Pro litteris commẽdatitijs, notario iul. quinque, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Pro rogitu quorumlibet instrumentorum, cassatione, & pro rogitu testamentorum, & aliorum, seruetur constitutio Sanctissimi Domini Nostri sub rub. de Notarijs, §. pro rogitu cuiuslibet, & §. pro cassatione, & §. in tradendis, & §. pro rogitu testamentorum.

Pro quocunque depositio cuiuscunq; summæ, vel rei per cedulam, vel sine, nihil recipiatur.

Pro restitutione vero cedulæ, vel depositi, vsque ad summam scutorum quadraginta quinque inclusiuè recipiant notarij omni casu bon. duos tantum pro quolibet scuto, nec aliud quicquam, neque pro restitutione cedulæ, neque pro mandato, neque pro quietatione.

A scutis quadraginta quinque supra vsque ad quamcunque summam, quando depositum est factum ante mandati relaxationem absque conditione, vel protestatione extrinseca cum consensu, quòd consignetur adimpletis conuentis, & facta legitima quietatione, tunc pro mandato de consignando habeat notarius iulios quatuor cum dimidio, & alios quatuor cum dimidio pro consignatione cedulæ, & non vltra.

Quando vero depositum est cum protestatione, vel conditione extrinseca non conuenta in scriptura, cuius vigore agitur, adeò quod oriatur super ea decretum, tunc pro mandato de consignando illud habeat notarius tantum, quantum solueretur pro mandato illius summæ executiuo, & amplius iulios quatuor cum dimidio pro restitutione cedulæ, si consignetur in totum, sin minus iulium vnum pro quietatione summæ, quæ consignabitur, & non vltra.

Quando depositum est factum post mandati executiui relaxationem quomodocunque fiat, etiam quod plura desuper fieri decreta contingat, nunquam habeat notarius, nisi iulios quatuor cum dimidio pro mandato de consignando, & totidem pro restitutione cedulæ, & quietantia, si integrum consignetur, alioqui vltra mandati prædicti mercedem habeat iulium vnũ pro quietantia, vt supra, & nihil amplius quolibet prædictorum casuum.

Mandatum de consignando, aut deliberando à vigintiquinque scutis infra, notario iul. tres cum dimidio, sigillo iulius vnus.

A vigintiquinque supra vsque ad quamcunq; summam, notario iul. quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Mandatum regaliarum in totum, notario iulii quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Mandatum gratiosum de soluendo pro vno, seu pluribus, vt supra, notario iulii tres cum dimidio, sigillo iulius vnus.

Mandatũ de restituendo à scutis vigintiquinque infra pro vno, seu pluribus, vt supra, notario iulii tres cum dimidio, sigillo iulius vnus.

Ab indè supra vsque ad quamcunque summã, notario iulii quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Mandatum de immittendo, associando, vel manutenendo, seu simile seruatis seruandis, exigatur, prout in mandatis executiuis.

Mandatum elecmosynæ salus, notario, iul. tres.

Manda-

Mandatum de obseruando cum insertione priuilegij pro vno, seu pluribus, vt supra, notario scutum vnum, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Pro mandato de retinendo annatam, notario scutum vnum, sigillo scutum vnum.

Patentes, quod soluto damno non teneatur ad pœnam, pro vno, siue pluribus, vt supra notario iul. vndecim.

Patentes faciendi mercatum, seu nundinas, notario iul. vigintiduo, sigillo iul. vndecim.

Patentes ad fauorem conducentium grasciam ad Vrbem, notario iul. quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Patentes concessionis *Arcis*, vel aliorum bonorum, notario iulij vndecim, sigillo iulij vndecim.

Patentes aperiendi apothecam barbitonsoris, notario iul. vndecim, sigillo iul. vndecim.

Patentes deferendi arma pro Ministris, & *Ap*paltatoribus Cameralibus, notario scutum vnũ, sigillo scutum vnum.

Patentes ad fauorem deferentium aurum, seu margaritas ad Vrbem, & Statum Ecclesiasticum, notario iul. quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Patentes concessionis officij proxeneræ Ripæ in numero vigintiquinque, notario iul. vigintiduo, sigillo scuta quadraginta auri in auro.

Patentes concessionis officij notariatus Rotæ ex illis duodecim ad Cardinalem Camerarium spectantibus, notario iul. vndecim, sigillo scuta vigintiquinque auri in auro.

Quietantia decimarum, vel alterius subsidii pro vno, notario iul. quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Pro Clero, & Capitulo, vel pluribus, notario iul. vndecim, sigillo iul. quinque cum dimidio.

Quietantia census vnius anni pro vno, seu pluribus consortibus, notario iul. tredecim, sigillo iul. quatuordecim.

Quietantia vnius quindennij pro vno, siue pluribus, Vniuersitate, vel Capitulo, notario iul. duodecim, sigillo iul. duodecim.

Remissio caducitatis in plena Camera pro vno, vel pluribus consortibus, notario iul. vigintiduo, sigillo iul. vndecim.

Saluusconductus pro naui, notario iul. vndecim, sigillo iul. vndecim.

Rogitus præstationis iuramenti pro computis solidandis, & fide illius, notario iul. quinque cum dimidio.

Pro quietantia apponenda in mandatis de soluendo, non tamen ordinarijs, notario iul. duo pro quolibet centenario, pro ordinario vero nihil.

Pro patentibus confirmationis statuti, & capitulorum, siue pro priuatis, siue pro Collegio, vel Vniuersitate, notario iul. vndecim, sigillo iulij vndecim.

Pro patentibus confirmationis officiorum, seu bonorum Cameræ pro vno, vel pluribus, vt supra, notario iulii vndecim, sigillo iul. vndecim.

Pro patentibus deputationis alicuius officialis, notario iul. vndecim, sigillo iul. vndecim.

Pro litteris Cameralibus iustitiæ pro vno, vel pluribus consortibus, vt supra, notario iul. quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Mandatum de admittendo aliquem ad officium Cursoratus, notario iul. vndecim, sigillo iulij vndecim.

Patentes cum insertione Motus proprij, siue Breuis in Camera Apostolica præsentati pro vno, siue pluribus, vt supra, notario iul. vndecim, sigillo iul. undecim.

Pro tollerantia pro Iudæis pro quolibet anno, notario iul. quinque cum dimidio, sigillo iul. vndecim.

Absolutiones, quas vocant, à transgressibus pro Iudæis, non sunt taxatæ, quia nullo modo sunt concedendæ.

Patentes exceptionis ob numerum duodecim filiorum, notario iulii vndecim, sigillo iulii vndecim.

Patentes effodiendi thesauros, siue minerias, aut puteolanam, notario iul. vndecim, sigillo iul. undecim.

Attestatio visitationis liminum, notario iul. quinq; cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Mandatum de cassando annatam alicuius Ecclesiæ, notario scutum vnum, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Pro quolibet consensu præstito per principalem, notario bon. vigintiseptem cum dimidio.

Pro recognitione mãdati, notario iulius vnus.

Pro consensu coadiutoriæ, notario ducatus vnus.

Pro consensu cessionis Monasterii Consistorialis, notario ducatus vnus.

Pro consensu cessionis Ecclesiæ Cathedralis, notario ducati duo.

Pro consensu reseruationis pensionis per obitum ad fauorem Palatinorum, seu alterius personæ comprehensis obligatione principalis, & fideiussionibus, si in Italia adest beneficium, notario ducatus vnus, si extra Italiam ducati duo.

Pro consensu reseruationis pensionis super fructibus mensæ Monasterij Consistorialis, notario ducatus vnus.

Pro consensu reseruationis pensionis super fructibus alicuius Ecclesiæ maioris, notario ducatus vnus.

Pro registratura vnius Bullæ pro singulis quinque lineis, notario bon. vndecim.

Pro registratura Bullæ alicuius Monasterij virorum, notario ducati tres.

Pro registratura Bullæ alicuius Ecclesiæ maioris, notario ducati quatuor.

Pro registratura *Bullæ* Monasterij Monalium vsque ad valorem annuum ducentorum ducatorum, notario ducatus vnus.

Vsque ad trecentos ducatos, notario ducatus vnus cum dimidio.

A trecentis vsque ad quingentos, notario ducati duo.

Et notarius registri, vel eius substituti non possint grauare partes vltra taxam appositam in Bulla per mensarium taxarum sub pœnis in reformatione Sanctissimi appositis, ac soluta taxa ordinaria, nihil prorsus pro collationatura, vel registratura recipiat.

Pro

Pro qualibet obligatione annatarum, notario bon. vigintiseptem cum dimidio.

Pro quolibet teste, notario bon. vndecim.

Pro qualibet quietantia annatæ, vsque ad ducentos ducatos exclusiuè, notario bon. vigintiseptem cum dimidio.

Pro ducentis ducatis, notario iul. quinque cum dimidio.

A ducentis vsque ad quatuorcentum exclusiuè, notario iul. octo cum dimidio.

Pro ducatis quatuorcentum, notario ducatus vnus.

Pro quietantia communium, vsque ad ducatos de Camera centum, notario ducatus vnus.

A centum vsque ad quingentos, notario ducati duo.

A quingentis vsque ad mille exclusiuè, notario ducati tres.

Pro mille ducatis notario ducati quatuor.

A mille vero vsque ad quamcunque summam multiplicetur ad dictam rationem quatuor ducatorum pro quolibet milliario.

Pro qualibet obligatione soluendi communes notario iul. quinque cum dimidio.

Pro decreto relaxationis Bullæ Ecclesiæ Cathedralis, notario ducati duo.

Pro decreto relaxationis bullarum Monasterij, notario ducatus vnus.

Pro qualibet restitutione bullarum, etiam quòd sint plures, notario bon. vigintiseptem cum dimidio.

Absolutio à censuris pro vno, notario iulii quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Absolutio à censuris pro pluribus, Capitulo, vel Vniuersitate, notario iul. vndecim, sigillo iulii quinque cum dimidio.

Arrestum pro vno, vel pluribus in eodem negotio, vel causa, notario iulii quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Attestatio valoris ducati, notario iulii quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Attestatio superuiuentiæ, vel obitus, notario iulij quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Attestatio decreti Cameralis pro vno, vel pluribus, vt supra notario iul. quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Aggrauatoria excommunicationis, seu aggrauatoria cum inuocatione brachii secularis pro vno, vel pluribus, aut Collegio, Capitulo, vel Vniuersitate, notario iulii nouem, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Bannimentum pro vno, vel pluribus consortibus, notario iulij quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Exequatur mandatorum non emanatorum à Tribunali Cameræ, si præuia causæ cognitione, & trãsportatis actis, & si supra scuta viginti quinque, exigatur, prout in mandatis executiuis.

Si infra, vel supra, sine causæ cognitione, notario iul. tres cum dimidio, sigillo iulius vnus.

Pro fide præstiti iuramenti notario iul. quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Pro fide pro nauta, notario iul. quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Instrumentum moderationis, vel reductionis inhibitionis ad viam iuris, vel supersessoriæ pro vno, vel pluribus, notario iul. quinque, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Indultum super aliquo nouo modo inuento, notario iul. vigintiduo, sigillo iul. vndecim.

Indultum imponendi, & exigendi collectam, etiam pro Vniuersitate, notario iulii vndecim, sigillo iulii vndecim.

Indultum faciendi lottum, notario iul. vndecim, sigillo iulij vndecim.

Saluus conductus à debitis extra Statum Ecclesiasticum contractis, iuxta formam nouissimam, notario iulii vndecim, sigillo iulii vndecim.

Tracta grani extra Statum Ecclesiasticum, & Ciuitates Bononiæ, & Ferrariæ (quæ non concedatur, nisi præuio chirographo signato manu Sanctissimi) ab vno rubro, vsque ad decem rubra, notario iulius vnus, sigillo iulius vnus.

A decem vsque ad quinquaginta inclusiuè, notario bon. vigintiseptem cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

A quinquaginta vsque ad centum inclusiuè, notario iulii quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

A centum vsque ad ducenta, notario iul. vndecim, sigillo iul. vndecim.

Et ab indè supra pro singulo centenario rubrorum, notario iul. quinque cum dimidio, sigilli iulii vndecim.

Pro tractis expediendis à Præfecto Annonæ.

Ab vno rubro vsque ad quinquaginta, notario iulius vnus, sigillo iulius vnus.

A quinquaginta vsque ad centum, notario iul. duo, sigillo iulij duo.

A centum vsque ad quamcunque summam, notario iulii quinque, sigillo iulii quinque.

Pro tractis infra Statum de Prouincia ad Prouinciam (præter loca comprehensa in facultatibus Præfecti Annonæ) quæ non concedantur, nisi præuio chirographo signato manu Sanctissimi, ab vno vsque ad quinquaginta, notario iulii duo, sigillo iul. duo.

A quinquaginta vsque ad centum, notario iulii quatuor, sigillo iulij quatuor.

A centum vsque ad quamcunque summam, notario scutum vnum, sigillo scutum vnum.

Pro tractis de loco ad locum in eadem Prouincia, nihil vbique.

Licentia extrahendi, vsque ad vnam salmam olei, pellium, vel saponis, nihil vbique.

Pro salmis duabus, notario iulij duo, sigillo iulij duo.

Pro salmis tribus, vsque ad quinque, notario iulii tres, sigillo iulii tres.

Pro salmis quinque, vsque ad decem, notario iulii quinque, sigillo iulii quinque.

Pro decem, notario iulii vndecim, sigillo iulii vndecim.

Ab indè supra vsq; ad quamcunq; summã pro singulis decem salmis, notario iulii quinque cum dimidio, sigillo iulii quinque cum dimidio.

Pro rebus quibuscunq; quæ ad Vrbem conducuntur, nihil vbique.

Idẽ fiat de pellibus quando concedi cõtigerit.

Idem de sapone ex Vrbe, vel alunde extrahendo.

Pro licentia extrahendi oleum extra statum (præuio tamen chirographo manu Sanctissimi) ad rationem milliarium pro singulis tribus millibus, notario iul. vndecim, sigillo iul. vndecim.

Et sic augeatur, & minuatur proportionabiliter.

Idem fiat de carnibus salitis.

Pro licentia extrahendi petia tria solæ albæ, nihil vbique.

Pro licentia extrahendi salmam vnam calceamentorum nouorum, seu veterum, nihil vbique.

Licentia extrahendi cincia, vsque ad libras mille, nihil vbique.

A mille vsque ad tria millia, notario bon. vigintiseptem cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

A tribus millibus, vsque ad quinque millia, notario iul. quinque cum dimidio, sigillo iulij quinque cum dimidio.

A quinque millibus vsque ad octo millia, notario iul. octo bon. duo cum dimidio, sigillo iul. octo bon. duo cum dimidio.

Ab octo millibus vsque ad decem millia, notario iul. vndecim, sigillo iul. vndecim.

Et sic augeatur proportionabiliter.

Pro licentia extrahendi agnos quinquaginta, notario iul. duo, sigillo iul. duo.

Pro centum, notario bon. vigintiseptem cum dimidio, sigillo iul. duo.

Pro ducentis, notario iulij quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Et sic pro singulis ducentis.

Litteræ passus, notario iul. quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

Litteræ legalitatis pro vno, vel pluribus, notario iulius vnus, sigillo iulius vnus.

Licentia accipiendi ad censum, vel se obligandi pro Communitate vigore decreti Cameræ, vsque ad quamcunque summam, notario iulij sex decim cum dimidio, sigillo iulij quinque cum dimidio.

Pro non comprehensis in præsenti taxa nihil omninò recipiatur, neque à notarijs, neque pro sigillo.

Taxa Notariorum ciuilium Gubernatoris Vrbis, Vicarij, Burgi, & aliorum Tribunalium non habentium propriam taxam.

PRo quocunque monitorio, arresto, seu precepto litis introductiuo cum clausula si quis, &c. nihil recipiatur.

Pro quacunque petitione, comparitione, protestatione, siue allegatione, bon. vnus.

Pro quacunque reuocatione inhibitionis de facto factæ, arresti, sequestri, seu cuiusuis mandati bon. duo.

Pro mandato suspicionis fugæ cum examine testium, vsque ad summam scutorum decem, bon. decem.

Cum productione iurium à decem infra, bon. septem cum dimidio.

A decem supra cum examine testium bon. duodecim.

Cum productione iurium à decem supra, bon. decem.

Pro arresto in carceribus, idem soluatur respectiuè.

Pro mandato de relaxando cum cautione, vsque ad summam scutorum decem comprehensa mercede cautionis, bon. quindecim.

Si verò cum consensu sine cautione, bon. duodecim.

Ab indè supra si cum cautione, comprehensa mercede cautionis vt supra, bon. vigintiquinque.

Si verò sine cautione bon. viginti.

Pro quocunque mandato in contumaciam, bon. tres.

Pro reuocatione mandati in contumaciam, bon. duo.

Pro non gravetur, seu mandato de non molestando in forma iuris, bon. tres.

Pro quocunque depositio, siue cedula cuiuscunque summæ in actis faciendo, nihil.

Pro restitutione depositi pro quolibet scuto bon. vnus.

Pro rogitu cuiuscunque obligationis in officio vsque ad summam scutorum decem, bon. septem cum dimidio.

Ab indè supra bon. decem.

Extra officium, duplum.

Pro cassatione cuiuscunque obligationis iudicialis, vsque ad summam scutorum decem, bon. quinque.

Ad indè supra, bon. decem.

Pro susceptione termini in iudicio ad soluendum, bon. duo.

Pro moderatione termini bon. vnus.

Pro quocunq; partito litis decisiuo bon. duo.

Pro quocunque iuramento extra officium, susceptione termini, aut actus iudicialis, vsque ad scuta decem, bon. septem cum dimidio.

Ab indè supra, bon. decem.

Pro quocunque mandato vigore termini in iudicio susceptj, vel iuramenti, vsque ad summã scutorum quinque, bon. quinque.

A scutis quinque, vsq; ad decem, bon. decem.

A decem vsque ad viginti, bon. viginti.

A viginti vsque ad quamcunque summam, bon. quinquaginta.

Pro decreto supradicti mandati bon. duo.

Pro quacunque fide de exequendo mandatum in alia Curia decretum, seu appositionis manus in contumaciam, vel aliàs non facto processu, bon. duo.

Pro quocunque rogitu procuræ in officio, bon. duo.

Extra vero officium bon. octo.

Pro fide cuiusque procuræ in actis rogatæ, vel productæ bon. decem.

Pro

Pro productione quorumcunque iurium, articulorum, & interrogatoriorum, bon. duo.

Pro quacunque restitutione iurium cum dimissione copiæ, à decem scutis infra (supra tamen duo) in scripturis priuatis, bon. septem cum dimidio.

A decem vsque ad viginti, bon. quindecim.

A viginti supra, bon. viginti.

Si verò instrumenta publica, vel alia iura, duplum in quolibet casuum prædictorum.

Pro relatione ad videndum iurare testes, & illorum inductione, specificatione materiarum, etiam si insimul cum inductione testium fiat, bon. duo.

Pro responsione articulorum, siue præparatoriorum, pro quolibet articulo, seu præparatorio etiam generali, siue fiat verbo, siue fiat per productionem cedulæ, bon. vnus.

Pro examine testis in quacunq; summa summariè absque articulis, & interrogatorijs, bon. septem cum dimidio.

Pro examine super recognitione texterarum, bon. quatuor.

Pro recognitione apocharum, bon. tres.

Pro examine super articulis, & interrogatoriis, à scutis decem infra (supra tamen duo) bon. decem.

A decem vsque ad viginti bon. quindecim.

A viginti vsque ad quamcunque summam, bon. vigintiquinque.

Si verò articuli, & interrogatoria fuerint excessiua, soluatur arbitrio Iudicis.

Extra verò officium soluatur duplum.

Pro examine super articulis, absque interrogatorijs, viq; ad scuta decem (supra tamen duo) bon. octo.

Vsque ad scuta viginti. bon. decem.

Vsque ad quamcunque summam bon. quindecim, & non vltra.

Pro copia testium publicatorum soluatur ad rationem, vt supra, pro examine.

Pro quacunque informatione Iudici facienda cum ostensione actorum, iurium, vel testium, si qui adsint, à quinque ducatis infra, nihil.

A quinque vsque ad decem, bon. sex.

Ab inde supra, bon. septem cum dimidio.

Et vnica tantum informatio in omnibus casibus soluatur.

Et si fiat extractus, vel registrum, vbi iuxta reformationem fieri licet, nihil soluatur pro informatione.

Pro nota sententiæ diffinitiuæ, & pro quocunque decreto vim diffinitiuæ habente, vsque ad summam scutorum quinque, bon. tres.

Vsque ad decem, bon. septem cum dimidio.

Vsque ad viginti, bon. vigintiquinque.

Vsque ad quamcunque summam, bon. quadragintaquinque.

Pro quocunque mandato vigore sententiæ seruatis seruandis, vel causa cognita, vsque ad summam scutorum quinque, bon. quinque.

Vsque ad decem, bon. septem cum dimidio.

Vsque ad viginti, bon. vigintiquinque.

Vsque ad quamcunq; summam, bon. quadragintaquinque.

Pro copia cuiuslibet cõmissionis, bon. decem.

Pro copia simplici cuiuslibet instrumenti in actis rogati, bon. septem cum dimidio.

Pro copia subscripta pro fide eorundem, bon. decem.

Pro copia articulorum, si sit magna scriptura, bon. decem.

Pro copia cuiuslibet petitionis, partiti, iuramenti, allegationis, & cuiuscunque alterius actí iudicialis in actis facti, bon. duo.

Pro mandato de euacuando domum, bon. vigintiquinque.

Pro quocunque mandato de consignandis pignoribus, bon. tres.

Pro quocunque decreto confessionis debiti, bon. duo.

Pro quibuscunque litteris, & declaratoriis vigore monitorij, vel illarum loco mandato in cõtumaciam, bon. triginta septem cum dimidio.

Pro quibuscunq; litteris excommunicatorijs, siue declaratoriis vigore obligationis in forma Cameræ, vel monitorii reintegrati, vel mandato loco illarum, vsque ad summam vigintiquinque scutorum, bon. triginta septem cum dimidio.

A vigintiquinque, vsque ad quamcunque summam, bon. quinquaginta.

Pro absolutione à censuris, bon. septem cum dimidio.

Pro instrumeto absolutionis à censuris, idem soluatur prout in litteris.

Pro quocunque brachio sæculari, soluatur duplum ad rationem summæ prædictæ.

Pro monitorio extra Vrbem in illius districtu, bon. viginti.

Pro rogitu instrumenti possessionis intra mœnia Vrbis, bon. triginta septem cum dimidio.

Extra verò mœnia Vrbis, arbitrio Iudicis.

Pro inuentario de bonis extra officium, bon. quinquaginta.

Pro mercede publicorum instrumentorum seruentur Statuta Vrbis.

In causis à quinque scutis infra specificentur materiæ in actis, & examinentur testes absque articulis, & interrogatorijs, & notarius teneatur super generalibus examinare, & si pars voluerit dare interrogatoria, concordet Notarium.

Et si agatur de bonis, & non de pecuniarum quantitatibus, stetur arbitrio Iudicis, quæ taxa solui debeat.

Pro extractibus fiendis, iuxta reformationem Sanctissimi, & non aliter, pro quolibet folio benè scripto, iuxta dictam reformationem sub rub. de registris, bon. sex.

In causis vero commissarijs, iuxta prædictam reformationem, pro compartitionibus, & relaxationibus, nihil recipiatur.

Et in omnibus casibus soluatur, prout in alijs Vrbis Tribunalibus solui solitũ, & consuetũ est.

A pauperibus, & miserabilibus personis, nihil de paupertate, & miserabilitate stetur relationi Aduocati, vel Procuratoris pauperum.

Taxa Notariorum Auditoris Cameræ.

IN causis ordinarijs ad hunc forum pertinentibus, etiam quod adsit commissio quocunque tempore impetrata, exigatur vt infra.

Pro expeditionibus, quando sunt plures personæ consortes, etiam si sint Congregationes, Collegia, Capitula, vel Vniuersitates, nonnisi pro vno tantum exigatur, prout & in reformatione Sanctissimi sancitum est sub rub. de notarijs, §. pro expeditionibus.

Pro monitorio speciali ad partes, iul. nouem.

Pro monitorio speciali per edictũ, iul. vndecim

Pro monitorio in vim Bullæ Eugenianæ, iul. duodecim.

Pro Eugeniana per edictum, iul. quindecim.

Pro monitorio in vim Bullæ Cœnæ Domini, iul duodecim.

Pro citatione cum inhibitione vigore appellationis, extra Curiam cum inserrione instrumenti sententiæ, à qua appellatur, scutum vnum.

Pro instrumento remissoriæ, iul. nouem.

Pro instrumento litis pendentiæ extra Curiam iul. nouem.

Pro transumpto simplici vnius Bullæ, vel instrumenti, aut cedulæ, vel etiam plurium similium, seu aliorum iurium in eodem transumpto descriptorum, si fuerint in forma probanti, iul duodecim.

Si verò in forma vidimus, iul nouem.

Habita tamen ratione excessus scripturarum arbitrio Iudicis quoad laborem notarii.

Pro sequestro extra Curiam, iul. nouem.

Pro litteris superuiuentiæ, quæ non taxentur, comprehenso sigillo, iul. quatuor.

Pro fide legalitatis apponendæ in instrumẽtis notariorum, in totum vna cum sigillo, iul. duo.

Pro mandato de exequendo, iul. nouem.

Pro nota sententiæ nihil.

Pro sportulis nihil.

In causis commissarijs, iuxta reformationem Sanctissimi sub rub. de Auditore Camere, §. in causis.

Pro citatione vigore commissionis, absque inhibitione, extra Curiam iul. nouem.

Pro citatione cum inhibitione simplici, iul. vndecim.

Pro citatione cum inhibitione sub censuris, iul. quatuordecim.

Pro citatione cum inhibitione sub censuris per edictum, etiam pro necessario examine, iul decem, & octo.

Pro inhibitione simplici extra Curiã, iul. nouẽ

Pro inhibitione extra Curiam sub censuris, iul. duodecim.

Pro inhibitione in Curia bon. triginta quinq;

Pro monitorio speciali, iul. quindecim.

Pro instrumento remissoriæ, iul. duodecim.

Pro notis sententiarum diffinitiuarum, quæ in scriptis perferuntur, in prima instantia scuta quatuor.

In secunda instantia, scuta tria.

In tertia instantia, scuta duo.

Pro nota absolutoriæ ab obseruatione Iudicii iul. quindecim.

Pro nota interlocutoriæ, iul. quindecim.

Pro nota declaratoriæ, iul. octo.

Pro mandato de exequendo, iul. quindecim.

Pro sequestro, iul. quindecim.

Pro sportulis Iudicum pro sententijs diffinitiuis ex scripto proferendis, non vltra id, quod in alijs Curiæ Tribunalibus ordinarijs olim à fel. record. Pio Papa Quarto, & nuper à Sanctissimo præscriptum, & innouatum est sub rub. de sportulis.

In cæteris actis, scripturis, & expeditionibus infrascriptis, siue causæ sint ordinariæ, siue commissariæ, soluatur vt infra, videlicet.

Pro compulsorialibus generalibus, siue specialibus, iul. duodecim.

Pro palmo rotuli remissoriæ, qui sit linearum triginta, & quælibet linea sit syllabarum decem, & octo, iul. tres.

Pro instrumento litis pendentiæ in Curia, bon. quadraginta quinque.

Pro interdicto specialis, iul. quindecim.

Pro instrumento relaxationis interdicti, iul. quindecim.

Pro executorialibus scuta tria, & iul. sex.

Pro mandato de immittendo in possessionem vigore litterarum Apostolicarum, seu Breuis, scutum vnum.

Pro absolutione, siue absolutionis commissione, pro vno iul. nouem.

Pro duobus litis cõsortibus, iul. quatuordecim.

Pro tribus litis consortibus iul. decem, & octo.

Pro quatuor litis consortibus scuta duo, & iul. tres.

Vltra quatuor quotcũq; addantur personæ litis cõsortes, nihil augeatur prætiũ expeditionis.

Pro Capitulo, Collegio, Confraternitate, aut Vniuersitate, scuta quinque.

Pro instrumento absolutionis, iul. duodecim.

Pro decretis à Iudice non ex scripto prolatis, etiam vim diffinitiuæ habentibus, nihil.

Pro nota eorundem, nihil.

Pro sportulis eorundem, nihil.

Pro simplici fide, etiã plurium actorũ, iul. duo.

Pro examine testium cum articulis, & interrogatorijs in causa æstimationis, à quinquaginta scutis supra, vsque ad quamcunque summam, si articuli non excedant numerum vigintiquinque, & interrogatoria numerum triginta quinque, in dubio, vel officio notarii, iul. quatuor.

Extra ordinarium vltra duplum.

In causa æstimationis, à quinquaginta scutis infra, soluatur tantum pro dimidia.

Quod si articuli excedant numerum vigintiquinque, & interrogatoria triginta quinque, iul. quatuor pro mercede notarii arbitrio Iudicis.

Pro instrumento sententiæ, si extrahatur, iul. quindecim.

Pro instrumento declaratoriæ non tamen vigore obligationis in forma Cameræ, iul. duodecim.

Pro brachio sæculari ob non paritionem monitorii, aut litterarum Apostolicarum, vel executorialium, scuta tria.

Pro mandato suspicionis fugæ, vsq; ad quamcunque

cunque summam, etiam in vim obligationis Cameralis, & etiam parte citata decreto, iul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato de consignando vigore sequestri, etiam vbi pro illius verificatione debitor prius fuisset conuentus via executiua vigore obligationis Cameralis, iul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato de consignandis pignoribus subhastandis, aut deliberandis iul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato de relaxando pro debito ciuili, iul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato in causis ciuilibus loco litterarũ pro parua summa iul. quatuor cum dimidio.

Computato in his omnibus mandatis iulio sigillo.

Pro mandato executiuo, siue brachio seculari, vbi eius inuocatione opus fuerit per omnia expedito omnibus comprehensis, ab vno scuto vsque ad quindecim iul. quatuor cum dimidio.

A scutis quindecim vsque ad vigintiquinque iul. vigintiduo.

A scutis vigintiquinque vsque ad quingentos iul. trigintatres.

A scutis quingentis vsque ad mille iul. sexagintasex.

A scutis mille vsq; ad quamcunque summam scuta vndecim.

Pro censuris Ecclesiasticis, vel in expeditione mandati executiui, seu brachij secularis, vel seorsum ab eo, nihil.

Neque vsquam aliàs, nisi vbi ad illas rite processum fuerit re ipsa.

Pro declaratoria, aggrauatoria, & reaggrauatoria simul iunctis, & totali earum omnium expeditione, vbi ad eas rite processum fuerit, & non aliàs, exigatur tantundem, quantum pro mandato, seu brachio seculari, habita distinctione summarum, vt supra, ita vt omnis impensa vtriusque expeditionis, tàm mandati scilicet, vel brachij secularis, quàm censurarum simul iuncta, duplum non excedat eius pretij, quòd pro mandato, seu brachio seculari pro qualibet dictarum summarum taxatum est, excepta vltima maiori summa, videlicet à mille supra, in qua etiam si contingat vltra, vel post mandatum executiuum, seu brachium seculare censuras quoque relaxari, nihil earum nomine exigatur; sed tantum vltra pretium solius mandati, seu brachij secularis, vt supra taxatum, accipi possit iuxta merces pro scriptura.

Nec vnquam cogantur partes inuitæ vna cum mandato executiuo, vel brachio seculari censurarum quoque expeditionem accipere, aut earum expeditionis pretium soluere, etiam si ad censuras ipsas in subsidium contra contumacem Iudex comminando rite processerit, & extra loca temporali dominio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subiecta, vel etiam extra Italiam expeditio mittenda foret.

Et vbi quisquam legitimè seruatis processibus vtranque expeditionem, mandati scilicet, vel brachii secularis, & censurarum eodem tempore habere voluerit, tunc apponatur verbis expressis in ipsa expeditione quoad censuras, nec is pretium, quod illarum ratione expendit, vllo modo repetere possit ab his, contra quos decretæ, & prolatæ fuerunt, nisi aduersus eosdem vigore mandati executiui, seu brachij secularis, non satisfacientes, aut aliàs non parentes censuris ipsis, vti necesse fuerit.

Pro duplicatis, etiam post quodcunque tẽpus expeditis, nihil præter scripturæ mercedem.

Pro sigillo paruo appenso in qualibet expeditione, si non adsit minor taxa, soluatur tantum iul. vnus.

Pro mandatis executiuis, vel aliis quibuscunque expeditionibus, notarij nihil recipiant, nisi illis effectualiter partibus consignatis.

Nec partes cogantur accipere aliquam expeditionem, nisi quam voluerint.

Pauperum expeditiones in forma pauperum, miserabilibus vero gratis omninò tradant, etiam scripturæ mercedem, distinctio vero illarum personarum iudicis arbitrio remittitur.

Pro terminis coram Iudice seruandis, Iudicibus informandis, scripturis ad eos deferẽdis, seu etiam in officio perquirendis, registris, seu extractibus transportandis, & aliis huiusmodi, notarii, vel eorum substituti, scribæ, & copistæ, etiam nomine regalium, seu bibaliorum, nihil prorsus, etiam à sponte dantibus accipiant.

In causis criminalibus expeditionum, quæ erunt eiusdem generis, seu nominis, cuius sunt suprascriptæ, pretium augeri non possint vltra tertiam partem eius, quod supra in ciuilibus præscriptum est.

In registris, extractibus, copiis inditiorum, & alterius, quàm supradicti generis, seu nominis expeditionibus criminalibus, seruetur taxa aliis Tribunalibus ordinariis Vrbis in criminalibus præscripta.

Pro rogitu instrumentorum, cassatione, & pro rogitu testamentorum, & aliorum seruetur constitutio Sanctissimi D.N sub tub. de notarus, §. pro rogitu cuiusl bet, §. pro cassatione, §. in tradendis, & §. pro rogitu testamentorum.

Pro mercede instrumentorum, seu testamentorum publicatorum, ab vno scuto vsque ad vigintiquinque bon. quadragintaquinque.

A scutis vigintiquinque vsque ad quinquaginta, iul. septem cum dimidio.

A scutis quinquaginta vsque ad centum, scutum vnum.

A scutis centum vsque ad quingẽta, pro quolibet centenario, scutum vnum.

A scutis quingentis vsque ad quamcunque summam, pro quolibet centenario, iul. duo.

Dummodo in totum, vsque ad centum scuta pro qualibet summa, & non vltra recipere valeant.

Pro quocunque depositio cuiuscunque summæ, vel rei per cedulã, vel sine, nihil recipiatur.

Pro restitutione vero cedulæ, vel depositi vsque ad summam scutorum quadragintaquinque inclusiuè recipiant notarij omni casu bon. duos tantum pro quolibet scuto, nec aliud quicquam, neque pro restitutione cedulæ, neque pro mandato, neque pro quietatione.

A scutis quadraginta quinque supra vsque ad quamcunque summam, quando depositum est factum ante mandati relaxationem, abs-

que conditione, vel protestatione extrinseca cum contensu, quòd cõsignetur adimpletis conuentis, & facta legitima quietatione, tunc pro mandato de consignando habeat notarius iul. quatuor cum dimidio, & alios quatuor cum dimidio pro consignatione cedulæ, & non vltra.

Quando vero depositum est cum protestatione, vel conditione extrinseca non contenta in scriptura, cuius vigore agitur, adeò quod oriatur super ea decretum, tunc pro mandato de consignando illud habeat notarius tantum, quantum solueretur pro mandato illius summæ executiuo, & amplius iul. quatuor cum dimidio pro restitutione cedulæ si consignetur in totum, sin minus iulium vnum pro quietatione summæ, quæ consignabitur, & non vltra.

Quando depositum est factum post mandati executiui relaxationem quomodocunque fiat, etiam quod plura desuper fieri decreta contingat, nunquam habeat notarius, nisi iul. quatuor cum dimidio pro mandato de consignando, & totidem pro restitutione cedulæ, & quietantia, si integrum consignetur, alioqui vltra mãdati prædicti mercedem habeat iul. vnum pro quietantia, vt supra, & nihil amplius in quolibet prædictorum casuum.

Pro restitutione scripturarum quarumcunq; in eodem termino productarum, etiam si plures sint iul. quatuor cum dimidio.

Pro quibuscunque copijs benè, & vna margine descriptis ad instar originalis, pro quolibet folio iul. vnus.

Pro cõtradictis, quod verè soluitur officio cõtradictarum, & non amplius.

Taxa Notariorum Rotæ.

PRo quolibet centenario foliorum registri bonæ fidei, iuxta reformationem Sanctissimi sub tit. de registris, iul. sexaginta.

Pro quolibet folio copiarum instar boni originalis, bon. septem cum dimidio.

Pro rubricatura cuiuslibet centenarij foliorum processus de partibus facta, iuxta reformationem Sanctissimi sub tit. de registris, §. rubricellæ, & §. processus de partibus, & §. notarij Rotæ, iul. vigintiquinque.

Pro rubricatura testium de partibus, pro medietate.

Et idẽ soluatur de processibus per alium, quã notarium rubricatis in Curia, nisi quod deducatur ad fauorem partis tantùm, quantum soluisset notarius causæ copistæ rubricanti.

De alijs verò processibus rubricatis in partibus, in quorum rubricatura nihil est corrigendũ, addendum, vel minuendum, soluantur pro reuisione cuiuslibet centenarij, iul. quindecim.

Pro citatione simplici extra Curiam, iul. septem cum dimidio.

Pro citatione cum inhibitione extra Curiam, iul. quindecim.

Pro citatione cum inhibitione per edictũ extra Curiam, vel sub censuris iul. quindecim.

Pro inhibitione simplici facta in Curia, bon. triginta septem cum dimidio.

Pro inhibitione simplici extra Curiã sub censuris iul. vndecim, & bon. duo cum dimidio.

Pro citatione ad valuas in Curia tempore feriarum, bon. quindecim.

Pro compulsoria generali extra Curiam, iul. septem cum dimidio.

Pro compulsoria speciali extra Curiam, iul. quindecim. Pro arresto generali, iul. tres.

Pro instrumento remissoriæ ad partes, iul. quindecim.

Pro quolibet palmo rotuli remissoriæ numerati, iuxta reformationem Sanctissimi sub tit. de notarijs omnium Tribunalium, §. litteræ remissoriales, iul. septem cum dimidio.

Et si remissoria cõsignatur, nõ facto registro, depositũ reguletur ad rationẽ sexaginta foliorũ registri excomputandũ postea in mercede registri.

Pro quolibet sequestro extra Curiam cum illius instrumento, iul. quindecim.

Pro instrumento reuocationis, seu relaxationis sequestri, iul. septem cum dimidio.

Pro monitorio pœnali in euentum citatorio extra Curiam, iul. quindecim.

Pro litteris excommunicationis in Curia ob non solutam mercedem notarii, vel aliàs, bon. triginta septem cum dimidio.

Pro mandato de reportando registrum, acta, vel processus, seu de perquirendo iul. quatuor cum dimidio.

Pro nota sententiæ diffinitiuæ in prima instantia, iul. triginta septem cum dimidio.

In secunda instantia iul. triginta.

In tertia instãtia, iul. vigintiduo cum dimidio.

Pro instrumeto sententiæ diffinitiuæ, iul. quindecim.

Pro instrumento diffinitiuæ sentẽtiæ cũ taxatione expensarum, iul. vigintiduo cum dimidio.

Pro instrumento taxationis expensarum ad partem, iul. septem cum dimidio

Pro nota sententiæ interlocutoriæ nihil.

Pro litteris executorialibus, siue eorum instrumento vltra depositum scriptorũ quatuor cum dimidio excomputandum postea in mercede registri, iul. quindecim.

Pro nota sententiæ declaratoriæ vigore monitorij, vel litterarum executorialium, iul. septẽ cum dimidio.

Pro instrumento sententiæ declaratoriæ, iul. quindecim.

Pro instrumento aggrauationis ad partem iul. quindecim.

Pro instrumento reaggrauationis ad partem, iul. quindecim.

Pro instrumento interdicti ad partem, iulii quindecim.

Pro instrumento brachij secularis per se, & simpliciter absque declaratione iul. triginta.

Pro instrumento absolutionis ab excõmunicationis sententia, siue cõmissionis eiusdem absolutionis in partibus fiẽdæ; etiã si fuerint plures, siue Communitas, Capitulum, aut Collegium, in eadem causa, & expeditione iul. quindecim.

Pro mandato executiuo cuiuscunque summæ iul. triginta.

Pro mandato de manutenendo, reintegrando, siue de immittendo iul. triginta.

Et si

Et si dentur non confecto registro, liceat exigere depositum pro foliis quinquaginta excomputandum, vt supra in mercede registri.

Pro instrumento cessionis iuris, litis, & causæ, siue litis, & causæ dumtaxat, si extrahatur coniunctim, vel separatim iul. septem cũ dimidio.

Pro nota, seu rogitu instrumenti huiusmodi cessionis bon. triginta septem cum dimidio, videlicet quando non extrahitur instrumentum; sed si extrahatur, tunc in extractione dicti instrumenti detaleatur dicta summa bon. triginta septem cum dimidio.

Pro instrumento processus subrogationis in iure cuiusuis iulij quindecim.

Pro examine testis in domo notarii iurati coram Domino bon. triginta septem cum dimidio.

Extra domum, vel officium notarii iul. septem cum dimidio.

Et si articoli excedãt numerum vigintiquinque, & interrogatoria triginta, habeatur ratio excessiuitatis, iuxta laborem notarij.

Pro copiis testium publicatorum, siue in partibus, siue in Curia examinatorum soluatur, prout de foliis registrorum dictum est.

Pro quocunque instrumento, siue prorogationis remissoriæ, siue mutationis iudicum, vel alicuius intimationis, aut alio quouis actu iudiciali in publicam formam redacto iul. septem cum dimidio.

Pro quocunque depositi cuiuscunq; summæ, vel rei per cedulam, vel sine, nihil recipiatur.

Pro restitutione verò cedulæ, vel depositi vsq; ad summam scutorum quadraginta quinque inclusiuè, recipiant notarij omni casu bon. duos tantum pro quolibet scuto, nec aliud quicquam, neque pro restitutione cedulæ, neque pro mandato, neque pro quietatione.

A scutis quadraginta quinque supra vsque ad quamcunque summam, quando depositum est factũ aut mãdati relaxationem absq; conditione, vel protestatione extrinseca cum consensu, quod consignetur adimpletis conuentis, & facta legitima quietatione, tunc pro mandato de consignãdo habeat notarius iul. quatuor cum dimidio, & alios quatuor cum dimidio pro consignatione cedulæ, & non vltra.

Quando vero depositum est cum protestatione, vel conditione extrinseca non conuenta in scriptura, cuius vigore agitur, adeò quod oriatur super ea decretum, tunc pro mandato de consignando illud habeat notarius tantùm, quantum solueretur pro mandato illius summæ executiui, & amplius iulios quatuor cum dimidio pro restitutione cedulæ, si consignetur, in totum, si minus, iulium vnum pro quietatione summæ, quæ consignabitur, & non vltra.

Quando depositum est factum post mandati executiui relaxationem quomodocunque fiat, etiam quòd plura desuper fieri decreta contingat, nunquam habeat notarius, nisi iulios quatuor cum dimidio pro mandato de consignando, & totidem pro restitutione cedulæ, & quietantia, si integrum consignetur, alioquin vltra mandati prædicti mercedem habeat iulium vnum pro quietantia, vt supra, & nihil amplius in quolibet prædictorum casuum.

Taxa Archiuii.

PRo quolibet folio copiæ factæ instar bonæ originalis bon. sex.

Pro fide cuiuslibet primi actus iul. quatuor cum dimidio.

Et si fuerint plures, addantur iul. duo pro quolibet actu.

Pro quolibet centenario registri boni, iuxta reformationem Sanctissimi sub rubr. de registris, iul. quadraginta quatuor.

Pro quolibet centenario rubricaturæ processus de partibus iul. viginti.

Testes, qui non rubricantur, solnantur pro medietate.

Processus habiti vigore remissoriæ, seu compulsoriæ, & alij, etiam non excedentes folia viginti duo, non registrentur, & circa rubricaturam fiat numeratio, iuxta dictam reformationem Sanctissimi sub rub. de registris.

Pro nota sententiæ in prima instantia coram Referendario iul. triginta.

In secunda iul. viginti.

In tertia iul. quindecim.

Pro nota sententiæ interlocutoriæ iul. quinq;

Pro nota sententiæ declaratoriæ iul. quinque.

Pro instrumento declaratoriæ iul. sex.

Pro brachio seculari iul. decem, & octo.

Pro nota sententiæ absolutoriæ à censuris iul. quinque.

Pro instrumento absolutionis, etiam si fuerint plures, aut Capitulum, Communitas, vel Collegium in eadem expeditione, & causa iul. sex, ut

Pro instrumẽto reintrusionis in censuras similiter vt supra, iul. sex.

Pro quolibet teste examinato in officio, iulii quatuor cum dimidio.

Extra officium duplum.

Et si materiæ fuerint excessiuæ in officio, iul. sex.

Extra officium duplum.

Excessiuitas intelligatur, si articuli excedant numerum vigintiquinque, & interrogatoria numerum triginta quinque.

Pro publicatione, seu summario testium soluatur modo, quo supra, & habeatur respectus ad excessiuitatem modo prædicto.

Pro mandato de manutenendo iul. decem.

Et si fuerit vigore sententiæ, iul. quindecim.

Pro simili de restituendo, & reponendo, iul. quindecim.

Pro mandato de subhastando extra Curiam iul. septem cum dimidio.

In Curia, iul. quatuor cum dimidio.

Pro alio de deliberando in Curia, & extra, eiusdem.

Pro citatione cum inhibitione in Curia, iul. quatuor cum dimidio.

Pro simili extra Curiam absque censuris, iul. decem.

Pro citatione cum inhibitione sub censuris extra Curiam, iul. duodecim.

Pro citatione simplici extra Curiam, iul. septem cum dimidio.

Pro compulsorialibus generalibus, iul. octo.

Pro compulsorialibus specialibus, iul. decem.

Pro monitorio pœnali vigore commissionis, iul. octo.

Pro sequestro extra Curiam, iul. octo.

Pro instrumento relaxationis illius, iul. sex.

Pro mandato de consignando pecunias, res, & bona, postquam fuit relaxatum mandatum executivum extra Curiam, iul. nouem.

In Curia, iul. sex.

Pro instrumento intimationis licis, cessionis, & similium, iul. sex.

Pro mandato executivo extra Curiam, iul. viginticinque.

In Curia, iul. viginticinque.

Pro mandato de exequendo extra Curiam, iul. octo.

Pro fide Decreti, seu simili mandato in Curia, iul. quatuor.

Pro instrumento remissoriæ, iul. quindecim.

Pro litteris missis, etiam cum articulis, & interrogatorijs introclusis, iul. nouem.

Pro instrumeto prorogationis termini remissoriæ, seu deputationis iudicum, iul. sex.

Pro quolibet palmo roculi remissoriæ factæ, iuxta reformationem Sanctissimi sub rubr. de notarijs, & litteræ remissoriales, iul. quinque.

Pro instrumento subdelegationis, iul. decem.

Pro mandato de immittendo in possessionem soluatur tantum, quantum pro mandato executivo in Curia, & extra.

Pro deposito quocunque, etiam cedularum, nihil soluatur.

Pro restitutione verò cedulæ, vel depositi, vsq; ad summam scutorum quadraginta quinque inclusiuè, recipiant notarij omni casu bon. duos tantum pro quolibet scuto, nec aliud quidquam, neque pro restitutione cedulæ, neque pro mandato, neque pro quietatione.

A scutis quadraginta quinque supra, vsque ad quamcunque summam, quando depositum est factum ante mandati relaxationem absque conditione, vel protestatione extrinseca cum cõsensu, quòd consignetur adimpletis conuentis, & facta legitima quietatione, tunc pro mandato de consignando habeat notarius iulios quatuor cum dimidio, & alios quatuor cum dimidio pro cõsignatione cedulæ, & non vltra.

Quando verò depositum est cum protestatione, vel conditione extrinseca non conuenta in scriptura, cuius vigore agitur, adeò quod oriatur super ea decretum, tunc pro mandato de cõsignando illud habeat notarius tantùm, quantum soluereтur pro mandato illius summæ executiuo, & amplius iulios quatuor cum dimidio pro restitutione cedulæ si consignetur in totum, sin minus iulium vnum pro quietatione summæ, quæ consignabitur, & non vltra.

Quando depositum est factum post mandati executiui relaxationem quomodocunque fiat, etiam quòd plura desuper fieri decreta contingat, nunquam habeat notarius, nisi iulios quatuor cum dimidio pro mandato de consignãndo, & totidem pro restitutione cedulæ, & quietantia, si integrum consignetur, alioqui vltra mãdati prædicti mercedem, habeat iulium vnum pro quietantia, vt supra, & nil amplius in quolibet prædictorum casuum.

Pro restitutione quarumcunq; scripturarum simul, & eodẽ actu restituendarum, iul. quatuor.

Et si fuerint excessiuæ habeatur respectus quo ad copiam à notario faciendam, & in actis dimittenda in.

Item quòd pro registratura quorumcunque mandatorum, & aliorum instrumentorum, pro quibus solet fieri depositum in Rota, soluantur folia quinquaginta registri, quod tamen omni, nò fiat.

In causis coram Cardinalibus soluatur duplum iuxta solitum.

In causis Cardinalium, videlicet pro Cardinalibus propriis, & aliorum priuilegiatorum, seruetur solitum eorundem priuilegiatorum.

Pro pauperibus, tàm præsentibus, quàm absentibus, seruetur reformatio Sanctissimi, sub titulo de registris. versi. pauperibus.

Pro duplicatis soluatur medietas omnium supradictorum.

Taxa Notariorum causarum criminalium Gubernatoris, Auditoris Cameræ, Vicarii, Senatoris, ac Iudicis Burgi.

PRo receptione querelæ ex officio, vel ad instantiam partis, siue in officio, siue extra officium, nihil.

Pro examine testium pro informatione Curiæ, siue in officio, siue extra officium similiter ex officio, vel ad instantiam partis, nihil.

Pro examine reorum in carceribus, nihil.

Pro quolibet monitorio, inhibitione, vel sequestro in Curia cum clausula si quis bon. tres.

Pro inhibitione, arresto, monitorio, vel sequestro, sine dicta clausula, bon. quinque.

Pro qualibet significatione, cum fideiussione, siue obligatione, bon. quindecim.

Pro simili significatione, absque fideiussione, & obligatione, bon. decem.

Pro monitorio pœnali, citatione, inhibitione, sequestro, arresto, aut alio quouis instrumento, siue in Curia, siue extra Curiam, siue auctoritate ordinaria, siue commissaria pro Fisco, nihil.

Pro simili monitorio in Curia in vim commissionis, si adest instigator secretus, vel apertus, bon. triginta septem cum dimidio.

Pro monitorio, vel sequestro extra Curiam auctoritate ordinaria, si adest instigator vt supra, bon. viginti quinque.

Pro monitorio, vel sequestro extra Curiam in vim commissionis, si adest similis instigator secretus, vel apertus, scutum vnum.

Pro inhibitione in Curia vigore commissionis ad instantiam partis, vel si adest instigator, vt supra, bon. triginta septem cum dimidio.

Pro

Pro inhibitione simili extra curiam, iul. sex.

Pro citatione, etiam cum inhibitione vigore commissionis, etiam per edictum extra curiam, ad instantiam partis, vel si adest instigator, vt supra, scutum vnum.

Pro compulsorialibus generalibus, vel specialibus extra curiam vigore commissionis, scutum vnum.

Pro instrumento remissoriæ, scutum vnum.

Pro quolibet palmo roculi remissoriæ factæ, iuxta reformationem Sanctissimi sub rubrica de notarijs. §. litteræ remissoriales, bon. triginta septem cum dimidio.

Pro litteris missiuis pro examinandis testibus extra curiam loco remissorialium, iul. duo.

Pro litteris declaratorijs ob non paritionem monitorij extra curiam, iul. septem cum dimidio.

Si in causa commissaria, scutum vnum.

Pro brachio seculari similiter ob non paritionem monitorij extra curiam in causa ordinaria, scutum vnum cum dimidio.

Pro brachio seculari, vel mandato executiuo loco executorialium extra curiam in causa commissaria, scuta duo cum dimidio.

Pro mandato de capiendo extra curiam auctoritate ordinaria ad instantiam partis, vel instigatoris secreti, vel aperti, bononen. viginti quinque.

Si in causa commissaria, scut. vnum.

Pro edicto tempore vacantiarum, bononenos quinque,

Pro comparitione, relatione, iurium productione, vel alijs quibuslibet actis pro Fisco, nihil.

Pro qualibet relatione, comparitione, protestatione, iurium productione, vel alio actu parte instante, vbi non fit extractus, vel registrum bon. duo.

Pro actu depositi pecuniarum, vel cedulæ, nihil.

Pro consignatione depositi, pro quolibet scuto, bon. vnus.

Pro consignatione pignoris, vel rei depositæ in totum, bon. septem cum dimidio.

Pro examine cuiuslibet testis in causa capitali, vel in qua veniret imponenda pœna corporis afflictiua cum articulis, & interrogatorijs, vel cum interuentu Iudicis, vel Fisci in officio, vel domo ipsius Iudicis, iul. quinque.

Si extra domum, & officium, etiam si testis sit egregius, vel illustris, super eisdem, scutum vnum.

Si absque interrogatorijs, & interuentu Iudicis, & Fisci, vel super bona fama, aut super vno, vel duobus articulis tantum in officio, iul. duo.

Si extra officium, etiam si testis sit illustris, vt supra, iul. quatuor.

Pro examine testis in alijs causis non capitalibus, super articulis, & interrogatorijs, vel cum interuentu Iudicis, vel Fisci in officio, iul. tres.

Si extra officium etiam si testis sit egregius, vel illustris, iul. quinque.

Si absque interrogatorijs, & interuentu Iudicis, vel Fisci, in officio, bon. quindecim.

Si extra officium, bon. viginti quinque.

Si materiæ in articulis, vel interrogatorijs fuerint excessiuæ, in quolibet ex casibus prædictis augeri possit taxa, iuxta excessiuitatem arbitrio Iudicis.

Pro examine testis in officio summariè absque articulis, & interrogatorijs, iul. vnus.

Si extra officium. bon. quindecim.

Pro ostensione depositionis testium publicatorum absque copia soluatur medietas eius, quod solutum fuerit pro examine respectiuè.

Pro copia ipsius depositionis testium pro quolibet folio facto in forma boni extractus, iuxta reformationem Sanctissimi, sub rubr. de registris, bon. sex.

Pro quolibet folio copiæ indiciorum continente lineas viginti quatuor, & pro qualibet linea duodecim syllabas ad minus, si vnus tantùm reus fuerit, bon. quinque.

Si duo, vel plures Rei fuerint, etiam pro Collegio, Vniuersitate, vel Capitulo, eandem copiam insimul omnibus dare teneantur, & pro quolibet folio simili, bon. septem cum dimidio ad summum.

Pro quolibet folio extractus facti, iuxta prædictam reformationem Sanctissimi, etiam si fuerint plures Rei, vel adhærentes in eadem causa, bon. sex, dummodo in aliquo ex prædictis Tribunalibus minor taxa non existat, quam omnino seruari volumus.

Pro quolibet folio boni registri facti iuxta dictam reformationem in causis, in quibus illa fieri licet, soluatur idem.

Pro quolibet centenario rubricaturæ processus de partibus, scut. vnum cum dimidio.

Pro mandato de relaxando aliquem in causa capitali, vel alia, in qua veniret imponenda pœna corporis afflictiua, vbi præcesserint indicia, & Reus fuerit examinatus, non tamen fuerit lata, & subscripta sententia, iul. quinque.

Vbi verò Reus præcedentibus indiciis examinatus fuerit, condemnatus, vel etiam tam antequàm post composuerit, aut soluerit pœnam, seu ex gratia pœna ei remissa fuerit, scutum vnum.

Pro mandato de relaxando aliquem in alia causa, vbi præceduut indicia, & Reus componat, vel pœnam soluat, aut condemnatus ex gratia liberetur, iul. tres.

In alijs verò quibuslibet casibus pro simili mandato de excarcerando, iul. duo.

Pro præcepto iniuncto illi, qui excarceratur, nihil.

Pro rogitu cuiuslibet fideiussionis in officio, vel carcere, iul. vnus.

Si extra officium, & carcerem, iul. duo.

Pro mandato de capiendo aliquem pro indiciis, vel pro Curiæ informatione, nihil.

Pro mandato de capiendo pro cautione de non offendendo bon. quinque.

Pro non grauetur, bon. quinque.

Pro mandato de euacuãdo seruatis seruandis, iul. duo.

Pro inuentario in causa capitali, scutum vnum.

Pro simili inuentario facto de mandato Iudicis in quauis alia causa criminali, iul quinque, & plus, vel minus, arbitrio Iudicis.

Et pro simili inuentario in causa ciuili, si fieri contingat, iul. duo.

Pro esti-

Pro æstimatione, subhastatione, & venditione bonorum mobilium, vel se moventium Fisco incorporatorum vsque ad valorem scut. decem, bon. quindecim.

A scut. decem vsque ad viginti, iul. tres.

A scutis viginti vsque ad quinquaginta, bon. sexagintaquinque.

A scutis quinquaginta vsque ad centum, scut. vnum.

A scutis centum vsque ad quingenta, scuta duo.

A scutis quingentis vsque ad quamcunque summam, scuta tria, & non plus.

Pro adeptione possessionis bonorum stabilium Fisco incorporatorum intra mœnia, scutum vnum.

Si extra, soluatur iuxta importantiam causæ, & distantiam loci arbitrio Iudicis.

Pro subhastatione, venditione, & deliberatione similium bonorum stabilium vsque ad valorem scut. centum, scut. vnum,

Ab inde supra capiatur arbitrio eiusdem Iudicis.

Pro nota sententiæ diffinitiuæ, declaratoriæ, vel interlocutoriæ in quauis instantia pro Fisco, nihil.

Pro nota sententiæ absolutoriæ diffinitiuæ in causa capitali in prima instantia, scut. quatuor.

Si in secunda instantia, scuta tria.

Si in tertia instantia, scut. duo.

Pro simili nota sententiæ in alia causa, in qua veniret imponenda pœna corporis afflictiua in prima instantia, scut. tria.

Si in secunda, scut. duo.

Si in tertia, scut. vnum.

Pro simili nota sententiæ absolutoriæ diffinitiuæ in causa non capitali, & in qua non veniret imponenda pœna corporis afflictiua in prima instantia, scut. duo.

Si in secunda scut. vnum cum dimidio.

Si in tertia instantia, scut. vnum.

Pro simili nota sententiæ declaratoriæ in quauis causa, & instantia, scut. vnum.

Pro nota sententiæ diffinitiuæ in causa difcussionis, recipiatur iuxta importantiam causæ arbitrio Iudicis.

Pro nota decreti habentis vim sententiæ diffinitiuæ in quolibet ex casibus prædictis, permissis tamen, & iuxta reformationem Sanctissimi sub rubr. de Notariis, §. constitutionem, capiatur pro medietate iuxta taxam prædictarum sententiarum respectiuè, & pariter si fuerint plures arbitrio Iudicis.

Et in quolibet ex casibus prædictis, si fuerint plures, pro nota sententiæ soluatur arbitrio Iudicis.

Pro quolibet folio copiæ articulorum, vel iurium productorum factæ in stat boni originalis, bon. sex.

Pro restitutione iurium, etiam si fuerint plura, & diuerso tempore producta, bon. viginti-quinque.

Pro restitutione rerum furtiuarum Domino, etiam si fuerit necessarium mandatum, nihil.

Pro quolibet saluoconducto pro homicidio ad quoduis tempus, si forte dari contingat de mandato S. D. N. scut. vnum.

Si pro alio minori delicto, iul. quinque.

Pro decreto ad exequendum mandatum iam decretum reuocationis inhibitionis, vel sequestri, de consignando bona depositata, vel similis naturæ, vna cum fide, vel mandato desuper opportuno, bon. septem cum dimidio.

Pro cassatione cuiuslibet simplicis fideiussionis, obligationis, vel querelæ, in casibus permissis, iul. vnus.

Pro cassatione similis fideiussionis, vel querelæ, vbi secutus fuerit processus, vel examen inquisiti, non tamen condemnatio in casibus permissis, iul. duo.

Pro cassatione similis fideiussionis, vel obligationis in causa graui, & pro persona illustri attendatur importantia ipsius causæ, & personæ inquisitæ, & stetur arbitrio Iudicis, nisi partes fuerint inter se concordes.

Pro cassatione processus in causa capitali scutum vnum, & si fuerint plures, arbitrio Iudicis.

Si in causa minori, in qua tamen veniret imponenda pœna corporis afflictiua bon. septuagintaquinque, & si fuerint plures, arbitrio Iudicis.

Pro cassatione processus in alia causa non capitali, & in qua non veniret imponenda pœna corporis afflictiua iul. quinque, & si fuerint plures, arbitrio Iudicis.

Pro cassatione processus in causa graui, & pro persona illustri attendatur importantia causæ, & personæ, & stetur arbitrio Iudicis, vt supra.

Pro instrumento sententiæ in causa capitali scut. duo.

Pro simili instrumento in causa, in qua tamen veniret imponenda pœna corporis afflictiua, scut. vnum cum dimidio.

Pro simili instrumento in causa minori, scutum vnum.

Pro instrumento sententiæ declaratoriæ, absolutoriæ, vel decreti habentis vim similis sententiæ, iul. quinque.

Pro susceptione censurarum, vel termini in iudicio, bon. quinque.

Pro fide cuiuslibet actus iudicialis, iul. vnus.

Pro fide decreti visitæ, in die visitæ, nihil, extra diem visitæ, bon. quinque.

Pro rogitu procuræ in officio, bon. quinque.

Si extra officium, iul. vnus.

Pro expensis contumacialibus in causa capitali ordinaria, in qua præcedentibus iuditus Reus fuerit monitus, & in contumaciam condemnatus, scut. vnum cum dimidio, & nihil vltra à Fisco, vel alio recipiatur.

Si in causa non capitali, in qua tamen modo præmisso Reus fit in poenam corporis afflictiuam condemnatus, scutum vnum, & nihil vltra, vt supra.

Si in alia minori causa, in qua eodem modo Reus fit tantùm in poenam pecuniariam condemnatus, iulij quinque. & nihil vltra, vt supra.

Pro similibus expensis contumacialibus in causa commissaria in primo capite, vt supra, scut. duo, cum dimidio, & nihil vltra, vt supra.

Si in secundo scut. duo, & nihil vltra, vt supra.

Si in tertio capite scut. vnum cum dimidio, & nihil vltra, vt supra.

Si vo-

Si vero huiusmodi expensę fuerint in causa grui, vel pro persona illustri exigatur iuxta importantiam causæ, & qualitatem personæ arbitrio Iudicis.

Pro quibusuis aliis instrumentis, expeditionibus, & scripturis, quarum merces in præsenti taxa non exprimitur, & etiam in præinsertis, in quibus videlicet controuersia inter Notarium, & partem oriri contigerit, stetur arbitrio Iudicis, nisi aliter per reformationem sanctissimi fuerit prouisum, & Iudex per se cognoscat, & ad notarios non remittat.

In omnibus casibus prædictis, & aliis quomodolibet contingentibus pro paupere nihil penitus recipiatur, & de paupertate stetur relationi Domini Aduocati, vel *Procuratoris* pauperum, & vbi opus fuerit loco copiæ inditiorum, vel iurium, ostendantur originalia ipsi Domino Aduocato, vel *Procuratori* dictorum pauperum, gratis.

Eadem taxa preinserta seruetur in quibusuis officiis criminalibus prædictis, etiam in causis mixtis, vel etiam ciuilibus, criminalibus à dependentibus, aut in quibus de interesse Fisci agitur.

In aliis verò merè ciuilibus in eisdem officiis pertractandis, etiam in casibus prædictis, seruetur taxa Notariis ciuilibus imposita.

Taxa Notariorum Curiæ Capitolij.

De Instrumentis publicis.

PRo publicis instrumentis quorumcunque contractuum inter viuos, & quorumcunque testamentorum, & aliarum vltimarum voluntatum vsque ad quantitatem, seu valorem scutorum viginticuinque, recipiat notarius iul. tres.

A viginticuinque vsque ad quinquaginta, iul. septem cum dimidio.

A quinquaginta vsque ad centum, iul. decem.

A centum vsque ad ducentos, iul. decem.

A ducentis vsque ad mille, iul. quinque pro quolibet centenario.

A mille vsque ad quamcunque summam bon. viginticuinque pro quolibet centenario, dummodo non excedat summam scutorum viginticuinque in totum.

Pro duplicato instrumenti publicati recipiat Notarius à parte, si illa fuerit, quæ habuit præfatum instrumentum, vel illius hæres vltra mercedem scripturæ, quintam partem eius, quod valeret prædictum instrumentum, dummodo non excedat summam scutorum decem in totũ.

Pro particula testamenti, seu legati cum hæredis institutione habeat notarius à legatario, iuxta importantiam particulæ sui legati, tantùm, vt supra in primo capite.

Sed scriptus hæres ea particula quoad institutionem quoquomodo vtatur, possit cogi per notarium ad solutionem mercedis totius testamenti, dato tamen eidem instrumento publico totius testamenti.

Si verò Notarius ab hærede de institutione, aut toto instrumento testamenti fuerit satisfactus legatarius quartam partem prædictæ summæ taxatæ pro particula soluere teneatur.

Pro instrumentis diuisionum recipiat Notarius tertiam partem eius, quod acciperet si bona illa alienarentur.

Pro duplicatis illorum quintam partem, vt supra Notarius recipiat, habendo rationem in prædictis ad excessiuitatem scripturæ, super qua si esset controuersia inter notarium, & partem, stetur declarationi D. *Senatoris*.

Pro instrumentis emphiteoticis, vel liuellariis perpetuis, aut censuariis, in quibus non esset apposita æstimatio rei, habeat notarius pro quantitate census, vel canonis, æstimando ad rationem scutorum quinque pro quolibet cẽtenario, prout in primo capite, vbi verò apposita est æstimatio rei, itidem, vt in primo capite.

Pro duplicatis huiusmodi instrumentorum recipiat Notarius, vt in capite de instrumentis duplicatis superius fuit expressum.

Pro instrumentis quietationum si ipse Notarius de obligatione rogatus non fit, & est apposita certa quantitas, habeat tertiam partem eius, quod solueretur pro principali obligatione; vbi verò non est apposita certa quantitas, si res æstimari potest, habeat Notarius, prout supra declaratum est, si verò æstimari non potest, stetur arbitrio D. Senatoris pro personarum, & rerum qualitate, qui in taxatione non excedat summam scutorum decem, si verò fuerit idem Notarius, qui fuit de primęua obligatione rogatus, pro quacunque summa, siue fuerit expressa, siue non, recipiat notarius non vltra iul. quatuor.

Pro instrumẽtis publicis inuestiturę, seu adeptionis possessionis, siue immissionis in illam, recipiat Notarius bon. trigintaseptem cum dimidio.

Pro rogitu inuestiturę in Vrbe, habeat notarius, iul. tres, extra mœnia Vrbis, & infra duo milliaria, iulios quinque, & habeat equum ad equitandum.

Si verò vltra dicta duo milliaria, habeat iulios septem cum dimidio quolibet die, vltra expensas victus, & vecturas.

Pro instrumentis quorumcunque consensuũ, ratificationum, accessionum, & similium, separatis à primo instrumento cuiuscunque sint summę, & qualitatis, bon. trigintaseptem cum dimidio.

Pro instrumento cassationis obligationis recipiat notarius, prout in quietationibus est dispositum, & pro quietatione, & cassatione vno contextu facta, sufficiat vnica solutio.

Pro instrumentis locationis à decem annis citra non excedentis annuam pensionem, seu affictum scutorum centum, bon. trigintaseptem cum dimidio.

A centum vsque ad quamcunque summam, iul. septem cum dimidio.

Et si supra decennium, dummodo non fuerit contractus emphiteoticus, vel ex alijs supradictis expressis, recipiat notarius tertiam partem

mercedis expressæ in primo capite.

Pro instrumento tutelæ, vel curæ, cum inuentario tutelari, iul. septem cum dimidio.

Pro instrumento actoriæ, iul. tres.

Pro instrumento additionis hereditatis cum inuentario solemni, ac bannimento, & edicto, habeat principalis notarius scutum vnum.

Reliqui notarij se subscribentes pro quolibet bon. decem.

Et ita seruetur in his duobus postremis casibus, nisi essent hæreditates multum opulentæ, quo casu de instrumento tutelari cum inuentario, & de instrumento additionis hæreditatis plus recipiat notarius arbitrio D. Senatoris.

Pro rogitu instrumenti additionis hæreditatis cum edicto, & bannimento, ac illorum reportatione, iul. quatuor.

Reliqui notarij se subscribentes, bon. quinque pro quolibet.

Pro instrumentis mandatorum ad lites, bon. quindecim, ad quæcunque negotia, seu ad exigendum, & quietandum cum quacunque clausula, iul. tres.

Pro instrumentis fideiussionis, siue ratificationis, siue recognitionis bonæ fidei, subharrationis, & aliis similibus separatis à primo instrumento, recipiat Notarius, bon. triginta septem cum dimidio.

Et illud idem soluatur pro instrumento pacis.

Pro instrumento insinuationis donationis, si sine insertione donationis fuerit, bon. triginta septem cum dimidio, si verò cum insertione vltra scripturam, iul. septem cum dimidio.

Pro rogitu cassationis, & quietantiæ quarumcunque obligationum recipiat notarius à viginti quinque infra, iul. vnum.

A viginti quinque vsque ad quinquaginta, iul. duos.

A quinquaginta vsque ad centum, iul. tres.

Inde vsque ad quamcunque summam, iul. vnum pro quolibet centenario, dummodo in totum non excedat summam iuliorum decem.

Pro rogitibus quorumcunque instrumentorum, siue iudicialium, siue extraiudicialium, in quibus per huiusmodi taxam non esset dispositum, recipiat notarius, prout à partibus contrahentibus dari placuerit, quarum absoluto arbitrio fiari debeat.

Teneantur quoque Notarij partibus petentibus instrumentorum, de quibus rogati fuerint, copias dare simplices, exceptis instrumentis testamentorum, & consiliorum, quorum copias notarius inuitus tradere non teneatur, & pro dictis simplicibus copijs recipiat.

A scutis viginti duinque infra, iul. vnum.

A viginti quinque vsque ad quinquaginta, iul. duos.

A quinquaginta vsque ad centum, iul. tres.

A centum vsque ad quamcumque summam, iulium vnum pro quolibet centenario, ita quod pro quauis summa non excedat, iul. decem.

Exceptis instrumentis locationum, & similium minoris taxæ, pro quorum copijs non vltra iul. duos exigere valeat, habita tamen in omnibus præmissis ratione ad excessiuitatem scripturæ, super qua si fuerit inter Notarium, & partem controuersia, stetur semper declarationi Domini Senatoris.

Excipimus tamen ab obligatione huiusmodi dandi copias Archiuistas, qui nullo modo teneantur, nec possint copias quorumcunque instrumentorum notariorum defunctorum sub poena decem scutorum pro qualibet copia dare.

Pro transumptis quorumcunque instrumentorum, testamentorum, & aliarum vltimarum voluntatum Collegium habeat suam integram tertiam partem, etiam ex instrumentis defunctorum, non obstante quocunque priuilegio, etiam ex quauis causa, & occasione cuiuis personæ concesso vni ex notarijs ad huiusmodi transumpta faciendo deputatis, soluendam iuxta taxationē faciendam per dictos deputatos, reliquæ expensæ fiant sumptibus partium petentium transumptari.

Pro Iudiciarijs actibus.

Pro expeditionibus quando sunt plures personæ consortes, etiam si sint Congregationes, Collegia, Capitula, vel Vniuersitates, nonnisi pro vno tantum exigatur.

Pro quolibet monitorio de euacuando, & de respondendo articulis, bon. tres.

Pro quolibet monitorio cum inhibitione, & clausula si quis, bon. tres.

Pro eorum reportatione, bon. duo.

Pro quolibet sequestro, bon. tres.

Pro verificatione crediti ad effectum obtinendi sequestrum, siue per testes, siue per instrumentum rogatum per eundem notarium cum sequestro, in totum iul. vnus.

Pro reuocatione cuiuslibet sequestri, bonon. duo.

Pro citatione edicto Senatus, iul. vnum.

Pro qualibet Constitutione Procuratoris ad lites ad Tribunal, vel officio Notarij, bononenos duos, extra officium arbitrio partis constituentis.

Si verò fuerit constitutio cum potestate exigendi, quietandi, paciscendi, & similium in officio, bon. decem, extra officium arbitrio partis, vltra dictos decem.

Pro qualibet relatione, contradictione, replicatione, protestatione, comparitione, verbali petitione, bon. vnus.

Pro fide moderationis inhibitionis ad effectū suspensiuum, quando remanet cognitio quo ad effectum deuolutiuum, bon. quinque.

Pro productione præparatoriorum, bonon. vnus.

Pro responsione super præparatorijs, bon. tres soluendi per partem producentem, & pro viatico, si in Vrbe contingat, per partem respondentem, bon. quinque.

Pro productione libelli, siue petitionis in scriptis vnà cum actu productionis, bon duo.

Pro contestatione litis, & iuramento calumniæ in qualibet parte lite contestante, vel iurante cum iudicis interlocutoria cum decreto destinationis notarij ad recipiendum iuramentum calumniæ à qualibet parte, siue in officio, siue ad Tribunal iuris, bon. duo.

Pro productione articulorum cum actu relationis,

tionis, bononen. duo.

Pro specificatione materiarum ad Tribunal iuris, siue in officio notarij, bon. duo.

Pro inductione cuiuslibet testis, & iuramento quatren. duo.

Pro responsione articulorum ad Tribnnal, vel in domo notarij, quatren. duo pro quolibet articulo soluendi per partem producentem, si extrà domum, bon. quinque pro viatico per partē respondentem.

Pro decreto de habendis articulis pro confessatis, bon. duo.

Pro instrumento intimationis litis, bon. triginta septem cum dimidio.

Pro relatione ad dicendum contrà facultates, bon. duo.

Pro inhibitione emanata vigore facultatum, bon. septem cum dimidio, cum insertione Motus proprij bon. triginta.

Pro inhibitione vigore commissionis sine illius insertione, bon. septem cum dimidio, & cum insertione commissionis, bon. triginta.

Pro litteris remissorialibus, siue compulsorialibus cum insertione articulorum, & interrogatoriorum, bon. triginta septem cum dimidio.

Pro productione quorumcunq; instrumentorum, iurium, texerarum, aut, similium cum actu relationis pro quolibet, bon. duo dummodo non excedant iulium vnum.

Pro recognitione dictorum iurium, seu texerarum bon. duo pro quolibet teste, & pro omnibus iuribus, & texeris, & si cum interrogatorijs partis, bon. quinque.

Pro restitutione iurium quorumcunq; vnica citatione, & productione, habeat notarius iulium vnum in totum, & si ipse notarius copiam fecerit, habeat mercedem pro ipsius copia vltra iul. vnum pro restitutione.

Pro rogitu compromissi ex forma statutorum facti, iul. vnum à qualibet parte.

Pro inuentario cum iudicis decreto faciendo. iul. tres.

Pro præsentatione cuiuslibet commissionis, bon. duos.

Pro prorogatione instantiæ, siue fatalium, seu noua termini præfixione vigore commissionis, bon. septem cum dimidio.

Pro repetitione generali actorum, extractus, siue extractuum, quanti fuerint, in totum septem cum dimidio.

Pro productione librorū, restitutione, & partitarum auscultatione à quinque scutis infra, bon. quinque.

A quinque vsque ad decem, bon. decem.

A decem vsque ad viginti, bon. quindecim.

A viginti vsque ad quamcunq; summam, bon. viginti.

Pro examine testium, , & alijs.

Pro examine cuiuslibet testis vsque ad numerum quinque, vel sex articulorum, excluso articulo repetitiuo in domo notarij, iulium vnum.

Et vltra supradictorum articulorum numerū, bon. quindecim.

Si cum interrogatorijs partis, quæ numerum decem, & octo non excedant, in primo casu, iul. duos.

In secundo casu, iulios tres.

Si interrogatoria excedant numerum præfatum, parsq; dederit interrogatoria excessiua, soluat excessiuitatem. Si verò fuerit controuersia inter notarium, & partem, pars soluat notario mercedem arbitrio Iudicis.

Et in quolibet casuū prædictorum si alius notarius examini adiungatur, tantundem soluatur adiuncto à parte illum adhibente, sed si causa esset valde grauis, & perplexa, vel articuli, super quibus testes examinantur essent vltra numerum prædictum, soluatur pro modo laboris, sed si super mercede esset controuersia, soluatur notario à parte, quod fuit declaratum per Iudicem.

Si extra domum, vel officium notarij intra tamen mœnia Vrbis, vltra summam superius taxatam habeat pro viatico, siue vnus, siue plures testes examinentur iul vnum.

Si extra mœnia per duo milliaria, habeat pro viatico iulios duos, & equum ad equitandum: Si verò vltra dicta duo milliaria, habeat pro viatico (quando esset discordia inter Notarium, & partem) quod fuerit taxatum per Iudicem, ac expensas victus, & vecturas pro quolibet die.

Pro publicatione testium, & processus petita, & obtenta, termino dato ad dicendum contra, seu excipiendum, bon. duos.

Pro extractibus, & quibuscunque copijs factis in forma extractus, bon. tres pro qualibet pagina, quæ debeat in se, & qualibet facie habere lineas viginti, & qualibet linea litteras triginta duas, iuxta formam statuti sub cap. 26. libro 1. sed si extractus ab aliqua ex partibus peteretur reuideri, soluatur id, quod per Iudicem fuerit taxatum.

Pro extractu duplicato, pro medietate soluatur.

Pro rogitu voti Assertamenti, & extensione in actis, quando Iudex iuxta illud pronunciet in omnibus articulis, in quibus votum Assertamenti à Iudice conceditur, exceptis diffinitiuis, & causam terminantibus, iulium vnum.

In diffinitiuis autem, & causam terminantibus bon. quindecim.

Pro lectura cuiuslibet sententiæ diffinitiuæ, siue cum voto, siue sine voto Dominorum de Assertamento, bon. quindecim.

Pro quolibet partito litis decisiuo, siue in scriptis, siue verbali, bon. duos.

Pro iuramento desuper faciendo, bon. duos.

Pro susceptione termini ad soluendum, bonon. duos.

Pro decreto moderationis inhibitionis cum clausula si quis, bon. tres.

Pro moderatione, seu decreto de exequenda ratione recursus ad DD. Conseruatores, vel alios etiam cum clausula, nisi, pro quacunque summa, bon. tres.

Pro alijs verò moderationibus cum remissione causæ, bon. quindecim.

Pro bussula, & extractione Consultoris, bon. septem cum dimidio.

Pro traditione voti Assessoris, seu Consulto-

ris, & viatico, in totum iulium vnum.

Pro apertura dicti voti cū sententia, bon. quin decim.

Pro electione peritorum à qualibet parte eligendorum, bon. duos.

Pro relatione eorundem peritorum à qualibet parte, & qualibet relatione, bon. duos.

Pro significatione concedenda, vigore instrumenti dotalis rogati per eundem notarium, bon. vigintiduos cum dimidio.

Pro copia cuiuslibet sententiæ bon. decem, præterquam causarum discussionum prioritatis, & potioritatis, pro quibus soluatur pro modo scripturæ.

Pro non grauetur, siue significatione de non molestando, bon. tres.

Pro interpositione appellationis, & cedulæ productione cum iudicis responsione, tàm in interlocutorijs, quàm diffinitiuis, bon. duos.

Pro reditu Apostolorum, & responsione facta per Iudicem, bon. duos.

Pro instrumento publico appellationis, cum insertione cedulæ appellationis, vel sine, cum iudicis responsione, bon quindecim.

Pro instrumento publico, vel fide responsionis Apostolorum separato in alio folio ab appellatione primo loco interposita, bon decem, & si insertum fuerit cum primo instrumento, nihil soluatur.

Pro reportatione dicti instrumenti, cum citatione, vel sine, bon. duos.

Pro fide mandati ad lites, bon. quinque, ad alia quæcunque negotia, iulium vnum.

Pro fide remissionis cauſę, vel reuocationis seq; siti, moderationis inhibitionis, cum clausula, si quis, & aliorum similium, bon. septem cum dimidio.

Pro fide tutelæ, vel curæ, vel actoriæ, vel additionis hæreditatis substantialiter, vt fieri solet, consensus, fidejussionis, obligationis apud acta, immissionis in possessionem, reiectionis instrumenti appellationis, moderationis inhibitionis sine clausula, si quis, pronuntiæ defertionis causæ, & similium, bon. triginta septem cum dimidio, vbi verò taxa instrumentorum publicorum esset minor, soluatur prout in taxa instrumentorum.

Pro repetitionibus.

Pro repetitione instrumenti, de quo fit idem Notarius rogatus, continētis vsque ad summam scutorum vigintiquinque, iulium vnum.

A vigintiquinque vsque ad quinquaginta, iul. duos.

A quinquaginta vsque ad centum, iul. tres.

A centum vsque ad quingentos, iul. quinque.

A quingentis vsque ad quamcunq; summam, iul. decem.

Pro repetitione instrumenti locationis ad non longum tempus, vsque ad summam scutorum vigintiquinque annuæ pensionis, siue affictus, iul. vnum.

A vigintiquinque vsque ad quinquaginta, iul. duos.

A quinquaginta vsque ad centum, iul. tres.

A centum vsque ad quamcunque summam, iul. quinque.

Pro repetitione instrumentorum in actis rogatorum per Notarium causæ, & aliàs repetitorum bonon. septem cum dimidio pro omnibus, si vero fuerit in alio iudicio, bononenos septem cum dimidio pro quolibet instrumento respectiue repetito.

Pro rogitu decreti mandati vigore prædictarum repetitionum, à vigintiquinque infra, bon. septem cum dimidio.

A vigintiquinque vsque ad quamcunque summam, iul. vnum.

Pro repetitione sententiæ in actis rogatæ, recipiat Notarius prout in capitulo de locatione ad modicum tempus dictum est.

Si vero certa quantitas expressa non esset pro mercede repetitionis, recipiat bonon. septem cum dimidio.

De depositо, & illius consignatione.

Pro depositо in pecunia numerata, seu cedula, vel in re mobili præciosa, seu aliàs in manibus Notarij faciendo, pro quacunque summa recipiat Notarius bonon. duos pro quolibet depositо.

Pro configuratione, seu restitutione cuiuslibet depositi in pecunia numerata, vel re mobili, vsq; ad summam scutorum decem, habeat Notarius bon. duos pro quolibet scuto.

Ab inde supra vsq; ad quamcunque summam habeat Notarius bon. vnum pro quolibet scuto, dummodo in totum non excedat summam scutrium.

Et idem seruetur per Mandatarios in subhastatione pignorum, & illorum deliberatione.

Si verò depositum factum fuerit in cedula vsq; ad scuta quinquaginta, bon. quindecim.

Vsque ad scuta centum, bon. vigintiquinque.

Vsque ad quamcunque summam, bon. triginta septem cum dimidio.

Pro depositо in immobilibus penes acta Notarij, vel certiam personam faciendo, recipiat Notarius vsque ad summam scutorum centum, bon. quinque.

Vsque ad quamcunque summam, iulium vnum.

Et totidem pro restitutione, seu cassatione.

Pro sententijs publicis, siue in extractu registrandis.

Si in ordinarijs diffinitiua sit sententia, continens quantitatem, seu rem minoris valoris quinquaginta ducatorum, recipiat notarius bon. triginta septem cum dimidio.

A quinquaginta vsque ad trecentos, ducatum vnum.

A trecentis vsque ad quingentos, iulios quindecim.

Inde vsque ad quamcunque summam, seu æstimationem, scuta duo.

Si verò certam non contineat quantitatem, vel

vel de facili eius valor æstimari non possit, habeat Notarius ducatum vnum, aut plus, vel minus arbitrio Iudicis pro rerum qualitate, & personarum, dummodo prædictam summam duorum scutorum non excedat.

Pro sententijs verò super executione instrumentorum, sententiarum, testamentorum, & priuatarum scripturarum, si certam contineant quantitatem, vel rei valor de facili liquidari possit, vsque ad summam vigintiquinque ducatorum, recipiat Notarius bon. viginti duos cum dimidio.

Vsque ad quinquaginta, bononenos triginta septem cum dimidio.

Indè vsque ad centum, iulios sex.

A centum vsq; ad ducentos, ducatum vnum.

Indè vsque ad quamcunque summam, vel æstimationem, ducatos duos de carolenis.

Pro sententia super euacuatione, seu extractatione, iulios tres.

Pro sententia super interdictis quibuscunque, iulios septem cum dimidio.

Pro sententia lata in causa conuentionis, & reconuentionis introductæ ante litem contestatam, Notarius habeat mercedem, vt supra dictum est pro vnica sententia tantùm, non autem pro duabus, secus quando reconuentio facta fuerit post litem contestatam, quia tunc satisfiat pro duabus sententijs, iuxta præcedentem taxam.

Pro interlocutorijs, si publicentur cum signo, bon. quindecim.

Pro quolibet actu iudiciario, de quo instrumentum actorum confecerint, bon. tres, in quo debeant acta integra, & non mutilata scribere, alioquin mercedem petere non possint, & acceptam restituere teneantur.

In causis verò discussionum accipiat à quolibet graduato pro summa graduata mercedem, vt supra in causis executiuis est taxatum.

Pro mandatis.

Pro quolibet mandato in contumaciam, etiam de euacuando, pro quacunque summa, bon. tres.

Pro mandato de consignandis pignoribus, bon. tres.

Pro mandato de parendo sententiæ, iul. tres.

Pro reportatione dicti mandati, bon. duos.

Si cum repetitione actorum sententiæ, siue sententiarum, & rei iudicatæ, bon. septem cum dimidio.

Pro mandatis executiuis in summarijs, vel executiuis, & vigore obligationis in forma Cameræ, vsque ad summam ducatorum decem, iulium vnum.

A decem vsque ad vigintiquinque, iulios duos

A vigintiquinque, vsque ad quinquaginta, bon. triginta septem cum dimidio.

A quinquaginta, vsque ad centum, iulios sex.

A centum, vsque ad quingentos, iulios decem.

A quingentis, vsque ad quamcunque summam, iulios quindecim.

Pro mandato duplicato, vsque ad summam scutorum decem, bon. quinque.

Vsque ad quinquaginta, iul. vnum.

Ab indè vsq; ad quamcunque summam, bon. viginti.

In ordinarijs.

Pro mandato seruatis seruandis à vigintiquinque vsque ad quinquaginta ducatos, iulios tres.

A quinquaginta, vsque ad centum, iulios sex.

A centum, vsque ad trecentos, scutum vnum.

A trecentis, vsque ad quingentos, iulios quindecim.

A quingentis, vsq; ad quamcunque summam, scuta duo.

Pro mandatis duplicatis, seruetur forma superius tradita.

Pro mandato vigore termini, quando aliquid non fuerit verificatum, bon. tres.

Quando verò fuerit aliquid verificatum, soluat vt supra fuit dispositum in mandatis seruatis seruandis.

Pro mandato de euacuando seruatis seruandis, iulios tres.

Pro mandato suspicionis fugæ cum examine, siue iurium productione, bon. quindecim.

Pro mandato de restituendis pignoribus captis vigore mandati in contumaciam, bon. tres.

Si verò alterius mandati, bon. quinque.

Pro mandato de excarcerando, seu relaxando carcerato, pro quacunque summa bon. quindecim.

Pro mandato gratioso in consignatione cedulæ depositi, seu pecuniarum alibi, quàm in manibus Notarij depositarum, vsque ad summam scutorum vigintiquinque, iulium vnum.

A vigintiquinq;, vsque ad quamcunque summam, iul. tres.

Pro arresto in carceribus, iulium vnum.

Pro appositione manus in mandatis alterius Iudicis, à decem infra, bon. quinque.

Ab indè vsque ad quamcunq; summam, bon. quindecim.

Pro appositione manus in mandato de auferrendo pallium, de aperiendo portam per vim, vel de capiendo, quando non potest exequi in bonis, vel de exequendo non obstante significatione, & similibus, bon. tres.

Pro mandato de immittendo in possessionem, & de associando, iul. tres.

Sed si esset relaxatum seruatis seruandis, in ordinarijs causis habeat Notarius prout in ordinarijs causis pro mandati executiui est dispositum: Et in dubio, quando esset discordia inter partem, & Notarium, stetur declarationi Iudicis.

Pro mandato de manutenendo, iulium vnum.

Pro bannimento pro subhastatione bonorum immobilium, bon. quindecim.

Pro reportatione illius, bon. duos.

Pro decreto deliberationis bonorum stabilium plus offerenti, bon. quindecim.

Pro decreto adiudicationis bonorum, bon. duos.

Pro decreto dationis in solutum, bon. quindecim.

Pro examine listæ expensarum, bon. septem cum dimidio.

In casibus autem, in quibus scriptura videretur excessiua, cuius excessiuitatis ratio semper habeatur, orta controuersia, recipiat Notarius quantum per Iudicem, vel Senatorem respectiuè ostensum taxatum fuerit, cui declarationi semper stare debeat Notarius, & partes in casibus hic non expressis.

In quibus non reperitur prouisum per huiusmodi taxam, procedatur prout in similibus, & aliàs arbitrio Senatoris, vel Iudicum vt supra, qui non excedant summas taxatas.

Et quòd præsens taxa indistinctè seruetur à Protonotario, Notarijs Conseruatorum, Capitanei appellationum, Magistrorum Viarum, Iustitiariorum, quorumcunque Consulatuum, (pro medietate tamen qui gratis officium, & non titulo onerofo habent, iuxta reformationem sanctissimi) & alijs quibuscunque Notarijs Capitolinum forum versantibus in omnibus casibus, in quibus particulariter quoad eos respectiuè per statuta, vel reformationes prouisum non fuerit; Et ita Senator, & alij Iudices teneantur facere ab omnibus seruari sub pœnis infrascriptis, sub quorum iurisdictione, & correctione sint omnes Notarij prætati, Archiuistæ, & alij quómodocunque, & qualitercunque in foro Capitolino, & illius curijs versantes etiam si prætati Notarij sint Officiales.

Quòd quilibet Notarius, qui aliquid receperit vltra summam præsentis taxæ, vel aliàs contrauenerit supradictis, pro qualibet vice puniatur in scutis decem, quæ actio sit populares, & applicetur pro medietate Fisco Capitolino, & pro alia Collegio absque spe alicuius gratiæ, siue remissionis, & vltra dictam pœnam pro secunda vice suspendatur Notarius ab officio arbitrio Senatoris, vel Iudicis causæ, & pro tertia vice puniatur arbitrio eorundem.

Notarius, qui quolibet anno non confecerit suum protocollum instrumentorum, & manuale actorum, iuxta formam Statuti Vrbis, & infra duos menses post festum Natiuitatis Domini illa non exhibuerit perfecta Decano, & Mensario, vltra pœnam flaturcam non possit ab aliquo exigere, nisi tertiam partem mercedis superius taxatæ, etiam quoad acta iudiciaria, sententias mandata, & quecunque alia, & quatenus exegerit, reddum restituat, & incidat in pœnam superius impositam plus debito recipientes. Et Decanus, & Mensarius teneantur præmissa seruari facere.

Taxa Notarii Magistrorum Viarum.

PRo litteris patentibus licentiæ occidendi hædos, coquendi castaneas in locis publicis, aperiendi macellum porcorũ, immittendi tabularia, & similium rerum, non recipiat Notarius vltra iulium vnum.

Pro litteris patentibus loci perpetui in platea Agonis in pergameno cum capitula, sigillo, & cera, in totum iul. quinque.

Pro litteris patentibus facultatis sternendi lateribus, vel silicibus, vias publicas, siue alterius operis construendi, iul. vnum.

Pro litteris patentibus perpetui macelli, semel tantùm iul. quinque.

Pro licentia fodiendi puteolanam, & lapides, iul. tres.

Pro litteris patentibus concessionis aquæ, iul. quinque.

Pro litteris patentibus licentiæ vehiculorum, siue Cocchiorum, iul. tres.

Pro renuncia vehiculorum, seu Cocchiorum, iul. vnum.

Pro litteris concessionis fili, & terreni publici simul, iul. quinque.

Pro litteris concessionis fili tantùm, iul. duos.

Pro mandato de retinendis pignoribus ad Curiæ, siue officij instantiam captis, cassationis querelæ, contrauentionis bannimentorum, seu incursus pœnarum, bon. quinque.

Pro productione mensuræ scilicet, vel lateritij, bon. duos.

Pro relatione peritorum, bon. duos.

Pro aperitione relationis, & decreto, pro quolibet parte bon. quindecim.

Pro mandato de restituendis pignoribus vigore mandati executiui captis, bon. tres.

Pro mandato de restituendo equos, siue bubalos, aut alia animalia, bon. quinque.

Pro mandato de capiendo, nihil.

Pro mandato de excarcerando pro vno, vel pluribus eiusdem facti consortibus, bon. viginti quinque.

Pro mandato de assistendo, vna cum ipsa assistentia Notarii, & rogitu, bon. quinquaginta quinque.

Pro mandato de amouendo, vnà cum assistentia Notarii, & rogitu, bon. quinquaginta quinque.

Pro licentia deuastandi vias cum obligatione de reficiendo, iul. duos.

Pro qualibet licentia à Magistris data Carrecteris expurgatoribus latrinarum, bon. duos.

Pro visione loci differentiæ in Vrbe, bonos quindecim.

Extra Vrbem, iul. tres.

Pro quibuscunque edictis, siue bannimentis, nihil.

Pro taxa instaurationis, seu directionis viarum, vel iectitus, si vsque ad summam scutorum quingentorum, scutum vnum pro quolibet centenario.

Ab indè supra, vsque ad summam scutorum mille, iul. quinque pro quolibet centenario.

A mille supra vsque ad quamcunque summam, scutum vnum pro quolibet milliari.

Et prædicta intelligantur pro quocunque suo labore, tàm in confectione taxæ, quàm illius exactione, & executione, ita quòd nihil aliud exigere possit, nec etiam pro confectione, & registratione mandatorum solutionis faciendæ pro mandatis Depositario directis de soluendis pecunijs iectitus, siue emendationis damnorum, & similium, nec alio quouis prætextu.

Et ſi

Et si contingat taxam augeri, aut nouam fieri pro eodem opere, augmentum, seu noua taxa iungatur, & computetur cum prima taxa ad prædictam Notarij mercedem æstimandam.

Et dictam mercedem Notarius exigere non valeat, nisi exacta prius integrè taxa, & interim donec taxa integrè exacta fuerit; possit Notarius recipere tantùm mercedem pro medietate taxæ exactæ.

Eadem merces soluatur Submagistris Viarum pro suis laboribus in confectione taxarum, & si labor fuerit valdè excessiuus, remittatur arbitrio Domini Præsidis, dummodo huiusmodi arbitrium medietatem supradictæ taxæ non excedat.

Pro litteris patentibus exactorum, & fideiussione per exactores præstanda de fideliter exercendo, & ratione reddenda, non exigat Notarius vltra iulios tres, & pro fideiussione, iul. vnum.

Neque Notarius, neque eius substituti pecunias taxæ, nec etiam à sponte offerentibus, recipiant, sed omnes taxæ debitores remittant ad exactores, seu ad Depositarium.

Nullo modo esse possint Exactores, neque Notarius, neque eius substituti, neque mandatarius, neque viarum fabricatores.

Supradicta merces Notarii seruetur etiam in taxis pendentibus.

Pro immissione, seu restitutione fistularum, Notarius non exigat vltra iulium vnum, & Commissarius, seu persona ad id deputata, quæ actu interuenit, non vltra iulios quinque.

Pro rogitu instrumenti pro quolibet centenario, vsque ad scuta quinquaginta, iul. duos.

Ab indè supra iul. vnum pro quolibet centenario scutorum, dummodo non excedat in totum summam scutorum quinque.

In causis coram Cardinali Camerario, seu Præside Viarum, tàm conjunctim, quàm diuisim cum Magistris Viarum.

PRo monitorio de vendendo, seu de rescindendo, soluatur iul. vnus.

Pro simili monitorio extra Vrbem, cũ insertione litterarum, seu commissionis, bon. septuagintaquinque.

Pro visione loci differentiæ in Vrbe, iul. tres.

Extra Vrbem vltra vnum milliare, iul. sex.

Pro nota, & publicatione sententiæ diffinitiuæ, scuta duo.

Pro instrumento sententiæ coram Camerario, & Magistris Viarum, pro quacunque summa, bon. quadragintaquinque.

Pro mandato de consignando pecunias parti, bon. quinque.

Pro nota decreti diffinitiui in causis ordinariis, etiam coram Præside, vel cum voto Cardinalis Camerarij, seu eius Auditoris, bo. triginta quinque.

Pro depósito sportularum, tàm pro sententiis, quàm pro decretis diffinitiuis non recipiat, nec deponi faciat Notarius, neque eius substituti, nisi summam verè Iudicibus debitam.

Pro mandato de immittendo in possessionem in vim sententiæ nullo alio mandato executiuo præcedente, scutum vnum.

Præcedente vero mandato executiuo, bon. vigintiquinque.

Pro repetitione sententiæ inter alias personas latæ bon. triginta septem.

Si autem erit lata inter easdem personas, bon. duos.

Pro declaratione de emendo, iuxta formam constitutionis fœl. rec. Gregorij Papæ Decimitertij super iure congrui, iulium vnum.

Pro productione intimationis factæ vicinis, seu inquilinis vigore dictæ constitutionis, iulium vnum.

Pro iuramento iuxta formam dictæ constitutionis præstando, tàm ab emptoribus, quàm à venditoribus, iulium vnum pro qualibet parte.

Pro consignatione, siue restitutione cedulæ depositi in Monte Pietatis, vsque ad summam scutorum quinquaginta, bon. vnum pro quolibet scuto.

A dicta summa vsque ad scuta quingenta, scuta duo.

Ad indè supra vsque ad scuta mille, scuta quatuor.

A mille supra vsque ad quamcunque summam non vltra scuta sex in totum.

In causa verò mercedis pro consignatione cedulæ, seu restitutione depositi in omnibus præmissis, in omnibus pro medietate.

Pro restitutione cedulæ faciendæ ipsimet parti deponenti in casu succumbentiæ, cessionis litis, aut alio quocunque casu, in quo depositum non habeat effectum, exigantur bon. quadragintaquinque, & non vltra.

Pro depósito bonorum mobilium cuiuscunq; summæ, vel pecuniæ vsque ad summam scutorum quinque in manibus Notarii, nihil.

Pro restitutione depositi, vsque ad summam scutorum quinque, bononen. vnus pro quolibet scuto.

Pro restitutione verò mobilium penes eum depositorum, exigat prout supra dictum est pro restitutione cedulæ depositi.

Pro quolibet actu coram Illustrissimo D. Camerario tantùm nihil.

Pro examine testium coram Illustrissimo Domino Camerario cum articulis, & interrogatorijs, bon. triginta quinque pro quolibet teste.

Super materiis vero in citatione expressis, iul. vnus.

Pro mandato de parendo sententiæ, vel decreto diffinitiuo, iul. tres.

Pro non grauetur coram Illustrissimo Domino Camerario tantùm, iul. vnus.

Extractus autem faciat Notarius, iuxta formam reformationis Sanctissimi Domini Nostri, ita vt acta in eo describantur, prout iacent in manuali, nec repetantur nomina, dignitates, aut tituli Iudicum, seu partium dirigentium, aut Procuratorum comparentium, vel similia, & singula folia contineant in qualibet eorum pagina ad minùs lineas viginti quatuor, & vnaquæque linea ad minus syllabas duodecim, &

& scribantur littera bona, & intelligibili, & aullatenus in charta bibula, & aliis iuxta formam dictæ reformationis, alioquin partes ad earum solutionem non teneantur, & seruata forma prædicta habeat Notarius pro singulis fol. bon. septem cum dimidio.

Pro copia simplici benè scripta ad instar boni originalis pro quolibet folio bon. sex.

Pro extractibus, & quibuscunque alijs scripturis, & actis conficiendis pro officio nihil, nec etiam pro sigillo.

Pro cessione litis, iul. tres.

In reliquis Notarius seruet taxam nouissimam Notarijs Curiæ Capitolinæ præscriptam, quam in eius officio in propatulo appensam simul cum ista perpetuo retinere debeat.

Vltra præmissa non exigat Notarius, nec eius substituti aliquid etiam à sponte dantibus sub pœna priuationis officij, & alijs pœnis, de quibus in generali reformatione Sanctissimi Domini Nostri.

Taxa Notarij Ripæ seruanda, etiam coram Præside in quacunque instantia.

PEr qualsiuoglia petitione, ò atto, baiocco vno.

Per qualsiuoglia decreto, che non finischi la causa, baiocco vno.

Per essame d'vn testimonio, doue non siano articoli, baiocchi tre.

Per essame d'vn testimonio, doue siano articoli, & interrogatorij, baiocchi sette, e mezo.

Per la produttione di qualsiuoglia instrumento, ò poliza, baiocchi due.

Per qualsiuoglia decreto definitiuo, doue non interuiene cedula di sentenza, baiocchi tre.

Per rogito di qualsiuoglia sentenza data in scriptis in causa ciuile, baiocchi sette, e mezo.

Per qualsiuoglia sentenza assolutoria in causa criminale data in scriptis, baiocchi sette, e mezo.

Per qualsiuoglia mandato esecutiuo, baiocchi tre.

Per qualsiuoglia mãdato penale, baiocchi tre.

Per qualsiuoglia mandato di relasso, tanto ciuile, quanto criminale, baiocchi cinque.

Per vn mandato sospetto di fuga, baiocchi sette, e mezo.

Per il termine, che si piglia in giuditio, baiocchi due.

Per il rogito di ciaschedun'instrumento, baiocchi sette, e mezo.

Per instrumento publico fin'alla somma di venticinque scudi, baiocchi quindici.

Per instrumento publico fin'alla somma di scudi cento, giulij cinque.

Da cento scudi fin'à mille, mezo scudo per cento.

Da mille in sù fin'à qualsiuoglia somma, scudi sei, & non più.

Per restitutione di scritture, ò di instrumenti prodotti, ritenuta la copia collationata, con obligo di riportarli, se la copia sarà fatta dal Notaro, habbia per detta restitutione, & obligo, baiocchi quindici, se le sarà data la copia, & lui solo la collationarà, habbia baiocchi cinque.

Doue occorre far atto, ò instanza, ò decreto di più persone nominate insieme, ò sia in causa di discussione, ò di assicuramenti, ò in qualsiuoglia altro modo, ò causa, anco se fosse Vniuersità, Congregatione, Capitolo, ò Collegio, non si paghi se non l'ordinario, che si pagaper vn solo.

Che quando si dimanda il conto, basti darlo semplice dal Mercante senz'altra mercede al Notaro, che vn baiocco per l'atto.

Quando si dimandasse essibir li libri, basti solo essibirli al Camerlengo, & con il Notaro collationare il conto, che lascierà, & riportarli, & il Notaro habbia per sua mercede con l'atto baiocchi due.

Per qualsiuoglia inuentario, ancorche si facesse ad instanza di più persone, & della Corte, per qualsiuoglia causa ciuile, ò criminale, baiocchi settantacinque.

Doue occorre far deposito di qualsiuoglia sorte di robbe, in caso di fallimento, discussione, ò morte, si faccia in mano di vn mercante idoneo di Ripa. Mà se saranno denari, si faccia nel Monte della Pietà, & in questi casi il Notaro non habbia più, che baiocchi due, per l'atto.

Ne gl'altri casi da cinque scudi in giù si faccia in mano del Notaro, da detta somma in sù, se in denari, nel Monte della Pietà, se in robbe, ad arbitrio del Camerlengo.

Et per la restitutione de'detti depositi, che si faranno in mano del Notaro, habbia esso Notaro, computato l'atto, & la quietanza, per ogni scudo, baiocchi due.

Per quelli, che non si faranno in man sua, habbia solamente il Notaro per l'atto baiocchi due.

Che il Notaro nõ possa pigliar deposito alcũo senza il decreto del Giudice, eccetto quando fosse relasato il mandato contra il debitore, nel qual caso li possa far'vo non graventur, riceuendo lui, ò depositando la parte, come sopra la quantità giudicata, & le spese fatte, le quali debbia il Notaro pagare interamente al creditore, senza ritenersi deposito alcuno, mà farsi pagare dal debitore quanto fra loro saranno d'accordo, quando gli darà il non gravetur.

Se per decreto di Giudice si farà deposito in mano del Notaro, debbia esso Notaro farsi pagare, quanto gli viene dal deponente, quando farà il deposito, acciò il deposito intiero si consegni al creditore senz'alcuna diminutione.

Che il Notaro per portar'atti, & informare il Camerlengo, non possa pigliar cosa alcuna: Mà per informare, & portare atti al Presidente,

possa

possa pigliare baiocchi sette, e mezo.

Per pigliar'il possesso dentro di Roma, al Notaro si paghi baiocchi trentasette, e mezo.

Fuori di Roma fin'à tre miglia, ad instanza di vno, ò di più persone, che siano insieme in causa contro di vno, giulij sette, e mezo.

Et se si andasse lontano più di tre miglia, & contro diuerse persone, & in diuersi luoghi, si pigli quel più, che parerà al Camarlengo.

Per qualsiuoglia calculo per conto di getitti, ò altre simil cose, se terrà il testimoniale fatto, il Notaro non possa pigliare più d' vno scudo in tutto, computato tutto quello si è fatto in tal causa, con la sentenza, la quale anco sia tenuto dar autentica.

Se essaminerà esso Notaro li testimonij habbia d'hauere di più dello scudo la mercede dell'essame delli testimonij, secondo quello, che è detto di sopra circa l'essame de' testimonij, & questo s'intenda tanto in approuare, quanto in reprouare.

Che il Notaro, ò altra persona, che haurà cura di tenere li tratti, siano obligati tenere fino al numero di cento trasti, & le barche, ò padroni di esse, che l'adopreranno, siano obligati à pagare li soliti quindici baiocchi, & nel partir loro, cõsignarli fuora dell'acqua al padrone delli trasti, ouero notificare à qual barcha l'hauranno consignati, per seruirsene sotto pena di pagarli del suo, & mancando il numero delli cento trasti, le barche che non l'adopraranno per mancamento di essi, non siano tenute à pagare cosa alcuna per tal conto, nè le fragate, che non vsano adoprarli.

Per qualsiuoglia subhastatione, baiocchi due.

Per qualsiuoglia deliberatione si paghi al Notaro fino à scudi cento, baiocchi due per scudo.

Da cento fino à cinquecento, baiocco vno.

Da cinquecento fin'à mille, mezo baiocco.

Da mille sopra, non si possa ascendere più.

Per la prima poliza, che si fà per l'espeditione delle barche, baiocchi sette, e mezo.

Non si possa commettere cosa alcuna, nè Ciuile, nè Criminale ad Assessore alcuno, & volendo il Camerlengo il parer del Sauio, lo pigli da se stesso, senza interuento delle parti.

Il Notaro, che pro tempore sarà a Ripa, debbia per se stesso, & non per sustituti sottoscriuere mandati, instrumenti, fede, & simili atti, se già non fosse talmente impedito da infermità, ò altro caso, che paresse al Camerlengo di dar auttorità di sottoscriuere ad altro idoneo, che nominasse il detto Notaro, & con il quale lui si debbia accordare.

Da dieci scudi d'oro in giù non si possa in modo alcuno appellare, nè dir di nullità.

Li Notari, nè altri possin prendere parte alcuna della pena graciata, ò in tutto, ò in parte, se sia fatta la gratia, ma debbano ancor loro restar contenti della gratia.

In modo alcuno non si faccia stratto nella prima instanza, ancorche la causa fosse commissaria, se già tutte le parti non se nè contentassero, ma se vna delle parti lo addimanda nella seconda instanza, si possa fare, & in tal caso si faccia all'vsanza di Campidoglio, & si pigli baiocchi tre per foglio.

Se in causa criminale occorrerà far estratto, ò dar copia d'inditij, si pagi baiocchi cinque per foglio.

Per vn monitorio, baiocchi tre.

Per vn sequestro, baiocchi tre.

Per vn'inhibitione concessa per facultà ordinaria, baiocchi tre.

Per vn'inhibitione vigore commissionis, baiocchi tre.

Per vn non grauetur, ò mandato di non molestare, baiocchi tre.

Per vn partito, che decida la causa baiocchi due.

Per fede di esseguire vn mandato fuor della Corte, baiocchi due.

Per li mandati, & qualsiuoglia altre effattioni, che si fanno dal Presidente in nome, & col sigillo del Cardinal Camerlengo, baiocchi dieci, oltra il sigillo.

Per restituir chiaui, ò beni inuentariati con la quietanza, baiocchi due.

Per vn Monitorio extra Curiam in carta pergamena infra quaranta miglia, giulij noue.

Per vn Mandato simile extra Curiam in carta pergamena, giulij noue.

Tassa delli Mandatarii di Ripa.

Per ciascheduna citatione, baiocco vno.

Per ciascheduno mandato penale, baiocchi due

Per ciascheduna subhastatione, & deliberatione fino a scudi tre, baiocco vno per scudo, da tre scudi in sù, baiocchi due per scudo, purche non passi in tutto vno scudo.

Per ciascheduna citatione nel luogo, il quale si dice il franco, baiocchi due.

Per ciascheduna citatione alle porte della Città, baiocchi due.

Per citatione da farsi fuora delle porte della Città fra vn miglio, baiocchi sei, da vn miglio in sù, baiocchi quattro per miglio.

Tassa delli Essecutori di Ripa.

Per ciascheduna essecutione reale, ò personale fino alla somma di cinque scudi, baiocchi sette, e mezo.

Sino alla somma di dieci scudi, baiocchi quindici.

Sino alla somma di cinquanta scudi, baiocchi trentasette, e mezo.

Da lì in sù fino a ciascheduna summa, baiocchi settantacinque.

Nelli casi, ne' quali è pena capitale, ouer di sangue, baiocchi settantacinque.

Et nelli casi, nelli quali se li deue la quarta parte della pena secondo li statuti, cioè quando esso è primo instigatore, e delatore del delitto, se li paghi la quarta parte della pena, che realmente, & effettiuamente si esigerà: Et sia obligato stare alla compositione, ò gratia, che si farà della pena in parte, ouer del tutto.

Taxa seruanda in Curia Ripettæ, tàm in prima, quàm in secunda instantia per Iudicem, Notarium, & alios Officiales dictæ Curiæ, etiam coram Præside

De Sportulis Iudici soluendis.

PRo qualibet sententia diffinitiua, seu decreto seruatis seruandis facto, vsque ad summam scutorum centum, soluantur bon. duo cũ dimidio pro quolibet scuto.

Ab indè supra, vsque ad quamcunque summã, bon. duo pro quolibet scuto, dummodo non excedat scuta tria monetæ.

Pro quolibet mandato suspicionis fugæ, etiam parte citata relaxato, bon. quinque.

Pro quolibet mandato restitutionis pignorum, bon. quinque.

Pro mandato relaxationis carcerati, etiam pro pluribus in eadem causa, bon. quinque.

Pro mandato vigore termini in officio suscepti, bon. quinque.

Pro mandato vigore obligationis Cameralis, iul. vnus.

Pro mandato de capiendo pro cautione de non offendendo, iul. vnus.

Pro mandato de relaxando carceratum, vel carceratos, etiam plures pro inditijs in eadem causa, dummodo inditia fuerint releuantia, iul. vnus.

Pro cassatione obligationis, vel processus, etiam pro pluribus in eadem causa criminali, iul. vnus.

Pro viatico faciendo ad videndum aliquam differentiam in Vrbe, bon. triginta septem cum dimidio.

Extra Vrbem citra decem milliaria, scutum vnum auri, vltrà decem, scutum vnum auri quolibet die, & expensæ victus.

Pro reuocatione sequestri data cautione, bon. quinque.

Si verò seruitijs seruandis, soluatur, vt supra dictum est de diffinitiua.

Pro sententia absolutoria, siue decreto seruatis seruandis facto in causa criminali in casibus permissis à Constitutione Sanctissimi Domini Nostri Papæ etiam pro pluribus in eadem causa, bon. septuaginta quinque.

Pro quibuscunque pœnis pecuniarijs, & alijs rebus confiscandis, quarta pars iuxta solitum assignetur eidem.

Et prædicta taxa seruetur, etiam quòd in causis ab initio adsit, vel postea superueniat commissio.

De mercede Notarij, tàm in prima, quàm in secunda instantia, etiam coram Præside.

Pro monitorio, bon. tres.
Pro sequestro, bon. tres.
Pro non grauetur, bon. tres.
Pro inhibitione cum clausula si quis, bon. tres.
Pro reproductione illorum, & decreto moderationis, seu reductione ad viam iuris, bon. duo.
Pro quacunque relatione, protestatione, & responsione, bon. vnus.
Pro quocunque termino habito pro seruato, nihil.
Pro monitione, facta partibus præsẽtibus, nihil
Pro mandato suspicionis fugæ, etiam parte citata relaxato, & cum examine testium, siue productione librorum, & iurium vsque ad scuta viginti, bon. quindecim.
A viginti supra pro quacunq; summa, iul. tres.
Pro arresto contra carceratum, constito de credito, & mandato relaxato soluatur prout in mandato suspicionis fugæ.
Pro mandato de relaxando carceratum cum cautione, vel de consensu, vsque ad scuta decem in totum bon. quindecim.
Ab indè supra., vsque ad quamcunque summam, iul. duo.
Pro mandato in contumaciam relaxato, bon. tres.
Pro illius reuocatione, bon. tres.
Pro quacunque significatione subscripta, vel non subscripta à Iudice, bon. tres.
Pro quocunque depositi fiendo, bon. duo.
Pro restitutione depositi pro quolibet scuto, bon. duo, sed in causis mercedum pro medietate.
Pro rogitu cuiusque obligationis in officio, iul. vnus, extra officium, iul. duo.
In causis mercedum, bon. septem cum dimidio.
Pro cassatione cuiuque obligationis in causa ciuili à scutis quinque infra, bon. quinque.
A quinque supra vsque ad quamcunque summam, iul. vnus.
Pro susceptione termini in officio, bon. duo.
Extra officium, bon. quinque.
Pro moderatione termini, vel repositione, bon. duo.
Pro quocunque partito in actis facto, bon. duo.
Pro copia illius, bonon. duo.
Pro iuramento illius, bon. duo.
Pro quocunque mandato vigore termini in Iudicio suscepti, vsque ad scuta decem iul. vnus.
Ab indè vsque ad scuta vigintiquique, bon. vigintiquinque.
Ab indè vsque ad scuta quinquaginta, iulii quinque.
Ab indè vsque ad centum, bon. septuaginta quinque.
Ab indè supra vsque ad quamcunque summam, scutum vnum.
Pro fide litis pendentiæ, iul. vnus.
Pro fide cuiuslibet actus, iul. vnus.
Pro productione quorumcunque iurium, bon. duo.

Pro

Pro quacunque restitutione cedularum priuatarum, Instrumentorum, librorum, ac aliarum quarumcunque scripturarum cum dimissione copiæ, vsque ad summam scutorum viginti quinque, bon. quindecim.

Ab indè supra, vsque ad quamcunque summam, bon. viginti quinque.

Si copia fuerit excessiua soluatur arbitrio Iudicis.

Pro responsione super articulis, pro quolibet articulo omisso repetitiuo, bon. vnus.

Pro examine testium sine articulis, & interrogatorijs, vsque ad quamcunque summam, bon. septem cum dimidio.

Cum articulis, & interrogatorijs, vsque ad summam scutorum decem, bon. quindecim.

Ab indè supra, vsque ad quamcunque summam, bon. viginti quinque.

Et si articuli, & interrogatoria fuerint excessiua, soluatur arbitrio Iudicis.

Pro decreto publicationis testium, bon. duo.

Pro copijs depositionis testium soluatur prout in examine.

Pro recognitione, siue examine super recognitione texerarum, & aliarum scripturarum, siue iurium sine interrogatorijs, bon. tres.

Cum interrogatorijs, soluatur arbitrio Iudicis.

Pro informatione Iudici fienda in causa cuiuscunque summæ, nihil.

Pro nota sententiæ, seu decreto diffinitiuo seruatis seruandis, soluatur prout supra in mandato vigore termini.

Pro mandato seruatis seruandis relaxando, soluatur similiter, prout in mandato vigore termini.

Pro quacunque appellatione interposita verbo, vel in scriptis etiam cum productione cedulæ appellationis, bon. duo.

Pro mandato de euacuando seruatis seruandis, iul. duo.

Pro mandato de consignandis pignoribus mandatario ad effectum subhastandi, & de subhastando, bon. tres.

Pro mandato de deliberando, bon. septem cum dimidio.

Pro mandato vigore obligationis in forma Cameræ, vsque ad scuta decem, bon. quindecim.

Vsque ad triginta, iul. tres.

A triginta vsque ad quinquaginta, iul. quinque.

A quinquaginta vsque ad centum, scutum vnum.

Ab indè supra vsque ad quamcunque summam, scuta duo.

Pro subhastatione quorumcunque pignorum, nihil

Pro rogitu adeptionis possessionis barcæ, seu partis illius, bon. viginti quinque.

Pro rogitu adeptionis possessionis domus, seu vineæ in Vrbe, bon. viginti quinque.

Extra Vrbem, iul. quinque.

Pro confectione Inuentarij, siue descriptionis bonorum extra officium, similiter iul. quinque.

Pro repetitione Instrumentorum rogatorum in officio vsque ad summam scutorum decem, bon. septem cum dimidio.

Vsque ad summam scutorum quinquaginta, bon. viginti quinque.

Vsque ad quamcunque summam, bon. quadraginta quinque.

Pro bannimentis ad instantiam priuatarum personarum, in totum iul. duo.

Pro sequestris generalibus pro vniuersitatibus artium Carrecteriorum, impassatorum, & exoneratorum barearum, bon. triginta quinque.

Pro specificatione materiarum, bon. duo.

Pro iuramento calumniæ, bon. duo.

Pro accessu ad locum differentiæ in Vrbe, bon. viginti quinque,

Extra Vrbem infra duo milliaria, iul. quinque

In alijs locis longinquioribus, scutum vnum

Pro mandato de restituendis pignoribus, à decem infra, bon. quinque.

Ab indè supra, vsque ad quamcunque summam, iul. vnus.

Pro patente, quòd soluto damno non teneatur ad pœnam pro carrigio lignorum ad Vrbem, etiam pro pluribus in simili, iul. quinque.

Pro inhibitionibus vigore decreti Cameræ in reassumptione causarum ab alio Tribunali stante, quod agitur de iurisdictione Riparum, iul tres.

Pro quolibet folio extractus facti, iuxta reformationem Sanctissimi Domini Nostri, bon. tres.

Admissus ad iuramentum paupertatis soluat pro medietate.

Pro cassatione cuiuslibet Inuentionis, iul. vnus.

Et prædicta taxa seruetur etiam, quòd in causa adsit, vel superueniat commissio.

Pro rogitu quorumcunque contractum, testamentorum, seu instrumentorum, ac pro illis in publicam formam dandis, necnon cassatione eorundem, & aliis, de quibus in præsenti taxa non est dispositum, seruetur taxa Statutorum Vrbis.

Teneatur quoque notarius partibus petentibus instrumentorum copias, de quibus rogatus fuit, tradere, & pro eis iulium vnum pro centenario scutorum, ita tamen quòd pro quauis summa iulios decem non excedat, recipere possit, & non vltra, exceptis instrumentis locationum, pro quorum copijs non vltra iulios duos exigere possit.

In causis criminalibus seruet taxam fœl. recor. Pij Papæ Quarti à Sanctissimo Domino Nostro innouatam.

De mercede Mandatariorum.

Pro præsentatione monitorij, inhibitionis, sequestri pro qualibet persona, bon. duo.

Pro qualibet citatione in Curia, bon. vnus.

Extra Curiam infra vnum milliare, pro qualibet persona, bon. tres.

In Curia in locis longinquis, videlicet ad Ripam, ad Ecclesias Lateranen. vel Sanctæ Mariæ Maioris, & similia, bon duo.

Pro citatione exequenda in causa criminali contra officiales Curiæ, bon. duo.

Pro executione litterarum monitorialium rogato-

rogatoriarum citationis exequendæ extra Curiam vltra milliare soluatur arbitrio Iudicis.

Pro subhastatione, & deliberatione pignorum, seu bonorum vsque ad scuta tria, bon. vnus pro quolibet scuto. Ab inde supra, bon. duo pro quolibet scuto, ita tamen quod non excedat in totum scutum vnum.

Mandatarius teneatur præstare idoneam cautionem arbitrio Iudicis de fideliter exercendo, de consignandis, & restituendis pignoribus, ac precio pignorum, iuxta decretum Domini, ac etiam habitare prope officium.

Item teneatur singulis diebus, tàm feriatis, quàm non feriatis bis in die ad minus ad officiũ se præsentare, & signanter hora audientiæ, & durante audientia sine licentia Iudicis ab officio non discedere, & in hora audientiæ in præsentia Iudicis apud Notarium non sedere, & officium mandatarij facere, & non *Procuratoris*, vel partis, aut Notarij.

De mercede executoris.

Pro quacunque executione reali, vel personali, vsq; ad summam scutorum trium inclusiuè, bon. septem cum dimidio.

Ab inde vsque ad decem, bon. duo cum dimidio pro quolibet scuto.

Ab decem vsque ad quinquaginta, bon. duo pro quolibet scuto, dummodo merces non sit minor iulijs tribus.

Ab inde supra vsque ad centum, iulij quindecim diuidendi pro rata cuiuslibet scuti.

Ab inde supra, vsque ad ducenta, iulij viginti.

Et à ducentis, vsque ad quingenta, iul. viginti-quinque in totum.

Et ab inde supra, vsque ad quamcunque summam, soluatur arbitrio Præsidis, dummodo non excedat summam scutorum quatuor in totum.

Extra verò Vrbem vltra duo milliaria soluatur duplum.

Pro executione mandati suspicionis fugæ, etiam parte citata, vsque ad summam scutorum decem, soluatur vt supra.

Ab inde supra vsque ad quinquaginta, iul. quinque.

Ab inde supra vsque ad quamcunque summã, scutum vnum in totum, & non vltra, & non nisi ab vna tantùm parte ad id obligata.

Item executor teneatur præstare cautionem arbitrio Iudicis de fideliter, ac diligenter exercendo, ac de consignando pignora infra vnum diem, iuxta reformationem Sanctissimi Domini Nostri.

Teneatur etiam habitare apud officium, & singulis diebus de mane, & de sero hora audientiæ se repræsentare, & per totam audientiam ibi permanere saltem cum vno socio, vel famulo habili, & sufficienti pro officio suo.

Item Executor teneatur præmissa omnia ad vnguem obseruare sub priuationis officii, & alijs pœnis arbitrio Præsidis.

In Criminalibus obseruet taxam generalem aliorum executorum, nisi à Iudice minus fuerit declaratum.

In reliquis obseruet, tàm reformationem generalem Sanctissimi sub rubr. de *Baroncellis*, & executoribus, quàm alias ordinationes à Baroncellis, & executoribus obseruandas.

Taxa Notarij Hebræorum.

PRo qualibet citatione, intimatione, protestatione, bon. vnus.

Pro productione iurium, bon. duo.

Pro recognitione iurium, bon. tres.

Pro monitorio de respondendo articulis, bon. tres.

Pro responsione articulorum in domo Notarii, dimidium bononeni.

Extra domum, pro viatico bon. quinque soluendi à parte respondente,

Pro deposito, bon. duo.

Pro rogitu procuræ ad lites in officio, bon. duo.

Extra officium, iul. vnus.

Pro fide, seu instrumento publico dictæ procuræ ad lites, iul. vnus.

Pro consensu, bon. duo.

Pro quocunque termino ad soluendum, bon. duo.

Pro nota sententiæ, seu decreti diffinitiui seruatis seruandis vsque ad summam, vel æstimationem scutorũ centum, bon. vnus pro quolibet scuto.

A centum vsque ad ducenta, dimidium bononeni, pro quolibet scuto supra centum.

Si excedat vsque ad quamcunque summam, scuta duo in totum.

Pro sequestro cum examine testium, vel productione iurium, bon. quindecim.

Pro mandato suspicionis fugæ, etiam parte citata, & cum examine testium, vel productione iurium, bon. quindecim.

Pro inhibitione in Curia, iul. vnus.

Extra Curiam in pergameno, bon. quadraginta quinque.

Pro non grauetur, idem quod supradictum est de inhibitione.

Pro monitorio, seu inhibitione introductiua lit., bon. tres.

Pro arresto, bon. quindecim.

Pro mandato de excarcerãdo, bon. quindecim.

Pro mandato in contumaciam, vsq; ad quamcunque summam in Curia, bon. tres.

Extra Curiam in pergameno, bon. quadraginta quinque.

Pro mandato executiuo, vsque ad summam scuto. um decem, iul. vnus.

Vsque ad viginti quinque, iul. tres.

Vsque ad centum, iul. sex.

Vsque ad ducenta, scuta duo in totum.

Vsque ad quamcunque summam, scuta quatuor in totum.

Pro mandato de euacuando, vel de amouendo, aut simili, iul. tres.

Pro mandato de immittendo, seu de manutenendo, iul. tres

Pro

Pro mandato de consignandis pignoribus, seu deliberando, aut de restituendo, iul. vnus.

Pro obligatione, seu fideiussione de stando iuri, & iudicatum soluendo, seu de repræsentando in officio, iul. vnus.

Extra officium, iul. duo.

Pro supersessoria in venditione pignorum intimanda per Notarium Hebræis Bancherijs, iul. vnus.

Pro perquisitione bonorum generaliter apud omnes hebræos bancherios fienda, iul. quinque

Si autem fiat pro maiori parte dictorum bancheriorum, iul. quatuor.

Si pro mediocate eorúdē bancheriorum, bon. vigintiquinque.

Si pro minori numero, iul. duo.

Pro extractu benè facto iuxta reformationem Sanctissimi Domini nostri, & pro quolibet folio soluatur prout in aliis Curijs.

Pro examine testis super materijs, iul. vnus.

Super articulis autem siue interrogatorijs, iul. duo.

Cum interrogatorijs non excedentibus numerum trigintà, iul. tres.

In excessiuis autem soluatur arbitrio Iudicis.

Pro sumario cuiuslibet testis, computata mercede scripturæ, tantum quantum pro examine eiusdem.

Pro restitutione iurium quorumcunque vno actu productorum, iul. vnus.

Et si notarius copiam fecerit, vltra iulium prædictum recipiat, vt infra pro copia.

Pro restitutione bonorum depositorum valoris vsque ad summam scutorum decem vnà cum quietantia, iul. vnus.

Valoris autem vsque ad vigintiquinque, iul. duo.

Vsque ad quinquaginta iul. tres.

Vsque ad quamcunque summam, bon. quadraginta quinque.

Pro consignatione depositi, siue cedulæ ipsius cum quietatione pro quolibet scuto, bononen. duo.

Pro simplici Copia benè scripta ad instar boni originalis apocarum, & aliarum, pro quolibet folio, iul. vnus.

Pro rogitu instrumenti procuræ ad exigendum, siue ad alia quæcunque negotia, iul. vnus.

Pro fide, seu instrumento publico dictæ procuræ ad negotia quæcunque, iul. duo.

Pro rogitu instrumentorum pro quolibet centenario vsque ad scuta quingenta, iul. duo.

A quingentis vsque ad duo millia pro quolibet centenario bon. quindecim.

A duobus millibus vsque ad quamcunq; summam, scuta quinque.

Pro copia simplici dictorum instrumentorum integra soluatur pro mediocate, si vero sine die, anno, & testibus, itaut non probet, soluatur quantum supradictum est pro copia simplici aliarum scripturarum.

Pro instrumentis publicis, seu fide illorum vsque ad scuta vigintiquinque, iul. tres.

Vsque ad scuta quinquaginta, iul. quinque.

A quinquaginta vsque ad tercenta, scutum vnum pro quolibet centenario.

A tercentis vsque ad mille, scuta quinque.

Ab inde supra, scutum vnum pro quolibet milliari.

Pro fide citationis, intimationis, seu alterius cuiuslibet actus, iul. vnus.

Pro fide litis pendentiæ, iul. vnus.

Pro instrumento publico sententiæ vsque ad summam scutorum centum, bon. vnus pro quolibet scuto.

Ab inde supra vsque ad quamcunque summã, iul. quindecim.

Pro deputatione Curatoris, iul. duo.

Pro extractione, seu fide partitarum, vltra viaticum si fieri contingat, bon. tres pro quolibet parti a.

Pro viatico, iul. vnus.

Pro decreto admissionis ad exercitium fœnerandi in perpetuum, scuta quinque.

Pro decreto dictæ admissionis ad tempus, scuta duo, & iul. quinque.

Pro approbatione libri Hebræorum bancheriorum, bon. vigintiquinque.

Pro venditione pignorum, bon. duo pro quolibet pignore vendito.

Pro suprauantio pignorum venditorum, bon. duo, pro quolibet scuto.

Pro fide, seu quietantia dicti suprauantij, vsque ad scuta quinque, bononen. tres pro quolibet scuto.

Vsque ad decem, bonon. duo pro quolibet scuto.

Vsque ad viginti, bon. vnus cum dimidio.

Vsque ad quadraginta, in totum, iul. quatuor.

Ab inde supra vsque ad summam quamcunq; in totum iul. quinque

Pro obligatione, & fideiussione pro bollettinis amissis vnà cum bollettino dando vsque ad summam scutorum quinque, bononeni quinque.

A scutis quinque vsque ad decem, iul. vnus.

A decem vsque ad vigintiquinque, bon. quindecim.

A vigintiquinque vsque ad centum, iul. tres.

Ab inde supra vsq; ad quamcunque summam iul. quinque.

Pro examine listæ expensarum, iul. vnus.

In casibus in hac taxa omissis procedatur de similibus ad similia.

In criminalibus seruetur taxa felic. recordation. Pii Papæ Quarti à Sanctissimo Nostro innouata.

Pignora vendenda vendantur vnà cum suis inuolucris positis in pignoratione, sub pœna arbitrio Iudicis.

Ordini, e taſſe da oſſeruarſi dalli Guardiani delle Carceri.

ET prima li Capitani, & Guardiani di qualſiuoglia Carcere tengano vn libro, nel quale debbano ſcriuere tutti quelli, che entraranno prigione, eſprimendo non ſolo con che mandato, ad inſtanza di chi, per che cauſa, & ſe per ſuſpetto di fuga, ma anco quando entrano in ſecreta, & quando eſcano alla larga, & ſe innanzi, o doppo pranzo, & parimente la ſera, ſe innanzi, o doppo cena, à fine, che ſi poſſa far conto delli paſti, & li non ſcritti al libro non ſiano tenuti pagare ne ſpeſe, ne coſa alcuna per conto di Carcere, & non eſſendo ſcritto il tempo preciſo, come di ſopra, non ſi paghi coſa alcuna per quel giorno, coſi dell'entrata, come dell vſcita.

Item ſiano obligati tener vna caſſa forata con due chiaui, delle quali vna ne tenga il Capitano, e l'altra il *Procurator de' poueri*, nella quale s'habbino à riporre tutte le robbe, e danari, che ſi trouaranno appreſſo quelli, che ſaranno condotti, & ſcriuerlo nel libro per inuentario fatto in preſenza del Carcerato, & teſtimonij, & non lo facendo, ſiano puniti come di furto, con quella pena, che parerà à Monſignore Gouernatore di Roma, ò al Chierico Preſidente delle Carceri pro tempore.

Sia in arbitrio de Carcerati farſi le ſpeſe da ſe, etiam in ſecreta, facendoſi portar da mangiare, come li parrà, ſe però altro per qualche ragione non ordinaſſe il ſuperiore, ne poſſa il Capitano, ò Guardiano in alcun modo direttamente, ò indirettamente impedire, ne mutarli di luogo, ò trattarli peggio per queſto, che ſi facciano le ſpeſe da ſe, ò per qualſiuoglia altro ſuo pretenſo credito, ſotto le pene infraſcritte, facendo ſolo diligenza quanto à quelli, che ſaranno in ſecreta, che non ſe li portino polize, ò imbaſciate.

Et facendoſi il Carcerato le ſpeſe da ſe, non poſſi il Guardiano, ò Capitano per il ſeruitio dimandare coſa alcuna.

Per le ſpeſe, che faranno alli prigioni in ſecreta, non poſſino pigliare più di vn carlino per paſto, & ſiano obligati à darli buon pane, & buon vino à baſtanza, & vna libra almeno di carne il giorno con la mineſtra, & quando non ſi mangia carne, darli oua, ò peſce ſecondo li tempi honeſtamente.

Ne poſſino metter mano à botte di vino per li prigioni, ſe prima non ſia prouata dal Procurator de poueri.

Non dando, ò non facendo come di ſopra, per ogni volta, che contrauerranno li Capitani caſchino in pena de ſcudi dieci, da applicarſi vn quarto al Procurator ſuſtituto ſopra il gouerno de prigioni, & gl'altri tre quarti à San Leonardo, & in oltre di ſtar'alla berlina per quel giorno.

Et li Guardiani, ò *Seruidori*, che ſeruiranno, non lo reuelando, ipſo facto s'intendino eſſer'incorſi nella pena della fruſta, alli quali guardiani, ò ſeruidori ſi darà fede contra il Capitano ſenza altro teſtimonio.

Non poſſino pigliare da quelli, che ſtãno nelle Camere, più di baiocchi cinque il giorno, eccetto, che in Torre di Nona, & Corte Sauella, doue ſi permette il ſolito d'vn giulio per perſona.

Non poſſino mettere, ne tenere in dette Camere maggior numero di perſone di quello, che ſarà ſcritto da ſuperiori delle Carceri (a quali però ſi ordina, che lo ſcriuino quanto prima ſopra dette camere) ſenza eſpreſſo conſenſo d'eſſerſi carcerati, ò particolar'ordine de ſuperiori predetti; In qual caſo però non ſi accreſca la mercede ſtatuita alle Camere, ma ſi diuida egualmente tra tutti, facendo il conto con l'interuento del Procuratore de poueri, & deputati della Carità.

Et alle controuerſie di chi voleſſe ſtar nelle camere, o nelle ſale, & non foſſe meritenole, il *Prelato* delle Carceri deputato dalla Carità pro tempore habbia à rimediare, e diffinirle.

Per la publica di ſopra per qualſiuoglia lungo tempo, non ſi paghi più di cinque giuli per Carcerato all'vſcire che farà, & ſtandoci meno di ſei giorni, non paghi più d'vn groſſo il giorno.

Per la publica di mezzo per qualſiuoglia lungo tempo non ſi paghi più di tre giuli per Carcerato all'vſcire, & ſtandoci meno di ſei giorni, non paghi più di tre baiocchi il giorno.

Le publiche da baſſo, & le publiche delle donne ſiano gratis.

Parimente le publiche de Religioſi gratis, & le porte ſiano aperte.

Per la ſala, doue ſi fà la Viſita, Cortili, Tinelli, Corridori, & altri luoghi fuori delli ſudetti, non ſi paghi coſa alcuna. Et l'abuſo, & nome di paſſeggio s'intenda leuato via affatto.

Li poueri relaſſati con eſilio non paghino coſa alcuna, manco di ſpeſe, ſecondo il ſolito.

Et quando nel relaſſo de teſtimonij ſemplici, o altri ci ſarà, gratis vbique, s'intenda etiamquanto alla prigionia di qualſiuoglia ſtanza, & dalli teſtimonij ſemplici non habbino manco le ſpeſe, ma ſe recuperino dall'inſtigatore, o dal fiſco.

Per la prigione d'ogni carcerato non ſi facci pagar più di due carlini, ne ſi poſſa far pagare coſa alcuna per mancia del Guardiano, ò altro, perche quello è la ſua mercede per la guardia.

Et per ogni arreſto, che veniſſe contra il prigione, non ſi poſſa far pagare ſe non alrettanto, cioè doi carlini da quello, che portarà l'arreſto, & non dal prigione, ſotto pena della berlina, da incorrerſi irremiſſibilmente, ogni volta che contrauerranno, coſi all'vno, come all'altro capo.

Per traſportare i carcerati, o per cauſa della Viſita, o per altro, o per cauar li ferri, o per habilitarli, per occaſione di far'inſtrumento, o altro, non habbino coſa alcuna.

Si facci l'infermaria in ciaſcheduna prigione, & ne habbi cura il *Prelato* delle Carceri deputato

tato dalla Carità pro tempore, & in caso di bisogno, se ci mettino ancora li Carcerati ciuili, & li poueri stiano gratis.

Nell'hosteria, che si permette, si facci pagare la foglietta del vino mezzo baiocco manco, come nelle hosterie esenti, & si tenghino le misure giuste di vetro.

Nel riceuer le monete, si osseruino li bandi.

Non permettino, che li carcerati trattino con le donne carcerate, nè manco alle grati loro.

Menino ogni mattina li prigioni, che stanno nelle publiche di sopra, e di mezzo alla Messa.

Del giulio di San Leonardo, & del giulio per il Cancelliero del Bargello del Gouernatore, si osserui il solito, & quando il mandato sarà in forma pauperum, si paghi per metà, & quando gratis, niente.

Et quando li prigioni haueranno hauuto il mandato di rilasso, non li possino il Capitano, ò Guardiani ritenere, ne leuarli alcun vestito per il debito, che haueranno fatto, etiam per causa di vitto, ò altro, ma si debbano subito rilassare, imputando à se stessi, se l'hauranno tenuti di sopra senza farsi pregare, ò assicurarsi con sicurtà, ò pegno.

Alli condannati à morte, galera, ò altra pena, non possino sotto pena di tre tratti di corda, frusta, & berlina, leuare panni, ò roba alcuna, che detti condannati hauessero, ò attorno, ò in prigione, ma tutto debbano consegnare, ò notificare al Giudice della causa, acciò ne possa fare quel tanto sarà di giustitia.

Nè li detti Capitani, ò Guardiani possino pigliare più delle Taffe sopradette, ancorche se gli desse spontaneamente, & debbano seruare tutti li sopradetti capitoli, sotto pena di corda, frusta, & altre maggiori, ad arbitrio de' Superiori.

Dechiarando, che nelle Carceri, doue è minor taffa, non s'intenda per questi capitoli innouato cosa alcuna, ma si serui sempre la minore.

Ordini, e Taffe per li Barigelli, & Effecutori.

LI Barigelli, & Effecutori qual si siano, & di qualsiuoglia Corte, non possino ad alcuno, che condurranno prigione leuar danari, nè robe di sorte alcuna, nè meno l'armi, quando non le portaranno contra bando, ma debbano le robbe lasciarle ad essi prigioni, & quelle consignarle, con l'armi, al Capitano, ò Guardiano delle Carceri, à fin di riporle, come si è detto, sotto pena di tre tratti di corda, della frusta, e berlina.

Item, dalli decapitati, ò altramente morti, ò puniti per giustitia, ò da qualsiuoglia altro condennato à morte, galera, o altra pena, ancorche vi fosse de' beni loro, non possino pigliare, ne panni, nè cosa alcuna per loro effecutione, o altro conto, ma detti beni si consegnino à chi di ragione, sotto le sudette pene.

Per cattura di quelli, che condurranno prigione per causa capitale, & meritenuoli di morte, poi siano assoluti per sentenza, o commutatali la pena, o in qualsiuoglia altro caso, non possino per loro effecutione pigliar più d'vno scudo.

Et meritando la causa non pena di morte, ma galera, esilio, mutilatione di membro, o frusta, o che siano assoluti per sentenza, o commutatali la pena, o rimessa, o in qualsiuoglia altro caso, per effecutione, e cattura non possino pigliare più di giulij cinque, e dalli puniti niente, come si è detto.

Nelle cause ciuili per effecutione reale, o personale, per la somma di cinque scudi, piglino due carlini, & da cinque scudi fino à dieci, tre giulij, & da dieci scudi fino a venti, giulij cinque, & da venti scudi fino a quaranta, giulij dieci, & da quaranta fino a scudi sessanta, giulij quindici, da sessanta fino a cento, giulij venti, da cento fino a cinquecento, scudi tre, da cinquecento fino a mille scudi, quattro, & facendosi effecutione per maggior somma, si paghi ad arbitrio del Giudice, de mandato del quale sarà fatta l'effecutione, purche non passi la somma di scudi sei al più, eccettuando li Giudici di Corte Sauella, Torre di Nona, Ripa, & Ripetta, li quali non possino eccedere la detta Taffa senza licenza del Gouernatore, ouero Auditore della Camera, ò del Chierico Presidente delle Ripe respettiuamente, & eccettuando ancora li mandati della Corte del Gouernatore, nelli quali s'osserui la sua taffa, quale è minore per la pouertà de' litiganti, che concorrono ad essa Corte.

Per mandati di mettere in possesso de beni stabili senza espressione di somma, vno scudo, e non più, & doue sia la somma espressa, si osserui, come sopra.

Per mandato di sospetto di fuga fino alla somma di scudi quaranta, si pigli secondo la taffa predetta, & da quaranta in sù, per qualsiuoglia somma, non più d'vn scudo.

Per effecutione fatta in animali, si osserui il medesimo, nè si facci pagar alcuna cosa per la capezza, come già per abuso li è fatto alcuna volta.

Per effecutione fatta fuora di Roma fra tre miglia, ò sia ciuile, ò criminale, si osserui come dentro di Roma, & se oltre tre miglia, & in qualsiuoglia Città, ò Castello ancora oltre quaranta miglia, l'effecutori di Roma habbino l'effecutione, che si paga in Roma duplicata, ma se saranno effecutori d'altra Città, se li paghi duplicata la taffa, che si osserua in quel luogo, doue si fa l'effecutione.

Occorrendo caso non compreso in questa taffa, si stia alla dichiaratione del Giudice, che hà rilassato il mãdato, eccetto li sopradetti Giudici di Corte Sauella, Torre di Nona, Ripa, e Ripetta, li quali non possino far tale dichiaratione senza licenza del Gouernatore, ò Auditore della Camera, ò Presidente delle Ripe respettiuamente, come di sopra.

Nessun Barigello, nè effecutore predetto ardisca pigliar danari da' debitori per la loro effecutione, se effettualmente non la fanno, nè differire l'effecutione, della quale son ricercati, ma debbano esseguirla quanto prima, nè dal Creditore pigliar danari, se non in caso, che il debitore non sia obligato a pagarlo: Et mostrata che li sia

carta

carta dotale, inhibitione, ò non grauetur, non piglino cosa alcuna, nè faccino essecutione, & facendola la restituischino gratis.

Facendo cattura in casa d'alcuno, non possino pigliar'arme d'alcuna sorte, se non prohibite, come archibugetti, etiam sotto pretesto, che il prigione l'habbia portate in tempo prohibito.

Non ardischino senz'ordine particolare del Giudice della causa andare con Notarij a far'inuentario di robbe, & in caso che li sia ordinato non possino pigliare più d'vn scudo in caso d'homicidio seguito, in ogni altro caso non più di giulij cinque.

Dalli poueri non possino per qual si voglia mandato essigere cosa alcuna, ma siano tenuti lasciarli gratis, senza vn quattrino di spesa, ò pigliare solamente la metà di quello, che li verria, secondo che li mandati saranno sottoscritti, o gratis, o in forma pauperum.

Alli quali mandati così sottoscritti nessun Barigello, Capitano, o altro ministro ardisca replicare, ma subito esseguirli. Et quando li mandati saranno segnati gratis, non si ricerchi sottoscrittione di Bargello, o Essecutore, & il gratis, o in forma pauperum s'intenda tanto per il Notaro, quanto per l'Essecutori.

Non possino pigliare mercede, nè altro, se non fatta realmente l'essecutione, o reale, o personale, & per la rata dell'essecutione fatta, & essendo vna volta sodisfatti, siano obligati ritornare quante volte bisognarà a far noua essecutione, fin tanto, che il creditore sia intieramente sodisfatto, senz'altra noua mercede.

Quelli, che contrauerranno alle cose predette, alle quali non è prescritta pena, incorrano per la prima volta la pena di tre tratti di corda, per la seconda della frusta per la Città, & per la terza della Galera, da essegurirsi irremissibilmente dalli sudetti Giudici senz'alcuna speranza di gratia.

Et acciò ch'ogn'vno possa hauer notitia delli detti ordini, e Taffe, tanto li Barigelli, & Essecutori, quanto li Capitani delle Carceri siano obligati tenere continuamente detti decreti stãpati in vna tauola affissa nel muro in parte, che ogn'vno possa vederli, & leggerli d'ogn'hora: Auuertendo particolarmente, che dalle persone ignoranti non si pigli oltre il douere, sotto le pene sudette di scudi cinquanta da applicarsi a San Leonardo, & altre pene più graui.

PAVLVS

PAVLVS

PAPA QVINTVS.

MOTV PROPRIO, &c.

CVM Nos nuper generali reformationi Tribunalium Vrbis incumbentes Iudicibus, Notarijs, alijsque Officialibus, & Iustitiæ Ministris singulorum Tribunalium, singulariumue Curiarum Taxas, iuxta quas eorum mercedes, & emolumenta exigere, & percipere deberent confici, & tradi mandauerimus, iamque expedito reformationis negotio, ac nostris litteris desuper confectis, & publicatis Taxæ prædictæ, necnon ordinationes nonnullæ ad illarum clariorem intelligentiam de consilio prudentum virorum, quibus curam hanc demandauimus vocatis, & auditis ijs etiam, de quorum interesse agebatur compilatæ, ac pleraſque veteres Taxas à prædecessoribus nostris editas, processuque temporis in abusum transactas innouando, pleraſque nouas pro personarum, & rerum qualitate addendo, tandem Dei auxilio ad formam, & modum supraſcriptos reductæ fuerint, Nos vt illæ validiores, & firmiores sint, omnibusque innotescant, & à cunctis inuiolatè seruentur opportunè prouidere volentes, Motu simili, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine Taxas, & ordinationes omnes, & singulas supradictas illarum omnium tenorem hic pro repetito expresso, & inserto habentes tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac Bullæ nostræ generalis reformationis annecti volumus, ac ab omnibus Iudicibus, Notarijs, Officialibus, & Iustitiæ Ministris Tribunalium, & Curiarum Vrbis, & alijs, ad quos spectat, & in futurum spectabit sub pœnis in Bulla reformationis, ac Taxis, & ordinationibus supradictis irrogatis inconcusse, ac inuiolabiliter obseruari, ac in singulis Notariorum officijs, Curijsque, & Tribunalibus Taxas illas, quæ Curias, Tribunalia, & officia prædicta concernunt vulgari idiomate impressas in loco publico, quo ab omnibus inspici, legi, & intelligi possint, affixas retineri mandamus; non obstan. omnibus, quæ in nostra Bulla reformationis prædictæ voluimus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus etiam quod præsentium sola signatura sufficiat, absque alia data, & registratura, regula quacunque contraria pariter non obstante.

Placet Motu proprio C.

ORDI-

Quo ad vers. In vere autem Commissariis, & vers. processus de partibus, declaramus non fuisse nostræ intentionis comprehendere Notarium Archiuii, qui propterea possit in causis commissariis cuiuscumque valoris registra conficere, in illisq; processus de partibus, remissoriales, & compulsorias, siue excederent, siue non folia vigintiquatuor, registrare; seruata in cæteris forma in dicta nostra reformatione contenta super registrorum confectione.

Quo vero ad Cursores vers. Cursores pro qualibet citatione, declaramus Triuii regionem pro locis vltra fontem, & arcum Triuij, non citra, nec vllo pacto inter partes longinquas enumerari loca illa, quæ vel antea ipsi Cursores non enumerabant, vel pro quibus solita mercede bon. duorum contenti erant; ne quod à nobis ad publicam vtilitatem, & tollendos abusus constitutum est prava interpretatione contrarium pariat effectum.

Insuper declaramus pro citatione contra Episcopos, vel alias qualificatas personas quinque bon. accipi posse quando citatio fit personaliter contra ipsammet personam qualificatam executa, non autem contra procuratorem, vel aliter.

Et dum in eadem nostra reformatione prohibetur Auditori Cam. concedere remissoriam ad partes ad examinandum, vel repetendum citata parte testes ad instantiam Fisci, vel ad probandam eius intentionem, & prout latius in ea, declaramus id non procedere, si aliqua legitima subsistente causa aliud in aliquo particulari casu ipsimet Auditori visum fuerit.

Insuper in vers. Quodq; superfloriæ &c. post verba, Vel alibi non susceperit. Addatur. Vel nisi ex legitima causa, & in causis sui Tribunalis tantùm, & non aliàs.

Quo ad taxas impressas post dictam nostram reformationem infrascripta corrigi mãdamus. In primis quo ad Notarios Cameræ deleatur versiculus idem fiat de pellibus, & vers. idem dic sappone, vt potè impressoris errore superuacanee adiecta, ex quo iam supra sufficienter erat prouisum.

Quo ad vers. vltimum taxæ notariorum Cam. incip. pro non comprehensis, declaramus intelligi de expeditionibus gratiosis, In iudicialibus autem si quid in ea, vel alijs taxis fuerit prætermissum seruetur de similibus ad similia.

Quo ad taxas notariorum Gubernatoris, Vicarij, & aliorum, vers. pro restitutione depositi bon. vnum pro quolibet scuto, intelligi volumus in causis mercedum, in alijs vero bon. duos pro quolibet scuto permittimus, sicuti vere in taxa fel. rec. Pij Quarti prædecessoris nostri habetur, licet aliter aliquando fuerit per errorem impressum.

Et in eadem taxa vers. pro copia simplici cuiuslibet instrumenti in actis rogati. declaramus intelligi de instrumento actus iudicialis non de simplici extraiudicialium instrumentorum copia, pro qua benè, & ad instar boni originalis descripta bon. septem cum dimidio pro quolibet folio solui, & exigi permittimus.

Quo ad taxam notariorum Rotæ in primo vers. iulios sexaginta sex legendum declaramus, non autem sexaginta prout impressoris errore fuit notatum.

Quo ad taxam Archiuij vers. pro instrumento absolutionis, mandamus corrigi, iuxta taxam fel. rec. Gregorij xiij. prædecessoris nostri.

Rursus in vers. pro pauperibus declaramus, & volumus seruari eandem taxam fel. rec. Gregorij xiij. vt admissi ad iuramentum paupertatis iuxta formam dictæ taxæ soluant.

Quo ad taxam Notariorum criminalium Gubernatoris A. C. & aliorum vers. pro quolibet folio copiæ indiciorum, declaramus intelligendum, vt quælibet pagina ideat facies cuiuslibet continere debeat lineas viginti quatuor, prout in nostra reformatione, sub tit. de registris, S. singula folia, & alibi volumus intelligi.

Quo ad taxam fori Capitolini vers. à centum vsque ad ducentos, Addatur verbum, Alios errore scriptoris omissum.

Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & extraordinarios, & etiam executores dictæ nostræ Constitutionis iudicari, & diffiniri debere sublata &c. Irritum &c. Non obstantibus præmissis, ac prioribus litteris super reformatione, & taxis emanatis, cæterisque contrarijs quibuscumque, & cum decreto quòd præsentis sola signatura sufficiat etiam absque alia data, & registratura.

Placet Motu proprio C.

PAVLVS PAPA QVINTVS.

MOTV PROPRIO, &c.

CVM post aliquas declarationes à Nobis Constitutioni, quam super reformatione Tribunalium Vrbis condidimus, factas, Aromatarij quædam eiusdem Constitutionis capita ipsos tangentia declarari supplicitèr postulauerint; Nos dubia tollere, & litibus occurrere cupientes, Dum in præfata nostra Constitutione dicitur pro precio aromatariæ seruandam esse præscriptionem quinquennalem, non obstante quauis interruptione, etiam per receptionem partis pecuniarum, aut per dationem aliarum rerum aromatariç, declaramus dictam dispositionem non intelligi, neque locum sibi vendicare vbi, vel interruptio fuerit iudicialis, vel aliter quam per proprios ipsorum libros Aromatarij suum creditum probauerint, quibus casibus dispositionem Statutorum Vrbis seruari volumus, & mandamus.

Insuper dum in eadem Constitutione interdicimus Aromatarijs, ne vllam prorsus audeant in quemquam exercere sub quouis prætextu criminalem iurisdictionem, declaramus intentionis nostræ non fuisse adimere eis facultatem alias ipsis à felic. recordation. Clemente Octauo Prædecessore nostro concessam res medicinales ad eorum artem spectantes visitandi, recognoscendi, & quod in eis corrupti, vitiati, vel adulterati repertum fuerit proijciendi, comburendique, ac iuxta delicti, & negligentiæ qualitatem culpabiles repertos debitis pœnis non tamen corporis afflictiuis, quæ pœnæ Ecclesiæ, & Hospitali Sancti Laurentij in Miranda nuncupatæ eo ipso applicentur, & applicatæ censeantur, afficiendi; Quod tamen quoad libros negamus, etiam quod in illis fraus aliqua detegeretur, sed hoc à suo Iudice competenti cognosci, ac diffiniri debere intendimus, & mandamus. Et dum in dicta Constitutione nostra sancitum est, quod Consules nullam habeant iurisdictionem eligendi Aromatarium, quem Proconsulem vocant, ad visitandas aromatarias extra Vrbem, minusque subscribendi patentes vti Consules districtus Vrbis, & Superintendentes artis in Statu Ecclesiastico, sed talis eligendi potestas penes Prothomedicum sit, & remaneat. Declaramus nostræ intentionis non fuisse quoad hoc derogare concordiæ alias initæ inter Collegium Fisicorum, & Collegium Aromatariorum, dum in ea dicitur, quod quotiescunque ad visitandas Aromatarias extra Vrbem Medicus ex Vrbe mittendus erit, ne eis forsan artis aromatariæ imperitum sibi comitem adiungat, Prothomedicus, qui visitatoris designandi ius obtinet, Vrbanis aromatariis id denuntiet, atque ab eis exquirat, habeant ne aliquem peritũ, & idoneum hominem, qui Medico illi in huiusmodi visitationis munere Comes, & Minister esse velit, &c. iuxta prædictam concordiam confirmatam per felic. recordation. Gregorium Decimumtertium Prædecessorem nostrum sub die prima Iulii 1575. vers. Quotiescunque ad visitandas tabernas &c. Dummodo Aromatarii neque iurisdictionem propterea in hoc sibi aliquam vsurpent, iuxta formam dictæ concordiæ, neque electum Proconsulem vocent, neque patentes subscribant, vti Consules districtus Vrbis, neque quicquam contra tenorem nostræ prædictæ Constitutionis faciant sub pœnis in ea contentis, & præsentis sola signatura sufficiat, etiam absque alia data, & registratura.

Placet Motu proprio C.

INDEX
DECISIONVM
POST ANNOTATIONES
Ad Statuta impreſsarum.

Coccino. Albaneñ Fideicommiſſi, 13. Ianuarij 1606. deciſ. 101. cap. 142. fol. 115.

Virili. Ariminen Gabellæ, 19. Aprilis 1627. deciſ. 20. ad cap. 41. fol. 22.

Orano. Aſculana Bonorum, 17. Iunij 1591. deciſ. 128. ad cap. 146. fol. 154.

Sacrato: Aſculana Dotis, 9. Maij 1603. deciſ. 72. ad cap. 131. fol. 73.

Virili. Aſculana Societatis, 18. Iunii 1628. deciſ. 40. ad cap. 68. fol. 44.

Merlino. Auximana Fideicommiſſi, 4. Martii 1630. deciſ. 102. ad cap. 141. fol. 115.

Pamphilio. Balneoregien Bonorum, 8. Ianuarii 1588. & 16. Martii 1594. deciſ. 116. & 117. ad cap. 146. fol. 142.

Lancellotto. Bononien Fideicommiſſi de Rubeis, 6. Martii 1596. deciſ. 43. ad cap 68. fol. 47.

Virili. Bononien Saluiani, 11. Ianuarii 1627. deciſ. 39. ad cap. 68. fol. 44.

Bubalo. Brixien Feudi, 16. Maii 1583. deciſ. 67. ad cap. 124. fol. 68.

Coccino. Cæſarauguſtana Penſionis, 11. Martii 1619. deciſ. 171. ad cap. 192. fol. 204.

Veroſpio. Capuana Penſionis, 16. Martii 1617. deciſ. 179. ad cap. 197. fol. 210.

Lancellotto. Ciuitatis Caſtelli Supplementi Legitimæ, 14. Nouembris 1603. deciſ. 22. ad cap. 41. fol. 25.

Veroſpio. Ciuitatis Caſtelli Bonorum, 15. Martii 1621. deciſ. 175. ad cap. 196. fol. 207.

Buratto. Colleñ Hæreditatis, 10. Iunii 1616. deciſ. 21. ad cap. 41. fol. 24

Pamphilio. Faneñ Saluiani, 8. Martii 1613. deciſ. 135. ad cap. 135. fol. 165.

Penia. Farfeñ Bonorum, 7. Maii 1607. deciſ. 162. ad cap. 167. fol. 193.

Gipſio. Fauentina Legitimæ, 23. Martii 1590. deciſ. 107. ad cap. 145. fol. 122.

Dunozet. Ferrarien Affictus, 9. Nouembris 1613 deciſ. 29. ad cap. 51. fol. 33.

Pamphilio. Ferrarien Bonorum de Taſſonibus, 26 Iunii 1613. deciſ. 26. ad cap. 50. fol. 31.

Pirouano. Ferrarien de Taſſonibus, 18. Martii 1630. deciſ. 109. ad cap. 145. fol. 129.

Pamphilio. Firmana Executionis laudi, 26. Ianuarii 1598. deciſ. 61. ad cap. 100. fol. 63.

Lancellotto. Ianuen, ſeu Romana Pecuniaria, 10. Iunii 1580. deciſ. 145. ad cap. 158. fol. 176.

Platto.	Ianuen Fideicommissi, 4. Maii 1590. decis. 123. ad cap. 147. fol. 151.
Manzanedo.	Imolen Rescissionis contractus, 26. Iunii 1617. decis. 132. ad cap. 150. fol. 163.
Coccino.	Imolen Bonorum, 18. Iunij 1618. decis. 66. ad cap. 124. fol. 66.
Iusto.	Interamnen Hæreditatis de Brunellis, 24. Aprilis 1606. decis. 47. ad cap. 71. fol. 49.
Coccino.	Leodien Dominii de Steuordia, 3. Iulii 1623. dec. 165. ad cap. 167. fol. 195.
Millino.	Mediolanen Hæreditatis, 11. Martii 1596. decis. 7. ad Titulum, pag. 12.
Merlino.	Narnien Successionis, 22. Martii 1628. decis. 108, ad cap. 145. fol. 124.
Robusterio.	Neapolitana Legati alimentorum, 19. Ianuarii 1581. decis. 11. ad cap. 20. fol. 16.
Pirouano.	Nouarien Legitimæ, 5. Iunii 1628. decis. 30. ad cap. 55. fol. 34.
Remboldo.	Placentina Vicariæ, 10. Ianuarii 1620. decis. 179. ad cap. 197. fol. 211.
Verospio.	Perusina Redditionis administrationis tutelæ, 26. Iunii 1613. dec. 13. ad cap. 20. fol. 17.
Penia.	Perusina Spolii domus, 21. Aprilis 1606. decis. 46. ad cap. 71. fol. 49.
Merlino.	Rauennaten Pecuniaria, 6. Nouembris 1624. decis. 48. ad cap. 83. fol. 49.
Coccino.	Romana Aditionis hæreditatis, 29. Nouembris 1613. decis. 59. ad cap. 98. fol. 62.
Orano.	Romana Alimentorum, 25. Maii 1587. decis. 172. ad cap. 194. fol. 205.
Orano.	Romana Alimentorum, 18. Februarii 1592. decis. 35. ad cap. 68. fol. 39.
Manzanedo.	Romana Alimentorum., 3. Iunii 1613. decis. 53. ad cap. 85. fol. 55.
Dunozet.	Romana Anterioritatis, 20. Decembris 1628. decis. 49. ad cap. 83. fol. 51.
Marquemont.	Romana Assecurationis dotis, 12. Decembris 1605. decis. 32. ad cap. 66. fol. 36.
Orano.	Romana Assertæ dotis, 29. Nouembris 1593. decis. 52. ad cap. 85. fol. 55.
Robusterio.	Romana Bonorum de Porcariis, 14. Ianuarii 1575. decis. 148. ad cap. 158. fol. 178.
Pirouano.	Romana Cambii, 16. Decembris 1619. decis. 141. ad cap. 153. fol. 173.
Gipsio.	Romana Census, 9. Decembris 1587. decis. 144. ad cap. 158. fol. 174.
Cerduba.	Romana Census, 17. Maii 1599. decis. 122. ad cap. 147. fol. 150.
Sacrato.	Romana Census, 27. Iunii 1605. decis. 147. ad cap. 158. fol. 178.
Vbaldo.	Romana Census scutorum decem millium, 9. Iunii 1628. decis. 28. ad cap. 51. fol. 32.
Penia.	Romana Consignationis depositi, 24. Maii 1595. dec. 82. ad cap. 137. fol. 86.
Sacrato.	Romana Cottiuii, 6. Martii 1606. decis. 170. ad cap. 191. fol. 203.

Index Decisionum

Sacrato. Romana de Bombellis, 31. Maii 1613. decis. 56. ad cap. 92. fol. 57.

Blanchetto. Romana De Cariis, 11. Maii, & 13. Iunii 1584. decis. 124. & 125. ad cap. 149. fol. 151. & 15[illegible].

Coccino. Romana De Caualeriis, 22. Maii 1632. decis. 79. ad cap. 131. fol. 82.

Aldobrandino. Romana De Lante, 28. Aprilis 1578. decis. 98. ad cap. 141. fol. 109.

Aldobrandino Romana De Lante, 24. Ianuarii 1582. decis. 118. ad cap. 146. fol. 143.

Coccino. Romana De Lante, 14. Martii 1635. & 11. Ianuarii 1636. decis. 99. & 100. ad cap. 141. fol. 110. & 111.

Orano. Romana Del Deto, seu Supplementi Dotis, 13. Nouembris 1589. decis. 96. ad cap. 141. fol. 105.

Coccino. Romana De Tagliettis, 25. Iunii 1635. decis. 97. ad cap. 141. fol. 106.

Pamphilio. Romana Domorum, 22. Martii 1604. decis. 31. ad cap. 66. fol. 35.

Litta. Romana Domorum De Valentinis, 16. Ianuarii 1604. decis. 33. ad cap. 66. fol. 38.

Gipsio. Romana Domus de Mannellis, 24. Nouembris 1593. decis. 160. ad cap. 154. fol. 192.

Penia. Romana Domus Sancti Ludouici, 27. Nouembris 1600. decis. 111. ad cap. 14[illegible]. fol. 131.

Manzanedo. Romana Domus, 28. Maii 1608. decis. 110. ad cap. 145. fol. 131.

Remboldo. Romana Domus, 4. Septembris 1624. decis. 34. ad cap. 66. fol. 38.

Coccino. Romana Donationis de Castellanis, 23. Iunii 1631. dec. 6. ad Titul. fol. 8.

Robusterio. Romana Domus de Millinis, 17. Februarii 1578. decis. 51. ad cap. 84. fol. 53.

Lancellotto. Romana Dotis, 25. Maii 1601. decis. 83. ad cap. 137. fol. 87.

Verospio. Romana Dotis, 30. Martii 1618. decis. 93. ad cap. 141. fol. 101.

Pirouano. Romana Dotis de Theodulis, 23. Ianuarii 1619. dec. 75. ad cap. 131. fol. 76.

Coccino. Romana Dotis, 21. Maii 1625. decis. 38. ad cap. 68. fol. 43.

Coccino. Romana Dotis, 10. Iunii 1626. decis. 138. ad cap. 151. fol. 168.

Pirouano. Romana Dotis de Boncompagnis, 27. Martii 16634. & 14. Decembris 1635. decis. 156. & 157. ad cap. 158. fol. 190.

Merlino. Romana Dotis, 14. Martii 1635. decis. 23. ad cap. 42. fol. 26.

Blanchetto. Romana Euictionis, 23. Martii 1588. decis. 127. ad cap. 149. fol. 153.

Millino. Romana Executiouis, 8. Iunii 1601. decis. 54. ad cap. 85. fol. 56.

Durano. Romana Executionis Laudi, 13. Iunii 1629. dec. 154. ad cap. 158. fol. 187.

Pirouano. Romana Fideicommissi de Quinque, 11. Ianuarii 1636. decis. 103. ad cap. 131. fol. 118.

Coccino. Romana Fideiussionis de repræsentando, 3. Iulii 1617. decis. 42. ad cap. 68. fol. 46.

Index Decisionum

Iusto. Romana Fructuum de Luraghis, 19. Ianuarij 1600. decis. 87. ad cap. 137. fol. 90.

Orano. Romana Fructuum dotis, 15. Nouembris 1596. decis. 85. ad cap. 137. fol. 89.

Orano. Romana Fructuum dotis de Cinctis, 27. Ianuarij 1597. decis. 81. ad cap. 137. fol. 85.

Orano. Romana Fructuum dotis, 19. Ianuarij 1598. decis. 86. ad cap. 137. fol. 89.

Litta. Romana Fructuum dotis de Velis, 10. Nouembris 1600. decis. 84. ad cap. 137. fol. 87.

Penia. Romana Fructuum dotis, 17. Februarij 1606. decis. 88. ad cap. 137. fol. 91.

Coccino. Romana Fructuum dotis, 1. Maij, & 29. Nouembris 1625. dec. 91. & 92. ad cap. 137. fol. 97. & 100.

Durano. Romana Fructuum Lucri dotalis, 17. Iunij 1633. decis. 77. ad cap. 131. fol. 78.

Platto. Romana Hæreditatis Census, 8. Iunij 1588. decis. 168. ad cap. 178. fol. 202.

Gipsib. Romana Hæreditatis de Fossanis, 2. Februarij 1588. decis. 95. ad cap. 141. fol. 104.

Millino. Romana Hæreditatis, 16. alias 4. Maij 1594. decis. 94. ad cap. 141. fol. 103.

Sacrato. Romana Hæreditatis, 31. Maij 1606. decis. 60. ad cap. 100. fol. 63.

Ortembergio. Romana Hæreditatis de Sellis, 16. Ianuarij 1608. decis. 115. ad cap. 146. fol. 140.

Pirouano. Romana Hæreditatis de Fuschis, 21. Iunij 1619. decis. 121. ad cap. 147. fol. 147.

Vbaldo. Romana Hæreditatis, 26. Aprilis 1632. decis. 80. ad cap. 131. fol. 84.

Virili. Romana Hæreditatis, 23. Ianuarij 1717. decis. 3. ad Titulum. fol. 4.

Vbaldo. Romana Legati Librariæ, 10. Maij 1624. decis. 36. ad cap. 68. fol. 40.

Blanchetto. Romana Legitimæ, 20. Aprilis 1584. decis. 114. ad cap. 146. fol. 139.

Millino. Romana Liberationis ab obligatione, 19. Decembris 1595. dec. 142. ad cap. 157. fol. 174.

Merlino. Romana Liberationis a fideiussione, 4. Martij 1630. decis. 3. ad Titul. fol. 7.

Merlino. Romana Lucri dotalis, 16. Decembris 1633. decis. 78. ad cap. 131. fol. 80.

Binarino. Romana Medietatis domus de Gaddis, 12. Februarij 1571. dec. 50. ad cap. 85. fol. 52.

Bubalo. Romana Mercedis, 17. Martij 1578. decis. 158. ad cap. 158. fol. 191.

Merlino. Romana Mercedis, 26. Aprilis 1624. & 5. Martij 1625. decis. 177. & 178. ad cap. 92. lib. 3. fol. 208. & 209.

Lancellotto. Romana Mutui, 10. Ianuarij 1600. decis. 181. ad cap. 32. fol. 21.

Remboldo. Romana Notariatus Capitolij, 1. Iunij 1620. decis. 14. ad cap. 21. fol. 18.

Pirouano. Romana Nullitatis census, 5. Martij 1621. decis. 64. ad cap. 113. fol. 65.

Ortembergio. Romana Nullitatis obligationis, 15. Iulij 1604. decis. 137. ad cap. 151. fol. 168.

Index Decisionum

Manzhedo. Romana Nullitatis testamenti, 3. Iunij 1619. decis. 17. ad cap. 31. fol. 20.

Sacrato. Romana Obligationis, 24. Februarij 1620. decis. 140. ad cap. 152. fol. 172.

Scpttio. Romana Officii, 3. Decembris 1607. decis. 129. ad cap. 147. fol. 155.

Pirouano. Romana Officij Hæbreorum, 18. Iunij 1621. decis. 15. ad cap. 30. fol. 19.

Marquemontio. Romana Pecuniaria de Grandis, 26. Nouembris 1605. decis. 37. ad cap. 68. fol. 42.

Manzanedo. Romana Pecuniaria, 2. Aprilis 1607. decis. 138. ad cap. 150. fol. 166.

Sacrato. Romana Pecuniaria, 20. Nouembris 1609. decis. 146. ad cap. 158. fol. 77.

Ottembergio. Romana Pecuniaria, siue Restitutionis in integrum, 15. Decembr. 1610. decis. 161 ad cap. 167. fol. 193.

Coccino. Romana Pecuniaria, 4. Februarij 1611. decis. 164. ad cap. 167. fol. 194.

Dunozet. Romana Pecuniaria, 21. Iunii 1619. decis. 16. ad cap. 30. fol. 20.

Remboldo. Romana Pecuniaria, prima Iulii 1620. decision. 44. ad cap. 68. fol. 47.

Merlino. Romana Pecuniaria, 10. Iunii. 1624. decis. 152. ad cap. 158. fol. 182.

Pirouano. Romana Pecuniaria, 8. Nouembr. 1624. decision. 159. ad cap. 158. fol. 186.

Pirouano. Romana Pecuniaria, 5. Maii 1631. decis. 150. ad caput 158. fol. 180.

Verospio. Romana Pecuniaria, 23. Ianuarii 1632. decis. 167. ad cap. 167. fol. 199.

Pirouano. Romana Pecuniaria, 15. Decembr. 1632. decis. 155. ad cap. 158. fol. 188.

Lancellotto. Romana Pensionis domus, 16. Ianuarii 1598. decis. 159. ad cap. 159. fol. 191.

Pirouano. Romana Pensionis Prioratus, 4. Februarii 1630. decis. 69. ad c. 124. fol. 69.

Sacrato. Romana Precii Viridiarii 26. Nouembr. 1618. decis. 149. ad cap. 158. fol. 179.

Penia. Romana Prælationis, seu requisitionis, 16. Iunii 1604. & 27. Aprilis 1605. decis. 62. & 63. ad cap. 110. fol. 64.

Orano. Romana Prætensæ donationis, 29. Martj 1599. decis. 126. ad c. 149. fol. 152.

Remboldo. Romana Quarti dotalis, 16. Martij 1618. decis. 74. ad cap. 131. fol. 75.

Dunozet. Romana Quarti dotalis, 26. Nouembris 1633. decis. 71. ad cap. 131. fol. 72.

Pirouano. Romana Redditionis computorum, 27. Nouembr. 1619. decis. 151. ad cap 158. fol. 182.

Caualerio. Romana Redditionis computorum. 3. Iulii 1623. decis. 176 ad c. 92. lib. 3. fol. 108.

Coccino. Romana Redditionis rationis, 25. Maii 1626. decis 65. ad cap. 113. fol. 65.

Sacrato. Romana Relocationis, 2. Decembr. 1609. decis. 68. ad cap. 124. fol. 68.

Sacrato. Romana Relocationis Casalis, 16. Martii 1615. decis. 4. ad Titul. fol. 6.

Index Decisionum

Dunozet.	Romana Rescisionis contractus, 22. Iunii 1633. decis. 8. ad Titul. fol. 13.
Penia.	Romana Restitutionis dotis, 10. Martii 1608. decis. 89. ad cap. 137. fol. 93.
Pirouano.	Romana Restitutionis dotis, 12. Nouembris 1627. decis. 76. ad cap. 131. fol. 77.
Oradino.	Romana Salarii, prima Iulii 1569. decis. 70. ad cap. 128. fol. 71.
Pirouano.	Romana Saluiani, 10 Februarii 1612. decis. 1. ad Titulum. fol. 3.
Buratto.	Romana Saluiani, 17 Septembris 1621. decis. 139. ad cap. 152. fol. 171.
Pirouano.	Romana, seu Cæsenaten. Hereditatis, 6. Nouembris 1619. decis. 19 ad cap. 41. fol. 21.
Sacrato.	Romana, seu Interamnen. Hæreditatis, 10. Decembris 1608. decis. 104. ad cap. 143. fol. 119.
Pirouano.	Romana, seu Neapolitana Pecuniaria, 28. Ianuar. 1633. decis. 169. ad cap. 178. fol. 202.
Coccino.	Romana S. Thomæ, 10. Martii 1610. decis. 163. ad cap. 167. fol. 194.
Marquemont.	Romana Successionis de Tagliaferris, 19. Martii 1607 decis. 72. ad cap 131. fol. 73.
Merlino.	Romana Successionis, 14. Iunii 1630. decis. 120. ad cap. 146. fol. 145.
Verospio.	Romana Successionis, 15. Nouembris 1630 decis. 112. ad c. 145. fol. 133.
Rubeo.	Romana Vineæ, 26. Octob. 1576. decis. 143. ad cap. 158. fol. 174.
Penia.	Romana Vineæ 3. Iulii 1606. decis. 55. ad cap. 85. fol. 56.
Pamphilio.	Romana Vineæ, prima Februarii 1613. decis. 41. ad cap. 68. fol. 45.
Pamphilio.	Romana Vineæ, 14. Iunii 1613. decis. 173. ad cap. 194. fol. 205.
Pamphilio.	Romanæ Vineæ, 21. Aprilis 1614 decis. 27. ad cap. 51. fol. 32.
Coccino.	Romana Vineæ de Corbinellis, 15. Martii, 7. Iunii 1916. dec. 105. & 106. ad cap. 145. fol. 120. & 122.
Verospio.	Romana Vineæ, 15. Aprilis 1630. decis. 2. ad Titulum. fol. 3.
Orano.	Romana Viridarii, 19. Februarii 1590. decis. 133. ad cap. 150. fol. 164.
Vbaldo.	Sabinen. Terrarum, 11. Decembr. 1617. decis. 9. ad caput 12. fol. 14.
Pirouano.	Senogallien. Prædii, 10. Iunii 1619. decis. 12. ad cap. 20. fol. 16.
Remboldo.	Signina Castrorum, 24. Ianuar. 1622. decis. 130. ad cap 149. fol. 156.
Coccino.	Signina Castrorum, 4. Februarij 1631. decis. 131. ad cap. 149. & 150. fol. 160.
Millino.	Spoletana Terrarum, 11 Iunii 1590 decis. 134. ad cap. 150. fol. 164.
Durano.	Spoletana Liberationis a fideiussione, 30. Martij 1626. & 21. Aprilis 1627. decis. 57. & 58. ad cap. 94. fol. 60. & 61.
Nauarro.	Tiburtina Dotis, 19. Iunii 1623. decis. 90. ad cap. 137. fol. 95.

Index Decisionum

Verospio.	Tiburtina Dotis, 13. Februarii 1634. decis. 113. ad cap. 145. fol. 137.
Pirouano.	Toletana Habitus, 10. Iunii 1626. decis. 166. ad cap. 167. fol. 198.
Penia.	Veneta Pecuniaria, 17. Iunii 1605. decis. 10. ad cap. 20. fol. 15.
Penia.	Veneta Prætensæ Illegitimitatis, 6. Nouembris 1598. decis. 45. ad cap. 71. fol. 48.
Motmanno.	Vrbeuetana Census, 24. Ianuarii, & 23. Iunii 1634. decis. 24. & 25. ad cap. 47. fol. 28. & 29.

FINIS.

777

SACRAE ROTAE ROMANAE DECISIONES

QVAMPLVRES,

Quæ vel ad materiam Statutorum Vrbis pertinent, vel in Annotationibus allegantur.

IN VNVM COLLECTAE, SVISQ. CAPITIBVS DISPOSITAE.

SACRAE ROTAE ROMANAE DECISIONES AD STATVTA VRBIS.

R.P.D. Pirouano.

Romana Saluiani interdicti.

Veneris 10. *Februarij* 1612.

EPITOME.

Statutum Vrbis de duabus conformibus comprehendit Communitates, & Collegia. Collegium non impropriè dicitur Ciuis.

Ad Tit. in verb. Auctoritate, num. 54.

DECISIO I.

LATIS conformibus pro Excellentissimo D. Duce de Comitibus contra Collegium Anglorũ Vrbis, & tertio loco prouocante Collegio, causa fuit commissa cum clausula, Constito quòd Statuto de duabus conformibus, & executioni locus sit, sententiæ exequantur. Dubio igitur iuxta rescriptum Signaturæ proposito, Domini resoluerunt, esse locum Statuto.

Nam quòd sub eo comprehendantur personæ Ecclesiasticæ, visum est carere difficultate: tum quia Statutum est Papale, conditum a deputatis à Papa, nec restrictum ad Forum Capitolinum, sed seruandum in totis Curiis: tum etiam, quia sæpissimè Rota idem tenuit, ac firmauit; & fignanter coram sanctę mem. Clemente Octauo *in Romana de Comitibus* 21. *Iun.* 1577. in *Romana Census, seu reconuentionis*, 12. *Maij* 1606. *coràm Litta*; & *in Romana Separationis thori*, 7. *Decembris* 1605. *coram R. P. D. Marcomontio*.

Maior difficultas excitabatur, vt non comprehenderetur Collegium: quia nec Ciuis Romanus, nec Incola proprie nuncupari poterat, prout Statutum mandat strictè seruari inter eos.

Verùm, etsi aliàs fuerit visa releuans, ita vt Domini nihil deliberare voluerint *in causa Romana Secretariatus*, 20. *Nouembris* 1593. *coram Illustrissimo Carain. Millino*; tamen cùm idem dubium contigisset *in causa Romana, seu Nepesina Census*, 19. *Martij* 1599. *coram bo. memor. Card. Seraphino*; fuit resolutum, Statutum comprehendere Communitatem, quæ est persona ficta; & exinde iterum fuit firmatum contra Fratres, & Conuentum Sanctorum Apostolorum *coram bo. mem. Litta in d. causa Romana Census, seu Reconuentionis*, 12. *Maij* 1606. Quæ resolutiones placuerunt Dominis: quia non repugnat proprietati verborum Statuti, quin Collegium dicatur Ciuis. Bart. *in l.* 1. *num.* 12. *ff. ad Municip.* sequitur Felyn. *in cap. cùm te, nu.* 16. *de rescript.* Nec ratio suadet restringendi Statutum ad veros Ciues, & non fictos: postquam eodem modo Collegium possidet bona, contrahit, administrat, succedit, prout Ciues alii Romani, & Incolæ faciunt.

Quæ autem opponebantur circa validitatem, & iustitiam sententiarum, dictum fuit non obstare: quia sunt sublata in decisionibus in hac Causa factis coram DD. meis Manzanedo, & Vbaldo.

Atque ita fuit resolutum.

R.P D. Verospio.

Romana Vineæ.

Luna 15. *Aprilis* 1630.

EPITOME.

Statutum Vrbis, prout confirmatum à Papa, ligat personas, & bona Ecclesiastica. Procurator, quibus in casibus possit substituere.

Ad Tit. in verb. Auctoritate, num. 54.

DECISIO II.

CVm in hac causa duabus sententiis Rotalibus declarata fuisset nulla, & inualida cessio iuris nominandi, quã Claudius Rota fecerat in personam Cardin. Gozzadini, eo quia idem ius ex testamento Camillæ Panzinæ Claudio relictum, tanquam personale in alium ab eodem Claudio transferri non potuerat; ab vltima sententia Rotali, quam tulerat R.P.D. meus Ghislerius, appellauit Ecclesia, & Societas S. Ioannis Euangelistæ Nationis Bononẽsis, quę nominationẽ à Cardinale obtinuerat. Sed cùm ex parte Hospitalis „& Fratrum S. Ioannis Colabitæ, vulgo dicti Fate ben fratelli, fuerit mihi directa Cõmissio executorialis, cum solita clausula vt cõstito de duabus cõformibus,

& quòd Statuto locus esset, easdem sententias executioni demandarem; Proposui hodie Dubiũ super veroque capite Commissionis, quod Domini affirmatiuè resoluerunt.

Data enim earundem sententiarum validitate, & iustitia, quæ & præsupponit Statutum, & Domini credidérunt in dubium reuocari non posse, verè eadem sententiæ conformes apparebant, cùm & conuenirent in substantia, & primam secunda in omnibus confirmaret. glos. *in clem. 1. in verb. alicuius, de sent. & re iudic.* Cyn. *in l. 1.* & ibid. Angel *n. 1. C. ne liceat tertiò prouocare.* Couar. *practic. quæst. cap. 25. num. 5.* Gabr. *de execut. rei iudic. conclus. 1. num. 33.* Rot. in *Romana Prety bonorum 31. Ian. 1628. coram R. P. D. meo Merlino*: & locus erat etiã Statuto, quamuis inter personas Ecclesiasticas ageretur, licèt tam Hospitale, quàm Societas, non nisi fictè, & improprie Ciues dici possent, cùm idem Statutum tanquam à Papa confirmatũ, liget etiam personas, & bona Ecclesiastica. Rota *decis. 379. num. 3.* & *decis. 452. num. 1. par. 1. diuersor.* & comprehendat etiam Vniuersitates, & Collegia eodem modo, quo veros Ciues: quia & habitant, & bona in vrbe possident: quod in casu huius Statuti sæpius etiam tenuit Rota, *vt in Roman. Census 12. Maij 1606. coram Lotta*, in *Romana Domus 1. July 1616.* & *2. July 1627. coram bona mem. Buratto*, in *Romana Saluiani 10. February 1622. coram R. P. D. meo Pirouano*, & nouissimè in *Romana Domus 18. May proxime coram me.*

Validitatem sententiarum ex ipsa Actorum, & Processus reuolutione probatam Domini dixerunt, ex quibus apparebat fuisse seruata omnia, quæ ad ipsius sententiæ validitatem requiruntur, iuxta decisionem Veralli 262 *par. 2.* Imò nullitatibus, quæ primæ sententiæ Domini mei Merlini obiectæ fuerunt, satisfactũ fuerat plenissimè in decisionibus Domini mei Ghislerii.

De iustitia earundem sententiarum, neque etiam Domini dubitarunt, cùm, vt latius fuit comprobatum in decis. DD. meorum Merlini, & Ghislerii, hæc facultas, quam ex testamento Camillæ habuerat Claudius nominandi Locum aliquem pium, qui post sui ipsius obitum succederet in vinea hæreditaria eiusdem Camillæ, ab eodem Claudio alteri committi non potuerit: tum quia hanc apparebat fuisse testatricis voluntatem, quæ eam potestatem nominandi expressè testrinxerat ad ipsum Claudium; vt in specie fuit ponderatum in decis. D. mei Merlini: tum quia hac in re ea videtur esse communis omnium distinctio, vt in iis, quæ non habent certam legem, aut formam, possit Procurator, siue is, qui habet ab aliquo aliquam facultatem, in sui locum alterum substituere, cùm tunc non censeatur electa industria personæ; secus verò in iis, quæ industria, & motu animi consistunt, & pendere debent à solo eius arbitrio, cui fuit electio commissa, cùm tunc idem qui debet eligere, suum, non autem alterius iudicium sequi debeat. Bart. *in l. si Procuratorem, §. si quis mandauerit num. 2. ff. mandati.* Bald. *in l. nulli, num. 4. C. de Episcop. & Cleric.* & *in l. vnica, §. ne autem, num. 7. C. de caduc. tollen.* & *consil. 296. lib. 1.* Franch. *in cap. 1. §. sanè num. 6. in fin. de testament. lib. 6.* Paris. *consil. 80. num. 20. lib. 4.* qualia in proposito censentur, distribuere Personis, aut Locis piis, eligere Puellas, vt nubant, & dotem relictam consequantur, & similia, quæ non ante dicuntur certa, quàm postquam fuerint per executores declarata. Ioan. Andr. *in addit. ad Speculat. tit. de instrum. edit. §. nunc, vers. aliquæ num. 76. littera F. in verb. nulli in fine, vers. quærit etiam Nicolaus.* Felyn. *in cap. fin. §. is autem de offic. deleg. num. 5.* Bald. *consil 128. num. 1. lib. 3.* Aymo *cons. 303. num. 3.* Castr. *cons. 177. num. 1. versic. tum quia*, & *cons. 221. num. 4. lib. 2.*

Et demum præter alias rationes, quibus confirmarũt decisiones, hoc ius non potuisse à Claudio in alium transferri, quæ etiam hodie placuerunt; confiderarunt Domini, quòd cùm hæc facultas, quam Claudius habuerat ex testamento Camillæ, eidem competeret ex sola confidentia, quam de eius persona habuit Testatrix, non autem vel iure proprio, vel alio aliquo titulo præambulo; ex eo potissimum ab eodem cedi non potuit, quòd si Testatrix fidem Claudii secuta fuit, non eodem modo duci possit, vt de altera persona, quam idem Claudius eligeret, confidere voluerit; vt pariter hac in re est communis DD. distinctio, quam post Bart. & alios *in l. si stipulatus fuerim 70. ff. de verbor. obligat.* retulit Molin. *de primogenit. lib. 2. cap. 4. n. 62.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 26. glos. 1. num. 76. & 77.* Caldas *de nominationibus lib. 2. quæst. 6. num. 41.* Aym. *d. cons. 303. num. 2.*

Card. Virili.

Romana Hæreditatis.

Sabb. 23. Ianuarij 1627.

EPITOME.

Sententiæ quando dicantur conformes. Statutum Vrbis de duabus conformibus, an liget Ecclesiasticos, & seruetur in omnibus Curijs. Multa de testamentorum authenticatione.

Ad Tit. in verb. Auctoritate, num. 57.

DECISIO III.

SEntentia lata per A. C. met super validitate testamenti bonæ memoriæ Cardinalis Arigonij fuit à Reuerendissimo Domino Patriarcha Hierosolymitano confirmata, & commissa causa per Signaturam cum clausula Constito de duabus conformibus, & quòd sit locus Statuto, exequatur, fuit datum Dubium, An constet de duabus conformibus, ita ut sit locus Statuto? Et Domini affirmatiuè respon-

Nam quòd dictæ duæ sententiæ sint conformes, patet; prima enim sententia firmat, testamentum esse validum, & absolvit hæredes, & vsufructuarias in dicto testamento nominatas; secunda verò dicit male fuisse appellatum, & dictam sententiam fuisse validam, & iustam, & confirmandam; & sic cùm vtraque sententia concordet in effectu, qualitate, & substantia, & vna confirmet aliam, dicuntur conformes. Ruin. *consil.* 114. *nu.* 3. *& seq. lib.* 1. Thes. *decis.* 228. *n.* 1. *& decis.* 122. *num.* 11. Couar. *practic. quæst.* 25. *nu.* 6. Rot. *decis.* 298. *par.* 1. *recentior.* Et cùm sententiæ sint latæ inter Romanos, & Cives, intrat Statutum de duabus conformibus, *cap.* 178. *lib.* 1. Rot. *decis.* 662. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* Gregor. *decis.* 491. Rot. *decis.* 451. *par.* 1. *diuersor.* & huiusmodi Statutum seruatur in omnibus Curijs. Rot. *d. decis* 451. *par.* 1. *diuers.* & ligat etiam Clericos, & Prælatos, cùm ob confirmationem Apostolicam sit Papale. Rot. *dec.* 380. *& d. decis.* 452. *num.* 1. *par.* 1. *diuer.* Seraph. *decis.* 794. *num.* 26.

Non obstat prima oppositio contra istas duas sententias, quòd non sit facta productio originalis, siue matricis testamenti bo. me. Cardinalis, stante maximè protestatione partis. Rot. *decis.* 135. *num.* 6. *par.* 1. *in recent.*

Quia cùm matrix debeat remanere penes Notarium rogatum, *cap. quoniam contra, de probat.* Bart. *in l. si quis ex argentarys, §. prætor ait, n.* 2. *ff. de edem.* Menoch. *de adipisc. remed.* 4. *nu.* 654. Oldrad. *decis.* 16. *num.* 4. Achil. Personal. *de adipiscen. poss. num.* 150. Ludou. Lana *tract. de formal. testam. in rubr. de form. conscen. testamen. nuncup. num.* 26. *&* 29. Sat est quòd in actis sit producta exemplum redactum in publicam formam ab eodem Gargario Notario de matrice rogato. Ial. *in l. fin num.* 4. *vers. sed intellige, C. de edict. Diu. Adr. toll.* vbi Curt. *num.* 35. Zaccaria. *num.* 91. Gozad. *consil* 6. *num.* 89. *in fi.* Rip. *in l. admonendi num.* 148. *ff. de iurisdi.* Menoch. *de adipisc. & remed.* 4. *nu.* 654. Verall. *decis.* 351. *par.* 2. & fuit dictum *in Perusina Hæreditatis* 28. *Nouembris* 1616. *coram bon. mem. Boratio.*

Decisio autem 135. *num.* 6. *par.* 1. *recen.* loquitur in productione simplicis exempli, non autem in productione exempli authentici, & redacti in publicam formam a Notario rogato, vt dicitur *in supradicta Perusina*; præsertim cùm matrix fuerit pluries ostensa Dominis in Rota, & diligenter ab eis visa, & nullum in se defectum habere apparuerit: quæ ocularis inspectio satis sufficit. Rota *d. decis.* 135. *par.* 1. *recent. nu.* 6. *vers. si a iudice inspiciatur.*

Nec facit quòd Notarius non dicatur rogatus de testamento clauso, sed de confignatione, & ideo non potuerit dare sumptum testamenti, sed confignationis. Quia eo ipso quòd folia fuerunt confignata Notario, fuerunt effecta publica mediante rogitu, ratione cuius dicitur Notarius effectus dominus illorum Bald. *in l.* 2. *C. de condict. ex leg.* Ludouic. Lana *in d. rubr. de form. conscen. testam. nuncup. num.* 29. & consequenter potuit quodcumque publicum, & authenticum exemplum dicti testamenti conficere, cu-

stodiendo apud se originale siue matricem. Ial. *in l. fin. num.* 4. *C. de edict. Diu. Adr. tollen.* cum aliis supra citatis.

Nec obstat secunda oppositio, quòd non sit recognita manus subscriptionis bon. mem. Cardinalis Testatoris, & sic non constet de identitate testamenti: de qua eo magis dubitari posse dicitur, cùm testamentũ sit descriptũ in duobus foliis separatis, & ideo potuerit adiungi & immutari.

Quia cùm ipsemet Cardinalis Testator folia circumsuta, & sigillata pro suo Testamento nuncupatiuo Notario confignauerit, rogato de huiusmodi confignatione Notario, ac septem testibus desuper adhibitis, consequenter constat non solum de certitudine, & identitate foliorum ex traditione facta per Testatorẽ Notario, & ex rogitu eiusdem Notarii, & testium, sed etiam de ipsomet testamẽto ipsius Cardinalis: & ideo alia recognitio non requiritur. Bart. *in l.* 2. *num.* 1. *vers. sed si Notarius est rogatus, ff. quemadm. testam. aper.* Rot. *decis.* 751 *num.* 6. *&* 7. *par.* 1. *diuers.* Paul. de Castr. *consil* 93. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 1. Fulgos. *cons.* 56. *nu.* 1 *vers. sed Testator, &* n. 2. Alexan. *cons.* 176. *num.* 6. *lib.* 5. Gozad. *cons.* 3. *num.* 15. *&* 25. Cepol. *cautel.* 88. *num.* 1. Boer. *decis.* 240. *num.* 5. *post med.* Ludouic. Lana *citato tract. de form. testamen. nuncup. n.* 14. 32. *&* 33. *& cons.* 1. *post dict. tract. n.* 19. 48. *& seq. &* 66. *&* 70. & fuit dictum *in Tuden. Iurispatronatus* 15. *Augusti* 1572. *coram bonæ memoriæ Robusterio.*

Eoque magis cùm Notarius rogatus à tergo foliorum à Testatore coram septem Testibus cõfignatorum rogitum adnotauerit, ac Testes, & Cardinalem Testatorem subscribi fecerit: quæ cautela probat identitatem, & excusat à recognitione. Clar. *in §. Testamentum q.* 4. *vers. sed pone, & quæst.* 36. Mantic. *de coniect. lib.* 1. *tit.* 7. *num.* 7. *circa med.* Federic Scott. *cons.* 1 *n.* 34. *lib.* 1. *tom.* 1. Marant. in puncto *cons.* 90. *nu.* 4. *&* 7. Manent. *cons.* 60. *num.* 10. Fulgos. *dicto cons.* 56. *in fin.*

Nec obstat, quòd rogitus Notarii sit scriptus à tergo primi folii, & sic non iustificetur identitas folii intermedii, nec excludatur possibilitas suppositionis alterius folij. Quia vbi vnum folium non sufficit, plura folia adhibentur, vt integrum testamentum conficiatur; & ideo in hoc attenditur fides Notarii, de qua dubitari non debet: & sic vbi Testator plura folia confignauit, circa identitatem statur fidei Notarii rogati, nec ex pretensa possibilitate suppositionis est necessaria recognitio. Lana *dicto tract. num.* 32. 33. *&* 48. *& d. cons.* 1. *num.* 48. Fulgos. *d. cons.* 56. *num.* 2. Rota *dicta decis.* 751. *par.* 1. *diuers.* & in testamento clauso, & confignato à Testatore. Lana *dicto tract. num.* 47. *&* 48. *& d. cons.* 1. *num.* 104. & fuit dictum *in supradicta Tuden. Iurispatronatus coram bon. me. Robusterio*: præsumitur enim folia semper eo modo fecisse, quo Cardinalis Testator confignauit notario. Lana *dicto cons.* 1. *num.* 16.

Hinc si omnes Testes sint mortui, statur fidei Notarii rogati absque alia recognitione, vel probatione. *l. hæredes palam. C. de testam.* Bart. *in l.* 2. *num.* 1. *in fin. vers. si enim creditur No-*

tario, ff. quem adm. testiment. aperiant. Salic. *in l. 1. num. 3. C. de testam.* Ias. *in l. bonorum quidam, num. 3. C. de bonor. possess. secund. tab.* Paul. de Castr. *consil. 93. lib. 1.* Ias. *cons. 67. nu. 2. lib. 3.* Lana *dict. tractat. num. 5.* & *d. consil. 1. num. 48.* prout assertioni Notarij, quòd scriptura sit matrix, creditur. Alexan. *cons. 105. num. 2. lib. 2.* Tantaque est fides Notarij, vt custodia schedulæ, & foliorum a Testatore consignatorum illi committatur, & de dominio illius fiat. Lana *d. tract. num. 29.* & *d. cons. 1. num. 108.*

Nec obstat Paris. *cons. 19. num. 26. lib. 3.* Quia nec loquitur in foliis clausis consignatis a Testatore, nec quando a tergo adest adnotatio per Notarium, & subscriptio testium, & Testatoris, prout hic. Et ad Parisium respondet Rot. *in dicta Tuden. Iurispatronatus,* & Lana *dict. cons. 1. num. 86.*

Nec facit quòd in aperitione testamenti non fit facta recognitio. Quia in aperitione nec citatio, nec recognitio est necessaria, cùm illa non fiat ad authenticandum testamentum. Fulgos. *consil. 56. volum. 1. in fin.* Gozad. *cons. 3. num. 26.* Lana *d. consil. 1. num. 108.*

Tertia oppositio circa non exhibitionem facultatum testandi concessarum Cardinali tollitur: quia illæ sunt impressæ in Bullario, & sic notoriæ, vt fuit dictum *in Bononien. Translationis pensionis* 21. *Iunij* 1601. *coram D. Cardinali Millino*: & Cardinalis non se restrinxit ad facultates, sed testatus fuit omni meliori modo, &c.

Et ita, vtraque parte informante, fuit decisum.

Card. Sacrato.

Romana Relocationis Casalis.

Luna 16. *Martij* 1615.

EPITOME.

Ecclesia an teneatur relocare, & præsertim quando res locata est deserta, & per industriam conductorum reducitur ad fertilitatem.

Statutum Vrbis de relocatione an comprehendat bona Ecclesiastica, ad intellectum Extrauag. Ambitiosæ, de reb. Eccles. non alien.

Ad Tit. in verb. Auctoritate, num. 95.

DECISIO IIII.

FVit conclusum, Dominos Beneficiatos Sanctæ Mariæ Maioris, finita tertia generatione, pro qua tantùm fuit facta investitura, non teneri relocare Casale de quo agitur, Dominis de Astallijs. Nam, quicquid dicendum foret, si dicti Beneficiati vellent locare Casale alteri, quando, vt in proposito, volunt pro se retinere, verior & communior opinio est, quòd Ecclesia non teneatur relocare. Abb. *in cap. bona, il 2. num. 28. de postul. prael. cap. ex parte,* ibi, *liberè, de feud.* Alexan. *in l. si mihi, & Titio, sub num. 19. ff. de verb. obligat.* Ripa *in l. 1. num. 9. ff. de priuil. ad.* Gozadin. *consil. 39. num. 19. in fin.* Ias. *cons. 24. num. 35. lib. 3.* Calcan. *cons. 8. n. 35.* Franc. Curt. *cons. 47. in fin.* Gabr. *de iure emphyt. conclus. 1. num. 14.* Honded. *cons. 53. num. 41. lib. 1.* Franc. Viu. qui de magis communi, *opin. 246. nu. 7. lib. 1.* Mandos. *in addit. ad Roman. consil. 22. litt. K. limit. 5.* Clar. *in §. emphyteusis, quæst. 44.* Beniaten. *decis. 19.* Caputaq. *decis. 303.* & *304. lib. 1.* vbi de magis communi. Rota *coram Mantica in Ravennaten. Bonorum 20. Nouembris 1587.* & *in Bononien. Bonorum de Campeggijs 2. Decembris 1587. versus fin.* & *in Brixien. Feudi 16. Maij 1583. coram Barbalo,* & *in Vicentina Feudi 16. Decembris 1592. coram bon. mem. Gipsio.*

Secundò, & tanto magis stante pacto in Inuestitura apposito, quòd finita locatione Casale reuertatur ad proprietarios, & liceat eis propria auctoritate Casale in se suscipere, & de eo ad libitum disponere. Vt enim pactum hoc aliquid operetur, iuxta regul. de qua *in l. si quis argentum, C. de donat.* eo minus tenētur proprietarij relocare, vt in specie latè Rimiual. iun. *consil. 357. num. 110. vsque ad 122. lib. 3.* facit Socin. iun. *cons. 9. num. 14. lib. 3.* Rota *apud Seraph. decis. 610. num. 2.*

Non obstat quòd prædicta conclusio minimè habeat locum quando prædium desertum, ex industria conductorum reductum est ad fertilitatē. *l. quacunque, la 2. cum sua materia, C. de om. agr. deser.* Nam omissis multis intellectibus, qui dantur per scribentes illi legi, cessat difficultas: quia in proposito non apparet Casale fuisse desertum, & infructiferum de tempore locationis: quod debebant Domini de Astallijs, tamquam fundamentum eorum intentionis, probare, *cap. 1. vt Eccles. benef. l. ei incumbit, l. verum, ff. de prob. l. actor, C. de prob.* Bald. *cons. 270. in principio lib. 1.* Surd. *cons. 150. nu. 89.* Alex. *cons. 66. vers. si ergo accusator, lib. 1.*

Neque super hoc aliquid concludunt testes deponentes, Casale fuisse expensis Dominorum de Astallijs ditroccatum, & melioratum. Nam præter quam quod non deponunt Casale tunc temporis fuisse desertum, & infructiferum, vt requirit illa lex cum sua rubrica, cessat obiectum, quia non deponunt de tempore locationis, sed per multum tempus post: & regula est, quòd de præsenti statu non præsumitur in præteritum. Alex. *cons. 47. num. 10. lib. 1.* & *cons. 75. num. 19.* & *20. lib. 6.* Bart. *in l. confirmamus, ff. de confir. tut.* Bald *in l. ex persona num. 9. C. de probat.* Socin. sen. *cons. 89. num. 10. lib. 1.* Rip. *in cap. cùm Ecclesia Sutrina n. 26. de caus. poss. & propr.* Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 21. vers. limita septimò.* Nec videtur dubium, quod ad prædictum effectum debeat attendi tempus locationis, ad trad. *in cap. cum dilecti, ac emption. & vendit. cap. vt supra, de reb. Eccles. non alienand.*

Cald.

Cald. *consil.* 5. *de rer. permut.* Cravett. *consil.* 11. *num.* 16. & 17. Decian. *cons.* 33. *num.* 26. *lib.* 1. Aegid. *decis.* 754.

Et tantum abest quòd Domini de Astallijs probent Casale de tempore locationis fuisse desertum, & infructiferum, quòd immo ex instrumento locationis apparet quòd per annos immediatè præcedentes fuerat locatum ad rationem ducatorum 207. de carolenis singulis annis.

Minus facit, quòd Beneficiati teneantur relocare in vim Statuti Vrbis, *cap.* 124. *lib.* 1. Quia illud Statutũ minime habet locum in bonis Ecclesiasticis, vt fuit resolutum *in causa Romanæ relocationis Domus* 13. *Martij* 1595. *coram bonæ memoriæ Gipsio*. Nec refragari visum fuit, quòd illa decisio sit fundata in eo, quòd res Ecclesiæ habent particulare priuilegium super modo alienandi illorum bona, nempe *extrauag. ambitiosa de reb. Eccles. non alienand.* vt respondit Rota *in alia Romana relocationis* 2. *Decembris* 1609. *coram me*: Vnde infertur, quòd ex quo in proposito casu minimè sunt necessariæ solemnitates dictæ extrauag. cùm agatur de re solita locari, *cap. ex parte*, & ibi Doctor. *de feud.* Ias. *cons.* 227. *nu.* 17. & *cons.* 155. *num.* 10. *lib.* 2. Rota *in Senen. Prady* 8. *Octobris* 1584. *coram Illustrissimo Pamphilio*: neque etiam ille casus erit de exceptuatis à Statuto, quasi quòd Statutum debeat intrare semper quando non est locus dictæ extrauag. ambitiosæ. Quia responsum fuit, quòd licet in rebus solitis locari minime sit necessaria solemnitas dictæ extrauagantis, benè est necessaria vtilitas, adeo vt si reperiatur maior oblatio, non teneatur Ecclesia relocare pro eodem pretio. *cap. tua nuper, de his, quæ fiunt à prælat.* Bart. *l.* 1. *num.* 13. *ff. de priuileg. credit.* Gabriel *concl.* 1. *de iure emphyt. num.* 18. & inclinauit Rota *apud Cæsar. de Graff. decis.* 4 *de reb. Eccles. non alienand. num.* 9. & faciunt trad. per Abbat. *in cap. ad aures num.* 4. *de reb. Eccles. non alien.* & ibi Imol. *sub num.* 1. *versic. item nota demum*.

Ex quibus patet non esse verum, quòd propositus casus sit extra terminos dictæ extrauagantis, & consequenter quòd possit intrare dictum Statutum Vrbis: Vnde non immeritò dicta decisio *Romanæ relocationis coram Gypsio*, indistinctè firmauit, Statutum non habere locum in Ecclesijs: & ibi etiam agebatur de relocatione, & sic de re solita locari.

Et quatenus diceretur Dominos de Astallijs esse paratos dare illud totum, quod ab alijs reperiri possit, & sic non esse locum dictæ extrauagantis ambitiosæ; & exinde cessare Statutum, iuxta distinctionẽ, de qua supra, fuit responsum, quòd hoc esset egredi terminos Statuti, quod mandat fieri relocationem pro eodem pretio; & sic fieret casus extraneus à Statuto, quod tamquam exorbitans non debet extendi. Dec. *cons.* 615. *num.* 4. & *consil.* 589. *num.* 3. Put. *decis.* 160. *num.* 2. & 3. Rota *in dicta Romana relocationis* 2. *Decembris* 1609. *coram me*.

R. P. D. Merlino.

Romana Liberationis à fideiussione.

Lunæ 4. Martij 1630.

EPITOME.

Statutum Vrbis super liberatione à fideiussione non ligat personas Ecclesiasticas. Statuta Papalia quando afficiant Ecclesiasticos. Effectus clausulæ, sed & omni alio meliori modo, in sententijs appositæ.

Ad Titvlvm verb. Avctoritate, num. 95.

DECISIO V.

LOcumtenens A. C. condemnauerat Reuerendissimum Rossanen. vt eximeret, & liberaret Reuerendissimum Parmen. à fideiussione, & obligatione pro scutis 4000. seu daret, & præstaret alium idoneum releuatorem: quam sententiam confirmandam esse Domini censuerunt.

Non quidem ex dispositione Statuti Vrbis, *cap.* 94. & 157. *lib.* 1. vbi disponitur, quòd fideiussor etiam si diu non steterit in obligatione, possit instare vt eximatur: quoniam dicta Statuta non ligant personas Ecclesiasticas. *cap. quæ in Ecclesiarum, cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ*, & ibi Canonistæ omnes, *extra de constit. auth. cassa & irrita*, C. *de sacrosanct. Eccles.* Anchar. *consil.* 258. *num.* 2. Honded. *consil.* 3. *num.* 11. *lib.* 1. Surd. *consil.* 2. *num.* 14. & *consil.* 301. *num.* 12. & plenè dixit Rota *in Romana Domus de Scapuccijs ad S. Augustinum* 19. *Ianuarij* 1611. *coram Reuerendiss. D. meo Decano*.

Nec suffragatur, quòd Statuta Vrbis dicantur Papalia, & sic afficiant etiam personas Ecclesiasticas. Quia id benè procederet, si edita fuissent à Summo Pontifice tanquam capite Ecclesiæ, ac si ipse fuisset legislator: sed cùm hæc Statuta dicantur Papalia solummodo respectu confirmationis, dum Statutum præcisè non loquitur de Ecclesiasticis, non debet ad eos extendi; & confirmatio non auget, nec ampliat dispositionem Statuti, sed solummodo dat robur adimendo defectum iurisdictionis circa dispositia, cùm hæc sit natura ipsius confirmationis. *l. Aurelius, §. testamento, ff. de liberta. leg.* Bald. *in l. nominationes ad fin. C. de appell.* Bero. *cons.* 107 *n.* 11. *lib.* 1. Menoch. *consil.* 658. *num.* 8. Rota *coram Card. Seraphino decis.* 674. *num.* 7. & *decis.* 981. *num.* 5.

Et ita in terminis, quòd Statuta Vrbis non comprehendant bona Ecclesiastica, vel personas, nisi ibi expressè de illis fiat mentio, iuxta doctri-

doctrinam Baldi *in cap. Ecclesia Sancta Maria sub num. 9. vers. tertio gloss.*; vbi sic intelligit, & explicat glossa *ibidem*, benè firmauit Rota *in Romana relocationis domus* 13. *Martij* 1595. *coram bon. mem Gipsio*; & *in Romana relocationis Casalis* 16. *Martij* 1615. *coram bon. mem. Card. Sacrato*; & nuper super Statuto de læsione, idem censuit *in Romana Pensionis* 4. *Februarij proximè præteriti coram R. P. D. meo Pirouano.* Nec enim ita de facili præsumendum est Pontificem concessisse iurisdictionem ipsis laicis in personas, & res Ecclesiasticas: & confirmatio illa Statutorum, siue etiam mandatum, & auctoritas præstita pro illis condendis, videtur procedere potius à Papa tamquam Principe temporali, non autem tanquam à supremo Ecclesiæ capite, maxime vbi in specie non loquuntur de Ecclesiasticis: & sic in præsenti dari potest de defectu voluntatis Papæ. Et proinde nec applicantur decisiones in contrarium allegatæ: quia illæ procedunt in alijs Statutis, prout de contractibus filiorum familias, & de duabus conformibus, & in alijs, in quibus expressè nominantur Clerici, vel iubetur seruari in quibuscunque Curijs: quia tunc cùm Papa in forma speciali confirmauerit, non potest opponi, nec de defectu potestatis, nec voluntatis, vt benè *in dicta decisione coram Gipsio*.

Sed Domini dixerunt esse confirmandam sententiam ex pacto specialiter inito, quòd Reuerendissimus Rossanen. daret relevatorem, & seruaret indemnem ab omni molestia dictum Reuerendissimum Parmen: quo stante pacto potuit cogi à fideiussore etiam antequam solueret, vt liberaretur. *l. si proca. C. mãdati.* hæc enim promissio seruandi indemnem plenam habet significationem, vt benè per Bald. *in dicta l. si pro ea num.* 20. *in quæst.* 12. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 16. *tit.* 22. *nu.* 24. Rimin. iun. *cons.* 459. *num.* 19. Modern. Roman. *disceptat. forens. cap.* 549. *num.* 2 & 3. *cum seq.* & fuit dictum *in Cesenaten. bonorum* 13. *Iuny* 1608. *coram D. Card. Pamphilio.*

Nec dicatur Comitem Franciscum fratrem dicti Reuerendissimi Rossanensis accessisse, & relevationem promisisse. Quoniam huiusmodi promissio in multis deficit: non est enim in fauorem creditoris, & fideiussoris, nec cum obligatione Camerali, vel quarantigia, ita vt non dicatur plenè consultũ indemnitati Reuerendissimi Parmen. ipse enim executiuè posset compelli ad soluendum iuxta fideiussionem præstitam: nec vice versa ipse posset compellere dictum relevatorẽ: & demum, quod pelus est, in dicta relevatione detegitur præiudiciũ ipsius Reuerendissimi Parmensis, & quod non satis candidè cum eo actum sit: quia Reuerendissimus Rossanensis obligauit redditus prædij nuncupati la Palazzola, & Comes Franciscus in instrumento relevationis protestatus est se non consentire assignationi dictorum reddituum illius prædij, quia prius sibi fuerant obligati, & assignati: & sic vndequaque patet hac relevationem imperfectam esse, & irrelevantem.

Non obstat sententiam latam esse Statuto: & ideò cùm Statutum non suffragetur, vt supra dictum est, nec etiã sententia sustineri possit. Quoniam cùm Iudex in fine declarauerit se non solum prædicto, sed & omni meliori modo pronunciasse, sustinetur sententia ex alio motiuo præter expressum, *ad l. ea tamen, ff. de leg* 3. *l. codicillis, §. vlt.* & ibi Bart. *ff. eod.* Achill. *decis.* 1. *de clausul.* Caputaq. *decis.* 124. *par.* 1. & benè Menoch. *cons.* 415. *num.* 19. & Card. Mantic. *decis.* 117. *nu.* 2. quamadmodum etiam in vim dictæ clausulæ cum copula &, sustinetur processus factus à Iudice tanquam delegato, quamuis delegatus non esset, sed ordinarius, vt notant Card. & Imol. *in cap. ex litter. de offic. deleg.* Dec. *cons.* 14. *num.* 4. Thob. Non. *cons.* 43. *sub nu.* 8. Ioseph. Ludou. *decis. Perus.* 117 *num.* 10. *& seq.* vbi latè per tot. decis. differit de viribus, & efficacia dictæ clausulæ.

Et ita vtraque parte informante, &c.

Reuerendiss. D. Coccino Decano.

Romana Donationis de Castellanis.

Lunæ 23. *Iunij* 1631.

EPITOME.

Pactum nudum an pariat actionem tam in contractibus stricti iuris, quàm bonæ fidei. Promissio de donando an sit donatio. Iuramenti vis, & efficacia. Statuta Vrbis lib. 1. cap. 42. 124. & 154. an comprehendant personas Ecclesiasticas. Iuramentum in donatione appositum, an suppleat defectum insinuationis.

Ad Tit. in verb. Auctoritas num. 95.

DECISIO VI.

VT dictum fuit in decisione facta 17. Iunij superioris anni, occasione matrimonij contrahendi inter q. Bartholomæum Castellanum, & D. Cæliam de Capitostis, fuit in capitulis matrimonialibus conuentum. *Che Monsignor Gio. Andrea Castellano debba far donatione inter viuos in forma valida contemplatione matrimonij, al sodetto Sig. Bartolomeo, e suoi figliuoli di scudi* 20. *mila, di quali però sostenendo Monsig. li pesi del matrimonio, egli habbia l'amministratione: e quando detti Signori Sposi non volessero, ò potessero stare con detto Monsignore, in tal caso esso Monsig. sia tenuto consegnare liberamente detti scudi* 20. *mila in tanti luoghi di Monti, ò Cens, ò beni stabili qui in Roma.* Defuncto autem dicto

dicto Bartholomeo idem R. P. D. Io. Andreas non recusabat facere donationem, sed prætendens in eadem donatione tanquam nondum perfecta pacta sibi benè visa, & conditiones apponere, arg. textus à contrario sensu *in l. perfectis, C. de donat. quæ sub modo*, duobus potissimum fundamentis nitebatur. Primò, quia de Iure Ciuili (quod est seruandum inter Ciues, & Incolas ex Statuto Vrbis *cap. 42. lib. 1.*) pactum nudum non parit actionem, *l. Iurisgentium, §. igitur nuda, ff. de pact. l. legem, C. eodem*. Secundò, quia promissio de donando non est donatio, ex latè congestis ab informantibus, quibus sufficiebat allegare Tiraquell. *de retract. conuent. ad fin. tituli num. 25. & 42.* qui DD. pro veraque parte cumulat, prout etiam Seraph. *de priuil. iuram. priuileg. 23. in princip.*

His tamen non obstantibus fuit per DD. resolutum dictum D. Castellanum teneri simpliciter donare iuxta formam dictorum capitulorum absque vllo pacto, & conditione, cùm promissio sit simplex; & sic standum esse in decisis sub dicta die 17. Iunij superioris anni. Ratio decisionis fuit, quia ne dum de Iure Canonico, quis debet compelli ad seruandum id quod promisit, sed etiam de Iure Ciuili: de iure quidem Canonico, ex dispositione *text. in cap. 1. de pact.* vbi dicitur, quòd pacta custodiãtur, *cap. qualiter eod. tit.* ibi, *studiosè agendum est, vt ea, quæ promittuntur, opere compleantur*, abb. *in cap. per tuas, num. 5. in fin. & num. 13. de arbitris*, Rom. *in l. stipulationes non diuiduntur, num. 77.* Ias. *num. 33. vers. alio modo limitat, ff. de verb. oblig.* Garz. *in d. cap. 1. num. 161 de pact.* Ant. Burgos *in rubr. de empt. & vend. colum. 2.* Et quamuis Io. Andr. *in dicto cap. qualiter*, Felin. *in d. c. 1. num. 9. vers. considera*, & Ferrett. *cons. 171. n. 7.* teneant quòd Ius Canonicum in hoc non discrepet à Iure Ciuili; Tamen hoc simpliciter non dicunt, sed ad effectum, vt promittens præstando interesse liberetur, de quo hic non est agendum propter iuramentum R. P. D. Castellani, quod illum præcisè obligat ad donandum; nec potest liberari præstando interesse, cùm iuramentum debeat in forma specifica obseruari. *cap. ad nostram il primo de iureiur.* & si potest seruari sine dispendio salutis æternæ, & detrimento alterius, omnino seruãdum est *cap. cum contingat eod. tit. cap. quamuis, de pact. in 6.* glos. *in l. si pecuniam in princ. ff. de condit. ob causam*, quam sequitur Bald. *in l. 1. num. 77. vers. quarto fallit, ff. de sent. qua pro eo.* Alex. qui de communi, *in d. l. stipulationes non diuiduntur num. 27. & cons. 91. num. 6. lib. 2.* Coru. *cons. 256. num. 2. & 3. lib. 4.* Soein. iun. *cons. 95. num. 8. & 9. lib. 4.* Roland. *cons. 6. num. 32. lib. 1.* Hinc qui promittit cum iuramento se obligaturum ad decem, dicitur se obligasse. Io. Andr. *in addit. ad Specul. in tit. de oblig. & solut. in rubr.* sequitur Alex. *in l. cum fundus, §. seruum suum imprudens, num. 2. ff. si cert. pet.* Aret. *in l. 1. num. 2. ff. de pign. act.* vbi hoc ponit pro regula, & pro notabili tradit Rom. *in sing. 187.* Gomez *instit. de act. in §. item col. 1. in fin.* latè Boer. *decis. 3. num. 2.* Hinc etiam si quis iurauit monumentum construere, debet illud cum effectu facere, quia illa promissio habet in se tacitam conditionem, scilicet, & construam & hoc ex priuilegio iuramenti, quia omne verũ, & non falsum debet iurari. Castren. *in l. si cum patruo ad fin. C. commun. vtriusq. Iudic* & est bonus text. *in l. qua sub conditione, §. quoties, ff. de condit. instit. & in l. hac scriptura, ff. de cond. & demonstr. & in l non dubium, §. 1. ff de leg. 3.* in quibus iuribus hæres institutus sub cõditione, si iurat se facturum aliquid, vel daturum, est hæres statim quod iurauit, licèt non dederit, vel non fecerit: quia datum vel factum reputatur, ex quo statim ad dandum, vel faciendum compellitur; & latè prosequitur, & respõdet cõtrarijs Seraph. *de priuil. iurament. priuil. 23. num. 13. & 22.*

De iure etiam Ciuili D. Castellanus teneretur adimplere quod promisit, omisso etiam eo quod cõsiderabant aliqui ex Dominis, videlicet, quòd promissio de donando habet vim donationis. *glos. in §. alia in ver. manifestauerit, inst. de don.* vbi apertè vult donationem esse intelligendam non solum si per verbum præsentis temporis, sed etiam futuri fiat donatio; quia hoc intelligitur pactum de donando, quod secundum sententiam Azo, Accurs. & Bart. producit actionem, in *l. si quis argentum, §. vltimo, C. de donat.* & hanc esse communem sententiam attestatur Soc. sen. *cons. 102. sub num. 4. lib. 3.* & tanquam veriorẽ, & magis communem amplectitur etiam Clar. in *§. donatio, quæst. 14. in fin.* Guidop. *cons. 12. n. 1.* Arius Pinellus, qui etiam alios refert, *in l. 2. p. 2. cap. 3. num. 30. C. de rescindend. vendit.* dicens eam esse veriorem, & crebriorem, & Affl. & *dec. 61. sub n. 1.* & hanc sententiam nouissimè sequitur Menoch. *cons. 1. num. 237. & seqq.* & *cons. 92. num. 27. & seqq.* & etiam Pichardus *in §. alia autem num. 1. & seqq. instit. de donat.* vbi quòd hodie solo nudo consensu perficitur donatio etiã de Iure Ciuili, per dictum text. *in dicto §. alia autem, iuncto §. sciendum*, & per text. *in l. si quis argentum 35. §. fin. C. de donat.* & subdit non obstare text. *in l. Iuris gentium 7. §. sed cum nulla in vers. igitur nuda, ff. de pact* quia hodie non sumus in nuda promissione, cùm lex confirmet, & assistat simpliciter promissioni, & ideo legitima conuentio appellatur, quia à lege confirmata est, *l. legitima 6. ff. eodem tit. de pact.* ibi, *Et interdum ex pacto actio nascitur*; quæ verba hunc habent sensum: Et quamuis generaliter ex pacto efficax non tribuatur obligatio, eam tamen pariet, si ab aliqua lege confirmatur. & deniqueidem Pichardus concludit: Cùm ergo nudum pactum de donando, quod antea inefficax erat, noua Iustiniani lege confirmetur, vtile erit, quantumcumque simplex sit, ex *dicta l. si quis argentum 35. §. fin.* dabiturque Donatario, si promissione facta donatorem liberalitatis pœniteat, actio, quæ condictio ex lege dicitur, ex generali traditione Iulij Pauli *in l. vnica, ff. de condict. ex lege*, vt obseruat Accurs. *ibi ver. etiam credere in dicto § fin.* & ibi interpretes omnes, Bart. *in dicta l. legitima n. 2.* vbi & omnes amplectũtur. Hactenus Pichardus.

Nam quicquid sit de prædictis, omnes Domini conueniebant, quòd ex pluribus capitibus in casu de quo agitur, etiam de Iure Ciuili, competebat actio ex dicta promissione de donando,

Primò,

primò, quia pactum nudum iuramento vallatũ, ne dum de Iure Canonico, sed etiam de Iure Ciuili parit actionem, & obligationem. Abb. in *cap. cum contingat, num. 31. & ibi* Alciat. *n. 245.* vbi dicit hanc opinionem esse communem, *de iureiur.* Matthes. *sing. 36.* Ias. *in l. Iurisgentium, §. sed cum nulla, fall. 11. ff. de pact.* Lancell. Dec. & Galiaul. *in rubr. col. 3.* & ibi Alexand. *col. vltima, ff. de verb. oblig.* Fortun. Garz. *c. 1. num. 28.* & ibi Felin. *in cap. 1. num. 4. vers. est etiam alius casus de Iure Ciuili, videlicet in pacto vestito iuramento, de pact.* Couar. *in cap. Rainaldus, §. 3. num. 19.* vbi dicit hanc opinionem veriorem detectam per *l. si quis maior 36. C. de transact.* & *in cap. quamuis pactum, par. 2. §. 2. num. 26. vers. quinto*, vbi dicit hanc opinionem esse communem, *de pact. in 6.* Alciat. *in cap. cum contingat, num. 245.* vbi pariter de communi, *de iureiur.* Gutier. *de iur. confirmat. par. 1. cap. 34. num. 1.* vbi dicit esse approbatissimam opinionem. Guidop. *dicto cons. 12. num. 5.* Ita & transactio, quæ de Iure Ciuili est inualida, iuramento firmata valet, vt nudum pactum iuramento vallatum. Bart. *in d. l. si maior, C. de transact.* Ias. *in l. 1. §. si quis*, & ibi Galiaul. *col. 14.* vbi sententiam Bart. dicit esse communem, *ff. de verb. oblig.* Couar. *in dicto cap. Rainaldus, §. 3. num. 21. de testam.* Curt. sen. *cons. 75. num. 5. vers. quod tamen.* Ias. *in §. si quis postulante, num. 14. instit. de act.*

Secundò, ex eodem pacto de donando in hoc casu competit actio: quia cùm istud pactum de donando propriè non sit nudum, sed vestitum coherentia contractus dotis & matrimonij, statim parti fuit ius quæsitum; itaut D. Castellanus actione præscriptis verbis simpliciter teneatur donare. *l. Iurisgentium, §. quinimo, ff. de pact. l. bona fidei*, vbi Bart. *in princ. C. de pact. l. contractus*, & ibi idem Bart. *num. 5. C. de fid. instrum. & in dicto §. quinimo num. 21.* Bald. *num. 4. & 11. in fin.* Angel *nu. 2. vers. sequitur in textu.* Guidop. *dicto cons. 12. num. 2. & seqq.* Tiraquell. *de retract. conuent. §. 1. glos. 5. n. 25.* quibus locis dicitur etiam quòd pactum huiusmodi vestitum operatur si paulo ante, vel post contractum interponatur. latè Card. Mantica *de contract. lib. 24. tit. 3. num. 9.* Et quamuis controuersia sit, An ita concluſio procedat solum in contractibus bonæ fidei, de quibus in *§. actionem, & §§. seqq. instit. de action.* vel etiam stricti iuris: & quòd procedat solum in contractibus bonæ fidei, dicant Cuiac. *obseruat. 24. & ad l. Iurisgentium 7. §. quinimo, ff. de pact.* Hugo Donellus *in l. 13. col. 40. ff. de reb. credit.* cum alijs per Hunnium *de pactis cap. 7. num. 1.* Quòd tamen procedit etiam in cõtractibus stricti iuris, tenent glos. *in dicta l. bonæ fidei*, & ibidem Bart. *num. 1. C. de pact.* glos. *in dicta l. Iurisgentium, in §. sed quod nulla, in verbo bonæ fidei. ff. de pact.* Franciscus Hotom. *quæst. illustrium q. 36. &* 37. Ant. Faber. *lib. 5. coniect. 10.* Goedd. *in tract. de contr. & committ. stipul. c. 8. num. 77.* Petrus GileKerius *in l. 13. C. de pact.* & hanc sententiam tenet, & à contrarijs defendit dictus Hunnius *de pact. d. cap. 7. nu. 10. vers. sed ab hac sententia.* Sed quicquid sit de hac opinione, dato etiam citra veri præiudicium quòd verior esset opinio, vt scilicet dicta concluſio non haberet locum, nisi in contractibus bonæ fidei, non autem stricti iuris; hoc casu versamur in cõtractu bonæ fidei; cùm huiusmodi pactum de donando fuerit appositum contractui matrimonij, & dotis, qui sanè contractus sunt bonæ fidei. *§. fuerat, instit. de action.* Ias. *in §. actionum num. 1. & §. preterea, num. 32. & 33. instit. de act.* & latius *in dicto §. fuerat num. 11. & seqq.* & est text. *in l. bona fidei, ff. de public.*

Tertio fuit confideratum, quòd quando prædicta omnia cessarent, adhuc D. Castellanus teneretur præstare interesse, tanti scilicet, quanti interest eius cui promissio facta est, vt pactum debitum sortiatur effectum, Ias. *in l. bona fides num. 7. ff. de eo quod certo loco, & in l. manumissione num. 9. ff. de instit. & iur.* Roland. *cons. 69. num. 25. & seqq. lib. 3.* Bursatt. *cons. 100. nu. 38. lib. 1.* Riminald. iun. *cons. 168. nu. 1.* quod quidẽ interesse cùm sit valor rei promissę, Riminald. *ibid. num. 1.* Bursatt. *dicto cons. 100. num. 39.* Roland. *dicto cons. 69. num. 25. lib. 3.* Cephal. *cons. 554. num. 6. lib. 4.* Paris. *cons. 1. num. 122. lib. 1.* in casu isto nulla eget liquidatione, cùm promissio sit de certa quantitate pecuniarum, vt ex sententia *Io. Andr.* tradit Roland. *d. cons. 69. num. 2.*

Neque obstat in Statuto Vrbis *cap. 42. lib. 1.* disponi, quòd vbi Statutum aliquid non determinat, seruetur Ius Ciuile. Quia dato quòd Statutum ligaret, & quòd esset seruandum Ius Ciuile, adhuc dictum Statutum non obstaret, vt patet ex supra deductis. Sed verè dictum Statutum non intrat ex pluribus capitibus. Primò quia cùm Dominus Castellanus sit persona Ecclesiastica, non comprehenditur sub d. Statuto. *authentica statuimus*, C. *de Episcop. & Cleric.* Lap. *alleg. 101. num. 3.* Bellamer. *cons. 40. per tot.* & præsertim *num. 2. & seqq.* Anchar. *cons. 61. per tot.* Neque opitulatur, quòd dicta Statuta sint confirmata à sede Apostolica, & ideo dicantur Papalia, vt in decisionibus mox allegandis: quia cùm in dicto Statuto nulla habeatur mẽtio Clericorum, confirmatio nihil de nouo concedit, sed tantum actum, prout est confirmat. *cap. 1. & 2. de confirmat. vtil. vel inutil.* Rip. *resp. 40. sub tit. de offic. legat. num. 7.* ea enim natura confirmationis est, robur solum addere confirmato, non autem illud ad ea, quæ in cõfirmato non includebantur, extendere. Bero *consil. 7. num. 37. lib. 3.* Dec. *l. in meré, num. 3. ff. de iurisdict. omn. Iudic.* Menoch. *cons. 75. n. 32. col. 1.* Hinc ex præfatis rationibus, quòd Statutum Vrbis *lib. 1. cap. 124.* in quo disponitur, quòd emphyteuſi finita bona relocẽtur successoribus, non comprehendit Ecclesiam, fuit resolutum in causa *Romana relocationis Domus 13. Martij 1595. coram bon. mem. Gipsio*, & *in causa Romanæ relocationis Casalis 16. Marty 1615. coram bon. mem. Francisco Cardinale Sacrato.* Hinc etiam, quòd Statutum *cap. 154. lib. 1.* in quo disponitur, quòd ad rescindendum contractum sufficiat docere de læsione vltra tertiam partem, non comprehendat Ecclesias, neque personas Ecclesiasticas, fuit resolutum *in causa*

Romana

Romana Penſionis 4. *Februarij ſuperioris anni* 1630. *coram R. P. D. meo Pironano*: & in terminis alterius Statuti, *cap.* 157. *lib.* 1. in quo diſponitur, quòd fideiuſſor poſſit petere à fideiuſſore liberari, etiam quod diu non ſteterit in obligatione, eſt elegans deciſio *in cauſa Romana Fideiuſſionis* 4. *Martij ſuperioris anni* 1630. *coram R. P. D. meo Merlino*.

Neque huic fundamento obſtant deciſiones in contrarium allegatæ. Quia cùm adſit Statutum Vrbis *cap.* 178. *lib.* 1. in quo diſponitur, ne in vna eademque cauſa ſecundò liceat prouocare, & ſubiungatur, quòd illud Statutum ſeruatur in omnibus Curijs inter Ciues, Incolas, & diſtrictuales Vrbis, & ex dicto modo diſponendi appareat dictum Statutum voluiſſe omnes cõprehendere, etiam Clericos, ex quo voluit ſeruari in omnibus Curijs; in hoc caſu confirmatio dat robur non ſolum quoad ius, ſed etiam quoad factum, quia ex prædictis perſonæ Eccleſiaſticæ comprehenduntur ſub dicto Statuto, & propterea ſtante confirmatione, quia alias Statutum nihil valeret quoad perſonas Eccleſiaſticas, dicitur Papale, & comprehendit etiam Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas: & in iſtis terminis loquitur deciſio ſanctæ memoriæ Clementis Octaui *in cauſa Romana hæreditatis* 21. *Iunij* 1577. quæ eſt *deciſio* 452. *par.* 1. *diuerſor.* & in terminis huius Statuti *cap.* 178. *lib.* 1. loquuntur deciſiones *in cauſa Romana ſeparationis Thori* 2. *Decembris* 1605. & 16. *Ianuarij* 1606. *coram bon. mem. Cardinale Marcomontio*, & *in Romana Saluiani* 10. *Februarij* 1612. *coram R. P. D. meo Pironano*, 380. *par.* 1. *recentior.* & etiam deciſio *in cauſa Romana de Arigonijs* 27. *Ianuarij* 1617. *coram Eminentiſſimo Domino meo Cardinale Viriſ.*, ac aliæ deciſiones allegatæ per Gratian. *diſceptat.* 913. *num.* 14. Deciſiones vero Seraphini 794. *nu.* 25. & 26. & *deciſ.* 1170. *num.* 3. vel ſunt intelligendæ iuxta deciſionẽ ſanctæ memoriæ Clementis Octaui, quam allegant; vel ſi intelligantur iuxta deciſionem Portuenſis Piani Vimi coram Robuſterio, quam etiam allegant, & quæ videtur generaliter loqui, de hoc non eſt curandum, cùm illa deciſio fuerit expreſsè reiecta *in dicta cauſa Romana relocationis Domus coram bo. me. Gipſio*, nec de illa fuerit habita ratio in dictis deciſionibus *coram bo. me. Cardinale Sacrato*, & *DD. meis Pironano*, & *Merlino*.

Secundo, fuit per DD. reſponſum, quòd quatenus prædictum Statutum aliàs eſſet ſeruandum inter huiuſmodi perſonas litigantes, non tamen deberet ſeruari in caſu, de quo agitur, propter iuramentum. Itaut etiam ſi ageretur in terris Imperij, eſſet ſeruandum Ius Canonicum. Felin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, *num.* 54. *de conſtit.* Cephal. *conſil.* 159. *num.* 12. Seraph. *de priuil. iuramen. priuil.* 86. *ſub num.* 5. Gratian. *diſcept.* 534. *num.* 18.

Tertio fuit reſponſum, quòd cùm iſtud pactũ de donando, fuerit appoſitum occaſione matrimonij, fuit factum in ipſo tractatu, & propterea eſt pars ipſius tractatus, & cum eo confunditur. Guidop. *deciſ.* 145. *num.* 2. *verſ. ſed his non obſtantibus*, Vincent. de Franch. *deciſ.* 205. *nu.* 3. Ideoque cùm, vt ſupra dictũ fuit, contractus dotis, & matrimonij ſit bonæ fidei, debet ſeruari æquitas, & Ius Canonicum, non autem Ius Ciuile, etiam in terris Imperij; & ſic in caſu, de quo agitur dictum Statutum non intrat. Barz. *dec* 50. *n.* 52. Marta *voto* 68. *n.* 18. Menoch. *conſ.* 92. *n.* 42. *verſ. hoc ſuadet*: hoc enim patitur bona fides, quę in huiuſmodi contractibus exuberare debet, ad textum *in d. l. bona fides*, *ff. de peculio*, & *in l. ſi præſis*, vbi Bald. *C. de donat.* Tellius Fernandez *ad ll. Tauri l.* 17. *num.* 37. *verſ. quod eſt adeo verum*, Natt. *conſ.* 609. *num.* 41. *verſ. videtur etiam*, Abb. *conſ.* 73. *num.* 3. *verſ. nec obſtat ſi dicatur*, *lib.* 2. Annæus Robertus *rer. iudicat. lib.* 1. *cap.* 2. & fuit conſideratum coram me *in cauſa Romana Pecuniaria* 12. *Nouembris* 1601.

Ex quibus ſiue ſit attendendum Ius Ciuile, ſiue Ius Canonicũ, cùm ex dicto pacto R. P. D. Caſtellanus teneatur ſimpliciter donare, non obſtat text. à contrario ſenſu *in d. l. perfecta*, *C. de donat. quæ ſub modo*: quia quemadmodum ibi diſponitur, quòd perfecta donatio conditiones ex interuallo non capiat, ita præciſa obligatio de donando, quæ in caſu noſtro reluctat ex prædictis, conditiones non recipit: opus enim fuiſſet quòd in contineuti poſt dictum pactum de donando conditiones fuiſſent appoſitæ, vt apertè colligitur ex text. *in dicta l. perfecta*, *in ſecundo dicto*, & *in cap. cum dilecti de donat.* Couar. *var. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 1. Incontinenti autem intelligitur quando in ipſo contractu, vel poſt ipſum contractum donationis, ſucceſſiuè nullo medio temporis interuallo interſũtur, vt per Socin. *in conſ.* 66 *col. vltima*, Rip. *lib.* 3. *reſponſ. cap.* 1. *n.* 4 *gloſ. magna in l. ſi quidem ad finem*, C. *de except.* latè Couar. *loco citato*, *num.* 1. & ſic in caſu propoſito pacta, ac conditiones debuiſſent apponi, vel in ipſa ſcriptura promiſſionis, vel ſucceſſiuè poſt dictam ſcripturam, nullo medio temporis interuallo: quod cùm non fuerit factum, nec hodie fieri poteſt, nec vlla diuerſitatis ratio afferri poteſt inter caſum de quo *in d. l. perfecta*, & caſum noſtrum: ſicuti enim in dicto textu ſine conſenſu Donatarij, eidem Donatario auferri non potuit ius, quod ipſi irreuocabiliter fuerat quæſitum, argum. *l. ſi poſt mortem*, *§. fin. ff. de bonor. poſſ. contra tabulas*, & *cap.* 1. & ibi per DD. *de ſucceſſ. feud.* & benè conſiderat Didacus Perez. *lib.* 5. *ordin. tit.* 2. *col.* 3. *verſ quæritur vtrum fol. mihi* 127 *col.* 1. Ita in caſu noſtro, cùm ex dicto pacto ſit perfectè ius quæſitum parti ad effectum quod eodem modo D. Caſtellanus teneatur facere donationem, non poteſt in præiudicium partis, & abſque illius conſenſu apponere alias conditiones vltra illas, quæ in pacto continentur: & in terminis dictæ *l. perfecta*, quod per pactum, ſeu promiſſionem de donando, ita dicatur perfecta donatio, vt non niſi de conſenſu donatarij conditiones etiam ante traditionem non capiat, dicit gloſ. *in dicta l. perfecta*, *in verbo*, *non capit in prima ſolutione*. quam ibidem ſequuntur Fulgoſ. *num.* 1. Cyn. *in ver. gloſſa quærit*, Salicet. *in ver. ſed poteſt iſta ſaluari*, declarans dictam gloſſam in ſecunda ſolutione eſſe intelligendam ſecundum Iura antiqua, non autem noua, ſecundum quæ ſolum pactum eſt efficax ad agendum, Bella-

pertic. *in verſ. vnde ſi ſit donatio*, & ad finem Aloyſ. de Leo, *num.*4.

Non obſtar, quòd huiuſmodi donatio non fuit inſinuata, & ideo non valuit, tàm ex diſpoſitione Iuris communis, *l. ſancimus ſanctæ l. penult. C. de donat.* quàm ex Statuto Vrbis *cap.*150. *lib.*1 in quo ad validitatem donationis non ſolum requiritur inſinuatio, ſed vlterius diſponitur, quòd iuramentum, tàm in ipſa donatione, quàm in renunciatione inſinuationis, cenſeatur dolo extortum.

Nam huic fundamento fuit reſponſum: primò quòd, quicquid ſit de illa quæſtione, An donatio facta contemplatione futuri matrimonij in genere, vel extra capitula matrimonialia egeat inſinuatione, de qua Monter. *in deciſ.*10. *n.*10. *in fin. verſ. cæterum ad propoſitum*; In hoc caſu ceſſat omnis difficultas: quia promiſſio de donando facta fuit in ipſimet capitulis matrimonialibus, contemplatione certi, & determinati matrimonij inter bon. mem. D. Bartholomæum Caſtellanum, & D. Cæciliam de Capitoſtis; ideoque valet abſque alia inſinuatione, etiam quod ſit ſcutorum 20000. non ſolum quia fauorabilior eſt, publicæque vtilitatis adnexam cautam habere videtur, ſed etiam quia vix vlla falſitas, aut fraudis ſuſpicio in hanc donationis ſpeciem cadere poteſt: nec enim ſolent clam fieri dotales tabulæ, prout nec ipſum matrimonium; vt in hac planè verba eleganter conſiderat Ant. Faber *in ſuo C. lib.* 8. *tit.* 40. *de inſinuan. donat. definit.*2. quam refert, & ſequitur Fontanell. *de pact. nuptial. tom.*1. *claus.*4 *glo.*1. *n.*16. *& glo.*29. *num.*1. & hanc ſententiam in ſimilibus terminis tenet Guidop. *deciſ.*145. *num.*5. prout in puncto Natt. *conſ.*609. *num.*9. dicens iura diſponentia, quòd donatio inſinuari debeat, non procedere in huiuſmodi donationibus, quæ non ſunt ſimplices, ſed reciprocæ, & remuneratoriæ donationes, dum ſcilicet, & Vxor dat dotem Marito, & eidem Marito prouenit aliunde donatio contemplatione matrimonij, & refert cum aliis Oldrad. *conſ.*139. *nu.*14. & faciunt Angel. *in l. fin. C. de iur. dot.* Purpur. *conſ.*353 *num.*18. Dec. *conſ.*10. *num.*11. *&* 12. Decian. *conſ.*35. *num.*21. *lib.*2. Roland. *conſ.*44. *num.*22. *&* 29. *lib.*4. Torniell. inter *conſ. Portij*, *conſ* 81. *ante num.*25. Menoch. *conſ.*261. *num.*8. *& ſeqq.* Barz. *de dotibus filiarum*, *cap.* 21. *num.*8. *&* 19. Monter. *dicta deciſ.*10. *num.*1. *& ſeqq.* & præſertim *n.*7. *& num.*14. *verſ. ſequitur ſecundus caſus, cum num. ſeqq.* & latè fuit deductum in alia deciſione, in qua ex antiquo Iudicio Rotæ Patres amplexi ſunt hanc ſententiam.

Secundò fuit reſponſum, quòd cùm idem Statutum de inſinuandis donationibus, ex rationibus ſupra allegatis non liget perſonas Eccleſiaſticas, licet ardua ſit quæſtio, An ſtante iuramento requiratur inſinuatio, ex deductis per Duen. *reg.* 224. *donatio excedens*, Torniel. inter *conſil. Portij dicto conſ.*81. *num.* 31. Seraph. *de priuil. iuramen. priuil.*73. *num.*3. Attamen idem Seraph. affirmat magis communem opinionem eſſe, quòd ſtante iuramento non requiratur inſinuatio, prout de magis communi teſtatur etiam Menoch. *conſ.*1. *num.*377. & communem dicit Aym. *conſ.*118. *num.*1. Cancer. *var. cap.*8. *num.*16 *lib.*1. vbi quòd veritas eſt iuramentum ſuppleat defectum inſinuationis. Becc. *conſ.*62. *num.*41. vbi allegat alios DD. teſtantes de communi, & magis communi. Tiber. Decian. *conſ.*60. *num.*5. vbi de communi, *lib.*4. Peregrin. *deciſ.*91. *num.*7. vbi de magis communi, & veriori: & hanc opinionem ſequitur Rota, Caputaquen. *deciſ.* 286. *par.*1. vbi etiam de communi, Seraph. *deciſ.*472. *num.*14. *deciſ.*801. *num.*5. *& deciſ.*1184. *pariter num.*14. vbi dicitur, quod ita ſæpe per Rotam fuit deciſum. Rota *deciſ.*588. *n.*2. *verſ. tertio inſtrumentum*, & *deciſ.*665. *num.*6. *par.*1. *recent.* ſanct. mem. Greg. *deciſ.*391. *num.*5. Card. Mant. *deciſ.*166. *num.*17. & fuit dictum *in cauſa Narnien. Bonorum*, 26. *Februarij* 1616. *coram bon. mem. Cardinali Sacrato*, & *in cauſa Viterbien. Terræ Vetrallæ*, 10. *Iunij* 1613. *coram R. P. D. meo Pirouano*, & *in cauſa Signina Caſtrorum*, 13. *Nouembris* 1623. *coram me*, & aliis ſæpiſſimè.

Non obſtat, quòd quando donatio ſuſtinetur abſque inſinuatione propter iuramentum, id non procedit in præiudicium tertij, ex eo quòd iuramentum confirmatorium contractus non operatur in præiudicium eiuſdem tertij, ex allegatis per Cancer. *var. lib.*1. *cap.*8. *num.*3. *in fine*, *& num.*41. Quia quicquid ſit de hac opinione, ſumus extra difficultatem, cùm agatur in præiudicium donantis; prout ſumus etiam extra illam difficultatem, an iuramentum operetur, quando Statutum requirit copulatiuè iuramentum, & inſinuationem, vt in *deciſ.*671. *num.*2. *par.*1. *recent.* & in *deciſ.*385. *num.*2. *par.*2. *pariter recent.* Mareſcott. *variar. reſol. lib.*2. *cap.*17. *num.*13. *&* 14.

Et ita concluſum R. P. D. Caſtellanum, ſiue attendamus Ius Canonicum, ſiue Ius Ciuile, teneri abſque aliqua pactorum, conditionumue appoſitione, puram, liberamque facere donationem.

Card. Millino.

Mediolanen Hæreditatis.

Luna 11. *Martij* 1596.

EPITOME.

Statutum tollens facultatem relinquendi plus vni filio quàm alteri, an ſit validum: &, ſiue conceptum in rem, ſiue in perſonam, an afficiat bona. Statutum fauorabili laicorum trahitur ad Clericos, ſi volunt eo vti.

*Ad Titu. verb. Authoritas, num.*103.

DE-

DECISIO VII.

DOmini resoluerunt, medietatem bonorum existentium in Territorio Mediolani spectare ad dictum Sanctium. Moti fuerunt, quia testamentum sui Patris est nullũ propter Statutum Mediolani, quod tollit facultatem ascendenti relinquendi plus vni filio, quam alteri: quod Statutum est validum, Put. *decis.* 398. *lib.* 1. & præsumitur vtu receptum. Gozad. *conf.* 16. & Cresc. *decis.* 79.

Non obstat, quòd illud Statutum non comprehendit forensem. Quia Dominus Antonius non erat forensis, cùm per longi temporis spacium habitauerit in Ciuitate Mediolani, in ea vxorem duxerit, & emerit bona. Dec. *conf.* 282. *num.* 11. & demum in testamento se Ciuem Mediolanen. appellauerit, Bald. *in l. vlt. C. si à non comp. Iud.* Fel. *in cap. cum causam, nu.* 6. *de prob.* Alciat. *de præsùpt. in reg.* 2. *præs.* 15. *n.* 3. Et si ipse non erat forensis, multò minus dictus Sanctius eius filius, qui in ea Ciuitate natus est, vt latè deducit Siluan. *conf.* 1. *num.* 96. *cum plurib. seq.*

Non obstat, quòd testamentum fuerit conditum in loco non subdito statuentibus. Quia testamentum inhabilitans personam trahitur extra territorium quoad bona sita in territorio, cùm Statutum iuxta eam opinionem, quam Rota sequitur, siue Statutum sit conceptum in rem, siue in personam, afficiat bona, vt fuit resolutum *in causa Terracinen. bonorum*, 10. *Februarij &* 16. *Martij* 1576. *coram R. P. D. Blanchetto.*

Non obstat, quòd Sanctius erat Clericus. Quia non constat, quod esset Clericus tempore testamenti: propterea Statutum fauorabile laicorũ trahitur ad Clericos si volunt eo vti, vt in terminis illius Statuti trad. Dec. *in conf.* 114. *sub num.* 1. *vers. sed tamen his minimè obstantibus.*

Non obstat, acceptatio testamenti: quia non probatur.

R.P.D. Dunozetto.

Romana Rescissionis contractus.

Mercurij 22. *Iunij* 1633.

EPITOME.

Statutum Vrbis licèt non comprehendat Loca Pia, possunt tamen eadem loca, si volunt frui beneficio Statuti. Constitutiones Laicorum fauorabiles extenduntur etiam ad Clericos.

Ad Tusa verb. Auctoritati, num. 103.

DECISIO VIII.

CVm Patres Ministrant ex infirmis prætenderent se fuisse lęsos in precio domus per ipsos emptæ à Cassandra Guarnella, egerunt in Tribunali Eminentissimi Vicarij Vrbis pro rescissione venditionis; & sententiam fauorabilem reportarunt: à qua cùm pro parte Cassandræ fuisset appellatum, & causa mihi fuisset commissa; proposui Dubium, an esset locus rescissioni dicti contractus?

Cuius quidem Dubij resolutio à duplici inspectione pendebat. Primò, an Patres prædicti tenerentur probare lęsionem vltra tertiam partem precij, iuxta dispositionem Statuti Vrbis *cap.* 154. *lib.* 1. vel tenerentur eam probare vltra medietatem, iuxta text. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit.* Secundò, an dicta læsio fuerit pro parte dictorum Patrum concludenter probata.

Quoad primum, licèt Loca Pia non comprehendantur sub Statutis laicalibus, etiam quòd ea fuerint à Sede Apostolica confirmata, cùm confirmatio non augeat, nec amplieț, sed adimat dumtaxat defectum iurisdictionis, iuxta dispositа; & propterea cùm Statutum *in dicto cap.* non loquatur de Locis Pijs, non videtur illa comprehendere, vt aliàs firmauit Rota *in Romana Pensionis Prioratus*, 4. *Februarij* 1630 *coram R. P. D. meo Pirouano, & in Romana Liberationis à fideiussione*, 4. *Martij* 1630. *coram R. P. D. meo Merlino*: Attamen Domini non dubitarunt quin Statutum *in dicto cap.* sit fauorabile dictis Patribus, & alijs Locis Pijs. Vnde quamuis non comprehendantur in eo, si tamen volunt, frui possunt beneficio dicti Statuti; non quidem virtute comprehensiua Statuti, quæ deficit in laicis ex defectu iurisdictionis; sed quia omnes leges & constitutiones laicales fauorabiles extenduntur quoque ad Clericos, & Loca Pia; cùm ex dispositione sacrorũ Canonum omnes constitutiones Clericis, & Locis Pijs fauorabiles præsumantur confirmatæ & approbatæ; ea ratione, quia Laici facientes leges fauorabiles Ecclesijs, non dicuntur lædere, sed augere Ecclesiasticam libertatem; ad trad. per Dec. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, nu.* 107. *de constitut.* & *conf.* 282. *nu.* 8. Burfatt. *conf.* 93. *num.* 45. *lib.* 1. Surd. *conf.* 301. *nu.* 14. & *conf.* 2. *num.* 19. & 38. Alderan. Mascard. *de gener. interpretat. Statut. concl.* 1. *n.* 192. & 193 & *seqq.* Grass. *de effectib. Cleric. effect.* 2. *n.* 42. 44 & *seqq.* Add. ad Gregor. XV. *decis.* 179. *nu.* 24. Rota *in Papien. Bonorum*, 18. *Februarij* 1578. *coram Card. Lancellotto*; & *in Mediolanen. Hereditatis*, 11. *Martij* 1596 *coram Card. Millino.*

Firmato igitur quòd Patres prædicti possint iuuari beneficio dicti Statuti, sequitur illos non teneri probare lædionem, nisi vltra tertiam partem, prout idem Statutum disponit: & propterea tota difficultas remanet solùm in secunda inspectione, an Monasterium probauerit lęsionem vltra tertiam: quæ probatio Dominis visa fuit deficere.

Nam quamuis Patres ad eã probandã nitãtur relatione Periti de consensu partiũ iudicialiter

electi; ex qua apparet, valorem domus ascendere solum ad scuta 2450. & propterea, cùm illa fuerit vendita pro scutis 3700. læsio videatur probata in scutis 1250. & sic in scutis 17. vltra tertiam partem: qui excessus videtur sufficiens. Quia sicuti in terminis iuris communis sufficit excessus, etiam in nummo, Bald. *in l. 2. num. 38. C. de rescindend. vendit.* Castrens. *num. 10.* Honded. *cons. 14. à num. 12. lib. 1.* Surd. *decis. 178. num. 10.* Ita pariter videtur sufficere in terminis Statuti: quia læsio vltra tertium, de qua loquitur Statutum, subrogatur in locum læsionis vltra dimidiam; ad not. *per Surd. dicta decis. 178. num. 10.* Seraphin. *decis. 1486. num. 4.*

Vltra quòd prætendebatur, augeri læsionem prædictam ex eo quòd in dicta relatione Periti non fuit habita ratio de criptis pertinentibus ad Hospitale S. Spiritus, quæ nouiter fuerunt repertæ subtus domum: quæ quidem criptæ videbantur æstimandæ in diminutione precij domus.

Prædictis tamen non obstantibus, non constare de tali læsione Domini censuerunt: Quia vtrumque fundamentum tollitur ex facto.

Excessus enim in scutis 17. facilè tollitur: quia in relatione prædicta non fuit habita ratio Capitis Apri marmorei, de cuius existentia de tempore factæ venditionis constat per duos testes nouiter examinatos pro parte Cassandræ. Quod Caput verisimile est quòd nõ fuerit tam parui valoris, vt non ascenderet ad valorem dictorum scutorum 17. pro qua quantitate dicti Periti examinati deponunt constare de læsione: maximè cùm vnus testis deponens de sua peritia asserat illud fuisse valoris scutorum centum circiter; & alter dicat illud fuisse valde pulchrum.

Defectus verò æstimationis criptarum pariter tollitur: quia non constat illas esse suppositas domui, taliter quòd earum existentia reddat domum non liberam, & minori precio æstimabilem; prout pro parte dictorum Patrum probari deberet.

Et ita vtraque, &c.

R P.D. Vbaldo.

Sabineñ Terrarum.

Lunæ 11. *Decembris* 1617.

EPITOME.

Iudex datus super legitima executione an possit etiam cognoscere super meritis causæ. Confessio debitoris an probet exactionem, vel quasi possessionem exigendi.

Ad cap. 12. num. 24.

DECISIO IX.

SEntentia lata extra Rotam reuocatoria mandati de manutenendo, & de reintegrando respectiuè alias decreti & relaxati ad fauorem Archipresbyteri de Monterotundo, arguebatur pro eius parte de nullitate & iniustitia. Domini verò dixerunt prædictam sententiam esse nullam, sed iustam.

Nullitas deducebatur in primis ex defectu iurisdictionis: quia rescriptum Commissionis Iudici decretum erat restrictum & limitatum, vt procederet ad legitimam exequutionem: vnde tenebatur seruare formam Commissionis. *cap. cum dilectus de rescript.* Vant. *de nullit. ex defect. iurisdict. num. 9.* Seraphin. *decis. 171. num. 2. & decis. 664. num. 5.* & ideo debebat procedere ad legitimam exequutionem, quatenus illi fuisset locus, iuxta doctr. Abb. *in cap. 2 versic. quod nota*, & *vers. & hoc notabis, de treg. & pac.* Felin. *in cap. super literis, num. 10. vers. limita, de rescript.* & in his terminis fuit tentum *in vna Alersien. Beneficij 19. Decembris 1614. coram R.P.D. meo Buratto.* Et quatenus illi non fuisset locus, poterat abstineri declarando non esse locum vlteriori exequtioni: non autem habebat facultatem reuocandi mandatum præcedentiæ, prout fecit; & pluribus firmauit Rota *in vna Auenionen. Arrestii, 10. Nouembris proteriti coram R. P. D. meo Dunozetto.*

Non obstat, quòd cùm Iudex esset datus super legitima exequutione, posset etiam cognoscere super meritis, ad text. *in l. & si non cognitio*, & ibi not. *C. si contr. ius. vel vtil. publ.* Quia respondebat vnus ex Dominis, tum quòd dispositio dictæ l. procedit quando nulla præcessit sententia, sed simpliciter fuit commissa exequutio alicuius facti: tunc enim commissa exequutione censetur commissa & cognitio super veritate illius facti: secus verò quando nulla præcessit sententia, & eius exequutio commissa est, vt in casu nostro. *l. sicut proponis, C. de exeqn. rei iudicat.* & declarat Bart. *in dicta l. & si non cognitio.* Tum etiam quòd quatenus Iudex potuisset cognoscere super exceptionibus, quæ directo venirent contra sententiam, & eam impugnarent, vt de nullitate, vel quòd sit lata prætextu falsorum instrumentorum, & similibus: tamen eatenus potuit cognoscere, vt supersederet in exequutione, vt dictum est, & ad Superiorem remitteret. Bart. *in l. à Diuo Pio, in princip. num. 3.* quem ibi sequitur Angel. *num. 4.* Alexand. *num. 9. & 10.* Hercul. *consil. 5. versic. quadam sunt exceptiones, quæ directe*, & communiter Doct. vt testatur *ibi* Ias. *num. 12. ff. de re iudic.*

Non displicebat etiam pluribus ex Dominis alia nullitas, ex eo quòd Iudex fuerit allegatus suspectus cum expressione causæ, & appellatione ab vlteriori processu: Vnde non potuit absque vitio nullitatis ad vlteriora procedere.

Achill.

Achill. *decis.* 3. *de except.* Rota *decis.* 2. *num.* 3. *par.* 2. *diuers.* Lancell. *de attent. post recusat. p.* 2. *cap.* 6. *num.* 4. *& seqq.* etiam si appellatio non fuerit prosequuta, quia sufficit fuisse interpositam. Rot. *dicta decis.* 2. *num.* 1. Lancellott. *vbi supra, num.* 18.

Iustam verò Domini dixerunt esse dictam sententiam, quia sententia Vicarij, & bo. me. Orsinij, quæ reuocantur per dictam vltimam sententiam, de qua agitur, videbantur non posse substineri: nec actor videtur probasse possessionem, quod est punctum extremum in vtroque iudicio, *§ retinenda, & § recuperanda*, cum ibi not. *instit. de interdict.* Nam dubitex Catastrum pro eo allegatum, vetus, & nouum, in quo enunciatur, an essent in forma probanti, dicebatur non probare pro Ecclesia contra tertium, vt per Cravett. *de antiq. temp. par.* 1. *§. quia in libro, nu.* 2. & fuit dictum in *Salernitana Contributionis*, 10. *Ianuarij* 1601. *coram bo. me. Card. Pamph.*

Non obstat apocha D. Authoris D. Franciotti de anno 1582. in qua videtur fateri se respondere 31. Cognatellas mush ipsi, vel Ecclesiæ. Quia ex illa non probatur exactio, vel quasi possessio exigendi, nec ab eo tempore Archipresbyter probauit vnquam exegisse. Vnde quicquid sit dicendum An Dominus Franciottus sit debitor, non tamen inde sequitur quòd Archipresbyter contra eum fuerit, vel sit in quasi possessione exigendi, cùm alias certum sit debitum, & possessioni nihil habere inter se commune, cùm hoc in facto consistat, & requirat factum, & actualem apprehensionem, *l. naturaliter, §. nihil commune, l.* 1. *col.* 3. *ff. de acquir. poss.* cum alleg. per Gaill *lib.* 2. *obser. cap.* 152. *num.* 9. *& seqq.*

Et ita decisum.

R. P. D Penia.

Veneta Pecuniaria.

Veneris 17. *Iunij* 1605.

EPITOME.

Actor de consuetudine non tenetur cauere de stando iuri, & iudicatum soluendo, in casu reconuentionis.

Ad cap. 20. *num.* 18.

DECISIO X.

CVm per decisiones Rotales fuisset decisum à suorem Dominorum de Domo, mandatum relaxatum ab A. C. contra Rodulphum Pium pro summa scutorũ 11986. fuisse exequutum, & prædicti Domini de Domo aliquas pecuniarum summas de fructibus Locorum montium & Censuum exegissent, & agentes pro Rodulpho instanter petijssent se prætendere à prædictis de Domo via ordinaria repetere solutum, & instarent sibi præstari cautionem de stando iuri, & iudicatum soluendo: Dubitaui an Dominicus, & Antonius de Domo, saltem cautionem præstare tenerentur? Et Rota, vtraque parte informante, non teneri præstare talem cautionem censuit.

Primò quia cùm dictus Rodulphus longo tẽpore litigasset, ad effectum vt illi de Domo sibi cautionem præstare tenerentur, probare debuit suum creditum & fugæ suspicionem. Bald. Angel. & Salic. *in l. apertissimi, C. de iudic.* Caccialup. *tract. de debit. suspect. quæst.* 6. *nu.* 8. *q.* 17. *&* 20. Item illos de Domo à die contractus deterioris conditionis esse effectos, & fit superuenisse causam suspicionis fugæ: quæ hic non aderant. Ias. *in l. si ab arbitrio, num.* 5. *ff. qui satisdare cog.* Caccialup. *dicta quæst.* 6. *num.* 1. Parti. *cons.* 101. *n.* 4. *&* 5. *lib.* 3. quæ in hoc casu non fuerunt à Rodulpho probata: immo ex decisionibus factis constabat de bono iure dd. de Domo, & nullo credito dicti Rodulphi. Et licet quidam ex prædictis loquantur in casu capturæ, locum etiam habent in casu petitæ fideiussionis, siue cautionis, cùm non aliâ de causa petatur, nec detur captura, nisi vt actor fideiussionis obligationem consequatur. Ias. *in d. l. si ab arbitrio*, Caccialup. *dicto tract. de debitorib. suspect. 9. quæst. principali in princip.* Paris. *d. cons.* 101. *lib.* 3.

Secundò, quia non potest allegari suspectus, nec consequenter cogi ad præstandam cautionem, quando possidet immobilia in loco suę originis, nec post contractum deteriorauit notabiliter suam conditionem Dec. *cons* 75. *col. fin. vers.* 1. *& vlt.* Natt. *cons.* 430. *num.* 15. & tradunt communiter scribentes *in l. sciendum, §.* 1. *ff. qui satisdare cogant.* quod habet locum etiam in possidente mobilia magni valoris, & nomina debitorum, vt dicunt communiter Doct. *dicta l. sciendum*, & ibi Bart. *num.* 5. Ias. *num.* 3. *in* 1. *&* 2. *limit. ff. qui satisdare cogant.* Vnde cùm Domini de Domo Veneti tanquam forenses litigarent in Vrbe, & bona immobilia, vel mobilia Venetijs possiderent, nec deterioraſſe suam conditionem probaretur, non tenebantur ad aliquam cautionem præstandam. Roland. *cons.* 65. *num.* 8. *&* 9. *lib.* 3.

Tertiò, quicquid sit de subiecti iuris ratione circa illum articulũ, An actor teneatur cauere de stando iuri, & iudicatũ soluendo in casu reconuentionis, de cõsuetudine tamen nõ astringitur, *§ sed* hodie, vbi glos. & Doct. *instit. de satisdat.* eam autem glos. *in verb. nullam satisdationem, in fin.* asserentem de consuetudine hæc non seruari, nec esse in vsu, Bart. *in auth. generaliter, num.* 1. *C. de Episcop. & Cler.* asserit verum dicere, & in practica obseruatum vidisse: idem Abb. ait *in cap. quoniam frequenter, § in alijs, vers. ista tantum, vt lit. non contest.* Postremò hanc opinionem sæpè amplexa fuit Rota, & signanter *in causa Romana Palatij. die* 22. *Martij* 1588. *coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto*, & *coram me in causa Toletana Pensionis*, 15. *Martij* 1599.

Et ita concluſum.

R.P.D. Robusterio.

Neapolitana Legati alimentorum.

Veneris 19. *Ianuarij* 1581.

EPITOME.

Cautio de iudicatum soluendo, & de iudicio sisti quo casu sint pręstandæ, vel non.

Ad Cap 10. *num.* 26.

DECISIO XI.

FVit resolutum quòd Ioannes Aloysius teneatur præstare fideiussoriam cautionẽ de iudicatum soluendo, non facta distinctione, an sit illi facile præstare, vel ne, dictam fideiussionem: quia non possidet immobilia in statu Ecclesiastico, & quę habet sũt Neapoli extra Prouinciam, vbi non est ita facilis executio. Afflict. *decis.* 508. Aret. *cons.* 134. *num.* 1. *& seq.* cum aljs allegatis per D. Biscium.

Placuit etiam DD. pro medio tempore propter dilationem, quam Agentes dicti Archiepiscopi interponunt in exhibendis libris, quòd legatum annuũ exigatur ab Agentibus dicti Aloysij, & ponatur in aliquo loco tuto ad honestum lucrum, postea relaxando dicto Aloysio, quando ipse præstiterit cautionem de iudicatum soluendo.

Quoad cautionem de iudicio sisti dixerunt DD. illam non esse præstandam, ex quo habet in actis Procuratorem acceptantem, & releuantem indemnem mandato principalis, vt hic per Informantes.

Et ita decisum.

R.P.D. Pirouano.

Senogallien Prædij.

Lunæ 10. *Iunij* 1619.

EPITOME.

In contractibus nominatis an sit locus pœnitentiæ, vel rescissioni, ob non implementum alterius partis? Fideiussio recepta per Notarium an possit à parte impugnari tanquam non idonea?

Ad cap. 10 *num.* 32.

DECISIO XII.

IN disputationibus in hac causa susceptis coram R.P.D. Andrea, in quibus Cap. Bernardinus contendebat sibi licere ab emptione Prædij discedere ob non implementum sequutum eorum, quæ promissa fuerunt in contractu per Bernabeum; Firmatum fuit non constare de defectu implementi ad eum effectum, & propterea sententiam esse confirmandam. Hodie verò cùm Bernabeus ageret ad residuũ pretij venditionis bonorum, fuit dubitatum an Fideles qui reconueniebant, tenerentur ad solutionem residui pretij bonorum? quod pro nunc fuit negatiuè resolutum.

Quia etsi veræ sint conclusiones firmatæ in decisione 5. Iunij 1617. coram bo.me. Andrea, quòd scilicet in contractibus nominatis, prout sunt emptiones, & venditiones, non sit locus pœnitentiæ, vel rescissioni ob non implementum alterius partis; sed agendũ sit ex contractu ad eius implementum, vel ad interesse, secundum veriorem opinionem, de qua per Gabr. *cons.* 49. *nu.* 1. *lib.* 2. & Afflict. *decis.* 28. & alios in decisione allegatos, siue procedatur agendo, siue excipiendo, dum tamen causa deficiens non sit finalis. *Lecta fe, C. de pact. inter empt. & vendit.* Becc. *cons.* 45. *num.* 28.

Tamen vera est conclusio, quòd agens ex contractu in primis docere debet se adimpleuisse, alias potest repelli exceptione non adimpleti, etiam quod non adimplementum constitat in minimo. *l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt.* dicendo agentem ex contractu teneri, tam circa substantialia, quàm circa accidentalia, & naturalia: & conclusionem multis comprobat Becc. *cons.* 45. *num.* 6. *& seq.* quem sæpè Rota sequuta est, vt *in decis. Parmen. Datj*, 27. *Iunij* 1612. *coram Reuerendissimo D. Decano, inter rec.* 428. *par.* 1. & *in Romana Pensionis domus coram me* 16. *Nouembris* 1611.

Inter alia autem, quæ supererant adimplenda, deducebatur promissio faciendi consentire Margaritam eiusdem Bernabei neptem; & tamen de tali consensu validè præstito cum insinuatione iuxta formam Constitutionum Marchiæ, doctum non fuit, prout necessarium est, dum promittens aliquid ita facere debeat, quòd valeat de iure. glos. *in l huiusmodi in princ. ff. de legatis* 1. Dec. *cons.* 77. *num.* 31. *in fine.* Cephal. *cons.* 396. *n.* 21. qui illam glossam sequitur. Surd. *cons.* 3. *num.* 36. *lib.* 1.

Neque concludens responsio videbatur Dominis, quæ alias fuit data in decisione 18. *Martij* 1610. *coram Andrea*, & quæ considerata fuit *in decisione Viterbien. Terræ Vetrallæ coram me*, 30. *Martij* 1615. quòd ex quo actus insinuationis potest superuenire post actum præstiti cõsensus, exceptio non implementi prædicti probata non erat ex sola visione instrumenti, in quo non aderat insinuatio, dum poterat superuenisse in actu separato.

Quia quicquid sit quando agitur de rescissione contractus deducendo nullitatem ex sola lectura instrumenti producti, in quibus terminis loquuntur supradictæ decisiones, vt tunc intentio Actoris non bene concludat, ex quo potest adesse actus separationis insinuationis; in præsenti casu agens se fundat in actu præstiti consensus, qui debet esse validus, & talem docere

debet

debet: ideo ad eius intentionem probandam non sufficit allegare possibilitatem insinuationis, nisi etiam illa probetur. *vulg. cap. in præsentia. de probat.* & *l. non hac*, C. *vt de legit.*

Secundum non impiementum deducebatur ex eo quod Bernabeus promisit, Prædium non esse suppositum aliis censibus, quàm expressis in instrumento; & tamen alij nunc derecti sunt, quorum emptores teneatur facere consentire, etiam quod sint posteriores cæteris, dum offerendo possunt acquirere iura anteriorum, & molestare possessionem emptoris.

Verùm huiusmodi exceptio non videbatur Dominis releuans: quia in instrumento actum fuit de prælatione anteriorum, & posteriorum creditorum, & successiuè conuentum inter partes de soluendo anterioribus. Vnde per promissionem conuentionalem videtur recessum à rigorosa facti alicui promissione de faciendo consolere, *l. fin.* C. *de pact. conuent.* Seraph. *decis.* 1275. *num.* 4.

Tertius erat defectus ex non præstito consensu Elisabetæ vxoris Bernabei, qui fuit pariter promissus, sed loco eius data fideiussio, quæ tamen impugnatur tanquam non idonea: & hãc qualitatem tenetur probare Bernabeus, ad quẽ spectat docere de impimento valido, vt supra dictum fuit.

Verùm & iste defectus videbatur sublatus ex quo fideiussio fuit recepta per notarium, cui de idoneitate solet fides adhiberi propter eius interesse, dum ipse tenetur fideiussore non existente idoneo. *l. 2. §. Diuus, ff. de magistr. conuenien.* & quamuis contrarium posset probari; interim tamen probatio impimenti de iure remanet sustinenda.

Et ita, &c.

Eminentiss. Verospio.

Perusina Redditionis administrationis tutelæ.

Mercurij 26. Iunij 1613.

EPITOME.

Sententia non publicata eadem die qua fuit lata, est nulla. Productio iurium dicitur realis, quando habet clausulam, quorum tenores.

Ad cap. 10. num. 81.

DECISIO XIII.

FRatres de Mansuetis prætendentes, Fabium pro administratione ipsorum tutelæ remanere in notabili pecuniarum quantitate debitorem; contra illum egerunt de anno 1588. coram Locumtenente Gubernatoris Perusiæ, qui pronunciauit, instrumentum tutelæ purum, & liquidum esse, necnon ad fauorem dictorum fratrum executioni demãdandum pro administrationis ratione reddenda, ac restitutione reliquorum in executione sententiæ liquidandorum. Et licèt postea fuisset hæc sententia per Iudicem appellationis reuocata; nihilominus de anno 1606. confirmata fuit ab Auditore Illustrissimi Legati. Et causa nouissimè introducta coram Iudice per Auditorem Cameræ deputato; fuit ab eo per modum prouisionis, & quoad omnium ambarum partium præiudicio, decretum & relaxatum mandatum in summa scutorum triumillium contra bona eiusdem Fabij Tutoris hæreditaria. Verùm interposita per illius hæredes appellatione, cùm fuisset causa in Rota commissa cum clausula, si quid exequendum, per me Dubio proposito, dictum fuit, tale mandatum, vel nullum & iniustum, executionem non mereri.

Nullitas deducebatur, quia cùm illud emanauerit vigore sententiarum, quæ nullæ sunt, vti eadem die, qua latæ fuerunt, non publicatæ, Rota *decis. 105. par. 3. diuers.* & fuit dictum *in una Fauentina Successionis*, 22. *Nouemb.* 1601. *coram D. Pacensi*; & *in Fesulana Prioratus*, 19. *Nouembris* 1610 *coram Reuerendissimo Lugauensi*: Ita pariter mandatum ad illas se referens nullum erit.

Et licèt excipiatur quòd sententiæ de stylo nõ soleant eadem die, qua fuerunt latæ, publicari; cùm tamen hic stylus non probetur, non debet attẽdi, vt habetur in allegata decisione Fesulana.

Iniustitia dicti mandati colligitur, ex quo inactis non apparet fuisse factam liquidationem reddituum & expensarum, nec aliquem calculum executionem præcessisse, vt requirebatur. Alex. *cons.* 192. *num.* 1. *& seqq. per tot. lib.* 7. Neguiant. *de pignor. in* 1. *membro quinto partis*, n. 37. *vers. præterea præmisso.* Anchar. *cons.* 235. *num.* 1. *vers. præterea.* Crauett. *cons.* 231. *n.* 16. *in fin. vers. vndecimò considero.* Purpurat. *cons.* 339. *num.* 3.

Nec releuant inuentarium, & testes de redditibus bonorum stabilium deponentes. Quia cùm liquidatæ non fuerint impensæ, quarum vigore tutor poterat debitor non existere, dicta liquidatio redditus pro executione non sufficit. Alex. *d. cons.* 192. *lib.* 7, Anchar. *cons.* 235. *num.* 1. *vers. præterea*, Purpurat. *consil.* 339. *num.* 3. *vers. tamen*.

Vlterius transportati non fuerunt libri administrationis producti; sine quibus ratio reddi nõ poterat. Roland. *consil.* 49. *num.* 22. *post med. vers. idem voluit Angel. lib.* 1.

Nec valet exceptio, dictos libros à tutore, vel eius hæredibus, verbaliter tantùm fuisse productos. Quia cùm adsint in productione verba, quorum tenores, &c. & contra eosdem libros pars excepit, quòd videlicet anno, mense, aliisque solemnitatibus careant; satis constare videtur de reali productione, cùm isti defectus non potuissent aliàs à parte diuinari.

Non obstat quòd mandatum fuerit per modũ prouisionis decretum. Quia cùm ex supradictis non iustificetur, non potuit à Iudice relaxari. Rebuff. *de sentent. prouision. glos.* 1. *in præfat. num.* 14.

num. 14. 19. & 22. Cũ præsertim hîc ageretur post annos quadraginta quinque de sententiarum executione contra Tutoris hæredes non informatos; & ab illis de præscriptione satis probabiliter excipereturr: vnde non erat ad aliquam pronisionem, absque noua & matura causæ cognitione deueniendum.

R.P.D. Remboldo.

Romana Notariatus Capitolij.

Lunæ 1. *Iunij* 1620.

EPITOME.

Officia Notariatus Capitolij recipiunt hypothecam, & dominij reseruationem, etiam absque beneplacito Sanctissimi.

Ad Cap. 21. *num.* 19.

DECISIO XIV.

QVæsitum fuit an officium Notariatus Capitolij, de quo agebatur, recipiat hypothecam, & domnii reseruationẽ à partibus, saluo, non tamen obtento, beneplacito Sanctissimi factam, ita vt noceat alijs, ad quorum fauorem postea fuit à Sanctissimo reseruatum decretum super eodem officio. Et Domini responderunt recipere hypothecam, & dominij reseruationem absque beneplacito.

Nam certum est, quòd huiusmodi officia facta prius per Breue Sixti Quinti in ipsa eorum erectione quoad medietatem non vacabilia, & ad quoscunque hæredes transitoria, fuerunt postea per aliud Breue S. D. N. effecta non vacabilia in totum, & ad instar allodialium redacta, ita vt non vacent per obitum alicuius tale officium obtinentis, sed perpetuò liberè, & integrè spectent ad eius hæredes, & successores quoscunque tanquam bona stabilia, & ipsi Notarij possint de illis disponere totaliter, & integraliter, eaque resignare, vendere, & alienare, sicut facere possent de bonis stabilibus, allodialibus, & propriis.

Vnde sequitur, quòd sicuti vigore dicti Indulti vendi, & alienari possunt, ita, & multò magis possunt hypothecari. glos. *in l.* 2. *in verb. vendiderit*, C. *de patr. qui filios suos distrax.* Alex. *in l. si stipulatus* 76. *in princ. ff. de verb. oblig.* & in puncto officij non vacabilis, Bald. & Alberic. *in l. fin. ff. de pignor.* vbi distinguunt inter militiam vacabilem, & militiam non vacabilem: & quoad militiam, quæ potest transmitti ad hæredes, determinant quòd mutuans pecunias pro ea emenda præfertur alijs creditoribus super hypotheca in dicta militia: idemque etiam sentit Rot. *coram bon. me. Card. Seraphino decis.* 1294. *num.* 3. *in fin.* & in specie aduertit Modern. *decis. forens. cap.* 180. *num.* 2. & *seqq.*

Nec obstat quatenus dicatur quòd per dictum Breue Sanctissimi non fuit effectus transmissibilis ad hæredes, vel alias alienabilis titulus officij Notariorum, sine eiusdem Sanctitatis licentia. Quia immo ex lectura dicti Breuis apparet quòd per illud fuerunt facta alienabilia dicta officia, tam quo ad titulum, quàm quo ad proprietatẽ, non solum quia fit mentio in dicto Breui, Breuis erectionis Sixti Quinti, in quo explicitè disponitur quòd medietas dictorum officiorum, tam ratione tituli, quàm scripturarum, transeat ad hæredes obtinentium, & dictæ medietati per dictum S. D. N. Breue alia medietas vnitur, ita vt totum officium remaneat non vacabile; sed etiam quia in eodem Breui expressè declaratur, quod etiam ista medietas, tam quoad titulum, quàm quoad scripturas præsentes, & futuras, transeat non solum ad hæredes, sed etiam successores quoscunque: ita quod negari non possit, quin per dictum Breue fuerit etiam dictorum officiorum titulus effectus alienabilis.

Atque hinc quoq; patet responsio ad id quod dicitur, quòd dicti Notariatus fuerunt à Sixto Quinto erecti ad instar aliorum officiorum Romanæ Curiæ, quorum tituli non sunt in commercio hominum, nisi de licentia Principis. Quia, vt iam dictum est, dicti Notariatus ex particulari decreto Sanctissimi fuerunt effecti alienabiles, & ad instar allodialium redacti: neque ideo minus sunt officia Romanæ Curiæ, quia consensus Pontificis, qui requiritur in alienatione officiorum Romanæ Curiæ, censetur intercessisse tempore, quo fuerunt per dictum decretum Sanctissimi facti alienabiles: vt in simili dicitur de bonis feudalibus, quæ regulariter, nec alienari, nec hypothecari possunt sine Principis licentia; & nihilominus quando illa sunt redacta ad instar allodialium, possunt vendi, alienari, & hypothecari. Rip. *in l. obligatione, num.* 19. *ff. de pignor.* & censentur eo ipso effecta alienabilia, quod sunt concessa alicui pro se, & successoribus quibuscunque, & quibus dederit, vt post alios tradit Cla. *in §. feudum, quæst.* 11. *num.* 8. vbi etiam aduertit, quòd Dominus concedendo feudum, vel emphyteusim cum dictis clausulis, videtur vsque à principio præstitisse consensum cuicunque alienationi, quam de re ipsa faceret emphyteota, vel vasallus: & eandem opinionem sequitur post relatos per eum Corbulus *de caus. priuat. ob alienat. ampliat.* 2. *num.* 5. *cum seq. & limit.* 3. *num.* 1. & *seq.*

Nec obstat, quòd in dicto Breui sit reseruata admissio Notarii, & expeditio litterarum. Quia præterquam quod dicta reseruatio facta videtur ad effectum conseruandi iura Cameræ, & ne ipsa lucrum, quod ex huiusmodi venditionibus consequebatur, perderet, respicit etiam huiusmodi admissio, & litterarum expeditio exercitium potius, quàm titulum, & proprietatem, sicque non impedit quominus dictus titulus sit alienabilis, vt tenuit Rota *coram Cardin. Seraphino decis.* 389. *num.* 36. & *seq.*

Nec aliquid facit simile de Locis montium non vacabilium, quæ licet possint resignari, non autem recipiunt hypothecam: quia hoc fuit spe-

specialiter prouisum in dictis locis in ipsa eorum erectione, ad hoc, vt non impediretur eorum commercium: ac propterea non licet argumentari à dictis locis ad officia Notariorum Capitolii, in quibus non adest talis prouisio.

Quæ dicuntur de consensu Francisci apposito reformationi decreti, Domini ad aliam disputationem remiserunt.

R. P. D. Pirouano.

Romana Officij Hebræorum.

Veneris 18. Iunij 1621.

EPITOME.

Veniens contra propriam confessionem iuratam, debet concludenter probare errorem confessionis.

Officium Hebræorum in Vrbe an sit vacabile, & venale.

Ad Cap. 30. num. 4.

DECISIO XV.

IN decisis fuit resolutũ. Quia etsi certum sit, quòd ad effectum, vt sustineatur societas, debeat constare quòd illa fuerit inita super officio vacabili, vt expressè cauetur ex Bulla Pii Quarti super forma cõtrahendi societates; In præsenti tamen satis visum fuit constare, quòd societas fuerit inita super officio vacabili. Quia Scarpellus, de cuius præiudicio nunc agitur, medio iuramento affirmauit dictum officium super quo ipse societatem iniit, esse vacabile; & iudicialiter confirmauit, dum suscepit terminum ad soluendum fructus decursos: quod Cæsio sufficere deberet, donec Scarpellus errorem confessionis concludenter probet, prout necesse habet, dum contra propriũ iuramentum, & iudicialem confessionem venit. Bart. *in l. cum quidam, num. 10. ff. de confess.* Crau. *de antiqu. temp. in 1. par. in ver. propositum nostrum, n. 5.* & sunt textus *in l. si post diuisionem, & l. error. C. de iur. & fact. ignor.*

Sed vlterius probatur huiusmodi officium esse in statu vacabilitatis, cùm fuerit pluries venditũ ad vitam: vnde ex statu præsenti bene sumitur probatio, quòd eius qualitas existat. Bald. *in l. si mater sua, num. 3. C. ne fil. aff.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 24. nu. 37.* Rot. *dec. 229. par. 1. in recent.* maxime quia dictum officium per spatium trigintà annorum permansit in statu vacabilitatis, vt apparet ex pluribus, & continuatis concessionibus, & venditionibus factis per obitum obtinentium, & ad vitam recipientium.

Non obstat Constitutio Sixti Quinti, qua prohibetur officia Camerariatus ab ipso initio, siue à primæua erectione non vacabilia, vendi posse.

Quia de huiusmodi initio, & erectione est quæstio, & Scarpellus non docet, neque ab onere videtur eximendus, dum dicitur illam qualitatem vendibilitatis de necessitate ab initio non inesse officio, sed à Cæsio illam allegante esse probandam. Quia Cæsius dum non tractat de pertinentia iuris conferendi, sed incidenter pro validitate prouisionis iam factæ, ad effectum sustinendi contractũ societatis, sufficit ei possibilitas vendibilitatis, quam in vendente iustificat ex vltimo statu, & ex præcedentibus continuatis concessionibus. Ferret. *cons. 132. num. 11.* Rot. *decis. 435. par. 3. in recent.* & signanter ex venditione de anno 1591. quæ vti proxima publicationi dictæ Constitutionis emanatæ de anno 1589. potuit declarare, huiusmodi officium non comprehendi sub illius dispositione. Rota *decis. 37. num. 35.* & *decis. 39. num. 12. par. 2. diuersor.* & *decis. 160. num. 4. par. 2. in recent.* Et vlterius ex consuetudine officiorum Romanæ Curiæ, quæ sunt vendibilia, & vacabilia post mortem, & relignabilia cum beneplacito Sanctissimi. Castr. *in l. omni modo, §. imputari, num. 3. C. de inoffic. testam.* Sarn. *de infirm. resign. quæst. 22. in princip.* Rot. *decis. 495. num. 1. par. 2. in recent.* Ac demum quia prædictæ venditiones factæ fuerunt de mandato Papæ per Camerarium, ex auctoritate sibi viuæ vocis oraculo attributa, cui vti Cardinali asserenti creditum. Vestr. *in prax. lib. 1. cap. 2.* Lap. *allegat. 32. num. 4.* Mandos. post alios *in addit. ad cumul.* & perinde est ac si ab eodem Papa factæ fuissent. Felin. *in cap. ex parte il 1. num. 16. de rescript.* quod sæpè etiam fuit firmatum in Rota, vt *in Carthaginen. Pensionis 12. May 1592. coram bo. mem. Penia*, & *in Lauretana Iurisdictionis 5. Martij 1618. coram Illustriss. Card. Sarrato.*

Non obstat quòd huiusmodi officia sint annexa Illustrissimo Camerario; & ab vendantur, possit Antecessor præiudicare successoribus, & ad nihilum reducere officium Camerariatus. Quia hoc non est præsentis inspectionis, cùm agatur solummodo de sustinenda societate: ad quem effectum sufficit quòd officium sit in statu vacabilitatis, vt iam dictum est.

Similiter non obstat quòd solus Papa possit facere officia vacabilia, & vendibilia. Quia factum Camerarii hoc etiam demonstrat, dum vtebatur auctoritate Papæ sibi viuæ vocis oraculo attributa: & nihilominus non adducitur ad probandam quòd ipsemet Camerarius officium fecerit venale, ac vacabile, sed vt inde arguatur ità officium fuisse erectum à Papa, vt posset vendi, & alienari.

Demum non obstat quòd Scarpellus probet officium non fuisse venale, aut vacabile, ex concessione facta de anno 1577. per Cardinalem Cornelium cuidam eius familiari ad eius beneplacitum exercendum. Quia huiusmodi actus nõ includit per necessè defectum facultatis vendendi in Camerario: potuit enim esse vacabile, & supradicto modo concedi, vt scilicet familiaris ille administraret, donec vacaret, vel donec inuenirentur emptores idonei: quod quotidiè contingit.

Et ita, &c.

R. P. D.

R.P.D. Dunozet.

Romana Pecuniaria.

Veneris 21. Iunij 1619.

EPITOME.

Officia Romanæ Curiæ an vendi possint cũ dominij reseruatione.

Ad Cap. 30. num. 6.

DECISIO XVI.

DOmini censuerunt pecunias esse consignandas anterioribus creditoribus. Est enim clarà iuris regulà, in concursu creditorum priorem in tempore, præferendum. *cap. qui prior, de reg. iur. in 6. l. qui balneum in fi. l. creditor qui prior, in princ. ff. qui pot. in pign. hab.* cum simil.

Non obstat Rocchum in venditione officii reseruasse sibi dominium donec & quousque fuisset satisfactus, & per consequens præferendum omnibus creditoribus emptoris, vt post Bald. tradit Sal. *in l. pro debito, num. 3. vers. quæritur Bald. C. de bon. author. Iud.* Strac. *de ord. qui potior. in hon. decod. nu. 5. & 6.* Franc. *dec. 506. num. 3. & seq.*

Nam cùm munus in venditione officii Romanæ Curiæ, quod non est in commercio respectu tituli, nisi de licentia Principis, Card. Seraph. *decis. 1294. num. 3. in fin.* Rot. *in recentiorib. decis. 485. num. 2. & 3. in fin. par. 2.* licet in apocha fuisset reseruatum dominium: Tamen cùm postea Rocchus liberè resignauerit, & resignatio fuerit simpliciter per Principem admissa, cessat omnis dominij reseruatio; ipsemque Rocchus hunc consensum liberum præstando sibi præiudicauit, *ad l. non dubito, §. liber autem Populus, ff. de capt. & postlim. reuers. l. liberari. C. ne fiant.* Oddrad. *cons. 134. nu. 3. ver. quod cum fuit cuius, cons. 133. num. 6.* cum aliis cumulatis *in una Romana Domus, 20. Febr. 1615. coram R. P. D. meo Valdo inter recent. diuers. 669. num. 2. par. 1.*

Nec contrarium fuit resolutum coram Card. Seraphino 389. quia officium, de quo ibi agebatur, ex priuilegio Apostolico poterat resignari coram Notario, & testibus sine Principis auctoritate: & in aliis officijs regulare esse, vt resignatio admittatur per Principem, expressè dicitur *ibi sub num. 7.*

Non obstat pretium, & fructus officij esse in commercio, & cadere sub hypotheca. Nam id bene operatur, vt Rocchus eum habuerit fidem de pretio, posset concurrere cum aliis creditoribus, & præferatur aliis posterioribus: *d. l. qui balneum, & l. creditor qui prior*: non autem vt sit potior omnibus. Quia dum non habet reseruationem tituli officij, nec etiam habere potest aliquam reseruationem respectu pretij vt possit dici pretium fuisse in dominio illius.

Nec placuerunt interpretationes datæ per Informantes pro Rocco ad dictionem illã, *liberè*: quia non possunt applicari reseruationi officij Romanæ Curiæ, quod vt dictum est, non est in commercio: imò si adhuc remaneret reseruatio dominij, non obstante resignatione liberè facta & per Principem admissa, posset Rocchus experiri ius suum super officio; quod tamen nec etiã informantes pro illo prætendunt.

Et ita decisum vtraque parte informante.

R.P.D. Manzanedo.

Romana Nullitatis Testamenti.

Luna 3. Iunij 1619.

EPITOME.

Protonotarij an habeant facultatem creandi Notarios, & illos admittendi ad exercitium in Vrbe, non seruata forma Statuti?

Ad Cap. 31. num. 1.

DECISIO XVII.

DOmini censuerunt testamento q. Antonij Broggia non esse fidem adhibendam, cùm fuerit rogatum à non habente facultate, nempe à Q. Octauio de Bonis in Matricula Archiuij non descripto, & sic non valente exercere officium Notariatus in Vrbe. Vnde ab eo gesta tanquam nulla non faciunt fidem in iudicio, nec extrahi vt disponitur ex præsbè in Statuto Vrbis *cap. qui, lib. 1.* de quo simili consuluit Flor. *cons. 1. num. 2. & 3.* & fuit *decis.* Molied. 22. *de testamentis.*

Nec videbatur obstare, quòd R. P. D. Matthæus in vim facultatis à bonæ recordationis Sixto Quinto concessæ Protonotarijs dictum Octauium creauerit Notarium, & approbauerit. Quia licet Protonotarij habeant facultatem creandi Notarios, non tamen habent facultatem admittendi illos ad exercitium in Vrbe, nisi prius seruetur forma dicti Statuti, & Constitutionum Iulij Secundi, & Leonis Vndecimi, de quibus in Bullario in ordine Constit. 61. *vers. teneantur*, nempe quòd describantur in Matricula Archiuij, & Notariorum.

Card. Lancellotto.

Romana Mutui.

Lunæ 10. Ianuarij 1600.

EPI-

EPITOME.

Originali deperdito, an detur fides copiæ in actis repertæ.

Ad Cap. 32. num. 12.

DECISIO XVIII.

DOmini resoluerunt constare de credito D. Abbatis iuxta formam apochæ. Licèt enim originale non reperiatur, tamen apparet in actis productam fuisse apocham, & eius vigore extensam formam Cameræ, & decretum mandatum exequutiuum; vnde datur fides copiæ in actis repertæ. Mohed. *decis. 1. de fid. instrum.* Deperdito namque originali, standum est copiæ. Bald. *in l. fin. num. 1. C. de fid. instrum.* faciunt tradita per Barr. in *l. admonendi, num. 3.* Ial. *nu. 84. ff. de iureiur.* cum relatis per Burs *in verb. copia*: & fuerunt allegata ea, quæ deducta fuerunt *in causa Perusina Exequutionis, de mense Maij, & Aprilis 1595. coram D. meo Penia.* Quæ veritas apochæ in hoc casu tergiuersari non potest: quia clara redditur tum ex pluribus scripturis factis pro ineunda concordia, in vna ex quibus est insertus totus tenor dictæ apochæ: tum ex confessione per D. Gundisaluũ facta in cõmissione impetrata in qua fatetur se debitorem D. Abbatis in scutis quingentis: qua cõfessione ipsemet D. Gundisaluus, non autem eius Procurator, in iudicio vsus fuit: neque potuit reuocari, cùm non sit probatus error. Rota *decis. 2. in fin. de confess. in nou.* Caputaq. *dec. 191. par. 1.* Et cùm fuerit à D. Abbate acceptata, qui eius vigore D. Gundisaluum citauit; vt post alios Gabr. *de confess. concl. 6. num. 12.* Et tanto magis, quia D. Gundisaluus agnoscendo bonam fidem tractauit concordiam ex quibus omnibus plurimùm adminiculatur copia prædicta; ita vt ei danda sit fides. Caputaq. *decis. 234. lib. 1.*

An autem D. Gundisaluus teneatur insolidum, vel pro rata, & an sit necessaria executio contra Alexandrũ Quintilium, & ei sint cedendæ actiones, particulariter erit videndum.

R.P.D. Pirouano.

Romana, seu Cesenateñ Hæreditatis.

Mercurij 6. Nouembris 1619.

EPITOME.

Nepotes in hæreditate patrui communis quando succedant in capita, & quando in stirpes. Statutũ Vrbis cap. 146. lib. 1. non ligat successiones forensium quoad bona in territorio Vrbis sita. Ciuis ex priuilegio an gaudeat beneficio ciuilitatis quando non habitat, & onera non sustinet. Priuilegiũ Ciuitatis quo fine concedatur.

Ad Cap. 41. num. 4.

DECISIO XIX.

DIctum fuit Naldis dandam esse immissionem, cùm agatur de successione Michaelis communis patrui ipsorum de Naldis, & Comitis Georgij Cacciaguerræ; ad quam de iure communi admittuntur nepotes æqualiter sublata sexus differentia. *auth. post fratres, C. de legit. hared. § 1. instit. de hared. ab intestato vienen.* & in capita, non autem in stirpes, dum non concurrunt cum alio patruo, sed inter se, secundum opinionem Azonis *in sum. & auth. cessante, C. de legit. hared.* quam esse veriorem relatis opinionibus dixerunt post alios Thesaur. *decis. 162. per tot.* & eam semper Rota sequuta est, vt videre licet *in causa Bononien. Hæreditatis, 10. Aprilis 1592. coram Cardinali Lancellotto seniore*, & in *Romana Hæreditatis de Carellis, 1. Julij 1602. coram D. Card. Millino*; & *in Collen. Hæreditatis, 7. Nouemb. 1618. coram R. P. D. meo Buratto.* Et cùm Michael decesserit in Vrbe, & ab intestato, pro immissione competit illis remedium vtilis interdicti quorum bonorum. *l. 1. C. quorum bonorum.* glos. Bart. & alii *in l. 1. ff. eod tit.* Menoch. *de arbitr. remed. 1. num. 33.* & latè fuit firmatum *in Romana de Capizucchis inter recent. 115. num. 1. par. 1.* & *coram me in Romana Hæreditatis de Fuscbis, 21. Junij 1619.*

Non obstat Statutum Vrbis 146. exclusiuum fœminarum.

Quia dum agitur inter non subditos Statuto, prout sunt tam Naldi quàm Com. Georgius, omissa disputatione circa exclusionem, vel comprehensionem fœminarum, & personarum, respõsum fuit Statutũ prædictum defectu potestatis, etiam quod bona sint in ditione statuentium, non ligare successiones forensium, secundùm veriorem opinionem, de qua per Brun. post alios, *in tract. Statutibus masculis, art. 6. quæst. 1. nu. 3.* & hanc Rota sequuta est pluries, vt *in Ciuitatis Castelli Hæreditatis 11. Maij 1606. coram Card. Ludouisio*, & *in Collen. Hæreditatis*, 10. *Junij 1616. & 5. Martij 1617. coram R. P. D. meo Buratto*, in quibus plures aliæ decisiones Rotales referuntur.

Non obstat quòd Com. Georgius non sit forensis, sed Ciuis Romanus, cui beneficium Statutorum denegandum non est, dum ciuis est ex priuilegio concesso iam multis ab hinc annis parenti suo pro filiis, & descendentibus, inter quos ipse reperitur, & gaudere potest ad hunc effectum succedendi; prout latissimè comprobat Rim. iun. *cons. 23. num. 110. & seqq. & cons. 56. per tot.*

Quia

Quia etsi in hoc articulo incidebant multę inspectiones, & quidem arduæ, an scilicet ciuilitas acquisita per Patrem transiret ad filios, & descendentes de tempore priuilegij non natos, & absque acceptatione, vel ratificatione; de qua non constat ex parte Co. Georgii: & an absque habitatione, & onerum sustentatione posset suffragari ad gaudendum beneficio Statutorum, prout contingebat hæc; similiter vero probari: ac demum an per habitationem longissimo tempore intermissam huiusmodi priuilegium fuerit amissum: Tamen placuit DD. respondendo determinare illam, quòd absque habitatione, & onerum sustentatione non possit Ciuis ex priuilegio vti beneficio Statutorum Vrbis: quia assumptus in Ciuem quando non habitat, & onera non sustinet, in nihilo differt ab ipso forensi: definit enim esse municeps per non habitationem, quamuis non definat esse Ciuis. *l. 1. ff. ad municip.* Rolan. *conf. 79 num. 30. lib. 3.* Ruin. *conf. 200. num. 11. lib. 3.* & vbi deficit qualitas subiectionis, statuentes nihil possunt, defectu potestatis, & iurisdictionis, in non habitantem, nec bona possidentem. *l. 1. in fin. ff. de Tut. & Cur. dat. ab his.* Bald. *in l. cunctos populos num. 57. & seqq.* vbi etiam Iason *num. 83. C. de summ. Trinit.* Rolan. *conf. 24. num. 17. lib. 3.* Surd. *conf. 23. num. 23. lib. 2.*

Vnde qua ratione Statutum non ligat non habitantem in eius damnum, eo ipso nec potest ei offerre beneficium, ita Ang. *conf. 73.* argumentatur dicens Statutum prodesse in omnibus casibus, in quibus potest nocere. Roman. *conf. 224. num. 6.* sequitur Guidop. *in suis quæst. statut. in quæst. incip. sed pone quæstionem, Statutum, &c.* vbi conuertit argumentum dicens: Si Statutum non potest ligando nocere, ergo nec conferendo beneficium poterit prodesse: & Guidop. sequuntur Alex. *conf. 44. num. 7. & seq. lib 5.* Ruin. *conf. 18. num. 2. lib. 5.* & *dicto conf. 200. nu. 11. lib. 3.* Surd. *conf. 204. nu. 15. lib. 2.* Ruin. *conf. 79 num. 35.* & alii, quos refert, & sequitur Honded. *conf. 5.* in terminis Statuti Vrbis, *num. 16. & 40. lib. 2.*

Et vltra rationem Rolan. & Ruin. in locis supra allegatis, vt qui non sustinet onera, & sic non sustinet incommodum, nec etiam debeat sentire commodum, Castr. *in l. omnes populi, in fine, ff. de iust. & iur.* fuit ponderata intentio statuentium commensurata à potestate illorum, vt scilicet voluerint disponere circa personas sibi subditas, in quas poterant exercere iurisdictionẽ, & illas comprehendere tantũ; non autẽ circa alias, quæ subditæ non erant; prout Ciues ex priuilegio, non habitantes, in quos ius dicere non poterant defectu potestatis: quo argumento sæpe vsa est Rota ad cognoscendum actus relcuantiam, & quod in eo comprehendatur; vt *in Mediolanen. Pensionis coram R. P. D. meo Vbaldo, 11. May 1614.* & eodem vtitur Surd. in his terminis *in conf. 257. num. 21. vol. 2.* & *conf. 59. num. 18.* dicens verba statuentium non referri ad personas illis non subditas.

Neque sensus verborum priuilegii ciuilitatis, de quo agitur, videtur discordare, sed potius conuenire prædictæ ponderationi, dum non simpliciter causa honoris illius, qui petit ciuilitatem, priuilegium conceditur; sed ad augendam, seruandamque Rempublicam: quæ contingere non possunt absque habitatione, & diuitiarum conseruatione inter personas habitantes, & in quas cadere possit iurisdictio ex parte Reipublicæ: quæ omnia in Ciue non habitante deficiunt, nec verificari possunt.

Non obstat quòd Ciuis ex priuilegio sit verè & propriè Ciuis, & quòd Princeps, vel habens Principis potestatem, possit creare verè & propriè Ciuem, & dare eadem priuilegia, quibus Ciues originarii vtuntur. Bart. *in l. si quis pro emptore, num. 34. ff. de vsucap.* Bald. *conf. 460. lib. 1.* & latissimè comprobant post alios Rimin. iun. *conf. 23. num. 110. cum plurib. seqq. lib. 1.* Menoch. *conf. 1129. num. 55.* vt ideo qua ratione originarius gaudet Statutis deferentibus successionem, eodem modo & Ciuis ex priuilegio vti debeat, maximè quia in priuilegio exequati fuerunt Ciuibus Romanis.

Fuit enim responsum quòd in præsenti non controuertitur substantia ciuilitatis; sed an assumptus gaudeat priuilegio Ciuium, quando non habitat, & onera sustinet: quæ inter se diuersa sunt, dum infimul esse potest, quòd quis sit Ciuis, non tamen municeps. *l. 1. ff. ad municip.* Ruin. *conf. 112. num 10. lib. 5.* Rolan. *conf. 79. n. 30. lib. 3.* Surd. *conf. 313. num. 55.* vbi ponderat istam differentiam. Vnde cùm possit esse Ciuis ex priuilegio, & propriè Ciuis, nec amittat substantiam ciuilitatis, motiuum non concludit ad producendum effectum, qui fundatur in qualitate separata, & compatibili cum ipsa substantia, nempe habitatione, & onerum sustentatione, ex quibus contrahitur subiectio necessaria ad Statuti beneficium consequendum, vt iam dictũ fuit.

Et ita, &c.

Card. Virili.

Ariminen Gabellæ.

Lunæ 19. Aprilis 1627.

EPITOME.

Incolatus quomodo contrahatur ad effectum non soluendi Gabellas à Statuto impositas: & an semper requiratur decennium?

Ad Cap. 41. num. 12.

DECISIO XX.

Dixerunt Domini sententiam Rotalem esse confirmandam: quia illa in iure remanet optimè firmata ex egregiè deductis in decis. R. P. D. mei Merlini. Et potissima ratio resolutionis fuit, quia cùm Statutum Ariminense imponat Gabellam,

lam forenſibus etiam in hæreditate aſcenden. vtique eſt contra ius, & odioſum, & propterea ſtrictè recipiendum, & interpretandum eſt. Ripa *in l. filiusfam. §. Diui, nu. 79. ff. de leg.* 2. Menoch. *conſ.* 166. *num.* 5.

Et conſequenter dum dicit quòd forenſes, & ibi continuo familiam non habentes, ſi acquirerent ſtabilia, ſoluant gabellam tempore acquiſitionis; vbique ſat eſt quòd Iulius deſierit eſſe forenſis, & acquiſuerit incolatum, & familiarem habitationem tempore non delatæ, ſed aditæ hæreditatis: ſufficit enim quòd incolatus ſuperueniat in inſtanti aditionis hæreditatis, ex quo tunc radicatur acquiſitio, & hæreditas cum effectu acquiritur. Bart. *in l. fin. num.* 2. *verſ. eod. modo, ff. de reg. Caton.* Ancar. *reg. quæſt.* 16. & *conſ.* 433. *num.* 23. Surd. *conſ.* 569. *num.* 3. *vſque ad* 7. Bruno. *de ſtat. exclud. faminas, quæſt.* 5. *num.* 16. & 28. Aym. *conſ.* 201. *num.* 26.

Incolatum autem ſuperueniſſe tempore aditę hæreditatis, patet, quia pater infanti poteſt acquirere incolatum, & domicilium, quando eodem tempore acquirit illi hæreditatem. *l. ſi infanti*, vbi Bart. *num.* 2. *C. de iur. delib.* Bald. *in l.* 1. *num.* 6. *C. de municip.* & *in l. vnica nu.* 1. & *ſeq. C. vbi pet. tut.* vbi Bal l. *num.* 2. Socin. *in cap. fin. num.* 15. & 18. *de for. compet.* Siluan. *conſ.* 25. *n.* 14. & 37. Mandoſ. *conſ.* 572. *n.* 15.

Non obſtat quòd acquiſitio incolatus, & hæreditatis ſit contemporalis, & tamen incolatus acquiſitio præcedere debeat. Quia cùm ad effectum acquirendi hæreditatem aui acquireretur incolatus, & domicilium; vtique cùm ante aditionem præcedat deliberatio in ea, fuit cogitatum non poſſe acquiri hæreditatem, niſi Iulius eſſet incola, & per conſequens in neceſsarium antecedens declaratio, & acceptatio incolatus fuit, & præſumitur anterior: & dum poſtea fuit adita hæreditas, acquiſitio incolatus præceſſerat, cùm ad effectum acquirendi hæreditatem requireretur. *l. illud*, vbi Bart. *l. ſi duo, ff. de acqu. hæred.* Surd. *conſil.* 443. *num.* 19. Alex. *conſil.* 157. *num.* 14. *lib.* 2. Caſtr. *conſil.* 306. *num.* 1. *lib.* 2.

Et licèt iſta acquiſitio incolatus anterior conſiſtat in momento temporis, eſt conſiderabilis, cùm inde reſultet vtilitas, & acquiſitio ad fauorem Iulii: quo caſu momentum temporis attenditur, & conſideratur. Bart. *in l. ſeruus dotalis comed. ff. ſolut. matr.* vbi Alex. *verſ. quando aliqua.* Bart. *in l. ſi tibi pec. num.* 4. *ff. ſi cert. petat.* Dec. *num.* 7. & 8. & Laſ. *num.* 10. Bart. *in l. qui ſit, prope fin. verſ. aut illa, ff. de ſolut.* Phan. *de mo n. temporis, cap.* 32. *nu.* 17. *verſ. tranſlatio domini*, & *cap.* 33. *num.* 4. *in fin. verſ. concludunt*: quod & fuit dictum *in Segobien. Beneficij* 26. *Mart.* 1604. *coram bo. mem. Iuſto.*

Non obſtat quòd præſumptio præſumptionis non detur: quia præſumptio præſumptionis datur quando vna venit in conſequentiam alterius. *l. ſi is qui pro tempore, ff. de vſucap. l.* 1. *C. de dot. promiſſ.* Rota *in recentior. deciſ.* 319. *num.* 5 *par.* 1.

Non obſtat quòd ad contrahendum incolatũ requiritur decennium. Tum quia hoc non procedit vbi conſtat de voluntate, quia tunc eo ipſo abſque aliquo lapſu temporis acquiritur incolatus. Abb. *in cap. fin. in fin. de paroch.* Rot. *par.* 2. *diu. deciſ.* 150. *nu.* 7. & *par.* 2. *recent. dec.* 188. *num.* 3. Bald *conſ.* 313. *num.* 1. *lib.* 4. Corn. *conſ.* 209. *num.* 1 *in fin. lib.* 1. Simon de Pret. *conſ.* 119. *num.* 8. & de voluntate ſatis conſtat ex ſupradictis. Tũ quia incolatus acquiritur quãdo ibi habitans habet maiorem partem bonorum *l. hæres, §. proinde*, vbi gloſ. *in verb. debebit, ff. de iud. l. vices, C. de incol. lib.* 10. Bart. *in l. vnic. num.* 2. *C. vbi pet. tut.* Angel. *conſ.* 25: *num.* 2.

Iulius autem cùm haberet domicilium Arimini, & haberet ſpem quaſi firmam ſuccedendi auo, ſibi impoſuit onus incolatus, vtique tempore ſucceſſionis deſierat eſſe forenſis, & effectus incola, & propterea non tenetur ſoluere gabellam, perallegata.

Rurſus Statutum loquitur de forenſibus, & illis, qui familiariter non viuunt: vnde non eſt opus quærere ſi Iulius ſit Ciuis, ſed ſat eſt probare quòd familiariter viueret, & habitet vt in Ciuitate Arimini. quod negari non poteſt, cùm ibi per aliquod tempus habitaret, & viueret, & hæreditatem aui conſequeretur, & voluntatem illius adimpleret in habitando continuo in Ciuitate Arimini cum ſuſceptione Cognominis, & Armorum familiæ ad effectum aui hæreditatis conſequendę; prout ſat eſt probare quod ſit incola, licet non eſſet ciuis: nam vt quis non dicatur forenſis, ſat eſt quod ſit incola, licet non ſit ciuis: Statutum enim de forenſibus non comprehendit incolas. Corn. *conſ.* 147. *lib.* 3. vnde cùm ex ſupradictis conſtet de incolatu Iulii, ceſſat diſpoſitio de forenſibus. Alder. Maſcat. *de ſtatut. concluſ.* 6. *num.* 19. Corn. *dicto conſ.* 147. *lib.* 3. Dec. *in cap. in præſentia num.* 61. *de præb.* Rol. *conſ.* 45. *num.* 11. *lib.* 1.

Non obſtat modò aliud Statutum, dum requirit deſcriptionem in quinterno.

Primò, quia loquitur de ciuibus, vbi recipiantur in ciues; & loquitur de ciue ex priuilegio, ibi, *& concedatur tale priuilegium*: vnde non habet locum in noſtro Statuto, in quo ſufficit non eſſe forenſem, ſed ſat eſt quod quis ſit incola, & non ciuis: nam Statutum loquitur in incolatu, ſed tollit ciuilitatem in incolatu. Pariſ. *conſ.* 53. *n.* 8. & 9. & *ſeq. lib.* 3. Socin. ſen. *conſ.* 129. *num.* 3. & 4. *lib.* 1. Caſtr. *conſ.* 8. *num.* 2. *lib.* 1.

Secundò, quia Statutum de deſcriptione in quinterno loquitur ad effectum gaudendi priuilegio conceſſo à Ciuitate circa exemptionem à vinculo ſeruitii, vel alterius cuiuſcunque honorantiæ, vel Colonariæ, Angariæ, vel Corrietę, vt patet ex illis verbis, non nitatur hoc priuilegio, nec illud alleget, nec habeat; non meretur hoc Statutum allegari in caſu ſolutionis gabellę, quam de iure Iulius ſoluere non tenetur: & Statutum quòd forenſes ſoluãt gabellam, non intrat cùm ipſe ſit incola, & familiariter habiter, vt ſupra deductum eſt.

Tertiò, quia cùm Statutum non loquatur prohibitiuè, ſed ſimpliciter dicat deſcribi, cùm non procedat annullãdo; etiam ſi non fiat deſcriptio, non obſtat, & actus ſubſtinetur. Laſ. *in l.* 1. *nu.* 10. vbi Alex. *num.* 4. Caſtr. *in fin. ff. de lib. & poſth.*

l. in

l. in cap. signif. num. 2. verſ. ſed bene, C. de lib. oblig. Salicet. *in l. fin. C. de ſent. & pan. reſt.* Alex. *conſ. 24. num. 3. lib. 4.*

Et ita vtraque, &c.

R.P.D. Buratto.

Colleñ Hæreditatis.

Veneris 10. Iunij 1616.

EPITOME.

Statuta excludentia fœminas propter maſculos ab inteſtato, an excludant à bonis extra territoriũ Statuentium ſitis? Declaratio ad Statutum Vrbis cap. 146 lib. 1. Incolatus quomodo acquiratur.

Ad Cap. 41. num. 15.

DECISIO XXI.

CVm Marietta probauerit ſe ex fratre neptem Marij defuncti, vt fuit reſolutum 26. Februarij præteriti, propoſita fuit ſecunda pars Dubij, An ſit excluſa per Petrum Franciſcum eius fratrem à ſucceſſione dicti Marij ab inteſtato defuncti, ex Statuto originis Ciuitatis Collis, vel Vrbis, vbi ſunt bona, de quibus agitur; vel ex vtroque ſimul. Et fuit capta reſolutio, eam non eſſe excluſam; cùm de iure communi ſuccedat patruo ſimul cum fratribus. *l. maximum vitium, C. de liber. prater. l. lege 12. tabul. C. de legit. har.* & *auth. in ſucceſſione, C. de ſuis & legit.*

Non ex dicto Statuto originis, quia Rota ſequitur ſententiam Bart. *in l. 1. quæſt. 6. prin. num. 32. & 33.* & Bald. *ibidem num. 19. C. de ſum. Trinit. &c.* quòd illud ex defectu poteſtatis non excludat à bonis extra territorium ſtatuentium, vt ſunt deciſiones Put. 341. *lib. 1.* ſecundum maximam impreſſionem; 304. *num. 3. par. 1. diuerſ. Piſana de Roſſerminijs*, 17. *Maij* 1589. *Perufina Bonorũ de Balleonibus*, 8. *& 13. Iunij* 1590. *coram Reuerendiſs. Perufino*; *Balneoregien. Bonorum*, 7. *Iunij*, 1591. *& 16. Maij*, 1594. *coram bo. mem. Card. Pamphilio*: & *Ciuitatis Caſtelli Hæreditatis*, 10. *May* 1606. *coram Reuerendiſs. Bononien.* Quam etiam ſententiam eſſe communem teſtatur eadem Rota *in dicta Perufina de Balleonibus*; antiquorum, Oſaſc. *conſ. 76. num. 19.* Theſaur. *lib. 2. quæſt. forenſ. quæſt. 5. num. 4. & 5.* & alij per eos cumulati: & pro illa etiam ita iudicatum fuiſſe ſuper Statuto Florentino per Sereniſſimum Coſmum Primum Hetruriæ Magnum Ducem ad relationem Sapientum, teſtatur Carol. Ant. Put. olim Piſarum Archiepiſcopus, *poſt conſ. Oddi conſ. vnic. num. 24.* & per Rotam Perufinam, Sapientes Patauinos, & Senatum Mediolan. Theſaur. *dicta quæſt. 5. num. 4. circa fin.* & per Cameram Imperialem *num. 8.* & per Senatum Pedemont. *num. 11. in fin.* qui etiam *num. 10. in fin.* dicit conſuetudinem pariter Neapolitan. ſuper modo ſuccedendi ab inteſtato non habere locum in bonis extra territorium.

Et procedit etiam iſta opinio, ſiue Statutum loquatur in rem, ſiue in perſonam, vt reiecta Bartoli diſtinctione poſt Cyn. *in l. cunctos populos col. fin. C. de ſum. Trinit. &c.* tradunt relati per Berret. *conſ. 119. & 113. n. 1.* Surd. *conſ. 343. num. 8. 9. & 10. num. 3.* & per Oſaſc. *dicto conſ. 76. num. 19.* & de communi teſtantur Vegius *conſ. 10. num. 4.* & Plot. qui etiam dicit veram, & indubitatam, *conſ. 10. num. 6.* & tenent Brun. *ſuper Statuto, quòd ſtantibus maſculis, artic. 8. num. 119. & 123. in fin.* Honded. *conſ. 5. num. 14.* & Rota, reprobata opinione contrarium tenentium, in allegatis deciſionibus Putei, *partis 1. diuerſ.* & *alia 395. num. 12. eadem par. 1. in eadem Balneoregien. 11. Februarij 1594. coram Cardinali Pamphilio*, & *in Romana de Salutatis 14. Martij 1603. coram bo. mem. Litta.*

Non etiam excluſa eſt Marietta à ſucceſſione bonorum Vrbis ex illius Statuto *cap. 146. lib. 1.* Quia tam Marius defunctus, quàm ipſa, & Patruus Franciſcus, ſunt forenſes, ideoque non gaudent Statuto, quod proſpexit ſolùm commoditatibus familiarum, & ciuium ſuorum; non autem exterorum. Socin. *conſ. 128. num. 5. vol. 4.* Brun. *vbi ſupra, art. 6. nu. 3. verſ. fiunt enim*, Crot. *in l. omnes populi, num. 244. in fin. verſ. ſed hæc ratio, ff. de iuſt. & iur.* Pariſ. *conſil. 12. nu. 25. lib. 3.* Socin. iun. *conſ. 80. nu. 9. vol. 4.* Honded. *dicto conſ. 5. num. 13. in princ.* & *conſ. 11. num. 22.* & Peregr. *conſ. 90. nu. 13. & 20 lib. 1.* & latiſſimè Flam. Rub. *conſ. 2. per tot.* & præſertim *num. 18. 22. & 62.* qui ex pluribus comprobat huiuſmodi opinionem: & hanc eſſe mentem Statuti noſtri, Put. *deciſ. 31. nu. 6. 7. & 9. lib. 2. in nou.* Et hanc opinionem in terminis noſtris tenet Bald. *conſ. 400. lib.* Alex. *conſ 41. lib. 7.* Iaſ. *conſ. 80. num. 2. verſic. ſed præmiſſis, vol. 3.* Socin. iun. *conſ. 59. nu. 3. & 4. vol. 4.* vbi *num. 10.* dicit illam indubitatam: de communi teſtantur Ruin. *conſ. 195. num. 9. verſ. nec etiam, & num. 10.* & *conſ. 200. nu. 12. vol. 2.* & Marzar. *conſ. 15.* & alios plures refert, & ſequitur Honded. *dicto conſ. 5. nu. 15. & 16.* qui in fine atteſtatur de magis communi, & contrariam communiter eſſe damnatam, & ita fuiſſe iudicatum in Rota Perufina; ſæpius verò fuiſſe reſolutum in Rota, dicitur *in deciſ. 673. num. 8. par. 1. diuerſ.* prout reſolutum fuit *in Camerinen. Hæreditatis*; 29. *Ianuarij* 1588. *coram bo. mem. Card. Pamphilio*, & in alijs ſupra allegatis deciſionibus, videlicet 295. *n. 4. verſ. tertius caſus eſt, par. 1. diuerſ. Perufina de Balleonibus*, *Balneoregien. 7. Iunij* 1591. & *Ciuitatis Caſtelli Hæreditatis*: & in terminis huius hæreditatis, *in alia Collen.* ad fauorem Portiæ ſororis Marietæ 23. *Maij* 1611. *coram Reuerendiſs. Atrebaten.* & firmat Modern. Gloſſator *ad dictum Statutum, num. 40.* vbi refert, & ſequitur dictã

deci-

decisionem Ciuitatis Castelli relatam etiam per Honded. *d.conf.5.num.15.& 16.& conf.11.n.25. & conf.40.num.25.& 26.* & cum hac sententia Rotæ transiuisse Senatûs Pedemont.testatur Thesaur.*d.lib.2.quæst.forens. 94. num.21.* vbi in individuo, quando vltra personam defuncti fœmina est forensis, qui est casus noster, dicit, rem non pati dubitationem; & eam quoque tenet Purpurat.*conf.32.num.11.* nec dissensit Put.*d.decis.31.* licèt in casu suo teneat contrarium, quia defunctus Statuto Vrbis; quam tamen opinionem Rota non sequitur, vt infra dicetur. Quam interpretationem vti menti statuentium conformem esse fauorabilem, & amplectendam, dicit Socin. *d.conf.128.n.5.* per eam reduci ad ius commune, Crot. *in d.l.omnes populi, num. 294.* eamque faciendam esse contra Petrum Franciscum, fundantem se in Statuto dubio, Put. *decis. 31.num.7.* Honded. *d.conf.5.num.60.*

Ex quibus visa fuerunt non obstare deducta in causa hæreditatis bon.me. Cardinalis Sanctæ Cecilinæ quæ procedunt, quia d.Cardinalis defunctus habebat incolatum in Vrbe, vbi etiam erat fita bona; & sic intrat dispositio Statuti: & nihilominus in isto etiam casu Rota sequuta est contrariam sententiam; vt *in d. decis.295.nu.9. & 10.& decis.673.in fin.par.1.diuers.& in dictis Camerinen. hæreditatis, Perusin. de Balleonibus, & Balneoregien.bonorum*. Quæ tamen inspectio non est in proposito necessaria, cùm casus sit indubitabilis, ex quo sunt forenses tam defunctus, quam contendentes de successione, vt dictum est; ideoque cessat etiam combinatio Statutorum Collis, & Vrbis: cùm enim neutrum de per se suffragetur, consequenter nec simul iuncta, vt dicitur *in d.Ciuitatis Castelli*.

Non obstat prætensus incolatus Petri Francisci in Vrbe: quia ad illum contrahendum requiritur animus perpetuò habitandi, *l. Ciues; de incol. lib.10.* Bart. *in l. Cornelia, § si tamen in fundum, de iniur.* Rot. *in dd. Camerinen. Ciuitatis Castelli, & Collen hereditatis*. Expressus autem animus perpetuò habitandi Petri Francisci non probatur per testes: quia solus primus in eius summario *nu.4.* deponit de quibusdam illius verbis obiter, & incidenter prolatis, ex quibus desumi non potest animus deliberatus, & firmus, & prout requiri dictum fuit *in eadem Ciuitatis Castelli, 1.Decembris 1606.* vltra quod est vnicus testis, nec concludit, quòd dicta verba fuerint prolata ante obitum Marij, prout requireretur ad hoc, vt potuisset auferre Mariettæ ius successionis. Anchar. *cons.169.num.2.vers. & licet*, & Rota *in d.Ciuitatis Castelli, 1.Decembris 1606.*

Nec etiam desumi potest animus ex habitatione in Vrbe: quia de tempore dicti obitus neque erat elapsum decennium habitationis, ex alleg. per Menoch. *de arbi. lib.2. centur.1.cas.86. num.15.* & tenuit Rota *in d.Collen.* neque aliud tempus, propter quod Rotæ visum fuerit posse arbitrari contractum fuisse Domicilium. Nec probatur prætensa translatio omnium, vel maioris partis bonorum, & fortunarum ad Vrbem: & attestatio Ciuitatis Collen. tanquam in forma simplicis fidei extraiudicialis non est attendenda, nec concludit quòd dicta bona fuerint translata ad Vrbem, sed tantum fuisse venditos effectus in dicta Ciuitate Collis. Primus verò testis iuxta 12. deponit Petrum Franciscum bis habitasse in domo Domini Galganetti, & sic non conducta: & iuxtà 13. & 14. subdit se credere, *che venisse à Roma come fanno gli altri per tentare sua fortuna, e non sò che venisse per negotio nessuno, e dapoi trattenendosi in Roma, per poter meglio sostentare lo stato suo, si messe à fare il Procuratore de' poueri Carcerati:* quæ videntur excludere animum firmum perpetuò habitandi, cùm Petrus Franciscus solum penderet ab ipsa fortuna.

Et considerabãt etiam Domini, quòd ille possedit communiter, & pro indiuiso cum fratribus domum hæreditariam paternam in dicta Ciuitate Collis, vt in dicta attestatione; & quòd ibi cum dictis fratribus adiuit hæreditatem Marij, & cõfecit inuentarium præuijs citationibus, & proclamationibus ad exhibitionem seminarum, iuxta dispositionem Statuti loci; prout pronunciari obtinuit. Ex quibus colligitur illius animum fuisse vel non contrahendi incolatum in Vrbe, vel vagum, & indeterminatum; & propterea non posse dici constare de dicto incolatu, qui non contrahitur nisi cum animo fixo, & deliberato semper habitandi, vt ex prædictis.

Et ita decisum.

Cardinali Lancellotto.

Ciuitatis Castelli, Supplementi Legitimæ.

Veneris 14. Nouembris 1603.

EPITOME.

Priuilegium Ciuilitatis pro patre, filijsque an possit validè à filijs nõ acceptari? Ciuis Romanus an debeat habere domum & vineam in Vrbe?

Ad Cap. 41. num. 16.

DECISIO XXII.

CVm vterque ex collitigantibus sit Ciuis Romanus, Domini dixerunt intrare Statutum de duabus conformibus *lib.1 cap.178.* quod est seruandum inter Ciues, incolas, & districtuales, vt in eo disponitur: satis enim est ad effectum, vt sit locus Statuto, quòd concurrat altera ex dictis qualitatibus, nempè quod partes sint Ciues, vel incolæ, aut districtuales; nec requiritur vtraque qualitas, ciuilitatis scilicet, & incolatus, prout semper fuit obseruatum, cùm eadem ratio militet in omni casu, vt fuit resolutum *coram me in causa Romana Tutelæ de Roppolis 2. Ianuarij 1602.*

De ciuilitate autem Dominorum de Vitellis satis constare ex ampliſſimo priuilegio concesso Alexandro Vitello pro se, suisque liberis, & posteris in perpetuum; & Ciuis ex priuilegio comprehenditur sub dispositione loquente de Ciu-

vt per Rofan. *conf.* 79. *n.* 2. 3. *&* 4. *vol.* 3. & latè deducit Decian. *resp.* 44. *nu.* 4. *& seq. vol.* 4. *&* n. 13. vbi erobant hanc esse communē opinionē. Quod priuilegium fuit ab eodem Alexandro acceptatum, cùm ad eius petitionem fuerit concessum, prout similia priuilegia concedi solent, vt probatur ex fide Scribæ Populi Romani.

Neque obstare, quod descendentes huiusmodi priuilegiū non acceptauerint, ita vt ante acceptationē nō fuerit ipsis quæsita ciuilitas, vt Bald. *conf.* 149. *n.* 3. *lib.* 1. Dec. *conf.* 661. *nu.* 9. cum allegatis, & per Honded. *conf.* 5. *num.* 18. *& seq. lib.* 1. Quia quicquid dicendum sit in filijs natis antè obtētum priuilegium a Patre, in quibus terminis loquuntur omnes, qui in contrarium allegantur; respectu illorum, qui sunt nati post acceptatum à Patre priuilegium, contrariū dicendum est. Paul. de Castr. *in l.* 1. *n.* 3. *C. de patr. qui filium distrax.* Nati enim ex Ciue efficiuntur Ciues, & sequūtur conditionem Patris, Bart. *in l. vlt. §. pen. n.* 7. & *in l. assumptio. §. filius, n.* 1. & *in l. libertus. §. patris ff. ad municip.* Bald. *in l. fin. n.* 1. *C. de serv. fug.*

Neque etiam obstare, quod D. Lutius declarauerit se velle esse Ciuem Tiphernatem; & quod Domini de Vitellis sunt etiam Ciues aliarū Ciuitatum. Quia hoc non stat excluſiuè ad ciuilitatē Romæ quæsitā. Aret. *conf.* 135. Decian *d. resp.* 41 *n.* 59. & fuit resolutum *in causa Perusina de Balleonibus*, 14. *Nouembris* 1593. *coram bo. me. Gipsio, & 16. Nouemb.* 1601. *coram Reuerendiss. Pacen. & in alleg. Romana de Roppolis eadem me.*

Nec placuit Dominis, quòd ad hunc effectum Ciuis debeat habere domum, & vineam in Vrbe, iuxta aliud Statutū *cap.* 250. *lib.* 3. *in antiq.* & 57. *lib.* 3. *in nouis.* Quia hoc Statutum loquitur solū ad effectum non soluendi certam gabellam, non autem ad alios effectus. Prout non placuit, quod Domini de Vitellis videantur ciuilitatē amisisse; quinimmo de contrario constat; patet enim ipsos sæpissimè ad Vrbem redire, hicque inhabitare, & viterius in ea stabilia possidere.

Et ex his concluſum pro ciuilitate.

R.P.D. Merlino.

Romana Dotis.

Mercurij 14. *Martij* 1635.

EPITOME.

Patruus an teneatur in subsidium dotare fratris filiam? Et quid in auo paterno, vel materno? Bona subiecta fideicommisso possunt distrahi in subsidiū pro dotanda Moniali, etiam spuria. Dispositio Statuti Vrb. lib. 1. c. 42. in quo casu non habeat locum. Constitutio Pij V. contra illegitimos non derogauit capitulo, cùm haberet, de eo qui dux. in vxor. &c.

decis. 41

DECISIO XXIIII.

POst emanatam in hac causa resolutionē, quòd satis constet Margaritam esse filiā bo. me. Io. Baptistæ Victorij fratris D. Marci Antonij, Dubitaui, an per eundē Marcum Antonium patruum Margaritæ dos debeatur, & ad quam summam? & Domini responderunt, deberi iuxta quantitatem, & modum infra exprimendum.

Quamuis enim anceps sit quæstio, an patruus teneatur dotare fratris filiam in subsidium, cum illa non habeat, quo possit dotari; in qua negatiuam sententiam tuetur Odofred. *in l.* 2. *C. de lib. alen.* eo quia id nullo iure cautum reperitur; & secuti sunt Imola *in l.* 1. *n.* 2. Cumen. *n.* 17. Alex. *n.* 20. Barbosa *in* 4. *p. nu.* 142. *ff. solut. matr.* Siluā. *cōs.* 33. *n.* 12. Card. Mant. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 16. *n.* 35. Rimin. iun. *conf.* 642. *n.* 56. & *cōs.* 681. *n.* 28. Costa *de remed. subsid. remed.* 64. *n.* 2. & *remed.* 66. *n.* 4. Matrill. *dec.* 85. *n.* 29. Giurba *ad consuet. Messan. c.* 3. *glos.* 3. *n.* 64. Pro affirmatiua autem, quòd patruus teneatur dotare filiam fratris inopem, non deficiente quodam naturalis rationis dictamine, scripserunt Bald. *in l.* 1. *n.* 4 *ff. solut. matr.* Afflict. *decis.* 371. *n.* 3. secundū quam opinionem iudicatum fuisse in supremo Castellæ Cōcentu testatur Molina *de primog. Hisp. lib.* 1. *c.* 15. *n.* 67. & in hāc videtur inclinasse Soto. *de alimen. tit.* 1. *q.* 28. *n.* 7. *&* 11. *in fin.* vbi quòd facile esset hanc opinionē in puncto iuris sublinere: quia cùm frater nedū teneatur alere fratrem etiā naturalem, immo spurium, *§. si quis igitur, in auth. quib. mod. natural. efficiantur fui.* Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 25. *nu.* 28. & firmauit Rota *in Romana Alimentorū*, 21. *Iunij* 1627. *coram Reuerendiss. D. Vrgellen.* sed etiam filios fratris, qui subingrediuntur locū patris in commodo recipiendi alimenta, ex latè deductis per Surd. *de alim. d. tit.* 1. *q.* 28. *per tot.* & *in Rom. Alimentorum*, 3. *Iunij* 1613. *coram bon. me. Patriarcha Manzanedo*; hinc sequi videtur, teneri etiam ad dotem præstandam filiabus: hæc enim succedit in locum alimentorū, præsertim in filijs naturalibus, *l. assiduis, C. qui potior. in pignorib. habeantur*; & comprehenditur omnino sub lege Pontificia in cap. cum haberet, extra, de eo qui dux. in matrimon. quam polluit per adulter. qua iuncitur, naturalibus liberis necessaria esse subministranda: & dos quidem maximè necessaria existimatur, vtpote sine qua mulier plerūque turpissimo vitæ instituto ac illecebris allicitur; vt post Bald. *in conf.* 456. *n.* 10. *lib.* 5. diserte discrete Card. Paleott. olim nostri Ord. Collega, *de nothis & spur. q.* 49. *per tot.* conciliando controuersias Iurisconsultorum, & antinomias; & secutus fuit Peregr. *de iur. fisc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 50. Surd *de alim. tit.* 4. *q.* 23. *n.* 5. & *tit.* 9. *q.* 1. *n.* 14. Et hanc sententiā quòd patruus in subsidium teneatur dotare filiā fratris, sumpto argumento ab alimentis ad dotē, secuta fuit Rota *in dicta Romana alimentorum* 3. *Iunij* 1613. *coram bo. me Manzanedo.*

Nihilominus ex alio capite D. Marcus Antonius ab hoc munere dotandi Margaritam se subtrahere nullo modo potest. Quemadmodū enim Bernardino Proauo, ex obligatione iuris incumbebat hoc onus dotem assignandi descendenti pronepoti, etiam spuriæ, argum. *l. dotis dotem, ff. de*

ff. de collat. bonor. Ripa *in l.* 1. *nu.* 74. & 81. *ff. solut. matrim.* Menoch. *conf.* 331. *n.* 18. Marescott. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 83. *num.* 39. Costa *de remed. subsidiar. remed.* 64. *nu.* 1. & *remed.* 65. *nu.* 3. cum alijs cumulatis per Giurbam *ad consuetud. Messan. cap.* 3. *gloss.* 3. *num.* 22. vbi id firmat tam in auo paterno, quàm materno; & censuit Rota *apud Card. Seraph. decis.* 58. *n.* 6. & *in recent. decis.* 233. *num.* 1. *par.* 2. tam si matrimonium in sæculo contrahere voluerit, quàm si per ingressum Monasterij spiritualiter nubere. Bald. *in l. fin. C. de dot. promiss.* Felin. *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ num.* 79. *de constitution.* Boer. *decis.* 126. *num.* 12. Menoch. *præsumpt.* 189. *num.* 91. *lib.* 4. Sanchez *de matrimon. lib.* 4. *disput.* 26. *num.* 7. Giurb. *d. cap.* 3. *gloss.* 3. *num.* 24. & *gloss.* 4. *num.* 15. Ita eadē prorsus ratione tenetur D. Marcus Antonius, hæres, & successor proaui, in quem bona transiuerunt hoc onere affecta: nec obligationis vinculum ex successoris persona fuit immutatum. Bald. *in l. fin. C. de dot. promiss.* Abb. *cons.* 115. *ante num.* 1. *lib.* 2. bene Card. Mantica *de tacit. lib.* 12. *tit.* 16. *num.* 26. & *tit.* 18. *n.* 14. Honded. *cons* 50. *num.* 17. & 18. *lib.* 1. Thesaur. *decis* 211. *num* 8. & dixit Rota *decis.* 224. *num.* 1. *par.* 2. *recent.* & *in Bononien. Alimentorum*, 28. *Marty* 1594. *coram Penia*, impressa *in dec.* 746. *p.* 4. & *dec.* 82. *p.* 5. *diu.*

Nec prætextu fideicommissi ab hoc necessario dotandi munere se valet eximere: Quia ex dispositione *auth. res quæ, C. communia de legat.* bona arctissimo cuique subiecta fideicommisso possūt distrahi in subsidium ad effectum cōstituendi dotem Moniali pro spiritualibus nuptijs; vt docuerunt Bart. *in d. auth. res quæ, num.* 7. Bald. *n.* 13. latè *Peregrin. de fideicōm. art.* 42. *n.* 57. Menoch. *præsump* 189. *n* 89. & 90 *lib.* 4. Futar. *de substit. q.* 531. *n.* 28. Gratian. *discept.* 533. *n.* 22. Sanchez *de matrim. lib.* 1. *dispu.* 33. *n.* 29. & *lib.* 4. *disput.* 26 *nu.* 7. & fuit deductū in alia decisione illius causę, etiam pro dote spuriæ; in quam causam rectè itidem fideicommissa alienantur. Peregrin. *de fideicomm. d. art.* 42. *n.* 38. & *cōs.* 115. *n.* 4. *lib.* 5. Molin. *de primogen. Hispan lib.* 4. *cap.* 6 *n.* 14. Giurba *ad consuetud. Messan. d. cap.* 3. *glos.* 3. *n.* 15. quamuis fideicommittens expressè id prohibuisset; qui nō potest iuris obligationem bonis suis inūxam pro bono publico matrimonij contrahendi, & alēdi liberos, reijcere, & facere, vt leges non habeant locum in sua dispositione; prout latè fuit comprobatum *in illa Spoletana fideicōmissi* 4. *Decēb. proxime præteriti coram me*: & in his terminis tradunt Bald. *in l. ad quod pauperibus, n.* 39. *C. de Episc. & Cler.* Card. Palcott. *de noth. & spur. c.* 47 *nu.* 6. Thesaur. *dec.* 211. *nu.* 3. Vrbil. *ad Afflict. decis* 99. *n.* 5. Giurba *d. cap.* 3. *n* 15. & fuit dictum *in præallegata Bononien. n. Alimentorum coram Penia.* Vnde tantò magis recipiendum hoc videtur, dū ne dum præsumptum ex dispositione iuris, sed & expressum in verbis habemus in hoc testatoris votum, mandantis, vt descendentes congruè, & iuxta vires patrimonij dotentur; prout legitur in eius testamento, & declarauit Rota super eodem testamento *in Romana fideicommissi de Vitelorijs*, 2. *Iunij* 1627. *coram me.*

Quo verò ad quantitatem, Domini cū præsupposito quòd Margarita in Monasterio Deiparæ Virginis in Campo Martio, in quo huc vsque degit educāda, velit susceptum virginitatis propositum habitu, & sacro velo firmare; decreuerunt præstandam esse dotem solitam dari in illo Monasterio, cum solitis etiam acconcijs, & regalijs, moderatè tamen arbitrio Rotæ; necnon scutatria quolibet mense ad vitam Margaritæ.

Quoniam licèt vbi agitur de præstanda dote filię naturali, ad mensuram alimentorum regulari soleat, vt consuluerunt Bald. *cons.* 457. *n.* 1. *ad fin. lib.* 5. Abb. *cons.* 115. *n.* 1. & 2. *lib.* 2. Capic. *dec.* 181. *n.* 1. Peregr. *de iur. fisc lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 78. Beninted. *dec.* 22. *n.* 8. Rota *dec* 249. *n.* 1 *p.* 2. *recent.* Vel etiā vltra alimentorum modum, si dignitas natalium, mulieris conditio, & mos patriæ id exposcant, secundū Dec. *cons.* 211. qui 3500. aureorum dotem pro spuria congruā esse respondit: quę quantitas, attento illo tempore, notabilis erat. Aret. *cons.* 17. *n.* 20. & ita sentit Palcott. *de noth. & spur. cap.* 50. *n.* 20. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 10. *n.* 19. & 20. Peregr. *de iure fisci, lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 78. *vers. vel quatenus.* Alimenta autem, etiā dū præstantur miserationis causa, ex æquitate canonica, nō iuxta necessitatē victus tantū, sed secundū status dignitatem, & decentiā vitæ decernenda, vt censuit glos. *in l nepos Proculo, ff. de verb. signif.* Molin. *de primog. Hisp. lib.* 2. *c.* 15. *nu.* 55. Peregr. *de iure fisci, tit.* 18. *n.* 22. *vers. contra tamen.* Thesaur. *dec.* 211. *n.* 22. Grat. *discept.* 112. *n.* 6. & *c.* 562. *n.* 35. & 613. *n.* 14. & 15 Sanchez *responsi. moral lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 24. *nu.* 2. & fuit dictum *in Romana refectionis contractus*, 22. *Aprilis* 1613. *coram Reuerendiss. D. Decano.*

Tamen cùm ferè id totū ab æqui Iudicis pendeat arbitrio, qui neque rigidam, & solam naturę indigentiā, super qua ex diuersis facti circūstantijs instetit Rota apud Card. Canaler. *decis.* 245. & 298. repetitis inter recentior. *dec.* 581. *p.* 1. & *dec.* 249. *p.* 2. nec etiā lautos, & nimis splendidos sæculi mores respicere debet, vt monuerunt Conar. *de sponsal. c.* 8. *p.* 2. *§.* 6. *n.* 8. Peregr. *de iure fisci lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 32. *in fin.* Benint. *dec.* 43. *n.* 2. Molin. *de primog. Hispan. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 55. Grat. *discept. forens. c.* 112. *n.* 13. & 14. & *c.* 613. *n.* 1. & 2. Rota *dec.* 395. *n.* 2. *p.* 2. *recent.* & *in d. Bononien. Alimentorum coram Penia*; & *in Rom Taxationis. dotis*, 28. *Maij* 1631. *coram R.P D. meo Dunozetto.* Rationabilis visa fuit Dominis taxatio iuxta solitum: quia mos & consuetudo in hac materia potissimum pensari debet, ex supra deductis; & latè Grat. *discept. forens. c.* 552. *n.* 8. & signanter in cōstituenda dote pro Monialibus nubentibus spōso cœlesti seruandā esse moderatā Monasterij cōsuetudinem; & in minori quantitate, quā vxi mulieres nubunt terrestri sponso, obseruarunt Anna *singul.* 11. Rim. iun. *cons.* 85. *n.* 22. & *cons.* 466. *n.* 2. Vrbil. *ad Afflict. dec.* 136. *n.* 3. Franch *dec.* 44. *n.* 2. Giurba *ad consuetud. Messan. c.* 3. *gloss.* 3. *nu.* 25. Franciscus Antonius Costa *cons.* 25. *nu.* 31. Rota *decis.* 249. *num.* 5. *par.* 2. *recentior.*

Ex eadem prorsus ratione desumptum fuit, præstandum esse solitum acconcium, & regalia necessaria pro ingressu in Monasterium; quæ dotis appendices reputantur. Thesaur. *decis.* 195. *num* 5. Gratian. *discept. forens. cap.* 498. *num.* 5. Rota *decis.* 556. *n.* 2. *par.* 1. *diuers.* & coram *sanctæ mem. Greg. decis.* 7. vbi Add. *num.* 11. cum modificatione tamen, & adhibita differentia, quę de iure constituitur circa solemnitates nuptiarū, pō-

pas,&apparatus inter filias illegitimè natas,atq; ipsas filias legitimas, iuxta deducta per Lup. *de illegit.comen.2.§.1.n.46.* Menoch.*cōs.*1 162.*n.*10.

Et demum ijsdem rationum & æquitatis nixi motiuis Domini,arbitrati sunt præfāda esse scuta tria quolibet mente ad vitam Margaritæ: quia, cū abrogato legis Ciuilis sunptæ ex l.12. tabularum rigore, quo filijs illegitimis contra naturalem omnium animantiu instinctum alimenta denegabantur;sic enim caritatem illud ius antiquum coluit,vt pietatem omnem abiecerit, teste Baldo *cons.*456.*num.*10.*lib.*5. hodie lege Pontificia *in cap. cum haberet, extra de eo qui dux. in vxorem,* iuris Diuini, ac naturalis vestigijs insistente, clementissimè quibuscunque natis prospectum tuerit, vt necessaria vitæ subsidia suppeditētur;vtique Moniali præstatio huiusmodi singulis mensibus omnino necessaria videtur pro vestitu,& alijs comparādis,quibus tuendi,curādiq;corporis nostri gratia vtimur,& quibus pauperes Moniales destituuntur,nec ex præstationibus communibus Monasterij suppetunt: & hic redditus, tanquam pars dotis & alimentorū pro Monialibus computari solet. Et quidem omnia, quæ ad vitam conseruandam necessaria sunt,cōprehendi nomine alimentorum,non est dubij iuris;vt *in l.legatis.ff.de alim.& cib.leg. l.verbo cibus.ff. de verb.signif.*& in his terminis eleganter disserit Card.Palcott.*de noth.& spur.cap.*47.*n.*7.

Nec releuat,quòd cùm in Vrbe sit seruandum Ius Ciuile,ex Statuto,*cap.*42.*lib.*1. ideo denegāda sint alimenta & dos Margaritæ, iuxta dispositionem *auth ex amplexu,C.de incest.nupt.*Quoniam Canonica æquitas, & sanctio Cœlestini iij. *in cap. cum haberet*, qua duricies Iuris Ciuilis emollitur, pietasque à natura in ira erga liberos imbuitur, seruanda est etiam vbi tantùm vigent Leges Ciuiles,& etiam in terris,& in iurisdictione Imperij,vt plene comprobat Card.Palcott.*de noth.& spur. c.*47.*per tot.* Rol. *cons.*85.*n.*7.*lib.*3. & *cons.*74.*n.*35.*lib.*1. Menoch.*præsūp.*189.*n.*25. *lib.*4. Capic.*decis.*54.*n.*1. Gratian.*discept forens. cap.*60.*nu.*31.& *c.*154.*n.*16. Marescott.*var.resol. lib.*2.*cap.*83.*nu.*33.& fuit dictum *in Romana Liquidationis dotis,* 15.*Decemb.*1600.*coram Lutio*; & *in alia Rom.Dotis,*5.*Aprilis* 1604.*corā eodē*, & *in Romana Alimentorum* 3. *Iun.*1613.*coram Manzanedo.* Et dispositio d.Statuti,*cap* 42.*lib.*1. non habet locum, quādo Ius Ciuile expressè reperitur correctum per Ius Canonicum,vt in casu isto: Tunc enim Ius Canonicum,non autem Ius Ciuile,quod sublatum fuit,etiam inter Vrbis incolas seruandum est; prout distinguendo in terminis dicti Statuti declarauit Rota *in Perusina Bonorum,*20.*Aprilis* 1592. *coram Penia*.

Minus obstat Constitutio Pij V. contra filios illegitimos. Quoniam per eam non fuit tollata constitutio Canonica d.Capituli,*vti haberet*, pietatis, æquitatis, & rationis plena,tribuens filijs, quod sanguinis,quod charitatis,quod naturæ ius postulat,hoc est,alimenta; vt docuerunt Bursatt. *cōs.*255.*n.*13.*lib.*3.Nauarr.*de spol cler §.*19.*n.*10. & 11.Azor.*instit.moral p.*2.*lib.*2.*c.*4.*in* 7.*quæst.* Marescott.*var.resol.lib.*2.*c.*83.Grat.*discep.forēs. c.*586.*n.*28.ducē Surd. *cons.*509.*per tot.*& cēsuit Rota *in Bononien. Alimentorū,*28.*Martij* 1594. *coram Penia*;quę est etiā impressa post Giouagnon. *cons.*37.*lib.*2. Vbi quòd tā ex bonis patrimonialibus,quā ex redditibus Ecclesiasticis Clericorū, aut Laicorum,debentur dotes filiæ spuriæ,nō obstante d. constitutione Pij V. quæ non derogauit dispositioni *cap.cum haberet*. Neque Margarita hodie agit de succedendo parenti in redditibus Ecclesiast. seu bonis ab Ecclesia receptis,quę tāquā peculiū Christi, & profecta ab Ecclesia, quæ est speculum pudicitiæ;auferenda esse ab illegitimis, quos habere successores, scandalum & noxiū videtur ordini Clericali,sanxit Pius Pontifex; sed de consequenda dote à laico ex bonis merè laicalibus, & nullam habentibus mixturam cum Ecclesiasticis;& in quibus propterea non procedit Bulla san.me. Pij V. vt respondit Rota *in decis.*214.*p.*2.*diuers.*& *in d.Bononien. Alimentorū coram Penia*. Cessatque etiam in casu præsenti suspicio incontinentiæ, ex qua illegitimi solent esse odio legibus,vti excitantes memoriā impudicæ origims, & creduntur imitatores paternæ impuritatis;*ex cap.si gens Angiorum,*56.*dist.cap. mulier,*35.*q.*1.*cap.litteras,cap.cum decorem de fil. presbiterorum.*Margarita enim vult in ministerio Templi permanere, castasque cum Agno cœlesti inire nuptias;adeo vt omnem à parente hausiam impuritatis notam penitus absterserit: Et quidē per ingressum Monasterij,& professionem in Religione, macula omnis illegitimitatis aboletur. *auth.de Monach in princ.*Mart.*singul.*278.*n.*9. Card. Palcott. *de noth. & spur. cap.*45. *num.* 5. Anchar. *qq.famil.lib.*3. *cap.*36.*num.*13.& 14.

In quam sententiā,quòd D.Marcus Antonius teneatur præstare dotem prædictam,eo etiā facilius Domini transiuerunt, quia D. Marcus Ant. satis opibus affluit, & nullam habet legitimā sobolem; ita vt præstatio dotis faciendæ Margaritæ iuxta solitū illius Monasterij, nullū possit afferre detrimentum filijs legitimis; quorum fauore multùm ponderant iura, & Doctores, vt *in l.2. C.de natur.liber.*& animaduertit Rot.*in dec.*249 *num.*3.*par.*2.*recentior.*

Et ita,vtraque parte informante,resolutū fuit.

R.P.D. Motmanno.

Vrbeuetana Census.

Lunæ 24. *Ianuarij* 1634.

Statutum Vrbis de maioribus viginti annorū non comprehendit forenses cōtrahentes in eodem loco. Intellectus ad l. fin. C. si maior fact. alien. sine decr. Ratificatio actus ab initio inualidi nō præsumitur nisi in certis casibus. Partitæ extractæ lite pēdente, absque compulsorialibus, & parte non citata, an faciant probationem.

*Ad cap.*47.

DECISIO XXIV.

Omni respondent,non esse locum Aegidianæ ad fauorem Geraldini Domini census de quo agitur. Quia mandatum de assignando in possessionem ei concessum non est sortitum, attenta nullitate impositionis dicti census. Vnde non modò in illius

illius executione est super tendum, Seraphin. *decis.* 425. *num.* 5. sed etiam permissa est appellatio, vt in eadem Constitutione Aegidiana legitur, & in hoc Tribunali pluries fuit resolutum.

Nam quondam Clementinus cum esset minor, nullis adhibitis solemnitatibus constituit procuratorem ad imponendum censum, quem idē Procurator nullitèr imposuit, eo quòd cùm dictus Clementinus tunc temporis non esset infra legitimam ætatem constitutus, validè contrahere non potuit sine solemnitatibus requisitis per Constitutionem Marchiæ de forma seruanda in contractibus minorum *cap.* 25. *lib.* 3. quæ iuxta Summorum Pontificum Sixti IV. & Pauli III. extentiones omnia loca Status Ecclesiastici comprehendit.

Non obstat quòd constitutio dicti Procuratoris facta fuerit quo tempore Clementinus erat in Vrbe, vbi viget Statutum quòd maiores viginti annorum in omnibus peritio habeantur ac si essent maiores 25. Quia cum ipse tanquam Ciuis Vrbeuetanus non esset persona subdita statuentibus, non poterat comprehendi sub dispositione dicti Statuti directi in personas subditas. Bald. *in l. cunctos populos, num.* 92. *C. de summa Trinit. & fid. cath.* Rota *decis.* 580. *num.* 1. *par.* 1. *diuers.* & apud Pic. *ad Stat Vrb. decis.* 63. *num.* 17.

Neque dicta impositio census subsisteret ex eo quod predicto Procuratori tradita fuisset facultas firmandi contractum iuramento in animam ipsius constituentis præstando, iuxta iuris communis dispositionem: quòd iuramentum operatur vt minor censeatur esse maior 25. annorum, vt per glos. & Bald. *in auth. Sacramenta pub. num.* 4. *C. si aduers. vend.* Quia prædicta Constitutio Marchiæ in huiusmodi contractibus minorum copulatiuè requirit iuramentum, & solemnitates, ita vt alterum non sufficiat. *Laboredi plures ff. de condit. instit.* Iaf. *in l.* 1. *num.* 2. *ff. de iust. & iur.* Et in his terminis Rota coram *me in Auximana nullitatis Donationis* 2. *Decembris anni præteriti.*

Minus possunt suffragari taciturnitas, & cursus quinquennij post minorem ætatem, *ad l. fin. C. si maior fact. alien. sine decret.* Quia inde potuit quidem suppleri defectus decreto Iudicis, non autem aliarum solemnitatum, vt in terminis dil. fin. intellexit Rota coram *Greg. XV. decis.* 260. *num.* 13.

Neque per solutiones census postea subsequutas contractus ab initio nulliter celebratus potuit conualescere, vel inde inferri potest, ad illius ratificationem: cuius præsumptio, nisi data scientia omnium qualitatum, & defectuum, non admitteretur; vt de similibus solutionibus census nulliter creati fuit à Rota resolutum *decis.* 31. *num. fin. post tract. de censib.* & *in Romana Census* 13. *Febr.* 1630. *coram R.P.D. meo Merlino.* Nullibi enim apparet vel ipsum Clementinum, vel eius hæredes certam scientiam habuisse dictæ nullitatis census in tunc constituentis, quam vltra gendricam facti notitiam ad effectum inducendi ratificationem requiritur. *Greg. dicta decis.* 260. *num.* 15. vbi add. *num.* 22. cum aliis allegatis *in d. Rom. Census coram R.P.D. meo Merlino.*

Quòd autem dictus Clementinus tunc temporis esset minor 25. constat ex collatione instrumenti celebrati de mense Iunij 1587. cum fide baptismatis suscepti de mense Nouembris anni 1563. Quæ fides probat manu Reuerendi Parochi Reuerendissimi D. meus Decanus, *decis.* 334. *num.* 1. & cùm sit Parochi successoris eius, qui contulit baptismum, atque concurrat testimonium Vicarij Episcopi attestantis partitam huiusmodi baptismi ex libro baptizatorum extractum esse manu propria dicti successoris, eumque talem esse qualem se facit: ea est probatio sufficiens; non obstante quod extractio legatur facta hac lite pendente absque literis compulsorialibus, & alterius partis citatione. Caputaq. *decis.* 351. *n.* 3. & 4. dictus Reuerendissimus D. Decanus *dec.* 89. *num.* 3. *cum seq.* & *decis.* 329. *num.* 6. Formalis enim extractio requiritur quando non constat de qualitate extrahentis, vt in casu decisionis Gregor. S. M. XV. 359. vbi fuerat producta fides præsenti Coadiutoris Parochi, quem non constabat esse talem, neque vllo modo apparebat de illius deputatione. Ecce vtraque, &c.

R.P.D. Motmanno.

Vrbeuetana Census.

Veneris 23. *Iunij* 1634.

EPITOME.

Statutum loci contractus quando sit inspiciendum quoad solemnitates, etiamsi forenses ibi contrahãt, iuramentum an suppleat solemnitates statutarias in contractibus omissas.

DECISIO. XXV.

ITerum propositi causam: & Domini censuerunt, non esse recedendum à decis. coram me emanata sub die 24. Ianuarij præteriti, in qua firmatum fuit non esse locum Constitutioni Aegidianæ, attenta iniustitia mandati de associando relaxati vigore instrumenti impositionis census nulliter factæ per q. Clementinum, & quòd ipse cùm esset maior 25. ann. existens in Vrbe, nõ tamen Ciuis, vel Incola d. Vrbis, sed Vrbeuetanus, & sic forensis, nullis seruatis ex Constit. Marchiæ de contractib. Minor. *cap.* 25. *lib.* 3. seruandis solemnitatibus, dederat Procuratori mandatũ ad contrahendũ Ameliæ, & deinde cõtractũ census nullis pariter adhibitis solẽnitatibus in eadem Vrbe adhuc existens ratificandi, &c.

Nec visum fuit huiusmodi contractum posse subsistere ex Statuto Vrbis *cap.* 47. *lib.* 1. in quo disponitur quòd maior 20. annis cẽseatur maior annis 25. Quia illud tanquam directũ in personas subditas nõ cõprehendit forenses, qui Statutis ipsius minimè sunt subiecti, iuxta conclusionem firmatam in d. decis. quam vti veriorem, & æquiorem,

ac magis communem admittunt Doctores copiosè allegati per Burd. *decis.* 197. *num.* 6. & per Gratian. *discept.* 824. *num.* 32. *cum seqq.* & recepit Rota *decis.* 103. *num.* 21. *par.* 2. *diuers.* eadem ratione, quòd Statutum inhabilitans personam, non afficiat forensem, quia non potuit disponere de persona sibi non subdita; vt in terminis eiusdem Statuti Vrbis fuit firmatum *in Tudertina seu Romana nullitatis obligationis* 4. *July* 1614. *coram bon. mem. Baratto, & 1. July* 1615. *quæ est decis.* 709. *par.* 2. *recent.*

Non obstat alia conclusio quòd Statutum loci contractus quo ad solemnitates sit inspiciendum, etiam si forenses ibi contrahant, de qua per Bartol. *in l. cunctos populos, num.* 13. *Cod. summ. Trinit.* Bald. *cons.* 389. *vol.* 1. Alexand. *cons.* 44. *num.* 10. *vol.* 5. Quæ eidem DD. traduntur, hæc quæ vltra procedit in Statuto prouidente circa solemnitatem actus, qui respicit iurisdictionem eius in cuius territorio contrahitur: & ita præmissas conclusiones distinguit idem Bartol. *in d. l. cunctos populos, num.* 10. *C. de summ. Trinit.* & distinctionem probauit Rota coram *Caputaquil. decis.* 283 *par.* 1. ac sequuti sunt Rolandus *cons.* 24. *num.* 14. *vol.* 3. *Cepol. cons.* 175. *num.* 34. & alij cumulati per Gratian. *discept.* 409. *num.* 41. & *discept.* 824. *post num.* 32. cum qua distinctione Domini viderunt debere declarari decisionem emanatam *in Romana obligationis* 14. *February* 1620. *coram bon. mem. Card. Serratio.*

Neque obstat quòd in contractu census adsit iuramentum, cum dicta Constitutio Marchiæ *de contract. Minor. cap.* 25. fol. 98. & periode cum illud vim sum restringat, supplet alia eiusdem Constitutionis requisita, vt respondit Hieron. Gabr. *in cons.* 127. *num.* 16. *vol.* 1. sequitur Honded. *in cons.* 42. *num.* 14. *cum seq. vol. stampæ.* & Anton. Gaz. *de tertiis conclus.* 5. *etiam num.* 14. Quoniam responsum fuit quod prædicta Constitutio post illa quatuor copulatiue requisita ad validitatem contractus minorum, adest præsentiam coniunctorum, decretum iudicis, ac insinuationem, & iuramentum, vlterius procedit irritando contractus carentes huiusmodi requisitis: vnde sequitur, quod velit illa esse de forma, quæ neque prætermitti, neque per æquipolleos adimpleri potest. Bald. *in l.* 1. *num.* 2. vbi etiam Iason *num.* 10. *ff. de libert. & posthum.* Curt. iun. *cons.* 119. *num.* 12. Rota *decis.* 671. *num.* 2. *par.* 1. & *decis.* 385. *in fine par.* 2. *recent.* ac *in Ariminen. Legatorum* 27. *Ianuary* 1625. *coram bon. mem. Manzanedo.* In qua eadem ratione, quòd à Constitutione requiritur vt copulatiue vtrumque adhibeatur, decisum fuit iuramentum non supplere defectum insinuationis.

Et propterea fuit responsum quòd quamuis dicta Constitutio non impediat effectum iuramenti, vt dictum fuit *in Viterbien. Terræ Vetralle* 14. *Martij* 1634. *coram R. P. D. meo Pisoano*; inde tamen non sequitur quòd aliis non concurrentibus iuramentum vim quam obtineat ad effectum sublimendi contractus, quos aliter celebratos nullam vult habere firmitatem. Hier. Gabr. vero & Honded. prælegati loquuntur in terminis statuti laicorum, qui ob defectum potestatis non possunt disponere circa iuramenta, & alia spiritualia, in quibus seruari debet dispositio Iuris Canonici; secus autem dicendum de Constitutione Marchiæ speciali confirmatione Summi Pontificis munita, quæ propterea dicitur Papalis.

Minus obstat quòd in contractu census de quo agitur, adsit non modò iuramentum quondam Clementini expressum pro illius obseruatione, sed etiam aliud simile de obseruando contenta in formula obligationis Cameralis. Vnde alia insurgit consideratio, quòd sicuti additio Cardinalis Carpensis ad dictam Constitutionem tollit vim non modò vnius iuramenti, sed etiam aliorum, si plura in eodem instrumento fuerint à contrahentibus prælita; ita in terminis eiusdem Constitutionis, quæ de vnico iuramento loquitur, si plura adsint iuramenta, vno cessante cætera suum operentur effectum; vt respondit Ruin. *cons.* 103. *num.* 13. *vol.* 4. Paris. *cons.* 97. *num.* 18. & 54. Curt. iun. *cons.* 118. *num.* 4. *vol.* 2.

Quia tamen obligatio Cameralis tamquam accessoria sortem sequitur, non autem ampliat dispositionem, ita iuramentum de obseruando contenta in instrumento in eadem obligatione inclusum, robur addit simili iuramento in instrumento explicito, nec importat aliud vinculum diuersum ab eo quod est expressum: atque videtur scripsisse Rota *dec.* 28. *& seq. apud Zacch. de oblig. Camer.* vbi habetur quod absolutio à iuramento consensio in instrumento obligatione Cameralis vallato, comprehendat etiam iuramentum de non petendo absolutionem in illa inclusum: Doctorea verò in contrarium allegati loquuntur de iuramento Minoris alterentis se maiorem, qui demandauit omnia & singula in instrumento contenta acceptata & grata habere, & adimplere: quorum iuramentorum vnum est de præsenti, alterum verò de futuro, & de iure non tenet se longo tempore, & procedunt in minore petente rescindi contractum, non obstante quod iurauerit se esse maiorem: cui in pœnam mendacij denegatur beneficium restitutionis in integrum. *l. si in alterius, & si minor. maior.* Non autem firmant quod ille dicere non possit de nullitate contractus ex defectu solemnitatis non seruatæ, vt per Roman. *cons.* 12. *num.* 5. cuius dictum est in terminis dictæ Constitutionis, & refert Ruin. *in cons.* 135. *num.* 1. *vol.* 1. ac extollunt Cremen. *singul.* 102. Hippol. de Marsil. *singul.* 299.

Accedit quod nulla ex dicto instrumento per Constitutionem irritato iuris potest probatio quòd intercesserit iuramentum: & cùm aliter de illo non appareat, periode haberi debet, ac si nõ fuisset præstitum; vt in istis terminis respondit Paul. de Calli. *in cons.* 61. *num.* 1. *vol.* 2. quem in simili casu allegat Rota *decis.* 8. *num.* 4. *par.* 3. *diuers.* & refert Gratian. *discept.* 27. *num.* 19.

Denique non obstat obseruantia contractus deducta ex solutionibus fructuum census factis spatio 40. annorum & vltra, ita vt inde oriatur præsumptio quòd in hoc contractu intercesserint solemnitates à Constitutione requisitæ. Quia nunquam ex cursu temporis solemnitates præsumuntur adhibitæ, quotiescunque in celebratione contractus pro forma sunt requisitæ, neque con-

contrahentes possunt illis renunciare; vt notat Boccacc. ad d. Constitutionem *glos.* 8. *nu.* 308. *& seq.* & cùm ex lectura d. instrumenti appareat eas de tempore contractus non interuenisse, cursus temporis non potest operari præsumptionem: vbi namque adest probatio, inde omnis contraria præsumptio euanescit. *l. cum de indebito, §. 1. ff. de probat. l. nuptura filio, ff. de iure dotium, cap. qui contempta veritate, 8. distinct.* Paul. de Castr. *consil. 81. num. 3. vol. 2.* Natt. *cons. 162. num. 29.* & in his terminis Rota *in Lucana Emphyteusis, 10. Ianuary 1615. coram R.P.D. meo Perouano.* Stante autem clara probatione negatiua solemnitatum, frustra opponitur de obseruantia; quam nihilominus dubiam reddunt solutio plurimorum terminorum facta vnico contextu per tutorem, & priuata adnotatio solutionum facta per creditorem. Seraphin. *decis. 108. in fine.*

Et ita vtraque, &c.

Eminentissimo Pamphilio.

Ferrarien. Bonorum de Tassonibus.

Mercurij 26. Iunij 1613.

EPITOME.

Iudicium immissionis an sit appellabile?

Ad Cap. 50. num. 31.

DECISIO XXVI.

DE anno præterito decessit D. Marchio Hercules Tassonus, relicta Claudia, eius filia femina, & Marchionissa Catherina vxore prægnante; quæ tam nomine Claudiæ, quam ventris, e mandato Iudicis cepit possessionem bonorum d. Herculis, vt in instrumento. Verùm quia post nonnullos menses d. vxor peperit aliam filiam feminam, Beatrice nuncupatam; hinc magna fuit orta controuersia super dicta hæreditate inter dictas filias feminas ex vna, & Comitem Camillum, & alios de Tassonis ex alia: & dictus Comes, præcedente quadam monitione, obtinuit se immitti in possessionem eorundem bonorum, licèt nulliter. Vnde causa mihi commissa, cùm valde hinc inde controuerteretur possessio dicta hæreditatis, iuprædicta die proposui dubium. Cui esset dandum mandatum de manutenendo. Et Domini, re matura discussa, tenuerunt prædictas Dominas Beatricem, & Claudiam esse manutenendas: quia de earum anteriori possessione constat ex instrumento illius adeptionis; quod, alio tunc non existente in possessione, sufragatur.

Præsertim cùm ex reuolutione processus constet quòd nedum fuit processum sine citatione dictarum filiarum, quæ tanquam existentes in possessione erant citandæ. *l. fin. C. si per vim vel alio mod. l. de vnoquoque ff. de re iud.* Rom. *cons. 69. num. 12.* Alex. *cons. 5. nu. 1. vers. nam constat, lib. 2. cum simil.* sed etiam dicta immissio fuit data infra decem dies ad appellandum: quo casu etiam si non fuerit appellatum, nihilominus gesta infra illud tempus reuocantur per viam nullitatis. Cæsar de Gratiis *decis. 2. nu. 5. de appellat.* & fuit dictum *in causa Pampilionis. Beneficy, 16. Nouembris 1607. coram Reuerendissimo Bononien.* Nec potest dubitari, quin daretur appellatio: quia, vt patet ex infra dicendis, huiusmodi immissio cùm proueniat à iure statutario, habet admixtum ius dominij, & datur appellatio. Menoch. *de adipiscen. remed. 4. n. 859.* & fuit dictum *in causa Romana, seu Amerina Domus coram Cantuccio,* vt in decis. relat. *inter impress. 34. num. 21. par. 1. diuers.* & in specie de Statuto Ferrariæ tradit Laderch. & Imol. *cons. 97. num. 10. vers. nec mirum.*

Nec vtile fuit subsistere, quod dicebatur, satis rectè fuisse processum ad dictam immissionem stante Statuto Ciuitatis Ferrariæ *lib. 1. cap. 82.* disponente possessionem defuncti censeri translatam, & continuatam in hæredem, qualis prætendit esse Comes Camillus ex alio Statuto eiusdem Ciuitatis. Quia pro responsione fuit dictum quòd Comes Camillus pro fundamento suæ intentionis contra possessores hæreditarios tenebatur prius iustificare se esse verum hæredem cum omnibus qualitatibus requisitis per Statutum, quod cùm sit correctorium iuris communis, intelligitur propriè, & strictè de eo, qui probat se verum hæredem. *Bald. cons. 141. num. 3. & seq. & cons. 181. ad fin. lib. 1.* Menoch. *de adipiscen. remed. 4. num. 859. & seq.* & fuit dictum *in dicta causa Romana, seu Amerina Domus coram Cantuccio, vt in dicta decis. 34. n. 21. & seq p. 2. diuers. & in causa Romana de Lucatellis, 30. Octob. 1609. coram R.P.D. meo Decano.* Et quæstio hæreditatis in casu isto non est incidens, sed principalis, & respicit causam proprietatis, vt post alios tradit Laderch. Imol. *dicto cons. 67. num. 10. vers. nec mirum;* vbi etiam dicit, quòd causa immissionis in eo plenè ventilari debet; & si feratur sententia contra reum conuentum, datur appellatio. Menoch. de adipiscen. *dicto remed. 4. num. 859.* post Bald. *in rubr. de caus. possess. & proprie. n. 3. vers. num. quid alys,* cum alijs supra citatis: & per consequens non potuit ita executiue procedi ad immissionem, etiam pendente tempore ad appellandum citra vitium nullitatis. *cap. non solum, de appellat. in 6.* Lancellott. *de attent. part. 2. cap. 11.* cum alijs supra allegatis.

Eminentissimo Pamphilio.

Romana Vineæ.

Lunæ 21. Aprilis 1614.

EPI-

EPITOME.

Citatio ad videndum pronunciari positiones haberi pro confessatis, an sufficiat ex Statuto quòd fiat domi dimissa copia.

Ad Cap. 51. num. 15.

DECISIO XXVII.

DOmini steterunt in decisis pro Valperga, rationibus, & fundamentis in decisionibus deductis, quæ Dominis placuerunt.

Nec sit obstare visum fuit, quòd Iudicium coram Secundo Collaterali intentatum, fuerit executivum; & propterea positiones pro confessatis habitæ obstent Valpergæ, licèt non præcesserit productio libelli, litis contestatio, & alia requisita per Statutum Vrbis *lib. 1. cap. 59.* Quia ex deductis constat, Iudicium fuisse ordinarium. Nam præter confessionem in Commissione per Dominicũ obtenta emanatam, quæ contra ipsũ probat, ex adductis in hac causa sub die 11. Decembris præteriti; item iuris etiam visum fuit probari ex processu, in quo apparet quòd nullo alio actu præcedente, nec aliquo producto instrumento, coram Secundo Collaterali pro parte Dominici exhibitæ fuerunt positiones, & obtentum decretum, illas haberi pro confessatis: & cùm postea causa fuisset auocata ab A.C. obtenta fuit Commissio directa eidem Secundo Collaterali, coram quo fuit etiam productus libellus, facta litis contestatio, & alia seruata fuerunt in Iudicijs ordinarijs seruari solita: ex quibus satis colligitur Iudicium fuisse ordinarium, non autem executivum.

Nec refragatur productio, seu repetitio instrumenti, quæ datur pro parte Dominici: Quia, vt apparet ex illius lectura, fuit facta per plures menses post annum 1605. & sic post litis contestationem, & post productionem tam articulorum, quàm libelli: quæ propterea vti facta in iudicio ordinario, censetur facta ad probationem, non autem ad executionem.

Minus obstat quòd citatio ad respondendum positionibus præsumatur facta iuxta formam Statuti ex relatione nuncij, cui creditur. Quia nũcius dicit solum se citasse domi dimissa copia, non autem in manibus cohabitantium, vt alias, prout requiritur ex forma statuti *lib. 1. cap. 51. & 53.* quæ erat omninò seruanda in similibus citationibus ad videndum pronunciari, positiones haberi pro confessatis, ad differentiam aliorum actuum, in quibus non agitur de tanto præiudicio.

Ad positiones coram Domino Senatore, licet in vltima positione huius causæ de illis non fuerit dubitatum, ex quo Dominicus in alijs coram Secundo Collaterali se principaliter fundabat; præter supradicta placuit responsio, quòd tempore illarum productionis Senator remiserat causam ad Secundum Collateralem, vt in facto benè deducitur: & propterea ex defectu iurisdictionis non potuit pronunciare, illas haberi pro confessatis: & quamuis postea obtinuerit per Sanctissimum remitti causam eidem Senatori, de tempore tamen pronunciæ non apparet, Commissionem fuisse obtentam.

Præterea in omnem eventum fuit dictum, quòd plures ex supradictis positionibus respiciunt factum alienum, & ex alijs etiam dictus Valperga prætendebat se non teneri ad illis respondendum: qui propterea à contumacia excusari debet, cùm ad istum effectum qualibet causa etiam probabilis, & colorata sufficiat, ex adductis in hac causa sub dicta die 11. Decembris præteriti.

Ex quibus, & alijs per Informantes deductis ita fuit conclusum.

Eminentissimo Vbaldo.

Romana Census Scutorum decem millium.

Veneris 9. Iunij 1628.

EPITOME.

Citatio ad sententiam an possit fieri ad hodie per totam. Citatio per contradictas hodie requiritur necessario. Mandatum expeditum sub certa die non potest sustineri ex decretis sub alijs diuersis diebus.

Ad cap. 51. num. 15.

DECISIO XXVIII.

PRo maiori parte fuit hodie confirmata decisio facta sub die 27. Martij præteriti, ex eo potissimum fundamento, quòd decretum mandati de adiudicando fuit ipso iure nullum ex defectu citationis, cùm non fuerit factum ad primam diem, quæ erat 27. Ianuarij, sub qua cadebat citatio, sed sub die 26. præcedenti. Bart. *in l. fin. num. 1. ff. quod vi, aut clam.* Rot. *dec. dec. 340. num. 1. par. 1. in recent.* Modern. Rom. *disceptat. forens. cap. 510. num. 9.* cum alijs adductis in decisione.

Non obstat quòd citatio fit facta ad hodie per totam, quæ erat dicta dies 26. Quia ista citatio continebat orationes separatas, & distinctas: nam prima pars continebat comparitionem faciendam Romæ ad hodie per totam. Altera verò pars continebat monitionem ad primam diẽ in illis verbis, *ad videndum mandari adiudicari, seu mandatum quodcumque desuper necessarium & opportunum fieri, & interponi ad primam diem.* Vnde prima pars, quæ continet simplicem comparitionem faciendam à parte, nihil commune habet cum secunda, quæ concernit factum Iudicis explendum ad primam diem. Ita

pro-

propterea cùm istæ sint duæ, orationes separatæ, vt dixi, non possunt coniungi, sed distinctè quælibet pars de per se intelligi debet. Bart. *in l. 3. §. filius sub num. 3. ff. de liber. & posth.* Bero. *cons.* 120. *num.* 72. *&* 73. *lib.* 2. Rot. *in recent. par.* 2. *decis.* 308. *num.* 1.

Non obstat igitur quòd possint fieri, & quotidie etiam soleant fieri citationes ad sententiam ad hodie per totam, & tunc in qualibet diei parte possit ferri sententia, ex Seraph. *decis.* 1115. Quia illa obiectio procederet si vlterius citatio non progrederetur: sed quia circa mandatum de adiudicando cantat ad primam diem, debebat expectari terminus illius diei iuxta formam citationis. Seraph. *decis.* 972. *num.* 5. *& seqq.*

Non obstat quòd verba *ad videndum mandari adiudicari, & mandatum quodcumque, &c.* cùm possint referri ad hodie per totam, sint ad hanc diem referenda, ex quo agitur de validitate actus. Quia ex supradictis apparet de contrario, quòd non possunt nec debent referri nisi ad primam diem, cùm orationes sint diuersæ, & separatæ: & cùm verba *ad videndum mandari adiudicari,* sint iuncta cum illis sequentibus verbis, *seu mandatum quodcumque, &c.* quæ sine dubio determinantur ex clausula *ad primam diem,* non autem *ad hodie per totam*; sequitur vt ratione istius adiuncti etiam verba illa, *ad videndum, &c.* de prima die intelligi debeant, ex traditis per Honded. *cons.* 8. *num.* 18. *lib.* 2. Vnde cessat quòd sit facienda interpretatio pro validitate actus, cùm simus in claris de relatione ad primam diem, & agatur de notabili præiudicio partis: quo casu non est fauendum validitati actus, sed potius obuiandum, ne quis damnum patiatur. Alciat. *de præsumpt. regul.* 3. *præsumpt.* 34. *num.* 8. *&* 13. Ias. *in l. quoties in stipulationibus, num.* 3. *ff. de verb. obligat.* Menoch. *præsumpt.* 34. *num.* 12. *lib.* 3.

Non obstat quòd citationes per contradictas contra absentem non requirantur ex necessitate, sed fiant ex vrbanitate, iux. tradita per Gallesium *quæst.* 36. *num.* 4. *& seq.* Quia Gallesius se fundat in antiqua formula obligationis Cameralis cum constitutione Procuratoris in Curia ad cõfitendum debitum: sed hoc recessit ab Aula ex Reformatione Pij Quinti, vt in eius Constitutione 113. *in nou. bullar. tom.* 2. *fol.* 318. *§.* 5. *& seq.* vbi præscripta forma procedendi per audientiam, vel per edictum, inter alia mandantur fieri citationes: & hoc ipsum fuit confirmatum per Paulum Quintum in sua Reformatione *inst. de A. C.* vbi requirit citationem etiam quod mandatum fuerit susceptum: & hoc benè declarat Salust. Tiber. *in sua praxi lib.* 1. *cap.* 10. *& cap.* 27. *&* 30. Et hodie nulla adest differentia inter absentes, & præsentes, nisi quod contra præsentes citationes fiunt per Cursores, contra absentes vero per audientiam contradictorum, vel per edictum publicum; sed tamen de necessitate requiruntur, ex superius allegatis.

Non obstat quòd hæc citatio pariter non fuerit necessaria, stante primo decreto de deliberando facto sub die 14. Octobr. 1620. cum clausula, nisi infra mensem; sub qua citatione validè fuerit relaxatum mandatum, Quia relaxatio mandati de adiudicando non refertur ad illud decretum sub die 14. Octobris, sed refertur ad citationem postremam sub die 26. Vnde non est habenda ratio illius decreti, quo pars vti voluit: & dum post factum dictum decretum fuit de nouo facta citatio pro habendo alio mandato adiudicationis, ad quod Iudex etiam se restrinxit; præcedens decretum de deliberando fuit circumductum. Rota diuer. *decis.* 274. *num.* 1. *& seq. par.* 1. *in recent.* fel. recor. Gregor. XV. *decis.* 339. *nu.* 2. Et in puncto quando fuerunt facta plura decreta sub diuersis diebus, si mandatum fuit expeditum sub vna certa die, quòd non possit sustineri ex decretis sub alijs diebus factis, Rot. *d. dec.* 274. *par.* 1. *in recent.* Actus enim gestus ex capite incongruo non potest sustineri ex congruo, ex quo fieri potuisset. Moder. *discept. forens. cap.* 573. *num.* 49. & mandato inualido vtens non iuuatur ex valido, quo vsus non est. Honded. *cons.* 55. *num.* 80. *ad fin. & num. seq. lib.* 1. Mohedan. *decis.* 5. *ante num.* 1. *ver. fuit resolutum, de Procur.* Cassad. *decis.* 7. *num.* 5. *ad finem, de appell.* Achill. *dec.* 7. *de Procurat.*

Et ita veraque, &c.

R.P.D. Dunozet.

Ferrarien Affictus.

Lunæ 9. Decembris 1613.

EPITOME.

De vi clausulæ, Arbitrio. Repetitio testium super interrogatorijs, an & quando censenda sit continuatum examen, non autem aliud de nouo factum.

Ad cap. 41. num. 30.

DECISIO XXIX.

DOminis visum fuit intrare arbitrium pro sanandis nullitatibus, quas adesse in testium examine fuit resolutum; nisi obstet defectus mandati pro parte Communitatis. Cùm enim fuerint repetiti testes super interrogatorijs datis pro parte Illustrissimi Domini Cardinalis, qui nihil potuisset agere, quàm id quod fecit, intrat sanatio, vbi adest clausula, Arbitrio, Put. *decis.* 301. *lib.* 3. Cæsar de Grass. *decis.* 11. *num.* 18. *de probat.* Crescent. *decis.* 1. *de fer.* Caputaq *dec.* 149. *parte* 1.

Et præsertim, quia non adest defectus totalis citationis, cùm executa fuerit in columna Palatij vicini Ecclesiæ, licet iuxta formam remissorialium fuisset exequenda ad valuas Ecclesiæ. Vant. *de nullit. tit.* 14. *num.* 42. Vestr. *in in prax. cap.* 1. *lib.* 3. Rot. *decis.* 11. *de dol. & contumac. in nou.* cum alijs allegatis.

Quinimò, cùm postea procurator Cardinalis com-

comparuisset, ac dederit interrogatoria absque dicta clausula, quæ solet relaxare iuris rigorem, Crescent. *decis.* 8. *de testib.* & fuit sæpè decisum; talis nullitas quodammodo videtur de iure sublata, ex eo quòd, comparendo coram Iudice, ostenditur procuratorem Illustrissimi Cardinalis certiorem factum de eo, super quo facta fuit citatio. Rot. *dicta decis.* 11. *de dol. & contumac.* Caputaquen. *decis.* 293. *par.* 3. Cæs. de Grass. *decis.* 15. *de testib. num.* 6. Surd. *consil.* 217. *num.* 16. cum aliis allegatis *in una Mutinen. Bonorum* 5. *Martij* 1607. *coram R. P. D. meo Manzanedo.*

Nec obstare visum fuit, hos testes non fuisse examinatos, sed repetitos super interrogatorijs. Quia cùm, durante adhuc termino remissoriæ, fuerint data interrogatoria, potius videtur continuatum examen, quàm aliud de nouo factum.

Nullitas ex defectu mandati comparentis pro Domino Cardinali, fuit sublata per exhibitionẽ publici sumpti extracti ex originali instrumenti mandati ad omnes lites cum facultate substituendi, facti per Dominum Cardinalem in personam Domini Fabritij Caruſij, qui substituit comparentem cum interrogatorijs: cui sumpto dandam esse fidem ex pluribus pro illius veritate concurrentibus, Domini non dubitarunt.

Altera verò nullitas ob non seruatam formam remissoriæ, & aliqui alij defectus minus considerabiles, per comparitionem procuratoris postea factam, & per repetitionem testium super interrogatorijs, stante clausula, arbitrio, sanabiles visi fuerunt.

Et ita decisum, quòd non obstat defectus mandati pro parte Communitatis: quod specialiter videndum esse, Domini censuerunt.

R. P. D. Pirouano.

Nouarien Legitimæ.

Lunæ 5. *Iunij* 1618.

EPITOME.

Mater, ex Statuto excludente feminas propter agnatos, an excludatur à successione filij per solam existentiam agnatorum, etiamsi illi sint excluſi per institutionem personæ extraneæ. Mulier per transitũ ad secunda vota an amittat commodum successionis?

Ad Cap. 51. *num.* 30.

DECISIO XXX.

CEnsuerunt Domini standum esse in decisis in hac causa 3. Decembris præteriti, vbi firmatum fuit Legitimam deberi D. Paulæ in bonis filiorum professorum, & à die Professionis, non expectata morte naturali eorundem.

Quoad pertinentiam Legitimæ, & quotam illius, nempe quod esset triens, dicebatur esse indubitatum, non obstante Statuto Nouariæ excludẽte feminas propter agnatos vsque ad quartum gradum; aut quod ageretur de bonis vinculatis, ac demum quod Domina Paula transierit ad secundas nuptias. Quòd verò deberetur nõ expectata morte professorum, similiter dicebatur iam fuisse hanc quæstionem in Rota decisam *in Tridentina Legitima*, & eam decisionem in præsenti etiam esse sequendam.

Non obstant quę hodie replicantur ex eodem Statuto Nouariæ; nempe veriorem esse opinionem, quòd mater excludatur à successione filij per solam existentiam agnatorum, etiam quòd illi sint excluſi per institutionem personæ extraneæ, & per consequens remoueatur à legitima, quæ pariter iure successionis debetur, sequendo originalem doctrinam Bartoli *in l.* 1. *§. si pater, num.* 1. *vers. ex hoc concludo aliam quæstionem, ff. de coniug. cum eman. liber.* quam agnouerunt Corn. *cons.* 98. *num.* 3. *lib.* 2. Brun. *de stat. exclud. femin. art.* 12. *num.* 167. Clar. *in §. testamentum, quæst.* 42. Menoch. *cons.* 206. *num.* 1. *& seq.* Thesaur. *quæst. forens.* 97. *nu.* 3. *lib.* 1. Gratian. *discept.* 490. *num.* 31. cum aliis ab eisdem allegatis.

Quia fuit responsum, opinionem Bart. *in dicta l.* 1. *§ si pater*, esse communiter improbatam, sicuti eam manifestè improbant Angel. Imol. Castren. Roman. Alex. Corn. Socin. & alij allegati per Menoch. *dicto consil.* 206. *num.* 32. & à Bart. dissentiunt innoti relati per Surd. *cons.* 416. *num.* 13. *& seq.* & Rota sequuta est contra Bart. *coram Cardinali Seraphino decis.* 885. & *in Romana de Marescottis*, 14. *Decembris* 1611. inter impress. *post tractat. modern. de Legitima decis.* 46. & *in Fauentina Successionis*, 24. *Ianuarij* 1603. *coram Illustrissimo Cardin. Millino*, quæ est in ordine post eumdem tractatum. Non enim Statutum operatur vltra casum expressum, scilicet, quando contigit casus intestatæ successionis, existentibus agnatis intra quartum gradum, & feminis directæ cum agnatis concurrentibus, ex quo versamur in limitata dispositione restricta ad casum expressum: in reliquis autem remanet intacta iuris communis dispositio, vt est de mente eiusdem Bartoli *in l.* 1. *§. qui habebat, num.* 3. *ff. de bon. possess. contr. tab.* & in Statutis casus omissus habetur pro omisso, nec impedit effectum iuris communis. *cap. in nostra de iniur. cap. pen. de iur. eiur.* Tiraquell. *de retract. consang. §.* 20. *glos. vnica, num.* 11. Surd. *cons.* 416. *nu.* 22. Ant. Gabr. latissimè *concl.* 4. *de succes. ab intest.*

Quæ ratio non tollitur ex fundamento Bart. *in dicto §. si pater*, quòd scilicet licuit Testatori auferre agnato, & dare alteri, & ideo agnatus

ita

ita est impedimento matri, ac si non fuisset exclusus in testamento, aut præteritus: quia in casu legitimæ non valet argumentum à potestate, ex quo à lege defertur, *per l. cum ratio, de bon. damnat. & in l. nam. etsi parentibus, ff. de inoff. testam.* atque ita si reducitur hæreditas ad casum testatæ successionis, cessat facultas in filio adimendi legitimam matri, & nihilominus tenentes cum Bart. nempe Clar. *in d. quæst.* 42. *in fine*, relinquit cogitandum, dicens passum esse arduum, & periculosum. Menoch. *d conf.* 206. agnoscens difficultatem transit ad interpretationem Statuti Cremonæ, vt loquatur in casu, etiã quod mater, & extraneus instituantur. Gratian. *discept.* 490. *num.* 31. loquitur de filia dotata, quæ excluditur vigore Statuti, siue instituatur filius masculus, siue extraneus. Thesaur. *quæst. forens.* 97. loquitur quando agnati, & altera soror sunt instituti, non autem quando extraneus: & alij relati loquuntur in certis casibus, in quibus Statuta considerarunt tantummodò existentiam agnatorum, non autem vt in præsenti, vbi contemplata est successio in casum prouisum ibi, *& ipsi succedant*. Vnde si non succedunt, & extranei sunt instituti, non obstant matri petenti supplementum suæ legitimæ: atque ita parum refert, quod adhuc supersint patrui istorum professorum in quarto gradu agnati, postquam illis non est delata successio ex testamento filiorum Dominæ Paulæ, sed Monasterio, seu Religioni extraneis.

Non obstat, quod suppositia etiam opinione veriori contra Bartol. saltim respectu hæreditatis Pauli, qui secundo loco professus Religionẽ, in qua iam reperiebatur professus Dominus Gaudentius, dici non possit instituisse extraneum, sed eumdem fratrem, matrem excludentem tanquam agnatum intra quartum gradum, & qui adhuc retinuit iura sanguinis ad effectum succedendi. *glos. in l. Deo nobis, C. de Episcop. & Cler.* Bald. *in l. cunctos populos, num.* 55. *C. de sum. Trin. & fid. Cath.* Crass. *§. successio ab intestato. quæst.* 8. *in fin.* Mantic. *de coniect. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 25. Molin. *de primogenit. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 80.

Quia admisso etiam quod professi iura sanguinis ad effectum succedendi retineant, non tamen sequitur quod per institutionem Religionis succedant vt singuli, & tanquam agnati; quod est principale fundamentum ad excludendam matrem. Benè verum est, quod ex persona professi acquiritur Religioni vti Religioni, sed non è conuerso per Religionem acquiratur professo vti personæ singulari, prout quicquid acquirit filius, acquirit patri ratione patriæ potestatis, sed non è conuerso quicquid acquirit pater acquirit filijs.

Secundo principaliter non videbatur obstare, quod ageretur de bonis vinculatis ex duplici fideicommisso, scilicet Constantini Patris professorum, & Ioannis Pauli Patrũi eorumdem, de quibus legitima non potest detrahi. Quia decisio respondet, quod D. Paula non prætendit legitimam de bonis vinculatis, sed de peruentis ad Religionem nomine, & ex persona professorũ, pro quibus fideicommissa non possunt obstare.

Nec visa fuit releuans replicatio, quod Religio vtatur iure vocatorum, ex transactione inita cum eis, & per consequens ex titulo diuerso, quam ex persona professorum translato in Religionem, cui ad exclusionem matris adhærere possunt, Bald. *in l. si inter eos, C. commun. vtriusque Iud.*, Tiraquell. *de retract. lign. §. 1. glo. 14. num.* 12. Seraphin. *decis.* 602. *num.* 12. Quia fideicommissarij dimiserunt Religioni quod iam penes eam ex personis professorum reperiebatur, non autem ab eis bona hæreditaria in Religionem fuerunt translata: quare adhuc incertum & dubium est, An Religio tranfigendo alienauerit de bonis professorũ, vel acquisierit ex iuribus grauatorum, ex quo transactio semper supponit rem dubiam, *l.* 1. *ff. de transact. l.* 2. *C. eod. tit.* Becc. *cons.* 109. *num.* 6. Seraphin. *decis.* 138. *num.* 3. Rot. *decis.* 104. *num.* 2. *par.* 2. *recent.*

Demum nec etiam vim faciebant replicata quoad binubatum matris, quasi omne commodum successionis amiserit per transitum ad secunda vota. Quia decisio causæ satisfacit distinguendo casum superexistentiæ filiorum in casu, quãdo successibiles nõ extant, vt alij non possint agere de iniuria filijs facta per transitũ ad secundas nuptias, quia verè mater respectiuè ad hæredem extraneum non priuatur: & quoad filios superstites qui nondũ succedunt, sed extraneus, cum quo non concurrunt semper, cessat illorum interesse, Bald. *in auth. ex testamento, num.* 2. *C. de secund. nupt.* Modern. *de imput. & detract. quæst.* 3. *num.* 20. latè comprobant. Propterea non obstat quod adhuc extent filiæ fœminę eiusdem D. Paulæ, & ipsi professi. Quia cessante concursu successionis non habentur in consideratione ad minuendam matri legitimam ad commodum extranei instituti.

Et prædictis stantibus non est iterum disputandum, quæ sit quota istius legitimæ, quæ triens est omnium bonorum ipsorum professorum, vt in decisione causæ fuit firmatum, postquam variatio tota pendebat à quantitate bonorum vinculatorum, quorum deductio non est in consideratione ad hunc effectum, vt iam fuit ostensum.

Et ita, &c.

Cardinali Pamphilio.

Romana Domorum.

Lunæ 22. *Martij* 1604.

EPITOME.

Mandatum generale ad lites an sit sufficiens ad iurandum de calumnia. Statutum Vrbis lib. 1. cap. 66 non habet locum extra Curiam Capitolinam.

Ad Cap. 66. num. 1.

DECI-

DECISIO XXXI.

VIsum fuit Dominis non obstare nullitates oppositas contra sententiam A. C. Et quoad omissionem iuramenti calumniæ, dixerunt illud fuisse præstitum in calculo ferendæ sententiæ, postquam Virginia iam probauerat suam intentionem, & ita potuisse omitti cessante suspensione calumniæ. Bald. *in cap.* 2. per illum tex. *num.* 7. *vers. item insite*, & ibi Felin. *num.* 2. *de probat.* Castellin. Cotta *in suis memor. in verb. Iuramentum calumniæ*. Maximè quod in obseruatione terminorum substantialium fuerat præstitum à Procuratore habente generale mandatũ ad lites quod ex generali cõsuetudine est sufficiens ad iurandum de calumnia. Bart. *in l. quod bona, §. si alieno, num.* 11. & ibi Alex. *nu.* 8. *ff. de damn. infect.* & tenuit Rota *in una Bononien. Census, 7. Maij* 1601. *coram R. P. D. Corduba*, etiam data præsentia principalis in Vrbe, non obstante Statuto *lib.* 1. *cap.* 66. quod vti ordinarium non habet locum extra Curiam Capitolinam.

Alia nullitas ex defectu mandati, de quo fuit protestatum, tollitur ex facto: quia adest mandatum rogatum per acta Notarij causæ specialiter ad litem motam; & non fuit opus aliqua productione: vltra quod ista protestatio non fuit repetita in omnibus actibus, prout est necessarium in iudicialibus. Mohed. *decis.* 2. *de Iud.* Puteus *decis* 218. *lib.* 2.

Tertia nullitas, quæ contra sententiam deducitur, ex eo quod non sit conformis petitioni, nec etiam subsistit. Quia potuit A. C. ad quem fuit habitus recursus prò reductione æstimationis domorum ad arbitrium boni viri, non solum declarare esse locum reductioni, sed etiam adiudicare domos Virginiæ pro precio per Peritos de eius mandato electos æstimato, cùm censeatur deductum omne ius. *cap. Abbate sane, de re iud. in* 6. & hoc venit in consequentiam ipsius reductionis pro exequutione Instrumẽti domorum dotalium in solutum pretio æstiman. quod sufficit ad substinendam sententiam, iux. not. per Felin. *in cap. licet. Heli, num.* 43. *de simon.*

Et ex his concluitur pro validitate sententiæ & quantum ad iustitiam, quæ pendet à quantitate valoris domorum, placet Dominis quòd eligantur alij Periti, qui de nouo illas æstiment partibus auditis, &c.

Cardinali Marquemontio.

Romana Assecurationis Dotis.

Lunæ 12. *Decembris* 1605.

EPITOME.

Clausula, arbitrio Rotæ, quid importet. Dos an debeat assecurari, etiam viro non vergente ad inopiam? Pater an possit validè comparere in iudicio pro filia absque eius mandato? Sententia lata ad fauorem actoris, parte non petente, an valeat?

Ad cap. 66. *num.* 6.

DECISIO XXXII.

FVit dictum non esse locum arbitrio ad retardandam executionem sententiæ D. Locumtenentis Illustriss. Vicarij quoad scuta 906. pro pretio gemmarum.

Clausula enim, arbitrio Rotæ, importat prout de iure. Cæs. de Graff. *decis.* 100. *num.* 2. Paris. *cons.* 56. *num.* 5. *lib.* 1. De iure verò, vt cùm ab initio dos in quantitate, nempe in scutis quinquemillibus, promissa fuerit, & gemmæ æstimatæ datæ fuerint marito, pro parte illius quantitatis, videlicet pro scutis 906. teneatur maritus restituere. *l. quoties, l cùm dotem, C. de iur. dot.* Socin. *cons.* 56. *nu.* 6. *vers. septimus casus, lib.* 1. notatur commun. *in l. æstimata, ff. sol. matrim.* Quia eiusmodi æstimatio facit venditionem. *l.* 1. ibique glos. *C. de iur. dot. l. plerumque, ff. eod.* & fuit dictum *in una Spoletana Bonorum*, 6. *Aprilis* 1605 *coram R. P. D meo Decano*, & *in Bononien. Pecuniaria*, 14. *February* 1605. *coram R. P. D. meo Pamphilio.*

Neque obstat quòd gemmarum æstimatio ex partium conuentione facienda esset per amicos communes: quæ tamen æstimatio facta nunquam fuerit.

Nam fuit responsum, venditionem pro pretio æstimando fieri posse. *l. venditio, in fin. de contraben. empt.* & illud pretium esse certum non conditionale. Io. de Ana. *cons.* 19. Dec. *cons.* 648. & hoc casu D. Didacum etiam tacitè potuisse renunciare huic conuentioni, vt potè in suum fauorem factæ. *l. potest, ff. ad l. falcid. l. pen. C. de pact. §. fin. inst. quib. mod. toll. oblig.* & alijs iurib. vulg. & satis esse, vtcumque facta fuerit æstimatio, illique Didacus acquieuerit. Id autem manifestum est ex ordine, siue mandato directo Guicciardinis per D. Alexandrum Socerum sub hac forma, videlicet, vt soluerent D. Didaco suo genero scuta 2594. quæ cum alijs scutis 906. pro precio gemmarum eidem Didaco configuratarum, constituebant summam scutorum 3500. parte dotis D. Constantiæ, &c. Quod mandatum cùm Didacus sine contradictione, aut protestatione receperit ab Alexandro, & pecunias in illo contentas exegerit à Guicciardinis, seque simpliciter, & absque vlla reseruatione subscripserit, sequitur illum acquiuisse, & consensisse enunciatæ summæ scutorum 906. pro gemmarum precio: cùm recipiens scripturam, & multo magis illa vtens, censeatur omnia in illa contenta approbare. Bart. *in l. cùm tabernam, §. idem quæsiuit, in fin. de pign.* Dec. *cons.* 632. *nu.* 16. late Marbelill. *sing.* 22. & Mart. *sing.* 144. maximè cùm acceptatio se extendat etiam ad enunciata, & propter aliud prolata. Anchar. in *cap.* 1. *in* 5. *not. de iureiur.* Gabr. *concius. 2. num.* 7. *de confess.*

Et

Et quatuis subscriptio faciat tantũ mentionem de receptione scutorum 2594. tamen ad probationem consistit præcipuè in receptione mandati & illius vsu, non in subscriptione tantũ de iure. Deinde illa subscriptio fuit facta solum de prædicta summa: quoniam quietantia debebat remanere penes Guicciardinos, qui non debebant quietari, nisi de solutis per ipsos. Postremò, cùm in subscriptione enuncientur recepta prædicta scuta 2594. illa dictio *prædicta*, quæ est relativa, & repetitiua omnium, Dec. *cons.* 168. *nu.* 8. Paris. *cons.* 49. *nu.* 22. *lib.* 3. refert omnes qualitates expressas circa dictam pecuniam, sicque illam etiam qualitatem, quod prædicta scuta 2594. iuncta aliis scutis 906. iam receptis in tot gemmis constituant summam scutor. 3500.

Non obstat quòd prædictum mandatum sit relativum ad listam dandam his verbis: *detti scudi 906. sono per la valuta di più gioie, & altro hauuto da me, come per una lista, che à suo tempo si deurà inserire nel contratto da farsi tra di noi.* vnde cùm appareat de lista relata, referens mihi probare videatur. Felin. *cap. de rescript. nu.* 13. Dec. *cons.* 118. *num.* 6.

Fuit enim responsum mandatum circa receptionem gemmarum, & circa precium, pro quo gemmæ receptæ fuerant, non se referre ad listam & nunc agi non de restituendis, sed de restituendo gemmarum precio; ideoque referens esse satis certum, neque necesse alias esse quod appareat de relato. Bald. *in l. inciuile, num.* 3. *de leg.* Bart. *in l. admonendi, num.* 7. & ibi Iaf. *in* 2. *lectura, num.* 28. Rip. *num.* 35. & 36. *de iureiur.* Natt. *cons.* 4. *num.* 4. & 5.

Fuit etiam consideratum non esse verisimile, quod Didacus mercator bene cautus recepisset mandatum cum illa expressione precij gemmarum, nisi de illo precio fuisset contentus; præsertim cùm iam antea gemmas accepisset, quemadmodum & eas postea semper retinuit sine aliqua protestatione, aut interpellatione, vsque ad dimidium; quod dedit huic liti causam. *l. filiusfamilias* 2. *ff. ad Maced.* Dec. *cons.* 32. *nu.* 16. Alex. *cons.* 147. late Aym. *cons.* 106.

Quæ omnia non parum etiam adminiculi recipiunt ex fide notarij, qui fuit attestatus, cùm pacta dotalia in stipulatione deduci deberent, eiusque causa partes in domum Alexandri conuenissent, lecta notula instrumenti, Didacum non reclamasse super confessione receptionis, & æstimationis gemmarum, sed instrumenti stipulationem perfici non potuisse, quoniam in complementum scutorum 4000. deerant scuta 500. de quibus socero gener fidem habere noluit.

His firmatis non obstant, quę circa inutilitatem sententiæ fuerant deducta. Quod enim scuta tantum 800. in gemmis ab initio fuerint promissa, non facit quin Didacus volẽs potuerit recipere gemmas pro maiori summa, prout recepisse constat ex prædictis, & in facto deducitur illud augmentum scutorum 906. contigisse, ex quo res quędam fuerunt superadditę per D. Alexandrum.

Minus obstat, quod dicebatur, non vergente viro ad inopiam, non fuisse locum assecurationi dotis, *l. si constante, ff. solut. matrim l. vbi adhuc, C. de iur. dot. cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor.* Nam cùm assecuratio dotis constante matrimonio fiat, vt mulier secura sit de dote, & ex dote se alere possit, Iaf. *in d. l. si constante, n.* 46 & 47. *ff. solut. matrim.* tenuit Rota *in Romana Fructuum, Luna* 17. *Apr.* 1600. *cor. Reuerendiss. Rhodien.* fuit responsum hoc casu huiusmodi quando de ordine Papæ vxor abducta è domo, & potestate mariti, atque parentibus fuit consignata, & maritus abijt in partes longinquas, nullis ib Vrbe relictis bonis, ita vt si dos non assecuraretur, actum esset de illa, cum tamen publicè interfit dotes mulieribus conseruare. *l.* 1. *ff. solut. matrim.* neque haberet Constantia vnde se alere posset.

Nec etiã obstat quòd gemmæ restitutæ essent Constantiæ, & per eam de illi facta quietantia Didaco marito. Si quidem cùm dos in pecunia, non in gemmis restituenda esset, Constantia vtique mulier & minor, non potuit sine decreto Iudicis iuxta formam Statutorum Vrbis quietare maritum gemmas recipiendo, sicque faciendo actum, qui non erat necessarius. Imò nec de iure cõmuni potuit quietare recipiendo dotẽ profectitiam, viuente patre, illoque non consentiente, *l.* 3. *in princ. ff. solut. matrim.*

Neque subsistit quod dicitur, Constantiam bis idem exigere velle. Nam quo tempore sententia fuit lata, gemmæ iam erant penes argentarium depositæ, vt etiam hodie existunt; neque aut Alexander, aut Constantia impediunt, quin Didacus de illis suo arbitrio possit disponere.

Postremò non obstant nullitates. Prima enim deducitur, ex quo dictus Alexander pater procuratorio nomine comparuit, non docto de mandato, Achill. *dec.* 6. *de Procur.* Cresc. *dec.* 8. *de sent. & re iud.* Verùm fuit responsum, Alexandrum comparuisse tantum in subsidiũ, & absente Procuratore in actis constituto; deinde comparuisse tanquam patrem, & procuratorem: idcoque cùm se non restrinxerit ad facultatem procuratoris, sed etiam paternam causam expresserit, actus non valeret: in causa enim dotis agere pater, & comparere potest, sufficitque quod filia non dissentiat. *l.* 2. *§. voluntatem*, vbi Iaf. *in* 3. *not. ff. solut. matrim.* & actio communis est patri, & filiæ, *l.* 1. *§. & per hoc, C. de rei vxor. act.* licet pluisculum iuris habeat filia constante matrimonio, Bald. *in auth. quod locũ in* 4. *quæst. nu.* 7. *C. de collat.* Nec refert quod Alexander copulatiue comparuerit, vt pater, & procurator: quia cùm vna qualitas sufficeret, sufficit etiam quòd illa tantum verificetur, ad cumul. per Tiraq. *cauſ. ceſſ. limit.* 22. *num.* 14. *& ſeq.*

Secunda deducitur ex quo iuramentum calumniæ petitum, non præstitum fuit, *cap.* 1. *de de iur. cal. in* 6. Rot. *dec.* 2. *eod. tit. in antiq.* Sed fuit responsum, sufficere, quod in terminis substantialibus huiusmodi iuramentum præstitum fuerit, vt resolut Rot. *in causa Romana Rescissionis contractus*, 16. *Martij* 1590. & *in alia Romana seu Bononien. Census* 27. *mil.* 7. *May* 1601. *coram R. P. D. meo Decano*. Nec obstat quòd præstitum fuerit per d. Alexandrum, non habentem mandatum speciale. Nam tale mandatum in parte non requiritur, vt expresse tradit Socin. in *cap. in pertractandis, num.* 19. *de iuram. calum.*

& facit Imol. *cod. cap. nu.* 3. Put. *dec.* 21. *lib.* 2. maximè cùm tractaretur causa dotis, & satis cessaret calumniæ suspicio.

Vltima deducitur, ex quo citatio ad sententiam contra Didacum veniebat pro 2. Septembris, & tamen fuit lata sententia 10. eiusdem mensis, qua die fuit tentus terminus pro seruato ad instantiam Didaci petentis absolutoriam: per quam secundi termini seruationem, primus fuit circumductus. Gabr. *conf.* 43. *lib.* 1. *num.* 40. Licet enim fuerit tentus terminus pro vtraque parte, tamen quia Didacus petebat solum absolutoriam, citatio non poterat esse cõmunis vtrique parti, ideoq; sententia remanet nulla tanquã lata nemine instante. Cæs. de Graff. *dec.* 9. *nu.* 4. *de caus. poss. & propr.* Ias *in l. properandum, §. 1. num* 5. *C. de ind.* & fuit dictum *in Comen. Capellania*, 18. *Ian.* 1591. *coram R. P. D. meo Decano.*

Verùm fuit responsum valere sententiam latam ad fauorem actoris, etiam parte non petente, vt ex Ias. & Ang. dicit idem Cæsar de Graff. *in prælleg. decis.* Deinde non subsistere, quòd sententia lata sit non instante Constantia; quia terminus seruatus pro vtraque parte habet in ventre instantiam vtriusque partis petentis sententiam: & ex sportulis depositis, atque ex tradita notula sententiæ, quæ postea subscripta fuit, satis apparet, Constantiam instetisse pro sententia.

Postremò fuit conclusum ex stylo dato per informantes pro Constantia, quòd Iudex tam in Tribunali Vicarij, quàm Auditoris Cameræ, sæpè in citatione ad sententiam dat terminum pro seruato pro vtraque parte, & durante dicto termino, si ius est pro actore, fert pro illo sententiã absque alia citatione, & notarius extendit decretum in citatione illius, contra quem fuit lata sententia: nam in hac materia stylus attenditur. Franc. *in cap. fin. num.* 6. *de re iudic. in* 6. Roman. *conf.* 367. *num.* 11. fuit dictum *in causa Asloricen. Congrua*, 19. *Iunij* 1587. *coram Illustrissimo Mantica.* Et cùm ille stylus sit ordinarius, non decisorius, satis probatur ex fide notariorum actuariorum. Soc. *conf.* 36. *num.* 11. *&* 39. *num.* 28. *lib.* 4. cùm sufficiat, quòd de illo extraiudicialiter constet, vt tenuit Rota *in vna Mediolanen. Restitutionis contractus, Luna* 17. *Iunij* 1602. *coram R. P. D. meo Sacrato.*

Itaque fuit concluium non esse retardandam executionem, cùm vtraque parte acerrime informante Dubium semel, atque iterum propositum fuerit.

R. P. D. Litta.

Romana Domorum de Valentinis.

Veneris 16. *Ianuarij* 1604.

EPITOME.

Agens ex vi obligationis Cameralis an teneatur iurare de calumnia? De necessitate eiusdem iuramenti.

Ad Cap. 66. num. 14.

DECISIO XXXIII.

FVit resolutum pro nullitate decreti A. C. ob non præstitum iuramentum, quod prius petitum fuerat præstari, & non aliàs procedi, protestando semper de nullitate, *ad text. in l.* 2. *§. quòd si actor, C. de iuram. calumn.* Rota *dec.* 2. *cod. tit. in antiquis*; & fuit sæpe resolutum.

Nec facit quòd ageretur vigore obligationis Cameralis. Quia exaduerso non docetur quòd obligatio Cameralis sit in hoc priuilegiata, vt agentes ex contractu tali obligatione vallato nõ teneantur iurare de calumnia, vt scilicet via præcludatur calumnijs. *cap.* 1. *in fin. de iuram. calum. in* 6. & ne veritas occultetur, vt dixit Put. *decis.* 398. *in fin. lib.* 2. Quod magis militare videtur in obligatione Cameralr inuenta, vt parata esset executio sine mora faciendi processum ordinatorium. Et quòd præstandum sit, etiamsi summariè, & manu regia procedatur, tradit Cot. *in memorial. verb. iuramentum calumniæ.* Hinc coram Gubernatore, coram quo proceditur velo leuato, & manu regia, præstandum esse, si petatur, tradit Put. *d. decis.* 398. & Anton. August. *in repetit. tit. de iureiur. num.* 13.

Nec placuit quòd fuerit præfixum per octo dies post decretum, & relaxamentum. Quia tale iuramentum debet præstari antè sententiam: respicit enim præsentia, & futura, non autèm præterita. Cyn. *in l.* 2. *n.* 11. *C. de iureiur. propt. calumn. dand.* Aliæ verò nullitates, tanquam turbidæ, & irrelenantes, non fuerunt per Dominos habitæ in consideratione.

R. P. D. Remboldo.

Romana Domus.

Mercurij 4. *Septembris* 1624.

EPITOME.

Facultas nominationis in inuestitura an censeatur concessa in omni gradu vocatorum?

Ad Cap. 66. num. 30.

DECISIO XXXIV.

FVit anno 1550. à RR. Priore, & Fratribus Sanctæ Mariæ de Populo concessa in emphyteusim quædam domus dicti Monasterij, de qua fuerunt inuestiti Franciscus, & Antonius fratres ad tertiam ipsorum generationem ab ipsis incipiendo, videlicet ad vitam ipsorum Francisci, & Antonij, & eorum filiorum legitimorum, & naturalium, & filiorum suorum nepotum masculorum: pacto tamen adiecto, quòd si contingeret ipsos dece-

decedere sine eorum generatione, censeretur dicta emphyteusis concessa ad tertiam nominationem similiter, ab ipsis fratribus incipiendam, videlicet ad vitam ipsorum Francisci, & Antonij, & alterius personæ per ipsos fratres, siue alterum eorum superuenientem nominandæ, & alterius nominandæ per nominatum tantum, & non vltra.

Vita functo dicto Francisco sine filijs, ac demum Antonio relicto Cæsare filio, idem Cæsar in defectu generationis tertio nominauit Clementem Melium eius ex sorore nepotem. Vnde prætendentes d. Procurator, & frater ob defectum linex inuestiturx vocatorũ ius dd. inuestiturarũ fuisse consumptum, nec propterea fuisse locum dictæ nominationi; introduxerunt iudicium devolutionis coram Illustrissimo Vrbis Vicario contra dictum Clementem, a quo fauorabilem sententiam super devolutione reportarunt. Causa demum per appellationem ad Rotam devoluta contingit coram me dubitari An dicta sententia esset confirmanda, vel infirmanda. Et supradicta die fuit resolutum dictam sententiam esse reuocandam tanquam iniustam, cùm in ea declaretur dicta domus devoluta ob lineam finitam per obitum dicti Cæsaris sine filijs, cùm tamen ex tenore instrumenti inuestiturx supra relato appareat facultatem succedendi in dicta emphyteusi, non tantum fuisse concessam per generationem, sed etiam per nominationem, dictasque qualitates fuisse in dicto instrumento copulativè appositas; adeo quod rectè potuerit dictus Cæsar nominare in defectum tertiæ generationis dictum Clementem, nec propterea dicta nominatione stante potuit dict dicta domus devoluta.

Nec obstat quòd facultas nominandi videatur concessa tantum in casu, in quo prima generatio defecisset, hoc est quatenus dictus Antonius, & Franciscus sine filijs decessissent. Quia non debebat dicta facultas ita amarè interpretari, vt censeatur restricta ad primam generationem; præsertim cùm inconueniens non sit, quòd illa intelligatur etiam concessa secundæ generationi, quatenus tertia deficeret: & imò id ipsum magis est conforme, & verisimile menti contrahentium.

Nam quoad Franciscum, & Antonium, qui receperunt inuestituram, dubitari non potest, quia voluerint omni meliori modo, & sibi ipsis, & omnibus alijs in inuestitura comprehensis prospicere, vt in similibus terminis fuit dictum in *Romana Domus*, 5. *Nouembris* 1587. *coram R. P. D. Robutterio*, & in *Terracina Fenui*, 24. *Maij proxime præteriti coram me*. Et quoad concedentes etiam patet ipsos voluisse prouidere tantummodo vt concessio non excederet vltra vitam inuestitorum duas alias vitas, & interim eam durare, siue id contingat per viam nominationis, siue per viam generationis: & in hac materia multum attendi solet verisimilis mens contrahentium. *l. vltima, C. quæ res pign. oblig. poss.* Fulgos. *in l. 3. §. si quis insulam, ff. de eo quod certo loc.* Patis. *consil. 88. num. 13. lib. 1.* Socin. *sen. cons. 15 nu. 38. lib. 1.* cum alijs per Card. Mantic. *in tract. de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 7. num. 12. & seq. & lib. 14. tit. 29. nu. 16. & 33.* & satis dicitur expressum quod ab expresso resultat. *l. si ita, §. qui filio, ff. de bon poss secundum tab.* Bart. *in l. fin. n. 23. in fin. C. de hared. instit.* Socin. *in l. in ambiguo, num. 7. ff. de reb. dub.* Dec. *cons. 68. num. 3.* Aym. *cons. 149. nu. 11.* Cephal. *consil. 152. num. 76.* Surd. *consil. 143. num. 20. & consil. 294. num. 21. & decis. 254. num. 38. & seqq.*

Vnde licet Franciscus, & Antonius decesserint cum filijs, atque ita ab initio non fuerit locus nominationi; potuit tamen eadem nominatio fieri cum Cæsare: quia vt dictum est, d. facultas censeri debet, concessa in omni gradu in inuestitura subrogato, taliter vt quandoque deficiat generatio, locus esset dictæ nominationi, dummodo concessio non excedat tres actus.

R. P. D. Orano.

Romana Alimentorum.

Veneris 28. *Februarij* 1592.

EPITOME.

Responsio facta articulis non seruata forma Statuti exhibitis, an & quando præiudicet reo, Clausula, Saluo iure impertinentium, quid operetur.

Ad Cap. 68. num. 6.

DECISIO XXXV.

IN causa Romana Alimentorum præsuppositum fuit sine veri præiudicio, actorem in exhibitione positionum, seu articulorum, formam Statuti Vrbis *cap. 68. lib. 1.* non seruasse. Rursus ergo quæsitum fuit, præsupposita illarum admissione cum clausula Si, & in quantum, ac alio Statuto *cap. 70. lib. 1.* An responsiones ad eas per reum factæ sibi præiudicarent. Maior pars Dominorum fuit in voto negatiuo: quia forma est quæ dat esse rei; vnde si à lege, vel Statuto præscripta non fuerit obseruata, corruit actus inde sequutus. *l. cùm hi, §. si prætor*, vbi laso *primo notab. ff. de transact. l. Iulianus, §. sed & si quis, num. 4. C. de inr. & fact. ignorant. cum vulgar.* Cùm igitur forma Statuti Vrbis mandantis per actorem positiones, seu articulos dispositiuè, & ponendo conceptas medio iuramento, parte ad id citata exhiberi, non fuerit seruata; sequitur responsiones ad eas factas reo non præiudicare: Maximè cùm, nedum Iudex illas admiserit cum clausula, Si, & in quantum, sed etiam Statutum *cap. 70. dicto lib. 1.* velit illarum admissionem intelligi factam cum præseruatiua, Saluo iure impertinentium: quæ quidem præseruatiua operatur, vt cùm alias non fuerint admittendæ,

nisi formatis præscriptis à Statuto, habeantur pro non admissis. Io. And. Abb. & alij *in cap. cum contingat, de offic. deleg.* Bald. *in l. fin. C. qui legit. person.* Alex. *consil.* 166. *num.* 6. *vol.* 6. & post alios Pedemontan. *decis.* 3. *num.* 9. *& seq.* in terminis Riminald. sen. *cons.* 596. *num.* 8. *cum seq. vol.* 3. & confessio eius, qui ad illas respondere non tenebatur, ei non præiudicet. Curt. *in l. etiam Iudices, §. quod observari, n.* 41. *C. de iuramент. calum.* Grat. *cons.* 75. *num.* 17. *lib.* 1. cum allegatis.

Nihil autem interest, quòd aduersus eas tamquam infames, reus non fuerit protestatus. Quia primo clausula, saluo iure impertinentium, posita in decreto Iudicis, & altero Statuto, idem operatur, atque si reus fuisset protestatus: nam factum Iudicis reputatur factum partis. Rimin. *cons.* 596. *in fin.*

Secundò, quia ita demum responsio facta nulla præuia protestatione, reo præiudicaret, si sciuisset positiones, seu articulos fuisse conceptos non seruata forma Statuti. Et ita procedit *decis.* 3. *de sequestrat. possess. & fruct. in nou.* cum alleg. Sed quando respondens illas non vidit, seu etiam à Statuto, earum inspectio illi interdicta est, vt est casus Statuti Vrbis, haud tunc potest sibi imputari, si protestationem non interposuit. ita Riminald. *dicto cons.* 596. *num.* 3. *in fine.*

Et ita, &c.

R. P. D. Vbaldo.

Romana Legati Librariæ.

Veneris 10. *Maij* 1614.

EPITOME.

Scriptura priuata testatoris an & quando dicatur esse in forma probanti? Articulans an censeatur fateri? Publicatio testamenti non scripti per manus Notarij, an debeat fieri examinatis testibus super toto tenore eiusdem?

Ad Gap. 68. *num.* 17.

DECISIO XXXVI.

IVxta ordinem in Rota datum, die 24. Martij anni præteriti, vt videretur an iura essent in forma probanti, Dubitaui an scriptura, de qua principaliter agitur, esset in forma probanti. Et Domini, vtraque parte informante, affirmatiuè responderunt.

Scriptura enim ista, dato quòd non contineat codicillum, vel donationem causa mortis, continet tamen voluntatem testatoris, non circa institutionem hæredis, sed circa legata, ex quibus quædam adimit antea in testamento relicta, quædã de nouo relinquit, vt Cæsari iuniori scuta 200. annua, & librariam legalem; & fuit subscripta à testatore, & à quinque testibus, & subscriptio fuit recognita, imò testes deposuerunt etiam tenorem scripturæ, vt infra dicetur: ideo videtur esse in forma probanti, iuxta Seraphin. *decis.* 840. *num.* 1. & bene facit doctrina Bartoli *in l. si ita scripsero, ff. de condit. & demonstrat.* de schedula reperta apud Guardianum Sancti Francisci, ad quam se testator coram testibus retulit. Quam dispositionem tenuit Bartolus valere quando identitas schedulæ fit probata, vel ex comparatione litterarum, vel aliis legitimis indicijs: & Bartoli doctrinam sequuntur Ruin. *consil.* 193. *num.* 9. & 10. *lib.* 2. Paris. *cons.* 19. *num.* 12. 16. & 17. *lib.* 3. Clar. *in §. testamentum, quæst.* 36. *nu.* 2. Menoch. plures referens *consil.* 313. *num.* 45. *lib.* 4. Quæ opinio eo magis procedit quoad legata, vt loquitur Bartol. *in dicta l. si ita scripsero*, & per Clar. & Ruin. *locis citatis*. Et prædicta confirmantur ex confessione partis in articulis cum iuramento datis, in quibus articulantur contra in illa scriptura, & in specie legatum librariæ legatis factum Cæsari, necnon subscriptio Cæsaris iuniores. Et licet articulans regulariter non dicatur fateri, tamen secus est, quando articuli sunt dati medio iuramento. Caputaq. *decis.* 143. *lib.* 2. *in manuscript.* Rot. *decis.* 215. *num.* 2. *coram fel. rec. Gregorio XV.* & per Addent. *ad eiusdem decis.* 143. *num.* 5. *in fin.*

Non obstat præcipuum obiectum, quod fit ex aduerso circa publicationem testamentorum in priuata scriptura contentorum, quæ publicatio debet fieri examinatis testibus post mortem testatoris super tenore testamenti coram Iudice, & per eum publicatis. *l. publicati.* vbi glos. & Doctores, *§. si verò vnus, C. de testament.* cum alijs per Cepnal. *consil.* 283. *num.* 6. *lib.* 2. & per Honded. *consil.* 26. *num.* 11. *lib.* 2. Surdus *cons.* 129. *num.* 25. *lib.* 1. & *cons.* 414. *num.* 88. *lib.* 3. quæ dispositio habet locum etiam in codicillis per priuatam scripturam confectis, eòm eadem obseruatio in codicillorum publicatione requiratur. *l. fin. C. quemadm. testam. aper.* & id tenet Bald. *in d. l. pu. n.* 30. Ial. *in d. l. publicati. nu.* 9. Rot. *decis.* 4. *n.* 2. *par.* 1. *diuers.* & trad. moder. *in tract. de except. par.* 3. *tit.* 1. *except.* 5. *num.* 56. *& seq.*

Quia fuit responsum in primis prædicta procedere quando testator coram testibus declarauit voluntatem suam fine scriptura, vel cum scriptura nec a se, nec a testibus subscripta: & his casibus necesse est vt testes mortuo testatore deponant de integro tenore testamenti; & si interim mortuus fuit aliquis testis, constituit testamentum, vel eius probatio, vt in specie not. Cæsar. *in dicta l. publicati, num.* 4. & ibi Alex. *num.* 1. *de testam.* cum alijs per Honded. *cons.* 26. *num.* 11. *lib.* 2. Sed in casu nostro scriptura, de qua agitur, fuit dictata a Cæsare testatore, & ab eodem subscripta, necnon a testibus ad hoc rogatis, qui recognouerunt medio iuramento subscriptionem Cæsaris, & propriam: & sic constat de identitate scripturæ; quo casu non videtur

requiri

requiri vt testes deponant ad scripturam, quæ illis ostenditur, vel quòd recognoscant subscriptiones, vel quòd deponant se præsentibus fuisse factam scripturam, vt tenuit Petrus de Bellapert. *in dicta l. publicati in principio*, vbi Cin. *num.* 1. ibi, *vocatis testibus, & inuentibus ita esse verum, sicut scriptum est.* Castrens. *in princip.* Salicet. *num.* 4. *versic. quæro secundo*, & est de mente Bart. *in l.* 1. *§. si quis neget, nu.* 4. *ff. quemadmod. testamen. aper.* Innocent. *in cap. fin. in princip. de fid. instrum.* vbi quòd quando de testamento esset facta scriptura, debet ad testes absentes mitti testamentum, vt cognoscant an testamento interfuerint: & idem sensit *ibidem* Bellamer. *num.* 24. vbi dicit quando testamentum non fuit scriptum per manum Tabellionis, verius esse quòd sufficiat quòd testes inscripti iurent, quòd ita fuerit, sicut in scriptura exinde confecta, quæ eis legi debet, continetur: & idem tradit Abb. *ibidem num.* 10. *versic. quandoque ex tertio*, & alii congesti per informantes, & præ cæteris Iaso *consil. mihi* 61. *num.* 5. *lib.* 1. vbi quòd quando adest scriptura testamenti, non est necesse quod Testes deponant de toto tenore testamenti, sed satis est quòd testes se referant ad illam scripturam: licet secus esset quando de testamento non adesset alia scriptura. Et ratio esse potest, quia cùm testes se subscripserunt, videntur tunc depo suisse, vt dicit Bald. *in l. fin. num.* 21. *C. de edict. Diu. Adr. toll.*

Et quamuis negari non potest, quod nonnulli ex prædictis, & aliis Doctoribus loquantur de testamento clauso, quod est ignotum testibus, qui solum vocati sunt vt audirent, illud esse testamentum; quo casu certum est eos non teneri deponere de tenore testamenti, quem ignorant. Corn. *in dicta l. publicati, num.* 10. *C. de testament.* Roland. *consil.* 36. *num.* 16. *in fin. lib.* 1.

Tamen etiam certum est, alios loqui generaliter quando de testamento est confecta scriptura, & à testibus subscripta, quòd sufficiat iis legi, vel eos recognoscere scripturam, absque eo quod deponant de integro tenore, vt per Iasonem, & alios supra relatos: aliàs in testamento clauso, & secreto dictum Doctorum videtur de indubitabili, quod testes non teneantur deponere de tenore, quem penitus ignorant. *l. quod Labeo, ff. de Carb. edict.*

Nec obstare videbatur, quòd Cæsar se subscripserit ad authorizandum, vel approbandum codicillum, vel donationem causa mortis, & rogauerit testes ad se subscribendos ad faciliorem probationem. Quia quidquid sit dicendum de intellectu istorum verborum, de quo erit postea agendum, in articulo principali, hactenus sæpè discusso, & non resoluto, pro nunc satis esse videbatur, quòd ista verba supponunt aliquod probandum, & sic existentiam voluntatis testatoris circa legatum, de quo agitur, cùm non entis nullæ sint qualitates. *l. eius qui in prouincia, ff. si cert. petat.* quamuis testator noluerit se restringere ad codicillum, vel donationem causa mortis. Et addebatur considerando, quod testes fuerunt rogati; quos regulariter in vltima voluntate præter testamentum rogari non est necesse. *l. vltima in fine*, vbi Doctores, *C. de codicill.* tamen ille rogatus eo magis enixam voluntatem testatoris significat, vt sua dispositio substineretur. Et licèt rogasse se dixerit ad subscribendum ad faciliorem probationem, tamen & hoc consultò factum, & dictum a viro perito credendum est, qui optimè sciret testium subscriptionem in testamento, vel alia voluntate nuncupatiua non requiri, imò nec scripturam quidem, nisi ad faciliorem probationem. glos. *in l. hac consultissima §. per nuncupationem, in verb. sine scriptura*, & ibi sequuntur Doctores, *C. de testamen.* cum aliis per Honded. *consil.* 77. *num.* 17. *lib.* 1. Seraphin. *decis.* 623. *num.* 6. & fuit dictum *in Romana Testamenti coram bonæ memoriæ Cardinali Secretario*, quæ est *decisio* 336. *num.* 3. *post secundum vol. consil. Farinac.*

Propterea ad obiectum supra positum fuit etiam responsum, plerosque testes etiam deponere de tenore scripturæ, de qua agitur: & duo priores, videlicet Vitalis, de subscriptione aliorum testium, & ipsius Cæsaris Testatoris: tertius Gaspar examinatus vigore litterarum remissorialium optimè etiam deponit de tenore in substantia; quod sufficit, secundùm Ias. *in dicto cons.* 61. *num.* 5. *lib.* 1. sicut etiam quoad legatum de quo agitur, deponit Constantinus, quartus testis. Siluester verò quintus testis licet explicitè non deponat de tenore, tamen deponit se rogatum a Cæsare, vt esset testis cuidam suæ voluntati, & quod subscriberet in folio, in quo se præsente erant alii subscripti; vt ostenso sibi folio, & Cruce, quam testis in eo fecerat loco subscriptionis, cum nesciret scribere, recognouit identitatem folii, & Crucis: & cùm ille testis esset mortuus non potuit denuo examinari super tenore: & nihilominus videtur sufficere quod quinque testes vere fuerint præsentes, & subscripserint. Seraphin. *decis.* 382. *num.* 7 *versic. quia, &c.* & in puncto *decis.* 1302. *nu.* 4. *&* 5. fit ad hunc effectum, quod scriptura testamenti sit in forma probanti, vel mereatur fidem, sufficere quod duo saltem testes testamentarii deponant de tenore, & vocent se in contestes, & nominent alios ex descriptis, prout in hoc casu, & quod magis est, ad effectum probandi institutionem hæredis, fuit firmatum *in causa Tiburtina Hæreditatis* 11. *Febr.* 1603. *coram R.P.D. Buratto.*

Nec obstare videbatur, quod iste quintus testis pro recognitione non fuit examinatus citatis Patribus Iesuitis: quia fuit examinatus citata Societate Sanctissimæ Annunciatæ hærede voluntali, ad quam pertinet solutio legati, de quo agitur, & tunc temporis Domus professa Iesuitarum non erat in causa, nec diuinari poterat de eius interesse. Ideo Domini putabant sustineri examen citato hærede, cuius principaliter interest, iuxta doctrinam Castrens. *in dicta l. publicati, sub num.* 3. *C. de testam.* quod sunt citandi illi, quorum prima causa esset successionis, si non esset factum testamentum: & ibidem Corn. *nu.* 14. Zuccard. *num.* 4. & Salicet. *ibidem num.* 6. vbi quòd sunt citandæ personæ

certæ, non autem incertæ, quales erant Iesuitæ tempore dicti examinis, & idem sensit Rol. *dicto cons.* 36. *num.* 11. *& 12. lib.* 1. & facit illa conclusio, quòd sufficit citatio heredis instituendi, vt præiudicetur substitutis, & legatarijs. Rolan. *cons.* 92. *num.* 15. *& seq. lib.* 4. & late defendit Pinell. *in l.* 1. *num.* 49. *par.* 3. & post eum Peregrin. *de fideicom. artic.* 53. *num.* 52. *vers. sed quod his, &c.*

Postremò placebat, quod in omnem euentum hic agitur de reuocatione, seu ademptione legati integræ librariæ prius factæ Patribus Iesuitis in testamento: quo casu ad probandam ademptionem sufficiunt duo testes omni exceptione maiores, quales sunt primus, & secundus. Bald. *cons.* 28 *lib.* 3. quem sequitur Ludouic. *consil.* 24. *vers. amplia quarto*, Simon de Pret. *cons.* 144. *num.* 56. *vt* late comprobant informantes.

Quòd Gaspar nuper in partibus examinatus fuit sine citatione ad videndum iurare, & fuit examinatus à notario, non autem à Iudice, & sine mandato ipsius Iudicis, in facto non subsistit, vt fuit obtensum.

Aliæ obiectiones circa hunc, & alios testes, viæ sunt satis leues, nec respicere substantialia, in quibus sufficit, testes esse concordes. *cap. duodum*, vbi glos. *in verb. substantia, de conuers. coniug.* Iul. *dicto cons.* 61. *sub num.* 5. *lib.* 1. & tritum est, testium dicta esse coadiuuanda non autem cauillanda. Seraphin. *decis.* 241. *num.* 3. & *decis.* 1083. *num.* 6. Ex quibus omnibus simul iunctis Domini concluserunt scripturam, de qua agitur, esse in forma probanti.

Ita fuit decisum, &c.

Cardinali Marquemontio.

Romana Pecuniaria de Grandis.

Sabbati 26. *Nouembris* 1605.

EPITOME.

Mandatum specialissimum an requiratur ad respondendum positionibus: & quale dicatur esse.

Ad Cap. 68. *num.* 21.

DECISIO XXXVII.

CVmq. D. Bendinellus Saulius comparens coram Auditoribus Rotæ Ianuensis fuerit protestatus, se nunquam voluisse, neque velle quòd Georgius eius frater aliquid potuerit, vel possit agere actiuè, vel passiuè in Iudicio, vel extra, sine eius legitimo mandato, & à dictis Auditoribus literas subsidiales obtinuerit ab A. C. directas pro huiusmodi protestatione intimanda D. Antonio Mariæ, prout illa fuit intimata: visum fuit Dominis resolutionem dubij, quod proposuerat super reuocatione confessionis factæ à d. Georgio, dum positionibus q. DD. de Franchis, & de Grandis responderent, pendere à qualitate mandati, cuius vigore Georgius dictis positionibus responderat. Cùm enim adsit regula, quòd ad respondendum positionibus requiritur specialissimum mandatum, Socin. *cons.* 55. *n.* 8. *lib.* 1. Rebuff. *super Constit. Gall. tom.* 3. *tit. de responsion. per verbum, credit, num.* 8. Neuiz. qui alios congerit, *cons.* 7. *num.* 12. *& seq.* & specialissimum mandatum hoc casu intelligatur, quando est ad respondendum sic, & sic. Bart. *in l. fin. C. de Procurat.* si Georgius non habuit huiusmodi mandatum, non potuit validè respondere: neque confessio dici potest acceptata per Bendinellum stante prædicta protestatione facta longo tempore post confessionem, constante etiam, quòd nihil deducitur ad probandum acceptationem expressam, vel tacitam, quæ hoc casu possit suffragari.

Non obstat quòd Georgius confessus sit vti Procurator, & nomine proprio, vnde confessio videatur a principio fuisse valida, & non potuisse reuocari, nisi docto de errore. Caputaq. *dec.* 191. *par.* 1. Nam & ipse Georgius in actis reuocauit suam cõfessionem, vt erroneam, atque etiam hodie de illius errore docere offertur, quæ inspectio si suscipienda esset, inclinabant Domini in hanc sententiam, quòd etiam necessaria foret librorũ exhibitio. Sed ad effectum, de quo agitur, sufficit dicere Georgium fuisse confessum nomine proprio: quia in causa, de qua agebatur, erat fideiussor Bedinelli: ac certi iuris est, quòd in correis debendi vnius confessio etiã iudicialis alteri non nocet. Bart. *in l. ex duobus* 2. *num.* 12. *ff. de duob. reis*, & *in auth. hoc ita, num.* 57. *C. eod.* Bald. *cons.* 45. *num.* 2. *lib.* 5. Roucheg. *in dicta l. ex duobus, nu.* 71. *& seq.* Rot. Ianuen. *dec.* 65. *num.* 5. & 6. vnde in omnem euentum illa confessio Georgij, vt principalis, nocere posset Georgio, cuius hæredes non sunt in hac causa, & cuius defensionem D. Sebastianus filius, & hæres Bendinelli non recipit.

Itaque fuit conclusum, D. Antonium Mariam non iuuari confessione, nisi doceat Georgium habuisse mandatum ad respondendum sic & hic.

R. P. D. Coccino Decano.

Romana Dotis.

Mercurij 21. *Maij* 1625.

EPITOME.

**Positiones ad hoc vt habeantur pro confessatis, quæ requirantur ex præscripto cap.* 2. *de confess. in* 6.

Mulier

Mulier an possit propria auctoritate ingredi bona dotalia, vel pro dote obligata? Item quando censeatur habere bona mariti in solutum, vel loco pignoris. Et an circa dotem possit sibi præiudicare. Pro parapherno competit tacita hypotheca.

Ad Cap. 68. num. 96.

DECISIO XXXVIII.

IN Iudicio assecurationis dotis, & lucri dotalis, quod mulier intentauit contra virum, & illius creditores, A. C. pronunciauit assignando scuta septem millia in monte Pietatis inuestienda in tot locis montium, prout fuerunt postea inuestita, & assignata; & in hoc bene partes conueniunt. Pro residuo autem dotis, & lucri dotalis pronunciauit immittendam fore, & esse in actualem possessionem bonorum per maritum tentorum, & possessorum, quæ sufficere deberent pro concurrenti quantitate dicti residui dotis, & lucri iuxta æstimationem, citatis creditoribus per Peritos faciendam; & pronunciauit fructus dotis deberi ad rationem scutorum 7. cum dimidio à die petitæ assecurationis, vsque ad diem actualis immissionis decursis, & decurrendis.

Stante hac serie facti dubitaui An constaret de satisfactione vxoris, ita vt teneatur relaxare bona, & quæ. Et quoad satisfactionem respectu scutorum septem millium non adest controuersia inter partes; Difficultas dumtaxat est An de residuo fuerit satisfacta. Et ad docendum de satisfactione dicebatur quòd maritus dedit positiones, quæ continent quòd mulier nedum habuit scuta 7. millia, sed etiam domum magnam, apothecas in prædicta domo, & alia: quæ quidem positiones à Iudice fuerunt habitæ pro confessatis, & ideo probant contra mulierem, *cap. 2. de confess. in 6.*

Sed Domini dixerunt, quod dictæ positiones non continent satisfactionem dotis, de qua agitur, sed possessionẽ bonorum, quæ non negatur: ea verò retinuit iure pignoris dotalis, vt statim dicetur; & in omnem euentum forma dicti cap. 2 præcise seruanda erat propter illius rigorem. Rot. *dec. 3. de confess. in antiqu.* Seraph. *dec. 408. in fine*, & fuit dictum *in causa Romana Pecuniaria*, 17. *Februarij 1599. coram bo. mem. Card. Lancellotto*.

Forma autem illius capituli est. Primò, quòd principali comparito in iudicio positiones fiant lectæ. Secundo, quòd in faciem sit positus à Iudice respondere: non enim sufficeret per nuncium moneri. Tertio quòd absque rationabili causa respondere non recuset. Quarto quòd fuerit accusata contumacia rei in termino non respõdentis. Quinto, quòd fuerit sequuta interlocutoria Iudicis facti declaratoria. Franc. *in dicto cap. 2. num. 9.* Rot. Ianuen. *decis. 161 n. 10.* & fuit dictum in prædictis decisionibus Seraphini, & Lancellotti; Quapropter cùm non constet prædictam formam fuisse seruatam, non potuit pronunciari positiones habendas pro confessatis: & sic firmandum est, sententiam A. C. quoad secundam, & tertiam partem, scilicet residui dotis, & fructuum dotalium, non constare habuisse effectum.

Secundò dicebatur vxorem de anno 1611. aduersus quendam creditorem declarasse velle se pro assecuratione suæ dotis, iuriumque dotalium quæcumque mobilia, & semouentia, & supellectilia domus vna cum domo, & vinea, & quatenus non sufficerent, reliqua bona sui viri pro concurrenti quantitate scutorum 12500. dotalium.

Punctus ergo difficultatis versatur in duobus. Primò an mulier habuerit ista bona; & quatenus sic, an habuerit ista bona pro satisfactione, vel loco pignoris. Ad cuius declarationem aduertendum est, an tunc esset locus assecurationi dotis, quia sententia A. C. fuit lata de anno sequẽti 1612. Si enim erat locus assecurationi, licèt mulier regulariter propria auctoritate non possit ingredi bona dotalia, vel pro dote obligata, *l. dotis actione, C. sol. matrim.* Tamen conclusio non procedit quando mulier habet precarium ad sui fauorem pro restitutione dotis, vel aliàs possessio vacua ad ipsam peruenerit. Dec. *cons. 332. num. 2.* & *cons. 671. num. 1.* Hic autem aderat precarium, quia in instrumento dotali Maritus dedit facultatem, licentiam, & potestatem Vxori, seu quibus ex dos venerit de iure restituenda cõstante, vel soluto matrimonio, possessionem bonorum in genere, & in specie capiendi propria auctoritate absque alicuius Iudicis licentia, & absque vitio spolij, nullitatis, & attẽtatorum, captaque, & apprehensa restituendi, illaque vendendi, & alienandi pro concurrenti quantitate, & interim &c. constituit &c. Quare stante supradicta potestate cùm esset in possessione furefamiliaritatis, præsumitur sibi mutasse causam possessionis. Bald. *in l. penult. sub num. 1. C. de pign.* & velle retinere pro sua dote. Dec. *consil. 400. num. 5.* Ex quibus omnibus, & attentis postea subsequutis visum fuit Dominis posse firmari, mulierem habuisse dicta bona.

Circa secundum, An habuerit in solutum, vel loco pignoris, fuit responsum de facto habuisse loco pignoris, cum ante Iudicis pronunciationẽ in solutum habere nullo pacto potuerit. Castr. *in l. 2. num. 3. ff. solut. matrim.* Thes. *decis. 207. num. 2.* Maximè quia mulier sibi præiudicasset accipiendo bona loco pecuniæ: cùm enim fuerit constituta in pecunia, ita etiam erat restituenda: nam dos eo modo quo traditur, debet restitui, vel assignari. *l. res in dotem data. ff. de iur. dot.* Rol. *cons. 86. num. 4. & nu. 7. in fine lib. 4.* Aym. *cons. 548. num. 6. vers. 4.* & ideo in pecunia collocari debebat. Bart. *in l. si constante in 3. parte principali, num. 7. & 37. ff. solut. matrim.* & fuit resolutum *in Bononien. Dotis*, 27. *Iunij* 1603. *coram bon. mem. Penia*.

Et quamuis quæstio sit an mulier possit sibi præiudicare circa dotem, ex adductis per Put. *decis. 364. num. 2. lib. 3.* ibique Rota videatur inclinare pro negatiua: Quicquid tamẽ sit de hoc,

in Vrbe

in Vrbe non fieri poterat absque solemnitatibus Statuti requisitis in qualibet renunciatione, & pacto de non petendo, & vel similibus, in quibus mulier potest lædi. Boccacc. *ad Constit. Aegid. gloss. 8. num. 19. & seq.* & indubitatum est mulierem potuisse lædi accipiendo bona loco pecuniarum. Honded. *cons. 14. num. 58. & consil. 41. num. 51. lib. 1.* & considerauit Rota *in d. Bononien. dotis* ea ratione, quia cum maiori vtilitate pecuniæ inuestiuntur in emptionem censuum, & similium.

Ideo dixerunt Domini non constare de tali satisfactione, quominus mulier potuerit variare. Habendam tamen esse rationem fructuum perceptorum in possessione fructuum dotis. Circa sententiam A.C. & quoad quinque loca montiũ, quæ mulier habuit pro paraferno, videndum est de consumptione: nam etiam pro illo, si non comprehenditur sub expressa hypotheca, de quo si opus fuerit poterit videri, saltem competit tacita hypotheca, *ad l. vlt. C. de pact. conuent.* quã Baldus vnicam dicit, & repetitur *in Bononien. Pecuniaris, 2. Decembris 1600. coram me.*

Et ita conclusum.

Card. Virili.

Bononien Saluiani.

Lunæ 11. Ianuarij 1627.

EPITOME.

Possessio in Saluiano an probetur ex positionibus habitis pro confessatis? & quę positiones dicantur haberi pro confessatis.

Ad Cap. 68. num. 76.

DECISIO XXXIX.

FVit resolutum sententiam de partibus esse infirmandam, cum non iustificetur ex actis. Paris. *cons. 34. num. 2. lib. 4.* Cæs. de Grass. *decis. 2. nu. 6. & decis. 26. n. 16. de solut.* Greg. *decis. 1. num. 4.*

Cùm enim fuerit actum in Saluiano pro immissione contra Spadam tertium possessorem, sub prætextu quòd bona fuerint possessa à Bartholomęo fideiussore, vtique istud extremum possessionis erat plenè probandum. Bart. *in l. 1. ff. de solut.* Roland. *cons. 14. num. 16. & 14. lib. 1.* Alex. *cons. 155. num. 4. lib. 6.*

Non obstat quod possessio Bartholomęi fideiussoris probetur ex positionibus habitis pro confessatis.

Primò, quia adest suspensio Iudicis, quæ non fuit reuocata, cum tantùm mandauerit publicari positiones, quæ fuerunt solum apertè publicatæ.

Secundò, quia vt positiones habeantur pro confessatis debent concurrere requisita per Frãc. *in cap. 2. num. 9. de confess. lib. 6.* Seraph. *dec. 408. num. 4.* & fuit dictum *in Romana Dotis 21. Maij 1625. coram R.P.D. Decano*, in qua per extensum exprimitur forma cum omnibus requisitis, quæ non deducuntur interuenisse.

Tertiò, quia cùm Spada tertius possessor non teneretur respondere in sui præiudicium circa possessionem Bartholomæi fideiussoris, Surdus *decis. 22. num. 3.* consequenter ob non responsionem non poterant positiones haberi pro confessatis.

Excedit quoque sententia terminos Saluiani, dum dicit tractes esse immittendos, donec ex fructibus, vel ex subhastatione fuerint satisfacti. Nam secundum naturam Saluiani bona non possunt distrahi. Rota *decis. 759. num. 3. par. 2. in recentior.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

Card. Virili.

Asculana Societatis.

Mercurij 28. Iunij 1628.

EPITOME.

Liber Mercatorum pro memoria, an probet? Positiones vt habeantur pro confessatis, quid requiratur.

Ad Cap. 69. num. 76.

DECISIO XL.

DIxerũt Domini non probari aliquam quantitatem saiarum peruenisse ad manus Francisci Bentiuoli: nam id non præsumitur, & probari debet, *l. vetta. C. de eden.* vbi Bart. Alex. *in l. 1. num. 22. & seq. ff. eod.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 49. num. 10.*

Nec consignatio alicuius quantitatis probatur ex lib. Felicis: quia iste liber pro Felice, & eius fratre non probat. Rota Ianuen. *decis. 135. num. 5.* & *decis. 148. num. 3.* Rota *in recent. decis. 169. num. 6. par. 1.* nec eidem Felici credendum, est dum dicit se fuisse deputatum ad scribendum. Greg. *decis. 556. num. 10.*

Vltra quod iste est liber pro memoria, qui non probat. Rota *in recent. decis. 558. num. 2. par. 2.* & satis est quod iste liber non sit ordinatè scriptus. Rota *d. decis. 558. nu. 2. par. 2. recent.* Immo cùm iste liber discordet à cartularijs, nec libro, nec cartularijs videtur standum. Gabriel. *cons. 148. num. 7. & seqq. lib. 1.*

Quibus etiam cartularijs nõ erat danda fides, non solum quia sunt folia simplicia, & non recognita. Bald. *cons. 152. num. 1. lib. 3.* sed etiam, quia continent saias sinas, quæ fuerunt exceptæ à noua societate, necnon saias spectantes ad Decium, qui in hac societate interuenit.

Præsertim cùm duo muliones dicant, saias

fuisse

fuisse consignatas Felici: &, quod plus est, pretium saiarum deuenisse ad manus Felicis probatur ex partitis compulsatis, & recognitis. Vnde si habuit pecunias, præsumitur saias vendidisse. *l. quid, ff. de suscept.* Socin. iun. *cons.* 84. *num.* 23. *lib.* 2. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 75. *num.* 1.

Et plurimum mouit Dominos qualitas Francisci Bentiuoli: nam est persona idiota, qui nescit neque legere, neque scribere, cui propterea non videbatur committenda administratio saiarum, & receptio pretij: & concurrit obseruantia primæ societatis, in qua Franciscus ob supradictam eius incapacitatem non administrauit: quę inter Mercatores plurimum valet. Socin. *cons.* 17. *num.* 22. *& seq. lib.* 2. Rota tamen. *decis.* 91. *num.* 5.

Nec depositioni & confessioni Felicis videbatur standum: tum quia respicit commodum ipsius, & tertij: tum quia cùm habuerit saias, & pretiu, tractat de se exonerãdos & ideo nõ creditur. Bart. *in l. deferre, num.* 2 *ff. de iur. fis.* Aym. *cons.* 96. *num.* 2. Rot. Lan. *decis.* 94. *n.* 1.

Non obstat quòd Franciscus fuerit deputatus ad vendendas saias in nundinis Salerni. Nam omisso quòd de tali deputatione non constat, sat est quòd non probetur consignatio alicuius quãtitatis saiarum illi facta.

Non obstat quòd mutiones dicant de vecturis fuisse satisfactos a Francisco; Quia non inde infertur ad consignationem quantitatis saiarum, quas idem mutiones dicunt consignasse Felici, & præsumitur solutio animo repetendi.

Non obstat depositio quarti testis: quia loquitur in casu primæ societatis, nec loquitur de consignatione saiarum.

Non obstat quoque depositio alterius testis dicentis fuisse præsentem in Ciuitate Neapolis, quando Felix petijt pecunias à Francisco ad effectum expendendi. Quia est vnicus, & non potuit intelligere de pecunijs saiarum: cum illæ peruenerint ad manus Felicis, vt supra deductum est.

Testes de auditu à Francisco, & Felice non deponunt de quantitate saiarum, nec sunt contestes de loco, & tempore, prout requiritur in confessione extrajudiciali. Rot. *in recentior. decis.* 406. *num.* 3. & *decis.* 700. *num.* 33. & *decis.* 901. *num.* 3. *par.* 2.

Tandem non obstat quòd positiones fuerint habitæ pro confessatis. Tum quia cùm non fuerint datæ ab habente mandatum indistinctum, Franciscus non tenebatur respondere. Rot. *in recens. decis.* 779. *num.* 1. *& seq. par.* 2. Tum quia non concurrunt requisita per Franc. *in cap.* 2 *num.* 9. *de confess. lib.* 6. & fuit dictum *in Romana Debit*, 21. *May* 1625. *coram Reuer. D. meo Coccino Decano*, & *coram me in Bononien. Salutem* 11. *January* 1627

Vnde cum circa consignationem quantitatis saiarum non concurrat aliqua semiplena probatio cum adminiculis, sed omnes præsumptiones, & adminicula sint in sua specie imperfecta; non possunt simul iungi ad faciendam probationem consignationis alicuius quantitatis saiarum. Bald. *in l. si quis ex argentarijs, §.* 1. *num.* 2. *ff. de edem.* Alex. *cons.* 13. *num.* 13. *& 20. lib.* 1. Rot. *in recentior. decis.* 568. *num.* 5. *par.* 2. & *decis.* 558. *nu.* 3. *par.* 2. *in recens.* maximè cùm conquassantur ex aliis supra deductis. *l. Diuus, ff. de reiit. in integr. l. non solum, ff. de rit. nupt.* Aym. *cons.* 8. *num.* 9.

Et ita vtraque, &c.

Eminentissimo Pamphilio.

Romana Vineæ.

Veneris 1. *Februarij* 1613.

EPITOME.

Iuramentum litis decisiuum an sit peremptorium causę quoad comprehensa in eo? Decretum, positiones haberi pro confessatis, an semper seruetur.

Ad Cap. 69. *num.* 77.

DECISIO XLI.

OBentis pluribus mandatis executiuis per D. Valpergam in diuersis Vrbis Tribunalibus contra Dominicum Zorlum, fuit dictus Zorlus illorum vigore carceratus, & arrestatus in Curia Capitolij, & deinde à Secundo Collaterali Iudice à Visita deputato excarceratus, sine tamen præiudicio executionis realis, & subhastationis vineæ, de qua agitur, per ipsum ante excarcerationem iudicatæ, in qua mandauit ad vlteriora procedi. Et cùm à decreto de deliberando fuerit per Zorlum appellatum, & causa per Signaturam Sanctissimi Domino Senatori de voto Rotæ cõmissa sub die 3. Iulij 1608. fuit dubitatũ coram Reuerendis. D. Bononiensi, An esset in d. subhastatione ad vlteriora procedendum. Et tunc nõ fuit capta resolutio, quia plures fuerunt excitatæ difficultates, ex eo præcipuè, quòd Zorlus prætendebat se esse creditorem Valpergæ ex diuersis cautis, & propterea non esse procedendum ad vlteriorem subhastationem, sed faciendam esse compensationem. Verum quia creditum Zorli per Valpergam controuertebatur, & eius probatio præcipue deducebatur ex quodam partito, seu iuramento litis decisiuo, & ex decreto super positionibus habitis pro confessatis, supradicta die, iuxtà ordinem Rotæ aliàs datum, proposui dubium, An dictum iura nentum, & decretum obtinet Valpergæ ad effectum ne procedatur ad vlteriorem subhastationem.

Et Dominis quoad primam partem dubij materia vsa fuit satis turbida. Nam licet per iuramentum decisiuum causa circa comprehensa in eo decisa aliàs remanere dicatur. *l.* 2. *§. non erit, §. dato, l. manifestè, ff. de iureiur. l.* 1. *C. de reb. cred.* Marant. *de ord. iud. par.* 6. *tit. de iuram. & eius diffinem. num.* 11. *versic. dicitur autem.*

autem. Tamen in casu isto iuramentum fuit delatum a Primo Collaterali postquam causa erat commissa, & instructa coram Domino Senatore, necnon semel in Rota proposita: qui propterea tanquam Iudex incompetens dictum iuramentum deferre non poterat. *l. tutor, §. fin. ff. de iureiur.* Bald. *in l. generaliter, in princip. num.* 3. C. *de reb. credit.*

Et quamuis diceretur, quod Primus Collateralis esset deputatus per Dominum Senatorem, qui tanquam delegatus Papæ, huiusmodi deputationem facere poterat, *cap. super quæstionum de off. deleg.* Tamen respondebatur, de tali deputatione non constare, eamque reddi admodum inuerisimilem ex eo quod acta causæ tam ante, quam post iuramentum, apparent facta coram ipso D. Senatore.

Postea huiusmodi iuramentum est relatum ad positiones, & materias articulatas coram Secundo Collaterali, & Senatore, illis tunc non exhibitis: quod propterea tanquam incertum Zorio suffragari non debet. Ioseph Ludouic. *dec. Luc.* 15. *num.* 4. *& seqq.* & ad hoc facit quòd referens non attenditur nisi producto relato. *auth. si quis in aliquo, C. de testam.* Dec. *cons.* 302. *num.* 14. *& seq.*

Quo verò ad decretum super positionibus habitis pro confessatis: quicquid sit an in casu isto, ex quo agebatur vigore obligationis Cameralis, fuerit necessarium seruare formam, de qua per glos. *in cap.* 2. & ibi Franch. *num.* 9. *de confess. lib.* 6. ipsius huiusmodi fictæ confessionis in Curia, & in Rota non attenditur ex actis per Veltr. *in prax. cap.* 13. *num.* 4. *lib.* 5. & fuit dictum *in causa Romana Dotis*, 8. *Martij* 1610. *coram Reuerendissimo Domino Bononim.* & alias sæpius.

Vnde tantibus supradictis Domini fuerunt in voto, quod videatur de bono iure ex alijs probationibus.

Reuerendiss. D. Coccino Decano.

Romana Fideiussionis de re præsentando.

Lunæ 3. Iulij 1617.

EPITOME.

Mora an possit purgari post factam executionem? Et quid in fideiussore, si debitor est factus deterior? Obligatio Cameralis excludat ne purgationem moræ?

DECISIO XLII.

BOninus se obligauit de repræsentando debitorem quandocunque fuerit requisitus, aut de soluendo debitum: Poggiolus, ad cuius fauorem fuit facta obligatio, illum requisiuit die 15. Iunij, ac ipse Bonimus suscepit terminũ iuxta stylum, vnius mensis, computato mente termino à die requisitionis post quindecim dies. Vnde cùm mora Bonini fideiussoris non posset euitari; punctus difficultatis consistit in eo, an potuit purgari. Et certum est, quòd etiam de iure ciuili admittitur purgatio moræ, vt in terminis fideiussoris de repræsentando, est tex. *in l. sancimus* 26. C. *de fideiuss. & mandat.* quem tex. Bart. *ibidem* dicit esse singularem. Bal. *in l. qui crimen, num.* 20. C. *de his qui accus. non poss.* Cattr. *in l.* 2. *§. in fideiussore, ff. qui satisd. cog.* & Ioseph Cumia *in Rit. magn. Cur. Capit. cap.* 65. *num.* 13. quem refert Prosp. Farinac. *de carcer. & carcerat. quæst.* 34. *num.* 136. qui dicit quòd fideiussor de repræsentando potest moram purgare etiam post condemnationem.

Neque obstat quòd purgatio non admittitur post executionem factam. Bart. *in l. si insulam, num.* 19. & ibi Alex. *num.* 32. & Crot. *num.* 69. Rip. *num.* 38. *de verb. oblig.* Caputaq. *dec.* 234. *lib.* 2. Seraph. *decis.* 1150. *num.* 3. cum aliis allegatis *in causa Romana Deuolutionis*, 26. *Martij* 1594. *coram bo. mem. Cardinale Pamphilio*; & in terminis fideiussionis de repræsentando fuit dictum *in causa Viterbien. seu Romana Fideiussionis de repræsentando*, 21. *Iunij* 1587. *coram Cardinale Platio*. Nam fuit responsum, quòd licet in hac causa fuerit processum ad subhastationem domus, nunquam tamen fuit processum ad deliberationem: quare prædictum obiectum non obstat: quia procederet si executio fuisset perfecta; & ita Bart. *in dicta l. si insulam*, vbi allegg. tex. *in l. si is cui, de legat.* 2. & *in l. qui ob rem, ff. de condit. in cess.* quæ iura loquuntur quando executio fit à lege ipso iure per dominij translationem, vel ab homine per rei traditionem, & ita declarat Bart. *in dicta l. si is cui, num.* 2. *in fine*, & tenet *in dicta l. qui ob rem, vers. oppono de lege, qui exceptionem*, cum dicit, quod *in dicta l. qui ob rem*, non admittitur purgatio moræ, quia non habet exceptionem, cùm soluerit, & Ial. *in dicta l. si insulam, num.* 30. *vers. in 3. quæst.* & Io. Annibal. *ibidem in repetitione, nu.* 155. & elegantèr explicat Bolognet. *à num.* 113. *vsque ad num.* 217. Et prædicta de plano debent procedere cùm agatur de purgatione moræ 15. dierum, ex alleg. per Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 7. *nu.* 1. Clar. *§. emphyteusis, quæst.* 8. *n. fin.* qui docent, quòd arbitrio boni viri, seu religioni iudicandum relinquitur, quod dicatur breue tempus, in quo petitur purgatio moræ: omnis autem religio suadet, quod hoc spacium 15. dierum sit breue tempus, cùm *in d. l. sancimus, C. de fideiuss. & mand.* admittantur sex menses.

Non obstat quòd in dicta Romana Deuolutionis coram bonæ memoriæ Cardinale Pamphilio consideratur executio solum facta, non autem

autem deliberatio. Quia est aduertendum, quòd casus illius decisionis est singularis: nam ibi post factam exequutionem non fuit processum ad vlteriora; & sic exequutio non habuit effectum, ex quo debitor plura præstitit impedimenta: vnde ibi non visum fuit conueniens quòd debitor ex culpa sua consequeretur beneficium, scilicet vt admitteretur ad purgationem moræ; præsertim cùm mora videretur geminata. Roman. *cons.* 325 *num.*8. vbi Apostilla *in verbo purgationis*, dat concordantes. Castr. *cons.* 228. *incipien. quæritur, num.* 2. *vers. quarta consideratio, lib.* 2. quod est cons. ipsiusmet Romani.

Minus etiam obstat quòd fideiussor non admittatur ad purgationem moræ quando debitor est effectus deterior. Rip. *in dicta l. si insulam, num.* 27. & fuit resolutum *in dicta causa Viterbien. seu Romana, coram Plasto.* Quia obiectum non subsistit in facto: nam etsi debitor repræsentatus, ab alijs creditoribus fuerit arrestatus, attamen isti creditores erant antea creati, & non superuenerunt post moram: vnde non potest dici quòd debitor propter moram esset effectus deterior.

Denique non obstat quòd Bonius se obligauit in forma Cameræ, & ideo videatur renunciasse omni legum auxilio: quia non propterea censetur sublata purgatio moræ, per ea, quæ post alios docet Cephal *in cons.* 23. *num.* 3. *lib.* 1.

Ex quibus dixerunt Domini, sententiam Secundi Collateralis esse confirmandam, & ita respondendum esse Excell. D. Petro Francisco de Rubeis Capitanei Appellationis, qui super hoc Dubio voluit consulere Rotam.

Card. Lancellotto.

Bononien Fideicommissi de Rubeis.

Veneris 6. Martij 1596.

EPITOME.

Mandatum ad respondendum positionibus debet esse specialissimũ, nempe ad sic respondendum, &c.

Ad Cap. 68. num. 122.

DECISIO XLIII.

DOmini dixerunt mandatum non esse sufficiens in casu de quo agitur: namque ad respondendum positionibus debet esse speciale. Socin. *consil.* 55. *num.*8. *lib.* 1: Iacob. Gentil. Perusij *de ordine Iudiciorum, num.* 34. imò debet esse specialissimum ad sic respondendum. Bart. *in l. fin. C. de procurat.* Imol. *in l. penult. §. ad crimen, col. penult. vers. sed per complementum, ff. de pub. iud.* addens ad Gemin. *in cap. si post, in* 1. *addit. de constit.* Felin. *in cap. ex litteris, num.* 5. *de probat.* Rip. *in l. 1. num.* 19. *C. de iudic.* Cephal. *cons.* 23. *num.* 3. *lib.* 1. Couar. *pract. quæst. cap.* 20. *vers. est tamen hac in re.*

Et quamuis Artemisia dederit mandatum amplissimum extendendum iuxta Formularium Romanæ Curiæ, in quo continetur huiusmodi facultas; tamen non potest dici ipsam dedisse speciale ad respondendum positionibus, cùm non constet de certioratione, vel scientia ipsius quòd hoc contineretur in Formulario.

R. P. D. Remboldo.

Romana Pecuniaria.

Mercurij 1. Iulij 1620.

EPITOME.

Testes nouiter reperti an possint examinari tam super articulis in prima instantia datis, quàm super alijs de nouo dandis?

Ad Cap. 68. num. 118.

DECISIO XLIV.

FVerunt facta duo decreta à D. Capitaneo Appellationum contra D. Dianoram: in primo mandauerat, testes examinari, demptis primo, secundo, septimo, & octauo articulis: in secũdo verò facto post cœptum examen decreuit vlteriorem depositionem non recipi: & cùm dicta duo decreta transitum fecissent in iudicatum ob desertam appellationem ab ijs interpositam, cùm ego fuissem extractus Consultor, dubitari contingit, An D. Dianora esset aduersus ea restituenda. Quo dubio proposito DD. censuerunt illam esse restituendam: quia constat de iniustitia, & læsione, quæ stante passim solet restitutio concedi. Abb. *in cap. ex litteris, num.* 5. *in fin. de in integr. restit.* Rota *decis.* 1. *eodem tit. in nou.* & Put. *decis.* 16. *eod. tit.* Cæsar de Grass. *decis.* 10. *num.* 11. *& seq. de sent. & re iudic.*

De iniustitia verò, & læsione apparet, quia non potuit D. Capitaneus sub prætextu quòd alias fuissent super eisdem articulis testes examinati, denuo petitum examen impedire; non solum quia sumus in muliere habente à iure communi priuilegium, vt possit etiam post dicta, & testificata per viam restitutionis in integrum idem ponere, & testes super antiquis articulis inducere. Afflict. *decis.* 216. *num.* 2. Ofasch. *decis. Pedemont.* 87. *num.* 3. Verùm etiam quia cùm dicta Domina Dianora iurauerit testes fuisse nouiter per eam repertos, locus erat Statuto Vrbis *cap.* 185. *lib.* 1. quo disponitur, quòd noui testes possint

possint examinari tam super articulis in prima instantia datis, quam super alijs de nouo dandis, si pars quæ illos induxit, iuret testes de nouo repertisse.

Nec propterea obstat quod dicitur, testes non fuisse verè de nouo repertos: Quia ex forma dicti Statuti statur in hoc iuramento inducentis; & imò non probatur contrarium, ex eo quod, vt supponitur, testis habuit colloquium cum D. Dianora super materia per dictam D. Dianoram articulata ante secundum examen: quia quia sufficit quod fuerit repertus post primum examen, ad hoc vt dicatur testis nouiter repertus, licèt fuisset longe ante secundum examen repertus.

Atque in hanc sententiam eo libentius DD. venerunt, quòd probationes sint favorabiles, & non coangustandæ. *cap. litteris, cap. tertio loco, extra de præsumpt. l. quoniam multis in fin.* & ibi Bart. *C. de hæreticis, & Manichæis*; & quia petitio noui examinis facta fuit in secunda instantia, in qua locus est regulæ, non deducta deducam, non probata probabo, *l. per hanc, C. de tempor. appell.* & materia per articulos in hac secunda instantia exhibitos melius specificata. Innoc. in *cap. audiuis de præscript.* cum similibus.

R. P. D. Penia.

Veneta prætensæ Illegitimitatis.

Veneris, 6. Nouembris 1598.

EPITOME.

Defectus citationis ad videndum iurare testes &c. an possit purgari?

Ad Cap. 71. num. 8

DECISIO XLV.

PRopter nimiam & importunam instantiam Dominorum de Cataneis, Rota ordinauit iterum ipsos audiri super examine quinque testium die 27. Februarij 1563. in Ciuitate Andriæ examinatorum: quod informantes pro Dominis de Cataneis prætendebant fuisse nullum ex defectu citationis ad videndum iurare testes, nam in remissoria aderat forma præcisa, quod citaretur Ludouicus, siue aliquis ex fratribus ad videndum iurare testes: & tamen Dominus Alphonsus, non citato Ludouico, neque alijs de Cataneis prædicta die 27. Februarij dictos quinque testes examinare curauit. Addebantque informantes pro eisdē Cataneis, non potuisse prædictum examen censeri validum ex eo quod postea in examine facto die 21. Martij eiusdem anni 1563. in Oppido de Cauazane Notarius asserebat, quod dum examinabat vltimum testem, superuenerat Camillus Cataneus, & petierat eos diligenter examinari saluo remanente sibi iure opponendi contra personas, & dicta testium: quoniam hoc examen factum alio die, & alio loco coram alio Iudice, non potuit conualidare prædictum examen quinque testium, quod ab initio prætendebatur nullum.

Rota tamen, veraque parte informante, & vtriusque partis informationibus visis, & diligenter discussis, censuit, examen validum fuisse, & propterea standum in decisis die 8. Iunij proximè præteriti. Nam citatio generalis facta coram Iudice delegante pro interessendo coram Iudice remissoriali, ad audiendum iurare testes, ac eorum dicta recipi, & alia fieri; sufficit, & durat pro toto termino in literis remissorialibus contento, nec est opus alia citatione postquam tale decretum Iudicis delegantis fuit parti, vel procuratori illius intimatum. Rota *in una Calagurritana Iuris votandi mense Ianuary 1590. coram R. P. D. meo Urano. Item in causa Toletana Decimarum de Salzedo coram me die 16. Ianuary eiusdem anni. Item in causa Dioetana Ecclesiastionum die 26. Martij 1590. coram Comitulo* nunc Episcopo Pe. mino, & *in alia Burgen. iuris Etium die 28. Maij anni 1590. coram R. P. D. meo Pamphilio*, & nouissimè *in causa Catanien. Illegitimitatis die 29. Maij anni 1598. coram R. P. D. meo Urano.*

Quod maximè videbatur Dominis constituēdum in hac causa, tum quia Camillus Cataneus, vnus ex fratribus habentibus interesse, comparuit in fine examinis coram Rectore, & non fuit conquestus propter defectum citationis, sed solum sibi reseruauit exceptiones contra personas, & dicta testium. argum. *l. cum prator, ff. de iudic.* Verall. *decis. 116. par. 1.* Quinimò comparitione censebatur habuisse noticiam citationis. Tum etiam quia hæc nullitas per 30. annos, & amplius non fuit opposita, nisi hoc nouissimo tempore, quo mortuis iam testibus iterum examinari non potuerunt; vnde videbatur minus attendere proposita ad iudicium deferendum.

Accedebat etiam, quòd testes de quibus agebatur fuerunt ter examinati. Primum coram Iudice laico ad perpetuam rei memoriam, Dominis de Cataneis contradicentibus.

Secundò, cum interrogatorijs partis, & interprete, coram Duce Veneto ad instantiam Cataneorum.

Postremò, autem coram Iudice Ecclesiastico pariter cum interrogatorijs partis. Ex quibus actibus purgabatur defectus citationis. Boer. *decis. 235.* cum alijs allegatis die 8. Iunij proximè præteriti.

Atque ex prædictis Domini tenuerunt pro validitate examinis, & steterunt in decisis.

R. P. D. Penia.

Perusina Spolij domus.

Veneris, 21. Aprilis 1606.

EPI-

EPITOME.

Testibus mortuis an sit adhibenda fides? Omissio citationis ad videndum iurare testes &c. suppletur per interrogatoria partis aduersę. Commissio sanatoria cum clausula, arbitrio Rotæ, quid operetur.

Ad Cap. 71. num. 8

DECISIO XLVI.

VTraque parte informante, Rota censuit fuisse locum arbitrio, ad effectum vt testibus, de quibus agebatur, fides adhiberetur. Quia licèt non adesset citatio ad videndum eos iurare, fuerunt tamen examinati cum interrogatoriis partis aduersæ, & Rota stante commissione, quòd adhibeatur fides sic examinatis, cum clausula, arbitrio Rotæ, solet examen sustinere, & fidem testibus adhibere: quia talis Commissio sanatoria cum dicta clausula remittit aliquid de rigore iuris. Puteus *decis. 301. incip. de mense Aprilis lib. 3.* Crescen. *decis. 4. de testib.* Cæs. de Graff. *decis. 11. num. 18. deprobat.* Ant. August. *in epit. tit. de testib. §. 18.* & fuit sæpè decisum. Et ratio est, quia pars dando interrogatoria videtur examini consentire. Put. *d. decis. 301. lib. 3.* & de eo habuisse notitiam, quam vigore citationis habitura fuisset.

Quod eo magis dicendum videbatur in hoc casu, in quo testes erant mortui, & agebatur de facto antiquo. Nam licet Rota non teneat simpliciter opinionem Bart. *in Auth. ut qui semel, C. de probat.* & *in l. admonendi, C. de iureiurand.* dicentis, testibus mortuis adhibendam esse fidem, ne ieraſse præsumantur; neque propterea recipiat consilium Bursatti 7. *num.* 10. nisi concurrant requisita, de quibus latè Rota apud Mohedan. *decis. 178. alias 5. de testib. in impress.* In hoc tamen casu, attento quod fuerunt iudicialiter recepti, & examinati cum interrogatoriis partis, & quòd aderat Commissio sanatoria cum clausula, Arbitrio Rotæ, meritò fuit dictum fidem fuisse adhibendam.

Neque obstabat quòd non fuerunt data interrogatoria concernentia personas testium. Quia dicebatur primo parti imputandum, si interrogatoria non satis benè conceperit.

Secundo dicebatur, ex productione interrogatoriorum duo cõsecuta fuisse pro sanatione examinis testium. Primum, quòd examini consenserit. Alterum quòd de illo notitiam habuerit: ex quibus cessabat defectus citationis.

Tertio dicebatur, interrogatoria tunc data personas etiam testium respexisse.

Denique nõ obstabat defectus mandati. Quia de mandato Fabritij de Signorellis constabat in actis: & quoniam tres erant in causa, Fabritius, Bernardinus, & Cecchus, Bernardini, & Cecchi mandatũ in personã Bartholomęi comparentis.

Et ex prædictis fuit resolutum, fidem fuisse testibus adhibendam.

R.P.D. Iusto.

Interamnen Hæreditatis de Brunellis.

Lunæ, 24. Aprilis 1606.

EPITOME.

Examen nullum ob defectum citationis ad videndum iurare testes &c. quomodo sanetur.

Ad Cap. 71. num. 8.

DECISIO XLVII.

SOlet Rota, quando habet arbitrium à Cõmissione, dare fidem testibus nõ ritè examinatis, si sint in examine data interrogatoria à parte: quia tunc non attenditur rigor iuris, cùm partes videantur ambæ consentire in examine faciẽdo. Cæsar de Graff. *decis. 11. deprobat* Crescent. *decis. 1. de fer.* Put. *decis. 301. lib. 3.* & vbi opponebatur defectus citationis ad videndum iurare testes, fuit decisum *coram R.P.D.mo Sacrato in causa Cæmonen. Pensionis 19. Ianuarij 1605.* & vltimo loco *coram R.P.D.mo Decano in Romana Alimentorum 10. Aprilis*, & *in alia Perusina Domus 21. eiusdem mensis præsentis anni*, & sæpe alibi: quapropter ita tentum fuit in hac causa.

Non obstat quòd interrogatoria non fuerint sufficientia: quia potius fuerunt excessiua vsque ad numerum quinquaginta duorum. Nec idco quadrat decisio Put. *301. lib. 3.* quantum ad hoc: quantum verò ad nullitatem, quòd examen testium fuerit factum extra terminum probatorium, hoc non fuit ostensum; verum & in his terminis fuit tentum pro validitate examinis coram Illustrissimo D. Cardinali Pamphilio *in Bononien Fabricæ 11. Martij 1602.* & *in allegata dec. Put. 301.* & ex cõmissione cum clausula Arbitrio, fuit sanatum examen nullum, non attenta protestatione, quod testes essent examinati extra tempus, & locum.

R.P.D. Merlino.

Rauennaten Pecuniaria.

Mercurij, 6. Nouembris 1624.

EPITOME.

Auditor Cameræ an sit Iudex ordinarius. Intellectus l. scripturas, C. qui potior. in pign. hab. Chirographarius creditor, quando præferatur instrumentario posteriori.

Ad Cap. 83. num. 19.

DECISIO XLVIII.

REsponderunt Domini sententiam Card. Virilis tunc Locumtenentis A.C. super prælatione crediti RR. PP. Cassinensium, esse confirmandam, quia & valida, & iusta visa fuit.

Valida, quia de iurisdictione iudicis, de mandato comparentium, de citationibus, & de obseruantia terminorum non dubitabatur.

Nec obstare dixerunt quòd idem Locumtenēs A.C. in eadem causa antea tulisset aliam sententiā pro ijsdem Patribus Cassinensibus; & proinde nō potuerit ferre secūdā, tanquā functus officio suo. Quoniam cùm A. C. dicatur iudex ordinarius à Papa substitutus, secundum glos. *in c. ne Romani, §. eo tamen, in ver. expiare, de elect. & electi. potest.* Vestr. *in praxi lib. 2. cap. 4. num. 4. vers. amplius.* Mandos. *de monitor. quæst. 44. nu. 3.* & Modern. Roman. *de appell. lib. 3. cap. 2. q. 19. rem. 1. concl. 6. nu. 79.* vbi *vers. non recedat*, testantur, A.C. ita de facto ordinarium in reputari: cum qua opinione videtur etiam transiuisse Rota *in Anconitana Pecuniaria*, 13. *February* 1615. *coram bo. me. Card. Sacrato*, & *in Melenitana seu Gadicensi Monasterij*, 22. *Aprilis* 1613. *coram R.P.D. meo Verospio*; Consequenter ipse Locumtenens Auditoris Camerę dum agnouit primam sententiam nulliter fuisse latam, potuit illam emendare, & nouā proferre; quemadmodum præcitati Doctores affirmant, & dixit etiam Rota *decis.* 16. *num.* 2. *de re iudic. in nou.*

Iusta etiam apparebat eadem sententia, per quam iudex declarauit in concursu creditorum Peregrini præferendos esse dictos Patres Cassinenses, Rubeo, & Passolino: Creditum quippe Monachorum fuit creatum sub die 6. Aprilis anni 1621. vt ex apocha à partibus subscripta, & quatuor testibus munita, & Camerali obligatione vallatà: Creditum verò Rubei, & Passolini initum fuit de mense Septembris eiusdem anni; & sic anterioritas Monachorum erat patens, quæ ex data scripturarum oculanter deducebatur.

Nec obstat quòd veritas crediti Monachorum contra Peregrinum non controuertatur, sed ius consistat in iustificatione, quòd apocha ipsorum verè fuerit extracta ante creditum Rubei, & Passolini creditorum pariter eiusdem Peregrini, & sic versari videamur in terminis *l. scripturas*, C. *qui pot. in pign. hab.* in quibus non sufficit quòd debitor cognoscat debitum, & testes recognoscant eorum subscriptionem, sed opus est quòd in depositione attingant, & exprimant tempus, quo apocha fuit à partibus subscripta, & ita omnem suspicionem antidatæ, & collusionis creditoris posterioris cum debitore in perniciem alterius creditoris anterioris excludant, prout tradiderunt Bald. *in conf.* 198. *num. 3. lib. 1.* Caccialup. *in l. admonendi, num. 65. ff. de iureiur.* Franch. *decis. 95. num. 8.* Sforz. Odd. *conf. 100. num. 65.* vbi de communi, *& num. 95.* & in hoc Testes pro recognitione apochæ Monachorum examinati videntur defecisse.

Verum respondebant Domini dispositionem *d. l. scripturas* totam fundatam esse in suspicione fraudis & antidatæ, ne sit in arbitrio debitoris per scripturam priuatam à se postea sub conficta die factam supplantare & eludere creditores anteriores: & propterea quoties certus esse potest iudex quòd re vera scriptura priuata præcesserit instrumentum, & quòd absit suspicio fraudis & antidatæ; tunc anterior creditor, etiam chirographarius, præfertur posteriori etiā instrumentario, iuxta *d. l. scripturas* dispositionem, quamuis non fuerint seruata ad vnguem omnia requisita illius legis. ita Bald. *in d. l. scripturas, nu. 15. vers. tu dic plenius*; & *d. conf. 198. num. 5. lib. 1.* Tiraquel. *de retract. conuent. §. 1. glos. 7. num. 55.* Decian. *conf. 11. num. 142. lib. 1.* Franch. *in prælegata decis 95. num. 7.* & sequuta est Rota *coram Card. Serapino decis. 879. num. 2. & seqq.* & *decis. 122. num. 1.* & in eadem causa prius coram Cardinali Blanchetto, vt *decis. 100. par. 4. diuers.* & *coram Card. Pamph. in Romana Pecuniaria*, 3. *Decembris* 1593 quæ est *decis. 53. num. 7.* post Pacific. *de Saluian.* in quibus locis Rota dixit, ad huiusmodi datæ veritatem comprobandam admitti etiam adminicula? & sequuta est etiam postea *in Firmana Prælationis dotis*, 21. *Maij* 1607. *coram Reuerendiss. Patriarcha Manzanedo*, & *in Romana domus de Cardellis*, 1. *Decembris* 1617. *coram* D. *Card. Canalerio.*

Hic autem plura vrgebant argumenta, quæ saltem insimul iuncta inferebant quòd re vera apocha Monachorum prius exarata fuerit quàm creatum creditum Rubei, & Passolini. Adest namque prima singrapha vsque de anno 1619. ab eisdem Monachis & Peregrino subscripta, quæ & in hanc posteriorem apocham influebat: adsunt quatuor testes subscripti, quorum duo recognouerunt manum & contenta in scriptura, & ipsemet debitor in iudicio fassus est debitum, & apocham acceptauit, in cuius executionem soluit libras 300. quæ quidem omnia ab eo gesta sunt tempore non suspecto, quo nempe adhuc ipse foro non cesserat.

Concurrunt præterea quòd dicta apocha Monachorum fuit eodem mense Aprilis 1621. in publico Archiuio registrata; quod necessariò infert, prius fuisse verè factam dictam apocham. Et tandem Domini vim faciebant in qualitate creditorum, scilicet ipsorum Patrum Monachorum Cassinensium, cuius Ordinis virorum conspicua integritas ac prudētia suadebat Dominis eos nequaquam adeo eorum instituti ac propositi immemores fuisse, vt qui sponte propria bona Euangelicæ perfectionis desiderio reliquerunt, ac Dei famulatui se manciparunt, alienis postea pecunijs dolosè inhiauerint; & falsitatis crimen perpetrauerint: & qualitatem creditorum in terminis *d. l. scripturas* magnifecit Rota *in dicta decis. 897. num. 7. coram Card. Serapbino.*

Quibus accedit, quòd valde inuerisimile est quòd tot personæ inimul, ac disparis conditionis, nempe & Monachi creditores, & Peregrinus debitor, qui tunc temporis decoctionem nō

suspicabatur, & quatuor testes, & Archiuista publicus officialis, in hanc simulationem, & creditorum perniciem cõspirauerint. Simulatio enim ac falsitas non solet pluribus exponi personis, ne facilè detegatur, vt not. Bald. *in l. hac consultissima, in fin. C. qui testam. fac. poss.* Becc. *cons.* 102 *num.* 27. Surd. *cons.* 132. *num.* 20. *in fin. & seqq.* Iuncto præsertim quòd nullum lucrum, vel vtilitatem ex hac antidata percepturi erant prædicti testes, debitor, & Archiuista: sine quo lucro non præsumitur quòd quis falsitati consentiat. glos. *in c. accedens, de crim. falsi.* Natt. *cons.* 324. *nu.* 10. Cravett. *cons.* 75 *num.* 16.

Neque obstat quòd archiuiatio apochæ Monachorum fuerit adnotata sub die 5. Aprilis, & tamen ipsa apocha habeat datam sub die 6. Quoniã ex supradictis patet, id errore, vel incuria notantis contigisse: & in omnem euentum, licèt esset erratum in die, non tamen verisimile est, fuisse erratum in mense Aprilis: & hoc sufficeret pro anterioritate Monachorum contra Pasolinum & Rubeum; quorũ creditum fuit creatum de mẽse Septembris eiusdẽ anni 1621. & sic semper esset posterius credito Monachorũ per plures mẽses.

Postremò Domini considerauerunt, hic nõ esse rigidè agendũ iuxta terminos *d. l. scripturas*: quia Pasolinus, & Rubeus posteriores creditores, qui concurrunt cũ Monachis pro eorũ credito, non nituntur publicis instrumẽtis, sed habet priuatas tantũ scripturas; quæ quidem & in pluribus deficiunt à requisitis *in d. l. scripturas*: & propterea absolutè præferendi sunt Monachi, tanquam anteriores ipsi Pasolino, & Rubeo; licèt & ipsa apocha Monachorum non habeat solemnitates *d. l. scripturas*. ita glos. *in verb. suum robur, in fin.* & Odofred. *ibid. col.* 1. *vers. si autem*, & post alios Petrus Caball. *cons.* 121. *num.* 7.

Et ita vtraque.

R.P.D. Dunozet.

Romana Anterioritatis.

Mercurij, 20. *Decembris* 1628.

EPITOME.

Suspicio antidatæ quomodo remoueri possit in concursu creditorũ. Concordia post primum contractum an induat nouationem: & de vi clausulæ, Sine præiudicio iuriũ, appositæ in transactionibus.

Ad Cap. 83. *num.* 19.

DECISIO XLIX.

FVit resolutum, Dominos de Baccellis teneri restituere D. Petro Eschinardo summam scutorum 718. 80. iuxta eorũ expressam obligationem de illa restituẽdo anterioribus creditoribus Francisci, & fratrum de Lauacchijs, & ad omne mandatum Domini, Seraph. *decis.* 1406. *num.* 1. & fuit dictum *in Romana Anterioritatis* 27. *Iunij* 1604. *coram bo. me. Card. Pamphilio* apud Zacch. *post tract. de oblig. Camer. decis.* 135. *num.* 1.

Anterioritas enim liquet ex apocha obligationis dictorum fratrum de Lauacchijs ad fauorem Petri Largier auctoris D. Eschinardi, confecta die 3. Decembris 1618. & sic per annum antecreditum dictorum de Baccellis, creatum de mense Decembris anni sequentis 1619. qua stante prioritate temporis negari nequit, D. Eschinardum fuisse etiam potiorem in hypotheca. *reg. prior, de reg. iur. in 6. l. potior*, & *l. creditores, C. qui potior. in pign. hab.*

Et quamuis prædicta apocha anterior concurrat cum publico instrumento cambij posteriori, celebrato ad fauorem Dominorum de Baccellis: hic tamen Domini nullam censuerunt militare suspicionem antidatæ, vt esse potuerit locus dispositioni *l. scripturas, C. qui potior. in pign. hab.* quia apocha fuerat iam in actis producta coram A.C. per D. Eschinardum citatis Lauacchijs, die 6. Aprilis 1619. & per eosdẽ Lauacchios excipiendo in iudicio allegata, subsequuta etiam reali productione concordiæ initæ inter ipsos Lauacchios, & Petrum Largier die 4. dicti mensis Decembris in dicta apocha enũciata per plures menses antequam instrumentum prædictum esset in rerum natura: vnde cùm constet de vera præexistentia dictæ apochæ, tollitur omnis suspicio antidatæ: pro qua remouenda sufficiunt etiam præsumptiones, & coniecturæ. Bald. *in d. l. scripturas. n.* 6. Gabr. *de probat. concl.* 10. *num.* 9. *cum seq.* Seraph. *decis.* 829. *nu.* 2. & *dec.* 1221. *n.* 1. Rot. *decis.* 53. *n.* 4. apud Statil. secundum nouam impressionem, & *in Rauennaten. Pecuniaria*, 6. *Nouembris* 1624. *coram* R.P.D. *meo Merlino.*

Non obstat, quòd apocha prædicta esset relatiua ad dictam concordiam succesliuè initam 4. Decembris 1618. inter Petrum Largier, & fratres prædictos de Lauacchijs, in qua fuit conuentum eosdem non posse cogi ad solutionẽ scutorum 1500. nisi venditis prius certis pannis eisdem per Petrũ Largier consignatis. Vnde inferebant informantes pro Baccellis, anterioritatẽ D. Eschinardi, & Petri Largier eius auctoris, non esse metiendam ex data apochæ, cum obligatio tunc videretur stare in suspenso, donec fieret exitus pannorum, iuxta tenorem d. concordiæ.

Fuit enim responsum, apocham cõtinere simplicem obligationem, & promissionem soluendi scuta 1500. Petro Largier, aut habenti ab eo legitimũ mandatum: per concordiã autem subsequutam, fuisse ijsdem Lauacchijs, pro eorum maiori commodo, per Petrum Largier creditorem concessam prefatã dilationem ad soluendũ, quousque facerent exitum pannorum: ideoque obligatio erat pura, & statim ab initio orta est actio, quamuis foret suspensa executio, & exactio pecuniarum vsque dum veniret tempus adiectum ad solutionem. *l. cedere diem*, vbi glos. *in verb. nedum venit, de verb. signif.* & *in l. certi conditio, verb. non potest, si cert. pet.* Bart. *in l. ita stipulatus. num.* 34. *de verb. oblig.* Rot. *decis.* 476. *num.* 12.

par. 1. diuers. conditio enim, vel tempus adiecta solutioni, & executioni non reddit obligationem ipsam conditionalem Bart. *in l. ita demum, §. sed si quidem, num. 1. ff. de recept. arbitr.* Ias. *in l. item quia, num. 21. ff. de pact.* Greg. XV. *dec. 117. num. 3. & 4.*

Neque prædicta prima obligatio, de qua in apocha confecta die 3. Decembris 1618. fuit extincta ex alia concordia inita inter Dominum Eschinardum, & Lauacchios de anno 1610. & sic post creditum illorum de Baccellis. Vnde pro eorum parte prætendebatur D. Eschinardum recessisse à iuribus primæ hypothecæ, & anterioritatis.

Quia per secundum contractum non censetur recessum à primo, nisi appareat de clara voluntate contrahentium faciendi nouationem. *l. fin.* vbi not. *C. de nouat. §. præterea inst. quib. mod. tollitur obligatio. Rot. decis. 392. num. 4. par. 1. recens.* in casu autem nostro ne dum non constat, D. Eschinardum voluisse recedere à prima hypotheca, sed imò contrarium apparet ex clausula in transactione, sine præiudicio suorum iurium, quæ præseruat hypothecam, & excludit animum nouandi. Grat. *cons. 136 num. 8.* Gozad. *cons. 35. num. 2.* Cardin. Mantic. *lib. 17. tit. 11. num. 16.* Surd. *cons. 385. num. 10.* vbi quòd nouatio pendet à voluntate contrahentium, & non potest melius demonstrari abesse animum nouandi, quàm per huiusmodi protestationem. Et in similibus terminis censuit Rota *in allegata Romana Anteriorit. 26. Iunij 1603. coram bo. me. Caranzan. Pamphilio* apud Zacch. *decis. 135. num. 4. & 5.* Vnde etiam sequitur, hanc secundam transactionem fuisse à D. Eschinardo initam pro maiori cautela, & ad se reddendum magis tutum ex noua obligatione, & iuramento debitoris, & sic tamquam factam cumulatiuè, & non extinctiuè, nullam sapere nouitatem, *ad l. obligationum ferè, 43. §. fin. de act. & oblig.* Cardin. Mantic. *lib. 17. tit. 1. num. 3. de tacit. & ambig.*

Neque obstat quòd dicebatur, prædictam reseruationem iurium esse restrictam ad residuum contra Petrum Langer, eiusque Hæredes. Quia ex lectura concordiæ apparet, D. Eschinardum voluisse sibi reseruare omnia & quæcunque iura contra quoscunque competentia: est enim concepta per verba vniuersalissima, quæ debent etiã latissimè, & vniuersalissimè intelligi, *ad l. Iulianus, & l. Testatorem, de leg. 3.*

Denum non refragatur allegata incompatibilitas, & repugnantia inter primam, & secundam concordiam. Quia in vim primæ Lauacchij non poterant astringi ad soluendum nisi venditis pannis: in vim autem secundæ, hoc tempus incertum venditionis pannorum fuit per contrahentes mutatum, & prouisum, quòd siue vendidissent, siue non vendidissent, tenerentur soluere intra annum; quæ mutatio temporis adiecti solutioni non importat aliquam nouationem obligationis. *l. fin.* ibi *seu tempus addiderit, vel detraxerit, C. de nouat.* Mantic. *lib. 17. tit. 4. num. 9. de tacit.* Gabriel. *concl. 2. num. 66. de nouat.*

Et ita vtraque.

R. P. D. Binarino.

Romana Medietatis domus de Gaddis.

Lunæ, 12. Februarij 1578.

EPITOME.

Statutum Vrbis prohibens incolis, & districtualibus appellationem &c. an debeat seruari in sententijs Rotalibus? Tribunal Rotæ non venit appellatione Curiarum.

Ad Cap. 85. num. 1.

DECISIO L.

IN causa Romana medietatis domus dubitatum, an Statutum prohibens appellare Ciuibus, Incolis, & districtualibus Romæ, habeat locum in sententijs Rotalibus: & ter istam difficultatem Dominis proposui. Et licet appellatio possit dici de ordinatorijs, quia concernit processum, & illius fabricationem; & ideo non videtur mirum si Rota, referente D. de Grassis, tenuit appellationem esse de ordinatorijs, vt per Achill. *decis. 12.* allegata per intrantes, quia Domini constituerunt tres casus: Primus est, quando Statutum in totum tollit appellationem, & tunc secundum omnes est decisorium: Secundus est, quando non simpliciter tollit appellationem, sed limitat ratione temporis, vel alias, veluti quòd non liceat appellare nisi intra quinque: & hoc casu est ordinatorium; ita Franc. post alios, *in cap. si duobus, §. denique de appell.* Tertius est casus, quando Statutum non in totum tollit appellationem, sed prohibet ne secundo liceat appellare: & hoc casu cùm ordinatoria dicantur, quæ ius non perimunt in instantia processus, & alia, quæ illius validitatem respiciunt, Innoc. *in cap. quod clerici, de for. compet.* vbi vero ius partis perimunt, licet quodammodo ordinem respicere videantur, tamen mixturam habent cum decisorijs, ita quòd cum fiunt, sunt ordinatoria, sed quia perimunt dicuntur decisoria; sed res iudicata, quæ a Statuto fit, finem liti imponit: vbi enim appellatio tollitur, hoc ideo fieri intelligitur vt huic litibus imponatur. *l. ne cunctis, l. iubemus, l. in ordinandis. ff. de appell.* Et licet appellatio certo modo videatur respicere ordinatoria, illud est ratione termini infra quem debet fieri, vt dicimus de probationibus, Dec. *in cap. ad nostram, de probat. num. 10.* Ruin. *cons. 69. lib. 4.* ideo non refert an appellatio simpliciter in totũ, vel secundariò tollatur. Et propterea Domini dixerunt Statutũ hoc habitum pro decisorio: & voluerunt seruari in omnibus curijs, non quòd appellatione Curiarum veniat Tribunal Rotæ, sed quia Statutum debet vbique seruari. Si tamẽ hæredes de Gaddis habent aliud releuãs contra sententias, audiatur.

R. P. D.

R. P. D. Robusterio.

Romana Dotis de Mellinis.

Lunæ, 17. *Februarij* 1578.

EPITOME.

Hypothecaria an detur contra tertium possessorem pro fructibus dotalibus decursis ante restitutionem dotis, vel donationis propter nuptias. Hypotheca quibus verbis inducatur. Alimenta præterita an debeantur, & an censeantur remissa per solutionem dotis & donationis propter nuptias? Statuta Vrbis concedentia hypothecam pro fructibus dotis an sint decisoria.

Ad Cap. 84. num. 1.

DECISIO LI.

DOmina Gentilesca de Astallis post obitum sui viri ab anno 1558. cœpit agere ad recuperationem dotis, & donationis propter nuptias; & ea defuncta, Domina Blanca de Mellinis illius neptis, & hæres, continuauit idem iudicium; & tandem recuperauit dotem, & donationem præfatas, & nunc ab illorum recuperata solutione petit alimenta debita Gentileschæ, iuxta formam Statutorum Vrbis, *lib. 1. cap. 137. & 138.* debita, & decursa, ac non soluta à die mortis vsque ad diem satisfactionis dotis, & donationis huiusmodi. Et quia petit sibi satisfieri de dictis alimentis à Monialibus Sanctæ Matthæ, & litis Consortibus, vti possessoribus domus, & furni, quæ aliàs fuerant hypothecata Gentileschæ pro dote, & donatione præfatis, & dictæ Moniales, & litis consortes prætendunt Blancam hæredem non posse agere pro dictis alimentis contra illos tertios possessores; nullamque pro illis competere hypothecariam de iure communi, nec vigore Statutorum præfatorum Vrbis; & quatenus competeret, fuisse extinctam per solutionem dotis, & donationis propter nuptias: Ideo dubitatur præsertim; posito, sine veri præiudicio, quòd de dote, & donatione propter nuptias fuerit satisfactum prædictæ hæredi Gentileschæ, antequã ageret pro alimentis decursis cõtra illos tertios possessores, An ex dispositione iuris communis, vel Statutorum Vrbis, præsertim *lib. 1. cap. 137. & 139.* competat in casu, de quo agitur, actio hypothecaria contra illos tertios possessores, pro eisdem alimentis, seu fructibus decursis ante satisfactionem dictarum dotis, & donationis propter nuptias?

Et quamuis ex dispositione iuris communis res apud Dominum Ponentem haberet non modicam difficultatem, an pro istis fructibus, seu alimentis competat mulieri actio hypothecaria contra tertios possessores, ex not. per speculat. *in tit. de dote ex diuort. resti num. 15.* Bart. *in l. Lucius, de alimentis, & cibar. legat.* Bald. *consil. 268. super punct. num. 3. lib. 5.* & Imol. *in l. Socer dotem, §. si procur. in fin. ff. solut. matrim.* Roman. *consil. 454. num. 18. vers. quoad vltimum*, vbi addit. Bald. Nouell. *de dot. par. penult. 7. col. penult. vers. 2. casu principali*, Negus. *de pignorib. in 4. par. membr. 2. secunda part. n. 47. 52. & 53.* Paris. *consil. 126. num. 8.* & plures sequuntur *lib. 1.* Forest. *de lucro dotis, glos. 8. n. 22. & 23.* Marsi. *cons. 18. pag. 2. & seq.* cum alijs cumulatis per Antonium Gabrielium *de alimentorum condit. conclus. 3.* vbi asserit negatiuam opinionem esse magis communem: Tamen Domini resoluerunt induci condictionem, seu actionem ex dispositione dictorum Statutorum, & competere mulieri hypothecariam contra tertios possessores pro satisfactione dictorum alimentorum à die moræ decursorum.

Nam clarum in iure est, quòd sicut ex pacto inducitur hypothecaria, ita etiam ex sola statuentium voluntate absque partium consensu. Bart. & Ioannes de Plat. *in l. fin. num. 1. C. de recept. lib. 10.* cum alijs per Socin. *consil. 240. num. 1. lib. 2.* ac insuper inducitur tacita, & expressa, ac quibuscũque verbis etiam improprijs, dummodo subiecta materia non repugnet, Socin. *cons. 93. col. 1. & 2. lib. 1.* Negusant. *de pignorib. par. 3. membr. 1. nu. 3. sed ponderandum. cart. 78.* ibi, *alimenta præbeant.* & ibi, *quod prædicta porrigant bonorum possessores rerum obligatarum pro dote*, & ibi, *executio verò dicti mandati alimentorum potest fieri tam contra bona, & possessores rerum obligatarum pro dote realiter, & personaliter pro solutione, & de his fiat immissio in possessionem in dictis rebus. si possessor noluit soluere alimenta &c. cart. 78.* ibi *& alimentorum, & quæcunque alia, ex quibus aliquid debeatur sub solo nomine dotis, per iudicem executioni demandentur contra debitores, & contra hæredes, & quoscunque bonorum possessores obligatos tacitè, & expressè & contra dispositionem dotis, & bona eiusdem hæredis, seu habentes ab eis causam in possessionem bonorum prædictorum mobilium, & immobilium, nomina debitorum prædictorum petita elegerint.* & ibi, *iudex sine consilio pronuncies, dicta bona mulieri, & eius hæredibus, seu ab eo causam habentibus fore adiudicanda pro quantitate petita.* & ibi, *quam lata vsque aduerti per quamdam dationem in solutum, &c.* & ibi, *possunt tantum vsque aduerti re vera.*

Ex quibus apparet, quod ponitur necessitas soluendi alimenta prædicta etiam ipsis tertijs possessoribus bonorum obligata, vt adstringantur, vendantur, & detur in solutum, & mulieri adiudicentur, & ipsa ponatur in possessione eorum: & proinde cùm hæc pendeant à mera voluntate statuentium, apparet clarè, quod pro illis alimentis debitis inducitur hypotheca dictorum bonorum, etiam contra tertios possessores. Nam in his, quæ pendent à mera voluntate alicuius, etiam consequenter infertur ad necessa-

rium antecedens, *l. ad rem mobil.* & *l. ad leg. ff. de procurat. l. illud*, vbi Paul. Castr. *num. 2. in fin. de acquir. hæred.* Aym. *cons.* 134. *num.* 45. etiam in sententijs, & alijs dispositionibus Statutorum, & Iuris. Socin. & alij *consil.* 129. *num* 4 facit *l. fin.* vbi Cin. & Bald. *in prim. C. quæ res pign. oblig possint*: vbi ex sola necessitate dicitur inducta hypotheca contra tertium possessorem; & vbi disponitur quod ponatur in possessionem, aut bona vendantur, aut recipiantur in solutum. *l. creditor, §. post diuisionem, qui pot. in pign. habentur*, vbi Bart. *cum suis addit.* & Bald. *num. 2 cum seq.* Negusant. *de pignorib. par. 3. membr. 1. num. 3. 4. & 5.*

Nec refert quòd ista dicantur alimenta præterita, quæ regulariter non debentur ex officio Iudicis. Angel. *l. contra. num. 4. de eo quod certo loco*, Paul. de Castr. *in l. diuort. ff. soluto matrim.* Tamen respondetur, quod huiusmodi alimenta debentur non officio iudicis, sed iure actionis; cùm vt dictum fuit, ex huiusmodi Statutis oriatur actio etiam in hypotheca contra dictos possessores: quo casu debentur præterita alimenta, etiam vbi mulier, vnde se alat habere potest, aut fuerit ab alio alita. Alex. & alij *in l. de alimen. C. de transact.* Et idem vbi hæres mariti fuit in mora restituendi dotem, prout hic. Paul. Castr. Alex. & alii *in d. l. de alimen.* Imò etiam absolutè debentur alimenta mulieri quousque dos sibi non restituatur: quia dos est causa finalis præstationis ipsorum alimentorum. Baldus *cons.* 58. alijs *cons.* 224. *in retti. dot. num. 7. in 2.* cum alijs per Dec. *in l. de alimen. l. 1. & 2. C. de transaction.*

Minus facit quod dicitur, quòd stante præambula satisfactione dotis, & donationis propter nuptias, præfata alimenta præterita censeantur remissa ratione tacitæ voluntatis, & tacitæ remissionis, seu ex alia iuris necessitate, iuxta not. per Bart. Iason. & alios *in l. si post moram, de eo, quod certo loco.* Quia cùm huiusmodi alimenta debeantur non officio iudicis, sed iure actionis, vt dictum est, cessat hæc difficultas, vt considerant Bartol. Ias. & alii *in dicta l. si post moram, de eo, quod certo loco.* Ias. *in l. 1. col. 1. in fin.* & præsertim *num. fin. C. de iudic.* vbi considerat actionem vtilem de dote.

Nec etiam obstat, quòd cùm cessauerit actio, & hypotheca dictæ dotis, & donationis propter nuptias, consequenter cessauerit hypotheca pro dictis alimentis; ex qua solutione eius quod debetur, tollitur obligatio principalis, & accessoria, *l fin. C. de confi. privil. l. Modestinus, §. solut. matrimon. ff. de solut.* cum alijs per Socin. *consil. 173. in prim. lib. 2.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 143. num. 2.* Nam respondetur quòd dispositio facta de alimentis, intelligitur facta æque principaliter, sicut dispositio de dote, & donatione propter nuptias, cùm non sint factæ istæ dispositiones per distinctiones disiunctiuas, sed copulatiuas, & æque principaliter disponant; vt post alios considerat Mainer. *in l. cum principalis, num. 101. vers. sed de vtraque fuerit facta mentio, de regul. iur.* Dec. & alii per Achill. de Gratijs *de commiss. decis. 14.* Et quicquid sit cùm fuerit consummatus effectus huius dispositionis alimentorum; & semel inducta actio hypothecaria, antequam essent solutæ dos, & donatio propter nuptias; licèt fit postea satisfactum de dote, & donatione propter nuptias, remanet nihilominus actio & hypotheca pro alimentis præfatis, vt omnes declarant *in dicta l. cum principalis per tot.* Mainer *num. 998. 999. cum tribus seqq.* Præterea, cùm dos, & alimenta ob dotem non restitutam tendant ad diuersos effectus, & non militet eadem æquitas tollendi vtrumque, durat hypoteca pro dotis fructibus. *l intelligere, C. de evict. pign l. & bus. C. de præd. minorum*, cum alijs per Mainer. *in dicta l. cum principalis, num 43. 94 & 99. & tribus seqq. de regul. iur.* Et multo magis in hac actione de dote videlicet quæ durat eadem etiam pro istis accessibus. Ias. *in l. 1. num. 10. de iudic.*

Non obstat quòd Statuta præfata loquantur de bonis possessorum obligatis pro dote, & donatione propter nuptias, vt in locis suprà ponderatis: & nisi iustificetur ista qualitas bonorum obligatorum pro dote, & donatione propter nuptias, non intrant dicta Statuta. Ioan. Andr. & alii *in cap de homicid. num. 6.* Bart. *in l. 1. §. ait prætor, ne quid in loco publico.* Alexand. *cons. 88. num. 2. lib. 4.* Dec. *cons. 150. num. 10.* Paris. *cons. 138. num. 8. lib. 4.* Cessante enim præsupposito dictorum Statutorum consequenter cessat ipsorum dispositio. glos. Iacob. Ruin. Salicet. & alii *in l. si mancipia, C. de seru. fugit.* Alex. *in rubr. soluto matrimon. num. 22.* Dec. *in l. 1. num. 13. in fin. cum seqq. C. eod.* Ruin. *consil. 89. in fin. lib. 5.* Rip. *in cap 2. num. 39. de rescript.*

Nam respondetur, iam ex actis constare, dominum, & furnum præfatos fuisse obligatos pro huiusmodi dote, & donatione propter nuptias; & sat est, bona præfata fuisse aliquando obligata: nec requiritur quod durent pro illis obligata, vsque ad petitionem, & satisfactionem dictorum alimentorum, attentis verbis, & ratione ipsorum Statutorum, vt in qualitate momentanea, aut successiua considerant Bald. Alex. & alii per Dec. *in l. si quis hæredi, in 2. not. C. de instit. & substit.* & plures cumulant Modern. à Valle *cons. 52. num 95.* cum pluribus sequentibus, *lib. 2.* præsertim. cum vt dictum est, condictio ex lege, seu actio in factò, & hypotheca pro alimentis fient principaliter, & de per se; & extincta vna parte debiti dotis, & donationis propter nuptias, non extinguitur actio pro alimentis, præsertim in hac actione reali de dote, in qua istæ accessiones veniunt iure eiusdem actionis primæ vniuersalis de dote. Ias. *in l. 1. volum. 2. num. 10. C. de iudic.* cum alijs suprà allegatis.

Nec est verum quod Statuta præfata loquantur de bonis pro dote, & donatione propter nuptias obligatis tempore executionis faciendæ pro alimentis, iuxta not. *in l. in delictis, §. si detracta, de noxalibus. l. si Titius de mil. test.* ex quo verba *contra bonorum possessores rerum, & bonorum obligatorum*, prolata, in dubio sunt intelligenda demonstratiuè, & non taxatiuè. Ias. *in l. Centurio, num. 5. de vulg. & pupill. substit.* & tanto magis fauore alimentorum, & dotis. *l. Lucius*, vbi Bart. & alii *de alim. & cibariis legat.* Nec ista habuerunt difficultatem aliquam

apud

apud Dominos de Rota, ex lectura ipsorum Statutorum.

Vltimo non obstat quod dicitur, quòd huiusmodi Statuta sint ordinatoria, & non decisoria, & proinde non sint in Rota attendenda. Quoniam imò sunt decisoria, vt Domini in ista causa pluries dixerunt, & ego in alio folio latè notaui.

R. P. D. Orano.

Romana Assertæ Dotis.

Lunæ 29. Nouembris 1593.

EPITOME.

Ius canonicum constituens alimenta filijs illegitimis, seruatur in vtroque foro: etiam quoad dotem assignandam filiæ spuriæ; & pro ea competit actio contra hæredem patris.

Ad Cap. 85. num. 5.

DECISIO LII.

COmmuniter receptũ est, spurijs vtriusque sexus à patre de iure canonico alimenta deberi, idque naturali pietate inspecta, per text. *in cap. cum haberet de eo, qui dux. in vxor. quam poll.* Couar. *lib. 4. decret. in epit. 2. cap. 8. §. 6.* Gabriel. *de alimen. conclus. 1.* & vt inquit Bald. *in l. si maritus. ff. solut. matrim.* miserationis gratia, non quidem secundum dignitatem, sed necessitate ea petentis: nam alias si exclusa necessitate præstentur, præsumptio fraudis oriatur. Bart. *in l. fin. de bis, quibus vt indign.* Et licet Doctores cõtrouertãt, an hoc in foro ius canonicum sit recipiendum; tamen frequentius itum est in sententiam affirmatiuam; vt multis comprobat Roland. à Vall. *conf. 35. num. 47. lib. 1. conf. 89. num. 1. & seq. lib. 3.* quod etiam attenditur ad dotis assignationem faciendam filiæ spuriæ. Bart. *in dicta l. fin. verf. idem dico in dote, & in authent. ex complexu, C. de incest. nupt.* Bertrand. *conf. 210. lib. 1.* cum relatis per Gabr. *conclus. 1. de aliment. num. 13.* Paleot *de noth. & spur. cap. 49.* quia non minus est fauorabilis causa dotis, quam causa alimentorum. Euerard. *in loc. ab aliment. ad dot. & è contra.* Adeo quod si pater beneficium naturæ perso uet, prius quam filiæ de dote prospexerit, possit per eam contra hæredem patris ad eius præstationem procedi. Couar. *d. cap. 8. §. 6. num. 14.* Gabr. *dicta conclus. 1. num. 10. ampliat. 6.* Roland. à Vall. *conf. 54. num. 59. & seq. lib. 2.*

Ex quibus concluſum fuit, Dominæ Liuiæ Sanctacruciæ ab hærede parentis dotem soluendam; & de quantitate particulariter videndum.

R. P. D. Manzanedo.

Romana Alimentorum.

Lunæ 3. Iunij 1613.

EPITOME.

Ius alimentorum an competat collateralibus vltra primum gradum, & quid, si sint illegitimi?

Ad Cap. 85. num. 5.

DECISIO LIII.

PEndente ista causa coram bonæ memoriæ Penna, fuit resolutum die 15. Decembris 1607. Ferdinando, & Orinthiæ alimenta deberi. Cui resolutioni cùm pars Moderni Marchionis de Maximis acquiescere nollet, hodie proposui causam super eisdẽ. Et Domini in decisis steterunt, moti ex rationibus, & fundamentis in decisione adductis; & etiam ex eo, quòd frater tenetur ex bonis primogenituræ præstare alimenta non solum fratri inopi, Socin. *conf. 47. num. 5. lib. 3.* Tisaq. *de iur. primog. quæst. 43.* Couarr. *in epit. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 6. vers. quarò deducitur:* sed etiam nepotibus ex dicto fratre. Quia sicut illi ingrediuntur in locum patris in successione, *§. si quis igitur, authent. de hæredit. ab intest. venient. authent. cessante, C. de legit. hæredib.* Paris. *conf. 2. num. 44. vol. 1.* Ferret. *conf. 232. nu. 2.* Caualcan. *decis. 9. num 16. par. 2.* Ita etiam in eiusdem locum ingredi debent in commodo recipiendi alimenta, Surdus *de aliment. tit. 1. quæst. 28. nu. 2. & 3. & 11.* eadem enim æquitas, quæ vigebat in fratre, viget & in filijs fratris. Siluan. *conf. 33. nu. 5.* Monter. *dec. Aragon. 16. num. 14.*

Quod facilius procedit in casu nostro: quia cùm isti nepotes sint descendentes à Luca seniore, qui primogenituram instituit, debent ali ex bonis dictæ primogenituræ. Vinc. de Franch. *decis. 178. num. 9. & seq.* Surdus *dicto tit. 1. quæst. 27. num 4. & 5. & quæst. 28. per totam.* Monter. *vbi supra num. 29.* prout obseruari videmus in bonis fideicommisso subiectis, ex quibus debentur alimenta eis, qui à fideicommittente descendunt. *Authent. res quæ, C. comm. de leg.* vbi D. Petra *de fideicom. quæst. 8. nu. 480.* de communi. Peregrin. *de fideicommiss. art. 42. num. 86.*

Quibus non obstat, quod ius alimentorum non porrigatur inter collaterales vltra primum gradum: quia hoc est verum de rigore iuris ciuilis, secus verò est de iure canonico, quod considerat æquitatem naturalem, quæ vult, vt sicut frater pauper ali debet, ita etiam subsistente eadem paupertatis ratione, ali debeat nepos, ex supradictis; & ex eo quòd quilibet coniunctus tenetur ad præstandum coniuncto subsidia vitæ,

vt

vt est text. *in cap. cùm quidam, §. fin. de iureiur.* & ibi Bald. *num. 2. in fine*. Vnde cùm simus in materia alimentorum, non ius ciuile, sed canonicum, seruari debet etiam inter laicos. glos. fin. *in cap. cùm haberet, de eo, qui dux.* & ibi Abbas *num.* 5. & Butr. *num.* 11.

Minus obstat quòd isti nepotes sint illegitimi. Quia in materia alimentorum æqualis est conditio naturalium, & legitimorum. Lup. *in cap. per vestras, §.* 23. *num.* 11. *de donat. inter vir. & vxor.* Falcott. *de noth. & spur cap.* 48. *num.* 1. Surd. *vbi supra tit.* 7. *quæst.* 9. *num.* 5. & dixit Rot. *in vna Romana Alimentorum de Verospis, 16. Februarij* 1568. *coram bonæ memoriæ Seraphino*. Quod maxime procedit in casu nostro cùm ad illam primogenituram in defectum legitimorum testator vocauerit naturales, exclusis feminis legitimis: vnde videtur illos habuisse in consideratione, & interim voluisse, illos alij de bonis dictæ primogenituræ, cùm aliàs non possent ad succedendum superuiuere. *l.* 1. *§. etsi incertum. ff. de ventr. in possess. immitt.* Surd. *vbi supra quæst.* 8. *num.* 4. & cùm alter ex his nepotibus, nempe Ferdinandus, fuerit exclusus à successione primogenituræ propter legitimos, ab ipsis videtur alendus, *§. si quis igitur habens, quib. mod. nat. effic. sui. amb. licet, ad fin. C. de natural. liber.* Monter. *vbi supra, num.* 5. *&* 32. Siluan. *d. consil.* 33. *post num.* 11.

Neque facit quòd hodie alimenta non petantur à patruo, sed ab eius filio, qui est in remotiori gradu. Quia prædicti Doctores loquuntur etiam in hærede patrui, vt Surd. *dicta quæst.* 28. *num.* 1. *in fin.* Et cessat difficultas, quia alimenta non petuntur de bonis primogenituræ habent annexum huiusmodi onus alendi istos descendentes ab institutore ipsius primogenituræ: quod onus tanquam reale sequitur ipsam rem, Capic. *decis.* 164. *num.* 3. Vinc. de Franch. *decis.* 178. *num.* 9. *& seq.* Monter. *vbi supra, num.* 29.

Non obstat allegata paupertas legitimorum, & eorum numerus. Quia illa non probatur; quinimò de contrario constat ex decisione in hac causa facta 15. *May* 1612. vbi fructus annui istius primogenituræ fuerunt liquidati in scutis 2600. vltra duo Castra, nempe Perlei, & Pisserti, de quorum reditu fuit reseruatum particulariter videri.

Tandem non obstat Orinthiam esse nuptam, & maritum tenere illam alere, & sic non posse pretendere ex bonis primogenituræ alimenta, cum habeat vnde ali possit. Quia istud procederet si habuisset aliquam dotem: sed cùm illam non habuerit, non videntur dicta alimenta ei deneganda, donec illorum loco assignetur dos, quæ in certa quantitate ei venit constituenda, cùm videantur quodammodo dos, & alimenta inuicem alterius subire officium. Alex. *in addit. ad Bart. in l. cum is, §. si mulier, in.* C. *de condit. indebit.* Rota *diuersor. decis.* 538. *num.* 2. *par.* 1. & fuit dictum *in Romana Dotis de Bonicompagnis*, 6. *Aprilis* 1609. *coram D. meo Sacrato*, & in eadem, 29. *Aprilis proximè præteriti coram D. meo Cauallerio*.

Cardinali Millino.

Romana Exequutionis.

Veneris 8. *Iunij* 1608.

EPITOME.

Mandatum relaxatum contra bona hæreditaria, non citatis ijs, qui principaliter lædi possunt, non sustinetur.

Ad Cap. 85. *num.* 8.

DECISIO LIIII.

FVit resolutum, mandatum non esse exequendum: quia fuit nulliter relaxatum contra bona hæreditaria, nec citato hærede; & si hæreditas esset iacens, ei non deputato, & citato curatore, qui representaret personam hæredis; iux. *l.* 1. *ff. de cur. bon. dan.* Ang. *in l. dies cautionis, §. toties, num.* 3. & ibi *Alex. in §. prætor ait, num.* 4. *ff de dam. infect.* Matheul. *sing.* 4. *num.* 7. Statutum verò *lib.* 1. *cap.* 85. cuius vigore petitur exequutio, requirit citationem personarum, quæ ex hoc principaliter lædi possint; & sic vel ipsius principalis debitoris, vel hæredis: & ideo cùm non fuerit seruata ista forma, neque ex hoc capite mandatum sustineri potest.

R. P. D. Penia.

Romana Vineæ.

Lunæ 3. *Iulij* 1606.

EPITOME.

Exequutio facta super re in mandato non comprehensa, an sit valida? Pro dote an detur actio exequutiua contra tertios possessores. Declaratur Statutum Vrbis c. 77. lib. 1. in antiq.

Ad Cap. 85. *num.* 14.

DECISIO LV.

ROta, vtraque parte informante, de excessu exequutionis, & consequenter de spolio constare censuit. Nam iudicium fuit intentatum ad instantiam Praxedis contra bona hæreditaria q. Suarij pro restitutione residui dotis scutorum 57. & aliorum ducatorum 250. pro donatione propter nuptias, vt apparebat ex libello, in quo Praxedes petijt

petijt se declarari creditricem q. Marij in prædictis summis.

Item ex omnibus citationibus, in quibus dicebatur Romana Discussionis hæreditatis q. Marij de Fuschis; & magis expresse ex ipsa sententia, in qua Praxedes declarabatur creditrix q. Marij, & contra eius bona hæreditaria fuit decretum mandatum, in quo dicebatur, Auferantur de bonis Pomponij, & Vincentij hæredum q. Marij.

Ex his enim patebat omnes actus iudiciales fuisse factos contra bona hæreditaria Marii, & consequenter cùm executio fuerit facta, nedum super medietate vineæ ipsius Marii, sed etiam super alia medietate spectante ad Alexandram Martinellam, executio fuit manifestè excessiua tanquam facta super re in mandato non comprehensa; nam medietas vineæ, quæ pertinebat ad Alexandram, non erat de bonis hæreditatis q. Marii. Gabr. *conf.* 52. *incip. pulo Licinia*, nu. 2. & 4. *lib.* 1.

Nõ obstat dicere quod Praxedes poterat agere fauore dotis executiuè etiam contra tertios possessores, vigore Statuti Vrbis *lib.* 1. *cap.* 77. *in antiquis*. Quia fuit responsum, non fuisse intentatam istam viam, sicut patebat ex tenore libelli, & sententiæ: vnde fit locus regulæ, Quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui: de in hoc individuo illud verum est, mandatum quod fuit executum contra hanc vineam Alexandræ, fuisse relaxatum contra hæredes, & bona hæreditaria Marii, non autem contra bona à tertijs possessoribus detenta.

Supradictis accedebat, quòd fortasis aeque viæ executiuæ erat locus ad fauorem Praxedis: quia non concurrebãt requisita à Statuto. Nam Praxedes non habebat instrumentum pro suo credito dotis, & tamen Statutum loquitur de instrumentis dotalibus, & de illorum executione, & iure fauore dotis, pro quibus contra tertios possessores non competit via executiua, sed est ordinariè procedendum, & facienda executio contra principalem debitorem. glos. *in l. vbi adhuc, in ver. qui non potiora iura*, C. *de iur. dot.* quam communiorem vocat Negusant. *de pignor. par.* 8. *membr.* 1. *princip. num.* 13. *vers. tamen contraria.*

Nec dicatur quòd Alexandra citata debuit producere instrumentum emptionis vineæ; quod cùm non fecerit, non poterat dici à Iudice spoliata. Quia fuit responsum primo, Alexandram anno 1573. instrumentum emptionis vineæ in iudicio simul cum libello produxisse.

Secundò fuit responsum quòd cùm iudicium fuisset specificè intentatum contra bona hæreditaria, & hæredes Marij, Alexandra, quæ non tenebatur diuinare quòd executio veniret faciẽda contra bona creditorum, non debuit aliquod instrumentum producere.

Postremò non poterat defendi excessus, vel spolium ex eo quod in aditione hæreditatis Marij citata Alexandra, hæc vinea fuit descripta in inuentario tanquam de bonis hæreditarijs Marij. Quia illud iudicium ab hoc fuit diuersum, in quo non fuit productum inuentarium: quod licèt esset factum per eundem notarium, & reperiretur inter eius acta, ex quo non fuit reproductum parte citata, non dicebatur de actis huius causæ, vt censuit Rota *in causa Romana Census de Cæsarinis coram D. Cardinali Pamphilio tunc Rotæ Auditore.*

Vnde etiam si hodie de tali inuentario constaret, non posset vigore illius iustificari, vel excusari spolium.

Cardinali Sacrato.

Romana de Bombellis.

Veneris 31. *Maij* 1613.

EPITOME.

Iudex subrogatus an teneatur seruare formam iudicis, in cuius locum subrogatus est? Declaratur Decretum Visitæ Carcerum, quòd pendẽtibus ferijs Natiuitatis, &c. Manutentio an competat contra factum Iudicis notoriè iniustè procedentis?

ad Cap. 91. *num.* 19.

DECISIO LVI.

IOannæ dandum esse mandatum de manutenendo fuit resolutum: quia constat de eius possessione ex immissione ei data per D. Macchiauellum Iudicem, qui potuit priuare Helenam eius anteriori possessione. Ang. *in l. qui vniuersas, §. item cùm prætor, in fin. ff. de acquir. possess.* Imol. *in l. eiam possidere, §. qui ad nundinas, num.* 1. *vers. si autem occupasset iurisdict. ff. eod. tit.* Dec. *cons.* 105. *nu.* 1. *vers. sed nunc insurgit.* Mohed. *decis.* 4. *num.* 4. *de restit. spol.* Quæ autem fuerunt pro parte Helenæ deducta ad docendum quòd iudex neque ritè, neque rectè processerit, visa fuerunt non obstare.

Et primò, quòd D. Macchiauellus processerit absque voto Rotæ; quod facere non poterat, tum quia fuit subrogatus in locum bo. mem. D. Alnari, qui iã cœperat procedere cum voto Rotæ; tum ex particulari commissione dicto D. Macchiauello directa, quòd deberet procedere de voto Rotæ. Nam quantum ad primum fuit responsum, nullo iure caueri quòd si vnus iudex incipit procedere de voto, alius in eius locum subrogatus teneatur id facere; & quod dicitur, subrogatum teneri seruare formam, quam seruabat ille, in cuius locum est subrogatus, ex Felin. *in cap. cum dilecta, num.* 7. *ampl.* 7. *de rescript. cum alijs alleg.* procedit quando ille primus seruabat illam formam ex necessitate, puta quia sibi demandatum fuerat vt procederet sub illa forma, vt exemplificat Felin. *loco allegato.*

Quò

Quò verò ad Commissionem directam Macchiauello, fuit responsum quòd Commissio non fuit præcisa, & simplex, quòd deberet procedere de voto Rotæ, sed addita fuerunt illa verba in articulis, si bene visis; & proinde potuit D. Macchiauellus in articulis, qui sibi non videbantur digni decisione Rotali, omittere susceptionem voti Rotalis. Et licèt replicaretur quòd D. Macchiauellus ne dum omisit suscipere votum Rotale, sed in aliquibus processit contra decisiones Rotæ factas ad contuitationem D. Aluari anteriòris Iudicis in hac causa: quod non videtur potuisse facere: quia clausula, arbitrio, refertur ad susceptionem voti Rotalis, hoc est, vt possit illud non suscipere, non autem vt possit postquam susceptum est spernì; Visum fuit motiuum non subsistere in facto, quòd scilicet D. Macchiauellus contrauenerit decisioni Rotali, vt late fuit deductum per informantes pro Ioanna comparando sententiam cum decisionibus.

Secundo dicebatur de nullitate sententiæ D. Macchiauelli, quia fuit lata post lapsum fatalium. Sed inter alios placuit illa responsio, quòd durante tempore ad habendum consilium sapientis, non currunt fatalia. Corn. *consil.* 182. *nu.* 3. *lib.* 3. Ruin. *cons.* 181. *nu.* 8. *lib* 4. & *cons.* 77. *num.* 5. *lib.* 5. Gabr. *tit. de arbitr. conclus.* 14. *num.* 3. In proposito autem casu negocium pependit coram calculatoribus, qui & ipsi in eorum arte possunt dici sapientes, & exquiritur illorum consilium sicut cæterorum Peritorum artis, quam non nouit Iudex, propterea tenetur illud sequi, iuxta not. *in cap. fraternitatis*, & *in cap. fin. de frigid. & malefic.* facit tex. *in cap. fin. de hæret. in* 6. vbi Doctores.

Tertio opponebatur, quod D. Macchiauellus executus fuit suam sententiam absque commissione executoriali: quod non potest facere Iudex delegatus. Caballor. *decis.* 83. *num.* 4. *de rescript.*

Sed fuit responsum, quòd facultas exequendi fuit data in prima commissione directa Domino Aluaro; vnde censetur repetita in commissione subrogatoria D. Macchiauelli; ad decis. Cassad. 8. *de rescript.* Aegid. *decis.* 41. Rot. *in causa Ciuitatis Castelli Pensionis* inter impress. *decis.* 44. *num.* 2. *par.* 2. & *in Romana Societatis officij* relata *in decis.* 321. *par.* 1. *diuers.*

Quartum obiectum fuit de non integra transportatione actorum, & signanter de quadam declaratione facta per Helenam, quòd volebat habere vineam pro dote: quæ declaratio multum faciebat ad causam: vnde inferebatur, sententiam, tanquam minimè visis per Iudicem actis probatorijs, etiam sine Concilio Tridentino, quod non habet locum in causis profanis, vt *in Romana Ligurorum decis.* 23. *Iunij* 1603. *coram me*, fuit dictum, de iure ciuili fuisse nullam, *ad l. properandum*, C. *de Iudicijs*, vbi Bartolus, & alij.

Sed fuit responsum, obiectum non procedere quandocunque pars, quæ dat de non integra transportatione, fuit negligens in transportando. Rimin. *in l.* 2. *num.* 2. *versic. limita etiam*, Cagnol. *num.* 70. C. *de eden.* Felin. *in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, num.* 38. *in prima limit. concilit.* Rot. *in Maioricen. Officij Pœnitentiaria, & Canonicatus*, 4. & 18. *Februar.* 1591. *coram bo. me. Gipsio*, & *in supradicta Romana Ligurorum coram me.*

Et licet ad iudicandam prædictam negligentiam requiratur monitio Iudicis. Cagnol. *dicto num.* 70. attamen cùm in proposito casu fuerint seruati termini substantiales contra Helenam, visum fuit hoc operari effectum monitionis, vt fuit decisum *in dicta Maioricen. Officij Pœnitentiaria, & Canonicatus*, 4. & 18. *Februar.* 1591. *coram bona memoriæ Gipsio*, & *in causa Romana Vineæ*, 29. *Nouembris* 1603. *coram R. P. D. Decano.*

Fuit oppositum, quòd possessio fuit capta 22. Decembris, & sic pendentibus feriis Natiuitatis Domini Nostri iudicijs per decretum Visitæ carcerum. Sed omisso, an istud decretum afficiat Iudices, qui non interuenerunt in dicta visitatione, ex quo neque reperitur publicatum, vel aliàs particulariter intimatum, iuxta not. *in auth. ut facta noua constitut. versi. eum autem culpabimus eos*, per tot. Alex. *cons.* 73. *num.* 8. *lib.* 6. Calta. *consil.* 11. *num.* 2. *lib.* 1. Rot. *consil.* 8 *num.* 2. *cum pluribus seqq. lib.* 3. Barbat. *in cap.* 2. *num.* 70. *versic. & nihilominus*, & *num.* 71. *in fine, de constit.* Gabr. *tit. de legibus, conclus.* 4. *num.* 6. Thesaur. *decis.* 249. *num.* 6. 7. & 10. Rot. *in causa Calagurritana Beneficij Sanctæ Andreæ*, 17. *May coram bonæ memoriæ Cardinali Blanchetto*: omisso etiam, an importet nullitatem actus, vel solum quòd contrauenies mereatur pœnam, ex quo per dictum decretum neque datur potestas aliàs non habenti, neque adest decretum annullatiuum, iuxta not. per glos. *in velem.* 1. *verb. inhibentes, de iurepatron.* Cessare visa fuit difficultas, quia dictum decretum loquitur de executionibus, quæ fiunt pro debitis, vt patet ex illis verbis, ibi *Nullus in posterum possit realiter, nec personaliter molestari, neque carceri vri pro debito ciuili.* Ioanna autem non fuit immissa in possessionem vineæ, de qua agitur, pro debito Helenæ, & tanquam illius creditrix, sed tanquam hæres fratris, stante quod Helenæ, quæ prædictam vineam retinebat iure pignoris, iam erat satisfactum.

Denique pro parte Helenæ sententia dicebatur iniusta ex multis capitibus: qua iniustitia stante minimè potuit exequutioni demandari; & tali casu competit manutentio ratione ciuili, quia non spoliatur possessor per factum Iudicis iniuste procedentis, vt fuit decisum *in causa Gerunden. Beneficij*, 21. *Iunij* 1602. *coram R. P. D. Decano*, & aliis.

Super hoc considerarunt Domini, quòd illæ decisiones procedunt quando iniustitia est valde patens & notoria, quia tunc exquiparatur nullitati, *cap. inter cætera*, cum ibi notat. per scrib. *de re iudic.* Abb. *in cap. fraternitatis*, *num.* 18. *de frigid. & malefic.* Crau. *consil.* 302. *num.* 2. Roland. *cons.* 6. *num.* 37. *cum duob. seqq. lib.* 3. Cæsar de Graff. *decis.* 2. *num.* 7. *de solut.* Rota *in causa Romana Spolij de pœnis*, 31. *Ian.* 1605. *coram Reuerendiss. D. Bononien.*

Et proinde sicut aduersus factum Iudicis nulliter procedentis competit manutentio, quia

tunc

tunc videtur facere tanquam priuatus. Coru. *conſ.* 193. *num.* 4. *lib.* 3. Rot. *in cauſa Pennen. & Adrien. Beneficiorum*, 4. *Iulÿ* 1584. *coram bo. mem. Cardinali Seraphino*, relata inter diu. impreſſ. *deciſ.* 802. *num.* 7. *verſ. quia pro reſponſione, par.* 1. *& in cauſa Sancti Seuerini Bonorum*, 20. *Decembris* 1610. *coram me*; Ita debet competere aduerſus factum Iudicis notorie iniuſte procedentis, etiamſi aliàs ſeruet ordinẽ iuris in procedendo. Verùm quando prætenſa iniuſtitia eſt dubia, non debet Iudex ad quem aggredi inſpectionem negocij principalis ad effectum manutentionis illius, qui paſſus fuit executionem: quia manutentio non eſt remedium ordinarium, quod dat lex aduerſus exequutionem per Iudicem ſeruato iuris ordine factam, ſed reſtitutio in integrum, vti prætenditur res iudicata, vel reuiſio in petitorio, vbi aliàs denegatur appellatio ad effectum ſuſpenſiuum, prout denegatur in iudicijs poſſeſſorijs, executione obligationis Cameralis, & ſimilibus: & proinde cùm manutentio non ſit remedium ordinarium in hoc iudicio, non debet Iudex ad quem illo vti aduerſus factum Iudicis à quo niſi grauamen ſit patens, & notorium: vt videmus in ſimili, in iudicio ſpolij, in remedijs l. fin. C. de edict. Diu. Adriani, quorum bonorũ, executionis obligationis Cameralis, & aliis: quia exceptiones concernentes non ius in proprietate, minimè ſunt de natura illorum iudiciorum, & ita demum admittuntur, ſi in continenti, & clare probentur; ſecus ſi ſint dubiæ, & requirant altiorem indaginem; vt per ſcrib. *in dicta l. fin. C. de edict. Diu.* Adr. & *in l. fin. C. quorũ bonor.* vbi præcipue Bart. & Salicet. *in princip.* Rip. *in rubr. ff. de pignor. num.* 19. Pontan. *tract. de Spolijs*, *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 128. Menoch. *de adipiſcen. remed.* 3. *nu.* 180. Rota *in cauſa Romana Grani*, 22. *Iunÿ* 1574. *coram R. P. D. Robuſterio* inter diuerſorum impreſſas *deciſ.* 627. *num.* 3. *part.* 1.

Alias ſi iſta praxis ita indiſtincte admitteretur, prout modernis temporibus ab aliquibus prætenditur, confunderetur ordo iudiciorum, & fruſtra lex denegaret remedium appellationis ordinarium, & fauorabile. Bald. *conſ.* 148. *num.* 10. & 11. *lib.* 1. Odd. *tractat. de reſtit. in integr. quæſt.* 17. *art.* 5. *num.* 46. Purpurat. *conſil.* 89. *nu.* 1. Lancellot. *de attent. par.* 2. *cap.* 12. *nu.* 130. *in præfat.* Surd. *deciſ.* 56. *num.* 4.

Si alio extraordinario ſummariiſſimo, & in quo ſolent admitti leuiores probationes, Alex. *conſil.* 103. *num.* 3. *lib.* 7. cum aliis per Menoch. *de retinend. remed. vltimo, num.* 34. Rota *in cauſa Pratcn. Penſionis*, *prima Iulÿ* 1596. *coram bona mem. Cardinali Pamphilio*, & *in Lucana Bonorum*, 17. *Iunÿ* 1602. *coram me*; poſſet reuocari: quod ſeruata forma iudiciorum factum eſt.

Et prædicta corroborantur alio medio, nempe quòd quando manutentio dependet à cognitione negocii principalis, tunc non expectitur manutentio, niſi cum ipſo negocio principali. Lancellott. *de attent. cap.* 24. *quæſt.* 19. *nu.* 4. Rot. *in cauſa Siracuſana Abbatiſſatus*, 1. *Decembris* 1597. *coram Corduba*, & *in Vlixbonen. Declarationis Concordiæ*, 5. *Maÿ* 1599. *coram Iulio*, & *in Romana Officiorum*, 4. *Iulÿ* 1601. *coram bon. memor. Cardinali Pamphilio*. In propoſito igitur, cùm manutentio illius, qui paſſus eſt executionem à Iudice, qui proceſſit iuris ordine ſeruato, dependeat à negocio principali, hoc eſt à iuſtitia, vel iniuſtitia, non debet expediri, niſi cum ipſo negocio principali, per prædicta, &c.

Non obſtat quòd iniuſtitia ſit patens eo ipſo, quod executio non iuſtificatur ex actis, cùm Iudex non poſſit moueri ex ijs, quæ ſunt extra acta, vt late dixit Rota *in cauſa Romana Hæreditatis*, 17. *Iunÿ* 1611. *coram me*, & alibi ſæpe. Quia res incidit in ea, de quibus ſupra, nempe eſſe verum, ſi iuſtificatio totaliter deficit, ita vt reſultet notorium, & potens grauamen in exequendo.

Sicut etiam minimè refragatur, quòd ex quo Iudex non potuit moueri ex iis, quæ ſunt extra acta, dubietas reducatur ad merum ius, ex quo non expectat poſt ſe aliquam probationem facti: ius autem de ſui natura eſt certum. Bald. *in l. ancilla, num.* 2. *C. de furt.* Oldr. *conſ.* 279. *nu.* 1. Natt. *conſ.* 502. *num.* 9. Et conſequenter ille qui dat de iniuſtitia executionis, afferendo proceſſum, videatur incontinenti, & patenter probare ſuam intentionem.

Quia reſpondetur, quod quando allegatio, ſiue exceptio minimè eſt de natura illius iudicij, in quo fit, ſed ita demum admittitur, ſi non ſit dubia; quòd tunc reiicitur, nedum propter dubietatem facti, ſed etiam propter dubietatem iuris, vt fuit dictũ *in cauſa Romana de Peniſchis*, 30. *Maÿ* 1580. *coram Robuſterio*, & *in cauſa Concben. Beneficÿ*, 4. *Maÿ* 1610. *coram me*. Et meritò, quia dubietas iuris ad effectum fauorabilem, prout eſt iſte, quòd non recedatur à forma ordinaria iudiciorum, debet æquiparari dubietati facti. Felin. *in cap. de quarta, num.* 27. *de præſcript.* Cuit. iun. *conſ.* 150. *num.* 15. Cephal. *conſ.* 404. *nu.* 32. Lapic. *deciſ.* 10 *nu.* 20. Becc. *conſ.* 95. *num.* 20.

Non denique facit, quod ille qui paſſus fuit executionem, habeat fundatam intentionem in ſuo primæuo ſtatu, in quo tot lite pendente ſit manutenendus, *ad §. retinenda. inſtit. de interdict.* cum vulg. & propterea aduerſario incumbat onus probandi immiſſionem, & quidem iuſtam, cùm aliis iniuſta non debeat ſibi ſuffragari; & ſic videatur, quod onus probandi iuſtitiam incumbat illi, qui obtinuit executionem.

Quia reſpondetur, quòd ſtante præſumptione iuris, quæ concomitatur nouum factum iudicis, etenim pro illo præſumitur, quòd rectè fuit functus officio ſuo. *l.* 2. cum ibi notat. *C. de official. ciuil. iud.* Abb. *conſ.* 41. *num.* 2. *verſ. præſumitur, lib.* 1. Alex. *in l. qui Roma*, *§. duo fratres*, *num.* 20. *ff. de verb. oblig.* Crau. *conſ.* 188. *num.* 8. cum aliis per Gabr. *tit. de ſent. concl.* 5. *in princip.* non attenditur ille primæuus ſtatus, ſed iſte nouus, per quem ille qui aliàs erat actor, ſuſtinet vices rei, nec tenetur ad aliquam probationem; vt eſt bonus tex. *in l. cùm de indebito*, *ff. de probat.* & fuit latiùs dictum *in cauſa Comen. Decimarum*, *die* 8. *Iunÿ* 1612. *coram me*. Et proinde cũ ille qui prius erat reus fiat actor, debet docere de iure ſuo, vel via ordinaria, & in peti-

petitorio; vel quatenus aggrediatur viam extraordinariam manutentionis, docendo in continẽti de iniustitia, absque vlla dubitatione facti, vel iuris: aliàs immissus est manutenendus; quia iustè possidet, qui auctore Prætore possidet, *l. iustè possidet. ff. de acquirend. possess.* cum alijs supra in princ. allegatis.

Iniustitia verò ex multis deducta pro parte Helenæ visa fuit plus quam dubia ex replicatis pro parte Ioannæ; quæ propterea Domini reservarunt suis loco, & tempore videre.

R.P.D. Durano.

Spoletana Liberationis à fideiussione.

Lunæ, 30. *Martij* 1626.

EPITOME.

Debitor censuarius non potest cogi à fideiussore, vt eum liberet ab obligatione quoad sortem principalem. Et quid de fideiussoribus euictionis, tutelæ, curæ, & administrationis.

Ad Cap. 94.

DECISIO LVII.

BEnedictus Vrbanus fuit ab Auditore Cameræ condemnatus vt liberaret Maximianum, & Monaldum de Monaldis à fideiussione annui census scutorum centum quadraginta, per illum aliàs venditi de anno 1613. Leoni Strozio. Et causa in gradu appellationis mihi commissa, dedi Dubium, An prætensæ liberationi locus esset. Et Domini reservãdo vt quoad fructus particulariter videatur, quod attinet ad sortem principalem, negatiuè censuerunt.

Quamuis enim dicti fideiussores diu videantur stetisse in fideiussione, nempe vltra decennium, iuxta glossam *in l. Lucius Titius, ff. mandati*; Menoch. *de arbitrar. iudic. cas.* 41. Tamen vt liberationi fit locus, requiritur vlterius quòd diu steterint in obligatione efficaci, seu commissa. Bald. Fulgos. & alij *in d. l. Lucius Titius*, & idem Baldus *in l. facere posse, num.* 2. *ff. solut. matrim.* Et ratio est, quia fideiussori non solùm videtur factum mandatum de fideiubendo, sed etiã de soluendo. *l. indebitum, ff. de condict. indeb.* & *l. fideiussor pro euictione*, C. *de fideiuss.* & ideo nisi soluerit, & diù steterit in obligatione, non habet actionem contra principalem.

Cùm igitur Cẽsus sit de sui natura perpetuus, & illius emptor nunquam possit debitorem cogere ad redimendum; nunquam etiam verificari poterit quòd fideiussores prædicti diu steterint in obligatione; cùm nec principales, nec ipsi, ad redimendum teneantur: & sic versamur proculdubio in regula, quòd fideiussor non potest cogere principalem, vt eum à fideiussione liberet. *d. l. Lucius Titius*, & *l. si per ea. C. mandati*: sicut etiam fideiussor, qui intercessit pro euictione rerum, licèt diu steterit in fideiussione, agere non poterit vt liberetur. Bart. Bald. Imol. Alex. *in d. l. facere posse*, Bald. *cons.* 415. *lib.* 4. Anton. Gomez *lib.* 2. *variar. cap.* 13. *num.* 6. vbi quòd fideiussor, qui intercesserit pro tutore, vel curatore, vel aliquo administratore, non potest agere vt eximatur à fideiussione ante finitam tutelam, curam, vel administrationis officium: hac scilicet ratione, quia licet obligatio principalis certam habet temporis durationem, fideiussoria similiter, vti accessoria, eandem temporis durationem habere intelligitur: & cùm principalis ad tantum vel tale tempus se obligauerit, vsque adidem etiam tempus fideiussor se obligasse voluisse videtur; arg. text. *in l. quod si volet, §. quòd si assidua, ff. de aedilit. edict.* Ex quibus ita in puncto contra fideiussores resoluunt plures de Censibus scribentes, scilicet Felicianus à Solis *lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 9. Ludouic Velazq. *cap* 97. *num.* 23. Benedict. Bonif. *cas.* 68. *num.* 101. *tom.* 6. *tract. tuum, par.* 1. Conuersan. *in addit. ad Intriglol. de censib. quæst.* 66. *vers. atque in hoc casu*; Roderic. *de annuis reddit. ito.* 2. *quæst.* 3. *num.* 8.

Non obstant Rotæ decisiones in contrarium allegatæ. Quia decisio Bononiensis Census coram bo. mem. Corduba *in ord.* 103. *num.* 8. & *decis.* 207. *num.* 5. apud Cencium *de censib.* quæ fuerunt factæ in vna & eadem causa, nihil concludunt quoad sortem principalem, sed solùm quoad fructus, vt declaratur *in dicta decis.* 207. *num.* 7. & clarius *num.* 5. cùm ibi expressè admittitur quòd fideiussor non potest petere se eximi a fideiussione census. Decisio 200. *coram Cardinale Caualerio* apud Cencium non applicatur: quia in ea dictum fuit quòd fideiussor census potuit agere vt liberetur, non ex natura obligationis censualis; sed quia fundus, super quo census fuerat impositus, fuit a principali debitore liber & allodialis promissus, cùm tamen esset sub directo dominio Ecclesiæ; prout aliàs dictam decisionem declarauit Rota *in Romana Liberationis a fideiussione*, 5. *Decembris* 1622. *coram eodem Card.* quæ cùm non loquatur de sorte principali, debet intelligi solùm quoad fructus.

Non obstat Statutum Vrbis *cap.* 94. & 137. lib. 1. vbi disponitur fideiussorem posse agere vt liberetur, etiamsi diu non steterit in obligatione. Quia illud non intrat quando, vt hic, nec principalis, nec fideiussor, aliquo tempore fuerunt obligati ad redimendum; vt tradunt Bart. Bald. & alij *in dicta l. facere posse, nu.* 2. Anton. Gomez *vbi sup.* Gaill *obseruat.* 29. *num.* 6 *vers. hæc fallentia, lib.* 2. & in puncto Rota *in dicta Romana Liberationis a fideiussione, coram Card. Caualerio, vers. nec visum fuit*. Necnon, quia dictum Statutum locum non obtinet extra districtum Vrbis: quia licèt census fuerit impositus in Vrbe, impositio tamen fuit facta à prætenso procuratore, de cuius mandato non constat: & sic nó videtur debere attendi locus, vbi actualis impositio facta fuit, sed locus, vbi illa ratificata, &

fide-

fideiussorum accessio facta fuit ; nempe in Terra Spoleti, quæ est extra districtum Vrbis . gloss. *in clem. 1. verb. collato, post med vt lite pend.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 2 gloss. 10. num. 68.* Stephan. Lambertenq *de contractib. ad fin. nu. 216.* Rota *in Romana Hæreditatis*, 12. *Marty* 1603. *coram bo. mem. Lutio*.

Non obstat prætensa conuentio de extinguendo dictum censum intra certum tempus iam elapsum . Quia fuit facta per venditores inter se solos, nempe Benedictum, & eius fratres ; ficque ex ea ipsi solùm interceserunt, vt fuit dictum *in Romana Restitutionis in integrum*, 20. *Maij* 1614. *coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo vers. non obstat quòd instrumentum*.

Non obstat demum stipulatio Notarij pro omnibus, quorum interest, in dicta conuentione adscripta. Quia debet intelligi de illis, quorum tunc intererat, nempe respectu principalium, qui ante census creationem de censu extinguendo inter se conuenerunt ; & eorum, qui ab ipsis causam habent ; non autem à prædictis fratribus venditoribus ; vt habetur in eadem decisione *Romana Restitutionis in integrum coram Patriarcha Manzanedo*.

R.P.D. Durano.

Spoletana Liberationis à fideiussione.

Mercurij, 21. *Aprilis* 1627.

EPITOME.

De obligatione commissa & efficaci : & quid requiratur ad hoc vt quis dicatur diu stetisse in ea . Fideiussor census an possit cogere debitorem principalem ad eum liberandum quoad fructus ? Statutum Vrbis cap. 94. & 157. locum habet etiam in contractu census, sed quoad fructus tantum .

Ad Cap. 94.

DECISIO LVIII.

MAximianus, & Monaldus de Monaldis, prætendebant esse liberandos à fideiussione annui census scutorum centum quadraginta venditi de anno 1613. D. Leoni Strozzio per Benedictum, & fratres de Vrbanis : & die 30. Martij 1626. fuit coram me relolutum, non esse locum liberationi quoad sortem principalem: quo verò ad fructus, fuit relolutum, particulariter videndum . Vnde, proposito hodie Dubio reseruato, Domini dixerunt, liberationi, seu releuationi locũ esse quoad fructus tam decursos, quàm decurrendos : quia adest requisitum, quod in decisione desuper coram me facta desideratur, nempe quòd fideiussor diu steterit in obligatione commissa & efficaci. Nam in primis, cùm venditio census fuerit de anno 1613. & sic vltra decennium, fideiussores diu steterunt in fideiussione . gloss. *in l. Lucius Titius, ff. mandati* . Menoch. *de arbitrar. iudic. cas.* 41. *num* 1. Affli&. *decis.* 141. *nu.* 2. & ibi addit Vrsilli.

Deinde obligatio quoad fructus indistinctè dicitur efficax, seu commissa : quia cùm fideiussor sit obligatus in forma Camerę, & per instrumentum habens executionem paratam, habetur pro condemnato, aduenient semestre . Castren. *consil.* 319. *col.* 2. *post princip. vers. & hoc ideo, lib.* 1. Rota *in Parmensi Datij*, 4 *Iunij* 1612. *coram Illustriss. D meo Decano*; quæ decisio est prima apud Zacch. *de oblig. Camer. nu.* 16. vnde potest fideiussor petere se eximi & releuari à fideiussione, etiam antequam soluat . *cap. fin* & *ibi* gloss. *in verb si diu, de fideiussion.* Bart. *in l. fideiussor pro euictione, ff. de fidciuss.* Bald. *in l. sancimus. §. & cùm æquitas, n. 3. vers. quæro, vtrum statim, ff. de execut. rei iudic.* Alex. *conf.* 72. *num.* 6 *lib.* 2. Affli&. *decis.* 243. *num.* 3. dum dicit requisitum quòd fideiussor sit condemnatus ; & Vrsill. *ibid. nu* 4. quòd sit obligatus per instrumentum habens executionem paratam. Maur. *de fideiuss. p. 2. lect* 509. *nu.* 10. & Surd. *dec.* 44 *nu* 5. qui loquitur de fideiussore obligato in forma Camerę ; & sensit Rota *in Bononiensi Census coram bo. me. Corduba . in ord.* 195. apud Cenc. de Censib *num.* 8. *vers. nec placuit*, & *decis.* 201. *num.* 5. apud eundem.

Quod multo magis in præsenti dicendum est : quia Domini de Monaldis non solùm diu steterunt in obligatione quoad fructus futuros, sed etiam quoad præteritos passi fuerunt plures molestias ; ex quibus arguitur ad molestias futuras. Vnde eo magis potest fideiussor petere vt in futurum conseruetur indemnis à debitore principali . Maur. *vbi sup. num.* 7. Rota *dec. 99. num.* 3. & 4. & præsertim *num.* 5 *vers stantibus molestijs*, post Cenc. *de Censib.* & fuit dictum in decisione in hac causa facta, *vers. non obstant Rota decisiones*.

Quibus accedit, quòd requisitum, de quo supra, quòd scilicet fideiussor diu steterit in obligatione efficaci & commissa, necessariò debet intelligi quoad reseruationem, ad effectum fructum futurorum : quia quoad præteritos, sufficit quòd post census impositionem transierit vnum semestre, & fideiussor illud soluerit, aut fuerit condemnatus : quia statim agere poterit, licèt diu non steterit in obligatione, & sic post decem annos. Quomodo autem debeat fieri ista liberatio, tradit Cencius *de Censib par. 2. cap. 2. q. 3. artic 4. num.* 23. *cum seqq.*

Non obstat decisio Rotæ 20. *num.* 11. apud Zacch. ad Gallesium *de obligatione Camerali quæst.* 32. *num.* 5. dum videtur innuere, istam obligationem fideiussoris in forma Camerę & executionem paratam non sufficere ad liberationem petendam .

Quia dicta decisio absolutè loquitur de relevatione: & sic, cùm possit intelligi quoad sortem, ad præsentem casum non facit . Gallesius autem

non loquitur de relevatione, seu liberatione quoad futuros fructus, ex eo quia fideiussor diu steterit in obligatione, in qua nos versamur: sed loquitur simpliciter de relevatione à molestijs, & damnis passis occasione fideiussionis; quę sunt longè diuersa: quandoquidem non potest fideiussor petere se relevari à molestijs, seu damnis, ante quàm damnum patiatur; cum nihil sit, de quo relevetur, aut liberetur; cùm tamen fideiussori non solum censeatur factum mandatum de fideiubendo, sed etiam de soluendo. *l. fideiussor pro euictione. ff. de fideiuss.* vnde nisi soluerit, non intrat relevatio. Quando autem agit fideiussor vt relevetur seu liberetur à fideiussione cum obligatione Camerali contracta; semper adest fideiussio, immo & condemnatio præcedens, in vim quarantigiæ, & obligationis Cameralis; ex qua semper & in perpetuum, aduenientе termino, potest fideiussor ab emptore census conuenire: vt verò intret liberatio à fideiussione quoad fructus futuros, desideratur solùm quòd fideiussor diu steterit in obligatione efficaci: quæ distinctio est de mente Baldi *in l. si pro ea, num. 3. vers. modò pro euidentia*; & *num. 4. vers. fallit in certis casibus, C. mandati.*

Non obstat decis. 101. apud Zacchiam: quia loquitur de liberatione à sorte principali, respectu cuius non potest fideiussor petere vt liberetur, licèt diu steterit in obligatione: sicut nec fideiussor, qui pro euictione intercesserit, re nondum euicta. Bart. Bald. Imol. Alex. & alij *in l. fatere posse, ff. solut. matrim.* Nec etiam fideiussor pro tutore, vel administratore, ante finitam tutelam, vel administrationem. Anton. Gomez *lib. 2. variar. cap. 2. & cap. 13. num. 10.*

Et ratio differentiæ est, quia liberatio, seu relevatio quoad fructus fundatur in obligatione Camerali, quæ continet virtualem condemnationem ratione eius potentiæ; nempe aduenientе quolibet semestre, potest fideiussor molestari, & contra eum fieri executio pro fructibus: vnde æquum est vt fideiussor, postquam diu stetit in obligatione, & maximè, si, vt hic, molestias iam passus est, possit præuenire, agendo ad liberationem, vt sibi sit cautum, ne ìæpe damnum & molestias in futurum patiatur. Quæ æquitatis ratio cessat quoad sortem: quia cùm Census sit perpetuus, fideiussor, sicuti nec principalis, nunquam compelli potest ad extinguendum censum & sic ad sortem soluendam. Ita nec fideiussor pro euictione: quia euictio non continet diem certam, sicut solutio fructuum, quæ propterea pro pura haberi debet. *l. in diem debitor, ff. de cond. indebit.* & *l. 1. §. cùm dies certus, ff. de condit. & demonstrat.* & casus euictionis non est positus in voluntate emptoris, sed pendet à futuro euentu. Fideiussor etiam pro tutore, seu administratore, non potest passim conueniri, sed demum finita tutela, seu administratione: nec dicta fideiussio continet diem certam; cùm pupillus, seu administrator, non possit conueniri ante finitum tempus; nec etiam quantitatem certam continet ante redditas rationes.

Demum dicebant Domini intrare quoad dictos fructus Statutum Vrbis *cap. 94. & 157. lib. 1.* quo disponitur, fideiussorem posse agere vt liberetur, etiamsi diu non steterit in obligatione: quod locum habet etiam in contractu census, vt pluries tenuit Rota in decisione relata per Cencium *par. 2. quæst. 3. art. 4. num. 5. & seqq.* Quod Statutum licèt simpliciter loquatur, non potest intelligi quoad sortem principalem; iuxta tradita in dicta decisione in hac causa facta coram me, *vers. non obstat Statutum*; sed solùm de fructibus, de quibus hic non agitur.

Non obstat quòd contractus fuit in Vrbe celebratus; ex quo non constat de mandato Procuratoris; & sic quòd debet attendi locus ratificationis, quæ facta fuit in Terra Ispelli, quæ est extra districtum Vrbis, vt firmatur in eadem decisione coram me. Quia Domini animaduerterunt, quòd principalis debitor in ratificatione confitetur, censum fuisse in Vrbe impositum per eius Procuratorem: vnde contra ipsum de mandato ambigi non potest, ad text. *in l. cùm te, C. de transact. cap. per tuas, de probat.* & Rota *dec. 143. num. 3. apud Gregorium XV.*

Et ita resolutum.

Reuerendiss. D. Coccino Decano.

Romana Aditionis Hæreditatis.

Veneris 29. Nouembris 1613.

EPITOME.

De immissione, & retentione contra vim expulsiuam, & compulsiuam.

Ad Cap. 98. num. 45.

DECISIO LIX.

ANtonia pro sua dote obtinuit immissionem in tota domo, quæ remansit in hæreditate Iacobi Bolognoli: quæ cùm fuerit reperta pro tribus partibus subiecta fideicommisso ad fauorem Io. Antonij filij prædicti Iacobi, placuit DD. in alia decisione in hac causa facta, Io. Antonium esse restituendum quoad tres partes, rationibus de quibus in ea, quæ non impugnabantur; Antoniæ autem dari retentionem pro octaua parte: constat enim de credito dotis Antoniæ ex ipsa promissione, iunctis confessionibus subsecutis de recepto. Affict. *decis. 402.*

Et propterea licèt opponerentur aliquæ nullitates, attamen illis non obstantibus, cùm ex adductis immissio de nouo deberet dari, illa est confirmanda: non enim agitur de danda retentione aduersus vim expulsiuam, sed compulsiuam, vt distinguit Put. *in decis. 177. num. 1. lib. 1.* secundum emendatam impressionem; Verall. *decis. 175. par. 1.* Aym *cons. 46. num. 7.*

Quia tamen Antonia egit contra bona Iacobi Bolognoli sub prætextu quòd ipse esset debi-

tor

sor Petrotti Mariti dictæ Antoniæ, ex capite administrationis tutelæ; reseruarunt Domini particulariter videre, an constet de aliquo debito dicti Iacobi: & quatenus sic, an concurrant illa, de quibus per Surdum *cons.* 4. vt creditor possit agere contra debitorem debitoris: & an Io. Antonius, qui non est hæres Patris, possit se in hoc iudicio opponere.

Et ita conclusum.

Card. Sacrato.

Romana Hæreditatis.

Mercurij, 31. *Maij* 1600.

Statutum Vrbis, cap. 100. lib. 1. de compromissis an habeat locum in alijs Tribunalibus. Remedium l. fin. C. de edict. Diui Adr. tollen. est executiuum.

Ad Cap. 100. num. 58.

DECISIO LX.

IN causa vertente inter D. Tarquinium Capizucchium, & D. Virginiam, & sorores, eiusdem neptes ex alia, occasione hæreditatis q. Aemilij Capizucchij patris mulierũ, & fratris Tarquinij; Domini, vtraque parte informante, ex duplici capite resoluerunt non esse locum Statuto Vrbis *de compromissis cap.* 100 *in primo libro*.

Primo, quia Statutum est ordinatorium, & propterea non attendendum extra suum forum, atque ita in Rota, vbi causa agitatur. Bart. *in l.* 1. *num.* 15. *C. de summ. Trinit.* Roman. *cons.* 367. *num.* 11. Alex. *cons.* 164. *nu.* 3. *lib.* 6. Pelin. *cap. fin. nu.* 12. *limit.* 3. *vers. sed in his, quæ concernunt, de constit.* Aegid. *decis.* 18. Rol. à Vall. *q.* 57. *nu.* 20. *cum frqq. lib.* 2. & fuit dictum *in illa Romana hæreditatis de Comitibus*, 21. *Iunij* 1577. *coram Sanctiss. D. N.*

Quod autem Statutum de compromissis concernat ordinaria, quando, vt in casu nostro, non alteratur decisio eadem per potestatem arbitrio daram; tradit Bald. *in cap. fin. ad fin. vt lit. pend.* Paul. de Castr. *cons.* 320. *nu.* 4. & 5. *lib.* 1. Corn. *cons.* 114. *nu.* 4. *vers. & consequens sive dicamus*, & *sub num.* 8. *vers. primo quia Statutum, lib.* 2. Dec. *in cap. Ecclesia S. Maria, nu.* 161. *cum seqq. de constit.* Blanc. *de compromiss. q.* 3. *post nu.* 32. *vers. & ad contraria potest respondiri*. Et prædicta comprobari videbantur ponderando verba Statuti, quæ sunt restricta ad Senatorem, & Iudices Capitolinos, vbi, *Arbitrique hinc inde eligãtur, qui eius conditionis sint, vt per Senatorem, & eius Iudices ad iudicandum possint, quam acceptaverint, cogi possint*: quæ dispositio nullatenus potest verificari, quando causa extra Curiam Capitolinam agitatur.

Secundum decisionis fundamentum fuit, quia Statutum excepit causas, in quibus agitur via executiua: hic autem taliter agitur, ex quo mulieres petunt immissionem in possessionem q. Aemilij eorum Patris, ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* quod remedium est executiuum. Bald. *in d. l. fin. in* 3. *not.* & ibi Dec. *num.* 16. *vers. sexto nota*. Angel. *in l. cum antea, num.* 4. *vers. nisi forsan, C. de recept. arbitr.* Capic. *decis.* 48.

Nõ obstat quod sit commissa super *l. diffamari, C. de ingen. manum.* Quia fuit ei tam commissum totũ negotium principale: & stante clausula, quam & quas, possunt mulieres intẽtare iudicium quod sibi videbitur. Achill. *decis.* 22. *de appell.*

Cardinali Pamphilio.

Firmana Executionis Laudi.

Lunæ, 26. *Ianuarij* 1598.

EPITOME.

Clausula, cum omnibus clausulis & facultatibus in primo compromisso appositis, an contineat obligationem Cameralem, si in primo compromisso erat apposita?

Ad Cap. 100. num. 69.

DECISIO LXI.

DIxerunt Domini, particulariter agendum esse de iustitia mandati, omissa nullitate, quæ non placuit Dominis: visum enim fuit valide actum vti executiua obligationis Cameralis ponere in compromisso, iuxta decis. Capuraq. 181. *lib.* 1. *in manuscript.* etiam quòd non fuerit expressè repetita in vltima prorogatione, quæ censetur facta cum eisdem qualitatibus & obligationibus primi cõpromissi. *l. Labeo la* 2. *§. hæc autem, ff. de arbitr. l. sed etsi manente, ff. de precario.* Bart. *in d. l.* 1. *§. & post. num.* 5. & Alex. *num.* 16. *ff. de nou. oper. nunciat.* Capell. Tholos. *q.* 18. Gabr. *conc.* 2. *de dotat. num.* 4. & sic cum eadem obligatione Cameralis, vt tradit Gallet. *in tit. de vi instrumenti obligat. Camer. num.* 20.

Et tanto magis, quòd in prorogatione expressè dicitur, *cum omnibus clausulis, & facultatibus in primo cõpromisso appositis*, per quæ verba cẽsetur repetita eadem obligatio Cameralis, quę per relationem ad primum compromissum satis dicitur expressa. *l. certum, ff. si cert. pet. l. à se toto, ff. de hered. instit.* Dec. *cons.* 389. *col. fin.* Aym. *cons.* 135. *nu.* 17. Olaschi *decis.* 129. *num.* 9.

Et cessat difficultas, stante extensione eiusdem Notarij, qui rogatus de prorogatione: in ea extendit obligationẽ Cameralem: & eius extensioni, vel informati de intentione partium, standum est. Bald. *in rub. C. de fid. instrum. n.* 22. Socin. *cons.* 94. *num.* 4. *lib.* 1. Lat. *post annos q.* Gellius,

l. idem credidum, n. 19 ff. de lib. & posth. maximè cum sit verisimilis stante consensu partium, quæ ita se obligarunt in istomet compromisso; & quòd hodie ferè in omnibus instrumentis solet poni obligatio Cameralis, vt notissimum est.

R. P. D. Penia.

Romana Prælationis, seu Requisitionis.

Mercurij, 16. *Junij* 1604.

EPITOME.

Res communis quando vendi possit irrequisito socio. Declaratur Statutum Vrbis, cap. 110. lib. 1.

Ad Cap. 110. num. 10

DECISIO LXII.

ORta lite inter Dominos Paluzzellos, & Portiam, & Lucretiam Paluzzellas eorum sorores in Curia Capitolij pro recuperatione bonorum fideicommisso subiectorum, Alexandra eorum soror, & Monialis admissa fuit pro suo interesse; quæ mortua Monasterium omnia iura sibi ex persona Alexandræ ratione fideicommissi competentia cessit Lucretiæ pro summa scutorum 200. ponens Lucretiam in locum tuum cum clausula Constituti. Cùm paulo post Lucretia, tanquam cessionaria Monasterij, in eodem foro Capitolino egisset contra Paulum, & Alexandrum Paluzzellos pro recuperatione quintæ partis apothecarum Aromatariæ, & camporiæ, quarum possessionē dicti fratres occuparunt; & illi opposuissent de Stat. Vrbis *lib. 1. cap. 110.* prohibente vendi rem communem irrequisito socio, & instarent declarari cessionem Monialium invalidam; Secundus Collateralis de voto Assectamenti pro Lucretia pronunciando, mandauit eam mitti in possessionem quintæ partis. In gradu appellationis causa devoluta ad Capitaneum Appellationum Vrbis, super dubio tunc dato, an esset locus requisitioni iuxta formā d. Statuti, partes Rotæ censuram requisiuerunt: quę vtraque parte informante respōdit non fuisse necessariā requisitionem consortū.

Quia præterquam quòd id non dicit Statutū, ei videtur satisfieri, si vni ex consortibus, etiam minorem partem habenti, fiat venditio, vel iurium cessio. Bald. *in l. 1. num. 5. C. communia. serv. manumiss.* quem refert & sequitur Rum. *cons. 27. nu. 5. & 12. lib. 4.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 11. glos. 6. nu. 11.* Anchar. *cons. 371. num. 2. vers. secundum aduertendum*, vbi dicit quod per simile Statutum solum censetur derogatum iuri communi respectu extraneorum, qui existentibus consortibus à contractu repelluntur: sed non esse intelligendum procedere etiam in concursu plurium consortum, vt vnus alteri præferatur, ne quod vni conceditur, alteri denegari videatur.

Et ex hoc fundamento cessabat potissima ratio informantium per Paluzzellos prætendentes, se tamquam maiorem partem in apotheca habētes esse requirendos. Quia cum Statutum extraneos solum excludat, & inter consortes non inducat prælationem, satis fuerat Moniales in Lucretia Paluzzellam transtulisse ipsis iura competentia in persona Alexandræ Paluzzellę Monialis, & Lucretia illa cessione tuta erat ad excludendos fratres Paluzzellos, qui dicebant haberę duas partes in apotheca Aromatariæ: sufficiebat enim consortem fuisse Lucretiam in minima etiam parte: & licèt respectu apothecæ cāporiæ in Octauianum Torellum translatæ alia esset res, respectu apothecæ aromatariæ non dubitatur, quin Lucretiæ tempore cessionis sibi à Monialibus factæ esset consors, cum cedentes ex persona Alexandręque eam semper possederint.

R. P. D. Penia.

In eadem Romana Prælationis.

Mercurij, 27. *Aprilis* 1605.

EPITOME.

Continet idem argumentum, quod superior decisio.

Ad Cap. 110. num. 10.

DECISIO LXIII.

DIe 16. Junij fuit in hac causa, resolutum ad fauorem D. Lucretiæ Paluzzelle, eam mittendam esse in possessionem quintæ partis apothecæ Aromatariæ, non obstante Statuto Vrbis, *lib. 1. cap. 110.* quia satis erat si vni ex consortibus, etiam minorem partem habenti, fieret venditio vel iurium cessio, ex Bald. *in l. 1. num. 5. C. de comm. ser. manumiss.*

Et quia tunc respectu apothecæ camporiæ in Octauianum translatæ alia videbatur esse ratio; ideo in hac propositione, sola Lucretia informante, nam aduersarij diuerticula quærebant, de illa particulariter fuit actum, & conclusum pro Lucretia, ex eo potissimum fundamento, quòd cùm ipsa esset cessionaria Alexandræ sororis Monialis, quæ habebat camporiam, de qua agebatur, consequenter poterat vti iure cedentis: vnde sicut Monialis ipsa, quæ habebat partem in camporia, poterat recuperare partem acquisitam per Martiam, quæ ipsi Moniali acquisita dicitur, vigore stat. Vrbis; eodem modo poterat Lucretia vigore successionis. Cravet. *cons. 191. incip. in causa egregij Blasij, num. 2.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 26. glos. 5. num. 7.*

Neque ad rem pertinebat quòd Martia prętenderet se in tali cessione fuisse requirendam ex dispo-

ex diſpoſit. Stat. Vrbis. Quia bifariam fuit reſpõſum. Primo, quòd Moniales neſciebant Martiam eſſe conſortem: nam non conſtabat eas notitiam habuiſſe quòd Paulus, & Alexander, ad quos maior pars apothecæ campſorie ſpectabat, illã vẽdiderint Io. Iacobo Tiano, & quod Tianus deinde illam vendiderit Martiæ; & conſequenter ſi Moniales ignorabant Martiam eſſe conſortẽ, nec tenebantur, nec poterant ipſam requirere.

Secundo, fuit reſponſum Moniales in cedendo vſas fuiſſe eadem lege, qua Martia & Paluzzelli fratres prius vſi fuerant: nam ſicut iſti in venditionibus ſupra dictis non requiſiuerunt Moniales, ita Monialibus licuit cedere iura ſua, non requiſita Martia maximè, cùm Martia in reſponſione ad poſitiones negauerit conſortium Monialium, cùm expreſſe dixerit ex bonis fideicommiſſo ſubiectis non ſpectare quintam partẽ ad Alexandrum, & conſequenter ad Moniales.

R.P.D. Pirouano.

Romana Nullitatis Cenſus.

Veneris, 5. Martij 1621.

EPITOME.

Precium Cenſus, ſi non ſit verſum in cauſam expreſſam in cõtractu, non ideo tenetur emptor, licèt agatur de cenſu impoſito à minore, dũmodo ſit ſeruata forma Statuti.

Ad Cap. 113.

DECISIO LXIV.

DIctum fuit, vltimam ſententiam eſſe cõfirmandã, in qua minores Roncalli, fuerunt condẽnati ad ſolutionẽ cẽſus. Conſtat enim de illius impoſitione ex inſtrumento publico, quod datur, & cum ſolẽnitatibus in alienationibus minorum ſeruari ſolitis; & iuſta cauſa, nempe pro reſtitutione dotis materne: quibus concurrentibus, regulariter cõtractus minorum ſuſtinentur. *l. ob as. C. de prad. min. l. magis puto. §. paſſim, ff. de reb. eor.* Simoncell. *de decret. lib. 1 tit. 1. num. 16.*

Non obſtat quòd ſolemnitas deficiat ſecundũ diſpoſitionẽ Statuti Vrbis. *c. 113. lib. 1.* requirẽtis præſentiã duorũ propinquiorũ in alienationibus bonorum minoris: quę in præſenti dicebatur deficere eo ipſo quòd Ioannes Kõcallius filius Martij tutoris, qui pro propinquiori interfuit impoſitioni cenſus, etat minor 16. annorũ, & per conſequens inhabilis ad auctorizandum actũ alterius minoris. Ang. *cõſ. 333. Statuto Tudertino*, Tiraq. *de legib connubial. gloſſ 8. num. 43.* Lambertenq. *de contract lib gloſſ. 8 queſt. 9. num. 22.* Simoncell. *de decret lib. 2. tit. 6. num. 141.*

Quia fuit reſponſum, quòd etſi qualitas iſta minoritatis probetur ex libro Baptiſmi, & ad hũc effectũ poſſit eſſe ſufficiens probatio, Oſid. *de reſtit. in integr. q. 37. art. 9 n. 83.* Menoch. *præſump. 51. n. 53. lib. 2.* cum alijs allegatis; Tamen ex partita eiuſdẽ libri, quæ data fuit, identitas perſonæ minoris concludenter non probatur, dum in ea deſcribitur Io. Baptiſta filius Marci Roncallij, & iuxta eundem librum erat Romanus; ille autem, qui interfuit inſtrumento Cenſus, enunciatur Ioannes Bergomenſis: & ſic differentia eſt in nomine, vel ſaltẽ in patria: alius enim erit Ioannes Roncallius Romanus, & alius Ioannes Roncallius Bergomenſis: & vbi tres demonſtrationes concurrunt, omnes ſunt iuſtificandæ, maximè vbi agitur ad reſciſſionem inſtrumenti. text. eſt *in l. in teſtamento, ff. de condit. & demonſtr.* Bart. *in l. demonſtratio, n. 14. verſ. duobus. ff. eod. tit.* Alex. *conſ. 35. n. 2. vol. 5.* Surd. *conſ. 235. num. 18.*

Neque minus obſtat defectus cauſæ, quòd ſcilicet illa ſcuta trecenta accepta pro pretio cẽſus venditi, verſa non fuerint in ſatisfactionem dotis, neque omnia conuerti potuerint, ex quo mater erat ſatisfacta de ſcutis quinquagintanouem in tot bonis mobilibus; & pro eadem cauſa dotis reſtituendæ erat impoſitus alter cenſus ſcutorum centum.

Nam quoad verſionem emptor cenſus non debet eſſe ſolicitus de verſione in cauſam expreſſam. Molin. *de primogenit. lib. 4. cap. 4. num. 20.* Surd. *deciſ. 156. n. 9. & per tot.* quod etiam tenuit Rota *in Romana Cenſus, 14. Ianuarij 1602.* & 9. *Nouemb. 1603. coram Corduba*, quæ datæ fuerũt.

Quo verò ad iam ſoluta in mobilibus, non apparent conſignata Matri de tempore impoſitionis cenſus; & per conſequens remanet vera cauſa expreſſa in decreto. Reſpectu verò ſcutorum centum, cùm non appareant Matri ſoluta ante cenſus conſtitutionem, ſemper remanet veritas cauſæ debiti expreſſi in decreto. Et ita

---

Reuerendiſs. D. Coccino Decano.

Romana Redditionis rationis.

Lunæ, 25. Maij 1626.

EPITOME.

Statutum requirens in alienationibus rerum minoris vltra interuentum Curatoris, præſentiam duorum proximiorum &c. an habeat locum in debitis neceſſarijs. Reſtitutio dotis, & donationis propter nuptias, ſintne debita neceſſaria? Fructus dotis quando debeantur ſoluto matrimonio.

Ad Cap. 113.

DECISIO LXV.

FVit resolutum, assignationem locorum Montium factam pro dote, donatione propter nuptias, fructibus dotalibus, & alijs, prout de mense Septembris 1617. non sustineri. Quia cum alienatio fuerit facta ad fauorem matris tutricis, requirebatur ad hunc effectum datio alterius tutoris, seu curatoris, vt illa datio posset sustineri. Quod cùm non fuerit factum, contractus corruit. Bald. *cons.* 200 *vobis spectabil in fin. vers. tamen considerandum, lib.* 3. Ang. *cons.* 96. *num.* 2. *vers. & vbi imeret.* Roman. *cons.* 413. *num.* 14. *& 15. vers. quoad sixtum.*

Neque suffragatur quod curator fuerit datus. Quia est aduertendum quòd Statutum Vrbis, *cap.* 113. *lib.* 1. quod agit de alienationibus rerum minoris, requirit in talibus alienationibus auctoritatem tutoris, seu curatoris: quod est conforme dispositioni iuris communis, ex alleg. per Simoncell. *de decret. lib.* 1. *tit.* 1. Et insuper requirit interuentum duorum proximiorum; & illis deficientibus, interuentum alterius legitimi curatoris. Quare cùm non interuenerint dicti proximiores, curator fuit datus loco ipsorum: vnde vlterius requirebatur interuentus alterius curatoris de iure requisitus, cùm minor contraheret cum tutrice; vt fuit resolutum bis apud Rotam, vt *in decis.* 49. *num.* 8. & *decis.* 59. *num.* 3. *vers. quicquid sit, apud Pic. super Statut. Vrb.* & secunda decisio est repetita *par.* 1. *recent. decis.* 153. *num.* 4.

Et prædicta probantur optima ratione: quia Statutum requirit auctoritatem tutoris, & curatoris, ac duorum proximiorum, & in eorum defectum, alterius curatoris. Vnde si minor contrahit cum tutore, aut curatore, nihil disponit Statutum: sed casus remanet in dispositione iuris communis. *l. commodissimè, ff. de lib. & posthum.* Ergo debet dari curator, vel tutor, per supradicta; in reliquis firmo remanente Statuto, quòd debeant interuenire duo proximiores; &, illis deficientibus, debeat dari curator vel tutor. Quare in casu isto duo curatores debuissent dari; vnus ex dispositione iuris communis, ex quo minor contrahebat cum tutrice; alter vigore Statuti, ex quo non aderant proximiores; & ideo erat locus curatori.

Neque dicatur quòd restitutio dotis, & donationis propter nuptias, necnon & solutio fructuum, erant debita necessaria; & ideo non intrabat Statutum. Caputaquen. *decis.* 199. *in fin. lib.* 3. Roman. *consil.* 394. *num.* 3. *vsque ad fin.* Nam fuit responsum quòd prædicta procedunt in obligatione pro re necessaria; & sic intrarent, si ageretur iuxta formam Statuti *lib.* 1. *cap.* 151. Et propterea, quicquid dicendum sit, an habeant locum quando agitur de alienatione, & sic iuxta terminos *dicti cap.* 113. fuit responsum, prædicta non applicari ad casum, de quo agitur. Nam etsi quando agitur de dote restituenda, exceptio administrationis non possit opponi. Negusant. *de pignorib. in* 1. *membr.* 3. *par. nu.* 36 *& seqq.* Tamen hæc conclusio non procedit, quando ad manus mulieris peruenit pingue patrimonium, prout in casu isto, ex cuius fructibus potuit satisfieri. *l. & si damnum, §. preterea*, vbi Ang. *in §. peculium, num.* 3. *ff. de pecul.* Aflict. *decis.* 13. *num.* 16. *&* 18. & fuit dictum *in causa Romana hæreditatis de Beutlacqua*, 13. *May* 1591. *coram Orano*; & *in alia causa Romana Administrationis tutelæ*, 2. *Aprilis*, & 1. *Iunij* 1590. *coram bon. mem. Pensa*; Seraphin. *decis.* 1455. *num.* 5. & fuit etiam dictum *in Bononiensi Dotis*, 20. *Iunij* 1614 *coram Reuerendiss. Domino meo Patriarcha Antiocheno.* Quæ si procedunt respectu dotis, eo magis debent procedere respectu donationis propter nuptias, & fructuum dotalium. Quare debitum non erat absolutè necessarium: sed pendebat ex eo, an ex administratione mulier præsumeretur satisfacta; quod requirebat causæ cognitionem: & ideo erant seruandæ solemnitates Statuti.

Præterea fuit consideratum, quòd respectu fructuum dotalium decretum corruit ex falsa causa: quia soluto matrimonio non debentur amplius fructus dotis, cùm illius titulus sit extinctus. Doctores *in cap. salubriter de vsur.* & tunc demum debentur, quando duo concurrunt; scilicet quòd mulier fecerit diligentias pro dote habenda; & non habeat vnde aliunde se alat. Aflict. *decis.* 184. *num.* 41. Thesaur. *decis.* 43. & fuit resolutum *in Spoletana Vsusfructus*, 18. *Maij* 1599. *coram bon. mem. Cardinali Mantica*; & *in Cæsenatensi Fructuum dotis*, 15. *Iuly* 1603. & 16. *Ianuarij* 1606. *coram bon. me. Litta*; in qua fuit dictum quòd onus probandi quòd non habuerit aliunde, incumbit mulieri. Pontan. *de aliment. cap.* 15. *num.* 13. Hic autem non docetur de aliqua diligentia: & tantum abest quòd probetur quòd mulier non habeat aliunde; immo clarè constat de contrario, ex quo ista mulier fuit relicta vsufructuaria à marito: quod legatum licèt restringatur ad alimenta, iuxta consuetudinem Bulgari; non refert, cùm nihilominus haberet alimenta, & sic vltra dotem vnde se aleret.

Et ita conclusum, vtraque parte informante.

Reuerendiss. D. Coccino Decano.

Imolen. Bonorum.

Lunæ, 18. *Iunij* 1618.

EPITOME.

Emphyteusis concessa pro filijs, & nepotibus an comprehēdat feminas. Apostilla in instrumento apposita an probet. Ecclesia an teneatur reinuestire feminas descendentes à primis emphyteotis?

Emphy-

Emphyteusis quando intelligatur deuoluta ob alienationem.

Ad Cap. 124. num. 5.

DECISIO LXVI.

NOn dubitarunt Domini Emphyteusim, tam in primo, quàm in secundo instrumento concessam, esse deuolutam, cùm fuerit concessa pro masculis tantùm, qui defecerunt per mortem Matthæi; & hęc instrumenta habent etiam assistentiam iuris pro se: quia in emphyteusi concessa pro se, & filijs, & nepotibus, fœminæ regulariter non comprehenduntur, secundùm magis communẽ opinionem Doctorum, de qua *in decis. 125. par 2.* & fuit resolutum *in causa Ceruien. Bonorum, 7. Februarij 1583. coram bo. mem. Cardinali Serapbino*, quæ habetur in eius libris *sub num. 610.* Et licèt in margine secundi instrumenti appositæ fuerint etiam verba, Pro feminis; attamen illa appostilla non videtur probare, cùm non concurrant requisita ad effectum vt probèt, quæ fuerunt considerata *in causa Perusina Fideicommissi, 4. Maij 1609. coram me*. Et hæc quoad primam partem dubij.

Quò verò ad secundam, Domini dixerunt, quòd Ecclesia tenetur reinuestire feminas, de quibus agitur, tanquam proximiores. Nam cùm Ecclesia nolit pro se retinere, æquius est vt dictæ fœminæ tanquam proximiores præferantur ex ordine charitatis, & affectionis, quæ magis concurrit in illis, quam in extraneis, & propter honorem pristinæ dignitatis. Bart. *in l. 1. §. permittitur, de ag. quot. & æstim.* Anchar. *cons. 171. num. 5. & 6.* & *cons. 134. num. 2. ad med.* Roman. *cons. 22. num. 5. vers. contrarium tamen*, vbi de communi. Grat. *cons. 79. num. 2. lib. 1.* Afflict. *decis. 238. num. 2.* Clar. *in §. emphyt. quæst. 43. in princip.* Gabr. *de iur. emphyt. conclus. 1. num. 1.* & fuit dictum *in causa Bononien. Bonorum, 10. Decembris 1582. coram R. P. D. Robustello*, quæ habetur *par. 2. sub num. 198.* vbi post alios extendit, siue agatur de descendentibus agnatis, siue cognatis, & transuersalibus.

Non obstat quòd agatur de feminis non comprehensis in prima inuestitura. Quia prædicta conclusio habet locum etiam in feminis. Bero. *cons. 98. & seq. lib. 1.* Ruin. *cons. 151. num. 18. lib. 1.* Roman. *cons. 22.* vbi appostilla *in lit. R.* dat plures concordantes, & dixit Rota *in dicta causa Ceruien. sub num. 6.* & *in dicta Bononien. num. 2.* vbi alij Doctores allegantur, etiam quòd fœminæ non sint comprehensæ in prima inuestitura, ex Bero. *cons. practi.* & per Rot. *in dictis decisionibus Ceruien. & Bononien.* & fuit etiam dictum *in causa Ciuitatis Castelli Emphyteusis coram Platto.* Nam etsi renouatio fieri debeat cum eisdem pactis, & conditionibus in prima inuestitura contentis, nihilominus per secundam, in qua concessio fieret feminis, non alteratur prima, cùm concessio fieri debeat pro filijs masculis; sed solum aperitur via masculis per primam admissionem fœminarum, quæ ex æquitate admitti debẽt ad exclusionẽ extranei, vt supra dictũ est, cùm non sint incapaces emphyteusis, vt est eadẽ opinio, de qua Bero. *in cap. in præsentia, num. 401. & seq. de probat.* Clar. *in §. emphyt. quæst. 32. num. 1. & 2.*

Neque etiam obstat quòd res non sit integra, cùm inuestitura fuerit facta alijs, maximè etiam cùm vltimus vocatus alienauerit Domino. Quia ad primum fuit responsum, quòd cùm inuestitura fuerit facta extraneis, competit proximioribus ius petendi renouationem intra triginta annos. Gabr. *de iur. emphyt. conclus. 1. num. 12.* vbi de communi Rota *in dicta causa Ceruien. sub num. 6.* & fuit dictum *in causa Ferrarien. Bonorum de Schiantis, 28. Aprilis 1617. coram R. P. D. Pamphilio*, vbi plures Doctores allegantur, & præsertim decisio *in eadem causa Ceruien. Bonorum, 4. Iulij 1590. coram Orano*; & bene facit dicta decisio *in causa Bononien. sub num. 5.* vbi expressẽ, quòd ex inuestitura facta extraneo intra annum dici non potest rem non esse integram. Rimin. *sen. cons. 444. num. 49. volum. 4.*

Ad secundum autem fundamentum, quòd licet verum sit quòd quando fit deuolutio ob alienationem, irrequisito Domino, proximiores non debeant inuestiri, Gabr. *de iur. emphyt. concl. 1. n. 8.* hic tamen non agitur de deuolutione ob alienationem, sed ob lineam finitam: & quamuis Mattheus alienauerit in articulo mortis, illa alienatio non habuit effectum, cùm non fuerit deuentum ad traditionem possessionis, & ideo nihil potest operari ad effectum, vt emphyteusis dicatur finita ob alienationem. Corb. *de caus. priuat. ob alienationem irreq. dom. limit. 8.* Qui licet *num. 3. & 4.* limitet conclusionem, quando in venditione fuit apposita clausula constituti, prout in casu nostro, & dicit hanc esse communem sententiam, in eodem titulo, *ampliat. 30.* Attamen cùm in casu isto fuerit reseruatum ius Abbatiæ cum clausula, & non aliàs, &c. clarum est quod non sit sequuta deuolutio, vt est conclusio indubitata, stante dicta clausula, & quòd non fuerit posita clausula, & non aliàs, si sunt præseruata iura Domini directi, vt per Corbul. *d. ampliat. 30. num. 2.*

Denique non obstat quòd solis hæredibus cõpetat hoc ius petendi renouationem. Gabr. *de iur. emphyt. conclus. 1. num. 16.* Quia hoc procedit, quando emphyteusis est hæreditaria, vt dixit Rota *in dicta causa Ceruien. sub num. 10.* hic autem emphyteusis non est hæreditaria: quod patet ex eo quòd in instrumento concessionis nulla fuit facta mentio. Clar. *in §. emphyteusis, quæst. 16. num. 1. vers. emphyteusis non hereditaria*, & fuit dictum *coram me in causa Romana Emphyteusis, 18. Maij 1602.* & *28. Aprilis 1603.*

Et ita conclusum constare de deuolutione; & tamen faciendam renouationem ad fauorem suorum.

R. P. D.

R. P. D. Bubalo.

Brixien. Feudi.

Lunæ 16. Maij 1583.

EPITOME.

In renouatione inuestituræ feminæ proximiores an excludant masculos extraneos. Seruitium personale feudo appositum reddatnè feminam incapacem illius feudi.

Ad Cap. 124. num. 37.

DECISIO LXVII.

FVit resolutum D. Magdalenam Quadriã debuisse inuestiri de feudo, de quo agitur, & consequenter D. Pomponium, & nepotes de Federicis non fuisse legitimè inuestitos. Cùm enim per obitum Antonij Mariæ Quadrii sine filiis masculis feudum deuolutum fuerit ad Ecclesiam Brixiensem, & Ecclesia noluerit prosè retinere, sed aliumlinuestiuerit, potius renouanda erat inuestitura in personam Magdalenæ filiæ Antonii Mariæ, quàm in fauorem extraneorum, ex vulgata doctrina Bart. *in l. 1. §. permittitur. de aqua quot. & astiu.* quam vti veram, & communiorem pluries Rota sequuta fuit, & de communi testatur Roman. *cons. 22. num. 5.* cum aliis relat. per Clar. *in §. simpliciter, quæst. 43.* & per Gabr. *de commun. opin. tit. de iur. emphyt. conclus. 1. in fin.* & fuit 1. solutum *coram R. P. D. meo Robusterio in una Bononien. Bonorum de anno præteriti*, & *coram R. P. D. meo Seraphino in una Cerusien. Bonorum de mense Maij præteriti*. Quam opinionem etiam in feudo procedere, tenet Rupa *in l. 1. num. 6. de priuil. cred.* cum aliis per Gabr. *vbi supra num. 6.* etiam quod feudum sit Ecclesiasticum, vt ibi per Gabr. *num. 3.*

Non obstat quòd inuestituræ sint factæ pro masculis. Quia cùm feminæ non sint expresè exclusæ, sed potius sub silentio prætermissæ, admitti debent ad petendum renouationem, quamuis in inuestitura non sint comprehensæ. Fulgos. *cons. 4. & cons. 220. col fin. vers. quinimò*, Cuman. *consil. 196. propè fin.* Paul. de Castr. *in cons. 159. ad fin. lib. 2.* Socin. iun. *consil. 176. num. 121. lib. 8.* Paris. *cons. 22. num. 36. lib. 8.* qui omnes loquuntur in renouatione feudi: & hæc opinio recepta fuit per Dominos *in illa Bononien. coram Robusterio*, reprobata opinione Rum. *in cons. 15. col. fin. lib. 8.*

Nec est attendenda inuestitura de anno 1509. in personam Ioannis Christophori de Federicis facta pro masculis tantum, & sic exclusiuè ad feminas. Quia cùm omnes aliæ inuestituræ anteriores, & posteriores dictorum de Quadrio sint pro masculis simpliciter, absque taxatura, illæ potius sunt attendendæ.

Nec etiam obstat quòd in hoc feudo feminæ sint incapaces propter seruitium personale, & propter iuramentum fidelitatis, quod in eo præstatur, iuxta doctrinam Bald. *in cap. 1. §. & quia vidimus, num. 14. de his qui feud. dar. possunt*, Paris. *cons. 106. nu. 11. lib. 4.* cum aliis allegatis. Quia non constat quòd hoc feudum requirat aliquod seruitium personale: quo casu femina est etiam capax feudi, vt per Clar. *in §. feudum, quæst. 73. num. 7.* Nec etiam omne seruitium personale reddit feminam incapacem feudi, sed illud tantum, quod per feminam præstari non potest, vti de communi testatur Clar. *d. quæst. 73. num. 8.*

Vltimò non obstat quòd Episcopus non potest alterare antiquam formam inuestiendi pro masculis, & inuestire feminas. Quia non ex hoc renouatio denegari debet, cùm vel possit fieri inuestitura Magdalenæ pro filiis, & descendentibus masculis, vel quatenus opus sit, poterit impetrari confirmatio à Sede Apostolica.

Et quibus Domini iuerunt in hanc sententiam, quòd Magdalenæ renouatio inuestituræ huius feudi denegari non possit: cum præsupposito tamen, quòd huiusmodi feudum non requirat seruitium personale, quod per feminam præstari non possit.

Cardinali Sacrato.

Romana Relocationis.

Mercurij 2. Decembris 1609.

EPITOME.

Statutum Vrbis de relocatione an comprehendat Confraternitates.

Ad Cap. 124. num. 38.

DECISIO LXVIII.

CVm præsupposito quòd Archiconfraternitas soleat distrahere sine solemnitatibus, censuerunt Domini Cõfraternitatem teneri relocare cum infrascriptis pactis, & conditionibus Annæ, & sororibus, tanquam de sanguine vltimi inuestiti, in vim Statuti Vrbis *cap. 124. lib. 1.* Quod quidem Statutum cùm sit Papale tanquam conditum de ordine, & mandato Papæ, est aptum ligare res, causas, & personas Ecclesiasticas in iis, in quibus non reperiuntur particulariter priuilegiatæ, vt tenuit Rot. *in causa Romana de Comitibus*, relata *inter diuers. impress. decis. 452. par. 1.* & *in alia Portuen. Plani coram Robusterio*, confirmata *in decis 371. num. 3. ead. par. 1. diuersor.* & vltimo loco *in Romana Separationis iberi coram R. P. D. meo Marquemontio*, in duabus resolutionibus.

Et proinde non fuit necessarium ingredi quæstionem, An ista Confraternitas sit locus pius vel ne?

ne? quia de potestate statuentis etiam quoad loca pia non potest dubitari ex prædictis: nec minus de voluntate; stante quòd, vt supponitur in facto, Confraternitas alienat sine solemnitatibus: vnde cùm circa alienationem minimè habeat specialem prouisionem, siue sit locus pius, siue non, debet comprehendi sub generali dispositione Statutorum, sicut veniunt res, causæ, & personæ, vt in allegatis decisionibus.

Atque hinc corruere videbatur fundamentum ex decisione *in causa Romana Relocationis coram Gipsio*, 13. *Martij* 1595. in qua fuit dictum huiusmodi Statuta non habere locum in locis Ecclesiasticis. Quia hoc ideo est, quia super bonis Ecclesiæ adest specialis prouisio, nempe *in extrauag. ambitiosæ, de bon. Eccles. non alien.* & Statutum generaliter loquens non debet trahi ad casus habentes specialem prouisionem, & priuilegium, *ad not. in l. si quando, §. generaliter, C. de inoffic. testam.* Put. *decis.* 160. *num.* 2. & 3. *lib.* 3.

Et ita fuit conclusum, non tamen sine contradictione.

R. P. D. Pirouano.

Romana Pensionis Prioratus.

Lunæ 4. Februarij 1630.

EPITOME.

Restitutio in integrum an impediri possit per exceptionem trãsactionis? De vi iuramenti, & clausulæ, Sublata. Commissio super aperitione oris an importet absolutionem a iuramentis. Statutum de læsione an comprehendat causas spirituales, & spiritualibus annexas? Declarantur Statuta Vrbis cap. 124. & 178. lib. 1. Metus quando iustificet causam restitutionis in integrum.

Ad Cap. 124. *num.* 47.

DECISIO LXIX.

CArdinalis bonæ memoriæ Alexandrinus prouisus de Prioratu de Vrbe Religionis Sancti Ioannis consensit reseruationi duarum pensionum ad fauorem Domini Marchionis Cassani, eius ex fratre neporis, in summa ducatorum de Camera 2400. super fructibus eiusdem Prioratus. Eo postea decedente, de eodem Prioratu per sanctæ memoriæ Clementem Octauum fuit prouisus Cardinalis bonæ memoriæ Siluester Aldobrandinus, qui validitatem reseruationis pensionum impugnans, contra Dominum Marchionem causam super iactationibus commisit in Rota; & inde per concordiam iuramentis, & Apostolica confirmatione roboratam, pensiones reductæ fuerunt ad ducatos 1200. Verùm Domino Marchione conquerente se per metum inductum ad concordandum, atque fuisse enormissimè læsum, præuia oris aperitione, causa restitutionis in integrum prout de iure fuit commissa. Eo autem ad vlteriora procedente excipiebatur nihilominus per Modernum Priorem de obstantia transactionis: de qua cùm hodie esset dubitatum, dictum fuit, obstare.

Quia illa est exceptio litis finitæ, nec vlterius est procedendum, cùm impediat litis ingressum. *l. fratris, C. de transact.* Mohed. *dec.* 3. *de transaction.* Rota *decis.* 539 *num.* 1. *part.* 1. & 414. *num.* 1. & 447. *num.* 1. *par.* 2. *recent.* & dum est vallata iuramentis, & Apostolica confirmatione, redditur irretractabilis: nam etsi iuramentum non ampliet obligationem, addit tamen religionis vinculum. Oldrad. *cons.* 238. *num.* 2. Dec. *cons.* 408. *num.* 10. Paris. *cons.* 110 *nu.* 36. *lib.* 1. ita vt contrauenies efficiatur periurus, *cap. tua nos il* 1. *de iureiur* & vti periurus, absque noua gratia Principis excludatur a quacunque actione. Specul. *in tit. de actore, §.* 1. *nu.* 16. *vers. item quòd est periurus.* Alex. *cons.* 62. *num.* 19. *lib.* 7. Rota *decis.* 56. *num.* 4. post Picum de Statutis. Impotentiam verò agendi operatur confirmatio Apostolica per clausulam, *sublata*, quæ tollit facultatem ius dicentibus audiendi venientes contra pactiones, & conuentiones simili auctoritate comprobatas. Cassad. *decis.* 10. *num.* 3. *super regul.* Put. *decis.* 48. *num* 6. *in nouis, lib.* 1. & 377. *in fine, lib.* 3. Caputaq. *decis.* 134. & 218. *par* 3. latissimè de effectu istius clausulæ Gonzal. *in reg.* 8. *glos.* 66. *per totam.*

Non obstat quòd vinculum iuramenti fuerit relaxatum ram a Vicario, quàm per Sanctissimũ in Signatura Gratiæ, dum præuia oris aperitione causa fuit commissa super restitutione in integrũ prout de iure.

Quia quoad absolutionem a Vicario obtentam, nihil plus debet videri concessum, quàm petitum: nam admissa etiam opinione, quòd petitio absolutionis respectu iuramentorum relatiua ad certam scripturam, si sequatur absolutio, illa sufficiat; quam Rota sequuta est *in Arcuina Commendæ*, 19. *Iunij* 1587. *coram Orano*, & apud Gallesi. *decis.* 29. & *in Romana Dotis*, 4. *Februarij* 1609. *coram bon. memor. Penia.* Attamen cùm tranlactio non contineat iuramentum expeditioni literarum super confirmatione in Cancellaria præstitum, ad illud non est trahenda absolutio, ne plus dicatur concessum, quàm petitum: & tamen tot quot sunt iuramenta, tot debent esse absolutiones. Pelin. *in cap.* 1. *num.* 29. & *cap. debitores, num.* 9. *de iureiuran.* Bald. *in l.* 2. *num.* 91. *ff. eod. tit.* Socin. sen. *cons.* 59. *num.* 10. *lib.* 3. Roland. *cons.* 34. *num.* 8. *lib.* 1.

Nec releuans responsio vlta fuit, quòd cùm sine consensu in Cancellaria præstito concordia non valuisset, ideo iuramentum tunc præstitum censeri debeat pars concordiæ, & per consequẽs

in

in relato comprehensum, maximè propter clausulam in petitione; scilicet iuramentorum quomodolibet præstitorum, quæ apta dicebatur ad capiendum, etiam iuramentum in expeditione litterarum præstitum.

Quia expressio per relationem ideo sustinetur, quia ad certum fit relatio. *l. pluribus rebus. ff. de verb. obligat.* Bart. *in l. qui liberis, §. hæc verba, in fine, ff. de vulgar.* Alexand. *in l. vlt. num. 4. C. de hared. instit.* Menoch. latissimè *cons. 287. num. 8. & seq.* Sed relatio de qua agitur ad concordiam, non continet iuramentum expressum in scriptura, sed aliunde, nempe a scriptura consensus; & sic seorsum desumitur: ergo relatum non potest dici expressum, nec certum ad sustinendam opinionem de expressione per relatiuam, quæ aliàs non posset sustineri: quia receptissima est opinio quòd ad obtinendam absolutionem non sufficiat interpretata expressio, sed necessaria sit iuramentorum explicita narratio. Afflictus *decis. 220. num. 15.* Grammatic. *decis. 66. num. 15.* Olasch. *decis. 142. num. 12.* Rimin. iun. *cons. 693. num. 45. lib. 6.* Decian. *cons. 56. num. 95. lib. 4.*

Et eo minus absolutio sufficiens ad agendum potest desumi ex commissione super aperitione oris, quasi fuerint narrata iuramenta, & petita absolutio, & Papa causam committendo, per antecedens necessarium dicatur absolutionem concessisse. Ias. *in l. causa, num. 5. C. de transact.* Menoch. *de arbitr. quæst. 52. num. 14. & 15.* Rot. *decis. 9. & 28. de rescript. in nouis.*

Quia in rescriptis commissionum non attenduntur petita, nec quæ in consequentiam veniunt concedenda, sed quod a Principe fuit concessum: cætera autem censentur recta, *l. 1. & 2. C. de diuers. rescript.* Surd. *cons. 5. num. 62.* & quòd in huiusmodi rescriptis attendatur secunda pars commissionis, ad quam se refert Signatura Sanctissimi, & non tota narratiua, sæpe Rota declarauit, apud Seraphin. *decis. 868. num. 1.* in *Cremonen. Bonorum, 5. Iunij 1624. coram bon. mem. Vbaldo, & decis. 621. num. 2. par. 2. recentior.* Vnde cùm secunda pars Commissionis contineat, vt præuia oris aperitione committatur causa super restitutione in integrum, de hac tantum parte rescripti gratiosi erit agendum; non autem de contentis in prima parte, quæ censentur non placuisse Sanctissimo.

Secundo principaliter pro parte Domini Marchionis dicebatur, non obstare confirmationem apostolicam, nec potentiam clausulæ, *Sublata*, in ea appositam, dum præcesserit gratia Principis super aperitione oris, & facultate agendi super restitutione in integrum obtinenda. Cæterum cùm fuerit commissa causa prout de iure, & de iure ad effectum restitutionis sit necessaria probatio læsionis, Innoc. *in cap. ex litteris, num. 7. de restit. in integr.* Rot. *decis. 1. eod. tit. in antiq.* & *decis. 132. num. 1. par. 1.* & *715. nu. 2. par. 2. recentior.* visum fuit nec probatam, nec posse probari ex natura contractus concordiæ, de qua agitur.

Certum est enim quòd pensiones ascendebant ad ducatos de Camera 1400. & quòd reductio facta fuit ad ducatos 1200. Vnde cùm non possit dari de excessu vltra dimidium, cessant causæ læsionis: quandoquidem ad rescindendam transactionem requiratur probatio enormissimæ læsionis in excessu vltra dimidiam, & quidem in magno excessu, & habito respectu ad dubium litis euentum. Cagnol. *in l. 2. num. 78. C. de rescinden. vendit.* Mantic. *de contract. lib. 26. tit. nu. 29.* Rota *decis. 461. nu. 7. par. 1.* & *dec. 715. num. 3. par. 2. recent.* vbi hæc opinio fuit latissimè comprobata.

Non obstat quod hodie non fit agendum de causis, sed an obstet vinculum tranlactionis quin possit procedi ad cognitionem causarum restitutionis in integrum, de qua factis probationibus erit videndum prout de iure, & secundum gratiam in rescripto indultam. Quia vltra vinculum iuramenti in expeditione litterarum præstiti, quod adhuc non videtur sublatum, semper obstat defectus causæ deficiente probatione impossibilis læsionis, ex quo non datur casus quòd excessus vltra dimidiam considerari possit.

Non obstat quod Statutum Vrbis *cap. 154. lib. 1.* admittat læsionem ad hunc effectum in tertia parte, & sic non posse considerari impossibilem probationem læsionis; quod cùm fuerit conditum a deputatis a Papa, comprehendit etiã personas Ecclesiasticas. Pic. *ad Statut. Vrbis, glos. 23. num. 10.* Rota *decis. 267. nu. 6. coram Papa Greg. XV.*

Quia ius non est in eo quòd Statutum sic a Papa, vel de eius mandato per deputatos conditum, possit personas Ecclesiasticas comprehendere; sed in eo quod nihil disposuerit de eisdem personis, aut rebus Ecclesiasticis, & nihilominus voluerit comprehendere huiusmodi causas Ecclesiasticas, & spirituales, aut spiritualibus annexas; prout sunt pensionis, quæ in hoc priuilegiatæ reperiuntur (vt secundum canones decidantur, Castr. & Bald. *in l. priuilegia, C. de sacros. Eccles.* Cald. *cons. 18. num. 1. de constit.* Roland. *cons. 93. num. 12. lib. 3.* & tunc materiæ istæ tanquam priuilegiatæ, & non specialiter expressæ, sed ex generali dispositione possibiliter deductæ, defectu voluntatis statuentium non cõprehenduntur in Statutis laicorum. Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glos. 14. num. 104.* Benint. *decis. 76. num. 10.* latissimè comprobat Gratian. *discept. 710. num. 26.* & *895. num. 45.* id affirmans, etiam si fiant auctoritate Papali cõfirmatæ, quia factum roborat, sed quod non est expressum, propterea non disponitur. Et per hanc rationem Rota intellexit, Statutum Vrbis 124. *lib. 1.* in quo disponitur quòd finita emphyteusi relocetur successoribus, vt non intelligatur de emphyteusi Ecclesiastica, quæ secundum extrauag. *ambitiosæ*, determinari debet, vt in *Romana Relocationis Domus, 13. Martij 1595. coram Gipsio*, & *in causa Relocationis Casalis, 16. Martij 1613. coram bo. me. Card. Sacrato.*

Nec vim facit quòd Statutum Vrbis 178. *lib. 1.* non disponens expressè de causis Ecclesiasticis, & spiritualibus, habeat etiam locum in eis, vt a duobus conformibus non detur appellatio, & teneat, vt *in causa Pittorien. Plani coram Robusterio*, quam Rota recenset, & sequitur *in decisione 452. num. 1. par. 1. diuers.* Quia ideo seruatur

uatur inter Ecclesiasticos, quia Statutum expressè præcepit quòd seruetur in omnibus Curijs, & sic comprehenduntur, quia versamur in expressa, non autem in generali dispositione: & ita respondet supradicta decisio ad decisionem Robusterij, quæ bene distinguit hanc materiam.

Quæ verò opponebantur respectu metus pro iustificatione causarum restitutionis in integrum ex quo bo. mem. Abbas Bonellus frater D. Marchionis tunc de tempore translationis detineretur in carceribus, visa fuerunt non releuare. Non enim sufficit allegare metum, nisi etiam probetur secundum qualitates a iure traditas, scilicet quòd talis sit metus, qui cadat in constantem virum, & quòd carceratio sit iniusta, prout in similibus terminis respondit Paris. *consil. 5. num. 168. & seq. lib. 4.* & Flamin. Paris. *sequitur lib. 13. de resignat. quæst. 1. num. 161. & seq.* & idem Rota tenuit quando carceratio non probatur iniusta, vt non rescindat contractum ab ipsomet carcerato stipulatum, *in Romana Repetitionis indebiti*, 30. *Aprilis* 1610. & 25. *Iunij sequentis*, quæ leguntur impressæ per Farinacium *post secundum vol. cons.* 286. *&* 295. & idem Farinac. latissimè comprobat *tit. de carcerato, quæst.* 35. *nu.* 28. Gratian. *discept.* 479. *num.* 3. *& seq.* & nouissimè *in causa Arminen. Nullitatis obligationis*, fuit firmatum 6. *Iunij* 1629. *coram me*. In quibus cùm deficiat D. Marchio, meritò cætera poterunt omitti, tanquam irreleuantia ac effectum iustificandi causas restitutionis in integrum, quæ debent esse in sua probatione plenè, & concludenter.

Et ita, &c.

R. P. D. Oradino.

Romana Salarij.

Ven. 1. *Iulij* 1569.

EPITOME.

Bona hæreditaria sunt obligata ei qui qui negocia hæreditaria vtiliter gessit; ita vt sit præferendus omnibus alijs creditoribus, etiam habentibus expressam hypothecam. Priuilegia impensarum, & seruitiorum pro defendenda hæreditate.

Ad Cap. 128. *num.* 10.

DECISIO LXX.

HAEreditaria bona an sint obligata ei qui hæreditaria negocia vtiliter gessit.

Patent fundamenta: quia officia, & seruicia Petri præstita, sunt hæreditati annexa, illam iuuando, defendendo, agendo, pro ea procurando, sollicitando, & eius vtilitati inuigilando: quæ adeo cohærent ipsi hæreditati, vt tanto minus in illa inesse videantur, quanto pro mercede soluendum est. *l. quod dicitur*, vbi Bart. & alij, *ff. de impen. in reb. dot. fact.* glos. *in l. 1. eod. tit. l. 1. §. sed nec ob impensas*, C. *de rei vxor. act.* Afflict. *decis.* 359. *num.* 1. *&* 2.

Dicitur que talis impensa necessaria, *dictal. 1. §. inter necessarias*, & *l. seq. ff. de impens. in reb. dot. fact.* Ial. *in l. fin. §. in computatione, nu.* 2. *vers.* 3. C. *de iur. delib.* Aequiparatur hæc actioni funerariæ, vel inuentariæ: & omnes aliæ impensæ necessariæ pro hæreditate ex eius bonis ante omnia solui debent, & de illis nullus est locus restitutioni loco pietatis.

Deducitur que in primis tan quam æs alienum etiam cum prælationis prærogatiua habentium hypothecas, quæ præfertur actionibus hypothecarijs anterioribus. Rip. *in l. quæsitum in princ. num.* 7. *ff. de priu il. cred.*

Spectantque ad defensionem bonorum, & ad perpetuam illorum societatem. *l.* 3. *§. nos generaliter, ff. de impens. in reb. dot. fact.* atque concernunt ipsa corpora bonorum hæreditariorum tanquam illis annexa *d. l. 1. in* 2. *resp.*

Et ideo creditores sibi de dictis bonis satisfieri volentes necesse est vt illa accipiãt cum onere suo *l. si debitor*, C. *de distr. pign. l. debitores*, C. *de pignor. l. debitorem*, C. *de pact.*

Cùmque dicta Petri officia meliorem bonorũ conditionem effecerint, ea liberando a calumnijs molestijs prætensorum creditorum, sequitur quòd tria priuilegia consecutus sit Petrus: Primum quòd aliis personalibus creditoribus præferatur: Secundum quòd in rebus defensis habeat tacitam hypothecam: Tertium quòd cæteris etiam anterioribus, & expressis hypothecis, sua tacita, & posterior præferri debeat. *l. interdum*, vbi glos. *in ver. credidero*, & Bartol. *num.* 4. & Salic. *num.* 3. iuncta *l. seq. ibi*: Quod ideo hoc est, quia officium ipsius res ipsa seruauit, *ff. qui pot. in pign. hab.* Alex. *consil.* 217. *nu.* 2. *lib.* 7. Rip. *in l. priuilegia, nu.* 32. *&* 35. *ff. de priuil. credit.*

Aliàs ex officio Petri locupletarentur creditores, cum illius iactura; quod esse non debet: obstat enim regula, *nam hæc natura*, cum vulgar. *ff. de cond. indeb.* quia qui defendit bona, & liberauit cæteras molestias, & persecutiones temerariorum, lucrum dicitur attulisse. *cap. veniens, il 1. extr. de testam. l. si quis ablationes, ff. de reg. iur.* Specul. *in tit. de vsur. ad fin.*

Graueque equidem est, vt quis sudore, & labore suo fraudetur. *l. cùm oportet, §. si etiam*, vbi glos. *in ver. grauius*, & Castr. *in* 1. *not.* C. *de bon. quæ liber.* & daretur illi remedium saltem ex *l. si me, & Titium, ff. si cert. pet.* ergo multò magis exceptio, *l. si venditur, ff. de except.*

Nec obstat quòd Petrus inseruierit hæredibus, quos obligatos habet personali actione, bona autem non sint taliter hæredum, vt potuerit ipse deteriorem facere aliorum conditionẽ aliis obligando, *d. l. si debitor*, C. *de distract. pign. d. l. debitorem*, C. *de pign.* & *l. debitorem*, C. *de pact.*

Quia

Quia cùm expensæ sint vtiles, & necessariæ, vt supra, demonstratum est, non potest dici quòd facta sit deterior conditio creditorum. Atque etiam quia cùm hæredes dictam hæreditatem adiuerint cum beneficio legis, & inuentarii, possent ipsi hæredes prius detrahere huiusmodi expensas, quàm creditoribus satisfaciant, *l. fin. §. in computatione, vers. vel in alias necessarias causas*, & ibi Doctores omnes, C *de iur. deliber.* vlti. Alex. *in 3. notab. com. num.* 2. & 4. Iason. *num.* 3. Roman. *consil.* 226. *sub num.* 6. *vers. si autem in aliis.*

Quod insuper vult Ang. *in dicto §. in computatione com. num.* 4. Ias. *in* 3. *not.* vt procedat etiam in impensis factis per hæredes ad ipsorum defensionem contra alios prætendentes, & hæreditarios: quod itidem volait Franc. Porcell. *in tract. de inuent. 7. quæst principali circa 7. & 8. vtilitatem inuentary, num.* 6.

Tales namque impensæ impensis funerum æquipollêt, & cum eis pari passu ambulant: cùmque actio funeraria præferatur etiam creditoribus hypothecariis, & anterioribus, vt de eorum opinione testatur R.p. *in dicta l. qualitum*, & aliis in locis supra citatis; ita præferatur hæc procuratoris.

Addo quòd ipsi Petro competit actio mandati. *l. salarium, ff. mand. vel act. locat.* Bart. *in l.* 1. *in fine principij, ff. de procur.* nec tenetur cauere, cùm aliis præferatur; & sic cessat causa ob quam actio præferatur. *l. hæc autem, ff. si cui plusquam per l. falcid. l. hac stipulatio, §. Diuus, ff. vt leg. non. cau.*

Nec obstat si dicatur quòd in iis in quibus Procurator succubuit, defensio vtilis non fuit. Quia non debuit ipse iura hæredibus indefensa relinquere. Bart. *in l. causam, §. in hac*, & *l.* 2. *ff. iud. sol.* per *l. non est ignotum, C. de administr. tut.*

Ex quibus resultat resolutio, quòd idem Petrus sit cæteris omnibus alijs creditoribus anterioribus etiam habentibus hypothecam præferendus, sine aliqua cautione præstanda, & prius satisfaciendus.

R. P. D. Dunozet.

Romana Quarti Dotalis.

Sabbato 26. *Nouembris* 1633.

EPITOME.

Lucrum dotale an debeatur viduæ non secuta matrimonij consummatione ob impotentiam perpetuam viri defuncti.

Ad Cap. 131. *num.* 4.

DECISIO LXXI.

ALexander contraxit matrimonium solemniter cum D. Diana, cum qua cohabitauit per duos menses circiter; deinde obijt: post eius obitum D. Diana vltra restitutionem Dotis cæpit prætendere lucrum dotale a D. Camillo patre Alexandri, & fideiussore ex dispositione Statuti Vrbis *cap.* 131. *lib.* 1. Vnde proposito a me dubio, an ei deberetur, Domini negatiue responderunt.

Nam fuit consideratum dictum Statutum, in quo D. Diana se fundat, requirere matrimonii consummationem ad effectum lucrandi quartum dotale, vt ex eius lectura euidenter apparet. Vnde D. Diana, quæ est actrix, & petit dictum quartum vigore dicti Statuti, deberet concludenter probare istam qualitatem a Statuto requisitam, & sic matrimonium verè consummatum fuisse: vt in terminis Statuti de lucro dotis. Paris. *consil.* 34. *num.* 10. *& seqq. lib.* 3. & *cons.* 62. *n.* 42. *lib.* 4. Rolan. a Vall. *cons.* 46. *num.* 8. *lib.* 4. Bero. *cons.* 40. *num.* 25. *post med. lib.* 1. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *disp.* 19. *num.* 3. & 4. Rota *decis.* 101. *num.* 1. *par.* 2. *diuers.*

Ex his autem quæ pro parte dictæ Dianæ deducuntur, tantum abest, vt probetur dicta qualitas, quinimo de contrario constat, tam ex propria eius confessione, de qua in Summario nu. 9. asserentis, se nunquam ab Alexandro carnaliter fuisse cognitam, quæ confessio in his terminis contra ipsam bene probat Rot. *diuers. dicta decis.* 101. *num.* 11. *par.* 2. Gregor. XV. *decis.* 357. *num.* 3. quàm ex relationibus Matronarum, quæ facta corporis inspectione post contractum matrimonium eam virginem, & incorruptam esse retulerunt.

Non obstat quòd per Dianam non steterit quominus matrimonium consummaretur, sed per Alexandrum, ideoque in hoc casu illud haberi debeat pro consummato, quod sufficit ad effectum consequendi lucrum dotale. Bald. *in l. Deo nobis, sub num.* 7. *vers. sexta hoc, C. de Ep. & Cler.* Napodan. *in consuet. Neap. in tit. de iur. quart. fol.* 256. *sub num.* 32. *& fol.* 258. *num.* 43. Surd. *de alim. tit.* 1. *quæst.* 32. *num.* 18. Sanch *de matrim. lib.* 6. *disp.* 18. Molfes. *ad consuetud. Neap. par.* 7. *tit. de iure quart. quæst.* 7. *per tot. & in addit. a num.* 15. *vsque ad nu.* 21. Graminar. *decis.* 103. *sub num.* 87. *vers. & licet, cum seqq.* Gaill. *obseruat.* 80. *num.* 11. *vers. secundo limitatur, lib.* 2. & in terminis Statuti Vrbis, Rot. *decis.* 92. & 101. *par.* 2. *diuers.* Quia de contrario apparet ex depositionibus testium pro parte Alexandri examinatorum, asserentium, dictam Dianam vt plurimum repulisse virum ad eam accedere volentem, & persæpe ex lecto maritali ad matrem confugisse, ac demum maximis dilationibus illum è domo eiecisse. Ex quibus potius constat de renitentia Dianæ, quàm de eius patientia.

Non obstante deducta ad probandam impotentiam perpetuam D. Alexandri. Nam omisso, an ex illis probetur, prout illam probari DD. non credebant; attamen dato quòd illa esset probata, adhuc tamen non deberetur dictum lucrum,

cùm

cùm propter dictam impotentiam matrimoniũ fuerit à principio nullum, *cap.* 2. & ibi DD *de frigid. & malef.* Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp* 92. *num.* 2. cum aliis adductis per Bonacin. *de matrim. quæst.* 3. *punct.* 13. *num* 9. quo casu cessat Statutum de lucro dotis: quia vbi matrimonium non adest, nec dos, nec lucrum, seu donatio propter nuptias esse potest: vt in terminis, quòd lucrum non debeatur, quia matrimonium est nullum propter impotentiam Viri, Bald. *in cap. iuranit, nu.* 1. *de prob.* Phanuc. *de lucr. dot. glos.* 3. *num.* 6. Gomez *ad l.* 50. *Tauri, num.* 7. Barbos. *in l.* 2 *ff. solut. matrim. par.* 1. *num.* 138. Molphel. *ad consuetud. Neapol. coll.* 1. *par.* 7. *num.* 7. *& seqq.*

Et ita vtraque.

Card. Sacrato.

Asculana Dotis.

Veneris, 9. *Maij* 1603.

EPITOME.

Lucrum dotale an debeatur marito de dote soluta tantùm, an etiam de promissa; ad declarationem Statuti Asculani lib 1. rub. 4. de lucro dotis.

Ad Cap. 131. *num.* 15.

DECISIO LXXII.

FVit conclusum, Statutum Asculanum lib. 1. rubr. 4. de lucro dotis habere locum in dote promissa, tum ex proprietate sermonis, quia dos promissa regulariter venit nomine dotis. Achill. *decis.* 13. *nu.* 2. *d. consilit.* latè Roland. *tract. de lucro dotis, q.* 5. *num.* 14. Tum ex identitate rationis, quia illud lucrum datur marito in recompensam onerum matrimonij. glos. penult. *in l. si donaturus, § fin. ff. de cond. sauf. dat.* Ruin. *cons.* 101. *num.* 5. *vol.* 1. quæ recompensa non minus, imo multo magis debetur marito, qui dicta onera sustinuit ante solutam dotem, quàm illi qui sustinuit post. Angel. *cons.* 180. *num.* 1. *vers. quia Statutum*, etiam fuit dictum *in causa Ariminen. Legati*, 20. *Nouembris* 1596. *coram R. P. D. Litta*.

Non obstant illa verba Statuti, ibi *le due parti della dote ritornino, e rendansi à quelli che l'hanno data*, tunc. ex alijs ibi, *e la terza parte rimanga al marito*: per quæ verba infertur, Statutum per necesse intellexisse de dote soluta, tum propter illa verba *ritorni, e rendansi*, quæ denotant discessum à manibus dotantium, *l. stylum*, *§. si heres, ff. stat. lib.* Natt. *cons.* 258. *num.* 2. Tum propter illa verba ibi, *che hanno data*: per quæ videtur excludi de promissa tantum, ex alleg. per Roland. *tract. de lucro dotis, num.* 3. vbi de magis communi: Tum denique propter alia verba ibi, *la terza parte rimanga al marito*: quod verbum *remanere*, non potest verificari in illo, qui rem apud se non habet, vt de se patet. Nam quantum ad verba *reddere*, & *restituere*, illa satis verificantur in reuersione iuris, quod erat apud virum pro petitione dotis ante solutum matrimonium: ita in specie respondet Angel. *cons.* 180. *num.* 20. *vers. possimus etiam*, Ruin. *consil.* 133. *num.* 4. *vers. secundo modo*, *volum.* 4. Cephal *cons.* 336. *num.* 22. alias ad propositum alleg. Tiraq. *de retract. conuent. ad fin. num.* 37.

Quantum ad verba facientia mentionem de dote data, fuerunt considerata verba immediatè subsequentia post clausulam, *rendansi à quelli che l'hanno data*, nempe ibi, *ò vero à quelli che l'hauessero stipolata render'à se ò vero à gl'heredi della donna, ò vero à chi la ragione desse che fosse restituita*. Ex quo contextu satis apparet illa verba, *che l'hauessero data*, non esse posita ad differentiam illorum, qui promiserunt tantum, sed aliorum ibi enumeratorum, quibus dos venit restituenda absque eo quòd illam dederint aut promiserint: vt in simili de Statuto faciente mentionem de dote data, fuit ponderatum *in causa Auximana dotis*, 10. *Ianuarij* 1597. *coram Reuerendissimo Domino Alexandrino*. Ex quibus patet, nos esse extra terminos conclusionis firmatæ per Roland. *dicta quæst.* 6. *num.* 3. quæ tamen non caret difficultate: quia contrarium magis verum dicit Alexand. *cons.* 63. *num.* 26. *lib.* 4 & alios refert Tiraq. *in retract. conuent. in fin. num.* 36.

Quantum verò ad verbum *remanere*, fuit dictum, illud satis verificari in iure incorporali, quod remanet apud virum pro petitione tertiæ partis dotis: quod ius, circumscripto hoc, Statuto, non remaneret. *l. dos à fratre, C. solut. matrim.* cum simil. & ita super hoc verbo, remanere, respondit Rota *in causa Clusin. Dotis*, 12. *Ianuarij* 1598. *coram bon mem. Peregrino*.

Card. Marcomontio.

Romana Successionis de Tagliaferris.

Veneris, 19. *Martij* 1607.

EPITOME.

Mulier extantibus liberis, an possit testari de dote, eo modo quo disponit Statutum? Liberorum appellatione an veniant nepotes in casu reseruationis dotis? Declarantur Statuta Vrbis cap. 131. & 134. lib. 1.

Ad Cap. 131.

DECISIO LXXIII.

PRopositò nuper dubio, An sententia Rotalis esset confirmanda, placuit Dominis quòd strictè videretur de Statuto Vrbis; circa quod magna fiebat vis per informantes pro Sextilia, Ideoque dilata tunc resolutione, postea vtraque parte informante, & obsequenti mandato Dominorum fuit conclusum, esse quoad Statutum standum in decisis coram bon. mem. Litta, 9. Iunij proximè præteriti.

Dum enim Statutum *lib. 1. cap. 131*, disponit quòd maritus existentibus liberis lucretur totam dotem; quam tamen reseruare teneatur liberis communis matrimonij; non est absolutè sublata facultas mulieribus quin de sua dote testari possint, eo modo quo Statutum disponit; aut Statuti dispositioni addatur vinculum testamentariæ dispositionis; sicuti patens legitimam filijs, vir vxori dotem, debitor creditori debitum rectè in testamento relinquunt.

Nec obstat Castren. *in l. si cùm dotem, num. 12. ff. soluto matrimon.* Cagnol. *in l. fin. num. 99. C. de pact.* Roland. *de lucro aut quæst. 82*, dum distinguunt, An Statutum disponat per verbum, lucretur: quo casu mulier de dote testari non potest: An verò per verbum, succedat: quo casu potest testari. Quam distinctionem admisit Rota *in causa Asfina Dotis, 5. Iunij 1595. coram Illustrissimo Blanchetto*,

Nam vel quæritur, an mulier possit de dote testari in fauorem alicuius, eamque adimere viro, vel filijs, vel generaliter cui illam attribuit Statutum per verbum, *lucretur*: & eo casu procedit dictum Castrensis. Aut quæritur, an mulier possit testari iuxta dispositionem Statuti: & iste est huius dubij casus, quem Castrensis non tangit; & quem affirmatiuè Rota resoluit in duabus causis, quarum mentio fit in supradicta decisione bon. mem. Litæ.

Stante autem quòd in terminis Statuti Vrbis mulier de dote testari possit, dummodo se conformet illius Statuti dispositioni; nõ est cur Sextilia impugnet Dianæ testamentum. Nam quantum attinet ad Marcum Antonium Maritum Dianæ, & Sextiliæ patrem, cùm Statutum illi deferat lucrum dotis, non simpliciter, sed cum onere illud reseruandi liberis, huiusmodi lucrum est in effectu vsusfructus dotis. Gabriel. *consil. 13. num. 31. lib. 2.* Ideoque cessat omnis impugnatio, ex quo illi fuit relictus vsusfructus, necnon dotis, sed etiam bonorum paraphernalium.

Et quoad liberos cessat etiam impugnatio; quandoquidem de proprietate dotis, & bonorum omnium Diana disposuit ad fauorem vnius ex illis, reseruata alijs legitima: nec Statutum quoad illos ius aliquod nouum induxisse, sed solummodo legitimæ successionis iura conseruasse illis videtur; vt per Cumanum *consil. 48. in fin.*

De iure autem mulier cuilibet ex filijs quamlibet suorum bonorum portionem assignare potest. *l. hac edictali, vers. sin autem non æquis portionibus, C. de secundis nupt.* Dummodo alijs legitimam reseruet. Bald. *consil. 81.* & *consil. 356. lib. 5.* Dec. *consil. 245. num. 2.* Itaque in omni casu eo modo intelligendum foret Statutum, nedum vt ista testandi prohibitione, satis per se odiosa, minus quam fieri potest, corrigatur ius commune; iuxta tradita in terminis per Iason. *consil. 137. num. 7. lib. 1.* verùm etiam quia id expressè voluisse videntur Statuentes; qui postquã dixerunt, dotem esse reseruandam liberis communis matrimonij, addiderunt hæc verba, *iuxta iuris dispositionem*.

Sed quòd intentio Statuti fuerit non aliquid disponere in fauorem filiorum, sed solummodo restringere lucrum marito concessum de tota dote, patet; Tum quia verba ad maritum, non ad filios, diriguntur, ibi: *Quam tamen filijs reseruare teneatur*. Tum propter illam dictionem, *tamen*, quæ est limitatiua & restrictiua. *l. pro hæredibus. ff. de acquir. hæredit.* Ruin. *consil. 1. nu. 12. lib. 4* Tum denique quia quoad maritum adest verbum *lucretur*; quoad filios autem verbum *reseruare*. Quibus accedit quòd Statuta lucrum deferentia, strictissima sunt, & intelligenda eo casu, in quo expressè loquuntur.

Itaque non obstat aliud Statutum *eodem lib. cap. 134.* quod existantibus liberis, & marito dotem lucrante, dat vxori facultatem testandi pro anima sua de decima parte dotis tantùm.

Nam stant simul quòd mater inter liberos vt voluerit, pro anima verò de decima parte tantũ testari possit. Deinde ista facultas testandi de decima est concessa vxori in casu lucri, quod facit maritus de tota dote: quia cùm per illud lucrum aolata sit vxori facultas testandi de dote, nisi inhærendo Statuti dispositioni, vt dictum est, Statuentes voluerunt illi indulgere facultate testandi de decima parte pro anima. Et propterea ista concessio est restricta ad terminos lucri, & fauore illius, cui lucrum conceditur; ideoque intelligitur vbi agitur de mariti præiudicio; non autem vbi de præiudicio filiorum, quibus Statutum aliquod lucrum non defert.

Nec facit quòd in hoc Statuto fiat mentio de existentia liberorum. Nam facta fuit demonstrationis & restrictionis causa: quandoquidem cùm in duobus casibus lucrum marito deferatur, scilicet quando extant, & non extant liberi; Statutum se declarat quòd loquitur tantùm in casu quando liberi extant; quia tunc cùm maritus lucretur totam dotem, mulier sine ista concessione non posset de aliqua parte testari. Quando autem liberi non extant, vir lucratur quartam tantùm partem dotis: ideoque cùm mulier de alijs tribus testari non prohibeatur, non applicatur illo casu concessio Statuti indulgentis vt de decima parte disponere possit. Et confirmatur ista Statuti concessio circa matris arbitrium, ex quo, respectu lucri, quod facit vxor in bonis mariti, extantibus liberis, idem Statutum Vrbis dispont quòd mulier cauere debeat de restituendo non simpliciter filijs, sed quibus de iure.

Non obstat quòd Octauius nõ esset filius Dianæ, sed nepos; quòdque Agapitus Octauij pater esset superstes. Nam istud nihil ad Sextiliam, quæ non est hæres Agapiti. Deinde cùm Statutum reseruet dotem liberis, certum est eorum appellatione venire nepotes. *l. liberorum appellatione, ff. de*

ff. de verb. signific. l. 2. §. non solùm, in fin. ff. de excus. tut. l. 3. §. emancipatos, ff. de assign. libert. & bene in proposito text. *in l. si dotali, ff. solut. matrim.* vbi stipulatione interposita vt liberorum nomine dos apud maritum resideat, nepotum quoque nomine dos retinebitur. Nec illa verba Statuti, *ad liberos communis matrimonij*, restringunt nomen liberorum ad filios, sed sunt posita ad excludendos filios alterius matrimonij, quos maritus ex alia vxore habere posset.

Atque ex his.

R. P. D. Remboldo.

Romana Quarti dotalis.

Veneris, 16. *Martij* 1618.

EPITOME.

Quartum dotale an debeatur neptibus ex filijs prædefunctis, siue ex persona propria, siue auiæ, siue patris vel aui? Item an vxori superstiti deferatur quoad proprietatem; ad interpretationem Statuti Vrbis lib. 1. cap 131.

Ad Cap. 131.

DECISIO LXXIV.

QVæsitum coram me fuit, An Quartum dotale quondam Virginiæ relictæ q. Celsi, hodie debeatur neptibus ex filijs prædefunctis eiusdem Celsi. Et Domini, articulo maturè discusso, resoluerunt dictum Quartum non deberi, neque ex persona propria dictarum neptum, neque ex persona Virginiæ earum auiæ. Verum verò illud eis debeatur ex persona patris, vel aui, mandarunt particulariter videri.

Fundamentum autem dictæ resolutionis fuit, quòd ex dispositione Statuti Vrbis *cap. 131. lib. 1* dictum Quartum vxori superstiti conceditur ad vsumfructum tantùm, vt sunt verba expressa dicti Statuti; atque eo finito restitui mandat quibus de iure. Nam hoc stante dictæ neptes non possunt dictum quartum prætendere ex persona Virginiæ earumauiæ: quia penes dictam Virginiam ex dispositione Statuti fuit solus vsusfructus, qui per mortem ipsius expirauit; & fuit cũ ipsa proprietate, quæ vel in fideicommisso Ioannis senioris, aut saltem in hæreditate Celsi dictæ Virginiæ mariti, vt mox dicetur, permanserat; vel ad Ioannem, & Marium dicti Celsi filios, pernenerat, consolidatum; ad tradita per Aymon. *consil.* 185. *num.* 1. & 3. Gabriel. *consil.* 119. *num.* 41. *lib.* 2. Honded. *consil.* 48. *num.* 2. vbi de communi *lib.* 1.

Minus possunt eædem neptes ex persona earum propria prætendere dictum Quartum. Quia, cùm, vt dictum est, Statutum solum vsumfructum vxori tribuat, proprietas huius Quarti proculdubio vel ab initio nunquam ex fideicommisso Ioannis senioris extitit, vel in hæreditate Celsi permansit; aut statim atque Celsus obiit, acquisita fuit Ioanni iuniori, & Mario communis matrimonij filijs; iuxta textum *in auth. neque verum §. præterea*, & *in auth. vxore, C. de secundis nupt.* cum alijs per Gabr. *dicto consil.* 119. *num.* 4. *lib.* 2. Honded. *dicto consil.* 48. *num.* 2. *lib.* 1. nec per consequens ius aliquod in ea dictis neptibus, ex propria saltem earum persona, competere potest.

Nec refert quòd dicti Ioannes & Marius prædecesserunt Virginiæ matri, ac propterea neptibus prædictis, vtpote quæ patris locum ingressæ sunt, videatur ex propria earum persona debitum, ad notata per Castr. *consil.* 368. *in fin. lib.* 1. Quia cùm dicta Virginia, vt sæpe dictum est, solum vsumfructum dicti Quarti habuerit, & proprietas ipsius ab initio in hæreditate Celsi permanserit, aut statim eo motruo filijs quæsita fuerit; sufficit ad effectum vt dictæ neptes nihil possint ex persona propria prætendere, quòd dicti filij tempore obitus Celsi patris extiterint, quicquid postea de illis ante matris obitum contigerit; cùm dicta mater nullo modo potuisset dicti Quarti proprietatem, quam nunquam habuit, in filios, aut neptes, dictos filios repræsentantes, transmittere; per reg. *nemo plus iuris, de reg. iur. in 6.*

Et eadem quoque ratione tollitur, Quartum semel ex fideicommisso deductum amplius ad fideicommissarium non redire, extantibus præsertim reliquijs matrimonij; iuxta latè deducta *in Romana de Cuppis, 14. Decembris 1609. coram Reuerendissimo Lugdunen.* Quia, etiam hoc admisso, inde non sequitur, quòd dictum Quartum dictis neptibus ex propria earum persona sit debitum: cùm immo potius illud vel ad hæreditatem Celsi spectet; vel, vt dictum est, ad Ioannem, & Marium, post mortem Celsi fuerit delatum.

Nec applicantur quæ ex *auth. hæres, & l. feminæ, C. de secundis nupt.* & similibus, deducuntur. Quia per dictas leges tribuitur vxori superstiti donatio propter nuptias, tam quoad vsumfructum, quàm quoad proprietatem, quam vxor ex dictarum legum dispositione per transitum ad secunda vota amittit: Per Statutum autem, in quo versamur, conceditur vxori solus vsusfructus; qui, vt supra dictum est, statim dicta vxore mortua consolidatur cum proprietate; quæ remansit vel in hæreditate mariti, vel fuit mortuo patre filijs acquisita, ex supra allegatis. Et propterea tam ad prædicta, quàm ad pleraque alia pro neptibus deducta, vnico verbo respondeti potest, illa scilicet procedere, iure communi inspecto, non verò retenta dicti Statuti dispositione.

Nec aliqua ratione prætendi potest quòd Statutum deferat quoque vxori superstiti proprietatem dicti Quarti. Quia dictum Statutum, non solùm loquitur discretiuè de vsufructu,

& proprietate: quo casu vnum non venit appellatione alterius. Bald. *in l. in multis, num. 4. ff. de stat. hom.* cum alijs per Decium *in l. femina, num. 101. ff. de reg. iur.* verùm etiam in eo apposita legitur dictio taxatiua *tantum*, quæ operatur vt nihil præter vsumfructum censeatur sub illa dispositione comprehensum. *l. qui in aliena, § liberos. ff. de negot. gest.* Rip. *in cap. cùm Ecclesia Sutrina, nu. 10. de caus. possess. & propr.* cum alijs per Surd. *decis. 191. num. 19.* Et quòd idem Statutum mortua vxore, marito solum vsumfructum deferat, fuit latè firmatum *in Romana Lucrinotis, 20. February 1615. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Nec facit quòd Statutum mandat, Quartum, finito vsufructu restitui. Quia, cùm illud vsumfructum tantùm vxori concesserit, dicta dispositio intelligi debet de restitutione faciendæ de re, puta de fundo, aut domo, quam vxor pro suo vsufructu detinebat; non autem respectu proprietatis; quod, vt dictum est, Statutum vxori non concessit: *ad l. cùm haredem § princ. ff. de acqu. possess.*

R. P. D. Pirouano.

Romana Dotis de Theodulis.

Sabbato, 23. *Ianuarij* 1619.

EPITOME.

Constitutio Principis an & quando per contrarium vsum censeatur abrogata: & quomodo possit euitari pœna excessiuitatis dotis præscriptæ à Sixto V. Quartũ dotale in quo casu non deberatur totum.

Ad Cap. 131.

DECISIO LXXV.

Dictum fuit integram dotem scutorum 10000. & quartum scutor. 5500 esse detrahendum de bonis liberis, reseruando particulariter videre, an idem sit dicendum quoad bona primogenituræ.

Constat enim de dote in supra dicta quantitate promissa in cõtractu matrimonij vsque de anno 1591. inter D. Flauiam. & q. D. Marchionem de Theodulis per D. Marium Fanum eiusdem D. Flauiæ patrem, quæ post contractum matrimonium integraliter ante annum 1597. soluta per mãdata eiusdem q. Marchionis Theoduli, eidẽ D. Mario directa, & quietantijs pro summis ordinatis, quæ important effectum veræ & realis numerationis: & nihilominus, quia procedit promissio certæ quantitatis, si versaremur in confessione de recepto, illa sufficeret ad probandum veritatem numerationis etiam ad præiudicium tertij. Affict. *decis. 402. num. 5.* Gabr. *de iur. dot. concl. 4. nu. 1.*

Non obstat Constitutio Sixti V. super moderatione dotium, de qua in Bullar. nouo *num. 52.* prohibens dotes non posse excedere scuta 5500. & in casu contrauentionis in eo quod excedit eueniente casu dotis petendę seu restituendæ, mulierem amisisse omnem actionem taliter agendi; & ideo respectu scutorum 5500. D. Flauia non sit audienda tanquam agens sine actione. *l. si pupilli. § videamus. ff. de negot. gest. l. quoties, § ult. ff. si tempora. l. tutores qui, in princ. de admin. tutor. l. si quid § sicut, vers. illud, de petit. haredit.*

Datæ enim fuerunt duæ responsiones per informantes. Prima, quod Constitutio per contrarium vsum sciẽte Principe abrogata remanebat: quæ scientia sola sufficit ad inducendam tacitam dispensationem & coniecturandam tacitam voluntatem Principis in illa dispensatione, vt bene declarat Felinus post alios *in cap. 1. n. 13. vers. si diceres, quare non sufficiunt, de treg. & pace.* Et quamuis idem Felinus subiungat, quòd scientia prædicta elici debeat duobus concurrentibus, scil. cet per tolerantiam suam, & actus cõtrarios, vtrumq; tamen dicebat concurrere: quia ex Breui Clementis Octaui emanato ad instantiam Põpeij & Victoriæ de Maximis notitia inobseruantiæ probatur illis verbis, *Nos attendentes dictã Constitutionem Sixti Quinti non esse receptam, sed potius per contrarium vsum in desuetudinem venisse*: actus verò contrarios probari ex eo quòd in Vrbe pass im constituantur dotes excedentes summam scutorum 5500. & illas habere effectum absque Populi Romani, & ipsius Pontificis contradictione. Pur. *decis. 1. ad fin. lib. 1.* Gabr. *conc. 84. num. 60. lib. 2.*

Verum hæc responsio non placuit; quia actus contrarij non iustificantur cum effectuatione impunita, prout necessarium esset ex parte D. Flauiæ, quæ in ea se fundat. Rota *decis. 97. num. 21. par. 1. diuers.* Seraphin. *decis. 113.* & *decis 153. num. 2.* quinimo contrarium apparet, quia contrahentes cũ excessiua dote, tam ante, quàm post datam Breuis Clementis VIII. sub bene placito Pontificis se obligarũt, & derogationes obtinuerunt, vt ex libris Secretarij Vrbis constare dicitur, qui pro Notario allegantur: & cum hac reseruatione etiam promissa fuit dicta dos D. Flauiæ in pactis matrimonialibus; signum euidentis obseruantiæ, non autem desuetudinis prædictæ Constitutionis, saltem respectu D. Flauiæ, quæ multo ante tẽpus Breuis Clem. VIII. nupta fuit.

Secunda fuit responsio, quòd ille excessus applicatur Populo Romano, à quo hodie D. Flauia cessionem reportauit, & eius personam representat: & hæc placuit Dominis, quia ea vti potest ad quemcumque effectum, & cessione Camerę & Fisci, trad. Surd. *decis. 308. num. 1.* Peregr. *de iur. fisc. lib. 7. tit. 3. num. 36.*

Quo verò ad quartũ dotale, etsi ad dotis quantitatem esset commensurandum, cum per sic obligat ortius quarti, prout est de quantitate dotis restituendæ, illud tamen ad taxam Constitutionis Domini limitauerunt: quia cum non debeatur principale sub nomine dotis in id in quo excedit, sed tanquam acquisitũ à Populo Romano ex iure cessio & ex alio titulo quàm dotis, propter contractus inualiditatẽ, merito accessorij prout est lucrum dotale nec etiam deberi potest. Bald. *in l. ex testamento, n. 3. C. de fideicomm.* dicens quã

vbi

vbi contractus est inualidus, tunc corruit precarium & constitutum, & alia quæ sunt accessoria: & idem tenuerunt Bart. & Alex. quos citat & sequitur Dec. *in l. cùm principalis de reg. iur.* & alios refert. Tiraq. *de consti. poss. par. 3. limit. 7. num. 39.*

Et ita.

R. P. D. Pirouano.

Romana Restitutionis dotis.

Veneris 12. Nouembris 1627.

EPITOME.

Vsusfructus dotis marito acquisitus, remanet semper apud illum, eius vita durante, etiamsi filij prædecedant. Vxor non potest, ex Statuto, disponere de sua dote in præiudicium mariti, excepta tantùm decima parte pro anima.

Ad Cap. 131.

DECISIO LXXVI.

CEnsuerunt Domini, sententiam R. P. D. Melij A. C Locumtenentis, per quam D. Franciscus fuit absolutus ab impetitis per D. Magdalenam fideicommissariam q. Felicis eius filiæ, & impositum eidem Magdalenæ, ipsius Francisci vita durante, perpetuum silentium, esse confirmandam: quoniam illius validitas in dubium non reuocabatur. Ex Actorum enim, & Processus reuolutione constat de iurisdictione, citatione, & alijs necessarijs, de quibus per Capuraq. *decis. 260. par. 2.* Rota *decis. 589. sub num. 1. par. 1. recent.*

De iustitia verò pariter constare videbatur ex eo, quia cùm d. Felix decesserit superstite Francisco eius viro cum liberis; idem Franciscus fuit totam dotem lucratus, ex dispositione Statuti Vrbis *cap. 131. lib. 1.* saltem quoad vsumfructum, iuxta latè deducta *in dec. 653. p. 2. recen.* Qui quidem vsusfructus, postquam semel fuit patri acquisitus, semper remanet apud illum, eius vita durante, etiãsi filij moriantur. *l. si quis, §. fin. verò defuncta persona, C. ad Tertull. l. fin. §. filys autem, C. de bon. qua lib. l. vlt. C. de vsufr.* glos. *in l. 3. C. eod. tit.* Pinel. *in l. 1 par. 1. n. 39. C. de bonis matern.* Clementin. *de patria potest. effect. 2. nu. 34. vers. amplia sexto.* Canalcan. *de vsufr. mulier relict. num. 180.* Gomez *ad l. Tauri, in l. 6. num. 11. & seqq* Surd. qui de communi testatur, *cons. 116. num. 46 & seqq.* Rota *decis. 600. num. 1. par. 1.* & *dec. 596. num. 10. par. 2. recentior.* Quamuis enim filiorum existentia sit necessaria ad principium acquisitionis huiusmodi vsusfructus; non tamen requiritur in processu donationis, & continuationis, vt inquit Bald. *in d. l 3 in fin. C. de vsufruct.* & *in l. 3. in fin. C. de bonis quæ lib.*

Quod eò magis procedit in vsufructu debito ex dispositione Statuti: ille enim debetur marito, fortiori iure & vti marito, nõ vti patri. Achil. *decis. 14. in fin. de constitution.* & adhuc remanet etiam vbi cessat vsusfructus debiti patri tãquã patri, ratione patriæ potestatis. Salic. *in auth. idem est, C. de bon. quæ lib.* Ruin. *cons. 8. sub n. 5. lib. 2.*

Neque obstat dispositio, & fideicommissum dictæ quond. Felicis ad ipsius Magdalenæ fauorem. Nam quamuis mulier, attenta iuris communis dispositione, possit tam expressè, quàm tacitè prohibere ne suæ dotis vsusfructus ratione patriæ potestatis marito quæratur, *auth. excipitur, C. de bon. quæ liberis.* Bart. *in l. si vsusfructus, §. si ita quis, sub num. 1. ff. quando dies leg. ced.* Boer. *decis. 193. num. 2.* Molin. *de primogenit. lib. 1. cap. 19. nun. 30.* Surd. *dicto consil. 116 num. 51. & 54. & cons. 143. num. 20. & 21.* Hoc tamen non procedit, stante Statuto prædicto. Maritus enim, tanquam maritus, ex proprio iure, non autem ob filios, consequitur vsumfructum pro lucro sibi debito, ex ipsius Statuti dispositione, etiam contra vxoris voluntatem: quæ propterea de sua dote in illius præiudicium quoquomodo disponere non potest. Castrens. *cons. 82. num. 2. lib. 1.* Alexand. *cons. 150. num. 7. lib. 2.* Dec. *cons. 386. num. 6. 7. & seqq.* Roland. *de lucro dot. quæst. 82. per tot.* Becc *cons. 76. per tot.* Thesaur. *decis. 34. num. 1. & 2.* & *decis. 106. num. 1.* Surd. *cons. 91. num. 25.* & *cons. 571. n. 71. & seqq.* & etiam pluries senit Rota, vt *in Imolensi Legatorum, 15. Ianuarij 1581. coram fel. record. Clemente Octauo,* & *in Romana Domus, 12. Februarij 1588 coram Cardinali Platto,* & *in Romana Successionis de Tagliaferris, 29. Martij 1607. coram bon. me. Cardinali Marcomonte;* in *Romana Nouem Locorum montium, 17. Iunij 1610. coram Ortembergio;* & *in decis. 398. nu. 7. & 11. coram sancta mem. Gregorio XV.* & clarius *in Romana Nullitatis donationis, 17. Nouembris 1617. coram Illustriss. Cardinali Caualerio; in Romana Redditionis computorum, 20. Februarij eiusdem anni coram Illustriss. D. Cardinali Verospio;* & demum *in Bononien. Indemnitatis, 23. Martij 1618. coram bon. mem. Dunozet.* impress. *post cons. 10.* Giouagnon. *lib. 2 num. 24.*

Quod clariùs etiam probatur ex alio Statuto Vrbis *cap. 134 eodem lib. 1.* in quo expressè disponitur, quòd vbicunque morte mulieris maritus dotem lucratur, existentibus filijs, vxor pro anima de ipsa dote in vltima voluntate possit decimam tantùm partem relinquere: reliqua verò bona sua distribuat, prout sibi permittetur: & sic apertè prohibetur ne mulier in ipsius viri, & huiusmodi lucri eidem debiti præiudicium, vllo modo disponere possit, excepta decima tantùm parte pro anima; & constituitur differentia inter dotem, quam maritus lucratur, & reliqua bona non dotalia.

Neque obstat quòd Statutum nihil de nouo videatur continere vltra iuris communis dispositionem, vt probari dicebant informantes pro

Magdalena ex Statuto antiquo, quod expresiè se referre videtur ad ipsam iuris dispositionem. ibi, *de iure dotem lucretur*. Nam placuit responsio, quòd nos non versamur in terminis Statuti antiqui, sed noui, in quo talia verba non adsunt; & consultò ibi videntur omissa. Statuentes enim voluerunt dotem, siue illius vsumfructum, deferri marito tanquam lucrum debitum ex ipso Statuto, etiam contra vxoris voluntatem. Et nihilominus verba prædicta possent etiam intelligi, nõ quidem de iure communi, secundùm quod maritus dotem non lucratur; vt in proposito aduertit Abbas *cons.* 117. *in prine. lib.* 2. & Ruinus *cons.* 63. *num.* 2. & 5. *lib.* 3. sed de ipsomet iure Statutario; vt in specie Rota Bonon. *super Statut. decis.* 68. *num.* 3. Gratian. *discept. forens. cap.* 99 *num.* 8. Et lucrum, quod defertur marito ex forma Statuti, dicitur deferri ex iuris dispositione. Bald. *in l. fin. C. de bon. matern.* Menoch. *cons.* 155. *num.* 2. Becc. *d. cons.* 76. *num.* 8. 9. 11. & 12.

Ex quibus etiam vtium fuit non obstare votum Cardinalis Seraphini pro Magdalena allegatum: quoniam illud loquitur in terminis Statuti antiqui, & fundatur præcipuè in dictis verbis, *de iure*, quę in nouo Statuto non leguntur: & in casu suo aderant etiam filij primi matrimonij: & demum in eo non firmatur, mulierem posse de sua dote, vel illius vsufructu, liberè disponere in præiudicium mariti, & lucri eidem debiti.

Et eodem modo fuit responsum ad decisionem *in Romana Pratensi lucri dotis*, 12. *Decembris* 1594. *coram Corduba*: Quoniam illa pariter se fundat in Statuto antiquo; & solùm dicit, Statutum nihil de nouo inducere respectu filiorum, & ad illorum fauorem; non autem respectu mariti.

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. Durano.

Romana Fructuum lucri dotalis.

Veneris, 17. *Iunij* 1633.

EPITOME.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 131. deferens vxori lucrum dotale, decedente marito, an comprehendat etiam casum separationis tori, secutæ ex culpa mariti. Appellatione dotis an veniat lucrum dotale.

Ad Cap. 131.

DECISIO LXXVII.

SAnctæ mem. Gregorius XV. ob grauia dissidia, quæ vertebantur inter q. D. Ducem Alexandrum Sfortiam, & D. Ducissam Eleonoram Vrsinam eius vxorem, aliasque causas animum suum mouentes, dictos coniuges motu proprio, & ex certa scientia à simultanea cohabitatione, toroque maritali absoluit & separauit; Dominumque Ducem compellendum esse decreuit ad restituendam d. D. Eleonoræ dotem sibi persolutam; quæ fuit cum effectu postea restituta.

Vita functo D. Duce, prædicta D. Eleonora prætendit fructus quasi dotales, sibi debitos vigore Statuti Vrbis *cap.* 131. *lib.* 1. decursos à die separationis vsque ad obitum Ducis eius mariti. Et cùm desuper causa penderet coram A. C. & fuerit petitum Votum Rotæ; proposui hodie in ea dubium, an prædicti fructus debeantur?

Et pro parte affirmatiua, & sic pro Domina Ducissa, dicebatur quòd sicuti secuta separatione culpa mariti, & auctoritate Ecclesiæ, debentur mulieri dos, & lucrum dotale; ad text. *in §. mitiores, auth. de nupt.* Roland. *cons.* 50. *num.* 4. *lib.* 1. Thesaur. *decis.* 130. *num.* 4. Seraphin. *decis.* 135. *num.* 1. Rota *decis.* 706. *num.* 3. *par.* 1. *recentior.* & fuit dictum *in Romana, seu Interamnen. Separationis thori* 11. *Decemb.* 1602. *coram Pamphilio*; & *in Romana Diuertij*, 14. *Martij* 1618. & *in Romana Restitutionis dotis*, 5. *Decembris eodem annõ coram Cardinali Sacrato*: Ita pariter deberi fructus tam dotis, quàm lucri dotalis, cùm illi veniant in consequentiam; vt in specie tradit Rota *decis.* 291. *num.* 2. *par.* 1. *recentior.* & *in Romana Dotis, seu fructuum*, 17. *Aprilis* 1600 *coram Cardinali Millino*, impressa penes Marchetan. *de Commiss. par.* 1. *fol.* 909. *num.* 6. Quòd autem separatio contigerit culpa Domini Ducis, dicebatur probari eo ipso quòd Papa decreuit illum esse compellendum ex tunc ad dotis restitutionem; cùm regulariter de iure dos non sit restituenda mulieri, nisi separatio contingat culpa mariti, vt *in d. §. mitiores*, Roland. Thesaur. & Rota *vbi supra*.

Neque obstare prædictum Statutum Vrbis, *cap.* 131. *lib.* 1. dum defert vxori lucrum dotale decedente viro: quod ideo non videtur comprehendere casum separationis tori, viuente marito, iuxta *cons. Anchoran.* 273. *per totum*, quod in his terminis, stante etiam culpa viri, fuit secuta Rota *in Romana lucri dotis*, 28. *Martij* 1614. *coram Reuerendissimo Domino meo Durano*. Atque ideo, si in casu nostro lucrum non fuit debitum, neque etiam illius fructus deberi.

Quia respondebatur, quòd contraria opinio est verior, & communiter recepta, nempe quòd si Lex, Statutum, aut pactum, deferunt vxori lucrum dotis in casu mortis, procedunt etiam in omnibus alijs casibus, in quibus alias de iure communi dos, & eius lucrum, restitui debent, & sic etiam in casu separationis ob culpam viri; ita vt casus mortis in lege, Statuto, aut pacto, non censeatur expressus ad limitandum, sed vti

casus

casus a cõmuniter accidentibus magis frequens. *l. Deo nobis*, vbi Bartol. & Paul. de Castr. *C. de Epiſc. & Cler.* latè Roland. *de lucro dot. quæſt.* 95 *num.* 10. *& ſeqq.* vbi reprobat prædictum conſilium Ancharani; Natt. *conſ.* 283. *num.* 7. Rota, multos referens, *deciſ.* 92. *part.* 2. *diuerſor.* & *deciſ.* 292. *par.* 1. *recent.* & in *d. Romana Dotis, ſeu Fructuum, coram Card. Millino.*

Verùm Domini contrarium reſoluerunt, videlicet prædictos fructus non deberi. Et fundamentum reſolutionis non fuit factum *in dicta deciſ. Romana Lucri Dotis coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano*, cùm illa fundetur in prædicto conſilio Ancharani, quod communiter reprobatur; & Rota ſæpiùs contrarium reſoluit: & hodie aliqui ex Dominis antiquioribus, qui tunc Rotæ interfuerunt, atteſtati ſunt quòd illico poſt captam dictam reſolutionem agnouit Rota eam non poſſe ſubſiſtere; & conſequenter nec etiam fuit factum fundamentum in dicto ſtatuto Vrbis, cùm immo, vt dictum eſt, Statutum deferens lucrum dotis in caſu mortis procedat etiam in caſu ſeparationis. Sed ratio reſolutionis fuit, quòd non probatur ſeparationem contigiſſe culpa mariti, prout neceſſariò eius culpa probari debet ad effectum vt dos, & eius lucrum mulieri debeantur ſtatim ſecuta ſeparatione: & in his terminis loquuntur iura, Doctores, & deciſiones ſupra ex aduerſo allegatæ. Quod adeo verum eſt, vt ſuper culpa viri ita requiratur ſententia, cùm agatur de incurrenda pœna. Hoſtienſ. Io. Andr. & alij *in cap. porro. de diuort.* Sanchez, qui plures allegat, *de matrim. lib.* 10. *diſput.* 8. *num.* 13.

Neque eſſe verum dicebant Domini, quòd Sanctiſſimus viſus fuerit implicitè declarare, ſeparationem contigiſſe culpa mariti, eo ipſo quod decreuit eum eſſe compellendum ad dotis reſtitutionẽ; ex quo ſi ſeparatio non contigiſſet eius culpa, ad dotis reſtitutionem de iure non teneretur, ex allegatis.

Quia vltra quod non ſufficit ad hunc effectum conſtare de culpa viri per argumenta, præſumptiones, & coniecturas, ſeu aliàs; ſed debet etiã, vt dictum fuit, deſuper ſententia ferri: & ex eo quòd Papa voluit dotem reſtitui, non ſequitur vt non potuerit moueri ex alia cauſa, quàm ex culpa mariti, vt ad ſenſum patet, & ſignanter in caſu noſtro: in quo potiùs motus fuiſſe videtur, vt D. Duciſſa poſſet cum ſua dote honorificè viuere, prout illuſtrium eius natalium qualitas exigebat, & cùm in omnem caſum fuiſſent debita D. Eleonoræ alimenta, Clar. qui de communi teſtatur, *in §. adulterium, col. penult. in verſ. facta autem tori ſeparatione*. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 32. *num.* 33. facilè credendum eſt, Papam loco illorum dotem reſtitui iuſſiſſe, cuius fructus fortè non excedebant quantitatem alimentorum, ad quorum præſtationem iuxta qualitatem D. Duciſſæ Dux tenebatur. Quod tanto magis dicendum eſt, cùm Papa in Breui, relatis vtriuſque coniugis adinuicem diſſidijs, ex hoc, & aliis cauſis animum ſuum mouentibus, motu proprio, & ex certa ſcientia, tori ſeparationem conceſſit. Qui propterea dum diſpoluit motu proprio, voluit non eſſe de cauſis vlteriùs inquirendum, nec diſputandum; ad tex. *in cap. ſi motu proprio, de præbend. in* 6. Marta *de clauſul. par.* 1. *clauſ.* 138. Caſſador. *deciſ.* 4. *num.* 9. *de probat.*

Vnde minus obſtat, quòd appellatione dotis veniat etiam lucrum, ſub illiuſque diſpoſitione comprehendatur. *l. etiam*, & ibi Bart. & Bald. *in princ. & nu.* 4. *C. de iur. dot.* Natt. *conſ.* 273. *num.* 4. Gratian. *diſcept.* 823. *num.* 16. & Rota *deciſ.* 448. *par.* 2. *recentior.* Atque ideo dum Papa præcepit D. Duci vt dotem reſtitueret, & interim fructus ſolueret, etiam eidem mandaſſe viſus fuerit, vt ſolueret lucrum, eiuſque fructus.

Quia vltra quod non eſt præſumendum quòd Papa non conſtito, nec adhibita cauſæ cognitione ſuper culpa viri, voluerit illum vltra dotis reſtitutionem etiam compellere ad reſtituendum lucrum, mentem Papæ in caſu noſtro fuiſſe de ſola dotis reſtitutione, obſeruantia ſubſecuta demonſtrauit: tum ex eo, quòd viuente Duce, nunquam D. Duciſſa egit ad lucrũ, eiuſque fructus: tum etiam, quia illa in inſtrumento celebrato in exucutionem dicti Breuis emanati ſuper ſeparatione, vbi reſeruauit iura lucri dotalis in caſu mortis; ibi: *Si come anco la Signora Ducheſſa non s'intende per queſto inſtrumento pregiudicato alla preteníione del Quarto in caſo di morte di detto Signor Duca, nè alla facoltà di diſporre della decima parte conforme allo Statuto di Roma.* Quæ verba videntur excludere reſeruationem, ſiue prætenſionem lucri dotalis extra caſum mortis; *ad l. commodiſſimè*, cum vulg. *ff. de lib. & poſth* & in ſimili ita arguit Rota *in Romana Iuriſdictionis*, 21. *Iunij* 1621. *coram bon. mem. Buratto*.

Nec releuat quòd poſt ſupradicta verba, *Si come la Signora Ducheſſa*, &c. ſubſequantur hæc alia verba *E di qualſiuoglia altra ragione, che oltre le coſe come ſopra accordate ſi poteſſero competere de iure*: per quæ videtur ſibi D. Duciſſa reſeruaſſe omnia alia iura ſibi de iure competentia, & ſic ius petendi fructus lucri dotalis in caſu ſeparationis. Pariſ. *conſil.* 23. *num.* 142. *lib.* 1. cum aliis per Martam *de clauſulis*, *clauſ.* 142. *num.* 1.

Quia præterquam quod hoc ius ſibi non competit de iure ex ſupradictis, cùm præceſſerit ſpecialis reſeruatio lucri in caſu mortis, illa verba ſequentia, *edi qualſiuoglia altra ragione*, &c. non comprehendunt ea, de quibus fuit facta iam particularis mentio, prout eſt lucrum dotis expreſsè reſeruatum in caſu mortis: ſed ſolùm includunt omiſſa in parte præcedenti; maximè ſtantibus illis aliis verbis, *che oltre le coſe come di ſopra accordate*, &c. Pariſ. *conſ.* 79. *num.* 21. *lib.* 2. Socin. iun. *conſil.* 107. *num.* 45. & 47. *lib.* 3. Et idem dicendum eſt de clauſula, ſine præiudicio. Oldrad. *conſ.* 14. *al.* 330. *in fin.* Pariſ. *conſil.* 70. *num.* 12. *lib.* 1.

Et ita deciſum.

R. P. D.

R. P. D. Merlino.

Romana Lucri Dotalis.

Veneris 16. Decembris 1633.

EPITOME.

Statutum loci mariti, in quo mulieri contractum est domicilium, sitnè attendendum in causa restitutionis dotis, & lucri dotalis, potius quàm Statutum loci vxoris, in quo fuit contractum matrimonium? Quando capitula contrahentium, & instrumentum desuper confectum, discordent inter se, capitula præferuntur instrumento. An, & quando ius municipale veniat appellatione iuris communis.

Ad Cap. 131.

DECISIO LXXVIII.

DEfuncto Alexandro de Sugatrosciis Tudertino, Domina Catharina Lotteria Romana petebat sibi decerni quartũ dotale, iuxta dispositionem Statuti Vrbis *lib. 1. cap. 131.* Et cùm partes, me proponente, Rotæ iudicium exquirerent, hodie responsum fuit, lucrum deberi.

Et moti sunt Domini, tam ex dispositione eiusdem Statuti, quàm ex pacto in Capitulis matrimonialibus inito, de seruando Statutum Vrbis circa quartum dotale.

Ex dispositione Statuti, quia ibi expressè cauetur, vt altero ex cõiugibus prædecedente, superstes lucretur quartam partem doris per viam donationis propter nuptias, seu dotalis lucri: quod pactum semper in instrumentis dotalibus censeatur appositum, nisi expressè de partium contrahentium voluntate fuerit remissum, aut aliter conuentum; vnde insurgit præsumptio, vt partes censeantur semper se conformasse cum huiusmodi statuto, dum expressè contrario pacto remissa non apparet dicta lucri dotalis acquisitio, vt dixit Rota *coram bon. memor. Cardinali Causlerio decis. 318. num. 3. & in Romana Census, 8 Nouembris 1613. coram bon. memor. Card. Sacrato*, impressa apud Pacificum *de Salviano decis. 88. num. 5.*

Et quamuis, vbi forensis ducit vxorem, illico in patriam traducturus, non amplius attendatur Statutum loci vxoris, & in quo contractum fuit matrimonium, sed attendendum sit Statutum loci mariti, in quo mulier contractura est domicilium, *ad l. exigere*, & ibi scribentes communiter, *ff. de iudic.* Cardin. Mantic. *de tacit. lib. 3. tit. 14. num. 1. & seqq.* Thesaur. iun. *quæstion. forens. quæst. 6. num. 6. lib. 2.* Gratian. *discept. forens. cap. 609. num. 24.* Attamen hæc conclusio non ibi locum vindicat, quotiescunque dos restituenda est non ipsi vxori discessuræ, sed patri, vel alteri dotanti, prout in casu præsenti: & sic Statutum Vrbis, non Tudertinum attendi debet, cùm Dominus Melchior fixas ædes Romæ habeat, nec subijciatur Statutis Tudertinis. ita Bald. *in l. vnica, num. 3. vers. item non habet locum, C. de priuileg. dot.* asserens id ex ea ratione procedere, quia Pater, seu extraneus dotans non transfertur in forum, & domicilium viri, Felin. *in cap. 1. num. 17. de sponsal.* Ias. *in l. cunctos populos in prima lectur. num. 28. vers. tertio limita, C. de Summ. Trinit. & Fid. Cath.* Purpurat. qui testatur de communi in patre, matre, & quouis alio, *in dicta l. cunctos populos, ex num. 146.* Roland. *de lucr. dot. quæst. 17. nu. 2. & 3.* Phanuc. *eodem tract. glos. 9. num. 33.* Carpan. *ad Statut. Mediolan. cap. 298. num. 220.* Alderan. Mascard. *de gener. interpret. stat. conclus. 7. num. 66.* vbi de communi. Menoch. *cons. 672. num. 3.* Aldouin. *cons. 85. nu. 30.* Bim. *cons. 150. num. 72.*

Sed pactum est clarum (& hoc motiuum Dominis magis placebat) quia in Capitulis matrimonialibus expressè dicitur, *Rimettendosi nel resto alla dispositione dello Statuto in materia di successione, e del quarto* vnde ab hoc pacto non est recedendum; quidquid esset, si illud non fuisset initum; vt in specie obseruant Felin. *in cap. 1. num. 30. de sponsal.* Barbat. *consil. 4. num. 7. vers. praterea eli aduertendum, lib. 2.* Chassan. *cons. 7. sub num. 4.* Suarez. *ad ll. Regias tit. de las gruuinas, num. 42. vers. secundo limitabis*, Barbos. *in dicta l. exigere dotem 65. num. 107. ff. de iudic.* Alderan. Mascard. *de gener. interpret. stat. dicta conclus. 7. num. 61. ad med.* Bim. *consil. 150. num. 56.* Aldouin. *d. cons. 85. num. 11. ad fin.* Card. Mantic. *de tacit. lib. 3. tit. 14. n. 9.* Giurb. *ad consuetud. Messan. cap. 1. glo. 7. n. 57. vers. declara non procedere.*

Non obstat, quod hæc remissio importet simplicem enunciatiuam dispositionis Statuti, & sic per pactum intelligantur partes se remisisse ad Statutum, quatenus Statutum de sui natura, & in tali casu locum obtineret. Quoniam hæc interpretatio non potest admitti; hoc enim posito, relatio, & remissio ad Statutum esset omnino otiosa, & frustra partes se remisissent, si etiam omissa tali remissione, & relatione, Statutum adhuc eodem prorsus modo deberet attendi; sed immo, & menti, & verbis contrahentium magis congruit, vt omnino se Statuto voluerint conformare, & iuxta terminos illius pacisci acquisitionem lucri dotalis, ieque subijcere nexui iurisdictionis statuentium Romanorum, quatenus etiam alias ipsum Statutum tali casu eos non ligasset, vt in specie considerant Alex. *consil. 150. num. 2. vers. quinimo dato, & num. 3. lib. 2.* Fulgos. *cons. 203. col. 1. post med. versic. tanto magis*, alterens, relationem huiusmodi operari, ac si nominatim pacto conuentum sit quod a lege municipali est dispositum circa lucrum dotis. Dec. *cons. 195. nu. 1. ad med.* Phanucc. *de lucr. dot.*

dot. glos. 9. cap. 35. verf. non eſt verum, Torniel. *conſ. 49. num. 5. ad fin.* vbi quod ſtante huiuſmodi relatione, perinde eſt, ac ſi fuerit expreſsè deductum in pactum quod diſponitur a Statuto: quod idem ſcripſit Rimin.iun. *conſ. 16. num. 17.* & in individuo relationis habitæ ad Statutum Vrbis, illo caſu, quo maritus erat forenſis, reſpondit Rota *in Romana Fructuum Dotis*, 27. *Februarij* 1606. *coram Penia*, quæ eſt deciſ. 106. *num. 3. par. 3. recent.*

Quibus accedit, quòd capitula matrimonialia, Romæ fuerunt inita inter Dominum Melchiorem patrem Dominæ Catharinæ, & Alexandrum maritum, & Matthæum illius fratrem, atque etiam Equitem Ioannem Andream mediatorem, qui pro Martio abſente, patre dicti Alexandri, ſe ſubſcripſit, ſeque obligauit; & poſtquam dicta capitula Tudertum, vt a dicto marito ſubſcriberentur, fuerunt tranſmiſſa, & antequam reſtituerentur ſubſcripta D. Melchiori, prædictus Eques mediator nomine Alexandri, Matthæi, & eiuſdem Martij reclamauit a dicto pacto circa quartum dotale, vt ipſe mediator deponit: & tamen poſtea reſtitura fuerunt eadem capitula Domino Melchiori munita ſubſcriptione Martij; vnde aſſequimur, quòd quatenus etiam reclamatum fuiſſet a dictis Alexandro, Matthæo, & Martio, & a ſtatuto Vrbis reſilire iſti tentaſſent, attamen deinde receſſerunt ab hac reclamatione, & hæſerunt capitulis, & Statuto Vrbis circa quartum dotale; alioquin, vel ea laceraſſent, vel certè non reſtituiſſent Domino Melchiori ſubſcripta ab eodem Martio abſente; & in omnem euentum verbis non dubijs declaraſſet in inſtrumento, quòd non attenderetur Statutum Vrbis, & dictum capitulum circa quartum dotale expreſsè reuocaſſent.

Neque obſtat, quod nouiſſimè in inſtrumento dotali receſſum fuerit a capitulis, dum ibi dicitur, maritum hypothecare, promittere conſeruare, & in quibuſcunque caſibus dotem reſtituere iuxta diſpoſitionem iuris communis, & ideo non amplius Statutum Vrbis, ſed ius commune attendi debeat. Quoniam reuera, nec receſsum fuit a capitulis matrimonialibus, nec recedi poterat.

Non fuit receſsum: ſe compatiuntur enim, & inſimul conueniunt, quòd debeatur quartum dotale, & in hoc attendatur Statutum Vrbis, vt dicitur in capitulis matrimonialibus; & tamen quod fiat reſtitutio dotis iuxta diſpoſitionem iuris communis, vt dicitur in inſtrumento, nempè circa modum, & tempus reſtitutioni præſcriptũ a iure communi. Diſtinguuntur quippe inter ſe, immo differunt, dos, & quartum dotale: qua data compatibilitate ceſſat repugnantia, ex traditis per Alexan. *conſil. 193. num. 3. lib. 6.* Crauett. *conſ. 167 num. 5.* Siluan. *conſ. 62. num. 22.* Roſ. *deciſ. 57. num. 2. par. 1. diuerſ.* eſſque faciendo omnis interpretatio pro euitanda contrarietate inter capitula matrimonialia, & inſtrumentum. Bald. *conſ. 465. num. 5. lib. 5.* Dec. *conſil. 195. ſub num. 3.* Crauet. *conſil. 70. num. 5. & 18.* Et opus eſset quòd clarioribus verbis cõtrahentes expreſſiſſent ſe recedere a pacto inito in iſtdem capitulis matrimonialibus; a quibus in tantum dicitur receſsum, in quantum diſertis verbis fuit expreſſum, Dec. *dicto conſ. 165. n. 3. verſ. ſed tamen prædictis*, Paul. Montepic. *conſil. 62. num. 17. ad med. & ſeqq.* Torniel. *conſil. 49. num. 35. verſ. & dicta. & verſ. & ſi al a fuiſſet*: ſemper enim cenſentur contrahentes permãſiſſe in prima voluntate, & ſi quid eſt omiſſum in poſteriori inſtrumento, ex errore id præſumitur. & plus dictum, quàm ſcriptum intelligitur. Alex. *conſ. 122. num. 2. lib. 2.* & *conſ. 154. num 9. lib. 6.* vbi quòd capitulis, & contractui eſt inhærendum, quippe quòd hæc propriè fiunt a partibus, inſtrumentum verò a Notario. Card. Zabarell. *conſ. 111. num. 1.* Surd. *deciſ. 71. nu. 4. & ſeqq.* & *conſ. 202. num. 19.* Paul. Montepic. *conſ. 52 num. 19.* Adden ad ſanctam memoriam Gregorij XV. *deciſ. 168. num. 8.* & fuit dictum *in Romana Fructuum dotis. 10. Iuny 1606. coram Penia*, quæ eſt deciſio 59. *num. 12. par. 4. recent.* & in eadem cauſa *ſub die 10 Martij 1608. coram eodem Penia*, vbi quòd ſemper eſt recurrendum ad capitula, tamquam ad matricem, & originalem conuentionem: & vbi in inſtrumento contrarium diſponitur, quàm fuerit a contrahentibus prius firmatum in capitulis, ſolet vt plurimum, vel in inſtrumento de hoc receſſu fieri mentio, vel capitula deleri, aut laniari.

Aliquibus etiam ex Dominis placebat interpretatio, vt pro excludenda repugnantia, dum in inſtrumento dicitur, vt circa reſtitutionem dotis attendatur diſpoſitio iuris communis, intelligatur de iure communi municipali: appellatione enim iuris communis propriè venit Statutum, vt tradunt Bald. *in l. vnica, num. 22. ad finem, verſic. quinimo dico*, C. *de conſeſſ. laſ. in l. omnes populi, num. 3. ff. de iuſt. & iur.* Socin. ſen. *conſ. 81. ſub num. 3. ad fin. verſ. ad prædicta facit.* Curt. ſen. *conſ. 46. num. 15. poſt med.* Surd. *conſ. 343. num. 7.* Modern. Forolu. *de legitim. lib. 3. tit. 1. quæſt. 18. nu. 71. & 76.* qui refutatur de communi, & infert ad caſum promiſſionis reſtituendæ dotis ſecundum ius commune, & cenſuit Rota *in Romana Legitima, 21. Iunij 1611. coram bon. mem. Cardin. Sacrato*.

Sed verè non adeſt repugnantia, vt ſupra dictum fuit: quia & ius commune circa reſtitutionem, nempe modum, & tempus, attendi debet; circa verò acquiſitionem, & quantitatem lucri dotalis, Statutum Vrbis ſeruari debet. Siquè aliter ſenſiſſet Martius, nec ita ſimpliciter ſubſcripſiſſet apochæ matrimoniali, nec ambiguis verbis vſus fuiſſet Alexander filius in inſtrumento, dum ſciebat expreſsè in apocha matrimoniali cautum eſſe, vt quoad quartum dotale, Statutum Vrbis attenderetur; neque Domino Melchiori reſtituta fuiſſent dicta capitula ab eodem etiam Martio ſubſcripta: & benè applicantur tradita per Surdum *dicta deciſ 71. num. 4. & per ſos.* & *in dicta Romana Fructuum dotis, 10. Iunij 1606. coram bo. me Penia.*

Neque obſtat depoſitio mediatoris metu cenſurarum facta, quòd ipſe nomine Alexandri, Matthæi, & Martij reclamauerit a pacto inito circa quartum dotale. Quoniam ille non fuit repetitus cùm interrogatoriis, vt opus erat, iuxta tradita

dicta

dita per Doctores *in cap. per tuas*; vbi Felin. *num.* 2. *de testib.* Abb. *in cap. cum causam, num.* 6. *eod. tit.* Costa *de iur. & fact. scient. & ignorant. cons.* 2. *dist.* 55. *num.* 11. Rota *coram bon. mem. Card. Caualerio, decis.* 21. *num.* 3. & *in Tiburtina Dotis* 22. *Iunij* 1629. *coram Reuerendiss. D. meo Decano*: & illius dictum elicitur ex depositione alterius testis magis informati, qui luculentius rem totam exponit, & asserit reclamasse quidem Matthæum Alexandri fratrem, qui se in eisdem capitulis subscripserat, & obligauerat, sed ipsum Dominum Melchiorem adhuc enixè perstitisse in pacto, vt seruaretur Statutum Vrbis circa quartum dotale: & ideo depositio mediatoris nõ respicit, nec probat aliud, quàm dictam reclamationem, & tractatum ministerio eiusdem mediatoris peractum; debet autem attendi conclusio, non tractatus. Alexand. *cons.* 18. *num.* 66. *lib.* 5. Surd. *decis.* 71. *num.* 1. & *cons.* 202. *num.* 5. vbi loquitur de teste. Rota *decis.* 104. *num.* 6. *par.* 2. *diuersor.* Et vt supra obseruatum fuit, asserimur, partes voluisse persistere in iam conuentis circa quartum dotale; quia dictorum capitulorum matrimonialium fuerunt confecta duo exempla, quorum vnumquodque originaliter subscriptum ab alterutris contrahentibus, remansit penes eos; & sanè post reclamationem factã a mediatore nomine Matthæi, Alexandri, & Martii, non restituissent D. Melchiori capitula a Martio etiam absente subscripta, si a pacto circa quartum dotale recessum fuisset.

Nec etiam potuit recedi a capitulis: quia si ius quæsitum fuit Dominę Catharinę per dictum pactum de acquirẽdo lucro, Dominus Melchior non potuisset postea auferre hoc ius, & præiudicare Dominæ Catharinæ, *l. si mulier dotis, l. cum maritus. ff. de pact. dotal.* Gutierez *quæst. ciuil. quæst.* 126. *num.* 2. Giurb. *ad consuetud. Messan. cap.* 1. *glos.* 8. *num.* 42. & fuit dictum *in Romana Dotis*, 1. *Iulij* 1611. *coram Reuerendissimo Domino meo Decano*, & in terminis bene Rota *decis.* 741. *num.* 2. *par.* 4. *diuersor.* Quod maximè dicendum est in D. Melchiore, qui & parens est, & egregius iurisconsultus; illum enim paterna charitas monebat, ne filiam vellet lædere; iuris scientia, vt intelligeret se non posse.

Et ita vtraque parte informante, resolutum fuit, &c.

Reuerendiss. D. Coccino Decano.

Romana de Caualerijs.

Lunæ 22. *Martij* 1632.

EPITOME.

Quartum dotale, quoad vsumfructum, debitum mulieri, an in casu restitutionis, ex dispositione Statuti, si venit restituendum filijs, competat ipsis vti filijs, an verò vti hæredibus patris; ad interpretationem Statuti Vrbis cap. 131. lib. 1. Declarantur auth. hæres, & auth. vxore mortua, C. de secund. nupt.

Ad Cap. 131.

DECISIO LXXIX.

STatutum Vrbis *lib.* 1. *cap.* 77. *in antiquis, & cap.* 131. *in nouis*, inter alia disponit, vt mulieri superstiti cum filius ita acquiratur Quartum, quoad vsumfructum, vt teneatur cauere finito dicto vsufructu de illo restituendo, quibus de iure debetur. Vnde dubitaui, an Quartum dotale, quod fuit debitum Dianæ in bonis Bernardi Viri prædefuncti superstitibus filiis, esset debitum ipsis filiis simpliciter vti filiis, vel vti hæredibus patris, in casu, & ad effectum, de quo agitur.

Effectus autem Dubii est, quòd si ipsis debetur vti filiis simpliciter, liberum remansit apud ipsos: si verò vti hæredibus patris, remanet suppositum fideicommisso dicti patris. Et articulo maturè discusso Domini censuerunt, dictum Quartum esse debitum filiis, non vti filiis simpliciter, sed vti hæredibus patris, ita vt eiusdem patris suppositum fideicommisso remaneat.

Ratio decisionis fuit, quia mulieri datur solus vsusfructus, non autem proprietas; quæ ideo nunquam abdicatur ab hærede patris: & Statutum non dicit, quòd mulier teneatur restituere simpliciter, sed cui de iure: & propterea cùm relicto vsufructu proprietas remaneat in hærede, & finitus vsusfructus consolidetur cum ipsa proprietate, Tiraq. *in tract. de mort. fessis de vis. par.* 3. *declar.* 1. *num.* 6. & 7. de iure est quòd vsusfructus restituatur scriptis hæredibus, qui eodem durante vsufructu quoad proprietatem sunt hæredes testatoris: & ita in istis terminis responderunt Cuman. *cons.* 48. *incip. Statutum Florentiæ, circa finem, verfic pro parte autem affirmatiua*; Dec. *cons.* 386. *num.* 6. *vers. venio ad secundum*, & *num.* 27. loquens in terminis Statuti Parmensis, in quo legebatur quòd dos pertinet ad filios: ex quibus verbis licèt filii viderentur ex propria persona vocati, tamen interpretatur, quòd dos pertineat ad ipsos iure hæreditario successionis paternæ: & quidem in puncto ad effectum, de quo agitur in casu nostro, nempe quòd dos prælata comprehenderetur sub fideicommisso patris, Honded. *super Statuto Aesino in cons.* 16. *num.* 9. *vsque ad finem, lib.* 2. quam rationem amplexa est in his terminis

nis

nis Rota *in causa Romana Lucri dotalis*, quæ est decisio 396. *per tot. apud sanct. mem. Greg.* & *in alia Romana Lucri Dotis coram R. P. D. meo Pirouano*, quæ est decisio 653. *num.* 4. *vsq. ad fin.* & signanter *num.* 7. & ita ex sententia Concilij Neapolitani respondet Io. Angel. Pisanell. *in consuetud. Neapolit. de iure quarta, tit.* 9. *consuetudine incipiente, Quarta autem, in glos. que incipit, mortuo Hieronymo*, loquens in simili constitutione, quam Consuetudinem illius interpretes appellant, dicens hanc sententiam nisi vna ratione: quia nempe Statutum non defert lucrum simpliciter vxori, sed ad vsumfructum tantum: vnde cùm proprietas nunquam discedat ab hæreditate patris, & vsusfructus consolidetur, proprietasque plenior efficiatur; omnes qui in hæreditate succedunt, vti hæredes debent habere: & refert ter ita fuisse iudicatum; & in addit. ad Afflict. *decis.* 314. Burlatt. *cons.* 312. *nu.* 10. & hanc sententiam tenent etiã Franch. *dec.* 106. *num.* 7. vbi testatur ita fuisse decisum in eodem Concilio Neapolitano, & *ibi* addentes, nempe Amendul. *num.* 4. & 6. Io. de Amicis *cons.* 5. *num.* 11. & 12. vbi loquitur de prælata Consuetudine Neapolitana, Fabius de Anna *cons.* 74. *num.* 7. & 8. Molphes. *ad consuetud. Neapol. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 18. & *seqq.* Mastrill. ad Capic. *decis.* 165. *num.* 10. & est etiam de mente Rotæ *in causa Romana Quarti Dotalis*, 16. *Martij* 1618. *coram Remboldo*, licet illa decisio minus clarè loquatur.

Neque in contrarium facit *Auth. hæ res*, & *Auth. vnore mortua*, *C. de secund. nupt.* vbi disponitur quòd liberi, quibus Lex certum lucrum defert ex bonis parentis, possint illud acceptare, etiam si hæredes parentis esse nolint; ea scilicet ratione, quòd huiusmodi lucrum non defertur iure hæreditario. Pinell. *in l.* 1. *par.* 1. *num.* 28. *C. de bon. matern.* Pichard. *in l. si adrogator*, *num.* 37. quæ est in rubr. *instit. de adopt.* & *instit. quæ ab intestato deferuntur*, & *in tract. de repræsent. num.* 12. Rota Auenionen. *decis.* 45. *n.* 10. Suarez *in l. quoniam in prioribus limit.* 10. *ad l. Regiam*.

Quia huic motiuo fuit responsum, illud posse considerari in primo casu Statuti, in quo maritus lucratur dotem quoad vsumfructum, & proprietatem, & illam tenetur restituere filijs, non autem cui de iure, prout disponitur in casu nostro: & sic dicta iura, & auctoritates in contrarium allegatæ loquûtur quando filius capit iure proprio, prout loquitur *dicta Auth. hæ res*, vt declarat Bald *in l. generaliter*, *§. in his autem*, *in princ. vsq. ad num.* 4. *C. de secund. nupt.*, vbi lucrum defertur filiis vigore priuationis, & acquisitionis ipso iure subsecutæ in illo instanti transitus ad secundas nuptias; & magistraliter Corn. *in cons.* 309. *num.* 2. *vsque ad fin. lib.* 3. Gabr. *cons.* 101. *num.* 11. *lib.* 2. & in similibus terminis idem Bald. *in cons.* 226. *num.* 3. *lib.* 3. Castrens. *cons.* 150. *nu.* 2. *lib.* 2. Rom. *cons.* 190. *num.* 2. *post med.* Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 17. *num.* 22. Aym. *cons.* 185. *num.* 3. Gabr. *cons.* 13. *num.* 12. *lib.* 2. Surd. *cons.* 206. *nu.* 12. & *seqq. lib.* 2. & *de aliment. tit.* 7. *quæst.* 11. *artic.* 12. *num.* 22. qui omnes loquuntur in proprietate lucrata a coniuge ab initio pleno iure, sed amissa, ac filijs expresse reseruata ob transitum parentis ad secunda vota, iuxta terminos, vel *l. fœmina*, vel *l. hac edictali*, *§. bis illud*, *C. de secund. nupt.* aut text. *in Auth. de nupt. §. si verò expectet*, *vers. si verò sit soboles*, ex qua sumitur *dicta Auth. hæ res*. Quibus in locis licèt solus vsusfructus parentibus deferatur, proprietas nihilominus debetur liberis; vt etiam declarat text. *in l. generaliter*, *C. de secund. nupt.* quia scilicet his casibus ius commune huiusmodi lucra, quæ antenuptiales donationes, seu sponsalitias largitates appellat, tam quoad proprietatem, quàm quoad vsumfructum, coniugibus in prioribus nuptijs stantibus defert. pleno iure, vt apertus est text. *in dicta Auth. de nupt. §. soluto*, ibi, *Percipient autem lucra* (nempe coniuges) *vir quidem ex dote, mulier autem ex antenuptiali donatione, & erunt hæc eis propria, &c. vnde donec vixerint omnem licentiam habebunt alienationis super his, sicut in alijs, quæ de suo habuerunt*. Vnde mirum non est, si postea in sequenti dispositione sub allegato *§. si verò expectet*, prout etiã *in dicta l. fœmina*, & *l. hac edictali*, in casu, quo coniux post luctus tempora transit ad secunda vota, proprietas, quam coniux, vsufructu retento, amittit, debeatur filiis, tanquam pleno iure ipsi coniugi ab initio acquisita, vt dictum est; ita vt in illo instanti transitus ad secundas nuptias eadem proprietas filiis deferatur, vt inquit clarissimè text. loco allegato *in dicto §. si verò expectet* ibi, *Et generaliter dicendum est, quod omnis eam deserit proprietatis modus in ijs, quæ à priori viro in eam venerunt, & filij ea percipient, & proprietatis erunt domini secundum tempus mox, quo mater coniuncta est alij viro*: & concordat text. *in Auth. de non elig. secund. nub. §. hoc autem*, *vers. nam si manserint*. At in casu nostri Statuti, vt dictum est sæpius, proprietas, Quarti dotalis nunquam a patris hæreditate abdicatur; sed in ea remanet semper, & mulier tenetur cauere de restituendo, non filiis, sed cui de iure: est autem de iure, vt iam dictum est, quòd proprietas per extincti vsusfructus accessionem plenior effecta in hæredes transferatur. Vnde, quicquid fit inspecto iure communi, certè, attenta Statuti dispositione, filij non capiunt iure proprio, sed tanquam hæredes. Fabius de Anna *allegat. cons.* 74. *num* 7. & 8.

Neque obstat Afflict. *in decis.* 37. *in fin.* & *decis.* 314. *num.* 2. qui tenet contrariam opinionem. Quia huiusmodi decisiones fuerûnt sæpius a Concilio Neapolitano reiectæ, vt per Franch. *dicta decis.* 106. *num.* 6. *per tot.* & *num.* 27. dicens quòd cùm sæpius contra istas decisiones Afflicti fuerit indistincte iudicatum, opinio ista non est amplius refricanda; vt etiam testatur Vrsill. ad eumdem Afflict. *decis.* 314. *ad fin.* Amendol. *in addit. ad decis. Franch.* 106. *num.* 4. Et vlterius idem Afflict. *in decis. dicta* 37. mouetur auctoritate dictæ Consuetudinis Neapolitanæ hoc est constitutionis, quæ contrarium disponit ex sententia Concilii Neapolitani; & *in dicta decis.* 314. *num.* 2. mouetur ex textu *in dicta Auth. hæ res*, & *in l. fœmina*, *C. de secund. nupt.* quarum dispositio non applicatur ad præsentem

tem casum, vt supra probatum est.

Nec iuuat auctoritas Rotæ *in causa Romana Donationis de Cuppis coram Io. me. Marcomontio*, quæ est decisio 209. *num.* 3. *par.* 1. *recent.* quia perfunctoriè loquitur, & hinc apparet, quod articulo ex professo, ac maturè examinato, Rota censuit contrarium, vt in decisionibus supra allegatis; & illa decisio nititur sola auctoritate Affricti: quæ non subsistit, & allegat text. *in dicta Auth. hæres, & in dicta l. femina*, quæ non loquuntur in istis terminis, vt supra probatum est.

Neque refragatur quòd Statutum disponat, vt vxor cauere teneatur quod vsufructu finito, dictum Quartum restituet. Quia non inde sequitur quòd mulieri fuit acquisita proprietas, quæ semper remansit in hæreditate, vt dictum est: sed prædicta verba ideo videntur apposita, quia mulier quoad quartam partem non tenetur capere vsumfructum de manu hæredis, cùm ipsa percipiat propria auctoritate: & licet vsufructuarius non possideat ciuiliter, & rem neque possessionis, neque domini affectu retineat. *l. acquirit.* 10. *§ fin. ff. de acquir. dom. l. certè*, §. 15. *qui rogauit, ff. de præscr. l. Celsus, §. Iulianus. ff. ad exhiben. l. secundum, ff. qui satisdare cog.* nihilominus rem naturaliter detinet, & ei insistit, *l. naturaliter, in princ. l. possessorio quoq. is, ff. de acq. possession.* cum aliis per Richard. *§. retinenda, instit. de interdict.* & propterea ei debetur manutentio, & competit interdictum, vnde vi. *l. 3. §. vnde vi*, iuncto §. sequenti, *ff. de vi, & vi armata*: vel ratione possessionis vti voluit Richard. *vbi supra num.* 24. vnde nil mirum si Statutum vtatur verbis, *cauere teneatur, quod restituat*: quia dum mulier detinet bona, posset illa cõsumere: & de iure hinc sequitur quod vsufructuarius tenetur cauere. *l. vxori, ff. de vsufructu legat.* Oldrad. *cons.* 194. *in princ.* Signorol. *consil.* 119. *in fin.* Castr. *consil.* 113. *in fin. lib.* 1.

Neque tandem obstat quòd non posset dari diuersitatis ratio inter primum, & tertium casum Statuti: qui tertius casus est ille, de quo nunc agitur. Quia ex prædictis satis colligitur differentia: cùm in primo casu concedendo Statutum proprietatem marito, quam in tertio casu negat vxori, patris pleniorem potestatem, & iura potentiora, quam matris in filios consideret; & sufficit, quod discretiuè, & sub differentibus verbis loquatur in vtroque casu. Maximè quia si Statutum patri solum vsumfructum deferret, nihil patri videretur tribuere, cùm pater in bonis filiorum de iure habeat vsumfructum. *l. quacunque, & l. cum oportet*, & ibi notant omnes, *C. de bon. liber.*

Et ita conclusum, vtraque parte informante.

Eminentissimo Vbaldo.

Romana Hæreditatis.

Lunæ 26. Aprilis 1632.

EPITOME.

Vsusfructus Quarti dotalis, delatus a Statuto Vrbis vxori, ea mortua, non transmittitur ad hæredes vsufructuariæ, sed consolidatur vna cum proprietate in hæreditate cõiugis prædefuncti.

Ad Cap. 131.

DECISIO LXXX.

AGitur de Quarto dotali scutor. 2350. superlucrato per Septimiam Mancinam in bonis Dominici viri prædefuncti: nam Cleria communis filia, quæ a dicto Dominico fuit post mortem Septimiæ matris substitura in dimidia hæreditatis, occupauit etiam aliam medietatem relictam Archiconfraternitati; eamque retinere contendit pro dicto prætenso credito quarti dotalis, tanquam filia, & hæres suæ matris. Sed proposito super hoc, particulari dubio, Domini contra Cleriam responderunt. Et moti sunt, quia extat in Vrbe Statutum *in cap.* 131. *lib.* 1. vbi disponitur, quòd marito decedente, superstite vxore cum liberis, qui est casus noster, vxor quartam partem dotis, ad vsumfructum tantùm, de bonis mariti lucretur. Si igitur Septimia mater Cleriæ non superlucrata est dictum quartum dotale, nisi quoad vsumfructum; inde sequitur, vt nihil possit in illo prætendere Cleria, vti illius filia & hæres: quia vsusfructus morte vsufructuarii finitur, & ad hæredes non transmittitur, *§ finitur, instit. de vsufruct.* sed redit ad proprietatem. Tiraq. *in tract. le mer. §.* 3. *declar.* 1. *nu.* 6. & 7. Rot. *dec.* 553. *num.* 1. *in fin. par.* 2. *recens.*

Si verò Cleria prætendit post mortem matris ex eodem Statuto dictum quartum dotale sibi deferri, vti filiæ Dominici, non vti hæredi; & quòd propterea sit ab hæreditate eiusdem Dominici separandum, & sibi tanquam filiæ applicandum; Domini responderunt, hunc articulum iam fuisse in Rota bene discussum, & resolutum quòd quartum dotale ex Statuto Vrbis debeatur filiis vti hæredibus, non vti filiis, vti latè in decisione D. mei Decani *in causa Romana de Caualeryis*, 22. *Martij* 1632. ad quam voluerunt haberi relationem in præsenti decisione.

Statutum enim, dum in casu existentiæ filiorum defert vxori superstiti quartũ respectu vsusfructus cum dictione taxatiua *tantùm*, quæ importat vt lucrum non acquiratur vxori pleno iure; inde sequitur quòd proprietas illius remanserit in hæreditate coniugis prædefuncti, cùm de illo Statutum non disposuerit, nec ab hæreditate extraxerit. Vnde, dum mortua vxore fit locus restitutioni vsusfructus, & Statutum in hoc casu subiungit quòd restituatur cui de iure, nulla facta mentione filiorum; filii debent, & vsumfructum, & proprietatem capere, vti quid hæreditarium patris, non vti rem propriam illis prouenientem tanquam filiis; vt in his terminis extat

decisio Franchi 106. *num.* 6. vbi quod ita sæpe fuit in illo Senatu iudicatum per rationem, quod proprietas nunquam recessit ab hæreditate, à qua nunquam fuit ablata: & ita fuit etiam resolutú *in Romana Quarti dotalis* 16. *Martij* 1618 *coram bo. mem. Rembaldo*, & coram D. meo Pirouano *in d. decis.* 653 *num.* 4. & 7. *par.* 2. *recentior. sanctæ memoriæ Gregorio XV. decis.* 398. *num.* 3. *& seqq.* & latè *in actis Romanæ ac Caualerijs.*

Non obstat decisio Afflict. 37. *num.* 6. & *decis.* 314. *num.* 3. *& seq.* quæ contrarium decidunt, nempe quòd filij in hoc lucro succedant tanquã filij, & non tanquam hæredes. Quia illæ decisiones fuerunt sæpe sæpius in eo Consilio reiectæ, vt testatur idem Franch. *in dicta decis.* 106. *num.* 6. & 7. vbi quòd hæc opinio non est amplius in dubio reuocanda, ex quo contra decisionem Affl. fuit sæpius iudicatum: & idem testatur Vrsill. *ad eandem decis.* 314. *ad fin.* & in illis non fuit considerata supradicta ratio, quòd proprietas non fuit ab hæreditate patris separata. Et per hanc rationem corruit etiam *dec.* 109. *num.* 3. *par.* 1. *recent.* quæ est solum fundata in decisionibus Affl. quæ non subsistunt, & attendi non debent, vt supra.

Non obstat quòd mater ex dispositione Statuti teneatur restituere lucrum cui de iure, & de iure determinetur quod lucra nuptialia spectent ad filios, licet non sint hæredes patris, vel matris; vt *in l. generaliter, §. in his autem casibus*, iuncta *auth.* ibi seq. *ha res*, & *auth. vxore mortua, C. de secundis nupt. cum similib.*

Quia dum Statutum dicit quòd sit facienda restitutio iuxta dispositionem iuris communis, debet intelligi de illa dispositione iuris, quæ loquitur in terminis eiusdem Statuti, disponentis solùm de vsufructu, & non de proprietate, quæ remansit in hæreditate coniugis prædefunctæ: & ideo non est intelligendum de dispositione iuris inducta *in dicta l. generaliter*, & *in dicta auth. hæres, C. de secundis nupt.* quia ibi lex disposuerat tam de vsufructu, quam de proprietate: quæ cùm esset ex hæreditate deducta, & vxori superstiti applicata; non mirum si filij, tanquam filij, capiunt illud lucrum iure proprio, & non tanquam hæredes, cùm tanquam tales non possint capere id quod in hæreditate non reperitur. Vltra quod prædicta iura loquuntur in terminis coniugis transeuntis ad secundas nuptias, propter quas priuatur proprietate, quæ statim ipso iure acquiritur filijs ob priuationem matris aut patris; vt declarat Bald. *in dicta l. generaliter, §. in his autem, in princ. vsque ad num.* 4. & magistraliter Corn. *in consil.* 309. *num.* 2. *vsque ad fin. lib.* 3. Gabriel. *consil.* 101. *num.* 11. *lib.* 2. Surd. *consil.* 206. *num.* 12. *& seqq. lib.* 2. Vnde cùm iste non sit casus noster, dispositio dictarum legum non est dispositio, de qua loquitur Statutum: & ideo recurrendum est ad dispositionem iuris communis, quæ decidat quomodo succedant filij circa ea quæ reperiuntur in hæreditate paterna. Et certe nulla oritur dubitatio, quin succedant tanquam hæredes, siue ex testamento, siue ab intestato: & dum ipsi sunt hæredes testatoris quoad proprietatem, etiam durante vsufructu, sequitur vt eo finito, de iure idem vsusfructus, qui cum proprietate consolidatur, eisdem hæredibus proprietarijs restituatur; vt per Cuman. *consil.* 48. *incip. Statutum Florentiæ, circa fin. vers. pro parte autem.* Dec. *consil.* 386. *num.* 6. & 7. & fuit decisum in supradictis causis coram sanctæ memoriæ Gregorio, & Pirouano, & nouissimè coram Domino meo Decano *in Romana de Caualerijs*, cum qua Domini in omnibus & per omnia transiuerunt.

Et ita vna &c.

R. P. D. Orano.

Romana Fructuum dotis de Cincijs.

Lunæ, 27. *Ianuarij* 1597.

EPITOME.

Fructus dotis non solutæ an debeantur viduæ ab hæredibus mariti, an verò ab hæredibus patris. Interpellatio iudicialis ad hunc effectum sitnè necessaria? Alimenta quando debeantur vt fructus Legitimæ.

Ad Cap. 137. *num.* 42.

DECISIO LXXXI.

LIcèt controuersum sit; An debeantur Viduæ petenti ab hæredibus mariti fructus dotis non solutæ, vtpote negatiuam partem sustinentibus Grammat. *decis.* 103. Affl. *decis.* 284. Thesaur. *decis. Pedemontan.* 43. *num.* 2. Ruin. *consil.* 49. *num.* 14. *lib.* 2. Couar. *var. resol. cap* 1 *num.* 3. *vers.* 6. *lib.* 3. copiosè Petr. Barbosa *in l.* 2. *in princ. num.* 40. *ff. solut. matrimon.* Pro affirmatiua verò contendente Molin. *lib.* 4 *primog. Hispan. cap.* 5. *num.* 6. cum per eum relatis: Attamen indubitatum est, eos deberi quando petuntur per Viduam ab hæredibus patris: quia tales fructus succedunt in locum alimentorum, ad quorum præstationem tenentur interim donec dos fuerit soluta. Doct. *in l. alimenta, ff. ac negot. gest.* Bald. *in l. quisquis, ff. vbi pupill. educ. debe.* idem Bald. *in l. de alimentis in fin. C. de transact.* Socin. sen. *consil.* 57. *num.* 36. *vers. aliud est quærere*, cum seqq. *vol* 4. Menoch. *consil.* 81. *num.* 61. & 66.

Quamobrem Domini præsuppolito instrumẽto dotali D. Virginiæ Cinciæ, concluserunt fructus dotis per patrem ei promissæ obligatos esse eius fratres, communis patris hæredes, Dominis de Vellis Virginiæ filijs soluere vsque ad

eiusdem ex hac vita excessum. Nam quando filia à successione paterna per Statutum excluditur, dos succedit loco alimentorum, & fructuum illius post obitum viri, tanquam alimentorum viduæ debitorum, transit onus soluendi ad hæredes patris. Aymo *cons.* 189. *num.* 2. Rol. à Vall. *cons.* 91. *num.* 19. *lib.* 1. Veniuntque sub nomine interesse à die quo retardata fuit illius solutio, glos. *in l. videamus la seconda, §. si actionem, ff. de vsur.* glos. fin. *in l. filius familias, §. fin.* vbi Bart. *ff. de verb. oblig.* Socin *in l. pacta quæ contra, num.* 3. *C. de pact.* latè idem Barbos. *in l. de diuisione, num.* 13. *ff. solut. matrimon.* Præsertim cùm Statutum excludens filias à successione patris mandet eas dotari: etenim cùm dos hoc casu succedat loco legitimæ, filiæ debent habere alimenta tanquam fructus legitimæ. Cure. senior *consil.* 27. *in fin.* Alb. *consil.* 524. *num.* 4. Hieron. Gabriel. *consil.* 139. *num.* 14. *vol.* 2.

Nec vlla hic potest adesse difficultas, stante Statuto antiquo Vrbis *cap.* 20. *lib.* 4. quo dotis fructus ex consuetudine fori redacti sunt ad computum septem florenorum cum dimidio pro quolibet centenario, & taxari mandantur tam pro oneribus matrimonij post moram non solutæ dotis, quàm pro alimentis viduarum, etiam habentium pignus dotale, ex quo possint recipere fructus loco alimentorum.

Neque hic quærendum est, an interuenerit interpellatio iudicialis ad constituendum in mora patrem dotem soluere debentem. Quia vltra quod tunc temporis non fuit necessaria interpellatio, cùm dos fuerit promissa ad certum tempus; post eius lapsum promittens dicitur in mora constitutus. Aret. *in §. fuerat, num.* 7. & ibi Ias. *num.* 20. *vers. intelligitur tamen, instit. de act.* Et tanto magis accedente iuramento, quod habet vim interpellationis. Gabr. *de iureiur. conclus.* 2. Pedemont. *decis.* 48. *num.* 7. & fo actionibus dictorum fructuum emanatis ab hæredibus debitoris, ex quibus colligitur ipsos agnouisse debitum. Dec *cons.* 618, *num.* 2. Aym. *cons.* 188. *num.* 2. & 3.

Minus etiam instendum est obiectioni partis dicentis agi de alimentis præteritis: Quia illa peti possunt tanquam iure actionis debita, vt notat Barr. *in l. libertus, ff. de alimentis, & cibar. lega.* & *in l. de alimentis* vbi Ias. *num.* 6. & Dec. *num.* 5. *C. de transact.*

Prout etiam patum ad propositum facit, quòd Statutum loquatur de fructibus percipiendis ex pignore. Nam in casu proposito pro dote, & fructibus fuit hypothecatum Casale cum clausula Constituti. Vltra quod Statutum videtur generaliter intelligendum etiam de fructibus percipiendis aliter quam ex re hypothecata, vt indicat dictio, *etiam*, quæ de sui natura est implicatiua tacita diuersas species ab expressis includens. *cap. tanta, de simon. cap. quam grauis de sent. excommunic. l. etiam, ff. solut. matrim.* Et fac est, quòd etiam omnem difficultatem tollit, quòd isti fructus loco alimentorum debeantur. Grammat. *cons. ciuili* 146. quæ non possunt per hæredes dotantis dictæ Virginiæ vel eius filijs denegari. *l. vbi adhuc, C. de iure dot.* Alex. *consil.* 56. *num.* 5. *lib.* 4. Quoniam onus alimentorum sequitur bona, super quibus debentur, & penes quemcunque existant. *l.* 2. & ibi Bart. *in princip. ff. de aliment. leg.*

R. P. D. Penia.

Romana consignationis depositi.

Mercurij, 24. *Maij* 1595.

EPITOME.

Damna & interesse an intelligantur remissa per receptionẽ sortis principalis, præsertim in causa dotis. Intellectus ad l. si marito, §. si fundum dotalem, ff. solut. matrimon Interesse dotis non solutæ an peti possint ab vxore soluto matrimonio.

Ad Cap. 137. *num.* 46.

DECISIO LXXXII.

Omnes steterunt in decisis ad fauorem D. Pasquæ de Blanchis coram R. P. D. Orano die 14. Nouembris anni 1594.

Et quia in hac propositione difficultas potissimum fuerat restricta ad damna & interesse, quæ per receptionem sortis principalis Pasqua remississe prætendebatur, *l. terminato, C. de fruct. & lit. expens. l. eos qui, C. de vsur.* Bald. *in l. fin. nu.* 3. *vers. circa quod, ff. de eo quod cert. loco.* Ias. *in l. sed certa re, num.* 4. *C. de transact.* Propterea hoc articulo maturè discusso, fuit respõtum id habere locum in pœnis, & odiosis vsuris; quæ si non sunt promissæ per stipulationem, cùm per se non subsistant, non debentur iure actionis, sed officio iudicis mercenario. Bald. *in l. cum quidam, §. præterea, num.* 1. *C. de iur. dot.* Ideo lata sententia super negotio principali solutionis, extinguitur ius petendi tales accessiones. *l.* 4. & ibi communiter Doct. Alex. *nu.* 6. Ias *nu.* 4. *C. de posit.* idem Ias *in §. action n.* 52 & ibidem Gomez *nu.* 2. *instit. de action.* & Matthesil. *not.* 90.

Cæterum in interusurio & fructibus dotis secus esset: quia æquè principaliter, & tanquam dos ipsa, cùm sint dotis accessiones, & ad dotis augmentum pertineat, peti possunt iure actionis; vnde post solutam sortem principalem, super fructibus non solutis competit actio. *l. si marito, §. si fundum dotalem*, vbi Bald. Bart. Roman. & alij, *ff. solut. matrim.* Campeg. *tract. de dot. par.* 2. *in prine, num.* 11. Cephal *cons.* 485. incipien. *Mag. Domini, num.* 113. & multis seqq. *lib* 4.

Et quamuis textus *in d. l. si marito*, loquatur de fructibus naturalibus, taltem ex æquitate extenditur ad fructus etiam ciuiles, in quibus locum habere voluit. Bald. *in dicta l. cum*

quidam

quidam, §. præterea, num 3. C. *de iure dot.*

Quod maximè æquum est fauore dotium, cùm valde re ipsa interſit dotatas esse mulieres. *l.* 1. *ff. ſolut. matrimon* Vnde ſapienter Theologi, & vtriuſque iuris Periti cenſuerunt, intereſſe retardatæ ſolutionis dotis ſoluto matrimonio vxorem petere poſſe, & ſibi deberi. Couar. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 4. *& ſiq. variar. reſolut.* Molin. *lib.* 4. *de Hiſpan. primogenit. cap.* 5. *num.* 6. Menoch. *de arbitr. caſ.* 194. *num.* 56. *lib.* 2. Quod in primis procedit, quando pro Statuto loci taxaretur intereſſe. Couar. *præſtato loco, verſ. octauo hinc obligat.* Ioſeph. Ludou. *deciſ.* 21. *num.* 34.

Ac ſaltem ratione moræ competere D. Paſquę actionem contra Collegium Notariorum, quod marito Paſquæ ſucceſſerat, dixerunt Domini, addentes, ad liquidationem fructuum ſeruire Statutum Vrbis *lib.* 1. *cap.* 137. quo caſu extat, dotis fructus redactos eſſe ad rationem ſeptem cum dimidio pro quolibet centenario & anno; & ſic taxandos pro mora non ſolutæ dotis.

Voluerunt tamen quòd Domina Paſqua iura ſua cederet Notariorum Collegio loco cautionis dictæ cuictionis.

Ad obiectionem ſuper defectu mandati, & ſuper ſecunda, & tertia interpellatione, per quas prætendebatur receſſum à prima, & remiſſa omnis mora, placuerant Dominis reſponſiones datæ per informantes pro D. Paſqua.

Et ita.

Card. Lancellotto.

Romana Dotis.

Veneris, 25. *Maij* 1601.

EPITOME.

Damnum emergens ob retardatam ſolutionem dotis in caſu prætenſionis fructuum, eſt probandum in indiuiduo. Idem de lucro ceſſante: & quid requiratur ad probandum intereſſe lucri ceſſantis. Nec ſufficiunt probationes præſumptiuæ, nec deſumptæ ex qualitate loci.

Ad Cap. 137. *num.* 47.

DECISIO LXXXIII.

POſt obitum Dominæ Hippolytæ cenſuerunt Domini nihil deberi Capitaneo Proteſilao ob retardatam dotis ſolutionem: non quidem ratione fructuum, quia iam fuit deciſum coram R. P. D. meo Pamphilio ſub die 4. Iulij 1597. non deberi ex hoc capite aliquod intereſſe: nec etiam ratione damni emergentis, quia tale damnum emergens non probatur. Licet enim conſtet ipſum accepiſſe ad cambium aliquas pecuniarum ſummas, tamen non probatur in indiuiduo quòd ex iſta cauſa, nempe propter non factam ſolutionem in tempore, acceperit pecunias ad cambium: quæ probatio eſt neceſſaria, quia poteſt eſſe quòd ex alia cauſa illas acceperit, iuxta deciſ. Mohed. 2. *de vſur.* & fuit reſolutum *in cauſa Romana pecuniaria de Zambeccarijs*, 7. *Aprilis* 1571. *coram Lauretano*, & *in una Romana Vincæ de Brunis*, 2. *Decembris* 1591. *coram bon. mem. Orano*; & in terminis pecuniæ captæ ad cambium, *in cauſa Romana Cambiorum*, 15. *Maij*, & 19. *Iunij* 1592. *coram R. P. D. meo Mellino*.

Nec denique debetur aliquid ratione lucri ceſſantis. Nam quamuis ipſe moram paſſus fuerit, & quamuis nõ eſſet ſolitus tenere ſuas pecunias otioſas; attamen non probatur lucri ceſſantis intereſſe ex potentia propinqua lucrandi, nempe quòd certas merces præmanibus haberet, in quas potuiſſet in continenti facta ſolutione pecunias receptas erogare, & quas ob defectum pecuniarum debitarum emere omiſit: hoc enim eſt certium requiſitum Caſtr. *in l.* 3. *§. fin ff. de eo quod cert. loco*, quem ſemper Rota ſequitur in hac materia Mohed. *deciſ.* 3. *de vſur.* Fuit *eod. tit. deciſ.* 3. & 235. *lib.* 1. vbi multæ auctoritates allegantur. Aym. *conſ.* 320. *nu* 6. & plures refert Moder. *de arbitr. iud. caſu* 19. & fuit pluries reſolutum: ſuper quo requiſito teſtes non deponunt in ſpecie, ſed in genere.

Neque in hoc caſu Rota admittit probationẽ præſumptiuam, nec illam, quæ reſultat ex qualitate loci, in quo paſſim inueniuntur occaſiones collocandi pecunias ad lucrum, vt fuit reſolutum *in cauſa Romana Fructuum ſortiebatum*, 26. *Aprilis* 1592. *coram Illuſtriſſ. Blanchetto*: quicquid voluerit Couar. & quicquid alij dixerit dictum *in vna Anconitana coram Brauo*, & *in vna Prenestina coram Vicecomite*: quæ deciſiones & auctoritates in Rota pluries allegatæ ſemper fuerunt reiectæ.

Quod de æquitate *l. curabit*, non intrat in hoc caſu, in quo debitum conſtitebat in pecuniis, quæ non facit fructus; & quòd debent interuenire requiſita Caſtrenſis, vt ſupra dictum eſt.

R. P. D. Litta.

Romana Fructuum dotis de Vellis.

Veneris, 10. *Nouembris* 1600.

EPITOME.

Dotis fructus an debeantur poſt moram? Iuramentum habet vim interpellationis: Vidua petens fructus dotis, in quo caſu debeat prius omne ius experiri pro dote conſequenda.

Ad Cap. 137. *num.* 48.

DECISIO LXXXIV.

FRanciſcus Cincius anno 1562. nuptui tradidit Virginiam eius filiam Honufrio Vellio cum dote ſcutorum 5000. quam exburſare promiſit infra terminum duorum annorum, & interim fructus ſoluere ad rationem ſeptem cum dimidio pro centenario: ratione dictæ dotis non ſolutæ infra dictum tempus, tam Franciſcus dum vixit, quàm poſt obitum illius, mater filiorum eiuſdem, vti tutrix eorum, vſque ad annum 1573. reſpectiuè Honufrio perſoluerunt fructus ad dictam rationem. Defuncto Honufrio de eodem anno 1573. relicta Virginia prægnante cum alijs filijs infantibus, fuit ceſſatum in ſolutione dictorum fructuũ. Vnde mortua Virginia de anno 1586. filij, & hæredes illius iudicialiter interpellarunt filios, & hæredes dicti Franciſci ad ſoluendum ſibi dotem prædictam, necnon fructus decurſos, & non ſolutos ab anno 1573. vſque ad annum 1586. de quo tempore obijt Virginia eorum mater.

Vnde cùm dos ipſa fuerit ſoluta, reſeruato tamen iure ſuper fructibus; hinc dubitatum fuit, an fructus ſeu intereſſe, de quibus ſupra, debeantur. Quo pluries propoſito, Domini tandem affirmatiuam opinionem amplexi ſunt. Tum quia indubitati iuris eſt poſt moram deberi fructus, ſeu intereſſe dotis, ſignanter per patrem filiæ excluſæ à ſtatuto propter exiſtentiam maſculorũ promiſſæ, & non ſolutæ, ne dum ipſi viro oneri matrimonij ſobſtinenti. *cap. ſalubriter de vſur. l pro oneribus, C. de iure dot.* Alex. *conſ* 147. *in princ. & num.* 4. *lib.* 5. Couar. *var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 3. de communi Bero. *conſ.* 129. *nu.* 7. & 11. *lib.* 3. ſed etiam filiæ, & ſic ipſi mulieri mortuo marito cum liberis, & ſic quoque ceſſantibus oneribus prædicti matrimonij: & hoc caſu ſi non ratione fructuum dotis, ſaltim ratione alimentorum, ad quorum præſtationem de iure tenetur pater, & poſt eum filij, & hæredes illius, donec dos, vigore Statuti ſubrogata loco legitimæ filiæ debitæ in bonis patris, eidem ſit perſoluta. Doctores paſſim *in l. alimenta ff. de negot. geſt.* Bald. *in l. qui filium, num.* 2. *ff. vbi pup. educ. deb.* idē Bald. *in l. ac alimentis in fin. de tranſact.* Caſtr. *in conſ.* 16. *num.* 2. *in fin. lib.* 2. Socin. ſenior *conſil.* 57. *num.* 36. *verſic. aliud eſt quærere*, & *num. ſeqq. lib.* 4. Curt. ſenior *conſil.* 27. *in vlt. dub. num.* 42. Corn. *conſ.* 85. *num.* 24. *in fin. lib.* 3. Crauett. *conſ.* 189 *num.* 1. *& ſeq.* Menoch. *conſ.* 8. *num.* 20. *verſ. cæterum*, & *num. ſeqq.* & *conſil.* 8. *num.* 61. & 661. bene Fortun. Gar. *de vlt. fin.* Palat. Rubios *in repet. cap. per veſtras, cap.* 20. *num.* 4. cum alijs de quibus per Surd. *de alimentis tit.* 1. *quæſt.* 26. *num.* 1. *& quæſt.* 105. *nu.* 2 qui ibi in fine dicit, quod iſta concluſio caret dubitatione.

Tum etiã quia Franciſcus Cincius ſe expreſsè obligauit ſoluere fructus dotis promiſſę ad rationem ſeptem pro centenario, donec eam perſolueret: quæ conuentio licitè fieri potuit: Conradus *de contract. q.* 35. *concl.* 7. Roman. *conſ.* 517. *num.* 5. Imol. *in l. in inſulam, §. vſuras, num.* 16. & Alex. *num.* 5. *ff. ſolut. matrim.* latè Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 42. *num.* 26. Anton. Auguſt. *in repet. cap. de iur. dot. §.* 5. & fuit tentum *in illa Romana Fructuum dotis*, 5. *Iunij* 1599. *coram bon. me. Orano.* Vnde cum dictam dotem non perſoluerit Franciſcus infra biennium vt promiſerat, meritò ex tunc quoad eum contracta fuit mora. *l. magnam C. de contrab. vel committ. ſtipul. l. traiectitia, §. de illo, ff. de act. & oblig.* Aretin. *in §. fuerat, num.* 7. & ibi Iaſ. *num.* 20. *verſ. intelligite tamen, inſtitut. de action.* Maximè cùm dictæ promiſſioni acceſſerit iuramentum, quod vim interpellationis habet. *cap. graue*, vbi DD. hoc notant, *de iureiur.* Rip. *in l.* 4. *§. Cato, num.* 59. *ff de verb. oblig.* Goz. *conſ.* 27. *num.* 19. Pedem. *deciſ.* 48. *n.* 7. ſicque per conſequens ex tunc inuauit obligatio illius ad dictos fructus, ad tex. *in l. cedere, ff. de verb. oblig.* cum vulgar. quæ obligatio eo mortuo dubium non eſt, quod tranſierit ad filios, & hæredes illius ad fauorem D. Virginiæ, & filiorum, ac hæredum illius, ad quorum commodum dos prædicta, & fructus ſtipulati fuerunt. *§. poſt mortem, inſtit. de inut. ſtip. l. vnica, C. vt act. ab hær. & contra hær. incip. bene* Ang. *in l. ſi ita ſtipuletur, num.* 20. *ff. de verb. oblig.*

Nec fuit quoad hæredes D. Franciſci neceſſaria aliqua interpellatio: tum quia mora ſemel contracta ſemper durat. glo. 1. *in l. cum patrefam. ff. de vſur.* Vinc. de Franch. *deciſ.* 16. *num.* 10. Tum etiam quia ne dum Franciſcus ipſe huiuſmodi debitum fructuum agnouit, ſed etiam filij, & hæredes illius, cùm illi dum vixit dictos fructus perſoluerint, & eo mortuo fuerint pro certo tempore abſque controuerſia etiam nomine filiorũ perſoluti, ad textum *in l. ad ſolut. C. de re iudic.* Dec. *conſ* 618. *nu.* 2. Crauett. *conſ.* 158. *nu.* 2. & 3. Natt. *conſ.* 373. *num.* 88.

Et ad illud, quod viduæ non debeantur fructus dotis, niſi poſtquam totum poſſe fecerit pro illa conſequenda, ex Grat. *conſ.* 56. *num.* 3. *& ſeq. lib.* 1. ex Affict. *deciſ.* 274. & alijs allegatis per informantes pro Cæſare Cincio; fuit reſponſum procedere in vidua prætendente fructus dotis ſibi non reſtitutæ ab hæredibus præmortui viri: qui caſus longè differt à caſu noſtro: quod patet tum ex eo quòd reſpectu hæredum viri nulla mora conſiderari poteſt quo ad reſtitutionem dictæ dotis, cùm illa penes eum durante matrimonio eſſe debuit: quod non poteſt conſiderari reſpectu Cæſaris Cincij repræſentantis perſonam Franciſci, qui tempore ſtatuto non ſoluit dotem promiſſam Virginiç filiç ſuç excluſæ à Statuto propter exiſtentiam maſculorum. Tum etiam quia onus illud alendi vxorem, quod erat penes maritum, qui dotem vxoris ſuæ ſequutus fuit, eo mortuo, non tranſit ad hæredes; ſicut onus alendi filiam, quod erat penes Franciſcum Cincium morioſum in ſolutione dotis filiæ ſuæ debitæ, & loco legitimæ ſubrogatæ, tranſit ilatim eo mortuo in filios maſculos, & hæredes illius, qui dictam feminam excludunt: & ideo non mirum ſi de vno caſu ad alium non tenet illatio, vulgata *l. Papinianus exul, ff. de minoribus.*

Ex quibus, & alijs hic latius deductis per informantes fuit reſolutum, Dominis de Vellis ex diſpoſitione iuris communis deberi fructus, de quibus agitur. Qua reſolutione ſtante

non

non fuit neceſſe ingredi illam diſputationem, an prædictis de Vellis debeantur vigore Statutorum Vrbis, cùm Statuta de hac materia loquentia non tollant aliquo modo ſupradictam diſpoſitionem iuris communis, vt ex eis eſt videre.

R. P. D. Orano.

Romana Fructuum dotis.

Veneris, 15. *Nouembris* 1596.

EPITOME.

Fructus dotales non exacti conſtante matrimonio, an poſſint eo ſoluto repeti: & contra quem detur actio. De mora tam regulari, quàm irregulari, in ſolutione dotis promiſſæ.

Ad Cap. 137.

DECISIO LXXXV.

FVit reſolutum, altera tantum parte informante, D. Federicum teneri ad fructus dotis promiſſæ per q. Cardinalem Cæſium & non ſolutæ D. Flaminiæ Ceſiæ de Sabellis: Quia cùm ipſe ſit hæres Cardinalis, qui fuit in mora ſoluendi dotem, intrat diſpoſitio Statuti Vrbis *cap.* 78. *lib.* 1. & *cap.* 20. *lib.* 4. *in antiq.* taxantis huiuſmodi interuſurias ad rationem ſeptem cum dimidio pro quolibet centenario, ratione alimentorum, quæ debentur mulieri dotatæ & nuptæ, cui dos ſoluta non fuit. *Pariſ. conſ.* 64. *num.* 3. *lib* 4.

Neque refragari, quòd prætendebatur Statutũ exigere moram promittentis: Quia caput 78. nõ conſiderat moram promittentis, ſed ſolùm quòd dos non fuit ſoluta: eo enim ipſo, quo mulier trãſiuit ad obſequium mariti, debet ali ex dote. *l. pro oneribus, C. de iur. dot.* Et cùm promiſsio de illã ſoluendo intra certum tempus, fuerit facta medio iuramento, cum obligatione de ſoluendo damna & intereſſe, dies interpellat pro ea, per quam incurſa fuit mora regularis. *l. magnam, C. de contrab. & cõmitt. ſtipul.* vt etiam irregularis, ex quo maritus ſubſtinuit onera matrimonij, iuxta æquitatem *l. curabit Præſes. C. de act.* Alex. *conſ.* 347 *nu.* 4. *lib.* 5. de communi, Bero. *conſ.* 129. *num.* 7. *&* 11. *lib.* 7.

Nec ad rem facere Statutum nouum *cap.* 137. *lib.* 1. quod videtur requirere iudicialem interpellationem: Nam ſi fuerit ante illius editionem contracta mora, patet illud non applicari, ex traditis per Bart. *in l. omnes populi, nu.* 44. *ff. de iuſt. & iur.* vbi quando actus eſt perfectus in ſe, ſed pendet ratione effectus, ad illum, Statutum, vel lex noua non porrigitur: ſicut quando Statutum inducit exceptionem, & exceptio cauſatur tempore contractæ obligationis; Statutum exceptionem talem ad contractus præteritos nõ extendit.

Vltra quòd Statutum volens, interpellationem fieri à muliere repetente dotes ſuas, ad effectum vt fructus ex mora conſequatur, loquitur in terminis, quibus repetatur ab hæredibus mariti defuncti. Alex. *conſ.* 72. *lib.* 2. *num.* 10.

Nihil etiam obſtare, quòd dos fuerit promiſſa à viro: quia iſtud intereſſe cùm ſit dotis acceſſio, prout Doct. *in l. marito, § fin.* & ibi Roman. *n.* 31. *ff. ſolut. matr.* ideirco dotem ſequitur: vnde cùm maritus illud non exegerit, remanſit in credito dotis, & conſequenter ad D. Flaminiam cum dote tranſiuit. Guidopap. *deciſ.* 375. Ceph. *conſ.* 485. *nu.* 113. *lib.* 4. Præterea extra tempus quo Flaminia à marito alimenta habuit, & ſic poſtquam per eius mortem ſolutum fuit matrimonium, cũ dos fuerit promiſſa ab extraneo, videlicet à patruo, & non ſoluta; competit mulieri pro ea actio. Bal. *in l. ſi extraneus, de iur. dot.* habetque electionẽ an velit contra hæredẽ mariti agere, vel contra promiſſorem. Pariſ. *conſ.* 95. *nu.* 2. *& 3. lib.* 2. Contra hæredem quidem: quia cùm illam maritus non exegerit, videtur fuiſſe in culpa. Aym. *conſ.* 304. *n.* 2. Contra autem promiſſorẽ: quia eo caſu videtur ſibi ſtipulata. Bal. nouell. *de dote, p.* 18. *princ. l.* 6

R. P. D. Orano.

Romana Fructuum dotis.

Lunæ, 19. *Ianuarij* 1598.

EPITOME.

Fructus dotis an debeantur à die promiſſionis. Hæres quando dicatur conſtitutus in mora in caſu reſtitutionis dotis. Statutum Vrbis diſponens alimentorum ſolutionem non eſſe computandam in ſortem, quibus in caſibus habeat locum. Interpellatio iudicialis quando fieri debeat.

Ad Cap. 137.

DECISIO LXXXVI.

IN cauſa Romana Fructuum dotis de Cęſijs Domini, vna parte informante, tenuerunt fructus dotis per q. Cardinalem Cæſium nomine D. Flaminiæ eius ex fratre neptis q. Troilo de Sabellis promiſſę, à die promiſsionis ad diem interpellationis deberi. Verùm quia hæres promittentis reſolutioni non acquieſcebat, ideo ex benignitate Rotæ fuit iterum ſuper eiſdem auditus: & Dominorum vnanimis fuit ſententia ſtandum eſſe in deciſis.

Nam iſti fructus, ſiue vſuræ dotis, quos vulgus appellat alimẽta, vt inquit Alex. *cõſ.* 63. *n.* 3. *vol.* 4 Corn. *conſ.* 280. *n.* 7. *lib.* 2. ſunt fauorabiles, illoſq; tolerat, & fauet ius Canonicum. *c. ſalubriter de vſur.* Rol. à Vall. poſt alios *conſ.* 65. *n.* 4. *lib.* 2. adeo

quòd Statutum super illorum taxatione, & solutione facienda est validum. Bald. *in l. fin. §. præterea, num.* 4. *C. de iur. dot.* Cardin. *in Clem.* 1. *quæst.* 6. *de vsur.* vbi attestatur de obseruantia Curiæ. Io de Anan. *in dicto cap salubriter, col.* 6. *vers. ipse D. Florentius.* Conrad. *de contract. q.* 35 *conclus.* 7. & 19. Alexand. *cons.* 31. *num.* 5. *lib* 6. Affl. *dec.* 264. *in prine.* & nouissimè Couar. *lib.* 3. *var. resol. cap.* 1. *num.* 7. Aluarus Valasc. *suarum consult. consult.* 8. indubitanter autem Statutum Vrbis, quod fuit auctoritate Apostolica confirmatum. Poncan. *de aliment. cap.* 16. *nu.* 17. & fuit resolutum coram bo. me. Oriolen. *in una Romana Alimentorum*.

Quocirca cùm absolutum sit Cardinalem Cæsium promisisse D. Troilo solutionem dotis certa die, & interim medio iuramento se obligasse ad damna, & interesse; necessarium est fateri, D. Flaminiæ post decessum eius viri fructus dotis suæ, interusuria illius ab hærede promittentis deberi: Nam verba Statuti ita sunt aperta, vt tergiuersari non possint; dum *cap.* 78. *lib.* 1. *antiquorum*, disponit alimentorum solutionem nullo modo computandam in sortem, & quòd habeat locum in vidua, & in nupta, & in omni casu, quo ius alimentorum competeret. Idem *cap.* 20. *lib* 4. vbi habetur, quòd si taxentur pro oneribus matrimonij tam post moram solutæ dotis, quam pro alimentis viduarum: Dictiones .n. taxatiuæ, tam & quam, stant inter diuersa, & referuntur ad nuptam, & viduam, iuxta not. per Paul de Castr. *in l. pro hærede, sub nu.* 7. *de acquirend. hæred.*

Non obstat quòd Statutum loquatur in casibus tantum, in quibus de iure communi possunt peti alimenta, & sic quando vel mulier per interpellationem iudicialem factam constituit debitores dotis in mora. Plotus post alios *de in lit. iur. num.* 462. vel quando mulier non haberet vnde se aleret. Alexand. *cons.* 74. *n.* 11. *vol.* 5. Soc. *cons.* 126. *num.* 6. *vers. secundo respondet, vol.* 1. Rol. à Valle, qui alios allegat, *cons.* 15. *n.* 4. *lib.* 2.

Quia pluribus modis fuit huic oppositioni responsum: Vno, quòd non procedat, quando dies certus promissioni fuit adiectus. Nam lapsus illius induxit moram. *l. nummis*, iuncta glos. *in vers. dic in lit. iur.* ibi, *nisi forte de eo qui iurat quod sua interfit nummos sua die sibi redditos esse*: quia agebatur de interesse consequendo propter retardatam solutionem sortis: & tamen si dies erat præfixa, non requiritur interpellatio, sed tantum quando tempus non erat ordinatum ad solutionem, iuxta *l. si ex legati causa de verb. oblig.* Alter est, quia Cardinalis promisit cum iuramento soluere damna & interesse: vnde non fuit necessaria interpellatio. *cap. graue*, vbi Doct. *de iureiur.* Bart. *in l.* 4. *§. Cato, num.* 59. *de verb. oblig.* Gozadin. *cons.* 27. *num.* 10 Vltimus, quia interpellatio non requiritur quando non agitur contra hæredes mariti ad interusuria dotis, sed contra hæredes promittentis. Primo enim casu hæredes viri non possunt dici constituti in mora, quia non fuerunt interpellati; nec dies potest dici lapsus, propter quem inducta fuit mora, quãdo restitutio non debuit fieri certa die: & ita procedit dictum Alexand. *dicto cons.* 74. vbi in casu suo duo fratres fuerunt hæredes patri, qui dotem vxoris alterius eorum receperat: nam alter tenebatur totam dotem dimittere penes alterum, scilicet penes maritum, & sic tenebatur ei pro parte, pro qua hæres erat. *l. si filio, §. si maritus, l. fundus qui, ff. famil. herciſc.* Pro retardata igitur restitutione dotis non poterat ab altero cohærede petere vsuras dotis, nulla præmissa interpellatione; maximè cessante actione; in qua vsuræ venirent ex mora, vt benè animaduertit Ludouicus Catus inter consil. Marzar. *cons.* 37. *n.* 120. quod secus est dicendum in præsenti casu, in quo promissio solutionis facta fuit sub certo die, cuius non cadit in hærede promittentis ignorantia, vt fuit coram me dictum *in una Romana Restitutionis dotis de Cinciis*.

Neque etiam subsistit quod dicitur, necessarium esse ad effectum, vt sit locus Statuto, quòd mulier non habeat vnde se alat. Nam contrarium fuit resolutum coram bon. mem. Oriolen. *in illa Romana Alimentorum sub die* 15. *Ianuarij* 1565. quod etiam confirmatur *cap.* 20. *lib.* 4. vbi disponitur quod fructus taxentur pro alimentis viduarum; & quòd etiam habentes pignus dotales possint percipere fructus loco alimentorum, & non imputentur fructus in sortem. Nam ex hoc apparet, Statutum non habuisse respectum ad id, vt taxatio fieret in casu, quo mulier non haberet vnde se aleret. Præterea cum alimenta debeantur iure actionis, Gabr. *cons.* 145. *num.* 3. *lib.* 2. vel conditione ex Statuto, Bart. *in l. si libertus, §.* 1. *de aliment. & cib. lega.* Bald. *in l. aliment. C. de transact.* Ideo nihil interest, an mulier aliunde habeat, vel egeat, etiam ad effectum, vt ei debeantur alimenta præterita, & futura.

Non obstat, quòd cùm extraneus dotem promiserit, non videatur teneri eius hæres ad fructus, ex quo ille non tenebatur eam alere. *l. fin. §. extraneus*, & *§. præterea, C. de iure dot.* Crot. *in dicto cap. salubriter sub num.* 23. *vers. secundo fulsit*. Quia contrarium expressè habetur in *dicto cap.* 20. vbi disponitur de fructibus dotis taxandis, à quocunque fuerit debita, prout fuit dictum *in illa Romana Alimentorum coram Oriolen.* & declarauit Valasc. *d. consult.* 8. *vol.* 2. post multos, quos allegat, & in specie Nauarr. *cap.* 14. *quæst.* 3.

R. P. D. Iusto.

Romana Fructuum de Luraghis.

Mercurij, 19. *Ianuarij* 1600.

EPITOME.

De interpellatione iudiciali, an & quando sit necessaria in consecutione fructuum dotalium. Distin-

guun-

guuntur tria tempora, pro interpretatione Statuti Vrbis, lib. 1. cap. 137.

Ad Cap. 137.

DECISIO LXXXVII.

IN hac causa visum fuit Dominis procedendum esse ad vlteriorem executionem; quia licitè fuerunt exacti fructus dotis: sed respectu fructuũ donationis propter nuptias, nihil fuit decisum.

Et in primis firmarunt, adesse sufficientem obligationem, vt procedi potuerit via executiua in vim obligationis Cameralis. Quoniam cùm sit enunciata restitutio dotis, & adsit obligatio pro omnibus, & singulis; intelligitur etiam adesse pro restitutione dotis; vt in his terminis dixit Rota *coram bo. me. Lauretano in causa Romana Dotis*, 11. *Febr.* 1585.

Postea tria tempora fuerunt considerata; primum viduationis; secundum ante iudicialem petitionem; tertium secundi matrimonij post iudicialem interpellationem.

Circa primum, licet Statutum Vrbis *cap.* 137. *lib.* 1. quoad maritum post moram concedat fructus dotis promissæ non solutæ, & in vidua requirat iudicialem interpellationem; Nihilominus alias Domini dixerunt *coram bo. me. Orano in Romana Fructuum dotis*, 15. *Nouembris* 1596 & *in eadem* 19. *Ianuarij* 1598. Statutum procedere quando mulier soluto matrimonio repetit dotem ab hæredibus viri: tunc enim ante interpellationem iudicialem non veniunt fructus. Nos autem sumus in eo, qui ex propria obligatione tenetur ad restitutionem dotis, qui fructus soluit dum esset in mora restituendi, & petit sortem imputari.

Et, quod in hoc casu tollit omnem difficultatem, secundùm sententiam vnius ex Dominis, certum est quòd idem Statutum admittit, viduã habentem pignus dotale posse percipere fructus loco alimentorum, nec iunt in sortem computandi. Quapropter cùm Io. Baptista, qui tenebatur restituere dotem, non modò non restitueret dotem, sed ex pignore dotali fructus percipere; dicendum est, breui manu a Ioanne Baptista solutos esse fructus ex pignore dotali pro alimentis, vt fiat interpretatio de casu licito. Ruin. *cons.* 124. *num.* 1. *lib.* 1. cum alleg. per Mod. *de aliment. quæst.* 42. *num.* 3.

Circa secundum tempus constante matrimonio ante petitionem iudicialem, cùm Ioannes Baptista teneretur dotem restituere, & respectiuè soluere; ab ipso, quamuis extraneo, fructus dotis debentur; vt in allegatis decisionibus corã bo. me. Orano, & coram eodem *in Romana Dotis*, 5. *Iulij* 1599. quæ est post eius obitum, & fuit per me extensa; vbi ostenditur veriorem opinionem esse, fructus dotis posse taxari ad certam summam, & præsertim publica auctoritate. Bald. *in l. fin. §. præterea, sub num.* 10. *C. de iur. dot.* & *cons.* 166. *lib.* 1. Couar. *var. resol. lib.* 3. *c.* 1. *num.* 5. *vers.* 7.

Nec aliqua mora desiderari potest in hoc casu, vbi fructus soluti repetirentur ex pacto expresso, de quo constat ex partitis Luraghi; vel saltem tacito, de quo constat ex solutionibus.

Neque obstat dicere, quòd hoc pacto fructus soluti nullo casu computabantur in sortem: quia semper pactum tacitum præsupponeretur; & tamen multi sunt casus, in quibus Doctores admittunt imputationem. Nam Doctores intelligendi sunt in omnibus casibus, quibus fructus fuerint indebitè, & illicitè exacti. Nos verò versamur in casu licito: quia pro oneribus matrimonij debentur fructus dotis. *cap. salubriter*, vbi Doct. *de vsur.* & habemus quantitatem taxatam a Statuto, vt diximus.

Et in omnem euentum minuit difficultatem in hoc casu: quia cùm Io. Baptista teneretur dotem restituere, & Illustri D. Ludouico Vicecomiti secundo viro D. Lauræ Maccaranæ fuerit datum in solutum pro dote nomen Io. Baptistæ, & consequẽter omnis actio contra Io. Baptistam transfusa in D. Ludouicum, *l.* 2. C. *de act. & oblig.* vti D. Antonius Maccaranus pater D. Lauræ tenebatur soluere fructus pro oneribus matrimonij absque alia interpellatione, *l. pro oneribus*, C. *de iur. dot.* glo. fin. *in l. diuisione, ff. sol. matr.* cum alleg. per Modern. *de alim. quæst.* 42. *n.* 13. ita & Io. Baptista, vt dixit Ruin. *cons.* 53. *in fin. lib.* 2. Modern. *in dicta quæst.* 42. *num.* 70. qui dicunt quòd ratio æquè militat pro marito, cui est cessum nomen, aut ei dos promissa fuisset. Et in quantum contradicit Gabr. *cons.* 151. *n.* 7. & 8. *lib.* 1. sortè procederet, si alio modo, quam per cessionem mutata esset persona debitoris, iuxta Ruin. *alleg. cons.* 121. & Modern. *vbi supra num.* 64. vel saltem si debitor obligaretur ad quod prius non tenebatur: quæ non militant in hoc casu.

Nec obstat quòd pars fructuum fuerit soluta Lauræ, & quòd mulier post cessionem nominis petere non possit, sed vir. Grat. *cons.* 56. *lib.* 1. Si quidem vir ratam habet, & mulier non petit, sed agitur de pecunijs iam exactis.

Quoad tertium tempus, scilicet post interpellationem iudicialem, & post obtentum decretũ, & relaxatum mandatum etiam de subhastando, cessant omnia supradicta in contrarium, & creditores Luraghi non insistunt. Et idcirco transit sine difficultate.

Et ita concluſum, &c.

R.P.D. Penia.

Romana Fructuum Dotis.

Lunæ 17. *Februarij* 1606.

EPITOME.

Alimenta præstita mulieri soluto matrimonio, an & quando veniant imputanda in sortem principalem dotis

dotis. Interpellatio iudicialis an sit necessaria ex Statuto; & suppleri nè possit per alium actum. Quo modo dignoscatur aliquid inductum a Statuto pro forma.

Ad Cap. 137.

DECISIO LXXXVIII.

COntracto matrimonio inter Illustrissimum & Excellentissimum Dominum Marcum Pium, & Illustrissimam & Excellentissimam Dominam Clœliam Farnesiam anno 1587. promissa fuit dos scutorum 45. mil. monetæ cum pactis in capitulis matrimonialibus, & in instrumento dotali appositis, vt in casu restitutionis dotis post mortem Domini Marci, superueniente Domina Clœlia, dotem ei in Vrbe liberè, & sine vlla exceptione illius hæredes restituerent; & si in dote restituenda cessarent, fructus ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario & anno, iuxta consuetudinem, & Statuta Vrbis, soluere tenerentur.

Vita functo Domino Marco Pio, Domina Clœlia anno 1600. de prædicta dote habuit scuta 31400. & pro residuo scutorum 12600. Illustrissimus & Excellentissimus D. Aeneas Pius, præmissa assertione, quòd ipse erat hęres cum beneficio legis, & inuentarij; & quòd hæreditas Domini Marci erat maximè grauata, & fortassis exhausta, vt ex inuentario cognosci poterat; & quòd multa bona post mortem ad se pleno iure, non pro hærede Domini Marci, sed ex dispositione antecessorum suorum, & aliàs diuersimode spectabant: Ideo intuitu meritorum Dominæ Clœliæ, & Serenissimæ Familiæ Farnesiæ, non titulo hæredis, sed tanquam Aeneas Pius, nomine proprio obligauit se intra duos annos id residuum Dominæ Clœliæ soluere, & interim nomine alimentorum singulo anno ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario anticipatè de semestre in semestre eidem D. Clœliæ soluere, & respondere.

Hæc alimenta Domina Clœlia vsque ad annum 1605. ad prædictam rationem septem cum dimidio exegit: demum eidem agenti coram A. C. super solutione sortis principalis opposita fuit exceptio, quòd prædicta alimenta in sortem computare teneretur. Et quoniam articulus erat grauis, & exemplaris, vtraque pars Iudicium Rotæ desiderauit. Vbi præsuppositis primo instrumento dotali, & alio instrumento cum Domino Aenea celebrato, & Statuto Vrbis *lib. 1. cap. 137.* & aliis vtrinque deductis; Rota, vtraque parte informante, causa per omnes Dominos visa, & discussa, censuit alimenta Dominæ Clœliæ præstita, non fuisse in sortem principalem dotis computanda: Non ex eo, quòd vigore iuris cõmunis fructus Dominæ Clœliæ viduæ pro dote, vel parte dotis non solutæ deberentur; quoniam Rota non sequitur istam opinionem, nisi duo copulatiuè concurrant, videlicet eius inopia, ita vt aliunde non habeat alimenta; & quod fecerit diligentiam pro dote effectualiter habenda, iuxta decisionem Afflicti 284. & Thesaur. 43. *num.* 2. & decis. Rotal. *in vna Spoletana Vsufructus die* 13. *Iunij* 1589. *coram Domino Cardinale Mantica*, tunc Rotæ Auditore, & *in causa Romana seu Cesinaten. Fructuum dotis die* 13. *Iunij anni* 1603. *coram. R. P. D. Litta*. Quæ duo requisita licet vnus ex Dominis putaret in hoc casu concurrere; alij tamen, quia non videbant esse probata, in hoc motiuo non fecerunt fundamentum.

Maior difficultas fuit circa Statutum Vrbis, quo secundo loco vtebantur informantes pro D. Clœlia, ad quod se contrahentes expressè retulerunt, & in disputatione dubij præsupposuerunt. Prætendebant enim, quòd stante hoc Statuto a Sede Apostolica confirmato, validè potuit deduci in pactum, quod per Statutum erat constitutum, Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 44. num. 33. vers. amplia tertiò*. Idque non obstante, quòd in restitutione dotis attendi debeat Statutum, siue consuetudo, quæ viget in loco domicilij mariti defuncti. *l. exigere dotem, ff. de iudic.* Quia per pactum potest conuenire, vt attendatur Statutum contractus, & domicilij mulieris, licet maritus sit forensis. Felinus *in cap. 1. nu. 3. limit. 7.* Cagnol. *in l. exigere dotem, n. 23. ff. de iudic.*

Neque obstare qualitatem iudicialis interpellationis, quam Statutum requirit, quo primo fundamento vtebantur informantes pro D. Pio: Ad quod licet informantes pro D. Clœlia multis modis respondere niterentur.

Primo quòd in hoc casu fructus deberentur ex pacto, & conuentione, & pactum ab initio positum inseruiebat pro interpellatione. Alexand. *cons.* 121. *num.* 4. *vers. & sic videtur, lib.* 5.

Secundo quòd interpellatio iudicialis a Statuto non requiritur pro forma, sed ad constituendum debitorem in mora: vnde ipsa conuentio sufficit, & deseruit loco moræ, cùm voluntas promittentis habeatur loco interpellationis, cui renunciari potest. Gabr. *de citat. concl. 1. nu. 346.*

Tertio quòd in hoc casu satis videri poterat adesse interpellatio, cùm interuenerit iuramentum, quod habet vim interpellationis. Otaich. *decis 49. num. 7.*

Quarto quia quando contra aliquem requiritur iudicialis vocatio, illa non est necessaria, vbi ille sponte se obtulit, vt post Ioan. Andr. tradit Franc. *incap. fin. num. 9. vers. quintò quæritur, quod si fuit omissa specialis citatio, de elect. lib. 6.*

Nihilominus istæ responsiones non videbantur tollere difficultatem. Tum quia qui se fundat in Statuto, qualitatem Statuti in primis probare debet. Bar. *in l. 1. §. 1. ff. ne quid in flum. pub.* Dec. *cons. 18. num. 4.* Rim. *sum. consil. 44. num. 68.* Tum quia in terminis Statuti Romani antiqui, quòd viduæ alimenta non debeantur, nisi verificetur qualitas petitionis, & ante petitionem non fit locus Statuto, tenuit Luc. Fer. *pract. Capit in pract. formul. Capitol. lib. 4. cap. 8. num. 5.* Tum denique quia illa qualitas iudicia-

lis

lis interpellationis pro forma, & requisita videbatur, ibi, *post iudicialem interpellationem*. Nam regulariter cùm in lege, vel Statuto datur ordo prioris, & posterioris, tunc censetur inductus pro forma. Felin. *in cap. cùm dilecta. num. 6. de rescript.* Paris. *cons.* 19. *num.* 185. *lib.* 2. & forma a Statuto inducta præcisè est adimplenda. Socin. iun. *cons.* 3. *num.* 15. *lib.* 2. & maximè quia qualitas interpellationis iudicialis etiam de iure communi requiritur. Cravet. *cons.* 912. *num.* 7. Neuiz. *cons.* 14. *num.* 3.

Quibus ita ponderatis, & nunc propter difficultates prædictas omissis, Rota pro resolutione capienda, primo considerauit causam obligationis Domini Aeneæ, quæ non fuit fundata in aliqua dilatione temporis ad soluendum aliquod debitum ex aliqua causa, quæ transiret in mutuũ, vnde nasceretur vsura; sed in mera voluntate, & liberalitate eiusdem Domini Aeneæ, qui non tanquam hæres Domini Marci, sed ipse tanquam Aeneas Pius, & sic tanquam tertius extraneus, voluit Dominæ Clœliæ ad prædictę dotis residui restitutionem teneri, & cum effectu obligari, & interim eidem alimenta præstare; sicut re ipsa, suæ obligationi satisfaciendo præstitit; ne dum hæreditas Domini Marci mariti mortui, diceretur non esse soluendo, & ipse statim soluere se obligare nolebat, D. Clœlia vidua dote, & alimentis fraudaretur.

Nec ideo poterat in hoc contractu vsura considerari, quia voluit ad tempus sibi bene visum teneri soluere, nõ prius, & interim etiam alimẽta ad certam summã præstare. Quoniam cùm ex prædicta causa fuerint præstita exclusa dilatione temporis, non debet dari repetitio, iux. tex. *in l. si quis a liberis*, vbi Bart. *ff. de liber. agnosc.* Nihilque prohibebat, quo minus D. Aeneas posset ita promittere non solum tempore, quo non fuisset dos restituta, sed toto etiam tempore vitæ Dominæ Clœliæ, non attenta dilatione temporis, quod Dominus Aeneas tanquam non obligatus in sua potestate habebat: & consequenter hodie non erat iustum quòd ista liberalitas D. Aeneæ, propter quod D. Clœlia distulit facere suas interpellationes etiam iudiciales contra hæreditatem mariti prædefuncti, verteretur in eius damnum, & præiudicium: quod proculdubio contingeret, si exacta pro alimentis, & consumpta, in sortem principalem propriæ dotis computare teneretur.

Præterea Rota in eodem facti tempore, assertionis intelligentiæ gratia, duos casus distinxit. Primum quando repetitur dos ab hæredibus mariti defuncti, qui tenetur viduæ dotem restituere: & hoc casu non debentur fructus, nisi post iudicialem interpellationem, iuxta formam Statuti. Quòd si quid exactum fuerit loco fructuũ, & dos petatur; tunc illud omne compensari posset in sortem principalem: & in his terminis procedebant omnia allegata pro D. Pio.

Alter casus erit, quando petitur dos ab obligato restituere ex propria obligatione, qui ante non erat obligatus, & qui interim solvit alimenta, quæ etiam soluere promisit; & cum petitur ab eo sors principalis, vult alimenta tanquam indebitè soluta compensare in sortem. Et isto casu licet non interuenerit iudicialis interpellatio, non computantur in sortem: quia ex propria obligatione, & nomine proprio, non tanquam hæres, sed tanquam tertius promissor, teneri voluit ad vtrumque: quod facere potuit. *l. in re mandati, C. mandati.*

Hos duos casus distinxit, & probauit Rota *in causa Romana Fructuum dotis de Laraghis die 19. Ianuarij 1600. coram R. P. D. Iustio*, vbi fructus a Ioanne Baptista soluti Laurę non fuerunt computati in sortem. Et iste casus procedit in promissore extraneo, vt tenuit Rota *in causa Romana Fructuum dotis, die 15. Nouembris 1596. & in eadem 15. Ianuarij 1598. coram bo. me. Orano.*

Vnde cùm in hac causa Dominus Aeneas, nõ vti hæres Domini Marci, sed tanquam tertius, alias non obligatus, ex sua liberalitate ad restitutionem dicti residui dotis, & vlterius eidem præstare alimenta ad rationem supradictam teneri voluerit; non potest modo alimenta sic sponte soluta, & bona fide consumpta, de sorte principali deducere, tum ob prædicta, tum quia donasse censebatur.

Nec ad rem pertinebat, quòd soluens vsuras per errorem possit eas repetere. Quia fuit responsum hic non fuisse solutum per errorem, sed scienter, liberè, & vtraque parte consentiente; neque adfuisse aliquam aliam vsuram, cùm mutuum verum, vel palliatum cessaret.

Et eo plenius prędicta procedebant; quia postquam D. Aeneas prædicto modo promisisset soluere septem cum dimidio pro centenario nomine alimentorum, adiecit id velle seruari omni exceptione, contradictione, retentione, & compensatione penitus remotis, & cessantibus.

R. P. D. Penia.

Romana Restitutionis Dotis.

Veneris 10. *Martij* 1608.

EPITOME.

Aestimatio rei dotalis, an & quo casu faciat emptionem, vel venditionem. Quantitas quando censeatur esse in obligatione.

Ad Cap. 137.

DECISIO LXXXIX.

ANno 1606. Petrus Pollettus Lucretiam filiam D. Vincentio Capelletto, Illustrissimi Domini Martini Capelletti Vrbis Senatoris filio, matrimonio copulauit, dote scutorum decemmillium, in pecuniis, rebus, effectibus consignanda; & præsertim in vna domo, & vinea, pro precio per Dominum Gasparem Riualdum declarando: Adie-

&o

ctio tamen pacto, quòd in casu restitutionis dotis, tam constante, quàm soluto matrimonio, eadem domus, & vinea restituerentur pro eodem precio, quod declaratum fuisset. Quoniam verò Lucretia vita functa sine filijs, fuit factus locus restitutionis dotis, & A. C. eamdem domum & vineam restituendam pronunciauit, & Dominus Vincentius ab eo iudicio appellauit; Sanctissimus in Signatura ordinauit vt viderem, An æstimatio faceret emptionem. Et Dubio proposito, vtraque parte informante, Rota non fecisse emptionem, nec venditionem censuit.

Quia licet regulariter æstimatio rei dotalis faciat emptionem. *l. quoties*, & *l. si inter virum*, *C. de iur. dot.* Couar. *in pract. quæst. cap.* 28. *num.* 4. Socin. sen. *cons.* 57. *incip stantibus supradictis*, *in 6. & 7. casu lib.* 1. Io. de Monte Sperello *cons.* 176. *num.* 5. Ioan. Ant. Rub. Alexandr. *cons.* 5. *incip. pro fundamento, nu.* 1. & 2. & sæpe fuit in Rota decisum. Quoniam regula non habet locum, quando de contrario constat, & in specie quando fuit promissa restitutio dotis in eisdem rebus, siue corporibus. *dicta l. si inter eorum*, *C. de iure dot.* vbi Bart. & communiter scribentes, & Socin. *dicto cons.* 52. *in* 2. & 3. *casu*, Paul. de Castr. *in l. si æstimatur*, *num.* 5. *ff. solut. matrim.* Couar. *in pract. quæst. cap.* 28. *num.* 5. *vers. tertio colligitur*. Quod in hoc matrimonio expressè fuisse conuentum patebat, ex vno capitulo matrimoniali, vbi sic scriptum fuerat declarando, *che in caso di restitutione si douesse restituire la medesima casa, e vigna per il medesimo prezzo, che sarà stato aichiarato*; vnde constabat quòd cùm æstimatio esset facta ad alium effectum, videlicet ad faciendum valorem rei in dotem assignatæ, non faciebat emptionem, & venditionem. Paris. *cons.* 81. *incip. in præsenti causa, num* 10. *vers. tamen rectius*, & *num.* 16. *vers. ex tacita enim, lib.* 4. Anchar. *lib.* 1. *quæst. familiar. quæst.* 36. *num.* 5. & fuit in terminis decisum coram me *in causa Spoletana Bonorum, die* 6. *Aprilis* 1601. vbi fuit amplius dictum, hanc limitationem regulæ, quod æstimatio non facit emptionem, & venditionem, procedere quando expressè, vel tacitè potest colligi, fuisse factam ad alium effectum.

Supradictis accedebat, quia in instrumento Illustrissimus Senator expressè promiserat integram prædictam dotem, prout soluta fuerit conseruare, & in casu restitutionis eamdem dotem restituere. Nam si restitutio non fuisset facienda in eisdem corporibus, non oportuisset promittere eamdem dotem conseruare. Et licet verba instrumenti alicui dubia videri potuissent, omnis tamen dubitatio cessabat ex capitulis matrimonialibus, ad quæ semper recurrendum est. Surd. *decis.* 73. *incip. de venditione*, *num.* 3. *vers. his non attentis*: nam capitula tanquam matrix, & originalis conuentio attendi debent. Bart. *in l. Sempronius Proculam*, *num.* 7. *ff. deleg.* 2. Cef. *cons.* 85. *incip. originalis scriptura*, *num.* 44. *lib.* 1. & fuit relolutum *in causa Romana Fructus &c. coram me, die* 12. *Iuny* 1606. Quod maximè locum habebat in hoc casu, cùm contrahentes in principio instrumenti expressè retulerint se ad capitula matrimonialia, ibi, *cum dote, pactis, & conuentionibus latius contentis, & expressis in capitulis matrimonialibus inter dictas partes desuper firmatis*. Vnde tollebatur oppositio facta ab informantibus pro Domino Vincentio, quòd per instrumentum fuerit a capitulis matrimonialibus recessum, cùm de contrario ex eo instrumento constaret.

Non obstabat quòd restitutio esset promissa in eadem quantitate, & propterea illa verba, *in eisdem corporibus*, non essent in obligatione, sed in potestate soluendi, & quantitas tantùm esset in obligatione soluendi. Ioan. de Monte Sperello *cons.* 14. *num.* 2. *& num.* 5. *vers. item census*, Surd. *cons.* 225. *incip. & simulata dici possint, num.* 6.

Quoniam fuit responsum, istos Doctores non loqui in istis terminis, sed in promissione dotis: dicunt enim quòd quando bona dantur æstimata, quantitas est in obligatione, bona verò in solutione. Vnde in hoc casu, arguendo a contrario, bona absque difficultate sunt in solutione; imo verò, & in promissione, attento quod æstimatio fuit facta ad alium effectum, quàm vt sequeretur emptio, & venditio, &c.

R. P. D. Nauarro.

Tiburtina Dotis.

Lunæ, 19. *Iunij* 1623.

EPITOME.

Fructus dotis soluti tã viuente vxore, quàm post eius mortem, an veniant imputandi in sortem principalem. (sed quoad secundam partem Dubij vide decisionem sequentem, in qua firmatur pars affirmatiua) Multa de vsura: & an & quando eius prætextu retardari possit executio in vim obligationis Cameralis. Statutum Vrbis ligat morantes in Ciuitate Tiburtina.

Ad Cap. 137.

DECISIO XC.

INter fuerunt nuptialia pacta inter Dominum Marchionem Tarquinium ex vna, & Capitaneum Antonium Lentulum ex altera parte, occasione matrimonij celebrandi, & postea subsecuti inter dictum Capitaneum, & Helenam filiam dicti Marchionis; in quibus fuerunt constituta pro dote scuta trianillia, & præ cæteris infrascriptæ conditiones appositæ leguntur.

Che non essendo commodo al detto Signor Tar-

quinio

quinto pagare detti scudi tremila in detto tempo, possa ritardar'il pagamento, o in tutto, o in parte, fin'ad anni quindici, da cominciare al mese di Marzo 1597. prossimo da venire, e come seguita da finire: & in tal caso per la detta mora sia obligato di pagar'al detto Signor Capitan' Antonio i frutti a ragione di scudi sette per cento, & anco per quella quantità di dote, che non haverà pagat.

Pro solutione dictorum fructuum Marchio assignauit reddit⁹ Casalis Montis Nigri, locati Papirio Clementino; constituitque Antonium procuratorem ad exigendum, tanquam in rem propriam, cum hypotheca generali omnium bonorum. Conuenerunt insuper, dotem non posse solui in minori summa scutorum triummillium & reinuestimentum pro fundo dotali fieri debere; & moriente dicta Helena cum filijs, Marchionem nihil pro dote posse prætendere.

Consummato matrimonio, exactisque in pluribus partitis fructibus promissis, tam viuente Helena vxore, & durante matrimonio quindecim annorum, quàm post; insteterunt Antonius, & filij, tam ipso viuente, quàm post eius mortem, dotem sibi persolui elapso termino quindecim annorum pro dilatione conuento.

Sed pro parte Marchionis opponebatur, solutionem dotis fuisse factam, compensando fructus post mortem Helenæ, computandos in sortem, cùm iniustè exacti fuerint. Seraph. *dec.* 1006. *num.* 6. & fuit dictum *coram Illustrissimo Millino in Romana Societatis Officij*, 23. *Iunij* 1600. & apud Modern. Perusin. *de Censibus*, qui alios cumulat, *decis.* 119. *cum alijs*. Hinc orta lite, introductaque causa coram me cum facultatibus A.C. dubitaui, An sit relaxandum mandatum pro dictis scutis centillibus contra Dominum Marchionem: Et Dubio proposito 18. Maij 1612. fuit dilata resolutio, & dictum quòd omnes Domini videant. Repropositò deinde sub die 10. Iunij 1612. & 29. Maij; Domini non fuerunt concordes, Hodie verò resoluerunt Mandatum esse relaxandum.

Quia elapsis quindecim annis a die promissionis, & contracti matrimonij, Marchio promisit prædicta scuta triamillia soluere, & se obligauit cum iuramento & forma Cameræ, quæ habent paratam executionem; nec retardari solet sub prætextu vsuræ, nisi sit talis, quæ tergiuersari, aut celari non possit, vt in terminis Rot. *dec.* 490 *num.* 1. & 2. *decis.* 773. *num.* 6. *par.* 2. *recent.* & sic compensatio prætensa fructuum haud immorari poterit executionem ex vsuraria perceptione eorum.

Primò, quia vsura non cadit nisi in mutuo vero, vel palliato. *cap. consuluit, de vsur.* Rota *decis.* 197. *num.* 3. *par.* 2. *diuersor.* & *decis.* 490. *num.* 3. Surd. *cons.* 306. *num.* 7. Commune est enim placitum Theologorum, & Canonistarum, hanc esse veram opinionem, in definitione vsuræ; vt per Doctores *in rubr. de vsur.* Bero. *n.* 7. Hic autem nullum est mutuum, nec verum, nec palliatum, sed dotis datio sub conditione conuenta; quam rem, & dotem, Marchio donando apponere potuit, ex vulgatis iuribus. *l. res quæ, in fin.* vbi Bald. & repetent. *C. de iure dot. l. in. ter viuos*, vbi glos. *de pactis dotalib. l. curabit, C. de act. empt.* Calder. Anchar. & Abb. in his terminis, *in cap. salubriter, de vsur.* Conrad. *de contract. quæst.* 35. *conclus.* 7. Almain. *in* 4. *dist.* 15. *in tract. de vsur.* Et sic non solùm redditur turbida vsuræ suspicio, & An fructus in sortem computandi; sed iustificatur eorum perceptio, vt ex infra dicendis clariùs apparebit. Quo fit vt interim executio obligationis Cameralis non retardetur; *cap. debitores*, vbi Doctores *de iureiur.* Put. *dec.* 67. *in fin. lib.* 3. Surd. *cons.* 327. *num.* 14. & 15. *lib* 3.

Quinimmo, si esset vsura, non desunt Doctores classici, qui affirment adhuc esse locum dispositioni text. *in dicto cap. debitores, de iureiur:* vt ex mente glossæ Abbas *num.* 4. *vers. aut contractus*: Quia in executione non agitur vigore promissionis, sed iuramenti: ex qua obligatione iurata acquiritur parti obligatio, & actio. Surd. alios allegans *dicto cons.* 327. *num.* 15. cum alijs, quos sequitur Rota *in dicta decis.* 490. *num.* 1. & 2. *par.* 2. *recentior.* confirmata *in decis.* 773. *num.* 6. *in fin. ead. par.* Et ideo opposita exceptio compensationis, vel vsuræ, non suspendit executionem obligationis Cameralis. Modern. *de oblig. Cam. quæst.* 18. *num.* 8. *& seqq.*

Et licèt pro parte Marchionis dicatur quòd fructuum perceptio fuit solutio dotis, & exceptio solutionis impedit executionem, per Modern. *vbi supra* Attamen hodie non de fructibus disputatur, quos promisit, & consignauit Marchio; sed de dote soluenda, iuramento præstito in forma Cameræ; quod adimplere tenetur sine æternæ salutis dispendio.

Secundò, quia fructus percepti tempore matrimonij, & dilatæ solutionis dotis, iuste in stipulationem fuerunt deducti, ex vertori & magis communi Doctorum sententia *in cap. salubriter*, vt tenet Præses, Collega, & Contanguineus meus Couarruuias *variar. resol. lib.* 3. *c.* 1. *nu.* 3. *vers.* 4. *in fin.* Bald. Nouell. *de dote*, 3. *par. princ. num.* 3. Roderic. *de annuis redditibus, lib.* 3. *quæst.* 8. *num.* 14. Olasch. *decis.* 132. *num.* 1. Sesse *decision. Reg. Aragon.* 68. *nu.* 10. *& seqq.* vbi dilucidè materia pertractatur, plures cumulans. Hieron. Leo *in decis. Valentin.* 62. *nu.* 15. *cum seqq.* & fuit dictum *in Bononien. Dotis*, 10. *Decembris* 1606. *coram bo. me. Lotta.*

Tertiò, quia fructus iure percipi possunt ex causa donationis ex dote, vbi Socer tradendo genero pignus ob dilatam solutionem dotis, donare præsumitur fructus pignoris ad alendam filiam; quia sicut donauit quantitatem dotalem, sic etiam potuit fructus donare, non computandos in sortem. Medina *de contractib. quæst. de vsur. §. ad cap. salubriter*; quam refert Couarr. *vbi sup. vers. caterum*. Barth. de Medina *in summa §.* 51. Mercado *in opusc. de vsur.* meus Collega Quetensis, non minus pietate, quàm doctrina clarus, Nauarr. *in Manual. cap.* 17. *num.* 213 Felician. *de censib. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 10. & 20. quia donatione constitui potest annuus redditus; facit *l. vlt. C. de rer. permut.* Roman. *cons.* 302. *num.* 1. præcipuè quia nullũ mutuum, verum, vel palliatum, potest hic considerari.

Quartò, & vltimò, hæc conuentio iustificatur ratio-

ratione Statuti, vel municipalis legis; vt in Statuto Vrbis *cap.* 137. *lib.* 1. & obseruantia Regni Aragonum, ex Selfe *vbi supra num.* 18. & Foro Regni Valentiæ, vt testatur Hieron. de Leo. *de cis. Valentin.* 62. Quæ Statuta valida & iusta, & frequenti calculo recepta: meus Ouetensis Nauarrus, Rocchus de Curte *in cap. vlt. quæst.* 1. *num.* 19. *de consuetud.* Affict. *decis.* 284. Cepoll. *cons. ciuil.* 5. Becc. *lib.* 2. *recept. sentent. in titulo consuetudo, seu Statutum*; & Gemin. *in tit. de vsur. ad l. curabit, C. de act. empt. num.* 91. in fortioribus terminis tenet, prædictos fructus iure retineri a creditore vltra sortem, propter irregulerem moram; in cuius odium potuit Statutū hoc disponere. Sed ne nostrum egrediamur limitem, tenet Nauarr. *in cap. si fœneraberis*, 14. *quæst.* 31. *num.* 21. *notab.* 67. hanc opinionem expressis his verbis: Et per hanc eandem rationem possunt defendi Statuta Terrarum, quibus cauetur, vt qui dotem promittit, & hæredes eius, quousque illam soluant; & maritus, qui recepit eam, & hæredes eius, quousque illam restituant vxori viduæ, aut separatæ, certum quid ex certum singulis annis soluant. Quia sicut dictum est, non iubent illud solui vt vsuram mutui veri, vel palliati; sed vt quoddam debitum certum, subrogatum loco debiti incerti, quod pro consecutione dotis tacitè promisit qui eam dedit, & etiam tacitè repromisit eandem recipiens, &c.

An verò eadem militet ratio secundo tempore post mortem vxoris maior est dubitandi occasio, cùm cessent onera matrimonij; quæ respiciunt personam mulieris tantùm; vt fuit dictum *in Bononien. Dotis coram Cardinali Pamphilio* 4. *Iunij* 1597. & *in eadem causa coram Cardinali Lancellotto*, 24. *May* 1600. & *in Nepesina Laudi*, 10. *Maij* 1614. *coram D. meo Caualerio.* & late prosequitur Modern. *disceptat. forens. cap.* 427. *lib.* 3. Cessare etiam videtur ratio a Doctoribus considerata, quòd fructus debeantur respectu oneris matrimonij, licèt inter se pugnent interpretes, *in rubr.* & *l.* 1. *ff. solut. matrim.* & Rota tenuerit, etiam per existentiam filiorum durare onera matrimonij, defuncta vxore; vt *in Senogallien. Dotis coram bon. memor. Cardinali Pamphilio*; Modern. *de obligat. Cameral. dec.* 10. *num.* 6. & *in dicta Romana Dotis coram Lilta.* Card. Tusch. *in verb. Dos. concluf.* 741. *nu.* 118. & fuit dictum *in Romana Dotis coram Reuerendiss. Domino meo Decano*, & confirmata *coram D. Pirouano.*

Tamen certo certius est, præmissam conclusionem negatiuam non procedere quando vir nō poterat agere ad dotem, propter dilationem conuentam; vt in terminis legati; quod neutiquam ita fauorabiliter interpretari debet. Surd. *cons.* 23. & *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 29. *nu.* 6. Rota *in recentior. decis.* 773. *par.* 2. *num.* 6. & fuit dictum *in Romana, seu Comen. Legati pij*, 27. *Aprilis proteritis coram Caualerio.* Quia tali casu si non sustineretur ista exactio fructuum ratione oneris matrimonii post mortem vxoris; saltem sustinebitur vel virtute iuramenti, & obligationis Cameralis, *ex edicto cap. debitores*, & ex supra relatis; vel ex promissionis factæ mentione. *l.* 7. *§. ait Prætor*, cum concord. *ff. de pact. l.* 1. *ti-*

tulo 11. *lib.* 1. *fori Castell.* vel ex æquitate: quia nihil imputari potest viro, si dotem non exigit, stante dilatione conuenta; vt in puncto fuit dictum *in Bononien. Pecuniaria*, 16. *Iunij* 1614. *coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha*, & conducunt maximè deducta *in Bononien Dotis*, 9. *Decembris* 1619. *coram D. meo Remboldo.* Et in terminis quando fructus fuerunt deducti in conuentione inter partes, quòd debeantur etiam soluto matrimonio, firmauit Rota *in Romana Fructuum dotis coram bo. mem. Penia*, 12. *Iunij* 1606. & ita tenent Modern. *in disceptationib forens.* declarando *disceptat.* 427. *in addit. eod. lib.* 3. *fall.* 6. 7. 8. Quæ in proposito facilius procedunt: quia debebant inuestiri in bonis fructiferis; vt optimè deducit in his terminis Alex. *cons.* 31. *num.* 6. & 11. *lib.* 6.

Præterea, iuste fuisse perceptos fructus ab Antonio, & eius hæredibus deberi decursos, quia fuit assignatum pignus, & factus procurator Antonius tanquam in rem propriam, ad exactionem eorum, ex Statuto Vrbis; cuius est clara dispositio *cap.* 137. *lib.* 1. vt fructus soluto matrimonio percepti pro alendis filiis non computentur in sortem: & comprobatur per Adden. ad dicta Statuta, *vers. Et si habet.* Et licèt non fuerint exacti ex pignore, satis est quòd fuerit constitutum, & quòd potuerint exigi, etiamsi præsumantur percepti a Marchione; breui tamen manu soluti genero absenti; ita dicē tum ex præcedenti conuentione. *l. quadam, C. de rei vendic.* Mascard. *de probat. conclus.* 1196. *num.* 1. & *seqq.* Menoch. *præsumpt.* 97. *num.* 1. *lib* 6.

Præter iustificationem autem similium Statutorum Vrbis, nec inefficax ratio, scilicet moræ, prout aduertit Adden. & Mohedan. *decis.* 1. *de vsur.* Alex *cons.* 211. *num.* 4. *lib.* 2. Alti &. *decis.* 21. qua durante in contractibus bonæ fidei, præcipuè dotis, *§. fœtus instit. de action.* vsuræ & fructus debentur. *l. mora, §. in bonæ fidei contractibus ex mora vsuræ debentur*, & ibi Doctores, *ff. de vsur. l. si mora, ff. soluto matrimonio.* In proposito enim, ratione moræ exp. etse fuit conuentum inter partes, fructus deberi.

Neque obstat, si non fuerit interpellatus Marchio, iuxta vulgatas iuris regulas, vt constitutus in mora obnoxius teneretur, & vt morosus soluere sit astrictus. Quia interpellatio a Statuto requisita præsumitur interuenisse: & alleganti contrarium incumbit onus probandi; concurrente maximè tanto tempore, & quamplurimis solutionibus; vt nitrè in his terminis firmauit Rota *in allegata Bononien. Dotis*: quia soluendo fructus declarauit se haberi pro legitimè interpellato; vt etiam fuit dictum *in Romana Fructuum dotis*, de qua supra, *coram bona memoria, Penia.*

Et licèt contractus, & contrahentes, reperiantur in Ciuitate Tiburtina; tamen cùm sit in districtu, Statutum Vrbis ligat etiam inibi morantes; vt extat decisum *in Balneoregien. Honorum*, 30. *Octobris* 1589. *coram Card. Pamphilio.*

Nec retragatur Gabriel. *cons.* 152. *num.* 1. & 2. *lib.* 2. & Puteus *decis* 304. & 316. *lib.* 1. *in mouis.* Quia loquuntur in terminis Statuti antiqui, quod prouidet viduæ, non marito superstiti-

perstitibus filiis ; prout disponit Statutum nouum, quo expresse cauetur in fine his verbis : *Necnon & pro alimentis ipsius viduæ etiam habentis pignus dotale, ex quo possit percipere fructus loco alimentorum ; & non computentur in sortem : & similiter maritus soluto matrimonio cum liberis, percipiendo fructus ex pignore dotali, non computet fructus in sortem, sed sint ipsius pro alendis communibus filijs, donec dos a quocunque debita, restituta sit si in pecunia debeatur.*

Accedit quòd licuti ratione damni emergentis debentur fructus stante interpellatione, quæ in proposito præsumitur ex præmissis ; vt de mente Legistarum, & Canonistarum post Plotum, quem refert, alios quamplurimos firmans, Surd. *de aliment. tit. 4. quæst. 20. num. 9. & seqq.* Insuper certi iuris est, Marchionem teneri soluere iuxta conuentionem factam ad minus pro qualibet vice scuta trecenta : & tamen leguntur solutiones minoris summæ ; & dos non reperitur inuestita, iuxta pacta dotalia : sed minutatim exacta, & consumpta, & in præiudicium filiorum, ad quos spectabat post mortem matris, ex consuetudine Martini, de qua per Thesaur. *dec. 190. num. 3. & seqq.* Honded. *cons. 75. num. 2. lib. 2.* sed ex pactis matrimonialibus, in quibus expresse nedum reperiuntur in conditione, sed in dispositione, scilicet : *Ma lasciando discendenti, detto Signor Marchese non possa pretendere cosa alcuna* : Quo nt vt pater non potuerit præiudicium inferre filiis ex perceptione fructuum, non facto reinuestimento dotis. Pinell. *in l. 1. C. de bonis matern. par. 3. num. 18. & 73.* & Marchio non nisi iuxta conuentionis formam soluere tenebatur, ad consequendam liberationem. Rota apud Pacific. de Saluiano interdict. *decis. 175. n. 7.* iuxta primam impress. & per Giurb. *decis. 79. num. 46.* cum aliis allegatis.

Ex quibus videtur satisfactum in contrarium allegatis doctrinis, & decisionibus, *in Bononien. Dotis coram Cardinali Pamphilio*, & *Romana Fructuum census coram Reuerendiss. Seleucien.* Quia nec in promissione, vt in præsentiarum loquuntur, nec iuramento vallata ; nec specifica mentione filiorum, quos in specie considerauit Statutum vbi supra. Ex quibus omnibus mandatum relaxandum Domini decreuere contra D. Marchionem, vtraque parte informante.

Reuerendiss. D. Coccino Decano.

Romana Fructuum dotis.

Lunæ, 12. *Maij* 1625.

EPITOME.

Fructus dotales decursi viuente vxore, debentur illius hæredibus : secus vero de decursis matrimonio dissoluto, etiamsi extent filij. Bona fideicommisso subiecta pro dictis fructibus alienari possunt. Promissio de soluendo fructus dotis soluto matrimonio, est vsuraria. Dispositum in vno correlatiuo, quomodo censeatur dispositum in altero ; ad interpretationem Statuti Vrbis, cap. 137. lib. 1.

Ad Cap. 137.

DECISIO XCI.

PAulus promisit soluere dotem Eugeniæ sororis Petro Antonio viro intra certũ tempus ; pacto adiecto, quòd si in solutione defecerit in terminis expressis, teneretur soluere fructus iuxta Statutum Vrbis. Contracto matrimonio, illoque per obitum Eugeniæ dissoluto, Petrus Antonius vir superstes petit aduersus Paulum sororium fructus dotis decursos, & non solutos, tam constante matrimonio, quàm illo dissoluto. Cumque mihi fuisset commissa causa appellationis cum clausula, Si quid exequendum ; hodie dubitaui, an esset locus executioni. Et Domini quoad fructus decursos viuente vxore affirmatiuam secuti sententiam ; contrarium, ipsa defuncta, censuerũt.

Ratio primi dicti fuit, quia Paulus se obligauit in forma Cameræ, quæ habet executionem paratam. Vrsill. ad Afflict. *decis. 30. num. 6. in fin.* Cagnol. *in l. si librarius 93. nu. 91. vers. quid de instrumento, ff. de reg. iur.* Mohed. *decis. 2. & 3. de except.* Rota *decis. 800. nu. 6. par. 3.* Quæ conclusio procedit etiam quòd causa sit commissa cum clausula, Si quid exequendum : Quia constito de iustitia mandati ex eisdem actis, prout constare debet, stante hac clausula proceditur ad vlteriora ; vt fuit dictum *in causa Romana de Crescentijs 4. Iulij 1612. coram R. P. D. meo Pamphilio*, apud Modern. *de oblig. Camer. decis. 12.*

In hoc autem casu satis elucescit iustitia mandati quoad fructus constante matrimonio decursos ex pacto prædicto, per text. *in cap. salubriter de vsur.* Qui licet loquatur quãdo datur pignus ; nihilominus eadem est ratio, quando in pecunia dos promittitur : vtrobique enim consideratur iustum interesse propter onera matrimonij. Abb. *in d. cap. salubriter, n. 3. de vsur.* Ambros. de Vign. *de vsur. num. 13. vers. secundo casu.* Dec. *in c. cum venerabilis, n. 63. & seqq. de except.* Bald. Nouell. *de dot. par. 7. priuileg. 3. vsque ad fin.* Nauarr. *in manual. c. 17. sub nu. 13. vers. ex qua intulimus.* Conar. *variar. lib. 3. cap. 1. nu. 3. vers. contrarium tamen.* Conrad. *de contract. lib. tract. 3 q. 35. concluf. 5. fol. 158. & concl. 7 fol. 159.* Lup *in cap per vestras, §. 8. incip. Octauo infertur, n. 2. de donat. inter vir. & vxor.* Molin. *de primogen. Hisp. lib. 4 cap. 5. nu. 6.* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 42. nu. 14.* Giurb. *dec. 71. nu. 3. vers. nem valet.* Azor. *instit. moral. par. 3. lib. 7. cap. 9. col. 2. post med.* & dixit

Rot. *in Romana Dotis*, 5. *Iulij* 1599. *coram Iusto*; quæ est 119. *post volum.* 1. *consilior. Farinacc.* & *in alia Romana Fructuum dotis*, 19. *Ianuarij* 1600. *coram eodem*; & *in alia Romana Fructuū dotis*, 10 *Nouembris eiusdem anni coram Litta*; nouissimèque *in Tiburtina Fructuum*, 19. *Iunij* 1623. *coram R. P. D. meo Nauarro*, quæ in hac parte non potest impugnari.

Neque obstat quòd agatur de bonis subiectis fideicommisso, quæ non possunt alienari pro fructibus dotis restituendis. Seraphin. *decis.* 481 *num.* 3. Quia quicquid sit de hac opinione, cùm Peregrinus *de fideicommiss. art.* 41. *num.* 96. *vers. quia est duplex* teneat contrarium; & Fulgar. *de substitut. quæst.* 931. *num.* 43. distinguat, quòd aut maritus fuit negligens; & bona non possunt alienari: in hoc casu non agitur de fructibus extrahendis ex venditione bonorum fideicommisso subiectorum: sed an Paulus teneatur ad dictos fructus. Quam vtique teneri ambigendum est, etiam quòd Petrus Antonius vellet satisfieri ex fructibus bonorum fideicommisso subiectorum; vt fuit resolutum *in causa Firmana, seu Maceratensi Dotis*, 19 *Ianuary* 1612. *coram R. P. D. meo Pircuano*: in qua fuit dictum quòd mulier poterat agere Sclusiano pro fructibus dotis, etiam contra bona subiecta fideicommisso; cùm Salusianum oporteret vt de fructibus satisfiat creditori.

Minus releuat quòd Paulus fuerit bannitus cum confiscatione bonorum, & propterea videatur liberatus ab omni obligatione. Rota *decis.* 575. *num.* 1. *par.* 1. *recentior*. Quia cùm actiones Petri Antonij non fuerint extinctæ, sed in ficum translatę. per eum postea fuerunt traslatæ in Paulum, cùm is fuerit restitutus tam ad bona, quàm ad honores. *l.* 2. *&* 3. *C. de sententi. pass.* & Angel. *in d. l.* 3. *num.* 1. *&* 3. Odd *de restitut. in integr. quæst.* 97. *num.* 9. Farinacc. *quæst.* 9. *cum quæst.* 97. *num.* 80.

Ratio secundi Dicti, quòd scilicet non sit locus restitutioni quoad fructus soluto matrimonio decursos, ea fuit: quia exceptio vsurariæ prauitatis incontinenti probata impedit processum executiuum, & sic obligationem Cameralem. Ial. *in l.* 1. *num.* 21. *& seqq. C. de iur. & fact. ignor.* Matth. Coler. *de process. execut par.* 4. *cap.* 2. *n.* 22. Andr. Rauchbar *par.* 2. *quæst.* 39. *num.* 101. *in fin.* cum al js adductis per Matth. Berbich. *concl.* 97. *num.* 96. *par.* 1. Carocc. *decis.* 133. *num.* 4. Hic autem, vt statim demonstrabitur, hi fructus soluto matrimonio absque vsuraria labe non debentur, quando forte sufficeret quòd articulus iuris in hoc esset dubius; vt voluit Thesaur. *decis.* 26. *num.* 19. *vers. an inquam*; quem sequitur Matth. Berbich. *d. conclus.* 97. *num.* 61. *par.* 1.

Quòd vero promissio, de qua agitur, continens fructus soluto matrimonio, ut vsuraria, ambigi non potest. Illo enim soluto, deficit requisitum, ex quo solutio fructuum sustinetur; nempe sustentatio onerum matrimonij; quæ præcipuè consistunt in vxore alenda secundum dignitatem generis, & quantitatem dotis. Lup. *loco jup. allegat. num.* 4. *vers. ex quo dicebat*. Immo cum titulus dotis extinctus sit, fructus non possunt solui amplius pro interesse matrimonii, sed simpliciter pro vsura: & sic debitum dotis, soluendo vsuras, vertitur in mutuum palliatum; vt est rex. *in c. salubriter, de vsur.* vbi Innoc. *n.* 1. & 2. Hostien. *num.* 5. & 6. Ioan. de Anan. *col. penult. circa med. vers. & ex prædictis*. Bart. *in l. atqui natura, §. non tantum, num.* 1. *ff. de negot. gest.* & *in l. in insulam, §. vsuras in fin. ff. solut. matrimon.* & *cons.* 128. *num.* 2. *lib.* 1. & *cons.* 84 *lib.* 2. Bald. *in rubr. C. de vsur. vers. quarto quæro*. & *in l. fin. §. præterea num.* 10. & *in l. pro oneribus, num.* 3. *C. de iure dot.* Alexand. *consil.* 74. *num.* 18. & *cons.* 141. *num.* 2. *in princ. lib* 3. Negulant. *de pignor. par.* 9. *membr.* 5 *n.* 17. Roland. *cons.* 99. *num.* 1. *& seqq.* & præsertim *num* 3. *lib.* 2. Cumia *super rit. magn. Cur. cap.* 94 *num.* 1. *vsque ad* 6. cum aliis per Capoll. *consil. ciuil.* 15. *in princip.* Mantic. *decis.* 171. *num.* 4. & fuit sæpissimè resolutum, & præcipuè *in Bononiensi Dotis*, 4. *Iuny* 1597. *coram bon. mem. Card. Pamphilio*: & *in eadem*, 24. *Maij* 1600. *coram bon. mem. Lancellotto*: & coramme *in causa Anconitana Interesse*, 28. *Iuny* 1600. & nouissimè *in Nepesina Laudi* 10. *Martij* 1614. *coram R. P. D. meo Casalerio Sanctiss. D. N. Datario*.

Quæ etiam procedunt licèt ex matrimonio remanserint filii. Ioan. de Anan. *in dicto cap. salubriter col. penult. circa med. vers. ex prædictis videtur, de vsur.* qui loquitur in fructibus pignoris, & sic in facultatibus terminis, quàm in pecunia. Et ratio est, quia, circumscrip. o statuto Vrbis *cap.* 137. *lib.* 1. de quo ita ius dicetur, de iure communi, si ipsa mulier viueret soluto matrimonio; vel non potuisset exigere fructus; vel si exegisset, in sortem computare teneretur. *l. Titia, ff. de solution.* Bart. *in dicta l. in insulam, §. vsuras, ff. solut. matrimon.* & *in l. si pater, in princip. ff. de dol. except.* & concludunt omnes Doctores *in dicto cap. salubriter de vsur.* & per consequens tenentur hæredes vxoris: quia cessat ratio cap. salubriter, scilicet alimentatio vxoris, in quo principaliter consistunt onera matrimonii, secundum dignitatem illius, & quantitatem dotis; eleganter Lup. *in dicto cap. per vestras, num.* 4. *vers. ex quo dicebat Ananias*; vbi quòd hæc opinio est parum dubitabilis. Alex. *cons.* 74. *num.* 15. *post med. vers. postremo circa tertiam, & num.* 16. *lib.* 5. Ruin *cons.* 162, *num.* 3. *lib.* 5. Peregr. *cons.* 99. *num.* 5. *cum seq. lib.* 3. & *cons.* 70. *num.* 5. *ante med. vers. ad tamen soluto matrimonio*. & *cons.* 71. *num.* 6. *cons.* 73. *num.* 1. *vers. de iure autem, lib.* 4. Costa *de portion. & rat. quæst.* 51. *ante num.* 1. *vers. secunda est*. Gomba, qui tentatur hoc verius visum tollere magnæ Curiæ, *super consuetud. Messan. par.* 1. *cap.* 3. *glos.* 9. *sub num.* 28. *ad fin. verbis. sed ab his*. Grattian. *disceptation. forens. cap.* 417. *a num.* 4. *vsque ad* 49. *lib.* 3. Scacc. *de commerc. & camb. §.* 1. *quæst.* 7. *par. quinta, ampliat.* 8. *num.* 176. *post med. versic. extende secundo*: benè Ias. *in l. de diuisione, num.* 2. *post princip. ff. solut. matrimon.* vbi ad effectum vt fructus debeantur, tria requiruntur, promissio dotis, matrimonium, & sustentatio onerum.

Non obstat quòd fructus dotis debeantur mulieri

lieri post indicialem interpellationem ad rationem scutorum septem cum dimidio, etiam quod habeat pignus dotale; vt disponitur in Statuto Vrbis, *cap.* 137. *lib.* 1. & ideo dispositum in muliere habeat locum in viro. Iaſ. *conſ.* 112. *num.* 7. *lib.* 1. & in *l. fin. num.* 16. *C. de indict. viduit. toll.* vbi quòd ſi maritus prohibetur relinquere vxori, è conuerſo vxor cenſetur prohibita relinquere viro, ea ratione, quia ſunt correlatiua. Curt. ſen. *conſ.* 6. *num.* 15. Aym. *de antiq temp. par.* 4. §. *videamus*, *num.* 29. & 30. qui dicunt quòd dispositum in vno correlatiuo, cenſetur repetitum in alio: in actibus tamen indiuiduis; vt puta, ſi vir eſt prohibitus relinquere, mulier cenſetur prohibita recipere: Secus verò eſt in actibus ſeparatis, quando ſcilicet vir eſt prohibitus relinquere vxori, vxor non cenſetur prohibita relinquere viro: Siquc in noſtris terminis caſus eſſent ſeiuncti, res ſine difficultate procederet; cùm Statutum ſit correctorium iuris communis. Sed cùm vir & vxor ſint correlatiua, & dispositum in vno habeat etiam locum in alio, id intelligitur ad effectum inclusionis, non autem ad effectum extenſionis ad nouum caſum. Bald. elegantèr *conſ.* 344. *in fin. lib.* 3. quod eſt ſubſcriptum a ſex Doctoribus.

Quicquid tamen ſit de prædictis, ceſſat omnis difficultas: quia Statutum loquitur diſcretiuè de vidua, & viro: vult enim quòd vidua habeat fructus ad rationem ſeptem cum dimidio; & admittit hanc taxationem etiam quòd habeat pignus dotale: de viro autem diſponit ſolum quòd ſi is habeat filios poſt obitum vxoris, percipiat fructus ex pignore dotali: Quapropter cùm Statutum magis faueat vxori, quàm viro; diſpoſita in vxore non vendicant ſibi locum in viro. Dec. *in l. ſicut bonis. num.* 8. *verſ. & idem in Statuto Parmenſi, ff. de in ius voc.*

Non obſtat quòd ſi filij extant, onera matrimonij non extinguantur: quæ conſiſtunt nedum in alimentis vxoris, ſed etiam filiorum. Bart. *in l. poſt dotem, num.* 22. & ibi Rom. *num.* 39. *verſ. quartò dubitatur, ff. ſolut. matrimon.* Calderin. *conſ.* 1. *col.* 1. *ad med. de donat. inter vir. & vxor.* Socin. iun. *conſ.* 35. *num* 16. *verſ. quod ratione ſuadetur, lib.* 1. Bero *conſ.* 140 *n.* 20. *lib.* 2. Soc. ſen. *conſ.* 9. *n.* 13. *verſ. ſextodecimo probatur, lib.* 1. Gabr. *conſ.* 194. *n.* 6. *lib.* 1. Franc. *deciſ.* 283. *n.* 14. & fuit dictum *in cauſa Senogallienſi Dotis*, 26. *Iun.* 1606 *coram R. P. D. meo Pamphilio*: & in *Cæſenatenſi Dotis*, 2. *Decembris* 1616. *coram R. P. D. meo Remboldo*, cum aliis adductis per Caſ. Manent. *de iure conſt. liuell. par.* 14. *num.* 80 *cum ſeqq.* quibus rationibus motus reſoluit, quod fructus dotis debeantur viro, diſſoluto matrimonio per mortem vxoris, ſi extant filij. Quod etiam conſiderat Borgnin. *deciſ.* 26. *ſub num.* 25. *par.* 3. & *deciſ.* 22. *num.* 18. *in fin par.* 4. & ante omnes hanc ſententiam tenuit Cumia. *ſuper vit. magnæ Cur. cap.* 93. *num.* 22. qui moueretur ex *l. ſi filia*, §. 1. & *l. ſi maritus, ff. famil. herciſc.*

Huic enim motiuo fuit reſponſum, male Cæſarem Manentem, & Borgninum applicare concluſionem prædictam ad caſum, de quo agitur: quia Doctores prædicti loquuntur in terminis conſuetudinis Martini, vt ſcilicet, extantibus filijs dos non reuertatur ad patrem, ſed remaneat penes maritum: non enim extinguuntur onera matrimonij vbi extant filij. Nam licèt onus liberorum ſit onus naturæ, non matrimonij, habet tamen originem à matrimonio; vt conſiderat Calderin. *dicto conſ.* 1. *colum.* 1. *in fin.* & ſic quatenus reſpiciatur onus naturæ, alimentatio ſpectat ad patrem; qui ideo non poteſt petere intereſſe dotis; vt in his terminis aduertit Lup. *in dicto cap. per veſtras*, §. *oſtauò infertur, num.* 4. *verſ. ceſſat etiam hoc caſu.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 428. *num.* 21. & adiunt iuraclara *in l. ſi quis à liberis, ff. de lib. agnoſc.* & *in l. qui libero*, §. *fin. ff. de ritu nupt.* Dum verò onus liberorum conſideratur tanquam habens originem à matrimonio, debetur dos, cuius contemplatione fuit promiſſa; ita vt non debeat reſtitui ſocero, ſed debeat remanere penes generum: & ita loquuntur deciſiones Rotæ. Hinc videtur ſatis reſponſum ad Doctores per Gratianum citatos *in append. ad cap.* 428. *colum.* 1. *ante fin.* quorum dicta auctoritate ſolùm ſoluit. Alij verò ſupra allegati loquuntur in terminis illius, & de quibus infra dicetur.

Ad cumiam in dicto Ritu fuit reſponſum, vel quòd loquatur in terminis illius Ritus; vt aduertit Scacc. *de camb.* §. 1. *quæſt.* 7. *ampl.* 8. *ante num.* 177. *verſ. nec obſtat*: vel quòd loquatur ſine ratione: quia, vt dictum eſt, mouetur ex *l. ſi filia*, 10. §. 1. & ex *l. ſi maritus*, 47. *ff. famil. herciſc.* Nam text. *in l. ſi filia*, ſolùm dicit quòd pluribus fratribus extantibus, ſi vnus habet vxorem, debet habere dotem patri datam, quia ipſe ſuſtinet onera matrimonij. Quapropter non applicatur caſui noſtro. Textus verò *in l. ſi maritus*, dicit dumtaxat dotem debere eſſe apud illum, qui ſuſtinet onera matrimonij. Sed, vt bene aduertit loco prædicto Lupus, licèt filij ſint reliquiæ matrimonij, & ex dote matris alendi ſint, vt *in dicta l. ſi maritus, ff. famil. herciſc.* ſecundum Bald *in l. ſi dotem, col.* 1. *C. de falſ. cauſ. adiect. leg.* illud procedit conſtante matrimonio: & ita propriè loquitur *dicta l. ſi maritus*. & ſubdit quòd inde eſt, quòd quamuis vxor conſtante matrimonio poſſit petere dotem à marito vergente ad inopiam; mortua tamen vxore, filij non poterunt illam petere. Bart. *in l. ſi conſtante, col.* 4. *ff. ſoluſ. matrimon.* Et ita intelligendus eſt Roman. & iura per eum adducta *conſ.* 917. *col.* 2. *poſt med. verſ. volens quòd ſecundum dotis reditus*; vbi in ſpecie allegat Iaſon. *in dicta l. ſi filia. & in dicta l. ſi maritus, ff. famil. herciſc.* Et ita etiam intelligendi ſunt Boer *conſ.* 6. *num.* 10. Mandell. *conſil.* 315. *num.* 6. *lib.* 2. Franch. *deciſ.* 383. *num.* 14. Barboſ. *in rubr. ſolut. matrimon. num.* 13. & Conrad. *de contract. tract.* 2. *queſt.* 35 *concl.* 3. *num.* 158. omnes per Gratianum adducti, & ſola auctoritate ſoluti.

Neque verum eſt quòd hi fructus ex promiſſione debeantur, vt voluit Gratian. *in append. ad diſceptat.* 477. *col.* 2. *verſ. quamuis tamen*; & *diſcept.* 930. *num.* 20. & ex eius ſuerit ſcriptum

in dicta Tiburtina dotis. Quia promissio interesse non sustinetur, nisi constante matrimonio; vt patet ex Doctoribus supra allegatis in princ. Illoque dissoluto, sicut non debentur fructus, quos soluere esset vsura, ita promissio fructuum non potest iustificare vsuras; cum non solùm Diuino, sed omni iure prohibitæ sint. Bald. *consil.* 443. *in princip. vsque ad num.* 3. *lib.* 3. Angel. *cons.* 90. Alexand. *cons.* 1. *in princip. lib.* 2. Cagnol. *in l. cerabit, num.* 3. *C. de act. empt.* Clar. *in §. vsura, num.* 3. *vers. sciendum*.

Et prædicta adeo vera sunt, vt nedum per factum non possint sustineri, sed nec etiam, quod plus est, per dilecprationem. Alexand. *cons.* 89. *num.* 2. *& seqq. lib.* 4. vbi quòd neque intuitu boni, neque mali euitandi, neque pro redimendis captiuis, potest dispensari quod fiat vsura, propter quatuor: Quia scilicet contemnit Deum audacius; Naturam expressiùs; Scripturas deterrìùs; iura diutiùs. Vnde quòd meritò promissio solutionis fructuum dotis corruat defuncta vxore, dicit Anguisc. *consil.* 16. *num.* 2. *vers. ad hæc Doctores*; & *num.* 9. *vers. & sic cessante, lib.* 5. Molin. *de pact. nuptial. lib.* 3. *quæst.* 39. *num.* 14. *& seqq.* Immo si aliter fuisset expressè conuentum, nulliter etiam esset conuentum. Anguisc. *dicto consil.* 16. *per tot.* Gabr. *consil.* 152. *à num.* 3. *vsque ad* 6. *lib.* 2. Molin. *loco cit. num.* 14. *& seqq.* Surd. *cons.* 194. *num.* 14. *lib.* 2.

Neque rursus verum est, immo penitus falsum, quòd Rota alias admiserit pro valida istam promissionem fructuum, etiam soluto matrimonio; & ad hoc allegetur *Romana Fructuum dotis*, 17. *Februarij*, & 12. *Iunij* 1606. *coram piæ memoriæ Francisco Penia Rotæ Decano*. Quia illa decisio loquitur in vidua non habente aliunde vnde se aleret: in quibus terminis loquitur etiam decisio *in causa Cessanatensi Fructuum dotis*, 13. *Iunij* 1603. Præterea decisio coram Penia sustinetur ex Statuto Vrbis; & resolutio fuit capta maxima cum difficultate, cum causa pluries fuerit proposita; vt ipse testatur in princip. & ego hæc memini, cùm fuerim præsens resolutioni.

Et ita vtraque parte informante fuit conclusum.

Reuerendiss. D. Coccino Decano.

Romana Fructuum dotis.

Veneris, 29. *Nouembris* 1625.

EPITOME.

Per confiscationem an transferantur in Fiscum omnia Rei iura actiua & passiua. Dispositio testatoris vocantis alium in euentum delicti &c. an operetur vt bona non possint confiscari. Incorporatio Bonorum quomodo probetur.

Ad Cap. 137.

DECISIO XCII.

HOdie non controuertebatur quòd fructus decursi dotis non solutæ post dissolutum matrimonium non debeantur; ex rationibus in decisione deductis; nec minus de decursis constante matrimonio: sed dicebatur non deberi per Paulum. Quia licèt ad illos se obligauerit; nihilominus, cùm fuerit bannitus, & eius bona confiscata, in fiscum fuerunt translata omnia iura actiuè & passiuè. *l. seruus*, 29. *ff. de act. & oblig.* Bart. *in l. vbicunque, num.* 5. *vers. primum exemplum in deportato, ff. de fideiuss.* Io. de Amic. *cons.* 68. *nu.* 2. *& 3.* Doctt. *in l. si marito, ff. solut. matrimon.* Surd. *de alim. tit.* 8. *priuil.* 59. *nu.* 9. *vers. & in tantum*. Peregr. *de iure fisci, lib.* 5. *tit.* 1. *nu.* 54. *vers. ideo quia fiscus*. Farinacc. *q.* 25. *nu.* 177. *& seqq.* Rota *decis.* 575. *num.* 1. *par.* 1. *in recent.*

Subdebatur præterea, hanc conclusionem proceuere etiam quòd postea venerit ad pinguiorem fortunam, acquirendo bona per obitum fratris ex fideicommisso paterno. *l.* 4. *C. de sentent. pass.* vbi Ang. *nu.* 14. Odd. *de restit. in integ. q.* 97. *art.* 2. *num.* 3. *vers. sed breuiter*. Farinacc. *loc. cit. num.* 179. Rota *d. decis.* 575. *num.* 1. *in fin. vers. & eo peruenio*.

Cæterum Domini, attenta qualitate facti, censuerunt Paulum teneri ad fructus durante matrimonio decursos. Quia licèt prædicta verissima sint, non videntur tamen admittenda in hoc casu, vbi ipse fuit gratiosè restitutus ad famam, honores, & bona: propter quod illæsæ actiones fuerunt a Fisco in ipsum retrotranslatæ. *l.* 2. *& 3. ff. de sentent. pass. l. in quæstione*, vbi Ang. *num.* 3. *C. eod.* & propterea denuo remansit obligatus Petro Antonio pro fructibus constante matrimonio elapsis. Bart. *in dicta l. si marito, num.* 3. Ang. *num.* 1. *vers. & licet*. Alex. *num.* 4. *& 5. ff. solut. matrim.* Nell. *in tract. de bannit. tempor. 3. par.* 1. *num.* 21. *quæst.* 21. latè Farinacc. *dicta quæst.* 25. *num.* 180. Odd. *dicta quæst.* 97. *num.* 9. *& seq.* Peregr. *de iure fisci. lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 6.

Non obstat quod Paulus fuerit restitutus quoad bona, non tamen fisco incorporata; & bona fuerint cessa fratri, mediante solutione fructuorum octingentorum: quæ ipse postea recuperauit, non à fisco, sed vigore fideicommissi paterni, per obitum fratris: & ideo non tenetur. *dicta l.* 4. *C. de sent. pass.* Io. de Amic. *dicto cons.* 68. *num.* 3. *vers. plus dico*. Nell. *in tract. de bannit. num.* 2 *par.* 3. *tempor. num.* 21. *vers.* 21. Farinacc. *dicta quæst.* 25. *num.* 180.

Nam huic fundamento fuit responsum, quòd in testamento pater disposuit quòd in euentum delicti vocauit alium; & si deinde delinquens fuerit restitutus, censeatur etiam restituendus, & rein-

reintegratus ad bona, quæ prius obtinuerat. Quæ dispositio operatur vt bona non possint confiscari. Roland. *cons.* 56. *nu.* 11. & 12. *lib.* 1. Phæus *inter consil. Farinacc. cons.* 153. *nu.* 2. *cum seqq. lib.* 2. Bosi. *de public. bonor. num.* 3. Peregrin. *de iure fisci, lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 103. & *seqq.* Menoch. *consil.* 91. *num.* 6. Gabriel. *consil.* 123. *num.* 12. *lib.* 1. Odd. *cons.* 53. vbi de communi. Farinacc. *dicta quæst.* 25. *num.* 22. Fusar. *de substitut. quæst.* 442. *num.* 11. Et propterea compositio facta per fiscum censetur facta ex aliqua prætensione Pauli super dictis bonis; non autem ex quo possent simpliciter confiscari. Eoque magis, cùm valor bonorum patris ascenderet ad valorem scutorum 18450. vt patet ex confessione Pauli; non est credendum quòd fiscus voluerit concordare ad tam magnum interesse Pauli pro tam parua summa.

Fuit insuper ex abundanti consideratum quòd incorporatio deberet probari mediante actuali possessione & apprehensione: quod non probatur. Socin. iun. *cons.* 126. *num.* 1. *lib.* 2. Sola enim sententia condemnatoria non transfert absque apprehensione possessionem. Bosi. *in prax. de publicat. bonor. num.* 26. Honded. *cons.* 42. *nu.* 29. *lib.* 1. Ruin. *cons* 25. *num.* 1. & *seqq. lib.* 4. Rug. *cons.* 1. *num.* 30. vbi quòd bona dicuntur fisco incorporata, quando sunt descripta, annotata, sequestrata, & consignata in depositum: latissimè Farinacc. qui alios cumulat, *fragment. vers. bona, num.* 116. vbi declarans hanc clausulam, Præterquam fisco incorporata; asserit non sufficere quod fuerint confiscata; sed requiri quòd fuerit etiam capta possessio, præcedente declaratoria, & inter Principis bona descripta.

Et ita vtraque parte informante, concl usum

vocauit Lelium filium suum primogenitum, & successiuè descendentes illius masculos in infinitum de primogenito in primogenitum: & vbi primogenitus sororibus, filiabus, nepotibus, vel pronepotibus, ac aliis feminis nubilibus grauatus existeret, tunc eidem licere voluit dictæ primogenituræ fructus locare, vendere, & alienare, etiam per triennium, semper tamen proprietate penes ipsum remanente, & non aliter, nec alio modo: Prohibendo insuper ex quacunque causa quantumuis necessaria, etiam dotis, istorum bonorum alienationem, vt in eadem primogenitura latius continetur. Hæc autem bona successiuè post Lelij obitum ad Pompeium deuenerunt, qui decessit relictis Octauia ex primo matrimonio filia, & ex secundo Cecilia, & Antonio superstitibus: & cùm iam Octauia nubilis esset ætatis, fuit ad eius instantiam pro dotis consequutione iudicium intentatum coram Illustriss. Cardin. Lancellotto, qui pronunciauit ipsi Octauiæ dotem in summa scutorum tredecim millium assignandam esse.

Demum causa per appellationem Illustriss. Cardinali Camporeo cum voto Rotæ commissa fuit ab eo dubiũ transmissum, an pro dictis Octauia, & Cecilia Lucæ pronepotibus dotandis primogenituræ bona possent alienari. Quo dubio per me hodie proposito, Domini fuerunt vnanimiter affirmatiuam partem amplexi: cùm præsuppositio tamen, quòd istæ puellæ non possint aliquo pacto, iuxta modum à testatore præscriptum, nec aliunde dotari: Nam licet inter Doctores non leuis adsit controuersia super dispositione *Authent. res quæ, C. communia de leg.* An illa videlicet locum habeat in alienationis prohibitione specialiter ex causa dotis facta: quorum aliqui, & præsertim Alex. *cons.* 56. *num.* 9. *lib.* 1 cum aliis relatis *in causa Romana scutorũ* 7000. *sub die* 6. *Iunij* 1605. *coram Iustio*, negatiuam partem ex eo tuerunt sequuti, quòd huiusmodi authenticam in præsumpta fideicommittentis voluntate fundatam esse censuerunt: quæ præsumptio non procedit vbi expressè fuit à testatore prohibitum, ex causa etiam dotis, bona distrahi.

Contrariam tamen sententiam, vti veriorem, & magis receptam, nimirum tali prohibitione non obstante, posse nihilominus dicta bona, quando alia non suppetunt, alienari, tenuerunt Paul. de Castr. *cons.* 80. *num.* 1. *vers. sed hoc non obstat, lib.* 1. Dec. *cons.* 579. *nu.* 4. *vers. secundo etiam*, vbi de communi refertur, & ab ea dicit: in iudicando non esse recedendum. Soc. sen. *cons.* 75. *nu.* 6. *lib.* 1 Curt. sen. *cons.* 27. *n.* 12. & *seq.* Rip. *in l. filius fam. §. diui. num.* 75. vbi Ambros. de Opizo *sub nu.* 57 *vers. quam tamen opinionem, de leg.* 1. Bero. *quæst. famil.* 110. *in princ.* Bald. Nouell. *tract. de dote, q.* 13. *nu.* 1. & 2. Ial. *in d. authent. res quæ, sub nu.* 31. *limit.* 13. *vers. puto non esse verum*. Aret. de Padil. *ibidem, sub num.* 116. *vers. sed iudicio meo*. Phanuc. *de iucr. dot. glos.* 10. *nu.* 77. Io. Lup. Pal. *in rep. et. rubr. de donat. inter vir. & uxor.* §. 16. *sub num.* 14. Greg. Lopez *ad part. id. tit.* 11. *leg.* 6. *glos.* 4. *q.* 5. Fachin. *controuers. iur. lib* 4 *cap.* 48. *vers. sed testis, ergo*. Molfet. *ad const. regnd. Neap. par.* 3. *quæst.* 1. *sub num.* 42. Crall. *in §. fideicommissum,*

Eminentissimo Verospio.

Romana Dotis.

Veneris, 30. *Martij* 1618.

EPITOME.

Bona à testatore alienari prohibita an possint alienari pro dote? Intellectus ad auth. res quæ, C. communia de legatis; & ad c. 141. Statutorum Vrbis lib. 1. An valeat argumentum de Legitima ad Dotem?

Ad Cap. 141. *num.* 25.

DECISIO XCIII.

QVoniam Lucas de Maximis de anno 1549. condito testamento primogenituram super Castris Prescudi, Praticæ, Pastertij, aliisque sub bonis instituit, & ad eam iure prælegati

quæst.5^a sub num.3. vers.contrarium, in epit.de fideicommiss.8 sub num.435. vers. contrarium, Petegr. *de fideicommiss. art.42 sub num.9. vers. istud tamen*, Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 189. sub num. 116. vers. contrariam opinionem*, Sim. de Pret. *de interpret. ult. volunt. lib.2. interpret.2. dubit.2. solut.2. num.81.* Matteacott. *var. resolut. lib.2. cap 69 sub num. 16.* Rom.in.jun. *cons.514.num.25. vers.respondetur, lib.5.* Bellon *cons.83.sub num.6.vers. quod adeo verum est.* Siluan. *cons.90. num.11.* Guidopap. *decis.96. sub num.1. vers.ad primum quæsitum*, Bor. *decis.129 num 5.* Surd. *decis.72. num.11. vers. Senatus tamen.* Ioleph Ludouic. *decis. 28. num. 78. & seq.* Vin. *decis. 18. num. 24. lib. 1.* Thesaur. *decis.192. sub num 10. vers.nec etiam.* Rota Bononien. *super Statutis decis. 47. num.7. & 11.* Tiraq. *de primog.quæst 37.num 8.* Ceph. *cons.683 nu.9.lib 5.* Interghiol. *de subtilit. cent.3. quæst.73.& num.274 10.* Bernard. *tract.de Notario par.3.quæst.15.per tot.*

Ea moti ratione, quia dicta Authentica, res quæ, non in præsumpta testatoris voluntate, sed in publica vtilitate fundatur, inde proueniente, quòd facilius nuptiæ contrahuntur, per quas liberis hominibus Ciuitas repletur, vt ex *§. quamobrem, in auth. de rest.& ea, quæ par* vnde sumitur *4.auth. res quæ*, ibi: *vt si quis de cætero restitutionem suarum rerum fecerit, primùm quod seruet filio legitimam partem, siue tertiam, siue medietatem secundum filiorum numerum, deindè ex reliqua substantia parte, si non sufficerit legitima pars ad dotis, aut antenuptialis donationis oblationem honestè, & secundum personarum qualitatem, & merita, excip. re etiam hoc ad restitutionem, secundum quod adiectum legitimæ parti dotem, aut antenuptialem facit donationem*: *sanctimus etenim secundum hunc modum excipi omnibus restitutionem nuptialia documenta &c.* & paulò infra; *Ea enim, quæ communiter omnibus profuni, vt quæ specialiter quibusdam vtilia sunt præponimus.*

Ex quibus verbis aperte colligitur à fideicommissi restitutione legislatorem voluisse non modò legitimam excipi, sed quicquid esset pro dote dandum, si legitima non sufficeret. Vnde cum habeamus expressam authenticæ dispositionem, non videtur ad præsumptam testatoris voluntatem esse recurrendum. Bero. *d.q.110. in princ. vers.& quoad*. Guidop. *decis. 90. num. 2. vers vnde*. Castr. *cons.80.num.1. lib.1.* & alij supra allegati.

Immo satis hæc ratio præsumptionis excluditur, cùm in eadem authentica Imperator arguat antiquiores legislatores, quòd plurima ex generalibus hypothecis per præsumptionem exceperint: ipsum autem dicit ex maiori, & meliori sententia, nuptialium lucrorum exceptionem facere, & ob id præsumptionem sibi non esse necessariam.

Ex quibus clarè patet, dictam authenticam tes quæ, non in testatoris præsumpta mente, sed in publicæ vtilitatis ratione consistere: quæ ratio tam in expressa, quàm in tacita prohibitione viget. Castr. *d.cons. 80. num 1.* Dec. *cons. 579. num. 4.* Curt. Ien. *cons. 27. num.12.* Padil. *sub num.116. vers.nam cum ex eo.* Rip. *in l.fil. fam. §. diui, ff. de leg.1.* vbi Ambros. de Opiz. *nu.137. vers. pro quo arguo.* Suarez *num. 135.* Romul. *num.120. vers.hoc non tantum.* Lup. *d.§.16 n.14 vers.patet vero*. Phanuc. *de lucro dotis d.glos.10 num.77.* Bero. *d.quæst.110 sub num.5. vers. ult. sententiam*. Bernard. *de dote d. quæst. 15. vers. fundamentum*. Petr. *de fideicommiss. d. quæst. 8. num.377. & seq.* Petegr *art.42 sub num.9.* Tiraquell. *de primog. d. quæst. 57. sub num. 8. vers primo quia*. Menoch. *præsumpt. 189. sub n.116.* Romin.iun. *cons.514. sub num.24.* Bellon. *cons. 33. sub num. 6. vers. ratio est*. Socin.iun. *cons. 109. num.11. vers. tertio potest, lib.2. & in d. §. diui, num.174. vers. sed sic est*. Curt.iun. *cons.69. nu. lib.1.* Curt.Ien. *cons.27.num.13.* Dec. *cons.519. sub num.3. vers. vbi inquit, & sub num.5. vers & hoc confirmatur*, Guidop. *decis. 90. sub num. 2. vers. videtur*. Surd. *decis. 62. sub num. 15. vers. secunda principalis ratio*. Ioleph Ludou. *d. decis Lucen. 28. num.86.*

Præterea, nec in casu nostro videtur obstare testatoris voluntas, in qua contraria opinio fundatur, cum hic testator feminas ex ipso descendentes dotari maluerit, licet ad fructus fideicommissi eum annorum se restrinxerit. Quæ dispositio sicut iuri congruit, *in l.mulier, § cum proponeretur ff. ad l rebell.* ita *in dicta auth. res qua, num. 33. vers. quadragesima limitatio.* Molin. *de primogen. lib.4. cap.6. num.15.* ita pariter in reliquis illum à iure communi non discrepare præsumitur; & propterea si fructus triennales pro dotis congrua non sufficerent, eumdem testatorem, non obstante ipsius prohibitione, dicta bona pro dotibus alienari voluisse. Aymo *cons.291. num.4 5. & 6.* Mazzar. *in epit. de fideicomm. quæst. 48. prope fin. vers. an vero si possit prouisionem*. Menoch. *cons. 39. num. 12. lib. 1. & cõs 247 n 24. lib.3.* Molin. *de primog. lib 4. c.6.*

De iure enim communi testator non vteretur, descendentes in subsidium dotare cogeretur. *l.dedit dotem, ff. de collat. bon. l.anus, ff. de iure dot. l fin. §. vtramque, C. de dot.promiss. l. cum seruus 162. §. nam quod, ff. de cond.& demonstr.* Castr. *in l.mulier, §.cum proponeretur sub nu.2. vers. nam onus dotandi, ff. ad Senat. Consult. Trebel.* & *in dicta auth. res qua, num.10.* Natt. *cons.61. sub num 3. vers. eamdem declarationem*. Bald. *in auth. res quæ num 12.* vbi Curt.iun. *n.13. vers. nam si bene*. Bald. Nougll. *in tract de uoce, par.6. princ. 16. num. 3.* Campeg. *eod. tract. q. 18.* Odot. *de dot. rest. in princ. rub.* Alex. *consil. 124. num.3.* Menoch. *cons.24. num 24. lib.3.*

Quæ testatoris præsumpta voluntas sufficit ad effectum, ne ille pro constituendis dotibus alienationem abhorruisse dicatur, Mantic. *de coniect. lib.3. tit.3 num.10.* Molin. *de primog. lib.4. cap.6. num. 10.* Surd. *decis.61. num.5.*

Nec distinctio relevat Curt.iun. *in d. auth. res qua num. 35. in fin. & cons. 158. num. 1. lib. 2.* Crot. *in repet. dicti §. diui, num. 59.* Immantium, alienationem huiusmodi pro legitima solum procedere, cum ea dempta pater de reliquis bonis ad sui libitum disponere valeat. *l. parentibus, ff. de inoffic. testamen.* Nam vltra quod ex gratiosa huius authenticæ dispositione

ob dotis

ob dotis priuilegium de bonis parentum filij etiam vltra legitimam consequuntur. gloss. communiter approbata *in dicto §. quamobrem verſ. ſi non ſufficit*, & *verſ. & not. auth. de reſtit. & ea*, &c. Peregr. *de fideicomm. dicto artic. 42. ſub num. 3. & 9. verſ. nam cum grauat.* Fachin. *lib. 4. dicto cap. 48. verſ. ex his verbis.* Bernard. *dicta quæſt. 15. propeſin. verſic. & ob hanc rationem.*

Respondetur nihilominus argumentum de legitima ad dotem non procedere, cum legitima, solis filijs, aliisque primam in successione causam habentibus debeatur, vt post Bartol. Fab. *in auth. nouiſſima, num. 24. C. de inoffic. teſtamen.* Berengh. Fernand. *in l. in quartam in 2. præſat. num. 81. verſ altera concluſio, ff. ad l Falcid.* Crass. *in §. legitima, quæſt. 4. nu. 1. verſ. ſi vero.*

Quod secus accidit in dote, quæ indistinctè descendentibus quibuscunque debetur. Bald. *d. auth. res quæ, num. 12.* Padill. *num. 56, & ſeq.* Rip. *in l. 1. num. 74. ff. ſol. matr.* Menoch. *præſump. 184. num. 17. & 105. lib. 4.*

Non obstat præscriptam authent. res quæ vltra filiam, & neptem non procedere. Alciat. *conſil. 164. tom. 3. lib. 9.* Hondedeus *conſ. 76. num. 13. lib. 1.* Contraria enim opinio, quæ verior, & receptior habetur, cum alijs etiam descendentibus vltra filias, & neptes militat. Ias. *in dicta auth. ea. fin. in 13. limit.* & ibi Bald. *num. 12.* Curt. iun. *num. 13.* Ant. de Padul. *num. 58.* Surd. *deciſ. 72. num. 13.* Cephal. *conſ. 683. nu. 9.* Marchar. *de fideicomm. quæſt. 48. ſub num. 22.* Petr. *de fideicomm. quæſt. 8. num. 391. & ſeq.* Ioseph Ludouic. *deciſ. Lucen. 28. ſub num. 80. verſic. tertio quia.* Menoch. *præſumpt. 189. num. 11. & ſeq. lib. 4.* Paul. de Castr. *in l. mulier, §. cum proponeretur, num. 20. ff. ad Trebell.* Bart. *in auth. res quæ, ſub num. 4.* Ruin. *conſ. 89. ſub num. 41. verſ. dicens etiam*, & *conſ. 190. nu. 6. lib. 2.* Socin. iun. *in repet. §. Diui, l. filiusfam. num. 55. ff. de legat. 1.* Molin. *de primogenit. Hiſpan. lib. 4. cap. 6. num. 4. verſic. cæterum, quamuis*, Couar. *var. reſolut. lib. 3. cap. 60. ſub nu. 10. verſ. primum enim.* Bero. *quæſt. 100. ſub num. 5. verſ. propter hoc tamen*, Rot. *deciſ. 37. num. 2. par. 1. diuerſ.*

Et eadem ratio non solum in nepotibus, alijsque, viuo testatore, descendentibus procedit, verum etiam in natis, & post illius obitum conceptis. Paul. de Castr. *dicta l. mulier, §. cùm proponeretur, ad Trebell.* Curt. iun. *in dicta auth. res quæ, num. 11. verſ. debemus*, & *num. 13. verſ. poſtea*, & *num. 18. verſ retenta tamen.* Ruin. *conſ. 89. num. 41. verſ. dicunt enim. lib. 2.* & *conſ. 137. num. 17. & 19. lib. 2.* Socin. iun. *in repetit. §. Diui in l. filiusfam. num. 155. ff. de leg. 1.* Menoch. *de præſump. lib. 4. præſump. 189. n. 13. & ſeq.* Eug. *conſ. 54. n. 21. vſq. ad 31.* Petr. *de haeſcomm. quæſt. 8. nu. 400.* Thesaur. *deciſ. Pedemont. 192. num. 11.* Ioseph Ludouic. *deciſ. Lucen. 28. num. 96.* Rota *deciſ. 37. num. 5. 6. & 7. par. 1. diuerſor.* Seraphin. *deciſ. 461. ſub num. 6.* Molin. *de primog. Hiſp. lib. 2. cap. 15. num. 57.*

Non obstat Vrbis Statutum *lib. 1. cap. 141.* disponens filias feminas, vel neptes paterno, & auito testamento acquiescere debere. Quia, cum Statutum de filia, & nepte a patre, vel auo dotatis loquatur, ad pronepotes cæteroſque descendentes, tanquam ea præiudiciale non extenditur. Bald. *in l. 1. in fin. verſ. puta ſi Statutum, C. de ſucceſſ. edict.* Campeg. *in tract quod ſtatut. maſc. quæſt. 4. num. 28.* Rebuff. *in l. liberorum 220. §. ſed et Papinius, verſ ego tamen dixerim, ff. de verb. ſignif.*

Nec inducitur extensio ex verisimili statoentium mente, qui ad filiam, & neptem ſe tantummodo restrinxerunt, de patris, & aui dilectione, & prudentia confisi, quòd videlicet ipſi iuxta præſentem familiæ ſtatum, & temporum qualitatem, congruam essent dotem filiabus, & neptibus constituturi: quod secus accidit in alijs posterioris gradus descendentibus, quorum reſpectu testator diuinare non poterat quænam de tempore nuptiarum dos futura eſſet congrua, cùm ex temporum varietate dotes augeantur in dies, & semper iuxta præſentem familiæ ſtatum, & dignitatem debeantur, *dicta auth. res quæ*, & *dicto §. quamobrem.* Aym. *dicto conſ. 291.* Marzar. *in epit. de fideicommiſſ. dicta quæſt. 48. num. 26.*

Denique dicitur, Statutum prædictum congruam & neceſſariam dotem non excludere. Castrenſ. *conſ. 275. num. 6. lib. 1.* quem secuta fuit Rota *in cauſa Romana Supplementi Dotis*, 12. *Nouemb. 1588. coram Orano.*

Cardinali Millino.

Romana Hæreditatis.

16. *Maij* 1594. *aliàs* 4. *Maij*.

EPITOME.

Statutum excludens feminas ab hæreditate patris & aui, matris & auiæ, an excludat etiam a ſucceſſione auunculi. Exclusio proximioris ex dispositione Statuti, in quo casu importet etiam excluſionem remotioris.

Ad Cap. 141 num. 25.

DECISIO XCIV.

FVit resolutum Statutum *cap. 141. lib. 1.* excludens filias & neptes ab hæreditate patris & aui, matris & auiæ non obstare istis sororibus, quominus possent succedere simul cum fratribus in hæreditate Marfilij auunculi, iuxta dispositionem iuris communis. Moti fuerunt Domini, quia Statutum eas expresè non excludit a ſucceſſione auunculi, & Statuta excludunt solum personas in eis expreſ-

tas

sas ab hæreditate personarum. Bald. Aluar. & Cardin. Alex. *in cap. 1. §. quia etiam, in tit. Episcop. vers. Abbas*, Bald. *in l. illam, num. 4.* & ibi Paul. & Alex. & alij, C. *de collat.* Corn. *cons. 81. num. 9. lib. 4.* Dec. *cons 625.*

Asserebant aliqui ex Dominis quòd Statuti mens fuit solum excludere in casibus expressis: quia Statutum *cap. 146.* non excludit sorores propter fratres a successione fratrum in bonis matris, & si non excludit sorores a successione huiusmodi in bonis maternis, multo minus voluit excludere a successione auunculi remotioris, qui eis coniungitur per lineam maternam.

Nec mouit Dominos quòd Statutum excludens proximiorem, intelligitur etiam excludere remotiorem propter maioritatem rationis; Quia pro responsione distinxerunt duos casus: Primus est, quòd Statutum excludés certam personam expressam, pariter excludit aliam non expressam remotiorem, quando vult succedere ex persona exclusa, vel deseruit lata verbi significatio: & in his terminis dicebant Domini loqui omnes fere Doctores, qui allegantur per informántes pro fratribus, & procedere decisionem *In causa Romana de Capranica coram Seraphino.* Sed iste non est casus noster: quia istæ sorores non succedunt ex persona exclusa, sed ex propria persona. Neque lata verbi significatio deserit, quia auunculus non continetur appellatione patris, aui, nec matris, nec auiæ.

Secundus casus est, quando Statutum excludit sorores propter fratres, vel aliam personam a successione ascendentium, vel alterius personæ expressæ. Et quæritur, An Statutum censeatur excludere a successione transuersalium, vel alterius personæ remotioris non expressæ, quæ non continetur appellatione personæ exclusæ, nec venit ad successionem ex persona exclusa: & in isto casu dicebant Domini, quòd persona non expressa, licet remotior sit, & minus dilecta, non intelligitur exclusa. Doct. *in dicta l. illam*, vbi Alex. *num. 6. & 7. C. de collat.* Socin. sen. *consil. 28. num. 24. & 25. lib. 4.* Nec valet argumentum, excluditur a successione proximioris successoris, ergo excluditur a successione remotioris, vt per Fulgos. & Paul. qui citantur per informantes pro sororibus, & inter recentiores plures congerit Bologn. *cons. 10. num. 32.* Alias si hoc argumentum procederet, excluse ab hæreditate vnius, essent semper exclusæ ab hæreditate omnium, &c.

R. P. D. Gipsio.

Romana Hæreditatis de Fossanis.

Veneris 2. Februarij 1588.

EPITOME.

Substitutio, si absque filijs masculis decesserit, an importet fideicommissum per mortem filiorum masculorum primi vocati: & quibus coniecturis fideicommissum inducatur. Filij positi in conditione an censeatur semper tacitè vocati.

Ad Cap. 141. num. 27.

DECISIO XCV.

IN proposita facti specie soluerunt Domini, nullum fuisse inductum fideicommissum in fauorem filiarum Domini Eugenij de Fossanis. Mouti fuerunt quia testator Ioanni Iacobo eius filio, & hæredi substituit, si absque filijs masculis decesserit: quapropter, cùm relicto Ioanne Iacobo iuniore, postea ipse obierit, non euenisse casum fideicommissi hactenus dicebant, *ex l. ex facto, §. si quis autem*, & ibi Castr. *ad Trebell. l. cum oxore, C. quan. dies leg. ced.* Oldr. *cons. 21.* Alex. *cons. 119 lib. 6.* Dec. *cons. 218 num. 6. & seq.* de commun. Paris. *cons. 31. n. 2. circa med. lib. 2.* Ann. *cons. 67. num. 8.* cum concord.

Nec ad rem pertinet quòd huiusmodi communis opinio locum non habeat quando pro fideicommisso adsunt coniecturæ. Dec. *consil. 480. num. 5.* Crauet. *cons 326. num 16.* Gabr. *de fideicomm. conclus. 7. num. 4.* Si quidem ad inducendum fideicommissum, quod est onus, non omnes coniecturæ sufficiunt, sed ex dumtaxat quæ ad illud necessario concludunt, & ex verbis a testatore prolatis colliguntur. *l. Lucius, §. tres hæredes, ad Trebell.* Paris. *cons. 14. num 12. lib. 3.* K. P. D. Mantic. *de coniect. lib. 8. tit. 1. nu. 23.* Sed eas, quæ in medium afferebantur non esse tales, ex infra dicendis dignosci posse dicebatur.

Nam ad primam exceo desumpeam, quòd testator subs hæredes, & pro tempore successores, sub pœna caducitatis grauauerit ad faciendum celebrare vnum anniuersarium in perpetuum, ac certam panis quantitatem quolibet anno pauperibus distribuendam: quam quod hæredes instituti, & successores in infinitum hoc grauati per fideicommissum, per regulam, *Ab eo. C. de fideicommiss.* maximè quia testator bis vsus fuit verbo *in perpetuum*, quod habet tractum successiuum, & omne tempus, & omnem casum amplectitur. Bart. *in l. annua, §. auia, de annuis leg.* Paris. *cons. 30. num. 3.*

Quoniam pro responsione cõsiderabant Domini, non esse conueniens quòd legatum ab hæredibus, & successoribus etiam extraneis perpetuo debeatur, & ipsi oneri fideicommissi grauati non existant, *ad §. disponat, in authen. de nupt.* & facere videntur text. *in l. annuam pecuniam*, & *in dicta l. annua, §. auia, de annuis legatis*, vbi Doctores.

Non obstat d. cons. Paris. *num. 30.* cum alijs in contrarium adductis. Siquidem procedere possent, vbi fideicommissi onus ea bona respiceret, quę ex testatoris expressa dispositione in eius familia conseruari deberent: quod nisi mediante fi-

te fideicommisso euenire non posset, vt ex lectura eorumdem Doctorum apparet.

Corroborantur prædicta: quia bonorum alienatio explicitè prohibita non fuit; minusque illa ratio in testamento legitur, quam vt plurimum testatores in fideicommissis apponere solent, videlicet, hoc pacto fideicommittere, quia volunt eorum bona perpetuò in agnatione conseruari.

His accedat, quòd verbum *perpetuò* non in substitutionibus, sed solum in ipso legato particulari scriptum reperitur: quo fit, vt ex eo fideicommissum vsuersale nequaquam inferendum sit, iuxta not. *in l.* 1. *ff. de leg.* 1.

Non obstat, quòd ex Statuto Vrbis *lib.* 5. *cap.* 25. filij positi in conditione censeantur tacitè vocati, vt sit in eis repetita fideicommissi cõditio. Guidop. *decis.* 351. Dec. *cons.* 270. Quoniam prædicta tibi locum non vendicant ad hoc, vt grauati etiam dici possint. Marzar. *cons.* 6. *num.* 7. nec de actiua ad passiuam substitutionem bene infertur. Paris. *cons.* 31. *num.* 28. *lib.* 2. cum alijs adductis per Modern. Vtinen. *cons.* 25. *num.* 45. *lib.* 2.

Eoque magis istud suaderi potest, quia testator substitutum, vt dixi, ad illum casum restrinxit, si filius absque filijs decederet, & demonstrant illa verba: *Et voglio, che morendo senza figliuoli maschi*: nam pronomen *ipse* est demonstratiuum ad oculum. Bald. *cons.* 304. *lib.* 3. Rip. *in l. fil. fam. §. Diui, num.* 111. *de leg.* 1.

Quod attinet ad alias coniecturas per Dominos de Fossanis adductas, nempe quod testator exclusit feminas, & Cippum domus vocauit, ad plurefque gradus substitutionum deuenerit, & in defectum proximiorum hospitale succedere statuerit, insistendum non videtur: Tum quia sublata fuerũt *in illa Tudertina coram me de anno præterito*, & postremo *in alia Romana de Gallis coram R. P. D. Pamphilio*. Tum etiam quia deducta ex Marzar. *cons.* 6. *num.* 7. satis tolluntur ab informantibus pro D. Lucretia Glorieria. Et vnico verbo responderi potest quòd fideicõmissum fuisset inductum, vt perpetuò duraret, si locus semel ei factus fuisset, &c.

R. P. D. Orano.

Romana del Dero, seu Supplementi Dotis.

Lunæ 13. *Nouembris* 1589.

EPITOME.

Statutum prohibens ne filia dotata à patre, vel auo, quicquam aliud quauis occasione petere possit ab hæredibus ipsorum, &c. an semper, & quibus in casibus locum habeat. Statuta quomodo sint interpretanda, ad declarationem Statuti Vrbis lib. 1. cap. 141. Nõnulla de enormissima lęsione.

Ad Cap. 141. *num.* 28.

DECISIO XCVI.

DVbitaui, præsuppositis resolutionibus in hac causa factis, An D. Bernardina potuerit ad supplementũ congruę dotis agere, & Angelica eius filia bona assignata pro congrua dote retinere pro parte Archihospitalis S. Iacobi Incurabilium de Vrbe. Fundamentum pro negatiua resolutione fiebat in Statuto Vrbis *cap.* 141. *lib.* 1. in quo disponitur quod filiæ dotatæ a patre, vel auo, sint contentæ dotibus, quas pater vel auus sibi in vltima voluntate, vel inter viuos dederit, vel reliquerit: nec occasione Falcidiæ, seu supplementi debiti iure naturæ, possint aliquid ab hæredibus patris vltra id quod pater, vel auus earum reliquerit, seu dederit in vita, petere: sed semper testamentum, & vltima voluntas patris, & aui robur habeat: Neque possint per ipsas filias, vel nepotes, seu eorum hæredes, per quamcunque causam, seu alio modo impugnari. Cùm igitur Ioannes Petrus Bernardinam filiam nuptui traditam dotauerit, iure debuit excludi a petitione supplementi congruæ dotis: quoniam Statutum iubens filias esse de dote a patre assignata contentas, & prohibens nè vlterius possint petere, etsi illa sit minor legitima, vel minus congrua, excludit filias a petitione supplementi. Bald. *in authent. vsque, num.* 16. *& seq. C. communia de leg.* & *in l. fin. C. de dot. promiss.* Socin. *cons.* 278. *num.* 6. *lib.* 2. Ruin. *cons.* 56. *num.* 6. & 8. *lib.* 3. cum alijs allegatis per Perulin. *decis.* 21. *nu.* 94. & Burlat. *cons.* 223. *num.* 13. *lib.* 2.

Maximè si responderent verba Statuti ibi, *occasione supplementi debiti iure naturæ*; & ibi, *sed semper*; quòd exponitur, omni casu. Socin iun. *in l. fin. num.* 7. *ff. solut. matrimon.* & postea ibi *per quamcumque viam, seu alio modo.*

Accedit prohibitio testatoris, qui in testamento vltra dotem filiæ reliquit dicta scuta cum prohibitione ne quid vlterius in sua hæreditate petere possit. Quando enim cum prohibitione legis concurrit prohibitio testatoris, efficacior redditur prohibitio. glos. *in cap. verum, de condit. appos.* Ias. *cons.* 221. *num.* 37. *lib.* 1.

Quibus tamen non obstantibus Domini, cum præsuppositò quòd attendi debeat tempus, quo Bernardina secundo dotata fuit, concluserunt ipsam potuisse agere ad supplementum congruæ dotis, & successiue dictam Angelicam bona assignata retinere. Nam cùm alias fuerit resolutum dictum Ioannem Petrum habuisse tantum vnum filium masculum, & istam Bernardinam filiam, & tempore secundarum nuptiarum ipsius Bernardinæ in facultatibus habuisse valorem scutorum duodecimmillium, dotem autem partes fatentur fuisse in centum quinquaginta scutis constitutam, & quinquaginta similibus pro acconcio;

negari

negari non potest illam fuisse nimis modicam, ex quo non excedit partem legitimæ. Data autem magna modicitate in magno excessu, potest supplementum peti, etiamsi Statutum dicat, quod debeat filia contentari dote sibi data per patrem, & non vltra petere possit. Castren. *consil.* 275. *num.* 6. *lib.* 1. Vbi consuluit contra patrem, qui cùm haberet in bonis scuta decemmillia, filiam in ducentis dotauerat. sequitur Alex. *consil.* 33. *num.* 4. *lib.* 4. Bero, *in cap. Raynutius, nu.* 225. *de testament.* Corn. *consil.* 77. *vol.* 2. Socin. *consil.* 75. *num.* 1. *lib.* 3. Ruin. *dicto consil.* 16 *num.* 5. *lib.* 3. Dec. *consil.* 181. *num.* 1. Cure. iun. *consil.* 10. *in princip.* Brun. *de stat. exclud. femin. artic.* 9. *princ. q. p. num.* 33. Riminald. iun. *consil.* 18. *num.* 148. & 317. *num.* 15. Simon de Pret. *consil.* 138. *num.* 58. Menoch. *de arbitrar. cas.* 149. *num.* 15. & *cons.* 8. Gabr. in terminis huius Statuti, *cons.* 3. *lib.* 3. qui alios multos allegat.

Nam còm ratio Statuti fundetur in prouidentia patris. *l. nec in ea. ff. de adult.* quæ facit præsumi filiam fuisse a patre congruenter dotatam, si veritas in contrarium appareat, quòd scilicet modica, vel nulla fuerit dos respectu facultatum; cessat Statuti dispositio, & veritas vincit præsumptionem. *l. Diuus, ff. de in integr. restit. l. admonendi*, & ibi Doctores *de iureiurand.* In tantum quòd præsumptio, quæ alias pro patre fuit, tollitur data enormissima læsione, de comuni, Cephal. *consil.* 142. *num.* 27. *lib.* 1. & facit oriri præsumptionem, patrem dolò inductum fuisse ad ita modicam dotem filiæ assignandam. Bero. *consil.* 177. *num.* 51. *lib.* 1. Non enim nouum est, quòd parentes filiam decipiant, vt opulentiores filios relinquant. *l. cum dotem, §. eo autem tempore, ff. solut. matrimon.*

Igitur quando Statutum prohibet, ne filia quid possit vltra dotem petere, & quod testamentum patris semper sustineatur, nec possit per quamcumque causam, seu alio modo impugnari, intelligitur dummodo in assignatione dotis cesset dolus verus, vel præsumptus, qui ex enormi læsione arguitur. Bart. *in l. fin. ff. de præc. stipul.* Nam aliter dictio *semper* non extenditur, seu potius restringitur secundum naturam actus, cui adijcitur. *l. si* & ibi Doctores, *ff. solut. matrim. l. in rebus, §. vlt. C. de iur. dot.* Tiraquell. *de retract. conuent. §. glos.* 2. *num.* 10. *cum seq.* Et verba generalia reducuntur ad habilitatem. late Euerard. *in loc. à generalitate*, & prohibitio testatoris non excludit filiam a petitione eius quod sibi debetur. Dec. *consil.* 180. *num.* 2. Cephal. *dicto consil.* 142. *num.* 18. Vnde verba Statuti debent intelligi secundum æquum, & locum bonum, etiam si opus sit illa restringere, vel impropriare. *l. scire oportet, §. aliud autem, ff. de excus. tut. l. nam absurdum, de bon. libert.* Bart. *in l. non dubium, C. de leg.* Et quantum fieri potest, cum prędicta recipiant interpretationem legalem. Bart. Bald. Castren. & Ias. *in l. stipulatus sum damna, ff. de verbor. obligat.* Ita quod in ijs interpretandis præcipue hoc attenditur ne possint a sapiente reprehendi. *l. saluus, ff. de leg. præstand.* Socin. *consil.* 84. *vers. sixtò mouetur, lib.* 1. Quòd si ad corticem verborum Statuti esset inhærendum, absurdum sequeretur quod filiæ, etiam in vno aureo dotatæ, non possent de iniquitate, & fraude patris conqueri, dum a petitione supplementi congruæ dotis excluderentur.

Denegabitur igitur filiæ actio ad supplementum, si dotis constitutio facta a patre non continebit excessum, & enormissimam læsionem: quod eq uidem videri non debet nouum: quia et am in compromissis, si apponantur prægnantissima, & concludentissima verba, per quæ appareat partes ab ipsis reclamare prohiberi, nihilominus si de enormissima læsione constet, non obstantibus clausulis in amplissima forma positis, potest per partes peti quòd laudem ad arbitrium boni viri reducatur. Bald. *in l. cum antea, col.* 3. *de arbitr.* Dec. *consil.* 39. *num.* 6. *cum similib.*

Nec obstant decisiones, de quibus in præsuppositis. Quia in illis præsumebatur legitimam Bernardinæ in sic quingentorum ducatorum; Cùm tamen ex facti serie constet ipsi quorumuis, stante quod Ioannes Petrus decesserit, habens in bonis duodecimmillia, relicto filio hærede, & vnica filia Bernardina quod secit legitimã vtriusque fuisse trientem.

Et ex his Dominj recesserunt a resolutionibus factis coram D. de Grassis, & bon. memor. Laurerano.

Reuerendiss. D Coccino Decano.

Romana de Tagliettis.

Lunæ 25. *Iunij* 1635.

EPITOME.

Hæres grauatus an teneatur præstare substituto, cautionem de restituendo, etiam ratione Legitimæ, & Trebellianicæ: & an sufficiat cautio iuratoria. Statutum excludens feminas dotatas a petitione supplementi Legitimæ, an habeat locum in femina forensi ad fauorem masculi agnati subditi Statuto. Multa de prohibitione Legitimæ: &, prohibita Falcidia, censeaturne prohibita Trebellianica?

Ad Cap. 141.

DECISIO XCVII.

BOnæ memoriæ Ioannes Franciscus Tagliettus Originarius Civis Romanus, qui per multos annos habitauit in Ciuitate Florentiæ, vbi

vbi decessit, habens in Vrbe diuersa loca Montium, necnon Censum & aliqua credita, instituit sibi hæredes Violantem, & Flauiam filias iam nuptas, easque sine filijs masculis, & decedentes ad inuicem substituit; & post earum mortem substituit Ioannem Taglierrum ex Fantino fratre nepotem Romanum, vt constat ex partita extracta ex libris baptismi, eiusque filios, & descendentes masculos, feminas verò mandauit dotari; & hac linea finita alios vocauit, & prohibuit substitutis, & substitutis quamuis alienationem bonorum suorum, nisi ad effectum dotandi filias feminas ipsarum Violantis, & Flauiæ.

Sed cùm voluerit quòd instituti, & substituti possint vendere loca Montium, & alia bona existentia, ita tamen vt pretium inuestiretur in stabilibus cautis, & securis in Ciuitate, & districtu Florentiæ sub vinculo eiusdem fideicommissi, & hodie dictæ Violantes, & Flauia hæredes institutæ iactent se velle dicta bona alienare; Dubitaui an teneantur cauere de restituendo substitutis, etiam respectu portionum, quæ aliàs essent debitæ ratione Legitimæ, & Trebellianicæ? Et Domini bis proposita causa, solo Ioanne informante, affirmatiuè responderunt.

Quantum enim attinet ad primam partem dubij, cùm constet Ioannem esse substitutum, non est illi deneganda cautio per hæredem gratuatum. *l. 1. & l. certa est forma, C. vt in possess. legator.* cum alijs concordantibus congestis per Gomez *ad legem Tauri* 40. *num.* 78. Alciat. *consil.* 30. *num.* 3. *lib.* 9. Cephal. *cons.* 619. *num.* 6. Ioseph Ludouic. *decis. Perusin.* 63. *num.* 1. *& seqq.* Morotius *cons.* 31. *num.* 18. & fuit latè deductum *in causa Romana Fideicommissi de Sabellis*, 10. *Aprilis* 1620. *coram bo. mem. Cardin. Virili*, quæ loquitur in terminis locorum montium, mobilium, & aliorum se mouentium.

Nec facit quòd filij primi gradus non teneantur cauere quando sunt grauati restituere fratribus aut proprijs filijs, vt in *l. iubemus, §. in supradicto, C. ad Trebell.* Quia licet hoc sit verũ, tamen non facit ad punctum, cùm dictæ filiæ gratuatæ sint restituere etiam extraneo, nempe Ioanni nepoti ex fratre Testatoris. Abb. *cons.* 79. *per tot. lib.* 1. Alex. ad Bart. *in dicta l. iubemus, in prima additione, vers. adde dum bis dicitur*, & ibi etiam Cinus in fine. Coro. *num.* 16. *ad finem cum seqq.* vbi dicit indubitatam esse quoad cautionem, licèt quæstio sit circa imputationem fructuum, & dixit Rota *in præcitata causa Romana de Sabellis*.

Et prædicta adeo vera sunt, vt non sufficiat, cautio iuratoria, sed debeãt dari fideiussores. Bertrand. *cons.* 108. *num.* 4. *versic. & ad satisdationem, par.* 2. Abb. *dicto cons.* 79. *post princ. lib.* 1. Gomez *ad dictam l.* 40. *Tauri, num.* 78. *post princip.* Molin. *de primogen. Hispan. lib.* 1. *cap.* 15 *num.* 14. Cuiacius *lib.* 9. *obseruat. cap.* 5. Henrig. *de fideiuss. cap.* 5. *num.* 73. *in fine.* Ioseph Ludouic. *dicta decis. Perusin.* 63. *num.* 10. *& seqq.*

Neque obstat quòd Testator voluerit bona posse vendi, & inuestiri in Statu Serenissimi Magni Ducis. Quia hoc non facit, immo eo magis debetur cautio ad seruandum indemnem fideicommissarium, sicuti debetur cautio etiam quod Testator mandet rationes minimè reuideri. Codex Fabrianus *lib.* 6. *tit.* 31. *diffinit.* 1. & magis in specie Bardellon. *cons.* 6. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 1.

Quantum attinet ad secundam partem dubij, An prædicta cautio debeat præstari etiam respectu Legitimæ, & Trebellianicæ: respectu Trebellianicæ affirmatiuè fuit responsum, quia ex prohibitione alienationis amplissima, censetur quoque prohibita Trebellianica. Gabriel. *consil.* 87. *num.* 3. *& seqq. lib.* 2. Peregrin. *consil.* 68. *per tot. lib.* 1. *& signanter sub num.* 5. vbi de magis communi tractatur. Morotius *cons.* 67. *num.* 3. *& seqq.* vbi de receptiori. Gerius Spinus *consil* 40. *num.* 21. *lib.* 1. Bellonus iun. *cons.* 17. *num* 92. *& seqq.* Rota *decis.* 313. *num.* 2. *par.* 2. *& decis.* 505. *num.* 3. *vers. quibus additur, par.* 4. *diuersor. & decis.* 575. *num.* 3. *par.* 2. *recentior. & decis.* 462. *num.* 4. *par.* 2. *in postbum. & in decis. mea impressa* 253. *num.* 2. *& seqq.* vbi de veriori, & magis communi: & idem repetitur in *decis.* 300. *num.* 2. & est decis. etiam *Card. Canalery bo. me.* 540. *num.* 5.

Nec refert quod versemur in filijs primi gradus: quia etiam istis potest prohiberi, vt allegãdo pro hac sententia quadraginta Doctores tenet. Menoch. *in cons.* 1141. *num.* 17. Bellon. iun. *cons.* 57. *num.* 16. vbi quod omnia fere Tribunalia Italiæ sequuntur hanc sententiam; eamque perpetuò tenuit Rota, Crescen. *dec.* 2. *de testamen.* Saruen. *decis.* 95. *lib.* 1. Cardin. Mantica *decis.* 348. *num.* 1. Seraphinus *decis.* 553. & *decis.* 570. *num.* 1. Rota *diuersor. dicta decis.* 313. *num.* 1. *par.* 2. & *dicta decis.* 505. *nu.* 2. *par.* 4. & *decis.* 574. *nu.* 3. *par.* 2. *recent.* sanctæ me. Gregor. *decis.* 421. *num.* 10. & est dicta decisio mea impressa 253. *num.* 5. & fuit resolutum *coram me in causa Neapolitana Hæreditatis*, 19. *Iuny* 1613. Neque stylus de partibus est attendendus, qui tenet contrarium, vt dixit Rota in *causa Bononien. de Morattis*, 23. *Iuny* 1614. *coram Eminentissimo Domino meo Cardinale Verospio, & in causa Bononien. de Catanets*, apud Merlinum *de Legitima, decis.* 2. *num.* 2.

Respectu vero Legitimæ resolutio pendet a duabus inspectionibus: prima vt videatur an Statutum Vrbis 141. *lib.* 1. quod verbis claris excludit feminas dotatas à petitione supplementi legitimæ, habeat locum quando testator habet bona in loco Statuti: quod in casu nostro disponit quòd filiæ feminæ dotatæ à patre, vel auo sint contentę dotibus, quas pater vel auus earum in testamento vel alia vltima voluntate, seu inter viuos dederit vel reliquerit; nec occasione Falcidiæ aut supplementi debiti de iure naturæ possint aliquid petere ab hæredibus patris vel aui, de agnatione etiam transuersali. Secunda inspectio, est vt videatur an filiæ feminæ, etiam in hoc casu in quo fuerunt hæredes institutæ, excludantur à petitione supplementi legitimæ.

Circa primam inspectionem verba Statuti sũt clara, quòd fauore agnationis feminæ excludantur a petitione supplementi legitimæ. Vnde punctus stat solum in eo an prædictum Statutum possit operari in hoc casu in quo grauatus est forensis; agnatus, Romanus, & bona sita sunt in

Vrbe.

Vibe. Et Domini censuerunt Statutum habere locum etiam in hoc casu, & excludere feminas forenses fauore masculi agnati subdici Statuto. Ancharan. *in repetit. cap. Canonum Statuta. n.* 214. *vers. quaro iuxta prædicta, & num.* 215. *de constit.* qui testatur de communi, Brun. *in tract. de Statut. exclusiuo femin. stant. masculis, artic.* 6. *num.* 8. *vers. idem narrat Petrus de Ancharano, & num.* 10. vbi quod apud antiquos ista opinio fuit communior, *& num.* 16. *versic. in hac difficultate*, vbi pariter testatur de magis communi, prout etiam testatur Socin. iun. *consil.* 62. *num.* 2. *lib.* 3. Natta *conf.* 148. & 149. per totum plenè. Sylu. est er Aldobrandin. *conf.* 2. *nu.* 7. *in* 2. *dubio per totum lib.* 1. vbi pariter de communi. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 2. *quæst.* 4. *num.* 49. vbi quod iste casus est indubitabilis. latè Surd. *conf.* 343. *nu.* 7. *cum seqq.* & *conf* 553. *nu.* 17. Rot. *decis.* 304. *par.* 1. *diuers. nu.* 3. & 9. & fuit resolutum *in causa Spoletana Bonorum*, 20. *Februarij* 1568. *coram Robusterio, & in alia Ferrarien. de Tassonis*, 18. *Martij* 1630. *coram R. P. D. meo Pirouano.* Addentes ad decis. 255. S. mem. Gregor. *nu* 8. *vers. difficultas est si masculi sint Ciues, & femina forenses*

Et ratio huius opinionis est, quòd cùm respectu bonorum subiectorum Statuto non deficiat potestas in exclusione forensis, non attenditur distinctio verbalis, an Statutum sit conceptum in personam, vel in rem: quia semper effectus Statuti in ista exclusione est prospicere ne bona transeant in feminas pro conseruatione familiæ subiectæ statuentibus: quæ ratio expresse legitur in aliquibus Statutis, vt in Statuto Ferrarien. ibi, *vt conseruetur dignitas, & amplitudo in familia, quæ non depauperetur propter feminas transeuntes* [illegible] *plurimum ad alienas familias*: quæ ratio tacitè subintelligitur in aliis Statutis. Vnde si excluduntur feminę Ciues propter masculos Ciues, eo magis debent excludi feminæ forenses propter masculos Ciues. Cephal. *consil.* 306. *num.* 62.

Nec obstat quod contrarium teneant Calderin. *conf.* 34. *de testamen.* Ancharan. *consil.* 157. *num.* 4. Alex *conf.* 44. *num.* 3. *lib.* 5. Barbatia, *conf.* 66. *lib.* 3. qui mouentur ea ratione videlicet, quod cum Statutum disponat circa personas, non videtur comprehendere forensem, vt est cõmunis opinio Doctorum, de quibus per Rotam *in decis.* 404 *num.* 1. *par.* 1. *diuers. & in decis.* 580. quæ est in eadem dicta *par.* 1. Bart. qui generaliter tenet hanc opinionem sic distinguendo *in l. cunctos populos, num.* 33. *C. de summ. Trinit. & fide catbol.* Huic eam obiectioni fuit responsum, prædictam rationem non applicari in hoc casu: quia quicquid sit in aliis materijs, de quibus loquitur Rota in dictis decisionibus, non applicatur ad casum nostrum quando agitur de successione bonorum, quia tunc semper Statutum videtur reale, & non personale, quamuis verba sint directa in personam; vt contra Bartol. *in dicta l. cunctos populos*, tenet Rota *in dicta decis.* 404. *num.* 3. *par.* 1. *diuers.* & fuit resolutum *in causa Balneoregien. Bonorum*, 16. *May* 1594. *coram recol. mem. Hieronymo Cardinali Pamphilio*, S. mem. Gregor. *dicta decis.* 255. *nu.* 6. & fuit resolutum *in causa Collen. Hereditatis*, 10. *Iun.* 1616. *coram bo. me. Buratto.* Quoniam non cortex verborum, sed facultas statuentiũ, quod ex principaliter ipsi statuẽtes intellexerint, attẽdendum est, & verba indaganda essent si quæstio fuisset voluntatis, quæ verbis declaratur, & extenditur. *l. Paulus, §. non tantum verbis, ff. rem ratam haberi, capit. is autem* 22. *quæst.* 2. Aymo *cons.* 20. *num.* 2. Secus autem dum quæstio est potestatis: & propterea fere omnes Doctores reprobant distinctionem Bartoli, qui tenet Statutum non porrigere vires extra Territorium; & potius verbale m, quam iuridicam, redarguunt. Aretin. *in l. iuste possidet, sub num.* 3. *vers. propterea illa differentia. ff. de acquir. possess.* Socin. iun. *conf.* 25. *num.* 13. *in fine, lib.* 3. Decianus *conf.* 71. *num.* 7. *lib.* 2. & in terminis Statuti Ferrarien. *conf.* 309. per totum præsertim *nu.* 47. & latissimè, & doctè fuit ponderatum *in causa Narnien. Successionis*, 22. *May* 1628. *coram R. P. D meo Merlino. & in dicta causa Ferrarien. de Tassonibus* 18. *Martij* 1630. *coram R. P. D. meo Pirouano.*

Circa secundam inspectionem, an ex quo feminæ sunt institutæ, possint petere legitimam, difficultatem videbatur facere, quia Statutum est factum fauore agnationis; Vnde sicuti quando instituitur extraneos, filiæ possunt petere supplementum legitimæ, vt fuit resolutum *in causa Romana supplementi legitimæ*, 18. *Iunij* 1613. *coram bo. mem. Cardinali Sacrato*; Ita videtur posse petere dictum supplementum, cum ipsemet filiæ fuerint institutæ, & sic cessat fauor agnationis. Cæterum contrarium dixerunt Domini in casu de quo agitur: quia licet agnati non fuerint instituti, tamen est quod fuerint substituti, vt intret dispositio Statuti, quæ non restringitur vt habeat locum quando agnati immediatè sunt instituti, sed etiam quando mediatè; quia facta restitutione substituti vniuersales dicuntur hæredes testatoris, non autem grauati. *§. restituta in fin. de fideicomm. hæred.* Bald. *consil.* 79. *incip. casus talis est Zeno, in princip. lib.* 1. Corn. *cons.* 146. *in princip. lib.* 2. Boer. *decis.* 156 *nu.* 10 Decian. *consil.* 21. *num.* 35. *lib.* 2. Alexander *consil.* 64. *in princip. lib.* 5. Et sic cum Statutum loquatur fauore agnationis, satis adest ipsius fauor, cum dicti agnati sint simpliciter substituti femmis.

Et Statutum videtur clare hoc disponere, dum dicit quod *filiæ nec occasione Falcidiæ, seu supplementi debiti iure naturæ possint aliquid petere ab hæredibus patris, vel aui, de agnatione etiam transuersali, vltra id quod pater, vel auus earum reliquit, seu dedit in vita; sed semper testamentum, & vltima voluntas patris, vel auiretur habeat &c.* Quare cum fuerit feminis relicta proprietas cum onere fideicommissi, & fideicommissarij, vt dictum est, dicantur hæredes, & nihil ab eis filiæ possint petere, nec etiam ratione Falcidiæ; præsupponit Statutum quod potuerint hæredes institui, cum Falcidia pertineat solum ad hæredem vniuersalem. *l. 1 ff. ad legem Falcid. §. 1. institut. eodem.* Doct. *in l. nemo potest, ff. de legatis* 1. Nec est mirum quod Statutum nihil dicat de Trebellianica: quia cùm Statutum

totum dicat quod filiæ nihil petere possint vltra id quod pater vel auus reliquerit, vel dederit in vita, sequitur quod nec possint petere Trebellianicam, & quod prohibitio Falcidiæ fuerit expressa ad maiorem declarationem, vt colligitur ex textu *in §. vlt. Auth. vt sponsalitia largitas Auth. sed & in ea, C. ad legem falcidiam*; quibus locis dicitur quòd ex prohibitione alienationis censetur prohibita Falcidia, & *in d. Auth. sed & in ea*, & ibi Baldus, dicit quod licet textus loquatur quòd ex prohibitione alienationis censetur prohibita Falcidia, nihilominus etiam censetur prohibita Trebellianica; & dicit hunc casum esse singularem & notabilem, licet Doctores, & Aduocati communiter non aduertant: & idem dicit Salicet. *ibi* & Alex. *in apostillis*, & alij cumulati per Cardinalem Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 12. num. 19.* Gabr. *de 1 rebellion. conclus. 9.* & fuit dictum coram me *in causa Fulginaten. Fideicommissi*, 5. *Decembris* 1605. ita in proposito, cum ex prohibitione Falcidiæ, Statutum censeatur disponere etiam quòd agnati non sint immediate instituti: tamen cùm feminæ debeant acquiescere testamento paterno, sicuti expresse est prohibita Falcidia, ita debet etiam censeri prohibita Trebellianica, quæ etiam filijs primi gradus potest prohiberi. Cassad. *decis. 4. de testament.* cum alijs congestis *in dicta causa Fulginaten. Fideicommissi coram me.* Et sic clarè patet, quòd Statutum procedit etiam in casu quo agnati sint substituti.

Et hæc dicta sint pro declaratione & intelligentia Statuti. Si enim, circumscripto Statuto, disputandum esset de dispositione testatoris, an voluerit prohibere Trebellianicam; certa est illius voluntas prohibendi; cùm, vt supra dictum fuit, prohibuerit alienationem, ex qua censetur prohibita Trebellianica, quæ filijs primo gradus potest prohiberi, vt late deductum fuit *in dicta causa Fulginaten.* quæ est 253. in meis impressis.

Et ita conclusum.

Aldobrandino, postea Clemente Octauo.

Romana de Lante.

Lunæ, 28. *Aprilis* 1578.

EPITOME.

De renunciatione & cessione filiæ feminæ, an quod illi diminutum est de sua Legitima, cadat sub fideicommisso paterno; vel potius faciat partem ad fauorem masculorum.

Ad Cap. 141.

DECISIO XCVIII.

DOmini distinxerunt propositam materiam in duabus difficultatibus. Prima fuit, num Ioanna partem faciat ad fauorem masculorum, ad effectum vt legitima omnium filiorum sit semis, quæ alias esset triens: & altera fuit, num illud quod ipsa minus sua portione habuit, ex dicta Legitima, siue ea sit triens, siue semis, accrescat masculis, vel potius cadat sub fideicommisso paterno.

Et incipiendo ab illa secunda difficultate, quã informantes vtriusque partis tangunt, concluserunt, Totum illud, quod minus habuit, impinguare fideicommissum. Ratio fuit, quia stante præsuppositò quòd pater receperit renunciationem Ioannæ pro se hæredibus, & successoribus quibuscunque; sequitur quòd illud quod ipsa renunciauit patri, fuerit acquisitum pro se, & quibuscunque suis successoribus, adeo vt de eo ad libitum disponere potuerit, & consequenter potuerit totum illud onere fideicommissi subijcere, prout fecit: & hæc est regula generalis, quòd huiusmodi pacta prosunt illis, ad quorum fauorem fiunt, non alijs. Bald. Alex. Castr. *in l. si actione, C. de pact.*

Et licèt hoc limiteretur, quando filia renunciat ante aditam hæreditatem: quia cùm tunc renunciatio faciat haberi perinde ac si hæreditas delata non esset, cuius portio consequenter accrescit cæteris filijs per ius accrescendi, quod habet locum etiam in Legitima, Federic. de Sen. *cons. 6.* cum allegatis pro parte Plautillæ.

Tamen secundum Doctores hoc non obstat: quia hoc non procedit quando filia recepit dotem, & vocat se contentam; quia tunc videtur in totum successisse. Rom. *in l. qui superstitis, de acquir. hared.* Alex. *in l. pactum, quod dotale, num. 7. C. de collat.* Dec. *cons. 272. num. 7.* Paris. *cons. 26. sub num. 46. lib. 3.* Bellon. *num. 9.* Tum etiam quia hoc casu non versamur in simplici pacto de non succedendo, in quibus terminis procedit supradicta limitatio; sed in cessione, & renunciatione, quæ præsupponit priorem acquisitionem, vt declarat Socin. *cons. 283. num. 3. in secundo*, quem etiam sequitur, & benè declarat Corn. *cons. 272. num. 4. lib. 2.*

Et quamuis spes donari nequeat, tamen vt dicit Socin. *d. cons. 283. num. 2.* tunc non donatur spes succedendi, sed bona hæreditaria per successionem quæsita: & propterea totum hoc, vt dictum est, quod renunciatur, acquiritur ei, cui renunciatur; non autem accrescit fratribus renunciantis. Alex. *cons. 249. num. 5 lib. 7.* & *consil. 34. num. 6. lib. 4.* Paris. *cons. 26. num. 31. lib. 3.* Rip. *in l. re coniuncti, num. 210. de leg. 3.* quod maiorem recipit dubitationem stante dispositione paternâ, vt per Aym. *cons. 28. col. fin.* & *consil. 289. col. 2.*

Non obstat quòd ista renunciatio habeat tacitam conditionem, si deferatur hæreditas, vt per Socin. & Corn. supra allegg. & quod stante Statuto filiam etiam ab intestato excludente, non potuerit Ioannæ deferri hæreditas. Quia cùm renunciatio fuerit facta recepta dote, censetur pater præuenire causam mortis; quod

facere potuit. Curt. sen. *cons.* 83. *sub num.* 3. & dedisse legitimam filiæ, quam sibi filia donauit, recepta illa dote; & consequenter frustra tractatur de delatione. Cessat etiam obiectum ex quo pater disposuit de huiusmodi bonis: potest enim pater recipere soluta dote renunciationem filiæ, ita vt ipse possit disponere de eo, quod filiæ deberi potuisset. Aym. *d. cons.* 288. & 289.

Non obstat quòd pater illam cognouerit in suam, instituendo ipsam vti filiam. Quia non simpliciter agnouit, sed limitatè cum hoc, quod filijs petere nequeat. Paris. *cons.* 84. *num.* 15. & *seq. lib.* 2. Non enim recedit pater à priori voluntate, quam habuit quando filiæ renunciationem recepit pro se, & quibuscunque suis hæredibus, & successoribus, ex quo illam instituit tantummodo hæredem in dote, quam tibi dedit tempore renunciationis, ac prohibuit ne plus petere posset.

Nec obstat decisio *in causa Albanensi.* Quia in ea non concurrebat renunciatio filiæ, quæ concurrit in hoc casu, quæ tollit effectum huius agnitionis, ex quo prius pater portionem filiæ mediante illa renunciatione acquisiuerat, ita vt de ea ad libitum disponere posset, vt est dictum: à qua voluntate in nihilo per dictam institutionem discedit.

Quo vero ad primam difficultatem, quæ non tangebatur ab informantibus, quam videtur tangere Fab. *in auth. nouissima, num.* 278. *C. de inoff. testam.* Domini dixerunt, illam particulariter esse videndam. Et alij inclinabant quod legitima esset semis: quia cùm stante numero filiorum tanta esset, videbatur difficile quòd factũ filiæ renunciantis posset præiudicare reliquis filijs, & minuere sibi legitimam; quod videtur esse de mente Paul. de Castr. *in l. planè, §. si duob. n. 5. in fin. de leg.* 1. Aliqui tamen dubitabant de hoc, stante Statuto de successione ab intestato, ac huiusmodi renunciatione: quo casu redditur omnino insuccessibilis filia. Et propterea super hoc dixerunt amplius cogitandum.

Reuerendiss. D. Coccino Decano.

Romana de Lante.

Mercurij, 14. *Martij* 1635.

EPITOME.

Augmentum Legitimæ feminarum in casu Statuti excludentis feminas dotatas &c. non fit per ius accrescendi, sed venit in restitutione fideicommissi: nec potest pater de eo disponere ad fauorem extraneorum. Declaratur Statutum Vrbis lib. 1. cap. 82. in antiq.

Legitima an possit grauari fideicommisso. Interpretatio ad text. in l. humanitatis, C. de impuber. & al. substitut.

Ad Cap. 141.

DECISIO XCIX.

STatutum antiquum Vrbis *cap.* 82. *lib.* 1. disponit quòd filiæ feminæ, vel neptes natæ ex filijs præmortuis, seu filiabus, dotatæ à patre, vel auo, sint contentæ dotibus, quas pater vel auus in testamento, vel alia vltima voluntate, seu inter viuos dederit; nec occasione Falcidiæ, seu supplementi debiti iure naturæ, possint aliquid ab hæredibus patris petere, hoc est à descendentibus masculis hæredibus. Gabriel. *consil.* 11. *num.* 4 *in fin.* & *nu.* 10. *vers. & consequenter*, & *num.* 18. *in princ. lib.* 1 & fuit resolutum in hac causa 11. *Martij*, & 19. *Nouembris* 1576. *coram sanctæ memoriæ Clemente Octauo*. Et cùm vigente dicto Statuto obierit bon. mem. Michael Lantes, relictis quinque filijs, tribus masculis, & duabus feminis, Victoriaque filiæ reliquerit dotem, quæ non ascendebat ad quantitatem Legitimæ; ideo dubitaui, An id quod ex portione dictæ Victoriæ accreuit Legitimæ masculorum, potuerit per d. bon. mem. Michaelem grauari.

Et tota difficultas consistit in eo, quod fuit in hac causa resolutum corã san. me. Clemente viij. vt in *decis.* 226. *par.* 1. *diuers.* feminas à Statuto exclusas tacere partem ad fauorem masculorum; ita vt cùm dictus Michael reliquerit tres masculos, & duas feminas, legitima transiret de triente in semissem. Auth. *de trient. & semiss. §.* 1. Auth. *nouissima, C. de inoff. testam.* & ex eo feminas facere partem ad fauorem masculorum, quia Statutum intelligitur ad eorumdem masculorum fauorem; ita vt quod detrahitur à feminis, debeatur masculis. Vnde cùm pater reliquerit Victoriæ dotem titulo institutionis, & prohibuerit ne plus petere posset, etiam ratione Legitimæ, concurrente cum tali prohibitione dispositione Statuti, dos succedit loco Legitimæ, vt sentit etiam Ludouicus Morotius *cons.* 23. *nu.* 20 qui *num.* 22. dicit, quod illud plus sublatum per Statutum mulieri, accrescit masculis, non autem auget fideicommissum. Curt. iun. *cons.* 268 *num.* 30. *vsque ad finem*, cum alijs pluribus cumulatis per Rouitum *cons.* 70. *nu.* 4. & *seqq. lib.* 1 quod etiam simpliciter dixit decisio san. me. Clementis. Et ratio huius dicti est, quia cùm ius accrescendi habeat locum etiam in legitima, sicut legitima non venit in restitutione fideicommissi, ita nec eius augmentum. Curt. iun. *loco præallato nu.* 53. Morotius *d. n.* 22. & propterea pater huic augmento non potuit adijcere onus fideicõmissi. Thesaur. *decis.* 159. *in fin.* Calder. *cons.* 32. *de testam.* & fuit dictum *in causa Firmana Legitimæ*, 30. *Octob.* 1617. *coram bo. me. Francisco Vbaldo*, quę est *dec.* 74. *n.* 10. apud Merlinum *de Legitima*.

His tamen non obstantibus censuerunt Domini illud plus, quod ex portione Victoriæ accreuit Legitimę masculorum, potuisse grauari, ea ratione, quia

ne, quia fœminæ ex dispositione istius Statuti non augent legitimam filiorum simpliciter ex iure accrescendi, sed beneficio Statuti, vt est magis recepta opinio. Bruno, qui alios recenset, *de Statut. exclus. femin. art. 13. num. 44. 45. & 46* vbi de veriori opinione. Cephal. *cons. 245. n. 34* Decian. *resp. 46. à num. 31. vsque ad 36. lib. 3.* vbi de comm. ita Curtius iun. *d. cons. 258. nu. 50.* Gabriel *cons. 15. num. 2. lib. 1.* Morotius *d. consil. 23. num. 22. lib. 1.* Ideo perpendenda sunt verba Statuti, & videndum quid super hoc disponat, cùm Statuta sint propriè intelligenda, & strictè, vt per Doctores *in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. & in l. non dubium, C. de legib.* & latè exornat Alderan. Mascard. *de Statutis concl. 4. per tot.*

Præfatum igitur Statutum disponit, quòd fœmina vltra dotem datam, aut relictam, etiam ratione supplementi debiti iure naturæ, aliquid petere minimè possint ab hæredibus patris, hoc est à descendentibus masculis hæredibus, vt supra dictum fuit. Et propterea, licèt verba, quoad idè supplementum sint directa in descendentes masculos, hoc tamen non est intelligendum simpliciter, sed in descendentes masculos hæredes: quæ verba cùm importent successionem, non tribuũt nouum ius descendentibus masculis, prout esset si Statutum diceret, descendentes masculi habeant, vt benè ad propositum Carer. *in cons. 82. nu. 2. vers. ad id autem, lib. 1.* & *in l. fictum dotem in prin. nu. 11. ff. solut. matrim.* vbi quòd si Statutum dicat, mortua vxore superstitibus ex ea filiis, liberi succedano in dote; intelligitur succedant, si in testatur; sed non contra voluntatem patris, si alios instituerit: & hoc dictum sequitur Angel. *in cons. 81. num. 2. in fine, vers. sentio, quia.* & *cons. 82. num. 1. in prine.* Cumanus *cons. 48. num. 12. cons. 127. nu. 13. & seqq. lib. 1.* Curtius *cons. 216. num. 7. vers. vlt. ista conclusio.* Cagnol. *in l. final. num. 10. C. de pactis.* Roland. *cons. 72. nu. 51. & 61. lib. 1.* Olasc. *decis. 20. nu. 3. & 7. vers. non obstante.* Thesaur. *decis. 34. num. 2. & 3. vers. quod quidem Statutum.*

Et in propriis terminis expressè idem sentit Curtius iun. *d. cons. 268. num. 52.* dum respondet doctrinæ Alexandri *in l. plane, §. si duobus, ff. de legat. 1. col. penult. num. 5. vers. aduerte, quia si verum esset:* qui tenet quòd ea, quæ accrescunt, veniant in restitutione fideicommissi, dicens quod tale augmentum non fit per ius accrescendi, sed auctoritate Statuti: In quibus terminis adest diuersitatis ratio: quia quando prouenit per ius accrescendi, venit ex iudicio testatoris, ideo nil mirum si veniat in restitutione fideicommissi: secus autem quando venit ex mera legis dispositione. Quæ rationes optimè faciunt ad interpretationem Statuti, de quo agitur: quia descendentes masculi non veniunt simpliciter ad illud augmentum, quod detrahitur ex legitima filiæ, ex dispositione Statuti, mera institutione patris; quæ cessante, augmentum non est debitum, vt supra probatum fuit.

Quæ opinio etiam facit ad interpretationem huius Statuti alia responsio Curtij ad eandem doctrinam Alexandri, vt procedat quando dictum augmentum fieret hæreditati, & ita cuique suo

-tuti, de quo agitur: quia cùm augmentum debeatur filiis hæredibus, vtique hæreditati debetur, non simpliciter legitimæ filiorum. Et retento huiusmodi intellectu, optimè etiam facit ad casum nostrum doctrina Alexandri *loco citato*, & benè etiam Gabr. *in cons. 15. num. 23.* in hac, vbi tenet quòd id quod detrahitur ex legitima fœminæ, non accrescit legitimæ masculorum: quod est intelligendum quando debetur hæreditati, quia alias hoc dictum esset contra communem; vt aduertit etiam ipse Gabriel. & notat Morotius *d. cons. 23. num. 22. in fine*.

Cùm igitur illud plus, quod erat debitum Victoriæ ad integram quantitatem legitimæ, vigore Statuti spectaret ad filios masculos Michaelis, non vti ad filios simpliciter, sed vti ad filios hæredes, potuit fideicommisso grauari, cùm hoc onus non sit censendum propriè onus: quia onus illud propriè dicitur, quod apponitur portioni, quam quis de necessitate tenetur relinquere, scilicet quoad legitimam de iure communi debitam; secus vero si quoad alia imponatur. *l. scimus, §. cum autem, C. de inoff. testam.* & propterea illud augmentum potuit grauari: quia nõ solum qui honoratur, verum etiam is, à quo commodum non aufertur, cùm adimi potuerit, grauari permittitur. *l. 1. §. ij quibus, vers. sciendum, & ibi* glos. *in verb. adimitur, de legat. 3.* Anton. Quesada *quæstionum iuris, c. 6. nu. 15.* Molin. *de primog. Hispan. lib. 2. cap. 4. num. 11. & seqq.* Io. Lup. *in l. 27. Tauri num. 11. & 29* Pelaez *de maior. par. 1. quæst. 71. num. 45. & seqq.*

Et quòd commodum dicti augmenti potuisset per patrem auferri à quibusdam ex filiis, licèt non ab omnibus, satis patet, vt in terminis legis Regni fori, legum *lib. 3. tit. de las mandas, l. 9.* quæ permittit patres posse meliorare filios in tertia parte; intelligitur quòd possit meliorare vnum, vel plures, vt notat ibi Ioan. de Montaluo *in verb. mejorar.* Didac. à Segura *in l. vnum ex familia, §. sed si fundum, num. 191. alias fol. 58. ff. de legat. 2.* Io. Lup. *in l. 19. Tauri nu. 1.* vbi dicit facere doctrinam Bartoli *in l. qui filiabus, §. 1. ff. de legat. 1.* Velasquez *ad l. 27. Tauri glos. 1. num. 7.* & probatur ex *l. humanitatis, C. de impuberum & aliis substit.* vbi parentes, qui filios furiosos, vel mentecaptos exemplariter substituunt, deficientibus liberis mentecapti, tenentur illi substituere alios fratres eiusdem; possint tamen dicti parentes vnum ex cæteris, vel omnes substituere. Et quamuis secundum communem sententiam contra Bartolum, de qua Rip. *in l. ex facto, num. 57. ff. de vulgar. & pupill. substit.* sit de essentia illius legis, vt substitutio fiat personæ, cui debeatur legitima, ibi, *liceat eisdem parentibus legitimam portionem*, Tellus Hernandez *ad l. 27. Tauri, nu. 61. vers. & primo de essentia*: Tamen hoc benè applicatur, cùm filiæ fœminæ aliis sit debita legitima: & versamur extra istam difficultatem, cùm satis sit quòd ex institutione facta per patrem in consequentiam istud augmentum possit spectare ad omnes: ergo si in consequentiam ex institutione omnium potest spectare ad omnes, poterit etiam ex institutione vnius, vel aliquorum spectare ad dictos institutos:

& sic bene intrat ratio d. legis humanitatis: nec est opus quod concurrant alia requisita, cum non agatur de substitutione exemplari.

Non obstat, quòd sicut legitima non recipit onus, ita nec augmentum, cùm pater non possit præiudicare filijs in ipso augmento, ex suprà allegatis. Quia hoc esset considerandum in augmento simpliciter debito filijs, non autem in augmento debito filijs, vel hæredibus, de quo cùm pater possit disponere instituendo magis vnum, quam alium, istud augmentum dicitur Legitima respectu extraneorum, quia illis non potest relinqui, cùm Statutum sit factum fauore masculorum, non item respectu extraneorum; vt in simili de dicto augmento, de quo pater potest disponere ad fauorem filiorum, quòd respectu extraneorum sit legitima, ita vt pater ad fauorem illorum minime possit disponere; secus autem ad fauorem filiorum, cùm ad fauorem aliquorum, licèt non omnium, possit disponere, Didac. de Segura *in l. vnum ex familia. §. si fundum fol.* 18. *col.* 1 *in fin. vers.* 2. *post. alias nu.* 52. & 53. Io. Lup. *ad d. l. Tauri* 27. *num.* 4. & 24. Velasquez *glos.* 2. *nu.* 6. Tellius Fernandez. *nu.* 6. *vers. & primo*, ibi *ad tertium licet habeat effectū legitimæ.* Machienz *in l.* 9. *tit* 6. *lib.* 5. *noua recopilationis. num.* 2. *glos.* 1. Christophor de Paz *ad l.* 200. *filii nu.* 6 & 138. Couar. *var. lib.* 1. *cap.* 19 *num.* 4. Peralta *in l. cum patronus. num.* 28. *col.* 2. *vers. nam quoad extraneos, ff. de legat* 2.

Nec valet dicere, quòd illa distinctio non subsistat, cùm Statutum exclusiuum feminarum non habeat locum si filij masculi non sunt hæredes patris, ita vt nec sufficiat potentia. Socin. qui de communi, *in cons.* 35. *nu.* 16. *lib.* 4. Dec *cons.* 296 *nu.* 2. *vers. sed tamen*, & 378. *n.* 2. & 3. & *cons.* 382 *nu.* 4. cum alijs cumulatis per Becc. *in cons* 107. *nu.* 22. *vers. ibi*. Quo stante nec satis est, quòd filius sit institutus in sola legitima. Rota *dec.* 770. *nu.* 5. *par.* 2. *recent.* Seraph. *decis.* 885. *nu.* 1. *in fin.* & n. 2. vel in re certa. Bald. *in l. liberti, libertaq;* n. 32. *vers. si vero dixit hæredibus, C. de oper. libertor.* & *cons.* 455. *n.* 1. *vers. ideo nomen hæredis. lib.* 3.

Hinc enim fundamento fuit responsum, verum esse quòd filij debeant esse hæredes, vt excludant feminas, in quibus terminis loquuntur prædicti Doctores: sed hoc non facit, quin illud quod auferetur à masculis, debeatur mero iudicio restatoris, ita vt sit in illius hæreditate, & tunc hæreditati acquiratur, & omnibus filijs simul; nisi pater aliter disposuerit, vt supra ex Curtio dictum fuit: & propterea bene subsistit distinctio prædicta.

Et ita conclusum, vtraque parte informante.

Reuerendiss. D. Coccino Decano.

Romana de Lante.

Veneris 12. *Ianuarij* 1636.

EPITOME.

Filiæ excluſæ à Statuto in gratiam maſculorum, an computentur in eorum numero, ad impinguandam illorum Legitimam? Et quid in caſu Statuti excludentis feminas &c. ad nullius fauorem. Dos debita ex diſpoſitione Statuti excluſiui feminarum an ſuccedat loco Legitimæ. Augmentum Legitimæ feminarum ex Statuto Vrbis an ſpectet ad filios vti hæredes, vel quia hæredes.

ad Cap. 100.

DECISIO C.

VT alias fuit dictum, obijt bon. mem. Michael Lantes, relictis quinque filijs, tribus maſculis, & duabus feminis. Victoria, vna ex dictis filiabus, matrem reliquit, quę non aſcendebat ad quantitatem Legitimæ ei de iure debitæ, remoto Statuto. Quare 14. Martij ſuperioris anni dubitauit, an illud plus, quod ſuiſſet debitum dictæ Victoriæ, veniat ſub fideicommiſſo, vel ſimpliciter impinguet Legitimam maſculorum. Et Domini conſiderunt, venire ſub fideicommiſſo. Hodie autem reproponitur cauſa, tria opponentibus contra decidendum.

Primo, quòd quando filiæ in gratiã maſculorũ, ſunt excluſæ, tunc cõputantur in numero maſculorũ ad impinguãdam illorum Legitimam. Bald. *in l. ſi defunctus*, per illum text. *num.* 1. *C. de ſuis & legit. hared.* Caſtrenſ. pariter *num.* 1. vb. dicit hoc procedere etiamſi Statutum non aliter expreſsè excludere feminas propter maſculos, ſed ſufficere quòd femina contemplatione maſculorum ſit excluſa. Corn. *conſ. num.* 1. Anget. *in §. Papinianus, §. vnde ſi quis. num.* 3. *vers. ſi vero ff. de inoffic. teſtam.* Roman. *in l.* 1. *num.* 63. *vers. in contrarium, C. quando non preſcr. part.* & *in l. huiuſmodi, §. Titio & Mœuio. nu.* 2. *ff. ad leg.* 1. Brun. *de ſtatut excluſ. femin. art.* 13. *q.* 3. *num* 44. qui dicit ita fuiſſe iudicatum. Socin. iun. *conſ.* 2. *num.* 15. *in princ. lib.* 2. Parıſ. *conſ.* 36. *num.* 29. *lib.* 2. Alciat. *conſ.* 31. *nu.* 12. *lib.* 9. Boſi. *de conſtr. publicarum. q.* 2. *in fin.* Cephal. *conſ.* 245. *nu.* 14. Laderch. *conſ.* 8. *num.* 21. & fuit dictum *in cauſa Comitatus Caſtellæ Supplemento Legum. q.* 8. *Aprilis* 1611. *coram bo. me. Horatio Card. Lancellotto*, apud Merlin. *de legit. decis.* 87. licèt ea rationem impreſſio contineat contrariam. Et in nouiſſimo Statuti noui *lib.* 1. *cap.* 141. & 145. fuit dictum *in cauſa Rom. de Mareſcottis*, 14. *Decemb.* 1631. *coram bo. me Card. Veraſio*, quę eſt *decis.* 770. *nu.* 4. *p. 2. recent.* Et tale eſt in caſu noſtro Statutũ antiquũ: diſponit enim quòd filiæ feminę, vel neptes natę ex filijs præmortuis, ſeu filijs, dotatę à patre, vel auo, aut cõtentę doribus, quas pater vel auus earum in teſtamento, vel alia vltima voluntate, ſeu inter viuos, dederit: nec occaſione falcidię, ſeu ſupplementi debiti inde natum, poſſint aliquid

quid ab hæredibus patris petere; hoc est à descendentibus masculis hæredibus. Gabr. *conf.* 10 *nu.* 4. *in fin.* & *n.* 10. *vers.* & *consequenter.* & *n.* 1. *in fin. lib.* 1. & fuit dictum in hac causa, 11. *Maij*, & 19. *Novemb.* 1576. *coram san.me. Clem. viij.*

Secundò dicebatur, quòd licèt quæstio sit, an dos quæ debetur filiæ à Statuto, succedat loco Legitimæ, ex adductis per Peregrin. *de fideicomm. art.* 36. *num.* 21. *& seqq.* Tamen, quando filia exclusa à Statuto est aguita à patre in testamento, prout in casu isto; tunc reassumit iura & effectus suitatis in re illa; ac ideireo non habetur pro extranea, nec pro exhæredata. Alex. *conf.* 131. *n.* 2. *in fin. lib.* 1. & ideo facit numerum & partem. Socin. sen. qui loquitur in terminis Statuti Ferrariæ *conf.* 75. *nu.* 5. *& 6. lib.* 3. Ruin. *conf.* 57. *n.* 5. *lib.* 3. *& vlt. num.* 2. *& 4. eod lib.* 1. vbi determinat Castrens. *conf.* 52 *in* 2. *dub. lib.* 1. *& conf.* 286. *col.* 1 quòd faciant partem & numerum, ex pluribus, & præsertim auctoritate Baldi *in l. pater filiũ, n.* 36. *vers. vlterius quæro ff. de inoffic. testam.* vbi ita tenet in exhæredato, cui pater legauit, nisi legatum repudiet. & dictum Castrensis sequuntur Corn. *conf.* 197. *col.* 2. *& 3. lib.* 1. Laderch. *d. conf.* 8 *n.* 21. *vers. quarus etiã*; & est decisio san.me. Clementis Octaui in hac causa, 266 *par.* 1. *diuers.*

Nec prædictis obstat quòd Socinus sen. *in d. conf.* 75. *num.* 10. *vol.* 3. firmet, quòd in casu quo dos succedit loco Legitimæ, non propterea per Statutum censetur coarctata potestas paterna: quia loquitur contra communem sententiam, vt patet ex prædictis.

Tertiò dicebatur, quòd licet Statutum prædictum dicat, vt feminæ dotatæ nihil plus petere possint ab hæredibus patris; non inde sequitur quòd illud plus, quod deberetur feminis, debeatur masculis vti hæredibus; sed quia hæredibus: & ideo illud plus non venit sub fideicommisso. Et quòd spectet ad hæredes, quia hæredes, non autem vti hæredes, patet: quia hoc plus eis debetur in solidum, vt dixit Rota *in d. causa Ciuitatis Castelli Supplementi Legitimæ, coram bon. me. Card. Lancellotto*, dũ voluit illud plus deberi masculis per ius non decrescendi: quando enim aliquid debetur in solidum, deberi hæredibus, quia hæredibus, non autem vti hæredibus, declarat post Castrensem, Alexandrum, & Lambertin. Peregrinus *de fidei commiss. art.* 6. *num.* 35. *cum pluribus seqq.*

His tamen non obstantibus, Domini perstiterunt in resolutis, scilicet illud plus, quod fuisset debitum Victoriæ, secundum dispositionem iuris communis, fuisse acquisitum filijs, non simpliciter, sed filijs vti hæredibus: quo casu feminæ non augent numerum filiorum, ad impinguandam illorum Legitimam; sed solum, vt illud plus acquiratur filijs hæredibus, quatenus scilicet hæredes instituantur à patre; vt per Curt. iun. *conf.* 268. *nu.* 52. allegatum in alia decisione.

Statutum enim duo facit: excludit feminas, & vocat masculos hæredes; quos pater non cogitur instituere, sed far est quòd eis Legitimam relinquat. *l. parentibus*; vbi Bart. *C. de inoff. testam. l. hac edictali, §.* 1. *C de secund. nupt.* Aym. *conf.* 142 *num.* 1. Quæ Legitima licèt debeat relinqui ut e institutionis, *auth. vt cum de appellat. cognosc. §. aliud quoque capitulum, collat.* 8. latè Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 15. Tamen, dato hærede vniuersali, instituto in ea non censetur hæres. glos. *in l. quoties. C. de hæredib. instit.* Bursatt. *conf.* 92. *nu.* 15. Surd. *conf.* 573. *nu.* 13. Et propterea quatenus pater per d. Statutum teneatur relinquere filijs; potest tamen vnũ, vel plures ex ipsis, hæredes instituere, vt illis acquiratur dictum plus: quos eligit auctoritate Statuti; ad tex. *in l. vnum ex familia, § fi fundum. & in l. cum pater. § à filia. & § rogo. & l. cum quidã. ff. de leg.* 2. Et illud plus, quod debetur filijs hæredibus, potuit fideicommissio grauari: quia licèt regulariter quando datur facultas eligendi, electo non possit imponi onus fideicommissi, Molin. *de primogen. lib.* 2 *cap.* 4 *nu.* 10. Aluarad. *de coniectura ta mente defuncti lib.* 2. *cap.* 2 *nu.* 21. Selle *decis.* 55. *n.* 13. & *decis.* 437. *nu.* 3. Robles de Salzedo *de repræsent. lib.* 3. *cap.* 19. *nu* 63. Et ratio est quia ille non potest grauari, qui non honoratur. *l. ab eo, C. de fideicomm.* quę est cõmunis ratio decidendi illius tex. vt dicit Molin. *loco prox. cit.* Tamen hoc est verũ, quando est in potestate alicuius eligere, vel non eligere: quia tunc eligens potest electum sub fideicõmisso grauare; vt distinguũt Doctores, quos allegat Fusar. *de substit. q.* 511. *nu.* 1. Et ratio huius secundi Dicti est: quia quãdo quis potest eligere, & non eligere; electus dicitur capere ab eligente, licèt capiat ordinatione testatoris; & sic in casu isto ordinatione Statuti: non autẽ dicitur capere ab ipso Statuto. *l.* 1. *§ secundum. ff. de legat.* 3. *l fundum per fideicommissum, §. vlt. & l seq ff. de leg.* 1 & ibi Iaf. *in* 1. *not. ab.* Castrens. *in d. l. vnum ex familia, §. si de Falcidia, ff. de leg.* 1. 2. Surd. *conf.* 29 *nu.* 18. *lib.* 1. Peregr. *dec.* 106. *n.* 3. *& seqq.* Decian. *respons.* 48. *in fin. lib.* 2. & latè exornat Fusar. *vbi sup. nu.* 12. *& seqq.* In hoc autẽ casu Michael non tenebatur de necessitate eligere, quia non cogebatur dare minorem dotẽ filiæ, quàm esset Legitima ei de iure debita, cùm potuisset illam vsque ad quantitatem legitimæ dotare. Castren. *conf.* 52 *nu.* 2. *lib.* 1. & *conf.* 287. *aliàs* 288. *nu.* 1. *lib.* 2. Dec. *conf.* 378. *n.* 3. Curt. sen. *conf.* 37. *n.* 17. & latè deducitur *in dec. sanct. me. Greg.* 358. *n.* 1 & *ibi addent.*

Sed dato etiam quòd Michael de necessitate teneretur eligere, nihilominus illud plus potuit fideicommisso grauare: Quia licet non potuisset imponere fideicommissum ad fauorem illorum, quos non tenebatur eligere; poterat tamen ad fauorem filiorum, quos eligere poterat, fideicõmiss. sum imponere. Bart. *in d. l. vnum ex familia § sed si fundum*, maximè *in vers. quæro executor.* Ferdin. Loaz. *in l. filius famil § Diui. nu.* 212. cum præcedentib. & seqq *ff. de legat.* 2. Ruin. *conf.* 115 *nu.* 5. & *conf.* 116. *nu.* 15. *in med lib.* 2. quos refert & sequitur Zãch. *in l. hæres meus, § cæterũ, n* 337 *ff. ad Trebell.* & Fusar. *d q.* 511. *in fin.* quibus potest addi Selic *dec.* 55. *nu.* 13. *& dec.* 437 *nu.* 3. Et cessat omnis difficultas: quia cũ pater filios electos instituerit in proprijs bonis, illos potuit grauare in illo plus, quod erat debitum feminis; vt *in d. l. vnum ex familia §. & si fundum* & ibi Doctores, Portoles *de consortib. cap.* 41. *nu.* 17. qui, vt videre est ex num. 10 antecedente, loquitur in nostris terminis, quando quis potest eligi auctoritate Legis, vel Statuti.

Et prædicta corroborantur: quia Statutum excludens feminas ad nullius fauorem, operatur quòd non faciant partem ad fauorem masculorum, ita vt impinguent illorum Legitimam: sed Legitima mensuratur secundum numerum succedentium. Paris. *cons.* 36. *num.* 29. *lib.* 2. Cephal. *cons.* 245. *num.* 47. *vers. praterea*, *lib.* 2. vbi dicit, quòd quando Statutum non excludit feminas contemplatione masculorum; tunc exclusio prodest hæreditati. Brun. *de Statut. exclus. femin. art.* 13. *num.* 49. dum inquit quòd si Statutum excludat simpliciter feminas dotatas, vel maritatas; & non dicit, extantibus masculis, vel non profert alia verba, propter quæ masculi videantur inuitati; tunc feminæ excluſæ non faciunt partem masculis ad impinguandam eorum portionem. Roland. *cons.* 25. *num.* 7. *lib.* 1. qui loquitur quando filiæ sunt simpliciter excluſæ; & dicit hanc esse communem opinionem; & admittit Decian. *in respons.* 32. *num.* 109. *vers. neque obstat, vo. l.* 2. Vnde sicuti quando illud plus nulli defertur, est in hæreditate; sic in casu nostro, quando illud plus defertur filijs hæredibus, pariter est in hæreditate; ea tamen distinctione, quòd si nulli defertur, remanet in hæreditate simpliciter: si verò filijs hæredibus tunc est in hæreditate, sed debetur vni vel pluribus filijs, qui sit vel sint instituti hæredes. Et hæc omnia sunt de mente Doctorum, qui allegantur in obiectis, vt statim probabitur.

Quòd autem Statutum deferat hoc plus, quod feminis deberetur, hæreditati, satis percipitur ex verbis ipsius Statuti: Quòd feminæ non possint plus petere ab hæredibus, hoc est, à descendentibus masculis, vt supra dictum fuit. Ex quibus verbis apparet quòd Statutum supponit illud plus fuisse acquisitum hæreditati, & descendentibus masculis iure hæreditario; aliàs, nisi fuisset acquisitum hæreditati, frustra dixisset Statutum, quòd feminæ plus petere non possint ab hæredibus patris, argum. glos. *in l. mancipia, in verb. ad auocandam*, C. *de seru. fugit.* & ibi notant Iaſ. Butrigar. & Bald. *num.* 8. Dec. *in l.* 1. *num.* 15. C. *de eden.* Curt. iun. *in l.* 1. *num.* 2. *ff. si cert pet.* Felin. *in cap. nonnulli*, *num.* 34. *vers. amplia ista, de rescript.* Iaſ. *in l.* 1. *num.* 2. *vers. tertio adde*, *ff. de instit. & iur.* Dec. *cons.* 290. *num.* 3. & 291. *num.* 8. Necesse ergo est quòd illud plus acquiratur hæreditati: quia si hoc non admitteretur, Statutum non posset habere locum, ex notat. *in l. nam etsi*, ibi, *quia nullius est*, *ff. de inoffic. testam.* & *in l. & quia*, *ff. de iurisdict. omn. iudic.* Rota Ianuen. *decis.* 57. *nu.* 3. & si illud plus non acquireretur hæreditati, cessaret dispositum, scilicet quòd feminæ plus petere non possint ab hæredibus patris. *l.* 4. *§. toties*, *ff. de damn. infect.* glos. *in d. verb. ad auocandam.* Roman. *singul.* 495. *Statutum, seu lex punient.* Socin. iun. *consil.* 55. *col.* 2. *num.* 4. *lib.* 1. Felin. *in dicto cap. nonnulli*, *loc. cit.* Dec. *consil.* 233. *num.* 6. Cephal *cons.* 90. *num.* 51. Rota Ianuens. *decis.* 127. *num.* 4. Menoch. *de recuper. remed.* 9. *nu.* 161. Ex quibus omnino dicendum est, quòd illud plus, quod esset debitum feminis, acquiratur hæredibus patris: quia Statutum cum hoc præsupposito excludit feminas: & aliàs sequeretur absurdum intolerabile, quod non debet admitti. *l. nam absurdum: ff. de bonis libert.* Roland. *cons.* 71. *num.* 30. *lib.* 2. & *cons.* 61. *num.* 20. *lib.* 3. Franciscus Milanens. *decis.* 8. *num.* 124. *lib.* 1. Quod multo magis procedit in Statutis; in quibus ad euitandum absurdum permittitur interpretatio extranea. *l. scire oportet*, *§. aliud. ff. de excusat. tutor. l. sed & si quis §. quæsitum*, *ff. si quis caution.* Ioseph de Rustic. *ad l. cum auus*, *ff. de condit. & demonstrat. lib.* 3. *cap* 12. *num.* 19.

Non obstant tria in contrarium adducta. Non primum, & secundum: Quia Doctores mouentur primo ex regula, quòd si quis contemplatione alterius excluditur; tunc portio, quam persona excluſa habitura esset, transit in eum, cuius contemplatione excluſa est; vt *in dicta l. defunctus*, & *l.* 2. *§. si duo*, *ff. de collat. bonor.* Quæ regula, seu ratio, retorquetur potius in contrarium, cùm Statutum non simpliciter excludat feminas fauore masculorum, sed fauore masculorum hæredum: & sic ista ratio facit pro decisione. Et Doctores, qui in obiectis allegantur, non loquuntur quando illud quod deberetur feminis, debetur filijs vel hæredibus: & decisio prædicta *in causa Ciuitatis Castelli coram bon. mem. Horatio Cardinale Lancellotto*, loquitur in terminis Statuti Ciuitatis Castelli, in quo nulla habetur mentio filiorum hæredum, sed simpliciter filiorum: & decisio bon. mem. Cardinalis Sacrati non tangit hunc articulum, sed dicit solum, Statuta moderna esse facta fauore agnationis.

Secundo prædicti Doctores mouentur ex eo quod augmentum ad fauorem masculorum fit auctoritate Statuti, & sic ex mera Legis dispositione; non autem per ius accrescendi, quod testatoris iudicio venit: Vnde necessario sequitur, non venire in restitutione fideicommissi à testatore ordinata: hoc enim procederet, si illud plus, quod deberetur feminis, tolleretur ex testatoris dispositione: sed quia Statutum est illud, quod operatur vt tollatur à feminis, & cedat in commodum masculorum; ergo dicendum est quòd sicut filiorum Legitima in restitutione fideicommissi non venit; ita nec ipsius augmentum venire possit; cùm augmentum eiusdem sit naturæ, cuius est principale. *l. inter socerum*, *§. cum inter*, *ff. de pact. dotal. l. etiam*, C. *de iure dotium*. Sed etiam ista ratio retorquetur, & facit pro decisione: quia procedit quando Statutum, vt etiam supra dictum fuit, defert augmentum simpliciter filijs: sed istud augmentum vigore huius Statuti non defertur simpliciter filijs, sed filijs hæredibus: vnde requiritur ministerium patris, vt filios hæredes instituat: & cùm de necessitate non teneatur instituere, sed sufficiat vt eis Legitimam reliquat; ideo ob facultatem data à Statuto patri respectu istius augmenti illud potest à patre grauari, vt supra dictum fuit.

Tertiò mouentur prædicti Doctores ex eo, quòd etiamsi illud, quod à feminis tollitur, cedat masculis per ius accrescendi; adhuc tamen non potest grauari: quia ea quæ veniunt per ius accrescendi ratione coniunctionis sanguinis, in restitutione fideicommissi non veniunt. Sed

respon-

respondetur, quòd non simpliciter istud plus quod filiis debetur, iure sanguinis debetur; sed habet coniunctum ius hæreditarium, vt patet ex prædictis. Vnde etiam ista ratio facit pro decisione: & non est mirum, si aliquando contrarium dictum fuit; cùm tunc non fuerit consideratum fundamentum Statuti, quod est, vt augmentum, quod debetur filiis, debeatur eis vti hæredibus patris.

Non obstat tertium & vltimum obiectum, quòd illa, quæ perueniunt ad hæredem, quia est hæres, non autem vti hæredem, non veniant in fideicommisso. Nam pro declaratione huius materiæ fuit dictum quòd illa quæ perueniunt ad hæredem, quia hæres est, sunt iura sepulcrorum. *l. quia perinde, §. 1. ff. ad Trebellianum*, & ex eodem textu idem dicitur de iurepatronatus. Bart. *in dicta l. 2. §. 1.* & ibi Nicolaus de Neapoli, Castrens. Alex. & alii. Couarr. *variar. lib. 2. cap. 18. sub num. 8. vers. quibus & alia*; latè Peregrin. *loco in obiecto cit. num. 36. & seqq.* Sed ista non faciunt ad casum nostrum: quia prædicta ex eo debentur hæredi, quia hæres est, quòd non concernunt commodum pecuniarium, & non sunt de corpore hæreditatis, neque transeunt in fideicommissarium. Rocch. *de iurepatronat. in versic. ipse vel is, num. 20. & 21.* Bero. *in rubric. de iurepatronat. num. 15.* Et idem est in eo, quod datur hæredi causa conditionis implendæ; quod non transit in fideicommissarium, quamuis in Quartam Trebellianicam imputetur. *l. qui heredi, §. cùm hæreditas, ff. de cond. & demonstr. l. in quartam, ff. ad l. falcid.* Et licèt idem Peregrinus subdat, quòd ad hæredem vti hæredem, perueniat id quod pro portionibus hereditariis defertur; ad hæredem verò, quia hæres est, illud quod insolidum ad quemque ex minima parte hæredem scriptum pertinet, prout in iuribus sepulcrorum. *l. familiaris*, & *l. seq. ff. de relig.* Tamen nos versamur in casu, in quo istud plus, quod deberetur feminis, debitum est masculis vti hæredibus; cùm hoc contineat commodum pecuniarium, & veniat iudicio testatoris.

Nec resistit decisio Cardinalis Lancellotti *in dicta causa Ciuitatis Castelli*, in qua dicitur quòd istud augmentum debetur ex iure non decrescendi, & sic in solidum; & propterea hæredibus, quia hæredibus. Nam, vt dictum est, illa decisio loquitur in casu Statuti Ciuitatis Castelli, in quo illud plus, quod feminis esset debitum, filiis masculis simpliciter debetur; & sic bene dicitur insolidum; non autem filiis hæredibus, prout disponit Statutum, de quo agitur.

Ex quibus, & ex aliis deductis in priori decisione, veraque parte audita, Domini steterunt in decisis.

Reuerendiss. D. Coccino Decano.

Albanen. Fideicommissi.

Veneris 13. Ianuarij 1606.

EPITOME.

Positus in condictione censetur vocatus ex dispositione Statuti lib. 1. cap. 142. quod habet locum etiam in transuersalibus.

Ad Cap. 142. num. 11.

DECISIO CI.

FVit resolutum Dominum Marcum vocatum esse in testamento Honorij patrui magni, ex quo est positus in conditione, iuxta dispositionem Statuti Vrbis, quod in hoc casu sequutum est opinionem Oldr. contra glos. *in l. huius, ff. de hared. instit.* vt dicit Gabr. *cons. 115. num. 1. lib. 1.*

Nec placuit Dominis, quòd Statutum sit intelligendum de filiis descendentibus, non de transuersalibus. Quia cùm generaliter loquatur, generaliter intelligi debet, etiam quod maior ratio sit in descendentibus, quam in transuersalibus, per reg. *l. 1. §. & generaliter, ff. de legat. præstan.* & *l. 1. §. quod autem, ff. de aleat.* & censuit Rot. *in causa Romana de Ruffinis, 30. Decembris 1577. coram Domino de Rubeis*, & *Gabr. dicto cons. 115. num. 1. & 2.* Et Doctores, qui in contrarium allegantur, non tangunt præsentem difficultatem, sed volunt opinionem glos. *in l. Lucius*, non habere locum in filiis descendentibus: & tamen contrarium est verius, per Thesaur. *decis. 96. num. 7.*

Reseruarunt tamen Domini particulariter videre, an constet de tali repudiatione facta per Christophorum patrem Domini Marci Antonii, quæ ei obstet in casu de quo agitur.

R. P. D. Merlino.

Auximana Fideicommissi.

Luna 4. Martij 1630.

EPITOME.

De filijs in conditione positis, quibus coniecturis, inspecto iure communi, censendi sint vocati. Testator an censeatur velle se conformare Statuto loci vbi inhabitat, licèt bona, de quibus disponit, sint extra illud Territorium. Statutum Vrbis de filiis in conditione positis est interpretatiuum, non dispositiuum.

Ad Cap. 142.

DECI-

DECISIO CII.

HVguccinus Campanus, qui fuit primarius professor in Gymnasio Romano, & Aulę Consistorialis Decanus, condidit testamentũ in Vrbe, hæredemq; scripsit Ioan. Baptistam primogenitum, & alios filios sibi nascituros: quibus sine filijs legitimis quandocunque decedentibus substituit Prosperum fratrem, & Victoriam sororem. Huguccino defuncto, decessit etiam Ioannes Baptista filius sine filijs, & demum Henricus secundo genitus, superstite Cornelia filia. Vnde fuit dubitatum, An constet de fideicommisso in fauorem eiusdem Corneliæ, tanquam in conditione positæ? Et Domini, bis disputata causa, responderunt affirmatiuè, constare scilicet de fideicommisso.

Quamuis enim Rota adhæreat glossę *in l. Lucius, §. 2. ff. de hæred. instituen.* nempe quòd filij in conditione positi non censeantur vocati; attamen etiam ex coniecturis recedit a dicta opinione; & quoties filij in conditione positi, sunt ex descendentibus testatoris, admittit leuiores coniecturas ad firmandam illorum vocationem; vt post alios tradunt Thesaur. *decis. 96. num. 7. vers. non erit.* Surd. *cons. 67. num. 34.* Bellon. iun. *cons. 50. num. 14.* Giouagn. *cons. 79. nu. 7. 34. & 99.* & fuit dictum *coram Cardinali Seraphino decis. 1329. num. 2.* & *coram sanctæ memoriæ Gregorio XV. decis. 315. num. 5.* & *decis. 329. num. 3.* & *coram Reuerendissimo Domino meo Decano decis. 267. num. 6.* & *in recentior. decis. 476. num. 10. par. 1.* & *in Imolen. Fideicommissi, 2. Martij 1622. coram bonæ memoriæ Vbaldo*; atque *in Bononien. Fideicommissi de Turri, 14. Maij 1621. coram Eminentiss. Domino Cardinali Verospio*, & alibi sæpius. In casu autem præsenti plures concurrunt coniecturæ, quæ vocationem Corneliæ in conditione positæ Dominis suadebant.

Prima est coniectura, quia inter filios primo loco institutos adest reciproca substitutio: vnde sequitur vt & filij ipsorum reciprocè grauatorũ, dum positi fuerunt in conditione, fuerint etiam dispositiuè vocati; quemadmodũ dixerũt Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, par. 7. num. 70. ff. ad Trebel.* Riminald. sen. *cons. 78. num. 7. & seqq. lib. 1.* Gozad. *cons. 64. num. 12.* Decian. *consil. 28. num. 21. lib. 2.* & *consil. 44. num. 20. vers. secunda ergo coniectura, lib. 3.* Menochius *cons. 135. num. 6.* & *cons. 613. num. 6.* Giouagnon. *dicto cons. 79. num. 8. lib. 1.* Fusar. *de substitution. quæst. 437. num. 81.* Rota *in dicta Imolensi coram bo. me. Vbaldo*, & *in d. Bononiensi de Turri coram Eminentiss. Card. Verospio*; & *in eadem, 25. Februarij 1622. coram bo. me. Patriarcha Manzanedo.* Et ratio præcipua esse videtur: quia cùm reciproca substitutio potissimum exigat æqualitatem inter ipsos vicissim grauatos, *ad l. nam hoc iure*, & ibi gloss. *in ver. b. sola, ff. de vulg. & pupill.* & *in l. in testamento, la prima, C. de testam. milit.* Menoch. *præsump. 60. num. 22. lib. 4.* & *cons. 647. num. 11.* si filij positi in conditione non essent grauati, sequeretur inæqualitas: quia qui decederent sine filijs, tenerentur superstiti fratri, siue alijs cohæredibus, partem suam restituere; qui vero cũ filij decederet, nec teneretur substituto fratri, siue cohæredibus, quia existentia filij excluderet substitutionem; nec etiam teneretur restituere filio in conditione posito. sed solùm illi esset reseruatum ius succedendi ab intestato; & sic claudicaret hæc reciproca substitutio.

Secunda est coniectura, quia testator post substitutionem fratrum vocauit sorores, & sororum filias: vnde videtur absurdum quòd vocauerit filias sororum, quæ minus dilectæ erant, & vltimo loco admissæ ad hæreditatem; prætermiserit autem vocationem filiorum ex filijs masculis primo loco vocatis; prout in terminis ex hoc delumunt, filios in conditione positos censeri vocatos. Honded. *cons. 54. num. 41. lib. 2.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 76. num. 34.* plenè Fusar. *de substitutionib. quæst. 437. num. 178.* Giouagnon. *dicto cons. 79. num. 13.* Bellon. iunior *dicto cons. 50. num. 30.* & pluries Rota *in recentior. decis. 146. nu. 6.* & *decis. 133. nu. 5. par. 1.* & *coram sanctæ mem. Gregorio XV. decis. 551. num. 5.* & *in d. Bononien. de Turri coram Eminentiss. Card. Verospio.*

Tertia coniectura desumitur ex eo quia adest digressio ad plures gradus substitutionum; quæ potissimum ponderatur ad inducendam vocationem in filijs in conditione positis. Anchar. *consil. 74. nu. 2.* Crass. *§. fideicommissum, quæst. 14. num. 3.* Surd. *cons. 67. num. 3.* Ladereh. *consil. 150. num. 1. vers. tertia est.* Bellon. iun. qui plures cumulat, *cons. 19. nu. 11. cons. 50. n. 28.* & *cons. 86. num. 3.* Giouagnon. *dicto consil. 79. num. 11.* & *28.* Rota *coram Cardinali Seraphino decis. 1329. num. 10.* & *in recension. dec. 146. num. 8. par. 1.* & *in d. Imolensi Fideicommissi coram bo. mem. Vbaldo.*

Quarta accedit coniectura, quòd fuit prohibita omnibus substitutis detractio Trebellianicæ; ex qua prohibitione infertur ad vocationem filiorum in conditione positorum; vt tradit Gozadin. *cons. 64. nu. 13.* Riminald. sen. *cons. 243 num. 9. versic. & maximè*; Decian. *consil. 103. num. 27. lib. 2.* cum alijs per Intriguol. *de substitut. centur. 3. quæst. 26. num. 113.* & Fusar. *d. quæst. 437. num. 215. & 217.*

Quinta potest addi coniectura ex eo quòd filijs compendiosè substituit: vnde quemadmodum in vulgari sunt vocati filij in conditione positi, ita etiam debent censeri itidem vocati ex fideicommissaria, quæ pariter contracta est in eadem compendiosa, vt vniformis in vtraque parte substitutionis fiat determinatio. Socin. iunior *cons. 174. num. 24. lib. 2.* Riminaldus iunior *cons. 21. num. 48.* Honded. *cons. 54. num. 46. lib. 2.* Mantic. *de coniectur. lib. 11. tit. 3. n. 17.* Bellon. iun. *cons. 86. num. 13.* Giouagnon. *dicto cons. 79. num. 25.* Fusarius *dicta quæst. 437. num. 222.*

Et quamuis aliqua ex prædictis coniecturis a nonnullis Doctoribus reijciatur, & etiam Rota aliquando non admiserit aliquam ex illis in alijs causis; attamen in hac materia prudenter agendũ est; & coniecturæ singulæ de per se non sunt ponderandæ, sed insimul, quia ad inuicem fulciuntur; & Rota in hac materia coniecturali ex plu-

ribus

ribus simul iunctis desumit voluntatem defuncti, & admittit aggregatas coniecturas, quas singulas, & diuisim reijceret, iuxta tradita per Cardinalem Manticam, *de coniectur. vltim. volunt. dicto lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 28. Honded. *conf.* 65. *num.* 43. *lib.* 1. & *conf.* 54. *num.* 53. *lib.* 2. Bellon. iun. *dicto conf.* 50 *nu.* 33. & *conf.* 86. *n.* 14. Giouagnon. *dicto conf.* 79. *num.* 33. & 102. Seraphin. *dicta decis.* 1329. *num.* 13. Rota *par.* 1. *recentior. decis.* 266. *nu.* 2. & 19. & aliàs sæpiùs præsertim cùm versemur in descendentibus; in quibus, vt dictum est, leuiores sufficiunt coniecturæ.

Denique Domini præcipuè moti sunt ex Statuto Vrbis *lib.* 1. *cap.* 142. vbi sancitum est, filios in conditione positos censeri vocatos: cum quo Statuto Huguccinus, qui per plures annos degit Romæ, & iuris prudentiam publicè docuit, atque in foro versatus est, præsumitur se conformasse; *ad l. cum de lanionis, §. item cacabos, ff. de fund. instruct.* Crauet. *conf.* 250. *num.* 1. Menoch. *præsumpt.* 202. *num.* 17. *vers. septimò extenditur, lib.* 4. Decian. *conf.* 26. *nu.* 67. *lib.* 2. Mantica *de coniectur. lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 15. Rustic. *ad l. cum anus, lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 27. & 28. & *cap.* 15. *num.* 2. & *seqq. ff. de condit. & demonstr.* & in his terminis dixit Gabr. *consil.* 115. *num.* 1. & *seqq. lib.* 1. In indaganda enim voluntate defuncti inspici debet consuetudo loci, & regionis, in qua ipse commoratus est; vt inquit I. C. *in l. si seruus plurium, §. si numerus, ff. de legat.* 1. Alex. *conf.* 131. *num.* 4. *lib.* 7. Coro. *conf.* 244. *nu.* 18. *lib.* 2. & meliùs Card. Mantica *de coniectur. lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 13. Et quòd idem procedat etiam respectu bonorum quæ extra territorium statuentium sita sunt, dixit in his terminis Rota *coram Card. Seraphino d. decis.* 1329. *num.* 12. & secutus est etiam Fusar. *d. quæst.* 437. *nu.* 229. & confert Signorol. *consil.* 166. *num.* 6. *iuncto num.* 4.

Nec obstat quòd Statutum non porrigat vires suas extra territorium ex defectu iurisdictionis, & censeatur primariò afficere ipsa bona, iuxta tradita per Brun *de Statut. artic.* 8. *quæst.* 25. *num.* 139. & *seqq.* Cure. iun. *conf.* 110. *num.* 9. plenè Alderan. Malcard. *de gener. interpret. Statutor. conclus.* 6. *num.* 101. & Rota *in Terracinen. Bonorum coram bo. mem. Card. Blanchetto*, quæ est *decis.* 304. *par.* 2. *diuers.* & *apud sanctæ memoriæ Gregor. XV. decis.* 255. *num.* 3. in *Collensi Hæreditatis*, 10. *Iunij* 1616. & 5. *Maij* 2617. *coram bo. me. Buratto*, & nuper *in Narniensi Successionis*, 22. *Maij* 1628. *coram me.*

Quoniam obiectum intraret, si Cornelia ad Bona Huguccini vellet admitti ex dispositione Statutorum Vrbis: quia tunc bene posset opponi de defectu iurisdictionis respectu territorij Auximani: sed cùm instet admitti ad hæc bona ex voluntate & dispositione Huguccini, vtitur solummodo Statuto pro simplici interpretatione dictæ voluntatis cõiecturatæ ex eo, quòd Huguccinus voluerit se conformare cum consuetudine, seu Statuto loci in quo tamdiu commoratus est, & testamentum condidit, & obijt. Pro qua inferenda coniectura non est opus iurisdictione; quia etiam actus nullus, & inualidus infertur pro declaranda, & indicanda voluntate. *l. fin. ff. de reb. eor.* Crauet. *conf.* 113. *num.* 6. *ad med.* Decian. *conf.* 41. *num.* 41. *lib.* 1. Laderch. *consil.* 78. *num* 9. Et quamuis aliàs Statutum esset inualidum & nullum, & sic nulla niteretur iurisdictione; adhuc tamè bene confert ad assequendã mentem testatoris, qui censetur se conformasse cum dispositione Statuti etiam inualidi, dummodo de facto obseruaretur. Alciat. *conf.* 53. *nu.* 4. 5. & 6. *lib.* 9. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 28. *num.* 92. Menoch. *præsumpt.* 83. *num.* 53. *lib* 4.

Quemadmodum etiam bona emphyteotica Ecclesiæ non subiacent Statutis laicorum, iuxta trad. per Menoch. *conf.* 1129. *nu.* 3. Viu. *communis. opinion. cap.* 812. *num.* 36. Surd. *conf.* 338. *num.* 6. & *decis.* 95. *num.* 22. & plenè fuit dictum *in Romana Domus de Scapuccijs ad sanctũ Augustinum*, 19. *Ianuarij* 1601. *coram Reuerendissimo Domino meo Decano*. Attamen, si quis conducat bona Ecclesiæ pro filijs masculis & feminis, censetur pr ùs stipulasse pro masculis, & solummodo illis deficientibus, pro feminis quoties ibi extet Statutum feminarum exclusiuum: quia receptor præsumitur se conformasse cum d. Statuto, etiam respectu bonorum, quæ illius dispositioni non subiacent, iuxta theoricã Bartoli *in l. vt insiurand. §. si liberi. nu.* 5. *ff. de oper. libert.* Decian. *conf.* 30. *nu.* 40. *lib.* 3. Aldobrand. *conf.* 22. *num.* 28. *lib.* 2. Rimin. iun. *conf.* 295. *num.* 50. Et masculi non dicuntur venire ex dispositione Statuti, sed ex voluntate stipulantis; solumque ex Statuto desumi, & depromi latentẽ voluntatem receptoris, cùm dicatur se conformasse cum dicto Statuto, vt Rota perpendit *coram bo. mem. Card. Caualerio dec.* 583. *num.* 8. & 9. & *in dicta Romana Domus de Scapuccijs coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Hinc etiam videmus, quòd si forensis testamentum faciat more Veneto, hoc est minori numero testium, quàm a iure sancitum fuerit; testamentum tamen sustinetur, & habet executionem, etiam respectu Bonorum extra Statum Venetum, & in quo ius commune, vel aliud municipale seruatur, vt per Bart. *in l. cunctos populos, num.* 36. & 37. C. *de summ. Trinit. & fid. Cathol.* Gabr. *de testib. conclus.* 4. *num.* 1. Mantic. *de coniectur. lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 14. Magdalen. *de numer. testium in testam. requis. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 86. & 87. Et gerens actum in loco censetur tacitè se accommodasse ad contrahendum secundùm Statuta illius loci. *cap.* 2. vbi Anchar. & Imol. *de empt. & vendit.* Aret. *conf.* 11. *nu.* 5. Alderan. Malcard. *dicta conclus.* 6. *num.* 178. & illius loci solemnitates sat est seruasse. Bald. *l. fin. ff. de iurisd. omn. Iudic.* in repetit. Lamberteng. *de contractib. gloss.* 2. *verb. mulierum, num.* 43. *in fin.* Aret. *conf.* 73. *nu.* 6. 7. & *seqq.* & tenetur etiam forensis seruare solemnitates præscriptas à Statuto loci, in quo contrahit, Bart. *in l. cunctos populos, nu.* 25. & *seqq.* Castren. *num.* 11. Purpur. *num.* 98. C. *de summa Trinit. & fid. Cathol.* Malcard. *dicta conclus.* 6. *num.* 12. & *seqq.* Et quemadmodum Huguccinus testator commorando in Vrbe erat adstrictus Foro Vrbis; ita etiam contrahendo, vel testando, iure censeri debet se cõformasse, & adhæsisse

fisse Statutis Vrbis; cùm paria sint, Forum sortiri, & Statutis ligari circa actus in loco Statuti faciendos. glos. *in cap. quæ contra, verb. aut peregrini*, 8. *dist.* Alex. *consil.* 19 *num.* 8. *lib.* 6. Thesaur. *decis.* 123. *num.* 11. Surdus *consil.* 2. *num.* 14. *versic. nam paria sunt*, & *consil.* 343. *num.* 33.

Nec applicatur decisio Spoletana Bonorum, 13. Martij 1499. coram bo. mem. Cardinali Millino in fine, quæ est *decis.* 814. *par.* 4. *diuersor.* Quia ibi testator nec Romæ testatus fuerat, nec ibidem commorabatur: & sic pro interpretanda mente defuncti, an scilicet voluerit filios in conditione positos vocare, consuetudo, & Statuta regionis, in qua commorabatur, exquirenda non erant.

Non obstat quòd non constet Huguccinum bona habuisse in Vrbe, prout in casu decisionis 1329. *num.* 12. Cardinalis Seraphini. Quoniam vltra quòd dicitur, & hic Romæ Huguccinum Loca montium non vacabilium possedisse, quæ inter bona immobilia connumerantur, Federic. de Sen. *cons.* 12. *num.* 4. Alciat. *in l. mouentium, ff. de verbor. signific.* Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 6. *num.* 5. & 7. Peregrin. *cons.* 9 *num.* 19. *lib.* 1. & fuit dictum *in Veneta Precij bonorum*, 13. *Nouembris* 1602. *coram bo. mem. Cardinali Pamphilio*, & *in dicta Narniensi Successionis coram me*; obseruandum est quòd Rota in dicta decisione Cardinalis Seraphini vim non facit in eo, quòd testator ibi bona haberet, vt etiam deducitur ex Fusario *dicta quæst.* 437. *num.* 229. *in fin.* quia re vera tutum non fuisset motiuum: Quoties enim quis in diuersis territorijs habet bona, vniuscuiusque territorij Statutum dispositiuũ attenditur, ac si diuersa essent patrimonia. Alex. *consil.* 16. *vol.* 2. & *consil.* 128. *num.* 2. *versic. allegas Salicetus*, *lib.* 1. Aldobrandin. *cons.* 2. *num.* 13. & 14. *lib.* 2. Surd. *cons.* 333. *num.* 16. & *decis.* 329. *num.* 17. & fuit dictum *in præallegata Narniensis Successionis*, 22. *May* 1628. *coram me.* Sed verum motiuum erat, quòd hoc Statutum de filijs in conditione positis non est dispositiuum, sed tantummodo interpretatiuum: quia solùm antiquam illam, & ancipitem Doctorum controuersiam definit; & opinionem pro vocatione filiorum in conditione positorum canonizando & sic Statutum declarat tantùm dubiam voluntatem testatoris; & cùm hoc Statuto præsumitur se conformasse testatorem, ex quo Romæ testamentum condidit, & diu commoratus est. Cornelia autem non innititur Statuto principaliter, sed dispositioni & voluntati Huguccini declaratæ à Statuto, & ex alijs coniecturis supra ponderatis: & dispositio testamentaria Huguccini licèt facta in Vrbe indiuidua dicitur, & vna tantùm; adeo vt æqualiter vbique seruanda sit; vt post alios bene declarat idem Surd. *d. decis.* 329. *num.* 25.

Et ita vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. Pirouano.

Romana Fideicommissi de Quinque.

Veneris 11. *Ianuarij* 1636.

EPITOME.

Filij positi in conditione an censeantur vocati ad fideicommissum, nõ solùm quoad portionem patris, sed etiam patruorum.

Ad Cap. 141.

DECISIO CIII.

PAulus de Quinque de anno 1573. testamentum condidit, in quo suos hæredes vniuersales nominauit Vincentium, Laurentium, & Quintium: & si contingeret aliquem ipsorum mori quandocunque sine filijs legitimis & naturalibus, & de legitimo matrimonio procreatis; tali sic decedenti, seu talibus sic decedentibus, substituit eius, siue eorum fratrem, vel fratres prædictos superuiuentes.

Contigit quòd Vincentius, & Quintius decesserunt ante Laurentium: & Laurentio postmodum mortuo, ære alieno magno grauato, relictis Paulo, & Tiberio eius filijs, in concursu creditorum, iidem contendunt factum fuisse locum fideicommisso, nedum quoad portionem patris, sed etiam quoad partem Vincentij, & Quintij patruorum, qui sine filijs decesserunt. Et cùm hodie quæreretur, An eisdem sic danda immissio in bonis, & hæreditate Pauli fideicommissi interêtis; affirmatiuè per Dominos fuit responsũ.

Nam quoad portionem Laurentij eorum patris, quando filij sunt expressè in conditione positi, prout in præsenti reperiuntur; quamuis Scribentes in diuersas sententias inierint, vt ex pleno tractatu Iosephi de Ruticis colligi potest, & ex modernioribus eandem quæstionem resumpserit & tractauerit Fusar. *in sua quæst.* 437. Vtramen quoad Ciues, & Incolas Vrbis per Statutum 141. *lib.* 1. fublata remanet omnis hæsitatio, dum disponitur quòd filij positi in conditione fideicommissi censeantur ad fideicommissum tacitè vocati. De huius obseruantia testantur Gabriel. *consil.* 115. *num.* 1. & 2. *lib.* 1. Menoch. *præsumpt.* 76. *num.* 83. *lib.* 4. Papa Gregor. *decis.* 575. *num.* 1. & nouissimè tenuit Rota *coram D. meo Buccabella*, 1. *Decembris* 1634. *in una Romana Fideicommissi de Maximis.*

Quid verò ad portiones Vincentij, & Quintij patruorum, idem fuit resolutum. Nam, etsi redeptior videatur opinio, vt filij positi in conditione censeantur vocati tantummodò ad portionem parentum, quorum contemplatione fuerunt positi in conditione; Castrens. *in l. filius familias, & cum quis, ff. de legat.* 1. Socin. sen. *in l. barbarius mot, & cum ita num.* 3. *ff. ad Trebell.* Peregrinus

regrinus *de fideicommiss. art.* 28. *num.* 19. Menoch. *præsumpt.* 76. *num.* 89. *lib.* 4. latissimè Fusarius alios cumulans, *quæst.* 440. *in princip.* Attamen in præsenti contrarium verius visum fuit, scilicet vocatos esse ad portionem patruorum, cùm per eorundem Vincenti, & Quintij prædecedentiâ, ex substitutione illorum portiones deuenerint ad Laurentium: quo casu ex coniecturata mente testatoris non solùm ad patris, sed etiam ad patruorum portiones vocati dicuntur. Socin. *in l. cùm auus, col. vlt. num.* 114. *ff. de condit. & demonstr.* Cravet. *cons.* 130. *nu.* 6. Gabr. *cons.* 2. *num.* 13. *lib.* 2. Peregrin. *cons.* 73. *num.* 11. *lib.* 3. Fusar. *dicta quæst.* 440. *num.* 4. *& seqq.* & in hac causa idem fuit firmatum *coram Gregorio XV. decis.* 337. *num.* 6. Et coniecturæ in hac parte visæ fuerunt semper Dominis potentiores, quando positi in conditione sunt de descendentibus testatoris, & idem testator prohibuit alienationem etiam latè sumpto vocabulo, cum causa: quia vult quòd bona sua conseruentur in sua familia. Zanch. *in l. heredes mei, §. cùm ita, par.* 7. *num.* 91. *ff. ad Trebell.* Cravet. *cons.* 130. *num.* 3. Rustic. *in tract. cùm filij positi in condit. lib.* 5. *cap.* 9. Petra *de fideicommiss. quæst.* 9. *num.* 234. *&* 235. Fusar. *eadem quæst.* 440. *num.* 6. & idem fuit conclusum in hac eadem causa *in supradicta decis.* 337. *nu.* 6. & exinde in alijs causis, *vt in decis.* 266. *num.* 3. *&* 320. *num.* 17. *par.* 1. *recentior.* Quæ coniecturæ ex lectura testamenti Pauli fideicommittentis concludenter probantur: quia Paulus inior, & Tiberius, descendunt a Paulo seniore ex persona Laurentii eorum patris, qui a Paulo seniore in suo testamento fuit nominatus filius, & hæres institutus: & inferius prohibita alienatione etiam latè sumpto vocabulo, subduntur formalia verba: Et hoc voluit idem testator, quòd omnia bona sua stabilia semper remaneant in familia, & in domo sua, & suorum filiorum: quibus locus esse non potest pro implenda voluntate testatoris, nisi per Laurentium effecta esset vnica portio in personam acquirentis; vt latissimè ponderatur *in dicta decis.* 317. *num.* 3. *& seqq.* Honded. *cons.* 54 *num.* 32. *lib.* 2. cum alijs congestis per Fusar. *eod. quæst.* 437. *num.* 161.

Non obstat quòd ex verbis eiusdem fideicommissi filii Laurentii in conditione positi dici non possint, nec per consequens vocati; ex quo eorum patri Laurentio cum filiis decedenti non sunt substituti; sed tantummodò si contingeret aliquem ipsorum institutorum mori quandocunque sine filiis: quod euenit in Vincentio, & Quintio patruis, qui ante Laurentium decesserunt, & eorum portiones deuenerunt ad Laurentium fratrem. Propterea dicebatur, ad portionem patruorum esse ante eos vocatum Laurentium per reciprocam, & ad hæreditatem patris deficere substitutionem ob prædecedentiam patruorum, per quam purificata fuit conditio, si contingeret aliquem ipsorum institutorum mori: & vbi deficit substantia substitutionis, non potest adesse qualitas, & accidens conditionis. *l. eius qui, ff. si cert. pet.* Peregrinus ita argumentans in his terminis, & dicens obtinuisse, *de fideicommiss. art.* 28. *nu.* 22. *& seqq.* Fusar. *quæst.* 437. *num.* 246. Pelic. *allegat.* 14. *num.* 190. *& seqq. parte* 3.

Quoniam ex sola diuersitate casuum, qui respectiuè ponuntur per Peregrinum, & in fideicõmisso Pauli, soluitur obiectum. Supponit namque Peregrinus in suo casu, testatorem reliquisse dimidiam prædii Tiburtio, & Antonio Mariæ fratribus; & altero eorum decedente sine filiis & hæredibus, superuiuentem succedere debere in legato. Decessit Antonius Maria sine filiis; cuius portionem habuit Tiburtius frater: deinde decessit idem Tiburtius cum filiis: & hic casus, in quo vni tantùm primo decedenti facta est substitutio, cũ nostro nõ conuenit; in quo, omnibus filiis instituris facta est substitutio. Ita enim legitur in testamento Pauli: *Si contigerit aliquẽ ipsorum institutorum mori quandocunque sine filiis legitimis, & de legitimo matrimonio procreatis; tali sic decedenti, seu talibus sic decedentibus, substituit eius, siue eorum fratrem vel fratres prædictos supraiuientes æquali portione.* Ex quibus verbis patet quòd nedum altero, & sic vno, decedente, sed decedentibus facta est substitutio; & respectu omnium substituторum filios esse in conditione positos, ac si dictum fuisset: si contingeret Laurentium mori sine filiis, substituit Vincentium, & Quintium eius fratres superuiuentes; vel si Vincentium, & deinde Quintium, sigillatim de quolibet loquens: & hoc propter verbum, *talibus sic decedentibus*, aptum plures numero comprehendere. Et hunc sensum, declarando Peregrinum supra allegatum habuerunt idem Fusarius *cons.* 144. *num.* 14. *& seqq.* & Achill. Pedroc. *consil.* 145. *num.* 22. *& seqq.* & hoc ipsum admittit Peregrin. *eodem artic.* 28. *num.* 24. dicens, formulas in specie subiecta esse attendendas: quæ formula per verba, *si contingeret aliquem mori*, iunctis verbis, *talibus sic decedentibus*, procul dubio ponunt casum in diuersa specie, omnes comprehendendo. Becc. *cons.* 12. *num.* 65. Surd. *decis.* 283. *num.* 7. Quod idem dici nõ potest de verbis positis per Peregrinum, *altero eorum decedente sine filijs*; ex quo verbum *alterum*, vnum de duobus pro sui natura includit & denotat. *l. sed interpellat. §. si ex altera, ff. de arbitr.* Castrens. *cons.* 264. *num.* 1. *lib.* 2. cum alijs per Peregrin. *loc. cit. num.* 23.

Ex ita fuit conclusum, &c.

Cardinali Sacrato.

Romana, seu Interamnen. Hæreditatis.

Mercurij 10. *Decembris* 1608.

EPITOME.

Filiatio naturalis nõ legitima quibus coniecturis probetur. De concubinatu permisso a Iure Ciuili.

Ad Cap. 143. *num.* 3.

DECISIO XIV.

PRætendebat Angela Bartolina, se ex q. Capitaneo Ioanne Iacobo de Paradisis procreasse Ioannem Baptistam filium naturalem, & quòd mortuo Ioanne Iacobo ab intestato, & sine filijs legitimis, & naturalibus, dictus Ioannes Baptista, tanquam naturalis, successerit in duabus vncijs, iuxta text. *in auth. licet*, C. *de natur. lib.* Rom. *conſ.* 93. *nu.* 9. *verſ. quoad tertium.* Alex. *in l. is, qui bonis. ff. de vulgar.* Et rursus cùm dictus Ioannes Baptista decesserit in pupillari ætate, dictas duas vncias ad se vti matrem delatas, iux. text. *in §. fin. ad Senat. conſult. Tertul.* Propterea dedi dubium, An probaretur filiatio Ioannis Baptistæ ad effectum, de quo agebatur, nempe successionis Angelæ in dictis duabus vncijs. Et difficultas fuit per Dominos reducta ad duo capita. Primum an probaretur filiatio: Secundum, an probetur naturalitas. Nam & modernis temporibus veri naturales, hoc est nati ex concubinatu a iure Ciuili non improbato, succedunt ab intestato, cùm iura antiqua circa successores sint incorrecta. Rip. *in l. ex facto, §. si quis rogatus, ff.* 1. *nu.* 50. *verſ. nec incorrecta ſpur.* Paleott. *de notb. & ſpur. cap.* 54. *num.* 9.

Quantum ad filiationem, illa satis probari visa fuit præsumptionibus, & coniecturis, quæ admittuntur in hac materia, in quibus non potest dari certa probatio. Ruin. *conſ.* 53. *in princip. lib.* 5. Surd. *conſ.* 1. *num.* 38. & 40. & fuit in specie decisum *in causa Bononien. de Grandis coram Illuſtriſſimo Cardinali Millino*, 14. *Martij* 1601. Maximè quando agitur de successione illius, qui tractauit tanquam filium: quo casu videtur sufficere minor probatio quàm quando agitur de successione tertiæ personæ, quæ non tractauit. Alciat. *conſ.* 6. *num.* 11. *tom.* 1. *lib.* 4.

Præsumptiones autem, & coniecturæ allatæ pro parte Angelę, sunt plures, nempe cohabitatio, & condormitio concubinæ. Surd. *conſil.* 1. *num.* 43. *in fine.* Baptizatio instante Ioanne Iacobo, vti patre. Surd. *vbi ſupra num.* 44. Tractatus, & educatio. Alex. *conſ.* 51. *num.* 2. *in princip. lib.* 1. & fuit dictum *in vna Romana hæreditatis coram Oradino*, 1. *Martij* 1571. inter impress. *diuerſ. par.* 1. *rec.* & *in Rom. Hæreditatis a Burdeſia*, 10. *Decembris* 1576. *coram Aldobrandino*, inter impress. *diuerſ.* 238. *par.* 1. *num.* 2. cumulat. per Menoch. *de arbitr. caſ.* 89. *num.* 69. & per Modern. *de probat. concluſ.* 795. Confessio geminata Ioannis Iacobi, quod ille erat eius filius. Asin. *in prax. Iud.* 2. *par. §.* 1. *cap.* 3. 7. 30. & 42. Fama publica vicinorum quòd Ioannes Baptista erat filius Ioannis Iacobi. Menoch. *d. caſ. n.* 89. Modern. *de probat. concluſ.* 291. Asin. *d. §.* 1. *cap.* 11. Surd. *d. conſ.* 1. *n.* 485.

Quantum ad naturalitatẽ, illa pariter visa fuit probari ex testibus deponẽtibus in Angela requisita ad concubinatum a iure ciuili permissum, ex quo solum concubinatu nascuntur filij naturales cũ omnes alij illegitimi propriè sint spurij. Bart. *in l. ſi genero. n.* 2. *ff. de his quib. vt indign.* Alciat. *de præſump. per tot.* Menoch. *conſ.* 285. *n.* 10. Requisita autem ad cõcubinatum permissum a iure ciuili regulariter sunt septem, de quibus per Luc. de Pen. *in l. ſi cohortalis, col.* 2. *C. de cohortat. lib.* 12. & Rota *in cauſa Leodien. hæreditatis coram Illuſtriſs. Blanchetto*, relata inter diuers. impress. *deciſ.* 254. *par.* 2. Et de his omnibus bene deponunt testes, excepto vltimo requisito, nempe de protestatione: quæ protestatio non est necessaria, quando, vt in hoc casu, concubina est imparis gradus cũ concubinario. Luc. de Pen. *in d. l. ſi cohortalis, col.* 3. *verſ. aut eſt voluntas dubia.*

Et ita, Angela tantum informante, ex eo quòd pars aduersa pluries citata non informauit, fuit per Dominos conclusum.

Reuerendiſſ. D. Coccino Decano.

Romana Vineæ de Corbinellis.

Veneris 15. *Martij* 1619.

EPITOME.

Filia dotata ab extraneo non excluditur ex dispositione Statuti Vrbis ab hæreditate paterna. Declaratur idem Statutum lib. 1. **cap.** 145. **Et quando dicatur vlterius probedere.**

Ad Cap. 145. *num.* 2.

DECISIO CV.

DVbitaui, An aliæ duæ partes vineæ cõtrouersiæ spectarent ad Cæsarem. Et die 26. Maij 1614. difficultas fuit restricta ad portionem Angelettæ, quæ non fuit dotata a patre, sed a bo. me. Ioanne della Casa Archiepiscopo Beneuentano, eius auunculo: quare punctum consistit in eo, An dicta Angeletta vigore Statuti Vrbis *cap.* 145. fuerit exclusa per Scipionem fratrem a successione patris. Et Domini retoluerunt non fuisse excludam a dicta successione patris, cùm ab ipso dum viueret dotata non fuerit.

Statutum enim disponit, quòd si intestatus obierit, relictis filijs masculis, vel nepotibus, vel eis, & filiabus feminis maritatis, & dotatis, ipsę filiæ non succedant patri, sed contentæ sint dotibus pro eis datis: & propterea stantibus istis verbis Statutum est intelligendum quãdo pater dotat de bonis proprijs: vt in puncto dicit Alber. Brun. *de Statut. excluſiu. femin art.* 8. *quæſt.* 16. *num.* 59. Quia cùm Statutum vlteriùs non procedat, videtur solùm excludere ab hæreditate dotantis; & sic patris, quatenus doter. Baid. *in l.* 1. *num.* 4. *C. de legit. hared.* & ibi Castr. *num.* 2. *verſ. nec obſt.* Luc. *in l. pactum, n.* 18. *C. de collat.* Cephal. qui de communi testatur *in conſil.* 278. *nu.* 95. & 96. & latè Thesaur. *deciſ.* 62. *num.* 1.

Quæ

Quæ optimè procedunt in hoc Statuto ; cùm in eo post illa verba, *Ipsa filia femina in aliquo non succedant patri*, &c. subiungitur, *Sed sint contenta dotibus pro eis datis*. Ex quibus verbis manifestissimè apparet quòd constituentes voluerunt excludere ab hæreditate tantum patris dotantis : cum hæc verba referantur ad hæreditatem dotantis : non enim dote potest esse contenta filia, quæ dotem non habuit ab illo, contra cuius hæredes agit.

Considerauit namque Statutum, sufficientem esse portionem mulieris cupientis succedere, dotem suam : Vnde hæc dos in locum suæ portionis succedit ; quæ successio est quodammodo impossibilis respectu non dotantis : & si aliter Statutum intelligeretur, magna resultaret iniquitas : quia Statutum excluderet filiam à successione paterna, quæ illi debita est. *l. fin. C. de iur. & fact. ignor.* & *l. in suis, C. de lib. & posthum.* & absque alia causa, & absque eo quod aliquid habeat de bonis paternis, modo ab aliquo extraneo dotata esset, excluderet : quæ absurditas ex toto debet vitari. *l maximum vitium, C. de liber. præterit.* Et ita exemplificando in verbis, quod filia vltra dotes constitutas nihil petere possit, respondet Angel. *in consil.* 126. *num.* 3. Brun. *de Statut. exclus. femin. art.* 8. *quæst.* 16. *num.* 61.

Et prædicta corroborantur ex secunda parte Statuti, in qua disponitur per hæc verba : *Et idem iuris esse volumus, scilicet vt filia excludatur à successione patris, in filiabus & neptibus non maritatis, nec dotatis, quibus non est constituta dos per patrem vel auum in sua vltima voluntate ; dummodo frater germanus, siue patruus sit paratus cum effectu dotare sororem, seu neptem ipsam de paragio, secundum conditionem illorum de domo sua, & facultatem patrimonij : alioquin succedant dictæ mulieres cum masculis prout iura disponunt*. Cùm igitur Statutum velit filias non dotatas dotari ad hunc effectum de paragio, considerata quantitate patrimonij, qualitate coniugum, & numero liberorum ; vt per Affict. *decis.* 160. *num.* 1. *vsque ad fin.* & sic ex hæreditate paterna ; apparet quòd intentio Statuti fuit quòd ad effectum exclusionis ab hæreditate patris, filiæ vel neptes, essent dotatæ ex hæreditate ascendentis ; vt in simili de interpretatione Statuti pro intellectu vnius partis arguit ad intellectum alterius Decius *in consil.* 396. *ante num.* 5. *vers. pro veritate præmittendum*. Eoque magis, quia quando Statutum voluit excludere ab hæreditate alterius quàm dotantis, id claris verbis expressit ; vt patet in finalibus verbis Statuti ibi : *Quæ filia, vel neptes, ab vno ex prædictis personis dotata, vel si vna ex prædictis personis sit parata eas dotare in casibus suprædictis nec matri, nec auiæ, ab intestato succedant*.

Neque obstat quod prædicta conclusio non procedat, vt dictum est, quando Statutum procedit vltrius, prout procedit in hoc casu ; cùm Statutum non dicat simpliciter, fœminæ dotatæ excludantur ; sed vltrius subdat, *ab hæreditate patris*. Nam fuit responsum quòd ex illis verbis Statutum non dicitur vltrius procedere, ita vt à quocumque filia dotata sit, excludatur : sed ex illis colligitur quòd voluit dotari à patre, & ab eius hæreditate excludi : & in hoc consistit punctum difficultatis

Et tunc propriè Statutum diceretur vltrius procedere, quando exprimeret verba, per quæ appareret velle excludere etiam à successione non dotantis : quæ verba non adsunt in nostro Statuto, sicut aderant in exemplis adductis per Brun. *loc. cit. num.* 65. *& seqq.* & plures etiam casus distinguit Thesaur. *decis.* 63 *num.* 3. Quare non est opus discutere, cùm non faciant ad rem nostram. Et in his terminis procedit decis. Lut. 277. *lib.* 1. *in non.* quæ loquitur in casu Statuti, *cap.* 24. *lib.* 5. *in antiq.* quod est in nouis *cap.* 146 *lib.* 1. in quo disponitur secundum verba antiqui Statuti, quòd defuncto sine filijs ab intestato succedant pariter fratres germani, etiam non vterini, exclusis sororibus, dummodo sint congruè dotatæ, vel fratres sint parati eas dotare. Stante enim hoc Statuto dicit Puteus, quod soror excluditur ab hæreditate fratris, etiam non dotantis : & mouetur duplici ratione. Primò, quia Statutum vltra processit, specificando personas, à quibus voluit Statutum excludere. Secundò, quia Statutum dicit, Dummodo fratres parati sint eas dotare ; & propterea Statutum non potest intelligi quod femina sit dotata ex bonis patris defuncti. Quæ rationes cessant in casu isto : primò quidem, quia in Statuto, de quo Puteus, implicitè plures personæ sunt enumeratæ ; scilicet fratres, à quorum hæreditatibus sorores excluduntur : vnde non est necesse quòd fœminæ sint dotatæ à fratre, de cuius hæreditate agitur ; quod non est in casu nostro, cùm Statutum explicitè de vnico tantum egerit, scilicet patre : ergo dici minimè poterit quòd processerit vltrius ; sed quòd excluserit ab hæreditate patris, quatenus ab ipso filiæ sint dotatæ : Et per rationes suprædictas cessat etiam secunda ratio considerata à Puteo : quia in casu nostri Statuti frater, si filia non sit maritata, tenetur dotare de paragio ; & sic habet rationem ad bona patris, vt supra dictum est.

Non obstat quòd cum frater habeat intentionem fundatam in Statuto, & non præbetur ipsum fuisse in mora ; sicuti posset sororem, si ipse frater viueret hodie, dotare & excludere, Gabr. *conf.* 5. *per tot. lib.* 1. & *conf.* 4. *& seqq.* & *cons. fil.* 139. *num.* 2. *lib.* 2. Rota *decis.* 559. *num.* 2. *par.* 1. *diuers.* & fuit dictum *in causa Anagninæ Bonorum*, 10. *Martij* 1617 *coram R. P. D. Pamphilio* ; Ita hoc potest facere etiam hæres ipsius fratris. Gabr. *dicto conf.* 4. *num.* 12. Nam fuit responsum, quicquid dictum sit, hodie cùm Angeletta non egeat amplius dote, cùm patente patre dotata sit ab extraneo, in hoc casu cessare omnem difficultatem : quia Adola hæres Scipionis fratris declarauit se velle retinere vineã pro se & sororibus ; & sic implicitè cessauit velle dotari ; quod sufficit : vnde Angeletta succedere debet, licèt illam frater admittens ad successionem, potuerit se eximere ab onere, vt clarè loquitur Statutum, & dicit Gabriel. *d. consil.* 4. *num.* 13. *lib.* 2.

Et ita conclusum.

Reuerendiss. D. Coccino Decano.

Romana Vineæ de Corbinellis.

Veneris, 7. Iunij 1619.

EPITOME.

Ius dotantis in casu Statuti Vrbis, cap. 191. lib. 1. non transit ad hæredes, quando res non est integra, ad decisionem Dubij, An filia dotata ab extraneo excludatur ab hæreditate patris, quando frater, vel patruus sunt parati eam dotare.

Ad Cap. 145.

DECISIO CIV.

DEcisio in prima sui parte non impugnabatur: sed admisso, filiam dotatam ab extraneo non excludi ab hæreditate paterna ex Statuto Vrbis *cap.* 145. *lib.* 1. prout fuit resolutum, dicebatur excludi, si frater, vel patruus sit paratus dotare, vt in eodem Statuto dicitur, quòd ius dotantis transeat ad hæredes. Gabr. *consil.* 5. *num.* 11. *lib.* 1. & fuit admissum in decisione. Vnde sicuti Scipio, si viueret, potuisset dotare Angelettam dotatam ab extraneo; ita potuisset Adola hæres Scipionis, & hodie Cæsar hæres Adolæ.

Sed dixerunt Domini hoc esse verum; hodie tamen rem non esse integram, cùm Adola hæres Scipionis in iudicio dixerit, se velle possidere nomine suo & sororum, videlicet Angelettæ & Dianoræ, vti filiarum q. Leonardi de Corbinellis, ad quem spectauit dicta vinea, Quæ verba non possunt recipere aliam interpretationem, quàm ideo se possidere dictam vineam, quia cùm ipsæ sorores non essent a patre dotatæ, ad patris successionem admittebantur: non autem quòd ideo retineret, quia vellet cum dicta vinea ipsam & sorores dotare, Quæ coniectio adminiculatur ex epistolis Cæsaris filij, & hæredis Adolæ, & ex alijs deductis in decisionibus factis coram me, 2. Decembris 1609. & 5. Martij 1618. Vnde fit non fuisse necessariam aliam interpellationem, vel vt Adola, aut hæres, constitueretur in mora ad hoc vt constaret eos esse paratos dotare sorores, Gabr. *consil.* 4. *num.* 13. *lib.* 2.

Non obstat quòd confessio Adolæ fuerit simulata, ad excludendos Bandinos. Quia cùm illa simulatio in hoc casu habeat admittam fraudem, sicuti non posset respectu fraudis allegari ab Adola, ita nec ab eius hærede. Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 13. *num.* 37. Et in omnem euentum ista est mera diuinatio: nec est credendum, nihil postea per tantum temporis actum fuisse, si dicta confessio fuisset simulata: prout etiam excluditur simulatio ex locationibus, cùm non adesset causa simulandi, scilicet ad decipiendos Bandinos: ex quo Adola dicere poterat velle se retinere vineam pro constituendis dotibus sororum, ex quo non fuerant à patre dotatæ, nec opus erat quòd diceret illas hæredes.

Ex quibus Domini perstiterunt in resolutis; & dixerunt, resoluta in alia & in hac decisione procedere nedum respectu Angelettæ, sed etiam respectu Dianoræ ab extraneo dotatarum.

Et ita conclusum.

R. P. D. Gipsio.

Fauentina Legitimæ.

Veneris, 23. Martij 1590.

EPITOME.

Legitima matris in bonis filij quanta esse debeat: & an possit per Statutum diminui. Statutum exclusiuum feminarum &c. an habeat locum tam in casu testati, quàm intestati.

Ad Cap. 145. num. 4.

DECISIO CVII.

STatutum Fauentinum de successionibus ascendentium & transuersalium ab intestato delatis, disponit quòd mater, aora, & aliæ feminæ, vel masculi, per lineam femininam attinentes, non possint ab intestato modo aliquo succedere filio, & alijs habentibus patrem, auum, vel coniunctos per rectam lineam masculinam, vsque ad quartum gradum inclusiuè, secundum ius Canonicum computandum; possint tamen mater, & aliæ mulieres, ac alij vt supra exclusi, petere & habere decem pro centenario valoris totius hæreditatis defuncti, quæ sint pro omni Legitima, etiam iure naturæ debita, & pro omni iure, quod competeret talibus mulieribus, & alijs sic exclusis; & quòd nil vltra petere possint, sed omnis via successionis ab intestato eis sit præclusa.

Defuncto itaque Bartholomæo de Pasijs sine filijs, & instituta matre, & vxore hæredibus vniuersalibus, vita ipsarum tantum durante, & post illarum mortem, idem testator voluit quod bona sua peruenirent ad ipsius attinentes de Pasijs. Propterea dubitatum fuit, an

an Camillæ matri deberetur Legitima in bonis filij, & quanta.

Et dicta die Domini, omissa prima parte Dubij, tamquam clara, & resoluta, circa secundam partem non fuerunt concordes: quoniam aliqui existimabant Legitimam esse tertiam totius hæreditatis, iuxta text. *in authent. nouissima, C. de inofficios. testam.* & testatur de communi Alexand. *cons.* 168. *num.* 18. *lib.* 7. Nam vbi agitur de exclusione matris, vel filiæ à Legitima, Statutum expresse loquens in casu intestati, non habet locum cõdito testamento. Cenn. *cons.* 190. *num.* 5. *vers. quod & secundo, lib.* 3. Curt. sen. *cons.* 37. *num.* 17. *& seq.* Socin. *cons.* 30 *num.* 3. *cum multis seqq. lib.* 1. cum alijs adductis. Maximè quia Statutum sæpius reperit exclusionem ab intestato, & ad illam se restringit, vt patet ibi, *& alij, vt supra exclusi*; vt in talibus mulieribus sic exclusis, & in alijs locis ab informantibus hæc ponderatis per ea, quæ dicit Socin. *cons.* 130. *num.* 6, *lib.* 1.

Et Statutum excludens matrem propter extraneos, vti iuri communi contrarium, debet restringi ad casum intestati tantum. Alexander *consil.* 131. *versus fin. vers. & etiam, lib.* 1. Marzar. *consil.* 35. *num.* 16. Puteus, *decis.* 38. *lib.* 3.

Secundo, non videtur Statutum locum habere posse in casu proposito, cùm mater fuerit hæres instituta: siquidem propter huiusmodi agnitionem censendum est, testatorem ab ipsa remouisse obstaculum Statuti, per quod non potuit habere nisi decimam partem, & consequenter eidem restituisse illud priuilegium, quod tamquam matri de iure communi competebat; vt declarat Socin. *cons.* 75. *n.* 3. *lib.* 3. Alexand. *consil.* 131. *lib.* 1. latè Cephal. *consil.* 479. *num.* 26.

Et suadetur optima ratione; nam filius instituendo matrem hæredem, quemadmodum ex iure communi facere debebat, *§. illud quæque capitulum, in authent. vt cum de appellation. cognoss.* præsumitur quod voluerit potius se conformare cum dispositione iuris communis, quàm cum Statuto, vt per Ruinum, *cons.* 40. *num.* 20. *& seq. lib.* 3. Marzar. *d. consil.* 35. *num.* 8.

Nec ad rem facere dicebatur, quod nonnulli Doctores, etiam in casu testati teneant contra matrem. Quia eorum opinio posset procedere, quando fuisset præterita in testamento, vel ei soluin titulo Legati aliquid relictum; non autem quando titulo Institutionis mater fuit agnita: quo casu datur intelligi testatorem voluisse recedere à Statuto, & amplecti iuris communis dispositionem, vt in simili videmus filiam hæredem institutam, & rogatam post mortem restituere hæreditatem, detrahere posse Legitimam sibi de iure communi debitam, non obstante Statuti exclusione, & prohibitione petendi Legitimam. Oldrad. *cons.* 107. *num.* 5. Aret. *cons.* 43. Alexand. *cons.* 9. *num.* 19. *lib.* 6. Et hanc opinionem, vti benigniorem amplectendam prædicti Doctores dicebant, cùm satis sit matrem exclusam esse à luctuosa filij hæreditate.

Non obstat quod mater censeatur potius relicta vsufructuaria, seu legataria, quam hæres pleno iure, ex allegatis. Quoniam illa opinio locum sibi vendicaret, si alius cohæres in proprietate datus fuisset in vita matris & non aliàs, vt per Paris. *cons.* 60. *num.* 71. *lib.* 2. & fuit resolutum *in Perusina de Alphanis, & Faventina de Caldironibus*, per informantes allegatis.

Postremo considerandum est, quòd si mater non fuisset rogata restituere hæreditatem agnatis ipsius testatoris, quòd absque difficultate posset illam retinere; & si agnati obijcerent de Statuto, ipsa posset respondere, & bene, Statutum dumtaxat procedere ab intestato: quæ responsio videtur etiam militare, quando mater intendit consequi Legitimam de iure communi debitam: siquidem ad agnatos obijcientes de Statuto semper replicare posset, Statutum loqui ab intestato, & non condito testamento.

Domini vero, qui contrarium sentiebant, mouebantur primo ex eo, quòd licèt Statutum non possit in totum auferre Legitimam, potest tamen illam minuere. Rota *decis. prima de consuetud. in nou.* Alexander *cons.* 55. *num.* 5. *lib.* 2. quo fit vel mater non possit petere, vel habere nisi decem pro centenario sibi per Statutum relicta pro Legitima, & omni iure, à quibus Statutum excludens matrem à successione filij, illam pro extranea habet. Vnde licèt in vita hæres instituta exstitit; nihilominus cùm fuerit datus substitutus, non potest petere, vel retinere nisi decimam partem, & per Statutum taxatam. Sic videmus in terminis authent. *ex testamento, C. de secund. nupt.* quòd mater instituta à filio, & rogata restituere, non potest detrahere Legitimam in bonis primi viri, quia eidem nihil in vsufructu succedere non potest; & à successione intestati Legitima metitur, vt ibi declarat Baldus *in l. prima, vers. quilibet*, & Baldum sequuntur ibi Iacob. de Sancto Georg. Brun. *tract. de Stat. exclus. femin. art.* 8. *num.* 12. Idcirco in casu isto Legitima matris regulari debet à Statuto, & non à iure communi: præsertim, quia attenta mente testatoris, mater fuit hæres vsufructuaria in vita tantum, & non proprietaria.

Secundo considerandum est, quòd aut matri fuit relictum minus quam sit Legitima sibi debita ex Statuti dispositione; & tunc non potest petere nisi supplementum illius, iuxta taxam prædicti Statuti. Brun. *vbi supra in tertio casu*; aut fuit sibi plus relictum, quàm per Statutum determinetur; & clarum est non posse plus petere: & iura, quæ dicunt, debetur matri Legitima, debent intelligi, vt debeatur diminuta à Statuto, per supra allegata.

Tertiò, Statutum excludens matrem, & relinquens eidem aliquid pro Legitima, procedit condito testamento: quoniam Legitima non debetur, nisi in casu testati; nam ab intestato

mater

mater succedit filio, & sic non quærit. Ideo Statutum excludens videtur tam ex testamento, quã ab intestato, ipsam excludere ad prædictum effectum; quod maximè dicendum est, quando sunt instituti, vel substituti illi, quorum contemplatione mater à Statuto excluditur, vt per Put. *dec. 38. lib. 3. allegat.*

Non obstat quòd mater fuerit agnita in testamento filij, vt supra dixi, ex Marzar. *consil. 35. num. 14.* quasi quod testator recesserit à Statuto. Quia cùm in testamento matri titulo Legitimæ nil relinquatur, non potest dici testatorem à Statuto recessisse; nec mater, siue eius hæredes petierunt Legitimam, nisi postquam factus esset locus restitutioni hæreditatis; quocirca subintrat dictum Statutum: siquidem Legitima ex illis bonis debeatur, à quibus contemplatione substitutorum excluditur nedum à Statuto, sed etiam ab ipsomet testatore.

Non obstat, quòd sicut filia agnita facit partem ad exclusionem Statuti: sic etiam de matre dicendum sit, ex allegatis. Quia si hæc conclusio applicatur, ex ea tamen non determinatur quanta debeat esse Legitima. Ideo cum Statutum non excludat à totali successione siue Legitima, sed tolum illam diminuat, quod facere potest, vt supra dictum est, concludendum prædictis Dominis videbatur, Statutum esse seruandum, nec repugnare voluntati testatoris.

Nec ad rem facit, quòd Statutum non taxet Legitimam. Quia satis est quod taxet successionem, à qua mensuratur Legitima, *authentica nouiss. sima.* & ibi glos. & Doct. *C. de inofficios. testam.* Bart. *in l. quoties, de hæredib. instit.* cum alijs supra deductis.

Ad aliam tamen considerationem vltimo loco pro contraria parte adductam, responderi potest, quòd si voluntas testatoris respectu Legitimæ esset clara, quemadmodum dum esset, si in proprietate testator matrem instituisset, & eam restituere non rogasset; quòd tunc huiusmodi testatoris voluntas deberet attendi, & seruari: sed quia dubitatur an voluerit matri vltra vsumfructum etiam relinquere Legitimam de iure communi eidem debitam; ideo cum potuisset clarius hoc disponere, & non disposuit, seruari debet Statutum inductum fauore agnationis. *l. cum quidem, ff. de lib. & posth.* cum concordantibus.

R. P. D. Merlino.

Narnien. Successionis.

Mercurij, 22. Martij 1628.

EPITOME.

Statutum extantibus masculis, &c. non extenditur ad bona sita extra Territorium statuentium, sine loquatur in rem, siue in personam: nec dici potest odiosum: nec comprehendit forenses, licèt in eius Territorio bona sint sita Statutum originis an possit inhabilitare subditum, etiam in aliena iurisdictione. Consuetudo quibus requisitis probata concludenter dicatur.

Ad Cap. 145. num. 26.

DECISIO CVIII.

ANdreas, superstitibus tam filijs masculis, quàm feminis, intestatus decesserat; bonaque nedum in Territorio Narnienfi, vbi degebat, sed & hic Romæ reliquit. Vnde fuit dubitatum, An in his bonis feminæ æqualiter admittendæ essent vna cum masculis, illisque danda immissio. Et quamuis, attenta iuris communis dispositione, non sit ambigendum quin ad feminas æqualiter, prout ad masculos, spectet paterna successio, *§. intestatorum, instit. de hæredit. qua ab intest. defer. l. maximum vitium. C. de lib. præterit. l. lege duodecim tabularum, C. de legit. hæred. noth. nouissima, C. de suis, & legit.* Attamen difficultatem faciebat quòd tam Narnij, vbi & testator, masculique, & feminæ ad successionem aspirantes domicilium habent, quàm hic Romæ, vbi bona reperiuntur, Statutum viget exclusiuum feminarum extantibus masculis; & proinde, quodcunque Statutum attendatur, semper retuitat exclusio feminarum.

Verùm Domini responderunt, in his bonis Romæ existentibus dandam esse immissionem filiabus feminis pro medietate; & sic iuris communis dispositionem in proposita facti specie esse attendendam, neutrumque ex prædictis Statutis sibi locum vendicare.

Non, inquam, Statutum Narniense: quoniam quãuis Doctores inter se certauerint, an huiusmodi Statutum feminarum exclusiuum comprehendat, vel extendatur ad bona extra Territorium; in variasque acies diuisi sint, & distinctionibus aliqui opiniones contrarias cõciliauerint; Attamen semper Rota indistinctè censuit, bona posita extra Territorium non comprehendi Statuto, quemadmodum & magis communiter Doctores tenuerunt: ita Bart. qui fuit auctor huius opinionis, *in l. cunctos populos, num. 32.* Bald. *ibid. num. 91. C. de summ. Trinit. & fide Cathol.* Aucharan. *in cap. Canonum Statuta, num. 214. de constit.* Felin. *in cap. postulasti, num. 4. de for. compet.* Alexand. *cons. 16. nu. 1. & seqq.* & *consil. 128. lib. 1.* Gozadin. *consil. 49. num. 8.* Brun. *de Statut. art. 8. num. 130.* qui affirmat ab hac opinione non esse recedendum. Roland. *cons. 80. per tot. lib. 4.* Bero. *consil. 155. num. 12. & seqq. lib. 2.* Ioseph Ludouic. *decis. Peruf. 76. num. 8.* Honded. *cons. 5. num. 14. lib. 1.*

Peregr.

Peregr. *decis. Patauin.* 117. *num.* 2. & 3. & *consil.* 7. *num.* 8. *lib.* 5. Menoch. *cons.* 875. *per tot.* & *cons.* 1021. *num.* 9. & 10. vbi quinquagintasex Doctores recenset hanc opinionem sequentes. Aldobrandin. *cons.* 2. *num.* 10. & *seqq. lib.* 1. & *consil.* 145. *num.* 8. *lib.* 2. Doct. Fachin. *cons.* 86. *num.* 4. & *consil.* 87. *num.* 1. & *seqq. lib.* 2. Olasch. *consil.* 76. *num.* 19. Caball. *consil.* 12. *num.* 1. & *seqq. lib.* 2. qui de vera, & magis communi attestatur, & quod optimis fundamentis innitatur; Pappon. *consil.* 54. *num.* 33. Aldouin. *consil.* 98. *num.* 3. & Rota perpetuo, vt dictum est, hæsit huic opinioni ita coram Puteo *decis.* 341. *lib.* 1. *in correct.* coram Cardinali Blanchetto, *in Romana, seu Terracinensi Bonorum*, 16. *Martij* 1576. quę est decis. 304. *num.* 3. *par.* 1. *diuers.* coram Comitulo *in Perusina Bonorum de Balleonibus*, 8. & 13. *Iunij* 1590. coram Brauo *in Romana supplementi Legitima*, 21. *Octobris* 1580. coram Penia *in Perusina Reintegrationis*, 15. *Ianuarij* 1596. coram Cardin. Pamphilio *in Balneoregien. Bonorum*, 7. *Iunij* 1591. & 16. *Maij* 1594. coram sanctæ memoriæ Gregorio Decimoquinto *decis.* 355. *num.* 1. & *seqq.* & coram bon. mem. Buratto *in Collen. Hereditatis*, 10. *Iunij* 1616. & 5. *Maij* 1617. & nouissimè coram R. P. D. meo Durano *in Romana, seu Bergomen. Successionis*, 11. *Maij* 1626.

Et quamuis Rota in conclusione assentiat Bartolo; in duobus tamen dissentit, in ratione scilicet, & in distinctione, seu declaratione. Non enim vera est ratio ab eo ponderata, quòd nempe huiusmodi Statutum non comprehendat bona extra Territorium, eo quia fit odiosum, dum æquitati naturali repugnat constituendo in materia successionis differentiam inter masculos, & feminas; quod veluti maximum vitium reprehendit Imperator *in d. l. maximum vitium*, C. *de liber. præterit.* & propterea strictè interpretandum, nec extendendum extra Territorium. Quoniam licet tale Statutum sit derogatorium iuri communi, non tamen inde odiosum, saltem odio irrationabili, censendum est: fundatur enim in bono publico, nempe in motiuo conseruandi æquationes masculorum, & principaliter, ac primario non intendit exclusionem feminarum, nec in earum odium est promulgatum, sed in fauorem familiarum, quæ diuitiarum præsidio destitutæ sordescunt, & hoc considerati debet ad effectum iudicandi, an aliquid sit odiosum, vel fauorabile. *l. qui exceptionem*, *ff. de cond. indeb.* Roman. *consil.* 39. *num.* 2. & *consil.* 328. *num.* 2. Decian. *cons.* 17. *num.* 25. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 278. *nu.* 102. Aldobrandin. *cons.* 2. *nu.* 141. *lib.* 1. Caputaquen. *decis.* 15. *num* 6. *par.* 2. Rota *decis.* 177. *num.* 1. *par.* 1. *diuers.* Et quòd huiusmodi Statutum sit fauorabile, receptiori calculo affirmant Doctores, Alexander *consil.* 141. *num.* 10. *lib.* 7. Cephal. *consil.* 278. *num.* 102. & 103. Decian. *consil.* 1. *num.* 319. & *cons.* 17. *num.* 25. *lib.* 1. & *consil.* 30. *num.* 10. *lib.* 3. Gabriel. *consil.* 15. *num.* 3. *lib.* 2. Brun. *de Statut. art.* 8. *num.* 127. *vers. nec obstat*. Burdus *consil.* 553. *num.* 9. & Rota plures amplexa est hanc opinionem, vt *in Nucerina Bonorum*, 4. *Martij* 1612. *coram bonæ memoriæ* Cardinali *Sacrato*, quæ est *decis.* 51. *par.* 1. *recentior.* & in pluribus relatis *in Bononiensi Successionis*, 9. *Decembris* 1622. *coram bonæ mem. Vbaldo*. Immo huiusmodi Statutum est conforme iuri Diuino, duodecim tabularum, & iuri Prætorio. Crauett. *consil.* 243. *num.* 5. Decian. *dicto consil.* 1. *num.* 318.

Sed vera ratio illius conclusionis suprà firmatæ ea est, quoniam statuere est actus iurisdictionis, qui exercetur circa administrationem rerum suarum. *cap. final. de constitut. in* 6. *l. fin. ff.* & C. *de iurisdict. omn. iudic.* & ibi Doctores communiter, Alexand. *in l.* 1. *num.* 10. *ff. cod.* & extra proprium Territorium Princeps est veluti priuatus. *dicto cap. final. de constitut. in sexto*, *cap. per venerabilem*, *qui filij sint legit. cap. quæ contra* 8. *distinct. dicta l. final. ff. de iurisdict. omn. iudic. l.* 3. *ff. de offic. Præsid.* cum alijs per Bero. *consil.* 155. *num.* 14. *lib.* 2. vnde nec poterit populus exercere iurisdictionem in alieno Territorio. Ita Lap. *alleg.* 91. *num.* 7. Castr. *consil* 32. *num.* 1. *lib.* 2. Roland. *consil.* 80. *num.* 25. & 26. *lib* 4. Bero. *dicto consil.* 155. *num.* 13. & 14. Peregrin. *decis. Patauin.* 117. *num.* 2. Aldobrandin. *cons.* 2. *num.* 10 & 15. *lib.* 1. Brun. *de Stat. dicto art.* 8. *nu.* 130. *versic. quicquid autem sit*. Gerard. Mazzol. *consil.* 36. *num.* 17. Bellon. iun. *consil.* 74. *num.* 103. Et per hanc rationem Rota sequitur Bartolum, vt obseruauit Put. *dicta decis.* 341. *in fin. lib.* 1. & tangit Burd. *consil.* 553. *num.* 8. Bellon. *dicto cons.* 74. *num.* 104. Imò etiamsi omnino esset Statutum fauorabile, non tamen extenderetur extra Territorium. Roland. *dicto consil.* 80. *sub num.* 29. *sub versic. superest modo*. Bellon. *ibid. num.* 105. semper enim obstaret defectus iurisdictionis.

Distinctionem etiam Bart. *in dicta l. cunctos populos*, *num.* 33. C. *de summ. Trinit. & fide Catbol.* an Statutum loquatur in rem, siue in personam, semper reiecit Rota, vt *in dicta decis.* 304. *num.* 3. *par.* 1. *diuersor.* in *Balneoregien. Bonorum*, 16. *Maij* 1594. *coram bonæ memoriæ Cardinali Pamphilio*, & *coram sanctæ memoriæ Gregorio Decimoquinto*, *dicta decis.* 255. *num.* 6. & *in dicta Collen. Hæreditatis coram bonæ memoriæ Buratio*. Quoniam non cortex verborum, sed facultas Statutorum, quidq; principaliter intelligant ipsi, attendendum est; & verba indaganda esse, si quæstio foret voluntatis, quæ verbis declaratur, & extenditur. *l. Paulus non tantum verbis*, *ff. rem rat. hab. cap. is autem*, 22. *quæst.* 2. Aymo *consil.* 20. *num.* 2. secus autem dum quæstio est potestatis, quæ cùm sit limitata Territorio Statuentium, *l. Duumvirum*, C. *de decur. lib.* 10. non potest quibuscunque verbis quoquo modo conceptis vltra limites extendi. Lap. *d. alleg.* 91. *nu.* 8. Neguss. *respons.* 278. *nu.* 6. & 7. Bellon. iun. *dicto cons.* 74. *num.* 107. alioquin in facultate cuiuslibet positum esset ingeniosa verborum structura alienam supplantare, & illudere, ac propriam extendere iurisdictionem vltra

DECISIO CII.

HVguccinus Campanus, qui fuit primarius professor in Gymnasio Romano, & Aulę Consistorialis Decanus, condidit testamentũ in Vrbe, hæredemq; scripsit Ioan. Baptistam primogenitum, & alios filios sibi nascituros: quibus sine filijs legitimis quandocunque decedentibus substituit Prosperum fratrem, & Victoriam sororem. Huguccino defuncto, decessit etiam Ioannes Baptista filius sine filijs, & demum Henricus secundo genitus, superstite Cornelia filia. Vnde fuit dubitatum, An constet de fideicommisso in fauorem eiusdem Cornelię, tanquam in conditione positæ? Et Domini, bis disputata causa, respondetunt affirmatiuè, constare scilicet de fideicommisso.

Quamuis enim Rota adhæreat glossę *in l. Lucius, la 2. ff. de hared. instituen.* nempe quòd filij in conditione positi non censeantur vocati; attamen etiam ex coniecturis recedit a dicta opinione; & quoties filij in conditione positi, sunt ex descendentibus testatoris, admittit leuiores coniecturas ad firmandam illorum vocationem; vt post alios traduut Thesaur. *decis. 96. num. 7. vers. non erit*. Surd. *cons. 67. num. 34.* Bellon. iun. *cons. 50. num. 14.* Giouagn. *cons. 79. nu. 7. 34. & 99.* & fuit dictum *coram Cardinali Seraphino decis. 1329. num. 2.* & *coram sanctæ memoriæ Gregorio XV. decis. 315. num. 5.* & *decis. 329. num. 3.* & *coram Reuerendissimo Domino meo Decano decis. 267. num. 6.* & *in recentior. decis. 476. num. 20. par. 1.* & *in Imolen. Fideicommissi, 2. Martij 1622. coram bonæ memoriæ Vbaldo*; atque *in Bononien. Fideicommissi de Turri, 14. Maij 1621. coram Eminentiss. Domino Cardinali Verospio*, & alibi sæpius. In casu autem præsenti plures concurrunt coniecturæ, quæ vocationem Corneliæ in conditione positæ Dominis suadebant.

Prima est coniectura, quia inter filios primo loco institutos adest reciproca substitutio: vnde sequitur vt & filij ipsorum reciprocè grauatorũ, dum positi fuerunt in conditione, fuerint etiam dispositiuè vocati; quemadmodũ dixerũt Zanch. *in l. hæredes mei, § cum ita, par. 7. num. 70. ff. ad Trebe. l.* Riminald. sen. *cons. 78. num. 7. & seqq. lib. 1.* Gozad. *cons. 64. num. 12.* Decian. *consil. 28. num. 21. lib. 2.* & *consil. 44. num. 20. vers. secunda ergo coniectura, lib. 3.* Menochius *cons. 135. num. 6.* & *cons. 613. num. 6.* Giouagnon. *dicto cons. 79. num. 8. lib. 1.* Fusar. *de substitution. quæst. 437. num. 81.* Rota *in dicta Imolensi coram bo. me. Vbaldo*, & *in d. Bononiensi de Turri coram Eminentiss. Card. Verospio*; & *in eadem, 25. Februarij 1622. coram bo. me. Patriarcha Manzanedo*. Et ratio præcipua esse videtur: quia cùm reciproca substitutio potissimum exigat æqualitatem inter ipsos vicissim grauatos, *ad l. nam hoc iure*, & ibi gloss. *in verb. sola, ff. de vulg. & pupill.* & *in l. in testamento, la prima, C. de testam. milit.* Menoch. *præsump. 60. num. 22. lib. 4.* & *cons. 647. num. 11.* si filij positi in conditione non essent grauati, sequeretur inæqualitas: quia qui decederent sine filijs, tenerentur superstiti fratri, siue alijs cohæredibus, partem suam restituere; qui vero cũ filij decederet, nec teneretur substituto fratri, siue cohæredibus; quia existentia filij excluderet substitutionem; nec etiam teneretur restituere filio in conditione posito. sed solùm illi esset reseruatum ius succedendi ab intestato; & sic claudicaret hæc reciproca substitutio.

Secunda est coniectura, quia testator post substitutionem fratrum vocauit sorores, & sororum filias: vnde videtur absurdum quòd vocauerit filias sororum, quæ minus dilectæ erant, & vltimo loco admissæ ad hæreditatem; prætermiserit autem vocationem filiorum ex filijs masculis primo loco vocatis; prout in terminis ex hoc deiumunt, filios in conditione positos censeri vocatos. Honded. *cons. 54. num. 41. lib. 2.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 76. num. 34.* plenè Fusar. *de substitutionib. quæst. 437. num. 178.* Giouagnon. *dicto cons. 79. num. 13.* Bellon. iunior *dicto cons. 50. num. 30.* & pluries Rota *in recentior. decis. 146. nu. 6.* & *decis. 133. nu. 5. par. 1.* & *coram sanctæ mem. Gregorio XV. decis. 551. num. 5.* & *in d. Bononien. de Turri coram Eminentiss. Card. Verospio*.

Tertia coniectura desumitur ex eo quia adest digressio ad plures gradus substitutionum; quæ potissimum ponderatur ad inducendam vocationem in filijs in conditione positis. Anchar. *consil. 74. nu. 2.* Crasl. *§ fideicommissum, quæst. 14. num. 3.* Surd. *cons. 67. num. 3.* Laderen. *consil. 150. num. 1. vers. tertia est.* Bellon. iun. qui plures cumulat, *cons. 19. nu. 11. cons. 50. n. 28.* & *cons. 86. num. 3.* Giouagnon. *dicto consil. 79. num. 11.* & *28.* Rota *coram Cardinali Seraphimo decis. 1329. num. 10.* & *in recentior. dec. 146. num. 8. par. 1.* & *in d. Imolensi Fideicommissi coram bo. mem. Vbaldo.*

Quarta accedit coniectura, quòd fuit prohibita omnibus substitutis detractio Trebellianicæ; ex qua prohibitione infertur ad vocationem filiorum in conditione positorum; vt tradit Gozadin. *cons. 64. nu. 13.* Riminald. sen. *cons. 243 num. 9. versic. & maximè*; Decian. *consil. 103. num. 27. lib. 2.* cum alijs per Intriguol. *de substitut. centur. 3. quæst. 26. num. 113.* & Fusar. *d. quæst. 437. num. 215. & 217.*

Quinta potest addi coniectura ex eo quòd filijs compendiosè substituit: vnde quemadmodum in vulgari sunt vocati filij in conditione positi, ita etiam debent censeri itidem vocati ad fideicommissaria, quæ pariter contractur in eadem compendiosa, vt vniformis in vtraque parte substitutionis fiat determinatio. Socin. iunior *cons. 174. num. 24. lib. 2.* Riminaldus iunior *cons. 21. num. 48.* Honded. *cons. 54. num. 46. lib. 2.* Mantic. *de coniectur. lib. 11. tit. 3. n. 17.* Bellon. iun. *cons. 86. num. 13.* Giouagnon. *dicto cons. 79. num. 25.* Fusarius *dicta quæst. 437. num. 222.*

Et quamuis aliqua ex prædictis coniecturis a nonnullis Doctoribus reijciatur, & etiam Rota aliquando non admiserit aliquam ex illis in alijs cautis; attamen in hac materia prudenter agendũ est; & coniecturæ singulæ de per se non sunt ponderandæ, sed insimul, quia ad inuicem fulciuntur; & Rota in hac materia coniecturali ex plu-

ribus

ribus simul iunctis desumit voluntatem defuncti, & admittit aggregatas coniecturas, quas singulas, & diuisim reijceret, iuxta tradita per Cardinalem Manticam, *de coniectur. vltim. volunt. dicto lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 28. Honded. *conf.* 65. *num.* 43. *lib.* 1. & *conf.* 54. *num.* 53. *lib.* 2. Bellon. iun. *dicto conf.* 50 *nu.* 33. & *conf.* 86. *n.* 14. Giouagnon. *dicto conf.* 79. *num.* 33. & 101. Seraphin. *dicta decis.* 1329. *num.* 13. Rota *par.* 1. *recentior. decis.* 266. *nu.* 2. & 19. & aliis sæpiùs præsertim cùm versemur in descendentibus; in quibus, vt dictum est, leuiores sufficiunt coniecturæ.

Denique Domini præcipuè moti sunt ex Statuto Vrbis *lib.* 1. *cap.* 142. vbi sancitum est, filios in conditione positos censeri vocatos: cum quo Statuto Huguccinus, qui per plures annos degit Romæ, & iuris prudentiam publicè docuit, atque in foro versatus est, præsumitur se conformasse; *ad l. cum de lanionis, §. item cæsabos, ff. de fund. instruct.* Crauet. *conf.* 250. *num.* 1. Menoch. *præsumpt.* 202. *num.* 17. *vers. septimò extenditur, lib.* 4. Decian. *conf.* 26. *nu.* 67. *lib.* 2. Mantica *de coniectur. lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 15. Rustic. *ad l. cum auus, lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 27. *& 28. & cap.* 15. *num.* 2. *& seqq. ff. de condit. & demonstr.* & in his terminis dixit Gabr. *consil.* 115. *num.* 1. *& seqq. lib.* 1. In indaganda enim voluntate defuncti inspici debet consuetudo loci, & regionis, in qua ipse commoratus est; vt inquit I. C. *in l. si seruus plurium, §. si numerus, ff. de legat.* 1. Alex. *conf.* 131. *num.* 4. *lib.* 7. Coru. *conf.* 244. *nu.* 18. *lib.* 2. & melius Card. Mantica *de coniectur. lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 13. Et quòd idem procedat etiam respectu bonorum quæ extra territorium statuentium sita sunt, dixit in his terminis Rota *coram Card. Seraphino d. decis.* 1329. *num.* 12. & secutus est etiam Fusar. *d. quæst.* 437. *nu.* 229. & confert Signorol. *cum. cons.* 166. *num.* 6. *iuncto num.* 4.

Nec obstat quòd Statutum non porrigat vires suas extra territorium ex defectu iurisdictionis, & censeatur primariò afficere ipsa bona, iuxta tradita per Brun *de Statut. artic.* 8. *quæst.* 25. *num.* 119. *& seqq.* Cust. iun. *conf.* 110. *num.* 9. plenè Alderan. Maicard. *de gener. interpret. Statutor. conclus.* 6. *num.* 101. & Rota *in Terracinen. Bonorum coram bo. mem. Card. Blanchetto*, quæ est *decis.* 304. *par.* 1. *diuers.* & *apud sanctæ memoriæ Gregor. XV. decis.* 255. *num.* 3. *in Collensi Hæreditatis*, 10. *Iunij* 1616. *& 5. Maij* 1617. *coram bo. me. Buratto*, & nuper *in Nemisien. Successionis*, 12. *Maij* 1628. *coram me.*

Quoniam obiectum incaret, si Cornelia ad Bona Huguccini vellet admitti ex dispositione Statutorum Vrbis: quia tunc bene posset opponi de defectu iurisdictionis respectu territorij Auximani: sed cùm instet admitti ad hæc bona ex voluntate & dispositione Huguccini, vtitur solummodo Statuto pro simplici interpretatione dictæ voluntatis cõiecturatæ exeo, quòd Huguccinus voluerit se conformare cum consuetudine, seu Statuto loci in quo tamdiu commoratus est, & testamentum condidit, & obijt. Pro qua inferenda coniectura non est opus iurisdictione; quia etiam actus nullus, & inualidus inferuit pro declaranda, & indicanda voluntate. *l. fin. ff. de reb. cor.* Crauet. *conf.* 113. *num.* 6. *ad med.* Decian. *conf.* 41. *num.* 41. *lib.* 1. Laderch. *consil.* 78. *num* 9. Et quamuis alias Statutum esset inualidum & nullum, & sic nulla niteretur iurisd. dictione; adhuc tamè bene confert ad assequendã mentem testatoris, qui censetur se conformasse cum dispositione Statuti etiam inualidi, dummodo de facto obseruaretur. Alciat. *conf.* 53. *nu.* 4. 5. *& 6. lib.* 9. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 28. *num.* 92. Menoch. *præsumpt.* 83. *num.* 53. *lib* 4.

Quemadmodum etiam bona emphyteotica Ecclesiæ non subiacent Statutis laicorum, iuxta trad. per Menoch. *conf.* 1129. *nu.* 3. Viu. *communis. opinion. cap.* 812. *num.* 36. Surd. *conf.* 338. *num.* 6. & *decis.* 95. *num.* 22. & plenè fuit dictum *in Romana Domus de Scapuccijs ad sanctũ Augustinum.* 19. *Ianuarij* 1601. *coram Reuerendissimo Domino meo Decano*. Attamen, si quis conducat bona Ecclesiæ pro filijs masculis & feminis, censetur pr ùs stipulasse pro masculis, & solummodo illis deficientibus, pro feminis quoties ibi extet Statutum feminarum exclusiuum: quia receptor præsumitur se conformasse cum d. Statuto, etiam respectu bonorum, quæ illius dispositioni non subiacent, iuxta theoricã Bartoli *in l. vt iusiurand. §. si liberi. nu.* 5. *ff. de oper. libert.* Decian. *conf.* 30. *nu.* 40. *lib.* 3. Aldobrand. *conf.* 22, *num.* 28. *lib.* 2. Rimin. iun. *conf.* 295. *num.* 50. Et masculi non dicuntur venire ex dispositione Statuti, sed ex voluntate stipulantis; solumque ex Statuto desumi, & depromi latentẽ voluntatem receptoris, cùm dicatur se conformasse cum dicto Statuto, vt Rota perpendit *coram bo. mem. Card. Caualerio dec.* 583. *num.* 8. *& 9.* & *in dicta Romana Domus de Scapuccijs coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Hinc etiam videmus, quòd si forensis testamentum faciat more Veneto, hoc est minori numero testium, quàm a iure sancitum fuerit; testamentum tamen sustinetur, & habet executionem, etiam respectu Bonorum extra Statum Venetum, & in quo ius commune, vel aliud municipale seruatur, vt per Bart. *in l. cunctos populos, num.* 36. *&* 37. C. *de summ. Trinit. & fid. Cathol.* Gabr. *de testib. conclus.* 4. *num.* 1. Mantic. *de coniectur. lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 14. Magdalen. *de numer. testium in testam. requis. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 86. *&* 87. Et gerens actum in loco censetur tacitè se accommodasse ad contrahendum secundùm Statuta illius loci. *cap.* 1. *vbi* Anchar. & Imol. *de empt. & vendit.* Aret. *conf.* 11. *nu.* 5. Alderan. Maicard. *dicta conclus.* 6. *num.* 178. & illius loci solemnitates sat est seruasse. Bald. *l. fin. ff. de iurisd. omn. Iudic.* in repetit. Lamberteng. *de contractib. glos.* 2. *verb. mulierum, num.* 43. *in fin.* Aret. *conf.* 73. *nu.* 6. 7. *& seqq.* & tenetur etiam forensis seruare solemnitates præscriptas a Statuto loci, in quo contrahit, Bart. *in l. cunctos populos, nu.* 25. *& seqq.* Castren. *num.* 11. Purpur. *num.* 98. C. *de summa Trinit. & fid. Cathol.* Maicard. *dicta conclus.* 6. *num.* 22. *& seqq.* Et quemadmodum Huguccinus testator commorando in Vrbe erat adstrictus Foro Vrbis; ita etiam contrahendo, vel testando, iure censeri debet se cõformasse, & adhæsisse

esse Statutis Vrbis; cùm parta sint, Forum sortiri, & Statutis ligari circa actus in loco Statuti faciendos. glos. *in cap. qua contra, verb. aut peregrini*, 8. *dist.* Alex. *consil.* 19. *num.* 8. *lib.* 6. Thesaur. *decis.* 123. *num.* 11. Surdus *consil.* 2. *num.* 14. *versic. nam parta sunt*, & *consil.* 343. *num.* 33.

Nec applicatur decisio Spoletana Bonorum, 13. Martij 1499. coram bo. mem. Cardinali Millino in fine, quæ est *decis.* 834. *par.* 4. *diuersor.* Quia ibi testator nec Romæ testatus fuerat, nec ibidem commorabatur: & sic pro interpretanda mente defuncti, an scilicet voluerit filios in conditione positos vocare, consuetudo, & Statuta regionis, in qua commorabatur, exquirenda non erant.

Non obstat quòd non constet Hugueccinum bona habuisse in Vrbe, prout in casu decisionis 1329. *num.* 18. Cardinalis Seraphini. Quoniam vltra quòd dicitur, & hic Romæ Hugueccinum Loca montium non vacabilium possedisse, quæ inter bona immobilia connumerantur, Federic. de Sen. *cons.* 12. *num.* 4. Alciat. *in l. moventium, ff. de verbor. signific.* Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 6. *num.* 5. & 7. Peregrin. *cons.* 9 *num.* 29. *lib.* 1. & fuit dictum *in Veneta Pricij bonorum*, 13. *Nouembris* 1602. *coram bo. mem. Cardinali Pamphilio*, & *in dicta Narniensi Successionis coram me*; obseruandum est quòd Rota in dicta decisione Cardinalis Seraphini vim non facit in eo, quòd testator ibi bona haberet, vt etiam deducitur ex Futurio *dicta quæst.* 437. *num.* 229. *in fin.* quia re vera tutum non fuisset motiuum: Quoties enim quis in diuersis territorijs habet bona, vniuscuiusque territorij Statutum dispositiuũ attenditur, ac si diuersa essent patrimonia. Alex. *consil.* 16. *nu.* 2. & *cons.* 128. *num.* 2. *versic. allegat Salicetus*, *lib.* 1. Aldobrandin. *cons.* 2. *num.* 13. & 14. *lib.* 2. Surd. *cons.* 353. *num.* 16. & *decis.* 329. *num.* 17. & fuit dictum *in præallegata Narniensi Successionis*, 22. *Maij* 1628. *coram me.* Sed verum motiuum erat, quòd hoc Statutum de filijs in conditione positis non est dispositiuum, sed tantummodo interpretatiuum: quia soltim antiquam illam, & anceps tem Doctorum controuersiam definidit; & opinionem pro vocatione filiorum in conditione positorum cautionizatam & sic Statutum declarat tantum dubiam voluntatem testatoris; & cum hoc Statuto præsumitur se conformasse testatorem, ex quo Roma testamentum condidit, & diu commoratus est. Cornelia autem non innititur Statuto principaliter, sed dispositioni & voluntati Hugueccini declaratæ à Statuto; & ex alijs coniecturis supra ponderatis: & dispositio testamentaria Hugueccini ritè facta in Vrbe indiuidua dicitur, & vna tantùm; adeo vt æqualiter vbique seruanda sit; vt post alios bene declarat idem Surd. *d. decis.* 329. *num.* 25.

Erita vtraque parte informante, resolutum fuit.

R.P.D. Pirouano.

Romana Fideicommissi de Quinque.

Veneris 11. *Ianuarij* 1636.

EPITOME.

Filij positi in conditione an censeantur vocati ad fideicommissum, nõ solùm quoad portionem patris, sed etiam patruorum.

Ad Cap. 141.

DECISIO CIII.

PAulus de Quinque de anno 1573. testamentum condidit, in quo suos hæredes vniuersales nominauit Vincentium, Laurentium, & Quintium: & si contingeret aliquem ipsorum mori quandocunque sine filijs legitimis & naturalibus, & de legitimo matrimonio procreatis; tali sic decedenti, seu talibus sic decedentibus, substituit eius, siue eorum fratrem, vel fratres prædictos superuiuentes.

Contigit quòd Vincentius, & Quintius decesserunt ante Laurentium: & Laurentio postmodum morbo, ære alieno magno grauato, relictis Paulo, & Tiberio eius filijs, in concursu creditorum, isdem contendunt factum fuisse loco fideicommisso, nedum quoad portionem patris, sed etiam quoad partem Vincentij, & Quintij patruorum, qui sine filijs decesserunt. Et cùm hodie quæreretur, An eisdem sit danda immissio in bonis, & hæreditate Pauli fideicommittentis; affirmatiuè per Dominos fuit responsũ.

Nam quoad portionem Laurentij eorum patris, quando filij sunt expressè in conditione positi, prout in præsenti reperiuntur; quamuis Scribentes in diuersas sententias iuerint, vt ex pleno tractatu Iosephi de Rutticis colligi potest, & ex modernioribus eandem quæstionem resumpserit & tractauerit Futar. *in sua quæst.* 437. Attamen quoad Ciues, & Incolas Vrbis per Statutum 14. *lib.* 1. subsista remanet omnis hæsitatio, dum disponitur quòd filij positi in conditione fideicommissi censeantur ad fideicommissum tacitè vocati. De cuius obseruantia testatur Gabriel. *cons.* 115. *num.* 2. & *alij*. Menoch. *præsumpt.* 76. *num.* 83. *lib.* 4. Papa Greg. *decis.* 575. *num.* 1. & nouissimè tenuit Rota *coram D. meo Buccabella*, 1. *Decembris* 1634. *in una Romana Fideicommissi de Maximis.*

Quia verò ad portiones Vincentij, & Quintij patruorum, idem fuit resolutum. Nam, etsi receptior videatur opinio, vt filij positi in conditione censeantur vocati tantummodò ad portiones parentum, quorum contemplatione fuerunt positi in conditione; Gastren. *in l. filius familias, & cum quis. ff. de legat.* 1. Socin. sen. *in l. hæredis mei, & cum ita num.* 3. *ff. ad Trebell.* Pere-

grinus

regrinus *de fideicommiss. art.* 28. *num.* 19. Menoch. *præsumpt.* 76. *num.* 89. *lib.* 4. latissimè Fusarius alios cumulans, *quæst.* 440. *in princip.* Attamen in præsenti contrarium verius visum fuit, scilicet vocatos esse ad portionem patruorum, cùm per eorundem Vincentij, & Quintij prædecedentiã, ex substitutione illorum portiones deuenerint ad Laurentium: quo casu ex coniecturata mente testatoris non solùm ad patris, sed etiam ad patruorum portiones vocati dicuntur. Socin. *in l. cùm auus, col. vlt. num.* 114. *ff. de condit. & demonstr.* Cravet. *cons.* 130. *nu.* 6. Gabr. *cons.* 2. *num.* 13. *lib.* 2. Peregrin. *cons.* 73. *num.* 11. *lib.* 3. Fusar. *dicta quæst.* 440. *num.* 4. *& seqq.* & in hac causa idem fuit firmatum *coram Gregorio XV. decis.* 337. *num.* 6. Et coniecturæ in hac parte visæ fuerunt semper Dominis potentiores, quando positi in conditione sunt de descendentibus testatoris, & idem testator prohibuit alienationem etiam latè sumpto vocabulo, cum causa: quia vult quòd bona sua conseruentur in sua familia. Zanch. *in l. hæredes mei, §. cùm ita, par.* 7. *num.* 91. *ff. ad Trebell.* Cravet. *cons.* 130. *num.* 5. Rustic. *in tract. cùm filij positi in condit. lib.* 5. *cap.* 9. Petra *de fideicommiss. quæst.* 9. *num.* 234. *&* 235. Fusar. *eadem quæst.* 440. *num.* 6. & idem fuit conclusum in hac eadem causa *in supradicta decis.* 337. *nu.* 6. & exinde in alijs causis, *vt in decis.* 266. *num.* 3. *&* 320. *num.* 17. *par.* 1. *recentior.* Quæ coniecturæ ex lectura testamenti Pauli fideicommittentis concludenter probantur: quia Paulus iunior, & Tiberius, descendunt a Paulo seniore ex persona Laurentij eorum patris, qui a Paulo seniore in suo testamento fuit nominatus filius, & hæres institutus: & inferius prohibita alienatione etiam latè sumpto vocabulo, subduntur formalia verba: Et hoc voluit idem testator, quòd omnia bona sua stabilia semper remanerent in familia, & in domo sua, & suorum filiorum: quibus locus esse non potest pro implenda voluntate testatoris, nisi per Laurentium effecta esset vnica portio in personam acquirentis; vt latissimè ponderatur *in dicta decis.* 337. *num.* 3. *& seqq.* Honded. *cons.* 54 *num.* 32. *lib.* 2. cum aliis congestis per Fusar. *eod. quæst.* 437. *num.* 161.

Non obstat quòd ex verbis eiusdem fideicommissi filij Laurentij in conditione positi dici non possint, nec per consequens vocati; ex quo eorum patri Laurentio cum filiis decedenti non fuit substitutum; sed tantummodò si contingeret aliquem ipsorum institutorum mori quandocunque sine filiis: quod euenit in Vincentio, & Quintio patruis, qui ante Laurentium decesserunt, & eorum portiones deuenerunt ad Laurentium fratrem. Propterea dicebatur, ad portionem patruorum esse ante eos vocatum Laurentium per reciprocam, & ad hæreditatem patris deficere substitutionem ob prædecedentiam patruorum, per quam purificata fuit conditio, si contingeret aliquem ipsorum institutorum mori: & vbi deficit substantia substitutionis, non potest adesse qualitas, & accidens conditionis. *l. eius qui, ff. si cert. pet.* Peregrinus ita argumentans in his terminis, & dicens obtinuisse, *de fideicommiss. art.* 28. *nu.* 22. *& seqq.* Fusar. *quæst.* 437. *num.* 246. Felic. *allegat.* 14. *num.* 190. *& seqq. parte* 3.

Quoniam ex sola diuersitate casuum, qui respectiuè ponuntur per Peregrinum, & in fideicõmisso Pauli, soluitur obiectum, Supponit namque Peregrinus in suo casu, testatorem reliquisse dimidiam prædis Tiburtio, & Antonio Mariæ fratribus; & altero eorum decedente sine filijs & hæredibus, superuiuentem succedere debere in legato. Decessit Antonius Maria sine filijs; cuius portionem habuit Tiburtius frater: deinde decessit idem Tiburtius cum filijs: & hic casus, in quo vni tantùm primo decedenti facta est substitutio, cũ nostro nõ conuenit; in quo, omnibus filijs institutis facta est substitutio. Ita enim legitur in testamento Pauli: *Si contigerit aliquẽ ipsorum institutorum mori quandocunque sine filijs legitimis, & de legitimo matrimonio procreatis; tali sic decedenti, seu talibus sic decedentibus, substituit eius, siue eorum fratrem vel fratres prædictos supraiuientes æquali portione.* Ex quibus verbis patet quòd nedum altero, & sic vno, decedente, sed decedentibus facta est substitutio; & respectu omnium substitutorum filios esse in conditione positos, ac si dictum fuisset: si contingeret Laurentium mori sine filijs, substituit Vincentium & Quintium eius fratres superuiuentes; vel si Vincentium, & deinde Quintium, figillatim de quolibet loquens: & hoc propter verbum, *talibus sic decedentibus*, aptum plures numero comprehendere. Et hunc sensum, declarando Peregrinum supra allegatum habuerunt idem Fusarius *cons.* 144. *num.* 14. *& seqq.* & Achill. Pedioc. *consil.* 145. *num.* 22. *& seqq.* & hoc ipsum admittit Peregrin. *eodem artic.* 28. *num.* 24. dicens, formulas in specie subiecta esse attendendas: quæ formula per verba, *si contingeret aliquem mori*, iunctis verbis, *talibus sic decedentibus*, procul dubio ponunt casum in diuersa specie, omnes comprehendendo. Becc. *cons.* 12. *num.* 65. Surd. *decis.* 283. *num.* 7. Quod idem dici nõ potest de verbis positis per Peregrinum, *altero eorum decedente sine filijs*; ex quo verbum, *alterum*, vnum de duobus pro sui natura includit & denotat. *l. sed interpellat. §. si ex altera, ff. de arbitr.* Castrens. *cons.* 264. *num.* 1. *lib.* 2. cum aliis per Peregrin. *loc. cit. num.* 23.

Et ita fuit conclusum, &c.

Cardinali Sacrato.

Romana, seu Interamnen. Hæreditatis.

Mercurij 10. *Decembris* 1608.

EPITOME.

Filiatio naturalis nõ legitima quibus coniecturis probetur. De concubinatu permisso a Iure Ciuili.

Ad Cap. 143. *num.* 3.

DECISIO XIV.

PRætendebat Angela Bartolina, se ex q. Capitaneo Ioanne Iacobo de Paradisis procreassę Ioannem Baptistam filium naturalem, & quòd mortuo Ioanne Iacobo ab intestato, & sine filijs legitimis, & naturalibus, dictus Ioannes Baptista, tanquam naturalis, successerit in duabus vncijs, iuxta text. *in authent. licet*, C. *de natur. lib.* Rom. *cons.* 93. *nu.* 9. *verſ. quoad tertium.* Alex. *in l. is, qui bonis. ff. de vulgar.* Et rursus cùm dictus Ioannes Baptista decesserit in pupillari ætate, dictas duas vncias ad se vti matrem delatas, iux. text. *in §. fin. ad Senat. consult. Tertul.* Propterea dedi dubium, An probaretur filiatio Ioannis Baptistæ ad effectum, de quo agebatur, nempe successionis Angelæ in dictis duabus vncijs. Et difficultas fuit per Dominos reducta ad duo capita. Primum an probaretur filiatio: Secundum, an probetur naturalitas. Nam & modernis temporibus veri naturales, hoc est nati ex concubinatu a iure Ciuili non improbato, succedunt ab intestato, cùm iura antiqua circa successores sint incorrecta. Rip. *in l. ex facto, §. si quis rogatus, ff.* t. *nu.* 50. *verſ. nec incorrecta ſpur.* Palleott. *de noth. & ſpur. cap.* 54. *num.* 9.

Quantum ad filiationem, illa satis probari visa fuit præsumptionibus, & coniecturis, quæ admittuntur in hac materia, in quibus non potest dari certa probatio. Ruin. *conſ.* 53. *in princip. lib.* 5. Surd. *conſ.* 1. *num.* 38. *&* 40. & fuit in specie decisum *in cauſa Bononien. de Grandis coram Illuſtriſſimo Cardinali Millino*, 14. *Martij* 1601. Maximè quando agitur de successione illius, qui tractauit tanquam filium: quo casu videtur sufficere minor probatio quàm quando agitur de successione tertiæ personæ, quæ non tractauit. Alciat. *conſ.* 6. *num.* 11. *tom.* 1. *lib.* 4.

Præsumptiones autem, & coniecturæ allatæ pro parte Angelę, sunt plures, nempe cohabitatio, & condormitio concubinæ. Surd. *conſil.* 1. *num.* 43. *in fine.* Baptizatio instante Ioanne Iacobo, vti patre. Surd. *vbi ſupra num.* 44. Tractatus, & educatio. Alex. *conſ.* 51. *num.* 2. *in princip. lib.* 1. & fuit dictum *in vna Romana hæreditatis coram Oradino*, 1. *Martij* 1571. inter impress. *diuerſ. par.* 1. *rec.* & *in Rom. Hæreditatis a Burdeſia*, 10. *Decembris* 1576. *coram Aldobrandino*, inter impress. *diuerſ.* 238. *parte.* 1. *num.* 2. cumulat. per Menoch. *de arbitr. caſ* 89. *num.* 69. & per Modern. *de probat. concluſ.* 795. Confessio geminata Ioannis Iacobi, quod ille erat eius filius. Asin. *in prax. Iud.* 2. *par. §.* 1. *cap.* 3. 7. 30. *&* 42. Fama publica vicinorum, quòd Ioannes Baptista erat filius Ioannis Iacobi. Menoch. *d. caſ. n.* 89. Modern. *de probat. concluſ.* 291. Asin. *d. §.* 1. *cap.* 11. Surd. *d. conſ.* 1. *n.* 485.

Quantum ad naturalitatẽ, illa pariter visa fuit probari ex testibus deponẽtibus in Angela requisita ad concubinatum a iure ciuili permissum, ex quo solum concubinatu nascuntur filij naturales cũ omnes alij illegitimi propriè sint spurij. Bart. *in l. ſi gener. n.* 2. *ff. de his quib. vt indign.* Alciat. *de præſump. per tot.* Menoch. *conſ.* 285. *n.* 10. Requisita autem ad cõcubinatum permissum a iure ciuili regulariter sunt septem, de quibus per Luc. de Pen. *in l. ſi cohortalis, col.* 2. *C. de cohortat. lib.* 12. & Rota *in cauſa Leodien. hæreditatis coram Illuſtriſs. Blanchetto*, relata inter diuers. impress. *deciſ.* 254. *par.* 2. Et de his omnibus bene deponunt testes, excepto vltimo requisito, nempe de protestatione: quæ protestatio non est necessaria, quando, vt in hoc casu, concubina est imparis gradus cũ concubinario. Luc. de Pen. *in d. l. ſi cohortalis, col.* 3. *verſ. aut eſt voluntas dubia.*

Et ita, Angela tantum informante, ex eo quòd pars aduersa pluries citata non informauit, fuit per Dominos conclusum.

Reuerendiss. D. Coccino Decano.

Romana Vineæ de Corbinellis.

Veneris 15. *Martij* 1619.

EPITOME.

Filia dotata ab extraneo non excluditur ex dispositione Statuti Vrbis ab hæreditate paterna. Declaratur idem Statutum lib. 1. cap. 145. Et quando dicatur vlterius probedere.

Ad Cap. 145. *num.* 2.

DECISIO CV.

DVbitaui, An aliæ duæ partes vineæ cõtrouersiæ spectarent ad Cæsarem. Et die 26. Maij 1614. difficultas fuit restricta ad portionem Angelettæ, quæ non fuit dotata a patre, sed a bo. me. Ioanne della Casa Archiepiscopo Beneuentano, eius auunculo: quare punctum consistit in eo, An dicta Angeletta vigore statuti Vrbis *cap.* 145. fuerit excluſa per Scipionem fratrem a successione patris. Et Dominj reſoluerunt non fuisse excludam a dicta successione patris, cùm ab ipso dum viueret dotata non fuerit.

Statutum enim disponit, quòd si intestatus obierit, relictis filijs masculis, vel nepotibus, vel eis, & filiabus feminis maritatis, & dotatis, ipsę filiæ non succedant patri, sed contentæ sint dotibus pro eis datis: & propterea stantibus istis verbis Statutum est intelligendum quãdo pater dotat de bonis proprijs; vt in puncto dicit Alber. Brun. *de Statut. excluſiu. femin art.* 8. *quæſt.* 16. *num.* 59. Quia cùm Statutum vlteriùs non procedat, videtur solùm excludere ab hæreditate dotandis; & sic patris, quatenus dotet. Bald. *in l.* 1. *num.* 4. *C. de legit. hæred.* & ibi Castr. *num.* 2. *verſ. nec obſt.* Dec. *in l. pactum, n.* 18. *C. de collat.* Cephal. qui de communi testatur *in conſil.* 278. *nu.* 95. *&* 96. & latè Thesaur. *deciſ.* 62. *nu.* 1.

Quæ

Quæ optimè procedunt in hoc Statuto ; cùm in eo post illa verba, *Ipsa filia femina in aliquo non succedant patri, &c.* subiungitur, *Sed sint contenta dotibus pro eis datis*. Ex quibus verbis manifestissimè apparet quòd constituentes voluerunt excludere ab hæreditate tantum patris dotantis : cum hæc verba referantur ad hæreditatem dotantis : non enim dote potest esse contenta filia, quæ dotem non habuit ab illo, contra cuius hæredes agit.

Considerauit namque Statutum, sufficientem esse portionem mulieris cupientis succedere, dotem suam : Vnde hæc dos in locum suæ portionis succedit ; quæ successio est quodammodo impossibilis respectu non dotantis : & si aliter Statutum intelligeretur, magna resultaret iniquitas : quia Statutum excluderet filiam à successione paterna, quæ illi debita est. *l. fin. C. de iur. & facti. ignor.* & *l. in suis, C. de lib. & posthum.* & absque alia causa, & absque eo quod aliquid habeat de bonis paternis, modo ab aliquo extraneo dotata esset, excluderet : quæ absurditas ex toto debet vitari. *l maximum vitium, C. de liber. præterit.* Et ita exemplificando in verbis, quod filia vltra dotes constitutas nihil petere possit, respondet Angel. *in consil.* 126 *num.* 3. Brun. *de Statut. exclus. femin. art.* 8. *quæst.* 16. *num.* 61.

Et prædicta corroborantur ex secunda parte Statuti, in qua disponitur per hæc verba : *Et idem iuris esse volumus, scilicet vt filia excludatur à successione patris, in filiabus & neptibus non maritatis, nec dotatis, quibus non est constituta dos per patrem vel auum in sua vltima voluntate ; dummodo frater germanus, siue patruus sit paratus cum effectu dotare sororem, seu neptem ipsam de paragio, secundum conditionem illorum de domo sua, & facultatem patrimonij : alioquin succedant dictæ mulieres cum masculis prout iura disponunt*. Cùm igitur Statutum velit filias non dotatas dotari ad hunc effectum de paragio, considerata quantitate patrimonij, qualitate coniugum, & numero liberorum ; vt per Afflict. *decis.* 160. *num.* 1. *vsque ad fin.* & sic ex hæreditate paterna ; apparet quòd intentio Statuti fuit quòd ad effectum exclusionis ab hæreditate patris, filiæ vel neptes, essent dotatæ ex hæreditate ascendentis ; vt in simili de interpretatione Statuti pro intellectu vnius partis arguit ad intellectum alterius Decius *in consil.* 396. *ante num.* 5. *vers. pro veritate præmittendum*. Eoque magis, quia quando Statutum voluit excludere ab hæreditate alterius quàm dotantis, id claris verbis expressit ; vt patet in finalibus verbis Statuti ibi : *Quæ filiæ, vel neptes, ab vno ex prædictis personis dotata, vel si vna ex prædictis personis sit parata eas dotare in casibus suprædictis nec matri, nec auiæ, ab intestato succedant*.

Neque obstat quod prædicta conclusio non procedat, vt dictum est, quando Statutum procedit vltrius, prout procedit in hoc casu ; cùm Statutum non dicat simpliciter, fœminæ dotatæ excludantur ; sed vltrius subdat, *ab hæreditate patris*. Nam fuit responsum quòd ex istis verbis Statutum non dicitur vltrius procedere, ita vt à quocumque filia dotata sit, excludatur : sed ex illis colligitur quòd voluit dotari à patre, & ab eius hæreditate excludi : & in hoc consistit punctum difficultatis

Et tunc propriè Statutum diceretur vltrius procedere, quando exprimeret verba, per quæ appareret velle excludere etiam à successione non dotantis : quæ verba non adsunt in nostro Statuto, sicut aderant in exemplis adductis per Brun. *loc. cit. num.* 65. *& seqq.* & plures etiam casus distinguit Thesaur. *decis.* 63. *num.* 3. Quare non est opus discutere, cùm non faciant ad rem nostram. Et in his terminis procedit decis. Lucen. 277. *lib.* 1. *in nou.* quæ loquitur in casu Statuti, *cap.* 34. *lib.* 5. *in antiq.* quod est in nouis *cap.* 146 *lib.* 1. in quo disponitur secundum verba antiqui Statuti, quòd defuncto sine filijs ab intestato succedant pariter fratres germani, etiam non vterini, exclusis sororibus, dummodo sint congruè dotatæ, vel fratres sint parati eas dotare. Stante enim hoc Statuto dicit Puteus, quod soror excluditur ab hæreditate fratris, etiam non dotantis : & mouetur duplici ratione. Primò, quia Statutum vltra processit, specificando personas, à quibus voluit Statutum excludere. Secundò, quia Statutum dicit, Dummodo fratres parati sint eas dotare ; & propterea Statutum non potest intelligi quod femina sit dotata ex bonis patris defuncti. Quæ rationes cessant in casu isto : primò quidem, quia in Statuto, de quo Puteus, implicitè plures personæ sunt enumeratæ ; scilicet fratres, à quorum hæreditatibus sorores excluduntur : vnde non est necesse quòd fœminæ sint dotatæ à fratre, de cuius hæreditatè agitur ; quod non est in casu nostro, cùm Statutum explicitè de vnico tantum egerit, scilicet patre : ergo dici minimè poterit quòd processerit vltrius ; sed quòd excluserit ab hæreditate patris, quatenus ab ipso filiæ sint dotatæ ; Et per rationes suprædictas cessat etiam secunda ratio considerata à Puteo : quia in casu nostri Statuti frater, si filia non sit maritata, tenetur dotare de paragio ; & sic habet rationem ad bona patris, vt supra dictum est.

Non obstat quòd cum frater habeat intentionem fundatam in Statuto, & non probetur ipsum fuisse in mora ; sicuti posset sororem, si ipse frater viueret hodie, dotare & excludere, Gabr. *conf.* 5. *per tot. lib.* 1. & *conf.* 4. *& seqq.* & *cons. fil.* 139. *num.* 2. *lib.* 2. Rota *decis.* 559. *num.* 2. *par.* 1. *diuers.* & fuit dictum *in causa Anagnina Bonorum*, 10. *Martij* 1617 *coram R. P. D. Pamphilio* ; Ita hoc potest facere etiam hæres ipsius fratris. Gabr. *dicto conf.* 4. *num.* 12. Nam fuit responsum, quicquid dictum sit, hodie cùm Angeletta non egeat amplius dote, cùm patiente patre dotata sit ab extraneo, in hoc casu cessare omnem difficultatem : quia Adola hæres Scipionis fratris declarauit se velle retinere vineã pro se & sororibus ; & sic implicitè declarauit velle dotari ; quod sufficit : vnde Angeletta succedere debet, licèt illam frater admittens ad successionem, potuerit se eximere ab onere, vt clarè loquitur Statutum, & dicit Gabriel. *d. consil.* 4. *num.* 13. *lib.* 2.

Et ita conclusum.

Reuerendiss. D. Coccino Decano.

Romana Vineæ de Corbinellis.

Veneris, 7. Iunij 1619.

EPITOME.

Ius dotantis in casu Statuti Vrbis, cap. 191. lib. 1. non transit ad hæredes, quando res non est integra, ad decisionem Dubij, An filia dotata ab extraneo excludatur ab hæreditate patris, quando frater, vel patruus sunt parati eam dotare.

Ad Cap. 145.

DECISIO CIV.

DEcisio in prima sui parte non impugnabatur: sed admisso, filiam dotatam ab extraneo non excludi ab hæreditate paterna ex Statuto Vrbis *cap. 145. lib. 1.* prout fuit resolutum, dicebatur excludi, si frater, vel patruus sit paratus dotare, vt in eodem Statuto dicitur, quòd ius dotantis transeat ad hæredes. Gabr. *consil. 5. num. 11. lib. 1.* & fuit admissum in decisione. Vnde sicuti Scipio, si viueret, potuisset dotare Angelectam dotatam ab extraneo; ita potuisset Adola hæres Scipionis, & hodie Cæsar hæres Adolæ.

Sed dixerunt Domini hoc esse verum; hodie tamen rem non esse integram, cùm Adola hæres Scipionis in iudicio dixerit, se velle possidere nomine suo & sororum, videlicet Angelectæ & Dianoræ, vel filiarum q. Leonardi de Corbinellis, ad quem spectauit dicta vinea, Quæ verba non possunt recipere aliam interpretationem, quàm ideo se possidere dictam vineam, quia cùm ipsæ sorores non essent à patre dotatæ, ad patris successionem admittebantur; non autem quòd ideo retineret, quia vellet cum dicta vinea ipsam & sorores dotare, Quæ confessio adminiculatur ex epistolis Cæsaris filij, & hæredis Adolæ, & ex alijs deductis in decisionibus factis coram me, 2. Decembris 1609. & 5. Martij 1618. Vnde fit non fuisse necessariam aliam interpellationem, vel vt Adola, aut hæres, constitueretur in mora ad hoc vt constaret eos esse paratos dotare sorores, Gabr. *consil. 4. num. 13. lib. 2.*

Non obstat quòd confessio Adolæ fuerit simulata, ad excludendos Bandinos. Quia cùm illa simulatio in hoc casu habeat admittam fraudem, ideo non posset respectu fraudis allegari ab Adola, ita nec ab eius hærede. Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. num. 37.* Et in omnem euentum ista est mera diuinatio: nec est credendum, nihil postea per tantum temporis actum fuisse, si dicta confessio fuisset simulata: prout etiam excluditur simulatio ex locationibus, cùm non adesset causa simulandi, scilicet ad decipiendos Bandinos: ex quo Adola dicere poterat velle se retinere vineam pro constituendis dotibus sororum, ex quo non fuerant à patre dotatæ; nec opus erat quòd diceret illas hæredes.

Ex quibus Domini perstiterunt in resolutis; & dixerunt, resoluta in alia & in hac decisione procedere nedum respectu Angelectæ, sed etiam respectu Dianoræ ab extraneo dotatarum.

Et ita conclusum.

R. P. D. Gipsio.

Fauentina Legitimæ.

Veneris, 23. Martij 1590.

EPITOME.

Legitima matris in bonis filij quanta esse debeat: & an possit per Statutum diminui. Statutum exclusiuum feminarum &c. an habeat locum tam in casu testati, quàm intestati.

Ad Cap. 145. num. 4.

DECISIO CVII.

STatutum Fauentinum de successionibus ascendentium & transuersalium ab intestato delatis, disponit quòd mater, auia, & aliæ feminæ, vel masculi, per lineam femininam attinentes, non possint ab intestato modo aliquo succedere filio, & alijs habentibus patrem, auum, vel coniunctos per rectam lineam masculinam, vsque ad quartum gradum inclusiuè, secundum ius Canonicum computandum; possint tamen mater, & aliæ mulieres, ac alij vt supra excluſi, petere & habere decem pro centenario valoris totius hæreditatis defuncti, quæ sint pro omni Legitima, etiam iure naturæ debita, & pro omni iure, quod competeret talibus mulieribus, & alijs sic exclusis; & quòd nil vltra petere possint, sed omnis via successionis ab intestato eis sit præclusa.

Defuncto itaque Bartholomæo de Pasijs sine filijs, & instituta matre, & vxore hæredibus vniuersalibus, vita ipsarum tantum durante, & post illarum mortem, idem testator voluit quod bona sua peruenirent ad ipsius attinentes de Pasijs. Propterea dubitatum fuit, an

an Camillæ matri deberetur Legitima in bonis filij, & quanta.

Et dicta die Domini, omissa prima parte Dubij, tamquam clara, & resoluta, circa secundam partem non fuerunt concordes: quoniam aliqui existimabant Legitimam esse tertiam totius hæreditatis, iuxta text. *in authent. nouissima*, C. *de inofficios. testam.* & testatur de communi Alexand. *cons.* 168. *num.* 18. *lib.* 7. Nam vbi agitur de exclusione matris, vel filiæ à Legitima, Statutum expressè loquens in casu intestati, non habet locum cõdito testamento. Corn. *cons.* 290. *num.* 5. *vers. quod & secundo*, *lib.* 3. Curt. sen. *cons.* 37. *num.* 17. *& seq.* Socin. *cons.* 30 *num.* 3. *cum multis seqq. lib.* 1. cum alijs adductis. Maximè quia Statutum sæpius repetit exclusionem ab intestato, & ad illam se restringit, vt patet ibi, *& alij, vt supra exclusi*; vt in talibus mulieribus sic exclusis, & in alijs locis ab informantibus bene ponderatis per ea, quæ dicit Socin. *cons.* 130. *num.* 6, *lib.* 1.

Et Statutum excludens matrem propter extraneos, vti iuri communi contrarium, debet restringi ad casum intestati tantum. Alexander *consil.* 131. *versus fin. verfic. & etiam*, *lib.* 1. Marzar. *consil.* 35. *num.* 16. Puteus, *decis.* 38. *lib.* 3.

Secundo, non videtur Statutum locum habere posse in casu proposito, cùm mater fuerit hæres instituta: siquidem propter huiusmodi agnitionem censendum est, testatorem ab ipsa remouisse obstaculum Statuti, per quod non potuit habere nisi decimam partem, & consequenter eidem restituisse illud priuilegium, quod tamquam matri de iure communi competebat; vt declarat Socin. *cons.* 75. *n.* 3. *lib.* 3. Alexand. *consil.* 131. *lib.* 1. late Cephal. *consil.* 479. *num.* 26.

Et suadetur optima ratione; nam filius instituendo matrem hæredem, quemadmodum se iure communi facere debebat, *§. illud quoque capitulum*, *in authent. vt cum de appellation. cognosc.* præsumitur quod voluerit potius se conformare cum dispositione iuris communis, quàm cum Statuto, vt per Ruinum, *cons.* 40. *num.* 20. *& seq. lib.* 3. Marzar. *d. consil.* 35. *num.* 8.

Nec ad rem facere dicebatur, quod nonnulli Doctores, etiam in casu testati, teneant contra matrem. Quia eorum opinio posset procedere, quando fuisset præterita in testamento, vel ei solum titulo Legati aliquid relictum; non autem quando titulo Institutionis mater fuit agnita: quo casu datur intelligi testatorem voluisse recedere à Statuto, & amplectà iuris communis dispositionem, vt in simili videmus filiam hæredem instituram, & rogatam post mortem restituere hæreditatem, detrahere posse Legitimam sibi de iure communi debitam, non obstante Statuti exclusione, & prohibitione petendi Legitimam. Oldrad. *cons.* 107. *num.* 5. Arer. *cons.* 43. Alexand. *cons.* 9. *num.* 19. *lib.* 6. Et hanc opinionem, vti benigniorem amplectendam prædicti Doctores dicebant, cùm satis sit matrem excludi esse à luctuosa filij hæreditate.

Non obstat quod mater censeatur potius relicta vsufructuaria, seu legataria, quam hæres pleno iure, ex allegatis. Quoniam illa opinio locum sibi vendicaret, si alius cohæres in proprietate datus fuisset in vita matris & non alias, vt per Paris. *cons.* 60. *num.* 71. *lib.* 2. & fuit resolutum *in Perusina de Alphanis*, *& Faventina de Calderonibus*, per informantes allegatis.

Postremo considerandum est, quòd si mater non fuisset rogata restituere hæreditatem agnatis ipsius testatoris, quòd absque difficultate posset illam retinere; & si agnati obijcerent de Statuto, ipsa posset respondere, & bene, Statutum dumtaxat procedere ab intestato: quæ responsio videtur etiam militare, quando mater intendit consequi Legitimam de iure communi debitam: siquidem ad agnatos obijcientes de Statuto semper replicare posset, Statutum loqui ab intestato, & non condito testamento.

Domini vero, qui contrarium sentiebant, mouebantur primo ex eo, quòd licèt Statutum non possit in totum auferre Legitimam, potest tamen illam minuere. Rota *decis. prima de consuetud. in nou.* Alexander *cons.* 55. *num.* 3. *lib.* 2. quo fit vel mater non possit petere, vel habere nisi decem pro centenario sibi per Statutum relicta pro Legitima, & omni iure, quibus Statutum excludens matrem à successione filij, illam pro extranea habet. Vnde licèt in vita hæres instituta existat; nihilominus cùm fuerit datus substitutus, non potest petere, vel retinere nisi decimam partem, vel per Statutum taxatam. Sic videmus in terminis authent. *ex testamento*, C. *de secund. nupt.* quòd mater instituta à filio, & rogata restituere, non potest detrahere Legitimam in bonis primi viri, quia eidem nisi in vsufructu succedere non potest; & à successione intestati Legitima metitur, vt ibi declarat Baldus *in l. prima. verfic. quilibet*, & Baldum sequuntur ibi Iacob. de Sancto Georg. Brun. *tract. de Stat. exclus. famin. art.* 8. *num.* 17. Idcirco in casu isto Legitima matris regulari debet à Statuto, & non à iure communi: præsertim, quia attenta mente testatoris, mater fuit hæres vsufructuaria in vita tantum, & non proprietaria.

Secundo considerandum est, quòd aut matri fuit relictum minus quam sit Legitima sibi debita ex Statuti dispositione; & tunc non potest petere nisi supplementum illius, iuxta taxam prædicti Statuti. Brun. *vbi supra in tertio casu*: aut huic sibi plus relictum, quàm per Statutum determinetur; & clarum est non posse plus petere: & iura, quæ dicunt, debetur matri Legitima, debent intelligi, vt debeatur diminuta à Statuto, per supra allegata.

Tertiò, Statutum excludens matrem, & relinquens eidem aliquid pro Legitima, procedit condito testamento: quoniam Legitima non debetur, nisi in casu testati; nam ab intestato

mater

mater succedit filio, & sic non quærit. Ideo Statutum excludens videtur tam ex testamento, quã ab intestato, ipsam excludere ad prædictum effectum; quod maximè dicendum est, quando sunt instituti, vel substituti illi, quorum contemplatione mater à Statuto excluditur, vt per Put. *dec.* 38. *lib.* 3. *allegat.*

Non obstat quòd mater fuerit agnita in testamento filij, vt supra dixi, ex Marzar. *consil.* 35. *num.* 14. quasi quod testator recesserit à Statuto. Quia cùm in testamento matri titulo Legitimæ nil relinquatur, non potest dici testatorem à Statuto recessisse; nec mater, siue eius hæredes petierunt Legitimam, nisi postquam factus esset locus restitutioni hæreditatis; quocirca subintrat dictum Statutum: siquidem Legitima ex illis bonis debeatur, à quibus contemplatione substitutorum excluditur nedum à Statuto, sed etiam ab ipsomet testatore.

Non obstat, quòd sicut filia agnita facit partem ad exclusionem Statuti: sic etiam de matre dicendum sit, ex allegatis. Quia si hæc conclusio applicatur, ex ea tamen non determinatur quanta debeat esse Legitima. Ideo cum Statutum non excludat à totali successione siue Legitima, sed solum illam diminuat, quod facere potest, vt supra dictum est, concludendum prædictis Dominis videbatur, Statutum esse seruandum, nec repugnare voluntati testatoris.

Nec ad rem facit, quòd Statutum non taxet Legitimam. Quia satis est quod taxet successionem, à qua mensuratur Legitima, *authentica nouiss.* & ibi glos. & Doct. C. *de inofficios. testam.* Bart. *in l. quoties, de hæredib. instit.* cum alijs supra deductis.

Ad aliam tamen considerationem vltimo loco pro contraria parte adductam, respondetur potest, quòd si voluntas testatoris respectu Legitimæ esset clara, quemadmodum esset, si in proprietate testator matrem instituisset, & eam restituere non rogasset; quòd tunc huiusmodi testatoris voluntas deberet attendi, & seruari: sed quia dubitatur an voluerit matri vltra vsumfructum etiam relinquere Legitimam de iure communi eidem debitam; ideo cum potuisset clarius hoc disponere, & non disposuit, seruari debet Statutum inductum fauore agnationis. *l. cùm quidem, ff. de lib. & posth.* cum concordantibus.

R. P. D. Merlino.

Narnien. Successionis.

Mercurij, 22. *Martij* 1628.

EPITOME.

Statutum extantibus masculis, &c. non extenditur ad bona sita extra Territorium statuentium, siue loquatur in rem, siue in personam: nec dici potest odiosum: nec comprehendit forenses, licèt in eius Territorio bona sint sita Statutum originis an possit inhabilitare subditum, etiam in aliena iurisdictione. Consuetudo quibus requisitis probata concludenter dicatur.

Ad Cap. 141. num. 26.

DECISIO CVIII.

ANdreas, superstitibus tam filijs masculis, quàm feminis, intestatus decesserat; bonaque nedum in Territorio Narnien si, vbi degebat, sed & hic Romæ reliquit. Vnde fuit dubitatum, An in his bonis feminæ æqualiter admittendæ essent vna cum masculis, illisque danda immissio. Et quamvis, attenta iuris communis dispositione, non sit ambigendum quin ad feminas æqualiter, prout ad masculos, spectet paterna successio, *§. intestatorum, instit. de hæredit. quæ ab intest. defer. l. maximum vitium. C. de lib. præterit. l. lege duodecim tabularum. C. de legit. hæred. auth. nouissima, C. de suis, & legit.* Attamen difficultatem faciebat quòd tam Narnij, vbi & testator, masculique, & feminæ ad successionem aspirantes domicilium habent, quàm hic Romæ, vbi bona reperiuntur, Statutum viget exclusiuum feminarum extantibus masculis; & proinde, quodcunque Statutum attendatur, semper remaneat exclusio feminarum.

Verùm Domini responderunt, in his bonis Romæ existentibus dandam esse immissionem filiabus feminis pro medietate; & sic iuris communis dispositionem in proposita facti specie esse attendendam, neutrumque ex prædictis Statutis sibi locum vendicare.

Non, inquam, Statutum Narniense quoniam quãuis Doctores inter se certauerint, an huiusmodi Statutum feminarum exclusiuum comprehendat, vel extendatur ad bona extra Territorium; in variasque acies diuisi sint, & distinctionibus aliqui opiniones contrarias cõciliauerint; Attamen semper Rota indistinctè censuit, bona posita extra Territorium non comprehendi Statuto, quemadmodum & magis communiter Doctores tenuerunt: ita Bart. qui fuit auctor huius opinionis, *in l. cunctos populos, num.* 32. Bald. *ibid. num.* 91. C. *de summ. Trinit. & fide Cathol.* Ancharan. *in cap. Canonum Statuta, num.* 214. *de constit.* Felin. *in cap. postulasti, num.* 4. *de for. compet.* Alexand. *cons.* 16. *nu.* 1. *& seqq.* & *consil.* 128. *lib.* 1. Gozadin. *consil.* 49. *num.* 8. Brun. *de Statut. art.* 8. *num.* 130. qui affirmat ab hac opinione non esse recedendum. Roland. *cons.* 80. *per tot. lib.* 4. Bero. *consil.* 155. *num.* 12. *& seqq. lib.* 2. Ioseph Ludouic. *decis. Perus.* 76. *num.* 8. Honded. *cons.* 3. *num.* 14. *lib.* 1.

Peregr.

Peregr. *decis. Patauin.* 117. *num.* 2. & 3. & *consil.* 7. *num.* 8. *lib.* 5. Menoch. *cons.* 875. *per tot.* & *cons.* 1021. *num.* 9. & 10. vbi quinquaginta sex Doctores recenset hanc opinionem sequentes. Aldobrandin. *cons.* 2. *num.* 10. & *seqq. lib.* 1. & *consil.* 145. *num.* 8. *lib.* 2. Doct. Fachin. *cons.* 86. *num.* 4. & *consil.* 87. *num.* 1. & *seqq. lib.* 2. Olasch. *consil.* 76. *num.* 19. Caball. *consil.* 12. *num.* 1. & *seqq. lib.* 2. qui de vera, & magis communi attestatur, & quod optimis fundamentis innitatur; Pappon. *consil.* 54. *num.* 33. Aldouin. *consil.* 98. *num.* 3. & Rota perpetuo, vt dictum est, hæsit huic opinioni ita coram Puteo *decis.* 341. *lib.* 1. *in correct.* coram Cardinali Blanchetto, *in Romana, seu Terracinensi Bonorum*, 16. *Martij* 1576. quę est decis. 304. *num.* 3. *par.* 1. *diuers.* coram Comitulo *in Perusina Bonorum de Balleonibus*, 8. & 13. *Iunij* 1590. coram Brauo *in Romana supplementis Legitima*, 21. *Octobris* 1580. coram Penia *in Perusina Reintegrationis*, 15. *Ianuarij* 1596. coram Cardin. Pamphilio *in Balneoregien. Bonorum*, 7. *Iunij* 1591. & 16. *Maij* 1594. coram sanctæ memoriæ Gregorio Decimoquinto *decis.* 355. *num.* 1. & *seqq.* & coram bon. mem. Buratto *in Collen. Hæreditatis*, 10. *Iunij* 1616. & 5. *Maij* 1617. & nouissimè coram R. P. D. meo Durano *in Romana, seu Bergomen. Successionis*, 11. *Maij* 1626.

Et quamuis Rota in conclusione assentiat Bartolo; in duobus tamen dissentit, in ratione scilicet, & in distinctione, seu declaratione. Non enim vera est ratio ab eo ponderata, quòd nempe huiusmodi Statutum non comprehendat bona extra Territorium, eo quia sit odiosum, dum æquitati naturali repugnat constituendo in materia successionis differentiam inter masculos, & feminas; quod veluti maximum vitium reprehendit Imperator *in d. l. maximum vitium*, C. *de liber. præterit.* & propterea strictè interpretandum, nec extendendum extra Territorium. Quoniam licet tale Statutum sit derogatorium iuri communi, non tamen inde odiosum, saltem odio irrationabili, censendum est: fundatur enim in bono publico, nempe in motiuo conseruandi agnationes masculorum, & principaliter, ac primario non intendit exclusionem feminarum, nec in earum odium est promulgatum, sed in fauorem familiarum, quæ diuitiarum præsidio destitutæ sordescunt, & hoc considerari debet ad effectum iudicandi, an aliquid sit odiosum, vel fauorabile. *l. qui exceptionem*, *ff. de cond. indeb.* Roman. *consil.* 39. *num.* 2. & *consil.* 328. *num.* 2. Decian. *cons.* 17. *num.* 25. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 278. *nu.* 102. Aldobrandin. *cons.* 2. *nu.* 141. *lib.* 1. Caputaquen. *decis.* 15. *num* 6. *par.* 2. Rota *decis.* 177. *num.* 1. *par.* 1. *diuers.* Et quòd huiusmodi Statutum sit fauorabile, receptiori calculo affirmant Doctores, Alexander *consil.* 141. *num.* 10. *lib.* 7. Cephal *consil.* 278. *num.* 102. & 103. Decian. *consil.* 1. *num.* 319. & *cons.* 17. *num.* 25. *lib.* 1. & *consil.* 30. *num.* 10. *lib.* 3. Gabriel. *consil.* 15. *num.* 3. *lib.* 2. Brun. *de Statut. art.* 8. *num.* 127. *vers. nec obstat*. Surdus *consil.* 553. *num.* 9. & Rota pluries amplexa est hanc opinionem, vt *in Nucerina Bonorum*, 4. *Martij* 1612. *coram bonæ memoriæ Cardinali Sacrato*, quæ est *decis.* 51. *par.* 1. *recentior.* & in pluribus relatis *in Bononiensi Successionis*, 9. *Decembris* 1622. *coram bonæ mem. Vbaldo*. Immo huiusmodi Statutum est conforme iuri Diuino, duodecim tabularum, & iuri Prætorio. Crauett. *consil.* 243. *num.* 5. Decian. *dicto consil.* 1. *num.* 318.

Sed vera ratio illius conclusionis suprà firmatæ ea est, quoniam statuere est actus iurisdictionis, qui exercetur circa administrationem rerum suarum. *cap. final. de constitut. in 6. l. fin. ff. & C. de iurisdict. omn. iudic.* & ibi Doctores communiter, Alexand. *in l.* 1. *num.* 10. *ff. cod.* & extra proprium Territorium Princeps est veluti priuatus. *dicto cap. final. de constitut. in sexto*, *cap. per venerabilem*, *qui filij sint legit. cap. quæ contra* 8. *distinct. dicta l. final. ff. de iurisdict. omn. iudic. l.* 3. *ff. de offic. Præsid.* cum alijs per Bero. *consil.* 155. *num.* 14. *lib.* 2. vnde nec poterit populus exercere iurisdictionem in alieno Territorio. Ita Lap. *alleg.* 91. *num.* 7. Castr. *consil* 32. *num.* 1. *lib.* 2. Roland. *consil.* 80. *num.* 25. & 26. *lib.* 4. Bero. *dicto consil.* 155. *num.* 13. & 14. Peregrin. *decis. Patauin.* 117. *num.* 2. Aldobrandin. *cons.* 2. *num.* 10 & 15. *lib.* 1. Brun. *de Stat. dicto art.* 8. *nu.* 130. *vers. quicquid autem sit*. Gerard. Mazzol. *consil.* 36. *num.* 17. Bellon. iun. *consil.* 74. *num.* 103. Et per hanc rationem Rota sequitur Bartolum, vt obseruauit Put. *dicta decis.* 341. *in fin. lib.* 1. & tangit Surd. *consil.* 553. *num.* 8. Bellon. *dicto cons.* 74. *num.* 104. Imò etiamsi omnino esset Statutum fauorabile, non tamen extenderetur extra Territorium. Roland. *dicto consil.* 80. *sub num.* 29. *sub vers. supereſt modo*. Bellon. *ibid. num.* 105. semper enim obstaret defectus iurisdictionis.

Distinctionem etiam Bart. *in dicta l. cunctos populos*, *num.* 33. C. *de summ. Trinit. & fide Cathol.* an Statutum loquatur in rem, siue in personam, semper reiecit Rota, vt *in dicta decis.* 304. *num.* 3. *par.* 1. *diuersor.* in *Balneoregien. Bonorum*, 16. *Maij* 1594. *coram bonæ memoriæ Cardinali Pamphilio*, & *coram sanctæ memoriæ Gregorio Decimoquinto*, *dicta decis.* 355. *num.* 6. & *in dicta Collen. Hæreditatis coram bonæ memoriæ Buratio*. Quoniam non cortex verborum, sed facultas Statuentium, quidq; principaliter intelligant ipsi, attendendum est; & verba indaganda essent, si quæstio foret voluntatis, quæ verbis declaratur, & extenditur. *l. Paulus non tantum verbis*, *ff. rem rat. hab. cap.* 11 *autem*, 22. *quæst.* 2. Aymo *consil.* 20. *num.* 2. secus autem dum quæstio est potestatis, quæ cùm sit limitata Territorio Statuentium, *l. Duumvirum*, C. *de decur. lib.* 10. non potest quibuscunque verbis quoquo modo conceptis vltra limites extendi. Lap. *d. alleg.* 91. *nu.* 8. Negus. *respons.* 278. *nu.* 6. & 7. Bellon. iun. *dicto cons.* 74. *num.* 107. alioquin in facultate cuiuslibet positum esset ingeniosa verborum structura alienam supplantare, & illudere, ac propriam extendere iurisdictionem vltra

fines Territorij. Et propterea dictam distinctionem Doctores fere omnes pro principali conclusione supra relati reprobant, & potius verbalem, quàm iuridicam redarguunt. Aret. *in l. iustè possidet, sub num. 4. versic. præterea illa differentia, ff. de acquir. poss.* Socin. iun. *cons.* 25. *num.* 13. *in fin. lib.* 5. Decian. *cons.* 71. *nu.* 7. *lib.* 2.

Nec suffragatur id, in quo potissimum insistunt, qui contrarium tuentur, quòd scilicet Statutum possit inhabilitare personam subditam, & ita incapacem illam efficere, vt quocumque vadat, semper remaneat incapax, & sic vinculum iniectum à Statuto Originis comitetur personam etiam quoad bona in alieno Territorio existentia, vt censuit Salicet *in l. cunctos populos, num.* 14. *vers. confirmatur secundo, C. de sum. Trinit. & fide Cathol.* Alexand. *consil.* 128. *sub num.* 2. *lib.* 1. Surd. *consil.* 535. *num.* 18. & *consil.* 553. *num.* 12. Cephal. *consil.* 309. *num.* 30. & 35. Gabriel. *de Statut. conclus.* 8. *num.* 3. & 4. Belton. iun. *dicto consil.* 74. *num.* 121. Riminal. iun. *consil.* 72. *num.* 29. & 31. Bim. *consil.* 91. *num.* 2. *lib.* 1.

Quoniam hæc opinio firmatur à prædictis Doctoribus, quatenus Statutum de bonis in alieno Territorio expressè disponeret, vt per Ruin. *cons.* 39. *num.* 16. *in fin. lib.* 1. Burlatt. *consil.* 39. *num.* 35. Surd. *d. cons.* 485. *num.* 18. Peregr. *decis. Pisaurin.* 117. *num.* 13. aliique supra allegati: quod non adest in Statuto Narniensi.

Verùm nec dicta opinio tuta est, & Salicetum in hoc art. post Thaquell. *de primog. quæst.* 46. *num.* 23. *& seq.* Alexand. *cons.* 128. *lib.* 1. & alios, reprobauit Rota *in d. decis.* 304. *par.* 1. *diuers.* vbi ostenditur, opinionem communem, & rationem, contra illam militare. Et certè dicta conclusio fundatur in illa distinctione, an Statutum loquatur in rem, siue in personam: & quando loquitur in personam, videtur quòd semper Statutum afficiat illam personam subditam, & sic bona vbicunque reperiantur non possint acquiri personæ incapaci: vnde si hæc distinctio communiter reprobatur, vt supra dictum fuit, consequenter opinio, quæ dicta distinctione innititur, vt corruat necesse est: & ideo post Alexand. & Signorol. Rub. Alexandrin. *consil.* 71. *num.* 10. absolutè negat hoc Statutum extendi extra Territorium, etiamsi expressè diceret: & sequitur Roland. *cons.* 80. *num* 29. *in fin.* Menoch. *cons.* 1121. *sub num.* 10. *in fin. num.* 11. Et sanè Statutum, quamuis in suo cortice loqueretur in personam, tamen quia disponit de successione, videtur potius principaliter de ipsis bonis disponere, non autem de personis. Cyn. *in d. l. cunctos populos, in fin.* Brun. *de Statut. art.* 6 *quæst.* 1 *num.* 18. *art.* 81. *num.* 123. *in fin.* Roland. *cons* 80. *num.* 41. *lib.* 4. Socin. iun. *cons* 25. *num.* 13. *lib.* 3. Cephal. *cons.* 309. *num.* 47. Rachin. *cons.* 86. *nu.* 2. *lib.* 2. idem Surd. *consil.* 257. *num.* 15. & 343. *num.* 10. & *cons.* 553. *num.* 18. Rota *decis.* 295. *num.* 11. & *decis.* 304. *num.* 3. *par.* 1. *diuersor.* Et videmus in fortioribus terminis, quòd bannitus, & hostis patriæ, qui omnino incapax est successionis, attamen succedit ab intestato in bonis extra Territorium, quia hæc bona non subiacent Statuto Ciuitatis bannientis. Castr. *in l.* 1. *num.* 4. C. *de hared. instit.* Imol. *in l. qui facto, §.* 1. *num.* 20. *vers. si in alio, ff. ad Trebell.* Menoch. *consil.* 271. *num.* 19. *in fin.* & fuit dictum *in Mantuana Bonorum*, 27. *Nouembris* 1579. *coram Bubalo*: & semper coarctatur illa dispositio, quoad bona existentia intra fines iurisdictionis disponentis, non autem quoad bona extra Territorium sita. Castr. *cons.* 32. *nu.* 1. *lib.* 2. Rimin. iun. *cons.* 5. *num.* 207. & *cons.* 437. *nu.* 63. Cardin. Seraphin. *decis.* 782. *num.* 2.

Et in omnem euentum illa conclusio ita temperari deberet, vt Statutum posset quidem inhabilitare personam subditam, & quòd hæc inhabilitas adhærebit personæ quocunque in loco reperiatur, etiam in alieno Territorio: sed tamen in illis actibus, qui personæ principaliter hærent, ne extra illam exercentur, vt in obligationibus, dispositionibus, & pœnis personalibus, ac similibus: & in his terminis procedunt text. *in l. magis puto, §. illud, ff. de reb. cor. l. propter litem, §. licet, ff. de excusat. tut.* ponderati & inducti à præallegatis Doctoribus conclusionem illam firmantibus. Et ideo tutor datus vno loco, est etiam tutor in alio loco, licet extra Territorium; quia sufficit personam esse subiectam, & tutor datur personæ. Bart. *in l. pupillo, ff. de tut. & curat.* Bald. *in l.* 1. *C. vbi petan. tut.* sed non respectu actuum, quorum effectus principaliter oritur in rebus, & ipsas afficit, vt est vocatio masculorum, & exclusio feminarum in successione bonorum; in qua materia, vt dictum est, agitur principaliter de ipsis bonis: siquidem Statutum posset inhabilitare feminas, & solum admittere masculos ad bona extra Territorium existentia, non solum disponeret super personis illis subdita, sed illorum iurisdictio exerceretur principaliter in re, & materia, quæ illis subiecta non est; vt in his terminis considerat Roland. *d. cons.* 80. *num.* 32. & 33. *lib.* 4. & egregie Pappon. *cons.* 54. *num.* 34. *& seqq.* & attingit Rom. *consil.* 39. *num.* 3. & Alderan. Mascard. *de gener. interpret. Statut. conclus.* 6. *num.* 123. & 131. & bene Brun. *de Stat. art.* 8. *num.* 13. & 130. vbi notat, quòd licet tutor datus in vno loco trahatur etiam extra Territorium quia datur personæ: secus tamen est in curatore, quia hic datur bonis.

Non obstat quòd hæreditas sit quid vniuersale, & indiuiduum, nec loco circumscribatur, sed consistat in intellectu, itaut debeat vniformiter vbique iudicari. *l. hæreditas, ff. de regul. iur. l. si vt certi, §. si duobus, ff. commodati*: nec hæreditas, siue patrimonium scindi debet, quia ex omnibus bonis conflatur vnum tantum patrimonium, & vna hæreditas, *l. iurisperitos, §. cum oriundus, ff. de excus. tut.* quemadmodum scinderetur, si respectu bonorum Narnij existentium masculi solummodo succederent, in alijs verò bonis vna cum feminis admitterentur, vt per Salicet. *in d. l. cunctos populos, num.* 14. *vers. si verò bona, C. de sum. Trinit. & fide Cathol.* Io. de Ramponibus *cons.* 34. *tit. de testam.* inter consil. Calder. & sequuntur plures relati per Surdum *cons.* 535. *num.* 8. *& seqq.* & *cons* 553. *num.* 11.

Quoniam, vt dictum fuit, hæc opinio Saliceti fuit in Rota acriter examinata, vt patet ex

decis.

decis. 304. *par.* 1. *diuersor.* & concluſum fuit illam eſſe reprobatam communiter à Doctoribus, & rationes illius non ſubſiſtere. Et re vera patrimonium, ſiue hæreditas, tanquam quid intellectuale, & indiuiduum, non ſcinditur quoties bona hæreditaria ſunt ſub vno, & eodem Territorio: ſed quoties ſunt ſeparata bona, conſiderantur plures hæreditates, & defunctus tot repræſentat perſonas, quot ſunt Territoria, in quibus habet bona. Alex. *conſil* 16. *num.* 2. & *conſil.* 128. *num.* 2. *verſic. allegabat Salycet. lib.* 1. Ruin. *conſ.* 48. *num.* 2. *lib.* 3. Brun. *de Stat. artic.* 8 *num.* 124. Roland. *conſ.* 80. *num.* 37. *verſic. non obſtat, lib.* 2. Gaill. *practicar. obſeruat. cap.* 124. *num.* 14. *lib.* 2. Burſat. *conſ.* 8. *nu.* 35. Aldobrand. *conſ.* 2. *num.* 13. & 14. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 1021. *ſub num.* 8. Surd. *conſil.* 553. *num.* 16. reprobaturque merito a Peregrino *dicta deciſ.* 117. *num.* 18. illa diſtinctio de Statuto loquente de hæreditate, vel de bonis: quia eſt merè verbalis, & verba in Statutis debent interpretari cum effectu, vt per Peregrin. *ibidem.*

Siquè deficit poteſtas in Statuto Narnii diſponendi de bonis extra Territorium exſtantibus, non refert an maior pars, vel minor bonorum reperiatur in illo, vel alio loco, quicquid dixerit Ioannes de Ramponibus *dicto conſ.* 34. *de teſtam.* inter conſ. Calder. Io. de Anan. *conſil.* 4. *num.* 3. Gabr. *de Statut. concluſ.* 8. *nu.* 32. quos reprobat Roland. *dicto conſ.* 80. *num.* 40. *verſ. non obſtat & aliud*: & *num.* 41. *lib.* 4. & Rota *in Balneoregien Bonorum*, 11. *Febr.* 1594. *coram Card. Pamphilio.*

Quòd autem ad ſtatutum Vrbis, licèt Loca montium, tanquam perpetuò manſura in Vrbe, inter bona immobilia reputentur, & in eis locum habeat Statutum excluſiuum feminarum, Peregrin. *conſ.* 90. *num.* 29. *lib.* 1. Theſaur. iun. *queſtionum forenſium, lib.* 2. Rota *in Collen. Hereditatis*, 18. *Maij* 1620. *coram bo me. Buratto*: & Loca montium, etiam ſi vacabilia, veniant appellatione bonorum. Gabr. *conſ.* 141. *num* 23. *lib.* 2. Modern. Roman. *diſcept. forenſ. cap.* 943. *num.* 20.

Attamen cùm tam Andreas defunctus, quàm maſculi & feminæ, & ſic excluſi & excludentes, fuerint & ſint forenſes, nec ſubiaceant iuriſdictioni Statuti Vrbis; imò cum Statuentes ipſi per excluſionem feminarum intexerint proſpicere dumtaxat conſeruationi familiarum ſubditarum; hæc prouidentia non reſdicit familias exteras: parum enim referebat Statuentibus Romanis conſeruare agnationes Narniēſes. Et propterea prædictum Statutum, licèt in eius Territorio bona ſint poſita, non tamen intrat reſpectu forenſium. ita Alex. *conſ.* 111. *in princ. lib.* 7. & *conſ.* 44. *nu.* 5. *verſ. hanc concluſionem, lib.* 5. Crot. *in l. omnes populi, num.* 244. *in fin. verſ. ſed hæc ratio. ff. de iuſt. & iur.* Paril. *conſil.* 12. *num.* 25. *lib.* 3. Ruin. *conſil.* 48. *num.* 4. *lib.* 3. Crauet. *conſ.* 844. *num* 1. *& ſeqq. per tot.* Socin. ſen. *conſ.* 128. *num.* 5. *lib.* 4. Socin. iun. *conſ.* 80. *num.* 9. *lib.* 4. Flamin. Rub. *conſ.* 2. *per tot.* Cephal. *conſ.* 178. *num.* 112. *verſ. ad vltimum*. Peregrin. *conſ.* 90. *num.* 13. & 20. *lib.* 1. & *deciſ. Pacauin.* 117. *num.* 3. Modern. Roman. *diſcept. forenſ. cap.* 431. *num.* 26. & Rota millies reſpondit, vt *in Peruſina de Balleonibus*, 8. & 13. *Iunij* 1590. *coram Comitulo*: in *Balneoreregien. Bonorum*, 7. *Iunij* 1590. *coram Cardin. Pamphilio*: & in *Ciuitatis Caſtelli Hæreditatis coram ſanctæ memoriæ Gregorio XV. deciſ.* 255 & in terminis Statuti Vrbis apud Put. *deciſ.* 31. *num.* 6. *& ſeqq. lib.* 2. & apud Card. Blanchettum *deciſ.* 295. *num.* 1. & 4. *par.* 1. *diuerſ.* & demum coram bo.me. Buratto *in dicta Collen. Hereditatis*, 10. *Iunij* 1616. vbi ea Theſauro monet rem dubitatione carere, quoties perſona excludens eſt etiam forenſis vt in caſu noſtro; & reſpondet ad vota Card. Manticæ, & Tuſci; & *in Romana, ſeu Ceſenaten. Hereditatis*, 6. *Nouembris* 1619. *coram Domino meo Pirouano*, vbi firmatur id procedere ex defectu poteſtatis.

Neque Statuta hæc Vrbis, & Narnij connectenda ſunt, vt mutuo ſuppleantur ad excluſionem feminarum, itaut quod deficit Statuto Narnii, ſcilicet ſubiectio bonorum, ſuppleatur ex Statuto Vrbis: & quod deficit Statuto Vrbis, nempe ſubiectio perſonarum, ſuppleatur ex Statuto Narnii, vt poſt Bald. *in l.* 1. *num.* 19. *verſ tamen bene teneo, C. de ſum. Trinit.* Caſtr *conſ.* 32. *in princip. lib.* 2. Socin. ſen. *conſil.* 36. *ſub nu.* 2. *verſ. quod intellige*, Cephal. *conſ.* 309. *num.* 43. & 81. cum aliis relatis per Surdum *conſ.* 353. *num.* 20. & *conſ.* 553. *num.* 13. *verſ. tertio*, & Bellon. iun. *dicto conſil.* 74. *num.* 99. *& ſeqq.*

Quoniam, cùm vtrumque Statutum, de per ſe ſit imperfectum, & penitus inutile, eo quod in vtroque deficiat iuriſdictio & voluntas, vt ſupra probatum fuit, non poteſt fieri coniunctio. Bald. *in l. ſi quis ex argentarijs, num.* 3. *ff. de eden.* Iaſ. *in l. centurio, num.* 57. *in fin. ff. de vulg. & pupill.* & ita in his terminis reſpondit Rota *in d. Ciuitatis Caſtelli Hereditatis coram ſanct. me. Gregorio XV. dec ſ.* 255. *num.* 4. & *in Romana Supplementi Legitima*, 21. *Octobris* 1580. *coram Brauo*, & coram bo.me Buratto *in dicta Collen. Hereditatis*, 10 *Iunij* 1616. *verſ. ex quibus, in fin.* & ſequuntur Modern. Roman. *diſcept forenſ. cap.* 431. *num.* 16. *& plurib. ſeqq.* Quia ad effectum vt Statutum afficiat, requiritur quod eodē Statuto ſubiaceant infimul bona, & perſonæ quæ ad ſucceſſionem adſpirant; nec ſufficit alterum, nempe vel ſubiectio perſonarum, vel bonorum, quia ſemper erit Statutum penitus inutile. Et vnum Statutum cum altero Statuto coniungi non debet ad correctionem iuris comunis. Menoch. *conſ.* 784. *num.* 20.

Nec contrarium dixit Bald. *in dicta l.* 1. *C. de ſumm. Trinit.* licèt admittat Statutum excluſiuum feminarum non extendi ad bona extra Territorium, vbi contraria eſt iuris diſpoſitio: tum quia non licet arguere a contrario ſenſu, præſertim in dictis Doctorum quando abſonus reſultaret intellectus, *l.* 2. *C. de cond. inſert. l. conuenticulum*, C. *de Epiſcop. & Cleric. cap. dicm, de immunit. Eccleſ lib.* 6. Roman. *conſ.* 194. *nu.* 8. *conſ.* 391. *num.* 4. & *conſ.* 399. *num.* 6. quemadmodum hic reſultaret ſi Statutum loci læderet perſonas non ſubditas, & faueret familiis exteris, quarum conſeruatio ad illos ſtatuentes non

ſpectat.

spectat. Tum quia satis dicitur extare contra-ius dispositionem, si ius commune extat admittens æqualiter masculos vna cum feminis: & quotiescunque statutaria dispositio deficit, subintrat semper dispositio iuris communis, *l. si cum dotem, ff. soluto matrimonio, l. si extraneus, ff. de condit. caus. dat.* Ancharan. *consil.* 26. *num.* 2. Socin. senior *consil.* 228. *sub num.* 2. *lib.* 2.

Minus applicatur doctrina Alexandri *dicto cons.* 44. *num.* 6. *lib.* 5. Socin. sen. *cons.* 288. *nu.* 2. *vers. & secundum, lib.* 2. Surd. *cons.* 343. *num.* 20. & *cons.* 553. *num.* 13. & aliorum, quos latè congerit Bellon. iun. *dicto cons.* 74. *nu.* 100. asserentium in hæreditate defuncti habentis bona in duobus locis vtriusque loci Statuta seruanda esse, & coniungenda. Quoniam hæc conclusio, quatenus vera sit, intelligi debet datis terminis habilibus, scilicet dummodo non obstet defectus iurisdictionis, vel voluntatis, & sic quod nedum vtroque in loco quis habeat bona; sed & quo! personæ subiaceant iurisdictioni vtriusque loci; vt etiam considerat sanct. mem. Greg. XV. *dicta decis.* 255. *num.* 4. vbi respondet ad Castren. & alios: siquæ aliter hæc Doctorum assertio intelligeretur, repugnaret conclusionibus supra firmatis, quæ frequentius a Doctoribus receptæ sunt, & a Rota approbantur: & sicuti quis potest habere bona in pluribus locis sic & potest habere domicilium, & subiacere pluribus locis. *ad l. ciues, C. de incolis, lib.* 10. Abbas *in cap. fin. num.* 8. *in fin. de paroch.* Felinus *in cap. dilectus* 2. *num.* 12. *de rescript.* Menochius *de arbitr. iud. lib.* 2. *cas.* 86 *num.* 2. & fuit ciatum *in Tolitana Matrimonij*, 10. *Decembris* 1625. *coram me*, & in *Romana, seu Bergomen. Successionis*, 11. *Maij* 1626. *coram R. P. D. meo Durano*: & hoc casu Statutum vtriusque loci attendendum erit.

Minus obstat quòd vterque locus eidem Principi, scilicet summo Pontifici subiaceat, & vtrûque Statutum sit eadem auctoritate apostolica confirmatum; prout in his terminis Statutum personarum, & Statutum loci coniungenda esse tradiderunt Archiepiscopus Pureus *cons. vlt. apud Odd. num.* 108. & 115. Thes. *quæst. forens. lib.* 2. *quæst.* 5. *num.* 13. Bellon. *prælleg. cons. fil.* 74. *num.* 136. Quoniam motiuum vrgeret, si summus Pontifex per viam suæ dispositionis sanxisset ad hæreditatem patris masculos solummodo, exclusis feminis, esse admittendos; quia tunc in toto Statu Ecclesiastico pariformiter seruanda esset Principis constitutio. *l. leges, C. de legib.* verum cùm processerit confirmando singulis Ciuitatibus, & locis eorum Statuta, & sic removendo solummodo obstaculum defectus iurisdictionis: huiusmodi confirmationes regulantur iuxta terminos dispositionis confirmatæ, quam nec dicuntur ampliare, & sic nec vltra fines cuiusque Ciuitatis, & loci extendere, sed solum addere robur. *l. Aurelio, §. vlt. ff. de libert. leg.* Bald. *in l. nominationes, in fin. C. de appellat.* Bero. *cons.* 107. *num.* 11. *lib.* 1. Menoch. *consil.* 658. *num.* 8. & *cons.* 704. *num.* 36. Rota *coram bon. mem. Cardinali Seraphino decis.* 671 *num.* 7. & *decis.* 981. *nu.* 5. & *in Balneoregien Bonorum*, 11. *Februarij* 1194 *coram bonæ memoriæ Cardinali Pamphilio*: & ideo prudenter Rota *in dicta Ciuitatis Castelli Hæreditatis coram sanctæ memoriæ Gregorio XV.* noluit coniungere, nec combinare Statutum Ciuitatis Castelli cum Statuto Citernæ, quamuis vterque locus Sedi Apostolicæ subiaceat, & ab eadem Sede Apostolica confirmationem Statuti obtinuerit.

Nec obstat consuetudo, vt etiam in bonis extra Territorium seruetur Statutum Narniense exclusiuum feminarum, quam masculi nitebantur probare: quia defecerunt, nec probarunt concludenter cum requisitis, scilicet quòd talis consuetudo sit vniuersalis, quòd fuerit in contradictorium deducta, & obtinuerit, & quòd verisimiliter deuenerit ad notitiam, & frequenter id contigerit, prout opus erat. Doctores *in l. 2. C. quæ sit long. consuetud.* & *in l. de quibus, ff. de legib.* Paris. *cons.* 27. *num.* 35. *& seqq. lib.* 1. Decian. *con.* 51. *nu.* 10. *& seqq. lib.* 2. Natt. *cons.* 574. *num.* 14. Rota *decis.* 255. *num.* 4. & *decis.* 524. *num.* 3. *par.* 1. *recentior.* & *decis.* 497. *num.* 2. *par.* 2.

Et quod idem casus cum iisdem qualitatibus contigerit pluries, & pro masculis fuerit resolutus, Anchar. *consil.* 319. *num.* 8. Honded. *cons.* 75. *num.* 22. *lib.* 2. Card. Mantic. *dec.* 284. *num.* 7. Et in casibus, qui recensetur a testibus feminæ fuerunt fortasse exclusæ ob renunciationes, quæ passim per eas fieri consueuerunt. Sed quatenus etiam probaretur hæc consuetudo, aliqui ex Dominis dubitabant de illius validitate: Cùm enim Populus Narniensis sit immediate subiectus Sedi Apostolicæ, quemadmodum non posset sine confirmatione Pontificis condere Statuta, Bald. *cons.* 407. *num.* 2. *vers. quia merus est, lib.* 2. Rota *decis.* 536. *& decis.* 780. *num.* 1. *par.* 1. *diuers.* cum aliis cumulatis *in Bononien. Successionis*, 9. *Decembris* 1622. *coram bonæ memoriæ Vialdo*; ita & consuetudinem absque eadem confirmatione videtur quòd non potuerit introducere, præsertim contra ius: Statutis enim æquiparatur consuetudo, *ad not. in l. de quibus, ff. de legib.* Bald. *in l.* 2. *num.* 3. C. *quæ sit longa consuet.* Alex. *cons.* 175. *num.* 12. *lib.* 6.

Postremo nec suffragatur, quòd Iacobus, vnus ex masculis, fuerit a Senatu per priuilegium Ciuitate Romana donatus. Quia dicto priuilegio non est vsus, nec vnquam habitauit, nec onera sustinuit. Vnde priuilegium non promultis cumulatis firmauit Rota *in Romana, seu* dest; vt *Cesenaten. Hæreditatis*, 6. *Nouembris* 1619. *& 15. Ianuarij* 1620. *coram R. P. D. meo Pirouano.*

Et ita vnanimiter resolutum fuit, in bonis extra Territorium Narniense extantibus, feminas æqualiter admittendas esse cum masculis, & illis dandam immissionem, &c.

R. P. D. Pi-

R.P.D. Pirouano.

Ferrarien de Tassonis.

Lunæ 18. *Martij* 1630.

EPITOME.

Interdictum Quorum bonorum datur vocato ex Statuto contra possidentem pro hærede. Domicilij originis an præsumatur desertum per habitationem in alio Territorio. Statutum in quo casu possit determinare contra forenses.

Ad Cap. 145. *num.* 26.

DECISIO CIX.

DOmini censuerunt Comiti Iulio Cæsari dandam esse immissionem in possessione bonorum, & hæreditatis Marchionis Herculis Tassoni Ferrariæ existentium.

Quia Agnatus est intra quartum gradum cum dicto Marchione, quod non controvertitur: cui propterea Statutum Ferrarien. de successionibus ab intestato *rubr.* 139. *lib.* 3. defert successionem, exclusis feminis filiabus ab intestato decedentis, ibi. *Si autem is decedat nullis relictis filijs, vel descendentibus, vel ascendentibus masculis ex linea masculina, neque fratre, aut filijs masculis fratris; tunc agnati masculi ex linea masculina proximiores secundum gradus prærogatiuam vsq; ad quartum gradum inclusiue præferantur filiabus, & omnibus alijs feminis cuiuscunque lineæ, & gradus.* Ex tunc autem delato per Statutum loci in bonis, & hæreditate ab intestato decedentis non denegatur immissio ex interdicto quorum bonorum, cum illud detur contra possidentem pro hærede. *l. hæredes, ff. de petit. hæred.* & competit vocato ex Statuto, vt præcisè fuit resolutum *in Rauennaten Hæreditatis*, 14. *Aprilis* 1606. *coram Illustrissimo Cardinale Pamphilio*, & *in alia Rauennaten. Bonorum*, 22. *Aprilis* 1616. *coram bonæ memoriæ Vbaldo*.

Non obstat quòd Dominæ sorores Claudia, & Beatrix filiæ Marchionis Herculis, de cuius successione agitur, sint forenses, contra quas Statutum Ferrariense nihil potest determinare, cessante subiectione personarum, & potestate statuentium in non subditos, vt in terminis Statuti Ferrariensis dicebatur respondisse Calderinum *cons.* 14. *de testam.* cui se subscripsit Franciscus de Ramponibus. Barbat. *cons.* 76. *lib.* 3. *per tot.* Anchar. *cons.* 169. *num.* 2. Alexand. *cons.* 44. *lib.* 5. referens de verbo ad verbum consilia Calderini, & Barbatiæ.

Quia de hoc præsuppositio, quod sint forenses, dubitarunt Domini. Nam Marchio Hercules earum pater per habitationem Mutinæ centam per multos annos, vel non contraxit domicilium, cùm sequeretur Curiam sui Principis, etiamsi per triginta annos habitasset. Paris. *cons.* 53. *nu.* 91. *lib.* 3. quia causa habitandi diuersa est ab animo domicilium contrahendi, vt latè fuit ponderatum *in Romana Beneficiatus S. Petri*, 30. *Martij* 1626. *coram me*: vel eo contracto non propterea domicilium originis Ferrariæ, & bona in ditione Ferrariensi semper retinuerit; quæ sunt signa conseruationis domicilii, non autem desertionis, Surd. *cons.* 343. *num.* 32. & 346. *num.* 12. Menoch. *consil.* 329. *num.* 37. Cephal. *consil.* 451. *num.* 129. & 125. *lib.* 4. & cum domicilia plura ad inuicem compariãtur, liceatque ea habere in pluribus locis. *l. assumptio, §. viri prudentibus, ff. ad municipal.* cum aliis allegatis per Menoch. *cons.* 329. *num.* 36. *in fine*; sufficit domicilium originis ad excludendam qualitatem forensitatis, & includendam, & conseruandam subiectionem, etiamsi per mille annos abfuisset Marchio pater. Bart *in l. quæsitum, ff. de legat.* 3. Rolan. *de iucr. dot. quæst.* 22. *num.* 6. Surd. *cons.* 553. *n.* 20 *in fin.* a quo domicilio, & subiectione non possunt Dominæ sorores se subtrahere, tanquam natæ Mutinæ, & sic extra ditionem Ferrariensem, quia sequuntur originem patris quoad ciuilitatem. Bart. *in l. assumptio, §. filius in princip. & in l. fin. §. item rescripsit, num.* 4. *ff. ad municip.* Bald *consil.* 334. *num.* 1. *lib.* 4. Rota *decis.* 279. *num.* 17. & 18. & 455. *num.* 12. *coram Papa Gregorio XV.*

Sed præterea si hæc forensitas esset attendenda; attamen ex quo tam bona, quàm Agnatus excludens feminas vsque ad quartum gradum, sunt in ditione Ferrariensi, & sic vtraque subiectio tam personarum, quàm bonorum concurrit, tunc quia in Statuente non deficit voluntas conseruandi proprias agnationes, neque potestas disponendi quoad bona fibi subiecta; locus erit dispositioni excludenti feminas, siue subditas, siue forenses. Bart. *in l. cunctos populos, nu.* 32. *C. de summ. Trinit. & fid. Cathol.* cuius doctrinam in hac parte distincta sequuti sunt Baldi *in dicta l. cunctos populos, num.* 91. Anchar. *in cap. Canonum Statuta, num.* 214. & 215. *de const.* Felin. *in cap. postulatii, num.* 4. *de for. compet.* Brun. *in tract. de Statut. art.* 8. *nu.* 130. Gaspar Anton. Thesaur. *quæstion. forens. lib.* 2. *quæst.* 4. *num.* 19. 20. & 21. *lib.* 1. Berett. *consil.* 123. *num.* 1. Rota *decis.* 295. & 304. *per.* 1. *diuersor.* vbi tota hæc materia per distinctiones casuum fuit ordinata, & postmodum Rota semper sequuta est, vt *in causa Ciuitatis Castelli Bonorum*, quæ est 255. coram sanctæ memoriæ Papa Gregorio XV. *Cellen. Hæreditatis.* 10. *Iunij* 1616. *coram bo. me. Buratto. Narnien. Successionis.* 22. *Martij* 1618. *coram D. meo Merlino*, quam allegare sufficeret, postquam tota materia hæc diligentissimè fuit discussa, & in hoc primo capite distinctio Bartoli comprobata, referendo Rotæ decisiones, quæ in illam vsque diem in his terminis emanauerunt quæ omnes, cùm sint fundatæ in ratione ineuitabili respectu bonorum subiectorum Statuto, & agnatorum Ciuium Ferrariensiũ, in quibus firmatur,

& po-

& potestas, & voluntas disponentis, satis patet, Calderinum, & seu Franciscum de Ramponibus, Ancharanum, Alexandrum, Barbatiam minus recte sensisse, existimantes statuentes extra territorium nihil posse determinare, quando, vt in præsenti, Statutum respicit personas illas excludendo a successione, sequendo Bartoli doctrinam *in eadem l. cunctos populos, num.* 32. in distinctione, seu declaratione positam: quia sicuti Bartolus in illa distinctione communiter rejicitur, Put. *decis.* 41. *lib.* 1. & Rota nunquam illam admisit in decisionibus supradictis 304. 355. *Cellen. & Narnien.* ita, & sublato principali fundamento contrarium asserentium, de illorum auctoritate absque ratione non est curandum.

Et quamuis decisio Recanaten. *Successionis*, 26. *Junij* 1617. *coram bo. me. Buratto* videatur admittere, quod Statutum Castrificardi non excludat sorores forenses de Ciuitate Recanatensi propter existentiam patrui de Castrificardi; attamen id contigit; quia bona, ad quæ petebatur immissio, non probabantur in Territorio Ficardi, & sic deficiebat altera subiectio secundum terminos decisionum *Ciuitatis Castelli*, & *Colden. Hæreditatis* in eadem decisione allegatarum: nec erat principale fundamentum resolutionis forensitas, vel ciuilitas sororum, sed possessio, propter quam petebant manutentionem, & quia vocatæ erant ex testamento, per quod cessabat dispositio Statuti prouidentis in casum intestati. Similiter neque contradicunt *decis. Cesenaten. Prædy*, 25. *Martij* 1629. *coram me*, & 13. *Ianuary præteriti coram D. meo Ghisterio*, in quibus dicitur, quod, siue in Territorio, siue extra Territorium, statuentes nihil possunt determinare contra forenses: quia semper sunt intelligendæ, & declarandæ deficiente altera subiectione, nempe personarum excludentium, dum allegant *decisiones Ciuitatis Castelli, Collen. Hæreditatis, & Narnien. Successionis*, & in casu illarum decisionum Prædium contionensium erat extra Territorium statuentium.

Quod si replicetur, nedum Dominas sorores esse forenses, sed etiam Marchionem Herculem eorum patrem esse forensem, nempe Mutinen. de cuius successione pariter Statutum Ferrariæ defectu potestatis nihil potest disponere; etiam hoc supposito, quod tamen non probatur, ex eisdem rationibus obiectum euitatur; quia Statutum Ferrariæ non se extendit ad bona Mutinensia; sed ad ea, quæ sunt sui Territorij, & in quibus habet potestatem disponendi pro conseruatione familiarum suæ ditionis. Quare dum agnati excludentes sunt Ferrarienses, & bona sunt in eodem Territorio, concurrit vtraque subiectio tam personarum, quam bonorum, quæ potens est tollere omne impedimentum voluntati, & potentiæ statuentium, *vt in decis.* 255. *num.* 3. *coram Papa Gregorio XV.* & hanc partem sequutam fuisse Senarum Pedemontanum refert Gaspar Ant. Thesaur. *rnd. quæst.* 4. *num.* 21.

Nec prædicta videntur posse mitari ex mutua Statutorum Mutinæ, & Ferrariæ dispositione, quod idem ius reddatur forensibus in Ciuitate statuentium, quod redditur propriis Ciuibus in alijs Ciuitatibus, inferendo quod sicuti filiæ feminæ Ferrarienses agentes Mutinæ admitterentur ad bona patris exclusis agnatis, vt habetur in Statuto Mutinæ 81. *lib.* 2. ita etiam debent filiæ Mutinenses admitti ad bona paterna Ferrariæ exclusis agnatis. Laderch. de consimili Statuto, *conf.* 104. *nu.* 9. & 10. Rim. iun. *conf.* 501. *n.* 27. cum alijs allegatis.

Quia cùm hoc in Statuto Ferrariensi *rubr.* 139. *lib.* 3. expressè prohibeatur excludendo feminas propter agnatos intra quartum gradum, argumentum quidem poterit desumi negatiuè, nempe sicuti feminæ Mutinenses non admittuntur ad successionem bonorum paternorum in Territorio Ferrariensi existentium propter agnatos, ita nec feminæ Ferrarienses erunt admittendæ ad successionem bonorum Mutinæ existentium: affirmatiue autem idem argumentum desumi non poterit, quia hoc esset statuere in non subditos, & iurisdictionem extra Territorium extendere, quod non licet, vt iam dictum fuit. Possunt quidem statuentes Mutinenses dare successionem feminæ forensi in bonis intra illarum Territorium existentibus, sed non ex eo inferre, quod statuentes Ferrarienses ad idem teneantur. Propterea cùm Statutum Ferrariense *rubr.* 6. *lib.* 2. determinet casus, in quibus forenses possint vti Statutis Ferrariæ, & de successione ab intestato non loquatur, sed tantum de præparatorijs, ordinatorijs, & decisorijs iudiciorum, quibus hæc Statutorum mutua dispositio verè adscribitur, Castren. *in l.* 1. *in fin. ff. quod quisque iur.* & *consil.* 156. *in fine* Alex. *cons.* 111. *num.* 1. *vol.* 2. Socin. sen. *cons.* 288. *num.* 3. *vol.* 2. merito cessante hac mutua particulari dispositione, cessare debet omnis argumentatio ex communicatione desumpta.

Posita autem feminarum exclusione cetera visa fuerunt non obstare petitæ immissioni.

Nam & si dubitari possit An Statuta comprehendant bona feudalia, aut emphyteotica, qualia prætenduntur in quæ constituuntur, *cap. quæ in Ecclesiarum* vbi Decius, Card. Berous, & alij *de constit.* & hoc defectu potestatis eorumdem statuentium.

Attamen quia de huiusmodi Statutis, aut concessionibus adhuc non constat, prout nec etiam constat quæ sint detinenda de hæreditate dicti Marchionis, ad fauorem Dominarum sororum non erit impedienda immissio, quæ retardari non posset, nisi per exceptionem dominij inconsiderati probandam *l. fin. Quorum bonor.* vbi Bart. Bald. Salicet. & Olasc. latissime comprobans. *decisum.* 1.

Ita, &c.

R. P. D. Manzanedo.

Romana Domus.

Mercurij 28. *Maij* 1608.

EPI-

EPITOME.

In emphyteusi Ecclesiastica an filiorum appellatione veniant feminæ: & in quo casu masculinum concipiat femininum. Declaratur Statutum Vrbis lib. 1. cap. 144.

Ad Cap. 145. num. 37.

DECISIO CX.

COncessa in emphyteusim per Fratres Sancti Augustini domo, de qua agitur, q. Valerio, & Alexandro de Dulcibus, ad illorum vitam tantum; istaque concessione deinde renouata cum facultate nominandi duas personas, & ex post facto prorogata ad filios personarum nominandarum; fuit in locum Valerij, & Alexandri subrogatus Ioannes Vincentius, qui ad dictam emphyteusim nominauit posthumum suum, quatenus nasceretur, & D. Modestam illius sororem, quæ sola in prædicta emphyteusi successit & postea donauit sua bona D. Francisco Scapuccio eius filio, cum clausulis amplissimis; qui habuit immissionem in possessionem istius domus. Vnde cùm Dominæ Victoria, & Ersilia illius sorores prætenderent se etiam vocatas, & comprehensas esse in prædicta inuestitura, & concessione emphyteusis; Dubitatur, an comprehensæ, & vocatæ censerentur? Et Domini affirmatiue responderunt.

Nam quamuis simus in emphyteusi Ecclesiastica, in qua regulariter filiorum appellatione non veniunt feminæ, iuxta receptiorem, veriorem que sententiam, de qua per Iulium Clarum *selectarum lib. 4. §. emphyt. quæst. 32. num. 3. vers. sed quid si fuerit* Couar. *var. lib. 2. cap. 18. num. 1. vers. quid si emphyteusis*. Pinell. *in l. 3. num. 32. C. de bon. matern.* Valasc. *de iur. emphyt. par. 1. quæst. 41. num. 3.* & quamplures, quos refert *decis. 125. num. 2. par. 1. diuersor.* Nihilominus in contractibus masculinum concipit femininum, quando aliàs si non conciperet, sequeretur absurdum, vt tradit Alex. *in l. sed si hac, §. liber, num. 2. & 3.* & ibi Socin. *num. 2. ff. de in ius vocand.* Dec. *in l. 2. n. 107. vers. secunda conclusio, ff. de reg. iur.* Gabr. *de verbor. signif. conclus. 6. num. 103.* Absurditas autem in nostro casu deprehenditur: nam cùm facultas esset data nominandi duas personas, & Vincentius nominauit Modestam, loco secundæ personæ nominandæ potuisset nominari quælibet alia femina extranea; quin & Modesta, si decederet sine liberis posset feminam extraneam nominare, sequitur quod femine descendentes ex vltimo possessore, si intelligerentur exclusæ, essent peioris conditionis quàm feminæ extraneæ: quod quàm absurdum sit, satis patet, ad tradita in *l. cum auctissimi, C. de fideicomm.*

Quod cùm procedat in filiabus primi acquirentis, fortius habebit locum in filiabus D. Modestæ nominatæ a Vincentio. Tum quia per nominationem Modestæ transiuit ad feminas, facta que censetur huiusmodi emphyteusis transitoria ad feminas, & illæ habilitatæ fuerunt ad succedendum; prout dicimus, quando ad extraneum semel transiuit. Ruin. *cons. 162. num. 33. lib. 1.* Curt. iun. *cons. 4. num. 25.*

Tum etiam quia cùm Modestia fuerit nominata ad huiusmodi emphyteusim per Vincentium, filiæ familiæ illius etiam in illa succedere debent, prout succederent si Modesta acquisiuisset a principio illam emphyteusim pro se, & suis; vt post Bald. Aret. & Socin. tradit Ceph. *cons. 185. num. 26. & 27.* Roland. *cons. 76. num. 21. cum seqq. lib. 3.*

Vlterius, quia emphyteusis fuit concessa pro duabus personis nominandis, illarumque filijs; qui terminus personæ, est communis, & aptus ex proprietate sermonis, vtrumque sexum comprehendere: sicut dicitur de termino hominis, ad notat. *in l. hominis appellatione, ff. de verb. signif.* tradit Bart. *in l. 4. num. 2.* & ibi Alciat. *in princ. ff. eod. tit.* Gabr. *dicta conclus. 6. n. 43.* & plures alij relati *in d. dec. 125. nu. 37.*

Quibus non obstat Statutum Vrbis *lib. 1. cap. 144.* excludens feminas stantibus masculis, ex quo existente D. Francisco veniunt exclusæ dictæ Victoria, & Ersilia a successione huiusmodi emphyteusis, ad tradit. per Iul. Clar. *ubi supra quæst. 32. in fine, vers. pone.* Surd. *decis. 95. num. 3.* Quia fuit responsum, Statutum procedere in emphyteusi hæreditaria, non verò in ea quæ defertur ex conuentione & iure particulari. Salic. *in l. 2. num. 26. ad fin. C. de iur. emphyt.* Ruin. *cons. 102. num. 12. & 13. lib. 1.* Brun. *de Statut. quod extantibus masculis, art. 8. nu. 104.* & Surd. *cons. 372. num. 72. in fine*, prout deferri videtur in hoc casu, vbi non fuit dictum, pro filijs, & hæredibus, sed tantùm, pro filijs.

Sed vtrum D. Modesta potuerit præiudicare filiabus, & illis exclusis transferre emphyteusim huiusmodi in Dominum Franciscum, propter clausulam ad habendum, appositam in inuestitura; Domini reliquerunt particulariter videndũ.

R. P. D. Penia.

Romana Domus Sancti Ludouici.

Lunæ 27. Nouembris 1600.

EPITOME.

Statutum exclusiuum feminarum a successione quid operetur in emphyteusi concessa pro masculis, & feminis: Femina semel exclusa a Statuto, in quibus casibus remaneat semper exclusa.

Ad Cap. 145. num. 38.

DECI-

DECISIO CXI.

PRoposita hac causa super dubio dato, vtraque parte informante, Rota censuit Dominum Hieronimum Aymetum habuisse ius Ludouici Monachi sanctorũ Ioannis, & Pauli de Vrbe, & Archangelæ Monialis sanctæ Mariæ de Laureto Ciuitatis Ananiæ: quod sibi suffragaretur, nisi eis obstaret. caducitas.

Ratio potissima fuit, quia ex tenore inuestiturę patebat, ipsos fuisse in ea comprehensos, cùm domus fuisset concessa Carolo Saraceno, & Annæ Coniugibus ad tertiam generationem vtriusque sexus ipsorum: ex Carolo enim, & Anna nati fuerunt Carolus Saracenus iunior, & Claudia; & ex Claudia, & Rinaldo coniugibus nati fuerunt prædicti Ludouicus Monachus, & Archangela Monialis, & consequenter erant comprehensi in inuestitura, & dicebantur ius habere ex beneficio concedentis, ita vt domum possent etiam a quocunque vindicare. *cap.* 1. *de alienat. feud. patern.* Paul. de Castr. *consil.* 300. incipit, *viso quodam processu, num.* 2. Dec. *consil.* 58. *num.* 3. *vers. non obstant.* Et in terminis de nepotibus, & filijs primi acquirentis ad tertiam generationem, tradit Corn. *cons.* 219. *num.* 5. *vers. his tamen non obstantibus, lib.* 2.

Non obstabat, quòd frater Ludouicus, & Archangela descenderent ex Claudia matre semel exclusa a Carolo iuniore eius fratre vigore Statuti Vrbis *lib.* 1. *cap.* 145. constituente, quòd si quis decesserit intestatus relictis filijs masculis, seu filio, vel nepote ex filio masculo sibi præmortuo, superstitibus filiabus, vna, vel pluribus maritatis, ipsæ filiæ nuptæ in aliquo non succedant patri, vel matri. Ex quo inferebant informantes pro Ecclesia sancti Ludouici, Claudiam a patre, & fratre maritatam, & dotatam remansisse penitus exclusam ab omni paterna hæreditate, & propterea ab intestato fuerit Carolo iuniori integraliter delata; & ideo nullum ius potuisse a Claudia defluere in Ludouicum monachum, & monialem.

Quia responsum fuit, quòd stante inuestitura pro masculis, & feminis, vt in casu proposito, Statutum exclusiuum feminarum, nihil aliud operatur, nisi vt primo loco censeantur vocati masculi, postea verò fœminæ, iuxta receptissimam opinionem Bart. *in l. vt ius iurand. §. si liberi, ff. de oper. libert. num.* 3. *vers. tunc enim præsentia.* Curt. iun. *cons.* 171. *nu.* 3. *in princ.* Socin. iun. *cons.* 104. *num.* 11. *vers. dico enim, lib.* 2. & *cons.* 79. *num.* 7. *vers. aut ex, lib.* 4. Paul. de Castr. *cons.* 300. *lib.* 2. Clar. *in §. emphyteusis, quæst.* 32. *num.* 4. *vers. sed pone.*

Cum ergo Claudia esset in inuestitura cõprehensa, & ex Statuti dispositione feminæ ordine successiuo post masculos vocatę censerentur, non poterat Claudia dici exclusa a fratre: imo, fratre deficiente, ius vigore inuestiturę Claudiæ competens nõ fuit a Statuto sublatum: Claudiæ enim quæ simul cum fratre successisset in emphyteusi, nisi Statutum obstaret, censebatur reseruatum ius vigore inuestiturę, vt post fratrem admitti deberet non ad portionem suam, a qua dicebatur exclusa; sed ad totum, ad quod ordine successiuo censebatur vocata; vt bene declarat Socin iun. *d. cons.* 104. *num.* 11. *vers. alioquin ergo quæritur, lib.* 2. & *cons.* 39. *num.* 7. *lib.* 4.

Et quia articulus erat exemplaris, Domini magis declarando, tres potissimum casus censebant considerandos.

Primus erat respectu bonorum paternorum, siue hæreditatis paternæ vel maternæ: in quo Corn. *cons.* 37. *n.* 2. *in fin. lib.* 3. & Bero. *cons.* 105. *n.* 1. *in prin.* affirmant, feminam vigore Statuti semel exclusam, semper exclusam remanere debere. Bartolus tamen *in l. fin. §.* 1. *num.* 3. *ff. ad Tertull.* & Bald. *in cap.* 1. *num.* 3. *vers. secus si Statutum, tit. Episcop. vel Abb. in c. fib. feud.* distinguunt, considerantes an Statutum loquatur per verba significantia temporalitatem, vel perpetuitatem; de quo latè fuit dictum coram me *in Perusina Bonorum*, 8. *Octobris* 1595, sed iste non erat casus noster.

Alter casus erat respectu bonorum feudalium: in quibus cùm regulariter fœminæ non comprehendantur, semel excluſæ, semper censentur excluſæ: vigore enim iuris communis ad feuda non vocantur. Socin. iun. *dicto cons.* 104. *num.* 12. *vers. potest etiam, lib.* 2. latè Surd. *decis.* 95. *num.* 25. *vers. nec mouit.* Et cùm nec ille esset casus, de quo agebatur, satis ad rem non faciebant Doctores allegati per informantes pro Ecclesia S. Ludouici: qui loquebantur in feudo, in quo si concessio sit facta pro masculis, & feminis, habet locum regula, quòd femina semel exclusa, perpetuò remanere debeat exclusa; & solùm admittatur, quando a principio non extabant masculi.

Tertius casus erat respectu bonorum emphyteuticorum, qui erat casus noster, in quo fuit dictum, quòd cùm femina sit capax emphyteusis, & admitti debuisset simul cum masculo, nisi Statutum vetaret; sublato masculo, femina potest in emphyteusi integraliter succedere; vt Socin. iun. *dicto cons.* 104. *num.* 12. *in princip.* & Surd. *decis.* 95. *num.* 12. *in princ.* distinguentes inter feudum, & emphyteusim, bene declarant.

Rursus non obstabat dicere, Ludouicum Monachum, & Archangelam, nec Caroli senioris, nec Caroli iunioris fuisse hæredes: quia satis erat ex dispositione iuris censeri hæredes Caroli iunioris; quamuis ipse Carolus iunior extraneũ instituerit; vt fuit consideratum *in Camerinen. Domus*, 4. *Iunij* 1593. *coram bo. mem. Gipio*: in hac enim materia non tam actus, quàm potentia, inspici solet, ne sit in potestate vnius vocati alijs vocatis præiudicare.

Postremò non obstabat quod Fr. Ludouicus, & Angela fuissent expressè Religionem professi, & consequenter censerentur inuccessibiles. Nam respondebatur, ea Monasteria esse successionum capacia, & posse saltem, Ludouica & Archangela viuentibus, bona retinere. Bufatt. *cons.* 60. *num.* 33. *vers. sexto loco.*

R. P. D.

R. P. D. Verospio.

Romana Succeſſionis.

Veneris, 15. *Nouembris* 1630.

EPITOME.

Statutum excludens feminas propter maſculos ab hæreditate aſcendentium an excludat etiam maſculos deſcendentes ex femina à ſucceſſione auiæ maternæ. Cauſa exclusionis Statutariæ feminarum ſitne dos, an agnatio; ad interpretationem Statuti Vrbis lib. 1. cap. 145. De concurſu maſculorum cum feminis, vel cum auunculo, in hæreditate auiæ.

Ad Cap. 145.

DECISIO CXII.

IN hac cauſa, quam ſuper ſucceſſione auiæ maternæ coram me inſtituerunt nepotes ex filia femina iam defuncta, cùm ad eorundem nepotum inſtantiam propoſuiſſem hodie Dubium, An in huiuſmodi ſucceſſione ius illis competeret; Viſum fuit Dominis quæſtionis iſtius difficultatem, ſicut & reſolutionem, pendere ab interpretatione Statuti Vrbis, An ſcilicet cùm *in cap.* 145. *lib.* 1. propter maſculos excludit feminas ab hæreditate aſcendentium, comprehenderet ipſum Statutum etiam nepotes, & alios deſcendentes ex femina iam excluſa, tanquam poſitum, & fundatum in ratione agnationis. Quia ſi niteretur in ſola qualitate maſculinitatis, res parum haberet difficultatis; nec iſtis nepotibus, qui maſculi ſunt, obeſſet qualitas ſexus, quæ matrem inhabilem fecit; & ſuccederent iuxta diſpoſitionem iuris communis, ex quo ad hæreditatem aui, filius ſiue filia cum nepote ex altero filio pariter admittuntur; vt *in §. ſiquis igitur, auth. de hæred. ab inteſt. ven.* & *in § cùm filius, inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.*

Et non negabant concluſionem hi nepotes, vt excluſa femina cenſerentur excluſi omnes ab ea deſcendentes, in caſu quo illam examinarunt Doctores, & quotieſcunque conſiderari poteſt alterius, & lineæ maſculinæ fauor, ex cuius cauſa ſemel facta fuit excluſio; cùm hanc diſtinctionem, An ipſa excluſio reſpiciat commodum, & fauorem alterius, ſiue potius cauſam, quæ diuidi, & ſeparari non poſſit a perſona, quæ fuit excluſa; quam primus omnium fecit Bartol. *in l. liberorum, num.* 16. *ff. de verbor. ſignificat.* & *in l.* 2. *§. videndum, num.* 3. *ff. ad Tertullian.* ſecuti poſtea fuerint Salicetus *in l. maximum vitium, num.* 5. *in fin.* & 8. Bald. *num.* 3. *C. de lib. prater.* Caſtrenſ. *in l. illam, num.* 9. *C. de collat.* & *ibid.* Dec. *num.* 13. Iaſo *in l. ſi mater tua, num.* 10. *C. de ſucceſſ. edict.* Corn. *in l.* 1. *nu.* 18. *C. de condit. inſert.* Bald. *conſ.* 171. *num.* 2. *lib.* 1. Caſtrenſ. *conſ.* 91. *num.* 1. *lib.* 2. Iaſ. *conſ.* 221. *col.* 3. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 71. *nu.* 2. Roman. *conſil.* 40. *num.* 4. Natt. *conſil.* 581. *num.* 26. *lib.* 2. Socin. ſenior *conſ.* 3. *num.* 7. *lib.* 1. Corn. *conſil.* 57. *num.* 11. *lib.* 2. Albert. Brun. *de Statut. femin. excluſ. artic.* 6. *num.* 90. Ioannes Campeg. *cod. tract. quæſt.* 21. *num.* 95. Craſſ. *in §. ſucceſſio, quæſt.* 4. *num.* 3. & 5. & alii, quos latiſsimè cumulant Tiraquell. *de iure primog. quæſt.* 12. *num.* 11. Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 41. Valentinus Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 3. *cap.* 16.

Sed cùm hanc excluſionem ſoli eorum matri officere contenderent, diuerſum eſſe dicebant hoc ius, ex quo debita ſibi erat auiæ ſucceſſio, a iure eiuſdem matris: vt, quamuis illius gradum occuparent, non tamen eodem modo repræſentare deberent ipſius perſonam; ſed poſſent præterea ex iure proprio venire, tanquam poſiti ex legis miniſterio in locum, ſiue gradum filiorum; vt declarat Bart. *in l.* 1. *§. ſi ſit nepos, ante num.* 1. *verſ. vnde prima ſolutio, ff. de collat. dot.* & *in l.* 1. *§. ſi ſit filius, ff. de coniungen. cum emancip. liber.* expodendo verba illa, *In locum ſui patris ſuccedant*, quæ habentur *in §. cùm filius, inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* vt intelligendæ ſint, Quaſi in gradum ſui patris ſuccedant: atque ita diſtingueretur locus, quem tanquam vacantem occupare debet filius, ab eiuſdē filii iure: quod etiam dixit idem Bart. *in l. qui ſuperſtitis, 93. num.* 2 *ff. de acquir. hæred.* & *in l. ſi auus, nu.* 1. *C. de liber. prater.* & eandem diſtinctionem viſi etiam ſunt facere Alex. *conſ.* 4. *n.* 13. *lib.* 4. Aret. *conſ.* 143. *num.* 3. Burſatt. *conſ.* 67. *num.* 24. *lib.* 1. Bero. *conſ.* 120. *num.* 82. *vol.* 2. Matheſill. *de ſucceſſ. ab inteſt. art.* 3. *nu.* 11. & alii adducti per Surd. *conſ.* 85. *num.* 2. Tiraq. *de iure primog. quæſt.* 40. *num.* 119.

Id verò ex ipſius Statuti diſpoſitione ſe aſſequi etiam dicebant, cùm in poſteriori parte eiuſdem Statuti, quæ excludebat filiam a ſucceſſione matris, & auiæ, quæ potiſſimùm ad hoc præſentis controuerſiæ caput pertinebat, non ſolùm conſiderari non poſſet fauor, & cauſa agnationis, ex qua moueri fortè potuerunt ſtatuentes, vt eandē filiam, ac vniuerſam illius progeniem excluderēt ab hæreditate patris; & ideo non cenſeretur facta in ipſa ſtirpe excluſio, vt videntur omnes admittere, quotieſcunq; ceſſat cauſa eiuſdem agnationis; vt in his terminis allegabatur *dec.* 463. *n.* 8. *par.* 2. *recent.* ſed ex ipſa præterea dotationis cauſa, quæ ſolùm in hac poſteriori parte fuit per Statutum conſiderata, & quæ in ſola eorum matre verificari poterat, dicebant fieri, & reddi eandem excluſionem perſonalem, dum non poterat porrigi ad nepotes, quibus nec dos aliqua fuit conſtituta, nec conueniebat qualitas dotationis; vt cōcludit Bald. *in d. l. maximum vitium, nu.* 20. *C. de liber. prater.* & *in l. ſcimus, n.* 14. *in fin. C. de inoff. teſtam.* Corn. *conſ.* 116. *num.* 12. *vol.* 2.

Verùm his non obſtantibus, ad que potiſſimū reducebantur omnia horum nepotum fundamenta, contrariam ſententiam concordibus ſuffra-

giis amplexi fuerunt Domini: & pro eorundem nepotum exclusione considerarunt, quòd non solum in parte exclusiua ipsius Statuti, dum nominatim prohibebat, filias feminas in hæreditate patris, aut alterius descendentis concurrere cum fratribus, videri poterant hi nepotes & ipsi prohibiti succedere, ex rationibus, quas in comprobationem distinctionis allatę per Bartol. considerant Doctores, ne successio deferatur per saltus; vt præcipuè aduertit Bald. *in cap. 1. §. & quia vidimus, num. 12. qui feud. dare poss.* Tiraq. *de iure primog. eadem quæst. 12. num. 9.* siue ne melioris conditionis sit ipsa stirps, quàm caput totius lineæ, dum maior etiam ratio subesse videtur, vt iidem nepotes, tanquam magis remoti quàm mater, excludantur; ex not. *in l. si viua mare, C. de bon. matern.* & dixit Specul. *in titulo de empbyt. §. nunc aliqua, num. 173. quæst. 146.* idem Ias. *in d.l. si mater tua, num. 10 C. de succeff. edict.* & *in cons. 141. col. 6. in princ. vers. idem Statutum, vol. 2.* Salicet. *in dicta l. maximum vitium, num. 5. C. de liber. prater.* & latissimè deduxit Surd. *dicto cons. 85. num. 10* Rub. Alexandrin. *cons. 16. num. 13.* Sed cùm in parte, qua masculos ipsum Statutum includebat, non solum exclusis feminis vocarentur filii masculi, sed etiam nepotes ex eodem filio; hæc qualitas, quam in nepotibus requirebat Statutum, vt descenderent ex masculis, nominatim visa fuit continere aliorum nepotum exclusionem, qui non ex masculis prouenirent.

Licèt enim in capite feminarum exclusiuo dicendum videretur, eiusdem Statuti exclusionem non nisi strictè concipiendam, neque posse ad alios casus porrigi, vt quæ tacitam exhæredationem continebat, Alex. *in l. venia edicti, num. 6.* Ias. *num. 4. C. de in ius voc.* Alex. *cons. 7. num. 11. lib. 2.* Dec. *cons. 13. num. 7 circa med.* Corn. *consil. 95. num. 20. vol. 2.* Alciat. *cons. 12. num. 12. lib. 2.* aut etiam, vt quam minimum ex ea ius commune corrigeretur; vt hac ratione inter alias in terminis similis Statuti mota fuit Rota *dicta decis. 463. num. 4. par. 1. recent.* & notat Bart. *in l. 3. §. hæc verba ff. de negot. gest.* & *in l. omnes populi, num. 53. ff. de iustit. & iur.* Roman. *cons. fil. 199. num. 4.* Paris. *cons. 110. num. 31. lib. 3.* In altera tamen parte, ex qua desumebatur vocatio, & dispositio fauore masculorum, non poterat negari quin semper & perpetuo remanerent exclusi descendentes ex feminis, cùm vnius vocatio necessario diceret & includeret alterius exclusionem; & eadem verba, tanquam prolata per statuentes, qui potuerunt super successione disponere, solis masculis darent actionem, quorum fauore lata fuit lex; vt etiam ratiocinatur Bartolus *in dicta l. 2. §. videndum, num. 2. in fin. ff. ad Senatusconf. Tertull.* Bald. *in l. maximum vitium, num. 2. C. de liber. præterit.* in *l quod vero, 14. num. 6. ff. de legib.* in *l. illam, num. 3. C. de collat.* & *in cons. 171. nu. 2. lib. 2.* Natta *cons. 581. num. 28.* Menoch. *consil. 172. num. 31.* Socin. sen. *cons. 241. num. 7. & 9. lib. 2.* Capr. *cons. 137. num. 3. & 4.* Albert. Brun. *de Statut. art. 6. num. 90.* Et certè nihil operaretur Statutum in sensu directo; & idem contineret, quod ius commune, si eodem modo nepotes ex masculo, ac nepotes ex femina deberent succedere: quo casu valere argumentum à contrario sensu, etiam ad correctionem iuris communis, communiter receptum est. Bald. *in l. conuenticula, num. 4. C. de Epis. & Cler.* Dec. *in l. 1. num. 13. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd.* Aret. *in l. qui testamento, num. 8. ff. de testam.* Croc. *in l. omnes populi, num. 201. ff. de iustit. & iur.* Ias. *cons. 115. num. 4. lib. 4.* Roman. *cons. 399. num. 6.* & conclusionem in his terminis latè, ac plurimis probat Alderan. Mascard. *de Statut. interpret. concl. 4. num. 73.* Immo secum inuicem pugnarent verba eiusdem Statuti, si cùm vocat nepotes descendentes ex filio masculo iam defuncto, admitteret etiam nepotem ex filia, quam à fratre, & eiusdem fratris filio voluit excludi. Propter quam rationem etiam in proposito dixerunt Bart. *in dicta l. 2. §. videndum, ff. ad Senatusconf. Tertull.* Bald. *in dicta l. maximum vitium, num. 3. C. de liber. præterit.* caput exclusiuum in Statutis semper esse correspectiuum ad caput inclusionis; ita vt quod vni concessum fuit, alteri denegatum censeatur.

Neque his obesse dixerunt Domini distinctionem factam inter vtrumque caput ipsius Statuti, vt cùm in posteriori parte, in qua agebatur de successione matris & Auiæ, non posset considerari ratio & fauor agnationis, causa huius exclusionis, quæ in eadem parte continebatur, fuerit aut fauor filiorum masculorum, & sic sola qualitas masculinitatis; aut etiam dos, quam solui mandabat Statutum filiæ excluę. Hæc enim distinctio vix poterat considerari in casu huius Statuti; in quo, cùm vtraque hæreditas non fuisset considerata principaliter & distinctè; dispositio, quæ feminam excludebat ab hæreditate matris & Auiæ, non videbatur dici posse noua, aut diuersa ab ea, quæ continebat exclusionem ab hæreditate patris, & aliorum ascendentium masculorum: quod clarissimè probatum videri poterat ex contextu & verbis eiusdem Statuti, cùm per dictiones relatiuas nominarentur in hac secunda parte eædem filiæ, quæ fuerunt in prima exclusæ à patris successione; & continuata, ac non intermissa oratione cauebatur, vt eædem filiæ nec matri, nec auiæ, deberent succedere.

Et quamuis hæc solum viderentur concludere respectu effectus & modi huius exclusionis; ex quibus non poterat inferri ad diuersitatem causæ, propter quam fuit facta eadem exclusio; vt hanc distinctionem visi fuerunt facere Decius *cons. 301. num. 7* Ias. *cons. 115. num. 4. vers. tertio principaliter, lib. 4.* Paris. *cons. 49. num 55. lib. 3.* Bero. *cons. 120. num. 15. & 62. lib. 2.* Pancirol. *cons 188. num. 14.* Honded. *cons. 1. nu. 27. lib. 2.* & Rota *coram Gregor. decis. 293. num. 18.* qui omnes concludunt, non ideo quòd eodem modo fuerint feminæ exclusæ ab hæreditate patris & matris, censeri debere propter eandem rationem exclusas ab vtraque hæreditate, cùm non possit agnatio respectu matris considerari: Ad huc tamen hęc distinctio non poterat probari in casu huius Statuti, aut respectu successionis, de qua agebatur.

Et

Et quantum ad dotem, non fuit illa causa huius exclusionis, dum præter hanc dotis qualitatem fuit etiam spectatus fauor filiorum masculorum; quo casu admittit idem Baldus, vt cùm simplex fuerit exclusio, afficiat non solum matrem, cui dos data fuit, sed etiam ipsius filios, & alios ex ea descendentes. Et hanc etiam distinctionem secuti fuerunt Salicet. *in d.l. maximum vitium. num.*8. Bald. *num.*20. *C. de liber. præterit.* Fulgos. *cons.*54. *num.*3.10. Campeg *super Statut. exclus. feminar. quæst.*21. *num.* 101. Albert. Brun. *eodem tract. art.* 6. *num.* 95. Qui dicit, confundi hoc casu causam dotis cum causa ipsius agnationis. Corn. *in eadem l. maximum vitium, num.*20. vbi postquam repetit omnia, quæ pro contraria opinione ponderauit *in consil.*116. *lib.*2. dicit opinionem Baldi esse veriorem, & in praxi sequendam. Namlicèt, vt possent feminæ à masculis excludi, requiratur ex dispositione eiusdem Statuti, vt dotem habere deberent eædem feminæ; tamen solis masculis tribui poterat hæc exclusio, non solum quia sola persona eorundem filiorum spectari poterat, quorum fauore feminæ debebant excludi; cùm semper in fauorabilibus attendi debeat persona, quæ fuit causa eiusdem fauoris, tanquam causa principalis; vt argumento notatorum *in l. sed si hæc, §. vltimo, ff. de in ius vocand.* tradit Bald. *in l. quod vero, num.*3. *ff. de legib.* & *in l. venia edicti, num.*4. *C. de in ius voc.* Ias. *cons.*115 *sub num* 4. *vers. nam persona, quæ excluditur, vers. num.* 4. Natt. *cons.* 581. *num.* 20. Albert. Brun. *super Statut. exclus. femin. art.*6. *num.* 90. Verum etiam quia nec ipsa dos poterat considerari, nisi tanquam causa secundaria inducta per Statuentes ad moderãdum rigorem Statuti, & quasi in compensationem exclusionis, dum neque succedere debebat in locum Legitimæ, neque eius obligatio esse debebat pura, sed solum in casu matrimonii, & nuptiarum, iuxta distinctionem Castrensis *in l. Titio centum, § Titio genero, ff. de condit. & demonstr.* quam in his terminis secutus fuit Cephal. *cons.* 5. *num.* 73. & in terminis huius Statuti. Gabr. *cons.*5. *lib.*1. & *cons.*139. *lib.*2 Rota *decis.*540. *num.*1. *par.*1. *diuers.*

Et poterant in casu huius Statuti videri hæc eo etiam veriora, quia cùm satis habuerit ipsum Statutum, ne posset foro concurrere cum fratre ad hæreditatem tam patris, quàm matris, si hanc dotẽ illi paratus esset dare idem frater: nec illud necessariò requisierit, vt tempore delatæ successionis mulier dotata esset; facis inde colligebatur quòd non poterat eadem dos esse causa huius exclusionis, cùm propter vnicam dotem, quæ per fratrem sorori constituta esset, excluderetur soror ab vtriusque successione; & hæc vis vnius ac solius tantum dotis esse non posset, vt esset loco, & expleret vicem duarum hæreditatum; vt in terminis similis Statuti arguit Castr. *consil.* 91. *num.*3. *lib.*2. Cephal. *dicto consil.* 5. *num.* 70. & super hoc eodem Statuto dictum fuit *in decis. Put.* 277. *lib.* 1. *in correct.* & apud Sarneu. *decis.*104. *lib.*1.

Quo vero ad alteram causam agnationis, admittunt illam Doctores, tanquam vnicam & solam rationem exclusionis feminarum ab hæreditate paterna; & semper hoc modo interpretati fuerunt similia Statuta, quæ plurima per vniuersum terrarum orbem condita reperiuntur; vt apparet ex Cyno *in l. publico, in* 4. *quæst. C. ad l. Iul. de adulter.* qui hanc esse testatur obseruantiam ferè omnium ciuitatum Italiæ; & idem dixerunt Bald. *in l. quod vero, nu.* 3. *ff. de legib.* Castr. *cons.*40. *num* 4. *lib.*2. Ias. *consil.*221. *col.*3. *vers. tertio mouetur, lib.*2. Socin. sen. *cons.*63 *num.*17. *vol.*3. Menoch. *consil.*95. *num.*60. Gabr. *cons.*10. *num.*10. *lib.*2. Io. Campeg *de Statut. exclus semin. quæst.*21. *num.*103. Tiraq. *de iure primog. quæst.*13. *num.*9. Molin. *de primog. lib.*3. *cap* 5. *num.*29. & fuit dictum *in Casenaten Fideicommissi,* 24 *Ianuary* 1628. *coram R. P. D. meo Durano,* & in terminis huius Statuti *in decis* 770. *num* 4. *par.*2. *recent.* & *in Romana Emphyteusis* 18 *May* 1601. *coram Reuerendissimo D. meo Decano,* & *coram Card. Caualerio, decis.*583. *num.*1.

In hæreditate vero matris, & aliarum feminarum ascendentium ideo negant, eandem agnationem dici debere eiusdem exclusionis causam, quòd filij, qui successuri sunt, non possunt dici agnati ipsi matri, aut auiæ; cùm, sicut dicitur *in l familiæ appellatione,* 196. *ff. de verb. signific.* & *in §.* 1. *instit. de legit. agnat. tut.* & *in §. sunt autem agnati, instit. de legit. agnat. success.* sequi debeant patris, non autem matris familiam.

Sed cùm plures dari possint casus, in quibus agatur de concursu masculorum cum feminis in hæreditate communis parentis, quorum occasione diuerso modo considerari & accipi tolet à Doctoribus hæc agnatio; vt apparet ex notatis per Bartolum, qui hanc casuum diuersitatem considerauit *in d.l. liberorum, num.*12. 13. 14. *& 15.* respectu hæreditatis Auiæ, quæ in casu huius decisionis petitur per nepotes ex filia, duo videntur posse casus contingere, qui etiam fuerunt per Doctores considerati ad interpretationem huius Statuti exclusiui feminarum. Vel enim agitur, vt nepotes ex filia defuncta succedere debeant in hæreditate Auiæ, exclusis sororibus: & possunt forsasse vera esse hoc casu, quæ dicuntur, vt non fuerit respectu horum nepotum spectata agnatio, sed sola qualitas masculinitatis, cùm eadem qualitas posset illis dare prælationem aduersus feminas; vt propter hanc rationem ad fauorem masculorum consulti responderunt Ias. *cons.*115 *num* 5. *vers. sed præmissis non obstantibus, lib.* 4. Dec. *consil.*302. *num.*6. licèt ab illis dissenserint Rumus *consil.*18. *vol.*3. Grat. *cons.*26. *num* 18. *volum.*1. qui propter eandem rationem, quòd hi nepotes, agnati dici non possint, non putarunt ab illis excludi debere sorores.

Vel agitur, vt eiusdem feminæ defunctæ filii, & nepotes Auiæ, concurrere debeant cum Auunculo: & hoc casu non potest videri vt satis esse debeat eisdem nepotibus quòd masculi sint, cùm etiam hoc casu, quo agitur de hæreditate Auiæ, vrgeat contra illos ratio, quam respectu Aui considerauit Bartolus

ind. l. liberorum, num. 14. vt nullo modo possint venire ijdem nepotes; cùm, si velint admitti ex persona matris, obstet illis ratio, quæ matrem excluſit: Si vero venire velint ex propria persona, excludi debeant tanquam posteriores ab eorum patruis, aut auunculis. Et hanc Bartoli rationem secuti fuerunt Corn. *in l.* 1. *num.* 20 C. *de condit. insert.* Alexand. *in l. venia edicti, num.* 6 C. *de in ius voc.* Io. Andr. *in addit. ad Speculat. in rubr. de testam. in fin.* Roman. *cons.* 40. *num* 4. Ias. *cons.* 221. *col.* 3. *vers. secundo mouetur, lib.* 2. Natt. *cons.* 581. *num.* 26. Immo Rota *coram Gregorio, decis.* 293. *num.* 19. dixit maiorem etiam subesse rationem pro excluſione horum nepotum, quàm sit in eorum matre, cùm eadem mater sit agnata, licèt non possit conseruare agnationem; ipsi vero nepotes non solum agnationem conseruare non possint, sed neque ex eadem agnatione sint; quasi duplex in illis videatur concurrere causa excluſionis.

Et licèt noluerint Doctores hoc casu, Auunculum præferri in hereditate suę matris, eo quòd ille dici deberet agnatus; aut quòd eadem mater hanc rationem agnationis spectasse videretur: Nemo tamen dubitauit quin ipse filius, qui sororem excluſit, excludere deberet etiam filios eiusdem sororis; licèt varijs rationibus ad id moti fuerint. Nam aliqui dixerunt id procedere propter affectionem, quam videtur habuisse mulier ad familiam sui viri; quam rationem secuta fuit Rota *coram Gregorio, decis.* 514. *nu.* 10 & tenuerunt Socin. iun. *cons.* 56. *num.* 4. *lib.* 4. Decian. *cons.* 127. *num.* 23. *lib.* 3. Pancirol. *consil* 188. *num.* 14. Honded. *cons.* 1. *num.* 28. *lib.* 2. Mantica *de coniectur. lib.* 6. *tit.* 10 *nu.* 7 Franch. *decis.* 182. *num.* 11. cùm ipsa mulier transeundo, saltem ex vsu, in alienam familiam, videatur magis diligere filios masculos, & masculos ab eis descendentes, qui retinere possunt agnationem & familiam eiusdem viri, quàm feminas, & filios, ac nepotes earundem feminarum, per quos eadem agnatio conseruari non potest. Aliqui voluerunt, agnationem considerandam esse non respectu ipsius feminæ, de cuius successione tractatur, sed respectu masculorum agnatorum, quibus delata est successio per Statutum; vt in specie voluerunt Ruin. *dicto cons.* 18. *sub num.* 5. *volum.* 3. Grat. *eod. cons.* 26. *num.* 53. *lib.* 1. cùm eorundem masculorum, & familiæ conseruationi prospicere censeantur huiusmodi Statuta, quatenus in vniuersum prohibent ne diuitiæ deueniant ad extraneos, siue illæ prouenient à masculis agnatis, siue à feminis cognatis; vt hanc interpretationem ad literam posuisse visus est Alciatus *in l liberorum. num* 12. *ff. de verbor. signific.* Bart. *cons.* 68 *num.* 2. *lib.* 2. Curt. iun. *cons.* 150 *num.* 2. Honded. *cons.* 1. *num.* 27 & 28. *lib.* 2. ex quo neque dici posse odiosa, quamuis feminarum excluſionem contineant, voluerunt inter cæteros Baldus *in l. venia edicti, num.* 4. Alexand. *num.* 6. Dec. *num.* 5. & 8. C. *de in ius voc.* Castr. *consil.* 40. *num.* 4. *lib.* 2. Curt. iun. *consil.* 9. *num.* 18. Socin. iun. *consil.* 3. *num.* 20. *lib.* 1 Gabr. *consil.* 15. *num.* 3. *lib.* 2. Albert. Brun. qui hanc dicit communem, & veriorem, *super Statut. excluſ. femin. art.* 4. *num.* 6. & fuit dictum *in Amarina Successionis*, 19 *Ianuary* 1594. *coram Penia*. Alij demum voluerunt vt ideo descendentes ex feminis, licèt masculi, admitti non possent, quòd masculinitas considerata per Statutum intelligenda sit de descendentia masculorum ex masculis, nulla femina interposita post primam, de cuius successione agitur, vt *tota consil* 91. *lib.* 2. probat Castr. Ias. *consil.* 115. *num.* 2. *volum.* 4. Ruin. *dicto consil.* 18. *sub eodem num.* 5. *vers. vltra prædicta, volum.* 3. Grat. *dicto consil.* 26. *num.* 7. Quod, vel idem est in effectu, atque ipsa agnatio, vt concludit idem Castr. *eodem consil.* 91. *num* 4. qui ideo dicit, respectu successionis feminæ idem esse masculos atque agnatos: & *consil.* 422. *num* 3. *lib.* 1. Curt. iun. *consil.* 150. *num.* 2. Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 5. *concluſ.* 6. *num.* 47. vel certè parum prodesse posset hoc casu rationis diuersitas, quæ posset considerari pro causa excluſionis inter vtramque hæreditatem, si semper & eodem modo excludi debent hi nepotes ex femina, siue quia ipsi non sint de agnatis, siue quia non descendant ex masculis. Et quòd in casu huiusmodi, & similium Statutorum, non potlit distingui hæc qualitas masculinitatis ab ipsa agnatione, ex eo præterea argui poterat, quia eadem femina, quæ est finis paternæ agnationis, dicitur etiam caput alterius agnationis sui viri: & ad hanc agnationem videntur necessario respectum habuisse eadem Statuta, dum constituendum est primum aliquid eiusdem agnationis initium; & non id agitur, vt suam, ac paternam agnationem conseruare debeat femina, de cuius successione tractatur; sed vt ea agnatio, quæ primum cœpit in eadem femina, retineatur per illius filios, & descendentes masculos.

Ex his sublata videri poterat altera distinctio, quæ etiam afferebatur super diuersitate iuris, quod in hac successione habebant nepotes, à iure matris; vt tanquam ex propria persona venientibus non obesset quòd ipsa mater fuisset ab eadem successione excluſa. Huius enim vis argumenti, quod captiosum ostendit, & pluribus refellit Surdus *in consil.* 85. *num.* 12. posset fortasse procedere, si solam matris personam peteret hæc excluſio; non autem illa consideraretur tanquam principium & caput totius lineæ: quo casu admittunt omnes, inficl vniuersam matris stirpem ac descendentiam: & fuit resolutum in propijs terminis huius Statuti, & de nepote ex filia, *in Romana Supplementi legitimæ*, 8. *February* 1583. *coram Cardinali Arigonio*, inter impress. *par.* 4. *diuers. decis.* 415. & in his terminis dictum fuit procedere decisionem *in causa Spolitana Hæreditatis, inter recens. decis.* 463. *par.* 1. in qua fuę defensionis potissimum fundamentum constituebant hi nepotes: cùm, sicut videre est ex eadem decisione, tota illa lis in probando quòd ad hanc qualitatem non videretur respexisse Statutũ, de cuius interpretatione in casu illius decisionis agebatur; & hoc præcipuè desumeretur, cùm feminam, quę dotata esset, mandaret excludi

per

per maſculum, qui eſſet de progenie sui, patris, matris, fratris, aut ſororis: quibus verbis, vt conſicit eadem decisio, etiam maſculi ex matre aut ſorore nati continebantur. Præterquam neque ſuper eadem decisione dixerunt Domini conſtitui poſſe fundamentum, cùm, cauſa iterum propoſita, nihil reſolutum fuiſſet, propter rationes Bartoli, quæ non obſtantibus illis verbis etiam viſæ fuerunt vrgere.

Solum autem non obierit filijs qualitas matris, & diſtinguetur vnius ab alterius iure, ſi idē ius non habeant filij à matre; & ſicut apparet in caſu, in quo loquitur Bart. *in l. qui ſuperſtitis, ff. de acquir. hared.* ſi mater non ſit excluſa, ſed velit ipſa abſtinere à ſui patris hæreditate. Cùm enim id ius à lege delatum ſit eiſdem filijs, non debet illis obeſſe factum ſuæ matris: & fuit ratio Bartoli *in dicta l. liberorum, num. 16 ff. de verb. ſignif.* & bene, & in propoſito conſiderarunt Menoch. *conſ. 319. num. 28.* qui etiam reſpondet auctoritati eiuſdem Bartoli *in l. 1. §. ſi nepos, ff. de collat. dot.* Surd. *d. conſ. 85. num. 13.* Aret. *in l. Gallus. §. nunc de lege, num. 53. ff. de lib. & poſthum.* Ruin. *conſ. 120. num. 15. lib. 1.* Alex. *in l. pactum, 3. num. 7 & 8. C. de collat.* Et fatit etiam altera ratio, quam conſiderat Alexander *in d. l. pactum*; ne eiſdem filijs obeſſe debeat hæc matris renunciatio, quia ſcilicet videatur habere tacitam conditionem, ſi hæreditas eidem matri deferretur; quæ effectum habere non potuit, dum ipſa mater mortua fuit antequam decederet illius pater, & auus filiorum, de cuius ſucceſſione tractatur: cuius contrarium omnino contingit in caſu, quo femina per Statutum expreſsè prohibita ſit ſuccedere; vel quia non eadem ſit vis ac virtus prouiſionis factæ ab homine, ac iuris à lege conſtituti; vt pluribus probat Surdus *conſ. 85. num. 29.* Ruin. *conſ. 49. num. 4. vol. 1.* & latè declarat Imola *in l. ſi vero,* (quam legit cum l. docalem ſeruum) *§. de viro, ff. ſolut. matrim.* & præcipue *ex num. 51.* Baldi *in l. maximum vitium. num. 19. C. de liber. præteris.* vel quia excluſio, quam quandam quaſi legem in ipſius matris ortu videtur Statutum præſcripſiſſe, non habet eam conditionem, quam habuit renunciatio facta per matrem; vt voluit idem Surd. *d. conſ. 85. num. 34.* Ruin. *conſil. 18. num. 10. vol. 2. num. 8.* & *conſ. 51. num. 13. vol. 3.* Aym. *conſ. 27. num. 49.*

Recita verāque parte informāte reſolutum fuit:

tionis: & in eius caſu dos non ſuccedit loco Legitimæ: habetque locum tam in ſucceſſionibus ex teſtamento, quàm ab inteſtato. Dos relicta patri filiabus excluſis à Statuto poteſt grauari fideicommiſſo. Pater an poſſit filias excluſas à Statuto reintegrare ad ſuitatem.

Ad Cap. 145.

DECISIO CXIII.

PRopoſui hodie dubium reſeruatum in deciſione in hac cauſa facta ſub die 27. Iunij anni proximè preteriti 1633. Verum Hieronymæ prætendenti ſucceſſionem in bonis, & hæreditate Victoriæ ſuæ ſororis obſtaret exceptio fideicommiſſi Franciſci communis parentis, qui relicta congruente dote eidem Hieronymæ & alijs duabus ſuis filiabus, in quibus illas hæredes inſtituit; ſubſtituit deinde cuilibet illarum decedenti in pupillari ætate; ſiue etiam quandocunque, ſine tamen filijs legitimis, & naturalibus, earum fratres, & ſuos filios maſculos ſuperſtites, quando ijdem filij extarent tempore quo purificari debebat hęc ſucceſſio. Et reſponderunt Domini obſtare dictum fideicommiſſum, cùm non poſſet dubitari, vel de voluntate teſtatoris grauandi hoc onere eas dotes, vel etiam de poteſtate.

Et incipiendo à poteſtate, ſine quâ illius voluntas potuiſſet videri nullius efficaciæ; an licuerit Franciſco hoc onus imponere ſuper dictis dotibus, viſum fuit dependere ab altera quæſtione, An eædem dotes ſuccedere deberent loco Legitimæ: quia cùm Legitima omne gravamen à ſe reijciat, vt habetur *in l. omnimodo*, & *l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſtam.* & notant ibi poſt gloſſ. Doctores, ſolum pati potuiſſent hoc onus eædem dotes in caſu huic contrario, vbicunque ſcilicet non ſortirentur naturam Legitimæ, vt notant ibidem Doctores; *& in authen. nouiſſima, C. eodem tit.* Bartol. *l. Titio ſcriptum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonſtr. num. 6.* Caſtrenſ. *num. 8.* idem Bartol. *in l. Lucius, §. maritus, num. 2. ff. ad Sen. Conſul. Trebell.* & tenuit Rota *in Bononien. Succeſſionis*, 11. *Februarij* 1598. *coram Cardinali Pamphilo*, & *in Perufina Reſtitutionis dotis*, 20. *Maij* 1602. *coram Cardinali Millino*, & *in deciſ. 540. par. 5. diuerſ.* Et negarunt potuiſſe in caſu huius deciſionis dotem ſuccedere loco Legitimæ, cùm ageretur de perſonis, quibus eadem Legitima non erat debita. Cùm enim ex diſpoſitione Statuti Vrbis *in cap. 145. lib. 1.* quod comprehendit etiā Tiburtinos, vt fuit reſolutum in hac eadem cauſa ſub die 27. Iunij anni proximè præteriti, excluderentur filiæ à ſucceſſione parentum, fauore ſolius agnationis, prout etiam ſæpius interpretata fuit Rota hoc idem Statutum, *in deciſ. 142. num. 3. par. 2. diuerſ.* & *in deciſ. 770. num. 4.*

R. P. D. Verospio.

Tiburtina hæreditatis.

Luna, 13. *Februarij* 1634.

EPITOME.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 145. excludens filias à ſucceſſione parentum, eſt conditum fauore agna-

par. 2. recent. & in Romana Supplementi legitima 28. *Iunij* 1613. *coram Caraffali Sacrato*, & alias sæpissimè; non poterat agi ex earum persona de Legitima, quæ tanquam portio successionis ab intestato solum peti potest ab ijs, quibus sunt reseruata iura eiusdem successionis. Vnde merito dicebat Angelus *in consil.* 362. non esse disputandum de Legitima in persona eius qui ab intestato est exclusus: cuius dictum sequuta fuit Rota apud Cæs. de Grass. *decis.* 159. *n.* 5.

Et licet eiusdem filiabus, quas Statutũ manebat excludi à successione parentum, assignari deberet sua dos ex dispositione eiusdem Statuti; non tamen dici poterat, quod illa succederet in locum Legitimæ, cùm in exclusione seminarum nõ fuerit habita ratio à statuentibus eius dotis, sed solius agnationis, & fauoris filiorum masculorum; quo casu tenent Doctores, quod conferre posse, ad quod postea relicta fuerit dos eisdem filiabus; quasi illa conferi tunc debeat solum causa remota, non autem proxima, & immediata ipsius exclusionis; vt considerauit Cast. cons. *in d. l. Titio genero*, *num.* 8. *ff. de condit. & demonstr.* cuius distinctionem communiter à Doctoribus approbatam testatur Alber. Brun. *super Statut. exclus. semin. art.* 11. *num.* 33. in solutione tertiæ quæstionis; eamque sæpius etiam sequuta fuit Rota in terminis diuersorum Statutorum Italiæ, *vt in Perusina Fideicommissi de Alfanis*, 15. *Iunij* 1612. *coram Gregorio* inter impress. *decis.* 565. *num.* 4. & *in eadem causa coram Reuerendissimo D. meo Decano*, 17. *Martij* 1621. *in Firmana Legitimæ* 30. *Octobris* 1617. *coram bon. mem. Vbaldo*, in *Callien. Dotis*, 11. *Decemb.* 1598. & 24. *May* 1599 *coram Orano*, in *Albanen. Legitimæ*, 22. *May* 1591. *coram Blanchetto*, quæ est *in prima parte diuers. decis.* 540. & coram Cardinale Seraphino *dec.* 959. *num.* 5. Et patet ex his, quæ interpretando hoc idem Statutum tenuit Rota in adducta *decis.* 540. & *in decis.* 538. *eadem par.* 1. *diuers.* dum obligationem huius dotis, ad quam tenentur fratres erga sorores, quas volunt excludere à successione communis parentis, censuit dependere debere à casu matrimonij, & nuptiarum, cùm hæc etiam conditio reputari deberet aliena ab eadem dote, quando illa haberetur loco Legitimæ; & eandem rationem considerauit Castrensis pro fundamento suæ distinctionis *in dicto §. Titio, genero, super eadem num.* 8. Alber. Brun. *super Statuto exclus. semin. d. art.* 11. *quæst.* 1. *nu.* 20. Gabr. *de legitim. conclus.* 1. *num.* 26. & 27.

Neque obstaret huic vitio fuit, quòd in casu huius decisionis ageretur de successione ex testamento, ad effectum ne posset habere locum dispositio eius Statuti, in quo agebatur de successionibus ab intestato. Quia ex quo filia ab intestato excludebatur neque poterat venire contra testamentum patris, aut illud impugnare ratione Legitimæ sibi debitæ, exportatis *in l. cum quæritur*, & *l. omnimodo*, C. *de inoff. testa.* tradunt Doctores *in l. Gallus*, §. *& quia*, *tantũ*, & ibi Bart. *num.* 8. *ff. de liber. & posthum.* & *in l. vlt. num.* 5. *ff. ad Sen. Conj. Tertull.* & tenuit Rota apud Calas. de Grass. *in addit. ad decis.* 159. *num.* 6. & *decis.* 129. *num.* 6. & 14. quod quamuis expressè tenuit in terminis huius Statuti *in vna Romana Supplementi Legitimæ coram Arigonio sub die* 8. *February* 1593. vbi pro ratione considerauit quòd non debebat esse melioris conditionis filia veniens contra voluntatem patris, impugnando tabulas testamenti quàm si veniret præter illius voluntatem, eo quia vellet admitti ad successionem ab intestato.

Ex his vero confirmabatur id quod à principio constitutum fuit, licuisse patri grauare onere fideicommissi eas dotes, quas reliquit suis filiabus, dum nullo iure cogebatur ad dictam legitimam illis relinquendam: quam conclusionem pluribus prosequutus fuit Gabriel. *consil.* 116. *lib.* 1. *num.* 19. & *cons.* 140. *lib.* 2. *num.* 22. & fuit resolutum *in vna Romana Dotis de Margaris*, 16. *May* 1583. *coram Robusterio*, in qua causa scripsit Gabriel. *dictum consil.* 140. *lib.* 2. eamque referunt moderni Romani *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 13. Et licet ab ea decisione visa fuerit Rota recessisse, proposita causa coram bon. mem. Buratto *sub die* 10. *Decembris* 1616. tamen id accidit, cum supposito, quòd in casu huius decisionis nõ ageretur in terminis *cap.* 145. Statuti: cuius dispositionem æstimatum fuit habere locum in casu huius decisionis, ex rationibus superius relatis: quia licet in eo capite ageretur de sola successione intestati, tamen id quod in eodem capite constitutum fuit, satis esse poterat ad excludendam filiam, etiam à successione ex testamento: quod etiam videtur admittere decisio coram Buratto, vt patet in fine eiusdem decisionis, & aduertit Gabriel. *in addit. cons.* 140. *num.* 23.

Et hæc visa fuerunt dicti posse respectu potestatis. Quod vero attinet ad voluntatem Francisci grauandi hoc onere dictas dotes, visa fuit etiam illa reddi indubitata, cùm idem grauamen non desumeretur vel ex coniecturis, quæ aliquam dubietatem reciperent, sed expressè legeretur in illius testamento, dum post dispositionem factam ad fauorem suarum filiarum, in qua voluit earum fratres, & suos filios teneri ad dotandas sorores; constituit, vt indictis dotibus succedere deberent iidem filij, decedente altera ex suis filiabus, vel in pupillari ætate, vel sine filijs legitimis.

Neque hæc voluntas visa fuit reuocari posse in dubium, eo quia illis pater reliquisset eas dotes iure institutionis; quasi visus sit eas agnouisse in filias, quibus postea ex dispositione iuris Legitimam reseruare tentabat. Hæc enim obiectio potius respiciebat potestatem, quàm voluntatem seu animum: sed cùm adduceretur etiam proconiectura contrariæ voluntatis, non visa fuit illa aliquid concludere. Quia licet verum sit, quod pater possit filias exclusas à Statuto reintegrare ad suitatem, cùm solum exclusæ teneantur, quatenus pater id velit, vt censuit Gabriel. *in addit. consil.* 140. *num.* 8. *lib.* 2. sequendo authoritatem Castrens. *in consil.* 52. *num.* 2. *vol.* 1. quam etiam sequutus fuit Rauchi. *in cons.* 118. *num.* 24. *lib.* 3. & tenuit Rota *coram Gregorio decis.* 565. *num.* 7. Tamen non poterat ad hunc effectum latè esse tortus tenor huius

institu-

institutionis, sed requirebatur, quod fuisset eados relicta nominatim loco legitimæ, vel quod fuisset facta institutio in aliqua quota hæreditatis; vt censuit Rota *coram Gregorio in adducta decis. 565. num. 9. & in Firmana Legitima 30. Octobris 1617. coram bo. me. Vbaldo*, & tenuerunt relati per Mangil. *de imputat. quæst. 52. nu. 79.* Honded *cons. 53. num. 23. lib. 2.* Thesaur. *dec. 159. num. 17.* & huius rei ratio assignatur ab eisdem Doctoribus Statuto excluſiuo feminarum, cùm illius dispositionem videatur pater in dubio sequi voluisse, vt dum filiæ reliquit certam portionem, aut quantitatem nomine dotis, censeatur reliquisse eo modo, ac forma, quo filia fuisset illam consequuta ex dispositione eiusdem Statuti; vt considerauit Gabr. *in adducto cons. 140.* & dixit Rota *in dicta Firmana Legitima, 30. Octobris 1617. coram bo. mem. Vbaldo*, & *in dec. 60. num. 3. par. 1. diuersor.* & *coram Cardinali Seraphino decis. 959. num. 5.*

Et hæc patris voluntas ex eo præterea colligi poterat, dum dotes, quas ipse reliquit suis filiabus, voluit illas constitui arbitrio suorum fratrũ, habita ratione conditionis, ac dignitatis propriæ familiæ; cùm ea dotis æstimatio, quæ de paragio dicitur, non posset non dici diuersa a natura ipsius legitimæ, dum illa tanquam certa, ex dispositione iuris non admittebat hanc distinctionem qualitatis familiæ, aut personarum, vt notatur *in l. quæro, ff. de iur. dot.* & tradit ibi Bart. post glos. & *in auth. res quæ, C. comm. de leg.* Dec. *cons. 26. num. 4.* & in terminis Statuti Vrbis constituẽtis eodem modo dotem filiabus, quas excludit a successione paternà, hoc idem censuit Rota *in decis. 881. par. 1. Recentior.* & in terminis consuetudinis Regni, Afflict. *decis. 160. num. 3.* Molles. *super consuetud. eiusdem Regni in tit. de successs. ex testamint. par. 3. quæst. 7. num. 7. & 11.*

Neque contrariam patris voluntatem suadere visa sunt ea verba testamenti, in quibus apparebant legatæ eædem dotes, tam si dictæ filiæ nuberent, quàm etiam si non nuberent: quasi remouendo ab ijs doribus conditionem temporis visus sit habuisse eas loco Legitimæ, super qua non potuisset postea consistere grauamen fideicommissi; ex sententia Castrens. *in dicto §. Titio genero, ff. de condit. & demonstr.* & considerauit in proposito Peregrin. *in cons. 79. nu. 30. lib. 1.* Rota *apud Cardin. Seraph. decis. 959. num. 4.* Non enim poterant ea verba tollere dispositionem, quæ expressè legebatur in eodem testamentõ; & in qua fuerunt eædem filiæ grauatæ restituere suis fratribus dictas dotes, quando decessissent nuptæ, aut sine filiis: quia cum non teneretur pater dotem filiæ constituere, nisi in casu, quo matrimonium contraheret, adeo vt ante nuptias nihilili acquiri posset ex bonis parentum, iux. distinctionem eiusdem Castrensis *in dicto §. Titio genero, ff. de condit. & demonstr.* & fuit resolutum in hac eadem causa coram me *sub die 27. Iunij anni proximè præteriti 1633.* multo magis potuit in constitutione dotis apponere legem quam voluit, & in specie quod illam filiæ constituere debuit; vt considerauit in proposito Peregr. *in adducto cons. 79. dicto num. 30.* vt supra *num. 25.* Gabr. *consil. 116. num. 17. lib. 1.* Castrens. *cons. 6 num. 2.* & *cons. 9. nu. 1. lib. 2.* & *in l. quoniam in prioribus, num. 7.* & *in auth. nouissima, num. 2. C. de inoff. testam.*

Et ita licet cadere possit aliqua dubitatio, An post contractum matrimonium subsisteret onus fideicommissi, eo quia dos data filiæ videretur esse illius patrimonium; quam tamen rationem tanquam nullam, & inanem reprehendit Gabr. *in adducto cons. 116. sub num. 26.* Tamen si antea superueniat obitus filiæ, prout contigit in hoc casu, in quo Victoria decessit prius quam in matrimonium collocaretur; tunc fideicommissum sustineri debebit saltem respectu temporis: quia etiam in casu, quo dos succedit loco legitimæ, fideicommissum præseruatur in ea parte, in qua Legitimam excedit; itaut vtile non vitietur per inutile, vt declarat glos. *in l. quoniam in prioribus, C. de inoff. testam. in verb. tollatur.* Bart. *in l. vltima, §. filia, ff. de legat. 2.* & *in l. Lucius. §. maritus. ff. ad Trebell.* Castrens. *in cod. §. filia, num. 1 ff. de leg. 2.*

Quibus accedebat, quod iã Victoria acceptauerat assignationem sibi factam in executionem testamenti paterni, vt fuit firmatum coram me *sub eadem die 27. Iunij*. Vnde cùm illius vigore petierit dotem, quæ circumscripto dicto legato, illi debita non fuisset; sequebatur ex hoc explicitus consensus, & approbatio paternæ dispositionis, quam non poterat contra illius voluntatem impugnare Hieronyma obtinendo, vt ab ea remoueretur grauamen; vt probat text. *in l. Imperator, §. si centum. ff. de leg. 2. l. Titia cum testamento 35. §. qui inuitam, ff. eodem titulo*, & notat *ibi* glos. *in verb. non consenserit.* Castr. *consil. 266. num. 2. lib. 1.* Peregr. *in adducto consil. 79. num. 30.*

Et ita, &c.

Cardinali Blanchetto.

Romana Legitimæ.

Veneris 20. Aprilis 1584.

EPITOME.

Legitima debita matri in hæreditate filij quanta esse debeat in casu Statuti vocantis fratres ex vno tantum latere coniunctos ad successionem, exclusa matre, &c. Multa de interpretatione Statutorum.

Ad Cap. 146. num. 12.

DECI.

DECISIO CXIIII.

DEcessit bonæ memoriæ Dominus Raymundus Vrbinus, relicta matre, sorore vtrinque coniuncta, & duobus fratribus ex latere tantum: matrem instituit in Legitima tantum sibi de iure debita: sorori legauit scuta quinquemillia: in alijs bonis sibi vniuersales hæredes instituit alterum ex fratribus, & fratris filios, prout latius in testamento. Quare ad euitandas lites inter matrem, & fratres, mandatum fuit, vt de omnibus controuersijs deberent compromittere. Ideo cùm controverteretur inter partes, quanta esset Legitima matri debita, videlicet an tertia totius hæreditatis, vel potius eius tantum portionis, quam ab intestato fuisset habitura: ideoque propter Statutum Vrbis *lib.* 1. *cap.* 146. *in non.* & *antiq. cap.* 25. *lib.* 3. vocans ad successionem fratris ab intestato decedentis, fraties etiam ex latere patris tantum coniunctos, exclusa matre, præterquam a Legitima, Illustrissimus & Reuerendissimus D. meus Cardinalis Cæsius Iudex compromissarius, instantibus ex vna fratribus, & matre ex alia, consuluit Rotam superhoc. Quanta sit Legitima in hoc casu matri debita: Et me proponente, in plerisque difficultatibus, quæ excitabantur circa hoc dubium, Domini fuerunt concordes, quòd per Statutum, in quo fratres ex parte tantum coniuncti vocantur ad successionem, exclusa matre, præterquam a Legitima, præseruetur, non autem minuatur Legitima matri de iure communi debita.

Primo per tritam regulam, quòd Statuta recipiant semper patiuam interpretationem a iure communi. *l.* 2. *C. de noxali*; & talem, vt minus lædatur ius commune, quam sit possibile. *cap. fin. de consuet.*

Secundò, quia illa nunquam facienda est interpretatio, per quam Statutum inducens vnum effectum contra ius commune duplicem operetur. Roman. *cons.* 199, *num.* 6. Socin. *cons.* 110. *num.* 3. *lib.* 4. præsertim matri indebitè damnum patiatur. glos. & Doctor. *in l. fin. § compat. C. de iur. delib.* Bald. *in l. cum a matre, in prima, num.* 11. *C. de rei uend.* de communi testatur Dec. *cons.* 37. *num.* 7. Satis autem disponitur contrarius communiter, & leditur ius matris, excludendo ipsam & sorores a lucrosa filij, & fratris hæreditate, nedum propter fratres vtrinque coniunctos, sed etiã consanguineos, contra Auth. *defuncto. C. ad Tertul.*

Tertiò ex auctoritatibus Alexand. *cons.* 197. *num.* 6. *lib.* 6. Socin. Iun. *cons.* 64. *nu.* 65. *in* 2. quod etiam in necessario dicendum est, cùm enim Legitima debeat considerari secundum successionem ab intestato, cùm mater secundum dispositionem Statuti *cap.* 146. *lib.* 1. in nihilo ab intestato succedat, imò excludatur, non potest ex hoc Statuto circa Legitimam quantitas certa determinari.

Nec refragatur, quòd fratres tam vtrinque, quam ex vno latere cõiuncti ex prima huius Statuti determinatione excludant matrem. Quia eadem determinatio æquans vtrosque præseruat Legitimam matri in omni casu.

Quibus stantibus Domini non recesserunt ab opinione, quam alias in causa Romana de Menichellis tenuerunt coram R. P. D. meo Vicecomite, quòd Legitima matri debita, sit totius hæreditatis, non autem tertia eius portionis, quam ab intestato esset habitura, ex *§. 1. de trient. & semis.* ex auctoritatibus tunc allegatis: nisi persona Illustrissimæ Dominæ Pulcheriæ veniat consideranda ad effectum, vt diminuatur Legitima matris, & impinguet portionem Illustrissimorum fratrum: quod Domini particulariter dixerunt videndum, &c.

R. P. D. Ortembergo.

Romana Hæreditatis de Sellis.

Mercurij 16. *Ianuarij* 1608.

EPITOME.

Statutum excludens feminas dotatas, extantibus masculis, an excludat eas ab hæreditate fratris, & patrui. Declarantur Statuta Vrbis lib. 1. cap. 145. & 146. Statutum quando dicatur vlterius procedere. Dos constituta feminæ, ad effectum exclusionis Statuti, sufficit a quocunque, & quomodocunque proficiscatur.

Ad Cap. 146. *num.* 13.

DECISIO CXV.

DEfuncto Ioanne Baptista de Sellis, de cuius hæreditate agitur relicto Bernardo fratre, & Gaspare nepote ex Prudentia communi sorore præmortua, causa pendente coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, bis decisum fuit non esse locum successioni Gaspari, propterea quod mater eius dotata vigore Statuti Vrbis *lib.* 1. *cap.* 146. exclusa fuisset: & sic pronunciatum fuit.

Verùm Gaspare non acquiescente, causa per me proposita, Domini censuerunt inhærendum esse decisis. Nam, etsi de iure communi, quando agitur de successione fratris, vel sororis, non attenditur dotatio facta a patre, vel alio aliquo ex descendentibus, sed pari iure succeditur. *l.* 1. *C. de legit. hæred.* Idque dicendum videretur in Statuto excludente feminas dotatas, eas non esse exclusas, nisi etiam dotatæ essent a fratre, vel patruo, vt *in dicta l.* 1. notat glos. fin. consequitur ibi Bald. *num.* 4. & Castr. *in fin.* & passim omnes alij. Tamen ista doctrina intelligenda est quando Statutum simpliciter dicit quòd frater excludat sororem dotatam; secus si vlterius

rius procedat, vt non sine mysterio Baldũ ibi loquutum fuisse Doctores tradunt. Dicitur autem Statutum vlterius procedere, quando nominat personas, a quarum successione vult dotatam excludi: quia tunc Statutum est certum, & clarum. Alex. *cons.* 29. *lib.* 6. *num.* 1. Castre. *cons.* 91. *num.* 2. *lib.* 2. Anchar. *cons.* 168. *in princ.* Corn. *cons.* 42. *num.* 9. & 10. *lib.* 3. Dec. *consil.* 346. *num.* 4. *vers. secus*, & *cons.* 379. *nu.* 8. Mandell. *cons.* 98. *num.* 4. Thesaur. *decis.* 62. *num.* 2. & istam opinionem sæpe probauit Rota. Put. *decis.* 284. *lib.* 1. & *in causa Balneorien Bonorum*, 16. *Maij* 1594. *coram Card. Pamphilio.*

Secundò etiam dicitur vlterius procedere, quando ex verbis & mente Statuti constat quod vult excludere non solum feminam dotatam ab hæreditate dotantis, sed etiam ab hæreditate aliorum non dotantium Dec. *cons.* 346. *num.* 4. *vers. secus.* Corn. *cons.* 123. *num.* 4. *lib.* 1. Curt. iun. *cons.* 10. *num.* 6. Brun. *de Statut. exclud. femin. art.* 8. *num.* 65. Gabr. *de Stat. conclus.* 5. *num.* 2. Quæ limitationes bene applicantur dicto Statuto Vrbis. Illud enim constituit, quòd germani fratres, tam vtrinque coniuncti, quàm ex parte tantùm, excludant sorores, & amitas, etiam vtrinque coniunctas, a successione fratrum & patruorum sine filijs ab intestato: & sic vlterius procedit specificando personas.

Similiterque approbatur etiam altera limitatio in clausula, *dummodo dictæ sorores, & amitæ congruè vocatæ existant, vel eas fratres, & nepotes similiter congrue dotare parati sint.* Quando autem Statutum primum simpliciter excludit feminas, & deinde disponit quòd non dotatæ debeant dotari, illa verba non possunt referri ad dotationem illius, de cuius hereditate agitur: quia si ab illo fuissent dotatæ, superfluum foret vlterius disponere; *arg. l. quòd Labeo ff. de cond. & demonstr.* Quare Statutum intelligi debet, a quocunque, & quomodocunq. reperiantur dotatæ. Bart. *in l. Titio certum, §. Titio genero, num.* 5. *ff. de condit. & demonstrat.* ita notabiliter limitat doctrinam Baldi, Socinus *cons.* 127. *num.* 9. *vsque ad fin. lib.* 4. vt attestatur Gabr. *de Statut. conclus.* 5. *num.* 11. maximè cum Statutum in priori particula clausulæ, *dummodo*, ante alternatiuam loquatur generaliter: & verba prolata generaliter omnes comprehendunt; & per Statutum non restringuntur ad vnum aliquem ex nominatis: quia non dicit, dotata de bonis paternis, in quibus terminis versantur diuersæ Doctorum opiniones, Sylu. Aldobrandin. *cons.* 2. *num.* 134. *vers. confirmo*, & *vers. ex quo sequitur.* Nam huiusmodi verba sonant in rem, dum dicunt, *sorores, & amitæ dotatæ*, & non distinguunt, a quò. Castren. *dicto cons.* 91. *num.* 2. *lib.* 2. qui ad hoc allegat *l. illa veniunt, §. a quo, ff. de petit. hared. l. cum quis, §. quod exigimus, ff. de constit. pecu.* Et in posteriori parte dictæ clausulæ, *quatenus sorores, vel neptes dotatæ non essent*, Statutum per particulam alternatiuam excludit eas, *nihilominus dummodo fratres, & nepotes masculi eas dotare parati sint:* de quorum fratrum, & nepotum, vt pote adhuc superuenientium, hæreditate, cùm nulla fiat mentio, necessario facienda est interpretatio, quòd propter dotationem aliorum, feminæ excludantur ab hæreditate, quæ non sit dotantis. Siluester Aldobrand. *dicto cons.* 2. *num.* 132. Sive itaque antea dotatæ fuerint, sive non dotatæ, sed postea dotatæ, vtroque modo sunt excluſæ: in alternatiuis enim sufficit alteram partem esse veram, & satis est, quod mulier dotata reperiatur. Paul. de Monte Pico *cons.* 41. *num.* 5. & 6. qui pro hoc adducit Petrum de Anchar. *cons.* 17.

Accedit quòd Statutum considerat fauorem agnationis, & sexus masculini in verbo *germani fratres, illorumque filij masculi*: & ita decisum fuit *in Romana Successionis de Gerona*, 21. *Ianuarij* 1574 *coram Robustello*, quam citat Hieronym. Gabr. *consil.* 15. *num.* 1. & 53. *lib.* 2. quo casu principaliter habetur ratio exclusionis, & secundario dotationis. Castr. *dicto consil.* 91. *num.* 3. Roman. *cons.* 485. *num.* 2. *in fin.* iuxta Cin. *in l. publico*, C. *de adult.* & Mandell. *dicto cons.* 98. *num.* 4. *vers. quia cùm ratio talium Statutorum*, Thesaur. *d. dec.* 62. *num.* 3.

Et attenta mente Statuti sequeretur magnum absurdum, si fratres toties tenerentur dotare sorores, quoties de exclusione ab aliqua successione ageretur. Castr. *cons. sæpe citato* 91. *num.* 3. *lib.* 2. Aldobr. *d. cons.* 2. *n.* 134. *vers. alias enim.*

Non obstat præcedens Statutum in fine, vbi reperitur filias, vel neptes esse dotatas ab vna ex personis excludentibus. Quia si statuentes idem voluissent in vno, quod in alio, vtique expressissent, secundum regulam *§. fin autem ad deficientis. C. de caduc tollen.* Alexan. *cons.* 155. *num.* 4. *in fin. vol.* 2. Maximè stante alio Statuto Vrbis, quòd Statuta intelligantur ad litteram, & prout iacent. Paris. post Alex. *cons.* 49. *num.* 68. & 90. *lib.* 3.

Præterea illud Statutum loquitur in diuersa successione transuersalium; vnde ab vno non potest inferri ad aliud; prout in terminis horum Statutorum fuit decisum *in Romana Successionis ab intestato*, 28. *Iunij* 1574. *coram scl. record. Clemente Olzano.*

Non obstat quòd dicitur de decis. Put. 204. *lib.* 1. esse mendosam. Quia ex ea, quæ pro emẽdata ex aduerso fuit exhibita, idem planè senius colligitur.

Nec subsistit quòd in libro Putei aliter sit relata, quàm habetur in decisione Thom. de Thanis, quæ est 29. *in manuscript.* coram quo illa causa pendebat. Quid apud eundem pauciori bus verbis eadem sententia legitur, dum dicit, *Statutum excludens feminam dotatam, in dubio intelligi ab hæreditate dotantis*, per doctr. Baldi *in l.* 1. *C. de legit. hared.* Secus quando Statutum procedit vltra, nec aliàs constat de mente.

Nec repugnat adnotatio eiusdem decisionis apud Sarnen. *ordinatione* 103. Dicit enim quod vbi non sunt dotatæ a defuncto, quod fratres, qui succedere volunt, & excludere sororem, sint parati eam dotare, vt legitur in Statuto: cum quibus conuenit adnotatio Ant. Aug. in *Epit. tit. de testam. num.* 25. Et omnibus consideratis apparet, in illa causa, de qua omnes decisiones præcedentes loquuntur, fuisse actum de exclusione feminæ, quæ aliquo modo ab aliquo dotata esset: qui casus remanet in terminis iuris communis, si

fratres,

frater, vel patruus recusat dotare. Et eodem modo respondendum videbatur ad sententias: vtraquod non apparet ex actis, ex quibus cognosci possit, in quibus fraudentur.

Denique non displicebat fundamentum adductum ad probandum Prudentiam pro maiori parte fuisse dotatam ex bonis Ioannis Baptistæ, & Bernardi fratrum, propter stipulationem de restituendis ducentis scutis fratribus; cùm alias huiusmodi stipulatio fuisset concipienda in fauorem dotantis, ex regula, quòd donatio nõ præsumitur.

Accedit aliud instrumentum, in quo Bernardus promittit non molestare maritum Prudentiæ pro dictis scutis ducentis: quæ si non fuissent sua, non potuisset molestare; & in dubio præsumitur factum ab eo, ad quem spectat. Nam licèt dos fuisset promissa à Ioanne Fernandez priuigno; tamen ex lectura apochæ constat quòd pro dote assignauit scuta centum de propriis, & scuta ducenta habita in deposito a matre ipsius Prudentiæ: quæ verisimiliter spectabant ad eius filios minores, quorum mater erat administratrix.

Cardinali Pamphilio.

Balneoregien Bonorum.

Lunæ 16. Maij 1594.

EPITOME

Statutum excludens sorores dotatas, intelligitur excludere a bonis dotantis tantùm, nisi vlterius procedat; ad interpretationem Statuti Vrbis lib. 5. cap. 24. in antiquis.

Ad Cap. 146. num. 18.

DECISIO CXVI.

FVit resolutum, non deberi Octauiæ portionem in bonis matèrnis obuentis Horatio fratri, a cuius successione, cùm obierit ante Statutorum reformationem, soror excluditur propter existentiam fratrum, ex Statuto Vrbis *lib. 5. cap. 24. in antiqu.* quod habet locum etiam si soror non fuerit dotata tempore delatæ successionis, dummodo fratres sint parati eas dotare, iuxta not. per Brun. *de stat. quòd stantibus masculis, art. 7. quæst. 16. num. 71.* Et parati dicuntur eo ipso quòd non constat de contrario, cùm adeundo hæreditatem fratris iuxta formam Statuti, censeantur se oneribus dicti Statuti obligasse. Riminal. *cons. 261. num. 24. & nu. 32. lib. 2.* & dixit Rota *in causa Albanen. coram R. P. D. meo Blanchetto, sub die 22. May 1579.* vbi fuit dictum sufficere quòd soror dotetur de tempore nuptiarum, iuxta doctrinam Castrens. *in l. Titio centum, §. Titio genero, num. 8. ff. de condit. & demonstrat.* cum alijs in decis. allegat.

Non obstat quòd Octauia non fuerit dotata de bonis Horatij, de cuius successione agitur. Quia licèt Statutum simpliciter excludens sorores dotatas, intelligatur a bonis dotantis, vt loquitur Bald. *in l. 1. C. de legit. hered.* & decisio R. P. D. mei Seraphini *in causa Franchina Bonorum*: Tamen quando Statutum vlterius procedit excludendo sorores a successione fratris, dummodo sint congruè dotatæ, vel fratres sint parati eas dotare, tunc dicitur eas exclusisse, etiam quòd non sint dotatæ a defuncto, nec de bonis illius, vt sentit idem Bald. *in d. l. 1. Paul.* de Castro *cons. 91. num. 2. lib. 2.* Alex. *cons. 29. num. 6. lib. 1.* Dec. *cons. 346. nu. 4.* & *cons. 589. num. 2.* Ial. *in l. vti liberis sub num. 6. de collat.* Brun. *vbi supra, artic. 8. quæst. 16. num. 65.* & in terminis huius Statuti tradit Put. *decis. 288. incip. licet Bald. lib. 1.* Sarnen. *dec. 103. incip. cap. 24.*

Non obstat quòd dicitur, saltem Octauiam posse habere suam portionem in bonis extra Vrbis districtum, ad not. *per dictam l. 1. d. quæst. 7. C. de summ. Trinit.* Gozad. *cons. 49. num. 7.* Put. *decis. 355. incip. dubitatur, lib. 1.* Quia non constat Horatium habuisse aliqua bona extra districtum; & ius, vel nomen debitoris quod habebat in bonis maternis; scilicet super materna hæreditate, dicitur esse in Castro Polio Martii, & sic extra districtum, vbi, iuxta tex. *in l. exigere dotem, ff. de iudic.* est facienda exactio, secundum opinionem Pet. Bal Angel. *in l. ex facto, ff. de hæred. instit.* quam vti veriorem, & magis receptam, post Aret. *cons. 10. col. fin.* Alex. *cons. 31. lib. 1.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 36. glos. 3. sub num. 15.* & Brun. *vbi supra artic. 8. quæst. 26. num. 131.* tenuit Rota *in causa Romana Census de Soderinis, sub die 29 Nouembris 1577. coram R. P. D. meo Seraphino*, & in hac eadem causa, dum agebatur de successione in bonis maternis, *sub die 7. Iunij 1591.*

Cardinali Pamphilio.

Balneoregien Bonorum.

Die Mercurij 8. Ianuarij 1588.

EPITOME.

Statutum nouum superueniens non tollit alicui ius quæsitũ per actus præteritos imperfectos, qui solùm executionem expectant.

Ad Cap. 146. num. 20.

DECISIO CXVII.

Dixerunt Domini Illustriss. D. Octauio non obstare Statutum nouum Vrbis *lib. 1. cap. 145.* quominus iuxta dispositionem *l. 1. C. ad Senat. consult. Orfician.* cum vulg. non admittatur vnà cum fratribus ad successionem matris, quæ decessit ante conditum Statutum: quia intelligitur de hæreditate deferenda, non autem delata ante Statutum, iuxt. doctrin. Bald. *in l. illam, num. 2. Code donat.* Per delationem enim hæreditatis ius est perfectè quæsitum filiis, licèt expectet post se exequutionem mediante aditione hæreditatis, *l. delata*, cum ibi notat. *ff. de verbor. significat.* Quia ius non tollitur per Statutum superueniēs, quod non comprehendit actus præteritos imperfectos, qui solum expectant exequutionem post se, vt tradunt Doctores *in cap. fin. de constitut.* Cora. *cons. 171. sub num. 30. lib. 4.* Brun. *de Statut. exclud. femin. artic. 6. num. 26. in fin. ff. de instit. & iur.* & fuit dictum coram bonæ memoriæ Lauretano, 17. Aprilis 1571 *in causa Romana Supplementi Legitimæ de Alterijs*, &c.

Aldobrandino postea Clemente Octauo.

Romana de Lante.

Mercurij 24. *Ianuarij* 1582.

EPITOME.

Fratres vtrinque coniuncti, & consanguinei tantùm ex vno latere, in successione fratris concurrunt æqualiter ex dispositione Statuti. Dictio, pariter, quid importet.

Ad Cap. 146. num. 11.

DECISIO CXVIII.

DOmini concluserunt fratrem vtrinque coniunctum, stante Statuto Vrbis *lib. 5. cap. 24.* non excludere consanguineum tantùm, sed potius ambos in successione fratris æqualiter concurrere. Verba enim Statuti visa fuerunt Dominis satis clara, ex quo ad successionem fratris in eo vocantur pariter germani fratres, etiam non vterini. Dictio enim illa *pariter* nil aliud significat, nisi quod simul, & æqualiter succedant. *l. 1. C. communia de success.* ibi, *sed eos pariter succedere.* authen. *defuncto, C. ad Tertull.* ibi, *si pari gradu sunt, pariter succedunt*, auth. *post fratres, 1. C. de legit. hæredib.* ibi, *vt pares in gradu pariter admittantur, l. pariter. ff. de iib cauf. l. quod pariter, ff. de reb. dub.* cum mille similibus.

Vocat igitur Statutum ad successionem pariter omnes fratres germanos, etiã quòd nõ sint vterini, vt sunt verba clara textus Statuti: idque tanto magis, quia dictio illa *pariter* refertur ad verbum *succedant*: vnde simul, cum ita hæc dictio in materia successionis capienda sit, *dicta l. 1. C. commun. de succeff.* vocat ad successionem omnes fratres germanos, etiam quòd non sint vterini; & consequenter simul & eodem tempore vocantur, tam vtrinque coniuncti, quàm consanguinei tantum. Satis enim habuerunt statuentes, quòd omnes essent consanguinei, cum in hoc Statuto manifestè in successione fratris æquauerint consanguineum fratrem fratri vtrinque coniuncto: alioqui superflua prorsus fuisset dictio illa *pariter*. Si enim recipèret Statutum interpretationem passiuam a Iure communi, vt prius præferrentur vtrinque coniuncti consanguineis tantùm, frustratoriè fuisset adiecta dictio illa *pariter*: cùm sit indubitatum, fratres vtrinque coniunctos fratri pariter, & æqualiter succedere; & forsan etiam parum operaretur illa expressio consanguineorum tantùm, cùm in eo æquè militet ratio conseruandæ agnationis, ac in vtrinque coniuncto. Roman. *cons. 411. col. 2. Iaf. in l. tres fratres, num. 18. ff. de pact.* Brun. *de Statut exclud. femin. art. 12. num. 257.* Quicquid tamen sit de hoc fundamento, quia nonnulli Doctores contrarium sentisse videntur; satis est quòd dictio illa *pariter*, quæ dedita opera videtur a statuentibus apposita, omnino superflua esset.

Et quamuis soleat aliquando dici, quòd in materia correctoria verba sunt strictè interpretanda, non tamen amittunt suam propriam significationem. *l. cùm lege*, vbi Aretin. *ff. de testam.* Calderin. *consil. 1. de consangin. & affinit.* Aym. *cons. 217. num. 12. & 13. cum similibus.* Et licèt Riminald. *cons. 187. lib. 1.* non se fundet super dictione illa *pariter*, nil propterea exinde inferri potest, quia ex hoc non potest colligi quòd fundamentum ab eo non tactum non sit bonum.

Nec facit quòd mens Statuti fuerit excludere sororem. Quia mens Statuti fuit dare modum successioni ab intestato, vt liquet ex rubrica: & consequenter principalis intentio statuentium fuit inclusio masculorum. Et hac de causa dictio illa *pariter* fuit adiecta verbo vocatiuo masculorum, nempe *succedant*; non autem verbis exclusiuis feminarum. Si enim præ oculis habuissent solùm exclusionem feminarum, priùs vocassent fratres, & deinde dixissent, exclusis pariter fororibus: & tunc sensisse fortasse viderentur quòd frater consanguineus, æquè ac vtrinque coniunctus, excluderet sororem; & quod circa modum succedendi inter ipsos nihil immutassent excludendo sorores. Sed cùm, vt dictum est, vocauerint ad successionem pariter omnes fratres, etiam quòd non sint vterini, verba clarissima videntur.

Non placuit etiam Dominis quòd illa dictio

possi

possit stare similitudinariè, & quòd similitudo deducatur ex Statuto *lib. 1. cap. 85.* in quo disponitur, quòd in successione patris filius excludat suam sororem. Quia ista continuatio est nimis a remotis, cùm saltem tres integri libri sint intermedij.

R. P. D. Manzanedo.

Romana Domus.

Veneris 18. Maij 1608.

EPITOME.

In emphyteusi Ecclesiastica an filiorum appellatione veniant fœminæ. Statutum Vrbis, extantibus, &c. non procedit in emphyteusi, quæ defertur ex conuentione, & iure particulari.

Ad Cap. 146.

DECISIO CXIX.

COncessa in emphyteusim per fratres S. Augustini domo, de qua agitur, q. Valerio, & Alexandro de Dulcibus, ad illorum vitam tantùm; Istaque concessione deinde renouata cum facultate nominandi duas personas, & ex post facto prorogata ad filios personarum nominandarum; fuit in locum Valerij, & Alexandri subrogatus Ioannes Vincentius: qui ad dictam emphyteusim nominauit posthumum suum, quatenus nasceretur, & D. Modestam Scapucciam illius sororem: quæ sola in præfata emphyteusi successit; & postea donauit sua bona D. Francisco Scapuccio suo filio, cum clausulis amplissimis: Qui habuit immissionem in possessionem istius domus. Vnde cùm DD. Victoria, & Herfilia, illius sorores, prætenderent se etiam vocatas, & comprehensas esse in prædicta inuestitura, & concessione emphyteusis; Dubitatur, An comprehensæ, & vocatæ censerentur.

Et Domini affirmatiuè responderunt. Nam, quamuis simus in emphyteusi Ecclesiastica, in qua regulariter filiorum appellatione non veniunt fœminæ, iuxta receptiorem verioremque sententiam, de qua per Iulium Clarum *sect. lib. 4. §. emphyteusis, quæst. 32. num. 3. versic. sed quid si fuerit*. Couarruuias *variar. lib. 2. cap. 18. num. 1. versic. quid si emphyteusis*. Pinell. *in l. 3. num. 33. C. de bonis maternis*. Valasc. *de iur. emphyt. par. 1. quæst. 41. num. 3.* & quamplures, quos refert *decis. 125. nu. 2. par. 2. diuersor.*

Nihilominus in contractibus masculinum concipit femininum, quando aliter, si non conciperet, sequeretur absurdum. Alex. *in l. sed si hæc, §. liberos, num. 2. & 3.* Socin. *num. 2. ff. de in ius vocand.* Dec. *in l. 2. num. 107. vers. secunda conclusio, ff. de reg. iur.* Gabr. *de verb. significat. conclus. 6. num. 103.* Absurditas autem deprehenditur in nostro casu: nam cùm facultas esset data nominandi duas personas, Ioan. Vincentius nominauit Modestam, si loco secundæ personæ nominandæ potuisset nominari quælibet alia femina extranea; quin & Modesta, si decederet sine liberis, posset feminam extraneam nominare; sequeretur quòd fœminæ descendentes ex vltimo possessore, si intelligerentur exclusæ, essent peioris conditionis, quàm fœminæ extraneæ. Quòd quàm absurdum sit, satis apparet, & patet; ad tradit. *in l. acutissimi, C. de fideicommiss.* Quod cùm procedat in filiabus primo acquirentis, fortiùs habebit locum in filiabus D. Modestæ nominatæ a Vincentio: Tum quia per nominationem Modestæ transiuit ad fœminas; factaque censetur huiusmodi emphyteusis transitoria ad fœminas, & illæ habilitatæ ad succedendum: prout dicitur, quando ad extraneas semel transiuit. Ruin. *cons. 161. num. 33. lib. 1.* Curt. iun. *cons. 4. num. 23.* Tum etiam quia, cùm D. Modesta fuerit nominata ad huiusmodi emphyteusim per Vincentium, filiæ fœminæ illius in illa succedere debent: prout succederent, si D. Modesta acquisiuisset a principio istam emphyteusim, pro se, & filiis suis: vt post Baldum, Aretin. & Socinum tradit Cephal. *consil. 185. num. 26. & 27.* Rolandi. *cons. 76. num. 21. cum seqq. lib. 3.*

Vlteriùs, quia emphyteusis fuit concessa pro duabus personis nominandis, illarumque filiis, qui terminus *persona* est communis, & aptus ex proprietate sermonis vtrumque sexum comprehendere, sicut dicitur de termino *hominis*, ad notat. *in l. hominis appellatione, ff. de verb. significa.* Gabr. *d. conclus. 6. num. 83.* & plures alij relati *in d. decis. 125. & 37.*

Quibus non obstat Statutum Vrbis *lib. 1. cap. 146.* excludens fœminas stantibus masculis, ex quo, existente D. Francisco, videntur exclusæ DD. Victoria, & Herfilia a successione huiusmodi emphyteusis; ad trad. per Clar. *vbi supra, quæst. 32. in fin. vers. sed pone*, Surd. *decis. 95. num. 3.* Quia fuit responsum, Statutum procedere in emphyteusi hæreditaria, non verò in ea quæ defertur ex conuentione, & iure particulari. Salicet. *in l. 2. num. 26. ad fin. C. de iure emphyt.* Ruin. *consil. 162. num. 12. & 13. lib. 1.* Brun. *de Statut. quoad extantib. mal. artic. 8. num. 104.* & Surd. *consil. 572. num. 72. in fin.* Prout: deferri videtur in hoc casu, vbi non fuit dictum, pro filijs, & hæredibus, sed tantùm, pro filijs.

Sed vtrum D. Modesta potuerit præiudicare filiabus, & illis exclusis, transferre emphyteusim huiusmodi in D. Franciscum, propter clausulam ad habendum, &c. appositam in inuestitura: Domini reliquerunt particulariter videndum.

R. P. D.

R.P. D. Merlino.

Romana Succesionis.

Ventris 14. Iunij 1630.

EPITOME.

Statutum excludens sorores ab hæreditate fratris ab intestato, non habet locum in hæreditate sororis: & adducitur ratio differentiæ. Appellatione fratrum quando veniant sorores: & masculinum quibus in casibus non concipiat femininum.

Ad Cap. 146.

DECISIO CXX.

CElebrem apud Doctores, olimque sæpius in Rota discussam, & non resolutam, quæstionem, An Statutum Vrbis *cap.* 146. *lib.* 1. dum hæreditatem fratris decedentis ab intestato defert fratribus, excluditque sorores, locum sibi vendicet in hæreditate sororis, hodie Domini negatiuè definierunt; &, non obstante dicto Statuto, Isabellam æqualiter admittendam esse ad successionem Annæ. cum Prospero fratre responderunt.

Ipsa enim fundatam habet intentionem de iure communi, secundùm cuius dispositionem, soror æqualiter cum fratribus succedit sororibus, vel fratribus defunctis, *§. si igitur il secondo. authent. de hared. ab intest. veniun. auth. post fratres, la prima, C. de legitim. hared.* & Statutum cùm expressè ad oculum non loquatur de hæreditate sororis, hic casus tanquam omissus a Statuto reijciendus est ad dispositionem iuris communis. *l. commodissimè, ff. de liber. & posthum. l. si extraneus, ff. de condit. caus. dat.* Ancharan. *cons.* 26. *num* 2. Dec. *cons* 451. *num.* 6. Socin. sen. *cons.* 218. *sub num.* 2. *lib.* 2. Afflict. *dec.* 21. *num.* 13. *cum alijs.*

Et quamuis appellatione fratrum veniant sorores; vt *in l. tres fratres, ff. de pactis, l. Lucius* 78. *ff. ad Trebell. l. Lucius, & Titia* 38. *ff. famil. ercisc. l. Lucius Titius* 91. *§. quæsitum, ff. de legat.* 3. Attamen cum versemur in materia correctoria iuris communis, cautè procedendum est in extensionibus de persona ad personã; nec de facili recedendum a clara dispositione iuris communis: & in simili materia fratrum appellatione non veniunt sorores, nec masculinum concipit femininum. Socin. iunior *consil.* 1. *num.* 102. *lib.* 1. Honded. *cons.* 8. *num.* 4. Manent. *cons* 1. *num.* 12. *lib.* 1. & fuit dictum in *Bononiensi Successionis*, 10. *Martij* 1597. *coram Lita*, impress. apud Giouago. *cons.* 1. *lib.* 1. Præsertim verò, quia Statutum non in plurali numero loquitur respectu eorum, quibus est succedendum, sed in numero singulari, ibi, *Defuncto fratri ab intestato*; quo casu intelligitur de fratre tantùm, non autem de sorore, vt egregiè distinguit Castrens. *d. l. tres fratres, nu.* 2. Alex. *cons.* 85. *num.* 7. *lib.* 4. Dec. *in l.* 2. *num.* 12 *ff. de reg. iur.* Corn. *cons.* 94. *nu.* 4. *lib.* 2. Carpan. *ad Statut. Mediolan. cap.* 288. *sub num.* 7. Nec masculinũ concipit femininum, vbi diuersis nominibus vnumquodq; denominatur: frater enim dicitur frater, & soror nuncupatur soror, licet secus sit in his, quibus diuersa nomina attributa non sunt; sed solum per qualitatem, vel femininam, vel masculinam distinguuntur, vt sunt filius, filia, nepos, neptis, auus, auia, quia hoc casu facilius masculinum aptum est concipere femininum, & datur proclinior transitus in intellectu in istis nominibus symbolis. Ita post Baldum *in l. Quicunque, C. de seru. fugit.* obseruat Capra *cons.* 62. *num.* 9. Bolognett. *cons.* 9. *num.* 84. vbi de communi testatur Menoch. *consil.* 1146. *num.* 7. Quod eo magis dicendum est, quia Statutum Vrbis discretiuè loquitur de fratribus, & de sororibus, ibi *defuncto fratri*, & ibi, *excludant etiam sorores*; & ita intelligi debent singuli sexus sub eorum germano nomine, nec confundi, ad tradita per Iasonem *in l. tres fratres, num.* 13. *de pact.* Zuccard. *in repet. l. fin. n.* 70. *C. de edict. Diu. Adr. toll.* Siluan. *cons.* 1. *n.* 21. Gabr. *de verb signific. conclus.* 6. *num.* 63. Honded. *cons.* 8. *num.* 31. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 990. *num.* 4. Rim. iun. *cons.* 782. *num.* 92. *& 93.*

Verùm quia difficultas illius quæstionis posita est in ratione Statuti; nam ex identitate rationis soror potest venire appellatione fratris, nec dicitur extensio, sed comprehensio, ad tradita per Curt. sen. *cons.* 9. *num.* 22. *&* 23. qui in tuenda opinione, quòd huiusmodi Statutum sibi locum vendicet etiam in hæreditate sororis, potissimum nititur hac identitate rationis, quemadmodum & Alciat. *cons.* 200. *lib.* 9. Aldobran. *consil.* 101. *num.* 5. *lib.* 1. Menoch. *consil.* 542. *num.* 28. & quotquot Curtium sequuntur; siquæ ratio ipsa latius, quam lex pateat, ratio tanquam intrinseca virtus legis, & spiritus illi prædominans magis attendi debet, quàm lex, glos. *in l. quæ ratione, §. licet, ff. de acq. rer. domin.* Bart. *in procem. ff. §. hæc autem tria*, Ang. *cons.* 221. *num.* 3. *vers. nam licitum est*, cum aliis per Tiraquell. *in l. si vnquam, verbo, libertis, nu.* 45. *C. de revoc. donat.* Molin. *de primogen. Hispan. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 8. *&* 9. Ex ratione enim efficitur ius, vt inquit Baldus *in cap. cum dilectus, il primo, de rescript.* & lex est quidquid in ratione consistit, ait Abb. *in cap. ratio nulla, nu.* 3. *de prabend.* Imò ratio est ipsamet lex, quæ impulit legislatorem ad sic sanciendum: & rationis quodammodo Interpres dicitur esse lex. Bald. *in l.* 1. *C. de interdict.* Ancharan. *in cap. Canonum Statuta de constit.* Port. Imol. *cons.* 181. *nu.* 20. 23. *& seqq.*

Ideo Domini putarunt indagandam esse differentiam rationis, & cur sororem excludere non intellexerint statuentes ab hæreditate sororis, quemadmodũ excluserunt ab hæreditate fratris: & visum fuit duplicem posse assignari rationem.

Prima est, quia si Statutum fundatur in præsumpta dilectione defuncti ergà personam succedentem, sicuti illud fundari censendum est, cùm regulariter humanæ dispositiones intelligentiæ sint secundum id, quod naturalis ratio, & necessitudo sanguinis dictat. Bald. *in l. Titius, in fin. ff. de hared. instit.* & *cons.* 156. *num.* 1. *lib.* 2. Cadin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 6. *tit.* 11. *num.* 5. certè præsumi potest fratrem magis diligere alium fratrem, quam sororem, nedum ob æqualitatem sexus, verùm etiam ob votum conseruandæ agnationis, vterque enim frater est in agnatione, & illam conseruat, & frater dicitur quasi ferè alter, vnus & idem sanguis, in quo eadem militat ratio charitatis, quæ in filijs, vt post Agellium *lib.* 13. *c.* 10. & Brisson. *de verbor. significat. in verbo frater*, inquit Decian. *cons.* 83. *num.* 69. *lib.* 4. Bardellon. *cons.* 16. *num.* 16. & 25. Et propterea iure merito statuentes ad successionem fratris defuncti vocarunt alterum fratrem dumtaxat, exclusa sorore, interpretando mentem ipsius defuncti iuxta naturalem affectionem: quæ rationes non ita vrgent in defuncta sorore, quæ vel præsumitur minus diligere fratrem, quam sororem. quippè quod soror dicitur quasi seorsim a fratre nascens, & ab eius domo separanda, vt Antistius Labeo magnus I C. putabat, teste Agellio *dicto lib.* 13. *capit.* 10. Brisson. *in verb. soror. il primo, de verbor. significat.* Tiraquell. *de legibus connub. in l.* 1. *glos.* 1. *num.* 31. vel saltem æqualiter præsumitur diligere sororem, ac fratrem: vltra enim sanguinis coniunctionem additur inter sorores communio, & mulicbris indigentiæ experimentum, & inde in sociam facilis commiseratio. Cumque in ipsis sororibus expiret agnatio, *l. pronunciatio, in fine, ff. de verbor. signification.* non ita anxiè paternæ familiæ consulere voluisse censendum est, & consequenter ex interpretata a Statuto sororum voluntate, ad ipsarum successionem vna cum fratribus admittendæ sunt eædem sorores pro æquis portionibus.

Altera est ratio, quia cùm agitur de bonis fraternis, maior est ratio, vt ad alios fratres superstites solum pertineant, vt detur continuatio bonorum in eadem familia; dum verò sorores nuptæ sunt, eisque assignata earum portio pro dote, hæc portio diuulsa est a patrimonio familiæ paternæ, nec tanta vrget ratio, vel æquitas, vt de familia mariti reuertantur ad paternam, quanta militat in conseruanda, & continuanda in eadem familia, quemadmodum dicitur, quod res prohibita alienari, si semel legitimè alienetur, efficitur alienabilis etiam in alias personas prohibitas, nec reuiuiscit onus reuertendi ad familiam alienantium. *l. prima*, *l. pater filium*, *§. quindecim*, vbi Bartolus. *ff. de legat.* 3 Ita considerant Salicet. *in l.* 2. *num.* 17. *versic. non idem, C. de noxal.* Socin. iunior *cons.* 23. *num.* 51. & 52. *lib.* 1. Surd. *decis.* 9. *num.* 9. huicque motiuo multum accedere videtur Statutum Vrbis, dum in fine ad successionem bonorum maternorum æqualiter admittit sorores, & fratres, quia mater æquè censetur diligere masculos, & feminas, nec ita sollicita præsumitur circa conseruationem masculorum, prout ipsi masculi.

Demum hanc sententiam, quòd Statutum deferens successionem hæreditatis fraternæ solis fratribus, non comprehendat hæreditatem sororis, in terminis tradiderunt Castrens. *consil.* 119. *num.* 1. 2. & 3. *lib.* 1. Capr. *cons.* 62. *num.* 2. Ias. *in rubric. ff. de acquirend. possess. nu.* 12. Crauett. *cons.* 743. *nu.* 7. latissimè Carpan. ad Statuta Mediolani *capit.* 288. *num.* 4. Cabalius *consil.* 54. *num.* 7. qui plures alios congerunt, & de veriori, & communiori testantur. Menochius *consil.* 990. *num.* 2. & 3. & *consil.* 1146. *num.* 6. & 7. & in hanc sententiam inclinauit Rota, teste Caputaquenti *decis.* 334. alias 331. *lib. primo, in manuscript.* & tamen ibi agebatur de Statuto antiquo Vrbis sub *lib.* 5. *cap.* 24. vbi quæstio erat magis dubia, quia illud Statutum antiquum non vtebatur verbo *fratris*, sed alio masculinæ quidem significationis, at magis generali, & indefinito, nempe; *defuncto succedant germani fratres*; quod verbum *defuncto* commodius referri poterat ad sororem etiam defunctam: secus autem est in hoc Statuto nouo, vbi signanter additur verbum *fratri*, & discretiuè nominantur fratres, & sorores: quod videtur factum cum mysterio, vt statuentes indicarent, quod de hæreditate fratris, non autem sororis loquebantur: & in his terminis loquitur etiam decisio 548. *parte prima recentiorum*, quæ fuit confirmata, vt in *decis.* 644. *part.* 2. *recentiorum* in eadem causa emanata: Quia Statutum Rauennatense ibi loquebatur de hæreditate cuiuscunque intestati: quod verbum, *cuiuscunque*, rectè referri poterat etiam ad hæreditatem feminæ; & vltetius addebat Statutum, *defuncta persona, &c.* quæ tam ad masculum, quàm ad feminam referri poterat. & Rota ibi multum inuitit, quòd ratib conseruandæ agnationis expressa fuerat, & quòd aderat aliud Statutum Rauennæ disponens agnatos præferri etiam in successione feminæ, vt in *d. decis* 644. *num.* 3. quæ deficiunt in Statuto nouo Vrbis, de quo agitur; quod dum veteri Statuto addit expressam illam denominationē *fratris*, videtur voluisse remouere dubitationem, de qua in dicta decisione Caputaquensis.

Nec refert huiusmodi Statutum exclusiuum sororum propter fratres esse fauorabile, tanquam fundatum in motiuo conseruationis familiarum. Quoniam hic fauor debet regulari intra suos limites, quos propria verborum significatio præscripsit, neque contra mentem statuentium, qui de sorore discretim mentionem tacuunt, extendi ad ampliorem exclusionem. Surd. *decis.* 9. *n.* 16. *vers. non etiam obstat.* & minus hæc extensio permitti debet, cum magna differentia conferari possit inter casum, quo agitur de excludenda sorore ab hæreditate fratris; & casum dum agitur de hæreditate alterius sororis, vt supra dictum est.

Non obstant Curt. sen. *consil.* 9. Alciat. *consil.* 200. *lib.* 9. Gerard. Mazzol. *cons.* 8. & 9. & alij relati per Gratianum *disceptation. forensium, cap.* 449. Quoniam Curtius reprobatur a dicto docto iuniore *consil.* 23. *num.* 48. & 57. Et

in

in contrarium militat receptior, & verior Doctorum sententia, vt supra dictum est, præsertim concurrentibus circumstantijs particularibus huius Statuti nouæ Vrbis. Gratianus verò loquitur vti Aduocatus in hac causa, & Gerardus Mazzol. *conf.* 9. *in princ.* testatur contra ipsius consilia fuisse iudicatum, & rationes pro hac sententia magni facit.

Nec suffragatur Prospero Statutum Egubinum; quia cùm ipse sit forensis, illi Statutum non censetur fauisse, nec statuentes Eugubini curarunt conseruationem familiæ Romanæ ipsis non subditæ, vt per Alexandrum *conf.* 111. *in princ. lib.* 7. Paris. *consil.* 12. *num.* 25. *lib* 3. Peregr. *conf.* 90. *num.* 13. & 20. *lib.* 1. & fuit dictum *in Narnien. Successionis*, 22. *Maij* 1628. coram me, quam sequuta est Rota *in Ferrarien. de Tassonis*, 18. *Martij proximi coram R. P. D. meo Pirouano*.

Neque Isabellæ obstat renunciatio; loquitur, enim de bonis duntaxat paternis, maternis, & fraternis; & cùm sit stricti iuris, neque extensionem recipiat, nequaquâ referenda est ad bona sororum, iuxta deducta per Bald. *conf.* 48. *per tot. lib.* 2. Aret. *conf.* 161. *num.* 5. Dec. in his terminis *conf.* 230. *num.* 3. *in fine, vers. & prædicta maxime*. Natt. *in addit. ad Alex. consil.* 85. *lib.* 4. Honded. *conf.* 29. *num.* 91 & 94. *lib.* 1. Eugen. *conf.* 88. *num.* 82. *lib.* 1. & *in Bononien. Hæreditatis de Arnis*, 18. *Aprilis*, & 22. *Decembris* 1622. *coram me*.

Et ita Domini vnani niter censuerunt, Statutum *cap.* 146. *lib.* 1. non comprehendere casum pactæ successionis sororis, & Prosperum teneri soluere Isabellæ eius portionem, &c.

R.P.D. Pirouano.

Romana Hæreditatis de Fuschis.

Veneris 21. *Iunij* 1619.

EPITOME

Possessio defuncti an transferri possit in suos hæredes a Lege, vel Statuto, absque actuali apprehensione: & an illi competant remedia retinendæ, & recuperandæ. Multa de hærede suo, & hærede extraneo, ad decisionem quæstionis, an possessio plenissima possit interuerti. Quasi possessio filiationis per quos actus probetur.

Ad Cap. 147. *num.* 16.

DECISIO CXXI.

IN hac causa prius fuit dubitatum, cui sit dandum mandatum de manutenendo; & sæpius propositum, non tamen resolutum: deinde ex ordine Dominorum dato Dubio fuit additum, Et seu de immittendo. Et super hac vltima parte fuit suscepta disputatio, omisso articulo manutentionis, super quo Domini valde dissentiebant.

Nam Hortensia, tanquam filia Fabij, & legitimata per subsequens matrimonium, prætendebat habere fundatam intentionem in Statuto Vrbis 147. *lib.* 1. continente possessionem defuncti in hæredes suos, tanquam quod ex vi, & ratione legis possideret, & ob id manutenenda sit: quam possessionem dicebat verè, & propriè transferri posse in hæredem a lege, vel Statuto absque actu corporali; per textum singularem *in l. raptores*, ibi, *plenissimè possessio*, C. *de Episcop. & Cleric.* quem ibi ad hoc Bartolus ponderat dicens ex iuris dispositione, aut vi consuetudinis, sine aliquo actu etiam ficto, posse transferri plenissimam possessionem: & Bartolum sequitur Guglielm. *in cap. Raynutius, in verbo testatore itaque mortuo, il* 2. *de testamen.* extollens illum textum vti meliorem de iure, dicens transferri plenissimam possessionem, scilicet naturalem, & ciuilem: hanc opinionem sequuti sunt infiniti relati per Gabriel. *de acquir. possess. concluf.* 9. *num.* 5. & eam ratione, & legibus confirmat Couarr. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 7. & vltra *l. raptores*, allegat *l. quod meo, de acq poss. l claustb. de contraben. empt. l. quisquis, C. de donat. cap. contingit, de aol. & consuetud. c. ex litteris de consuetud.* Quibus iuribus patenter constat de potentia legis. & Principis: quibus accedunt alii relati per Tiraq. *de consist. poss. p.* 5. *declar.* 1 Molin. *de primog. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 19. Peregr. *de fideicom. art.* 47 *n.* 16. Rosental. *de feud. c.* 7. *concl.* 17. *n.* 4. Et propter realitatem possessionis translatę dicebatur cõpetere tali hęreditati remedia possessoria tam retinendæ, quàm recuperãdæ. Faber *in* §. 1. *inst. de hared. qualit. & differ.* Conar. *var. resol. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 6. *vers. iam & hic possessor, & pract. quæst. c.* 17. *n.* 5. Gugliel. *in c. Raynutius, in ver. testatore itaque mortuo, il* 2. *n.* 72. Gabr. *conf.* 36. *n* 10. *lib.* 1. Peregr. *de fideicom. d. art* 47. *n.* 23. & apud suprema Tribunalia practicata fuisse testantur de Senatu Mediolani. Iaf. *conf.* 146. *n.* 5. *lib.* 4. de Parisiensi Guidop. *q.* 517. de Consilio Neapolitano Afflict. *decis.* 299. & in Auditorio nostro modernis temporibus idem tẽtum fuit coram bo. me. Scotto *in Romana Officij* 3. *Decemb.* 1607. inter impress. pe R P.D. Marchel. *par.* 1. *cap.* 2. *f.* 137. vbi *sub n.* 6. ponderatur quòd Statutum vult, Senatorem teneri manutenere hæredem: ex quo arguitur illos esse veros possessores, dum absque positiua possessione, & vera, non datur manutentio, *vulg.* §. *retinenda, inst. de inter.* idem fuit dictũ coram R.P.D. Martino Andrea *in Signina Bonorum*. 22. *Iuny* 1615.

Cæterum Virginia, & aliæ eiusdẽ Fabii neptes, quę ad eandem successionẽ ab intestato veniunt, contẽdebant de successione Hortensiæ non constare sola vi, & potẽtia Statuti eam transferentis:

quia alij, si non maioris auctoritatis, Doctores tenuerunt legem, ac Principem, aut consuetudinem hoc facere non posse, cùm repugnet principijs naturalibus etiam. Eam sustinet Franc. Are. *in l. 1. nu. 23. ff. de acq. hared.* dicens hoc fieri non posse a Principe, cùm sit aduersùs ius naturale, quod requirit actum naturalem apprehensionis ad acquirendam possessionem *l. 1. in prine. & l. 3. ff. de acq. poss. l. ea quæ similiter, ff. de acq. rer. dom.* & cum Arretino tenuiunt Bald. *in l. 1. nom. 2. C. comm. de leg.* & alij allegati per Gabr. *de acq. poss. concl. 9 nu. 4.*

Multi tamen, qui sequuntur hanc opinionem, non impugnant potentiam transferendi, sed modum; vt non verè, & realiter transferatur, sed fictè, & artificiosè; & ob id non dari possessoria retinendæ aut recuperandæ, quæ fundata sunt in vera, & positiua possessione: ita Bald *in auth. defuncto, num. 6. C. ad Tertull.* Castr. *in l. si soror. C. de iur. delib.* Alex. *conf. 82. num. 4. vol. 2.* & alios quamplures refert Tiraquell. *in tract. de consult. possess. par. 6. declar. 4.* Gabr. *de acq. poss. d. concl. 9. nu. 6.* & eam communem dicunt Alex. *in l. in suis nu. 9. ff. de lib. & posthu.* & *conf. 37. nu. 3. vol. 1.* Rip. *in rub. de caus. poss. & propr. nu. 24.* Cotta *in memor. in verb. decreto Mediolani:* & alios hoc asserentes refert Peregr. *de fideicom. art. 47. nu. 27.* & cum hac ratione respondet ad tex. supra allegat. distinguendo factum ab effectu iuris: & hunc sensum videtur habuisse Rot. apud Fur. *decis. 361. num. 7. lib. 1.* Vnde ex varietate, & efficacia rationum pars Dominorum inhærebat priori opinioni; altera verò pars inclinabat in secundâ.

Rursus, attenta etiam priori opinione, non remouebatur difficultas, cum Virginia, & sorores ante Hortensiam apprehenderunt possessionem cuiusdã vineæ, & domus, per quam prætendebant, effectum continuationis ex vi, & potẽtia Statuti prædicti esse interruptum, & impeditum; quasi per possessionem, ab aliquo, quam hæreditas cepta, interuersa sit illa ciuilissima possessio; in qua opinione fuerunt Fulgos. & Ias. post eos *in l. Pomponius, §. quæsitum, nu. 3.* et illum tex. *ff. de acq. poss.* & per glos. *in l cum miles, in verb. quasi coniunctim, ff. ex quib. caus. maior.* vbi probatur continuationem possessionis defuncti in successorem quoad effectum vtucapionis iure inductam, & fictam, omnino impediri, si alter eius possessionem apprehenderit, prius quàm successor, eam actu acquisierit: & idem tenuerunt Castrens. & Ias. *in l. si soror, C. de iur. delib.* Alex. *conf. 82. num. 4. lib. 2.* & alij allegati per Gabr. *de acquir. possess. conclus. 9. num. 18.* Tiraquell. *de consult. possess. par. 5. declarat. 1.* quod etiam fuit dictum *in decis. Romana Vinea de Lucatellis, 30. Octobris 1606, coram Reuerendissimo nostro Decano*, inter nouissimas impressas 263. *par. 2.* sed limitatè quoad extraneos hæredes, de quibus non loquitur Statutum Vbis, sed de suis tantum. Et in hac parte Domini etiam variè sentiebant: pars enim illorum tenebat, quòd pollicitio indi non possit interuerti, siue agatur de extraneis, siue de suis: altera verò pars quoad suos negabat hoc fieri posse, propter effectum continuationis, & suitatis.

Fundamentum principale tenentium, possessionem quoad omnes posse interuerti, deducebatur ex supradicta glos. *in l. cum miles, in verbo quasi coniunctim, ff. ex quib. caus. maior.* & *l. Pomponius, §. quæsitum, ff. de acq. rer. dom.* & ex *l. possessio ff. de vsucap.* vbi in Summa legitur, *Possessio testatoris ita hæredi procedit, si medio tempore a nullo possessa est*: & rationem ponderant inter cæteros Alexand. *consil. 83. num. 3. & 7.* Peregrin. *de fideicommiss. dicto artic. 47. num. 15.* Catell. Cotta *in memor. in verbo decreto Mediolani*, quòd quando Statutum inducit continuationem in hæredem, tunc datur medium inter mortem testatoris, & aditionem; per quam aditionem efficitur tacitum dispositum ad suscipiendam possessionem hæreditatis continuatam: vnde actualis illa possessio, quæ contigit, impedit continuationem per extremorum coniunctionem. Nec in suo ratio differentiæ diuersificari videbatur, etsi non sit voluntarius, sed necessarius hæres: quia eodem modo consideratur medium inter mortem patris, & immixtionem, prout in extraneo inter mortem testatoris, & aditionem hæreditatis, vt asserunt Rimin. *consil. 38. in fine*, & Alberic. *in l. 1. num. 3. C. si vt ab hared. se abstinens*, vbi ponit opinionem antiquorum, & modernorum, An suus sit ipso iure hæres absque immixtione; & Castrens. *in l. suis, num. 3. ff. de liber. & posthum.* aduertit quòd non separatur suitas a necessitate, vt ideo non procedat effectus suitatis cum effectu, nisi per immixtionem filius efficiatur hæres; & hunc sensum videtur habuisse Rota apud Caputaq. *decis. 199. par. 2.* & in *Lucana Manusculatus, 24. Aprilis 1587. coram Orano*, & *coram bonæ memoriæ Penia in Romana Vinea, 13. Martij 1600.* in quibus fuit suo hæredi denegata manutentio propter actualem possessionem ab extraneo apprehensam ante aditam hæreditatem.

Fundamentum verò eorum, qui restrinxerunt primam limitationem, vt locum non habeat in hærede suo, de quo loquitur Statutum, deducitur a natura, & effectu: sunt verba text. *l. 2. §. qui sunt, ff. si quis omiss. caus. testam. l. necess. §. vlt.*, vbi etiam Bartolus, dicit de iure ciuili suos esse hæredes nomine, & effectu, *ff. de acquir. hared.* vbi glos. & Bartol. quos etiam refert, & alijs comprobat Surd. *cons. 458. num. 4.* inde dicebatur, hæreditatem iacentem non dari *l. cum hæreditas*, cum glos. *C. de posth.* Castr. *in l. in suis num. 3. vers. non ergo dici potest hæreditas patris iacens, ff. de lib. & posthum.* Crass. *de transmiss. hæredit. cap. 9. nu. 17.* Idem dicit Molin. *de primog. lib. 3. cap. 12. nu. 20.* & instanti continuationem ex potentia Statuti operatur, ita vt non detur medium inter mortem patris, & subsistentiam hæredis, vt aduertunt Bald. *cons. 330. n. 4. col. 1* Alex. *cons. 83. n. 7. col. 2.* Gabr *cons. 36. nu. 13. lib. 1.* idem Molin. *d. cap. 12. n. 20* Couar. *var. resol. lib. 3. cap. 5. nu. 8. vers. sic & interdictio recuperandæ*: & prout non datur adira hæreditate, vt per Gabr. *de acquir. poss. concl. 9. nu. 20.* vbi allegat Signorolum, & alios, a quo reperitur patiens dispositum ad suscipiendam hæreditatis possessionem beneficio Statuti continuatam, vt

dicit

dixit Guglielm. *in c. Raynutius, in ver. testatore itaque mortuo, il* 2. *n.* 74. *de testam.* quo fit vt si medio tempore possessio vacua fuerit, omnis apprehensio ab alio, quàm hærede capta, manutenibilis non sit, quia prima tolli non potest. Mohed. *dec.* 7. *n.* 3. *de vest. spol.* Dec. *cons.* 467. *n* 12. Honded. *cons.* 18. *num.* 28. *& seq. lib.* 2. Rot. *decis.* 390. *par.* 1. *diuers.* & idem Couar. *d. cap.* 5. *nu.* 6. facit eamdem consequentiam quoad pertinentiam remedii recuperandæ.

Et ad *l. cùm miles*, cum glos. *in ver. quasi coniunctim, ff. ex quib. caus. maior.* respondebatur cum distinctione supradicta de hærede extraneo, vel suo, vt in præsenti secundo: quia illa attenditur prout de iure communi, quæ impropria, & abusiua est: ista verò ex Statuto vera, & propria est, vt declarat Hier. Gabr. *d. cons.* 36. *n.* 8. *lib.* 1. Ac demum cum Couar. *d. lib.* 3. *var. cap.* 5. dicebant quòd in illa agebatur de effectu ad vsucapiendum, & de possessione, quæ vacans erat, & de ea, quæ mortuo testatore accedebat, & adiungebatur possessioni apprehensæ per hæredem, vt colligitur ex *l. Pomponio*, *§. non autem*, & *§. quæsitum, ff. de acqu. rer. dom.* ideo non mirum si possessio medio tempore capta interrumpit præscriptionem, quæ fundatur in possessione, non sic in præsenti, in quo ne per momentum quidem datur vacuum.

Ad opinionem verò Antiquorum relatam per Alberic. *in l.* 1. *C. si vt ab hared. se abstin.* satisfaciebant responsiones datæ per eumdem Albericum, & ex supra ponderatis, considerando duplicem acquisitionem hæreditatis, reuocabilem, & irreuocabilem; per quam rationem conseruatur vnitas suitatis cum necessitate hæredis. Et ad decisiones Rotales respondebatur, primam, nempe Caputaquen. *decis.* 199. admittere hanc continuationem, quando Statutum ita disponit, & vt in præsenti, ita disponere præsupponitur: sed Statutum Bononiense non ita disponere; a quo deducebatur possessio: & circa hoc dubitabatur; qui non est casus noster. Secundam verò *coram Orano*, & tertiam *coram Penia*, non ponderare rationes, sed contentos esse sola Doctorum auctoritate, vt ideo magis inhærendum sit modernæ decisioni coram R. P. D. Andrea in *Signina Bonorum*, 22. *Iunij* 1615. in qua articulus magis ex professo disputatur.

Demum, & altera emergebat difficultas, in qua similiter Domini conueniebant. Nam aliqui dicebant huiusmodi possessoria remedia esse exequutiua, vt tenent Bald. *in rubr. de consuetudin. num.* 20. & clariùs *in rubr. de caus. poss. & propriet. num.* 13. Ias. *in l. seruri*, 1. *col. num.* 2. *ff. de iur. deliber.* & Catell. *in memor. in verb. decreto Mediolani*, Guglielm. *in cap. Raynutius, in ver. testatore itaque mortuo, il* 2. *nu.* 71. *de testam.* Statuta autem de continuanda possessione emanarunt ad exequutionem legis edictalis, vt exequutio, quæ debebat fieri per Iudicem, fiat per legem municipalem, vt admittit Bald. *consil.* 141. *num.* 3. *vol.* 1. & eo casu inhærens Statuto teneretur docere de qualitatibus Statuti; quòd de iure sit hæres, & non abusiuè; Quòd si a parte negetur, & aliter non constet per confessionem partis, vt per testatoris asser-

tionem, quia scripserit hæredem in testamento, tunc dicit Bald. *in dicto consil.* 141. *num.* 6. & *cons.* 331. *eodem vol.* 1. quòd intrat mixtura cognitionis meritorum, & possessorij; ordinariéque, & non exequutiuè procedendum propter delationem appellationis in huiusmodi possessorij mixtis: atque ita omnis exceptio, quæ perimere potest petitionem hæreditatis, habet perimere etiam fictionem & beneficium Statuti. Quam rationem Domini ponderarunt *in causa Romana de Lucatellis*, 30. *Octobris* 1609. in nouissimis *decis.* 263. *num.* 5. *par.* 2. & *in Ferrarien. de Tassonis coram R. P. D. Pamphilio, die* 26. *Iunij* 1613. inter impress. per Farinacium *decis.* 513. *num.* 1. Quæ omnia dicebantur in præsenti concurrere: quia Hortensia plenè filiationem suam non probat, & neptes Fabij illam impugnabant, neque est hæres scripta in testamento Fabij: vnde cadebat necessaria cognitio super qualitate suitatis ius tribuentis, quæ semper liquidari, & probari debet. Dec. *cons.* 524. *num.* 1. Peregrinus *de fideicommiss. artic.* 48. *num.* 1.

Alij verò Domini transibant cum distinctione eiusdem Baldi *in consil.* 330. *&* 331. *eodem vol.* 1. de hærede suo, & de hærede extraneo: vt in suo, vbi versamur, non cadat titulus propriè hæreditarius, quia necessarius, & voluntarius est hæres, & propterea remanet merum possessorium, a quo appellari non potest. Et vlterius dicebant, quòd etsi Hortensia non sit scripta hæres, aliunde tamen habet iudicium testatoris, ex dotali scilicet instrumento eius matris, & dotis eiusdem, in qua nominatur, tractatur, & dotatur tanquam filia; vt in decisione in hac causa fuit ponderatum; ex quibus constituta est in quasi possessione filiationis sufficienti in remedio possessorio, in quo plenè non est disputandum de vero iure hæreditario, sed de prima figura, siue de apparentia tituli, vt dicit Bald. *in dicto consil.* 141. *num.* 1. *in fin.* & idem firmatur *in decis.* 1065. *num.* 2. *coram bonæ memoriæ Cardinali Seraphino*: & in causa petitionis hæreditatis, quod est plus, fuisse conclusum in Consilio Neapolitano, testatur Affict. *decis.* 25. *nu.* 1. quæ apparentia satis iustificatur ex supradictis.

Cùm igitur circa prædicta variè sentirent, & Dubio fæpiùs proposito resolutio haberi non posset, deuentum fuit ad disputationem secundæ partis, in qua concordes censuerunt Hortensiæ dandam esse immissionem.

Nam cùm Hortensia veniat tanquam filia Fabij, ei debetur successio, vt habenti primam causam succedendi. *§. si igitur, il primo, Authent. de hared. ab intest. venient. authent. de iunctis, ff. ad Tertullian.* eique competit vtile interdictum quorum bonorum, *l.* 1. *C. quorum bonorum.* glos. Bart. & alij *in l.* 1. *ff. eodem tit.* Menoch. *de adipisc. remed.* 1. *n.* 33. quod etiam fuit firmatum *in Romana de Capizucchis* inter nou. impress. 115. *n.* 1. *par.* 1. Et vlterius etiam officio Iudicis, quod potest implorari pro restitutione rei; & sufficit probare de possessione, vt aduertit Bart. *in l. de vsu, ff. de var. & propos. in cap.* 1. *in tit. de contra. inter masc. & femin.*

quos refert pariter, & sequitur Peregr. *de fideicom. art. 48. num. 3.*

Non obstat quod Hortensiæ non sufficiat venire ad successionem, vel filiæ legitimæ, nisi etiam probauerit se talem, cùm non habeat iudicium testatoris notorium in scriptura testamenti registratum circa veramque qualitatem filiationis, & hæredis, a quo possit subleuari, & prout subleuatũ in remed. *l. vltima, C. de edict. D. Adr tol.* & tenuit Menoch. *remed. 4. adipisc. n. 64. & 65.*

Quia ex quasi possessione filiationis legitimę, in qua reperitur, & constituta fuit ab ipso Fabio patre, subleuatur ab illo onere probandi; cùm illi sufficiat ista quasi possessio ad effectum succedendi ipsi patri, & obtinendi in iudicio possessorio adipiscendæ, in quo leuiores probationes sufficiunt, glos. *in l. 1. in verb. probaueris. C. quorum bonorum.* Alex. *cons. 51. num. 2. lib. 1.* dicens ex sententia Bart. *in l. non nudis, C. de probat.* & *in l. 1. C. quorum bonorum*, quòd Aduocati faciunt duos articulos, vnum de proprietate filiationis, in quo dicunt, ipsum esse filiũ; alium de communi possessione filiationis, scilicet, quòd pro filio habebatur, reputabatur, & tractabatur, & sufficit probare articulum quasi possessionis ad fundamentum illius intentionis, & cum Alex. idem senserunt Alciat. *consil. 625. num. 2.* Dec. *cons. 54. num. 1. vers. ex huiusmodi enim tractatu.* Menoch. post alios *præsumpt. 54. num. 48. lib. 6.* Alo. *cons. 83. nu. 22. lib. 1.* Petr. *de fideicomm. quæst. 11. num 484.* & idem firmauit Rota *coram bo. mem. Cardinali Seraphino decis. 1055.* & *decis. 1280.* vbi dicitur, quod ista filiatio probatur per actus proportionatos patris erga filios.

Quasi autem possessio filiationis bene probatur per actus educationis, nominationis, & dotationis, ponderatos in decis. diei 25. Maii præteriti in hac causa Fabij. Et qualitas legitimitatis iustificatur ex instrumento solutionis dotis factæ per Ludouicam matrem Hortensiæ eidem Fabio, qui ambo medio iuramento asseruerunt antea fuisse inter eos contracta sponsalia cum certa dote, & postea celebratum matrimonium in facie Ecclesiæ in specie pro legitimatione ipsius Hortensiæ: & cõprobatur ex instrumento dotationis ipsius Hortensiæ, in quo Fabius denominatur pater Hortensiæ legitimæ, & naturalis. Quibus pro adminiculo accedunt denominatio Horatij fratris Fabij, dum accessit tanquam fideiussor dotationis prædictæ, & testes summariè examinati deponentes de tractatu vti legitimæ.

Nec ad prædicta obstat responsio data, quod probatio ista præsumptiua non sufficiat, sed requiratur plena, per Menoch. *de præsumpt. 54. num. 48.* offendendo eos æquiuocasse a termino legitimitatis, quę prouenit a matrimonio, ad terminum legitimitatis standi in iudicio, de quo illi loquuntur, & Natt. *dicto cons. 411. num. 1.* non impugnat filium subleuari ex quasi possessione ab onere probandi, sed quod tenetur probare se filium, si conueniatur ab agnatis, qui negent extare matrimonium, non autem hoc onus sustinent agnati; sed quomodo id probandum sit, plenè, vel leuioribus probationibus, non disputat; quinimo Natta *cons. 473. num. 14.* admittit, possessionem legitimitatis probari ex tractatu parentum: & meritò, quia possunt quidem dare statum, & apparentiam legitimitatis, concurrente vehementi coniectura præsumpti matrimonij, vt in præsenti, per quam subleuentur filij ab onere probandi de veritate status, cùm hoc non sit in potestate coniugum, sed pendet a veritate matrimonij, cuius plena probatio videtur desiderari solum quando agitur de fœdere matrimonij, aut de succedendo alteri, a quo similem tractatum filius non habeat, vt distinctum fuit *in decis. Parmen Status coram Reuerendissimo Archiepiscopo Damasceno, die 28. Martij 1618.*

Demum non obstat, quòd sola quasi possessio per tractatum, & actus proportionatos non sufficiat Hortensiæ, quæ nititur Statuto, & qualitate sui hæredis, quæ aliunde probari non potest; quàm per matrimonium, per text. *in l. item in possessione, ff. de bis, qui sunt sui, vel alieni iur.* Quia vltra quòd ostensum est controuersum esse, an huiusmodi possessorium ex Statuto Vrbis 147. intentatum, sit merum, vel mixtum, dicitur propterea, Hortensiam non prætendere immissionem vigore Statuti de continuanda possessione, sed ex interdicto quorum bonorũ, & Iudicis officio, vbi non cadit ista subtilis indagatio.

Et ita, &c.

R P. D. Corduba.

Romana Census.

Veneris 17. Maij 1599.

EPITOME.

Quasi possessio ad effectum manutentionis inducitur per vnicam solutionem; & ex dispositione Statuti Vrbis cap. 147. lib. 1. transfertur etiam in hæredes.

Ad Cap. 147. num. 35.

DECISIO CXXII.

FVerat assignatus census, de quo controuertitur, bo. mem. Matthæo Massæ pro dote D. Annæ Maronæ eius vxoris, quę eius fratris possidebant filij, & hæredes q. Antonij Massæ de Galctio: & cùm super exactione fructus dicti census, dubitaretur, illis solis informantibus. Domini resoluerunt, manutenendos esse dictos hæredes in illorum exactione.

Nam cùm constet de quasi possessione exigendi, quæ ex instrumento de anno 1578. & quòd Matthæus vigore dictæ assignationis exegit scuta 140. & 200. a Iosepho Iustiniano fideiussore ad triennium obligato pro solutione fructuum, vt in quietantijs, de quibus in summario num. 2. illi veniunt manutenendi, *§. retinendo, §. dedit,*

initio.

...inſtit. de instrd. Covar. *pract. cap.* 17. *num.* 5. & fuit reſolutum *in Veronen. Iuriſdictionis*, 28. *Aprilis* 1591. *coram Illuſtriſſ. Mantica*, & interminis *coram me in una Beneventana Cenſus*, 23. *Iunij* 1594. vtraque *num.* 1. & alibi ſæpe. Apertiſſimi autem iuris eſt ex vnica ſolutione quaſi poſſeſſionem induci, ad hūc effectum. gloſ. & Doctores, maximè Rip. *num.* 92. *in cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſeſſ. & proprietat.* Cavalin. Mileo *quæſt.* 913. Roman. *conſ.* 70. *n.* 12. Roland. *conſ.* 47. *num.* 17. *lib.* 1. Rot. *diuerſor. deciſ.* 196. *num.* 2. *par.* 1. & fuit dictum *in illa Romana Cenſus coram R. P. D. meo Pamphilio*, 26. *Aprilis præteriti.*

Quæ quaſi poſſeſſio in hæredes cenſetur trāſlata, ſtante Statuto Vrbis *cap.* 147. *lib.* 1. & in terminis ſimilis ſtatuti dicit copioſè Tiraquell. *in tract. le mort ſaiſit.* Molin. *de primogenit. lib.* 3. *cap.* 12. *per totum.* Anton. Gomes *in l.* 45. *Taur.* & plures per eos allegat: Et virtute dictæ poſſeſſionis vti poſſunt interdicto retinendæ, & veniunt manutenendi. Guidop. *deciſ.* 12. Guglielm. *in cap. Rainutius*, *verſ. mortuo itaque*, *num.* 72. Tiraquell. *vbi ſupra*, 6. *par. declar.* 5. *num.* 1. Gabr. *lib.* 5. *tit. de acquir. poſſeſſ. concluſ.* 7. *num.* 3. Molin. *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 6. Quod maximè habet locum ſtantibus duabus quietantijs factis per Tutores hæredum de ſolutionibus acceptis: quæ confeſsiones cum ſint veriſimiles, propter inſtrumentum cenſus, & aſſignationem in dotem D. Annæ, probant dictam quaſi poſſeſsionem, cùm ad iſtum actum manutentionis leniſsimæ etiam probationes ſufficiāt, vt fuit dictum coram Illuſtriſs. Palcotto *in cauſa Romana Domus*, 9. *Iulij* 1596.

Nec obſtabant prætenſiones DD. de Pinellis prætendentium eſſe creditores Domini Baldini vnius ex filiis q. Antonij Maſſæ. Nam nec reſpiciunt petitorium, & ita Dominis fuit viſum.

Cardinali Platto.

Ianuen Fiedicommiſsi.

Ventris 4. *Maij* 1590.

EPITOME.

Statutum Vrbis de continuatione poſſeſsionis defuncti in ſuos hæredes an ſuffragetur forenſibus.

Ad Cap. 147. *num.* 26.

DECISIO CXXIII.

CVm Statutum Vrbis 147. contineat poſſeſsionem bonorum defuncti in ſuos hæredes, dixerunt Domini, ſatis ex hoc conſtare Vincentium iuniorem poſſediſſe palatium, de quo agitur, ad effectum vt eiuſdem Vincentij ſorores, & hæredes in poſſeſsinem palatij poſsint immitti, iux. tradit. per Menoch. *remed.* 4. *adip. poſſ. nu.* 361. Zuchard. *in l. fin. C. de edict. Div. Adria. toll. num.* 357. Quod multo magis procedit, ex quo, vt in facto deducitur, ille qui palatium conductum habebat a patre Vincentij, ipſum Vincentium aliquo modo recognouit. Affictus *deciſ.* 167. *num.* 6. Bero. *conſ.* 75. *num.* 73. *lib.* 3.

Non obſtat poſſeſsio capta de huiuſmodi palatio per D. Annam matrem Vincentij. Quia illa ingreſſa fuit poſſeſsionem tanquam creditrix, &c. & ſic filio ſuo poſſediſſe dicitur, quaſi retinens in pignus, donec ſibi de ſuis doribus ſatisfiat. Caſtr. *in l.* 1. *§. per ſeruum corporaliter*, *num.* 2. *ff. de acquir. poſſeſſ.* vbi etiam Alexand. Socin. & Iaſ. Maximè cum iſta Annæ poſſeſsio, quæ ex Statuto in ſuum hæredem fuit continuata, vtiliſsima dicatur, iuxta communem ſententiam, *in l.* 1. *vbi* Rip. *n.* 36. *ff. de acquir. poſſeſſ.* latè Tiraq. *in tract. le mort ſaiſit. in præfat. declarat.* 1. & propterea ſe compatitur cum poſſeſsione D. Annæ: atque ideo non impeditur eius effectus, ſcilicet immiſsio in poſſeſsionem, eius vigore mulieribus competens, vt dictū eſt.

Non obſtat quòd Vincentius eſset forenſis, ita vt Statutum Vrbis illi non debeat ſuffragari. Quia hoc caſu attendendum eſt Statutum loci, vbi bona ſunt ſita. Nat. *conſ.* 149. *vol.* 6. Cephal. *conſ.* 309. *num.* 26. *lib.* 3. Abb. *conſ.* 5. *num.* 5. Præterea pater Vincentij ex priuilegio erat Ciuis Romanus: quod priuilegium ad filios etiam tranſit. *l. aſſumptio*, *§. filius*, *ff. ad municip.*

Cardinali Blanchetto.

Romana de Carijs.

Ventris 11. *Maij* 1584.

EPITOME.

Donatio iurata an requirat nihilomſ. nus ſubſcriptionem donantis: & quid ſi fit facta coram Iudice? Statutum Vrbis de donationibus ligat etiam Eccleſiaſticos.

Ad Cap. 149. *num.* 15.

DECISIO CXXIIII.

FVit reſolutum, donationi, de qua agitur obſtare Statutum Vrbis *lib.* 4. *cap.* 22. nec applicari limitationes allegatas per hæredes Fabij. Quòd enim fuerit iurata, & ideo non requirat ſubſcriptionem donantis, Dixerunt tolli ex deciſ. *in cauſa Romana de Matthæis coram bo. mem. Ordino*. Aſſertionem meritorum non ſuffragari dixerunt, niſi probentur ex trad. per Alex. & Dec. *in l. ſi donationis*, *C. de collat.* Gabr. *de donat. concl.* 1. *n.* 60. & 61.

Quod

Quod & censuerunt circa causam, videlicet ingressus Religionis; quia illa sola non exprimitur; nec & Clericatus aliquid prodest, quia Statutum ligat etiam Clericos; & fuit resolutum coram R. P. D. meo Aldobrandino *in causa Romana de Comitibus.*

Ex hoc capite solum dicebant Domini, forsan posse substineri, quia facta coram Iudice. Vt enim Statutum inducat hanc formam ad euitandas fraudes, satis dicitur satisfactum menti legis per æquipollens. Cassador. *de iudic. decis.* 20. *nu.* 2. & pro hac opinione allegabant *l. omnium, & l. sancimus, C. de testam.* quæ cum loquantur in testamentis, in quibus est data forma, qua non seruata, corruunt; si illa non seruetur in testamento facto coram Iudice, nihilominus illud sustinetur, specificè cùm hic interuenerit numerus quinque testium, in quo fuit plenius Statuto satisfactum. Nec placebat Dominis Iudicis incompetentia: quia coram quolibet Iudice huiusmodi donationes fieri, & insinuari possunt, ex allegatis: & aliàs similis exceptio incompetentis Iudicis *in una Tiburtina Bonorum*, in qua donatio layci fuerat insinuata coram Vicario Episcopi, fuit reiecta. Ideo super hoc capite partes possunt informare.

In eadem coram eodem.

Mercurij 13. *Iunij* 1584.

EPITOME.

Præsentia Iudicis in Donatione non supplet defectum subscriptionis donantis à Statuto requisitæ.

Ad Cap. 149. *num.* 15.

DECISIO CXXV.

DOmini fuerunt concordes, præsentiam Iudicis non æquipollere subscriptioni donantis, & testium requisitæ a Statuto Vrbis. Licèt enim regula sit quod forma data ad vnum effectum; si idem effectus sequatur, poterit adimpleri per æquipollens. Cassad. *de iud. dec.* 8. & 26. *sup. regul.* Cagnol. *in l. si quis maior, num.* 218. *C. de transact.* tamen ex sola præsentia Iudicis non tollitur suspicio fraudis, quæ ex persona Notarii oriri possit: & quo quod in hoc casu cessant ratio legis, tamen cessare non debet dispositio. Couar. *Epito. par.* 2. *c.* 6. §. 9. *nu.* 8. & *in cap. cum esset, nu.* 9. *de testamentis*. Præterea facile Statutum redderetur eluforium, & posset supponi persona incognita, quæ donaret coram Iudice pro suis bona aliena. Dixerunt tamen pariter videndum, an hæc donatio possit dici facta apud acta: non quia suppleatur ex hoc defectus subscriptionis, sed quia tamquam casus habens speciale priuilegium non comprehenditur sub Statuto. argum. eorum quæ dicit Ripa *in l.* 1. *num.* 15. *ff. soluto matrimonio.* Dec. *cons.* 3.

R. P. D. Orano.

Romana Prætensę Donationis.

Lunæ 29. *Martij* 1599.

EPITOME.

Omissio solemnitatum requisitarum in Donationibus a Statutis Vrbis, an inualidet donationes factas extra Vrbis territorium? Iuramentũ an suppleat defectus insinuationis, & subscriptionis.

Ad Cap. 149. *num.* 24.

DECISIO CXXVI.

CVm Domini de Magdalenis prætenderẽt ex varijs causis donationem Neapoli per D. Hippolytam de Magdalenis Romanam ad fauorem Alexandri Boiardi eius priuigni factam, non subsistere; nempe quòd in ea non fuisset seruata solemnitas Statuti Vrbis, de qua *cap.* 151. *lib.* 1. & quòd careret insinuatione, subscriptione, & aliis requisitis a Statuto *cap.* 150. *eod. lib.* 1. ac denique, quia facta priuigno intuitu matrimonij, ficut præsumitur; & consequenter nulliter, obstante alio Statuto *cap.* 135. *eod. lib.* quod prohibet fieri donationes inter virum, & vxorem, sponsum, & sponsam; Domini præmissis reiectis vnanimiter pro eius validitate steterunt.

Clari enim iuris est in contractibus attendendam solemnitatem loci contractus, etiam si contrahentes fuerint forenses; vt est doctrina Bartoli communiter recepta, *in l.* 1. *prope fin. ff. de tut. & curat. dat. ab his.* Coro. in terminis donationis *cons.* 185. *num.* 10. *lib.* 2. & fuit resolutum *in una Romana Donationis*, 12 *Februarij* 1596. *coram R. P. D. meo Seraphino*. Vnde quantumuis in hac donatione solemnitates a Statuto Vrbis præscriptæ circa contractus mulierum non fuerint obseruatæ; Nihilominus ex huiusmodi omissione non resultauit eius inualiditas: nam quando Statutum non disponit simpliciter circa habilitatem personæ, sed circa solemnitatem actus, prout de Statuto Vrbis fuit dictum coram bo. mem. Cantucio *in una Prænestina Hæreditatis*, 27. *Nouembris* 1551. eo casu non afficit contractus factos in loco, Statuto non subdito. Bart. *in l. cunctos populos*, 6. *quæst.* & ibi Caccialup. *num.* 9. *vers. etsi Statutum principaliter, lib.* 3. Anton. Gabr. *de Statut. concluſ.* 8. *num.* 11. licet secus esset dicendum, quando simpliciter inhabilitat personas, vt post alios

alios consulit Hieronymus Gabriel *consil.* 1. *num.* 7 *lib.* 1.

Quòd autem idem Statutum non inhabiliter simpliciter, patet ex eo quod obligat forenses in territorio Vrbis contrahentes. Caputaq. *dec.* 195 *par.* 3. Quod procul dubio nunquam faceret, si simpliciter respiceret personas, cùm sit decisorium. Achill. *decis.* 2. *num.* 5. *de consil.*

Nec attendi debet defectus insinuationis, & subscriptionis, de quo in alio Statuto. Quia si opponitur de eo in vim Statuti, iam exploratum est, quòd cùm illud prouideat circa solemnitates actus, non circa habilitatem personarum contrahentium, spectant ad locũ contractus, Caputaq. *decis.* 283. *par.* 1. & 206. *par.* 3. & fuit dictum coram me *in vna Romana Bonorum de Caulis*. Si verè in iuris dispositione defectus ille suppletus est per iuramentum, Gabr. *conclus.* 1. *n.* 116. *de donat.* vt etiam respondit Rota *in vna Benemantana Donationis*, 21. *Nouembris* 1585. *coram R. P. D. meo Gipsio.*

Nec dicatur iuramentum tot effectus non posse operari; videlicet suppletionem insinuationis, & subscriptionis. Etenim cum non sit magis ad vnum defectum, quàm ad alium restrictum, sed aptum comprehendere ex generalitate verborum omnes defectus, dicendum est omnes eos complecti, & in consequentiam supplere. Dec. *cons.* 238. *num.* 3. & *cons.* 414. *in fin.* latè Riminald. *inflit. quib alienar. licet vel non n.* 150. Seraph. *de priuileg. iuram. priuileg.* 83. *nu.* 49. quàm sententiam sequuta fuit Rota *in vna Benemantan. Donationis*, 29. *Aprilis* 1596. *coram R. P. D. meo Seraphino.*

Nec refragatur, quod donatio facta priuigno censetur facta contemplatione viri, quam non validat iuramentum, cùm istud censeatur disponente Statuto dolo, & metu extortum, maximè in muliere naturaliter tenace, & parum erga priuignum affecta. Castr. *cons.* 265. *lib.* 1. Quia responsum fuit ipsam in donatione rationem non habuisse viri. Quod satis apparet ex deductis pro Dominis de Magdalenis, dum asserunt illum eam male tractasse, & testibus vtuntur deponentibus eumdem erga vxorem fuisse seuerum; & cùm Statutum loquatur prohibitiuè de donationibus factis inter coniuges, non debere extendi ad personas in eo non expressas. Achill. *dec.* 12 *de consist.* Cæs. de Grass. *decis.* 1. *num.* 3. *eod. tit.* & nihilominus non dubitari donationem propter iuramentum illi appositum, etiam inter coniuges, sustineri, Alex. *cons.* 54. *num.* 8. & 12. *vol.* 3. Aym. *cons.* 61. *num.* 1. & *cons.* 102. *n.* 2. Ias. *in l. pacta, quæ contra num.* 5. & ibi Dec. *num.* 6. *de pact.* Clar. *in §. donatio, quæst.* 9. Roland. *cons.* 93. *num.* 4. *vol.* 1. & in terminis Statuti Vrbis fuit resolutum coram R. P. D. meo Pegna *in vna Romana Donationis de Grandis*, Multò ergo magis inter nouercam, & priuignũ,

Non obstat quòd donatio fuit per metum saltem reuerentialem extorta. Quia vltra quod sponte præsumitur facta, iuxta tradit. *in l.* 2. *C. de his, quæ vi metusúe causa*, testes non percutiunt metum quoad hanc donationem; licet fateantur, maritum fuisse terribilem: quod tandem ad probandum metũ non sufficit, vt per Burlatt. post alios *cons.* 72. *num.* 51. *vol.* 1.

Ad reliqua verò per informantes adducta, tanquam improbabilia, vel minus releuantia, placuerunt responsiones datæ per Dominos de Boiardis.

Cardinali Blanchetto.

Romana Euictionis.

Mercurij 23. *Martij* 1588.

EPITOME.

Donator an & quando teneatur de euictione. Donatio non seruata forma Statuti quando sustineatur. Statutum Vrbis de Donationibus quo modo intelligatur esse Papale, & obseruandum a Clericis.

Ad Cap. 149. *num.* 46.

DECISIO CXXVII.

PRoposui dubium de mandato Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinalis Sanctorum Quatuor in Rota, An donationi facta per Marchionissam della Tolfa Collegio Romano Societatis Iesu de Vrbe, & obligationi de euictione contenta in ea obstarent Statuta Vrbis *lib.* 4. *cap.* 22. & *lib.* 5. *cap.* 19.

Et Domini fuerunt concordes, quòd non obstantibus dictis Statutis, donatio, & euictionis obligatio sustineantur. Donator enim licet regulariter non teneatur de euictione, tenetur tamen quando ad illam se obligauit, & scienter rẽ alienam donauit. *l.* 2. *C. de euict. l. Aristo, §. fin.* vbi glos. *in verb. dolo*, *ff. de donat.* Quorum vtrumque in proposito casu concurrit, cùm & Marchionissa se obligauit, & donauit rem alteri post mortem suam donatam.

Non obstat quòd non fuerunt seruata solemnia dictorum Statutorum. Quia negotium agitur cum Ecclesia. Bald. *in l. generaliter*, *C. de sacrosanct. Eccles.* Caputaq. *decis.* 194. *lib.* 3. Præcipue ex causa dotis, prout hoc casu. Put. *decis.* 162. *lib.* 3. Bald. Nouell. *de dot. par.* 6. *priuileg.* 47. Caputaq. *decis.* 199. *par* 3. Et dotis necessaria in erectione Collegij, Lambert. 1. *par. art.* 5. 1. *quæst. princ.*

Non obstat defectus solemnitatum circa donationem, *cap.* 22. *lib.* 4. quia donatio facta piæ causæ non subiacet istis solemnitatibus. Ruin. *consil.* 182. *num.* 13. *lib.* 2. Gabriel. *de donat. conclus.* 1. *num.* 18. Præcipue cùm præcesserit auctoritas Papæ, quæ tollit omnes difficultates. Curt. iun. *cons.* 508. *num.* 9. & fuit dictum *in vna Romana Scripturarum coram R. P. D. meo Seraphino*, 19. *Martij* 1586. Et eo magis stante

pra-

pregnantia clausularum gratiæ Pij Quarti quòd assignatio non possit impugnari ex quauis causa cum clausula sublata, & decreto irritanti.

Non obstat, quòd Rota resolueret ista Statuta esse Papalia. Quia hoc est verum, si Statutis caueretur quòd donatio collata in piam causam, vel contractus cum Ecclesia debeat cum certa solemnitate celebrari; & res caret difficultate: sed decisiones procedunt, quando clerici voluerunt disponere de rebus suis, tunc debent seruari Statutorum solemnia. Quare cùm hoc casu Statuta non disponant, remanet in dispositione iuris communis. *l. si cum dotem, in princ. ff. solut. matrim. cap. in nostra de consuetud. cap. penult. de iureiurand.* Dec. *cons.* 188. *col.* 2. *versic. sed breuiter.*

Et hæc Domini dixerunt respondendo rebus Dubii, prout respondendum pretendebant, cùm nulla possit considerari donatio, cùm potius sit exceptio voluntatis defuncti commutatæ ad instantiam Marchionissæ, & translatio bonorum pro Monialibus assignatorum, in Collegium, super quibus bonis Marchionissa nullum ius prætendere poterat amplius, prout ipsa in instrumento confecto cum Præposito Societatis fatetur: Et est de iure regula, Semel Deo dicatum, *de regul. iur. in 6. cap nulli* 12. *quæst.* 2. Innocent. *in cap. cum super, num.* 3. *de caus. possess. & propr.* Rot. *decis.* 10. *de testam. in antiq.*

Non obstat prætensus excessus, vt dicitur rei donatæ, & legati. Quia habenda est etiam ratio, non solum sortis principalis, sed etiam fructuum, qui in pecuniis receptis a D. Iulio de Ruere collatis percipiendi erant; quia ad Marchionissam nullo modo pertinere poterant, sed spectabant ad Capellanos erigendos iuxta mentem fundatoris; & considerandæ sunt onera imposita Collegio, vt construendi Ecclesiam iam fundatam, & soluendi annuos census, & alias pecuniarum quantitates.

Non obstat quòd pro re legata non debeatur euictio. Quia nec res legata non fuit assignata, sed fuerunt data computa diuersa, & ad instantiam hæredis voluntas defuncti commutata; quare non est inconueniens, vt de euictione teneantur.

Ex quibus, & omnibus aliis bene deductis per scribentes pro Venerabili Societate, Dominus statuerunt, promissionem de euictione subsistere, vt ad illa Archihospitalia teneantur.

R.P.D. Orano.

Asculana Bonorum.

Luna 17. *Iunij* 1591.

EPITOME.

Statuta excludentia matrem ab hæreditate filij, extantibus fratribus patris filij prædefuncti, &c. non comprehendunt amitas ad exclusionem eiusdem matris. Masculinum quando concipiat femininum. De interpretatione Statutorum.

Ad Cap. 146. *num.* 17.

DECISIO CXXVIII.

DEfuncta ab intestato Franciscæ Mariæ, vel aliis Brandoniæ matre, & Olympia amita, cùm inter eas suborta esset quæstio occasione hæreditatis dictæ q. Franciscæ Mariæ, Olympia prætendente locum factum Statutis Asculanis; quorum primum *sub rubr. 6. lib.* 1. disponit quòd mater, excepta Legitima, non potest succedere in hæreditate filiorum defunctorum, si supersint alij filij, vel filiæ ex eodem matrimonio: aliásve nepotes, idest filij ex filijs, vel fratres carnales patris filij prædefuncti. Alterum *lib.* 2. *rubr.* 66. quo vult Statutum, masculinum genus concipere femininum; Fuit dubitatum coram me, An locus sit dictis Statutis; ita quòd sententia Rotalis veniat confirmanda, vel potius reuocanda? Et Domini vnanimiter conuenerunt, Statutis non esse locum, & per consequens sententiam confirmandam. Est enim indubitatum Brandoniam matrem fundatam habere intentionem in iure communi, quo sibi in bonis filij ab intestato sine liberis defuncti successio debetur. *Auth. de hared. quæ ab intestat §. consequens. authen. defuncti*, C. *ad Tertull.*

Statutum autem libri primi excludens matrem, data existentia fratrum carnalium patris filij prædefuncti, quorum appellatione regulariter veniunt sorores, atque ita amita; iuxta *l. tres patres*, vbi post alios Iaf. 1. *not. ff. de pact. l. Lucius, §. quæsitum, ff. de leg.* 3 *l. Lucius, §. Mæuia, ff. ad Tertull.* Felex. *consil.* 84. *lib.* 4. Curt. Ieu. *cons.* 9. *per tot.* non habet locum. Quando enim Statutum est conectorium iuris communis, atque ideo odiosum; quo casu appellatione fratris non venit soror. Anchar. *in repet. Canonum Statuta, quæst.* 14. *de constitut.* Castrens. *cons.* 119. *num.* 2. *lib.* 1. Alex. *cons.* 85. *num.* 1. *lib.* 4. & *cons.* 45. *num.* 5. *lib.* 7. Corn. *cons.* 94. *num* 4. *lib.* 2. cum relatis per Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 9. *num.* 190. tunc verba Statuti præcisè sunt intelligenda, neque vltra extendenda, quàm eorum propria significatio patiatur. gloss. & Doctores *in auth. quas actiones*, C. *de sacrosanct. Eccles.* Doctores *in l. si verò, §. de viro, & in l. si constante, ff. solut. matrim.* Vnde cùm Statutum huiusmodi sit odiosum, tum quia excludit matrem a luctuosa filij hæreditate propter agnatos, etiam in tertio gradu remotiores, & sic contra ius pietatis, & naturæ, Castrens. *cons.* 224. *num.* 9. *lib.* 2. Dec. *cons.* 363. *num.* 2. Tum etiam quia admittit transuersales, quibus minus debetur hereditas, excluso ascendente, Corn. *cons.* 170. *num* 4. *lib.* 2. & *cons.* 9. *num.* 1. *lib.* 4. sequitur quòd appellatione fratrum carnalium patris non possit intelligi comprehensa amita.

Quod

Quod eo magis dicendum aliqui ex Dominis iudicabant, cùm nic non agatur de successione filij masculi, sed feminæ. Archid. *in cap. si quis suadente*, 14. *quæst.* 4. Alex. *cons.* 29. *num.* 10. *lib.* 3. & *cons.* 234. *num.* 4. *lib.* 6. Socin. *consil.* 23. *num.* 51. *lib.* 1. idem Tiraquell. *dicto §. gloss.* 9. *num.* 191. Et quoniam Statutum vocando fratres carnales patris, considerasse videtur conseruationem agnationis: quo stante, appellatione fratris non venit soror. Gabr. *de verbor. significat. conclus.* 6. *num.* 6. Haud enim per eam familia conseruatur, cùm bona transeant in alienas familias. *§. caterum, institut. de legit. success.* Denique quia absurdum esset, si reciperemus illum intellectum, per quam vna femina non nominata excluderet aliam, remotior scilicet propinquiorem. Anchar. *dicto cap. Canonum Statuta, d. quæst.* 14. Alex. *cons.* 43. *nu.* 1. *vol.* 7. Socin. iun. *cons.* 23. *num.* 55. *col.* 1. *lib.* 1.

Non obstat quòd cùm Statutum ad exclusionem matris admiserit sorores defuncti, non videatur habuisse respectum ad conseruationem agnationis. Quia fuit dictum quòd respectu sororum defuncti Statutum respexit vocando; sed respectu transuersalium considerauit conseruationem agnationis: & ideo, sicut vocauit fratres carnales patris filij prædefuncti, ita etiam eorum sorores si comprehendere voluisset, eas expressè vocasset. Et hoc optima ratione: nam in Statutis exclusiuis non arguitur de persona magis propinqua ad magis remotã, vt in nepte ex filio, ad exclusionem matris, tradunt Castrens. & Brun. citati per Gabriel. *tit. de Statut. conclus.* 7. *num.* 64. Tanto autem minus de expressè vocata.

Non obstat Statutum secundum in rubrica, quòd masculinum concipiat femininum. Quia Statutum loquitur de dictionibus expressis sub termino communi, si quis, aliquis, nullus: quæ verba sunt communia tam ad masculos, quam ad feminas. Vnde in dictis casibus masculinum concipit femininum: nec alia ratione, quàm quòd indifferenter, & indefinitè fuerint prolata, necessarium est quòd non per extentionem habeant determinationem à signo communi, sed ex proprietate vocabuli. Bart. *in l.* 1. *ff. de verb. signific.* Bald. *in l. Gallus, in princ. ff. de lib. & posthum.* Capr. *cons.* 62. *in fin.* Dec. *in l. femina, num.* 112. *de reg. iur.* At quando verba apparerent dispositioni adiecta; masculinum tantùm sexum significantia, secus esset dicendum; vt in terminis tradit Fulgos. *in l. quicunque*, C. *de seru. fugit.* Corn. *cons.* 222. *col.* 3. *vers. & si quis teneretur, lib.* 3.

Minus obstat quòd rubrica dicti Statuti sit generaliter concepta. Quia cùm sit ambigua, debet per nigrum declarari. Ruin. *cons.* 15. *nu.* 2. *lib.* 3. Cephal. *cons.* 414. *num.* 382. *lib.* 3. Prout etiam passim receptum est, quòd quando rubrica non explicitè enumerat omnes casus, ita quòd diuersa vnius ab altero detur ratio, tunc illa recipiat intellectum a nigro. Dec. *in l.* 1. *n.* 6. *ff. si cert. pet.* Præsertim cùm masculinum in casibus, in quibus concipit femininum, id nõ faciat ex propria significatione, sed ex interpretatione extentiua. *l. cùm in adoptem, §. qui in filio, C. de adopt. l. iubemus, in fin. C. de præpos. sacros. cubil. lib.* 12. cum relatis per Manticam Collegam honorandum. *lib.* 7. *de coniectur. vlt. voluni. cap.* 1. *num.* 19.

R. P. D. Scotto.

Romana Officij.

Lunæ 3. *Decembris* 1607.

EPITOME.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 147. an ad fauorem hæredum vltra remedium immissionis, & manutentionis producat etiam interdictũ recuperandæ, & spolium. Possessio bonorum defuncti censetur ex dispositione eiusdem Statuti continuata in hæredes suos. Remedium remtegrandæ competit hæredi possidenti per tertiam personam.

Ad Cap. 147.

DECISIO CXXIX.

PRopositò sub die 26. Nouembris Dubio, in decisione in hac causa facta sub die 13. Iunij reseruato, An Henrico filio, & hæredi q. Petri Bergagnæ competat actio spolij; dilataque eius resolutione; Domini sub dto 3. Decembris resoluerunt competere talem actionem: cùm etiam Iudex, vbi ritè, vel rectè non procedit, dicatur spoliare. Grat. *consil.* 76. *num.* 31. *lib.* 2. Roland. *cons.* 6. *num.* 34. *lib.* 2. Cephal. *cons.* 301. *num.* 37. & fuit dictum *in Ciuitatis Castelli Bonorum*, 19. *Februarij* 1596. *coram Illustrissimo Cardinali Millino*, & alibi sæpe.

Nec obstare dixerunt, quòd hæredibus non competeret actio spolij, cùm non docerent de primo extremo possessionis: & Statutum Vrbis *cap.* 147. *lib.* 1. eis non posset suffragari, cùm illud non haberet locum respectu recuperationis & spolij, sed solùm respectu immissionis, & manutentionis.

Quia plures fuerunt per Dominos datæ responsiones. Et primò, quòd licèt articulus sit controuersus, an huiusmodi Statuta pariant interdictum recuperandæ; nihilominus magis communis opinio, & verior, videbatur affirmatiua; vt de magis communi attestatur Menoch. referens alios Doctores, *de recuper. possess. remed.* 1. *num.* 397. *vers. & quærum.* Et hanc vti secundo loco relatam, vide e tenetur Tiraquellus *in tract. le mort saisit le viff par.* 6. *declar.* 4. *num.* 1. *cum seqq.* eandem etiam tenet Couarr.

variar.

carian. resolut. lib. 3. cap. 51. num. 6. vers. & interdict. recuper. Honded. *cons.* 18. *nu.* 16. *lib.* 2. & in terminis Statuti Vrbis Gabriel. *consil.* 36. *num.* 13. *lib.* 1. & ita quoque tenuisse Rotam attestatur Pontanus *de spol. lib.* 1. *num.* 134. inter Tractatus, *tom.* 4. *fol.* 178. & adest decisio Putei 434. *lib.* 1. & Mohed. 4. *de test.*

Minus obstare dixerunt decisionem Veralli 213. *par.* 3. Quia loquitur in eo hærede qui propria auctoritate spoliauit possessorem: qui non est casus noster. Et dum in ea decisione allegantur in fine aliæ decisiones, non apparet in quibus terminis loquantur: maximè cùm fundentur in dicto Tiraquelli *dicto tract. le mort laisit, dicta par. 6. declarat.* 4. vbi apparet, quòd Tiraquellus potius tenet contrarium, dum affirmatiuam sententiam secundo loco refert; quam propterea videtur tenere, & sequi; vt tradit Ruin. *cons.* 55. *num.* 18. *lib.* 2. Vltra quod etiam dicta decisio procedit secundùm terminos Statuti antiqui, quod est longè diuersum a Statuto nouo. Nam in Statuto antiquo simpliciter dicebatur vt Senator teneretur reducere in possessionem, & tenere reductos hæredes. Statutum verò nouum vlteriùs procedit, dum priùs statuit vt possessio continuata censeatur in hæredes suos; mox imponit Senatori, & Iudicibus, vt eosdem hæredes in possessione manutenere, & reducere teneatur: ita vt videatur habita ratio distinctionis. Rip. *in l.* 1. *n.* 37. *ff. de acq poss.* vbi Statutum transfert possessionē in hæredem ipso iure; prout videtur factum hoc in casu, ex illis verbis, *Possessio continuata censeatur*; quæ vti præteriti temporis important, ipso iure; vt per Tiraquell. *in l. si quando, in verb. reuertatur, num.* 32. *C. de donat.* Quam Ripæ distinctionem licèt verbaliter appellet Tiraquellus *dicta declarat.* 4. *nu.* 7. *vers. ego verò*; illam tamen sequitur Gabr. *cons.* 7 *n.* 2. *de acq. poss.*

Quod videtur comprobari ex verbis eiusdem Statuti; dum prius, facta dispositione, vt possessio censeatur continuata in hæredem, mox subdit, vt dictos hæredes Senator teneretur manutenere, præsupponens illos esse veros possessores. Mox, quia poterat contingere vt tali possessione priuarentur, disponit vt etiam teneretur reducere; & sic inducere videtur remedium recuperandæ, iuxta text. *in l. fin. ibi*, liberti ingrati ad seruitutis nexum proculdubio reducuntur, *C. de liber.* Rebuff. *in l. verbum reducendi*, 94. *vers. idem in verbo, reducere, ff. de verbor. signific.* Quod non erat in Statuto antiquo; vbi simpliciter disponebatur, vt teneretur reducere, & tenere reductos: ita vt senserit de manutētione possessionis acquisitæ per Senatum; & sic facto hominis; non autem de priori possessione, acquisita ministerio ipsius legis.

Secundò fuit responsum, obiectum de dicto Statuto posse forte procedere, vbi ante etiam hæreditatem, tertius ingressus fuisset possessionem; quasi videatur interuersa illa possessio ciuilis. Ial. *cons.* 148. *num.* 18. *lib.* 10. Ruin *cons.* 2. *nu.* 5. *vers. praterea, lib.* 4. Rub. Alexand. *cons.* 121. *num.* 3. & 4. Natt. *cons.* 237. *nu.* 4. *lib.* 2. Et de magis communi opinione accellatur Gabr. *conclus.* 9. *num.* 18. *de acquir. possess.* licèt adsint etiam multi relati per ipsum Gabr. *vbi supra*, tenentes contrarium; & supponit Menoch. & Couarr. *vbi supra*.

Verùm super hoc nihil fuit firmatum, ex quo erat extra casum præsentis controuersiæ; in qua supponebatur, aditamiam priùs fuisse hæreditatem a dictis filijs, & hæredibus Bergagnæ: quo casu nil nocet hæredi, quominus Statutum suum effectum operetur. Gabr. *dicto cons.* 9. *num.* 20. *de acquir. possess.*

Aliquibus ex Dominis placebat censeri acquisitam possessionem hæredibus, mediante persona eiusdem Domini Marci Antonij, qui viuente Bergagna exercebat officium eius nomine; vt fit in Colono, per quem dicitur hæres possidere, non obstante quòd hæreditatem non acquisierit. Afflict. *decis.* 167. *num.* 5. & *decis.* 305. *n.* 3. Natt. *cons.* 538. *num.* 7. Et tali casu ei competere remedium reintegrandæ tradit Plot. *in l. si quando, num.* 838. *vers. fallit etiam quando, ff. de acquir. possess.* Pontan. *de spol. lib.* 1. *nu.* 137. Præsertim verò, si interuenisset aliquis actus recognotionis ex parte dicti Marci Antonij, iuxta decisionem *in vlla Cerusien. Bonorum*, 30. *Maij* 1580. *coram Illustriss. D. Seraphino*; in qua fuit firmatum id esse necessarium.

R.P.D. Remboldo.

Signina Castrorum.

Luna 24. *Ianuarij* 1622.

EPITOME

Iuri condjtionaii, vel in diem, quibus in casibus renunciari possit. Repudiatio cum iuramento facta parte præsente, an, & quando sit species Donationis, & requirat solemnitates statutarias. Donatio iuris quærendi an comprehendatur sub Statuto de Donationibus; & reuocetur per superuenientiam filiorum. Interpretatio ad l. si vn. quam, C. de reuoc. donation.

Ad Cap. 149.

DECISIO CXXX.

CVm Domini in disputatione Dubij sæpius aliàs propositi, verum D. Duci agenti ad recuperationem Castrorum, de quibus agitur, obstet periurium mandasset quòd dictus D. Dux audiretur super ipsius iuribus, dubium dedi, Verum dicto D. Duci petenti immissionem in dictis Castris, vigore substi-

substitutionis a q. Maxima de Comitibus ad ipsius fauorem in eius testamento factæ, obstent instrumenta die 14. Aprilis, & 14. Nouembris 1597. inter bo: me: Card. Saluiatum, & D. Ducem celebrata. Quo sepius proposito, Domini tandem ré matura discussa, venerunt in sententiam, quòd dicta instrumenta dicto D. Duci obstent.

In primo enim instrumento dicta die 14. Aprilis celebrato D. Dux ex certa scientia, & relatis verbis dictæ substitutionis ad eius fauorem factæ, declarauit quòd nunquam habuit animum acceptandi dictam substitutionem, eamq; propterea medio iuramento repudiauit, atque omni tempore, & perpetuo effici caducam voluit, & sibi nullo vnquam tempore acquiri debere, ac si nunquam facta fuisset; ipsamque substitutionem, seu legatum, ac omnia in eo contenta, per pactum expressum medio iuramento tactis, &c. ex nunc prout ex tunc, & è contra postquam delatum fuerit, refutauit, ac etiam omni, & cuicunque iuri, tam in re, quàm in spe, seu ad rem certam de præsenti, quam quomodocunque competituro, post mortem D. Cardinalis hæredis tunc viuentis, ex nunc, prout ex tunc, & è contra etiam per Aquilianam stipulationem, & acceptationē, quatenus opus fit, & quocumque alio validiori modo, renunciauit ad fauorem dicti D. Cardinalis præsentis, & stipulantis, &c. In secundo verò instrumento 14. Nouembris celebrato, fatendo se recepisse in remunerationem dictæ repudiationis, & renunciationis, a dicto D. Cardinale scuta 25. mill. promittit dicta scuta 25. mill. amplius non petere, & dictæ renunciationi non contrauenire, cū obligatione Camerali, & alijs clausulis, & cautelis, de quibus latius in dictis instrumentis: adeo quod non videatur dubitari posse, quin hodie D. Duci petenti legatū semel cum iuramento, & cum clausulis repudiatum, obstent dicta instrumenta, seu refutationes, renunciationes, promissiones, & obligationes in ijs contētæ.

Nec obstat quod prætenditur, dictam repudiationem fuisse inualidam, nec iure teneri, cùm ius conditionale, vel in diem valide renunciari non possit, ad text. *in l. si ita scriptum, §. si sub conditione, ff. de legat. 2. l. qui potest, §. quod quis, ff. de reg. iur. l. 1. §. decretalis, ff. de succeff. edict.* Quia obiectum hoc non procedit, nec quando repudiatio facta est cum iuramento, prout in casu isto; nam tunc talis repudiatio ratione iuramenti tenet. Cuman. *in l. is, qui bona, num. 3.* & ibi Alex. *num. 7. ff. de acquir. hæredit.* Rip. *in l. 1. num. 17.* & ibidem Cagnol. *num. 74.* Bolognett. *num. 33. C. de pact.* Dec. *cons. 379. nu. 10. lib. 2.* Seraph. *de priuileg. iuram. priuileg. 109. num. 3. & seqq.* cum alijs per Peregr. *de fideicomm. artic. 52. num. 11.* nec quando facta est parte præsente: quia tunc habet vim pacti, & per viam pacti potest repudiari ius de futuro, licet repudiari non possit per viam simplicis renunciationis, quia renunciatio innititur voluntati renunciantis tantum, sed pactum innititur voluntati, seu consensui duorum, & non tendit ad abdicandum principaliter, sed ad se obligandum: potest autem quis se obligare super iure de futuro, quia obligatio est de præsenti, ita Castrens. *in dicta l. si ita scriptum, §. si sub conditione, ff. de leg. 2.* Socin. sen. *cons. 114. nu. 6. lib. 1.* & de communi inter alios per eum citatos testatur Peregr. *de fideicommiss. artic. 52. nu. 11.*

Nec obstat quod quatenus repudiatio facta per D. Ducem sustineatur ratione iuramenti, vel etiam ex eo quod fuit facta parte præsente, non remanet simplex repudiatio, sed transit in donationem, sicq; subiacet Statuto Vrbis *cap. 149. & 150. l. 1.* vel saltem dispositioni, *l. si vnquam, C. de reuoc. donat.* Quia est aduertendum, quod vel renunciatio fit ante acquisitam hæreditatem, quo casu dicitur repudiatio. Afflict. *dec. 350. n. 13.* Surd. *cons. 244. n. 5.* & obuiat principio acquisitionis, & tunc non est donatio, saltē quæ egeat insinuatione, vel subiaceat dispositionibus loquentibus de donationibus, vt est bonus text. in *l. si sponsus, in fin. de donat. inter vir. & vxor.* vbi si maritus instituus repudiauerit hæreditatem animo donandi vxori, quę sibi forte erat substituta, vel erat futura hæres ab intestato ipsius mariti, repudiatio prodest mulieri, nec irritatur ex eo titulo prohibente donationem inter virum & vxorem, quia non dicitur maritus pauperior fieri, qui non acquirit, sed qui de patrimonio suo diminuit: & declarat Cardin. Mantic. *de tacit. lib. 21. tit. 4. num. 57. & seqq.* post Bald. *in l. illud num. 10. in fin. & seq. C. de sacros. Eccles.* cum alijs relatis per Tiraq. *in l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 180. & seqq. C. de reuocat. donat.* Gabr. *de donat. conclus. 2. num. 72.* & fuit dictum *in Recanaten. Successionis, 16. Iunij 1618. coram R.P.D. Buratto.*

Aut renunciatio tollit ius confirmatum, & perfectè quæsitum; & tunc si est gratuita, est quædam species donationis. *l. si quis delegauerit, ff. de nouat.* Bald. *in d. l. illud nu. 11. C. de sacros. Eccles.*

Ac propterea cum in casu, de quo agitur, D. Dux renunciauerit hæreditati nondum delatæ, nedum perfectè quæsitæ, & imo nec dicta renunciatio, seu magis propriè loquendo repudiatio fuerit gratuita, vt infra dicetur; merito non subiacet dicto Statuto, neque dictæ dispositioni *l. si vnquam*, aut alijs de donatione loquentibus. Bal. *in d. l. illud, sub n. 11. C. de sacros. Eccles.* Socin. sen. *cons. 114. n. 8. lib. 1.* Castren. *cons. 419. sub n. 1. vers. sed repudians, lib. 2.* Phanuc. *de lucro dot.* glos. 8. *n. 17. in prine.* & fuit dictum in vna *Viterbien. Terræ Vetrallæ, 14. Decembris 1615. coram me.*

Nec obstat quod dicitur, prædicta procedere in renunciatione iuri, nec re, nec spe competenti, non autem in renunciatione iuri competenti, saltem spe probabili, puta, vt in casu isto, ex fideicommisso claro, & indubitato, & probabiliter purificando; Gabr. *cons. 6. n. 3. & seqq. l. 2.* cum alijs a scribentibus pro D. Duce cumulatis. Quia imo tex. *in dicta l. si sponsus*, loquitur de renunciatione hæreditati iam delatæ; & ad dignoscendum an renunciatio sit donatio, inspicitur tantūmodo, an renūcians abdicauerit a se ius iam sibi perfectè quæsitum, seu potius renunciauerit iuri quærendo: nam si renunciauit iuri quærendo, tunc talis renunciatio non est donatio, sed potius omissio lucrandi; obuiat enim principio

acquisitionis. *d. l. si spõsus. §. si maritus. ff. de donat. inter vir. & uxor.* ideoq. nec in tali renũciatione, seu repudiatione, locum habent disposita de donationibus, quia non habetur tanta ratio iuris quærendi, quam iam quæsiti, Ias. *cons.* 236. *n.* 16. *& seq. l.* 2. Dec. *cons.* 269. *sub n.* 6. *vers. & hoc præsertim.* Curt. iun. *cons.* 147. *n.* 18. *& seq.* Alex. *cons.* 196. *n.* 5. *vers. & quia facilius. l.* 7. & in eo ius quærendum in nulla prope consideratione est, Natt. *cons.* 501. *n.* 45 *in fin.* Tiraq. *in d. l. si unquam, in verbo donatione largitus, n.* 180. & 181. cum ibi cumulatis.

Quod & tanto magis in casu isto locum sibi vendicat, quia nõ solum agitur de renunciatione hereditati nondũ delatæ, & sic iuri, nec perfectè, nec imperfectè quæsito, vt dictum est; sed etiam de renunciatione iuri quærendo non radicato vlla spe certa, quia D. Dux licet esset ætate iunior, poterat tamen præmori Cardinali, & per consequens nec habebat ius radicatum vlla spe certa in dicto legato. *ad l. ni etsi parentibus. ff. de inoffic. test.* Bar. *in l. post emancipationẽ. §. illud. ff. de lib. leg.* quo casu omnes admittunt, quod talis renunciatio non reuocatur per superuenientiam filiorum, nec subiacet dispositionibus loquentibus de donationibus, *Rip. in d. l. si unquam. n.* 20. *& seq. C. de reuoc. dona.* Et in terminis quod non requiratur insinuatio, quando quis renunciat hæreditati, seu legato, quod sperat virtute fideicommissi Gomes. *var. resol. tom.* 2. *c.* 4 *sub n.* 10. *vers.* 2. *infero.* Ant. de Canar. *in tract. de insinuat. 2. p. q.* 16. *n.* 25. Carpan. *ad Stat. Mediolan. cap.* 324. *n.* 25. Galuan *cons.* 38. *in fin. vers. secus esset*, Gabr. *tit. de donat. concl.* 1. *num.* 18. substitutio enim quæ nondum competit, extra bona nostra est *l. substitutio, ff. de acquir. rer. domin.*

Nec dicatur, quod tale ius, seu spes qualis qualis illa fuerit recipiebat æstimationem. & communi æstimatione valebat plusquam aureis 500. ideoq; in eius cessione requirebatur insinuatio, & solemnitas statutaria, ex alleg. per Gabr. *de donat. d. concl.* 1. *n.* 84. Quia vt iam dictum est, spes succedendi, quã habebat D. Dux in dictis Castris post mortem D. Cardinalis, erat penitus incerta, ac propterea idem videtor iudicandum de ea, quod de iactu retis, qui nullam recipit certam æstimationem: & vlterius hæc dicta spes fuit a D. Duce donata Cardinali; sed dictus D. Dux declarauit cum iuramento, quod nunquam habuit animum acceptandi substitutionem ad eius fauorem factam, eamque repudiauit, nec vllo tempore ipsi acquiri voluit; Vnde Doctores in contrarium pro D. Duce allegati, vel non applicantur quia loquuntur de iure, seu spe firma de certo effectu consequente ad causam, ex qua talis spes oritur, & qñ spes ipsa seu ius ex tali causa cõpetens donatur, *ad l. spes, C. de donat.* non autẽ vbi spes, & quidem incerta, prout in casu isto, repudiatur.

Vel certè non sunt attendendi, cum imo iuxta veriorem opinionem possit etiam hæreditas iam delata sine solemnitatibus repudiari, quia momentanea illa acquisitio non habetur in consideratione, vt post Socin. *cons.* 63. *n.* 27. & 28. *vol.* 4. quod Rota alias est amplexa & in specie in vna *Bonon. rn. de Papazonibus*, quæ est decisio 30. inter impress. diuers. *l.* 2. *p.* 3. concludit modern. *discept. forens. cap.* 132. *num.* 10. *& seqq.* istaque opinio innititur optima ratione, quia scilicet ea quæ sine facto nostro acquiruntur, non videntur in effectu acquisita, nisi mediante consensu & ratificatione postea subsecuta, ideoque si quis nolit habere ratum & repudiet, videtur potius per talẽ repudiationẽ declarare acquisitionem non fuisse factam. Dec. *in l.* 1. *n.* 22. *C. de pact.* nec dici potest, quod huiusmodi declaratio sit donatio ex supra allegatis.

Nec obstat, si denuo replicetur, prædicta procedere in repudiatione simplici, non autem in repudiatione facta ad fauorem certæ personæ præsentis, & acceptantis: quia tunc talis repudiatio habetur pro donatione; & si ius repudiatum sit æstimabile, ac communi æstimatione valeat plusquam quingentis aureis, talis repudiatio subiacet dispositionibus loquentibus de donationibus. Nam ex supra deductis patent plures responsiones.

Et primo, quod repudiatio facta ad fauorem certæ personæ non est donatio, quando nihil transfertur mediante huiusmodi repudiatione in illam personam, cuius contemplatione fit repudiatio; sed, vt in casu isto, repudians declarat tantummodo, & quidem ante apertam substitutionem eius fauore factam, velle illam caducam effici: nam aliud est donare, aliud vero lucrum non accipere, seu potius repudiare antequam illud sit delatum, etiam si hoc fiat contemplatione certæ personæ. *d. l. si sponsus, §. si maritus. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. qui autem, ff. qui in fraud. credit.* Lap. *alleg.* 25. *num.* 5. Vincent. de Franch. *decis.* 14. *num.* 24. vbi quod magna est differentia, vtrum quis vtatur verbo repudio, vel renuncio, in beneficium alicuius.

Secundò, quòd dato, quòd talis repudiatio posset aliquo modo dici donatio, tamen illa non subiaceret Statuto disponenti de donatione; quia Statutum locum non habet in remissione, seu donatione iuris quærendi, & tanto minus, quando tale ius non est aliqua spe certa radicatum, ideoque nec certa æstimatione æstimabile, ex supra allegatis.

Tertiò, quod tria principaliter acta fuerunt a D. Duce in instrumento, de quo agitur. Primum est, quòd Dominus Dux medio iuramento declarauit nunquam habuisse animum acceptandi substitutionem, eamque propterea voluit effici caducam. Secundum, quòd idemmet D. Dux legatum, & omnia in substitutione contenta refutauit ad fauorem Cardinalis præsentis, & acceptantis. Tertium, quòd ius ex dicto legato competens, quatenus opus esset, eidem Cardinali donauit: vnde quatenus dicta refutatio, & donatio indiguissent insinuatione, atque ita ob defectũ dictæ insinuationis D. Duci non obstent, obstat tamen repudiatio facta cum iuramento ex supra allegatis.

Nec obstat, quod ex repudiatione simplici nihil fuisset acquisitum Domino Cardinali. Quia imo eo ipso quod Dominus Dux cum iuramento declarauit nolle acquirere bona, remanserunt libera penes D. Cardinalem: & hodie petenti sibi restitui dicta bona vigore substitutionis ad ipsius fauorem post mortem Cardinalis factæ, ob-

stat

stat dictum iuramentum, quod seruare tenetur, *cap. cum contingat de iureiuran.* & in istis terminis renunciationis late probat Seraphin. *priuileg.* 109. *nu.* 3. *& seqq.* Peregr. *de fideicom. dicto artic.* 51. *nu.* 11.

Minus obstat quod si dicta repudiatio nõ subiacet Statuto disponenti de donatione, censetur saltem reuocata propter superuenientiam filiorum, etiam non obstante iuramento, *ad l. si vnquam, C. de reuocat. donat.* Quia dicta lex loquitur de donatione, & sic non procedit in repudiatione iuris quærendi. Cagnol. post alios *in l.* 1. *num.* 38. *vers. ad tertiam limitationem, C. de pact.* vbi quod licet forsan pater non repudiasset, si de filijs cogitasset, atque ita videatur militare eadem ratio *l. si vnquam*, tamen verba repugnant. Ruin. *cons.* 60. *nu.* 14. *lib.* 3. & maxime quando tale ius est incertum, & pendet a futuro euentu. Rip. *in d. l. si vnquam, num.* 2. *& seq. C. de reuoc. donat.*

Et omnis difficultas tollitur, quia ex tota serie facti, & præcipue ex instrumento 14. Nouembris 1597. inter dictum Dominum Cardinalem, & Dominum Ducem celebrato, in quo d. series facti narratur, satis apparet, quod dicta renunciatio non fuit gratuita, sed quod illa facta fuit in vsu scutorum vigintiquinquemilliũ, quę a Domino Cardinale solui debebant creditoribus D. Ducis, prout in effectu soluta fuerunt.

Nam hoc stante, dubitari non potest, quod dicta repudiatio nullo modo subiacet dicto Statuto, & dispositioni legis, si vnquam, etiam si esset vera & propria donatio, & de re æstimabili plus quã quingentis aureis facta. Natt. *cons.* 609. *num.* 9 *& seq.* Tiraq. *loco citato, nu.* 130. Crescent. *dec.* 1. *nu.* 6. *donat.* Rot. *dec.* 488. *nu.* 4. *par.* 1. *diuers.*

Quod autem dicta repudiatio non fuerit gratuita, colligitur ex pluribus. Et primo quia dicta scuta vigintiquinquemillia fuerunt paulo post dictam repudiationem dicto D. Duci soluta.

Secundò, quia in dicto secundo instrumento explicite narratur, quod D. Cardinalis soluit dicta scuta vigintiquinquemillia in recompensationem renunciationis sibi a D. Duce factæ.

Tertiò, quia ipsemet D. Dux in dicto secundo instrumento fatetur, dicta scuta 25. mil. fuisse ei soluta in recompensationẽ dictæ renunciationis.

Quartò, quia constat, quod D. Dux tempore dictæ repudiationis premebatur magno ære alieno, ita quod etiam ad effugiendam personalem executionem mandatorum contra ipsum relaxatorum, latitare cogeretur.

Quinto, quod idemet D. Dux in eodem instrumento dictum D. Cardinalem de dictis scutis 25. mil. quietat cum pacto ea amplius non petendi.

Ex his enim omnibus, saltem simul iunctis, apparet, quod nec dictus D. Cardinalis ex mera eius liberalitate dictam renunciationem recompensando donauit dicto D. Duci scuta 25. mil. nec minus D. Dux in tali angustia constitutus gratis dictam renunciationem fecit, & maxime quia eo ipso quod solutio fuit secuta paulo post renunciationem, præsumitur dicta renunciatio facta sub spe solutionis sequutæ. Bart. *l. penult. §. sicut si solut. matrim.* vbi quod liberatio facta per maritum præsumitur facta sub spe futuræ promissionis in continenti sequutæ. Alex. *cons* 148. *nu.* 1. & ibi *apostil. lib.* 5. Menoc. *lib.* 3. *præsump.* 12. *num.* 85.

Et quia D. Dux vtique non quietasset D. Cardinalem de dictis scutis 25. mil. nec promisisset illa amplius non petere, si fuissent gratis soluta, & non præcessisset prius quidã tractatus, & promissio inter eos soluendi dicta scuta 25. mil.

Et in omnem euentum, quia in hoc secundo instrumento D. Dux non solum quietauit D. Cardinalem de dictis scutis 25. mil. cum pacto, vt dictum est, de non amplius ea petendo, sed vlterius etiam promisit cum insertione tenoris primi instrumenti, renunciationi in ea factæ non contrauenire, cum iuramento, & obligatione Camerali, & cum clausula, pro quibus omnibus &c. quæ refertur etiam ad enunciata. Alex. *cons.* 17. *nu.* 2. *lib.* 3. Rot. *dec.* 741. *nu.* 2. *p.* 1. *diuers.* videtur quod saltem hanc promissionem pro dictis scutis 25. mil. fecerit, seu spem succedendi vendiderit, adeo quod huius nouæ obligationis, seu potius huius venditionis vigore possit a petitione dicti legati repelli.

Et ex his patet responsio ad id quod dicitur, quod primum instrumentum continet meram donationem: quia imo, vt dictum est, continet repudiationem, vt ex verbis supra relatis apparet. Et licet in eo fiat mentio de donatione, tamen hoc fuit factum ad maiorem cautelam & cum clausula, quatenus opus sit, hoc est quatenus repudiatio non teneret, vt satis ex lectura dicti instrumenti appareat & propterea dum dictus contractus sustinetur absque donatione, dictæ clausulæ habentur pro non appositis, vt per Modern. *de clausul. p.* 3. *cla.* 68. & fuit dictum *in Montis Regalis Iurisdictionis*, 16. *Decembris* 1605. *coram bo. me. Penia, & in Ferrarien Bonorum*, 11. *Martij* 1616. *coram Reuerendiss. D. meo Decano*; quod enim fuit ad maiorem firmitatem actus factum, non debet immutare naturam precedentis dispositionis. Bero. *cons.* 176. *nu.* 51. *lib.* 1. nec de directo contrarium operari, faciendo repudiationẽ corruere; Et in omnem euentum si contineret donationem, nihilominus talis donatio non esset donatio iuris, nec perfectè, nec imperfectè quæsiti, sed donatio iuris quærendi, nec vlla ipe certa radicati.

Quinimo nec dici posset donatio gratuita, sed potius quædam venditio iuris, seu spei succedendi, & sic talis donatio nullo modo, nullaque ratione subiacet Statuto nec dispositioni dictæ legis, si vnquam.

Et denique D. Dux repelleretur vigore nouæ obligationis factæ in secundo instrumento, quæ obligatio expressè facta fuit pro scutis 25. mil. receptis a D. Cardinale, vt dictum est: & per hũc secundum contractum, fuit primus renouatus, ad not. per Bart. Ias. & alios *in l. iuris gentium, §. adeo autem, de pact.*

Reuerendiſsimo D. Coccino Decano.

Signina Caſtrorum.

Veneris 4. Februarij 1631.

EPITOME.

Ius nondum delatum quando repudiari poſsit. De renunciatione iuris quæſiti, & iuris quærendi. Interpretatio ad l. ſi ſponſus, & l. 3. & 4. ff. de donat. inter vir. & vxor. Donationes inter coniuges, in quo caſu ſint validæ. In renunciatione an requiratur acceptatio expreſſa eius, ad cuius fauorem fit renunciatio. Clauſula, quatenus opus ſit, donat, &c. in repudiatione, an importet donationem, ita vt talis repudiatio indigeat inſinuatione. Vis clauſulæ, ex nunc, prout ex tunc, adiectæ actui conditionali.

Ad Cap. 149. & 150.

DECISIO CXXXI.

ITerum dubitaui, An ſententia Rotalis eſſet confirmanda. Et Domini perſiſtentes in reſolutis coram me ſub die 13. Nouembris 1623. affirmatiuè reſponderunt. Quia licet Excellentiſs. D. Dux Camillus de Comitibus eſſet ſubſtitutus bo. mem. Card. Saluiato in Caſtris, de quibus agitur, nihilominus cũ adhuc viuente eodem Cardinale ex nunc prout ex tunc dictam ſubſtitutionem, ſeu legatum poſtquam delatum eſset, cum iuramento refutauerit, atque repudiauerit; non potuit idem Dominus Dux ſequuto præfati Cardinalis obitu habere regreſſum ad prædicta Caſtra: quia finis, ſiue effectus renunciationis eſt priuatio, quæ nihil in renunciante relinquit. Bart. *in l. 1. colum. 2. verſ. quæro, qua eſt ratio, ff. de acquirend. hared.* quemadmodum enim a priuatione ad habitum non datur regreſſus, *l. homo liber, ff. de ſtat. hom.* ita conſequens eſt, vt renuncianti ad ius remiſſum regreſſus minimè detur, *l. quæritur, §. ſi venditor, ff. de adil. edict. l. Herennius in princ. ff. de euict.*

Neque obſtat quod ius nondum delatum repudiari non poſſit, *l. is, qui hæres, l. is poteſt, 18. ff. de acquirend. hæredit.* Quia id non procedit in caſu iſto, in quo non agitur de ſimplici repudiatione iuris nondum delati, ſed de renunciatione iuris ex fideicommiſſo conditionali quærendi, quæ quidem renunciatio ſuſtinetur, cum iuri nondum delato pendente conditione poſſit renũciari, & ſuper eo paciſci, *l. 1. C. de pact. l. hæredi 21. §. filiusfam. l. pactum 46. in fine de pactis.* Et ratio eſt, quia in fideicommiſſo, ſeu legato conditionali per fideicõmiſſum, non ſuperſtiti, ſed defuncto ſucceditur. *l. cohæredi 41. §. cum filia, de vulg. & pupill.* & non de viuentis, ſed defuncti hæreditate paciſcitur: ideo in dictis legibus tale pactum de non ſuccedendo valuit, vt dicunt *in d. l. 1. Iaſ. nu. 18. Rip. n. 27. Zuccard. n. 162. Cuman. in §. 1. in fin.* Petr. Aug. Morla *in 1. p. emporij tit. 3. q. 5. n. fin.* Robled. *de repræſentatione lib. 2. c. 16. n. 73. & 74.* Quæ eo magis procedunt, quando renunciatio fuit cum iuramẽto, vt per Sicard. *in d. l. 1. n. 21.* vbi allegat DD. in *c. quamuis pactum, de pactis in 6.* Et ratio differentiæ eſt, quia repudiamus tantùm id quod eſt noſtrum, vel nobis delatum, vel acquiſitum eſt de præſenti, cùm repudiatio in iure conſiſtat. *d. l. is poteſt, l. repudianda 23. ff. de acq. hæred.* Renunciamus autem, vel paciſcimur quoquo modo de rebus futuris, quæ nondum nobis delata ſunt. Franciſc. Duaren. *ad tit. ff. de acq. hæred. c. 9. quæ neceſſaria ſunt ad repud. hæred. pag. 1081 in fin.* Cuiac. & Ant. Faber. *in d. §. filiusfam.* Hubertus Giffanius *in tract. de renunciat. ante c. 1. pag. 15. poſt med.* Briſſon. *lib. 3. de ſolut. pag 435.* Iulius Pacius *diſp. 5. ad Pandectas iuris ciuilis theſi 32.* Robled. *de repræſent. loco cit. nu. 73.*

Nec eſt verum, quod prædicta renunciatio tãquam habens vim donationis ſit nulla, ex quo ea ret inſinuatione requiſita a Statuto Vrbis *c. 149. & 150. lib. 1.* Quia cùm prædicta renunciatio facta fuerit Cardinale inſtituto adhuc viuente, non poteſt dici renũciatio iuris iã quæſiti, & ſic donatio, ſed renunciatio iuris ſub cõditione quærẽdi, quæ valet, vt dicã eſt; nec eſt, nec poteſt eſſe donatio, vt probatur in *l. ſi ſpõſus, §. ſi maritus, ff. de donat. inter vir. & vxor.* vbi licet donatio inter virũ, & vxorẽ ſit prohibita, id tñ procedit in iure quæſito, non autem in iure quærendo: & reddit rationem *tex.* ibi, *Neque enim pauperior fit, qui non acquirit, ſed qui de patrimonio ſuo diſpoſuit* prout ad idem eſt *tex. in ..quia autem, & l. Iulia. nus. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam.* & ſic iura conſtituunt differentiam inter ius quæſitum, & quærendum. Ita aut renunciatio iuris quæſiti ſit talis donatio, quæ egeat inſinuatione, ſecus autem renunciatio iuris quærendi, quia tunc ſolum obuiatur acquiſitioni iuris, itaut non ſit donatio, vt ex prædictis iuribus ita reſpondet Bald. *in l. illud, 17. n. 11. C. de ſacroſ. eccleſ.* vbi quod ſi filia dotata renunciat in manibus patris futuræ illius ſucceſſioni cum iuramento, vt in *cap. 2. de pact. in 6.* hæredes patris non tenentur illam renunciationem inſinuare, quia renunciatio obuiat principio acquiſitionis, & non eſt donatio: & per eandem rationem generaliter loquuntur Doctores in noſtris terminis, Corn. *conſil. 26. num. 17. volum. 3.* vbi teſtatur per doctrinam Baldi ſe vidiſſe conſultum, quòd diſpoſitio *l. ſi vnquam, C. de reuoca. donat.* non habet locum in donatione, quæ obuiat acquiſitioni. Rip. *in dicta l. ſi vnquam, num. 20. verſ. vnde putarem.*

Ant.

Ant. de Canario *in tract. insinuat. quæst.* 16. p. 2. Soc. sen. *cons.* 114. *n.* 8. *lib.* 1. Crot. *cons.* 78. *nu.* 42. *lib.* 1. Alex. *cons.* 29. *nu.* 7. *lib.* 3. Ruin. *cons.* 170. *nu.* 11. *lib.* 1. Rol. *de lucro dot. q.* 39. *nu.* 24. Phanuc. *eod. tract. quæst.* 8. *num.* 17. *& seqq.* Tiraq. *in d. l. si vnquam, in verf. donatione largitus. n.* 180. Gabr. *de donat. concl.* 1. *nu.* 82. *in fin. limit.* Alb. *cons.* 751. *nu.* 18. *vol.* 4. Barbat. *cons.* 41. *per tot. & præsertim ante med. verf. & accedit elegans tex. vol.* 1. Camill. de Medic. *cons.* 20. *n.* 18. Galerat. *de renunc. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 19. *lib.* 2. Maccabr. *cons.* 30. *nu.* 299. *cum seqq.* Galuan. *cons.* 38. *in fin. verf. secus esset.* Carpan. *ad Statuta Mediolanen. cap.* 324. *nu.* 25. *& seqq.* Gomez *var. tom.* 1. *c.* 4. *n.* 10. *per tot.* & præsertim *in verf.* 2. *infero* : qui etiam Doctores concludunt, quòd nec ista renunciatio potest reuocari per superuenientiam filiorum, & bene Ruin. *in cons.* 89. *num.* 19. *verf. non obstat igitur primum. lib.* 1. Alex. *d. cons.* 29. *num.* 16. *lib.* 3.

Neque obstant in contrarium ponderata aduersus *text. in d. l. si sponsus, §. si maritus*, per quam mouentur Doctores prædicti ex *text. in l.* 3. *in fin.* & *in l.* 4. *ff. de donat. inter. vir. & vxor.* videlicet quòd *tex. in d. §. si maritus* procedat in simplici renunciatione, non autem in renunciatione ad fauorem certæ personæ, prout fuit factum in casu isto. Quia hæc distinctio non est vera, nec probatur ex iuribus allegatis: nam si in casu isto requiritur acceptatio, vt statim dicetur, vis non est in repudiatione ad fauorem certæ personæ acceptantis, sed in acquisitione prius, & cessione postea facta, quæ habet vim donationis, & ita loquuntur iura in contrarium ponderata. Nam etsi *l.* 3. dicatur: Si Lutium Titium donaturum mihi iussero vxori meæ dare breui manu, Lutius Titius mihi, & mox vxori meæ donasse videtur, ac proinde donatio non valet; tamen non applicatur dispositio illius textus ad casum nostrum: quia etsi res videatur transire in manum vxoris recta via, non in manum viri, tamen & in manum mariti prius peruenisse videtur, & consequenter de manu mariti in manum vxoris peruenisse intelligitur. Denique studio celeriter transigendi negotij iussu mariti, dum cupienti animo eius non satis festinauit Lutius Titius, maritum transijsse videtur, & protinus dedisse vxori, omisso circuitu illo. Cùm ergo Lutius Titius donasse marito videatur, & porro maritus vxori; euidens est posteriorem à marito vxori donationem non valere. Et idem est, quod dicitur in *dicta l.* 4. *sequenti*, vbi si ægrotum donaturum marito mortis causa iusserit dari vxori suæ; nam & hoc casu æger marito, vt voluit, mortis causa, donare videtur; maritus verò protinus purè, & directo, non mortis causa, donasse videtur, & proinde donatio non valet: donatio enim pura, siue directa, inter maritos non valet; donatio mortis causa valet. Neque verò dici potest in hac specie donationem valere, quæ a marito profecta intelligitur in vxorem, quòd ex ea donatione maritus pauperior non fiat, & certum est inter maritos donationes valere, si is, qui donat, eo non fiat pauperior, idest si nihil diminuat de suis bonis, *l. sed & constante matrimonio* 25. *ff. de donat. inter vir. & vxor.* Id tamen in facti specie *d. l.* 4. dici non potest, quia maritus ex ea donatione pauperior fit, quatenus infirmata, & reuocata donatione mortis causa, quam sibi æger, vel infirmus fuit reuocata in quam ea donatione conualescentia donatoris, tenetur maritus donatori conditione ob causam: vt reddat id quod accepit. *l. non omnis* 19. *ff. si cert. pet.* Confirmata autem ea donatione morte donatoris, quæ contigerit superstite, & viuo marito, maritus non habet in bonis, quod habiturus esset, si vxori nõ donasset. *l. si quid mihi mortis causa* 56. *ff. de donat. int. vir. & vxor.* quamobrem donatio, quæ purè a marito collata est in vxorem, ipso iure nõ valet in casu *d. l.* 4. & sic aliud est diminuere, vt in *d. l.* 3. & 4. aliud non augeri, siue nõ acquirere, vt in *d. l. si sponsus, §. maritus*: & ita his verbis elegantissimè declarat Cuiac. *in lib.* 17. *ff. Saluij Iuliani in d. l.* 3. & 4. & in *d. l. si sponsus, q.* 5. *§. maritus, tom.* 3 *secundum nouam impressionem, fol.* 124. *cum seqq.*

Quod autem adsit acceptatio Cardinalis inficiari non potest, cùm renunciatio fuerit facta ipso præsente, & sufficiat, quòd taceat, tacendo enim in sui ipsius commodum, assensisse, & acceptasse censetur. *l. tale pactum in princ. ff. de pact. l. qui patitur, ff. mandat.* Bart. *in d. l.* 1. *nu.* 4. C. *de pact.* Poll. Iacob. de Arena, Cin. *nu.* 5. *ad med. verf. quid dicemus*, C. *de pact.* Salic. *n.* 5. *in* 4 *oppos.* Alex. *nu.* 5. Ias. *nu.* 15. Seyfer. *nu.* 13. Iacobin. de s. Georgio, *n.* 17. Curt. iun. *n.* 35. Vbertin. Zuccard. *nu.* 134. *cum seqq.* Cagnol. *nu.* 69. Alciat. *nu.* 18. Ias. *in l. cum proponas, num.* 11. C. *eod. tit. de pact.* Peregr. *de fideicom. d. artic.* 52. *nu.* 11. Surd. *cons.* 393. *nu.* 3. *& seqq.* Et quamuis Imol. *in d. l.* 1. *§. si quis ante ff. a quibus appell. non licet*, Purpur. *n.* 61. Sicard. *n.* 20. Camill. Medices *cons.* 156. *num.* 23. teneant requiri acceptationem expressam, tamen loquuntur contra communem sententiam, vt patet ex prædictis. Sed cessat omnis difficultas ex acceptatione expressa facta per Cardinalem, ibi, remittit, & repudiat (*s.* D. Dux) ac pactum, vt supra de non petendo in perpetuum medio iuramento dicto D. Cardinali, prout supra, & suis hæredibus, & successoribus quibuscunque, quorum nunc interest, interfuit, intererit, & interesse poterit quammodolibet in futurum, &c.

Non obstat quod negocium non steterit in terminis simplicis renunciationis, cum dicta renunciatio fuerit facta, nedum Cardinali, sed etiam hæredibus: & successoribus, & propterea censeatur donatio, cùm etiã spes possit donari *l. spẽ. C. de donat.* per quem *tex.* ita respondet Bart. *in l. fin. ante finem, verf. certè ff. de administr. tut.* Socin. iun. *cons.* 82. *n.* 38. *verf. facit, l. Ipsum lib.* 4. Ruin. *cons.* 204. *n.* 4. *lib.* 1. Galer. *de renunc. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 19. *in fine.* Quia obiectum procederet, si Dux egressus fuisset fines renunciationis, vt si simpliciter tertio, vel hæredibus Cardinalis cessisset spem succedendi, vt loquuntur prædicti Doctores, & bene declarat Ruinus: sed Dominus Dux renunciauit ad fauorem Cardinalis, qui tenebatur restituere: ideoq; licèt acceptauerit dictam renunciationem pro se, hæredibus, & successoribus, tamen renunciatio censetur facta

Cardinali, & acceptatio pro se, hæredibus, & successoribus, non alterat renunciationem, itaut dicatur facta ad fauorem tertij: quia quamuis non fuisset dictum quòd Cardinalis acceptabat pro se, hæredibus, &c. attamen censeretur acceptasse no mine etiam suorum hæredum, quia in dubio quis censetur velle sibi, & hæredibus suis prouidere. *l. si pactum, in fin. ff. de probat. l. necessarius, §. pen. ff. de pign. act.* & sic omnis stipulatio tam ad hæredes, quàm contra hæredes transit. *l. veteris*, C. *de contrahen. & commit. stipulat.* & propterea in hoc casu expressio hæredum non importat, nisi quandam mentionem eius, quod tacitè inerat Anchar. *cons.* 404. *n.* 7. Caltr. *cons.* 338. *ad primũ, n.* 2. & dicta expressio illius, quod tacitè inerat, non alterauit dispositionem. Anchar. *cons.* 147. *num.* 4. & hoc in effectu est, quod dicit Bald *in d. l. illud*, & alij Doctores supra allegati.

Neque est verum, quod ista sit repudiatio mixta cum donatione, & ideo indigeat insinuatione. Corn. *cons.* 11. *num.* 23. *lib.* 3. Calcan. *cons.* 25. *num.* 23. *vers. sed potest dici, vsque ad nu.* 25. Cagnol. *in l. si quis in obligationem* 116. *num.* 3. & 4. *ff. de reg. iur.* Maccabr. *cons.* 30. *num.* 248. *vsque ad* 261. Nam dum hoc deducitur ex eo quod dicitur in instrumento, donatione pura, & irreuocabili inter viuos &c. est aduertendum quod repudiatio stat omnino de per se, & est separata: & licet postea subdatur, & quatenus opus sit donat, &c. clausula, quatenus sic, operatur, quod simpliciter non fuerit donatum, sed sub conditione: dictio enim, quatenus, conditionem importat. *l. Stichum, qui meus erit*, & *ibi* Doctores, *de verb. oblig.* Bart. *in l.* 1. *n.* 20. *ff. d constit. & demonstr.* Rumin. iun. *consil.* 129. *num.* 20. *lib.* 2. & est modificatiua, & intelligitur in quantum sit opus. *l. si vnus, §. si pactis, ff. de pact.* Dec. *in l. quatenus* 23. *in princip.* & ibi Cagnol. *num.* 1. *ff. de reg. iur.* Rumin. iun. *consil.* 135. *nu.* 49. *lib* 4. Rebuff. *in l. locos col. pen. in fin. quatenus, ff. de verb. obligat.* Sed quia Cardinalis non egebat dicta donatione, quia repudiatio sustinetur, vt supra probatum est, contraria conditione ista donatio conditionalis censetur sublata. *l. aliquando, in fine, ff. de cond. & demonstr. l. si legatum purè, & l. legata inutiliter, ff. de adimen. legat.* Bart. *in l. pater familias testamento. par.* 1. *ff. de haredib. instit.* Cephal. *cons.* 649 *num.* 30. *lib.* 5. & proinde est, ac si facta non fuisset. sanctæ memor. Greg. *decis.* 555. *num.* 2. & 3.

Dum verò deducitur repudiatio mixta cum donatione ex pacto de non petendo, quod operatur vt renunciatio tranſeat in donationem, Zuccar. *in l.* 1. *num.* 141. *vers. & in testamento*, C. *de pact.* sanctæ mem. Greg. *decis.* 15. *nu.* 5. *& seqq.* eadem militat responsio, videlicet, quod repudiatio stat de per se, & pactum de non petendo pari modo fuit additum cum prædicta clausula salutari, quatenus opus sit.

Placuit etiam Dominis aliud fundamentum, videlicet, quod quatenus sine veri præiudicio ista esset donatio, non tamen subiacet dispositioni dictorum Statutorum, cùm non sit ob liberalitatem, sed correspectiua ad summam scutorum vigintimillium, quam Cardinalis sequenti die, quo fuit celebratum primum instrumentum, dedit Excellentiss. D. Duci, prout abunde fuit consideratum in vtraque decisione.

Vlterius fuit principaliter consideratum, quòd in casu isto fuit renunciatum dictæ substitutioni, postquam ius succedendi fuerit delatum, cum clausula ex nunc, prout ex tunc: quæ cùm fuerit addita conditionali, scilicet postquam delatum fuerit fideicommissum, repudiatio censetur facta pro tempore purificati fideicommissi; ex cumulatis in alia decisione facta die 13. Nouembris 1623. quibus potest addi Tiraquell. *de retract. condition. & de constituto, par.* 3. *limit.* 2. *num.* 16.

Et ista cõclusio corroboratur ex eo, quòd etsi repudiatio fuerit facta tempore inhabili, scilicet ante delatum fideicommissum, tamen cùm effectus fuerit collatus in tempus habile, sustinetur, *l. in tempus, ff. de hared. instit.* Nam etsi institutio illius, qui tempore testamenti incapax reperitur, sit nulla, *l. prima*, C. *de hared. instit. l. si alienum, §. in extraneum, ff. eodem tit.* institutio tamen incapacis collata in tempus, quo fuerit capax, sustinetur, *dicta l. in tempus*. Et quamuis institutio posthumi alieni media iuris prudentia non esset permissa; attamen Gallus Aquillius formulam induxit, per quam posthumi alieni institutio collata in tempus, quo suus nasceretur valida esset, vt in *l. Gallus in princip. ff. de liber. & posthum.* notant ibi Doctores: nam sustinetur dispositio in tempus collata cum dictione tunc, quæ temporis extremitatem indicat, vt notant Doctores *in dicta l. Gallus*, ibi, *tunc si quis mihi nepos* Fortunius *nu.* 25. Marius Salomonius *num.* 28. Torniell. *num.* 44 Bolognett. *nu.* 91. & alij, & notatur etiam *in l. si is* 4. *§. vlt.* ibi, *quia hic articulus, tunc, extremum quinquennij tempus significat, ff. de condit. & demonstr. l. tutoribus* 33. *ff. de testam. tutel.* Cossa *in §. & quia si tantum. 5. par. num.* 99. Peregr. *de fideicommiss. artic.* 19. *num.* 15. Fular. *de substitut. quæst.* 460. *num.* 10. Nam in his dispositionibus, quæ diem, & conditionem continent, propter diem non admittitur retrotractio; secus tamen quãdo vna cum die adest conditio, *l. si ergo, ff. de iur. dot.* Fabet *lib.* 8. *coniectur. cap.* 9. & *de erroribus pragmaticorum tom.* 2. *decad.* 47. *errore* 4. *l. in illa stipulatione* 8. ibi, *tota enim obligatio sub conditione, & in diem collata est: & licet ad conditionem commissi videntur dies, tamen superest, ff. de verb. oblig.*

Neque huic fideicommisso obstat, quod in puncto contrarium tenet Camillus Mcoices *consil.* 156. *num.* 17 *& seqq.* Quia mouetur ex tribus rationibus, quæ de facili refelluntur. Mouetur enim primo, quia iura generaliter loquuntur de repudiatione facienda post aditam hæreditatem: quæ ratio nihil facit, cum non renuncietur de præsenti, sed purificato fideicommisso, nam ante purificationem conditionis, nulla adest repudiatio, vt bene per Cassad. *dec.* 3. *n.* 3. *de prob.* & patet ex rationibus supra ponderatis.

Secundo mouetur ex eo quod iura, quæ probant renunciationem non dari ante delatum fideicommissum: negant potentiam repudiandi,

quod

quod motiuum nihil facit, cum agatur de repudiatione, quæ proinde est, ac si fuisset facta post delatum fideicommissum.

Tertio mouetur ex eo quod verba præsentis temporis relata ad id quod de præsenti verum non est, resoluuntur, itaut sensus sit, repudiabo tunc: quod non facit; posset enim considerari in simplici repudiatione, purè facta ante delatam hæreditatem, non autem in conditionali ex supra allegatis, & bene Cassad. *dicta decis. 3. num. 14. in fine, vers. cui conclusioni, & num. 15. per tot.*

Et sic fuit vtraque parte informare, concluſũ.

R.P.D. Manzanedo.

Imolensis Rescissionis Contractus.

Lunæ 26. Iunij 1617.

EPITOME.

De transactione facta cum minore, quòd timor futuræ litis sufficiat ad eam sustinendam: & an per læsionem rescindi possit. Læsio enormissima quæ dicatur. Insinuatio an sit necessaria in transactione.

Ad Cap. 150. num. 5.

DECISIO CXXXII.

DOmini dixerunt obligationes fratrum de Carantibus ad fauorem creditorũ suorum sustineri, & sic standum in decisis; cùm fuerint factæ seruatis seruandis, & cum solemnitatibus Statuti Imolensis requisitis in contractu minorum, & ex iusta causa.

Nam Balthassar illorum pater emerat ab Alexandro quædam prædia, & soluta parte precij, remansit illius debitor in scutis 1100. quæ precia vna cum alijs bonis postea fuerunt a Balthassare tanquam fideiussore Rentij per Cameram Apostolicam auocata, & demum cessa ipsius filijs pro scutis nouemmillibus, qui illa vendiderunt pro scutis vigintimillibus, & satisfecerunt Cameræ; & de eo quod supererat emerunt stabilia, & census: super quibus cùm molestarentur a creditoribus paternis, & præsertim ab Alexandro, qui ratione venditionis prædiorum remanebat creditor in dictis scutis mille centum, & sequestrauerat fructus dictorum censuum, ad se eximendos a dictis molestijs transegerunt cum Alexandro, & alijs creditoribus, & conuenerunt vt ille ex fructibus censuum consequeretur scuta centum annua, donec esset satisfactus: & eodem etiam modo promiserunt soluere alijs creditoribus, & dixerunt velle illis de proprio satisfacere, qua fic sibi de rebus proprijs facere placet.

Cuius quidem transactionis causa satis iusta, & vtilis videtur, cùm Alexander potuisset statim consequi suum creditum, & nihilominus transigendo contentus fuit scutis centum annuis tantum vsque ad integram satisfactionem, prout & cæteri creditores, quibus dicta bona erant hypothecata, potuissent eos molestare: qui solus timor litis futuræ sufficeret ad sustinendam transactionem. *l. 2. C. de transact.* Nec posset rescindi sub prætextu læsionis: quia ad istum effectum non debet considerari dubius litis euentus. Bart. *in l. si quis cùm aliter, num. 5. ff. de verb. oblig.* Honded. *conf. 34. num. 55. lib. 1.* Seraphin. *decis. 638. num. 9.* Et læsio deberet esse enormissima in magno excessu, & vltra dimidiam. Corn. *conf. 166. num. 11. lib. 1.* Dec. *in l. cum te, sub num. 1. C. de transact.* Cagnol. *in l. 2. num. 8. de rescind. vend.* Odd. *de rest. in integr. par. 2. quæst. 66. art. 4. num. 20.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 26. tit. 9. num. 29.* Put. *decis. 233. lib. 1.* secundum nou. impress. Rot. *decis. 102. num. 2. par. 1. diuers.*

Vlterius cùm dicti fratres vti sunt transactione pro relaxandis sequestris factis ad instantiam Alexandri, qui illis renunciauerat in transactione, satis æquum videtur, vt eam in cæteris obseruent, cùm præsertim illam obseruauerint cum Vincentio altero ex creditoribus, cum quo etiã fuit inita dicta transactio.

Quibus accedit, transactionem fuisse factam cum decreto Iudicis, quod facit præsumere actũ fuisse cautè gestum, vt in proposito considerat Bald. *conf. 448. in fin. lib. 1.* Becc. *conf. 52. num. 13.* Surd, *conf. 451. num. 28.*

Neque obstat quod ex testibus datis constet hos fratres habere consanguineos, & ideo illi debebant interuenire in transactione, non autem officialis bollettarum, qui solet adhiberi in illorum defectum. Quia dicti testes deponunt de tempore præsenti, non autẽ transactionis, prout requiritur; & in contrarium adest assertio iurata ipsorum fratrum, cui videtur standum, donec concludenter probetur existentia consanguineorum, nec non præsentia, & habilitas ad interessendum de tempore transactionis ex adductis in decisione.

Minus facit defectus insinuationis, tum quia suppletur per præsentiam Iudicis. Paris. *conf. 96. num. 40. lib. 1.* Surd. *conf. 385. num. 36.* Gabr. *de donat. conclus. 1. num. 46. & seq.*

Tum etiam quia non versamur in donatione, sed in transactione, in qua insinuatio non est necessaria, cũ non fit tanti præiudicij, propter litem, & eius dubium euentum.

R.P.D.

R.P.D. Orano Romana Viridarij.

Lunæ 19. Februarij 1590.

EPITOME.

Donatio quibus in casibus dicatur impropria, & non subiaceat Statuto Vrbis circa solemnitates requisitas in donationibus.

Ad Cap. 150. num. 54.

DECISIO CXXXIII.

DOmini resoluerunt donationem, de qua in instrumento, attenta respectiuitate, & quatenus non excedit summam per donatarium promissam, fuisse validam.

Nam quando vertitur consideratio mutui commodi, glos. *l. Aquilius Regulus, verb. coram me, ff. de donat.* Oldrad. *cons.* 139. *num.* 3. vel quando adest onus vicissitudinarium annuu, glos. *in l. licet in verb. mortis, vers. item donatio*, & ibi Alex. *num.* 4. Iacob. de Sancto Georgio *num.* 7. Ias. *num.* 13. Rimin. *num.* 3. *C. de pact.* Curt. iun. *cons.* 81. *num.* 5. Clar. *in verb. donatio, quæst.* 2. *vers. item quero*: etiam si onus huiusmodi concernat commodum solius donatarij, Nate. *cons.* 609. *num.* 29. aut per modum conditionis apponatur; non est propriè donatio. Dec. *in l.* 1. *num.* 29. *circa fin. ff. si cert. pet.* & propterea non dicitur subiacere Statuto requirenti certas solemnitates; ad not. per Bart. *in l.* 1. *in fin. ff. de donat* & *in l. filius familias, num.* 1. *cod. tit.* Ruin. *cons.* 126. *num.* 19. *vers. & per textum.* Rip. *in l. si vnquam, nu.* 25. *C. de reuocan. donat.* cum aliis adduct. per Tiraquell. *in dicta l. si vnquam, verbo, donatione largitus, num.* 141. cum pluribus seqq.

Quare cum Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Marcus Antonius donauerit viridario Ioanni Vincentio, cum pacto, quòd in euentum dilectionis viæ publicæ teneretur vicissim dare non solum transitum per lineam directam terreni donati, sed etiam pro rata parte terreni proprij; sequitur, quod in quantum promissum per Ioannem Vincentium æquiualet viridario donato, non est propriè donatio, nec in consequentia subiacet solemnitatibus, de quibus in Statuto Vrbis *cap.* 22. *lib.* 4. & hoc absque difficultate.

Sed quia prætenditur pro parte hæredum Excellentissimi Domini Marci Antonii excessus in re donata, quod procul dubio suppositum est dispositioni Statuti. Corn. *cons.* 45. *in fin. lib.* 4. Tiraquell. *in dicta l. si vnquam in verbo donatione largitus, num* 149. Ideo placuit Dominis videre, cui partium incumbat probatio huiusmodi excessus.

Cardinale Millino. Spoletana Terrarum.

Lunæ 21. Iunij 1599.

EPITOME.

Filij in conditione positi quando sint tacitè vocati. Multa de fideicommissi inductione, & de pacto resolutiuo. Dispositio l. quoties, C. de donat. in quo casu habeat locum. Donatio causa matrimonij an egeat insinuatione.

Ad Cap. 150. num. 55.

DECISIO CXXXIIII.

QVoniam resolutio istius dubii aliàs proposita, & resoluta, an venditio sustineatur, pendet ab alia inspectione, an extet fideicommissum; quia stante fideicommisso non est satisfactum obligationi de tradendo rem liberam, neque emptor est tutus, cum substituti primo loco substitutionibus possint reuocare alienationem, per informantes fuit potissimum restricta difficultas ad hoc caput, an extet fideicommissum. Et Domini concorditer resoluerunt adesse fideicommissum, & consequenter venditionem non subsistere.

Moti fuerunt primò ex substitutione facta Aurelio, si decesserit sine filiis. Licet enim filii in conditione positi non censeantur vocati iux. opinionem glos. *in l. Lucius, ff. de hæred. instit.* quam Rota seruat; Tamen secus est, quando concurrunt coniecturæ in contrarium mentis testatoris. Corn. *cons.* 146. *vol.* 2. Caputaq. *dec.* 69. *lib.* 3. in manuscript. hic autem videbatur Dominis concurrere vrgentissima coniectura, quòd isti filij Aurelij positi in conditione, in alia parte testamenti, scilicet in casum delicti, sunt expressè vocati: & sic succedit cons. Ias. 108. *colu.* 5. *lib.* 4. quòd etiam in alia parte, in qua sunt positi in conditione, censentur vocati, & tenuit Rota *in causa Vrbeuetana Oattorum*, 15. *Aprilis* 1578. *coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto*, & in alijs cautis. Præterea concurrunt aliæ coniecturæ, quòd sint positi in conditione filii masculi Aurelij: nam & sunt descendentes donatoris, & adest digressio ad alios gradus.

Et licet istæ coniecturæ singulæ de per se valde controuertantur inter Doctores, tamen simul iunctæ cum vocatione in alia parte, sufficiunt, vt per Gabr. *de fideicomm. concl.* 4. *num.* 49.

Secundò fideicommissum est clarum, si Aurelius committat delictum: in quo casu donator disponit, quòd bona ad filios masculos ipsius Aurelij, aliquin ad eius hæredes, & successores deuoluantur. Et ideo, cùm Aurelius potuit habere

bere filios, & committere delictum, casus fideicommissi stat in pendenti.

Tertiò aliquibus ex Dominis placebat aliud fundamentum, quòd prohibitio alienationis non est nuda, sed vestita ex causa pro conseruatione bonorum in filio, & alijs, vt supra dictum est: & cùm supra fint vocati hæredes, & successores, per nomen collectiuum, inter ipsos est inductum fideicommissum simplex & absolutum *l. cùm ita, §. in fideicommisso*, & ibi Paul. & alij. *l. peto, §. frater, ff. de legat.* 1. Dec. *conf.* 38. *num.* 1. Socin. *conf.* 90. *col.* 1. *lit. lib.* 1. & *l. si cognat. n.* 32. *ff. de reb. dub.* & fuit resolutum *in causa Ianuen. Fideicommissi*, 24. *Nouembris* 1586. *coram R. P. D. meo Pamphilio* & sæpius in alijs causis. Et licet clausula declarans non sit posita statim post prohibitam alienationem, tamen secundum istos Doctores est clausula generalis de per se in fine posita, & debet referri ad omnes substitutiones.

Non obstat quòd ex isto fideicommisso oritur solum actio personalis, quæ non datur contra primum possessorem. *l. quoties, C. de donat. quæ sub mod.* Quia in casu isto adest stipulatio pro hæredibus, & successoribus, cùm donatio fuerit facta Aurelio præsenti, &c. & sic acceptanti pro se, hæredibus, & successoribus: in quo casu cessat dispositio *dicta l. quoties*, cùm habeat locum solum quando non interuenit stipulatio.

Non obstat quod non possit esse amplius locus fideicommisso, cùm stante pacto resolutiuo, resoluta donatione, fuerit etiam resolutum fideicommissum, & bona redierint ad Nicolaum, & vti libera peruenerint ad Aurelium, qui solus est hæres Nicolai. Quia pactum resolutiuum habet locum volente eo, in cuius fauorem est appositum. *l.* 2 *ff. de legat. commiss.* & sic donante, qui decessit absque aliqua declaratione. Nec potest Aurelius, qui contrauenit, vti hoc pacto in eius odium adiecto, in præiudicium vocatorum ex fideicommisso, quibus post obitum donantis acquisitum est ius in spe in casu obitus ipsius sine filijs, vel delicti, vt dictum est.

Non obstat quod ista donatio est nulla, cùm non fuerit insinuata? Quia donatio fuit facta ob causam matrimonij, vt Aurelius commodius posset matrimonium contrahere: Ideo insinuatio non est necessaria. Bart. Ang. Imol. & alij *in l. Aquilius Regulus, ff. de donat.* & in terminis Statuti fuit resolutum *in causa Romana Viridarij*, 23. *Februarij* 1590. *coram R. P. D. meo Orano*.

Et ex his Domini recesserunt a resolutis.

Eminentissimo Pamphilio.

Faneñ Saluiani.

Veneris 8. *Martij* 1613.

EPITOME.

Donatio propter nuptias, cum conditione, dummodo nubat, &c. an sit sponsalitia largitas; & an soluto matrimonio reuertatur ad virum, vel ad eius hæredes?

Ad Cap. 150. *num.* 55.

DECISIO CXXXV.

VNa tantum parte informante dixerunt Domini, donationem per Antonium in instrumento dotali Dorotheæ factam, non debere redire ad hæredes Antonij. Quia cum illa fuerit simpliciter, facta post constitutionem dotis ex sui animi benignitate erga Dorotheam, cum clausula, dummodo sibi nubat, & non aliter, &c. causa finalis illius dicitur fuisse matrimonium de futuro: ad quod contrahendum huiusmodi donatio partes impellit. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 3. *tit.* 12. *num.* 24. *& seqq.* & propterea censetur quædam sponsalitia largitas, quæ iuxta propriam ipsius naturam soluto matrimonio per mortem Antonij non reuertitur ad illius hæredes, sed remanere debet Dorotheæ. *l. cum veterum, C. de donat. ante nupt.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 10. *tit.* 1. *num.* 2. *& seqq.* Molin. *de contract. disput.* 290. *num.* 1. *& seqq.* Sanchez *de matrim. lib.* 6. *disput.* 18. *num.* 1. *& seqq.*

Neque obstat, quod donatio propter nuptias soluto matrimonio reuertatur ad virum, vel eius hæredes, vt per Corn. *conf.* 256. *num.* 31. *lib.* 1. cum alijs allegatis. Quia vt patet in supra deductis, non versamur in donatione propter nuptias, quæ propriè fit contemplatione dotis, & pro cautela mulieris, vt ei sit magis cautum pro dotis restitutione, vt dicit idem Corn. *d. conf.* 256. *num.* 31. *lib.* 1. Becc. *conf.* 43. *nu.* 12. Menoch. *conf.* 33. *num.* 24. Guidopap. *decis.* 141. *nu.* 2. sed in sponsalitia largitate facta a futuro marito, vt mulier sibi nubat: quæ vt supra dictum est, soluto matrimonio non reuertitur ad illius hæredes, *dicta l. cum veterum, C. de donat. ante nuptias*.

Quod etiam suadetur ex eodem instrumento, in quo antea ipse Antonius pro assecuratione dotis obligauit omnia eius bona: quo casu non censetur postea facere voluisse donationem propter nuptias, vt denuo cautam illam reddat. Hon ded. *conf* 48. *num.* 11. *& seq. lib.* 1. Præsertim cum donatio propter nuptias hodie non fit amplius in vsu: glos. *in auth aequalitas, verbo pari C. de pact. conuent.* Clar. *in §. donatio, quæst.* 11. *versic.*

cerſit. diſpoſitio tamen. Aym. conſil. 462. num. 1. Card. Mantic. *de tacit. & ambig conuent lib. 20. tit. 4. num. 15.* Molina *de contract. d. diſput. 290. ſub num. 8. verſ. hodie tamen donatio*. Ideoque non cenſetur Antonius voluiſſe facere, quod fieri non ſolet; vt in iſtis terminis arguit Aymo. *conſil. 880. num. 5.* Honded. *conſ. 48. num. 10. lib. 1.*

Et ita ceſſat etiam ponderatio facta in illis verbis, *& dicta ſcuta mille donata creſcant in augmentum dotis*: quod quidem augmentũ nil aliud eſt, quam donatio propter nuptias. Aym. *conſil. 880. num. 4.* Natt. *conſ. 153. num. 7. lib. 1.* cum alijs allegatis. Quia id procederet, ſi augmentum eſſet factum correſpectiuè ad dotem, non autem quando, prout in caſu iſto reperitur factũ propter matrimonium de futuro: nam tunc dicitur ſponſalitia largitas, quæ differt a donatione propter nuptias, vt colligitur per text. *in l. cum veterum, C. de donat. ante nupt.* cum alijs ſupra citatis. Vltra quod illa verba non fuerunt appoſita ipſi donationi, ſed in caſu, quo matrimonium culpa Antonij donatoris non ſortiretur effectum: tunc enim voluit Antonius, quòd donatio nihilominus eſſet valida, & Dorothea illam acquireret, & creſceret in augmentum dotis. Vnde ſicut in caſu illo non ſecuti matrimonij, Antonius, & eius hæredes nihil vlterius ſuper quantitate donata prætendere poterant; ſequitur quòd idem cenſeri debeat ſoluto matrimonio iuxta diſpoſitionem *d. l. cum veterum, C. de donat. ante nupt.*

Non obſtat quòd iſta ſponſalitia largitas aliquando per Iurisconſultos accipiatur pro donatione propter nuptias, vt aduertit Illuſtriſſimus Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuention. dicto lib. 20. tit. 2. num. 5. & ſeqq.* & hoc modo fuerit etiam nominata in deciſione Reuerendiſſimi Domini Bononienſis in hac cauſa facta. Quia cum ex prædictis conſtet de vera qualitate huius donationis, illa eſt magis attendenda, quàm verba Iurisconſultorum. Aym. *d. conſ. 880. num. 4.*

Et ita deciſum, præſuppoſita validitate donationis; de qua erit particulariter videndum.

R. P. D. Manzanedo.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 2. Aprilis 1607.

EPITOME.

De condictione indebiti: & quibuſnam incumbat onus illud probandi. Enunciatiua an, & contra quos probet. Validitas ſcripturæ priuatæ. Indebiti repetitio non competit ſoluenti ſcienter, ſed ſoluenti indebitum ignoranter. & a quo probanda ſit hæc ignorantia. Indebitum quando ſoluitur, vtraquè parte ſciente, an ſit proprie donatio, requiratvè in inſinuationem.

Ad Cap. 150. num. 57.

DECISIO CXXXVI.

HAeredes bonæ memoriæ D. Fantini Archiepiſcopi Cuſentini contendunt D. Archiepiſcopum ſoluiſſe ſcuta mille D. Lucretiæ Paluzzellæ in cauſam redemptionis cuiuſdam cenſus eiuſdem ſummæ, pro quo Archiepiſcopus tenebatur Dominis, Alexandro, & Paulo fratribus dictæ Lucretiæ, & quòd iſta ſolutio de ordine dictorum fratrum fuiſſet facta. Sed quia prædicti hæredes contra dictos fratres Lucretiæ ſuccubuerunt, ex eo quòd de illorum ordine ad dictam ſolutionem Lucretiæ faciendam non conſtabat; hæredes contra Lucretiam repetitionem dictæ ſummæ condictione indebiti intentarunt, & quadam apocha nixi dicunt Lucretiam taſſam fuiſſe receptionem ab Archiepiſcopo prædictæ ſummæ: quin & quondam Antonio Tonello teſte de viſu receptionis dictorum ſcutorum mille deponente, & item & alio teſte de confeſſione extraiudiciali ipſius Lucretiæ circa dictam receptionem, quamuis nulla ſumma ſpecificata, teſtante. Vnde dubitaui, an conſtaret D. Lucretiam habuiſſe dicta ſcuta mille a prædicto Archiepiſcopo; ita vt illius hæredibus illa reſtituere teneretur. Et Domini dixerunt Lucretiam non teneri ad prædictam reſtitutionem, ex ſequentibus.

Primo quia cùm prædicti hæredes repetant iſta ſcuta mille a Lucretia ex condictione indebiti, illis incumbit onus probandi concludenter indebitum, ex text. *in l. cum de indebito, ff. de probat.* vbi tradit Bart. & Doct. & Alex. *conſ. 83. num. 1. lib. 1.* Fed. de Sen. *conſ. 54. num. 2.*

Et quamuis iuxta tex. *ind. l. cum de indebito*, huiuſmodi onus probationis incumbat recipienti, ſi ſolutionem ſibi factam negauerit, hoc tamen procedet in caſu, quo agens condictione indebiti ſolutionem probationibus legitimis probaſſet, iux. text. *in eadem l. cum de indebito*. Vnde cùm iſti hæredes Archiepiſcopi non probauerint, iſtorum ſcutorum mille ſolutionem Lucretiæ fuiſſe factam; ſequitur abſque dubio quòd ad ipſos ſpectat onus probandi indebitum: quæ negatiua erit difficilis probationis, iuxt. text. *in l. actor, C. de probat.* Alex. *dicto conſ. 83. lib. 1.* Præcipuè cùm non conſtet ſolutionem factam fuiſſe Lucretiæ prætextu alicuius ſcripturæ, ex qua ſoluens putaſſet ad ſolutionem teneri; iuxta trad. a Bart. & ab Alex. vbi ſupra.

Quòd autẽ hæredes ſolutionẽ Lucretiæ factã legitimè non probauerint, cõſtat: quia apocha, qua nituntur, fuit cõfecta præcipuè & principaliter inter Lucretiam, & Tonellum pro computo ſaldando inter ipſos, & ad liberandum Tonellum a ſcu-

scutis 725. consumptis pro expignorandis quibusdam bonis Lucretiæ. Secundariò autem, & enunciatiuè in ista apocha proferuntur illa verba, *scutorum 735. quæ pro me habuit a D. Fantino*: quæ enunciatiua quoad Dominum Fantinum, & illius hæredes, qui in ista apocha non interuenerunt, non probat, iux. Innocent. *in c. cum inter R. de elect.* Ang. *in l. cum aliquis de iur. deliber.* qui tenent enunciatiuam inter easdem personas, non inter alias probare; trad. Vital. *de clausul. in rubr. enunciatiua verba in contractibus, num.* 1. præcipuè cùm sit vnica enunciatiua, & non simus in antiquis, & fit in actu extraiudiciali facta, & ante litem, illiusque contestationem, & emissa propter aliud, & tunc non probet; ad trad. per Bal. *in l. Titia in princ. de leg.* 2. & per Ioseph. Ludouic. qui alios refert, *decis.* 33. *num.* 10. Et cùm non fuerit producta ab hæredibus D. Fantini parte citata in hoc iudicio, *l. de vno quoque, ff. de re iud.* nec fuerit formiter recognita, prout oportebat cùm esset scriptura priuata, ad trad. per Paris. *cons.* 115. *num.* 5. *lib.* 4. Tum quia quámuis contineat confessionem de recepto factam a muliere, non subsistit nisi constet de reali manutentione. *l. vlt. §. si quis autem*, vbi Bart. & alij. *C. manda.* Iaf. *cons.* 172. *num.* 6. *lib.* 2. motus ea ratione, quia vbi requiritur verus actus, non sufficit sola confessio: Tum quia quamuis esset recognita formiter, illam non potuit facere mulier tunc solemnitatibus requisitis in contractibus mulierũ, iuxta Statutum Vrbis 151. *lib.* 1. trad. Put. *decis.* 7. *num.* 55. Cresc. *decis.* 2. *de confess.*

Nec refragatur fides eiusdem Archiepiscopi, cùm non faciat fidem, ex Ceph. *cons.* 384. *n.* 21. *& seq.* Dec. *cons.* 51. *num.* 7. *lib.* 2. & tendat in commodum, & exoperationem ipsius Archiepiscopi, illiusque hæredum: quo casu etiam si in forma testis deposuisset, non probaret. *l. deferre, §. idem decreuerunt*, vbi Bart. *ff. de iure fisci*, Castr. *cons.* 301. *in vltimo dubio, lib.* 1. Aymo *cons.* 99. *num.* 2.

Nec testes obstant, cùm fuerint examinati in alia causa, & sic non probent in ista Alexan. *consil.* 74. *num.* 9. *lib.* 6. saltem plenè, ex adductis per Menoch. *casu* 111. & Antonius Tonellus, quia deponit Archiepiscopum coram ipso teste soluisse Lucretiæ dicta scuta mille, rogasseque testem quòd ex illis vellet accipere dicta scuta 725. quibus quædam pignora Lucretiæ recuperaret: postea idem testis non recordari habuisse vnquam a Domino Fantino summam aliquam pecuniæ restituendam Lucretiæ: ex quibus aliquo modo varius & non constans videtur: & vtcunque sit, est singularis, & familiaris inducentium illum. Secundus autem testis deponit de auditu ab eodem Antonello, & a Lucretia, & non exponit summam, & dicit tunc temporis neminem fuisse præsentem; ex quo videtur singularis: & istæ probationes non possunt coniungi, cùm quælibet in suo genere sit imperfecta. Gabr. *de probat. concluſ.* 1.

Vlterius quia tunc competit indebiti repetitio quando quis per errorem soluit; secus autem si sciens soluit. *§. is quoque, inſt. quib. mod. re contrab. oblig. l.* Cuius per errorem dati repetitio est, eius co nsulto dati donatio est, 54. *ff. de reg. iur. l.* 1. *ff. de condit. indebit. l.* 1. vbi gloss. *in verbo indebiti, versiculo sexus*, & *l. indebitum solutum sciens non repetit, C. eodem*, glos. *verbo, per errorem in dicto §. is quoque*, glos. *in dicta l. cuius per errorem*, & glos. *in l. eleganter, §. final. num.* 7. *verbo dupli, vers. secundus. quando, ff. de condict. indebiti* glos. *in dicta l.* 1 *C. de condict. indebit. verbo indicati, vers. sextus*; & vtrobique Bartol. & particulariter *in dicta l. eleganter, §. final. num.* 7. *vers. secundus casus est.* & reddit rationem: quia incipit esse debitum respectu causæ proximæ tacitè subintellectæ, scilicet donationis: quia, vt dicit Bald. *in dicta l.* 1. *num.* 2. *C. de condict. indebiti*, solennis indebitum videtur donare: quod probatur expressè *in d. l. cuius per errorem*. Et hoc in tantum procedit, vt qui sciens soluit indebitum tali animo & mente, vt postea repeterer, nullatenus poterit illud repetere, ex tex. expresso *in l. quod quis*, 50. *ff. de condict. indebit.* & facit, cùm donare videatur, qui nullo iure, nulloque cogente imperio aliquid concedit. *l. donari, de donat.* Bart. *in l.* 1. *nu.* 3. *vers. donari, de cond. indebit.*

Quòd autem per ignorantiam indebitum fuerit solutum, tenetur soluens, & ex condictione indebiti agens probare, iux. tex. *in dicta l. cùm de indebito*, ibi, *Et ideo cum qui dicitur indebitum soluisse, compelli ad probationem, quod per dolum accipientis, vel aliquam iusta ignorantiæ causam indebitum ab eo solutum sit; & nisi hoc ostenat, nullam cum repetitionem habere.* Vnde cùm huiusmodi ignorantiæ, & erroris probatio hæredibus Fantini incumberet, illudque non probauerint, intrat dispositio tex. *in dicta l. cuius per errorem*, & doctrina Bart. *in dicta l. eleganter, §. final. num.* 7. quòd tali casu pecunia sic soluta incipit esse debita respectu causæ proximæ tacitè subintellectæ, scilicet donationis; & intrant cætera iura & doctrinæ ad hoc supra adductæ: taliter quòd ex illis non posset dici Fantinum indebitè soluisse Lucretiæ prædictam summam, sed ex causa tacitæ donationis sub intellectæ, cùm non ignoranter talem solutionem fecerit.

Sed videtur vrgere doctrina Bartoli *in l.* 1. *num.* 2. *vers. ego sic, ff. de donat.* tenentis quod quando soluitur indebitum vtraque parte sciente, fit donatio & requirat insinuationem, per tex. *in l. si donationis, C. de contrab. emt.* & *l. nuda, ff. eodem*, & *l. imaginaria, ff. de reg. iur.* ibi, *inspicitur causa tacita ab vtraque parte subintellecta*, vt *in in l. final. in fin. princ. C. de iur. dot.* vnde videtur quod deficiente insinuatione corruat ista donatio.

Respondetur quòd ista donatio inducta ex solutione scienter indebiti facta, non dicitur propriè donatio, sed quædam irreuocabilis datio, vt dicit glos. *in fine in dicta l. cuius per errorem*, & glos. *in verb. liberalitatem in l.* 1. *ff. de donat.* & ibi Bart. *num.* 2. & Angel. *in prim.* & Roma. *num.* 1. & Castrens. *num.* 4. *in fine.* & Alberic. *num.* 4. Ex quo prædicti Doctores inferunt in ista donatione non requiri insinuationem, quamuis excedat quingentos solidos, per text. inducta

glos.

glos. magn. *in ver. nam sicut, in l. vnica*, C. *de plus petit.* quia ex causa putatiua transfertur dominium, non verò ex causa donationis: & ideo non dicitur propriè donatio, nec requirit insinuationem. Et quamuis prædicta doctrina Bartoli requirens insinuationem in donatione inducta ex solutione indebiti vtraque parte sciente procederet; nihilominus Bart. ibidem *in dicta l. 1. num. 2.* dicit quod si indebitum soluatur soluente sciente, recipiente verò credente causam solutionis adesse, quòd tunc non possit dici donatio, sed quædam irreuocabilis datio, non indigens insinuatione: quam doctrinam sequuntur Paul. Alberic. & Angel. *vbi supra*. Vnde cum ex supradictis colligatur Archiepiscopum scisse non adesse causam soluendi istas pecunias, aut saltem ignorantiam, & errorem non probasse, & quòd Lucretia credebat causam adesse, propter quam ad dictam solutionem Archiepiscopus teneretur; sequitur quod ista solutio dicitur irreuocabilis datio, in qua non fuerit opus insinuatione.

Et quamuis hæredes dicant Archiepiscopum soluisse istas pecunias Lucretiæ ex causa ordinis fratrum pro ex computatione census; ista causa est falsa: si quidem de tali ordine non constat, vt late *in decis. coram bon. mem. Litta*, 26. *Octobris* 1601. in causa inter istos hæredes, & fratres de Paluzzellis; ex quo prædicti fratres contra hæredes obtinuerunt: vnde intrat dispositio tex. *in l. damnum*, & ibi not. Bart. *num. 1. de condict. indebit.* quòd in solutione facta ob causam prætensam, si causa falsa sit, repetitio indebiti non competit.

R. P. D. Ortembergio.

Romana Nullitatis Obligationis.

Lunæ 15. *Iulij* 1604.

EPITOME.

De absolutione a iuramento, an sit petenda in contractibus nullis ob non seruatas solemnitates a Statuto præscriptas: & quomodo liberet a periurio.

Ad Cap. 151.

DECISIO CXXXVII.

FVit resolutum, D. Hieronymæ obstare exceptionem periurij: quia periurus a limine Iudicis expellitur; ad not. *in cap. paruuli*, vbi glos. *in fin.* 22. *quæst.* 5. in *l. si quis maior, de transact.*

Nec obstat nullitas propter defectum solemnitati Statuti Vrbis *cap.* 151. *lib.* 1. annullantis iuramentum, tanquam per fraudem, & dolum extortum, ita vt nihil operetur. *l. non dubium*, C. *de legib.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil.* 61. *num.* 11. & 18. & fuit dictum *coram R. P. D. Penia in Romana Societatis Offici*, 4. *Februarij* 1602. Quia nihilominus est petenda absolutio, vt fuit dictum *in Romana Legitimæ de Vrsinis*, 20. *Maij* 1588. *coram bon. mem. Bubalo*, & *coram R. P. D. Ludouisio in Signina Castrorum*, 26. *Iunij* 1602. cùm non debeat quis esse iudex proprij iuramenti: nam ex iuramento nullo contrahitur periurium, ita vt quis non sit audiendus. *cap. tua nobis*, vbi Bald. *de iureiur.* Aym. *cons.* 191. *post num.* 7. *vers. sed magis in terminis.*

Nec obstat absolutio obtenta per procuratorem 31. Maij. Quia iam inde a die vigesima eiusdem multi fuerunt celebrati actus, & postea a D. Hieronyma ratificati in constitutione procuratoris, & in prosecutione iudicij: & ideo incurso periurio non poterat peti absolutio a iuramento, nisi prius petita absolutione a periurio. Affict. *decis.* 220. *sub num.* 12. Paris. *consil.* 10. *num.* 94. *lib.* 1. Rota *coram Bolomeo, dec.* 786. *par.* 3. *diuers.* Quam absolutionem solus Papa concedere potest. Cravet. *cons.* 6. *nu.* 93.

Secundò obstat etiam exceptio periurij: quia cùm in instrumento adesset triplex iuramentum; non sufficit absolutio, sed erat necessaria specifica absolutio ab omnibus iuramentis. Paris. *consil.* 43. *num.* 8. *vol.* 1. & fuit dictum *in Placentina Castrorum*, 2. *Iulij* 1601. *coram D. Millino*.

Et licèt exaduerso dicatur quòd non intendat contrauenire iuramento assertorio se non habere in Vrbe consanguineos, & affines; nec renuntiationi facta cum iuramento, beneficij Senatusconsulti Velleiani, & Statuti Vrbis: Tamen in registro legitur illis reipsa fuisse contrauentum, obtinendo commissionem dandi articulos, & producendi testes ad probandum contrarium.

Reuerendiss. D. Coccino Decano.

Romana Dotis.

Mercurij 10. *Iunij* 1626.

EPITOME.

Minor an possit constituere dotem sorori absque interuentu Curatoris: & an solus Curatoris interuentus importet ipsius consensum expressum, requisitum in alienatione rei Minoris? De clausulis executiuis, & earum efficacia. Obligatio Minoris, non seruata forma Statuti, an sustineatur propter iuramentum illi adiectum.

Ad Cap. 151.

DECI-

DECISIO CXXXVIII.

QVæsitum fuit, an assignatio bonorum immobilium factaD. Hippolyto marito pro dote D. Lucretiæ vxoris sustineatur. Hoc Dubium habet plures inspectiones. Prima est, an D.Bartholomæus minor potuerit constituere dictam dotē absque interuentu curatricis. Secunda quatenus non, an constet de tali consensu curatricis, vt assignatio sustineatur. Tertia quatenus non, an adsit talis contractus curatricis, qui obliget D. Bartholomæum. Quarta quatenus etiam non, an assignatio sustineatur propter iuramentum.

Et circa primam fuit dictum quòd Bartholomæus non potuit constituere dictam dotem sine interuētu curatricis. Quia regula est certa, quòd in alienatione rei Minoris duo copulatiuè requiruntur, solemnitas, & causa: in qua quidem solemnitate requiritur auctoritas tutoris, seu curatoris. *l. non est*, & *l. si is*, C. *de prad. minor. l. magis puto, §. non passim, ff. de reb. eor.* Bald. *in l. 1. num. 12. in fin. C. de fid. instrum. & iur. hast. fisc. lib. 10.* Roderic. Suarez *alleg. 2. nu. 7.* Roland. *cons. 33. num. 9. lib. 1.* vbi latè; ita vt Minor non egeat restitutione; cùm, stante nullitate seruetur ipso iure illæsus. *l. in causa, la secunda, §. Pomponius, ff. de minor.* Gutier. *de tutel. par. 2. cap. 5. nu. 8.* Et in Statuto Vrbis *c. 113. lib. 1.* expressè disponitur, quòd in alienatione rerum Minorum requiratur consensus curatoris. Quæ conclusio habet etiam locum quando bona immobilia dantur in dotem: quia tunc etiam requiritur decretum Iudicis, & auctoritas tutoris, & curatoris. *l. lex, quæ tutores*, & ibi glos. *in verb. vel dotem*, & Bart. *in 2. notab. nu. 2.* Salicet. *num. 3. circa fin. C. de administr. tut. l. prædia*, & ibi glos. *in verb. potuerit.* & Doctores *C. de prad. minor.* Azo *in Summ. C. de iur. dot. n. 19. vers. potest autem*; & latissime comprobat Lamberteng. *de contract. glos. 21, n. 11.* Gutier. *de tutel. & cur. par. 2. cap. 5. nu. 51. & seqq.* Et ita etiam intelligendum est Statutum *d. c. 113. lib. 1.* cùm recipiat interpretationem a iure, Ias. *in auth. nouiss. nu. 24. C. de inoff. testam.* Non enim agitur de simplici obligatione pro dote; in quibus terminis loquitur Rot. *dec. 160. lib. 3.* in quo casu vult promissionem dotis non comprehendi sub Statuto; sed agitur de alienatione bonorum pro dote: qui casus comprehenditur sub Statuto, vt dictum est.

Circa secundā inspectionem, an constet de tali consensu curatricis, ita vt assignatio prædicta sustineatur; Negatiuè fuit resolutum; cùm nō adsit expressus cōsensus dictæ curatricis in obligatione Bartholomæi Minoris, prout de iure requiritur; *ad l. 1. §. mutus, ff. de tutel.* vbi mutus dari tutor non potest: quia, vt ibi dicitur, auctoritatem præstare nō potest: & post Dinum in nostris terminis dicit Baldus *in l. si pater naturalis, 29. in addit. verb. sed tutor, ff. de adopt.* vbi quòd tutor in auctorando necesse habet loqui, & ibi etiam Ang. Aretin. *num. 3.* Signorol. *cons. 190. num. 2.* vbi quòd præsentia curatoris non sufficit in auctoritate præstanda, nisi loquatur, dicendo, approbo, vel agnosco, aut æquipollens: latè Montan. *de tutel. cap. 30. num. 31. & seqq.* & præsertim *num. 40. 42. & 43.* Quòd autem non adsit expressus consensus dictæ curatricis, satis patet, siue attendamus capitula matrimonialia, siue instrumentum factum coram Iudice. Nam quantū ad pacta matrimonialia dicitur: *Patti e conuentioni matrimoniali fattifra la Signora Lucretia Bonadies, zitella, figliuola della bona memoria del Signor Baldassarre Bonadies, e della Signora Laura Aquilani de Bonadies, & il Signor Bartolomeo Bonadies, figliuolo & herede del detto q. Signor Baldassarre, e fratello di essa Signora Lucretia, da vna parte; e dall'altra parte il Signor Ippolito Vitelleschi &c.* Et in fine capitulorum dicitur: *Et in fede per detta Signora Lucretia si sottoscriuera detta Signora Laura sua madre, tutrice e curatrice delli figliuoli & heredi della bo. mem. del Sig. Baldassare; e similmente il Sig. Bartolomeo fratello di detta Sig. Lucretia.* Et in subscriptione habetur: *Io Laura Aquilani Bonadies affermo quanto di sopra, manopropria:* & sequitur aliqua subscriptio, videlicet. *Io Bartolomeo Bonadies affermo quanto di sopra mano propria*: & propterea subsequitur alia subscriptio D.Hippolyti futuri mariti. Vnde manifestissimè apparet quòd non adest expressus consensus curatricis circa obligationē D.Bartholomæi, prout de iure requiritur, ex supra deductis; cùm nullibi legatur quòd D.Laura interuenerit tanquā curatrix Bartholomæi: & ideo nō videtur interuenisse vt curatrix Bartholomæi, nec cōtemplatione officij curæ; vt bene in puncto Signorol. *d. cons. 190. n. 4.*

Si verò attendamus instrumentum confectum corā Iudice, super quo interposuit decretū, habentur verba: Coram Domino &c. existens D. Laura Aquilana Bonadies, mater, tutrix & curatrix D. Lucretiæ, eius ex bo. mem. D. Balthassarre Bonadies filiæ, & D. Bartholomæus eiusdem D. Lauræ ex se, & dicto q. bo. me. Balthassarre etiā filius & hæres, & prędictę Lucretię frater: qui DD. Laura & Bartholomęus tam coniunctim, quàm diuisim, ac simul, & insimul eidē D. Iudici exposuerūt, inter ipsos dictis respectiuè nominibus, ac etiā vice & nomine eiusdem D. Lucretiæ &c. ex vna, & D. Hipolytum ex altera fuisse tractatū, & cōclusum matrimonium &c. & subsequitur: Intendantq; hodie instrumentum matrimoniale; &c. super cōtentis & expressis in apocha matrimoniali cōficere: Sed cùm sint ipsa D. Laura mulier, & D. Bartholomæus Minor, cū id facere nō possint neq; valeāt, nisi cum decreto & auctoritate D. Iudicis, & cōsensu ac interuentu duorum proximiorum &c. & Iudex in defectu vnius proximoris vtrique, videlicet Lauræ & Bartholomæo curatorē deputauit cū solitis cautelis. Et & hoc facto D. Laura, & D. Bartholomæus cū decreto & auctoritate Iudicis & interuentu proximioris & curatoris renunciātes D. Laura auxilio Senatusconsulti Velleiani, *auth. si qua mulier, legis Iuliæ de fundo dotali*; & D. Bartholomæus beneficio suæ minoris ætatis, Statutis Vrbis, alijsq; legibus, legumq; & Statutorū auxilijs &c. ex vna parte; & D. Hippolytus ex altera, cum eorum iuramentis affirmauerunt gesta in capitulis matrimonialibus & subdit: Et in executionem præmissorum dicti D. Laura, & Bartholomæus in dotem, & pro fūdo dotali d. D. Lucretiæ eorū filiæ & sororis respectiuè, eidē D.

Hippolyto dederũt domum positam, &c. Vnde clarè patet ex tota ista serie facti, quod non adest expressus consensus curatricis circa alienationẽ factam per Bartholomeum, qui vt dictũ est, de iure requiritur. Nam cùm solum nomen D. Lauræ fuerit expressũ, non est attendenda qualitas inhærens personæ, videlicet curatricis: immo non facta mentiqne officij curæ D. Laurę, censetur proprio nomine se obligasse; vt bene in puncto Signorol. *d. conſ.* 190. *nu.* 4. & 5.

Neque obstat quòd mater curatrix obligauerit se vnà cum filio, & in omnem euentũ, qp in actibus iudicialibus sufficit tacitus consensus curatoris, nec requiritur expressus; vt per tex *in l. minorũ, C. de prad. & al. reb.* dicunt Bald. & Aug. Aret. *in d. l. si pater naturalis*, locis sup. allegat. Nam ad primum fuit responsum quòd non sufficit quòd mater se obligauerit vnà cũ filio ad effectũ qp dicatur interuenisse expressus consensus; vt colligitur ex prædictis, & in pũcto Signor. *d. conſ.* 190. *per tot.* vbi quòd non valet obligatio minoris, etiãsi is qui est curator illius, in solidum nomine proprio expressè se obliget cũ Minore: quia nõ propterea validatur obligatio Minoris; quasi consensisse videatur curator, quando nullũ verbũ est habitum quòd tanquã curator se obligauerit: Quia licèt obligari insolidũ videãtur, & vnus alteri cõsentire; tamẽ in curatore requiritur expressio, vt tanquã curator se obliget. Ad secundũ verò quòd in iudicijs sufficiat tacitus consensus; hoc est verũ quando agitur in iudicio contentiosæ iurisdictionis: secus verò quando agitur in iudicio voluntariæ iurisdictionis, prout est decretũ Iudicis in istis contractibus, cùm fiat sine contradictore. Calder. *conſ.* 2. *n.* 2. *verſ. in contrarium de electt.* quod duplicatur *conſ* 8. *de iudic.* Franch. *in c. fin. n.* 9 *verſ. ſecundò quæritur, de electt. in* 6. Et ita quòd in iudicio voluntariæ iurisdictionis requiratur expressus consensus, dicit Ang. Aret. *in d. l. ſi pater naturalis, num.* 3. *verſ. in actibus verò iudicialibus*.

Minus obstat quòd in clausulis executiuis, ibi, Pro quibus &c. D. Laura tutricio, & curatricio nomine dictum Bartholomæum, eiusq. hæredes &c. obligauerit. Quia clausulæ executiuę nõ ampliant, alterant, aut mutant principalem dispositionem. *clem.* 1. vbi Doctores, *de prabend.* Dec. *conſ.* 195. *col.* 3. *verſ. ſecundò diligenter*, & *conſil.* 305. *nu.* 6. *& ſeqq.* Natt. *conſ.* 263. *num.* 3. Couarr. *in rubr. de teſtam. par.* 2. *num.* 13. Et quãuis ex clausulis executiuis declaretur, & colligatur mens disponentis, Bald. *in l. eam quam, n.* 37. *C. de fideic.* Dec. *conſ.* 413. *in fin.* Tamen hæc non possunt procedere in materia, de qua agitur; in qua, vt dictum est, requirebatur expressus consensus curatoris, nec sufficit tacitus. Id autem quod colligitur ex clausulis executiuis, resultat ex præsumpta mente, vt dicunt Doctores prædicti: quare in hoc casu non potest inseruire pro consensu expresso, qui requiritur, vt dictum est.

Circa tertiam inspectionem, An adsit talis contractus curatricis, qui obliget D. Bartholomæũ, ex supra deductis apparet quòd D. Laura se obligauit nomine proprio. Vnde sola difficultas consistit in eo, quòd in dicta clausula executiua, Pro quibus &c. D. Laura tutricio, & curatricio nomine d. Bartholomæum, eiusq; hæredes &c. bona &c. & seipsam, hæredes &c. bona &c. obligauit: & tunc se quitur etiã obligatio Bartholomæi per hæc verba; Et d. Bartholomæus se &c. hæredes &c. & bona &c. obligauit. Vnde cũ illa clausula licet consecutiuè ad prius disposita, dicẽdũ est quòd D. Laura pro obligatione sua facta in dispositiua obligauerit bona Bartholomæi, & hæredũ, ac etiã bona propria, & hæredũ ipsius Laurę; & Bartholomęus pro obligatione sua facta in dispositiua, bona propria, & hæredũ: clausulæ enim executiuæ regulantur sũ principalẽ dispositionẽ, cui adijciũtur. gl. *in l. ſi patron. ver. ſaltans. in fi. ff. ſi quid in fraud.* Gabr. *de clauſ. concl.* 10. Put. *dec.* 1. *n.* 2. *lib.* 1. vnde videndum est, an tutrix pro sua obligatione potuerit obligare tutricio, & curatricio nomine bona Bartholomæi & ipsius hæredũ. Et dicendũ est quòd non: quia iste contractus de sui natura est læsiuus. *l.* 1. *C. de fil. fam. minor.* & sic deficit causa, ex qua obligatio Minoris, sustinetur; vt per Rolan. *d. conſ.* 13. *n.* 1. *lib.* 1. cum alijs supra allegatis. Et propterea licèt interuenerit decretum Iudicis, cùm tamen cesset causa, corruit d. decretum; ex adductis *in cauſa Romana Argentoram*, 27. *Iunij* 1607. coram sanctæ me. Gregor. quæ est *dec.* 323. Clarum est enim quòd nedũ in cõtractu Minoris, sed etiam in contractu facto ab ipso curatore, nomine Minoris, requiritur causa, & decretum Iudicis *l. ſi prædia. ff. de reb. eor.* & latè Montan. *de tutel. c.* 33. *n.* 65.

Nec dicatur contractum non fuisse læsiuũ, ex quo Bartholomæus se obligauerat, & ex quo sororẽ dõtare tenebatur. Quia quoad obligationẽ Bartholomæi, illa fuit nulla, vt supra dictũ est; & ideo non est habenda in cõsideratione, nec in ea vis potest fieri. Quare ex isto capite non potest euitari læsio; prout nec etiã potest euitari ex secũdo capite; ex quo tenebatur dotare: Quia hoc est verũ; sed cõgruenter, prout etiã disposuerat testator; & ideo in constituenda tam exorbitãti dote scutor. 24. mill. nullo pacto potest inficiari læsio. Et sic obligationẽ Laurę curatricis quoad bona Bartholomæi, & hæredũ, pro tuenda obligatione propria fuisse sine causa, & ideo læsiuam, manifestè apparet.

Denique circa quartam & vltimã inspectionẽ: An scilicet obligatio D. Bartholomæi sustineatur propter iuramentũ; fuit conclusũ pro negatiua. Quia licèt sit pro regula affirmatiua; vt *auth. ſacramenta pub. C. ſi ad vent.* Gutier. *de tutel. d. c.* 2. *p.* 2. *n.* 72. Montan. *de tutel. c.* 33. *n.* 575. Tamẽ fuit respõsum, huic regulæ obtare Statutũ Vrbis *c.* 151. *lib.* 1. in quo disponitur, quòd Sacramentũ alias præstitum; cẽsetur dolo, & metu extortũ; & quòd nihil operetur: vnde totus cõtractus tenetur dolosus. Caputaq. *dec.* 200. *lib.* 3. Ita vt ratificatio, neq; expressa, neq; tacita, valeat huiusmodi contractũ. Caputaq. *dec.* 1. *lib.* 3. Quare dictum iuramentum nihil operatur. Rimin. *de princ. int. Quib. alien. lic. nu.* 293. Et ad hoc sunt clarissima verba dicti Statuti in fine. Quod quidem Statutum licèt non loquatur de consensu tutoris, aut curatoris; tamen cùm iste cõsensus requiratur de iure, vt supra probatum est, sanè deest supplere per ius commune; ita vt vltra requisita a Statuto debeant etiam interuenire requisita

a iure communi. Castrens. *cons.* 106. *A secundo*, *n.* 2. *vers. plus dico*, *lib.* 2. quem sequitur Tiraq. *post l. connub. gloss.* 8. *nu.* 49. Montan. *de tutel. cap.* 33. *num.* 38.

Et quamuis hoc Statutum non loquatur in venditione stabilium, sed in obligatione Minorum, & mulierum; Tamen dictũ Statutum *c.* 113. *lib.* 1. suppletur per hoc Statutum *cap.* 151. *eod. lib.* 1. ea ratione, quia si Statutum debet suppleri a iure communi, a fortiori debet suppleri per alia Statuta. Roman. *cons.* 399. *num.* 7. dicens quòd Statutum præsumitur velle potius conseruare alia Statuta, quæ ab eodem fonte, & ab ijsdem statuentibus processerum, quàm ius commune. Montan. *de tutel. d. cap.* 33. *nu.* 40. *& seqq.* Et cessat omnis difficultas: quia dictũ Statutum *c.* 151. *lib.* 1. licèt loquatur tantùm in quatuor casibus, tamen extenditur ad omnes contractus ĩsuos; Rota *dec.* 529. *nu.* 4. *infin. p.* 1. & fuit sæpissimè resolutum, vt in decisionibus congestis per D. Picum Episcopum Amerinum ad dictum Statutum *cap.* 151. *gloss.* 7. *num.* 6.

Et eò magis Domini venerunt in hanc sententiam, quia agitur de dote scutorũ vigintiquatuor millium: quæ videtur satis excessiua, & absorbere meliorem partem bonorum testatoris: præsertim cùm testator solùm dispoſuerit quòd femine congruenter dotarentur.

Et ita fuit concluſum, vtraque parte informante.

R. P. D. Buratto.

Romana Saluiani.

Veneris 17. *Septembris* 1621.

EPITOME.

Obligatio filij familias est valida, si ipse habitet seorsim a patre; vel si eiusdem ratificatio, vel consensus accedat. Monachus an, & quomodo sit capax annui redditus. Donatio facta ob piam causam non eget insinuatione.

Ad Cap. 152.

DECISIO CXXXIX.

SEntentiam Auditoris Cameræ confirmandam esse tenuerunt Domini: de cuius validitate opponitur, nec dubitatur. Iusta autem apparet, cùm sit lata ad fauorem Domini Francisci, siue ex eius prona, Venerabilis Monasterij Siluestrinorum, pro immissione in possessionẽ domus, de qua agitur ex remedio Saluiani, pro annuis præstationibus scutorum octuaginta, tam præteritis, quam futuris, sibi promissis per Martinum eius fratrem.

Nam non fuerunt controuersa extrema Saluiani, videlicet possessio dicti Martini dictæ domus de tempore obligationis, & postea: nec controuerti potest a Ioanne Antonio, cùm ad illius instantiam, vti creditoris dicti Martini, fuerit subhastata, & deliberata Venantio plus offerenti, qui ad illius possessionem fuit associatus; vt in summario Monasterij num. 4. & associatio dicit ad domum ad Martinum spectantem: quod verbum importat dominium, & possessionem. *l. verbum illud*, *ff. de verbor. significat.* vbi Rebuff. *in princip.* gloss. *in cap. dilectus. de fide instrumentor.* Felin. *in rubrica de rescript. num.* 7. & fuit dictum *in causa Romana Participationis*, 23. *Ianuarij* 1616. *coram R. P. D. meo Vbaldo*: a quo Venantio emptore nunc causam habet Ioannes Antonius, reus conuentus. Immo dicta domus non potuisset deliberari, prout deliberata fuit, nisi per dictũ Martinum possessa, sed per tertium; contra quem non potuisset executiuè procedi; ex latè deductis *in Rauennatensi Magazeni*, 19. *Nouembris* 1604. *coram Sanctissimo; & coram me in Romana Domorum de Rencionibus*, 4. *Martij* 1616. & in *Macratensi Saluiani*, 11. *Ianuarij proximi*.

Minus dubitatum fuit de secundo extremo: cùm vltra dictam associationem, & cessionem factam per Venantium ad fauorem dicti Ioannis Antonij, concurrat sustentatio litis; ex qua illud probari fuit resolutum, vt dicitur *in dec.* 83. *n.* 2. *par.* 1. *recent.*

Sed impugnabatur dicta sententia ex defectũ credidi, consequenter, & hypothecæ. Primò quia lata super simplici copia instrumenti; quæ fidem non meretur, præcipue, vt in hoc casu patre opponente; quæ in termino opposuit generalia contra: quod sufficit, Seraphinus *decis.* 227. *num.* 3.

Respondebatur tamen, coram Aũd. Cam. fuisse productam copiã cum originali auscultatam; quæ fidem facit prout idem originale. Aegid. *dec.* 226. *in fin.* Seraph. *dec.* 1191. *n.* 3. Et nihilominus dicta sententia potest instrumento authentico nũc producto iustificari; cùm non agatur de illius executione, sed confirmatione; vt fuit dictum in *Lucana Expensarum*, 26. *Februarij* 1601. *coram bo. mem. Iustio*; & latè *in Pistorien. Beneficij*, 3. *Maij* 1617. *coram me.*

Secundo opponebatur de nullitate obligationis Martini, qui tunc erat filius familias, iuxta Statutum Vrbis *lib.* 1. *cap.* 152.

Sed obiectum tollebatur primò, quia Rota firmauit, obligationem dicti Martini esse validã, cùm non esset comprehensus sub regula, sed in exceptione Statuti, tanquam habitans seorsim a patre, & habitus pro pater familias; vt *in decis.* 327. *num.* 1. & 9. *par.* 1. *recentior.* Vrsill. ad Affl. & *decis.* 300. *num.* 19. Et de simili Statuto, Guilelm. de Benedict. *in cap. Raynutius*, *verbo*, *matre*, *num.* 5. *de testament.* Chassan *ad consuetud. Burgund. rubr.* 6. *§.* 6. *vers. emancip.*

Secundo, quia prima Martini obligatio fuit ratificata a patre, vt in d. sũm. n. 6. Non enim prohibetur filius familias se obligare, nisi sine cõsensu,

& mandato patris; vt in dicto Statuto, & sic a contrario sensu obligatur cum mandato, & consensu patris; vt dicitur *in d. dec. 227. n. 4.* Quæ ratificatio mandato æquiparatur. *l. fin. C. ad Senatusconsl.* Macedon. Dec. *in l. semper qui non prohibet, num. 7.* Cagnol. *nu. 15. ff. de reg. iur.* latè Surd. *decis. 159. num. 12.* & fuit dictum *in Romana Vineæ, 10. Ianuarij 1611. coram Reuerendissimo Lugdunensi,* & in alijs.

Tertiò tollit omnem difficultatem noua dicti Martini obligatio, postquam sui iuris per mortem patris effectus fuit, de soluendo dictam annuam præstationem scutorum octuaginta in totum, in dicto Summario *num. 2.* Bart. *in l. observare, num. 4. ff. de offic. Proconsl.* Paris. *cons. 49. n. 20. & 61 lib. 1.* Rolan. *cons. 97. n. 14. & 16. lib. 1.* Surd. *dec. 69. n. 22.* & in terminis huius Statuti Seraph. *dec. 1350. n. 5. & 6. p. 3.*

Tertiò opponebatur quòd in hac secũda obligatione aderat pactum, quod Monasterium, seu Religio nihil prætendere posset, & propterea ex ea non fuit acquisitum aliquod ius Monasterio, nec D. Francisco; qui tanquam Monachus est inhabilis ad acquirendum. *cap. cum ad Monasterium, de stat. monach.* & per Concil. Trid. *sess. 25. cap. 2. de reform.* cum allegatis.

Cui pariter motiuo respondebatur: Primò, q. Monachus est capax annui redditus quoad administrationem & vsum; cum scientia tamen, & patientia superioris; ad trad. per Doctores in *c. 1.* vbi præcipue Abb. *nu. 4.* & *c. 2.* vbi Butr. *n. 5. de stat. monach.* in *c. fin. qui cler. vel monach.* Abb. *in c. 4. n. 10. de fideiuss.* Siluest. *ver. Religio, il 6. n. 2.* latè Ias. *in auth ingressi, n. 37. vers. limita primò. C. de sacros. Eccles.* Rot. *dec. 216. n. 12. & 14. p. 2. diuersor.* & de recepta testatur Nauarr. *cons. 75. n. 49. lib. 3. de reg.* Et præcedente licentia Superioris Concilium Tridentinum *d. sess. 25. c. 2. de reform.* nihil innouasse, probat Roderic. *de regular. tom 2. quæst. 125. art. 4. circa fin.*

Et ita dicta conditio, seu clausula, quòd Monasterium, vel Religio, non possit aliquid prætendere, vt donatio valeat, declarat solùm voluntatem promittentis, vt Monasterium, vel Superior, permittat connuentibus oculis dictum D. Franciscum percipere. Bart. *in auth. excipitur, num. 2.* & ibi Ang. *ead. num. C. de bon. quæ lib.* & *in l. si alienum, nu. 2. ff. de hæred. instit.* Abb. *cons. 44. num. 3. vers. in contrarium,* & *cons. 63. num. 8. par. 2.* Præpos. *in cap. vlt. de sacros. Eccles.* Simon de Pretis *de interpret. vlt. volunt. lib. 12. interpret. 2. dub. 2. nu. 8. & 9.* Azor. *instit. moral par. 1. lib. 10. vers. tertiò quæritur.* Sed conuerti debeat in vsus pios, vel librorum, siue vestimentorum Monachi. Abb. *in d. cap 2. num. 8. de stat. monach.* Durant. *de arte tollendi tit. 6. de legat. cautel. 63.* latè Roderic. *d. tract. quæst. 125. art. 2.* & sic iuxta mentem Sacræ Congregationis Concilij, quæ plures declarauit de huiusmodi relictis subueniri debere Monachi necessitatibus. De licentia autem Superioris, immo de solito & consuetudine Silvestrinorum, constat ex amplissima fide Generalis dicti Ordinis, in Processu fol. 75.

Quartò & vltimò opponebatur de defectu insinuationis, cùm ista promissio annua contineat nedum tacitam, sed expressam donationem; & ideo nulla, iuxta Statutum Vrbis *lib. 1. cap. 501. in rubric. de donat. insinuan.*

Sed responsum, dictam promissionem, tanquã factam ad causam piam, non indiguisse solemnitatibus. Baldi. *in l. generali, num. 6. C. de sacros. Eccles.* Calcan. *cons. 13. nu. 3. in fin. & 4.* cum. relatis in his terminis per Tiraq. *de priuileg. pia. caus. priuileg. 124. in princ.* Rota *decis. 456. n. 6. par. 2. recentior.*

Ex quibus visum fuit DD. cõstare de iustitia d. & sententiæ; adeo vt si lata non esset, de nouo proferri deberet. Et saltem negari non potest, exceptiones defectu crediti & hypothecæ esse turbidas, & altiorem requirere indaginem; nec impendire hoc iudicium possessorium, sed esse reseruadas in petitorio, vt in Saluiano. Natta *cons. 532. num. 4.* Rota *decis. 43. num. 4. par. 1.* & *dec. 34. n. 23. p. 1. & dec. 34. n. 23. p. 2. diuer. Honded. cons 17. nu. 13 & 14. lib. 2.* & in alio possessorio fuit late dictum *in Tiburtina Castrorũ coram me sub die 14. Iuny prateriti,* & in alijs expressimè.

Ita decisum, vtraque parte informante.

Caridnale Sacrato.

Romana Obligationis.

Luna 24. Februarij 1620.

EPITOME.

Filij familias obligatio quando teneat, ita vt non debeat restitui in integrum.

Ad Cap. 152.

DECISIO CXL.

FVit dictum, mandatum relaxatum ad instantiam Felicis, & litis consortum esse executioni demandandum, quia fuit relaxatum vigore apochæ, in qua Angelus obligauit se vti principalis etiam in forma Cameræ, ideoque talis apocha habet executionem paratam. Gallef. *ad 4. par. oblig. Camer. q. 1. n. 1. & seq.* Mohed. *dec. 1. n. 3.* Cassad. *dec. 1. n. 3. de mutuis petit.*

Non obstat quòd de tempore obligationis esset minor viginti quinque annis. Quia cùm esset maior viginti annis, ex Statuto Vrbis *cap. 47. lib. 1.* habendus est pro maiore. Nec releuat quod dictus Angelus prætendatur fuisse forensis, nempe oriundus ex Ciuitate Narni: quia cùm contraxerit Romæ, existimarunt Domini attendendum esse Statutum loci contractus. Bart. *in l. cunctos populos, num. 14.* Ias. *num. 16. C. de Summ. Trinit. & fid. Cath.* Corn. *cons. 232. n. 5. lib. 4.* Bald. *cons. 389. lib. 1.* Alex. *cons. 41. n. 4.* & *cons. 44. nu. 20. lib. 5.* & fuit dictum *in causa Romana Hæreditatis, die 14. Martij 1603. coram bo. me. Lotta:* cùm maximè Statutum non se restringat ad Ciues, aut Incolas sed simpliciter dispo-

disponat de maioribus viginti annis, ad not. *in cap. Statutum, §. si vero*, vbi glos. *in ver. eiusdem Ciuitatis, de reseriptis*, & Alex. *conf.* 16. *n.* 10. *lib.* 4.

Non obstat quòd Angelus esset filius familias quia ex eodem Statuto *c.* 152. *lib.* 1. filius familias de cõsensu patris, vel ob acceptũ in rem patris & ad illius onus subleuandũ potest se obligare, quę omnia concurrunt in hoc casu cũ Angelus se obligauerit patre presẽte, & pro ille fideiusserit & pro rebus, quę inseruierũt pro patre, & eius familia.

Nõ obstat quòd filius familias minor restituatur in integrũ etiãsi fideiusserit p patre *l.* 1. *C. de filiofa. min.* Quia in primis cõclusio non applicatur Angelo, qui ex prædicto Statuto Vrbis tempore contractus non erat minor, sed maior. Secũdo non datur restitutio sine læsione *c.* 1. vbi Abb. *n.* 2. *de rest. in integ.* Alex. *cõs.* 21. *n.* 6. *lib.* 1. Seraph. *dec.* 634. *n.* 1. Læsio autem non fuit probata, sed potius apparet de contrario: nempe quia Angelus se obligauit pro modica summa & etiam pro liberando patre a carceribus, quæ imminebant, ob mandatũ contra illum relaxatum: quo casu nõ restituitur, quia dicitur exercere actũ pietatis, & in casu, in quo quilibet diligens homo fideiussisset. Corn. *in l.* 1. *sub n.* 1. *vers. & ideo videtur limitandum.* Salic. *n.* 4. & Castr. *n.* 2 *C. de filiofam. minor. & cons.* 52. *propè fin. tertii, & vlt. p.* 2. & fuit dictũ *in causa Bononien. Pecuniaria, 9. Iun.* 1603. *coram Illustriss. Card. Ludouisio* impress. post tract. de oblig. camer. *decis.* 121.

Non etiam quòd filius fideiubens pro patre nõ possit conueniri plùsquã facere possit. Nã præter quod Domini inclinabant quod per obligationẽ camralem videatur renunciatum huic priuilegio cessare visa fuit difficultas, quia non probatur assumptum quòd Angelus non possit soluere hanc summam: quod esset in primis probãdum. Alciat. *de præsump. reg* 2. *præs.* 21. *in fin. vers. quod allegauit.* Guidop. *dec.* 142. *n.* 2. cum alias quilibet præsumatur esse soluẽdo, nisi contrariũ proberur. Quin potius verisimile videbatur quod Angelus possit soluere cũ summa sit modica, ex trad. per Ale. *in l. si conuiant, n.* 7. & latè Crot. *n.* 9. *ff. sol. matr.*

R.P.D. Pirouano.

Romana Cambij.

Lucæ 16. *Decembris* 1619.

EPITOME.

Proxenetæ quando fides adhibeatur etiam in casu proprij interesse. In concursu scripturarum cuinã magis sit credendum, notatione dantis, an recipientis pecunias.

Ad Cap. 153. *num.* 32.

DECISIO CXLI.

PRoposui dubiũ in hac causa an D. Octauius Costa teneatur ad cambiũ scutorũ sex milliũ: quod affirmatiuè fuit per Dominos resolutũ.

Non enim controuertitur inter partes quin cõtractus cambii fuerit perfectus, sed cũ qua persona, vel D. Octauij, vel pro ratione bancaria Herera, & Costæ: Et cum esset de intentione D. Magalotti agentis duo probare, nempe personã, cum qua fuit factum cambiũ; & quod illi prędicta summa fuerit soluta; visum fuit vtrumque sufficienter probari.

De primo constat ex depositione proxenetæ, & ex fide ab vtraque parte ab eodem recepta, cambium scilicet in proprio nomine D. Octauij fuisse factum: cui etsi regulariter fides non adhibeatur propter eius interesse, glos. *in §. bis, verb. ad numerationem, auth. de instr. cauc. & fid.* & cõ probant post alios Gabr. *de test. q.* 20. *n.* 1. Farina. *eod. tit. q.* 60. *n.* 406. tamẽ quando stylus tori mercatorum loci contractus recipit ficẽ proxenetæ, prout de eo deponunt testes dati ab vtraq; parte, tunc bene probat: quia sicut Statutum, ita, & cõsuetudo, vel stylus potest determinare, vt proxenetæ fides adhibeatur. Stracch. post alios *de assecur. glo.* 39. *n.* 4. & de proxeneta *p.* 4. *in q. incip. illa etiam quæstio, n.* 33. Farin. *d. q.* 60. *n.* 441. maximè, vt in præsenti, vbi aliunde haberi non possunt probationes de veritate contractus, vt senserunt Abb. *in cap. insuper, nu.* 11. *vers. & maximè in defectu aliorum testium, de test.* Menoch. *cons.* 92. *nu.* 87. idem Gabr. *de testib. concl.* 20. *nu.* 7.

Non obstat quod stylus prædictus intelligi debeat de fide danda respectu qualitatis, vel circũstantiæ cambij, non autem substantiæ, dũ in qualitate cessat interesse illius commodi, vel incõmodi, vt per Alex. *cons.* 27. *in fin. lib.* 7. & Rota Ianuen. *dec.* 97. *n.* 4. *& dec.* 188. *n.* 9. *&* 10. quod non deficit, vbi agitur de substantia probanda.

Nam fuit respõsum, testes explicite affirmare, quod proxenetæ creditur quoad substantiã contractus, nec se restringere ad qualitates, & accidentia illius. Sed vlterius aduerterunt Domini, quod in præsenti cessat interesse proxenetæ propter quod fides illius diminuitur, dũ non controuertitur cambium esse factum, vnde proxeneta certus est de sua mercede ab vno, vel altero eorum; & remota affectione eius depositio solet attendi, ex eisdẽ auctoribus in contrariũ allegatis.

De secundo etiã constat per solutionẽ in lista factã Mãchello eiusdem D. Octauij ministro, cui vti solito recipere in eum modum pro D. Octauio, prout de hoc solito deponunt testes D. Magalotti, rectè solui potuit absque ordine, vel mandato. Guidop. *q.* 173. Rota *in recent. dec.* 566. *n.* 1. *p.* 2. Rota Ianuen. *dec.* 121. *n.* 4. & in causam pro D. Octauio solutio præsumitur propter titulum præbuli contractus, a quo declaratur actus subsequens solutionis, secundũ glos. *in l. quadã mu. lier. ff. de rei vend. l.* 2. *C. de acq. poss.* Dec. *cons.* 179. *in fin. & cons.* 297. *num.* 2. Becc. qui plura refert, *cons.* 6. *num.* 6. *lib.* 1.

Non obstat quod Manchellus, & in fide, & formiter examinatus, contrarium professus fuit publicè, & palam omnibus audientibus se non gerere illum actum nomine D. Octauij, sed nomine rationis bancariæ, cuius ipse erat minister; & idẽ deponunt alij testes de auditu ab eo; & vlteriùs ad libros rationis de tali credito non dederit debitum D. Octauio, sed Herrerę, & Costæ socijs: vnde dicebatur cessare præsumptionem causæ, in quam fuit facta solutio, stante clara declaratione animi recipientis tàm in voce, quàm in scriptis.

Quia quoad fidem, & depositionem Manchelli, & aliorum testium fuit responsum, non percutere tempus punctationis cum ministro D. Magalotti, dum interrogatus iuxta 13. respondit punctationem fuisse concorditer factam, absque eo quod alter ab altero inuestigaret, cuius nomine, vel pro quo fieret punctatio. Præterea nec illius dispositio aut fides tuta videtur, dum in multis erronea detegitur: dicit enim se fecisse declarationem in præsentia D. Magalotti, & tamen testes deponunt, quod tunc ibi non aderat D. Magalottus: & quamuis conetur errorem corrigere dicendo Notarium omisisse verba *del Cassiere del Magalotto*; tamen iste error non præsumitur, neque probatur. Secundo asseruit se non fecisse aliquam diligentiam cum Capserio Magalotti, eo quia iam se declarauerat non recipere pro D. Octauio: & tamen ex testibus datis pro D. Magalotto apparet quòd declaratio secuta fuerit in punctatione cũ ministris Mazzinghi, & Sacchetti, qui fuerunt posteriores in punctatione: & per eandem distinctionem euitatur depositio aliorum testium super dicta declaratione.

Quo verò ad scripturam fuit dictum minus esse credendum in præiudicium D. Magalotti: quia si non creditur viuæ voci illius, minus credendũ est mortuæ. Bald. *in l. 1. col. fin. vers. sed quid in his qui scribunt ea. nu. 10. C. de edendo.* Quod eo magis dicebatur firmandum; quia a ministro Magalotti contrarium fuerat notatum in libris eiusdem, nempe ad debitum D. Octauij: & in concursu scripturarum magis credendum est adnotationi dantis pecunias, quàm recipientis, vt de stylo deponunt testes examinati pro D. Magalotto. & est conforme dispositioni iuris, quod stetur declarationi soluentis, in quam causam soluerit. *l. 1. ff. de solut.*

Et ita fuit resolutum &c.

Cardinale Millino.

Romana Liberationis ab Obligatione.

Veneris 19. Decembris 1595.

EPITOME.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 157. est decisorium.

Ad Cap. 157. num. 14.

DECISIO CXLII.

DOmini dixerunt, quòd licèt Illustrissimus Cardinalis non steterit diu in obligatione, nec fuerit passus damnũ, tamen potest agere pro liberatione a fideiussione, vel prælatione fideiussionis pro conseruatione indemnitatis, vigore Statuti *lib. 1. cap. 157.* quod fuit habitum pro decisorio, cùm perimat ius partis. vt per Paul. de Castr. *in cons. 329. num. 5. lib. 1.*

Et ideo concluserunt, sententiam A. C. esse iustam, & confirmandam.

R.P.D. Rubeo.

Romana Vineæ.

Veneris 26. Octobris 1576.

EPITOME.

Statutum de præscriptione non habet locum in actione reali.

Ad Cap. 158. num. 20.

DECISIO CXLIII.

FVit conclusum per omnes Dominos sine difficultate, quòd Statutum de præscriptione non habet locum in actione reali; vt per Rom. *cons. 201. n. 2. las. post alios, insist. de act. in princ. n. 99. & seq.* Felin. *in c. fin. col. 3. n. 6. vers. limita etiam tribus modis, de præscript.* & per Balb. *de præscript. in 2. p. 3. par. princ. quæst. 14. num. 8.* Grat. qui de communi testatur, *cons. 41. nu. 7. & seq. lit. 1.* Gabr. *de præscript. conclus. 4. num. 16. & 17.* Rumin. iun. *cons. 27. sine 37. num. 67.* Couar. *var. resol. cap. 14. num. 1. vers. secundò ab eodem.*

Quam quidem opinionem dixerunt Domini multò facilius procedere in Statuto, de quo agitur, inspectis verbis tam rubri, quàm nigri, prout bene deducunt informantes. Ponderationes verò, & argumenta ex aduerso deducta ex supradictis auctoritatibus tolluntur, repugnantibus maximè verbis ipsius Statuti.

Neque facit illa communis opinio, de qua per Doct. *in auth. minoris, C. qui dar. Tut. vel Curat. post.* Nam illo in textu adest illa disiunctiua, quæ loquitur de re Minoris, ibi *aut qui minoris res tenet, &c.* vt benè considerat ibi Salic. *num. 7. vers. contrarium tamen.*

R.P.D. Gipsio.

Romana Census.

Mercurij 9. Decembris 1587.

EPITOME.

Præscriptio Statuaria incepta contra patrem, an post eius mortem perficiatur, & currat contra filium

in

in pupillari ætate constitutum. Declarantur Statuta Vrbis, cap. 158. & 159. lib 1. Annua præstatio an præscribatur.

Ad Cap. 158. num. 20.

DECISIO CXLIV.

AGebat Illustriss. D. Io. Petrus Caffarellus ad solutionem fructuum census de quo agitur, per obitum D. Ascanij sui patris decursorum: de credito per instrumentum impositionis dicti cēsus docebat, ad tradita *in cap. cum dilecti*, vbi Abb. *in princ.* not. Cravet. *consil.* 315. *num.* 1. cum simil. Ad impediendam autem huiusmodi executionem pro parte Illustriss. DD. filiorum D. Prosperi nonnulla in medio afferebantur, quæ alia responsione haud digna Domini dixerunt, cum satis ex deductis in facto tollantur. Difficultas itaque ad duo potissimè restringi videbatur, videlicet ad præscriptionem statutariam sexdecim annorum; & ad tacitam, seu præsumptam huius debiti remissionem, iuxta *l. procul de probat.*

Quoad exceptionem præscriptionis attinet, fuit conclusum illam non intrare & consequenter executionem impedire non posse. Si quidem in confesso apud partes extitit, præscriptionem statutariam sexdecim annorum in vita D. Ascanij, qui censum emerat, completam non fuisse; post verò eius mortem durante ætate pupillari D. Ioannis Petri perfici non potuit. *l. sicut C. de præscript. 30. vel 40. annor.* Nam quicquid sic in aliis præscriptionibus hæc contra pupillum non currit, sed dormit, vt de communi testatur Balb. *de præscript. par. 6. num. 27. & 34. ante fin.* & voluerunt Domini *in vna Romana de Magdalenis coram D. meo Blanchetto, 9. Iunij proteriti.*

Quæ quidem præscriptio etiam sibi locum vendicat in præscriptione a Statuto inducta, Paul. Castr. *cons.* 439. *num.* 3. *vers. quantum, lib.* 1.

Nec ad rem pertinet, quod Statuti præscriptio tanquam inducta post *l. fin. C. in quib. caus. rest. in integ non est necesse*, currere & compleri contra pupillum valeat, per ea quæ tradit idem Balb. *loco supracitato, num.* 43. *vers. neque obstat.* Quoniam ipse paulò post se declarans subdit non habere locum in pupillo, per tex. *in d. l. sicut*, & si aliter sentiret, eius opinio tenenda non esset: quia præscriptio statutaria loco præscriptionis quadraginta annorum subintrat. Castrens. *d. cons.* 439. *num.* 3. *circa med.* Balb. *vbi supra, num.* 43. *versus finem.*

Minus huic sententiæ aduersatur, quod præscriptio compleri potuerit postquam D. Io. Petrus effectus fuit maior. Quæ obiectio procederet, nisi ipso adhuc in ætate pupillari existente superuenisset nouum Statutum *cap.* 158. *lib.* 1. hanc præscriptionem prohibens. Noua enim Statuti dispositio locum sibi assumit in præscriptione cæpta nondum perfecta, vbi præscriptio a facto futuro perfectionem expectat. Felinus *in cap. final. num.* 11. *in* 5. *fallens. de constitut.*

Præterea ex contractu censuali oritur obligatio, quæ actionem realem parit. Aym. *cons.* 117. *num.* 4. Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 1 *glos.* 5. *num.* 4. Sed Statutum actionem realem comprehendit Gabr. *de præsumpt. conclus.* 4. *num.* 17. & pluries tenuit Rota *in vna Romana Vinea coram R. P. D. meo Decano de anno* 1576. *in alia Extinctionis Census, 22. Octobris* 1582. *coram bo. mem. Episcopo Lauretano.* Vnde licet annua præstatio tanquam res sibi debita petatur, personalis obligatio, vel hypotheca pro ea competat, non propterea excluditur, quin etiam realis actio non debeatur, ex allegatis in informationibus.

Non obstat quòd sicut vnica stipulatione fructus census, & ius illos exigendi debeantur, pari modo vnica præscriptione tollantur, vt *in l. de pupillo, §. in pluribus, ff. de non. oper. nunc.* & *in l. cùm acutissimi, §. in his, vbi glos. C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum*, & *in cap. de quarta præscript.* cum simil. Quia omissa illa disputatione, An tot sint præscriptiones, quot sunt annuæ præstationes, vt per Mohed. *decis.* 226. sat est, quod in casu nostro non adest aliqua præscriptio completa, vt ex supradictis apparet.

Nec refragatur quòd Statutum *in cap.* 159. *lib.* 1. *in nouis* inducat præscriptionem decennalem in prædictis annuis præstationibus. Quia non trahitur retro, sed intelligitur, dummodo decem anni post publicationem Statuti decursi sint; vt per Bart. *in l. omnes populi, num.* 26. *de iust. & iur.* cum alijs allegatis.

Præterea omnes in hoc conuenire videntur, quòd annua præstatio non præscribatur quando in promissione inest aliqua conditio, puta si debitor esset in mora; quo casu plures requiruntur præscriptiones, & declarat Mohed. *decis.* 226. Put. *decis.* 259. *lib.* 1. Sed cùm iuxta Constitutiones Callixti, & Martini, census redimibiles sint, dubium non est, hanc conditionem operari quòd ante euentum dictæ conditionis actio nata non sit, iuxta *l. cedere diem, de verbor. signific.* Ideo toc censentur præscriptiones, quot annuæ præstationes. Foller. qui alios citat, *de constit. sens. num.* 105. Ideo, stante quòd nec D. Ascanius, nec alius hæres, sortem principalem petere poterant, conueniens, & æquum satis videtur quòd eis dicta præscriptio obesse valeat, *ad l fin. C. de ann. præstation.* Nam præscriptio, etiam statutaria, fundatur in negligentia non petentis, & satisfactionis præsumptionem inducit: quæ quidem præsumptio in casu proposito non intrat per superius allegata.

DECI.

Cardinali Lancellotto.

Ianuen, seu Romana Pecuniaria.

Luna 10. *Iunij* 1580.

EPITOME.

Forenses quando ligentur Statutis Vrbis. Et quid si debitor potuit in diuersis locis conueniri? Et, si agatur in Tribunali Vrbis, in quo Statuta non seruentur nisi inter Ciues.

Ad Cap. 158. *num.* 33.

DECISIO CXLV.

IN causa Ianuensi, seu Romana Pecuniaria, pendente coram Domino Auditore Cameræ inter Dominos de Nigronibus, & Dominum Hieronymum Picalũgam, proposui in Rota infrascripta Dubia, cum nonnullis præsuppositis ad me transmissis, An scilicet ex præmissis constet, solutionem partitarum, de quibus in dictis præsuppositis, fuisse destinatam in Vrbe: & An Dominis de Nigronibus obstet prescriptio statutaria, de qua *in lib.* 1. Statutorum Vrbis *cap.* 101. & *lib.* 4. *cap.* 18. Et die Lunæ, 10. Iunij 1580. circa primum Dubium Domini resolverunt, non constare, solutionem fuisse destinatam in aliquem certum locum, licèt ex natura rei D. Picalunga possit conueniri in eo loco, in quo prætendit ipsam habuisse pecunias, de quibus agitur, etiã in Vrbe, vt est tex. *in l. barca, §. 1. absens* cum ibi not. per Doctores, *de in dic.* & *in l. 1. C. vbi de rationibus agi oportet.*

Nec obstat quòd dictus Picalunga sit descriptus debitor ratione cambiorum, quæ erant soluenda in Vrbe, & quæ in Vrbe transmittebantur: & erat habenda ratio expensarum, & prouisionũ ad rationem monetæ currentis in Vrbe, prout etiam deponunt testes examinati. Quoniam responsum fuit quòd dicta cambia non erant soluenda per D. Picalungam, sed per Dominos de Nigronibus, qui permutarent dictas pecunias ad computum Pichalunghæ, & ad quem dictæ litteræ erant transmissæ; & in eis ordinatur vt Domini de Nigronibus soluerent in Vrbe: ipse verò D. Picalunga simpliciter requiritur descriptus debitor dictorum cambiorum. Quare dici non potest, solutionem quoad ipsum fuisse destinatã in aliquem certum locum: & testes dicunt quòd si debitor ratione cambiorum non solueret in loco, ad quem litteræ directæ erant, posset alibi conueniri; vt etiam constat ex fide subscripta a pluribus mercatoribus, qui de huiusmodi stylo attestantur.

Quo verò ad secundum dubium fuit resolutum quod dictum Statutum Vrbis *lib.* 1. *c.* 101. & *lib.* 4. *cap.* 18. obstet Dominis de Nigronibus: quia licet forenses non ligentur Statutis, iuxta not. per Doct. *in l. fin. ff. de iurisdom. iud.* tamen id procedit in his quæ oriuntur a principio, & ex natura contractus, secus in his quæ oriuntur ex post facto, & post ipsum contractum, scilicet propter negligentiam, vel moram: quia tunc si solutio non est collata in certum locum, sed est facta simpliciter promissio, attenditur Statutũ loci vbi est facta petitio, quia ibi dicitur contracta negligentia siue mora; vt in terminis similis Statuti de præscriptione debiti, quod est decisorium, concludit Bart. *in l. 1. num.* 18. & 19. *C. de summ. Trinit.* cuius opinionem sequitur ibi Salyc. *col.* 3. *in princip. vers.* 4. *quia prædicta num.* 12. Fulgos. *num.* 18. & 19. Aretin. *num.* 12. vbi dicit eam esse communem Ias. *in 1. lectu. num.* 29. & *in 2. nu.* 66. vbi dicit quod cũ Bartolo tranſeunt alij, & ibi Caccialup. *n.* 131. *ver. item infertur*, vbi dicit quod Doctores sequuntur hanc distinctionem. Purpur. *num.* 154. quod etiã dicit, quod Doctores sequũtur Bartolum in omnibus: & *num.* 159. dicit ab hac opinione non esse recedendum, quia communiter tenetur: & latè etiam *num.* 162. vbi etiam attestatur de communi. Ang. *in l. si usufr. num.* 3. *C. de euictio.* Marſ. *in dicta l. fin. num.* 75. vbi inquit quod alij Doctores transeunt cum Bartolo, & Anchar. *in cap. canonum Statuta, q.* 12. *de consitu.* Card. *in cap. fin. sect.* 9. *num.* 44. *vers. secundo limita, de consuet.* Coro. *cons.* 205. *col. fin. vers. ex quo infertur, vol.* 3. Socin. *cons.* 99. *col.* 1. *vers. quibus suppositis, volum.* 1. Barbat. *cons.* 53. *col.* 10. *num.* 21. *vol.* 2. vbi dicit quod cum Bartolo transeunt Doctores. Ruin. *cons.* 117. *num.* 12. *vol.* 5.

At in casu, de quo agitur versamur in his quæ oriuntur ex post facto propter negligentiam, & moram, & in casu, in quo est facta petitio per D D. Nigrones in Vrbe, vbi viget hoc Statutum: propterea decidendum est quod ipsi, licet sint forenses, ligentur hoc Statuto: propter hãc doctrinam Bartoli alias fuit resolutum in Rota *in causa Romana Mercedis coram R. P. D. de Bubalis, die* 17. *Martij* 1578. *& coram me in causa Crimetis Castelli, die* 27. *Iunij* 1572. licet tunc dictum fuerit non esse locum dicto Statuto, ex quo solutio erat destinata in certo loco. Et licet contrarium dicatur fuisse decisum in quadã causa Camerinen. de anno 1553. tamen Domini præter id quod multum dubitabatur de fide illius decisionis, ex quo non inuenerunt in libris hanc decisionem factam, tamen dixerunt vel illam esse corruptam, vel non attendendam, quia est contra dictam doctrinam Bartoli, a tot Doctoribus vti communem complexam, & approbatam.

Non obstant aliquæ limitationes datæ per informantes pro DD. de Nigronibus ad dictam doctrinam Bartoli non aptari. Ad illam, scilicet vt non procedat quando debitor potuit in diuersis locis conueniri, iuxta dictum Bal. *c. in dicta l. 1. col.* 3. *in princip.* quem ibi sequitur Aret. *num.* 12. & Ias. *in 2. lectu. num.* 66. Caccialup. *num.* 131. & Marſ. *in dicta l. fin. num.* 76. fuit responsum quod prædicti Doctores hæc non dicunt, sed tantùm quòd si Bononiensis mutauerit Romæ Titio centum soluenda in pluribus locis,

pura

Florentiæ, vel Perusij, obstabit sibi Statutum Perusinum, si ibi petatur, non autem Florentinum, quia Statuta Florentina non extenduntur extra eius territorium. At in casu nostro non obijcitur dictis de Nigronibus Statutum alterius Ciuitatis, sed tantùm Statutum Romæ, de quo agitur, ex quo in Vrbe facta est petitio.

Minus obstat alia limitatio scilicet, vt doctrina Bartoli non habeat locum, quando Iudex, coram quo agitur, non seruat dictum Statutum, prout videtur esse in casu nostro, in quo dicti Nigrones tanquam forenses conueniunt dictum Picalugam coram A. C. quod non seruat Statuta Vrbis, nisi inter Romanos. Nam ad hoc dupliciter fuit responsum: Et primo quod dictus Picaluga, prout sic supponitur, est Ciuis Romanus. Et licèt dicti Nigrones sint forenses, sat est reũ esse Romanum, vt in dicta resolutione Romana Mercedis. Nec refert quod tempore contractus non esset Romanus, quia non versamur in his, quæ veniunt ex post facto, per supradictum. Ideo attendi debet tempus Iudicij & petitionis. Ang. *in l. 1. de vsur.* maximè cùm hæc exceptio fundetur in tempore. Ideo si attenderetur tempus contractus, nunquam obijci posset præsumptio, quæ non nisi ex temporis lapsu competit.

Secundò respondetur, & hoc magis placebat, scilicet quod cùm iste sit vnus casus particularis, in quo forensis ligatur Statutis, quemadmodum A. C. debet Statuta seruare inter Romanos, eo quia sunt subditi Statutis, ita debet seruare inter forenses, qui in casu hoc non secus ac Romani ligantur, & subijciuntur Statutis per dictam doctrinam Bartoli.

Non obstat etiam alia limitatio, quod scilicet Vrbs sit ad instar plurium Ciuitatum, quæ habeant diuersa Tribunalia, & doctrina Bartoli procedit in Ciuitate, in qua omnes Iudices sunt pares, & omnes pariformiter seruant Statuta. Nam respondetur quod Bartolus in distinctione loquitur non facta distinctione vnius, vel alterius Tribunalis. Præterea stante confirmatione Statutorum Vrbis, Statuta decisoria, prout istud, seruantur vbique, nec facienda est distinctio Tribunalium.

Insuper non obstat quod in *lib. 3. Statut. Vrbis cap.* 37. mandetur seruari Statuta inter Ciues, Incolas, & distinctuales: vnde inferunt, ergo non inter forenses. Quia respondetur quod idem est dicendum in foro Capitolino, si in eo forensis conueniretur, & tamen pars Dominorum de Nigronibus id admittit. Præterea cùm Statutũ recipiat interpretationem a iure communi secundum Bart. *in l. omnes populi, num.* 68. *ff. de iust. & iur.* & habetur in dicto Statuto, *cap.* 37. vbi mandatur seruari ius ciuile, quando deficiũt Statuta, hoc Statutum non excludit dispositionem iuris communis contra forenses, si in aliquo casu ipsi ligantur Statutis, prout in hoc casu ligãtur, iuxta doctrinam Bart. Et ita DD. cõcluserũt.

Verum quia hoc Statutum de quo agitur, inducit præsumptionem solutionis, nisi probetur contrarium, vel probetur interruptio præscriptionis; ideo fuit dictum quod Domini Nigrones possunt se iurare ex istis duobus capitibus, si voluerint.

Cardinali Sacrato.

Romana Pecuniaria.

Veneris 20. *Nouembris* 1609.

EPITOME.

Statutum Vrbis de præscriptionibus habet locum etiam in debito iurato. Relaxatio mandati auget præsumptionem solutionis.

Ad Cap. 158. *num.* 33.

DECISIO CXLVI.

FVit tentum partitam non deberi. Nam præter quòd cambium adhuc non fuit iustificatum ex litteris iuxta Constitutionem Papæ Pij Quinti, dicebatur intrare præscriptio Statuti Vrbis, *cap.* 158. *lib.* 1. Quod Statutum habet etiam locum in debito iurato: tùm quia tollit fidem instrumento; vnde non remanet scriptura, quæ probet iuramentum; vt in specie de hoc Statuto respondet Mohedan. *dec. 5. de præscript.* Tum maximè quia Statutum præsumit tantum solutionem, donec probetur contrarium: quæ quidem præsumptio non habet maiorem repugnantiam cum instrumento iurato, quàm cum alijs. Immo videtur, quod propter religionem iuramenti, quis facilius præsumitur satisfeciſſe debito iurato, quam non iurato. ad notat. *in l. ijs vero, & in l si quid infrudiosa, ff. de solut.* Natt. *cons.* 177. *num.* 1. *in fin. & num.* 2.

Non obstat quòd ista præscriptio fuerit interrupta per relaxationem mandati contra Martinum. Quia cum post relaxationem dicti mandati concurrant sexdecim anni, videtur renouata præscriptio solutionis, de quo in prealleg ato Statuto, vt in specie tenuit Rota *in causa Romana Tutelæ*, 29. *Ianuarij* 1588. *coram bõ. mem. Orano*. Statutum enim fundatur in præscriptione solutionis, quæ præsumptio non tollitur, sed potius augetur per relaxationem mandati. Item stante huiusmodi præsumptione solutionis, cessat mala fides debitoris, propter quam Ripa *in l. nemo potest.* 118. *ff. de leg.* 1. Couar. *in reg. possessor. par.* 2. *§.* 12. *num.* 7. negauerunt dari renouationem præscriptionis semel interruptæ.

Cardi-

Cardinale Sacrato.

Romana Census.

Lunæ 27. Iunij 1605.

EPITOME.

Census an extinguatur per immissionem in possessionem bonorum censuatorum.

Ad Cap. 158.

DECISIO CXLVII.

FVit conclusum pro executione mandati Auditoris Cameræ, tanquam legitimè relaxati in vim obligationis Cameralis, de qua constat per publicum instrumentum, quod facit probationem probatam. Bald. *in l. si Imperator, num. 3. ff. de stat. hom.* Grammat. *decis. 45. num. 9.* & habet executionem paratam, vt latè per Gallens. *de form. oblig. tom. 4. par. quæst. 1.*

Non obstat quod census, de cuius fructibus agitur, fuerit extinctus: vnde nec principales, nec fideiussor, amplius teneantur causa eorum obligationis, ex deductis *in causa Romana Nullitatis Obligationis, 10. Iunij 1601. coram R.P.D. Pamphilio, & me.* Quia negatur huiusmodi extinctio, quatenus illa deducitur ex eo quòd actor vna cum alijs creditoribus ex saluiano interdicto insteterit pro immissione in possessionē bonorum censuatorum, vt fuit immissus per sententiam Iudicis, tam pro sorte, quàm pro fructibus: & quod tandem Sanctissimus particulari chirographo mandauit deliberari dicta bona hominibus Mugnani pro summa per eos oblata; factoque per illos actuali depositio, eosdem immitti in possessionem bonorum, absque alia alicuius citatione: prout in effectu fuit obseruatum; & modò dicti homines recipiantur in possessione dictorum bonorum respectiuè.

Quod etiam si res ita se haberet, vt narratur, nihilominus non resultaret extinctio census. Nam aut hoc deducitur ex eis, quæ gesta sunt antequam Sanctissimus mandaret deliberari hominibus Mugnani, & cum vsque ad illud tempus non fuisset satisfactum dicto actori de sua sorte, non cessauit census; quia ad hunc effectum requiritur realis restitutio. Verall. *decis. 103. par. 1.* & fuit dictum *in causa Romana Saluiani Interdicti, 23. Iunij, anni 1600. coram R. P. D. Litta.* Aut extinctio præsupponitur ex subsequutis ad fauorem hominum Mugnani in vim chirographi manu Sanctissimi signati: & hoc non legitur in dicto chirographo, & cum materia sit stricta, & alteri præiudicialis, non est aliquid addendum. *cap. super eo*, cum concord. *ibi* per glos. *in verbo, interest de offic. delegati.*

Non obstat quòd Sanctissimus mandauit hominibus Mugnani facto depositio immitti in possessionem absque alicuius citatione. Quia ex hoc non sequitur quod Sanctissimus voluerit cessare censum, absque eo quòd depositum consignaretur quibus de iure; vel seruatis seruandis constituerentur in mora recipiendi: & illa remotio solemnitatis citationis satis operatur suū effectum in substendo deliberationem, & immissionem, non citatis de iure citandis. Aut denique præteditur extinctio census ex eo quòd bona censuata mutauerint dominum: & iste non est modus, quo extinguitur census, sed bona transeunt ad quocunque cum onere suo, vt fuit dictum *coram me in alia 24. Ianuarij 1612.*

R. P. D. Robusterio.

Romana Bonorum de Porcarijs.

Veneris 14. Ianuarij 1575.

EPITOME.

Præscriptio statutaria Vrbis semel interrupta non intrat amplius: & ad eam interrumpendam sufficit qualis qualis interruptio.

Ad Cap. 158. num. 69.

DECISIO CXLVIII.

REsolutum fuit, in casu, de quo agitur, non esse locum, neque præscriptioni Statutariæ, neque præscriptioni iuris communis.

Nam quoad præscriptionem iuris communis, illa satis fuit interrupta per actus de anno 1518. quibus Prosper de Porcarijs citat ad dicendum contra Commissionem in actis præsentatam instantibus Antonio, & fratribus de Porcarijs, cum prorogatione fatalium vsque ad annum 1525. secunda per interruptionem tactam de anno 1538. & 1539. In quibus annis similiter præsentatur Commissio, & citantur Canonici ad dicendum contra, & fiunt aliqui actus: & demum de anno 1554. & 1558. lis fuit prosequuta vsque ad præsentem diem.

Non obstat quòd Commissio præsentata de anno 1558. non loquatur de executione istius brachij secularis, sed de executione cuiusdam sententiæ in Curia Capitolina. Quoniam hoc tollitur ex facto, cùm sint transportata acta dictæ Curiæ, ex quibus apparet quod brachium seculare, de quo agitur, fit ibi præsentatum, & illius vigore obtenta sententia in negotio discussionis, vt bene deducunt hic informantes pro paruis de Porcarijs.

Quo verò ad præscriptionem statutariam, dixerunt illam fuisse interruptam ex eisdem actis; & facilius, quia in ea sufficit qualis qualis interruptio; & semel interrupta non intrat amplius

statu-

fidcutaria præscriptio; & materia non habuit difficultatem apud Dominos: & ideo procedendum ad vlteriora, & videndum, an constet de bonitate istorum fratrum.

Cardinali Sacrato.

Romana Pretij Viridarij.

Lunæ 26. Nouembris 1618.

EPITOME.

Statutum Vrbis de præscriptionibus an habeat locum in promissione iurata, & cum obligatione Camerali. Multa de præsumptione solutionis.

Ad Cap. 158. num. 63.

DECISIO CXLIX.

DE anno 1584. Paulus Sforcia vendidit quoddam viridarium Constantiæ de Cupis, & loco pretij ipsa mulier suscepit in se onus extinguendi duos census, quos passiue habebat dictus Paulus, alterum scilicet scut. 3500. alterum verò scutorum 1700. & insuper dicta mulier promisit dare pro dicta extinctione eidem Paulo assignamentum exigibile. & insuper facere accedere vti principalem, & in solidum Abbatem, Christophorum de Cupis; prout verè dictus Abbas Christophorus incontinenti accessit. Modò Illustrissimus Dominus Cardinalis Sforcia, tanquam successor vniuersalis dicti Pauli, instabat sibi relaxari mandatum contra bona hæreditaria dictæ Constantiæ: super quo dato per me dubio, Rota censuit non esse relaxandum mandatum.

Primò, quia obstat præsumptio solutionis siue assignamenti dati per Constantiam iuxta formam suæ promissionis, ex quo iam sunt lapsi plusquam sexdecim anni, vnde intrat Statutum Vrbis *lib. 1. cap.* 158. quod habet locum, etiam si promissio fit iurata, & obligatione Camerali vallata: quia quo arctior est obligatio, eo magis præsumitur satisfactio, vt in terminis huius Statuti respondit Rota *coram me in causa Romana Pecuniaria*, 20. *Nouembris* 1609.

Et vitum fuit non obstare prætensam interruptionem ex citationibus factis contra Constantiam de anno 1600. & 1601. quòd minimè constat de relatione, & reproductione dictarum citationum, & coram quo fuerint factæ: quin cantantes dicto anno 1601. fuerint factæ contra Constantiam tanquam matrem Tutricem suorum filiorum: & sic ex diuersa persona cessare visa fuit difficultas. Quia etiam ab anno 1601. ad hæc tempora decurri sunt sexdecim anni, qui sufficiunt ad inchoandum, & comprehendendum nouam præsumptionem ex dicto Statuto. Et tantum abest, quod citationes de anno 1600. & 1601. quatenus essent factæ, habeant nocere nouæ præsumptioni, vt potius illi suffragentur: quo enim diligentior fuit creditor, eo magis intrat præsumptio satisfactionis, vt respondit Rota *in prædicta Romana Pecuniaria coram me*.

Secundò, principaliter fuit dictum, non esse relaxandum mandatum, ex quo Abbas Christophorus fideiussor satisfecit suæ obligationi, assignando Paulo venditori fructus suæ Abbatiæ ascendentes ad scuta 1800. annua, cum expressa conditione, quòd pro parte Pauli censeretur renunciatum omnibus alijs assignamentis sibi factis tam ex causa extinctionis censuum, & accollationis ex causa viridarij, quàm alijs quibuscunque: quæ assignatio fuit acceptata per Paulum, vt in summario hæredum Constantiæ num. 2. vnde sibi imputare debet Paulus, siue illius hæres, si non exegit, iuxta *cons.* Gozad. 38. *nu.* 11. cui conferunt tradita per Surd. *cons.* 452. *n.* 15. & *cons.* 533. *nu.* 8.

Et licèt Paulus acceptauerit sine præiudicio aliorum assignamentorum, & animo, & intentione regrediendi ad prima assignamenta in euentum impedimenti: Tamen nullum probatur impedimentum fuisse præstitum, ideoque assignatio, & acceptatio manet in suo robore. Et quod obijciebatur, hoc assignamentum non fuisse factum pro negotio, de quo agitur, sed pro censibus per ipsum Paulum impositis, vel in quibus se obligauit contemplatione, & sub releuatione Dominorum de Cupis, vt in principio instrumenti; visum fuit cessare ex lectura finis eiusdem instrumenti, in quo Paulus etiam expressè renunciauit assignamentis sibi factis per Abbatem pro extinguendo census factos, & accollatos ex causa viridarij: ex quibus satis patet Paulum recepisse assignamentum scutorum 1800. annuorum, etiam pro causa extinctionis, & accollationis censuum, de quibus in contractu viridarij.

Tertiò, principaliter fuit dictum non esse relaxandum mandatum ad effectum consignandi D. Cardinali summam scutorum 5200. pro quibus fuerunt impositi census, & pro fructibus decursis a tempore, quo Constantia emit viridarium. Quia D. Cardinalis non est creditor similis summæ, ex quo neque sors, neque fructus fuerunt sibi debiti. Sed quicquid dicendum esset, si ipse tanquam successor Pauli fuisset coactus soluere fructus, vel deponere sortem loco damnorum, & interesse, cessat difficultas: quia non probatur in facto D. Cardinalem alterum ex prædictis præstitisse: vnde quatenus non subsisterent duo prima fundamenta huius decisionis, ad summum nihil aliud posset prætendere, quàm quòd hæredes Constantiæ extinguerent dictos census, vel aliàs facerent assignamentum pro illis extinguendis iuxta formam obligationis dictæ Constantiæ.

R. P. D.

R.P.D. Pirouano.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 5. Maij 1631.

EPITOME.

Præscriptio Statutaria Vrbis an habeat locum in contractibus iuratis, & obligatione Camerali vallatis. Et cœpta contra cedentem an currat etiam contra cessionarium, & contra hæreditatem iacentem. Et quid in fideiussore, respectu confideiussoris. Mulier cessionaria an vti possit contra præscriptionem remedio restitutionis in integrum.

Ad Cap. 158. num. 67.

DECISIO CL.

GAspar Garzonius, Eques Octauianus Crescentius, & Io. Lilius, vsque de anno 1588. se se principaliter & insolidum obligarunt in nonnullis societatibus officiorum pro Fabio Vrsino. Postea de anno 1592. idem Eques Octauianus Crescentius soluit totum debitum, cessione contra obligatos reportata; mandatumque obtinuit contra Gasparem Garzonium: & exinde nihil actum fuit, vsquequò de anno 1623. Administrator Salustiæ Cerrinæ, cui de anno 1605. d. Eques iura cesserat, cœpit vrgere D. Ioannem Baptistam filium & hæredem dicti Gasparis pro solutione dicti crediti, dempta ipsius confideiussoris parte. Et cùm excipieretur de præsumpta solutione ex Statuto Vrbis *Cap. 158. lib. 1.* dubitatũ fuit, an mandatum Aud. Cam. relaxatum sit exequendum. Et Domini negatiue responderunt.

Quia clara sunt verba prædicti Statuti 158. ibi, *Si Creditor ex causa mutui, depositi, vel cuiuscũque generis contractus, per annos sexdecim fuerit negligens in petendo debitum, præsumatur iuris præsumptione facta solutio, nisi contrarium per creditorem legitime probetur, vel nisi contraria præsumptio præponderãs ac præualẽs adducatur.* Vnde cùm de lapsu temporis sexdecim annorum dubitari non possit ab anno 1592. vsque ad annũ 1628. Statutum tamquam casus legis allegari potest, *l. ancilla, C. de furtis*, Osasch. *decis. 28. num. 13.* Surd. *decis. 195. num. 2.* Crauett. *consil. 317. num. 1.* Lancellot. Gall. *cons. 123. nu. 6.* Quod procul dubio etiam in contractibus iuratis, & obligatione Camerali vallatis procedit, cùm tollat fidem quibuscumque scripturis, ex quibus creditum probari possit, ita vt semper deficiat probatio assistentiæ iuramenti. Surd. *consil. 361. num. 12.* Seraphin. *decis. 718. num. 2. & 3.* Bou. *de Statut. Verb. præscript. gloss. 19. n. 2.* Put. *decis. 16. de constit.* Rot. *decis. 104. num. 2. par. 2. diuers.* & idem fuit firmatum *in Romana Donationis coram Domino meo Dunozetto die 3. Iulij 1628.*

Neque iste lapsus temporis sexdecim annorũ videtur interruptus de anno 1605. aut 1608. Quia etsi Eques Octauianus intra tempus sexdecim annorum, nempe de anno 1605. cesserit iura sua Salustiæ Cerrinæ, ex cuius persona nunc agit Crescẽtius, nõ propterea cessauit cursus tẽporis cõtra cedentẽ, qui superùlxit vsq. ad annũ 1618. quia præscriptio cœpta contra cedentem currit contra cessionarium. Bald. *in l. per diuersas num. 2. C. mand.* Cepoll. *in l. creditores n. 2. C. de verb. signif.* Bou. *de Statut. Verb. præscript. gloss. 19. num. 48.* & post obitum Salustiæ cessionaria continuauit contra successores illius tamquam inhærens credito, & non personæ. Castr. *in l. ea qua, §. si quando num. 3. C. de temp. in integr. restitut.* Soccin. sen. *consil. 61. num. 19. volum. 1.* Balb. *de præscript. 1. par. sexta, & ultima p. n. 48.* & idem Bou. *d. gloss. 19. nu. 85.*

Nec refert quod eadem Salustia decesserit de anno 1608. & hæreditas vsque nunc etiam sub administratore iaceat. Quia adhuc intrant anni sexdecim per Statutum requisiti, & nihilominus etiam contra hæreditatem iacentem currunt tẽpora ad implendam præscriptionem, & seu Statuti præsumptionem. Bald. *in l. iubet, C. de iure de liber. & cons. 48. lib. 1.* Socin. sen. *cons. 61. n. 16. lib. 1.* Duran. *de art. testam. cauſ. 6. de acquir. hared.* Castren. *in l. ea qua, §. si quando num. 3. C. de temp. in integr. restit.* Bou. eadem *gloss. 19. num. 85.*

Nec ex eo quod Eques Octauianus eodem anno 1592. obtinuerit mandatum contra Garzonium, euitari potest Statuti dispositio, quasi cesset illius ratio posita in negligentia petentis creditum, ibi, *Si per sexdecim annos fuerit negligens in petendo debitum.* Quod tamen verum non est, sed magis aggranatur negligentia, cùm nihil superesset pro credito consequendo, quàm ipse actus exequendi, & nihilominus creditor neglexerit vlteriorem diligentiam: super quâ omissione nouam etiam posse inchoari præscriptionem præsentis Statuti fuit relolutum *in Romana prety Viridarij 26. Nouembris 1618.* & *Romana Pecuniaria 20. Nouembris 1619. coram bon. mem. Card. Sacrato*, & nouissimè *in alia Romana Pecuniaria 10. Iunij 1624. coram Domino meo Merlino.*

Et quamuis hæc cessio facta de anno 1605. dici possit intra tempus sexdecim annorum vt supra admittebatur, & quidem Salustiæ Cerrinæ, quæ ob sexus fragilitatem prætendere videatur saltem in integrum esse restituendum, prout in ordinaria restitutione regulariter subueniũtur mulieres: Attamen, quia agitur de facto proprio ipsius mulieris, non autem alieno, cùm ipsa receperit cessionem dicti crediti, non intrat exculatio ad effectum restitutionis. Parit. *consil. 16. num. 139. volum. 2.* Ita eo magis cessat exculatio

tio, quia habitabat cum viro, a quo recepit cessionē & verisimiliter potuit certiorari. Anchar. *cons.* 91. *sub num.* 1. *vers. nec videtur excusari posse*, Balb. *de præscript.* 4. *par.* 4. *partis princip. quæst.* 29. *num.* 8. Menoch. *præsumpt.* 24. *lib.* 6.

Demum non obstat nos versari in fideiussore, qui pro suo debitore soluit: qui casus dicebatur in verbis exceptus ab ipso Statuto ibi, *exceptis debitis & eo quod supra de fideiussoribus dictum est*, nempe in præcedenti Statuto 157. ibi *& si soluerit fideiussor, non obstante temporis longinquitate, similiter principales & eorum hæredes cogere teneantur*, scilicet Senator & eorum Iudices. Et eamdem Statuti dispositionem procedere nedum quando fideiussor soluit pro debitore principali, sed etiam si pro confideiussore soluerit, vt in præsenti; cum militet eadem ratio, iuxta Achill. *decis.* 1. *de præscript.* & *Romana Saluiani*, 22. *Maij* 1599. *coram bonæ memoriæ Penia*, quæ est non. impress. per Statil. *de Saluiano.*

Quia decisio Achillis, prout altera Saluiani Interdicti; quæ illum simpliciter refert, & sequitur, vel non agit de comprehensione fideiussoris pro confideiussore soluentis, vel caret ratione ad id probandum. In prima enim parte ponit idem, quod dicit Statutum 157. quòd præscriptio statutaria aduersus non petentem debitum non procedit, si fideiussor soluerit, & ei fideiussori cessæ sint actiones: & de hoc non dubitatur. Sequitur exinde ampliando dictum, etiam quod de solutione non fuerit facta intimatio debitori, afferendo rationem, quia lex secunda, *C. de nouat.* non habet locum in necessario, qui soluit ex causa onerosa; quod est verum: quia non lex secunda, sed tertia, quæ disponit quod cessio actionum non liberat debitorem, vt ideo cedenti possit solui, præterquam in tribus casibus positis *in dicta l.* 3. si creditor litem fuerit contestatus, si partem debiti receperit, ac demum si denunciauerit debitori, vt sibi cessionario soluat; verè locum non habet in soluente ex necessitate, & ex causa onerosa, iuxta communem doctrinam Alexandri, & Ias. *in l. si cum emptore, ff. de pactis*, quamuis mendosè allegetur, *l. si emptor*: & hic casus in sua extensione non est noster, quia non agitur de sustinenda cessione aduersus debitorem cedentis, etiam quod non concurrant requisita dictæ legis tertiæ; sed de fideiussione agente contra confideiussorem, ex iure cesso, portione sua detracta: in secunda verò parte eiusdem decisionis Achillis *num.* 3. additur secunda ampliatio ibi *Quod etiam locum habet in qualibet soluente pro tertio, vt tertius non possit contra creditorem principalem cui solutum fuit, allegare præsumptam solutionem ex forma Statuti.* Et hæc pars aut continet extensionem prioris ampliationis, & non pertinet ad casum de quo agitur; aut est ampliatiua primæ propositionis, scilicet quod præscriptio statutaria aduersus non petentem debitum procedat si fideiussor soluerit, & eidem fideicommissi cessæ sint actiones, vt etiam habeat locum in quoliber soluente pro tertio: & nos versamur in alio soluente, qui non sit fideiussor. Itaut ex hac decisione Achillis, & Romana Saluiani nihil firmari possit quod pertineat ad comprehensionem fideiussoris pro confideiussore soluentis, & cessionem reportantis contra quoscunque obligatos, vt contra eum excipi non possit de præsumpta solutione, prout à principali debitore dari non posset.

Non obstat igitur vnicum fundamentum ex identitate rationis, quod sicuti accedentes in solidum censeantur vnus contemplatione alterius se obligasse, & inuicem fideiussisse. Cephal. *consil.* 220. *num.* 9. Alexander *consil.* 41. *num.* 2. *lib.* 5. semper in propria petitione dicantur principales debitores, quamuis fideiussores, & verba Statuti 157. de principali debitore loquentis conueniant cuilibet personæ principalis debitoris repræsentantis.

Quia argumentum ab identitate rationis regulariter non procedit, quando in eadem ratione colligitur casuum difformitas.

In præsenti autem fideiussor soluendo, & cessionem reportando vere efficitur creditor, & comprehenditur sub Statuto 158. præsumente solutionem aduersus creditorem negligentem in agendo. Baldus *in l. per diuersas, num.* 21. & Salicet. *ibidem num.* 14. *C. mandati.* Roman. *consil.* 142. *&* 202. *num.* 1. Decius *in l.* 1. *in prima lect. num.* 31. & *in* 2. *num.* 99. *ff. si cert. pet.* affirmans hanc esse veriorem opinionem. Statutum autem 157. excipiens casum fideiussoris soluentis non præseruat iura illius contra quoslibet debitores principales, sed contra illos, a quibus potest, & debet indemnis conseruari: quæ verba non conueniunt confideiussori, pro quo fideiussor soluit, postquam ille non tenetur conseruare indemnem alterum confideiussorem a toto credito, sed dempta illius portione residuum tenetur. *l. vt fideiussor. ff. de fideiuss. l. cum alterum, eodem tit.* Ronchegal. *in l. reos, in princip. num.* 54. Hering. *de fideiussor. cap.* 27. *par.* 3. *num.* 10. Rota *decis.* 732. *num.* 1. *par.* 2. *recentior.* & *decis.* 190. *num.* 4. vbi Adden. *coram Papa Gregorio XV.* Principalis autem tenetur fideiussorem relevare ab omni damno, & sic a propria etiam portione, cùm hoc importet conseruatio indemnitatis a Statuto præscripta. Sard. *cons.* 150. *nu.* 5. *&* 6. *lib.* 1. Osasch. *decis.* 48. *num.* 8. Couarr. *var. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 7. Atque ita cùm exceptio de principali debitore, qui teneatur conseruare indemnem fideiussorem, firmet regulam contrariam in alio quouis modo creditore, merito aduersus illos qui non tenentur præseruare confideiussores indemnes, currere debet statutaria præscriptio, cùm de illis Statutū 157. non loquatur.

Et ita &c.

R.P.D.Pirouano.

Romana Redditionis Computorum.

Mercurij 27. Nouembris 1619.

EPITOME.

Relationi Periti de consensu partiũ electi regulariter standum est. Præscriptio statutaria quando nõ habeat locum in iure reddendi rationem administrationis.

Ad Cap. 158.

DECISIO CLI.

DVbitatum fuit, an hæredes Ambruni teneantur ad summam vltimò per peritum calculatam. Cuius dubij determinatio cùm penderet a veritate crediti, & a relevantia exceptionum, quæ per dictos hæredes opponebantur; placuit Dominis in primis firmare, creditum extare in summa calculata, reseruando videre de exceptionibus.

Constat enim de credito ex quietantijs ipsius Antonij factis de recepto a Notarijs Auditoris Cameræ, quæ continent summam debitam Camerario, & eam esse verè exactam; & ex libris manu eiusdem Antonij scriptis, in quibus annotata fuit minor summa, quàm fuerit ab eo verè exacta: ex qua diminutione oritur creditum Dominorum de Caietanis. Vnde quietantiæ iustificant veritatem exactorum ex confessione partis. *l. cùm te C. de transact.* Bald. *cons.* 192. *lib.* 2. Socin. *cons.* 24. *num.* 8. *lib.* 3. Surd. *cons.* 60. *nu.* 1. Et propria Antonij scriptura relevat fraudem in retentione, quæ concludenter contra scribentem probat. Iaf. *in l. admonendi, nu.* 110. *ff. de iureiur.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *centur.* 92. *n.* 8. Quantitas autem scutorum 2788. constat ex relatione calculatoris de consensu partium deputati; cui regulariter standum est. *l. item si vnus, §. principaliter*, vbi gloss. & Bart. *num.* 3. *ff. de recept. arbitr.* cum alijs allegatis *in decisione Bononiensi Laudi coram me* 28. *Nouembris* 1618.

Non obstat allegata præscriptio ex Statuto Vrbis. Quia licet ius reddendi rationem administrationis præscribatur spatio sexdecim annorum, Seraphin. *decis.* 692. & *decis.* 718. *num.* 6. & *decis.* 730. Attamen, quia non apparet quòd Domini de Caietanis vnquam habuerint scientiam subtractionis pecuniarum, ex quibus resultat creditum; statutaria dispositio locum habere non potest, ex quo fundata est in præsumptione satisfactionis contra scientem se esse debitorem, & negligentè prosequi ius suum; & contra quem Lex præsumit satisfactionem: & in omnem casum semper esset illis succurrendum remedio restitutionis in integrum. Afflict. *decis.* 27. *nu.* 1. cum alijs allegatis.

Ita ita, &c.

R.P.D. Merlino.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 10. Iunij 1624.

EPITOME.

Præscriptio statutaria Vrbis habet locum in quocunque contractu etiam iurato; comprehenditq; etiã forenses. Casus, in quibus præscriptio interrumpitur, vel non. Intellectus ad l. fin. C. de præscript. triginta, vel quadraginta annorum. Litis contestatio an & quãdo perpetuet actionem. Mala fides debitoris an semper excludat effectum præscriptionis. Solutio quibus cõiecturis præsumatur. Declaratur conclusio, quòd interruptio præscriptionis contra principalem nõ nocet fideiussori.

Ad Cap. 158. num. 67.

DECISIO CLII.

OBtinuerat Octauius de anno 1600. pẽdente lite sequestrari quasdam pecunias Aloysij sui debitoris, qui propterea Aloysius pro huiusmodi sequestri reuocatione promisit, & solemniter se obligauit stare iuri, & iudicatum soluere; cui etiam obligationi vti principalis personaliter & insolidum accessit bo. mem. R. P. D. Camerinus: & successiuè lite diu agitata, ipse Octauius creditor tres sententias conformes ad sui fauorem reportauit. In quarum & rei iudicatæ executionem obtinuit de anno 1603. taxari & moderari expensas in causa factas. Nuper autem Octauius coram Auditore Cameræ vrgebat hæredes bo. me. Camerini ad solutionem iuxta formam obligationis prædictæ. Verùm quia hæredes ipsi nitebantur illum repellere statutariæ præscriptionis exceptione; pro eius vero parte replicabatur, illam in præsenti casu locum sibi non vendicare; placuit Auditori Cameræ, seu R. P. D. eius Locumtenenti, Rotam, me proponente, consulere, An dicta præscriptio obstaret. Et Domini, vtraque parte informante, hodie illam

illam obstare responderunt.

Cùm enim tanta die obligationis, quam etiam ab anno 1603. quo lata fuit tertia conformis sententia, & in vim rei iudicatæ deuentum etiam ad expensarum taxationem, fuerint iam elapsi sexdecim anni, & vltra; vtique inerat dispositio Statuti *capitulo* 158. *libro primo*, quod locum habet in quocunque contractu etiam iurato, cùm vlterius procedat adimendo fidem instrumento, & sic iuramentum in eo appositum remaneat absque probatione; Mohedanus *decis.* 5. *de præscriptionibus*. Puteus *decisione* 111. *libro primo in correctis*, Bou. *de Statut. Vrbis præscription. glos.* 29. *num.* 2. Surdus *consil.* 361. *numer.* 12. & 13. & fuit dictum *in Romana Pensionis Domus*, 16. *Ianuarij* 1598. *coram bonæ memoriæ Illustrissimo Domino Cardinale Lancellotto*, & *in Romana Fructuum Census*, 23. *Iunij* 1603. *coram bonæ memoriæ Illustrissimo Domino Cardinali Millino*, & *in Romana Pecuniaria*, 23. *Februarij* 1609. *coram bonæ memoriæ Illustrissimo Domino Cardinali Sacrato*. Et procedit quoque in debito ex quasi contractu, vt per Cardinalem Seraphinum *decisione* 730. *num.* 3. & 4. & *seqq.* comprehendit; quæ etiam sorenses, vt *in Romana Mercurdis*, 17. *Martij* 1578. *coram bonæ memoriæ R. P. D. Bubalo*, & *in vna Ianuensi, seu Romana Pecuniaria*, 20. *Iunij* 1580. *coram bonæ memoriæ Illustrissimo Domino Cardinale Lancellotto seniore*, quæ est decisio 764. *parte* 4. *diuersorum*.

Nec visum fuit præscriptionem huiusmodi a Statuto inductam cessare ex eo quòd post dictam obligationem Octauius litem contra Aloysium principalem debitorem per plures instantias fuerit prosequutus, donec tres conformes, vt supra obtinuerit; & consequenter actio ad quadraginta annos perpetuatu videatur, iuxta textum *in l. finali*, C. *de præscriptionibus triginta, vel quadraginta annorum*, vbi Socin. Iaf. & cæteri scribentes notant, & in terminis Statuti Vrbis tradit Bou. *vbi supra, glos.* 21. *num.* 15. Modern. Bonon. *variarum resolutionum, cap.* 67. *num.* 8. & *seqq. libro* 2. & firmauit etiam Rota *decisione* 80. *num.* 2. *parte prima diuersorum*, & *coram bonæ memoriæ Illustrissimo Domino Cardinale Seraphino decisione* 920. *num.* 3. & *decisione* 926. *num. primo*, & *coram R. P. D. Orano in Romana Tutelæ de Fabijs*, 29. *Iunij* 1588. & *coram R. P. D. meo Buratto in Romana Pecuniaria* 10. *Iunij* 1613.

Quoniam pro responsione, & conclusionis huiusmodi declaratione, circa quam Rota variasse videtur, vt monuit Reuerendus Pater Dominus meus Vbaldus in Romana Pretij Viridarij, 11. Martij præteriti, distinguendi sunt nonnulli casus, per quam distinctionem decisiones omnes facile ad concordiam reuocantur.

Primus casus est quando præscriptio fuit interrupta per simplicem citationem, & iudicialem, aut extraiudicialem interpellationem, quam Statutum ipsum vult sufficere ad interruptionis effectum. Et tunc licèt præscriptio cæpta non continuet, ita disponente Statuto prædicto; nihilominus a die ipsius interpellationis noua inchoatur præscriptio per aliorum sexdecim annorum, & sic tanti temporis lapsum, quanti primo erat complenda; non autem ad longius tempus actio perpetuatur, vt post Riccardum Malumbrunum docet Bartolus *in l. ex hoc edicto, num.* 5. & ibi Castrens. *num.* 4. Iaf. *num.* 3. Alexand. *nu.* 11. Socin. *num.* 23. *ff. de eo per quem fact. erit*, Imol. *in l.* 2. §. *si etiam rem, num.* 32. *ff. pro emptor.* Corn. *consil.* 180. *in fine, lib.* 3. & in terminis Statuti Vrbis dictus Modernus Bononien. *dicto cap.* 67. *num.* 10. Bou. *vbi supra, glos.* 21. *num.* 15. & sensit etiam Rota *coram bonæ memoriæ Illustrissimo Cardin. Seraphino, decisione* 718. *num.* 3. & 6. & *in eadem causa coram R. P. D. meo Orano* 29. *Ianuarij* 1588. & *in dicta Romana Pecuniaria*, 20. *Nouembris* 1609. *coram bonæ memoriæ Illustriss. Cardinale Sacrato*.

Secundus casus est, quando non solum interuenit simplex interpellatio, sed fuit etiam deuentum ad litis contestationem, vel ad aliquem actum meritæ causæ respicientem, qui in causis ordinarijs contestationem litis sequi consueuit: is enim in causis summarijs, & in quibus lis formiter non contestatur, ipsius contestationis vim habet Cardinalis in *Clementina constitutionum*, §. *finali, in fine de election.* Rota *decisione prima de litis contestat. in nouis*, & in nostris terminis Corn. *dicto consil.* 180. *num.* 5. *lib.* 3. Cardinalis Seraphinus *decisione* 920. *num.* 31. Et tunc si actor propter aliquos casus litem absoluere fuerit præpeditus, cessat Statuti dispositio ipsaque actio perpetuatur ad quadraginta annos, iuxta textum *in dicta l. finali*, C. *de præscriptionibus triginta, vel quadraginta annorum*, & tradit Bartolus *in dicta l. ex hoc edicto, num.* 5. & alij relati per Corn. *dicto consil.* 180. *num.* 5. Petrus Duenna *dicta regula* 6. *circa finem, versic. onum tamen*. Bou. *dicta glos.* 21. *num.* 5. & addent. Bonopien. *variarum resolutionum, cap.* 67. *num.* 9. & 10. *libro secundo*, quicquid dixerint Baldus *in cap. non licet, de præscriptionibus, in fine*, & Alexander *consil.* 227. *num.* 4. & *consil.* 249. *num.* 6. *lib.* 6. qui ab addentibus, vtrobique reprobantur. Et in his terminis loquuntur. & procedunt decisiones Rotæ supra in obiecto relatæ. Tunc enim creditor negligens dici, vel de eius credito iam satisfactus præsumi non potest, cùm non fuerit in eius potestate litem finire, & creditum ipsum, cuius substantia, & existentia adhuc sub iudice in dubium reuocabatur, exigere.

Tertius casus considerari potest, quando creditor non fuit litem contestatus animo illam ad finem perducendi, nec fuit propter potentiam fortè fugientis debitoris, vel propriam imbecillitatem, aut alio casu impeditus, sed propter meram negligentiam ad expeditionem minimè deuenire curauit. Et tunc talis litis contestatio licet præscriptionem interrum-

pat, cùm ad hunc effectum, iuxta Statutum prædictum, sufficiat sola, & simplex citatio, seu interpellatio etiam extrajudicialis, vt dixi; tamen ad actionis perpetuationem prodesse non videtur, vt firmauit glossa *in cap. placuit il secondo, §. potest, in verbo interrupta, verfic. & tamen tantum*, 16. *quæstione* 3. per textum *in dicta l. fin.* ducto argumento a contrario sensu. Abbas *in cap. illud, num.* 24. *verfic. & inde ad limitationem de præscription.* Roman. *in dicta l. ex hoc edicto, in principio, num.* 6. *verfic. est hic vnum dubium, ff. de eo per quem fact.* vbi glossam *in dicto cap. placuit*, singularem appellat. Inf. *in §. pœnales quoque n.* 114. *instit. de actionib.* Socin. senior *regula* 108, *in secunda fallentia*, Cursius senior *de sequestr. quæstione secunda, num* 59. Et optime iuratæ satisfactionis præsumptio inducta a Statuto; non enim est credendum quòd absque vllo prorsus impedimento litem prosequi, & suum exigere neglexisset, nisi fuisset iam satisfactus, vel in rei veritate se minime creditorem, aut malum ius fouere cognouisset.

Quartus denique est casus, quando post litis contestationem agnoscendo bonam fidem, iuri cessit, ac debitum tassus fuit, vel terminum ad soluendum suscepit, vel actor ad sui fauorem mandatum executiuum aut sententiam, & rem iudicatam obtinuit; & postea idem actor cecidit per sexdecim annos. Et tunc præscriptioni statutariæ locus est: Quoniam licet in terminis Statuti simpliciter disponentis quòd actio certo temporis spatio tollatur, vel quòd qui debitum non petierit infra tale tempus, cadat a iure suo, & amplius audiri non debeat; præscriptio ipsa in huiusmodi casu, propter malam fidem debitoris ex propria obligatione conuenti, & scientis se debere cessare videatur, iuxta traditas per Canonistas *in cap finali, de præscriptionib.* Balbus *de præscriptionib. secunda parte tertiæ partis principalis, quæstione* 14. *num.* 2. & 3. Couarruuias *in regula, possessor, secunda parte, §.* 11. *num.* 3. Cardinalis Seraphinus *decisione* 614. *num. primo*, & *decisione* 632. *num. primo*, & 3. & *decisione* 760. *num. primo*. Nihilominus in terminis Statuti Vrbis aliud est dicendum: illud enim non tollit directe & immediate ius vel actionem creditori competentem, sed tantæ illius negligentia, & taciturnitate per sexdecim annos, induxit præsumptionem satisfactionis, & solutionis: qua præsuppositæ, instrumenta quæcunque, & scripturas, tam publicas, quàm priuatas, vult nullam fidem mereri, nullumque fortiri posse iuris, aut executionis effectum. Vnde cùm post dictum tempus ex iuris præsumptione per dictum Statutum inducta, debitor, qui eam allegat, sit omnino similis illi qui docet effectualiter persoluisse totum id ad quod erat obligatus, vt per Modernum Roman. *discceptationum forensium, cap.* 52. *num.* 18. certum est non posse amplius considerari malam fidem, sed illam omnino excludi, quemadmodum excluderetur, si ex publica, vel priuata scriptura, aut testium depositionibus, vel alio probationis genere, quàm ex sola iuris præsumptione, solutio, aut satisfactio ipsa effectualis probata fuisset; vt fuit resolutum *in Romana Tutelæ*, 19. *Ianuarij* 1588. *coram Orano, & in dicta Romana Pecuniaria*, 20. *Nouembris* 1609. *coram Reuerendissimo Domino Cardinale Sacrato.*

Quintmo Statuti prædicti dispositio, & solutionis præsumptio fortius viget, quando creditor iudicialiter debitorem pulsauit, & mandatum executiuum contra illum relaxari obtinuit, aut plures conformes reportauit, & in vim rei iudicatæ ad expensarum etiam taxationem fuit deuentum. Tunc enim multo magis est verisimile quod debitor videns omnes fugæ vias esse præclusas; ad vlteriores expensas, & molestias euitandas, & ob paratæ executionis timorem, debitum persoluere, & creditori satisfacere curauerit; & etiam valde rationi dissentaneum est quòd creditor, qui fuit adeo diligens in petendo, & mandatum executiuum, vel rem iudicatam, præsertim ex pluribus conformibus, non sine magno labore, & expensis, vt in proposito, reportauit, per sexdecim annorum spatium ita ignauus, ac iners postea fuisset, vt sententiarum, & mandati executionem prætermisisset, si a debitore non fuisset satisfactus. Nec in huiusmodi casu tam supinæ negligentiæ iuuare se posset dispositione d. legis *hualis*, cùm fuerit in eius potestate debitum exigere. *l. prima, §. fecius, ff. de offic. l. post rem iudicatam*, & ibi Bartolus *ff. de re iudicat. l. si tenira maiorem, C. de appellation* & optimè fuit ponderatum *in dicta Romana Pecuniaria*, 20. *Nouembris* 1609. *coram bonæ memoriæ Illustrissimo D. Cardinali Sacrato.*

Verissima igitur est conclusio, quod statutaria Vrbis præscriptio locum non habet quando debitor est in mala fide; sed mala fides ad obtinendum in foro exteriori, debet per creditorem, qui suum creditum per sexdecim annos petere neglexit, probari, non solum ostendendo debitorem fuisse a principio propriæ obligationis & debiti conscium, sed etiam docendo illum scisse obligationem ipsam perducatie, nec fuisse in rei veritate mediante satisfactione extinctam: alias enim quemadmodum post dicti temporis lapsum præsumitur facta solutio, ita etiam præsumitur bona fides; vt per Gabrielem *conclus.* 4. *num.* 18. & 29. *de præscriptionib.* & Rota *in dicta Romana Pecuniaria*, 29. *Nouembris* 1609. *coram bonæ memoriæ Illustrissimo Domino Cardinali Sacrato.*

Imo, quod plus est, mala fides excludit effectum tam prædicti Statuti Vrbis, quam iuris communis, vel alterius Statuti præscriptionem simpliciter inducentis. Nam in terminis iuris communis, vel alterius Statuti, si mala fides superuenit post præscriptionem completam, debitor, huic alienæ rei potentior, debitum persoluere, aut rem ipsam restituere non tenetur, sed potest licite retinere etiam

an

in foro conſcientiæ: quia illius dominium legis auctoritate iam legitimè acquiſiuit, iuxta communem opinionem Theologorum, & Canoniſtarum, quam tenet ſanctus Thomas *quodlib.* 12. *artic.* 24. *verſ. & ideo dicendum.* Scott. *in* 4. *ſententiar. diſtinct.* 15. *quæſt.* 2. *num.* 9. gloſſ. 2. *in cap. Vigilanti, de præſcript.* Caietan. *in ſumm. in verbo, præſcriptio.* Balb. *de præſcript.* 2. *par. tertia partis principalis, quæſt.* 9. *per totam.* Ioann. Medin. *de reſtitut. quæſt.* 18. Sotus *de iuſtit. & iur. quæſt.* 5. *artic.* 4. Couarruuias *in dicto cap. poſſeſſor, parte prima, §.* 1. *num.* 4. *&* 5. & *par.* 3. *§.* 2. *per totum*, Sarmien. *lib.* 2. *ſelect. interpretat. cap.* 10. Pachin. *lib. primo, controuerſ.* 64. *verſic. ſed contraria.* Molin. *de iuſtitia & iure tractat.* 2. *diſput.* 61. *colum.* 2. *verſic. procul dubio, & infra.* Leſſ. *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 6. *dub.* 17. *num.* 50. Quod ſecus eſt in terminis Statuti Vrbis, quod non tollit actionem, vel obligationem, ſed probationem tantùm, præſumendo ſolutionem. Vnde ſi poſt lapſum ſexdecim annorum debitor conſtituatur in mala fide, non ſolum tenetur in foro conſcientiæ, ſed etiam in foro exteriori cogi poterit ad ipſius debiti ſolutionem, quod non dum fuit ſolutum, ſi ipſa mala fides & rei veritas ab ipſo creditore ſufficienter probetur; tunc enim ceſſante ſolutionis præſumptione ceſſat quoque Statuti diſpoſitio, vt in eodem expreſsè cauetur, & conſiderauit Rota *dicta deciſ.* 764. *num.* 4. *in fine, parte* 4, *diuerſorum.*

Sed quoniam, vt dixi, ex prædictis patet debitorem ſtatutariæ præſcriptionis exceptionem obijcientem, in effectu dare de ipſius debiti ſolutione probata ex iuris præſumptione, quæ eſt ſpecies liquidiſſima probationis. *l. licet.*, & ibi Doctores. *ff. de legatis primo, l. ſi tutor, C. de periculi. tutor.* Bartolus *in l. illa ff. de verborum obligationib.* Bou. *de Statut. Vrbis præſcriptione, gloſ.* 24. *num.* 5. *& ſeqq.* apertè ſequitur illum eſſe tutiſſimum, ita vt creditor omnino excluſus remaneat, niſi ipſe probationis onus ſuſcipiendo docear in rei veritate ſolutionem non fuiſſe factam, vel per legitimas probationes, vel per aliquam contrariam præſumptionem præponderantem præſumptioni Statuti, vt in ipſo Statuto expreſsè cauetur, & dixit Rota *dicta deciſ.* 764. *in fine*, & Bou. *dicta gloſ.* 24. *num.* 3. & Gabr. *conſ.* 148. *num.* 10. *&* 13. *lib.* 2.

In propoſito verò non ſolum aliqua huiuſmodi præſumptio præponderans in contrarium non adducebatur, ſed imò potius dicta ſolutionis præſumptio per Statutum inducta pluribus alijs, & quidem vrgentibus coadiuuabatur. Quarum prima deſumebatur ex qualitate perſonæ creditoris, qui eſt mercator; & conſequenter non eſt credendum tamdiu ſui crediti exactionem diſtuliſſe, vt in ſpecie tradit Parifius *conſil.* 83. *num.* 26. *lib. primo*, & *conſil.* 137. *num.* 3. *lib.* 4. Præſertim ſtante infortunio, quod annis præteritis ei in mercatura mercatura contigit. Alexand. *conſ.* 103. *num* 14. *verſic. & hanc partem. lib.* 6. Affict. *deciſ.* 13. *num.* 15. *verſ. quia reſpondetur.* Surd *deciſ.* 105. *num.* 3.

Secunda coniectura reſultabat ex maxima diligentia adhibita in procurando cautionem de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, & in reportando tres ſententias conformes, & ad expenſarum etiam taxationem deueniri curando: Ideo non præſumitur quòd fuerit negligens in petendo effectualem ipſius rei iudicatæ, & mandati executionem, quem apparet in obtinendo fuiſſe diligentiſſimum, vt arguit Affict. *deciſ.* 13. *num.* 19. Pariſ. *dicto conſil.* 83. *num.* 27. & *conſil.* 137. *nu.* 13. *lib.* 4. Maſcard. *de probat. concl.* 1319. *num.* 28. Surd. *dec.* 105. *num.* 2.

Tertia coniectura deſumitur ex qualitate non ſolùm principalis debitoris per tres ſententias conformes, vt ſupra condemnati, ſed etiam dicti D. Camerini fideiuſſoris: vterque enim erat vir ingenuus, locuples, ac ſoluendo, & præſertim ipſe fideiuſſor, & ſtata die quod debebat, ſoluere conſueuerat, vt in terminis poſt Pariſ. *dicto conſ.* 83. *nu.* 29. Bertazol. *conſ. ciuil.* 118. *num.* 3. argumentatur Surd. *dicta deciſ.* 105. *num.* 2.

Quarta denique, quia dictus creditor dictarum ſententiarum & rei iudicatæ executionem diſtulit in tempus, quo tam dictus principalis debitor, quàm fideiuſſor, de veritate informati mortui ſunt: quod in propoſito ponderat Affictus *dicta deciſ.* 13. *n.* 21. *verſic. quia & num.* 22. Grammaticus *deciſ.* 103. *num.* 39. *in fine.* Simon de Pret. *conſil.* 68. *num. primo*, *& ſeqq.* Menochius *lib.* 2. *præſumptione* 92. *num.* 7.

Præterea viſum fuit aliquibus ex Dominis omnem difficultatem ceſſare ex eo quia de anno 1603. per rem iudicatam & expenſarum taxationem lis fuit finita, & tunc fideiuſſor prædictus de iudicatum ſoluendo cæpit eſſe efficaciter debitor, qui ante rem iudicatam ad aliquid perſoluendum cogi non poterat: & conſequenter a dicto tempore cæpit ad illius fauorem currere præſcriptio, quam certum eſt nunquam poſtea fuiſſe interruptam, cùm nullam factam fuiſſe appareat iudicialem, vel extraiudicialem interpellationem: & conſequenter, quicquid eſſet quo ad principalem debitorem, clarè patet quoad ipſum fideiuſſorem, interruptionis, & prætextæ perpetuationis quæſtionem locum ſibi vendicare non poſſe. Quamuis enim concluſio illa quòd interruptio præſcriptionis, contra principalem non nocet fideiuſſori, quam firmant gloſſ. *in l. cum quis, §. ſi quis*, & ibi etiam Bartol. *num.* 5. *ff. de ſolut.* idem Bartol. *in l. fideiuſſor, §. fin. ff. mandat.* Alex. *in l. morarei, ff. de verbor. obligat.* Petr. Ducn. *dicta reg.* 6. *in fin. verſic. quod tamen intelligo* Guidopap. *deciſ.* 416. *nu.* 12. Balb. *de præſcript. 3. par. 6. partis principalis, n.* 47. *& ſeqq.* Modern. Aretin. *de fideiuſſor. ſecundæ parte principali, §.* 6. *num.* 2. *& ſeqq.* & in terminis Statuti Vrbis, Puc. *deciſ.* 500. *lib.* 2. *per totum*, in correctis, procedat ſolum in fideiuſſore contractus, ſecus vero in fideiuſſore iudi-

iudicij, seu de indicatum soluendo, vt post Baldum *in l. tam mandatori, num.* 25. *C. de non num. pecun.* Angel. *in l. grege, §. etiam, vers. simili distinctione, ff. de pignor.* distinguit, & limitat Balb. *dicta 3. parte principali fol. nu.* 49. & 50. *versic. limitatur secundum Baldum*: nihilominus limitatio huiusmodi procedere videtur quando fideiussor iudicij vellet iuuari præscriptione cæpta ante litem motam, & contenderet illam quoad ipsum non fuisse interruptam per litis contestationem factam contra principalem, quemadmodum non interrumpitur quoad fideiussorem contractus; non autem, quando iste fideiussor iudicij opposuit de præscriptione inchoata in illius persona post sententiam & rem iudicatam, & sic a die quo cœpit esse verè & efficaciter debitor, & successiue completa per lapsum temporis a iure communi vel Statuto præfiniti; prout accidit in præsenti.

Et ratio disparitatis videtur euidens: quia primo casu cùm sententia lata contra principalem mandetur recta via executioni contra fideiussorem iudicij, vt per Balbum *sub dicto num.* 50. & sic contra ipsum non requiratur alia particularis interruptio, dicere non potest actionem fuisse præscriptione sublatam ob interpellationis, siue interruptionis defectum. Nec potest creditor dici negligens, qui ante obtentam sententiam condemnatoriam contra principalem non potuit fideiussorem vrgere vt iudicatum solueret iuxta formam suæ obligationis. In secundo verò casu noua illa præscriptio ad fideiussoris fauorem cæpta a die, quo eius obligatio fuit purificata, ipsequè efficaciter debitor esse cæpit, non potest dici interrupta per actus factos antequam illa currere incepisset; & creditoris negligentia est inexcusabilis, dum post rem iudicatam tamdiu distulit, & fideinsloré iudicij iam efficaciter obligatum nunquam per sexdecim annos & vltra pulsauit; & bene intrat satisfactionis præsumptio per Statutum inducta ex superius deductis.

Et prædicta confirmabantur ex eo quia quemadmodum sententia, & res iudicata de iure communi post lapsum triginta annorum executioni non potest demandari. Affl. *dec.* 245. *in fine, & decis.* 345. & vbique Vrfill. Tiraquell. *de retract. lignag. glos. final. num.* 32. Rota *decis.* 689. *num.* 5. *parte prima recentior.* Ita nec etiam post sexdecim annos, stante dicti Statuti dispositione & præsumptione ab eo inducta.

Et ita conclusum fuit vtraque parte informante.

R.P.D. Pirouano,

Romana Pecuniaria.

Veneris 8. Nouembris 1624.

EPITOME.

Præscriptio statutaria intrat post decennium in debito per scripturam priuatam; & post sexdecim annos in debito instrumentario.

Ad Cap. 158.

DECISIO CLIII.

DOmini recesserunt a decisis in hac causa die 21. Iunij 1619.

Quamuis enim fuerit firmatum, hæredes q. Prosperi teneri restituere scuta 188. recepta a Iulio Aluero, mediante ordine per eum directo Roberto Primo, & quietantia eiusdem Prosperi; quæ cùm remanerent penes recipientem sine causa, inde dicebatur teneri ad illorum restitutionem;

Attamen perpenso ordine directo Roberto Primo, *Le piacerà pagare al Signor Prospero de Rocchis scuti centoottantotto moneta, quali sono per compimento d'una Compagnia d'Officio di scudi dugento simili, che li restanti li sono ritenuti*. Quæ Societas enunciatur facta in officio Ferracuti Notarij Auditoris Cameræ; visum fuit Vallatum vigore prædicti ordinis agere non posse contra hæredes Prosperi, quasi penes eos pecuniæ remanserint sine causa.

Nam ordo enunciat contractum Societatis Officij iam factæ inter Vallatum & Prosperum, & quietantia subsequitur per eundem Prosperū in eadem quantitate expressa in ordine. Videatur defectus causæ, quæ est ratio. *l. si me & Titium, ff. si cert. petat.* dum contrahentes tam per solutionem, quàm per receptionem respectiuè, approbant contractum & causam onerosam illius. *l. ad solutionem, C. de re iudic.* Atque ita Vallatus repræsentans Iulium Aluerum, qui direxit ordinem, non ex credito scutorum 188. sed actione ex socio agere debet, producendo instrumentum societatis, ex quo videri possit de substantia illius de tempore petitionis sortis principalis; & an fuerit superlucrata: quibus non probatis rectè potuerunt hæredes petere se absolui, prout reprobans Fulgosium *in l. cum quid, ff. cert. pet.* Surd. *cons.* 24. *num.* 17. *vol.* 1.

Quòd si adhuc Vallatus ex credito scutorum 188. posset agere, vel tanquam remanserit penes Prosperum ex causa, *vt in Romana Officij*, 29. *Ianuarij* 1601. *coram Illustrissimo Caramanli Millino*; vel sine causa, ex allegatis in decisione, quæ reuidetur; semper tamen obstabit exceptio præscriptionis, ex Statuto Vrbis *cap.* 158. *lib.* 1. vbi si creditor distulerit agere per decem annos post mortem debitoris, inde præsumatur solutio debiti; nec contra hæredes agi possit, si debitum per schedulam reperitur; et si per instrumentum, sexdecim annorum decursus expectetur: quam exceptionem in his terminis Rota admittit in *decis.* 648. *num.* 3. *par.* 2. *recentior.* vlterius ponderando, per taciturnitatem tanti temporis intrare præsūptionē superlucrationis societatis.

Ec

Et quamuis ad eustandam præscriptionem ex prædicto Statuto in præsumptione solutionis possit admittantur aliæ coniecturę vrgentiores, vt in terminis huius Statuti fuit admissum *in Romana Pecuniaria de Casarinis*, 13. *Februarij* 1617. *coram R. P. D. meo Vbaldo*; attamen ea quæ deducebantur pro Vallato, tam respectu hæredum successorum, iustam ignorantiæ causã habentium, quàm ex eo quòd hæreditas per multum tempus tam in Camera, quàm in Rota, fuerit controuersa, ita vt agere non posset contra debitores; adhuc tamen sufficienter non remanebant iustificata, quin inhærendum esset dispositioni dicti Statuti, stante obitu Prosperi, qui contigit die 15. mensis Septembris anni 1606.

Et ita, &c,

R. P. D. Durano.

Romana Executionis Laudi.

Mercurij 13. *Iunij* 1629.

EPITOME.

Laudum proueniens ex compromisso cum iuramento, & obligatione Camerali non admittit appellationem; neque innouat primæuam actionem. Præscriptio Vrbis non habet locum in actione reali.

ad Cap. 158. *& 178.*

DECISIO CLIV.

ALexander, & Angelus de Petronijs mutuas prætensiones circa hæreditatem, & bona q. Tiberij eorum Patrui compromiserunt in Bernadinum Biscium, & Coronatum de Incoronatis, quorum laudo stare promiserunt sub iuramendo, & camerali obligatione: qui Arbitri in laudo lato inter alia declararunt, per dictum Angelum intra decem dies à notificatione laudi computandos, esse acceptanda, seu dimittenda prædium apud Pontem Retortum, & aliud apud Turrim Vagni pro scutis triginta quinque; & prædium in loco vulgo Campo di S. Valentino pro scutis centum pro quolibet rubro respectiuè. Prædictis autem decem diebus elapsis, & non facta per Angelum acceptatione dicta, quia prædia esse debere Alexãdri pro ijsdem pretijs: effluxit decennium, nulla facta per Angelum declaratione, nec dimissione prædiorum ab eo detentorum. Vnde introducta lite per Alexandrum super laudi executione, R. P. D. Alserius ab A. C. deputatus, mandatum de immittendo in possessionem dictorum prædiorum Paulo, & fratribus de Petronijs Alexandri hæredibus concessit: à quo Lelius Angeli hæres appellauit: & cõmissa mihi causa dubitaui iuxta formam Commissionis, An sit locus Aegidianæ; & fuit affirmatiuè resolutum; Quia mandatum emanauit in iudicio possessorio, in quo de iure ciuili appellatio non suspendit executionem. *l. vnic. C. si de mom. poss.* Socin. iun. *cons.* 182. *n.* 15. *lib.* 2. Paris. *cons.* 108. *num.* 13. *lib.* 1. Vnde cùm de mandati validitate non possit dubitari, cùm habeat omnia iuris requisita, de quibus Caputaq. *decis.* 260. *par.* 2. consequenter intrat Aegidiana, quæ in Terris Ecclesiæ, remoto iuris canonici obstaculo, appellationes à possessorijs interpositas reducit ad terminos iuris ciuilis, Paris. *vbi supra.* Benint. *decis.* 17. *in fin.* Caputaq. *decis.* 123 *lib.* 1. Seraph. *dec.* 603. *in princ.* Rota *in Romana Saluani interdicti* 26. *Nouembris* 1605. *coram bo. me. Patriarcha Manzanedo*, quæ est *decis.* 150. *num.* 3. & 324. *num.* 1 *part.* 2. *recent.*

Neque obstat, quod data fuerit immissio vigore laudi, à quo datur appellatio suspẽsiua, iuxta Statutũ Vrbis *c.* 178. *lib.* 1. & ideo non intrare Aegidianam, vt in simili Rota *decis.* 248. apud Pacis. *d. tract de Salu.* Quia cessat in præsenti, ex quo laudum emanauit ex compromisso cum iuramento, & obligatione camerali; quod habet executionem paratam. Io. de Anan. *cons.* 50. *num.* 8. Rota post Zacch. de *oblig. cam. decis.* 152. *num.* 2. Vbi autem est parata executio, multo magis dari debet immissio, maximè in præsẽti, postquam dictus Lelius fuit citatus ad relaxandum prædia in executionem laudi; & eo renitente causa fuit discussa, & tandem Iudex mandauit immitti, prout datur creditori in bonis debitoris ex instrumento guarentigiæ. Bart. *in l. à Diuo Pio, §. si super rebus num.* 1. *ante fin. ff. de re iudic.*

Non obstat etiã quod executio laudi fuerit petita post annos 45. ex quo laudum fuit de anno 1582. & immissio petita de anno 1627. & sic intrare tam præscriptionem sexdecim annorum Statuti Vrbis *cap.* 158. *lib.* 1. quàm etiam præscriptionem legalem triginta annorum, cuius temporis spacio executioni præscribitur. Abb. *in cap. fin. num.* 30. *de præscript.* Felin. *in cap. inter Monasterium nu.* 30. *de præscript.* & *in c. inter Monasterium num.* 30. *de re iud.* Paris. *cons.* 111. *num.* 58. *lib.* 1. Ant. Gom. *ad l. Taur.* 63. *num.* 1. *vers. ex quo infertur*, & Achil. *decis.* 5. *num.* 1. *de præscript.*

Quia respondetur, quod præscriptio statutaria non procedit in actione reali; vt in simili Rom. *cons.* 201. *num.* 2. Felin. *in cap. fin. num.* 6. *in princip. de præscript.* Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 14. *num.* 1. Marescott. *var. resol. cap.* 67. *num.* 29. *lib.* 2. Seraph. *dec.* 692. *nu.* 9. & Rota *dec.* 727. *num.* 5. *par.* 1. *& decis.* 454. *nu.* 2. *p.* 4. *diuers.* Dicta autem tria prædia, vti spectantia ad hæreditatem Tiberij, fuerant prius petita actione reali, nempe aut petitione hæreditatis, quæ actio realis est. *l. sed & si lege §. petito.* & ibi Bart. *ff. de petit. hared. l.* 1. & *l. sin autem, §. sed & si, ff. de rei vind.* aut actione familiæ erciscundæ, quæ etiam est realis, *§. quadam, institut. de act.* & ibi Iaf. *num.* 19. & per laudum non nouatur primæua actio. Bart. *in l.* 1. *nu.* 7. *C. de iud.* prout nec per sententiam. Afflict. *decis.* 93. *num.* 3. Quinimò quando laudum, vel hic, fertur super reali, ex eo oritur etiam actio realis vtilis, Bart. *in l.*

in l. ne in arbitris, num. 5. C. de arbitr. & tollitur penitus difficultas, quia præscriptio Statuti fundatur in præsumptione satisfactionis : quæ ideo non intrat vbi constat de contrario, vt verbis expressis idem Statutum dicit. Rota *dicta dec. 727. num. 5. par. 1. diuersor.* & *Seraf. dicta dec. 692. num. 4.* Hic autem versamur in claris, quod dicta tria prædia vigore laudi in casu secuto spectantia ad Alexandrum, fuerunt per Angelum, & eius hæredes retenta, non solum ex illis sustentatione, sed etiam expressa confessione.

Minus intrat præscriptio triginta annorum : quia vltra quod de anno 1583. fuit desuper lis contestata cum Angelo, qui propterea vti in mala fide constitutus numquam potuit præscriptionem inchoare. *cap. fin. de præscript. cap. mala fides de reg. iur. in 6.* Anchar. *cons. 5. num 6.* illa fuit interrupta per formalem interpellationem iudicialem factam de anno 1608. *l. fin. C. de præscrip. 30. vel 40. ann. vbi* Bart. & Doctores, Frãcisc. Marc. *quæst. 327. par. 2.* Andr. Gail. *obseru. 74. lib. 1.* Seraph. *decis. 926. num. 1. & 2.*

Non etiam releuat, quod prædia controuersa ante laudum desierint esse de hæreditate Tiberij, ex quo illa Angelus reluit in actu deliberationis, quæ instabatur per creditores : qui ideo videtur sibi, non autem hæreditati acquisiuisse. Quia cum reluerit, seu redemerit vigore Statuti Ciuitatis Castellanæ, non dicitur noua acquisitio, sed semper prædia fuerunt in eadem causa, & qualitate. *l. voluntate, §. creditor quoque, ff. quib. mod. pign. vel hypot. solu.* ibi, *in pristinam causam res redit resoluta venditione. l. peculium 4. §. si are alieno*, & ibi gloss. *verbo manens. ff. de pecul. arg. text. in l. si vnus §. quod & in specie. ff. de pact. & l. filio quem pater ff. de liber. & posthum.* Bart. *in l. in diem, num. 2. ff. de aqu. pluu. arc.* Decius *consil. 53. & cons. 88. num. 3.* vbi quod Statutum præferens cõsanguineos in emptione rerum patrimonialium habet locum in patrimonialibus venditis, & postea redemptis in vim pacti redimendi appositi in contractu venditionis : idem Decius *consil. 238. num. 5.* vbi quod bona recuperata per hæredem grauatum in vim pacti de retrouendendo sunt apud hæredem tamquam hæreditaria, & ideo veniunt in restitutione fideicommissi. Tiraq. *de retract. §. 19 gloss. 2. num. 5. & §. 32. gloss. 1. num. 29.* Vincent. de Franch. *dec. 39. num. 1. & decis. 64. num. 11.* & rationem assignat Decius *dicto cons. 88. num. 3. vers. sicut ergo.* cui alia accedit, quod alioquin daretur occasio debentibus restituere colludendi cum creditoribus, patiendo viliori pretio rem distrahi, vt postea eodem pretio recuperata sibi, & non hæreditati acquireretur, cum tamen hæredes tam redemptam in pristinam causam conseruare teneantur, alioquin de dolo, & mala fide argui possent, ad *l. Paulus 60 ff. de fideiussor.* & facit text. *opt. in l. 1. C. de dol.*

Non obstat præterea si dicatur, decretum fuisse iniustum, cum Iudex iussit deponi scuta 135. per Angelum creditoribus soluta in actu reluitionis, consignanda postea cui de iure, qui potius mandare debuit Angelo solui, seu restitui tanquam soluta creditoribus de proprijs eius pecunijs, prout in dubio præsumitur, non autem hæreditarijs, *l. & magis, ff. de sol. & l. cum pecunijs, ff. de negot. gest.* & not. Bart. *in l. 2.* per illum textum, *C. pro soc. & in l. si Patruus, C. com. vtr. iudi.* Bald. *in l. pen. C. si quis alt. vel tibi.* & Decius *dicta cons. 238. num. 5.* Cruet. *cons. 129. numer. 2.* Quia dum Iudex mandauit deponi soluenda cui de iure, perinde est ac si iusserit deponi soluenda dicto Angelo, cui de iure, vt dictũ est, debent restitui. Paul. de Castr. *cons. 11. n. 2. vers. sed dicet. aliquis lib. 1.* & Rota *in Romana restitutionis in integrum 16. Iunij 1628. coram me.* Quia tamen Angelus, seu eius hæredes contendebant non esse locum restitutioni prædiorũ ex causis supradictis, & sic virtualiter, certo certius, ac in consequentiã necessariam recusabant dicta scuta 135. recipere ; merito Iudex ordinauit illa deponi, non autem realiter solui. *l. acceptam, C. de vsur.* & *l. creditor, C. de pignor.* Bar. *in l. qui solidum in princip. ff. de leg. 2.* Cuman. Alexand. & Castren. *in l. qui Romæ, in princip. ff. de verber. obligat.* Decius *in l. quidam existimauerunt num. 2. ff. si cert. pet.* late Cruet. *cons. 1. pro gener num. 210.* & latius *num. 256.* & Vrsil. ad Afflict. *dec. 205. num. 8.*

Vnde nihil facit, quòd non fuerint soluta, nec deposita pretia terrarum determinata in laudo. Quia vltra quòd intrat eadem responsio, nempè quod dum Angelus, seu eius hæredes recusant prædia consignare iuxta formam laudi, non debuit præcedere depositum pro iustitia decreti ; in omnem casum sufficit, vt illud fiat ante executionem, vt in puncto distinguit, & resoluit Cancer. *var. resolut. cap. 8. num. 27. lib. 3.*

Demum non obstat, quod fuerit suspensa executio laudi de consensu partium quoad dicta tria prædia. Quia suspensio fuit facta solum durante partium voluntate, & sine præiudicio quorumcumque iurium, & non recedendo à dicto laudo, nec à iudicio iam incœpto, vnde iura primæua sunt reseruata perinde ac si suspensio numquam facta fuisset. Paris. *cons. 5. num. 4. lib. 1.* & Put. *dec. 34. lib. 2.*

Et ita decisum vtraque, &c.

R.P.D. Pirouano.

Romana Pecuniaria.

Mercurij 15. Decembris 1632.

EPITOME.

Statutum de præscriptionibus comprehendit tam fideiussorem agentem contra confideiussorem, quàm hæreditatem iacentem. De interpellatione extraiudiciali, an & quando importet præsumptionem negatiuæ solutionis, ad effectum vt non intret præscriptio.

DECISIO CLV.

VIsum fuit Dominis standum esse in decisis sub die 5. Maij 1631. ex eisdem rationibus, & fundamentis. Quia creditum Domini Crescentij pro soluto habetur, attenta dispositione Statuti Vrbis *cap.* 158. *lib.* 1. solutionem præsumente, si per sexdecim annos non fuerit, prout non fuit, per creditorem petita. Et cùm obligatio confideiussorum non sit præseruata in eodem Statuto 158. nec excepta in Statuto antecedenti 157. per illa verba, *Et si soluerit fideiussor, non obstante temporis longinquitate, similiter principales, & eorum hæredes cogere teneantur*; Ideo Statuti præsumptio semper intrat, cum non versemur inter fideiussorem, & debitorem principalem, cui præstanda est indemnitas per eundem principalem ex tenore Statuti 157. sed inter confideiussores; pro quibus Statuta nihil prouiderunt.

Non obstat, quòd prouisio de fideiussoribus similiter conueniat confideiussoribus cessionem iurium à principali creditore habentibus: cuius cessionis vigore fideiussor debet & ipse indemnis conseruari, cùm censeatur accessisse mutui periculi causa, & contemplatione. Gabr. *conf.* 63. *num.* 14. *lib.* 2. Rota *in Romana Societatis*, 24. *Februarij* 1612. *coram bon. mem.* Card. *Sacrato*, quæ est 17. apud Zachiam *de societ. offic.* & 502. *num.* 1. *coram Gregorio XV.*

Quia siue soluens reportet cessionem tãquam certius, siue tanquam fideiussor, & vigore cessionis agat contra principalem debitorem, aut eius hæredes, semper pro tota summa agit, non obstãte quacunque temporis longitudine: quia debet indemnis à quocunque damno præseruari, etiam à portione propria, cùm hoc importet conseruatio indemnitatis à Statuto determinata. Surd. *conf.* 150. *num.* 5. *& 6. lib.* 1. Olasch. *dec.* 48. *n.* 8. Si verò agat contra alium fideiussorem; tunc refert quidem an experiatur tanquam tertius, qui emit creditum; quo casu potest pro tota summa agere: vel tanquam fideiussor; & non, nisi propria portione dempta, experiri potest. Et hæc est quæstio, quam examinant supra allegatæ decisiones; & melius discutitur per adden. *decis.* 190. *num.* 1. *eiusdem Papæ Gregorij XV.* Sed prædicta non pertinent ad casum controuersum, in quo non agitur de fideiussore soluente, & præseruato aduersus principalem, & agente contra eundem; sed de fideiussore facto creditore propter cessionem reportatam, & agente contra cõfideiussorem; a quo non debet conseruari indemnis, neque ex Statuentium intentione, neque ex Iuris dispositione; quandoquidem teneatur, solummodo dempta propria portione, residuum soluere. *l. vt fideiussor, ff. de fideiuss. l. cum alter, C. eodem tit.* Roncheg. *in l. reos, in princ. nu.* 54. *ff. de duobus reis*. Et hæc est ratio distinctionis posita in decisione causæ, quæ euitari non potest; ex quo indemnitas à Statuto indulta fideiussori aduersus principalem, non conuenit eidẽ fideiussori aduersus alterum fideiussorem, non de lucro, sed de communi damno certantem.

Nec dicatur quòd indemnitas etiam pro parte deberi possit. Surd. *conf.* 150. *num.* 74. & in se conueniat alteri fideiussori partem suam soluenti. Quia vera est conclusio; sed consequentia non tenet inter confideiussores; sed quidem si agant respectiuè cõtra principalem pro vniuscuiusque indemnitate.

Non obstat quòd si euitari non possit comprehensio ad præsumendam solutionem, adhuc deficiat qualitas à Statuto requisita, nempe tempus sexdecim annorum; quod lapsum non est pro tempore iacentis hæreditatis: quæ hæreditas, tanquam persona ficta & imaginaria, non comprehenditur sub Statuto inducente præscriptionem. Bald. *in l. omnes populi, num.* 91. *ff. de iust. & iur.* Carpan. *ad Statut. Mediol. cap.* 112. *n.* 47. *par.* 1. aduertentes quando Statuta loquuntur de persona, puta, *Quicunque*; & in nostro Statuto de verbo, *si creditor*. Barb. *in addit. ad Bald. in rubr. de succeff. edicto, in littera B, in verb. secundum decretum*: vt tunc ficta persona non cõprehendatur; prout nec Collegia & Vniuersitates connumerantur. Roman. *conf.* 436. *num.* 3. Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 37. *num.* 2. *& seqq.*

Quia quòd contra hæreditatem iacentem currat præscriptio, etsi aliqui dubitauerint, verior tamen est opinio illorum, qui tenuerunt præscriptionem currere. Specul. *de præscriptionib. in princip. num.* 8. *versus. quid si possid.* Bald. & Castren. *in l. licèt, C. de iure de lib.* Corn. *conf.* 97. *num.* 9. *volum.* 2. & *conf.* 60. *num.* 3. *volum.* 3. Bou. *de præscript. glo.* 19. *num.* 85. Felin. *in cap. de quarta, in secunda fallent. num.* 21. *eod. tit. de præscriptign.* nempe quando præscriptio est inchoata cum defuncto; aut datus est curator hæreditati: nam tunc hæreditas adita videtur, vt expressè dicit Bald. *in conf.* 48. *in fin. lib.* 9.

Secundò quòd hæc hæreditas tanquam persona ficta in Statuto 158. sit comprehensa, verius etiam Domini existimarunt: quia verba Statuti præfati, quæ dicunt, *si creditor*, non sunt adeo obtracta à titulo hæreditatis, quin possint illi conuenire; dum non refert quòd plures sint creditores ex persona repræsentata, vel vnus ex persona propria sit creditor. Et per hanc rationem Statutum 178. *lib.* 1. loquens de duabus sententijs conformibus executioni mittendis comprehendit Vniuersitates, & Collegia: quia non repugnat proprietati verborum, quòd de Collegijs, & Vniuersitate dicantur & ipsi Ciues. Bart. *in l.* 1. *num.* 12. *ff. de municip. & incol.* Gonzalez *eadem glos.* 37. *num.* 41. & idem fuit firmatum *in decis.* 380. *num.* 2. *par.* 1. *recens.* In qua decisione alia referuntur.

Demum nec impeditur cursus præscriptionis ex mente eiusdem Statuti per contrariam præsumptionem præponderantem ac præualentem, desumptam ex depositione vnius testis asserẽtis, Romulum administratorem hæreditatis Sallustiæ Cerrinæ cessionariæ, ac Dominum Crescentium, solicitasse Gasparem Garzonium ad soluendam portionem suam, vti confideiussorem: quod, iunctis alijs adminiculis, dicebatur constituere præsumptionem præualentem negatiuæ solutionis, etiam quòd interpellatio esset extraiudicialis. Azeuedo *ad Legi Hispan. lib.* 4. *tit.* 15. *num.* 43. *lib.* 9.

Quia

Quia fide fundamento negatiuæ solutionis ex responsione agendum est, ex quo desumenda sit probatio semiplena extraiudicialis confessionis Gasparis confideiussoris, vnius testis dictum non sufficit, sed est plenè probandum, Anton. Gabr. *de testib. conclus.* 1. *in princip.* Hieron. Gabr. *cons.* 40. *num.* 37. *lib.* 2. Cæs. de Graff. *decis.* 4. *num.* 4. *de sent. & re iudic.* Et hoc ipsum fuit firmatum etiam *in Ravennaten. Cambij*, 21. *Aprilis* 1625. *coram D. meo Merlino.* Si verò probatio est implenda ex adminiculis ponderatis, & illa non releuant, propter concursum aliorum, quæ in contrarium deducta fuere; ex quibus priora conquassantur, etiam in æquiuoco ponuntur. *l. pacta nouissima, C. de pact.* Surd. *consil.* 145. *num.* 14. & 202. *num.* 1. & 230. *num.* 8.

Cætera autem, quæ pro restitutione in integrum fuerunt replicata, cùm sint eadem prius deducta; Domini transierunt cum responsionibus in prima decisione datis.

Et ita, &c.

R.P.D. Pirouano.

Romana Dotis de Boncompagnis.

Lunæ 27. *Martij* 1634.

EPITOME.

Dos, mortua muliere, non dicitur amplius dos, sed creditum: & in tali casu currit contra eam præscriptio Statutaria Vrbis.

Ad Cap. 158.

DECISIO CXLVI.

COntrà Balthassarem tantummodò informantem fuit responsum, Mandatum ab eo petitum non esse expediendum. Nam etsi Balthassar filius Angelæ primæ vxoris Gregorij Boncompagni egerit contra Bona hæreditaria sui patris pro consequenda sexta parte dotis maternæ, quæ erat illius portio, & mandatum obtinuerit coram bon. mem. Francisco Vbaldo vsque de anno 1612. Attamen, quia illius expeditionem distulit vsque ad annum 1633. quo temporis spatio interat Statutaria Vrbis præscriptio sexdecim annorum *cap.* 158. *lib.* 1. vtilum fuit, attenta præsumpta solutione per Statutum inducta, denegandam esse mandati petiti expeditionem.

Non obstat quòd in eodem Statuto excipiantur dotes, ibi, *exceptis dotibus, & donationibus propter nuptias*: quæ dotis, & seu portionis dotis restitutio retardari non potest, cùm niratur speciali obligatione Gregorij patris, sub vinculo Cameralis obligationis, Gallef. *de oblig. cam. quæst.* 2. *num.* 9. & de iure indubitatum sit, huiusmodi sextam portionem Balthassari deberi, ab intestato matri succedenti, *§.* 1. *auth. de haered. qua ab intest. defer.* Michael Graff. *de success. ab intest. quæst.* 2.

Quia mortua matre nòn dicitur amplius dos, *l.* 3. *ff. de iure dot. l. fin. C. de donat. ante nupt.* Socin. sen. *consil.* 121. *num.* 6. *lib.* 1. Surd. *consil.* 131. *num.* 14. & 15. *lib.* 1. & per additionem per filios factam de hæreditate matris efficitur creditum, & patrimonium adeuntis, *l.* 1. *§. veteres, ff. de acquir. possess.* Becc. *cons.* 74. *num.* 8. Graff. *§. hæreditas, q.* 2. *num.* 1.

Demum non obstat, quòd intra tempus a Statuto prædicto præfixum, nempe de anno 1628. in instrumento Diuisionis secutæ inter ipsos primæ & secundæ vxoris fratres, præseruata fuerint iura competentia *per decreto di dote, o pretensione di qualsiuoglia sorte, che fosse fra di loro.*

Quia præseruatio iurium, *etiam per decretum di dote*, nihil plus tribuit, quàm ius ipsum agendi conseruatum, quatenus pro dote competit eadem actio: sed nullam, mortua matre, actionem filijs sub nomine dotis competere iam supra fuit firmatum; ergo præseruatio ad suos terminos restricta non potest conseruare quod non reperit conseruabile. Bart. *in Auth. C. depositi.* Menoch. *cons.* 2. *num.* 57. Becc. *cons.* 78. *num.* 26. & 34. Surd. *consultatio. num.* 23. & 203. *num.* 14.

Nec Bontus *de Præscriptione Statuti Vrbis gloss.* 3. *num.* 23. 24. & 27. dum ampliat Statutum procedere etiam quoad hæredes mulieris, videtur attendendus; Quia de directo contrarium legi nuic. *C. de prætorgados.* prohibenti priuilegium dotis transire ad hæredes mulieris.

An autem eidem Balthassari competat restitutio in integrum, voluerunt Domini particulariter videre.

Et ita, &c.

R.P.D. Pirouano.

Romana Dotis.

Veneris 14. *Decembris* 1635.

EPITOME.

Præscriptio non currit contra pupillum, quando non constat de negligentia vera & indubitata tutorum.

Ad Cap. 158.

DECISIO CLVII.

DEcisio causæ 27. Martij 1634. firmat, petitioni Balthassaris portionis suæ dotalis obstare præscriptionem sexdecim annorum a Statuta Vrbis *cap.* 158. *lib.* 1. inductam. Hodie. Causa repropositum fuit a decisis esse recedendum.

Quia

Quia etsi Statutum ex lapsu sexdecim annorũ præsumat solutionem debiti in odium negligentium illud petere; &, mortua matre, dos non retineat qualitatem a Statuto prædicto reseruatam: Attamen, quia ab eodem Statuto admittitur contraria probatio non solutionis, ac insuper admittit contrariã præsumptionem præponderantem, & prævalentem; cum qua sæpe Domini a rigorosa Statuti dispositione recesserunt, *vt in decis.* 784. *num.* 4. *par.* 4. *diuersor. in Romana Pecuniaria* 10. *Iunij* 1624. *coram Domino meo Merlino, & in alia Romana Pecuniaria coram me*, 27. *Iunij* 1633.

Inter cæteras autem præsumptiones, quæ præponderant & prævalent ad excludendam negligentiam, visa fuit hæc principalis, quia Balthasar fuit infans, & pro tempore pupillus, & sub diversis tutoribus, & curatoribus; & Paulus, & alij fratres ex secunda vxore, & ipsi erant pupilli. Vnde de ipsorum respectiue pupillorum negligentia non est agendum; sed de ea, quæ potest tutoribus imputari: quæ cùm ex resolutione librorum administrationis colligi non possit, dum huiusmodi creditum dotis filiorum primi matrimonij non legitur adnotatum in eisdem libris; semper videtur prævalere, ad excludendam negligentiam tutorum; quibus imputari non potest ad effectum præiudicij, nisi sit vera & indubitata. glos. *in cap. concertationi, de appellat. in verb. fecerit.* Becc. *cons.* 37. *num.* 23. Osiach. *de cis.* 176. *num.* 3. Surd. *cons.* 150. *in fin. lib.* 1. Et hanc præsumptionem Domini in proprijs terminis Statuti suprædicti, ad excludendam negligentiam tutorum, secuti sunt *in Romana Pecuniaria*, 27. *Maij* 1633. *coram me*.

Et ita, &c.

R. P. D. Bubalo.

Romana Mercedis.

Veneris 17. *Martij* 1578.

EPITOME.

Statutum Vrbis de præscriptionibus ligat etiam forensem, quando iudicium introduxit in Vrbe.

Ad Cap. 158. *num.* 161

DECISIO CLVIII.

DVbitaui, an Statutum Vrbis *lib.* 1. *cap.* 101. & *lib.* 4. *cap.* 18. de præscriptione sexdecim annorum ligaret forensem, qui in Vrbe inseruierat, & mercedem post sexdecim annos coram Vrbis Gubernatore petebat. Et per Dominos resolutum fuit quod huiusmodi Statutum ligaret etiam forensem hunc, qui in Vrbe iudicium introduxerat. Moti fuerunt principaliter illa ratione, quia in his, quæ oriuntur ex post facto, & post contractum, propter negligentiam, vel moram, semper attenditur locus destinatæ solutionis, si est certus; aliàs, attenditur locus iudicij, vt per Barr. *in l. cunctos populos. num.* 14. *C. de summ. Trinit.* quem sequitur *ibi* Fulgos. & Ias. *num.* 66. Et in istis terminis, quòd Statutum loquens de præscriptione ligat etiam forensem, tenuit Ancharan. *in cap. Canonum Statuta, quæst.* 12. *vers. item, de constitut.* Corn. *cons.* 205. *num.* 9. *lib.* 3. Ruin. *cons.* 117. *num.* 12. *lib.* 5. Barbat. *cons.* 53. *volum.* 10. *lib.* 2. Caccialup. *in d. l. cunctos popu. dos, num.* 131. & *ibi* Purpur. *num.* 154. & *nu.* 161. qui testatur de communi.

Cardinali Lancellotto.

Romana Pensionis Domus.

Veneris 16. *Ianuarij* 1598.

EPITOME.

Præscriptio statutaria pensionum, &c. cap. 159. lib. 1. non habet locum in contractibus iuratis. Confirmatio quid operetur in re confirmata.

Ad Cap. 159. *num.* 2.

DECISIO CLIX.

STatutum Vrbis *lib.* 1. *cap.* 159. *tit. de præscriptione pensionum, canonum, & censuum, in non.* disponit quòd Dominus rei locatæ non possit petere pensiones, seu canones, nisi pro decem annis proximè præteritis tantùm; & pro reliquis præsumatur facta solutio, non habet locum in contractu locationis, de quo agitur stante iuramento in ea apposito; vt fuit per Dominos in hac causa resolutum: Quia Statuta, quòd creditor excludatur a suo credito, nisi infra certum tempus illud petierit, non procedunt in contractu iurato; cùm iuramentum regulariter non veniat in generali dispositione, nisi de illo fiat mentio. glos. *in cap. cùm non deceat, de elect. in* 6. per text. *in cap. constitutus, de rescript.* vbi Felin. *num.* 5. Ioan. Andr. *super reg. quod semel, in fin. de reg. iur. in mercur.* Alex. *cons.* 37. *num.* 24. *lib.* 2. Corn. *cons.* 318. *col.* 4. *lib.* 1. cum aliis per Gabr. *tit. de Statut. conclus.* 11. *in princip.* & *de iureiur. conclus.* 5. *in princip.* & *nu.* 12. & per Modern. *de priuileg. iuram. priuil.* 22. *num.* 53. Nam cùm iuramentum habeat vim litis contestationis, & perpetuet actionem, interrumpitur omnis præscriptio. *l. nam postea. §. si is qui,* & *ibi* Bart. *num.* 3. Roman. *num.* 4. Ias. *num.* 5. *ff. de iureiur.* Felin. *in cap. fin. num.* 7. *de præscript.*

Et quamuis Statutum præcedens *cap.* 158. *de præscriptionibus* comprehendat etiam contractus

ens iuratos; vt aliàs in terminis Statuti antiqui *lib. 4. cap. 18. de præscriptionibus personalium actionum*, tenuit Rota *in vna Romana Dotis coram D. Marsicano, die 27. Aprilis* 1541. vt testatur Mohed. *decis. 5. de præscription.* Fab. *de cis. 9. lib. 1.* Caputaq. *decis. 413. lib 1. in manuscript.* Tamen in casu illo Statutum in fine vlteriùs procedendo tollit fidem Instrumentis: quod bene potest fieri per Statuentes. Alex. *conf. 270 in princ. lib. 3.* cum aliis per Put. *dicta decis. 116.* Vnde sublata fide instrumento, non probatur iuramentum. Quòd si per testes vel aliunde probaretur, non esset locus dicto Statuto, vt illæ decisiones admittunt.

Et hinc tollitur id quod dicebatur, quòd Statutum, de quo agitur, veniat consecutiuè ad illud. Quia cùm in hoc fides scripturis non adimatur, non est inferendum de vno ad aliud; nec censetur repetita qualitas, cùm sit in capite separato. Ruin. *conf. 176. num. 8. versic. ad illud vero, lib. 2.*

Non obstat quòd hoc nostrum Statutum seruiret de vento. Quia cùm locationes soleant fieri etiam per apocham priuatam, non autem semper per Instrumentum, non redditur eluforium.

Non obstat confirmatio apostolica ex certa scientia, ita vt per eam etiam obligatio iurata videatur subiacere Statutis, per ea quæ tradit Gabr. *dicta conclus. 11. de Statut. num 8. in fine.* Quia confirmatio intelligitur in terminis, in quibus Statuta loquuntur: eius enim natura est, vt addat robur confirmato, non autem quòd aliàs extendat illud ad id, quod in eo non continetur. *l. Aurelius, §. testamento, ff. de appell.* Corn. *conf. 224. num. 1. lib. 3.* Alexan. *conf. 122. num. 22. lib. 4.* Ruin. *conf. 158. num. 16. lib. 1. & conf. 111. num. 18. lib. 5.* Decius *in rubr. de confirmat. vtil. vel inutil. num. 2. & 3.* Bero. *quæst. 50. num. 2.*

Et ex his fuit conclusum, Statutum non intrare; & mandatum ad fauorem D. Abbatis Marusselli relaxatum esse exequendum.

R. P. D. Gypsio.

Romana Domus de Mannellis.

Mercurij 24. Nouembris 1593.

EPITOME.

In Iudicio læsionis, canon, & pactum de non alienando diminuũt precium rei venditæ, de cuius læsione agitur; & considerantur vt duo onera distincta.

Ad Cap. 154. num. 7.

DECISIO CLX.

ILlustrissimus Dominus Vrbis Senator, & ego, quibus in gradu restitutionis in integrum, fuerat hæc causa commissa, dedimus Dubium in Rota discutiendum, Quæ onera, & quanti valoris deduci deberent ad effectum, vt dici posset constare de læsione venditionis, seu cessionis domus existentis sub proprietate bo. me. Card. de Cuppis, qui alias aream, seu solum, super quo postea ædificata fuit d. Domus in emphyteusim concesserat cuidam Roberto pro certo canone, seu responsione, cum nonnullis pactis: & præsertim quòd non liceret dicto Conductori, vel ab eo causam habenti, solum, & melioramenta ibi facta, & facienda, in totum, vel in parte vendere, etiam per viam Curiæ, obligare, hypothecare, in solutũ dare, vel aliàs alienare, alienationis largo modo sumpto vocabulo, sine expressa licentia proprietarii.

Verùm, quia alias Rota sub die 2. Iunii 1586. coram R. P. D. Orano, resoluerat canonem dicti soli scutorum nouem cum dimidio esse æstimandum scuta 250. & pactum de non alienando, alia scuta 200. & sic diminuere precium, & verum valorem Domus in scut. 450. quibus detractis, non videbatur satis probari læsionem vltra tertiam partem, iuxta formam Statuti Vrbis: Propterea ad satisfaciendam parti, quæ multum conquerebatur de prædicta resolutione, quia existimabat huiusmodi pactum, vna cum ipso canone esse vnum & idem onus, & pro vno tantum existimari debere, Proposui in plena Rota suprascriptum dubium, cum præsuppositis, de quibus in facto. Et dicta die Domini, vtraque parte informante, resoluerunt esse duo diuersa, & separata onera, & vti talia esse existimanda: & sic fecerunt in aliis decisis.

Et merito fuerunt, quia si pactum de non alienando non fuisset appositum, emphyteota potuisset absque licentia directi Domini obligare, & hypothecare dicta domum. glos. communiter approbata, *in l. fin. in verb. aliis vendere, C. de iur. emphyt.* vbi Iaf. de communi, *num. 78.* Doct. *in l. Tutor, §. final. de pign. act.* Rip. *in l. filius familias, §. Diui num. 9. de legat. 1.* refert, & sequitur Clar. *in §. emphyteusis quæst. 18.* Ideo non subsistunt, ea, quæ exaduerso adferuntur, ad ostendendum hæc pacta esse de natura contractus, & consequenter esse vnum tantum onus.

Nec ad rem facit Grat. *dicto consil. 55. nu. 16. & 17.* Quia ipse loquitur de alienatione fructus, & emolumentorum, non autem vtili dominio, & ipsa re emphyteutica: vult enim quòd semper ius conductionis remaneat penes primum conductorem, & eius hæredes.

Nec obstat, quòd sub æstimatione canonis omnia pacta, & conuentiones debent comprehendi, alias æstimatio non esset bona, nisi omnes qualitates rei æstimarentur. ad not. *in l. 1. §. si heres, ad Trebell.* cum aliis allegatis. Quia id posset procedere, si dicta pacta inessent locationi in emphyteusim de iure communi: quod est falsum, vt ex supra deductis patet. Nam esto quod dicta caducitas ab vtili dominio intelligi-

tur

tur venire sub qualitate canonis, si mora fuerit commissa in solutione, *l. 2. C. de iur. emph. cap. potuit de locat.* non potest dici sub dicta expressione canonis contineri ea, quæ contra, vel præter iuris communis dispositionem fuerunt inter ipsas partes conuenta vt est dictum pactum de non obligando & hypothecando.

Minus est fides adhibenda testibus dicentibus sub dicta æstimatione canonis venire caducitatẽ, & pactum de nõ obligando &c. tum quia ad eos non pertinet determinare ea, quæ in iure consistunt. Bald. *in l. qui testamento, §. fin. C. de testam.* Alex. *cons.* 28. *nu.* 11. *lib.* 5. tum quia deponunt contra prædictam communem opinionẽ.

Et eo modo responderi potest ad fides, quę extraiudicialiter parte non citata factę fuerunt.

Non obstat, quod solum ab omni onere liberum de anno 1555. non esset maioris valoris, quam scutorum 356. baioc. 70. secundum fidem Magistrorum Viarum. Quia ex hoc nõ infertur, quòd æstimatio facta per Rotam ad scuta 450. non sit bona: siquidem attendendum est tempus venditionis domus, tum propter melioramenta, quæ possunt deuolui, tum etiam propter laudemium, quod solui debet in alienatione rei emphyteuticæ; nec est absurdum, quod plus æstimetur res locata, postquam est meliorata, propter maiorem vtilitatem quam Dominus sic locando, consequitur, quàm si libere venderetur, vt experientia docet, quæ est rerum magistra. *cap. quam, de elect. in 6.* Nam casalia, quæ ad vineas plantandum dantur, satis maiorem vtilitatẽ reddunt, quàm si libere vendantur, vel ad laborandum simpliciter concedantur: quod tanto magis procedit in casu proposito, quia Dominus directus non erat aliàs concessurus.

Dixerunt insuper Domini esse faciendas omnes alias detractiones iuxta resolutiones in hac causa factas.

R. P. D. Ortembergio.

Romana Pecuniaria, siue Restitutionis in integrum.

Mercurij 15. *Decembris* 1610.

EPITOME.

Sententia lata elapso termino est nulla. Idem post admissionem nouorum iurium, absque alia citatione, etiamsi admissa fuerint sine præiudicio termini pro seruato habiti.

Ad Cap. 167. *num.* 21.

DECISIO CLXI.

CVm in hac causa die pr. Iulii 1609. fuisse propositum dubium, An constet de causis restitutionis in integrum; & inter cætera fuisset mota nullitas in sententia, de qua agitur; vna tantùm parte informante, resolutum fuit pro validitate sententiæ. Cæterùm, hodie causa iterum proposita, fuit recessum: & Domini dixerunt sententiam nullam.

Citatio enim ad sententiam cadebat die decima Decembris; & postea die xvij. eiusdem mensis fuerunt admissa noua iura: vnde apparet sententiam laborare defectu citationis.

Nam etsi iuxta stylũ Rotæ soleat pronunciari, prout in cedula, & Notarius non adnotat diem subscriptionis, sed omnia ponit sub die pronunciationis, Vestr. *in prax. cap.* 1. *num.* 12. *lib.* 7. & fuit dictum *in vna Faren. Archidiaconatus, coram bo. mem. Card. Paleotto,* quæ est *decisio* 705. *p.* 3. *diuers.* Tamen quando aliunde apparet ea die in scriptis non fuisse pronunciatum, sententia est nulla. *l.* 2. *& 3. C. de sens. ex breuil. recit. cap. fin.* vbi Franc. *in* 1. *not. de re iudic. in* 6. Hic autem eo ipso quòd iura fuerunt admissa, probatur sententiam non fuisse latam; quia, lata, non potuissent admitti iura.

Neque obstat quòd admissio fuerit facta sine præiudicio termini pro seruato habiti. Quia hæc protestatio nõ operatur quominus sententia detegatur lata post admissionem. Ideoq. illa forma admittendi iura sine præiudicio termini pro seruato habiti, nõ est recepta a cautis procuratoribus. Et R. P. D. meus Decanus retulit sententiã in vna Romana Beneficij coram se sub simili protestatione latam, reuocatam fuisse vti nullam.

Eademque esset ratio etiamsi citatio incidisset in aliam diem ante admissionem iurium: quia per illam fuisset circumducta. *l. & post edictum, ff. de iudic.* Alex. *cons.* 84. *lib.* 4. vbi allegat Rot. *dec.* 1. *de testib. in nou.* & testatur cum ea transire Ant. de Butr. & Imol. *in cap. auditis, de procurat.* quam etiam sequitur Affict. *decis.* 115. & est similis *decisio prima de probat. in antiq.* Caputaq. *decis. mihi* 53. *incip. Hycus, lib.* 1. *in manuscript.* Menoch. *præsumpt.* 63. *num.* 4. *lib.* 2.

Non obstat clausula, sine præiudicio termini. Quia terminus intelligitur reuocatus eo ipso quòd Iudex admisit iura; & propterea pars aduersa debet appellare. Felin. *in cap. inter Monasterium, num.* 23. *vers. & sic videtur opus appellatione, de sent. & re iudic.* & not. *in cap. cum M. Ferrariensis, de constitut.*

Ex quibus concluſum fuit, sententiam annullandam: & de reliquis suo tempore videatur.

R. P. D. Penia.

Farfen Bonorum.

Lunæ 7. *Maij* 1607.

EPITOME.

Sententia in gradu appellationis, non transportatis actis, an sit nulla.

Ad Cap. 167. *num.* 23.

DECISIO CLXII.

VTraque parte informante Rota censuit Guidoni Lucæ dandum fuisse mandatum de manutenendo, cùm de eius anteriori possessione constaret ex decisione ad eius fauorem facta die 28. Iunij 1606. quæ non fuit reuocata, & Lucas semper animo retinuit possessionem, cùm nunquam se habuerit pro spoliato.

Non obstat sententia R. P. D. Lapij Locumtenentis Auditoris Cameræ. Quia processit in gradu appellationis non transportatis actis, quæ siue vigore Concilij Tridentini *sess. 24. de reform. cap. 20 §. præterea si quis*; siue vigore iuris cõmunis, fuerant transportanda ad Iudicem appellationis *l. 2. C. de eden* vbi Bald. *num. 6.*

Nec placuit Rotæ prima responsio informantium pro Spadis, quod cùm fuerit inchoatum nouum Iudicium, & processum prout in prima, non erat necessaria transportatio actorum primæ instantiæ, vt sæpe Rota sensit. Quia licet commissio, cuius vigore Lapius procedebat, haberet duas partes, vnam restitutionis in integrum prout de iure; & alteram vnà cum toto negocio principali; cùm tamen Lapius processerit vt Iudex appellationis, etiam si pronunciasset prout in prima, adhuc tamen debebant acta transportari; quia facultas procedendi prout in prima, intelligitur actis transportatis, si adsint. Rota *in vna Calasuritana Iuris votandi*, 28. *Maij* 1580. *coram D. Card. Blanchetto tunc Rotæ Auditore*, & *in causa Romana Deuolutionis Bonorum*, *die* 16. *Iunij* 1604. *coram R. P. D. Ortemberge*: & maximè quia Lapius non processit simpliciter prout in prima, cùm fecerit mentionem instantiæ in partibus, & pronunciauerit, prout in prima, vel alia veriori instantia.

Minus placuit secunda responsio, quòd dispositio Concilij Tridentini de transportatione actorum non habeat locum in causa profana spectante ad Iudicem Laicum, vt sæpe Concilij interpres declarauit, & Rota etiam sensit. Quia fuit dictum primò, quòd licet hæc causa non esset Ecclesiastica respectu personarum laicarum litigantium, poterat tamen dici Ecclesiastica respectu bonorum, de quibus agebatur, quæ erant Ecclesiastica ratione dominij directi ad Ecclesiam pertinentium. Secundò fuit responsum, de iure communi etiam in causis profanis esse transportanda acta, cùm sententia non nisi actis probatorijs, tanquam fine causæ cognitione, sit inualida. Felin *in cap. Ecclesia Sancta Maria. num. 17. de constitut.* & fuit resolutum *in causa Maioricen. Officij Pœnitentiaria. 14. & 18. February 1591. coram bonæ memoriæ Gipsio.*

Nec ad rem pertinebat dicere, quod ista nullitas non esset ex tribus prouenientibus ex defectu iurisdictionis, citationis, vel mandati. Quia satis erat, non tollere simplicem aliquam, vel leuem nullitatem, sed respicientem meritum causæ, & verificationem sententiæ, quæ sine actis probatorijs iustificari non potest: & cum ex isto capite sententia Locumtenentis fuisset nulla, non fuit necessarium agere de prætensa alia nullitate ex defectu mandati illius, qui comparuit, & sententiam reportauit.

Reuerendiss. D. Coccino Decano.

Romana Sancti Thomæ.

Veneris 10. *Martij* 1610.

EPITOME.

Dispositio Concilij Tridentini sessio. 24. cap. 20. §. præterea, de transportatione actorum, an habeat locum in quocunque Iudice.

Ad Cap. 167. num. 23.

DECISIO CLXIII.

FVit resolutum, sententiam Rotalem esse nullam, & ideo non esse exequendam *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic.* Dec. *cons.* 499. *nu.* 14. Pariſ. *cons.* 51. *n.* 49. *lib.* 4. Nullitas autem erat euidens, cùm non fuerint transportata omnia acta: deficiunt enim testes. *l* 2. vbi glos. & Bart. *num.* 1. *&* 2. C. *de eden.* Felin. *in cap. Ecclesia Sancta Maria, ante num.* 17. *de constit.* & hodie adest Sac. Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 20. *§ præterea de reform.* quæ procul dubio habet locum in causis Ecclesiasticis, prout est ista, vt ex sententia Illustrissimo: ũ Interpretum fuit resolutum *in causa Romana Lignorum*, 23. *Iunij* 1603. *coram R. P. D. meo Sacrato*: atque etiam habet locum in quocũque Iudice, licet verba Conc. videantur sonare in causis vertentibus coram Episcopis, vt censuit Rota *coram Card. Lancellotto in causa Placentina Administrationis Sacramentorum*, 1. *Decembr.* 1567. *& in causa Maioricen. Officij Pœnitentiaria*, 21. *Iunij* 1591. *coram Illustrissimo Blanchetto.*

Reuerendiss. D. Coccino Decano.

Romana Pecuniaria.

Veneris 4. *Februarij* 1611.

EPITOME.

Acta an sint necessariò transportãda, etiam quando vna pars vel est negligens in transportando, vel declarat se illis nolle vti.

Ad Cap. 167. num. 24.

DECI-

DECISIO CLXIIII.

FVit conclusum pro nullitate sententiæ, ex quo acta integrè non fuerunt transportata. Sententia enim non visis actis etiã probatorijs, est nulla, tanquam sine cognitione lata. *l. properandum, §. etsi quidem* vbi Bart. *n. 6. C. de iudic.* idem Bart. *in l. 2. n. 1. C. de eden.* & ibi Alex. *n. 8. & seq.* Cagnol. *n. 68. vers. sed oppositum.* latè Pelin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, num. 17. de constit.* Quod tanto magis procedit in casu isto, quia acta sunt releuantia, cum deficiat inuentarium.

Neque releuat, quòd quando vna pars fuit negligens in transportando, iudex ea monita super productis pronunciare potest. Cagnol. *in d. §. 2. n. 70.* Seysel. *n. 12.* Alex. *n. 6.* Rimin. *n. 12.* Pelin. *in d. cap. Ecclesia S. Maria, n. 18.* & seruatio, & reiteratio terminorum substantialium inseruit pro monitione, vt *in causa Maioricen. Pœnitentiaria, & Canonicatus, 4. & 18. Februarij 1591 coram bo. mem. Gipsio.*

Nam fuit responsum, hanc theoricam procedere, quando iura separatim producuntur, & vna pars non potest habere iura alterius partis: tunc facta monitione per Iudicem potest procedere cum actis productis, ne sit in voluntate partis impedire cursum Iustitiæ: sed quando sit vnicus processus, & copia authentica iurium remanet penes notarium, ille qui vult procedere in causa, debet transportare acta, alias sententia remanet nulla; vt fuit declaratum coram me *in causa Romana Fideicommissi, 27. Iunij 1608.*

Non etiam releuat, quod Camagna declarauit se nolle vti illis actis. Quia illa protestatio potest operari, vt non teneatur ad expensas illius Registri, non tamen potest operari contra dispositionem iuris, vt scilicet Iudex in causa procedat non visis actis.

Nec obstat quòd decretum Concilij *sess. 24. cap. 20. §. preterea, de reformat.* non habeat locum in causis profanis etiam vertentibus coram Iudice Ecclesiastico, vt censuit congregatio Illustrissimorum interpretum, & dixit Rota in *causa Romana Lignorum, 23. Iunij 1603. coram R. P. D. meo Sacrato.* Quia etsi non intret rigor Concilij, intrat tamen dispositio iuris communis vt supra dixi.

Et ita &c.

Reuerendiss. D. Coccino Decano.

Leodien Dominij de Steuordia.

Lunæ 3. Iulij 1623.

EPITOME.

Dispositio Concilij Tridentini circà transportationem actorum procedit tantùm in causis Ecclesiasticis, non autem in prophanis, etiamsi vertantur coram Iudice Ecclesiastico. Acta transportare teneatur ne appellans, an appellatus. Actorum irreleuantium non transportatio an & quando obstet sententiæ validitati. Sententia non visis actis probatoriis, in quo casu non sit nulla. Possessio in causa spolii quomodo sit probanda. Citatio ad videndum relaxari mandatum quando sit necessaria vltra citationem ad sententiam.

Ad Cap. 167.

DECISIO CLXV.

DVbitaui an sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda. Et Domini, ter proposita causa, censuerunt confirmandam esse, quia erat valida, & iusta: nullitates enim oppositæ, & iniustitia non subsistebant. Et quantum attinet ad validitatem, defectus transportationis actorum oppositus corruebat.

Et pro faciliori resolutione fuit prænotatum, quòd Concilium Trident. *sess. 24. c. 20. de reform. in §. preterea,* dum disponit quòd appellans teneatur acta omnia coram Episcopo gesta ad iudicem appellationis expensis suis transferre, habeat etiã locum in actis corã quocũq. Iudice, etiã non Episcopo: Quia de iure communi, qui vult prosequi appellationem, debet producere acta primæ instantiæ, vt de iniquitate sententiæ possit dicere, iuxta *l. eos, §. super his, C. de appell. cap. cupientes, 16. vers. cum omnibus actis, iuribus, de elect. in 6.* Quod quidem Concilium Tridentinum non est intelligendum quòd taxatiuè loquatur de causis, quę vertebantur coram Episcopis, cùm nomen *Episcopus* fuerit in Concilio appositum ratione frequentioris vsus, qui non restringit dispositionem. *gloss. in l. 1. in verb. fimalant, C. de his qui ad Eccles. confug.* & *in Clem. 1. in verb. præsidentes, in fin. de rescript.* & *in l. 2. in princ. in verb. filio præsidente, ff. de vulg. & pupill.* vbi Ias. *col 2.* Rip. *nu. 10.* Quæ conclusio de plano procedit, cùm non possit dari diuersitatis ratio in causis, quę cognoscebãtur corã Episcopis; & in illis, quæ corã inferioribus; imò militat eadẽ ratio: & propterea sub illa dispositione continente actum frequentiorem cõprehenditur etiam actus minus frequẽs, vt bene declarat Menoch. *cons. 106. n. 249. vsque ad n. 253. lib. 2.* Tiraq. *de retract. lign. §. 20. n. 4. glos. vnic.* & in simili dicit Surd. *dec. 19 n. 2. in fin. vers. ordo autem:* Et in puncto, in terminis Concilij fuit resolutũ *in causa Vlixbonen. Parochialis, 13. Iunij 1586* & *in causa Maioricen. Officij Pœnitentiaria, 21 Iun. 1597. coram bo. mem. Card. Blanchetto:* & in terminis Iudicis delegati, fuit resolutum *in causa Placentina Administrationis Sacramentorum, 11. De-*

Cimbris 1567. *coram Card. Lancellotto seniore.*

Hæc tamen dispositio Concilij procedit tantùm in causis Ecclesiasticis, nô autem in prophanis, etiam quod vertantur coram Iudice Ecclesiastico; vt dixit Rota ex sententia Congregationis Illustrissimor. Interpretum, 23 *Iunij* 1603. *coram Card. Sacrato.* & *in causa Romana Vineæ de Brunis*, 19. *Nouembr.* 1603. *coram me*: & est *decisio Sanctiss. D. Nostri*, 108. *n.* 11. & *in causa Imolen. Affictus*, 30. *Aprilis* 1604. *coram bo. me. Penia, Rotæ olim Decano*, apud Marchesan. *de comuniss. p.* 3. *fol.* 359. licèt ante declarationẽ Concilij contrarium fuerit dictum; vt *in decis.* 106. *in princip. par.* 4. *diuers.* Et propterea causa ista. cùm sit prophana, nô est terminanda iuxta terminos Cõcilij.

Secundò principaliter fuit prænotatum, quòd est magna quæstio, Quis teneatur transportare acta? appellans, an appellatus? ex allegatis per Giurb. *dec.* 29. *n.* 1. Sed solet distingui, quòd vna est conclusio, appellatum debere ostendere quòd sententia pro se lata fuerit iusta, etiamsi nolit facere nouas probationes, sed producere acta iam gesta; vt est communis opinio Doctorum, *in l. hi qui ad ciuilia, C. de appell.* vbi Cyn. *in fin. vers. quartò opponitur*, Petr. Iacob. de Rauenna, Bald. & alij. de quibus Surd. qui de communi, *dec.* 327. *n* 3. vbi quòd causa appellationis nô diuersificat causam, sed instãtiam: quia qui est actor ab initio, semper est actor in causa appellationis, *l.* 3. *C. de appell.* & sufficit appellanti docere se ex iusta causa appellasse, & infra legitima tempora. *c. Romana*, 3. *§. si verò, eod. tit. in* 6. Ita vt de prædictis dicatur constare per productionem sententiæ, Cin. *in l. probare, q.* 5. *in fi. vers. aut quarimus, cui incumbat, C. de temp. appell.* Caputaq. *dec.* 128. *p.* 3. vbi quòd petenti reuocari sententiam sufficit vt producat appellationem: sed qui instat pro confirmatione, debet producere processum, & acta, sine quibus nihil sententia probat.

Altera verò conclusio est, quando appellans dicit sententiam non iustificari ex actis, vel alias esse nullam: & hoc casu, licèt vtraque pars prosequatur appellationẽ, appellanti incumbit onus producẽdi acta prioris instantiæ, cùm illa sint per iudicem inspicienda. Bart. *in auth. de his qui ingred. ad appell. in princ. n.* 19. *col.* 3. & *in l. si qui ad ciuilia sub n.* 4. *C. de appell.* & *in l.* 1. *ff. si tutor, vel curator appell.* Capell. Thol. *dec.* 341. *ad med. vers. aut vtraque pars prosequitur*. Guidopap. *q.* 436. *n.* 9. *col.* 7. *vers. quandoq.* Papien. *in forma appel. in verb. & in quantũ, n.* 6. Seraph. *dec.* 280 *n.* 20. vbi quòd allegans nullitatem tenetur exhibere omnia acta, vt possit argui contra sententiã: quasi appellans, seu dicens de nullitate, suscipiat probandi sententiam iniquam & nullam: ideo si velit obtinere, probabit suam intentionem, exhibendo processum, & omnia acta. Vant. *de nullit. in tit. a quo & quib. nullit. deduct. n.* 20. & ita seruari in omnibus Curijs, siue sumus in sententijs diffinitiuis, siue interlocutorijs, testatur Ranch. *in addit. ad Guidopap. quæst.* 20.

His positis dictum fuit sententiã non esse nullam. Quia licèt Rota semper consueuerit dicere quòd ille qui vult prosequi causam, acta transportet, iuxt. Bart. *in auth. de his qui ingrediuntur ad appell. n.* 19. *col.* 3. Gabr. *de appell. concl.* 5. *n.* 16. Aret. *in c. quoniam contra. col.* 9. *vers. pro intellectu, de probat.* Tamen si procedatur actis non integrè transportatis, sententia non est nulla ex defectu iurisdictionis; sed ex quo acta non fuerint integre transportata: & hoc siue procedatur in terminis Concilij, siue in terminis iuris communis, vt censuit Congregatio Illustrissimorum Interpretum; & faciunt notata per Bart. *in l. multũ interest*, 21. *n.* 22. *ff. de condit. & demonstr. vers. & hæc sunt vtilia ad quæstionem*, Achill. *dec.* 7. *de sent. & re iudic.* Rota *in causa Panormitana Archidiaconatus*, 26. *Februar.* 1590. *coram bo. mem. Penia*; in qua decisione non fuit reuocatum, sed solùm suspensum mandatũ de manutenendo concessum, supersedendo in executione, donec transportatis actis cognosceretur de illius iniustitia: & in d. decis. Achill. voluerunt quòd in executione sententia iustificaretur. In hoc autem casu, visis actis, quæ deficiebant, clarè patet quòd non sunt releuantia, vt statim dicetur: & propterea, cùm Iudex haberet iurisdictionem, sententia non debet annullari. Bart. *in d. l. multum*, *num.* 2. & in terminis Achill. & Rot. *apud bon. mem. Penien*, vt supra dictum est.

Est tamen diuersus effectus quando acta sunt transportãda vigore Concilij Tridentini, & quãdo ex dispositione iuris communis. Quia si ex dispositione Concilij, eo quòd causa sit Ecclesiastica, sententia non transportatis actis, etiam irrelcuantibus, est nulla. Rot. *dec.* 104. *n.* 1. *p.* 4. Secus tamen est in prophanis: quia si acta non sunt transportata, vel si non constat de qualitate actorum, sententia est nulla. Bart. *in l.* 2. *n.* 15. & ibi Ias. *n.* 15. & Dec. *n.* 33. *C. de edẽn.* Felin. *in c. Ecclesia S. Mariæ, n.* 17. *de const.* Gabr. *de appell. concl.* 3. *n. ult.* & ante transportationem non habet Iudex exercitiũ iurisdictionis, *c. Romana, §. si verò de appell. in* 6. Vestr. *in prax. lib.* 8. *c.* 2. *n.* 1. *vers. dixi autem circa fin.* Rot. *dec.* 98. *p.* 4. Secus verò est si acta fuerint transportata, & postea cõstat quòd aliqua deficiant: quia si apparet illa non esse releuantia, sententia est valida, per superiùs deducta. Et ratio diuersitatis est inter causam Ecclesiasticã, de qua loquitur Concilium; & prophanã: quia ex dispositione Cõcilij appellans debet transportare acta; & ad hoc expressè tenetur, siue acta sint releuantia, siue non. Cũ. n. hoc sit inductũ a lege, qualitas rei, vel personæ nô attenditur. *l. non solũ, in fi. ff. de ritu nupt.* Rot. *d. dec.* 104. *p.* 4. Et ita procedũt etiam quod agatur per viam nullitatis & iniustitiæ, & stante clausula, quam & quas, posita in cõmissione; vt fuit dictum *in causa Valentina Spolij de Campana*, 23. *Ianuar.* 1580. *co. b. m. Card. Blanchetto*, & *in alia Placentina Vsurarum*, 15 *Iunij* 1582. *cor. Bubalo*; & *in Calaguritana Iuris votãdi* 25. *Maij cor. eod. Card. Blanchetto.* In causa vero prophana, ex dispositione iuris, de quo *in l.* 2. *C. de edẽn.* dicitur solũ quod Iudex apud quẽ res agitur, iubebit acta exhiberi ad veritatẽ inuestigãdã: & hinc oritur quæstio, cui incũbat onus acta trãsportãdi? appellãti videlicet, an appellato? vt post alios latè Giurb. 2. *dec.* 29. *n.* 1. In Conc. Trid. autem expressè dicitur quod appellans debeat acta trãsportare: & ideo illa forma est seruanda, vt supra dictum est. Ex dispositione autem *dicta l.* 2. Iudex iubet acta transportari: vnde si adsunt acta

sufficientia, etiam quòd postea non integra de-
negatur; si ea quæ deficiunt, non relevant, & de
hoc constiterit, non instat tantus rigor, prout
ex dispositione Concilij. Et ideo sententia non
est nulla, sed solùm debet supersederi donec acta
videantur, ex supradictis.

Quòd autem acta quæ deficiebant, non essent
relevantia, satis demonstrabitur dum de iustitia
sententiæ Rotalis agemus; ne bis idem repetamus.
Et quòd alia quæ deficiunt, non obstent, satis
patet: quia etiãsi Emmanuel haberet alios tuto-
res quàm Melchiorem, qui vendidit Matthæo; ta-
men cũ Emmanuel vsus fuerit instrumento ven-
ditionis facta a Melchiore, & vigore pacti in eo
contenti egit ad recuperationẽ, approbauit illud
factũ: vnde parũ refert q̃ haberet alios tutores,
ex cumulatis per Surd. *cons.*28. *num.*21. Prout nec
refert productio instrumenti, in quo Matthæus
constituit filiũ suum ad recipiendas pecunias de-
positatas; quia hoc nihil cõmune habet cũ spolio
cõmisso, procedendo ad relaxationẽ mandati sine
citatione, & pẽdente dilatione, vt statim dicetur.

Vlterius fuit consideratum quòd in Ciuitate
Leodiẽsi sunt duo processus, vnus pro actore, al-
ter pro reo; ita vt vnusquisq; contineat iura pro-
pria, non autẽ aliena; & cuilibet ex partibus con-
signatur suus; vt deponũt primos testis iuxta quin-
tum, & tertius, iuxta nonum: & huiusmodi acta
reperiebantur corã procuratore alterius partis;
qui noluit alia exhibere, vt deponũt secundus te-
stis iuxta decimũ, & quartus super primo. Et pro-
pterea sequitur, quòd licèt sententia non visis a-
ctis probatorijs sit nulla. *l. properandum, §. ista*
quidem, vbi Bart. *n.*6. *C. de iudi.* & *in l.*2. *n.*1. *C. de*
edict. Alex. *n.*8. & 9. Cagnol. *n.*68. *vers. sed opposi-*
tum. Felin. *in c. Eccles. S. Mariæ, n.*17. *de const.* Ar-
tamen hæc conclusio non procedit quando sunt
duo registra, & vnaquæque ex partibus habet sua
iura: quia si vna pars produxit suas probationes,
& alia fuit negligens in producendo, Iudex cum
productis potest pronunciare. Alex. *vbi sup. n.*6.
& ibid. Rim. sen. *n.*12. *vers. limita*; & *in fi.* Cagnol.
*n.*7. Felin. *in d. c. Eccles. S. Mariæ. in* 1. *limit. n* 18.
Et quamuis hæc procedãt præuia monitione iu-
dicis, Cagnol. *ibid. n.*70. Seysell *n.*12. tamen pro
monitione sufficit quòd termini substãtiales fue-
rint seruati, & pluries iterati; quia inseruiunt pro
monitione; vt fuit resolutum *in causa Maioricen.*
Panitentiaria. & *Canonicatus*, 4. & 18. *Febr.*
1591. *coram me. Gipsio.* & *in causa Roman. Vineæ*
de Brunis, 19. *Nouembris* 1603. & *in causa Ro-*
mana Fideicommissi, 27. *Iunij.* 1608. *coram me.*

Quantũ attinet ad iustitiam sententiæ Rotalis;
cùm illa sit lata in spolio ad fauorem hæredum
Matthæi, debent probari duo extrema, antiquior
possessio Matthæi, & iunior partis aduersæ, absq;
eo quòd aliter constet de spoliatione. Innoc. *in*
*c. sæpè, n.*2. *vers. imo plus videtur, de rest. spol.* &
in c. post electionem, an fi. de concess. prab. Lap. *al-*
leg. 32. *n.*7. *c. restituenda*, 3. *q.* 1. vbi Præpot. *col.*
*penul. n.*12. *vers. sed an agens.* Abb. *in c. cum ad*
*Sedem, col.*3. *n.*17. *vers. post hoc etiam dico, de rest.*
spol. Probata enim antiquiori possessione illa iu-
nior præsumitur vitiosa, & clandestina. *c. licet eam*
fama de probat. & resultat spoliatio, secundũ Bald.
*in l. penul. n.*15. *vers. & nota quòd ille, C. si a non*
compet. iudic. Et quia præsumptio vrget pro anti-
quiori possessore, iunior tenetur probare se non
possidere clã neq; vitiosè, sed agentem sua culpa
cecidisse. Barbat. *cons.*24. *vol.*2. *lib.*4. Ial. *cons.* 11
*n.*1. *vol.*3. & *cons.*172. *n.*1. *vol.*4. & latè alios re-
ferendo probat Menoch. *de recuper. remed.* 15.
*n.*383. *& seqq.* vbi dicit hanc esse cõmunem om-
nium interpretum sententiam: & *n.*386. ampliat
ita vt non sit necesse probare possessionem tem-
pore spolij: & *cons.*2. *n.*162. quibus potest addi Be-
ro. *cons.*64. *n.*4. *lib.* 3. vbi dicit quòd probata anti-
quiori possessione, dicitur re ipsa deiectio, & spo
liatio. Bertran. *cons.*243. *n.*5. *lib.* 2. vbi de cõmuni;
& *cons.*87. *n.*3. *lib.* 5. vbi alios congerit. Roland.
*cons.*8. *n* 11. *lib.*3. vbi ait hanc esse communem
theoricam; & militare multo faciliùs, quando al-
legatum fuit conuenti possessionẽ esse vitiosam
& clandestinam respectu suæ antiquioris; vt no-
uissimè Contard. *in l. vnic. C. si de momentan.*
possess. ampliat. 18. *vers. & licèt intentans*, Bero.
cons. 75. *num* 2. qui alios modernos cumulat.

In proposito autem possessio Matthæi anti-
quior satis probatur, ex quo emit dominium, de
quo agitur, a Melchiore tutore Emmanuelis; qui
quidem Emmanuel vigore huius contractus egit
contra Matthæum, & obtinuit sententiã, & inde
mandatum de immittendo; quod fuit executum.
Ex quibus omnibus negari non potest quin vtrũ-
que extremum probatũ sit. Emmanuel enim pe-
tendo immissionem aduersùs Matthæum fassus
fuit illum possedisse: & eo ipso quòd nõ admittit
primum possessorem, scilicet Matthæum, spoliat;
& sic secundum extremum est etiam clarè pro-
batum. *l. illam possidere, §. qui admittimus, ff. de*
acq. poss. Abb. *in c. litteras, n* 9. *de rest. spol.* An-
char. *cons.* 248. *n.* 4. *& seqq.* Aym. *cons.* 148. *in*
princ. Rol. *cons.* 6. *n.* 37. *& seqq. lib.* 2.

Et quamuis Emmanuel fuerit immissus de mã-
dato Iudicis, tamen Iudex notoriè, iniustè, vel
nulliter procedens, spoliat. Abb. *in c. conquerente*
*n.*8. *de rest. spol.* Aym. *cons.* 140. *n.*2. & *cons.* 320.
*n.*1. Surd. *cons.* 168. *n.*26. Hic autem primò nulli-
ter processit, quia relaxauit mandatum absq; ci-
tatione. Nam etsi hodie producatur citatio ad
sententiam, nihilominus requirebatur alia citã-
tio ad videndum relaxati mandatum: Quia licèt
verum sit, quod quando mandatum relaxatur in
sententia, non requiritur noua citatio in eius re-
laxatione, dum materia non est appellabilis, quia
sententia trahit secũ executionem, Grat *cons.*76.
in fi. lib. 3. Gabr. *de citat. concl.* 1. *n.*132. Tamen si
mandatũ non est relaxatũ in sententia, & materia
non est appellabilis, vel alias facie transitum in
iudicatũ, articulus est valde controuersus, an tũc
requiratur citatio. Gabr. *loc. cit. n.*129. *& seqq.* Ro
ta verò tenet opinionem quòd non possit deue-
niri ad relaxationem mãdati, & illius executionẽ
absque noua citatione; vt *in causa Romana &*
Thoma in formis, 10. *Nouembr.* 1603. & 17. *De-*
cembr. 1604. *coram me.* Et propterea in casu isto,
cùm mandatũ non fuerit relaxatum in sententia,
requirebatur noua citatio; qua deficiente, Iudex
nulliter processit, & per consequens spoliauit.

Secundò nullitas etiam videtur clara, quia sen
tentia fuit lata 14. Februarij 1620. cum termino
mẽsis vtilis concesso Matthæo; qui terminus in-

cipiebat currere a die 13. Martij, quando Matthæus de ista sententia habuit scientiam: terminus enim non incipit in omni materia a die scientiæ; vt per Roman. *cons.* 228. *in princip.* vbi vndecim exempla recenset: & propterea mandatum non potuit relaxari secunda Aprilis, quia adhuc pendebat dilatio, ex bene deductis in decisionibus R. P. D. mei Remboldi. Et nihil facit Statutum Leodiense nouiter deductum, quod disponit terminum currere a die decreti sine aliqua intimatione. Quia est intelligendum, modò habeatur scientia decreti; aliàs nimis exorbitaret a regulis iuris; vt per Roman. *loco præallegato*: & sic apparet quòd illud Statutum præsupposita scientia disponit tempus currere de momento ad momentum: data verò ignorantia, secus est dicendum; vt bene deducitur ex textu in §. *si vassallus feudum*, *in fin. ff. de feud. fuer. controuers. inter dom. & agn.* vbi si vassallus scienter negat feudum, amittit feudum; secus si ignoranter: & tamen regula est, quòd negans feudum illud perdit; vt bene ad rem similia exempla adducens Roman. *cons.* 70. *n.* 5. *vers. primo vtrum.* Abb. *cons.* 3. *num.* 5. *col.* 3. *in fin. vers. stem præsupposito, lib.* 2.

Accedat refectio melioramentorum, & alia considerata in decisionibus; quæ hic repetere superuacaneum foret.

Ex quibus resolutum, Sententiam Rotalem esse confirmandam.

R. P. D. Pirouano.

Toletana Habitus.

Mercurij 10. *Iunij* 1626.

EPITOME.

Actorum non transportati, in quo casu non reddat sententiam nullam. Impedimentum trasportationis quomodo probetur.

Ad Cap. 1 67.

DECISIO CLXVI.

QVæsitum fuit, an constet de sufficienti Actorum transportatione, ita vt sit procedendum ad vlteriora? Et affirmatiuè fuit resolutum.

Nam etsi Acta debeãt transportari, tã vigore Concilij Tridentini, *sess.* 24. *cap.* 20. *de reform.* quàm etiam ex dispositione iuris communis, ne feratur iudicium non visis Actis, contra *l.* 2. *C. de eden.* & de Actis coram quocunque Iudice Ecclesiastico sit intelligendum, prout hæc omnia latissimè fuerunt firmata *in Leodiensi Fideicommissi de Steccordis coram Domino meo Decano*, 3. *Iulij* 1613. & dictum fuit *in Maioricensi Pœnitentiaria*, 11. *maij.* 1591. *coram bonæ memoriæ Cardinali Blanchetto*, & *in Placentina Administrationis Sacramentorum*, 1. *Decembris* 1567. *coram Card. Lancellotto seniore*.

Attamen vera est etiam huius conclusionis limitatio, appellantem, vel appellatum, ad vlteriora procedere volentem, liberari a prædicta obligatione, si præstitum fuerit impedimentum, ne Acta transportare possit. Bald. *in cap. quoniam frequenter*, §. *porrò*, *num.* 2. *vs. lite non contest.* Seraphin. *dec.* 1305. *num.* 7. Rota *in Tullensi Coadiutoria*, 17. *Februarij*, & *in Abulensi Parochialis*, 14. *Aprilis* 1614. *coram bonæ memoriæ Cardinali Sacrato*; & *in Panormitana Archidiaconatus*, 15. *Iunij coram Domo Baratto*, *de dicto anno* 1614. & *coram Papa Gregorio XV. dec.* 342. *num.* 2. vbi adden. alias decisiones referunt.

Impedimentum autem Antonio præstitum transportationi Actorum visum fuit concludenter probari, ex eo quòd ex Processu apparebat litteras compulsoriales fuisse expeditas & præsentatas in partibus coram Sebastiano Codonero iudicem assumpto; & exinde Didacus de Congora, & Raphael Ortiz, executores cuiusdam mandati de transportando Acta præsentis causæ ad Curiam Melitensem, per Supremum Magistrum relaxati, accesserunt ad domum Raphaelis Rufini Secretarij, penes quem Acta originalia existebant; & illa, non obstantibus litteris, de iurisdictione Iudicis compulsoris, asportauerunt & eis sublatis, nulli dubium quòd impedimentum ineuitabile remaneat: quia sine originalibus non dantur compulsori.

Et quòd fuerit etiam causa immediata, propter quam minimè præstitum fuit quod præstare debebat, optimè probatur: quia alio remedio Antonio succursum non erat, quàm per litteras compulsoriales, quorum effectus cùm per Antonium omni meliori modo, etiam per censuras, fuerit tentatus, dubitari non potest de diligentia in præstando quod præstare debebat. Atque ita semper intrat impossibilitas removendi impedimentum, & diligentia ad illud removendum; quæ sunt præcipua requisita ad hunc effectum ponderata per Menochium *de arbitrar. Iudic. cas.* 118. *num.* 7. & recepta per Rotam in dicta decisione *Tullensi Coadiutoria*, 17. *Febr.* 1614. *coram bo. mem. Card. Sacrato*.

Non obstat quòd impedimentum possit removeri, ex quo Religio Hierosolymitana obsequens semper fuit Sedi Apostolicæ; & illius mandatis, & litteris pareat; vt propterea a Curia Melitensi debeant transportari. Quia Concilium *sess.* 24. *cap.* 20. non arctat appellantem quærere Acta transportanda, ab alio, quàm a Notario Iudicis a quo: cui si impedimentum probatur præstitum, ad remotiora remedia non erit recurrendum: in odium occupantium Acta?

Ne tamen Religioni aliquod interatur præiudicium, si forsan parata esset exhibere Acta transportata; Domini ordinarunt vt Oratori eiusdem Religionis, dum pendent vacationes generales, communicarem Rotæ resolutionem; prout feci.

Et ita &c.

R. P. D.

R. P. D. Verospio.

Romana Pecuniaria.

Veneris 23. Ianuarij 1632.

EPITOME

Actorum integra transportatio probatur per attestationem Notarij primæ instantiæ: præsumiturque in dubio pro eiusdem transportationis integritate. Iura vt sint de actis, an debeant produci parte citata: & de Stylo Tribunalis Aud. Cameræ. Instrumenta quando dici possint correspectiua inter se. Productio verbalis iurium an resultet, ex sola eorum allegatione in protestationibus.

Ad Cap. 167.

DECISIO CLXVII.

IN prosequutione causæ mihi commissæ a Decreto Auditoris Cameræ excipiebant Domini de Nappis, qui ab eodem decreto appellarunt de non integra actorum transportatione: quorum actorum defectus licet operari non posset nullitatem iurisdictionis in hac causa, quæ tanquam prophana non subiacebat dispositioni Sacri Concilij Trid. vt dictum fuit *in Romana Lignorum*, 3. *Iunij* 1603. *coram Cardinali Sacrato*: in *Romana Apothecarum*, 12. *Iunij* 1609. *coram Canalerio*: in *Perusina Bonorum*, 22. *Iunij* 1601. *coram Cardinali Marquemontio*: & *in decis.* 561. *nu.* 12. *par.* 1. *recent.* Poterat tamen ex alio capite nullam reddere sententiam, quæ ferenda esset: cùm etiam inspecta dispositione iuris communis, necessaria esset cognitio, & visio eorundem actorum, ad validitatem eiusdem sententiæ; vt conclusionem in genere latè posuit Felin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, num.* 12. *de constit.* Gabr. *de sent. & re iudic. conclus.* 9. Cassad. *decis.* 2. *num.* 10. *de appellat.* Et in his terminis ad iustificationem sententiæ in causa appellationis dictum fuit *in Maioricen. Canonicatus, & Officij Pœnitentiariæ*, 18. *Februarij* 1591. *coram Gypsio*: in *Romana Vincæ de Brunis*, 19. *Nouembris* 1603. *coram Reuerendissimo Domino meo Decano*: in *Barbastren. Archipresbyteratus*, 26. *Martij* 1618. *coram bonæ memoriæ Vbaldo*, & *in Imolen. Bonorum*, 21. *Iunij* 1619. *coram bonæ memoriæ Buratto*. Sed proposito hodie per me dubio, non visus fuit Dominus probari hic defectus: & respondebant pro integra transportatione, de qua fidem faciebat notarius actuarius primæ instantiæ; ficuti ad probandum actorum integritatem sæpius hanc attestationem solita fuit admittere Rota, *vt in Tampilonen. Abbatiæ*, 11. *Ianuary* 1600. *coram Penia*: in *Bracharen. Parochialis de Baslo*, 15. *Decembris* 1606. *coram Cardinali Sacrato*: in *Vrbinaten. Benefcij*, 1. *Ianuary* 1617. *coram bonæ memoriæ Burattio*: & *in Algaren. Dismembrationis*, 4. *Decembris* 1617. *coram Rembolao*, cum, etiam nulla circumscripta, præsumptio esset pro eadem integritate iuxta opinionem Bartoli *in rubric. ff. de nou. oper. nunciat.* quam verissimam dixit latè & defendit contra Alexandrum, & Imol. *super eadem rubr. num.* 8. Ayn. *de antiq. temp. par* 2. *num.* 55. Rot. *decis.* 64. *num.* 4. & 688. *num.* 2. *par.* 1. *diuers.* & fuit dictum *in Senogallien. Sylue*, 14. *May* 1596. *coram Cotta*: in *Bononien. Bonorum emphiteuticorum*, 24. *Ianuary* 1600. *coram Penia*: & *coram Ludouisio decis.* 59. *nu.* 1. & *decis.* 118. *num.* 3.

Et quia iura quæ dicebãtur deficere, erãt quædam instrumenta, quæ confecta dicebantur inter eadem partes, vna & eadem die successiuè, & simul cum instrumento Gambij, ex cuius causa Domini de Nappis obligati apparebant Domini de Baccellis, quibus mandatum Aud. Cam. concesserat: & hæc etiã instrumenta dicebant Nappij fuisse effecta de actis primi Iudicij; Hoc vsus Domini necessarium putarunt ad resolutionem huius Dubij firmare veritatem huius facti, An verè ea instrumenta fuissent deducta in actis eiusdem Iudicij: quia si ex hoc solum capite prætendebatur hodie necessaria, quòd continerentur in illis exceptiones illorum de Nappis, non poterant considerari tanquam pars eorundem actorum, vt vel onus huius transportationis pertinere deberet ad Baccellos, qui licet causam appellationis prosequebantur: non tamen tenebantur transportare nisi iura, quæ producta fuissent: vel vt propter eorum defectum non posset Iudex in causa procedere, & saltem suspensum conferretur exercitium iurisdictionis, vt latissimè deductum fuit *in Leodien. Dominij de Steccordia* 3. *Iulij* 1623. *coram Reuerendissimo Domino meo Decano*, quam Decisionem secuta fuit Rota *in Romana Societatis officij* 19. *Iuny* 1628. *coram R. P. D. meo Peranano*, imo æque satis esse poterat solemnitas solius transportationis, sed deberent in hoc Iudicio produci formiter citata parte vt fidem facere possent, iuxta distinctionem Rotæ *in decis.* 688. *par. prima diuers.* & fuit doctrina originalis Bart. *in l. naturaliter*, 9. *nihil commune num.* 32. *ff. de acquiren. possess.* quam sequuti fuerunt Ial. *ibi num.* 158. Rip. *num.* 175. Socin. iun. *num.* 365. Alexand. *in l.* 2. *num.* 19. *C. de eden.* & notabilem, ac singulariter dixit Mantuatilan. *sing.* 160. Rota apud Cardinalem Seraphinum *decis.* 377. *num.* 2. & *decis.* 502. *num.* 1. Et posset etiam Rota, ad quam fuit appellatum (si ipsi Nappij hæc sua iura producere negligerent) fundare se super solis iuribus, quæ producta erant a Baccellis, si ex illis poterat iustificari sententia Aud. Cam. vt voluit idem Felin. *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ num.* 18. *de constit.* Alexand. *in dicta l.* 2. *num* 9. *C de eden.* & fuit dictum *in dicta Romana Lignorum* 3. *Iunij* 1603. *coram Cardinali Sacrato*; in *Maioricen. Officij, seu Canonicatus Pœnitentiariæ* 18. *Februarij* 1591. *co-*

1591. *coram Gypsio*; in *Imolen. Bonorum* 21. *Iunij* 1619. *coram bon. mem. Buratto*, & in *Pistorien. Beneficij* 23. *Iunij* 1617. *coram eodem*.

Et ex duplici capite dicebant Nappij fuisse hæc Instrumenta effecta de actis primi Iudicij, vt intraret hæc necessitas transportationis, cùm, & propter correspectiuitatem, quam habere inter se videbantur, prætenderent non potuisse vnum ab alio separari; & cùm verò, & in effectu dicerent fuisse eadem Instrumenta producta. Quarum quidem exceptionum non putarunt Domini aliquam subsistere: & cuique earum particulatim respondendo dixerunt primam non obesse, alteram non iustificari, aut verificari in facto. Et quantum ad connexitatem, & dependentiam; quam alia Instrumenta habere dicebãtur ab hoc Instrumento Cambij, cuius vigore actum fuit, nõ poterat illa per se satis esse, si iuxta terminos, & dispositionem Iuris communis res esset diffinienda: quia licèt hanc vim eadem correspectiuitas habere possit, vt plura Instrumenta pro vno accipi debeant; iuxta notata per Doctores *in l. potens*, C. *de pact.* & per Cardinalem Manticam *de tacit. & ambig. conuention. lib. 2. tit. 3. nu. 20.* Verall. *decis.* 235. *par.* 1. Id tamen non procedit nisi ex quadam fictione, quod est penitus, & omnino contrarium eius, quod requiritur ad hunc effectum transportationis; vt scilicet ipsa productio fuerit realis, & cum effectu, aut saltem verbalis, in casibus in quibus productio verbalis habere potest cũdem effectum, ac productio realis, vt bene concludit Gregor. *dec.* 508. & declarant Adden. *num.* 14.

Sed difficultatem in hac causa facere videbatur stylus Tribunalis Aud. Cam. ex quo cùm in Instrumentis, quæ inter easdem partes confecta sint, & rogata fuerint per eundem Notarium, per cuius acta moueatur Iudicium, non sit opus alia productione, sed sufficiat solus vsus eiusdem Instrumenti, vt de hoc stylo illius Tribunalis testatur Bucca *de Stylo Curiæ Aud. Cam. cap.* 3. & passim obseruatur in praxi, secundum quam in Iudiciis executiuis, & in quibus agatur in vim obligationis Cameralis, incipi solet Iudicium ex citatione ad soluendum, iuxta formam Instrumenti, aut obligationis in actis rogat. non facta alia productione, aut repetitione eiusdem Instrumenti (sicut seruatum fuit hoc casu.) Exclusa necessitate productionis videbatur vtique applicabilis altera ratio, quæ considerata fuit in decisione Gregorii, vt cùm eadem Instrumenta propter connexitatem, quam inter se habebant, pro vno accipi deberent, non potuerit illorum vsus separari, & vna cum Instrumento Cambii, cuius executio solum petita fuit, alia quoque Instrumenta censeri deberent exhibita in Iudicio, quæ quatenus reperiebantur in eisdem actis, potuerunt eodem modo Iudici esse nota, vt fuit dictum *in Romana Fideiussionis de reprasentando* 17. *Maij* 1595. *coram Corduba*. Quatenus verò ab eisdem Instrumentis hoc Instrumentum Cambii pendere dicebatur; debuerunt simul videri, & cognosci, cum vnum veniret ad determinationem alterius. *l. etiam*, §. *ex causa*, ff. *de minor. l. vltima* ff. *de acceptil.* Bart. *in l. Aurelius*, §. *idem quæsit.*, *num.* 2. ff. *de liber. legat.* Alexan. *cons.* 111. *num.* 1. *in fin. Ias. cons.* 16. *num.* 4. & *cons.* 179. *nu.* 13. & *cons.* 230. *num* 2. Becc. *cons.* 45. *num.* 30. Rot. *dec.* 448. *n.* 7. *par.* 1. *recent.*

Verum quicquid dici posset super hoc stylo, qui sicut testatur idem Bucca *dicto cap.* 1. eo potissimum fundamento nititur, quod non sit opus alia recognitione eius Instrumenti, quod rogatũ fit in actis Notarii causæ; non poterat idem stylus hoc casu suffragari, cum propter plures rationes, tum præcipuè, quia hæc correspectiuitas, quæ sola dicebatur esse in causa, vt promiscuus fuerit vsus horum Instrumentorum, absolutè negabatur per Dominos de Baccellis, cùm quodlibet ex illis Instrumentis haberet suam peculiarem causam, & rationem obligationis; at præter vicinitatem actuum requiritur nõ solùm, vt plura Instrumenta dici possint inter se correspectiua, Ias. *in dicta l. potens num.* 16. Cast. *num.* 6. *ff. de pact.* Corn. *cons.* 303. *num.* 18. *volum.* 3. Put. *decis.* 167. *num.* 3. & *decis.* 479. *num.* 2. *lib.* 2. *in correct.* Rot. *decis.* 418. *par.* 1. *recent.* & *coram Gregor. decis.* 492. *num.* 19. Sed etiam, vt plura capitula, quæ posita fuerant in eodem contractu, aut instrumento, eandem cõnexitatem habere censeantur. Gloss. *in l. etiam*, §. *ex causa* (in verb. *audientias*), ff. *de minor.* Alexand. *in l. in bona fidei num.* 4. C. *de pact.* Abb. *in cap. dilectus filius* 19. *num.* 3. *versus Gloss.* 1. *de præbend.* Put. *dec.* 213 *lib.* 3. Mant. *dec.* 238. *num.* 4.

Et satis etiam esse dixerunt Domini, vt dicebatur correspectiuitas negaretur, ne posset dici ex causa probata causa, & necessitas huius transportationis, & vt in ipsos Dominos de Nappis, qui super ea se fundabant, recidere deberet onus eas iusdem transportationis, vt post quam productæ fuissent eadem Instrumenta in hoc Iudicio, videri posset, An verè eam correspectiuitatem continerent, quam ipsi asserebant: sicuti in simili dici solet de clausula Quam, & quas, vt quamuis illius vigore possit inchoari nouum Iudicium, & diuersum a causa, a qua appellatum fuit, propter facultatem, quæ per eandem clausulam data censetur procedendi prout in prima; non tamen illa sufiragari possit ad hunc effectum transportationis, nisi postquam acta fuerint transportata, ex quibus cognosci possit, An idem, vel diuersum sit Iudicium, quod in vim eiusdem clausulæ tractatur coram Iudice appellationis; vt *in Valentina Parochialis* 13. *Iunij* 1580. *coram Card. Blanchet.* to; in *Fauentina Fideicõmissi* 5. *Iun.* 1589. *coram Lan* ta, in *Anconitana Pecuniaria* 13. *Februarij* 1609. *coram Card. Sacrato*; & in *Romana Denuntiationis*, 16. *Iunij* 1614. *coram Ortemberge*.

Altera obiectio, vt fuerint hæc Iura producta non visa fuit Dominis in facto iustificari: quia non ostendebatur aliqua productio eorum Instrumentorum non solum realis, sed neque etiam verbalis, quæ satis esse potuisset hoc casu, quo cùm ipsa Instrumenta essent in actis eiusdem Notarii, productio verbo facta, erat loco corporalis traditionis, ex traditis per Fulgos. *cons.* 195. *colum.* 2. *vers. eam itaque*, & dixit Rota in his terminis *in Romana Fideiussionis* 17. *Maij* 1595. *coram Corduba*; cùm per fictionem breuis manus censeri deberent ab ipso Notario eadem Instrumenta

ta reſtituta, vt iterum illa haberet, *l. ſingularia, ff. ſi cert. pet. l. licet, §. quoties, ff de iur. dot. §. interdum inſtit. de rer. diuiſ.*

Neque huius productionis vim habere poterant duæ proteſtationes, quæ factæ dicebantur ex parte Dominorum de Nappis, & in quibus cum in termino citationis ad ſoluendum proteſtatum fuiſſet hoc Cambii inſtrumentum dependere ab alijs inſtrumentis, & ſimul etiam eadem proteſtatione petitum ne deueniretur ad aliquam mandati relaxationem antequam eadem inſtrumẽta, & iura per Iudicem viderentur, reſultare inde dicebant informantes effectum verbalis productionis, quæ nihil aliud videtur eſſe quam declaratio, quod eiſdem inſtrumentis pars volebat vti, vt voluit Caſtrenſ. *conſ.* 247. *num.* 1. *verſ. nam duplex eſt productio, & conſ.* 281. *num.* 10. *lib.* 1.

Etenim duobus modis proponi poterat hæc exceptio, cùm etiam de vi harum proteſtationũ dubitari poſſet, tam habito reſpectu ad diſpoſitionem iuris communis, quàm attento ſtylo Tribunalis A. C. Primo caſu, & modo certum erat eaſdem proteſtationes non releuare: quia quatenus hanc vim habere poſſet ſola allegatio, quæ facta fuit eorundem Inſtrumentorũ in dictis proteſtationibus, vt negat Bald. *conſ.* 110. *col.* 3. *in fine lib.* 1. quem refert & ſequitur Aym. *de antiq. tempor. par.* 1. *ſect. quæritur etiam num.* 4. Marant. *in prax. par.* 6. *tit. de actor. edit. nu.* 3. *circa med. verſ. Nam ſi quis faciat mentionem*: non tamen potuit ex iis dici inducta talis declaratio voluntatis, quæ tanquam certa, & ſpecifica traheret ſecum hunc effectum productionis, ad notata per Specul. *in tit. de inſtrum. edit. §. videndum num.* 6. Iaſ. *in l. Titia tentores* 36. *n.* 7. *ff. de legat.* 1. Corn. *conſ.* 14. *num.* 12. *in fi. lib.* 2. Aym. *de antiqu. temp. par.* 1. *ſect. quæritur etiam, num.* 22. cùm potuiſſent eædem proteſtationes fieri ad alium effectum: quod ſolum ſatis eſſet, vt non poſſet dici inde cauſata neceſſitas tranſportationis, cum neque eſſent tranſportanda ea iura, & inſtrumenta, quæ in dictis proteſtationibus enunciata fuerunt, ſi verè producta fuiſſent in Iudicio, ad alium tamen finem, quam vt per eam exhibitionem approbatæ cenſerentur, vt fuit in his terminis reſolutum *in Bononien. Bonorum emphyteuticorum* 24. *Ianuarij* 1600. *coram Pegnis*, & voluit Surd. *dec.* 267. *num.* 4.

Stylus verò Tribunalis A. C. neque ipſe hanc vim dare poterat eiſdem proteſtationibus. Nam licet in actore id ſeruet praxis, vt cenſeatur ab eo productũ, ſiue repetitum Inſtrumẽtum ex hoc ſolo, quòd eodem inſtrumento vtatur; tamen præter quam non ſemper & vbique id verum eſt, cum in ipſa reproductione citationis fieri vt plurimum ſoleat repetitio eius inſtrumẽti, aut obligationis, cuius executio in citatione petita fuit, atteſtantur Modern. Cornet. *in prax. Aud. Cam. lib.* 1. *cap.* 27.

Præterea hæc quæ in actore admiſit vſus, non poterant procedere in reo, propter diuerſitatem rationum, quæ inter vtrumque hoc caſu intercedit. Cùm enim actor petendo executionem inſtrumenti, non ſolum ipſo inſtrumento vtatur, ſed non poſſit id facere citra approbationem, & ceſſionem eiuſdem inſtrumenti, vt fuit conſideratum *in Romana Vineæ* 12. *Decembris* 1614. *coram R. P. D meo Pirouano*, & fuit etiam de mente Rotæ *in actis Romana Fideiuſſionis* 17. *Maij* 1595. *coram Corduba*; non mirum ſi hic vſus ſupplere poſſit vicem productionis, & repetitionis verbalis, cùm imò ex eo reſultent omnes effectus productionis realis, quos enumerat Iaſ. *in l.* 1. *§. editionis, num.* 11. *ff. de eden.* Innocent. *in cap. cum venerabilis num.* 4. *de except.* vt ſcilicet cenſeantur omnia approbata, quæ continentur in ſcriptura producta, vt non liceat illam amplius impugnare, & vt ex ea productione cenſeatur ius parti quæſitum. quod non eſt in reo, qui licet in ſua exceptione ſit actor, non tamen cenſetur fateri ex hoc ſolum quod excipit. *l. non vtique*, & ibi Bart. *in princip. ff. de except.* gloſſ. *in l. ſi quidem, in verb. conteſtatione, C. eod. tit.* Innocent. *in cap. cum venerabilis, num.* 2. Abb. *num.* 26. *de exception.* vt propterea neque illi nocere ſoleat productio, quæ verè ab eo facta fuerit. Alex. *conſ.* 49. *num.* 8. *volum.* 7. Aymo *conſ.* 175. *num.* 7. Hyppolit. Riminal. *conſ.* 18. *num.* 174. *lib.* 1. Surd. *deciſ.* 267. *num.* 2. & 3. Rot. *dec.* 104. *num.* 11. *par.* 2. *diuerſor.*

Et licet ad euitandum hunc effectum confeſſionis, qui ſequi ſolet ex productione, illud etiam vſu receptum ſit, vt omnes productiones fiant hodie per compulſum, vt aduertit Veſtr. *in prax. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 6. Certum eſt tamen, quod hæc productio non ſuffragatur in propriis iuribus, aut inſtrumentis, vt ex *deciſ.* 3. *de fid. Inſtrum. in nou.* declarat idem Veſtr. *in dicto cap.* 1. *num.* 6. Verall. *deciſ.* 193. *num.* 5. *par.* 1. Rota *coram Gregorio dec.* 270. *num.* 7. in quibus ſolũ terminis procedere poteſt hic ſtylus eius Tribunalis, cùm, ſicut dicebam, non ſatis ſit ſola repetitio, aut productio verbalis, ſed opus ſit productione reali, vbicumque non ſolum non producitur proprium inſtrumentum, verum etiam mutata fuerit perſona, quæ ex eodem inſtrumento conuenitur.

Et ex his licebat reſpondere ad auctoritatem Caſtrenſ. cùm, ſicut videre eſt in locis adductis, ſemper in caſibus, ſuper quibus conſuluit, productio fuerit certa, & ad certum effectum, non autem æquiuoca. Nam *in conſ.* 28. non ſolum aderat partis declaratio, quòd vti volebat inſtrumento, ſed idem inſtrumentum ſimul cum Regeſtro etiam dimiſſum fuerat in actis a Notario, qui prius ab eadem parte citatus fuerat ad portandum idem Regeſtrum: & ita cum declaratione voluntatis interuenerat actualis productio, cuius loco in inſtrumentis rogatis ab eodem Notario, per cuius acta motum ſit iudicium, ſuccedit repetitio. In *conſil.* verò 247. Actor ad probandam prohibitionem Teſtatoris produxerat articulos, & vna cum articulis teſtamentum, cuius tenorẽ volebat legi parti, antequam articulis reſponderet; & ita cùm ipſi articuli ſine teſtamento eſſe non poſſent, defendit productionem eiuſdem teſtamenti verbo tantum factam, tanquam factam intra terminum, vt ſuſtineretur realis, quæ requirebatur ex forma Statuti, & facta fuerat poſt terminum; ſicut hanc productionem ſuſtineri voluerunt Felin. *in cap. licet cauſam, num.* 18. *in* 3. *limit. de prob.* Bald. *in cap.* 1. *num.* 1. *de fide inſtr.*

instr. Asin. *in prax. §.* 22. *cap.* 5. *num.* 6. Rot. *dec.* 22. *de iud. in antiq.* Quorum vtrumque deficit in casu de quo agitur; cum neque productio facta fuerit parte citata, prout dati fuerant articuli in casu eius consultationis, & simul cum ipsis articulis testamentorum; neque verbalem productionem sequuta fuerit productio realis.

Et ita, &c.

Card. Platto.

Romana Hæreditatis Census.

Mercurij 8. *Iunij* 1588.

EPITOME.

Statutum Vrbis de duabus conformibus, comprehendit etiam Clericos. Curialitas non est incompossibilis cum Incolatu, in casu Statuti prædicti. Incolatus nonnullæ coniecturę afferuntur.

Ad Cap. 178.

DECISIO CLXVIII.

FVit resolutum, Statutum Vrbis *cap.* 5. *lib.* 2. *in nouis*, disponens quòd duæ cõformes faciunt rem iudicatam inter Ciues, Incolas, & Districtuales, habere locum contra Vincentium Rentium; cùm constet, eum per triginta annos & vltra, in Vrbe cum familia habitauisse, bonaque ibidem acquisiuisse, text. *in l. pupillus, verf. Incola, de verb. fignific.* & ibi Alciat. *num.* 11. & text. *in l.* 3. vbi Alciat. *num.* 5. *eodem tit.* Riminal. iun. *conf.* 363. *n.* 238. *lib.* 4. & *conf.* 436. *num.* 42. & *conf.* 439. *nu.* 6. Vasquius *quæstion. illustr. cap.* 61. *num.* 20. cum aliis allegatis per Informantes.

Non obstat quòd D. Rentius sit Clericus. Quia vltra quòd non gessit se pro Clerico, ducens vxorem; nec apparet quòd incessisset in habitu & tonsura, vt gaudere posset priuilegio *cap.* 1. *de cleric. coniug. in* 6. dictum etiam fuit, Statutum huiusmodi notoriè ligare Clericos, iuxta alibi resoluta coram Reuerendissimo Aldobrandino *in causa Romana de Comitibus*, 17. *Iunij* 1577.

Non obstat quòd D. Rentius respondens positionibus dixerit se habitasse in Vrbe tanquam Curialem. Quia cùm contra hanc qualitatem sit iuris præsumptio, potest confessio acceptari reiecta huiusmodi qualitate: maximè, cùm non sit qualitas, quæ annullet & perimat ipsam confessionem. Bart. *in l. Aurelius, §. item quærit, ff. de libert. leg.* cum latè cumulatis per Clar. *in §.* 2. *verf. posset quoque reus*. Præter quam quòd habitatio diuturna D. Rentii in Vrbe est notoria; & sic alimunde quàm ex eius confessione, probatur: & ideo non nocet qualitas adiecta per eum, sed ea ex eius confessione reiici potest. idem Bart. *in dicta l. Aurelius*. Sufficit autem id probari per notorium. Riminal. iun. *conf.* 479. *num.* 5.

Accedit quòd potest simul stare quòd quis sit Curialis, & sit etiam Incola. Hoc ipsum ex diuturna habitatione supradicta cum aliis supra deductis dignoscitur: vt de Scholari dicimus; qui si vltra decennium in loco Studii commoratur, dicitur, nisi de contrario constet, ibi domicilium contraxisse. Rimin. iun. *conf.* 476. *num.* 6. latè Menoch. *de arbitr. iudic. cas* 86. *num.* 22. Et de Præfecto artis, qui transtulerat bona in locũ, vbi præfecturam exercebat, & ibi vxorem duxerat, idem Menoch. *vbi supra num.* 29. & 88. dicens, in his maximè versum iudicis arbitrium. Quòd autem Rentius voluerit Romæ domicilium constituere, ea omnia suadent, quæ supra enumerata sunt, etsi concedatur eundem etiam Curialem fuisse; quia ipsa residendi necessitas pro exercendis officiis, quæ in Curia obtinebat, facit ipsum incolam. Bertrand. *conf.* 101. *lib.* 3. *par.* 1.

R.P.D. Pirouano.

Romana, seu Neapolitana Pecuniaria.

Veneris 28. *Ianuarij* 1633.

EPITOME.

Sententiæ conformes quæ requisita habere debeant, ad declarationem Statuti Vrbis cap.* 178. *lib.* 1. **Ciuilitas quomodo acquiratur.

Ad Cap. 178.

DECISIO CLXIX.

PRæcesserat sententia Auditoris Camera absolutoria Hieronymi Rosolini, vti hęredis Thobiæ Rosolini, respectu partitarum scutorum 744. & 3023. per Iulium Pocobellum petitarum; quæ postmodum per sententiam Rotalem fuit confirmata: & expeditis litteris executorialibus, cùm idem Iulius prætenderet adhuc esse locum appellationi; emanauit rescriptum cum clausula, constito quòd Statuto de duabus conformibus, vel aliàs executioni locus sit, expensas taxet, & mandata exequatur. Et hodie cùm dubitaretur, an constet de re iudicata, quæ veniat exequenda; affirmatiuè Domini responderunt.

Quia de ea constat ex lapsu triennij a die commissionis causæ appellationis: a quo dum tempora incipiunt currere, *Clem. sicut, de appellat.* Put. *decis.* 147. & 150. *lib.* 2. & nihil actum reperitur, periit innantia: quæ vltra biennium de

iure

iure non durat. *cap. cum sit Romana, de appellat. elem. si appellationem, eodem tit. auth. ei qui, C. de temp. appell.* Decius *consil.* 436. *num.* 1. & 2.

Sed magis indubitanter eadem desumitur ex duabus sententiis latis contra Pocobellum; quæ, Iuris municipalis Vrbis dispositione attenta, *in cap.* 178. *lib.* 1. habent vim trium, & ei iudicatæ, & vbique seruatur. Rota *decis.* 452. *par.* 1 *diuers.* & *decis.* 380. & 647. *num.* 1. *par.* 1. *recent.*

Non obstat quòd Statuto prædicto locus esse non possit, nisi probentur sententiæ inter se conformes, & datæ inter Ciues, & Incolas, & Districtuales; & vlteriùs quòd illæ sint validæ & iustæ; prout sæpè Rota, declarando Statutum huiusmodi, tenuit; & signanter in supra allegatis decisionibus 380. & 647. *par.* 1. *recent.*

Quia conformitas ex tenore illarum colligitur; dum in prima Hieronymus, vti hæres Thobiæ, absoluitur a petitis per Iulium respectu duarum partitarum: in secunda verò eadem confirmatur per verba, Pronunciamus malè appellatum, & de nullitate dictum, & benè iudicatum: quæ maior probari non potest, cùm inter se conueniant in substantia, in qualitate, & quantitate. Surd. *cons.* 102. *num.* 9. Affl. & *decis.* 631. *in fine*. Thesaur. *decis.* 122. *num* 10. & idem fuit comprobatum *in d. decis.* 647. *num.* 1. *par.* 1. *recent.*

Ciuilitas enim & Incolatus, tam Hieronymi, quàm Iulij, dissimulari non potest. Nam quamuis ab initio vterque originem in Vrbe non traxerit; attamen illorum respectiuè continuata habitatio per viginti, triginta, & vlteriores annos, bonorum stabilium acquisitio, & possessio, & matrimonia contracta, benè probant acquisitam ciuilitatem ad hunc effectum. Surd. *consil.* 371. *nu.* 47. *lib.* 3. Gratian. *discept.* 824. *num.* 39. & inter Vrbis Mercatores fuit resolutum *in Causa Romana scutorum centum millium coram Domino Cardinali Virili* 28. *Ianuarij* 1628. & nouissimè *in Romana Nullitatis censuum.* 9. *Februar.* 1632. *coram D. meo Verospio.*

Validitas exinde earundem sententiarum non fuit controuersa: quæ nihilominus etiam sufficienter probata remanet ex reuolutione Processus, ex quo desumuntur acta pro validitate iudicii necessaria, quæ per Caputaquensem *dec.* 260. *par.* 2. sigillatim enumerantur.

Iustitia denique visa fuit parens ex decisionibus in causa factis.

Non obstat quòd fundamenta decisionum ab iniustitia defendi non possint; ex quo Pocobellus ex duabus epistolis missiuis 3. Martii 1623. & 5. Ianuarii 1624. probat mandatum in personam Thobiæ vendendi tractam vini per Regiam Maiestatem Canonicis S. Mariæ Maioris concessam; & eiusdem mãdati susceptionem ab eodem Thobia cum obligatione assecurationis, & seu, vt mercatores dicunt, *Di stare al credere*: & dum de implemento non docet, quòd scilicet post venditionem eiusdem tractæ factam Signorino, exegerit partitam scutorum 749. inde teneatur ad damna & interesse ex decoctione eiusdem Signorini causata. *l. idemque, §. si procurator, l. si tibi mandauero, §. sicut, ff. mandat. l. ad comparandas, l. in re mandata, C. eodem tit.* Surd. *dec.* 304. *num.* 4. Escobar *de ratiocin. cap.* 19. *num.* 21.

Quia hæredes Thobiæ non negant mandatum per Pocobellum datum pro vendenda tracta; sed dicunt Thobiam adimpleuisse mandatum; ex quo illam Signorino vendiderat, & Signorinus eidẽ Pocobello dedit litteras pro eadem summa directas Portio mercatori in Vrbe pro eadem quantitate ei soluenda; quæ in summario Pocobelli num. 5. leguntur.

Quod si replicetur Portium mercatorem litteras Signorini non acceptasse, atque ita scribentem litteras numquam fuisse liberatum. Rota, Ianuen. *decis.* 8. *num.* 27. & 10. *num.* 11. & 52. *n.* 2. durareque primam actionem Pocobelli aduersus Thobiam, qui mandatum suscepit cum obligatione assecurandi pecunias, quæ in Vrbe remittebantur, de qua dicebatur constare per epistolam Thobiæ 24. Septembris 1621. ibi, *Vi confermiamo di nuouo, che per le rimesse vi faremo per vostro conto, ci contentiamo starui del credere, con vn terzo per cento per vostra prouisione*. & in alia 5. Ianuarii 1624. magis in individuo de tracta vendita Signorino, ibi, *Il Signorino si trouua fuori di Napoli; però non ho riscosso altro: come torna, douerà pagare: quando vi volterò l' auanzo, vi starò del credere*.

Adhuc obiectum cessare videtur: quia obligatio Thobiæ loquitur de pecuniis per ipsum remittendis ad Vrbem; non autem de remittendis per alios; atque ita quando iam ad ipsum peruenerunt: quod dici non potest, de debitis per Signorinum, quæ ab eo non fuerunt exacta.

Neque repugnat prædictæ obligationi partita extracta ex libro eiusdem Thobiæ, in qua facit se creditorem Pocobelli de mercede huius cambii, ibi, *E più per mia prouisione di cambio a vn terzo per cento, scudi* 34. 4. 10. quasi pro ista partita scutorum 729. factum fuerit cambium per Thobiam, vel de eius ordine, vt solueret debitum eiusdem.

Quia epistolæ supradictæ clarè se explicant pro pecuniis per ipsum Thobiam remittendis: vnde vel partita scutorum 34. 4. 10. enuntians causam *per prouisione di cambio*, ita genericè concepta non probat: aut si adhuc referenda esset ad partitam scutorum 749. tanquam indebitè & malè concepta, esset delenda de computo; non autem per eandem formanda esset obligatio, quæ prius inter partes contracta non erat.

Et ita, &c.

Cardinali Sacrato.

Romana Cottiuij.

Lunæ 6. Martij 1606.

EPITOME.

Clausula, arbitrio, an semper importet facultatem tantùm prout de iure. Petitorium quando cumulari

mulari posſit cum poſſeſſorio. Nullitas ob defectum citationis intra quod tempus ex Statuto Vrbis admittatur.

Ad Cap. 191. *num.* 103.

DECISIO CLXX.

CVm iſta cauſa eſſet iam commiſſa in Rota, & Domini de Canſacchis inſtarent ſuper poſſeſſorio, Agentes pro D. Comeſtabili recurſum habuerunt ad Sanctiſſimum, & per particulare reſcriptum obtinuerunt committi vt in petitorio, & poſſeſſorio ſimul procederetur, vnico contextu, & vnica ſententia, arbitrio Rotæ. Dubitaui, an eſſet locus arbitrio, ita vt procedi poſſet iuxta petitionem Comeſtabilis. Rota autem vtraque parte informante affirmatiuè reſpondit, ea ratione, quòd ſicèt clauſula Arbitrio, importet, pro vt de iure. Bart. *in extrauag. ad reprimendum, verb. videbitur.* Cæſ. de Graſſ. *deciſ.* 8. *de re iud. cum ſimil.* De iure autem poſſeſſorium ſit prius terminandum quàm petitorium. *l. ordinarij*, C. *de rei vend. l. incerti*, C. *de interdict.* Maximè quando, vt in hoc caſu, prætenditur ſpolium, quod iudicium eſt magis priuilegiatum, quàm alia poſſeſſoria. *Glem. 1. de cauſ. poſſ. & proprie.* vbi gloſſ. *verb. ſpoliatis.* Gozad. *conſ.* 10. *num.* 3. *cum aliis ſeqq.* Nihilominus eſt etiam verum, quòd clauſula Arbitrio dat facultatem aliqualiter diſcedendi a regulis iuris. Creſc. *dec.* 4. *de teſtibus.* maximè quando reſcribitur illi, qui alias habebat iuriſdictionem, & ſic facultatem procedendi prout de iure: quia tunc videtur magis accedere ad liberum arbitrium, ne aliàs ſi redigatur ad meros terminos iuris, illa commiſſio fiat ſuperflua: vt poſt Imol. *in l. filius fam. de donat.* trad. Felin. *in cap. 1. num.* 51. *colum.* 4. *verſic. & ſi dicatur, arbitrio ſuo, de conſtit.* Dec. *in l. in perſonam*, 23. & *in l. generaliter, de reg. iur.*

Cauſæ autem, propter quas Domini arbitrati ſunt poſſe cumulari petitorium cum poſſeſſorio, fuerunt, quia ſpolium prætenſum à Canſacchis eſt adeò turbidum, & implicatum, vt Domini potius inclinarent pro non ſpolio. Conſtat enim, quod anteceſſores Comeſtabilis, non ex propria auctoritate, ſed cum mãdato Iudicis, ingreſſi ſunt poſſeſſionem: quo caſu non ita de facili reſtituitur ſpoliatus propter præſumptionem, quam habet Iudex pro ſe. Felin. poſt alios, *in cap. dilectus il primo, num.* 1. *de reſcriptis.* Et quod magis eſt, Iudex immiſit in vim particularis, & præcipi reſcripti Iulii Papæ Tertii, cum derogatione de iure quæſito non tollendo: vnde ſubintrat alia concluſio, quod Canſacchis tanquam ſpoliatis a Principe non competat remedium reſtitutorij. Aſſlict. *deciſ.* 361. *num.* 12. Mohed. *deciſ.* 4. *de reſtitut. ſpoliat.*

Non obſtat quòd ille Iudex proceſſerit ſine citatione. Quia talis nullitas nõ admittitur poſt annum, obſtante ſtatuto Vrbis. Achill. *deciſ.* 15. & 16. *de conſtit.* Et multò magis debet admitti talis exceptio poſt quadraginta annos; quo curſu temporis ſtante, omnia ſolemnia præſumuntur, etiam quoad proceſſum. Gabr. qui alios cumulat, *tit. de ſent. concl.* 4. *num.* 34. cũ pluribus ſeqq. Ex quo faciebant aliqui ex Dominis aliam illationem, quod per curſum tanti tẽporis fuerit præſcriptum actioni ad ſpolium, iuxta opinionem, quam Rota moderna ſequitur, vt in *Cauſa Mediolanen. ſeu Nullius, Canonis reintegranda* 17. *Maij* 1600. *coram Illuſtriſſimo D. meo Card. Seraphino.*

Poſtremò dicebatur, quod ex quadam intimatione, & aliis comparitionibus Anchiſis, Auctoris Canſacchorum, apparet fuiſſe vſque ab initio per Canſacchos habitam notitiam mandati relaxati ad fauorem anteceſſorum Comeſtabilis: vnde ſibi imputent Canſacchi, ſi non appellarunt, quia tali decreto videntur conſenſiſſe. *l.* 1. C. *de appellat. l. ab eo*, C. *quomodo & quando Index*, & fuit magis in ſpecie deciſum *in Cauſa Camerinen. Penſionis* 22. *Iunij* 1594. *coram Gipſio.* Quibus ambagibus, & turbiditatibus ſtantibus ſolet Rota etiam abſque particulari commiſſione ſuper arbitrio facilius, non obſtante priuilegio Iudicij poſſeſſorii, ſe conferre ad cognitionem petitorij. Caputaq. *deciſ.* 200. *par.* 2. cum aliis deciſionibus allegatis per Modern. *de attent. par.* 3. *cap.* 19. *num.* 4. & 6.

Reuerendiſſimo D. Coccino Decano.

Cæſarauguſtana Penſionis.

Lunæ 11. *Martij* 1619.

EPITOME.

Cauſa appellationis, & cauſa nullitatis, ſi æquè principaliter committantur, deſerta cauſa appellationis, non cenſetur deſerta cauſa nullitatis. Et an in tali caſu exceptio nullitatis impediat executionem rei iudicatæ.

Ad Cap. 192. *num.* 19.

DECISIO CLXXI.

FVit commiſſa Cauſa nullitatis, eaque principaliter cum cauſa appellationis, à ſententia lata ſuper extinctione penſionis: & cùm deſerta fuiſſet cauſa appellationis, petebatur manutentio pendente Cauſa in Iudicio nullitatis. Sed quia deciſio in hac eadem Cauſa facta ſub die 2. Ianuarij præteriti, ſimpliciter videtur admittere, quod pendente Cauſa nullitatis modo ſupradicto, peti poſſit manutentio;

rio; quod tamen non est simpliciter verum; Domini ab illa decisione recesserunt in eo, in quo cum sequentibus conclusionibus discordat. Firmarunt enim veram esse conclusionem quod quandoque principaliter committitur causa appellationis, & causa nullitatis; deserta causa appellationis, non censetur deserta causa nullitatis, quæ durat per triginta annos. Bart. *in l. si expressim, num.* 10. *ff. de appel.* Abb. *in cap. dilecto, num.* 9. Franc. *num.* 10. Imol. *num.* 17. *de appellat.* Socin. *cons.* 10. *col. vlt. lib.* 4. Merend. *de ordin. iud. par.* 6. *tit. de sent. nu.* 153. *& seqq.* Gail. *pract. observ. lib.* 1. *observ.* 127. *nu.* 8. Covar. *pract. quæst. cap.* 24. *infin.* vbi testatur de communi, & fuit dictum *in Placentina Parochialis de Malpartida*, 6. *Novembr.* 1602. & 1. *Decembris* 1604. *coram Litta*, & *in causa Cartaginen. Pensionis*, 14. *Martij* 1600. *coram Lancellotto*, & *in Romana Census*, 15. *Ianuarij* 1607. *coram Francisco Penia Rotæ Decano.*

Sed in hoc casu dubium est, an pendente causa Iudex a quo procedere possit ad executionem rei iudicatæ: & vera est distinctio, quam ponit Bartolus *in l.* 4. *§. condemnatum, num.* 2. *& 3. ff. de re iud.* videlicet quod aut ex parte eius qui proponit exceptionem nullitatis, nihil probandum est, vt quia dicit, non fui citatus, non est procurator meus; & tunc exceptio nullitatis impedit executionem: aut est aliquid probandũ; & tunc, aut probatio fit incontinenti, & impedit executionem; aut requirit altiorem indaginem, & non impedit executionem. Hanc sententiam repetit idem Bart. *in l. si expressim*, vbi expressè ita declarat conclusionem supra firmatam *nu.* 11 dum remittit se ad ea, quæ notauit *in l. si cum nulli, ff. de re iud.* vbi se remittit ad dicta *in alleg. §. condemnarunt*. idem Bart. *in l. fin. C. si ex falsis instrumentis.* Alex. *in addit. ad Bart. in dicta l. expressim, in litt. E.* Innoc. *in cap. cum in Iure peritus, in princip. de offic. deleg.* Franc. *in cap. dilecto, num.* 31. *vers. circa tertium de appellat.* Lancell. *de attent. nullit. pend. cap.* 17. *num.* 17. *& seqq.* præsertim *num.* 17. 32. 37. 38. *& 69.* & hanc sententiam tenet Rota, quæ secundum hanc distinctionem est intelligenda *in decis.* 3. *de except. in nou.* & hanc distinctionem expressè approbauit Rota *in dicta causa Placentina Parochialis de Malpartida*, 1. *Decembris* 1603. *coram Litta.*

Applicando igitur prædicta ad casum nostrũ, cùm sit cõmissa causa appellationis, & nullitatis æque principaliter, & sit deserta causa appellationis, an sit danda manutentio, vel nè, pendet ex eo an pars alleget aliquam nullitatem, circa quam ipsa nihil teneatur probare; vel doceat de aliqua nullitate, quæ altiorem indaginem non requirat: quia illo casu non potest denegari manutentio; secus autem si nullitas allegata requirit altiorem indaginem, per Doctores supra citatos. Et ideo retentis prædictis terminis Domini ordinarũt vt videretur, an sententia sit nulla ad effectum vt cognoscatur an sit locus manutentioni.

Et ita &c.

R. P. D. Orano.

Romana Alimentorum.

Veneris 25. *Maij* 1587.

EPITOME.

Responsiones factę positionibus absque iuramento exhibitis non præiudicant reo.

Ad Cap. 194. *num.* 46.

DECISIO CLXXII.

IN causa Romana Alimentorum præsuppositum fuit, actorem in exhibitione positionum, seu articulorum, formam Statuti *cap.* 68. *lib.* 1. non seruasse: ergo quæsitum fuit ex alio Statuto *lib.* 1. *cap.* 70. an responsiones in dictis positionibus factæ præiudicarent. Domini fuerunt in voto negatiuè, quia forma est, quæ dat esse rei, a lege, siue Statuto præscripta: vnde cum non fuerit seruata, actus inde secutus corruit, *l. cùm si, §. præter*, & ibi Ias. *primo notabilis, ff. de transactionibus, l. Iulianus, §. sed etsi quis, num.* 9. *C. de iur. & fact. ignor.*

Cùm igitur forma Statuti mãdantis per actorem positiones, siue articulos dispositiuè, & ponendo conceptos medio iuramento exhiberi, cum hæc fuerit forma, sequitur, ob non seruatam, responsiones ad eas factas non præiudicare.

Et sic resolutum.

Eminentissimo Cardinali Pamphilio.

Romana Vineæ.

Lunæ 14. *Iunij* 1613.

EPITOME.

Consensus subhastationi & deliberationi quando suppleat solemnitates

tates requisitas a Statuto in executionibus.

Ad Cap. 194.

DECISIO CLXXIII.

CVm Dominus Valperga esset creditor Zorli in diuersis pecuniarum summis, post plura instetit deueniri ad vlteriorem subhastationem cuiusdam vineæ: ad quam euitandam Zorlus opposuit de compensatione cum quodam eius credito, de quo dicebatur constare ex positionibus habitis pro confessatis, & ex partito, seu iuramento litis decisuo. Ideo sub die 1. Februarij præteriti dubitaui An hõi positiones & partitum obstarent. Quod fuit negatiuè resolutum, nisi aliunde creditum iustificaretur, vt apparet ex decisione tunc extensa.

Verùm quia Zorlus contra dictam subhastationem plures alias exceptiones opponebat; supradicta die proposui Dubium generale, An scilicet deueniendum sit ad vlteriorem subhastationẽ? Quod per Dominos fuit affirmatiuè resolutũ: quia de credito Valperghæ satis constat ex pluribus instrumentis solutionis diuersarum societatum officiorum, quarum Zoilus tanquam recognitor bonæ fidei Valpergam fideiussorem indemnem relevare promisit; nec non excessibus earundem societatum, per eundem Valpergam obtentis in casu solutionis, ita vt propterea de credito Valperghæ dubitari non possit.

Non obstat quod subhastatio fuerit cepta non præcedente exhibitione instrumentorum, & executione, ac alijs ante deliberationẽ requisitis per Statutum Vrbis *lib.* 1. *c.* 194. Quia quoad exhibitionem instrumẽtorum fuit dictum, quòd Zorlus ad euitandas expensas declarauit medio iuramento velle stare illorum indicationi per Valpergam faciendæ. Quò verò ad executionem, & alia requisita per Statutũ, placuit responsio quod Iudex citato dicto Zorlo ad præstandum consensum deliberationi, & subhastationi bonorum per ipsum in actis indicatorũ, pronunciauit partibus præsentibus consensum haberi pro præstito, pro vero, & reali credito: quo casu stante veritate crediti executio habetur pro facta cum omnibus requisitis ad effectum vt deueniri possit ad actum subhastationis, per regulam, quòd cui conceditur consequens dicitur etiam concessum omne suum necessarium antecedens. *l. ad legatum*, *l. ad rem mobilem*. & ibi glos. & Doctores, *ff. de procurat.*

Et ex his cessat quòd consensus fuerit præstitus subhastationi ritè, & rectè faciendæ secundum formam supradicti Statuti: Quia cum bona subhastanda iam fuissent per Zorlum in actis indicata, consensus censeri debet præstitus in specie ad effectum, vt bona iam indicata subhastarentur nulla alia præcedente executione, pro vero tamen, & reali credito: quo casu certum est consensum supplere solemnitates requisitas in subhastatione, ex adductis *in causa Romana Spolij*, 14. *Iunij* 1604. *coram bonæ memoriæ Iustio*; & faciunt etiam adducta *in causa Asculana Pradij*, 22. *Iunij* 1609. *coram Reuerendiss. D. meo Damasceno.*

Nec obstat, quod dictus consensus sit restrictus ad creditum, pro quo Zorlus reperiebatur carceratus. Quia imò dictus consensus legitur præstitus subhastationi; seu deliberationi pro vero, & reali credito: quæ verba fuissent superflua, nisi possent etiam referri ad credita, de quibus adhuc nõ cõstabat in actis; nec fuisset necessaria declaratio de stando indicationi instrumentorum. Credita enim, pro quibus seruatis de iure seruandis fuerant relaxata mandata, & Zorlus reperiebatur carceratus, non indigent alia indicatione.

Præterea omnis difficultas in casu isto visa fuit Dominis cessare ex commissione per Valpergam obtenta, in qua fuit rescriptum esse procedendum ad vlteriora in subhastatione, prout de iure, reiectis nullitatibus, & constito prius de bono iure, de quo satis visum fuit constare ex instrumentis, & alijs supra deductis.

Nec refert, quod post cœptum iudicium subhastationis Valperga elegerit calculatores pro liquidandis tam creditis ipsius, quàm etiam Zorli, & obtinuerat mandari referri, & stari illorum relationi, ita vt videatur recessisse a iudicio subhastationis. Placuit enim responsio, quod prædicta electio fuit facta cum clausula præseruatiuè sine præiudicio obligationis Cameralis, processus executiui, & mandatorum relaxatorum, & quorumcunque iurium ambarum partium; per quam censetur præseruatum etiam ius quoad subhastationem, perinde ac si electio non fuisset facta. Put. *decis.* 32. *lib.* 3. & fuit pluries decisum.

Minus refragatur, quòd vinea, de qua agitur, fuerit per Iudicem consignata Valperghæ, vt de fructibus sibi satisfaceret, & ipse promiserit de illis reddere fidele computum: quod tamen adhuc non reddidit, & propterea obstat ei exceptio solutionis, seu satisfactionis, quæ admittitur etiam vbi agitur vigore obligationis Cameralis. Quia fuit responsum, quod Valperga deductis expensis pro cultura vineæ remanet tantum debitor pro dictis fructibus in scutis 126. vt patet ex relatione periti de consensu partium electi, cui standum est. Abb. *in cap. proposuisti*, *num.* 10. & ibi Felin. *num* 6. *de probat.* Corn. *cons.* 43. *col.* 3. *lib.* 1. Paris. *consil.* 96. *nu.* 32. *lib.* 1. & fuit dictum coram me in *causa Romana Tutelæ*, 11. *Maij* 1612. & alias sæpè: & hoc debitum Valperga offert se paratum compensare cum hoc credito.

Ad id quod dicebatur, Valpergam debere stare indicationi faciendæ per Zorlum, fuit respõsum, adhuc pro parte Zorli non dari sumum quòd habeat aliqua iura releuantia: quæ si verè adessent, placuit standum esse indicationi, vt seruetur æqualitas, quæ in iudicijs seruari debet, & præcipue in probationibus faciendis.

Dec.

Dec. *in reg. fauorabiliores, num.* 4. *verſ. & in medio,* vbi etiam Cagnol. *num.* 8. *de reg. iur.*

Quò verò ad poſitiones habitas pro confeſſatis, Domini voluerunt denuò partes audire: & ideo fuit deciſum deuentendum eſſe ad vlteriorem ſubhaſtationem, niſi obſtent ſupradictæ poſitiones, de quibus videbitur: & dato competenti termino ad iudicandum, & facta compenſatione fructuum perceptorum, iuxta relationem Periti, de qua ſupra, &c.

Eminentiſsimo Cardinali Veroſpio.

Ciuitatis Caſtelli Bonorum.

Luna 15. *Martij* 1621.

EPITOME.

De fatalibus, quòd ante acceptationem arbitri, eorum curſus non ſuſpendatur: & an durante cauſa nullitatis poſsint interim labi. Manutentio cuinam competat, finita emphyteuſi, inueſtito nè ab vltimo emphyteota, an potius Domino directo.

Ad Cap. 196. num. 47.

DECISIO CLXXV.

SVb die quinta Iunii præteriti fuit coram me deciſum, Non conſtare de re iudicata, per quam Antonio Meliorutio deneganda eſſet in bonis, de quibus agitur, manutentio. Verùm cùm Reuerendiſſimus Epiſcopus Ciuitatis Caſtelli non acquieſceret, ſuper eiſdem cauſa denuo per me propoſita, ex nonnullis in facto deductis, a deciſis Domini receſſerunt. Non enim viſum fuit ſubſiſtere quòd ſtante compromiſſo labi fatalia non potuerunt; cùm non appareat Reuerendiſſimum Pauonium tale compromiſſum acceptaſſe: vnde intrat regula, quòd ante acceptationem arbitri fatalium curſus non ſuſpenditur. Bald. poſt gloſſ. *in l.* 1. *in fin ff. de arbitr.* Fulgoſ. *conſ.* 68. Alex. *conſ.* 87. *lib.* 5. Dec. *in cap. ex ratione, col.* 6. *in princip. ſub num.* 8. *de appellat.*

Nec releuat, in ſuis litteris Dominum Epiſcopum Meliorutio reſpondere, gratum ſibi fuiſſe quòd onus huiuſmodi cõtrouerſias decidendi D. Pauonius acceptauerit. Nam dicta reſponſio fundata reperitur in Meliorutii aſſertione, qui Dominum Pauonium ſcripſerat prædictum onus acceptaſſe: vnde non poteſt dici contra Dominum Epiſcopum epiſtolam probare, cùm ipſa non diſponat; ex regula, quòd ſupponens non diſponit. Roland. *conſil.* 10. *num.* 14. *lib.* 4. Rota *deciſ.* 108. *num.* 3. *par* 1. *diuerſorum.*

Vltra quòd, hoc prætenſo compromiſſo non obſtante, cùm vtraque pars Iudicem adiuerit, & Meliorutius fuerit proteſtatus, nihil in petitorio fieri, niſi poſſeſſorio terminato, videtur in omnem euentum ab huiuſmodi compromiſſo receſſum. *l. ſed ſi ſeruum, §. vlt. l. ligatores, ff. de arbitr.* Ioannes Thapta *de arbitr. lib.* 13. *cap.* 3. *num.* 1.

Non obſtat, commiſſam æquè principaliter fuiſſe cauſam nullitatis, qua durante per triginta annos, fatalia interim labi non potuiſſe, ex Achill. *deciſ.* 17. *de reſcript.* & Put. *deciſ.* 344. *num.* 2. *par.* 3. Quia dictas deciſiones reſponſum fuit procedere, vbi nullitas notoriè paret. Oſaſch. *deciſ.* 21. *nu.* 22. *verſ. ſecus.* Lancellot. *de attent. cap.* 17. *num.* 72. *&* 73. & fuit dictum *in Caſaraugustana Penſionis*, 13. *Martij* 1619. *coram Reuerendiſs. D. meo Decano.*

Hic autem non conſtat de notoria ſententiæ R talis nullitate: quin potiùs ex deductis pro Domino Epiſcopo, eam fuiſſe validam arguitur.

Nec refragatur, ſententiam continere ſolummodo quòd Epiſcopus inueſtire Meliorutium non teneatur; non autem ex illa conſtare de non iure ex titulo teſtamenti a Meliorutio producto; & ita ſententiam, quatenus etiam feciſſet tranſitum in iudicatum, tanquam ſuper re diuerſa latam, non obſtare. Cùm enim habeatur in dicta ſententia, Leonoræ licitum non eſſe donare, nec alienare; non ſolùm comprehenſa cenſetur donatio, verùm etiam vltima voluntas; quæ ſpecies dicitur alienationis. Bald. *conſ.* 83. *an prohibita, verſ. ſolutio, lib.* 2. Calder. *conſ.* 331. *alias* 1. *de teſtament.*

Nec valet dicere, Meliorutio, tanquam poſſidenti, non poſſe manutentionem denegari. Quia cùm ex actis appareat, inueſtituram fuiſſe tantummodo ad vitam Leonoræ conceſſam, & de illius obitu conſtet, non videtur Meliorutio cõtra Dominum directum danda manutẽtio. Natt. *conſ.* 373. *num.* 13. Honded. *conſ.* 21. *n.* 8. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 119. *num* 11. *vſque in fin.* Sed finita potius emphyteuſi debet ratione ciuilis poſſeſſionis Eccleſia manuteneri. Bart. *in l.* 1. *§. quod ait Prætor, nu.* 17 *ff. vti poſſid.* Bero. *conſil.* 102. *num.* 43. *& ſeqq. lib.* 1. Onded. *conſ.* 21. *num.* 19. *& ſeqq. lib.* 2. & fuit dictum *in cauſa Ciuitatis Caſtelli Bonorum*, 8. *Nouembris* 1589. *coram Car. Pamphilio.*

Cardinali Caualerio.

Romana Redditionis computorum.

Luna 3. *Iulij* 1623.

EPITOME.

Salarium, licèt non conuentum, debetur ij qui ſolet locare & conducere operas ſuas.

Ad Cap. 92. *lib.* 3.

DECISIO CLXXVI.

QVamuis regulariter salarium non conuentum non debeatur, *l. salarium, C. mandati, l. 1. ff. de variis. & extraord. cogn.* Cardinalis Seraphinus *decis. 90. num. 1.* Puteus *decis. 45. lib. 2. num. 1.*

Hec tamen regula fallit quando constat de soliti locandi, & conducendi operas. Alex. *consil. 109. num. 2. versic. hoc idem deducitur, lib. 6.* & sæpe censuit Rota, & signáter *in Pampilonen. Salarij coram me, 13. Februarij 1617.* & in alijs passim.

In proposito autem ex confessione Dominorum de Cincijs apparebat Dominum Iulium Cæsarem Lutium solitũ esse locare operas suas; prout ipsi asserebant quòd aliàs R. P. D. meo Pamphilio interuierat: & non negabant ipsum fuisse versatum pro seruitijs, saltim in generali, in domo eorundem Dominorum de Cincijs. Vnde tam ex hoc, quàm ex generali consuetudine vigente in Vrbe locandi & respectiue conducendi operas, & soluendi salaria, de qua Rota *coram bonæ memoriæ Cardinali Lancellotto decis. 238. num. 1. in fine, par. 1. in recentior.* & *in dicta Pampilonen. Salarij*, Domini censuerunt salarium deberi: sed reseruarunt particulariter videre, ad quam summam esset soluendum.

Hac posita distinctione, Domini quoad primum tempus dixerunt, salarium Lutio deberi ad rationem scutorum trium singulis mẽsibus. Quia cùm dicto anno 1592. fuisset constitutus procurator ad lites, & causas, & deinde de anno 1595. etiam ad exigendum, quietandum, & soluendum, licèt nihil in dictis instrumentis, nec alibi fuerit expressè conuentum de certa quantitate salarij; attamen vt apparet ex libris rationum Domus ab eodem Lutio exaratis, fuit solutum salarium ad dictam rationem scutorum trium pro quolibet mense, vt in partitis de anno 1592. ibi, *& per sua prouisione se gli dãno scudi tre il mese*: & in reliquis partitis etiam vsque de anno 1607. idem obseruatum fuisse apparet. Vnde infrat conclusio, quòd vbi deficit expressa, & determinata taxatio salarij, pro ea quantitate præsumitur constitutum, & taxatum, iuxta quam solutum fuit. Bartolus *in l. si certis annis, nu. 9. C. de pactis*, Alexander *cons. 107. num. 1. & 2. versic. vel illa, lib. 1.* Cardinalis Mantica *de tacitis, lib. 5. tit. 2. num. 5. versic. item locatio*, & firmauit Rota *coram eodem Cardinali Mantica, decis. 167. num. 1. versic. primum*, & *in Romana Mercedis, 29. Ianuary 1604. coram bonæ memoriæ Illustrissimo Domino Cardinali Pamphilio.*

Neque obstare visum fuit, quod post dicta mandata creuerint labores Lutio propter hæreditates, & præcipue de Capizucchis Dominis de Cincijs nuper delatas, & propterea aucto illius labore, æquum etiam sit, augeri salarium, iuxta Roman. *consil. 25.* cum ibi notatis per Mandosium, & secuta est etiam Rota *in Romana Mercedis coram R. P. D. meo Vbaldo*, quæ est *decisio 354. num. 4. parte prima recentiorum.*

Quoniam misso quod etiam postquam dicti labores Lutio creuerunt, id tamen Lutius pro eadem menstrua mercede scutorum tantummodo trium se creditorem constituit; Signum euidens, quod huiusmodi salario pro quocunque labore ipse acquieuerit, nec incrementum salarij ob incrementum laborum sibi deberi existimauerit; In hac materia considerandi sunt duo casus.

Primus est quando pro certis officijs, & muneribus quis locauit operas suas: si enim emergant aliæ occupationes, & negocia, quæ ad prædicta officia, & munera demandata non pertineant, verum est quòd aucto labore, augendum est etiam salarium: in quibus terminis loquuntur Roman. *dicto consil. 25.* vbi quis a principio vti famulus Apothecæ inseruiebat, deinde vti tabellio eiusdem Apothecæ instrumenta, & alias scripturas confecit, & sic in separato ministerio: & Angelus *in §. illud, authent. vt iudic. fine quoque suffrag.* & idem Angelus *ad Bartolum in l. prima, C. de legation. lib. 10.* & Felinus *in cap. cùm olim, num. 1. de re iudic.* Baldus *in l. qui duobus. ff. de conditionibus, & demonstrationibus*, & Rota *dicta decis. 354. num. 5. par. 1. recent.* & alij.

Aut verò, & est secundus casus, superuenerunt quidem labores, & negocia, sed connexionem habent, & versantur circa munus, & of-

---

R. P. D. Merlino.

Romana Mercedis.

Veneris 26. Aprilis 1624.

EPITOME.

Salarium si non est certè & determinatè taxatum, præsumitur constitutum pro ea quantitate, iuxta quam solutum fuit. Augmentum laborum in quo casu operetur augmentum salarij.

Ad Cap. 92. lib. 3.

CECISIO CLXXVII.

FVit coram Reuerendissimo Domino meo Caualerio sub die 3. Iulij proxime præteriti resolutum Domino Lutio deberi salarium: sed ad quam summam sit taxandum, fuit in aliam disputationem reiectum. Qua disputatione hodie per me proposita, Domini distinxerunt duo tẽpora: Primum ab anno 1592. vsque ad annum 1604. quo obijt Stephanus Vitalis olim Præfectus Domus Dominorum de Cincijs. Alterum a dicto anno 1604. & citra vsquequo Lutius inseruiuit negocijs eorundem Dominorum de Cincijs.

& officium locatori, vel ministro creditum: & tunc auctо labore non augetur salarium: quia potuit locator præcogitare huiusmodi incrementum laboris, quod omnino euentuale fuit, cum ita augeri quemadmodum diminui potuerit labor, vt benè declarant *Abb. in cap. quanto, num. 9. & 11. de censib.* Marsil. *singul. 134. versic. & pro ampliatione.* Alexand. *cons. 178. num. 11. versic. secundo pro hoc facit, & num. 16. versic. ad idem, lib. 2.* Cepol. *de seruitut. urban. prad. cap. 50. num. 5. & seqq.* Rosental. *de fruct. cap. 9. membr. 1. consl. 51. sub littera B.* & idem videtur sensisse Rota *in dicta Romana Mercedis coram bon. mem. Card. Pamphilio.* In præsenti verò specie, saltem quoad hoc primum tempus, Lutius non fuit nouis aliis pergrauatus negocijs quàm illis, quæ mandatum procuræ ad lites, & causas familiæ de Cinciis, & exactionis respiciùt, & consequenter, iunctis etiam hisce negotiis procuræ, & exactionis, salarium non inde visum fuit augendum.

Quo verò ad secundum tempus post mortem Stephani Vitalis, cùm idem Lutius aliud officium distinctum, & separatum à primis exercuerit, nempè Præfecti Domus, pro quo officio dictus Stephanus salarium percipiebat; visum fuit augendam esse mercedem iuxta supra firmatam distinctionem. Et quoniam hæc materia augmenti, vel diminutionis salarii ob augmentum vel diminutionem laboris, plurimum Iudicis arbitrio relinquitur, Bart. *in l. Seio in fin. ff. de ann. legat.* Menoch. *de arbitr. cas. 223. num. 11. & cons. 228. num. 48. & 49.* Domini arbitrati sunt pro hoc tempore esse assignandum salarium Lutio ad rationem scutorum quinquaginta quolibet anno pro quocunque seruitio; quod visum fuit congruum salarium: Attento præsertim quòd Lutius ab iisdem Dominis de Cinciis habuerit hoc tempore etiam habitationem, & victum; nec adeo negociis ipsorum Dominorum de Cinciis premebatur, quin potuerit commodè etiam aliorum causis, & negociis incumbere, prout verè incubuit, vt in simili fuit consideratum *coràm Cardinali Seraphino decis 849. num. 4.*

Et ita vtraque parte informante.

R.P.D. Merlino.

Romana Mercedis.

Mercurij 5. Martij 1625.

EPITOME.

Auctо labore quando non augeatur salarium. Munera quando dici non possint connexa inter se. Verbum, exigere, quid importet in proprio & stricto significatu.

Ad Cap. 92. lib. 3.

DECISIO CLXXVIII.

DOmini amplectentes distinctionem duorum temporum firmatam in decisione sub die 26. Aprilis præteriti, quoad primum tempus steterunt in decisis, scilicet D. Lutio deberi salarium ad rationem scutorum trium pro quolibet mense ab anno 1592. vsque ad annum 1604. quia post procuratoris munus sibi creditum à Dominis de Cinciis recepit salarium ad supradictam rationem, nec quid amplius postulauit, licèt superuenerint noua negotia, & occupationes circa dicti procuratoris officium. Et quia dictæ occupationes, quæ superuenerunt, circa idem officium versabantur, & ab eo præuideri poterant, & erāt euentuales, vt in prima decisione: & propterea benè intrat conclusio, quòd auctо labore non augetur salarium, vt per Panor. *in cap. quanto, num. 9. & 11. de censib.* & alios in decisione allegatos, quibus addi potest Mastrill. *de Magistr.* qui multos congerit *lib. 1. cap. 21. nu. 79. versic. quod secus.*

Quo verò ad secundum tempus, nempe a dicto anno 1604. & citra, vsquequo Lutius inseruiit, attentis facti circumstantiis melius ab ipso Lutio hodie propositis, dixerunt, ei esse assignandum salarium ad rationem scutorum septem pro quolibet mense. Ostensum enim fuit à principio Lutium exercuisse munus procuratoris iuxta mandatum ad lites, & causas generaliter sibi factum vna cum Antonio Collicula; Stephanum verò Vitalem, vti Præfectum domus, negotia familiaria pertractasse, ac etiam Exactoris generalis officium exercuisse, cum assignatione salarij scutorum trium singulis mensibus vltra victum, & habitationem; prout de huius exactionis auctoritate apparet ex mandato ipsi Stephano specialiter facto. Vnde cùm postea decesserit Stephanus, & à dicto anno 1604. Lutius vltra officium Procuratoris exercuerit etiam officium Præfecti domus, & Exactoris in locum dicti Stephani, vt probant testes dati in Summario Lutii num. 3. iuri, & æquitati consentaneum est, vt augeatur ei salarium, cùm hæc noua negotia nullam connexionem habuerint cum officio Procuratoris, quod illi à principio fuit demandatum; & sic benè applicatur doctrina Roman. *in consil. 25.* quam post alios secuta est Rota *decis. 354. num. 4. par. 1. recentior.* & multos concordantes congerit Mastrill. *praalleg. lib. 1. cap. 21. num. 15.* & melius *72. 73. & 79. in tractat. de Magistr.*

Nec obstat quòd vsque de anno 1595. ipse Lutius fuerit constitutus Procurator cum facultate etiam exigendi: vnde si post decessum Stephani exegit, non proinde mereatur nouum salarium, cùm hoc negotium fuerit connexum cū officio, quod à principio fuit ipsi Lutio demandatum. Quoniam vltra quod hoc obiectum non tollit salarium, quod ratione Præfecturæ domus deberetur Lutio; respondetur, quòd Domini de Cinciis hæc munera distinxerunt, & officium Procuratoris crediderunt Lutio; illud verò Exactoris demandarunt Vitali, cum distinctis, & sepa-

seperatis salariis ; & propterea non possunt hæc officia tanquam connexa reputari.

Auctoritas autem illa exigendi data Lutio in mandato vsque de anno 1595. vt inseruiat, & cõueniat negotio principali credito ipsi Lutio, intelligi dẽt per viã iudicialem ab inuitis debitoribus credita extorquendo, prout secundum propriam, & strictam significationem importat verbum exigere. *l. fideicommissa, §. si rem*, & ibi gloss. *in verb. exegerat, ff. de legat.* 3. Card. Mantic. *de tacit. lib.* 7. *tit.* 14. *num.* 7. & sic officium vniuersalis exactionis erat demandatum Stephano vti Præfecto domus, cum particulari salario, habitatione, & alimentis ; In iis verò creditis, in quibus opus esset vi, & coactione iudiciali, hoc exactionis officium fuit demandatum Lutio tamquam procuratori ; & consequenter si post decessum Stephani, ipse Lutius exercuit etiam manus Præfecti domus, & exegit à sponte, & amicè soluentibus debitoribus, hoc officium tanquam omnino separatum debet reputari, & consequenter etiam augendum est salarium.

Cum autem taxatio salarii sit arbitraria Iudici, vt fuit dictum in alia Decisione, attenta dignitate Dominorum de Cinciis, qualitate, integritate, & fide Lutii per triginta annos in eorum seruitio comprobata, negotiis ab eo gestis, salario quod olim soluebatur Stephano, ac aliis sup. notatis circumstantiis, quas considerauit Rota *coram Cardinali Seraphino decis.* 1322. *num.* 4. Domini arbitrati sunt, salarium, ab anno 1604. & inde citra, taxandum esse ad rationem scutorum septem pro singulis mensibus.

Et ita vtraque parte informante.

Eminentissimo Verospio.

Capuana Pensionis.

Lunæ 16. *Martij* 1617.

EPITOME.

Valor monetæ an attendi debeat de tempore factæ obligationis, an verò de tempore solutionis.

Ad Cap. 197. *num.* 174.

DECISIO CLXXIX.

DE anno 1595. fuit auctoritate Apostolica super fructibus Prioratus Capuæ Religionis Hierosolymitanæ reseruata Equiti Carolo Amadæo Scaliæ annua pensio trecentorum aureorum ad rationem carlenorum duodecim monetæ Neapolitanæ. Cùm autem a nonnullis annis in dicta Ciuitate Neapolis valor istius aurei ad carlenos quindecim excreuerit ; orta fuit super modo soluendi pensionem inter nouum Priorem, & Pensionatium controuersia. Et Causa coram Aud. Cam. introducta, de partium consensu, Dubium in Rota proposui Quomodo, & ad quam rationem huiusmodi pensio esset persoluenda. Et Dominis visum fuit solutionem faciendam esse, videlicet in illis aureis, quæ reseruationis tempore duodecim carlenos valebant ; videlicet in eorum valore de tempore faciendæ solutionis. Nam cum in dictis aureis pensio fuerit reseruata, debet in iisdem solui, vel in alia æquiualenti moneta solutionis tempore, cum scuti bonitas intrinseca immutata non fuerit. Bart. *in l. Paulus, num.* 6. *ff. de solut.* Aret. *cons.* 11. *nu.* 3. Cagnol. *in l.* 2. *num.* 31. *quæst.* 4. *C de pact. inter empt. & vend.* Grat. *cons.* 12. *num.* 44. *lib.* 1. Tiraq. *de retract. conv.* 47. *vers. sed quando variatur*, tenuit Rota *in Romana Pecuniaria* 23. *Ianuarij* 1589. *coram bon. mem. Penia*, in *Acheruntina Fructuum* 28. *Aprilis* 1600. *coram Illustrissimo Lancellotto* ; in *Romana Aurcorum octo Zeccarum* 20. *Iunij* 1597 *coram eodem*, & *in Ferrarien. Pensionis coram me*, 12. *Martij* 1614.

Non obstat pensionem reseruatam non reperiri simpliciter in scutis aureis, sed addita vlterius fuisse verba, *ad rationem carlenorum duodecim monetæ Neapolitanæ*, per quæ scuti valor taxatus & æstimatus videtur, adeo vt aliquid vltra peti non possit, Id enim procederet, si moneta esset imaginaria, secus vbi fuit in obligatione deducta realis, & existens in rerum natura, vt in casu nostro : quia tunc dicta expressio *ad rationem, &c.* facta nõ censetur pro scuti aurei taxatione vt 12. carleni sint in obligatione, sed gratia demonstrationis, videlicet ad differentiam aliorum aureorum, quæ forte maioris, vel minoris valoris tunc adessent, vt per Boer. *decis.* 327. *num.* 3. Cephal. *cons.* 31. *num.* 6. *& seq. lib.* 1. & fuit dictum *in Cesenaten. Pecuniaria* 14. *Martij* 1597. *coram bo. me. Penia*; *in Cremonen. Pensionis* 15. *Iunij* 1596. *coram Orano*, in *Asculana Dotis*, 7. *Aprilis* 1606. *coram Reuerendissimo Lugdunen.* & in allegata *Ferrarien. Pensionis coram me*.

Nec valet dicere, solutiones præteritas ad rationem 12. carlenorum inseruire pro obseruantia interpretatiua literarum pensionis. Nam vltra quod non constat, de tempore aliarum solutionum aureum scutum ad hodiernum valorem ascendisse, & iperni potuit augmentum in modica quantitate ; cùm tamen reseruationis verba sint clara, obseruantia interpretatiua locum non habet. Decius *cons.* 49. *num.* 1. *vers. etsi dicatur*. Aret. *cons.* 115. *nu.* 2. Surd. *cons.* 416. *n.* 43. Seraph. *decis.* 1108. *num.* 7. & fuit dictum *in Segutina Decimarum*, 4. *Iulij* 1607. *coram Card. Lancellotto*, in *Tolctana Canonicatus*, 13. *Nouembris* 1609. *coram eodem* ; & in istis terminis *in Cæsaraugustiana Pensionis*, 11. *Martij* 1591. *coram Gipsio*.

Vlterius dictæ solutiones vti factæ Procuratori ad effectum, de quo agitur, Domino præiudicium inferre non potuerunt. *l. non absimilis, C. de nouat.* Feder. *cons.* 93. *in fin.* Roman. *consil.* 352. *num.* 2. *& seq.* Dec. *cons.* 146. *ante numerum* 15. *vers. tertiò non obstat*,

Nec valet replicatio quod ex scientia Procuratoris ad Domini scientiam inferatur. Contra-

trariam enim opinionem sequuti sunt Alexand. *cons.* 63. *num.* 2. *lib.* 4. Ias. *in l. res obligata*, *num.* 28. *ff. de leg.* 1. Natt. *cons.* 136. *num.* 190. Surd. *decis.* 181. *num.* 18.

Et in omnem euentum ista scientia esset præsumpta, quæ in Domino in præiudicialibus, vt in casu nostro non obstat. Mohed. *decis.* 4. *de probat.* Put. *decis.* 147. *lib.* 2.

R. P. D. Remboldo.

Placentina Vicariæ.

Veneris 10. *Ianuarij* 1620.

EPITOME.

De valore monetæ idem argumentum continet, quod superior decisio.

Ad Cap. 197. *num.* 174.

DECISIO CLXXXIX.

Dictum fuit solutionem esse faciendam in scutis quinquaginta auri in auro, vel eorum valore, secundùm tempus solutionis: quia ex lectura erectionis Vicariæ apparet dicta scuta esse in obligatione eo quod fuerunt in ea assignati Vicario tot fructus, qui ascendant ad dicta scuta quinquaginta auri in auro libera &c. & sæpius infra: ac propterea cùm eadem species scutorum aureorum reperiatur, sitque ista eiusdem bonitatis, & valoris intrinseci, licet valor extrinsecus fuerit immutatus; nihilominus D. Vicario debentur, aut tot scuta in specie, aut tot aliæ pecuniæ alterius speciei, vt possit ex illis conflare d. scuta 50. aurea ipsi vigore d. assignationis debita, vt pluribus authoritatibus, & rationibus fuit comprobatum *in una Cremonen. Pensionis*, 15. *Iunij* 1598. *coram bonæ memoriæ Orano*, & *in Mantuana Pensionis*, 17. *Iunij* 1617. *coram R. P. D. meo Dunozet*, & prius *in Capuana Pensionis*, 16. *Martij eiusdem anni coram R. P. D. meo Verospio*, in quibus aliæ quoque decisiones referuntur.

Nec obstat quod prætenditur fuisse in dicta erectione assignatos Vicario particulares reditus ad effectũ inde percipiendi dicta scuta quinquaginta, & quòd cùm in illis vsque ad dictam summam dictus Vicarius fuerit pro Domino recognitus, ad eum spectat diminutio, & augmentum monetæ, cum res Domino pereat, & augeatur. *ad l. quæ fortuitis*, C. *de pign. act.* & *l. si inter*, §. *quicquid*, *ff. de pignor.*

Nam fuit responsum quod obiectum procederet si assignatio fuisset ab initio dicto Vicario facta de certa & specifica quantitate bonorum, vel reddituum, qui ascenderent ad valorem scutorum quinquaginta iuxta illius temporis æstimationem: tunc enim diminutio, & augmentum cederet absque dubio dicti Vicarij commodo, & damno, verum quia assignatio non fuit facta de certa quantitate, sed solùm in genere de tot bonis, & redditibus, ex quibus dictus Vicarius posset percipere dicta scuta quinquaginta auri, non possunt dici dicta bona, seu reditus in solutum dati, sed facilioris exactionis gratia tantùm assignati, & ne Vicarius quotidie teneretur a dicto Monasterio dicta scuta mendicare, remanentibus semper in obligatione dictis scutis quinquaginta auri.

Non obstat prætensa obseruantia: quia non probatur; & immo potius constat de obseruantia contraria. Vltra quod, quatenus probaretur, non releuaret, cùm simus in claris, in quibus non est opus coniecturis; vt fuit in puncto dictum *in dicta Mantuana Pensionis coram R. P. D. meo Dunozet*, & in aliis in eadem decisione relatis.

FINIS.

INDEX RERVM MEMORABILIVM.

Prior numerus Summarium; Secundus paginam indicat.

A

Blatiui absoluti faciunt conditionem: ita vt in primis conditio impleri debeat, n. 33. & 34. pag. 483. n. 19. p. 341. n. 47. pag. 234.

Absoluendi facultate attributa per Pontificem alijs personis in casibus quæ in Bulla Cœnæ Domini comprehensis, excluſus censetur nihilominus casus hæresis, num. 14 24

Absurda, seu inconuenientia in interpretatione cuiusuis dispositionis euitanda sunt, n. 51. 492. n. 42 409

Accessoria causę pertinent ad Iudicem, sicut principale eiusdem causę, n. 120 551

Acconcium, siue bona paraphernalia imputantur in satisfactionem dotis: & priuilegia eiusdem consequuntur, num. 2. & 3. pag. 279. & cadunt sub statuto de lucro dotis, n. 4. ibid.

Limita, vt non procedat vbi Acconcium separatim à dote datum fuisset, n. 5 ibid.

Ac, Dictio copulat, ac repetit, n. 58. 451. n. 57. 410

Acta dicuntur quęcunque gesta sunt coram Iudice post litem contestatam, n. 14 498

Acta dicuntur scripturæ de his, quæ in iudicio facta sunt, vel dicta, n. 42. Facta, quæ extra iudicium, n. 43. Et Gesta, quæ sine verbis fiunt, & num. 44 328

Acta in dubio præsumuntur integrè transportata: & creditur notario asserenti alia acta penes se non habere, n. 48. & 49 465

Acta iudicij in causa suspicionis Capitanei geri debent coram eodem Capitaneo, non autem coram Consultore illi adiuncto, num. 5. & num. 6 502

Acta iudicij, quoad instantiam, sunt ea, quæ tendunt ad litis ordinem, & appellantur ordinaria iudicij, n. 28 165

Acta litis, seu causæ, decisionem litis respiciunt, num. 29 ibid.

Acta per eum, qui communiter reputabatur Notarius, cum tamen talis non esset, an sustineantur, & quando, remittitur, n. 4 66

Acta scribuntur per Notarium à Iudice deputatum, n. 3 325

Actio de dote, constante matrimonio, & hypothecaria, & rei vendicatio datur in casu, quo maritus vergat ad inopiam, n. 6 268

Actio de dote est ordinaria, & requirit libellum, & reliqua adhiberi solita in iudicijs ordinarijs, n. 3 ibid.

Limita, vbi exstet instrumentum dotale tunc enim agi poterit via executiua, n. 4. Quod intellige, vt n. 5 ibid.

Actio de dote regulariter non datur, constante matrimonio, n. 10 293

Actio durat etiam post sententiam, non autem officium Iudicis, n. 63 546

Actio, & Officiũ Iudicis differũt inter se, n. 17. 442

Actiones activæ, & passiuæ transeunt in hæredẽ, n. 59 170

Actiones personales durant spatio triginta annum. 9 485

Actionis verbo non comprehenditur exceptio, num. 118 519

Actio nulla oritur ex contractu sine solemnitatibus statuti in nostris 151. lib. 1. per minorem, & mulierem celebrato, n. 14 419

Actio pro socio magis pertinet ad personales inuicem protestationes, quàm ad communium rerum diuisionem, n. 6 210

Actor ad lites quando deputetur, periculo tamen Tutoris, vel Curatoris, n. 88 94

Actor comparens an teneatur producere legitimam Actoriam, & Tutoriam? n. 24 95

Et an cauere pupillũ, & tutorẽ ratum habituros? n. 25. 26. 95. Et cõficere inuẽtariũ, n. 27 ib.

Actor constitutus cum decreto Iudicis an possit absque alio decreto reuocari? n. 22 95

Actor debet venire instructus ad causã, n. 43. 514

Actore non probante intra terminum præfixum, reus absoluitur, ex iure communi, n. 47 514

Intelige, ab instantia, seu obseruatione iudicij dumtaxat, & n. 48 ibid.

Actor, & Procurator, in quibus differant remissiuè, n. 16 95

Actore exhibente positiones cum iuramento debet reus illis respondere cum iuramento, n. 39 & 73 139

Actoris officium expirat cum ipsa tutela, seu cura, n. 23 95

Actor non solum constituitur ad lites, sed etiam ad negocia, n. 29. Fallit in Actoribus vniuersitatum, n. 30. 96

Actor quid facere debeat pro termini statutarij prorogatione, n. 45 514

Actor tenetur iustificare sententiam ex eisdem actis, n. 52 105

Actorum amissio facta per Notarium non debet nocere parti, n. 93 54

Actorũ amissione probata, si aliquid de actis deficit, vtique præsumitur amissum, n. 92 ibid.

Quod præcipuè de amissione cedulæ appellationis producẽdæ, n. 94 Et de inuentario, n. 95 Et de mandato procuratoris, n. 96 ibid.

Actorum appellatione venit etiam sententia, n. 13 493

Actorum editio Iudice mandante, & non aliter à

INDEX.

Notario facienda est,n.5 60
Actorum repetitio fieri debet citata parte, num. 7 498
Actuarij in quo differant ab alijs Notarijs? num. 41 328
Actus gestus contra formam à lege, vel statuto præscriptam,est nullus,n.46 532
Actus humani omnes a potestate, & voluntate perficiuntur,n.61 15
Actus iudicialis exerceri non potest nisi a legitima persona,n.7 147
Actus præsumitur factus ab eo, ad quem spectabat, n. 22. & 4 294
Actus præsumptionem validitatis habet pro se, nu. 40 514
Actus simpliciter gestus, censetur factus eo modo, quo fieri debuit,n.81 116
Actus, via, iter, quid sint, n.2 221
Actus voluntatis, qui citra aliquam contentionem, & strepitum iudicij exercentur, etiam festiuis diebus celebrari possunt, num. 15 118
Declara,vt n.19
Adeuntes hæreditatem, ex testamento dicuntur renunciare successioni ab intestato,n.34. 350
Adiudicare quid sit,n.14 530
Adiudicare verbum an communiter intelligatur per translationem dominij, vel se habeat loco pignoris,vel custodiæ,& n.15 & 17 ibid.
Adiudicatio facta pro maiori quantitate, quàm debeatur, corruit in totum, n. 20. 530. & nu. 23 532
Amplia in datione in solutum,& n.21 530
Et in immissione in possessionem pro debito partim verò,partim non verò,& n.22 ibid.
Adiudicatio procedi debet à pignore prætorio, n.13 ibid.
Adiudicatio, seu datio in solutum pignoris facta à Iudice creditori omissa subhastatione an sustineri possit? n.69 534
Admittenda non sunt, quæ sunt contra ius,num. 18 506
Aduenæ, siue forenses, habentes priuilegium Ciuilitatis,quæ habere debeant ad hoc,vt excusentur à vectigalibus;remissiuè,n.16 84
Adulterij, vel fornicationis cognitio, quoad separationem thori,pertinet ad forum Ecclesiasticum, n.8.& 9 293
Aduocati antiquitus erant Oratores causarum, qui in foro, & viua voce causas tuebantur: & nũc illi dicũtur,qui Clientẽ causis agendis,vel tuendis assistunt legibus, ac iuribus, num. 9. & 11 553
Et quales esse debeant,remissiuè,n.16 ibid.
Aduocati de iure debent iurare se non defensuros nisi causas,quæ iustas esse putauerint: sed de consuetudine non est necessarium tale iuramentum,n.52.& 53 556
Aduocati egregij Encomium,n 13.& 15 553
Aduocati,& Procuratores quomodo antiquitus inter se distinguebantur,n.12 ibid.
Aduocati quomodo gerere se debeant cũ clientibus,n.50 556
Aduocati salarium suscipere non debent à pauperibus,n.49 ibid.
Aduocato licet vendere iustum patrocinium, n. 34. & 64 555
Aduocatorum officium ad vtilitatem publicam pertinet,n.14 551
Aduocatus si sibi ipsi patrocinatus sit, an debeat illi taxari salarium, ac si Aduocatum pro altero egisset,n.27.& 29 554
Declara,vt n.28 555
Aedificiorum elatio non præsumitur fieri ad æmulationem,n.27 217
Æmulatio in dubio non præsumitur, & quomodo probetur in ædificijs? n.49.& 50 220
Æqualitas in Iudicijs est seruanda,n.9 129
Æqualitas seruanda est inter maritum, & vxorem,n.32 276
Æqualitas seruari debet inter Actorem, & Reũ, n. 3 158
Æquiparatorum eadem debet esse dispositio, & iudicium, n.2p.474.n.8.p.286.n.9.p.477.n.4. p.131.n.89 535
Æquipollentium idem est effectus,n.90 535
Æquitas est iustitia dulcedine misericordiæ temperata, n.23 257
Æquitas maior est subueniendi ratione ætatis, quam sexus.n.28 332
Æstimatio facit emptionem, & venditionem in ipsis rebus dotalibus,n.24 282
Æstimatio bonorum subhastandorum quomodo fieri debeat,n.40 531
Æstimatio in consecutione lucri dotis arceditur tempore obitus, non autem tempore promissionis, n 28 276
Æstimatio debet ex statuto præcedere præconium, ac etiam ex iure communi, num. 33. & 34 533
Æstimatio fieri debet iuxta valorem rerum, n.41 532
Æstimationes rerum intellectu, iudicioque potius comprehenduntur,quàm sensu corporeo, n. 37 531
Æstimatio si excedat licitationem in pretio pignoris,nondũ pignus adiudicandum licitatori plus offerenti, sed creditori in solutionem dari debet iusto pretio,n.57.& 59 533
Declara,vt n.60.62.& 68 ibid.
Æstimatores bonorum à partibus eligi debent ex iure communi,n.29 531
Intellige vt n.30 ibid.
Qui si in eligendo non conueniant, Iudex ipse eligere debet,& n.31 ibid.
Et debent referre cum iuramento, & nu.36 ibidem.
De suo iudicio,& credulitate,non autem de certa scientia,& n.38. ibid.
Affines interuenire debent alienationibus bonorum, vbi proximiores coniuncti non adsunt, n. 40 234
Intellige, vt n.41.& 42 ibid.
Affinitas quoad compromissum, debet esse præsens; & non sufficit,quod quondam fuerat. Secus quoad matrimonium,n.23.& 24 203
Affinitas, per mortem vnius ex coniugibus dissoluitur,n.41 234
Affinitas secundi generis non consideratur antiquius tam de iure Canonico, quàm Ciuili, nu. 25 203
Agens ante diem obligationis repellitur exceptione, num. 14.
Fallit in debitore de fuga suspecto,n.15
Et vbi iusta causæ suspicio subesset,n.16.197

Intel-

INDEX.

Intellige, vt n. 17 198
Agens communi diuidundo an repellatur actione pignoratitia? n. 13 210
Agens ex contractu, ex persona alterius implere debentis, reijcitur exceptione non implementi, n. 42 341
Albertus Krantzius lapsus est dum negauit Romanum Pontificem olim dictum esse Patrem, & Sanctissimum Dominum, n. 113 16
Alienare non intelligitur debitor, qui occasione acquirendi non vtitur, n. 9. p. 238. n. 40 259
Alienatio ab vxore, cum viro fieri non potest sine solemnitatibus, n. 3 347
Alienatio à minoribus debet fieri propter æs alienum dissoluendum, n. 59. & 60 236
Alienatio bonorum immobilium Ecclesiæ est interdicta Prælato, n. 15 239
Alienatio facta à delinquente quando teneat, vel non, n. 15 241
Alienationes factæ in fraudem Fisci, non sunt nullæ ipso iure, sed reuocandæ, n. 18 242
Alienatio permissa est inter eosdem eadem inue-
Alienatio propriè dicitur, vbi directum dominium transfertur, n. 8 238
stitura comprehensos, n. 13 251
Alienatione per statutũ nostrum prohibita, & hypotheca, & omne illud, p quod ad alienationẽ peruenitur, censetur prohibitum, nu. 2. 378. num 4. 231
Alienatione prohibita, censetur tamen permissa alienatio necessaria, n. 10 251
Alienationis verbum latè patet, cum largè sumitur: & alienationis species remissiuè, nu. 6. & 7 238
Alienatio, quod fiat à pupillis, &c. auctoritate tutorum, & curatorum; vel fiat ab ijsdem tutoribus, &c. sunt paria, n. 13. & 14 231
Alimenta à muliere petenda sunt officio Iudicis nobili: tam constante matrimonio, quàm soluto, n. 2. & 3 291
Alimenta, an sumere debeat vidua in domo heredis mariti, an in alia domo? num. 21. & 28 281
Alimenta debentur filio à patre ex iure naturæ, & ex præcepto iuris communis, n. 1.
Et debentur etiam filijs emancipatis, vel ex alia causa sui iuris constitutis, & n. 3.
Et filijs naturalibus non legitimis, n. 5. atque etiam spurijs, ex æquitate Canonica, & n. 6. & ex statuto, licèt ius ciuile id prohibeat, pag. 95. n. 10. & 11. necnon omnibus filijs nefarijs, & incestuosis, n. 20 296
Alimenta debentur iure naturæ, n. 8 299
Alimenta debita ex dispositione legis, non potest quis petere, si aliunde habeat, n. 13 281
Alimenta debita viduæ intra tempus datum ad restituendam dotem debentur tantum viduæ inopi, quæ aliunde victum non habeat, n. 12. & 16. 18. & 20 ibid.
Amplia, & limita remissiuè, vt n. 17
Contrarium, n. 14. & 15 ibid.
Alimenta decernuntur arbitrio Iudicis: qui æquitatem præ oculis habere debet, num. 35. & 36 297
Alimenta præstanda sunt secundum quantitatem patrimonij, & qualitatem personarum, n. 37. & 39 297
Alimenta quando debeantur menstrua, & quando annua, n. 33. & 34 ibid.
Alimenta qui præstare debet, debet etiam vestes, n. 5 285
Alimenta quomodo præstanda à creditore debitori carcerato? n. 23. & 24 525
Quæ si non præstentur, relaxandus est debitor, & n. 25 ibid.
Intellige, vt n. 26. & 27 ibid.
Alimenta vt congrua dicantur, quæ considerandæ sint, n. 11 310
Alimenta, vti genus, continent in se etiam habitationem, n. 9 310
Alimentis fauendum est in dubio, sicut & piæ causæ, n. 17 296
Alimentorum causa est pia, n. 15 ibid.
Alimentorum causæ sunt summariæ: nec requirunt libellum, nec aliam iuris solemnitatem, n. 24. 296. & n. 25 297
Intellige de alimentis præsentibus, & futuris, non autem de præteritis: & n. 26 ibid.
Alimentorum materiam plenissimè pertractauit Io. Petrus Surdus, n. 38 ibid.
Alimentorum nomine veniant, etiam vestimenta, & habitatio, n. 2 295
Aliud pro alio, inuito creditore, solui non potest, n. 171 574
Alma accipitur pro sancta, & nutriente, n. 9 9
Et pro pulchra, excelsa, & clarissima, n. 10 10
Alma, dicitur ab alendo, n. 12 10
Almæ origo, & significatio, quæ sit, tam apud sacros, quàm alios auctores explicatur à Didaco Couarr. n. 11 ibid.
Almæ titulus Vrbi Romæ meritò passim tribuitur, n. 8 ibid.
Amissionis, & proiectioni possibilitas, in muliere recipiente maximè consideratur, quod intelge, vt n 41. & 43. cum seq. 422
Amissionis scripturarum interesse taxatur iuxta summã contentã in scriptura, quæ non editur, num. 101. 54
Animalia inter mobilia connumerantur, num. 5 pag. 537
Annullatio actus propriè pœna non dicitur, nec statutum, seu constitutio pœnalis, non seruata forma nullitatem inducens, nu. 35 403
Annullatio contractus dicitur pœna, num. 78. 353
An, qui in ludo perdidit, habeat repetitionem, si soluerit, remissiuè, n. 9 58
Antiquum tempus dicitur centum annorum. num. 16 288
Antoninus Pius Imperator viuenti bono Iudici nullum dedit successorem, nu. 30 28
Anulus subbarrationis est necessarius ad Matrimonium contrahendum, nu. 10 284
Apochæ priuatæ, & instrumenta publica non differunt inter se, quoad executionem, num. 6. 172
Apochæ priuatæ, ex statuto, recognosci debent per testes, nu. 13 175
Limita vt num. 15 ibid.
Apocha, licèt careat tempore, loco, causa, & præsentia partis, habet executionem, ex statuto, num. 20. & 25 172
Et ratio nu. 23 173
Apocha quam fidem faciat ex dispositione iuris

INDEX.

communis,nu.5 171
Apocha scripta de mandato alterius an subiiciat mandantem executioni statuti, nu.8.12.13.14. & 15 172
Apocha,siue apodissa quid sit,n.1.3.& 4 171
Apostoli,ex communi vsu petuntur eodem tempore,quo appellatur, n.5.& 7. & possunt etiã peti seperatim,& nu 6.& sunt pars, & substantia appellationis,n.8 469
Apostoli quid sint,& vnde dicti,nu. 1.pag.468.& num. 2 469
Apostolorum species sunt quinque: quarum tres dumtaxat sunt infrequenti vsu,dimissorii,refutatorii,& reuerentiales,nu. 3 & 4 469
Appellans bis an possit etiam supplicare, n.7,8. & 9. 489
Et an possit recusare Iudicem, nu.15 490
Appellans,& succumbens in executione, incidit in pœnam quinquaginta librarum argenti, n. 13 479
Appellans non debet remitti inuitus ad Iudicem qui contra eum definitiuè pronunciauit in eadem causa,n.25 490
Amplia vt num. 27 ibid.
Appellans sine grauamine condemnatur in expensis,nu.23 175
Appellans, si præ paupertate non possit facere depositum summæ iudicatæ,ex iure communi, & probata intra triduum paupertate, admittitur ad prosequendam appellationem, Et quid ex dispositione statuti nu.17.& 19 471
Appellare ab excessiua taxatione expensarum semel tantum licet ex iure communi:& requiritur speciale mandatum ad appellandum,nu. 11.& 12 479
Appellare potest quilibet iniustè grauatus,nu.22 pag.476
Appellare volens, si non potest habere copiam Iudicis,tenetur coram honestis personis appellare legitimo tempore, n.15 477
Appellari regulariter non potest ad inferiorem Iudicem,nu 7 461
Appellatio à simplici interlocutoria non potest aliter interponi,quam in scriptis,nu.13 467
Appellatio ab interlocutoria non requirit litis contestationem,n.26 499
Appellatio ab interlocutoria requirit citationẽ partis:secus in appellatione à diffinitiua, n.40 p. 464. & n.43 465
Appellatio ab interlocutoria semper est odiosa, num.10 477
Appellatio à confessione in criminalibus non conceditur, ex consuetudine per totum ferè Orbem seruata nu.6 486
Appellatio à definitiua est fauorabilis: at ab interlocutoria est odiosa,n.13.& 14. 501
Appellatio ab,circumscripto statuto,detur à sententia Senatoris Vrbis,num.4.5.& 6 460
Appellatio an detur de iure communi in possessorio sequestri,&c. n.14.15 & 16 188
Appellatio, an & quando detur à iudicio super continuatione possessionis,n.30. & 31 318
Appellatio a sententia conuentionis non impedit processum in causa reconuentionis nu. 38. pag.134
Appellatio à sententiis syndicorum non permittitur ex statuto, tam quoad effectum suspensiuum,quàm quoad deuolutiuum,nu.1 403
Intellige vt n.7.& 9 484
Et an permittatur de iure communi, n.3. & 5 ibidem.
Appellatio conceditur à denegatione consilii sapientis ab alterutra parte petiti,n.38 464
Appellatio conceditur à sententia arbitri electi ex necessitate legis, vel statuti. Contrarium in arbitro electo ex partium voluntate,n.4.& 7 485
Appellatio conceditur parti cui denegata fuerit publicatio testium,&c. n.5 159
Appellatio datur ab excessu in modo exequendi, num. 103 550
Appellatio datur à sententia lata de consilio sapientis,seu voto Consultoris, vbi eadem sententia sit prima,n.13 505
Amplia etiam, vbi partes consenserint, vt ita feratur sententia,& n.14 ibid.
Appellatio datur à sententia Senatoris ad Capitaneum,n.1 496
Appellatio datur in Foro Capitolino ab interlocutoria, qua pronuncietur confessiones haberi pro confessatis,n.107 143
Appellatio datur in possessorio, quando ex actis constat de iniquitate sententiæ,n.26 189
Appellatio deuoluit tam iniustitiam,quàm nullitatem,n.13 460
Appellatio in dubio recipienda est,n.28 464
Appellatio est prouocatio ad maiorem Iudicem ratione grauaminis illati,n.33 ibid.
Appellatio interponi potest feriarum tempore; sed interposita non potest exerceri; nec propterea fatalia prorogantur,n.8 118
Appellatio incontinenti, quomodo interponatur,n.5.& 6 467
Appellatio in Iudicijs executiuis permittitur, quoad effectum deuolutiuum tantum,num.15 pag. 474
Appellatio in possessorijs an concedatur?n.9 11. & 12 186
Appellatio legitimè interponitur duobus modis, vel incontinenti, vel in scriptis, num. 4. & 8 467
Appellatione ab interlocutoria pendente,& ante pronunciationem desertionis, vel reiectionis,an procedi etiam possit in negotio principali?n.23.& 24 482
Appellatione coniunctorum veniunt, tam agnati,quàm cognati,n.82 354
Appellationem desertam esse pronunciare spectat ad Iudicem ad quem necnon appellationem reijcere, vel recipere,n.1.& 2 490
Appellatione pendente,nihil innouandum est in præiudicium appellantis,n 39 464
Appellatione prohibita in conuentione erit ea prohibita in reconuentione,n.37 13.
Appellatione prohibita, in dubio censetur prohibita, quoad vtrumque effectum suspensionis,& deuolutionis,n.9 472
Et viceuersa,si sit permissa, p. 172. n.14.473
Appellationes ab interlocutorijs rem definitiuæ habentibus, & ante definituam prolatis, an sint ex dispositione statuti scribendæ per Notarium causæ? n 1.& 7 479.
Appellationes omnes ante sententiam definituam sunt redigendæ in scriptis. Non est autem

215

INDEX.

tem necesse, vt scriptura appellationis sit authentica, dummodo probari possit, num. 10. & 12 ibid.
Intellige de iure communi, non de statuto, n. 3. & 11 ibid.
Appellationes, quæ sint friuolæ, relinquuntur decidendæ arbitrio Iudicis, n. 34 464
Appellationi an sit locus in Curia Capitolina, si petitio sit supra scuta decem, & condemnatio sequatur infra decem? n. 5. & 7 193
Et quid si agatur de annuis præstationibus? num. 8 ibid.
Item quid si actum sit ex pluribus summis, quæ singulæ per se non facerent causam appellabilem, sed coniunctæ redderent causam appellabilem? p. 193. n. 9 194
Appellatio, nisi interponatur in continenti, interponi debet in scriptis, n. 9. & 10 467
Nec solum in definitiua, sed etiam in interlocutoria vim definitiuæ habente, & num. 11 ibid.
Appellatio non admittitur in causa alimentorum, nisi quoad effectum deuolutiuum tantum, num. 40. & 43. & tunc appellans non auditur, nisi prius soluat alimenta, num. 44. vel det cautionem de soluendo, aut faciat depositum, p. 297. n. 45. 46 298
Appellatio non datur ab executionibus facti, nisi executor modum excedat in exequendo, n. 1. & 4 472
Etiamsi executiones sint personales, & n. 8 ibid.
Limita remissiuè, vt n. 2 ibid.
Appellatio non datur ab interlocutoria, cuius grauamen reparari potest per definitiuam, vel in definitiua, n. 16
Et etiam in causis Ecclesiasticis, & n. 17
Necnon vbi grauamen non possit reparari nisi cum magno præiudicio, & n. 19 476
Et licèt non possit in totum, & plenè reparari, & n. 20 ibid.
Appellatio non datur ab interlocutoria, de iure ciuili, & ex statuto, n. 3. & 6
Secus de iure canonico, & n. 5 475
Appellatio non datur à Decreto, Procedi ad vlteriora, n. 56 105
Appellatio non datur à præcepto recognoscendi manum suam, alias videndum pronunciari haberi pro recognita, n. 12 175
Appellatio non datur à sententia lata per sortem, n. 17 210
Appellatio non datur à sententiis de exequendo, n. 7 472
Appellatio non datur in causa mercedis, n. 4
Intellige, vt n. 6. & 7 192
Appellatio non petitis apostolis efficitur nulla, n. 9 469
Appellatio omnis includit nullitatem, licet nullitas non sit expressa, n. 2 528
Appellatio permittitur ab excessiua taxatione expensarum: licèt à condemnatione expensarum, & à sententia principali non fuerit appellatum, n. 103. & 104 550
Est tamen exprimenda causa excessus, & n. 105 ibid.
Et seruandæ sunt solemnitates seruari solitæ in appellatione ab executione, vel ab alia sententia interlocutoria, & n. 106 550
Appellatio regulariter admitti debet, nisi prohibita reperiatur: Et quibus in casibus prohibeatur, remissiuè, n. 15. & 16 471
Appellatio regulariter datur ab excessu in exequendo, n. 7 478
Appellatio regulariter prohibetur ab interlocutorijs, & permittitur dumtaxat in definitiuis, ex iure ciuili, n. 46 492
Appellatio reijcienda est, quando iure est notorium eam denegari, n. 30 464
Item quando apparet appellantem nõ esse grauatum, & n. 31 ibid.
Nec appellatio friuola recipitur, num. 33. ibid.
Nec ea, quæ non sit intra terminum præfixum à lege, vel à statuto, n. 35 ibid.
Nec ea, quæ ante sententiam interposita est sine probabili causa in scriptis expressa, 464. & n. 42 465
Appellatio simpliciter interposita deuoluit eo tam causam ad Iudicem appellationis, n. 59
Idem de nullitate, & n. 60 468
Appellatio, si Notarius causæ sit impeditus, denuncianda est cum nomine Notarij, per cuius acta fuerit appellatum, tam ex statuto, quàm ex stylo Curiæ, num. 11. & num. 13 p. 477
Sed non ideo, quia Notarius causæ sit impeditus, prorogatur terminus ad appellandũ præscriptus, & n. 14 ibid.
Appellatio, vbi permissa est simpliciter intelligitur tam deuolutiuè, quàm suspensiuè, nu. 6. 161
Appellatio, vbi prohibetur simpliciter, censetur prohibita, quoad vtrumque effectum deuolutionis, & suspensionis, n. 14 194
Appellatio vbi remouetur, non tamen censetur inhibita, quando quis manifestè grauatur, n. 53 492
Appellatio, vt cognoscatur, an sit admittenda, vel non, inspiciendus est tenor sententiæ, n. 36 404
Arbiter pronuncians dicitur sententiam ferre, n. 2 180
Arbitramenta, & iudicia nullam habent similitudinem inter se, n. 3 ibid.
Arbitria, arbitramenta, & laudi, faciunt ex statuto oriri actionem, & exceptionem, n. 11 ibid.
Arbitria, & arbitramenta in quibus differant, remissiuè, n. 4 ibid.
Arbitri Iudicibus æquiparantur, n. 5 485
Arbitrium boni viri quomodo describatur, num. 17 538
Arbitrorum pronunciationes proprie dicuntur sententiæ, n. 1 p. 484. & n. 8 485
Archiepiscopus an possit cognoscere de nullitatibus sententiarum latarum per Episcopos suffraganeos, n. 8. & 9 495
Argumenta à verisimili, & à communiter accidentibus frequentia, & valdè probabilia, num. 139 19
Argumentum ab æquiparatis valet, n. 21. 83
Argumentum ab alimentis ad dotem an sit concludens? num. 3. 8. & 9 171
Argumentum ab alimentis ad dotem, & à dote ad alimenta, valet, num. 5 177

INDEX.

Contrarium num. 4 ... 177.
Distingue vt num. 7 ... ibid.
Argumentum ab alimentis ad pia causam valet, num. 16 ... 296
Argumentum ab effectu desumitur, n. 2 ... 33
Argumentum ab inclusione vnius ad exclusionẽ alterius non valet, quando alias, quod exclusũ dicitur potest comprehendi, n. 11 ... 368
Argumentum ab vltima voluntate ad legem, vel statutum est concludens, n. 14 ... 305
Argumentum à causa intestati ad causam testati valet, n. 29 ... 301
Argumentum à cõmuniter accidentibus est probabile, frequens, ac vtile, n. 93 ... 535
Argumentum à communiter accidentibus, vtilissimum est in materia probationum, n. 21 ... 458
Argumentum a coniunctione duarum legum, est concludens, n. 13 ... 244
Argumentum a consuetudine testantis, contrahentis, vel aliter disponentis valet. n. 13 ... 305
Argumentum a contractibus ad iudicia valet, num. 98 ... 15
Argumentum a contractibus ad vltimas voluntates, & è contra, est validum in iure, num. 14 ... 264
Argumentum a contrarijs valet, n. 37 ... 544
Limita remissiuè, vt n. 30 ... 307
Argumentũ a denegatione supplementi legitimæ ad querelam inofficiositatis, valet. n. 54 ... 5
Argumentum a feudo ad emphyteusim, & è contrario valet, n. 29 ... 258
Argumentum a iudicijs ad arbitria valet, num. 1. ... 180
Argumentum a minori ad maius est concludens, num. 47 ... 498
Argumentum a pacto ad statutum, etiam negatiuè, valet. n. 3 ... 299
Contrarium, num. 13 ... 300
Argumẽtum a pacto ad statutum valet, n. 30. 252
Argumentũ a pupillo ad Ecclesiam valet in puncto alienationis, n. 62 ... 236
Argumentum a verisimili frequens est, ac validũ in iure, n. 80 ... 14
Argumentum de personis ad res, in iure est concludens, n. 38 ... 516
Argumentum ex l. vnic. §. vbi autem legatarij, vers. Sin autem ac deficientis, C. de cad. toll. validũ, & quando procedat vid. in seq. ita desumitur. Statuentes, si quando aliquid comprehendere voluerunt, expresserunt, ita & in alio casu expressissent, si voluissent, n. 39 ... 494
Argumentum ex vers. Sin autem ad deficientem l. vnic. non procedit, quando viget in contrarium legis ratio, & intentio disponentium, num. 40. & 42 ... ibid.
Argumentum prædictum cessat etiam, quando rationis identitas in omnibus intercedit, ibid.
Argumentum iure sumitur a Rubrica, seu titulo habente orationem perfectam. n. 2. ... 424
Argumentum valet a pacto ad consuetudinem, vel legem, n. 33. ... 555
Arrha emptionis, & venditionis est duplex, & quæ, n. 5. & 6 ... 228
Arrha emptionis, & venditionis non sunt propriè arrhæ, sed impropriè, n. 7 ... 228
Arrha non est de substantia contractus sed argumentum emptionis. n. 2. ... ibid.
Arrha, quæ datur in pecunia numerata, an censeatur data pro parte pretij? n. 11 ... 229
Arrha quid sit, n. 1. & 4 ... 228
Arrha sponsalitia datur in signum sponsaliorum contractorum, n. 3 ... ibid.
Articulorum copia dari debet parti, contra quã producuntur, n. 2 ... 153
Affectamenti vota quando non sunt conformia, statur maiori parti. Et quid si vota sint partis? nu. 20. & 21 ... 162
Affectamenti votum adhibetur tam in causis criminalibus, quàm in ciuilibus, n. 1 ... ibid.
Et in quibus causis possit denegari in criminalibus? n. 2 ... ibid.
Affectamenti votum debet peti in re integra, & ante factum decretum, n. 22 ... ibid.
Affectamenti votum in criminalibus sæpè petitur prætextu suspicionis iudicis maleficiorum, sed verius plerumque ad inuoluendas causas, & delictorum pœnas subterfugiendas, n. 13 ... 27
Affectamenti vox est vulgaris, & quid sit, nu. 1. & 2 ... 160
Affectamentum habet locum in omnibus causis, vbi datur appellatio, n. 3 ... ibid.
Allegatio facta à iudice habet vim traditionis, num. 84 ... 535
Attendi debet illud quod actũ est. n. 102 ... 536
Attendi non debet quicquid verba significent, vbi mens, & sensus aliud volunt, & hinc desumpta ex hac regula. num. 28. pag. 563. & num. 30. & 32 ... 564
Attentata committuntur in causa sequestri improphanis: secus in beneficialibus, n. 18 ... 189
Attentata non reuocantur pendente appellatione a definitiua, nisi primo iustificetur veritas causæ appellationis, n. 19 ... 482
Auaritia mater est omnium malorum, num. 4 ... 29
Auctoritas aliquãdo accipienda videtur pro mãdato, & iussu Principis, ac dum pro contensu. num. 25 ... 18
Auctoritas inuentores, vel legislatores, vel etiam consuetudo, dedit vera, & propria significata vocabulis, n. 19. & 21. ... 563
Auctoritas Principis, vel Reipub. vires tribuit omnibus, n. 159 ... 573
Auctoritas quinque habet significationes, & quæ sint, n. 24 ... 18
Auctoritas rectè scribitur cum c. t. n. 23 ... 18
Auditoris Camerę iurisdictioni subijciuntur, priuatim quo ad alios Iudices, eius notarij, & substituti, alijque in eorum Officijs, & intus Officia delinquentes, n. 7 ... 35
Augumentum dotis non subiacet statuto, n. 59. sed vid. n. 90 ... 358
Authoris confessio præiudicat successoribus, num. 45 ... 341
Aurei recentiores quantum differant ab aureis veteribus, n. 46 ... 556

B

BAiocchus succesit in Vrbe loco Bolognini & eius valorem 55 ... 573
Baldi theorica, vel cuiuscunque factis ja cap. 1. §. quia

INDEX.

quia vidimus nu. 54. in add. sub lit. C. qui feud. dar. possunt, qui reasumpserint, nu. 118 415
Baractaria idem est, ac corruptela: & æquiparatur crimini læsæ Maiestatis, nu. 13. & 14. 89
Barones quo ordine sedere debeant penes Regem, num. 6 458
Baronis nomen, an sit latinum, & quo sensu accipiatur, num. 5. p. 457. & nu. 8. ibid.
Baro non est maior Comite, vel Vicecomite, num. 7 ibid.
Beltram additio ad decis. 164. nu. 11. & 338. nu. 9. perpenditur, nu. 7 394
Beltram. conciliatio in add. ad decis. Sanctiss. Gregor. XV. decis. 721. num. 28. vers. verum hæc conclusio, quo modo intelligenda, n. 11 419
Beneficium consuetum concedi à Principe, dicitur impetrabile, nu. 35. 258
Beneficium facere de suo nemo cogitur, num. 35 555
Beneficium legis, & Indentarii efficiunt, vt hæredes debitoris immunes sint ab executione personali, num. 57 170
Beneficium l. 2. C. de rescind. vendit. non competit in rebus venditis per subhastationem, nu. 51. pag. 532. Limita, vt nu. 52 535
Beneficium Principis reddi non debet inane, num. 17 452
Benignior opinio in dubio semper est sequenda, num. 10 75
Bero. cons. 176. n. 46. lib. 1. reprobatur, n. 5. 400
Bero. cons. 176. num. 52. & 53. perpenditur, nu. 31 403
Bona Ecclesiæ emphyteutica, an possint ex dispositione statuti alienari causa Dotis? num. 24 252
Bona fides præsumitur in præscriptione longissimi temporis nisi de mala fide doceatur, num. 189 575
Bonitas pecuniæ intrinseca, & extrinseca, quæ dicatur, num. 188 ibidem
Breue tempus quodnam sit, quoad rem redimendam, relinquitur arbitrio Iudicis, num. 22 484

C

CAEsar Cardinalis Baronius laudatur, num. 107 6
Calumnia quibus modis euitari possit in dilatione super examine testium, remissiuè, num. 7 137
Calumnijs litigantium occurrendum est, num. 61 505
Calumnijs via præcludi debet, num. 11. 503
Cambysis Regis supplicium aduersus Iudicem, qui per sordes iudicauerat, num. 12. 89
Camera Apostolica proprios habet Officiales magnæ auctoritatis, ac dignitatis, nu. 4. 46
Cameram habere solet quælibet Ciuitas, & illa redditus, prouentus, ac vectigalia colligit, custodit, distribuit per Officiales, & Ministros suos ad id constitutos, num. 2 46
Cameram suam habet Imperium, quæ differt à Camera Imperatoris, nu. 3 ibidem
Camerarius Ripæ solus cognoscit de causis delinquentium in Ripa maiori Tyberis, n. 5. 35
Camera Vrbis à Camera Apostolica distinguitur, vtriusque tamen est Dominus Summus Pontifex, num. 1 46
Campsores subijciuntur Foro Auditoris Cameræ, num. 19 84
Quid autem, si sint Ciues Romani, vel ex iis, qui alias Foro Capitolino subijciuntur? nu. 20. 22. 24. & 26. 84
Capitale crimen quale sit, remissiuè, nu. 4 241
Capitalia crimina sunt, vel publica, vel priuata, num. 8 241
Capitalis pœna est triplex, propriè verò intelligitur pœna sanguinis, nu. 5. & 6. 241
Capitaneus Appellationum an possit recipere sportulas, nu. 1 91
Capitaneus appellationum cognoscit in causis appellabilibus Consulum, nu. 3. &c. 185
Capitaneus appellationum excluditur à cognitione expensarum, num. 119 551
Capitaneus appellationum, ex statuto, cognoscit etiam super sententijs latis à Senatore Vrbis, num. 3 460
Capitaneus appellationum non est Iudex ordinarius, & coram eo non potest peti restitutio in integrum principaliter, nu. 39. 104
Capitaneus, & Iudex appellationum idem est, num. 1 30
Capitaneus pronuncians superuacuò appellatum, potest iteratò pronunciare super negocio principali, nu. 17 496
Capitaneus quomodo recusari debeat, vt suspectus, num. 3 502
Capitaneus, seu Iudex appellationum non cognoscit de restitutione in integrum principaliter, num. 4 33
Quia limitatam habet iurisdictionem ad causas appellationum, & nullitatum, nu. 5 ibid.
Capitaneus videtur præcedere Secundum Collateralem: Primus autem Collateralis vtrumque eorum præcedit, nu. 4 30
Captura ab incompetente Iudice proueniens est nulla, nu. 3 201
Captura, carceratio, arrestum, & similia, intentari non possunt ex iure communi, nisi præcedat libellus, & litis contestatio: Secus ex statuto, num. 1 523
Captura dicitur citatio realis, & præualet citationi verbali, num. 53. & 54 200
Captura personæ, & incarceratio, est meri imperij, num. 17 524
Captura personæ grauior est excussione bonorum, num. 6 523
Captura personalis, an ex statuto permittatur contra hæredem debitoris? nu. 42 526
Captura rei principalis non liberat fideiussorem, num. 36 ibid.
Captura suspicionis fugæ an inducat litis pendentiam? num. 49. & 52 200
Captura vigore cessionis, quæ debitori cesso denunciata non fuit, est nulla, num. 33. 199
Captura vnicuique ignominiosa est, nu. 10. 197
Carceratus præsumitur, si se obligat, se metu obligare, num. 29 199
Carceres priuatos habere nemo potest, num. 15 524
Carcer est custodia, & retentio omnis vbilibet, vnde libertas tollitur, nu. 2. &c. 201
Carcer publicus Romæ constructus primò fuit

INDEX.

fuit ab Anco Martio, num. 19 524
Caroleni, & Bolonenì valor, nu.25 476
Caroli Regis epitaphium, quod Romæ in Aedibus Senatoriis visitur, num.7 27
Carolus Siciliæ Rex munus Senatorium solus Romæ gessit, quod tamen Nicolaus Papa Tertius ab eo in se ipsum transtulit; sed Martinus Papa IV. proximus Nicolai III. successor Carolo Regi Senatoriam dignitatem postea restituit, num.5 & 6 26.27
Casus à statuto omissus remanet in dispositione iuris communis, num.3 47
Casus controuersiæ motæ in Curia Capitolina, an dici possit, principaliter coram Senatore de nullitate sententiarum Capitanei appellationum, nu.1.pag.494. & num.16 496
Casus dicitur expressus, quando verbis generalibus includitur, num.12 339
Casus exceptus à statuto extenditur ad consimilem casum, quando statutum disponit in materia Iuris, num.98 549
Casus fictus, an regulariter veniat sub statutis? num.4 92
Casus, in quibus potest omitti citatio remissiuè, num.6 149
Casus legis, vel statuti, vbi est expressus, cessat omnis dubitatio, num.47 298
Casus mixtus non venit in simplici dispositione statuti. Etiamsi dictio vniuersalis simpliciter adijciatur, num.60. & 61. pag. 427. Sed remanet in dispositione Iuris communis, & num.62 428
Casus mixtus non venit regulariter sub statuto, num. 3 424
Casus non dicitur omissus; sed expressus, quando eadem est ratio in omisso, quæ in expresso, num.13 339
Casus omissus à lege habetur pro omisso, num. 17 178
Casus omissus in statuto, remanet in dispositione iuris communis, num.46.pag.302.num.9. pag.478.nu.15.p.496. nu.100 568
Casus omissus in noua dispositione remanet in dispositione iuris communis, nu.19 249
Casus, in quo eadem viget ratio, licet non exprimatur, omissus non dicitur, sed comprehensus, num.19 402
Casus, quando ratione expressa comprehenditur, non dicitur fieri extensio, num.17 339
Casus refertur, in quo Consultor per iq Cariam peruertit in suo voto nomina partium, num. 25 507
Causæ ad hoc, vt fiant summariæ, est necessaria auctoritas Principis non recognoscentis superiorem, alioqui sunt ordinariæ, nu.2 181
Causa ad obuiandum fraudibus in statuto nostro præmissa, expressa est, & finalis, nu.5 391
Causa appellationis deserta, an sit necesse, quod pronuncietur, vt talis à Iudice ad quem? nu. 36 165
Causa appellationis, & causa principalis, censentur vna, & eadem causa, nu.24 490
Causa appellationis si pronuncietur deserta, non ideò censetur deserta causa nullitatis, num. 18
Intellige, vt num. 19.20 522
Causa de interdicto, ne quid in loco pub. est criminalis, num.9 221
Causa dotis continet in se publicam vtilitatem num.12 216
Causæ breues, seu modicæ summæ, ex dispositione iuris communis, debent expedirì summariè, num. 1 193
Causæ criminales in Foro Capitolino, quoad instantias, remanent in dispositione iuris communis, num. 7 164
Idem de causis, quæ ad ius Fiscale pertinent, num. 8 ibidem
Causæ criminales personarum certis locis pijs inferuientium cognoscuntur in certis casibus à Cardinalibus eorundem locorum Protectoribus, priuatiuè quo ad alios Iudices, num. 8 35
Causa decisio, & victoria pendent ex probationibus, num.23 156
Causæ executiuæ, & summariæ censentur habere instantiam triennalem: & ex statuto æquiparantur quoad instantiam alijs ciuilibus, nu. 10.& 11 164
Causæ executiuæ, & summariæ, tàm ex iure communi, quàm ex statuto, breuiores habent processus, num.15 ibidem
Causæ grauaminis expressio non requiritur in appellatione ab interlocutoria in causis summarijs; ex statuto, num.8 181
Causa iustæ litigandi ad effectum excusandi victum ab expensis, quæ censeantur, remissiuè, num.50 548
Causæ mercedem sunt summariæ, etiam ex iure communi, & videtur congruere Iure Diuino, num.1.& 2 192
Causæ possessoriæ sunt summariæ, ex dispositione iuris communis, nu.6 185
Causæ summariæ de iure communi, quænam sint; remissiuè, num.3.pag.121.nu.3 181
Causæ summariæ non habent litis contestationem, num.7 186
Causa ex Statuto in contractu minorum, & mulierum requisita eorum personam respicere debet, num.1 384
Causa iusta excusat generaliter à pœnis legalibus, non autem à conuentionalibus, num.30
Item excusat à pœna compromissi, & n.31. 543
Et à mera, & ab interitu rei, & num.32. ibid.
Et à pœna talionis, & calumniæ, & nu.33. ibid.
Et excusat etiam à damno, & num.34. ibid.
Causa iusta litigandi excusat victum ab expensis, num.14. pag.542. & num.28. pag.543. nu. 39.40. pag.544. num.53. 546
Limita, vbi expensæ petuntur iure actionis: nunc enim iusta causa non excusat, pag. 542. & num.15.18. pag.542. nu.45 545
Et quid seruetur in Rota Romana? & num.47. 48. 49 545
Causa naturalis præualet accidentali, vbi ambæ simul concurrunt, num.21 84
Declara, vt num. 25 ibid.
Causa obligationis mulieris, debet exprimi, & in scriptis redigi, num.81 353
Causa, ob quam excludantur solemnitates statutarie, debet esse necessaria, nu.22 331
Causa plenè cognita quando dicatur, ad effectum statuti de alienationibus minorum, nu. 50. pag.234. & nu.54.57 235
Causa præsumitur semper vera, & alleganti contrarium

INDEX.

trarium incumbit onus probandi, num.26.
Idem de decreto, quod præsumatur iustum, & validum, & num. 27 233
Intellige, vt num. 28. 29. 31 233
Causa quomodo dicatur instructa, nu. 19 498
Causa regitur secundum naturam iudicij, vbi lis agitatur, num. 9. 5
Causarum concursus magis inficit, nu. 4. 392
Causa semel summaria, an semper remaneat summaria in quacunque instantia? remissiuè, num. 14 101
Causa studiorum, & causa dotis, solent inter se æquiparari, num. 13 216
Causa summam ducatorum viginti quinque excedens, dicitur ordinaria, num. 2 60
Causa suspicionis Capitanei, non est necessario asserenda ante litem contestatam, nu. 1. 502
Causa vtilis mulieribus, & minoribus ex statuto requiritur, contra nu. 1. 2. & 6 391
Cautela pro bannito, vel alias incapaci hæreditatis, vel legati, num. 13 264
Cautio idonea in casu dilationis quinquennalis, quæ nam sit, relinquitur arbitrio Iudicis, num. 15 458
Cautio in noui operis iudicio præstanda reo, debet esse per idoneos fideiussores, n. 4. 319
Cautionis causa regulariter arbitrio Iudicis relinqui solet, num. 19 246
Cautio præstari debet à debitore in casu dilationis, sibi concessæ miserationis, seu humanitatis causa, num. 13. pag. 451. & num. 38. p. 453. Intellige, si cautio petatur à creditoribus, & num. 14. pag. 452. Et dummodo debitor sit adeò pauper, vt cautionem præstare non possit, & num. 16 452
Cedens bonis non liberatur à debito si ad pinguiorem fortunam deueniat, nu. 34 453
Cedens non liberatur, nisi cessionario satisfiat, num. 100. & 107 536
Census constitutio super re aliena non valet, num. 11 393
Census habet actionem realem, nempè confessoriam, num. 51 444
Census impositio, & venditio in statuto nostro comprehenditur, num. 7 392
Census impositio sine solemnitatibus statuti est num. 64. & 68 552
Census venditio, est alienatio, nu. 1 392
Census vitalitij contractus ex emptione, & venditione substantiatur, nu. 4 395
Certus qui est, certiorari vlterius non debet, num. 4 71
Cessio bonorum appellatur in iure miserabile auxilium: sicut & inducie quinquennales, nu. 2. & 3. Et est miserorum subsidium, non præsidium dolosorum, p. 451. & nu. 23 452
Cessio bonorum quomodo fiat, num. 32. & 33. & cur? num. 36 453
Cessio bonorum, vel dilationes quinquennales non prosunt fideiussori debitoris, n. 39. ibid.
Cessio comprehenditur sub statuto Vrbis, lib. 1. cap. 151. num. 17. & 20 348
Cessio debitorum non inducit nouationem, nec delegationem, num. 101 536
Cessionis bonorum beneficium denegatur fusoribus, seu dolosis debitoribus, nu. 22 452
Item fraudulentis, & num. 31 ibidem.
Cessioni bonorum non potest renunciari: nisi iuramentum intercedat, nu. 40. & 41. Intellige, vt num. 42. 43 453
Cessionis bonorum materia, vbi videri possit, num. 1. & 45 451
Cessionis bonorum remedium conceditur à lege ipso iure, sine facto creditorum. Et quibus debitoribus concedatur, nu. 7. pag. 451. & nu. 37 453
Cessio nominis, vbi denunciata sit debitori, non liberatur ipse, si soluat priori suo creditore, ex iure communi, & ex statuto, num. 108. & 110 536
Limita remissiuè, vt num. 109 ibidem.
Cessio, siue translatio actionum in iudicium ad ductarum, vbi non appareat de iustitia causæ eiusdem, præsumitur facta in redemptionem litis, num. 7 243
Amplia, vt num. 9 ibidem.
Cessio statuto nostro subijcitur, nu. 2 369
Cessio sub statuto Vrbis, cap. 151. lib. 1. comprehenditur, num. 19 340
Centum milliaria in mari minus sunt duabus dietis, num. 90 569
Chilonis dictum, quòd fideiussioni non deest iactura, num. 32 338
Chirographarius anterior præfertur instrumentario posteriori, dummodo scriptura priuata sit subscripta per tres testes, vel aliundè probetur illius veritas, nu. 28. & 29 173
Chirographa subscripta per tres testes præferuntur, ex iure publicis Instrumentis posterioribus quoad pignus, & hypothecam, num. 29 452
Chirographa tempus continentia, &c. excepta à statuto de cessione bonorum, sufficit si sint per duos tantum testes subscripta, num. 30 452
Ciceronis testimonium de lege 12. tabularum, num. 22 515
Circuitus generaliter euitari debent, nu. 12 72
Citandus, si careat certa habitatione, tenetur eligere domicilium, vbi citari possit, num. 2.
Declarata, vt nu. 3. 6. 7. 8. 10. p. 113. n. 13 114
Citari debent debitores, & alij quorum interest, tàm quando agitur de immissione ex primo decreto, quàm quando agitur de adiudicatione, ex secundo decreto, num. 11. & 12 530
Item citandus est debitor ad actum eligendi æstimatores, 530. & nu. 25. 28 531
Intellige, vt num. 27 ibidem
Citari debet Pars, contra quam dantur articuli, ad dandum interrogatoria, num. 4 153
Et quotus terminus præscribatur ad ea danda? num. 5 ibidem.
Citari debet quis in domo solitæ habitationis: nec sufficit, quòd sit domus ipsius citati, nisi ab eo habitetur, num. 4. & 5 109
Et quid si habitaret duas domos diuersis temporibus? num. 8 ibidem.
Citari regulariter non debet quis ad actum, qui ab eo impediri non potest, num. 44 465
Citatio ad apothecam citati an valeat? num. 9. & 10 109
Citationis ad dicendum contra articulos formula, remissiuè, num. 17 148

INDEX.

Citatio ad videndum iurare teſtes debet eſſe perſonalis,num.12 149
Neque teſtes debent iurare eadem die, num.13. & 14 149
Citatio debet ſpecificare omnia, quæ prætenduntur, num. 19.
Intellige, vt num.22 pag.109. nu.23 110
Nec ſufficit probare eam eſſe factam,niſi probetur eius tenor, num.20 109
Et debet eſſe certa,& non generalis,n.21 ibid.
Citatio debitorum in actu venditionis pignorum, & electionis æſtimatorum, eſt de ſubſtantia,num.26 531
Citatio eſt neceſſaria ad videndum fieri productionem iurium, & eius effectus, num. 8. & 9. 147
Citatio eſt neceſſaria ad videndum iurare teſtes: alioqui teſtes ſine tali citatione examinati non probant, num.4.& 5. 149
Amplia, vt num.11 ibidem.
Limita,vt num.19.20.21 ibidem.
Citatio facta in manibus vxoris de familia, quando valeat, num.16 109
Citatio facta Procuratori generali, quando ſufficiat,remiſſivè, num.4 111
Citatio facta, vbi quis non habitat, Romæ eſt nulla, num.11 109
Declara,vt num.12.& 13. ibid.
Citatio fieri poteſt die feriata, num.20. 119
An autem ad diem feriatam? num. 21. 22. & 23. 119
Citatio generalis ad omnia pertinentia ad cauſam, includit etiam citationem ad videndum iurare teſtes,num.7 149
Citatio in quocunque iudicio eſt omninò neceſſaria: & contra omnes, quos cauſa contingit,num 9.& 10. 293
Citatio inualida non inducit præuentionem iuriſdictionis,num.51 200
Citationes exequendi forma tradita à Statuto: qua non ſeruata, nulla eſt citatio, num. 14. & 15. 109
Citationes poſt conſtitutionem Procuratoris, quibus in caſibus faciendæ ſint etiam in perſonam Domini? num.9 113
Citationis defectus ſuppletur ex ſcientia citati, num.9 498
Citatio non eſt neceſſaria, vbi quis non poteſt contradicere, num.14 538
Citatio non facta Domino, & Procuratori in caſibus à Statuto expreſſis eſt nulla,nu.1. 111
Citatio non legitima, vel inualida,in quibus caſibus habeatur pro valida, & legitima?nu.27. & 28.29.30.31 110
Citatio partis requiritur in executione ſententiæ, num.26 539
Ampha, vt num.27 ibidem.
Citatio perſonalis,vel citatio ad domum, vna ex iſtis ſufficit,ex Statuto,num.2 109
Citatio rei neceſſaria eſt in taxatione expenſarum,num.108 150
Citatio requiritur ad obtinendas remiſſoriales: alioquin examen ſubſecutum eſt nullum,num. 17. 158
Citatio requiritur, vbi quis ex actu lædi poteſt, & contradicere poſſet, ſi eſſet preſens, num. 101. ibidem.
Citatio ſimpliciter facta,intelligitur ad primam, & non ante,ex Statuto, nu.24. & 25 110
Et,ſi fiat pro eadem die,an ſit nulla?n.26 ibid.
Citatus domi,an præſumatur perquiſitus à Nuncio? remiſſiuè, num.3 105
Citatus ſi non poteſt propter aliquod impedimentum,abſque ſua culpa comparere,non debet haberi pro contumace, num.13. 183
Ciues, & incolæ inter ſe differunt: & Ciuium nomine non veniunt incolæ niſi largè, num. 11.& 12.
Secus in ſtatutis, & num.16. 305
Intellige in fauorabilibus, pag. 305.n.17 306
Ciues,& incolæ non differunt inter ſe,niſi quoad modum creationis,num.20 306
Ciues ex priuilegio, verè, & propriè ſunt Ciues,num.4 79
Declara, vt num.6. ibid.
Ciues facit origo, manumiſſio, allectio,vel adoptio num.3 ibid.
Ciues Romani antiquitus rarò afficiebantur vltimo ſupplicio, neque verberari poterant, num.3.& 4. 265
Ciues, vel Incolæ Romani habentes quædam officia, quæ eos non obligant ad ſequendam Curiam, non ſunt Officiales Romanæ Curiæ, num.19 84
Ciuilis ſapientia pretio nummario æſtimari non debet,num.32 555
Ciuis & incola æquiparantur,quoad effectum, tàm à Statuto Vrbis, quàm à iure communi, num.26 306
Clam fieri dici non poteſt,quod ſit pluribus perſonis adhibitis,vel per inſtrumentum,nu.40.
Clauſula appellatione remota, in reſcriptis appoſita reſtringitur ad appellationem à diffinitiua, & excludit appellationem ab interlocutoria,num.37 491
Clauſula, *Appellatione remota*, non operatur, quando decretum eſt notoriè iniuſtum, num. 43. 40
Clauſula appoſita in fine, refertur ad omnia præcedentia,num.9 183
Clauſula, Arbitrio Iudicis, aliquantulum relaxat rigorem iuris,num.42 40
Clauſula, Attento quòd, fiat cauſatiuè,non conditionaliter,num.36 517
Clauſula, *Conſtito*, adiecta reſcripto, facit illud conditionale,num.35 489
Clauſula, *Conſtito*, reddit conditionalem iuriſdictionem Iudicis: & in eius verificatione aduerſarius citari debet, nu. 10.&11. 210
Clauſula, Conſtito, reddit iuriſdictionem conditionalem, & requirit partis citationem ex iure communi, num. 12. & 13. & cauſæ cognitionem,num.14 458
Clauſula decreti irritantis tollit omnem dubitationem circa nullitatem contractus, num. 70. 236
Clauſulæ cœteratæ extendi poſſunt à Notariis, etiam de iure communi,num.22 72
Clauſulæ, & abbreuiaturæ Notariorum extenduntur,iuxta eorum ſtylum,nu.9.10 153
Clauſulæ,& adiectio ad ampliandà appoſita, non debet reſtringere,num.26 408
Clauſula,& oratio generalis ex mente diſponentium ad ſpecificata refertur,num.7. 407

INDEX.

Clauſula, & oratio generalis in fine poſita, non refertur ad ſpecificata, nec reſtringitur ad ea, quando verſamur in oratione, & diſpoſitione vnicum caput continenti, & clauſula generalis non eſt emiſſa ad qualificandam ſpecierum enumerationem, in cap. diſtincto, nu. 22. & 28. 408

Clauſula, & oratio generalis nunquam per ſpecialem reſtringitur contra expreſſam rationē, & mentem diſponentium, nu.6 407

Clauſula, & verba in fine poſita ad omnia referri, & extendi debent, num.10 407

Clauſulæ, & verba in fine poſita, etiam ſi aliàs relatio fieri non deberet, ad omnia referuntur, vt menti, ac rationi congruant, etiam in materia pœnali, num.38 409

Clauſulæ, & verba in fine poſita, etiam ſi aliàs relatio fieri non deberet, ad omnia referuntur, vt menti congruant, ac rationi, nu.37 409

Clauſulæ, & verba in fine poſita non reſtringuntur ad proxima, & ſpecificata; ſed referuntur ad omnia, quando ſunt vniuerſalia, & ſignum vniuerſale continent, num.41 409

Clauſula ex certa ſcientia habet in ſe clauſulam de plenitudine poteſtatis, nu.45 12

Et continet etiam clauſulam Motu proprio, nu. 46. ibidem.

Et operatur, vt non liceat dubitare de eo, quod Papa aſſeruit, num.47 ibidem.

Et facit, quod in confirmatione habeatur pro expreſſo totus tenor ſcripturæ confirmatæ, num.48 ibidem.

Quodque ſit inſtar ſacrilegij dubitare de viribus confirmationis Apoſtolicæ in ſe habentis, hāc clauſulam, num. 49 ibidem.

Clauſulæ ex certa ſcientia, Motu proprio, & de plenitudine poteſtatis, ſingulæ per ſe confirmationem reddunt in forma ſpecifica, cum cauſæ cognitione, & omni alio meliori modo, num.44 92

Clauſula generalis non ad omnia precedentia, ſed ad proximiora, refertur, nu.28 84

Clauſula generalis non refertur ad ea, de quibus in proximis antecedentibus verbis facta eſt mentio expreſſa, & diſpoſitio, nu.67 557

Clauſula in fine poſita, etiam ſi aliàs ad omnia referenda eſſet, non refertur, quando abſurdum ſequitur, num.31 409

Clauſula in fine poſita, etiam ſi aliàs ad omnia referri deberet; non refertur, quando diſpoſitio fauorabilis, & extendenda reſtringeretur, num.30 408

Clauſula in fine poſita, tunc ad proximè dicta reſtringitur, quando ex ipſius verbis apparet, illam ad ea qualificandum appoſitam fuiſſe, num.27 408

Clauſula, In omnibus, & per omnia, omnimodam exæquationem importat: & operatur, vt inter ſubiecta nulla ſit differentia, ſed ſint eiuſdem naturæ, & num.18. & 19 496

Necnon ſignificat vniuerſalitatem, & num. 20. ibid.

Clauſula ipſo iure, requirit petitionem partis, cuius fauorem reſpicit, nu.66.77.78. 493

Eſt eadem cum clauſula ipſo facto, & ſignificat ſine miniſterio Iudicis, & habetur pro Canone late ſententiæ, & num.75 ibid.

Requiritur tamen hac clauſula non obſtante declaratoria Iudicis, præſertim in materia pœnali, & num.76 493

Clauſula, irritum ſit, habet decretum irritans: & inducit formam, & num.28. & 29. 322

Et irritat omnia, quæ contra fiunt, & omnes iuris effectus tollit, & num.30 ibid.

Clauſula, Iudicis arbitrio, intelligitur prout de iure, num.3 196

Clauſula iuris, & facti remedijs, quid importet, num.9.10 11 245

Clauſula non obſtantibus quibuſcunque pactis, & conuentionibus, non tollit pactum, ſeu conuentionem iuratam, nu.23 351

Clauſula, nullius roboris, vel momenti, inducit nullitatem ipſo iure, & ſine partis obiectu, neque illi poſſunt partes renunciare, quando reſpicit etiam fauorem publicum, vel aliorum, num.79.& 84 429

Clauſula omni, & quacunque appellatione remota, reijcit omnem appellationem, tàm quoad ſuſpēſiuum, quam quoad deuolutiuum iudicium, nu.6.pag.187 & nu.11 188

Clauſula, Omni iuris ſolemnitate omiſſa operatur nō ſolum, quoad ſolemnitates iuris omiſſas, ſed etiam quoad ordinem iudiciorum peruerſum: & facit, vt ſententia ferri poſſit, etiam die feriata in honorem Dei, nu.5.& 7 509

Clauſula, omni prorſus appellatione remota, remouet appellationem, etiam quoad effectum deuolutiuum, num.13 194

Clauſula, Remota recuſatione, non habet locum, quando adeſt legitima ſuſpicio, nu.44. 40

Clauſula, reſeruato conſenſu, habet in ſe tacitam conditionem, quatenus opus ſit, num. 44. 341

Clauſula, Si, & in quantum, poſita inadmiſſione appellationis, ad iuris diſpoſitionem refere appellationem, num.6 284

Clauſula, ſine figura iudicij, tollit aliqua acta ordinatoria iudicij, non autem probatoria, & deciſoria litis, num.30 165

Clauſula, *Sola facti veritate inſpecta*, & clauſula, Summariè, &c. æquiparantur, nu.11 115

Clauſulæ ſummariè, &c. non tollunt citationem: nec probationes, num.5. & 6. nec iuramentum calumniæ, ſi petatur, num.7. 181

Clauſulæ ſummariè, ſimpliciter, & de plano, quid importent, remiſſiuè, num.4 ibid.

Clement. Appellanti, de appell. non habet locum in interlocutoria habente vim definitiuæ, num.14 475

Clerici, & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, earumque bona iuri Canonico ſubſunt, nu.73 14

Clerici fideiubere prohibentur à Iure Canonico, num.31 439

Clerici filij familias ſine patris conſenſu in iudicio eſſe poſſunt, & pariter contrahere, num. 97. 15

Clerici poſſunt eſſe arbitri ex compromiſſo, nu. 62.

Clerici veniunt ſub nomine Diſtrictualium, nu 1. 85.

Cognitio cauſæ adhiberi dicitur, vbi partes citantur, & conuocantur, nu.4 480

Cognitio cauſæ in quo verſetur, nu.50 465

Cognati veniunt appellatione coniunctorum, ſicuti

INDEX.

ficuti agnati, num 82. 354
Collaterales Capitolini æqualem inter se iurisdictionem habent, & ideò inter eos locus est præuentioni, num.8 34
Collaterales esse Iudices ordinarios probatur, num.1 33
Collaterales, quam iurisdictionem habeant mortuo Senatore, num. 12 29
Et talem, tantamque habent iurisdictionem in causis ciuilibus, vt si Auditor Cameræ in causis coram eis vertentibus processerit, processus sit nullus, num.9 34
Quod locum habet etiam, si pontifex memoriale Sanctissimo, in quo narrata fuerit pendentia causæ, Papæ reseripserit per hæc verba, *All' Auditor della Camera*, nu. 10. 34
Collaterales *Senatoris* esse solent viri eminentis doctrinæ, & in foris versati, qui pollent, sæpè transferuntur ad maiores dignitates, num. 8 29
Collaterales Senatoris omnia facere possunt, quæ Iudices ordinarij, num.7 100
Collateralis primus, est Iudex primus à latere Senatoris, nu.5 29
Collateralis primus, est Locumtenens Senatoris in causis ciuilibus, num.9. ibid.
Collateralis *Secundus* est Iudex à Sinistro latere Senatoris, & eadem potest, quæ Primus Collateralis, vt infra Cap. IX. de Officio Collateralium Iudicum, num.1 30
Collegio *Artificum* in Vrbe instituta fuere à Numa Pompilio, num.8 151
Collegia ea licita sunt, quæ legum, & Principum auctoritate sunt comprobata: alia autem sunt illicita, num.4 ibid.
Collegia, & Curia possunt habere propriam consuetudinem, seu practicam, quæ appellatur Ritus, vel Stylus, num 5 155
Collegia ferè innumera ad propugnandam, & propagandam Catholicam Fidem à Gregorio XIII. Pontifice extructa, nu. 119 17
Collegij definitio, num. 3 151
Collegij personæ admittuntur in testes in causa contra ipsum Collegium, nu. 13. ibid.
Collegium, & Vniuersitas sunt idem, nu. 5. ibid.
Collegium, vt constituatur, requiruntur saltem tres personæ. Retineri tamen potest per vnam, vbi ius omnium in ea recidit, num. 6. & 7. ibid.
Coloni partiarij materia apud quos Doctores videri potuit, num. 6 253
Colonus partiarius est, qui agrum tenet excolendum pro certa quota fructuum, nu. 1. 252
Et damnum, & lucrum cum domino fundi partitur, & num. 2 253
Colonus partiarius, ex Iure Regio Hispanorum, non potest triticum ab area eleuare, nisi prius certiorato domino, vel eius Procuratore, num.4 ibid.
Cómitatus propriè, & naturaliter significat Territorium Villarum, seu Castrorum, nu.8. 32
Quid significet vulgari vsu loquendi, nu.9. ibid.
Significat aliàs, iuxta subiectam materiam totam Diœcesim, aliquando certam eius partem, quandoque etiam; sed impropriè Curiam Principis cum omnibus officijs suis instructam, num.10 ibid.
Comitatus in dispositione Statuti Vrbis significat Territorium ipsius Vrbis Romæ, n.7. 32
Comitatus quid sit, nu.6 ibidem.
Commissio in causis Capitolinis, cum clausula, quòd procedatur cum voto Rotæ, non tollit in reliquis ordinariam Iudicis facultatem, num.8 88
Commissiones, seu Rescripta, non tribuunt iurisdictionem ante citationem ad dicendum contra, num.1 127
Et per citationem fiunt communes vtriq; parti, & num.2. ibidem.
Communio necessario subesse debet, vt locus sit iudicio diuisorio, nu.1 210
Communio quotupliciter consideretur, num. 2. ibidem.
Communis vsu loquendi, etiam in Statutis præferetur cuicunque dispositioni legali, n.33. 35
Communis vsus loquendi prævalet verborum proprietati: & dat interpretationem statutis, num.22. & 23 563
Communitas vti solet iure minorum: & pupillo æquiparatur, nu.77. & 78 237
Communitatis diffidatæ singulares personæ non repelluntur à testimonio, num.15 151
Compensatio non semper conceditur in Iudicij ejs, num.2 131
Comprehendi dicitur casus, qui vnicus, & expressa ratione legis, & statuti includitur, nu. 17. 402
Compromissi materia à quibus tractetur, num. 1. 203
Compromissi petitio, saltem quoad statutum, est voluntaria, num. 34 206
Compromissum, ad quod compromittentes necessitate legis tenentur, non requirit solemnitates Statuti nostri, num. 1 362
Compromissum, an peti possit per Procuratorem habentem generale mandatum? num. 30. 31. pag. 205. nu. 40. 41. 43. 45. 206
Compromissum, an peti possit post litis contestationem? num. 59 208
Compromissum ante illius acceptationem non est compromissum, nec Arbiter est arbiter, num. 13 485
Compromissum est quædam transactio, num. 32. 205
Compromissum est species alienationis, num. 36. 206
Compromissum fieri debet de re dubia, num. 10. 204
Compromissum, peti non potest, vbi proceditur via executiua. Neque in testamentis, num. 6. & 7. Neque in re clara, vel liquida, num. 8. Neque si pars altera contra quam petitur compromissum, habeat pro se exceptionem aliquam impedientem litis ingressum, num. 10. 204
Compromissum, iuxta statutum habet locum in Marito, & Vxore, num. 26 205
Compromissum necessarium vigore statuti non comprehenditur sub cap. 151. lib. 1. Statutorum Vrbis, num. 5 347
Compromissum quoties peti possit ex dispositione statuti, nu. 64 208
Compromissum si prorogetur, an censeatur factum cum ijsdem facultatibus, & conditionibus

INDEX.

tionibus appositis in primo nu.66.& 67.pag. 208. & num.69 209
Compromissum Statuto nostro comprehenditur,num.3 362
Compulsionis argumentum qui tradarint, num. 4. 157
Concedendum est, quod tibi non nocet, & mihi prodest,num.176 574
Concordia comprehenditur sub Statuto, num. 14. pag.348.& num.49 351
Concordia continet iuris remissionem, & comprehenditur sub Statuto, num. 52. pag. 351. num.66 352
Concordia inita inter minores sine solemnitatibus Statuti est nulla,nu.66 ibidem.
Concordia sub Statuto continetur,nu.19. 340
Concubinatus legitimus, quæ requisita habere debeat,num.9 305
Condemnatio præcedere debet executionem vti necessarium antecedens,num.78 534
Condemnatus in criminali causa ad pœnã corporis afflictiuam non admittitur ad appellan. nisi in carceribus se constituat, num.24 473
Condemnatus pœna capitali ad minorem pœnã capitalé condemnatus intelligitur,n.212. 577
Conditio debet in primis purificari,n.48. 234
Conditio inducit formam,num.26. 554
Conditio inducit formam: qua non seruata, actus redditur nullus,num 49 234
Conditio inducitur ex ablatiuo absoluto, num. 39. 341
Conditionalis contractus non probat debitum, num.41 ibidem.
Conditionalis contractus reddit constitutum conditionale; quod,non purificatis conditionibus,nihil operatur,nu.36 ibidem.
Conditio,nihil ponit inesse,nu.40 ibidem.
Conditionis defectu contractus resolnitur,num. 43. ibidem.
Conditio ob causam dotis, potest ex Statuto intentari executiuè, etiamsi agatur constante matrimonio,num.23 178
Declara,vt num.24.25. & 26. 178
Conditio, quatenus opus sit,semper intelligitur in clausula,reseruato consensu,nu.44. 341
Conductor, finito tempore conductionis tenetur restituere rem conductam locatori eam recuperare volenti: quod si absque legitima causa eam restituere renuat, dicitur spoliare locatorem; & punitur,vt invasor alienæ possessionis, num.7 248
Amplius, etiam si conductor vellet pro eodem pretio præferri non conductori extraneo, & num.8 ibidem.
Conductor promittens, etiam medio iuramento, finita locatione restituere domum vacuam, & expeditam, non ideò censetur renunciare Decreto Camerali ad fauorem inquilinorum,num.20 249
Confessio contentorum in scriptura resultat ex illius productione, num.46 341
Confessio de recepto adminiculata non subijcitur Statuto nostro,num.1 365
Confessio de recepto minorum, & mulierum Statuto comprehenditur, quia præsumitur fraus,num.1 163
Confessiones de recepto mulierum, & minorum Statuto nostro subijciuntur, num. 3. & 5. 366
Confessio de recepto pro residuo, seu pro reliquo importat liberationem,num.1. 383
Confessio ex probatione receptionis minimè validatur,nu.8 366
Confessio extraiudicialis geminata habet eandem vim, & producit eundem effectum, ac confessio iudicialis,num.10. 486
Non probatur autem per testes singulares, sed per contestes de loco, & tempore, pag. 486. & num.13 487
Confessio habet vim liberationis, & pacti de non petendo,nu.55 351
Confessio in antiqua formula obligationis Cameralis contenta, abrogata est per Constitutiones Pontificias,nu.16. 487
Confessio inducta per non responsionem ad positiones,habet executionem paratam,num.83 Amplia, vt num.84. 141
Et quid in Rota? num.86 142
Confessio in positionibus,an reuocari possit incontinenti?num.8. 146
Confessio in quolibet contractu subiacet Statuto, quando eidem potest fieri fraus, nu.30. pag.349.nu.46 350
Confessio liberationis, ac pacti de non petendo vim habens Statuto comprehenditur, nu. 3. 383
Confessio minorum, & mulierum Statuto nostro subest,num.1 361
Confessio minorum, & mulierum, vtcunque in fraudem, ac deceptionem eorum, earumque emissa Statuto subest,num.4. ibidem.
Confessiones mulierum, ac minorum Statutum nostrum comprehendit,num.2. 383
Confessioni mariti, & vxoris non creditur in præiudicium creditorum,nu.29. 270
Confessio paratam habet executionem, ita vt ab ea non appelletur, quoad effectum suspensiuum, si facta sit mediante obligatione Camerali, nu. 1.& 2. Et habet vim rei iudicatæ, & num.3. Et inducit notorium, num.4. 486
Amplia hæc omnia in confessione extraiudiciali geminata,& num.9 486
Confessio, quod res est emphyteotica, præiudicat confitenti, & habenti causam ab eo, num.45 341
Confessio receptionis pretij facta per minores in instrumento venditionis sapit donationem, & continetur sub Statuto Verbis, lib. 1. cap. 151.nu.8 347
Confessio resultans ex responsione ad positiones, perindè tenet,ac si parte præsente,& acceptante facta fuisset: ex Statuto,num.116. Secus ex iure communi, & num.117. 143
Confessio solutionis de reliquo importat liberationem,num.53 351
Confessio sponte facta, non seruata forma, tenet,num.33 138
Intellige,vt num.35 ibidem.
Confessio verbis specialibus Statuti nostri minimè comprehenditur,num.5. 361
Confessio, vt ab ea appellari non possit, quoad effectum suspensiuum, &c. debet fieri in iudicio coram Iudice pro Tribunali sedente,nu. 7. & 8. 490

INDEX.

Sed non requirit necessariò præsentiam partis, & num. 11. 486
Idem in confessione extraiudiciali geminata, & num. 12. ibid.
Confirmatio esse debet in forma specifica, & ex certa scientia, scilicet cum causæ cognitione, num. 41 ibi
Confirmatio in forma communi nihil iuris addit actui confirmato, num. 42 ibid.
Confirmationis Pontificiæ litteras describi voluit Gregorius Papa XIII. in principio librorum eorundem statutorum, num. 32. ibid.
Confirmatio Statuti operatur, quod statutũ censeatur ipsius Principis confirmantis, num. 39.
Quodque extendatur ad casum, ad quem alias extendi non posset, num. 40 ibi
Confirmatio Statutorum Vrbis pro futuris conceditur, nec ad præterita trahitur, nu. 10. 374
Coniecturæ legitimæ, quæ sint; quibus ostendi possit filios positos in conditione esse tacitè vocatos, relinquitur arbitrio Iudicis, n. 3. 303
Coniecturæ, quibus probatur Incolatus, quandò Incola non declarauit voluntatem suam, nu. 14. & 15. 16. pag. 82 nu. 17. 83
Coniuncti in remotiori gradu, minus dilecti præsumuntur ab eo, de cuius hæreditate agitur, num. 14 311
Coniunctus præsumitur scire negocia coniuncti, num. 44 234
Connexa dicentur indiuidua, num. 14. 227
Connexa ea censentur, quæ sunt indiuidua, & inseperabilia, nu. 3. 77
Consanguineorum defectus non vitiat, quando non constat die contractus celebrati in loco præsentes fuisse, ac legitimè interuenire potuisse, num. 4 386
Consanguineus, & coniunctus in materia compromissi confunduntur, num. 13. 204
Consensus alicuis, si reseruatur, semper intelligitur, quatenus opus sit, num. 44. 341
Consensus nihil est, tàm contrarium, quàm vis, atque metus, nu. 28 199
Consensus partium facit, vt ritè procedatur, vbi eo cessante, malè procederetur, nu. 34 138
Consensus Proprietarij in alienatione emphyteutis est necessarius, num. 38. 341
Consensus volens vendere rem communem, tenetur requirere consortem, an velit emere; ex Statuto, & ex Constitutione Gregorij XIII. num. 3 225
Consentiens contractui remittit ius suũ, n. 7. 379
Consentiens dicitur renunciare, & remittere, num. 1. 347
Consentientes venditioni, & accedens pignus remittunt, num. 4 359
Consentire in iurisdictionem quis potest, vel expressè, vel tacitè, num. 5 124
Et exempla, nu. 6 124
Conseruatores antiquorum Consulum imaginem referunt, num. 3. 43
Et vbi munus suum impleuerint, Conseruatorum nomen merentur, num. 4. 43
Conseruatores cognoscunt per viam querelæ, & recursus de iniustitia sententiarum Consulum, & Officialium in causis non appellabilibus, num. 2 184
Conseruatores durante eorum officio non possunt conueniri, nec conuenire, etiam in causis iã inceptis, nisi venia impetrata à Summo Pontifice, qui eam dare solet per simplex rescriptum, num. 6 43
Conseruatores, & Officiales inclyti Populi Romani, quibus anni diebus, & quomodo eligantur; & qua die post electionem, quibus præsentibus, & quo ordine iurent Summo Pontifici fidelitatem, remissiuè, nu. 1. 43
Conseruatores ius ad officia vacatura post ipsorum munus concedere non possunt, n. 10. 44
Conseruatores nullam iurisdictionem habẽt in Senatorem, ac eius Iudices possunt tamen ex statuto inhibere incertis casibus appellationum à sententijs Senatoris, & eius Iudicum, num. 7. & 8. 508
Conseruatores Vrbis, pariter Defensores appellari possunt: & Consules antiquitus vocabantur, & Populum repræsentare censentur, num. 3. p. 507. nu. 5. 508
Conseruatores Vrbis, vacante Officio Senatoris, illud exercent, quod præcipuè seruatum probatur duobus exemplis in casu vacantis Officij per obitum, nu. 1. 43
Conseruatorum officium in quibus versetur, num. 2. 43
Consiliarius auctoritate, sibi concessa abutens privilegium sibi concessum meretur amittere, num. 19 506
Consilium sapientis in casu suspicionis Iudicis dari non debet, vbi agatur de articulo iuris certo, num. 7 503
Item quando calumniosè peteretur, & n. 8. 503
Etiamsi in statuto id expressè caueretur, & num. 9. 503
Consilium Sapientis, seu Consultoris debet secreto offerri: & Iudex aperire illud debet, & legere, num. 6. & 7. & de solemnitatibus adhibitis constare debet ex actis Notarij, & num. 8. 506
Consonantia significat, quòd nulla sit contrarietas, nullaque superuacua similitudo, num. 1. 497
Consors quis dicatur, nu. 1. 225
Consortes si sint plures, an sint omnes, & singuli requirendi an velint emere? nu. 12. & 13. 14. 226
Constantini Imperatoris donatio, auctoritatibus, & rationibus comprobatur, n. 53 11
Constitutio antiqua aduersus Hæreticos, de qua hoc capitulo dicitur fuisse statutum D. Hannibaldi olim Senatoris Vrbis, nu. 1. 23
Constitutio generalis non tollit priuilegium in casu certo à iure communi concessum, num. 95 15
Ecclesia in causis suis regitur iure communi, nisi expressum habeat priuilegium. 15
Constitutio Imperatoris Zenonis, quæ est lex 12. C. de ædific. priuat. affertur tota per extensum: in qua quicquid in ædificijs construendis seruandum sit præscribitur, nu. 6. 214
Constitutio Marchiæ comprehendit fideiussionem, quæ est deterioris conditionis aliis contractibus in ea expressis, num. 42. 356
Constitutio Marchiæ, etiam citra extensionem Carpensis, cessionem, & remissionem enumerans, transactionem comprehendit, n. 2. 382

Consti-

INDEX.

Constitutio Marchiæ, etiam extensione Carpensis circumscripta, habet locum in quolibet contractu, in quo expressè rationis vires oportantur, & est possibilis læsio, num. 3. 382

Constitutio Marchiæ per Cerd. de Carpo ad omnes contractus, & instrumenta producta, num. 1. 382

Constitutio Marchiæ reprobato Paris. habet locum in contracta iurato, num. 4 400

Constitutio Marchiæ vltra nullitatem actus, poenam indicit contrahenti, &c. nu. 3 ibid.

Constitutiones generales non censentur auferre priuilegium à iure communi concessum, num. 61.

Constitutiones Papæ eo ipso, quod sunt publicatæ, dicuntur viu receptæ: & vt tollantur, requiritur expressus Papæ consensus, nec sufficit tacitus, num. 12. & 13. 463

Constitutiones Pontificiæ non tollunt nullitatem prouenientem, ex forma non seruata, num. 31 138

Constitutioni pro communi vtilitate principaliter editæ renunciari non potest expressè à partibus: tacitè verò remitti potest per partes eiusmodi Constitutionis dispositio, num. 74. 493

Constitutionis, vel Statuti qualitates probari debent ad hoc, vt dispositio habeat effectum, num. 3 238

Constitutio noua intelligi debet, intra antiquam num. 7 66

Et eatenus priorem reuocare videtur, quatenus ipsi posteriori repugnat, & non amplius, num. 8 67

Constitutio Pauli V. super reformat. Tribunal. tit. de Notar. vers. instrumenta quæcunque, non derogat statutis diligentiorem formam requirentibus, num. 36. 70

Constitutio semper loquitur, num. 404. 577

Constitutum in contractu nullo, nihil operatur, num. 35 341

Constitutum recipit conditiones cõtractus, iisq; non purificatis, nihil operatur, nu. 36 ibidem.

Cõstitutum transfert naturalem, & ciuilem possessionem in constituentem, num. 33 340

Consuetudinem introduci an possit, vt Sportulæ à Iudicibus recipiantur? num. 10 89

Consuetudinis definitio, nu. 13. & 14. & 38. 156

Consuetudo est certissima loquendi magistra, num. 25 562

Consuetudo est optima legũ, n. 13. 67. nu. 2. 90

Consuetudo est retinenda pro lege, nu. 33 455

Consuetudo Legem abrogat, num. 51 556

Consuetudo tanquam lex obseruari debet. Et in dubio præsumitur ex iusta causa processisse, num. 17. & 18. & esse laudabilis, & bona, & num. 19. & magna cum ratione introducta, & num. 20 288

Consuetudo, vt soluantur sportulæ, an valeat, num. 3 91

Consulatum, & libertatem Latius Brutus instituit, num. 6. 43

Consulatus, & Artes, quæ Curiæ Capitolinæ subiectæ sunt, Conseruatorum iurisdictioni subduntur, num. 1 184

Consules Artis subijciuntur Conseruatoribus: & ab ijs appellatur ad Capitaneum, vbi causa sit appellabilis; at si causa non sit appellabilis, datur recursus ad Conseruatores, num. 2. & 3. 508

Consules Artium Fori Capitolini, non debent reassumere causas mercedum introductas coram maioribus Magistratibus, nu. 9 192

Merces quibus personis, quando, &c. debeatur? remittitur, num. 9. ibidem.

Consultor an remoueri possit, vt suspectus, ob nouam causam suspicionis, num. 13 503

Consultores non possunt postea corrigere consilium, neque mutare, aut illi quicquam addere, num. 21 506

Intelligo, vt num. 24 ibidem

Consultores quid cauere debeant in compositione consilij, num. 20 ibidem.

Consultori debentur sportulæ ex statuto; sicut Sapienti ex iure communi debetur præmium pro iusto consilio, quod Iudici præstat, num. 26: 507

Consultor in articulo restitutionis in integrum incidenter, si petatur ab alterutra parte, an dari debeat? nu. 59. & 60. 61. 62. & 63. 106

Consultor similis est Iudici definitori, non autem interlocutori, num. 22. 506

Consultor si petatur in Curia Capitolina, & pars petens neglexerit per decem dies pro illius electione, Capitaneus poterit per se ipsũ causam expedire, num. 12 503

Consultor tenetur infra duos menses à die electionis acceptare, vel recusare, nu. 1. 505

Consultor, vel Sapiens potest eligi à partibus, si in aliquem consenserint, nu. 2. 504

Sed si partes non consenserint, tunc dantur schedulæ suspectorum, & num. 3 ibidem.

Quæ schedulæ cuius est, si à Iudice retineantur, & num. 4. ibidem.

Consulum Romanorum institutio, dignitas, & potestas, remittitur, num. 5. 43

Continentia cauæ diuidi non debet, n. 68. 106

Continentia, vel Suburbia quanta sint, Iudicis arbitrio relinquitur, vbi alias non appareat, num. 20 11

Continentia Vrbis, & Suburbia idem sunt, num. 19. 11

Contractus à mulieribus, & minoribus, initus sine solemnitatibus statuti, præsumitur damnosus, num. 35 421

Contractus annullatio dicitur pœna. n. 78. 353

Contractus appellatione in statutis an veniant, quasi contractus? remittitur, num. 11. 442

Cocontractus appellatione simpliciter non venit, quasi contractus: nisi in statuto fauorabili, nu. 17. & 19. 425

Contractus, arrha intercedente, habent viam summariam, num. 12. 229

Contractus certi si in statuto enumerantur, statutum ad alios non extenditur, n 77 353

Contractus conditionalis non probat debitum, num. 41 341

Contractus conditionalis reddit constitutum conditionale, quod non purificatis conditionibus nihil operatur, num. 36. 341

Contractus damnosi permittuntur in Statuto Vrbis, cap. 151. lib. 1. num. 85. 354

Contractus cũ filiofamilias consuleſcit, si patet

INDEX

contractum filii sui ratum habeatur,n.87. 430
Contractus donatio impropriè dicitur,n.5. 339
Contractus emptionis, an comprehendatur sub statuto de solemnitatibus contractuum?num. 37. & 44 333
Contractus emptionis est lesionibus, dolis, & machinationibus aptus,nu.25 340
Contractus emptionis est titulus oneroſus, non lucratiuus,num.13 ibidem.
Contractus, etiam de sui natura non lesiuus, comprehenditur sub Statuto Vrbis, cap.151. num.2.& 28 ibidem
Contractus ex causa necessaria, & iuris necessitate initus Statuto nostro non subest,n.2. 370
Contractus executionem petens,ex persona alterius implere debentis, repellitur exceptione non implementi,num.42 341
Contractus ille dicitur, in quo simultaneus duorum consensus interuenit,nu.88 354
Contractus illi possunt dici continere lesionem in quota certa, in quibus aliquid hinc inde datur, vel promittitur,num.86 ibidem.
Cõtractus impropriè dicitur donatio,n.87.ibid.
Contractus, in quibus indirectè potest cadere lesio,cõtinẽtur sub statuto prædicto,n.73.353
Contractus iudicatur euidenter vtilis ad effectũ statuti,quando ex parte mulieris, vel minoris, nulla interceſſit,obligatio,nu.32. 340
Contractus iurati non comprehenduntur in dispositione quantumuis generali.nu.27 251
Contractus libellarius, vel potius libellarius, hodiè ex communi vſu loquendi sunt idem., num.2 255
Contractus minorum, seu mulierum requirens ex statuto consensum, & præsentiam consanguineorum,valebit initus siue consanguineis, vbi illi haberi non possint,num.19. 331
Contractus nomen est generale, num.14. 401
Contractus nomen generale est ad omnes obligationes, quæ variis ex causis contrahantur, num.14 425
Contractus nominati qui sint;remissiuè,n.2. 435
Contractus non præsumitur vtilis; sed damnoſus,quando fuit omissa solemnitas legis, in eo requisita,num.30. 340
Contractus nullus nullam inducit obligationem num. 46. 427
Contractus omnes comprehenduntur sub Statuto Vrbis,cap.151.licèt quatuor tantùm enumeret, quando vnus ex numeratis illis implicitè saltem continetur,nu.27.29.p.350. & 100. 353
Contractus omnes, in quibus fraus inest, comprehenduntur ratione expressa sub Statuto, num.16 339
Contractus omnes,in quibus minores ac mulieres directè,seu indirectè decipi possunt, comprehenduntur sub Statuto,num.32. ibid.
Contractus omnes,in quibus mulieres,& minores decipi possunt, continentur sub Statuto Vrbis,lib.1. cap.151. licèt in eo quatuor tantum enumerentur,num 1. 338
Contractus omnes in quibus fraus donationis interuenire potest comprehenduntur sub statuto Vrbis,cap.151. num.47. 350
Contractus omnes in verbis Statuti comprehensi dicuntur, quibus ratio expressa conuenit, num. 11. 397
Contractus per mulieres,& minores initio sine solẽnitatibus statuti, vbi fint initi,nulla ipsorũ oritur obligatio etiam si receperint.num.37.341
Contractus prohibiti cum filiofamilias, an conualescere possint,postquam is sui iuris effectus fit? num.86 429
Contractus propriè nõ sunt;sed distractus, pacta de nõ petendo,refutatio,& quietatio.n.6.339
Contractus recognitionis bona fidei cum receptione pecuniarum, mulieris, & minoris statuto nostro, cap. 151. lib. 1. secundum aliquos non comprehenditur, sed vide contra., num.1.& 2.cum seq. 418
Contractus rescissio præsupponit validitatem illius,num.24 349
Contractus resoluitur defectu conditionis,num. 43. 341
Contractus retrouenditionis potest subiacere statuto Vrbis,cap.151.& 154.nu.35. 350
Contractus sine solemnitate præsumitur præiudicialis,ac damnoſus,num.5.& 6. 378
Contractus specificati in statuto comprehenduntur in illo, etiam si veniant in consequentiam aliorum, num.72 353
Contractus Statuto nostro, aut verbis specialibus, & ratione, aut ratione expressa, & generalibus verbis comprehenduntur, num. 11. 360
Contractus strictè interpretari debent : & in iis contrahentium mens attenditur, posthabita verborum significatione,n.40.& 41.364
Contractus nomine ; impropriè, & diuersius veniunt distractus,num.7. 339
Contractus vbi sit nullus,ex eo non oritur, nec obligatio ciuilis,nec naturalis,nu.49 427
Contractus venditionis cum pacto redimendi intra breue tempus,est vsurarius,nu.21. 434
Contractus vtiles minorum,& mulierum peracti absque solemnitatibus statutarijs, non sunt validi, num.45 334
Contractus vtilis mulieri,vel minori non continetur sub dicto statuto, num.26. contrarium, num.29.declara,num.30. 340
Contractus vtilis, quatenus sine solemnitatibus sustineri deberetur, intelligitur;si de vtilitate euidentissimè constet.num.30. 340
Contractus, ve rescindi possit,requirit lesionem vltra dimidiam,num.84 354.
Cõtractus materia à quibus pertractata,n.1.330
Contrahentes de soluendo monetam ad certam, & expressam æstimationem, secuta deinde illius monetæ mutatione, non possunt à conuentione recedere,nu.197 574
Intellige, ve num. 198 ibidem.
Contrarietas sententiarũ euitari debet,n.69.106
Contrariorum eadem est disciplina, num.9.pag. 146.num.10 391
Conuentio inter Clientem, & Aduocatum de honorarijs,&c. quando valeat,nu.36 555
Contumacia est causa condemnationis rei ad expensas,num.25 198
Contumacia in responsione ad positiones, vt inducatur,quæ requirantur per statutum.num. 76.& 77.78.79.pag.141. & 113 143
Et ab hac contumacia quælibet causa excusat, num.80. 141

INDEX.

Contumaci fictio non currit, ex iure communi tempus ad appellandum, nisi à die notitiæ sententiæ, num. 18. 468

Contumacis in respondendo pœna, remissiuè, 89. 142

Contumax audiri non debet, nisi refectis expensis, num. 4 183

Et facta sit contra eum executio, non revocatur per refectionem expensarum, nisi dederit idoneum depositarium, & nu. 5. 183

Et an statutum procedat in vero contumace, solum, an etiam in ficto, & num. 6. 8. & 10. 183

Contumax fictus est, qui personaliter citatus non fuit, sed ex præsumptione iuris tantum, non autem iuris, & de iure censetur habuisse notitiam citationis, num. 22. & 23. & admittitur etiam ad probandum se non habuisse notitiam citationis, & num. 24.

Contumax in respondendo positionibus, quibus de iure respondere debet, habetur pro confesso, num. 75 141

Contumax non est, qui nõ est citatus, n. 41. 465

Contumax verus dicitur, qui personaliter citatus comparere, contemnit: fictus autem, qui domi citatus fuerit, nec constat citationem peruenisse ad eius notitiam, num. 12. 183

Contumax verus est ille, qui personaliter fuit citatus, & non comparuit, & iste iure non auditur appellans, num. 20. & 21.

Copula Et, aliquando ponitur inter duo, quorum vnum ex necessitate inest alteri, nu. 1 185

Copula Et, aliquando stat ampliatiuè, nu. 4. 160

Copula, & etiam post specierum enumerationem generi adiecta, augendi vim habet, num. 25. 408

Copulæ, &, natura est ampliare, & augere, non restringere, num. 24 408

Copula Et, posita inter genus, & speciem, non inducit diuersitatem, nu. 5 185

Copula, &, quando ponitur inter talia, in quibus vnum, seu aliqua in alio comprehenduntur, dispositionem vnicam generalem efficit, & quasi in ipsum genus resolnitur, num. 23. 408

Corn. cons. 181. num. 6. cum seq. lib. 3. & Paris. cons. 53. num. 63. vers. vnde cum in præcedentis, lib. 3. reijcitur, num. 2 400

Corn. Eminentissimus Iurisconsul. in cons. 221. vol. 3. reijcitur, num. 121 415

Corn. in cons. 121, lib. 3. & Bero. in cons. 176. lib. 1. in quibus ad rem decepti, num. 45. 409

Correctio incontinenti, præsertim in Viris doctissimis, non est præsumenda, 75 412

Correctorum Collegium, quod erat Curiæ Capitolij, suppressit Sixtus Quintus in erectione Collegij Notariorum eiusdem Curiæ, n. 7. 61

Correctorum, & Proconsulum officia, & antiquorum Collegium Curiæ Capitolinæ, suppressa sunt per Constitutionẽ Sixti V. n. 5. 74

Credere firmiter significat constanter, & sine vlla dubitatione credere, num. 15. 22

Creditor anterior in quibus casibus possit auocare pecunias exactas per secundum creditorem? num. 7. & 8. 267

Creditores anteriores hæredes beneficiari tenẽtur eligere alijs petentibus creditoribus bona, in quibus satisfieri velint, num. 1. 376

Creditores anteriores hæredes prædicti beneficiati electione bonorum facta non habent viriationem, num. 2 376

Creditor calumniosè iurans suspectum de fuga, tenetur actione iniuriarum. num. 11. 197

Creditor cessionarius nominis debitoris potest contra ipsum via executiua procedere, si debitor principalis eidem creditori obligatus existat in forma Camerę: & potest agere eadẽ actione, quam habebat primus debitor contra ipsum secundũ debitorem, n. 97. & 98. 536

Creditores concedentes inducias, vel remittentes partem debiti, debent in vnum convenire: nec sufficit, quod singuli separatim solum subscribant, num. 10. & 12. 451

Creditor, cui obligatio fit facta sub certa specie monetæ, non tenetur recipere quamlibet aliam monetam ad monetæ permissæ æstimationem: de iure communi. Secus de consuetudine, num. 170. & 173 574

Intellige, vt num. 175. & 177. ibidem.

Creditores habent electionem quorum beneficio vti debeat debitor, cessionis ne bonorum, an iuduciarum quinquennalium: seu si inducias non concedunt, non possunt ideò impedire cessionem bonorum, num. 5. & 6 451

Creditores habentes actionem realem, & agentes rei vendicatione, non sunt propriè creditores, num. 53 444

Creditor iurans debitorem suspectum de fuga, censetur implicitè iurare, quod idem debitor non possideat bona immobilia sufficientia, num. 8. & 24 197

Creditores non defraudantur, cum quid non acquiritur à creditore, sed cum quid de bonis diminuitur, num. 10 239

Creditor posterior impediri non potest ab anteriore in executione sententiæ pro suo credito, num. 1 266

Creditor recipiens, quod sibi debetur, cautionem tantum simplicem, ad probandam solutionem, facere tenetur, ex l. necessitate, num. 22 420

Creditor recipiens, quod sibi debetur, tenetur cautionem facere, & Instrumentum ad probandam liberationem, quæ solutione ipso iure inducitur, num. 18 429

Creditorum appellatione in statuto de præscriptionibus veniunt creditores cuiuscunque generis contractus. Et venit etiam hæres, & hæreditas iacens, quoad effectum, vt currat præscriptio statutaria, quæ erat inchoata contra defunctum, nu. 56. p. 444. & nu. 58. 445

Creditum ex obligatione tutelari oritur ex quasi contractu, num. 11 442

Creditum non dicitur extare ex contractu conditionali, num. 41 341

Creditur cuique in spectantibus ad officium suum, num. 161 19

Crescent. decis. 3. de Const. generaliter intelligitur per Rotam in omni contractu, in quo ratio Statuti vigeat, num. 12. 360

Crimen læsæ Maiestatis censetur habere priuatos carceres, num. 1 202

Crimina priuata, quæ sint: & discrimen inter publica, & priuata, num. 12. & 13. 241

INDEX.

Crimina publica, quæ sint, num. 9. 241
Criminales cause procedunt per viam accusationis, vel inquisitionis, num. 1 ibidem.
Criminalis actio datur contra turbantes aliorum possessionem, num. 18 458
Criminalis iurisdictio fori Capitolini, quo ad modum procedendi per inquisitionem, ad certos casus expressos restringitur, nu. 18 35
Cristinis qualitas dignoscitur ex qualitate pœnæ, num. 7 241
Curator ad lites, si recuset onus, an possit compelli per Iudicem ad illud suscipiendum? n. 7.
Et à quo Iudice detur? num. 8. 98
Curator, de quo Statutum, an debeat satisdare rem pupilli saluam fore? nu. 4. & 5. 97
Curator in contractibus alienationum quomodo deputetur, remissiuè. nu. 46 214
Curatoris ad lites officium non consistit in administratione, num. 6. 47

D

DAmnatorum bona non confiscantur ex iure communi, nisi in crimine læsæ Maiestatis: & in crimine hæresis, num. 14 241
Damnatus de crimine publico est infamis, num. 40. 70
Damnosi contractus permittuntur à statuto, lib. 1. cap. 151. num. 85 354
Damnosus præsumitur contractus, non autem, veluti si fuit omissa solemnitas legis, in eo requisita, num. 31 340
Datio in solutum obtinet vicem venditionis, & acquirit dominium rei datæ creditori, sicuti emptori acquiritur per venditorem, num. 63. & 64 533
Et reuocari non potest, & num. 65 ibid.
Contrarium, num. 66 ibid.
Et quomodo procedat, num. 67 534
Debeat, verbum importat necessitatem, num. 83. ibid.
Debeat, verbum, positum in cap. 3. lib. 1. Statutor. stat pro Deceat. num. 10. 88
Debitor ad effectum euitandi mandatum suspicionis fugæ, sat est, si possideat bona stabilia in loco sui domicilij, licèt maneant sub diuersa iurisdictione, nempè Venetijs sit domicilium, & locus iudicij Romæ, nu. 27. 51
Debitor an, sicut potest hæreditatem, ita possit repudiare legatum, sibi factum rei immobilis? num. 11 239
Debitor calumniasse negans debitum, si per publicum instrumentum conuincatur, habetur pro confesso, nec impedire potest executionem rei iudicatæ, num. 85 535
Amplia, vt num. 86 ibidem.
Debitum debitoris, vt iure exigi possit, quæ requirantur, nu. 75. 76. 79. 82 534
Debitor debitoris si neget debitum, quid agendum creditori? num. 91. & 92 535
Debitor de fuga suspectus, præstita cautione relaxatur. Et cautela in tali casu pro creditoribus, num. 12. & 13 197
Debitore constituto in mora, potest quilibet creditor petere interesse, num. 35 289
Debitores iudicati carcerari possunt ex iure ciuili, ac etiam ex iure 12. Tabularum, nu. 11. & 12. 524
Debitor ex Instrumento habente executionem paratam, habetur pro condemnato, nu. 12. 472
Debitor fugitiuus captus nulliter pro vno debito, an possit retineri validè pro altero? nu. 47. & 48. 200
Debitori morosò non imputatur amissio lucri creditoris, num. 186. 575
Debitor nihil aliud habens in bonis, quàm nomina debitorum negantium debitum compelli potest à creditore, vt ea cedat, vel hypotecet, num. 96 536
Debitor non valens dare cautionem admittitur ad cautionem iuratoriam, cum generali hypotheca bonorum, & cum adiectione pœnæ, num. 18. & 19 451
Debitor non valens satisfacere, vel satisdare creditori, potest etiam ex iure communi, mancipari carceribus, creditor instante, num. 20. 473
Debitor, nulliter captus vti suspectus de fuga, si verè constet de eius debito liquido, non est relaxandus, sed retinendus, num. 34. & 45. 199
Contrarium, si non constaret de debito, & quidem liquido, & debitor nulliter aliàs esset captus, & num. 39. 199
Debitor pauper carceratus, alendus est à suo creditore, si diues sit, & possit illi alimenta submministrare, tàm ex statuto, quàm ex lege 12. Tabularum, num. 10. & 11 525
Debitor possidens bona immobilia sufficientia ad persoluendum debitum non potest de iure iurari suspectus de fuga, num. 9 197
Debitor potest vti cessione, bonorum etiam, postquam creditores declarauerint se velle, quinquennales inducias concedere, num. 8. 451
Debitor, puta ex causa census, si soluat in pecunia minoris æstimationis, vel secundùm valorem temporis solutionis, & hoc faciat per triginta annos contra priuatam personam, & per quadraginta contra Ecclesiam, tueri se potest præscriptione, num. 187 575
Declara, vt num. 188. & 190 ibidem.
Et procedit etiam viceuersa ad fauorem creditoris contra debitorem, & nu. 195. ibidem.
Et quid de præscriptione statutaria? & num. 191. ibidem.
Debitor, qui negat totum, sciens de debere partem, an constituatur in mora quoad totum? num. 54. & 55 546
Debitor relaxatus per cautionem de stando iuri, & se repræsentando, an videatur approbasse capturam aliàs nullam, num. 26. p. 198. & num. 27. 28. 199
Debitor repudians legatum sibi factum, præsumitur velle vti arbitrio, sibi à iure concesso, num. 24 239
Debitor, si aliàs habuit dilationes, debet de illis facere mentionem in rescripto nouæ dilationis, num. 20 452
Debitor, soluens verum debitum, non censetur sentire damnum, num. 42 199

INDEX.

Debitor totum debitum negare potest, quando creditor plus debito petit, n. 51
Intellige, vt n. 52 546
Debitum lucri dotalis est voluntarium, n. 48
Et non est compensandum cum legato, & num. 49 277
Limita vt n. 50 ibid.
Debitum non probatur, imò nec venire dicitur, ex contractu conditionali, n. 41 341
Deceptus esse, ac dici quis potest, etiam si commutativa iustitia inspecta minimè lædatur, num. 138 416
Deceptio in mulieribus, & minoribus facilè contingit, n. 5 364
Deceptio, & fraus non possunt stare sine læsione, num. 103 356
Decima cui debetur, potest petere interdici Domino fundi, ne fructus colligat, vel exportet nisi eo, vel eius nuncio, præsente, n. 5 253
Decis. 1. post Pic. hæc generaliter statutum intelligit ex mente Rotæ, n. 8 379
Decis. 195. apud Caputaq. par. 3. in statuto transactionem comprehendens generali ratione, qua cæteri penè omnes comprehenduntur, eadem ad omnes adducitur. 367
Decisiones 3. & 199. par. 3. Veral. quomodo intelligantur, & n. 11. 12. & 13 368
Decis. 3. lib. 3. Caputaq. declaratur, n. 2 377
Decisio 9. Put. de constit. alias 100. lib. 1. declaratur, n. 4 362
Decis. 56. num. 5. post Zacch. de Societ. coram Card. Millino perpenditur, n. 16 419
Decis. 41. post Pic. ad Statutum nostrum intelligitur, n. 4 385
Decisionis 55. Putei lib. 3. explanatio, num. 1. & 3 363
Decis. 55. Put. lib. 3. declaratur remissiuè, nu. 1. 365
Et eam intelligitur generaliter in omni contractu procedere Statuti ratione affecto, num. 2. 365
Decis. 164. Sanctissimi Greg. XV. adducitur, & intelligitur, n. 7 382
Decisio 260. Sanctiss. Greg. XV. generaliter intelligitur, & approbatur, n. 4 383
Decis. 344. apud Card. Mantic am, quando procedat, n. 26 421
Decis. Rom. Salu. Interd. 9. Decembris 1613. coram Reuerendiss. Domino Coccino, quomodo procedat. 421
Decis. 385. par. 1. recent. perpenditur, n. 6. 389
Decis. 595. par. 1. recent. intelligitur, n. 2. 390
Decisio 1133. Card. Seraph. declaratur. 370
Decis. 1242. coram Card. Seraphino perpenditur, n. 74 411
Decisio hæc 5. post Pic. in omnibus nostrum statutum procedere voluisse, intelligitur, n. 2. 375
Decis hæc 6. post Pic. generaliter intelligit statutum nostrum ex mente Rotæ, n. 10 381
Decisio hæc 529. par. 1. diuers. ad omnes contractus generaliter comprehendendos adducitur, n. 4 369
Decis Put. 146. lib. 3. ponderatur, n. 2 365
Decis. Pot. 160. lib. 3. declaratur, & seq. n. 4. 367
Decisio Putei 158. alias 162. par. 3. generaliter voluisse in prima parte Statuti antiqui omnes contractus comprehendi, in quibus viget tra-
tio, intelligitur, num. 4 163
Decisio R. P. D. Buratti in eadem Causa Romana Altius non tollendi, n. 42 217
Decis. Romana Societ. offic. 13. Februarij, 1606. coram Lætta, quomodo intelligatur, & procedat, n. 28 421
Decisio in statuto nouo loquens ad resolutionē antiqui deducitur, n. 7 375
Decisionem Comituli 44. post Pic. de omnibus contractibus intelligere statutum Rot. declarat. n. 6 ibid.
Decisiones, & resolutiones Rotæ promiscuæ interpretationi Statuti Vrbis, ac Marchiæ Constitutionis deseruire, ac vsurpari, n. 25 393
Decisiones huius 7. Putei lib. 3. intellectus, 3. & 4. n. 2 364
Decisiones, quæ sunt ad fauorem Ecclesiæ, in dubio sunt sequendæ, n. 66 261
Decisiones Rotæ propter *DD.* grauitatem, & præexcellentem doctrinam, ab omnibus Iudicibus sunt amplectendæ, n. 127 416
Decisiones Rotæ secundum iuris dispositionem sunt intelligendæ, n. 125 415
Decisiones Rotæ, vbi adsunt, non est generalibus inhærendum, n. 126 416
Decisiones sunt intelligendæ iuxtà Doctores, & alias decisiones adductas, n. 28 348
Decisionis Achil. 1. de Confessis. intellectus, num. 2 366
Decisionis in Romana hæreditatis de Ghisijs 26. Octobris 1588. coram Gypsio, intellectus, num. 5 374
Decocti rapelluntur à testificando in causis criminalibus, atque etiam in ciuilibus arduis. n. 30 240
Decoctores vulgo falliti dicti ad mentiendum, faciles sunt & qualiter in præiudicium creditorum soleant simulatè contrahere, remissiuè, num. 29 240
Decoctor quis dicatur, n. 1. & 4. & qui materiam istam tractarint, n. 2 238
Decretum an interponi possit per Iudicem die feriata in honorem *Dei* n. 11 118
Et num. 12 ibid.
Decretum Camerale pro inquilinis quid contineat, n. 21 245
Decretum impositum ex causa partim vera, partim falsa, corruit in totum in indiuiduis, & inseparabilibus, n. 24 531
Decretum irritans, seu annullatiuum dat formam actui: qua non seruata actus est nullus ipso iure, n. 58. & 60 492
Et adiectum simpliciter constitutioni destruit quicquid in contrarium est factum, & num. 59 ibid.
Et habet tacitam conditionem; videlicet, si is cuius fauorem respicit, eo vti voluerit, 492. & num. 63 493
Decretum Iudicis est necessarium in constitutione Actoris ad lites pupilli, num. 12. & 18. Declara, vt n. 19 93
Decretum Iudicis, &c. debet interponi ex vera causa, non autem falsa, alias erit nullū, & obligatio minoris pariter nulla, n 24 233
Ampliatio casu quo Decretum interpositū sit partim ex vera, partim ex falsa causa, & num. 25 ibid.

Decre-

INDEX

Decretum Iudicibus in alienationibus minorum facit, vt præsumantur omnia legitimè facta, omnisque doli, ac fraudis suspicio tollatur, num. 23 233

Decretum Iudicis in contractibus alienationis non debet interponi diebus feriatis in honorem Dei, n. 34 ibid.

Intellige, vt n. 35. p. 233. n. 36 234

Decretum Iudicis non validat donationem factam sub nomine venditionis, n. 19. 148

Decretum Iudicis super admissione iuxta formã statuti, positionum, & articulorum euidenter impertinentium, an iure subsistat, n. 11. 12. 13 p. 147. n. 14 148

Defensio iure naturali reo debetur, n. 16 27

Defensio nemini tolli debet, n. 7 159

Defectio rei communis an in dubio præsumatur facta nomine proprio, an communi, n. 3. 223

Delegatus à Principe potest suam exequi sententiam, non solùm de iure Canonico, sed etiam de iure Ciuili, n. 68. & 69. 547

Delegati iurisdictio finitur, cum pronunciat causam desertam, n. 40 483

Delegatio vt inducatur, tria concurrere debent ex iure communi: secus ex statuto, num. 105. & 106 536

Delicta quænam sint, de quibus in foro Capitolino per inquisitionem cognosci possit, n. 33. 35

Delictum non debet præsumi, n. 10 294

Delictum quando sit maris, cognitio illius pertinet ad locum, de cuius Districtu est mare, num. 84 567

Et quid si commissum sit inter duas Ciuitates æquè distantes, & n. 85 ibid.

Et eadem pars maris ad plures pertineat, datur locus præuentioni, & n. 85. & quis in tali casu dicatur præuenisse, & n. 87 567

Delinquentes in officio, & remotus ab eo propter delictum, officium illud amplius exercere non potest, n. 14 57

Depositi receptio continetur sub Statuto Vibis cap. 15. lib. 1. n. 21 340

Depositi receptio, & obligatio de illo restituendo facta sine solemnitatibus statuti est nulla, num. 70 332

Depositum, de quo statuto de deposito faciendo in appellationibus, &c. faciendum est non solum in causis ciuilibus, sed etiam in criminalibus, quando reo imposita sit pœna pecuniaria, n. 23 473

Desertio appellationis, quando, & quibus modis inducatur, remissiuè, n. 41 483

Desertio causæ appellationis per lapsum quadriennij absque fatalium prorogatione inducitur, n. 11 388

Desertionis cognitio pertinet ad Iudicem, ad quem, vbi tamen appellatio coram ipso introducta sit, n. 25. At si non fuerit introducta alterater Iudex de ea cognoscere potest, num. 26 482

Deterioratio conditionis debitoris debet ex iure communi constare ante mandatum suspicionis fugæ. Nec etiam sufficit quæcumque deterioratio, sed notabilis, n. 18. & 20 198

Deterioratio conditionis, &c. debet probari, quod subsecuta sit post contractam obligationem, n. 19 198

Determinatio respiciens plura determinabilia debet pariformiter determinare, n. 18 146

Dictio, Ad, cum gerundio in accusatiuo, finalem causam significat, n. 1. 457

Dictio A, est exclusiua, n. 3 467

Dictio, Aliquis, comprehendit omnes ordinas vniuersaliter absque vlla distinctione, num. 4.

Dictio A, separat, & excludit terminum cui adijcitur, n. 8 529

Dictio A, vel Ab, adiuncta numero dierum, semper excludit terminum, cui adiungitur, num. 38 328

Dictio, A, vel Ab, posita in termino, ponitur exclusiuè, n. 51 170

Dictio Et, aliquando stat declaratiuè, n. 1 324

Dictio Etiam, implicat: ostendit, & determinat casus magis dubitabiles, n. 14 339

Dictio Etiam, solet exprimere casum magis dubitabilem, n. 14 164

Dictio etiam, solet ex sui natura exprimere casum magis dubitabilem, & implicare minus dubitabilem, n. 7. & 8 324

Dictio Etiam, stat augmentatiuè, & ampliatiuè, num. 96 355

Dictio, et, poni solet inter diuersa, n. 1 163

Dictio, Infra, excludit diem, quo terminus assignatur, n. 3 193

Dictio, Ipse, est personalissima, n. 4 508

Dictiones, quæ repetitionem fundent, quæ remittiuè, n. 66 421

Dictiones taxatiuæ non excludunt casus eandem rationem habentes, n. 6 362

Dictiones taxatiuæ non excludunt casus similes expressis, n. 5 ibid.

Dictio, Nisi, post negatiuam dispositionem affirmatiuam inducit, n. 8 391

Dictio, Nisi, quando habet negatiuum præcedentem concludit, & affirmat, n. 13 472

Dictionis, Quacunque, vis, n. 2 147

Dictio Nulla, est vniuersalis negatiua, n. 10. 472

Dictio Nullatenus, excludit omnem iurisdictionem, n. 43. 120

Dictio Nullatenus, quid importet; remissiuè, num. 22 278

Dictio, Nullus, importat ipso iure, n. 10 392

Dictio, Omnino, aliquando importat executiuè, ac præcisè sine vlla exceptione, n. 76 262

Dictio, Omnino, comprehendit omnes casus, & excludit exceptionem, & vim habet prohibendi simpliciter, omni tempore totaliter, & indistinctè, n. 7. & 8 187

Dictio, Omnino, omnem excludit exceptionem, num. 57 105

Dictio Omnis, nihil excludit, n. 1 431

Dictio, Per omnia, infert omnem substantiam, & qualitatem, n. 7 172

Dictio Perpetuo, multifariè accipitur secundum subiectam materiam. Et in casu prohibitionis factæ à statuto, significat quod nullitas semper duret, n. 79 494

Dictio Præsertim, exprimit casum minus dubitabilem, & includit etiam magis dubitabilem, num. 12 194

Dictio, Præsertim, includere solet etiã alias personas, quæ non veniant sub appellatione nominatarum, n. 4 457

Dictio Præsertim, quid significet, n. 31 240

INDEX

Dictio, Quicunque, comprehendit etiam impropria, & abusiua, n. 5 238
Dictio, Quatenus, exponi solet pro inquantum, & pro ea parte, n. 99 536
Dictio, Quatenus, importat conditionem, & æquipollet dictioni dummodo, num. 3. & 4. pag. 462
Dictio Quatenus, stat limitatiuè ad clausulam statuti, cui apponitur, n. 16 490
Dictio, Quicunque, comprehendit etiam casus improprios, & latius patet, quam dictio Omnia. Et includit ēt ea, quæ specialem mentionem requirunt, n. 9. & 10. 187
Dictio, Quicunque, est vniuersalis, & comprehendit casus etiam improprios, & latius patet quam dictio, Omnis, n. 25 260
Dictio Quicunque, omnes includit, etiam personas priuilegiatas, n. 13. 14. & 15 146
Declara in casu statuti, vt nō comprehendat minores, n. 16 ibid.
Dictio Quilibet, est distributiua, & attribuit vnicuique actum insolidum, n. 2 454
Dictio Quilibet, est vniuersalis, & cuilibet attribuit insolidum, n. 3 210
Dictio Quilibet, idem operatur, ac dictio Omnis excepto quod attribuit in solidum, & omnis, attribuit simul, & collectiuè, n. 8 541
Dictio Quodammodo, improprietatem demonstrat, n. 10 317
Dictio Quoquomodo, est vniuersalis, & modum omnem comprehendit. Restringitur tamen ad modum proportionabilem materiæ, de qua agitur n. 30. 426
Et num. 31. & ad id quod est rationis, num. 32 ibid.
Dictio Res, est generalis, n. 5 210
Et comprehendit mobilia, & immobilia, & iura, num. 10. & 11 226
Dictio Seu, aliquando stat ampliatiuè, num. 6. pag. 351
Dictio Seu, arguit similitudinem eorū, inter quæ ponitur, n. 6 264
Dictio Seu, disiungit verba, sed coniungit sensum num. 14 137
Dictio Seu, poni solet inter Genus, & Speciem. num. 14 487
Dictio Seu, potest stare declaratiuè: & ampliatiuè, n. 2 & 3 222
Dictio Si, denotat conditionem, n. 25 554
Dictio Simpliciter, variis modis accipitur in iure, n. 46 139
Dictio Siue, quandoque stat expositiuè, num. 1. pag. 121
Dictio, Si verò, solet præcedentibus aduersari in facto, & in iure, n. 30 482
Dictio Tantum, est taxatiua, & excludit omnes casus positos extra orationem, in qua ipsa est. num. 11 194
Dictio, Tantum, excludit omne aliud, præter expressum, n. 31 349
Dictio, Tantum, taxatiua, & aliorum exclusiua, num. 2 362
Dictum, quid Contrahentibus licet se invicem decipere, procedit in foro exteriori tantum, non autem in foro interiori, n. 12. & 13 433
Intellige vt n. 14. & 15 ibid.
Dictum Doctoris intelligi debet secundum *Doctores*, quos allegat, num. 39 476
Dies concessi à lege debitoribus ad reluenda pignora, &c. vocabantur iusti, n. 10 530
Dies continui, qui dicantur, n. 123. & 124 569
Dies de iure communi alij sunt vtiles, alij continui, n. 120 ibid.
Dies in hoc statuto intelligitur ab ortu ad occasum Solis, n. 2 115
Dies, in quibus Prætor ius dicit, appellātur *Dies Sessionum*, n. 7 ibid.
Dies vtiles appellari solent dies sessionum: & dies iuridici, n. 121. & 122 569
Dies, quot, & quibus modis accipiatur, num. 3. Et num. 4 115
Difficilis, & impossibilis, idem sæpè iudicium fieri potest, n. 93 517
Diffidati verbum frequenter in Statutis Vrbis habetur, n. 15 24
Et qui mandat aliquem interfici per assassinium, n. 17 ibid.
Item Hæretici omnes, n. 18 ibid.
Diffidatus, & bannitus declaratur quicunque offendens Sanctę Romanæ Ecclesię Cardinalem, num 16 ibid.
Dilatio ad probandum non est facilè danda ei, qui ad agendum debuit venire instructus, nu. 44 514
Dilatio concessa à Principe non comprehendit debita iurata, n. 44 453
Dilatio data ad probandum an currat, donec respondeatur positionibus? n. 88 142
Dilatio datur ei, qui tenetur respondere positionibus, si dubitet de modo respondendi, nu. 12. pag. 137
Dilatio, & Remissio habent similitudinem inter se, n. 11 358
Dilationes concessæ in Foro Capitolino, quot sint, & quot dierum, n. 18 122
Dilationes datæ in causa Conuentionis currunt etiam in causa Reconuentionis, n. 36 133
Dilationes iudicij debent in actione dotis abbreuiari, quantum fieri possit, sine incommodo litigantium, n. 19 178
Dilatio quæuis probatoria in causis ciuilibus est peremptoria, n. 15. 122
Limita remissiuè, n. 16 ibid.
Dilationes quinquennales concedi possunt à solo Principe, n. 21 452
Dilationes probatoriæ debent esse communes vtrique Parti, n. 4 159
Dilatio quælibet, & præscriptio continua intelligitur de diebus currentibus, nisi aliter expressè cautum sit, n. 126 569
Dilatio quando intelligatur calumniosè petita; & non concedatur, n. 6. 8 10 & 14 158
Dilationes, qui vult, debet eas petere, n. 5 159
Diligentia præsumitur in priuata persona circa res proprias, n. 28 443
Diligentia præsumitur in rebus proprijs: & diligentior præsumitur ille, quem res magis tangit, n. 94. & 95 536
Diminutio quantitatis legitimæ, & onus eidem adiectum, sunt res diuitæ, n. 45 302
Disposita per legem in alicuius fauorem nunquā habent locum, nisi ab eo petantur, n. 2 62
Dispositio à præfatione restringitur, & declaratur, n. 10 232

INDEX.

Dispositio eadem, plura pariformiter respiciens æqualiter omnia determinare intelligitur, nu. 10 193

Dispositio l. hac editali, C. de secundis nupt. tolli potest per statutum. At in dubio non præsumitur statutum id facere, n. 9. & 10. sed requiritur expressa derogatio, & num' 11. vel saltem, quòd verba statuti ita sint concepta, vt se compati non possint cum ipsa lege, & num. 12 275

Dispositio non intrat, vbi verba non conueniũt, num. 75 352

Dispositio noua potius est intelligenda, ne aliquid addat iuri communi, quàm vt ex ea quis indebitè damnum patiatur, n. 61 557

Dispositio quæuis, etiam exorbitans, & correctoria, extendi debet in fauorem piæ causæ, num. 18 296

Dispositum de vno in æquiparatis, cẽsetur æquè dispositum, de altero, n. 10 167

Dispositum præsumitur illud, quod verisimiliter fuisset dispositum, si statuens de hoc fuisset interrogatus, n. 53 260

Distractus, & donatio saltem ex simultaneo consensu largè contractus censentur, n. 8 407

Distractus, impropriè, & difficilius, veniunt, sub nomine Contractus, n. 7 339

Distractus largè, & impropriè, contractus dicuntur, n. 2 407

Distractus sunt, pacta de non petendo, refutatio, & quietatio, potius, quàm contractus, num. 6. 339

Districtus à distringendo, & in vincula trahendo nomen accepit: & propriè quis sit, num. 67. & 69 566

Latius patet quàm Territorium, & num. 68 ibid.

Et quicquid de nouo accedit Ciuitati, nisi concedatur sub nomine Comitatus, dicetur Districtus, & n. 70 ibid.

Districtus alias dicitur etiam Territorium, cui inest iurisdictio, n. 15 32

Districtus complectitur Territorium, & pro vno, & eodem sæpè ponuntur, n. 96 568

Districtus datur etiamin Cœlo, & in Aere, num. 82 567

Districtus datur etiam in mari: & dicitur aquæ spatium, seu latitudo munita iurisdictione, & imperio, n. 79. & 80 567

Districtus dicitur Territorium, cui inest iurisdictio, & quid, quantumque comprehendat, num. 11 32

Districtus est propriæ Ciuitatũ Comitatus autẽ particularium Dominorum, n. 17 32

Districtus latius patet, quàm Comitatus, num. 12 32

Neq; comprehenditur sub statuto loquente simpliciter de Comitatu, n. 13 32

Districtus est triplex ex conuentione, ex priuilegio, ex præscriptione, n. 71 566

Districtus nomine, vt quid contineatur, quæ requirantur, n. 73 ibid.

Districtus non venit in edictis nomine Ciuitatis, num. 94 568

Districtus quomodo probetur, remissiuè, num. 98 ibid.

Districtus vocabulum apud nemisem ex antiquioribus latini sermonis scriptoribus reperitur: vsitatum tamen est in Decretalibus, num. 65. & 66 566

Districtus Vrbis antiquitus complectebatur centum milliaria ex omni latere, tam in mari quàm in terra: hodie verò quadraginta milliaribus vndequeque finitur, num. 95. & 97.

Declara vt n. 99. 568

Districtus Vrbis passibus quadraginta millibus circumquaque finitur, num. 18. 32

Diuersa quæ habent nomina, diuersam substantiam habere censentur, num. 6. 305

Diuisio bonorum communium, quare admittenda, num. 24. 211

Diuisio comprehenditur sub statuto Vrbis, cap. 151. num. 61. & 62. 351

Diuisio de castris peti, ac decerni debet, n. 1. 211

Diuisionem potest quilibet petere. num. 21. ibid.

Ampliat, vt num. 23. ibidem

Diuisionem statutum nostrum includit. n. 1 387

Diuisiones sæpè fiunt iudicio sortium. n. 14. 210

Diuisio permutatio dicitur, n. 6. 387

Diuiso per sortem facta, læsionis causa retractari non potest; neque impediri per appellationem, num. 15. & 16. 210

Et an possit in tali casu enormis læsione implorari officium Iudicis. nu. 18. & 19. ibid.

Diuisio statuto nostro cõprehenditur, n. 20. 339

Diuisio transactionis species dicitur, n. 4. 387

Diuisio videtur quodammodo actus necessarius. n. 1. 387

Doctori asserenti aliquid seruari de consuetudine, seu vsu fori, credendum est. num. 31. 499

Declara, vt num. 33. ibidem

Doctori attestanti de consuetudine credi debet, num. 14. 167

Doctori attestanti de consuetudine credi debet. num 41. 544

Intellige, vt num. 42. ibidem

Docum. ta legitima ad effectum probandi creditum. sunt tam testes, quam instrumenta, num. 24. 452

Dolus, & deceptio in obligatione mulieris pro viro, & cum viro præsumitur, nisi concludenter in rem ipsius verso probetur, n. 19. 422

Dolus, & deceptio per statutum nostrum non fingitur, sed præsumitur, n. 11. 366

Dolus, & fraus consideratur etiam sine læsione, num. 139. 417

Documentorum appellatione in statuto, comprehenduntur etiam apocha. n. 8. 177

Domicilio electo, ad effectum citationis, non admittitur variatio; nisi tuta causa variationis subesset, n. 11. p. 113. num. 12. 114

Domicilium originis, & domicilium habitationis in dubio, quod nam præualeat, n. 15. 80

Domicilium, quem contraxisse, quibus coniecturis dignoici possit, n. 18. 80

Domicilium quis habere dicitur, vbi larem, rerumque suarum summam constituit, num. 10. ibidem.

Dominium, & possessio differunt inter se, n. 9. 316

Dominum honorare videor, si eius subditum honoro, n. 3. 50

Dominium non transfertur ex solo titulo venditionis, vel donationis, etiamsi esset venditio vniuersalis, n. 1. & 2. 224

Domi-

INDEX.

*D*ominium rei legatæ, à morte testatoris transit recta via in legatarium.n.12. 239
Dominium transfertur per traditionem,n.3.224
Dominus est Iudex ordinarius inter suos Vasallos, inferiores tamen, n.6. 265
Dominus fundi, si post denunciationem sibi factam à Colono partiario, iuxta dispositionem statuti nollet impartiri licentiam vindemiandi, & vuæ iam maturæ essent, quid agendum? num. 7. 253
Dominus rei emphyteuticæ an possit expellere emphyteutam auctoritate propria, si canonem debito tempore non soluerit, vel ex alia legitima causa à iure suo ceciderit? n. 15. & 16 249
Domus solitæ habitationis quæ præsumatur? num. 6. & 7. 109
Donare est perdere, n.10.p.540. & n.79. 331
Donare, & refutare dicitur,remittens,n.2. 147
Domicilium quot modis quæratur.remissiuè,nu. 11 80
Donans dicitur perdere,n.136 416
Donare omnibus licèt de iure communi, num. 76 153
Donatio continens gratuitum sapit potius naturam remunerationis, & permutationis, quàm donationis,n.19 322
Donatio de sui natura damnum, ac præiudicium donanti infert.n.135. 416
Donatio est impropriè contractus, num. 3. pag. 407. num. 5. 539. num. 87. 354
Donatio facta filio ex causa affectionis, vel alia causa valet sine solemnitatibus,Statuti Vrbis, num.7 347
Donatio facta per sponsum sponsæ, eorum, quæ necessaria sunt ad contrahendum matrimonium,est valida,n.11 284
Donatio facta sub nomine venditionis comprehenditur statuto,n. 25 349
Imò secundum aliquos non comprehenditur,n.26 ibid.
Donatio facta sub velamento venditionis,etiam cum decreto Iudicis non valet, n.19 348
Donatio inter sponsum, & sponsam regulariter iure permittitur.n.3 284
Donatio inter virum,& vxorem regulariter prohibetur à iure communi. Limita,quid vbi per donationem patrimonium coniugis donantis non diminuitur, sed lucrum quod fieri potuisset remittitur,donatio, num.2. & 7. 284
Et in quibus alijs casibus permittatur, remissiuè num. 8 284
Donatio mulieris cum Statuti nostri solemnitatibus valet,num.3 386
Donationem à minore factam, non tendere in præiudicium ipsius, vix iurari potest, num. 10. 339
Donationem sapit confessio receptionis pretij facta per minorem in instrumento venditionis, & subiacet Statuto Vrbis, cap.151.num. 8. 347
Donationes anulorum, vestium inter sponsos, quando præsumantur, & quando non; & quando valeant, & quando non; remissiuè, num.9 284
Donationes causa mortis non requirunt insinuationem,num.30 327
Donationes inter virum, & vxorem iure communi expressè sunt prohibitæ,num 6. 321
Donationes, quæ de iure insinuationem non requirunt,remissiuè,num.19 327
Donationes, quæ fiunt sub colore aliorum contractuum maiorem fraudem cõtinere possunt, quàm simplices,num.9 348
Donationi à iure prohibitæ, nè fraus fiat nonvalet fideiussio mulieris pro marito,n.44. 350
Donationis fraus quando potest interuenire, seruari debent solemnitates statuti, cap. 151. lib.1.num.47 350
Donationis insinuatio ex Statuto Vrbis,cap.150. lib.1. requiritur vltra summam ducatorum 200.num.99. 355
Donationis insinuatio requiritur ad euitandas fraudes, num.98 ibidem.
Donatio non præsumitur,num.29. 448
Donatio non præsumitur: & vbi potest sumi alia coniectura, quam donationis,illa semper sumitur,num.5.& 6. 321
Donationum argumentum qui pertractarint, nu. 1. 225
Donationum inter virum, & vxorem argumentum quis tractarit,num.1. 383
Donatio propter nuptias æquiparatur doti quò ad pacta,& actiones,num.4 177
Donatio propter nuptias, & bona paraphernalia, in restitutione procedunt pari passu cum dote, num.26.& 27 270
Donatio propter nuptias non comprehenditur sub dispositione statuti,nu.16.& nu.56. declara,vt num.60 351
Donatio remuneratoria non est vera, & propria donatio,num.15 322
Donatio requirens insinuationem debet necessario in scriptis celebrari,num.11. 326
Donatio si sub aliquo pacto contineatur statuti solemnitates sunt seruandæ,num.11. 348
Dos congrua quæ sit decerni debet arbitrio Iudicis,num.41 301
Dos, & donatio propter nuptias æquiparantur in iure; excepto tamen priuilegio prælationis,nu. 38 290
Dos,& donatio propter nuptias æquis passibus ambulant quoad conuentiones, & pacta: Et sunt correlatiua, num.4.& 5. 251
Dos,& donatio propter nuptias non comprehenditur sub dispositione dicti statuti, num.16. & 59.declara,vt num.60 351
Non autem æquiparantur quoad priuilegium Assiduis,C.qui pot.in pign.hab nu 6. 251
Dos,& pia causa æquiparantur,nu.27 256
Dos in casu statuti videtur congrua, licet sit minor legitima dummodo filia non sit enormitèr læsa Limita,vt num.39.40 308
Dos in casu vergentis viri ad inopiam non restituitur verè vxori, sed collocatur in toro, vt ex eius fructibus se vna cum viro, & cum filijs sustentare possit.Contrarium quod verò restituatur,num.14.& 18 269
Dos in pecunia consistens deponi debent penes mercatores ad honestum lucrum,n.17. 269
Dos in quo casu sequestretur matrimonio constante? num.5. 293
Dos legitimè detrahitur ex bonis fideicommisso subiectis,num.34 276

INDEX.

Dos non comprehenditur in generali dispositione statuti, vbi certo in casu reperitur priuilegiata, n. 45 444
Dos non venit in generali dispositione legis, vel statuti, vbi reperitur specialiter priuilegiata in casu eiusdem l. vel statuti; aliàs verò comprehenditur in l. vel statuto generali, n. 16 178
Dos præsumitur constituta de bonis paternis sorori à fratribus, quando ipsi patris fuerint hæredes, n. 15 272
Amplia, vt num. 16. 17. & 18 ibid.
Dos, quæ constituitur ex statuto, per fratrem, vel patruum, non debet esse minor legitima iure naturæ debita, n. 16 311
Limita, vt n. 17 ibid.
Dos quibus in casibus repeti possit, constante matrimonio, n. 1 168
Dos regulariter constante matrimonio non potest peti, nec restitui, & vbi fiat restitutio, est nulla, n. 2 ibid.
Dos restitui debet à marito intra annum à die obitus vxoris sine filijs defunctæ, ex iure communi: ex statuto autem intra sex menses, n. 1. & 7 280
Dos sine matrimonio esse non potest, n. 3 & 4 564
Dotalium bonorum dominium in casu vergentiæ mariti ad inopiam transfertur in vxorem, nec redit ad mariti administrationem, licèt ipsa postea dives effectus sit, n. 19 269
Dotis causa est fauorabilis, n. 18 251
Dotis causa obligatio facta per mulierem continetur sub statuto, num. 13. contra, num. 16 348
Dotis causa semper, & vbique præcipua est, num. 3 177
Dotis causa si mulier eligit bona, non tenetur seruare solemnitates statuti, num. 40. pag. 350. & num. 65 352
Dotis obligatio minorum, quando de necessitate dotare tenentur, statuto non comprehenditur, n. 6. & 16 368
Declara, vt n. 9 ibid.
Dotis obligatio mulieris maioris specialiter priuilegiata statuto non subijcitur, num. 5. & 15. ibidem.
Dotis quietantia facta socero per mulierem sub statuto continetur, num. 11 ibid.
Dubia facti, & dubia iuris intricati, & controsi æquiparantur, n. 64 557
Ducati nomen simpliciter prolatum intelligitur de carolenis decem, n. 24 476
Ducati valor quis sit, n. 41 327
Ducatorum valor, remissiuè, n. 149 572
Ducatus auri computatur iuliorum vndecim, n. 2 pag. 121. n. 3 60
Ducatus Romanus, quo tempore primum cuderetur, & quare sic dictus: & eius meatio fit in reg. Cancell. de valer. exprim. in impet. benefic. n. 147. & 148 572
Duo vbi æquiparantur lege antiqua, lex noua loquens de vno, censetur loqui pariter de alio, n. 11 102
Intellige, vt n. 26, & 27 168
Dupli stipulatio quando committi dicatur, num. 4. 247

E

Ecclesia cultrix est iustitiæ, & æquitatis, num. 21 357
Ecclesia debet dimittere bona sibi delata, quæ æquitate naturali suadente retinere non potest, n. 24 ibid.
Ecclesia, & eius personæ, ac bona reguntur iure communi; quod tamen declaratur, n. 63 13
Et infra n. 97 ibid.
Ecclesia in suis causis regitur iure communi, nisi expressum habeat priuilegium, n. 30 258
Ecclesiæ non possunt inter se bona sua alienare sine solemnitatibus requisitis, n. 57 417
Ecclesia semper in dubio est sanctadum, num. 63 361
Ecclesia hoc habet priuilegium, vt ad eius fauorem contractus possit claudicare, n. 104 10
Ecclesia tenetur ad obseruationem statuti Vrbis mandantis emphyteusim finitam relocari successoribus agnati proximioribus, n. 8. & 38. p. 259. num. 45 260
Dummodo prima locatio facta ab Ecclesia non fuerit nulla, & n. 78 262
Etiam in casu, quo eadem Ecclesia vellet sibi retinere bona deuoluta, ob finitam emphyteusim, n. 9. & 10. p. 256. n. 17. 25. 26. p. 257. n. 35. pag. 258
Contrarium, n. 42. 52. p. 260. n. 58 262
Effectus quomodo habeatur, non est curandum de modo, n. 1 195
Electio bonorum facta per mulierem pro dote non eget solemnitatibus statuti, n. 40. p. 350. & n. 65 352
Electio bonorum per hæredem beneficiatum minorem necessaria, & coacta in iudicio sine Curatore valet, n. 4 374
Electio bonorum, super quibus hæres beneficiatus, & creditor velut satisfieri, vrgentibus creditoribus necessaria, n. 2 390
Electio vnius remedij executiui non præcludit viam alijs, quando per primum non est satisfactum creditori, nu. 32. pag. 525. & nu. 34. 37. pag. 526
Elcuare ædificium, seu aperire fenestras respicientes in Monasteria Monialium, etiam citra æmulationem, non licet, num. 44. pag. 219. & num. 52 220
Amplia etiam in Collegijs, & Seminarijs, &c. p. 219
Decisio R. P. D. Pirouani in hac causa, num. 46 220
Contrarium n. 47. 48 ibid.
Emere inuitus, nemo cogitur, n. 4 242
Limita, vt n. 5. & 7 ibid.
Emere, vel vendere nemo inuitus cogitur, num. 8. 226
Emphyteutica res diuidi potest inter socios, etiã hoc contenso Domini proprietarij, num. 1. & 2 212
Intellige, vt n. 3 ibid.
Emphyteusi finita per generationem finitam, possunt descendentes petere à Domino directo se confirmari: qui si recuser, cogendus est per Superiorem, vt eandem emphyteusim renouet: ex iure communi, n. 5. p. 255. & n. 19 456

Emphy-

INDEX.

Amplia, vt locum habeat etiam in emphyteusi Ecclesiastica intellige, n. 6. p. 255. & n. 7. 256
Prout itidem in emphyteusi laicorum, num. 67. 257
Et quid ex statuto Vrbis, si dominus directus velit pro se retinere emphyteusim? num. 67. pag. 261. num. 71. & 73 262
Emphyteusi per lineæ extinctionem finita illa debet renouari proximioribus agnatis successoribus vltimi emphyteutæ, n. 4 255
Emphyteusis bona an possint obligari absque consensu domini ex causa dotis, & donationis propter nuptias? num. 7. 8. 9. 11. & 14. pag. 251.
Et etiam si dos detur cuiuis fœminæ, etiam extraneæ, & in concessione emphyteusis non comprehensa? & n. 15. 21. Et quid dicendum de bonis Ecclesiæ? p. 251. n. 24 252
Emphyteusis contractus recipit quamlibet pactionem contrahentium, n. 4 248
Emphyteusis dicitur etiam locatio, si locatio in perpetuum sumatur, n. 2 ibid.
Emphyteusis Ecclesiastica, & laica, non differunt inter se: & quod habet locum in vna, habet locum etiam in altera, n. 8 112
Emphyteusis renouatio non est simplex, & voluntaria alienatio, n. 39 259
Emphyteusis, si alienatur, requiritur consensus proprietarij, n. 38 241
Emphyteuta laicus potest disponere sine vlla solemnitate de bonis emphyteuticis Eccl. n. 29 252
Emphyteuticam rem esse, confitens, præiudicat sibi, & alijs à se causam habituris, n. 45 241
Emphyteutica res non dicitur transferri in nouam personam, vbi emphyteuta fuerit in primo contractu comprehensus, n. 12 251
Emphyteuticus contractus quamlibet contrahentium pactionem recipit, n. 20 ibid.
Emptio, & venditio consistit in tribus in consensu partium: in re, seu mercede, quæ venditur, & in pretio certo, & determinato, num. 8. 228
Emptio, & venditio requirant pretium in pecunia numerata; quæ debet esse proba, & legitima, n. 24. & 25 434
Emptionis contractus comprehenditur sub statuto Vrbis, c. 151. lib. 1. n. 18 340
Emptionis contractus est dolis, & machinationibus aptus, n. 23. & 24 ibid.
Emptionis contractus est titulus oneroſus, non autem lucratiuus, n. 23 ibid.
Emptionis, & venditionis contractus est vtro, citroque obligatorius, & est bonæ fidei, n. 11. & 12 227
Emptio non comprehenditur sub statuto, num. 50. 351
Emptio potest continere locationem, n. 51 ibid.
Emptio sine pretio esse non potest, n. 1 Limita, vt n. 3. & 4 227
Emptor, & venditor, sunt correlatiua, num. 10. ibidem.
Emptor conuentus ad soluendum pretium rei emptæ, tueri se potest exceptione non impleti ex parte venditoris: Etiamsi agatur in executionem Obligationis Cameralis, num. 13. & 14 ibid.
Emptor tenetur ad vsuras pretij absoluti, quando venditor integrè impleuerit contractum ex parte sua. Et vice versa venditor ad fauorem emptoris, n. 15. & 16 227
Et, continet instrumenta omni ex parte perfecta, sine tamen extensione clausularum, num. 35 70
Et, dictio, sui natura dispositionem ampliat, num. 14.
Etiam, dictio exprimit casum magis dubitabilem, n. 99 157
Etiam, dictio, implicat, ostendit, & determinat casus magis dubitabiles, n. 11 339
Etiam, dictio, fit augumentatiuè, & ampliatiuè, n. 96 355
Etymologia si repugnat definitioni, statur definitioni, n. 55 565
Item si repugnat limitationi, seu qualificationi factæ à iure. & n. 56 ibid.
Euictionis duæ definitiones, n. 2 247
Euictionum materiam tractarunt multi, num. 1. pag. 246
Euictio intentari non potest in contractibus, in quibus debetur, nisi res prius euincatur, nu 9. Limita remissiuè, vt n. 10 247
Euidens vtilitas minorum requiritur ad validitatem alienationis, n. 58 236
Euidens vtilitas, quæ intelligatur num. 61. & 63. ibidem.
Examen testium ante lapsum termini ad dandum interrogatoria, est nullum, n. 6 153
Exceptio compromissi facti iuxta formam statuti impedit executionem eiusdem obligationis. num. 47.
Secus in compromisso voluntario, & num 48. 207
Exceptio dari non potest contra sententiam, nondum latam, n. 68 515
Exceptio debet esse de regula, num. 23. pag. 84. num. 4 66
Exceptio, & taxatiua, non excludunt casus similes exceptis, & taxatis, n. 46 169
Exceptio fauorabilior est, quàm actio; n. 22 133
Exceptio firmat prohibitionem in casibus non exceptis, n. 21 35
Exceptio firmat regulam generalem in contrarium, n. 23 83
Exceptio firmat regulam in casibus nõ exceptis, num. 8 186
Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis num. 96 549
Exceptio firmat regulam in casibus nõ exceptis, num. 7 463
Limita, vt n. 16 ibid.
Exceptiones declinatoriæ fori, & cæteræ dilatoriæ opponi non possunt post litem contestatam, n. 1 125
Exclusionis factæ pronunciatio, an appellationẽ admittat, n. 73 53
Exceptiones firmant regulam, n. 1 390
Exceptiones peremptoriæ, declinatoriæ fori, quænam sint? n. 3 125
Exceptiones peremptoriæ opponi semper possunt vsque ad sententiam, n. 2 ibid.
Intellige, vt n. 4. & 5 ibid.
Exceptiones, quæ opponi solent contra instrumenta dotalia, sunt tres tantùm n. 18 178
Cæteræ alios similes illis tribus censeantur re-

INDEX.

iectæ à statutes num. 15. 178
Exceptionis ratio maior est, & fauorabilior, quã actionis, n. 120 519
Exceptio non implementi obstat agenti, ex persona alterius implere debentis, n. 42 341
Exceptio nullitatis obiecta ad impediendam executionem, summariè cognoscitur. n. 121 519
Nec admittitur, nisi sit euidens, & notoria, & non. n. 121 ibid.
Exceptionum contra executionem instrumenti, & exceptionum contra instrumentum, diuersi sunt effectus, n. 49 170
Exceptio quælibet præsupponit comprehensionem, n. 26 84
Exceptio quando non inducitur principaliter in fauorem alicuius, sed in odium, non potest ei renunciari, n. 81 429
Exceptio tollens qualitatem, in qua fundatur statutum, potest opponi: sicut exceptio liquidationis instrumenti, n. 35. & 36 169
Exceptio, vel allegatio alicuius iuris, licèt præcisè excludatur, non censebitur exclusa, ni sit notoria, n. 18 186
Exceptio violentiæ admittitur contra præscriptionem spolij 447
Spolium attentatum, quoad omnia æquiparatur violento, ibid.
Excipiens in sua exceptione est actor, n. 32 421
Excipiens probare tenetur suam exceptionem, cum omnibus qualitatibus necessarijs ad suã intentionem necessariò concludendã, n. 33. 421
Excommunicatio minor priuat tantùm participatione Sacramentorum, n. 2 126
Excommunicationis exceptio in quacunq; parte Iudicij potita differt lites, & repellit agentes, n. 3 ibid.
Excommunicationis maioris definitio, n. 1. ibid.
Excommunicati quando fint euitandi, n. 5 127
Excommunicatus conuentri potest in iudicio; & debet per alium respondere, n. 4 126
Excussio bonorum debitoris faciendæ est ex iure communi, antequam ipse in carcerem detrudatur: & prius fieri debet aliorum bonorum, antequam ad immobilia deueniatur, num. 3. & 5 523
Amplia, vt prius etiam excutienda sint bona fideiussoris, & n. 7 ibid.
Excussio censetur sat legitimè facta, vbi petitio facta fit parti, vt indicet bona excutienda, num 63.
Quod tamen procedit in excussione contra simplicem fideiussorem, non autem in excussione contra fideiussorem indemnitatis, num. 64. 52
Excussio debitoris non censetur legitimè facta per attestationem publici executoris, quod nõ inuenerit bona, sed omnino citari, vel moneri debet pars, cuius interest, vt vadat cum executore, n. 62 ibid.
Excussionis beneficio renunciari potest per pactum, n. 2 436
Excussionis exceptio cessat, quando est notorium, quod reus excutiendus non sit soluendo, vel difficulter conueniri possit, num. 74. pag. 53
Neque est necesse, quod Iudex pronunciet super eiusmodi notorio, sed sufficit eius processus ad vlteriora, num. 75. 53
Excussionis expensæ, an, & quomodo computentur, remissiuè, n. 77 ibid.
Excussionis materia fusius à quibusnam Doct. pertractetur, n. 76 ibid.
Excussio principalis debitoris quomodo fiat, n. 80
Et non est necessaria, quando creditor agit actione hypothecaria, & n. 81 ibid.
Excussio principalis rei, vt sit legitima in præiudicium fideiussoris indemnitatis, requirit etiã sententiam, seu decretum Iudicis, quod legitimè facta sit, n. 70 ibid.
Licèt pronunciatio super excussione petita non sit, n. 71 ibid.
Quæ tamen pronunciatio facta censetur per processum ad vlteriora; debet autem fieri mentio de tali interlocutoria in sententia, quæ diffinitiua fertur, n 72 ibid.
Ex diuersis non fit illatio, n. 10 305
Executio contra tertium possessorem impeditur de iure, & præsertim si possessor protestetur ne in talibus bonis fiat executio, quia sua sunt, num. 25 538
Executio facta pro sorte principali super vna re potest etiã in eadẽ fieri pro expẽsis, n. 12 & 551
Executio facta super immobilibus, existentibus mobilibus non est nulla de iure communi, sed ab ea appellari debet tanquam ab iniusta, num. 11 538
Contrarium, remissiuè, vt n. 12 ibid.
Distingue, vt n. 13 ibid.
Executio facti dicitur vbi iudex est merus executor, n. 3 472
Executioni rei iudicatæ sufficit summaria cognitio. n. 58 515
Executio in quibus bonis fieri non possit, vel in subsidium tantùm; & quibus exceptionibus impediatur, remissiuè, n. 24 539
Executio in rebus mobilibus quo ordine fit faciendæ, n. 6 537
Executio instrumenti competit cessionario eodem modo, quo competebat principali creditori, ex statuto, n. 55 178
Executio instrumenti Testamentarij, quomodo petatur; remissiuè, n. 4 179
Executio instrumentorum dotalium petì potest ad fauorem mulierum contra tertios possessores, etiam non excusso principali debitore ex statuto, n. 11 177
Executio irretractabilis fieri non potest lite pendente, n. 85 516
Executio iuris ordine seruato dupliciter peti potest ex iure communi, n. 1. & 2 537
Intellige, vt n. 3. & 4 ibid.
Executio, iuris ordine seruato, quomodo fiat,
Et quid ex dispositione statuti? n. 19. pag. 538. & n. 20 539
Executio non competit, quando adest legitimus contradictor, n. 3 179
Executio quando censeatur cœpta, seu petita, n. 21. & 22. 23. 24. 27. p. 102. n. 28. 29. 30 103
Executio rei iudicatæ, contra omnes, & in omnibus rebus fieri potest, nisi expressè prohibita appareat, n. 53 514
Executores, & Nuncij, in dispositionibus iuris æquiparantur, n. 1 78
Executio rei iudicatæ petita, seu cœpta non retarda-

INDEX.

credatur per restitutionem in integrum postea petitam,n.56 492
Executoribus an, & quibus in casibus credatur, num.2 78
Executor quando dicatur modum excedere, num.5 472
Exempla non restringunt dispositionem,n.7.125
Ampliat etiam in Statutorum interpretatione, num.7 125
Exempla non restringunt regulam,n.44 200
Et num.3 395
Exemplationis forma tradita à Statuto conuenit dispositioni cap. cum P.Tabellio, de fide instrum. & seruari debet etiam post erectionem Collegij Notariorum,n.4 74
Exemplationis instrumentorum in Archinio Capitolino praxis,n.6 ibid.
Quæ nõ seruatur in Officijs Notariorum Collegij,n.7 ibid.
Exemplatio vt sit valida, octo requirantur, nu. 2. ibid.
Ea omnia implicitè, ac virtualiter habentur in hoc statuto,n.3 ibid.
Exemptio quæ dicatur,n.2 124
Exemptus citatus ad allegandum priuilegium suum, an teneatur comparere, num. 3. & 4. ibid.
Ex generali consuetudine sufficit mandatum generale ad lites,n.3 129
Exhibens scripturam dicitur fateri omnia contenta in ea,n.46 348
Expensæ litis debentur prorata victoriæ:& si debentur iure actionis, peti possunt, etiam post sententiam,n.60.& 61 346
Expensæ litis sunt accessiuæ, & dependentes à lite super negocio principali,n.12 331
Secus,si debeãtur ex officio Iudicis mercenario,& n.62. 346
Expensæ litis veniunt sub promissione damnorum,& interesse: licet contra, nomine expensarum non veniant damna, & interesse,num.6. & 5 341
Expensæ, quando per statutum decernuntur ad fauorem victoris debentur,iure actionis,nempe conditione ex statuto,n.19 342
Intellige, vt n.20 ibid.
Expensarum examen potest de iure committi per Iudicem alteri,quàm Notario causæ: secus verò ex statuto, n.111 350
Expensarum litis cognitio, quænam requiritur ex statuto,n.115 ibid.
Expensarum litis quatuor sunt species: nempè contumaciæ retardati processus, n.2. & 3. ratione temeritatis, num. 4. victoriæ causæ, num. 5 341
Expensarum litium argumentum, qui pertractarint, n.1 341
Experientia manifestam inducit probationem, num.43 333
Experientia semper attendi debet, tamquam rerum magistra,n.33 218
Explicari non possunt per Procuratorem generale mandatum habentem ea, quæ latent in animo Domini, n.46 207
Expressio alicuius particularis rei in statutis fit aliquando ad abundantiorem cautelam, & ad omnem dubitationem tollendam,n.100 25
Expressum dicitur etiam illud, quod tacitè inest, & ex mente colligitur,n.51 139
Expressum dicitur,quod sub ratione comprehenditur,n.14 339
Expressum satis dicitur,quod verbis generalibus includitur,n.12 ibid.
Expressus dicitur casus, non autem omissus,quãdo eadem est ratio in omisso, quæ in expresso, num. 13 ibid.
Expromissor est, qui se solum reum constituit,& debitorem liberat: vel qui intercedit pro non obligato,n.6.& 8 191
Er an differat à fideiussore,n.7.& 10 ibid.
Extensio etiam in correctorijs, & pœnalibus, ex ratione vnica in lege expressa fit, quinimò tuta est comprehensio,16.& seq. 402
Extensio ex statuti ratione expressa intellectiua, & intensiua,non impeditur ex eo, quod statutum actum annullet,& hanc impropriam pœnam irroget,n.34 403
Extensio fieri non dicitur, quando casus ratione expressa comprehenditur,n.17 339
Extensio fit statuti ad casus non expressos identitate rationis expressæ,n.10 360
Extensio non fit in correctorijs,n.9 425
Extensio non fit in pœnalibus,n.23 459
Extensio statuti ad alios contractus non fit, si in eo certæ species contractuum specificentur, & enumerentur n.77 353
Extractus, & quæcumque aliæ scripturæ, tam ciuiles, quàm criminales, & instrumenta etiam publica gratis dari debent pauperibus, num. 8 61
Extractus quomodo à Notarijs conscribi debeant, n.6 60
Extractus fieri non debent etiam vna, vel vtraq; partium petente, nisi de iudicum licentia inscriptis obtenta, vel nisi ad alium iudicem essent transportanda,n.4 ibid.
Extractuum,& copiarum materiam quis pertractet,n.8 ibid.
Extranei hæredes non succedunt in feudo: etiam si feudum alicui simpliciter concessum esset pro se,& hæredibus,n.9.& n.10
Secus ex statuto,n.19.& 21 264
Extranens quilibet in dubio censetur dedisse dotem animo donandi,n.20 272
Extranei si sint instituti in casu statuti excludentis fœminas fœmina si fuit prætenta, dicit testamentum nullum ex capite prætentionis, num. 33
Et procedit etiam si filij masculi constituti fuissent a parentibus hæredes in legitima, & nu. 34 513
Extrauag. Ambitiosæ, non habent locum in illis distractibonibus, quæ ex consuetudine non requiruut solemnitates in eadem extrauganti præscriptas,n.44 260
Extrauag. Ambitiosæ requirit euidentem Ecclesiæ vtilitatem,etiam in renouatione inuestiturę, n. 48 260

INDEX

F

Facere apud veteres sacrificare est, num. 154. 19
Pacta, & promissiones sunt pars pretij, num. 3 374
Facta multa tenent: quæ fieri prohibentur, num. 17. 119
Factum Decisionis coram Pirouano in causa Romana altius non tollendi, n. 8 216
Factum illud præsumitur, quod fieri consuevit, num. 16 72
Factum Judicis reputatur factum partis, num. 72. 334
Intellige, si Judex ritè, ac rectè processit secus, si nulliter, vel iniustè, n. 72. & 73 334
Factum, vbi quis promisit, qualecunq; sit, dummodo licitum, adimplere illud debet, si potest: si verò non potest, excusatur etiam si promissio facta sit cum iuramento, n. 1. & 2. & cum adiectione pœnæ, & n. 4 456
Intellige, vt n. 5 ibid.
Facultates fideiussoris censentur aggregatæ facultatibus debitoris, n. 8 323
Fœmina est capax feudi, pro quo nullum præstatur seruitium, n. 18 264
Fœminæ ex iure feudali non comprehenduntur in investitura feudi: nisi de illis expresse fuerit actum, n. 16. & 17 ibid.
Limita, vt n. 19 ibid.
Fœminæ, licet non comprehensæ in prima investitura, debent investiri, vbi per obitum masculorum prima emphyteusis sit finita, & illæ petant investituram tanquam proximiores vltimi defuncti, n. 37 259
Fœmina semel exclusa in casu statuti, an censeatur semper exclusa? n. 38. & 39. 40. 41. & 43. 333
Fallitas etiam non nocibilis si dolosè prodierit, est punibilis, n. 140 417
Falsum iurando mentitur, qui scit falsum esse, quam iurat, n. 4 145
Fama regulariter probatur per duos testes. Statutum autè Vrbis requirit tres testes alicuali indicio præcedente, n. 17. & 19 244
Fames est acutissimus ensis, n. 42 297
Familiares Cardinalium, & Prælatorum, qui dicantur, n. 30. & 31 85
Famulus, si delinquat in officio, cui præpositus est, tenetur Dominus ciuiliter ad interesse partis, non autem criminaliter, n. 6 62
Fatalia continentur sub Instantia, vt Species sub Genere, n. 3 163
Fatalia incipiunt à die interpositæ appellationis, n. 35 165
Fatalia non currunt durante tempore ad habendum consilium Sapientis, n. 6 504
Amplia etiam in consilio Peritorum, seu calculatorum, & n. 7 504
Fatalia quando non currãt remissiuè, n. 25. 164
Fauendum est potius in dubio ei, qui tractat de damno vitando, quàm qui de lucro captando, num. 37 443
Federicus Monaldensis q. Secundus Capitolij Collateralis, n. 13 398
Feriæ omnes dilationibus probatorijs includuntur, num. 5 118
Intellige, vt num. 7 118
Feriæ vnde dictæ, quot earum species, nomina, & alia; remissiuè, n. 3, & 4 ibid.
Feriarum impedimentum non est iusta causa restitutionis in integrum; n. 9 ibid.
Limita vt n. 10. ibid.
Feriæ in honorem Dei renunciari non potest à partibus litigantibus, n. 34 130
Amplia, vt n. 35 ibid.
Secus in feriis propter priuatã hominum necessitatem inductis, n. 36 ibid.
Quod intellige, vt n. 37 ibid.
Festo die S. Lucæ Collegium Notariorum cum Senatore, & Curia Capitolina conueniunt in Ecclesia S. Mariæ de Aracœli, & aliæ peraguntur, prout in Cap. n. 1 75
Feuda aliqua in hac feudali sunt, quæ propter aliquod peculiare officium conceduntur, nu. 8. 264
Feuda pro dote, & pro donatione propter nuptias obligari possunt, ex statuto Vrbis, n. 1. Et an idem ex iure feudali? & n. 2. 3 266
Feudatarius, & emphyteuta naturaliter tantum possident, n. 18 317
Declara, vt n. 23 ibid.
Feudi argumentum, à quibus pertractatum sit, num. 1 263
Feudi definitio, n. 3 ibid.
Feudorum controuersiæ inter Dominum, & Vasallum, ex iure feudali, cognoscuntur à Paribus Curiæ: & ex statuto Vrbis, in Curia Capitolina, n. 1 265
Feudorum iure procedunt etiam de iure Canonico in Ecclesia, quatenus Canones expressè non contradicant, n. 28 258
Feudum est contractus nominatus, n. 15 264
Feudum sumitur pro officio publico; remissiuè, num. 7 ibid.
Fictio doli, & deceptionis per Statutum nostrũ inducitur, n. 10. contra, n. 11 366
Fictio in casu ficto idem operatur: quod veritas in casu vero, n. 3 92
Ficte scribere dicitur, qui per alium scribit, num. 10. 172
Fidei Christianæ fundamentum, si deficiat, nullius boni operis est superædificium, n. 18 22
Fidei definitiones sex aliæ, remissiuè, n. 9 ibid.
Et significationes decem, remissiuè, n. 10. 22
Fidei, & Religionis Catholicæ verus Cultor, quid dicatur, n. 13 ibid.
Fidei professionis forma, n. 24 ibid.
Fideiubendi officium fideiussorem damnosum esse terendum non est, n. 9 380
Fideiubens dicitur male vti substantia sua, num. 3. 396
Fideiubens in contractu eidem consentire dicitur, n. 6 379
Fideiubere est perdere, remittere, donare, & quomodo, n. 6 380
Fideiubere præsumitur vxor, etiã si vir pro ea intercedat, si cum viro, se obligat, n. 105 356
Fideiussio cõprehenditur in Constitutione Matthiæ, & est conditionis deterioris aliis cõtractibus in ea expressis, n. 42 350
Fideiussio de sui natura læsiua, & damnosa, n. 2. pag. 384, & n. 3 396

INDEX.

Fideiussio, etiam non promissa, præstari debet, vbi dilatio debitori concessa est miserationis, vel humanitatis causa,n.4 280

Fideiussio in quatuor enumeratis statuto nostro minimè comprehenditur, sed implicitè verbis generalibus, & ratione, num. 5. pag.396. & n. 10 397

Fideiussio minoris absque insinuatione ex Constitutione Marchiæ requisita,est nulla, num.1. & 3 588

Fideiussio minorum, mulierumq; statuto nostro subijcitur,n.1 377

Fideiussio mulieribus interdicta,n.3 384

Fideiussio mulieris est nulla, etiam si recognouerit bonam fidem,n.38.contra,n.104 356

Fideiussio mulieris pro viro ipso iure nulla, n.4 384

Decisio 333. apud Sanctissimum Gregorium XV. intelligitur, pluribusque Sacræ Rotæ resolutionibus exornatur, & comprobatur, ibidem.

Fideiussio mulieris pro viro non valet, ne fiat in fraudem donationis,n.44. 350

Fideiussio mulierum, & minorum ex nostro statuto, ita solemnibus emissis est valida, sicut omissis invalida, n. 12 391

Fideiussiones, quæ à Notarijs recipiuntur, esse debent idoneæ, aliàs par est, non recepisse fideiussorem, vel non idoneum,n.11 50

Fideiussiones Statuto nostro subijciuntur, nu. 2. pag. 380

Fideiussio non debet ita intelligi, vt in fideiussoris perniciem resultet, vel releuatio cesset, num. 8 ibid.

Fideiussio statuto nostro generali expressa ratione subijcitur,n.9 379

Fideiussio subiacet dispositioni statuti Vrbis lib.1 c.151 n.41.45.p.350 48.63.p.351 n.67.71.352

Fideiussio, vt sit valida, attenditur facilitas exactionis, & executionis,n.25 51

Fideiussor alieno morbo laborat,n.16 439

Fideiussor antequam conueniatur, excutiendus est debitor principalis,ex iure communi;secus ex statuto,n.1 436

Fideiussor dotis, & fideiussor tutelæ conseruari debent indemnes per idoneam securitatem, num. 10 438

Fideiussorem minus idoneum, si receperit Notarius iussu,& mandato Iudicis,tenebitur Iudex, non autem Notarius ad damna, & interesse partis læsæ,n.39 52

Fideiussorem qui tenetur præstare, debet idoneũ præstare, & qualitatem istam idoneitatis probare,aliàs repellitur exceptione non adimpleti validi,n.31 51

Fideiussores contractu ũapprobari dicuntur per contrahentes,non autem per Notarios, num. 38. 52

Fideiussores dicuntur, qui se obligant in Societate, etiam quoad quid recipientes pecunias, num. 109 357

Fideiussores in contractibus filiorumfamil. censentur ex iure communi duo correi debendi; & eorum obligatio non est accessoria,sed principalis,n.77 429

Fideiussores videntur in Societate officij omnes obligati,respectu officialis,n.3 418

Fideiussor excussioni renuncians non potest excipere, vt principalis debitor prius excutiatur,n.3 437

Fideiussoribus beneficia concessa iure communi remissiuè, n.15 439

Fideiussori,&c. dantur duo remedia alternatiuè: & per electionem vnius non præiudicatur alteri,n.12.& 13 192

Fideiussor idoneus, ad effectum satisdationis de iudicio sisti,ille etiam censetur, qui habet bona mobilia, quæ facilè asportari non possunt, vel multa nomina debitorum,n.18 50

Non autem sufficeret,quod talis fideiussor haberet magnum creditum, & esset solitus satisfacere suis creditoribus, & esset bonæ fidei vir,n.19 50

Fideiussor idoneus censetur,si bona stabilia possideat,saltem in eadem Prouincia, seu sub iurisdictione eiusdem Principis,n.22 51

Fideiussor idoneus est,qui est locuples;& soluendo,n.14 50

Fideiussor idoneus non habetur,qui sit clericus. licèt possideat bona stabilia,n.28

Et alij,qui difficulter conueniri possunt,n.29.51

Fideiussor in Societate non dicitur ille, qui pecunias recipit, sed principalis, num. 108. & 109. 357

Fideiussor in Statuto intelligẽdus est is, qui alienæ obligationi accedit,n.3 191

Fideiussoris definitio exacta non reperitur in iure:& quomodo possit definiri,n.4 ibid.

Fideiussoris excussione non facta,agi dicitur sine actione contra Notarium sub prætextu, quod fideiussorem minus idoneum receperit,n.53. & 68 52

Et talis excussio faciẽda est etiã contra principalẽ debitorem,& omnes obligatos,n.54 ibid.

Et non solũ quo ad res, sed etiam quo ad personas,& vsque ad laccum,& peram,n.55 52

Fideiussoris idonei bona debent esse stabilia, num. 15 50

Nec tamen refert, quod illa supposita sint fideicommisso,vel restitutioni,n.16 ibid.

Quod procedit solum in satisdatione de iudicio sisti,n.17 ibid.

Fideiussoris idoneitas probatur, vel per testes,vel per approbationem ab alijs factam,n.30 51

Fideiussor possidens bona stabilia extra iurisdictionem, vbi agitur, non dicitur idoneus, veluti,si iudicium fiat Romæ, & bona sint Neapoli,n.26 ibid.

Fideiussor,quando dicatur stetisse diu in obligatione,relinquitur arbitrio Iudicis:& diu dicitur stetisse in obligatione, qui per decennium permanserit,n.12.p.438.& n.13 439

Fideiussor, qui sit coniũcta persona rei, admittitur in obligatione de iudicio sisti,vel de repræsentando reum, licèt non habeat bona æquivalentia debito,pro quo fideiubet,in alijs autem casibus non admittitur,n.20 51

Fideiussor quoad creditorem censetur vti debitor principalis,n.3 191

Fideiussor simplex conueniri potest in multis casibus etiam non facta excussione principalis debitoris, si de tali excussione non facta non opponatur,n.65 52

Secus verò est in fideiussore indemnitatis, qui

INDEX.

nimirum conuenirì non poteſt, niſi prius facta legitima diſcuſsione principalis rei, n. 66. 53
Etiam ſi fideiuſſor indemnitatis renunciaſſet beneficio diſcuſsionis, num. 67. ibid.
Fideiuſſor ſi per Notarium reciplatur, probata cenſetur qualitas idoneitatis eius, ita tamen, vt non ideò cenſeatur excluſa probatio contrarij, num. 32 51
Fideiuſſor, vel expromiſſor, vt poſsit petere ſe eximi ab obligatione, quid requiratur, num. 21. 192
Fideiuſſor, vt ſit idoneus, debet poſſidere bona æquiualentia quantitati debiti, vel pœnæ, pro quibus fideiuſsit, num. 13 50
Fideiuſſor, vt ſit idoneus, regulariter poſsidere debet immobilia; limitatur tamen regula in quibuſdam aliis caſibus, remiſsiuè. 51
Fideiuſſor idoneus cenſetur, ſi bona ſtabilia poſſideat.
Fides Catholica eſt, quam tenmit, ac tenet ſancta Mater Eccleſia, nu. 14 22
Fides Catholica hæc eſt, vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur, num. 2 21
Quæ merito, ac iure ita appellatur; & ſubijciuntur rationes, num. 12 22
Fides Catholica, ideſt vniuerſalis, nu. 11 ibid.
Fides Chriſtiana omnium noſtrarum actionum baſis, & fundamentum eſſe debet. ibid.
Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium, num. 8. ibid.
Filiæ non repelluntur à ſucceſſione, quando fratres non impleuerint onus eas matitandi, num. 29 311
Filiæ ſpuriæ dotari debent à patre. Ita tamen, vt dos quantitatem alimentorum non excedat, num. 21. & 22. 296
Filia excluſa à ſucceſsione non ideò eſt excluſa à petitione alimentorum, vbi non habeat legitimam, vel ſaltem non ſufficientem ad alimenta, num. 23 300
Filia excluſa per ſtatutum ab inteſtato, ſi pater illi reliquerit aliquid in teſtamento, ſuccedit huiuſmodi in legato, num. 4 310
Et ſi hæres inſtituatur à patre, competit ei remedium, l. fin. C. de edicto Diu. Adr. toll. & num. 5 ibidem
Filia excluſa propter maſculos, iure etiam neptes excluduntur: & neptes etiam ex ea nati, num. 13. & 15. 311
Filia grauari poteſt à patre in dote de onere fideicommiſſi, nu. 55 302
Filia in caſu ſtatuti, nihil poteſt petere ab hæredibus patris, &c. ſi hæredes patris ſint filii veri; Secus autem ſi ſint adoptiui, vel arrogati, num. 47 302
Intellige, vt num. 48. 49 50. 51. 52. ibid.
Filia in caſu ſtatuti non poteſt agere ad ſupplementum etiam congruæ dotis, nu. 42. 301
Filia monialis non agit de incongrua dote, num. 53. 30
Filia ſi excludatur à ſucceſsione paterna, non poteſt apponi pactum, quòd illa mortua dos reuertatur ad patrem, vel ad illius hæredes, num. 13 272
Filiationis, vel paternitatis ſaltem quaſi poſſeſſio eſt probanda à patre, vel à filio in caſu, quo vel parens neget filium, vel filius parentem, ad effectum alimentorum, etiam lite pendente. Et probatur ex educatione, & tractatione, nu. 27. 28. & ex communi voce, & fama, num. 29. Et ſufficit ſemiplena probatio, videlicet per vnum teſtem, nu. 30. qui tamen ſit omni exceptione maior, num. 31. 297
Filii in conditione poſiti cenſentur tacitè vocati, num. 1.
Et locum habet ſtatutum etiam in fœminis, licèt teſtator in conditione poneret tantum filios maſculos, & num. 9. Dummodo teſtator non habuiſſet animum conſeruandæ cognitionis, & num. 10 303
Et tàm in aſcendentibus, quàm in tranſuerſalibus, num. 11. Et vbi filii in conditione poſiti ſint in tranſuerſali. num. 12. Ac etiam quando fuerint poſiti in conditione non ſub nomine filiorum, ſed conſanguineorum, nu. 23. Et vbi pater inſtitutus, vel ſubſtitutus prædeceſſerit, nu. 14. Et ſuccedunt, tàm per vulgarem, quàm per fideicommiſſariam ſubſtitutionem, nu. 15. Intellige, quod hæc procedant, quando filii poſiti ſunt in conditione in contractu, & non in vltima voluntate, num. 16. 303
Filii poſiti in conditione, & per ſtatutum vocati, non cenſentur grauati, num. 19. 304
Forma caſus de filiis poſitis in conditione, nu. 20. ibid.
Filii poſiti in conditione fideicommiſſi, ſicut cenſentur tacitè vocati ad hæreditatem parentum, ita etiam cenſeantur vocati ad hæreditatem patruorum? num. 5. & 7. 8. 303
Filio facta donatio valet ſine ſolemnitatibus ſtatuti, num. 7 347
Filiorum nomine in ſtatuto excludente fœminas, comprehenduntur etiam fœminæ, ſi maſculi non extent, num. 8 316
Filiusfamilias ad effectum ſtatuti, quando cenſeatur habitare ſeorſim à patre; remiſsiuè. num. 102 431
Filiusfamilias eſt ſub regula, num. 90. 430
Filiusfamilias, excepta cauſa Mutui, poteſt iuri obligari: & tutor eſſe, etiam ſine patris conſenſu, num. 22. & 23. 425
Filiusfamilias quibus in caſibus obligari poſsit de iure communi ex mutuo, ſine iuramento, num. 103. & 104. remiſsiuè. 431
Filiusfamil. qui ex cauſa neceſſaria mutuas pecunias accepit, peccat mortaliter, ſi eas non reſtituat, num. 76 429
Filiusfam. remanet obligatus naturaliter ex ſuo contractu, num. 16 426
Filiusfamilias renunciare non poteſt ſtatuto de contractibus, num. 80 429
Filius tenetur alere patrem, nu. 23. 296
Filiusfamilias vbi validè obligatus ſit cum patre, & cum ipſius conſenſu, ſi poſtea emancipatus fuerit, non tenetur, niſi in quantum facere poſsit, num. 105 431
Et idem ſi poſt mortem patris hæreditati paternæ renunciauerit, num. 106. ibidem
At poteſt huic beneficio renũciare, n. 107. ibid.
Sed nõ cenſetur renunciatũ, etiamſi renuncietur omni iuris, & legum auxilio, & nu. 108. ibid.
Et hæc exceptio oppoſita poſt ſententiam impedit executionem, & num. 109. ibid.

INDEX.

Fisci Apostolici Procurator generalis aõ se immiscet in causis Capitolinis, quia istæ habent suum proprium Procuratorem Fiscalem, num. 6. 46

Fiscus abundabit, vtens subiectis locupletibus, num. 68 493

Fiscus non habet priuilegium cõpellendi, quempiam ad emendas res fiscales, nu. 2. 242

Fiscus quando reuocet alienationes, tanquam in sui fraudem factas? num. 19. 242

Fiscus, vbi non apparet priuilegiatus, vtitur iure priuati, num. 3 ibidem.

Floreni primi à Florentinis cudi cœperunt, à quibus nomen traxere, num. 152. 572

Florenorum variæ sunt species, & varius valor, num. 151 ibid.

Florenus idem est, quod hodie Ducatus auri, num. 55 556

Florenus aureus ab alijs, quam à Florentinis cudi non poterat, sub pœna anathematis: & ducato de Camera exæquatus est, num. 153. pag. 572. & 154. 573

Forenses in Vrbe, eiusque districtu contrahentes Statuto nostro subijciuntur, nu. 1. 367

Forensis quoad materiam Statutorum quis dicatur, num. 12 425

Forenses seruare tenentur solemnitates à Statuto præscriptas in loco, vbi contractum ineunt num. 11 ibid.

Forma adimpletur per æquipollens, nu. 71. 534

Forma à lege, vel à statuto præscripta, si licèt in minimo omittatur, vitiat actum, nu. 22. 473

Forma dat esse rei: & ea non seruata in rescriptis apposita, processus iudicis est ipso iure nullus, num. 6. pag. 87. & nu. 7. 88

Formæ à statuto præscriptæ an renunciari possit? num. 6 122

Forma censetur apposita, vbi lex refert ea, quæ obseruari debent, nu. 19. 138

Forma decreti interponi soliti in alienationibus minorum, num. 53 235

Forma libelli alternatiuè concepti ad cessionem bonorum, & ad inducias quinquenales remissiuè, num. 4 451

Forma libellorum in appellationibus, tàm iudicialibus, quàm extraiudicialibus, remissiuè, nu. 21 499

Forma petendi executionem obligationis Cameralis, nu. 20 487

Forma pronunciationis cum consilio, seu voto Consultoris, num. 12 506

Forma quibus verbis concipiatur in dispositionibus Statutorum, nu. 48 532

Forma statuti non seruata, actus est nullus, num. 30. pag. 138. num. 21. pag. 188. nu. 1. 114

Forma subhastationis inducitur ex tenore præconii, seu banni, num. 50. 532

Forma tradita à lege, vel à statuto est de essentia actus, & iudicij, num. 17. 503

Forma verborum adhibenda in sententia iudicis appellationum, remissiuè, num. 51. 465

Forum alicuius iudicis quibus modis quis sortiri possit; remissiuè, num. 1 113

Forum sortiri, & statutis subiici sunt paria, nu. 24 306

Franciscus Petrarcha laurea corona insignitus fuit ab Vrso de Anguillaria Vrbis Senatore, Stephano Columna eius Collega absente. Benedicto XII. Pontifice Maximo, num. 4. 16

Fratres, ad hoc vt statutum de dote ad eorum fauorem factum habeat locum, tenentur probare concludenter dotem sorori datam ex bonis eorum processisse, num. 14. 272

Frater, an præsumatur in dubio dotare sororem de bonis suis propriis, an de bonis ipsius sororis, quando ipsa aliundè habeat, vndè dotari possit? num. 19 ibidem.

Et quomodo excludatur hæc præsumptio, & nu. 22. 24. 25. ibidem.

Frater diues tenetur alere sororem inopem: etiã si sit vterina, & num. 6 271

Frater, ex vigore statuti, non tenetur dotare sororem; quæ sit inhabilis ad matrimonium, num. 30 312

Frater in casu dotationis sororis habetur pro extraneo, num. 21 272

Frater ratione consanguinitatis donasse præsumitur sorori, num. 22 ibidem.

Frater, si dotauit sororem ex bonis propriis, an possit pacisci, quod soluto matrimonio dos ad se reuertatur? Et idem, si eam dotauit ex bonis communibus? nu. 10. & 11. 12. ibidem

Frater sororem alere tenetur, si eius dotem retineat, num. 12 318

Frater tenetur dotare sororem, tàm vtrinque coniunctam, quàm consanguineam tantum, num. 1 271

Intellige de fratre habente sororem inopem, num. 1. ibidem.

Item vt non habeat locum in sorore vterina, num. 5. & 7. ibidem.

Frater, vel patruus si offerant neptui tradere sororem, vel neptem secundum paragium, vt eas repellant à successione, istæ possent petere sibi cauere de hoc adimplendo, nu. 20. 311

Frater, vel patruus, si requisiti, vt dotent, non responderunt, quid agendum? nu. 21. p. 311. & num. 22 312

Et quid si dicant. Volumus dotare, & re ipsa non dotent? & nu. 24. ibidem.

Fratres parati dicuntur ad dotationem sororum, statum ac paternam hæreditatem adiuerint, num. 23 ibid.

Fratri defuncto succedunt ex iure communi fratres vtrinque coniuncti, excluso coniunctis ex vno latere tantum. Etiam in statuto excludente simpliciter fœminas ab hæreditate, nu. 1. & 2. 314

Fraudatio sumitur pro fraude apud Iurisconsultos, num. 25 240

Fraudes, vt euitentur in donatione insinuatio præcipitur, num. 98 555

Fraudibus, & astutijs via præcludenda est litigantibus, num. 6 159

Fraudibus iura omnia occurrunt, illasque prohibent, num. 2 321

Fraudis consilium quomodo præsumatur; remissiuè, num. 36. & 37. 240

Fraus ad reddendum contractum nullum, quomodo satis probata censeatur, nu. 24 332

Et quando præsumatur, & probetur; remissiuè, num. 25 ibid.

Fraus donationi si fieri potest, habet locum statutum, num. 47 350

INDEX

Fraus, & deceptio cessantibus solemnibus præsumitur eo ipso, num. 3. 361
Fraus, & deceptio ex læsione probantur, & deducuntur, num. 4 365
Fraus, & deceptio idem, quod læsio, & pro læsione accipitur, num. 103 356
Fraus, & deceptio in contractu emptionis possibilis, num. 8 382
Fraus, & deceptio in donatione consideratur, & in minoribus, & mulieribus de facili præsumitur, num. 137 416
Fraus, & dolus præsumptus ex Statuto, sufficit, ad nullitatem, num. 3 365
Fraus, & dolus solemnibus cessantibus, si subesse possunt, præsumuntur inesse, & deceptio, num. 6 359
Fraus ipsa delictum est, num. 21. 239
Fraus magis inesse potest in donationibus, quæ fiunt sub aliorum contractuum colore, quàm in simplicibus, num. 9. 348
Fraus probatur coniecturis: & quæ coniecturæ debent esse; remissiuè, num. 16. & 17. 241
Fraus sine dolo esse non potest, & sunt quadam veluti cognatione coniuncta, nu. 20. 239
Fraus statuto si fieri potest; mulier, & minor nõ possunt confiteri, num. 4. 347
Fraus, vt probetur, requiruntur manifestæ, ac certissimæ probationes, num. 22. 239
Fructus dotales destinati sunt ad sustentationem mulieris, mariti, & filiorum. num. 20. 269
Fructus pignoris dotalis soluto matrimonio nõ computantur in sortem. Et procedit, tam in viro, quàm in muliere, num. 53. pag. 290. num. 54 291
Fructuum dotalium petitio præscribitur per spatium sexdecim annorum, num. 52. 290
Fructuum Dotis casus est odiosus, nu. 47. 444

G

Generalis locutio, quoad verba, nihil intactum relinquere dicitur, num. 15. 256
Generalis ratio statuti comprehendit omnes casus, num. 97. 355
Generalitas verbum restringitur ad habilitatem personæ, num. 12 35
Generi per speciem derogatur, num. 17. 239
Generi per speciem derogatur, siue præcedat genus, siue sequatur, num. 11. 35
Gesta contra formam præscriptam quando sint nulla; remissiuè, num. 13 98
Glos. in l. 1. C. de Capit. ciu. cens. exim. lib. 11. communiter approbatur, nu. 78. 418
Gradus consanguinitatis, quoad matrimonium, computantur iuxta ius Canonicum. Et quoad successionem in bonis hæreditarijs, computantur de iure Ciuili, num. 20. & 21. 205
Gratian. discept. forens. cap. 576. nu. 32. cum seq. & cap. 879. nu. 11. recitatur, nu. 41. 442
Gratianus Imperator primus omnium edicto vetuit, se Pontificem Maximum appellari, sicque ea Sacerdotij dignitas in Imperatoribus defecit, num. 137 18
Gratia, quando petitur ex iusta causa, est debita, num. 33 258
Gratia, si sine causa denegetur, fit iniuria, num. 42. 258
Grauamen est causa immediata appellationis, num. 15 148
Grauamen in interlocutoria super possessorio plenario, facilè reparatur, nu. 30. 189
Grauamen irreparabile, quod dicatur, num. 18. 476
Grauari de facto potest reus in taxatione expensarum, num. 110 550
Grauatus in vno debet in alio relevari, num. 3. 484
Grauatus omnis appellare potest, nu. 4. ibid.
Gregorij XIII. Pontificis virtutes insignes, & gloriosa memoria, num. 116. 17
Idem S.P.Q.R. statuam constituit cum præclara inscriptione, num. 117. 17
Inscriptio ipsa, num 118. 17
Gregorius Papa XIII. voluit, quod statuta Vrbis disponerent etiam quo ad Sacros Canones, vbi conuenire videretur, num. 72. 14
Gregorius XIII. Summus Pontifex Compilationem Statutorum Vrbis delegauit personis aliquot à se delectis, num. 26. 11

H

Habeatur, verbum, denotat fictionem, num. 2 92.
Habitare an quis possit pluribus in locis, & habere plura domicilia, num. 14. 80
Habitatio ad effectum contrahendi domicilium, debet esse in Ciuitate ipsa, vel loco, non autem in villis, & prædiis, nu. 13. 80
Hebræorum causæ à Cardinale Vicario Papæ actiuè, & passiuè cognoscuntur inter ipsos Hebræos, quando autem etiam mixtim inter alios, passiuè tantum, num. 6. 35
Hæreditas, & legata in tempus, quo quis capax fuerit, conferri possunt ex iure communi, num. 12 264
Hæredes adeundo hæreditatem ex testamento dicuntur renunciare successioni ab intestato, num. 34 350
Hæredes ex testamento habent expressam voluntatem defuncti: at hæredes ab intestato habent tacitam, num. 1 310
Hæres est quodammodo eadem persona cum defuncto, num. 1 245
Hæresis crimen dicitur publicum, quia in Religionem diuinam committitur; & in eo proceditur summariè, nec datur copia processus, num. 23 24
Hæretici dicuntur, qui errorem habent aliquem contra fidem cum pertinacia, nu. 4 23
Quod intelligitur de illis, qui iam receperunt baptismum, & fidem Christi, nam isti proprie dicuntur hæretici, num. 5 ibid.
Hæretici diffidati quibus periculis, & pœnis obnoxij censeantur; remissiuè, nu. 19. 24
Contra eos locum habent pœnæ in transfugas, & desertores à legibus similibus decretæ, num. 20 24
Et pœnæ criminis læsæ Maiestatis in Principem nõ recognoscentem Superiorem, vtpotè in

INDEX.

in reos Maiestatis diuinæ, num. 21. 24
Hæretici illi soli ex statuto Vrbis diffidati censentur, qui tam à competenti Iudice declarati sunt hæretici, vel aliàs sint ex facto manifesti, num. 25 ibidem
Hæretici largo modo dicuntur, quicunque non sunt membra Ecclesiæ, num. 6. 23
Hæretici non sunt illi, qui errore cognito, se corrigunt, num. 8 ibidem.
Hæreticorum absolutio nulli certè personæ reseruabatur antiquitus, sed generaliter permissa erat Sacerdotibus confessarijs, nu. 12. 24
Postea solis Episcopis reseruata fuit ex Concil. Trident. num. 13 ibidem.
Hæreticorum credentes, fautores, defensores, & receptatores, qui dicantur, & quæ sint eorum pœnæ, remissiuè, num. 9 ibidem
Excommunicentur prædicti omnes per Bullam Pontificiam in die Cœnæ Domini legi solitam, & eorum absolutio soli Romano Pontifici reseruatur, num. 10. & 13. ibid.
Erant ijdem etiam ante Bullam prædictam excommunicati, num. 11 ibidem.
Hæreticorum pœnæ plures cumulantur, remissiuè, num. 22 ibidem
Hæreticos diffidare significat, eos hostes declarare, num. 24 ibidem
Henricus Kalteisen in Concilio Basileensi tres dies perorauit, & explicuit, quomodo Sanctitas Romano Pontifici attribueretur, num. 114. 16
Hypothecæ, ac pignoris constitutio in statuto nostro comprehenditur, nu. 20 410
Hypotheca, & pignus ex contractu nullo non oritur, num. 5 389
Hypothecarius creditor quando, & quomodo differat Chirographario, nu. 27. & 28. 452

I

IAni bifrontis nota, & prua nauis cur numismatibus veterum insculpta? num. 138. 571
Id, quod nostrum est, sine facto nostro in alium transferri non potest, num. 82. 429
Ignorantia ad effectum appellandi allegari non potest ex statuto à reo victo, & citato ad sententiam audiendam, num. 17. pag. 467. & num. 25 468
Secus ex stylo Rotæ, etiam quoad contumacem verum, & num. 19. 467
Ignoranti, licèt reuocabiliter, quæritur, num. 13. 239
Ignorare non debemus quid sit id, de quo disserimus, num. 2 263
Ignorantia probabilis dicitur illa, quæ consideratur in hærede, num. 71 445
Ignorantia, quando de ea dubitatur, probatur per iuramentum, num. 73. 446
Illatio non fit à minoribus ad mulieres, num. 36. 333
Illatio non fit ex diuersis, num. 35. 206
Imbreuiatura Notarii suppletur ex clausulis consuetis, num. 24 72
Impedito non currit tempus, num. 3. pag. 121. 16. 48
Impensa funeris, an possit retineri à marito, qui in pactis dotalibus promisit restituere integram dotem ei, à quo acceperat? nu. 12. 286
Et quid si conuenerit inter sponsos, quod nemo habeat lucrum dotis, & num. 13. 286
Impensa funeris ex alienum dotis est, nu. 10. 286
Imperator dicitur Augustus ab augendo, num. 112. 16
Imperator donans Ciuitatem, videtur etiam donare pertinentias illius, tàm in terra, quàm in mari, num. 91. 567
Imperatores omnes post Augustum, vsque ad Gratianum Pontificatus maximi dignitatem, vel susceperunt, vel eo titulo se appellari permiserunt, quibus etiam adnumerantur Constantinus, & alij Imperatores Christianæ Religionis addicti, num 138. 18
Imperatoris beneficium quam plenissimè interpretari debet, num. 93 467
Imperatoris ius, & potestas in Romanam Ciuitatem ex donatione Constantini Magni translata est in Romanos Pontifices, nu. 32. 11
Imperiti, & illiterati, magistratus obtinere non possunt, num. 11 216
Implementi defectu non recedit à contractu emptionis, & venditionis, nu. 1. 370
Implementi non secuti exceptio obstat ei, qui agit ex persona alterius implere debentis, nu. 42. 341
Improprietas, quam Lex tolerat, tolerari debet, num. 52 565
Impuberes officij publici sunt incapaces, num. 7. 55
Imputare sibi debet, qui intra terminum sibi præfixum causam suam non agit: & tunc causæ renunciasse censetur, num. 104. pag. 517. & num. 105 518
Inanis est excussio, quam inopia debitoris excludit, num. 12 264
Inclusio aliquorum, reliqua non excludit, quando contrarietas, & correctio sequeretur, nu. 11. 401
Inclusio aliquorum reliqua non excludit, quando rationes extensionem inducunt, n. 15. 402
Inclusio aliquorum, reliquorum exclusionem non operatur, quando alia via, vel iure includuntur, num. 12 401
Inclusio aliquorum, reliquorum exclusionem nõ operatur, quando exclusioni repugnat verisimilis mens, & intentio disponentium etiam ex coniecturis desumpta, num. 9. 401
Inclusio aliquorum, reliquorum, in quibus eadem ratio militet, quæ in expressis, exclusionem non operatur, num. 8. 401
Inclusio vnius est exclusio alterius, nu. 74. 353
Inclusio vnius, vel aliquorum, aliorum exclusionem minimè producit, quando expressio, & inclusio animo excludendi, & restringendi haud emissa, sed ne expressum videretur omissum, & maioris declarationis gratia. num. 13. 401
Incolæ appellatione quid intellexerit statutum, lib. 1. cap. 41. num. 20. & 24. 83
Incolæ definitio, num. 9. 80
Incolæ distinguuntur à Ciuibus quoad digniorem locum, qui quidem tribuitur ciuibus à D. Paulo, num. 27. 106

Incolæ,

INDEX.

Incolæ, & Aduenæ discrimen, nu. 4. & 5. 81
Incolæ in quibus differant à Ciuibus, nu. 7. 79
Incola quid agere debeat, num. 28. 306
Incola quis dicatur, num. 1. 2. 3. & 12. 81
Incola quoad priuilegium Fori venit appellatione Ciuis, num. 8 80
Incolarum nomen iuxta iuris dispositionem intelligi debet, num. 2 79
Incolatus probatur propria, & directa voluntate, nu. 13 82
Incolatus quot modis contrahatur, num. 6. & 7. pag. 81. nu. 8. 9. 10. & 18. 82
Incontinenti factum quid, quando censeatur, relinquitur arbitrio Iudicis, num. 7. 467
Incontinenti quæ fiunt, censentur inesse, num. 7. 132
Indefinita æquipollet vniuersali, etiam in statutis, num. 112. & 113. 518
Fallit in odiosis, & num. 114. ibid.
Indefinita in Teste, non æquipollet vniuersali, num. 38 219
Indefinita locutio æquipollet vniuersali, num. 4. & 5. 113
In dubio pronunciatur pro Incolatu, nu. 11. 82
Industria personæ, vbi electa est, officium exerceri non potest per substitutum, num. 1. 56
Infames non possunt esse Procuratores, vel Patroni, seu Aduocati causarum, nu. 12. 243
Infanti Curator solus dari non potest, num. 14. 98
Infidelis est, qui dubius est in fide, nu. 16. 22
Infinitas generaliter euitari, ac impediri solet, num. 65 208
Infortunium viri sine eius culpa est considerabile, & suffragatur vxori in repetitione dotis constante matrimonio, nu. 16. 270
Inhibitio concedi non debet, nisi cum causæ cognitione, alioqui non ligaret num. 97. & 99. 517
Et esset nulla, & num. 108. ibidem
Et ita concessa, dicitur canonica, & n. 98. ibid.
Inhibitio non canonica non ligat, nec producit attentata, num. 83 516
Inhibitio secundæ appellationis priuatorum vtilitatem principaliter spectat, nu. 67. 493
Iniqua conditio alteri per alterum inferri non debet, num 83 429
Iniustitia, licet non sit notoria, sufficit ad restitutionem, num. 84 108
Inopia viri, quando plenè, & quando semiplenè tantum probari debeat, num. 30. & 31. & quomodo probetur, num. 36. 40. 270
In pœnis semper benignior fit interpretatio, nu. 209. 277
Insalubritas loci non infertur necessario ex omnimoda exclusione Ventorum Aquilonarium, num. 32 218
Insinuare donationem, quid sit, num. 2. 325
Insinuatio an fit in actis redigendis? nu. 10. 327
Insinuatio donationis requiritur ad cautelam fraudes, nu. 98 355
Insinuatio donationis ex Statuto Vrbis cap. 150 lib. 1. requiritur vltra summam ducator. 200. num. 99 355
Insinuatio donationis inducta est ad fraudes removendas, nu. 20. pag. 326. nu. 23. 327
Et ne donationes extorqueantur per metum, & num. 25. 327
Insinuatio est faciendæ coram Iudice. ibid.
At non est necesse, quod Iudex decretum vltrà proferat, & num. 9 326
Insinuatio fieri potest die feriata, etiam in honorem Dei, & quolibet loco, num. 19. ibid.
Insinuatio necessaria est de iure communi, in donationibus duntaxat excedentibus summã quingentorum solidorum, num. 32. 327
Insinuationi renunciari non potest. Nec etiam cum iuramento, ex Statuto, num. 46. & 47. 48. 328
Insinuationis defectus suppletur de iure communi per iuramentum, nu. 49. ibidem
Insinuatio potest fieri coram quocunque Iudice: & est actus voluntariæ iurisdictionis, num. 15. & 16. 326
Insinuatio principaliter adinuenta est fauore publico, num. 22 ibidem
Insinuatio quare celebranda sit per acta alterius Notarij, quàm eius, qui instrumentum donationis confecit? num. 39 328
Insinuatio quotupliciter fiat legitimè, num. 5. & 9. pag. 325. nu. 12. 13. 326
Insinuatio requiritur de iure communi inter liberos, & parentes, nu. 27. 327
Insinuatio requirit duos testes, ex statuto nullo autem ex iure communi, nu. 50. 329
Insolidum constituuntur rei, vel per expressa verba, vel etiam tacitè, num. 1. 434
Insolidum obligatio non dissoluitur tota per solutionem partis debiti, num. 4. ibid.
Insolidum quid significet, num. 3. ibid.
Instantia de iure Canonico, tam in Ciuilibus, quàm in Criminalibus nunquam perit, num. 19. 164
Secus de iure Ciuili, & ex Statuto, & num. 20. ibid.
Et ratio diuersitatis, remissiuè, num. 21. ibid.
Instantia elapsa, pereunt omnia acta ordinatoria iudicij, de iure communi, num. 31. 165
Secus de actis probatorijs, & num. 32. ibid.
At in Curia Capitolina, neque acta ordinatoria pereunt, licèt parte citata sint repetenda, num. 33. ibid.
Et faciunt fidem in quocumque iudicio, num. 34.
Instantia est actionis exercitatio à litis contestatione in definitiuam sententiam, certo tempore coarctata, num. 2. 163
Instantiæ terminus quando fit præfixus Iudici? num. 26. & 27. 164
Instantia, & Fatalia, in quibus differant; remissiuè, num. 4 163
Instantia in causis executiuis, & summarijs habet initium, cum partes de meritis causæ tractare incipiunt, num. 18 164
Instantia iudicij nullitatis deductæ principaliter cum appellatione, in iure durare dicitur per triginta annos, nu. 4 493
Instantia perempta, non perit actio: secus in fatalibus, num. 63 208
Instantia per statutum comprehensa intelligitur etiam in summarijs, num. 16 164
Instantia, seu Fatalia, an prorogari possint, si partes velint, nu. 22. & 23. 24. ibid.
Instructio propriè est eorum, quæ per scripturam

INDEX.

fam cognoſcantur, num. 20. 492
Inſtrumenta ab vtroque Notario adhibito non ſubſcripta, tũ in rogatu, tum in publicatione, ſunt nulla: ob non ſeruatam formam tradtam à Statuto, num. 22 72
Inſtrumenta an confici poſſint diebus feriatis in honorem Dei vel Sanctorum: & confecta, ſic ne ſuſtineantur? num. 13. 118
Et num. 14. 15. 18. ibidem
Inſtrumenta, & teſtes in iure equiparantur, nu. 20.
Inſtrumenta, ex communi vſu loquendi, non appellantur, niſi publica, num. 4. 167
Secus ex propria appellatione, nu. 5. ibid.
Inſtrumenta non vitiantur per omiſſionem cuiuſlibet requiſiti, ſed illius, quod ex conſuetudine locorum apponi debuerat, nu. 8. 69
Inſtrumenta publica, ex iure communi, non habent executionem paratam, niſi habeant guarentigiam, num. 23. 168
Amplia, etiamſi contineant iuramentum confirmatorium, num. 24 ibid.
Inſtrumenta reperta in Protocollo non eſt neceſſe, quod ad illorum perfectionem contineant omnia, quæ in inſtrumentis publicis requiruntur, num. 17. 70
In Protocollo ſi habeant clauſulam actum, &c. dicuntur Authentica, num. 18. ibid.
Dum tamen ſint ſcripta manu ipſius Notarii, num. 20. ibid.
Quando autem eſſent ſcripta manu aliena, an probent, num. 31. 32. & 33. ibid.
Inſtrumenti publici definitio, num. 6. 167
Inſtrumento licet non ſit adhibenda fides, quando non reperitur matrix in Protocollo Notarii, debet tamen conſtare, quòd illa fuerit perquiſita in Protocollo, & non reperta, num. 26. 70
Inſtrumento rogato per Notarium, in matricula Archiuii non deſcriptum, fidem non eſſe adhibendam, num. 1 66
Inſtrumentorum appellatione an veniant tantum inſtrumenta publica, vel etiam ſcripturæ priuatæ? remiſſiuè, num. 3. & 4. 147
Inſtrumentum, cuius executio petitur, debet neceſſariò exhiberi ab initio, & parte citata, num. 10 177
Inſtrumentum facilius probat, quod actum eſt, quàm teſtes, num. 15. & 25. 168
Inſtrumentum publicum eſt probatio probata, & facit veritatem manifeſtam, nu. 16. ibid.
Inſtrumentum non liquidum, liquidandum eſt ante omnia, vt habeat executionem, nu. 38. Intellige, vt num. 39. 169
Inſtrumentum nullum, ob defectum ſolemnitatum, probat ſaltem confeſſionem in eo contentorum: ſecus ex Statuto, n. 39. & 40. 323
Inſtrumentum producens, fateri dicitur omnia in eo contenta, num. 46. 341
Inſtrumentum publicatum per vnum tantum Notarium probat, num. 9. 72
Inſtrumentum publicum duo principaliter continere debet, factum, quod dicitur contractus, & publicationem, num. 7. 167
Inſtrumentum publicum ſi diſcrepet à prima ſcriptura, debet ſtari primæ ſcripturæ tanquã matrici, & Protocollo, num. 25. 322
Inſtrumentum, ſi ad aliud inſtrumentum referatur, an ad hoc vt exequatur, debeat oſtendi relatum? num. 40. 41. & 42. 169
Inſtrumentum ſi careat ſubſcriptione, & ſigno Notarii, ſi tamen illius nota ſit in Protocollo deſcripta, recipit robur ex Protocollo, num. 11. 69
Inſtrumentum ſi non contineatur in Protocollo, attamen habeat alia requiſita, non tollitur eius fides. Intellige, vt num. 17. 19. 20. & 22. 69
Intentari non poſſunt duo iudicia eodem tempore, ſi vnum ſit præiudiciale alteri, num. 70. 105
Intentio principalis cuiuſlibet diſpoſitionis cognoſcitur ex Proœmio. num. 5. 331
Interdictorum cauſæ ſunt poſſeſſoriæ, nu. 2. 185
Interdictorum formæ; remiſſiuè, nu. 3. ibid.
Interdictorum materia, vbi videri poſſit, num. 10. 186
Interdictum, ne quid in loco publico, non pertinet ad ea loca, quæ ſunt in patrimonio fiſci, num. 7 221
Interdictum ne quid in loco publico, habet locum etiam, ſi quid fiat in priuato, quod noceat publico, num. 23 227
Interdictum noui operis eſt in rem ſcriptum, & tranſit in ſingularem ſucceſſorem, nu. 5. 319
Interdictum vti poſſidetis requirit citationem ex iure communi: ſecus ex Statuto, nu. 15. & 16. 458
Intereſſe habens in aliquo actu, poteſt illi aſſiſtere, quando geritur, num. 3. 253
Intereſſe indefinitum non excedit dupli quantitatem, num. 8 227
Intereſſe pro re vendita non tradita, taxatur arbitrio Iudicis, num. 6 ibidem.
Intereſſe taxari debeat à Iudice: & iure communi non debetur, ſi aliundè non appareat eſſe verum intereſſe, num. 5. & 6. 455
Interlocutoriæ, quarum grauamen per definitiuas, ſeu in definitiuis reparari non poteſt, æquiparantur definitiuis, quoad formam, & ſolemnia appellationis, num. 8. 477
Etiam ſi inſtrumentum rogatum ſit ad fauorem piæ cauſæ, num. 2 66
Interlocutoria habens vim definitiuæ, æquiparatur in omnibus ipſi definitiuæ, nu. 12. 467
Licet aliàs conſtaret ipſum Notarium eſſe verum, ac legitimum Notarium, nu. 3. 68
Interpellatio iudicialis, ex iure communi, interrumpit præſcriptionem. Extraiudicialis verò regulariter nõ interrumpit, ſaltem in actionibus realibus, num. 24. & 25. Fallit, vt num. 26. At ex Statuto, etiam interpellatio extraiudicialis ſufficit ad interrumpendam præſcriptionem, & num. 27. 443
Interpellatio iudicialis ex parte filiæ contra patrem debitorem dotis, &c. non requiritur ad conſtituendum eum in mora. Et præcipuè ſi pater promiſit cum iuramento, nu. 43. 290
Interpellatio præſcriptionem impediens debet eſſe iudicialis, non extraiudicialis, nu. 3. 447
Interpellatio requiſita à Statuto in caſu fructuum dotis, poteſt adimpleri per æquipollens, num. 49 280
Interpretari eius eſt, cuius eſt condere, n. 3. 328

INDEX.

Interpretatio disponentis intentioni repugnans reuocienda,num.16. 372
Interpretatio in dubio facienda est, vt quis velit vti iure suo, non autem aliom lædere, nu. 23. 239
Interpretatio in dubio ita fieri debet, vt admittatur appellatio,num.4 193
Interpretatio legis sumitur ex obseruantia,num. 49. 50
Interpretationes cessant in claris,nu.1. 426
Interpretatio, quæ à sapientibus reprehendi posset,haud capienda.num.17. 372
Interpretatio, quæ congrua sit, magisqui rei conueniat,admittenda,num.18. ibidem
Interpretatio semper ea est capienda, quæ rubro conueniat, & præsertim nigro aliquo modo eidem rubro congruenti,num.31. 450
Interpretatio verborum quomodo distinguatur à significatione.num.27. 563
Interrogatoria communicari non debent parti aduersæ,num.16 153
Interrogatoria in quibus casibus fiant, & qualiter; & eorum effectus; remissiuè, num. 3. ibidem
Interrogatoria non sunt de substantia iudicii, num.8. ibidem
Interrogatoria partis aduersæ præsumunt nullitatem examinis testium ex defectu citationis ad videndum iurare, quando testes fuerint iuxta illa examinati, num.8. & 10.
Intellige, vt num.9. 149
Interrogatoria quid sint,num.1. ibid.
Interrogatoria superflua, vel impertinentia,quæ dicantur,num.17 154
Intestati successioni dicitur renunciare, qui adit hæreditatem ex testamento, num. 34. pag.350.
Inuentarium conficiendum per hæredem requirit specialem citationem personarum, quas certum est habere interesse, sed quoad personas incertas de interesse sufficit citatio generalis,num.62 52
Inuestitura de emphyteusi extante pro masculis, & fœminis, statutum excludens fœminas, operatur solum, vt primo loco euocentur vocati masculi; postea verò fœminæ, num.42. pag. 319.
Inuestituræ petitio potest remitti per consuetudinem,num.23 264
Inuestitura tenor derogat omni naturæ feudorum,num.20 264
Inuestitura, ex iure feudali, peti debet intra annum, & diem à morte domini: aliàs vasallus priuabitur feudo,num.22. ibidem.
Inuestitura in feudo quanto tempore præscribatur,num.4.& 7. 266
Io.Baptista Fenzonius Vrbis quodam Eminentissimus Senator, & Capitaneus *Appellationum*,num.12 397
Ioannes Franciscus Ferrentillus Author additionum ad decis. R. P. D. Buratti commendatur,num.1 293
Io. Franciscus Peregrinus latissimè pertractauit materiam emptionis bonorum Fiscalium, nu. 1. 242
Iudæi nunquam volunt in Sacra Scriptura à verbis recedere,num.45 165
Iudæi propriè non dicuntur hæretici,nu.7. 23
Iudex absens consequitur salarium,dummodo licentiam habeat ab habente potestatem concedendi illam,nu 9 37
Etiam si causa suorum negotiorum abesset,num. 10 ibidem
Et licentia eiusmodi non est necessaria tempore feriarum iudicialium, nu.11. ibidem
Iudex ad quem debet plenam causæ cognitionem adhibere, an appellatio sit recipienda necne,num.3. 480
Intellige,vt num.5.7. ibidem
Iudex an possit ex officio deferre iuramentum calumniæ, etiam post conclusum in causa num.26 130
Iudex an possit pertertere ordinem Iudicij? nu. 7. 161
Iudex an possit procedere in causa Conuentionis, nisi cognito de Reconuentione, num. 12. 132
Iudex an possit reponere appellantem à pronuncia desertionis appellationis, num.36. & 38.39.41. 483
Iudex appellationis an cognoscere possit, tam de inuitilitate, quàm de nullitate sententiæ, quando ab ea fuit simpliciter appellatum, nu. 58. 466
Iudex appellationis in causa nullitatis principaliter potest confirmare primam sententiam, licet nullam,etiam si fuit nulla ex defectu iurisdictionis,num.6.& 7. 521
Tàm ex iure communi, quàm ex statuto, & nu. 12. ibid.
Intellige,vt num.8.11.13.14. 522
Iudex appellationis potest primam sententiam reformare, num.56. 466
Iudex appellationum vbi vacat, appellatur ad primores Ciuitatis,num.4. 507
Iudex appellationum vocabatur etiam antiquitus Capitaneus,num.1. 459
Iudex à quo si appellationem reijcit, iure appellandum est à tali reiectione, & quare. Quod procedit etiam in Iudice ad quem, nu. 11.& 12. 481
Iudex condemnans quem simpliciter in expensis,Iuris dispositionem exequitur,n.109. 550
Iudex cum iudicauerit,siue benè, siue malè, functus est officio suo,num.23. 507
Iudex damnatus in syndicatu nihil potest repetere à parte,pro qua soluerat,nu.88. 548
Iudex debet esse Ecclesiasticus, vt cognoscere possit de causis personarum Ecclesiasticarum,num.2 35
Iudex debet iudicare secundum acta: nec potest ex alijs, quæ sint extra acta, moueri ad iudicandum,num.52.& 53. 465
Iudex debet sequi regulas iuris,rationis,& æquitatis,num.54 105
Et ad eius arbitrium pertinet discernere, ac decernere, an restitutio petatur per calumniam, num.5 ibidem.
Secus autem de iure Canonico, iuxta quod recusari potest, tàm delegatus, quàm ordinarius, sed causa suspicionis exprimi debet per arbitros cognoscenda,nu.17. 39
Iudex de iure Ciuili recusari potest, etiam non expressa causa suspicionis,num.16. ibid.

INDEX

Iudex describitur vir bonus, iurisdicendi, & æquitatis peritus, ad id munus publica auctoritate vocatus, num. 18. 538

Iudex Ecclesiasticus cognoscit de causis Ecclesiasticis priuatiuè quo ad Iudicem laicum, regulariter loquendo, num. 90. 14

Iudex Ecclesiasticus dat Curatorem ad lites Minori laico litiganti coram se, & viceuersa Iudex laicus Minori Clerico, num. 9. & 10. pag. 98.

Iudex ex officio, maximè in criminalibus, debet partes inter se dissidentes ad concordiam compellere, &c. num. 3. 190

Iudex ex officio refrenare potest multitudinem suspectorum, num. 5 504

Iudex ex sententia notoriè nulla ius reddere non potest: & debet repellere agentem ad executionem talis sententiæ, num. 107. & 108. 518

Iudex infirmus pro tempore infirmitatis habere debet salarium, atque etiam exigere potest alias impensas requisitas ratione Officij quãuis extraordinarias, num. 12. 37

Iudex in iudicio communi diuidundo debet curare, vt caueatur de euictione ijs quibus rem adiudicat, num. 20 210

Iudex in iudicio nullitatis principaliter intentato inhibere potest pro sua iurisdictione; sine tamen impedimento legitimæ executionis, num. 66. & 69. 70. 515

Intellige, vt num. 71. & 72. pag. 515. & num. 79. & 82. 516

Iudex in sua sententia declarare debet, quare non condemnet victum in expensis, num. 76. pag. 547.

Iudex maleficiorum fori Capitolini cognoscit etiam de violentijs expulsiuis, ac turbatiuis, & damnis datis, de quibus criminaliter agi contingat, num. 13 35

Potest autem de causis eiusmodi agi, & ciuiliter, & criminaliter: n. 14 35

Iudex maleficiorum fori Capitolini non cognoscit de causis certarum personarum, quæ proprios habent Iudices, n. 3 ibid.

Iudex maleficiorum fori Capitolini non cognoscit de causis clericorum, vel aliarum personarum Ecclesiasticarum, n. 1 ibid.

Iudex non allegatur suspectus post litem contestatam, nisi ex noua causa, n. 39 40

Iudex non debet per se compellere partes ad cõpromissum; & quando petitur ab vna parte, debet altera citari, n. 27 205

Iudex non impertitur officium suum nisi petenti num. 28 ibid.

Iudex potest absoluere victum ab expensis, qui causam iustam habuerit litigandi, n. 26. 548

Iudex non potest confirmare, vel reformare primam sententiam nullam ex defectu circa substantialia processus, sed eam debet nullam declarare, n. 15 522

Iudex non potest pronunciare super instrumento non producto in iudicio, n. 4 29

Amplia, vt n. 5

Iudex non potest sibi reseruare condemnationẽ, vel absolutionem expensarum, n. 64 546

Intellige in sententia definitiua, non autem in interlocutoria, & n. 65 547

Etiã sententia delegati, num. 66 547

Nisi talis esset delegatus, qui suam sententiam exequi posset, & n. 67 ibid.

Iudex non præsumitur ferre sententiam contra eos, quibus singulariter affectus est, nisi iustam num. 6 484

Iudex non tenetur intra terminum assignatum petenti restitutionem in integrum expedire causam, n. 58 105

Iudex non tenetur victum condemnare in expensis, nisi id fuerit petitum, & sufficit saltem implicita petitio, num. 77. pag. 547. & num. 78 548

Iudex ordinarius de iure ciuili, etiam cum iuramento recusari non potest, ita vt remoueatur in totum, sed tantum, vt illi detur adiunctus, num. 15 39

Iudex ordinarius non debet ita recusari, vt remoueatur tamquam suspectus, sed vt detur ei adiunctus, n. 4 502

Iudex per processum ad vlteriora videtur exceptiones reiecisse, n. 16 148

Iudex petere non potest, vt sibi cedantur iura ab eo, cui ipse expensas de suo persoluit, num. 89. 549

Iudex potest ex officio mulctare contumacem, & parti mulctam indicere ante litem contestatã, & potest condemnare in expensis contumacialibus, n. 93. & 94 549

Nec non potest ex officio mercenario condẽnationem expensarum in sententia omissam supplere eadem die latę sententię, & n. 95. 549

Iudex potest ius facere parti, vt intret propria auctoritate absque nuncio, vel executore in possessionem rei contentiosæ, aut adiudicatæ, num. 2 190

Iudex potest pro iuramento accipiendo ad egregias personas, vel impeditas & ad honestas mulieres Notarium destinare, nu. 33 130

Iudex, procedens in causa feriis non obstantibus, neque partibus opponentibus de illis, videtur quoad se feriis renunciasse, n. 38 120

Iudex pronunciare debet iuxta consilium Sapientis, nisi tamen consilium sit expręsse contrarius, n. 17 506

Iudex, quando possit per sequestrum auocare ad se possessionem rei, de qua controuertitur, n. 1. & 4 187

Iudex quibus ex causis reuocari possit, vt suspectus, n. 2 502

Iudex quidnam exequi debeat ad sui Decreti iustitiam? remissiuè, n. 32 233

Iudex si absoluat in sententia victum ab expẽsis, an absolutio sit valida? n. 70. & 71 547

Iudex si suspectus sit, durum, & graue est curam eo litigare, n. 37 40

Iudex, si victori soluat expensas, an eas possit a reo victo iure repetere, n. 86. & 87 549

Et an si expensæ non petantur, possit nihilominus partem victam in eas condemnare? & n. 90. 91. & 92 549

Iudex subrogatus in locum absentis, vel infirmi, an gaudeat iisdem priuilegijs, remissiuè, nu. 14

Iudicare debet in dubio contra præscriptionem, num. 36 443

An subrogatus exerceat officium sequuta mortę infirmi, remissiuè, n. 15 37

INDEX.

Iudicem adit per viam querelæ, qui non potest appellare propter aliquod impedimentum iuris, n. 2 462

Iudice mortuo debetur salarium eius hæredibus pro tempore conuento, si vnica præstatio fuerit, si verò plures fuerint, pro prima pensione dumtaxat, n. 13 37

Iudicem recusandi causæ, quàm plurimæ, remissiuè, n. 18 39

Iudice recusato vti suspecto, acta coram eo gesta de iure ciuili, & in foro Capitolino sunt nulla; & recusato vno ex Collateralibus, Senator potest eum prorsus remouere Iudice alio in locum suspecti subrogato, n. 19 ibid.

Iudices criminalem iurisdictionem habentes per inquisitorem procedere possunt in causis criminalibus ex generali consuetudine nostrorũ temporum, n. 16 35

Quod locum habet tam in publicis, quàm in priuatis delictis, n. 17 ibid.

Iudices minuere possunt poenas statutorum, num. 314 577

Iudices ordinarij de iure communi non possunt recipere sportulas, n. 7 89

Idem in Iudice ordinario Ecclesiastico, ex iure Canonico, n. 9 ibid.

Iudices ordinarij dumtaxat possunt denuò iudicare principaliter super nullitate, n. 11 495

Iudices ordinarij salarium habent à publico, n. 8. pag. 89

Iudices ordinarij sportulas accipientes, qua pœna puniantur? n. 11 ibid.

Iudices per pecuniam eligi non debent, num. 2. pag. 29

Iudices, vel Magistratus non omnia, nec passim, nec ab omnibus accipere debent, n. 2 44

Iudici aliquod permittitur, parte non contradicente, quod alioqui prohibetur, & esset nullũ, num. 6 480

Iudicio ordinario Partes renunciare non possunt & de ordinario facere summarium, n. 9 224

Iudicis actus præsumptionem legis habet pro se num. 19 481

Iudicis arbitrio opus non est, quando res est clara, n. 21 11

Iudicis arbitrio relinquitur compellere personam suspectam ad cauendum per fideiussores, vel alijs modis cautioribus, num. 39. & 40. pag. 276.

Iudicis authoritas Curatoris authoritatis supplet defectum, n. 5 376

Iudicis definitio, & qualitates: n. 1 29

Iudicis factum iuri non derogat, n. 27 543

Iudicis officio, quod venit, peti non potest iure actionis, vel obligationis, n. 25 ibid.

Iudici si datur arbitrium, intelligitur prout de iure, n. 40 40

Et quoad merita causæ, non autem quoad solemnitatem iudicij, in istis enim liberum relinquitur iudicium Iudici, n. 41 ibid.

Iudicis recusatio fieri debet cum appellatione ab vlteriori processu, alias processus sustinetur, n. 20 39

Etiam si causa recusationis esset iusta, num. 21. 39

Vel in termino præfixo probata non fuisset, num. 22 ibid.

Iudicis recusatio ob legitimam suspicionem non censetur prohibita, etiam si Princeps causam committeret cum clausula, remota recusatione Iudicis, n. 13 63

Iudici suspecto non potest Princeps etiam supremus de plenitudine potestatis committere causam recusatione remota, n. 45 401

Quod saltem in Principibus inferioribus, sine dubio procedit, n. 46 ibid.

Iudicium aliud est conuentionale, aliud reconuentionale: & quid sit vtrumque? n. 1 131

Iudicium auocationis appellatur preparatorium iudicij possessorij principalis, & iudicium summarium, seu possessorij summarij limium, num. 2. & 3. pag. 187. num. 3. & 23. 186

Et ab eo non datur appellatio ex statuto, & num. 13 188

Limita, vbi decretum sequestri esset euidenter nullum, vel notoriè iniustum, & num. 17. & 20. pag. 188. num. 24. 27. & 29. 189

Materiam remedij possessorij quis plenè pertractarit? n. 5 187

Iudicium communi diuidendo datur etiã si neuter pollideat, n. 12 210

Iudicium cum Minore sine Curatore, non valet, num. 2 97

Iudicium inchoatur per citationem, n. 6. 192

Iudicium non est inchoandum ab executione, num. 2 523

Iudicium possessorium detentionis, seu retentionis, habet appellationem, & per eam suspenditur executio, n. 95 517

Iudicium possessorium non semper procedit ex interdictis Prætorum, & in quibus casibus, remissiuè, n. 4 185

Iudicium publicum dicitur tribus modis; remissiuè, n. 10 241

Iudicium quando non respicit offensam certæ personæ, sed malos illius mores, quilibet de populo accusare potest, n. 11 241

Iudicium quodlibet custodit propriam naturam, num. 13 102

Iudicium vbi cœptum est, ibi terminari debet, num. 67 106

Iudicum electio si à radice anaritiæ procedat, omnia mala sequuntur, n. 3 39

Iura Ciuilia, quæ loquuntur in contractibus, locũ habẽt etiã in personis, & rebus Ecclesiasticis, quando canones non contradicunt, n. 27 257

Iura cogitur reus, vel deferre ex statuto, licet actor de sua intentione nihil probauerit, nec habeat pro se præsumptionem: Et etiam si vellet probare contrarium ab intentione actoris, per testes, vel instrumenta, num. 16. p. 183. & n. 17 184

Intellige, nisi actor ab initio viam probandi aliter quam per iuramentum elegerit, & num. 20. ibid.

Iura communia prospectum voluerunt humilioribus personis aduersus potentiores, n. 3. 457

Iura iuribus cõcordanda sunt, n. 1. p. 109. n. 4. 224

Iuramenta calumniæ, vel veritatis, præstanda sunt de iure communi etiam in causa appellationis, n. 29 499

Contrarium seruatur in praxi Romana, & nu. 30. ibid.

Iuramenti calumniæ capita debent per Notarũ decla-

INDEX.

declinari instantibus ex Statuto, & ex Const. Pauli V. num. 32. 130
Iuramenti vis tolli potest indirectè per statuta laicorum; non autem directè, num. 31. 325
Intellige, vt num. 32
Iuramento calumniæ potest tacitè renunciari, num. 72 493
Iuramentum à Statuto requisitum, quod contractus non tendit in præiudicium minorum, & mulierum; vix in donatione, & contractibus in Statuto specificatis, potest habere locum, num. 10. 339
Iuramentum calumniæ adinuentum est à Summis Pontificibus, & ab Imperatoribus, ne veritas occultetur, num. 31. 130
Iuramentum calumniæ à victo præstitum, non excusat ab expensis, num. 57.
Contrarium, num. 59. 546
Iuramentum calumniæ inductum est non pro commodo priuatorum, sed pro communi vtilitate, num. 73. 493
Iuramentum calumniæ non præstitum reddit processum nullum, num. 11 129
Amplia à num. 12. ad 19. 129
Limita verò à num. 20. ad 30. 129. 130
Iuramentum calumniæ peti debet, antequam fit conclusum in causa: nec datur post conclusum in causa, nisi in summarijs, nu. 25. 130
Iuramentum calumniæ præstare satis est in actu seruationis terminorum substantialium, num. 27. ibidem
Iuramentum calumniæ remitti non potest expressè, neque per partes, nu. 17. 129
Neque per Iudicem, nũm. 18. ibid.
Neq; per statutum, vel consuetudinem, num. 19. ibid.
Iuramentum calumniæ, si non petatur, omitti potest de iure communi, num. 13. 122
Secus ex statuto, num. 14. ibid.
Iuramentum dolo, ac fraude à Statuto præsumpta extortum non obligat, num. 1. 384
Iuramentum dolo, & metu extortum, nihil operatur, num. 75 337
Iuramentum, ex iure communi firmat donationem inter virum, & vxorem: num. 13.
Secus ex Statuto Vrbis, & num. 14. 284
Iuramentum facit præsumere quemlibet facilius satisfeciſſe debito iurato, quam non iurato, num. 39 443
Iuramentum facit, quod pro iurante præsumatur, num. 18 301
Iuramentum habet vim interpellationis, num. 44. 299
Iuramentum non obligat ad impossibile, num. 3. 456
Iuramentum ob dolum, & præsumptã fraudem in Statuto nostro irritatur, num. 7. 365
Iuramentum præstitum contra bonos mores nõ est obligatorium, num. 16 300
Iuramentum proximiorum in statuto nostro requisitum, an ad donationem in eo expressam referatur, dubitatum in Palatio, nu. 131. 416
Sed essent ad dictã donationem referri, cur videatur, num. 132.
Iuramentum, quando, & quomodo deferatur actori, ad probandam quantitatem credici, num. 7 227
Iuramentum recusantis requiritur, dum quis recusatur, vti suspectus, num. 1. 504
Iuramentum subire, vel deferre quilibet tenetur, nisi iustam habeat causam recusandi. Et causæ recusationis, remissiuè, num. 19. 184
Iuramentum testium cum citatione, an sit præstandum ante examen? nu. 15. 16. & 17. 149
Distingue, vt num. 18. ibid.
Iuramentum victoris est veritatis, non affectionis, num. 117 550
Iura naturalia firma semper, atque immutabilia permanent, num. 37. 426
Iura naturalia iure Ciuili tolli non possunt, num. 5. 299
Iurans præsumitur non immemor salutis æternæ, num. 120 143
Iura producta non probant, si pars petit eorum copiam, & sibi non traditur, num 2. 158
Iura, propriè dicta, non veniunt appellatione immobilium, sed constituunt tertiam speciem inter immobilia, & mobilia, num. 7. 8. & 9. 238
Iura pupilli, &c: alienari non possunt sine Iudicis decreto. Et quid de actionibus, & nominibus debitorum? num. 11. & 12. ibidem
Iura, quæ prohibent appellationem, sunt strictissimè interpretanda, num. 37. 491
Iura quoad successionem naturalium non sunt adhuc correcta, num. 4. 305
Iura sanguinis nullo iure Ciuili dirimi possunt, num. 4 295
Iuri alterni derogandum non est, quoties publicæ vtilitati potest aliter prouideri, num. 43. 219
Iuri gentium naturali derogari potest ratione publicæ vtilitatis, nu. 20. & 21. 300
Iurisdictio appellationis facilè redit à delegato ad delegantem. num. 6 508
Iurisdictio Iudicis appellationum prorogari potest à partibus, num. 8. & 10. 460
Non tamen quoad causas in prima instantia, & num. 9. ibid.
Contrarium, num 11. ibid.
Quod intellige, vt num. 12. ibid.
Iurisdictionem mandare, vel non mandare, & eam adimere pariter fuit in arbitrio Proconsulis, non tamen debuit inconsulto Principe hæc facere, num. 8. 37
Iurisdictio modificata circa aliquem actum præscripta à Statuto, dicitur forma: qua non seruata, actus ille est nullus, nu. 101. 317
Iurisdictionem habens in districtu mari cohærenti, habet etiam iurisdictionem in mari, vsq; ad centum milliaria, num. 89. 567
Iurisdictioni præscribitur, & consuetudo dat iurisdictionem, num. 72 566
Iurisdictio quomodo prorogari possit? num. 7. 8. 9. & 10. 124
Iurisdictio voluntaria non circumscribitur loco, num. 17 326
Iurisdictio, vt fundetur, attenditur petitio libelli, non effectus actionis, num. 7. 193
Iuris futuri remissio continetur in refutatione, & comprehenditur sub statuto, nu. 69. 338
Iuris remissionem cõtinet transactio, & continetur sub statuto, nu 52. p. 351. nu. 66. 352
Iurium appellatione cõtinẽtur seruitutes, annui

d 2 reddi-

INDEX.

restitus, & alia; remissiuè, num.10. 151
Iurium appellatione quid significetur in Iudicio? num.1 147
Iurium admissio cum clausula, si & in quantum, &c. facit vt lites celeriùs expediantur, num. 10. ibid.
Iurium productio dicitur realis, quando partes citata iura producuntur, & petitur ea per Notarium cum actis registrari, vt de actis fiant, num.82 53
Et tàm si originalia dimittãtur in actis, quàm si dimittatur eorum copia collationata, & restituantur, citata tamen parte, & notata per Notarium productione, num.83. ibidem
Iurium productio realis probatur, quando in productione adest clausula tenoris, &c. num. 87. ibid.
Et vbi adfit clausula facto, &c. nu.88. ibid.
Et ex protestatione facta ab aduersa parte, quod iura producta careant solemnitatibus, vel similibus, num.89. ibid.
Iurium productio si non fuerit realis, sed verbalis tantum, Notarius non tenetur ea exhibere, quia iura non dicuntur de actis, num. 81. ibid.
Iurium productio verbalis dicitur, quando ea dimittuntur penes Notarium ad fidem Iudici faciendam, ita vt non registrentur in actis, nec ponantur in processu, num.84. ibid.
Et quando parti restituuntur, ita vt vestigium aliquod eorum non remaneat in actis, num.85 ibid.
Atque etiam licet adesset notata productio, non tamen citata parte, num.86. ibid.
Ius agendi de nullitate competens per officium Iudicis nobile, durat triginta annis, ex iure communi: ex Statuto verò annus tantum præfigitur, num.77. & 78. 516
Ius Canonicum in dispositis ad piam causam seruandum est in vtroque foro, nu.19. 296
Ius Canonicum seruari debet etiam per Iudices laicos, quando disputatur super iuramento. num.93 15
Ius Ciuile correctum, non dicitur amplius Ius Ciuile, num.4. pag.86.nu.13. 296.
Ius Ciuile in Vrbe seruari debet, vbi statutum aliter non disponat, num.24. 119
Ius cudendi monetam competit solum Summis Principibus; & inferioribus etiam Principibus, quibus à summis idem ius impertitum sit, num.156.& 157. 573
Ius diuersum habetur pro diuersitate rationis, num.18. 246
Ius idem est de parte quoad partem, quod de toto quoad totum, num.13. 161
Ius idem est de toto ad totum, quod de toto ad partem, num.21 490
Ius municipale duplex est, scilicet scriptum, & non scriptum, num.3 9
Ius naturale commune est omnibus, & omnes ligat æqualiter, num.70 428
Ius offerendi, domino directo concessum, non habet locum in diuisione rei emphyteoticæ, nisi in tali diuisione daretur pretium pro re. num.3. 218
Ius offerendi quare competat creditoribus posteriorib⁹, in restitutione dotis soluto matrimonio; & non competat similiter eo consistente, num.13 299
Ius positiuum potest interpretari Ius Diuinum, num.40 110
Ius proponendum in certum tempus per modum agendi, non potest tranlacto tempore, proponi per modum excipiendi, nu.116. 518
Ius proprium Ciuitatis est, quod quisque Populus sibi constituit, num.1. 9
Ius publicum præscribit regulam pactis, & actibus priuatorum, num.14 300
Ius scriptum, & non scriptum æquiparantur, num.7 285
Iustitia, & iniustitia pretij in censu vitalitio, & alijs eventualibus consideratur, nu.12. 394
Iustitiæ fundamentum est fides, nu.21. 22
Iustitia nihil est, quam ipsa æquitas, & bonitas, num.22. 257
Iustus ex fide vivit, num.70 28
Iustum pretium cum non offertur, perindè est, ac si emptor non reperiatur, num.38. 533

K

KAlendaria, & Fasti antiquitus publicæ vtilitatis causa edebantur, nu 1. 117
Et quis primus Fastos in albo circa Forum posuerit, num.2. ibidem

L

LAborare nemo præsumitur cõtra propria commoda, & sibi velle damnum afferre, num.70. 493
Laboris ratio est habenda in præmio reddendo, num.66. 557
Laudemium, an debeatur pro bonis inter emphyteutas diuisis, num.6.& 7. 212
Laudum est sententia ab arbitratore prolata non venit tamen sub appellatione sententiæ & præcipuè in statutis, nu.5.& 6. 180
Læsio actu non potentia requiritur per statutum antiquum in secunda parte, num.23. 349
Læsio actu requiritur per Statutum Vrbis, cap. 154.lib.1.num.102. 356
Læsio adest, vbi est fraus, & deceptio, nu.103. 356
Læsio esse non potest, vbi præiudicium cessat, num.130 416
Læsio, & fraus in contractu emptionis, & venditionis consideretur, num.15. 315
Læsio filiæ in dotis constitutione inspicitur ex tempore datæ dotis, non autem mortis patris, num.37 301
Læsio in emptione cadit, nu. 5. pag. 381. & num. 9. 381
Læsio in quota certa non potest verificari, nisi in ijs contractibus, in quibus hinc inde aliquid datur, vel promittitur, num.86. 354
Læsio minorum potest de facili intervenire in pignoratione, vel hypothecatione, nu.5. 231
Læsionis in donatione simplici, quæ à mera liberalitate proficiscitur, ratio non habetur. num.134 416
Læsionis verbum transfertur ad omne genus offensionis, nu.1. 435

INDEX.

Læsio non videtur considerabilis in enormalibus, in quibus vtile proponentium contingere potest, num. 11 194
Læsio potest intervenire in emptione, n. 52 351
Læsio quando in contractu cadere potest, seruandæ sunt solemnitates statuti, nu. 73. 353
Læsio rescissoria contractus, ex iure cõmini debet valere vltra dimidiam iusti pretij, & ex Statuto, vltra tertiam partem, nu. 21. 433
Læsio sine deceptione, & dolo datur, do. nu. 41. 471
Læsio vltra dimidiam, requiritur ad rescissionem contractus, num. 84 354
Læsio ex arbitramento vltra dimidiam iusti pretij potest intentare remedium l. 2. C. de rescind. vend. Etiamsi iudex, & arbitrator illum emologasset, & approbasset, nu. 10. & 12. 485
Læsio vltra tertiam in venditione tendit gravari Canone, seu responsione, & agitur eo quanto ad rescissionem contractus, habenda est ratione illius grauaminis. Item pacti de non alienando, num. 7. pag. 435. & num. 8. & 9.
Amplia, vt num. 10. 436
L. Altius C. de seruit. & aqua. non procedit in præiudicium loci publici, num. 45 219
Declara, vt num. 51. 220
Lectura, & interpretatio legis, seu Statuti, pluribus lecturis datis, ea semper recipienda, quæ vltro consentiat, quod procedit secundum aliquos, quando nulle aduersantur rationes, num. 87. & 88. 419
Legem quærere, vbi habemus rationem, est infirmitas intellectus, num. 48 333
Leges Ecclesiasticæ in actis ordinatorijs iudicij ligant etiam laicos litigantes coram Iudice Ecclesiastico, num. 10. 51
Leges, & statuta iusticiam spectant, nu. 19. 22
Leges, quas ipsa sibi quæque Ciuitas constituit, sæpè mutari solent, vel tacito consensu populi, vel alia postea lege lata, nu. 167. 19
Leges quatuor à Romanis conditæ de re nummaria. Papiria, Liuia, Clodia, Maria, n. 141. 571
Et quid vnaquæque disponeret, nu. 143. 144. 145. 146. 572
Legis ex ratione, licet tacita, argui potest tanquam ex causa finali, num. 44. 492
Legis Valeriæ summa, num. 2. 460
Legitimandi potestas est penes Principem non recognoscentem superiorem, nu. 7 308
Legitima debetur, turbato moralitatis ordine, parentibus in bonis filiorum, & filiis in bonis parentum, num. 11 314
Legitima portio debetur filiis iure naturæ saltem, quatenus succedat loco alimentorum, num. 6. & 7. 299
Contrarium, num. 17. Intellige, vt num. 18. 19. 300.
Legitima portio non potest ex iure Ciuili diminui filiis, nec super ea grauamen imponi, nu. 11. 299
Secus ex statuto, & n. 22. 24. p. 300. n. 38. 301
Legitima reseruata à statuto matri quanta sit, num. 12 315
Legitimatio filii illegitimi debet exprimere filios legitimos, & naturales, si extent, nu. 14. 308
Legitimationi per Curiæ oblationem successit legitimatio per statutum alicuius Ciuitatis, num. 3. 308
Legitimatio per rescriptum Principis non recognoscentis superiorem, nihil differunt à filijs legitimis: & excludunt substitutos per verba, Si quis decesserit, num. 9. & 10. Et quibus verbis concipienda sit talis legitimatio, num. 11. 308
Legitimatio per subsequens matrimonium est maioris efficaciæ, quam legitimatio Principis, num. 6 308
Legitimatio plenissima censetur ex statuto ea, & etiam, quæ habentur per rescriptum Principis, num. 13. ibidem
Legitimatio plenissima, plenior, & plena, quæ dicatur, num. 12 ibidem
Legitimati per subsequens matrimonium in omnibus, & per omnia natis legitimis comparantur, num. 5 ibid.
Legitimati quotupliciter in iure efficiantur, & num. 2 ibidem
Lenca est passuum mille quingentorum; licèt plerisque in locis sit amplior, num. 108. & 109. 568
Lex frequentioribus casibus prospicere debet, num. 27 434
Lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet, num. 49 195
Lex 12. tabularum, quoad debitores, carceri mancipandos, &c. abrogata fuit, nu. 14. 524
Lex legem declarare solet, num. 9. 227
Lex Porcia virgas ab omnium Ciuium Romanorum corpore amouit, num. 5. 265
Lex potest proprietatem verbis tribuere, & efficere etiam, vt sub verbis propriis comprehendantur impropria, nu. 51. 565
Lex, seu Constitutio, debet esse de casu dubitabili, num. 1. 87
Lex, seu statutum deferens viro lucrum dotis in casu mortis vxoris sine filijs, procedit etiam in casu mortis ciuilis, num. 11 275
Lex, siue iuris communis, siue municipalis, impedire potest ortum obligationis naturalis, sicut & ciuilis, num. 30. 427
Lex, siue Statutum prohibens bis, vel tertio appellare, intelligitur in eadem lite super ijsdem articulis: secus autem in articulis diuersis, num. 1. 2. & 3. 489
Et vbi vltima sententia non contineat in se nouum grauamen, p. 489. & nu. 18. 490
Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus, num. 68 14
Lex, vel statutum præcipiens expressè aliquid fieri, intelligitur, si pars, cuius interest, id petat, nu. 5 280
Lex, vel Statutum, vbi mandat aliquid fieri, intelligitur, si petatur, num. 37 138
Lex, vel statutum, vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus, nu. 12. & 71. 262
Amplia, vt num. 13. etiam in casu in quo maior esset ratio, quàm in alio. 256
Lex vna declarat aliam, num. 27. 83
Lex vna declarat alteram, num. 9. 88
Libellus, an possit offerri iudici die feriata? nu. 28. & 29. 30. 119
Libellus, & litis contestatio differunt inter se, num. 31 513
Libellus formatus contra stylum potest à Iudice reiici, num. 8. 155

INDEX.

Libellus, & petitio in quo differant, nu.10. 122
Libellus non requiritur in causis summarijs: sed sufficit quauis petitio, etiam verbalis, pag. 172.num.1.& 3. 283
Debet tamen in actis redigi per Notarium, & dum.2 ibid.
Libellus vous esse dicitur, & sententia vna, quando vna actione eadem plures res petuntur, num.10 194
Liberationis vim habet confessio, nu. 55. 350
Liberatio patris à carceribus non habetur, pro causa necessaria in filio ad contrahendum, absque solemnitatibus statutarijs, n.82. 237
Amplia, etiamsi, venditor expressè ad predicta se obligasset, num.8. 245
Liberatio rei venditæ, & obligatio de faciendo consentire molestantes, cessare debent vbi emptori nullum inde præiudicium, vel periculum imminear, num.7 ibid.
Liber populus est is, qui nullius alterius populi potestati subiectus est, nu.78. 567
Libri rationum, & litteræ priuatæ plenè probant per solam scripturæ comparationem, num.11 175
Limitata causa limitatum producit effectum, num.2. p.87.& num.18 415
Liberationem importat confessio solutionis pro reliquo, num.53 331
Ligare eius esse, cuius est soluere, & contra, num.7 371
Liquidum, vel breui liquidandum, sunt paria, num.9 204
Lites, vt sine suspicione procedant, Principi debet esse cordi, num.36 40
Litigantes quasi contrahunt in iudicio, nu.6. 41
Litigantium commoda, & leuamenta plura, reuisiuè, num.12 61
Litigatores à Cancellis in propriam fidem recipiuntur, num.2 243
Litigiosa bona recipiunt æstimationem, sicuti æstimari potest dubius litis euentus, n.58. 52
Nec in facienda excussione prædicta partis citatio requiritur, num.59 ibidem
Quæ quidem citatio debet esse specialis, nec sufficit generalis, quando ille, de cuius iactere ste agitur, est certus, num.60 ibidem
Litis contestatio fit per petitionem in iure propositam, & responsionem sequutam, n.1. 38
Vel cum Iudex per narrationem negotij causam audire cœperit, num.2. ibidem
Vel si reus per solam negationem, seu responsionem ad libellum actoris, simpliciter diffitetur contenta libelli, num.3. ibid.
Litis contestatio in causis nullitatum, &c. inducitur ex Statuto per solam petitionem, nu. 32. 513
Litis contestatio in causis summarijs inducitur per primum actum, qui respicit merita causæ, num.5 39
Litis contestatio in quibus casibus non requiritur, remissiuè, num. 11. ibidem
Non requiritur regulariter, vbi libellus, non requiritur, num.12 ibid.
Iuramentum hoc habet priuilegium inter cætera, quod ex eo probetur suspicio contra Iudicem, qui ideo possit in totum recusari, num.13 ibid.
Quod tamen procedit in recusatione Iudicis delegati, non autem ordinarij, num.14. ibid.
Litis contestatio non est de iure communi necessaria in causa appellationis, nisi vtraque pars sit præsens: secus vbi altera sit absens, vel contumax, n.22 499
Intellige, vt num.23.25.27. ibidem
Litis contestatio non inducitur, si obijciatur exceptio declinatoria fori, nu.7. 81
Litis contestatio non est ex Statuto necessaria in causa appellationis, num.28. ibidem
Litis contestatio non est necessaria, vbi Iudex poterit summariè, de plano, sine strepitu, & figura iudicij, num.10. 89
Vel si respondeatur cum protestatione de animo non contestandi litem, nu.8. ibid.
Litis contestatio non inducitur, si obijciatur exceptio declinatoria fori, nu.7. 89
Litis contestatio quamuis in causis summarijs non sit necessaria, requiritur tamen in ordinarijs, si in eis summariè procedatur, n.9. ibid.
Litis contestatio, vbi non requiritur, ita habetur pro contestata per primum actum, qui aliàs immediatè fieri solet post litis contestationem, videlicet eo ipso, quod Iudex incipit cognoscere de meritis causæ, nu.4. 321
Litis enemus est dubius, num.51. 314
Loca publica, ad effectum gaudendi priuilegijs concessis, quæ dicantur, nu.9. 216
Loca quæ se alteri Ciuitati commendant, retenta propria iurisdictione, non censentur de Districtu eiusdem Ciuitatis, num.76. 566
Idem de locis fœderatis cum alia Ciuitate, &c. num.77. 567
Locationes ad certam generationem, sunt ad longum tempus, & emphyteusi æquiparantur, num.1 255
Locatio ad longum tempus, & emphyteusis conueniunt inter se, vt, nisi diuersa subsit ratio, dispositum in vno censeatur dispositum etiam in altero, num.3 248
Locatio ad longum tempus, & emphyteusis, non differunt inter se, ex iure, communi, num. 1.p.250. Limita, vt num.3 250
Locationis, & conductionis causæ sunt summariæ, & an admittant appellationem? num. 9. & 11.pag.248.nu.13.14. 248
Locationis, & emphyteusis materia à quibus tractata, num.1. 248
Locator, si elegerit viam agendi ad solutionem pensionum, non poterit vti via expulsoria, num.17 248
Intellige, vt num.18. ibidem
Locumtenens an habeat eandem iurisdictionem, quam principalis, num.10. 69
Locumtenens non potest facere alium Locumtenentem, num.11 ibid.
Locupletari nemo debet cum alterius detrimento, num.65.& 72. 428
Locupletiorem, qui dicit minorem, vel mulierem ex receptione, probare tenetur, num. 36. 421
Locupletiores dicuntur mulieres, & minores ex receptione, & traditione ipsis facta, num. 34. 340
Locupletior factus pupillus quando dicatur, num.18. 232

INDEX.

Locupletior quibus modis quis fieri dicatur, nu. 72. 428
Locus contractus attenditur, quando statutum prouidet circa solemnitatem actus, non circa habilitatem personarum, n. 23 322
Locus publicus non est specialiter priuilegiatus, vt habitans propè ipsum non possit in suo ædificio facere fenestras, etiam ad prospectum, num. 53 210
Locus publicus, vt constituatur, requiritur perpetua loci destinatio, n. 19 217
Locutio impropria est illa, qua recedit à propria significatione, n 57 566
Et à proprio effectu rei distinguendæ per ipsũ, & n. 58 ibid.
Et quandocunque vnum vocabulum ponitur pro alio dissimili, & n. 59 ibid.
Et vbicunque subauditur dictio, Quasi, vel alię huic similes, & n. 60 ibid.
Item quæ significet aliter quam sonet, & nu. 61. ibid.
Et quæ concipit significationem impropriam, & n. 62 ibid.
Et quæ saluatur per figuram, & n. 63 ibid.
Quid intellige, vt n. 64 ibid.
Lucro dotis iuxta dispositionem statuti, an sit locus, si extent etiam liberi ex alio priori matrimonio n. 7. p. 274. & n. 8. 275
Lucrum bonorum proueniens ex statuto, vel cõsuetudine, seruan. est liberis illius matrimonij, cuius occasione coniux illud habuit, num. 30. 276
Lucrum certum habetur ijs in locis, vbi venales reperiri solent annui reditus, prout sunt loca montium, n. 34 289
Lucrum dotis an debeatur, si matrimonium non fit consumatum, sed per vxorem steterit, quia voluit Monasterium ingredi, & Religionem profiteri? n. 4 274
Lucrum dotis conceditur marito, ad sustinenda onera matrimonij. n. 29 276
Lucrum dotis debetur marito, siue is pauper sit, siue diues, n. 23. pag. 275. & n. 25 276
Et procedit etiam in dote promissa, & num. 24. 275
Quod dictum declarara, vt num. 26. 27. & 29. 276
Lucrum dotis debetur vxori non solum habitatione ad dotẽ, sed ad augumẽtum etiam dotis, quod vir ei fecit, n. 37 276
Lucrum dotis debitum vxori, stantibus filijs, quoad vsumfructum tantum mortuis filijs, debitum est etiam, quoad proprietatem: etiam casu mortis ciuilis vxoris, n. 35. & 36 276
Lucrum dotis, & donationis propter nuptias remitti potest de partium voluntate ex statuto, num. 27 272
Lucrum dotis inest ipsi doti, n. 11 286
Lucrum dotis non habet viam executiuam, quando in contractu dotali inter coninges inter nõ adest obligatio Cameralis, n. 33 277
Lucro dotis non fit locus, dilatione data ad solvẽdam dotẽ, si alter ex coniugibus moriatur, nisi finita dilatione, n. 5 279
Lucrum dotis reseruan. filijs communis matrimonij, acquiritur illis, licet non sint hæredes patris, vel matris, n. 13 275
Et detractum ex bonis fideicommissi nunquã amplius reuertitur ad fideicõmissarios, & n. 14 pag. 275. & n. 34 276
Ludens assiduè dicitur bona sua dilapidare, & malè vti substantia sua, n. 15 38
Ideo non admittitur in testem in causa criminali, neq; in causa matrimoniali, n. 16 ibid.
Ludens ludo prohibito non obligatur ex promissione, siue ex perditione in ludo facta, num. 6 ibid.
Ludentibus, seu retinentibus ludum pro mutuo facto, non datur actio ad repetendum, quando pecunia est deperdita, n. 10 ibid.
Ludi alearum occasione si contractus, & instrumenta fiant, omnia sunt irrita, n. 7 ibid.
Et sicut agere illorum vigore non posset is, qui vicit, ita nec alius, cui cessum fuisset eiusmodi creditum, n. 8 ibid.
Ludi quinam sint illiciti, & de iure prohibiti, remittuè, n. 5 ibid.
Ludi varij nominatim, qui liciti, & qui illiciti, num. 13 ibid.
Ludus ad pilam, vel alius prouenies ex hominis industria, ingenio, & fortuna permissus est, num. 11 ibid.
Si tamen fiat animi gratia, secus si fiat causa lucri, & de non modica quantitate pecuniæ, etiam inter diuites cum periculo blasphemiæ, num. 12 ibid.
Luere in corpore nemo cogitur pro pœna pecuniaria, si potest soluere, n. 9 514

M

Magistratus confirmandi sunt iuxta consuetudinem, n. 28 28
Magistratus de iure communi, quouisque munere suo perfunguntur, causas sustinere non possunt, siue agendo, siue defendendo, n. 8 43
Quod tamen procedit in maioribus Magistratibus habentibus dignitatem cum administratione, & temporalibus non perpetuis num. 9 43
Magistratus in Syndicatu eumdem honorem habere debet, quem habebat in officio, n. 4 44
Magistratus iure debent esse annales, vel biennales, n. 27 28
Magistratus omnes muneris gesti rationem reddere tenentur, n. 1 41
Et ideo per dies quinquaginta subsistere tenentur in locis, vbi ius dixerint, idque ex iure communi, sed ex statuto nostro subsistere debent per decem dies duntaxat, num. 2. ibidem.
Magistratus, quorum electio spectat ad Principem pro eiusdem arbitrio continuantur, num. 29. 28
Magistratuum Vrbis creatio hodiè ad Principem pertinet, vel antiquitus pertinuit, nu. 7. pag. 29.
Maiores facti an habeantur pro maioribus in alienatione immobilium? n. 7. & 8 9
Maiores facti excluduntur à petitione restitutionis in integrum, si non habeant iustam causam num. 5

INDEX.

Limita, vt num. 6. & 9 92
Maior factus ratos habere potest contractus initos sine decreto Iudicis in minori ætate, num. 88 418
Maior fictus per statutum, existens extra territorium, ibique disponens de Bonis in territorio statuentium sitis, debet seruare solemnitates loci statuti, n. 12 93
Secus si Bona essent extra territorium loci, in quo per statutum fuit habilitatus, num. 13. ibidem.
Maior pars creditorum præiudicare potest minori in concedendis inductis, n. 9
Nisi debitum sit iuratum, & n. 11.
Et potest etiam præiudicare in remissione partis debiti, & n. 12 451
Mandatarij, Cursores, & similes alij, Apparitores latinè nuncupantur, n. 2
Et an credatur eorum relationi, num. 4. 5. 7. & 9 77
Mandatarij scire debent legere, & scribere latinè, n. 1 76
Mandatarium, siue Nuncium, tollicit iurasse semel, cùm semper ad officium admissus fuit, num. 6 77
Mandata suspicionis fugæ, quomodo concedantur in Vrbe ex Constitutione Pauli Quinti, num. 8 196
Mandati de associando forma, remissiuè, num. 4. pag. 190
Mandati exhibitio in recusatione Iudicis est necessaria, parte opponente, n. 34 40
Mandati fines diligenter custodiendi sunt, num. 38. 206
Mandatum ad hæreditatem petendam ab intestato statuto nostro subest, n. 1 371
Mandatum ad lites mulieris, & minoris non comprehenditur in 2. p. Statuti antiqui, & in 15. in nouis, n. 1 302
Mandatum ad lites non est actus læsiuus, & non subiacet dispositioni statuti Vrbis, n. 6 347
Mandatum ad lites non est de se actus læsiuus, num. 2 362
Mandatum cum generali, vel libera administratione bonorum, vel in rem suam, æquipollet mandato speciali, n. 39 206
Mandatum de manutenendo non admittit exceptionem requirentem altiorem indaginem, num. 79 107
Mandatum & voluntas partis, vel sui ad effectu validitatis contractus cum filiofamilias quando intercedere intelligatur, n. 98 430
Mandatum generale comprehendit omnia necessaria per consequentiam, n. 33 206
Mandatum generale continens facultatem Iudices, seu Notarios recusandi censetur sufficiens ad recusationem certi Iudicis inspecie, num. 35 40
Mandatum legitimum in Procuratore potest esse, vel expressum, vel tacitum, num. 1. & 3. pag. 111.
Mandatum præsumitur sufficiens, nisi producatur insufficiens, n. 32 233
Mandatum procuræ ad adeundam hæreditatem subiacet statuto Vrbis, cap. 151. lib. 1. num. 32. 349
Mandatum procuræ de sui natura actus læsiuus non est, n. 2 374
Mandatum, quod non iustificatur ex actis, est nullum, n. 7 295
Mandatum relatum vigore alicuius instrumenti ante illius productionem, non est exequendum, n. 6 291
Mandatum speciale ad petendam restitutionem in integrum, an, & quando requiratur, num. 8. 100
Non requiritur ad defendendum reum conuentum in eodem iudicio, n. 9 101
Mandatum speciale, vbi requiritur, non sufficit cautio rati, n. 42 206
Mandatum suspicionis fugæ decerni non potest pro debito minimæ quantitatis: & quæ summa censeatur minima, ex iure communi, n. 55. & 56.
Et quæ ex statuto? n. 57 200
Mandatum suspicionis fugæ vt concedatur de iure, debet prius constare Iudici de credito liquido: n. 4 196
Ampliat, vt n. 5 197
Mandatum tacitum æquiparatur expresso, nu. 2. pag. 111
Mandatum tam ad ponendum, quàm ad respondendum an sufficiat, quòd sit in genere tantùm; an verò debeat esse speciale? n. 122 144
Manifestissimè constare dicitur id, quod ex coniecturis demonstratur, n. 52 277
Manutentio conceditur hæredi emphyteutæ in casu controuersiæ inter hæredem, & Dominum super deuolutione, quæ non sit clara, sed turbida, n. 24 317
Manutentionis remedium datur pro ciuili possessione, n. 28 318.
Et conceditur etiam hæredi, licèt excipiatur quod bona hæreditaria sint feudalia, quousque non appareat illa esse talia, & num. 29. ibidem.
Marcus Antonius Gottadinus Primus q. Collateralis, n. 14 398.
Mare distinguitur, sicut terra, n. 92 567
Marito decedente, lucro dotis sibi debito non petito, eius hæres ius habet illud petendi, nu. 31. 276
Maritus in casu fugitiui tenetur præstare cautionem de bene tractanda vxore, n. 11 292.
Et quid si vxor nihilominus non acquiescat, an maritus teneatur ad alimenta, & nu. 13. 18 ibidem.
Item, quid, si præstita cautione, vxor vellet redire, & maritus nollet eam recipere? & nu. 14. ibidem.
Maritus ob solutionem retardatam dotis sibi promissæ potest petere vsuras, licèt interesse lucri cessantis, quatenus ille solitus sit negociari, n. 12 293
Amplia, vt n. 13 288
At debebit interpellare debitorem dotis, & num. 27.
Et concurrere debent requisita Castrensis, & num. 28 289
Maritus promittens totam, vel integram dotem restituere, videtur renunciasse lucro dotis, quod ex statuto ei defertur, num. 54. & 55. pag. 287
Intellige, si talis promissio sit facta per maritum

INDEX.

ritum ex certa scientia, & non per errorem, 231. & n. 56 278
Marrus soluto matrimonio tenetur cauere cum fideiussione de restituenda dote elapso tempore præscripto, num. 3. & 6. 280
Masculinum non concipit femininum, nisi per extensionem, num. 8 425
Mater ex iure communi tenetur cauere filiis primi matrimonij per idoneum fideiussorem de conseruandis mobilibus, sibi quæsitis de lucro ex primo matrimonio proueniente, num. 41. 277
Secus de immobilibus, quorum alienatio tantum illi interdicitur, & nu. 42. ibid.
Ex statuto autem excluditur. 314
Mater ex iure communi vocatur in viriles portiones cum alijs filijs ad successionem filiorum ab intestato decedentium, nu. 10. ibid.
Mater potest donare filio sine solemnitatibus statuti, num. 37 350
Materiam suspitionis fugæ qui tractarint, num. 1. 196
Matricula cessat hodie ex Constitutione Sixti Quinti de erectione Collegij Notariorum Curiæ Capitolinæ, num. 1 67
Matricula Notariorum Curiæ Capitolij in desuetudinem abijt post Constitutionem Sixti Quinti de erectione Collegij Notariorum dictæ Curiæ, num. 10 67
Matrimonium dissoluitur per ingressum alterius ex coniugibus in Religionem, ante ipsius matrimonij consumationem, nu. 5 247
Melioramentorum causa habet executionem irretractabilem: num. 88. & 91. 94. & pro eis non datur actio, sed retentio, & nu. 89. Contrarium, vt num. 90. 516
Mendacium est falsa significatio vocis, cum intentione fallendi, num. 3 145
Mendacium non punitur, quando veritas negatur per errorem, vel sine dolo, vel lata culpa, num. 5 146
Neque vbi reuocata sit negatio ante litis contestationem: vel antequam negans sit conuictus de mendacio: neque vbi pars grauata non fuerit, num. 6. & 7. ibidem
Amplia, vt num. 8. 10. 11. ibidem
Mendacium velut delictum habetur, nu. 2. 145
Menses simpliciter prolati computantur triginta dierum, tàm de iure communi, quàm municipali, num. 127 570
Amplia etiam, vbi lex terminum statuat duorum mensium vtilium, & nu. 128. ibid.
Intellige, vt num. 131. 132. & procedit pariter in contractibus, & vltimis voluntatibus, & num. 129. ibid.
Non procedit autem, vbi de aliquo mense in specie, & individuo facta sit mentio, & num. 135. ibid.
Mens, & intentio, imò, & causa finalis disponentium ex proœmio desumitur, nu. 10. 401
Mens, & voluntas disponentium in vltimis voluntatibus quomodo coniiciatur; remissiuè, num. 33 564
Mens geneneralis arguitur, ex generalitate verborum, num. 39 409
Mens in qualibet dispositione primum tenet locum, ac cunctis dominatur, num. 34. ibid.
Mens in qualibet dispositione totum facit, ac verbis quibuscunque prætertur, nu. 35. 409
Mens Iudicis talis esse præsumitur, qualis de iure esse debet, nu. 80 518
Mens legis coniicitur ex naturali iure, & æquitate, ac benignitate, nu. 29 564
Mens statuentium attendi debet, nu. 18. 93
Mens statuentium, & mens Statuti quomodo dignoscantur, nu. 33. 34. & 36 564
Mercatores, institutores, &c. censentur publicè patresfamilias, nu. 100 430
Merces pauperi est pro alimentis, nu. 5. 192
Merces soluenda est laborantibus in fine diei ante occasum Solis, nu. 3 ibid.
Metus causa gestum, non est nullum regulariter sed rescindendum, nu. 11. 202
Metus ex iniusto carcere præsumptus nullam reddit obligationem, ex iure communi, num. 9. ibidem
Metus iustus, & cadens in constantem virum probatur arbitrio Iudicis, num. 7. 201
Metus proueniens ex iniusta detentione in carcere, est metus cadens in constantem virum, num. 6 201
Miliarium aureum erat Columna, à qua omnes Italiæ viæ initium, & finem capiebant, & à qua itinerum mensura sumebatur, & erecta fuit in capite Romani fori ab Augusto, num. 115. & 116. 569
Milliarium solebat antiquitus distingui lapidibus, num. 110. 568.
Minister Principis maioris præcedere debet Ministrum Principis minoris, vbi alias Ministri sint in pari gradu, num. 2 50
Minor an possit per statutum, vel per consuetudinem, fingi maior? & de ratione Statuti Vrbis circa hanc materiam, num. 10. 11. 92
Minores compromittere non possunt sine solemnitatibus alias requisitis in alienatione bonorum, num. 37 206
Minores contrahere non possunt cum alijs minoribus in casibus prohibitis sine decreto Iudicis, &c. num. 54. 55. Intellige, vt nu. 56. si minores sint, & filij familias, & contrahãt inter se cum solemnitatibus, & nu. 56. 427
Minores, etiam inuiti, Curam in litem accipiunt, num. 1. 97
Minores, & mulieres, cum iactura alterius locupletari non debent, num. 12. 419
Minores non possunt transigere sine solemnitatibus Statuti, num. 66.
Minor, & mulier si recipiunt legis necessitate tenentur restituere, num. 106. 356
Minor ex sua promissione obligatur naturaliter, & ciuiliter. Et si debitum soluit, non repetit. num. 27. & 28. maximè vbi fidem suam soluendo liberat. Et num. 29. 426
Minor fideiubens restituitur tanquam læsus, nu. 31. 334
Minoris confessio, circa receptionem pretij facta in instrumento venditionis sapit donationem, & continetur sub Statuto, cap. 151. nu. 8. 347
Minoris confessio simplex eget solemnitatibus Statuti, secus verò adminiculata, num. 12. 348
Minoris contractus iudicatur euidenter vtilis, si ex

ex parte ipsius nulla obligatio intercedit, nu. 32. 340
Minoris, & mulieris contractus omnes, in quibus directè, seu indirectè decipi possunt, comprehenduntur sub dicto statuto, cap. 151. num. 3. 339
Minoris nulla oritur obligatio ex contractu sine statuti solemnitatibus emisso, etiam si ipse receperit, n. 37 341
Minoris permutatio subiacet statuto Vrbis, cap. 113. & 151. n. 57 351
Minoris vtilitas non attenditur in his, quæ sunt de forma, n. 28. & 29 340
Minori, vel mulieri ad rescissionem agenti ex læsione, & statuto 154. nullitatem non posse obijci, n. 22 372
Minor non includitur in statuto, vel consuetudine puniente aliquid, quod de iure communi non sit punibile, n. 17 146
Minor non potest confiteri, si potest fieri fraus statuto, n. 4 347
Minor per integrum restitutionem, potest publicatis dictis testium, idem probare per testes meliores, n. 12 501
Minor plus fauoris, ac priuilegij habet in restitutione in integrum, quàm mulier, num. 29. pag. 332.
Minor pupillo maior, siue adultus curatorem habens sine eo contrahere, & obligari nequit, num. 3 381
Minor quando lædi potest, debet seruare statuti solemnitates, n. 33. p. 349. & n. 56 351
Minor recipiens dicitur factus locupletior, num. 34. 340
Minor recipiens: & recognoscens bonam fidem non tenetur seruare solemnitates statuti, nu. 104.
Contrarium, n. 107 357
Minor, si contrahit cum muliere, non habet locum statutum, n. 18 348
Minor si donat, vix potest iurari, non adesse ipsius præiudicium, n. 10 339
Minor tenetur adhibere solemnitates statuti, ca. 151. lib. 1. in omnibus contractibus, in quibus decipi potest, n. 1 318
Miserabilium personarum causæ, etiam de iure communi à sportulis immunes esse debent, num. 5 91
Missio creditoris in possessionem nominis debitoris, &c. quomodo fiat, n. 77. & 83 534
Mixtus casus non venit sub statuto loquente in casu simplici, n. 96 13
Mobilia, præcipuè vestes, & similia, quæ vsu, ac tempore deteriora fiunt, cuiusnam erit damnum deteriorationis? viduæ, an hæredis mariti? n. 29 & 30 282
Mobilia, quæ de facili amoueri non possunt, habentur loco immobilium, n. 23 198
Mobilia se mouentia, & incorporalia æquiparantur; & quatenus extent, sunt restituenda mulieri viduæ, ex statuto, n. 17. & 28 282
Modica summa, quæ dicatur, relinquitur arbitrio Iudicis, ex iure communi, n. 2 193
Monasterium an in casu lucri dotalis, ex dispositione statuti, sit loco filiorum? num. 15. & 16. 275
Monasterium habetur loco filiorum in vltimis voluntatibus, in casibus tamen à iure permissis, n. 17 275
Moneta certa vbi est in obligatione posita, illa debetur, non alia, n. 172 574
Moneta constituta à statuto, si deinde minuatur eius valor, solui debet secundum valorem tempore solutionis, n. 203. & 208 577
Contrarium quoad pœnas pecuniarias, vt num. 206 ibid.
Et quoad salaria, n. 215. ibid.
Distingue, vt n. 216. & 218 ibid.
Moneta deposita recipere non potest augumentum, vel diminutionem valoris propter immutationem monetarum, n. 202 ibid.
Moneta falsa dicitur, quæ ab eo cuditur, qui publica ad id auctoritate non nititur, n. 158. 575
Monetam falsam cudentes, quibus pœnis puniantur, remissiuè, n. 160 ibid.
Monetarum argumentum, à quibus pertractatum, num. 224 578
Moneta vbi est definita, seu taxata per legem de illa est intelligendum, non de moneta vulgari, seu currente, n. 36 328
Monitio, & diffusio requirunt præsentiam partium, n. 32 110
Et an dubio in præsumatur *Pars* præsens? nu. 33. & 34 ibid.
Mora debitoris cessante non debentur vsuræ, nec interesse lucri cessantis, &c. num. 24. pag. 289.
Mora irregularis inducitur sine interpellatione ex speciali fauore dotis, num. 25. & 26 ibid.
Mora purgari non potest, vbi tempus à lege, vel à statuto præfigatur, nisi probetur impedimentum, n. 134 370
Mora, quæ dicatur breuis, & purgabilis, relinquitur arbitrio Iudicis, n. 133 ibid.
Mora quando dicatur remissa, n. 112 143
Mora quanto temporis interuallo purgata censeatur, relinquitur arbitrio Iudicis, ex *Iure* communi; Secus ex statuto, n. 114 ibid.
Mora regulariter non committitur durante termino præfixo dilationi, n. 8 139
Mora regularis non contrahitur sine interpellatione, n. 30 289
Mora regulariter purgari potest: vbi non fit facta executio à lege, vel ab homine, num. 108. & 109. 143
Et quid in foro Capitolino? num. 110. & 111. ibidem.
Mora sua cuilibet nocere debet, n. 184 575
Mores conuenire debent habitui vestium, nu. 4. pag. 58.
Mors ciuilis æquipollet naturali, quando operatur eundem effectum, quem mors naturalis circa rem, de qua agitur, n. 22 275
Moyses ex precepto Dei Aaron in summum Pontificem vnxit, n. 122 17
Mulier agens vigore instrumenti dotalis contra tertios possessores, debet citare etiam principales debitores, n. 9 177
Mulier cum viro vendere non potest sine solemnitatibus statuti, n. 3 347
Muliere, & minore simul contrahentibus statutum non habet locum, n. 18 348
Mulier eligès bona viri pro dote nõ tenetur seruare statuti soléitates, n. 40. 350. & n. 65. 352

INDEX.

Mulieres callidiores sunt, & astutiores viris, num.34 335
Mulieres fideiubere prohibentur,n.1 378
Mulieres fideiubere pro viro specialiter, & artius prohibentur, n.2 379
Mulieres maiores minoribus ex statuto nostro æquiparantur, n.9 393
Mulieres sui natura sunt auarę: & mulierum genus dicitur auaritiosum,n.45 397
Mulieres, & minores ad receptorum ex contractu nullo defectu solemnium statuti nostri 151 lib.1. restitutionem, ex æquitate legis naturalis, & alia actione ex lege conueniri possunt; non ex contractu reprobato,n.15 419
Mulieres,& minores ex contractibus sine solemnitatibus statuti nostri initis, recipientes, eatenus ad restituendum recepta,ex æquitate legis tenẽtur, quatenus locupletiores facti probentur, & in rem eorum versa, n.27 421
Mulieres,& minores ex nostro statuto pupillo tutorem habeati,æquiparantur, n.43 422
Mulieres, & minores nulliter vigore statuti nostri cap. 151. lib. 1. obligati, eatenus ad receptorum restitutionem tenentur, quatenus in rem eorum versum appareat,n.13 419
Mulieres,& minores tenentur seruare solemnitates statuti Vrbis lib. 1, cap. 151. in omnibus contractibus, in quibus decipi possunt, num.1 228
Mulier,& minor,quando recipiunt, tenentur legis necessitate restituere,n.106 356
Mulier ex receptione,& traditione ei facta, dicitur locupletior,n.34 348
Mulier facilius se obligat, quam denotat,nu.10. pag.348.
Mulier habens pro dote, hypothecata certa bona specialiter, alia generaliter, an possit relicta speciali, intentare contra tertium possessorem hypothecam generalem? n.12. 13. 14. & 15 177
Mulieribus,& minoribus non est in alterius damnum opitulandum,n.5 390
Mulieribus,& minoribus petentibus eorum obligationes nullas declarari vigore statuti nostri, non obijcitur receptorum restitutio, num.10. pag.419
Mulieri è domo ejectæ sine culpa tenetur maritus alimenta præstare extra domum,n.1.
Amplia procedere tàm in dote,quàm in donatione propter nuptias,in casu sæuitiæ viri, & num.2. 293
Mulieri ex iure communi non ita succurritur, sicut minori,n.27 332
Mulier inter viuos disponere potest de ipsa dote in casibus alioqui à iure permissis,n.3.
Et habens filios ex primo matrimonio, potest bona sua in dotem dare secundo viro, & n.4. pag. 283.
Mulieris fideiussio est nulla,etiam si recognouerit bonam fidem, num. 38. pag. 350. num. 107. 357
Mulieris nulla oritur obligatio ex contractu sine solemnitatibus statuti emisso, etiam si ipsa receperit.
Intellige;vt ibi,n.37 341
Mulieris obligatio pro alijs non obstante Velleiano mere iure tenet,per exceptionem quarum uis elidatur,excepta obligatione pro viro; quæ ipso Iure est nulla, n.30.& 31 421
Mulieris obligatio pro dote subiacet dispositioni statuti,n.13.
Contra num. 16 348
Mulieris quietantia facta socero comprehenditur sub dicto statuto,n.11 348
Mulieri vetus contractus iudicatur, si nulla ex parte ipsius intercedit obligatio,n.32 340
Mulier,non obstante statuto,potest marito mortuo testari ad fauorem filiorum,n.5 383
Et si reliquerit plus vni filio, quàm alteri, non poterit ille conqueri,dummodo in legitima grauatus non fuerit,& n.6 283
Mulier non potest confiteri,si statuto potest fieri fraus,n.4 347
Mulier non potest fideiubere pro viro in fraudẽ donationis à iure prohibitæ, n.44 350
Mulier non præsumitur donare, vel similes contractus sibi damnosos inire, n.33 332
Mulier ob sexus fragilitatem videtur magis suspecta,quàm vir de dilapidatione,n.44 277
Mulier potest donare filio sine solemnitatibus statuti, n.7 347.
Mulier potest positiones iam datas denuò dare, & testes super antiquis articulis inducere, num.128 144
Mulier, quæ cum viro, etiam principaliter se obligat, præsumitur pro illo fideiubere, num. 105. 356
Mulier, quæ recipit, Velleiano incumbens, tenetur docere, ex receptione non fuisse locupletem effectam,aliàs cẽsetur locupletata ad excludendam eius intentionem,n.34 421
Mulier, quando lædi potest,debet seruare solemnitates statuti, n.33. & 56 351
Mulier quotiescunque directè,vel indirectè lædi-tur,habet locum statutum antiquum, lib.4.ca. 19. n. 22 349
Mulier recipiens, & recognoscens bonam fidem non tenetur seruare solemnitates statuti, num. 104. 356
Contrarium, n.107 357
Mulier, si recipiat simpliciter sortem principalem dotis,nulla facta mentione de fructibus, si agat postea ad illorum repetitionem, non poterit illi opponi tacita,& præsumpta remissio, num.46 290
Mulier soluto matrimonio non est æquè priuilegiata, ac eo constante,n.31 289
*M*ulierum obligationis causa debet exprimi, & in scriptis redigi,n.81 353
*M*unera,donauè accipi non possunt à Iudicibus vel *M*agistratibus,nisi esculenta,vel poculẽta; quæ intra tres dies proximos prodigantur, n. 1. 44
*M*unera excæcant oculos sapientium, & mutant verba iustorum,n.4 ibid.
*M*uro alieno liberè, vti permissum est in ædificijs, persoluto tamen eiusdem muri dimidio pretio; ex Constitutione Gregorij XIII. num.4 223
*M*utata pecunia,intelligitur ad nouam mutationem mutata constitutio. n. 205 377
*M*utatio monetæ,quę modico tempore durauit, nullum parit effectum,n.196 376

Nar-

INDEX.

N

Narrata, & emissa in contractibus, siue solemnitatibus initis simulatè, & fraudulenter censentur adiecta, num. 5. pag. 359.

Naturales non legitimi, ac spurij, an in casu compromissi comprehendantur inter consanguineos? n. 12. 17. & 18 204

Naturalis filius quis dicatur? num. 14. & 15. ibidem.

Natura nullam constituit differentiam inter legitimos, & illegitimos: & communis est omnibus filijs tàm legitimis, quàm illegitimis, nu. 7. & 8 295

Necessitas excusat ab obseruatione feriarum, num. 31 119

Necessitas facit licitum, quod alias Procuratori lege non esset licitum, n. 44 206

Necessitas facit licitum, quod iure non est licitum, n. 6 242

Necessitas legi non subiacet, n. 18 338

Necessitatem importat verbum: debeant, num. 83. 554

Negans non potest se fundare in positione negata, n. 133 144

Ampliat, vt n. 134 144

Negare aliquid per dolum, vel confiteri æquiparantur in iure, n. 88 535

Negligens ad effectum præscriptionis, &c. quis dicatur, n. 14. & 18 442

Negligens ad inducendam præscriptionem quomodo probetur, n. 15 ibid.

Negligentia, & Diligentia casus, quoad varios effectus Iuris, remissiuè, n. 16 ibid.

Negocia dicuntur contractus innominati: & ex illis oritur obligatio, & actio præscriptis verbis, &c. n. 3. & 4 435

Negocia plura sunt, quàm vocabula, num. 37. pag. 464.

Nemo de proprio tenetur alteri facere beneficiũ n. 51. p. 260. & n. 69 262

Nemo suas fortunas ipsorè eijcit, n. 164 379

Neophytorum causæ tam ciuiles, quàm criminales, & mixtæ reseruantur cognitioni eorum Protectoris, qui solet esse Cardinalis, n. 4 35

Nepos, pronepos, & cæteri descendentes sunt in potestate aui, vel proaui paterni, nisi fuerint emancipati, n. 95 430

Nepotes ex iure communi admittuntur æqualiter ad successionem patrui communis, sublata sexus differentia n. 3 314

Secus ex statuto, & n. 4 ibid.

Nepotes parentum suorum personas sustinent, & in eorum locum ingrediuntur, n. 5 ibid.

Nigri verba clara non recipiunt declarationem à rubro, n. 69. sed vid. infra. 451

Nigri verba, vbi sunt clara, non recipiunt declarationem à rubro, n. 91 355

Nigro, seu textui, potius standum est, quàm Rubricæ, seu Titulo, n. 23 539

Nigrum declaratur per rubrum, n. 1 508

Nigrum declaratur per rubrum, quamtumuis non perfectam orationem contines, n. 50 450

Nigrum, quando ita intelligi potest, vt censeatur etiam generaliter disposuisse, & rubro generali conuenire, rubrum est generaliter intelligendum, n. 9 339

Nigrum restringit rubrum, in quo est appositum relatiuum, n. 95 355

Nigrum speciale non restringit rubricam continentem orationem perfectam, & generaliter loquentem, n. 8 339

& num. 90. 355

Nisi, dictio excipit casus post expressos, n. 20. pag. 35

Nomen sæpè ducitur ab eo, quod fieri debet, licèt aliquando non fiat, n. 110 16

Nomen sortitur quis regulariter ab eo, quod principaliter agit, n. 162 19

Nomina debitorum capiuntur in subsidium in executione iudicati, n. 74 534

Nominatio sub nomine collectiuo, vbi sit plurium personarum, inter quas cadit prælatio ordinis, dispositio accipi debet ordine successiuo, nu. 37. & 45 234

Non entis, & non apparentis, idem est iudicium, num. 18 498

Non entis nullæ sunt partes, n. 118 369

Non entis nullæ sunt qualitates, nu. 47. pag. 427 & num. 16 498

Notæ sunt compendia dictionum, quibus singulis singula verba significantur, n. 1 55

Notariatus ars dicitur honesta, & viris ciuilibus apta, n. 10 ibid.

Notariatus officium, licèt vacabile, vendi, & resignari potest, sicut cætera officia Romanæ Curiæ, de licentia tamen Principis, n. 10 65

Idem imputatur etiam in legitimam, num. 11. pag. 65

Et potest locari, aut in administrationem concedi etiam per loca pia, ad quæ illud pertinet, n. 12 ibid.

Et potest obligari respectu pretij, & fructuum, licet non sit in commercio, n. 13 ibid.

Notariatus, seu tabellionatus officium, an præiudicet nobilitati, n. 9 55

Notarij abstinere debent à notis, vel signis, quæ non sint in vsu, neque communiter intelligantur, n. 3 ibid.

Notarij actuarij debent esse qualificati, & approbati iuxta hoc statutum, n. 5 ibid.

Notarij à notis dicti sunt, n. 1 ibid.

Notarij approbari debent à Superiore sui Tribunalis, n. 5 50

Notarij à Protonotarijs creati, iuxta ipsorum facultatem non censentur admissi ad exercitiũ Notariatus in Vrbe, nisi seruata forma huius statuti, & Constitutionis Iulij Papæ Secundi, & Leonis Decimi, n. 6 66

Notarij Capitolini actuarij Iudicibus assistentes quomodo se gerere debeant, præscribitur hoc cap. & Constitutione Pauli Papæ V. super reform. trib. Vrb. vbi plura alia à Notarijs seruanda in actis iudiciarijs, n. 1 58

Notarij Capitolini hoc habẽt ex priuilegio Sixti V. in erectione ipsorum Collegij, quod nullus ex Notarijs eiusdem Collegij possit à partibus allegari suspectus; nisi expressa Iudici causa suspicionis, & illa saltem extraiudicialiter, aut ipsius Iudicis arbitrio iuncta, num. 3. pag. 64.

Quæ recusationis forma, & seruata fuerit, tenebit,

INDEX.

bit recusatio, nec poterit Iudex per acta notarij sic recusati procedere, aliàs processus esset nullus, n.4 64
Et notarius Capitolinus ita recusatus à causa in totum removendus erit, n.5 64
Notarij creari non possunt impuberes sub ea conditione, vt non exerceant officium, nisi post pubertatem, n.8 53
Notarij Curiæ Capitolij admissi iuxta formam Constitutionis *Sixti* Quinti de erectione eorũ Collegij non tenentur facere se describi in matricula hoc statuto præscripta, num. 5 & 9. 66
Notariis Curiæ Capitolij indultum est per Constitutionem *Sixti* Papæ Quinti de erectione eorum Collegij, vt officia exercere possint etiam per substitutos idoneos, & ita seruatur, num. 2 56
Notarij debent esse saltem puberes, n.6 55
Notarij delictum ex statuto huius cap. inter publica delicta referri videtur, n.38 70
Notarij delinquentis in officio pœnæ, n. 13. 57
Notarij demortui scripturæ remanere debent penes eius hæredes, n.21 56
Notarij dicuntur serui publici, n.2 71
Notarij duo simul, si de eodem instrumento rogati fuerint, debent illud subscribere incontinenti, non ex intervallo, n.17 72
Notarij duo, vbi simul adhibeantur, vnus sine alio nihil facere potest, n.13. & 14 72
Declara vt n. 25 72
Et in dubio, de iure communi censetur data potestas notarijs coniunctim, n.15 72
Notarii excommunicati, & denunciati vti tales Instrumenta, & acta sunt nulla ex iure communi, n.2 127
Secus si non sit denunciatus, n.3 127
Intellige, vt n.4 ibid.
Notarii famæ integræ, ac diuites cum decore viuentes in Vrbe admittuntur ad honores, & munera publica, n. 11 55
Notarii forenses in conficiendis instrumentis seruare tenentur solemnitates illius loci, vbi ipsa instrumenta conficiuntur, n.19. & 20 72
Notarii hæres, vel successor, habens penes se Protocolla defuncti, si & ipse sit notarius, non tenetur in exemplatione ad formam cap. cum P. Tabellio, n.8. p. 74. n.9 75
Notarii negligentia non debet nocere Partibus, num. 21 69
Notarii officiorum domini, quando, & quomodo teneantur pro culpa suorum substitutorum ad damna, & interesse partium, n.7 62
Notarii omnes ex generali consuetudine habere debent, & seruare Protocollum. n.2 69
Notarii quomodo se gerere debeant in scriptione actorum; & conseruatione instrumentorum, tum ex statuto, tum ex Constitutione Pauli V. super refor. Tribun. Vrbis, n.1 59
Notarii substituti cessantis in examine testium pœna à statuto decreta locum habet, si pars de cuius interesse agitur, ita velit, & non aliàs; neque transfertur in notarium dominum officii, quominus ipse possit per se, vel per alium à se deputandum examen perficere, num. 1. & 3. pag. 61.
Notarii successor, regulariter potest extrahere scripturas sui antecessoris, etiam absq. solemnitate & lite etiam pendente, n.11. & 12. 74
Et potest eas publicare absque alia extractione compulsorialium, n. 13 75
Declara, quòd nisi sit successor, nõ potest alius notarius hoc facere, n.14 ibid.
Notarii tenentur acta, & iura producta partibus interesse habentibus gratis ostendere, copiis vero etiam tradere soluta solita mercede, & aliàs iuxta hoc statutum, & iux. refor. tribun. Vrbis Pauli V. n.2 59
Notario actuario magis creditur, quã eius coadiutori, n.101 34
Notario asserenti, etiam in instrumento, se fideiussorem recepisse de mandato *Iudicis*, non creditur, sed legitima probatio ex parte notarii requiritur, n.40 52
Notario creditur quoad executionem commissionis à *Iudice* sibi datæ, n.29 150
Intellige vt n.30.32.& 33 ibid.
Notario ex iure communi non creditur de commissione Iudicis super iuramẽto testium, n. 26
Secus ex stylo. n.27 130
Notario non creditur scribenti in margine instrumenti, illud fuisse cancellatum, vel non habuisse effectum, absque testibus ad id ipsum adhibitis, n.26 73
Et si dicat se lacerasse instrumentum, seu rogitum eius, confessio alius non nocet, n.27 73
Neque nocet, si confiteatur se falsum instrumentum confecisse, n.28 73
Notario recusato vel suspecto in examine datur adiunctus, non autem removetur in totum ex hoc statuto, & cur. 64
Et ita seruandum in foro Capitolino propter consuetudinem ipsius fori, n.17 64
Quæ quidem consuetudo viget etiam in aliis locis expressis, n. 18 64
Non tamen Romæ in notariis Sacræ Rotæ, num. 19 64
Notario recusato, & remoto quomodo consulatur, vt seruetur indemnis, n.2 64
Notariorum Curiæ Capitolii officia per Constitutionem Sixti *Papæ* Quinti pro dimidia tantum parte erant vacabilia; pro altera vero parte transibant ad hæredes notarii defuncti, num. 16 55
Notariorũ Curiæ Capitolii officia recipiunt hypothecam, & dominii reseruationem ex contractu partium, n.18 56
Etiam absq; alio beneplacito Apostolico, & tã quoad titulum, quàm quoad proprietatem, & quoad scripturas tam præsentes, quàm futuras hypothecari, & alienari possunt, n.19 56
Notariorum nostri temporis ars, & exercitium in tribus consistit, & quænam ea sint, n.4 55
Notario si detur adiunctus non suspectus, suspicio omnis cessare videtur, n.6 64
Sed contraria opinio tenenda est, nempe quod non ideo tollatur suspicio, & hæc opinio in Curia Romana seruatur, n.7 64
Notariũ sibi eligit *Iudex* de iure cõmuni, n.6.50
Notarius adhibendus est in actu insinuationis, num.4 325
Notarius adiunctus actuario non recipit acta, licèt eidem actuario assistat, & subscribat acta ad tollendam suspicionem, n.30 75

Nota-

INDEX.

Notarius an præsumatur rogatus, n. 3 71
Notarius censetur rogatus apponere in instrumento omnes clausulas, & formas consuetas, num. 13 72
Notarius descriptus in matricula notariorum, an præsumatur notarius? n.12
Distingue vt n. 13 67
Notarius dicitur oculus Iudicis, n.113
Notarius dominus Officij, etiam si adsit arrendatarius eiusdem officij, tenetur nihilominus ipse ex facto, seu delicto sui substituti, non autē arrendatarius, n.9 57
Tenetur in omnem casum non ad pœnam, sed solum ad interesse partis, n.9 57
Et solum, quando substitutus deliquit in officio, seu circa concernentia officium n.10. 57
Notarius dominus officij tenetur ex facto, seu delicto sui substituti, n.3 57
Etiam si substitutus fuisset deputatus à Iudice, vel Superiore, atq; fuisset habitus pro persona integra, & legali, n.4.& 7 57
Et de delicto satis dicitur consilare per eiusdē substituti contumaciam, n.5 57
Sententia tamen in hoc casu lata non præiudicaret alteri tertio non citato, etiam in consequentiam, n.6 57
Notarius, dum fideiussores recipit, debet idoneos recipere, aliàs si recipit minus idoneos, tenetur ad damna, & interesse partis læsæ, num.33 51
Quod procedit etiam si notarius fuerit nouus, num.34 51
Non tamen teneretur notarius, vbi fideiussorem recepisset de consensu expresso, vel etiam tacito partis, seu fisci, n.35 51
Et sufficeret fideiussorem fuisse receptum citata parte, & non reclamante, n.36 52
Notarius excusatur, si tempore obligationis fideiussorem idoneum receperit, licèt postea tempore actionis fideiussor effectus esset non soluendo, n.46 52
Tenetur autem probare, quod fideiussor tempore fideiussionis fuerit idoneus, 47 52
Et quidem per concludentem probationem, num.48 52
Nec sufficeret probatio per vnum testem deponentem de tempore, nisi etiam alij testes de eodem tempore deponerent, n.49 52
Notarius habens à Principe iurisdictionem voluntariam, potest de iure communi conficere vbique instrumenta, num.1 326
Notarius non tenetur ex eo, quod receperit laudatorem, aut approbatorem, n.41 52
Neque tenetur, vbi principalis reus sit valde diues, n.42 52
Et non tenetur nisi in subsidium, facta nimirū in primis excussione non solum fideiussoris, sed etiam principalis debitoris, num. 43. & 51. 52
Neque tenetur, si fideiussor declaratus fuisset idoneus per interlocutoriam Iudicis, seu Arbitri, dummodo in declaratione, seu sententia partis citatio interuenisset, n.44 52
Neque posset cōueniri notarius ob receptionem fideiussionis nullæ, quando ex ea aliunde pars damnum peteretur, quàm culpa notarij, num.45 52
Notarius non cogetur probare fideiussorem fuisse idoneum tempore receptionis, nisi prius facta sit excussio fideiussoris, qui etiam repertus fuerit non idoneus tempore actionis, num. 51 52
Notarius officij dominus, quando liberetur exhibendo substitutum, qui in officio deliquerit, num. 12 57
Notarius per compulsoriam cogitur exhibere scripturas, de quibus rogatus fuerit, siquè contra veritatem neget se rogatum, tenetur pœna falsi, n.97 54
Atque tenetur tam de facto proprio suimet ipsius, quàm eius substituti, vel aliorum ministrorum sui officij, n.98 54
Quinimmo etiam tenetur de facto sui auctoris seu antecessoris, quando habet causam iure transmissionis, secus si ex ordine temporum, aut alio titulo, n.99 54
Notarius, quando creatur, iurat se paratum fore ad scripturas pro officio suo tradendas soluta sibi sua mercede, n.8 72
Notarius, qui fideiussorem non idoneum receperit pro lucro, & dolo, semper tenetur ad damna, & interesse partis læsæ, n 52 52
Notarius, qui non sit actuarius, donationes actis annectere, vel insinuare non potest, num. 45. pag. 318
Notarius recusatur tanquam suspectus, sicuti recusatur Iudex, n.1 64
Sed in notario leuis causa suspicionis sufficit, num.2 64
Notarius si non fuerit omnino recusatus, & remotus ab officio, sed solum deputatus alter ad scribendum pro eo, poterit nihilominus publicare acta, cum remanserit Magister actorum, n.9 64
Notarius successor tenetur in subsidium, quando agi non potest contra antecessorem, vel hæredem vniuersalem illius, n.100 54
Notarius tenetur ad custodiam, & exhibitionem scripturarum, aliàs ad interesse partis, vt supra num.78. etiam si scriptura esset nulla, & suspecta de falso, n.90 53
Neque excusatur allegando diligentem perquisitionem, seu amissionem etiam cum iuramento, n.91 53
Notarius tenetur custodire scripturas, & acta ratione officij, atque illa partibus, quarum interest, exhibere, aliàs tenetur ad interesse, num. 78 51
Etiam si scripturæ non essent originales, & pars dixisset, nolle eis vti, n.79 53
Atque etiam si non essent de actis, sed à Iudice notario simpliciter consignatę, num. 80. ibidem.
Notarius tenetur ex iure communi instrumenta conficere, & confecta exhibere, n.1 71
Notorium non admittit appellationem, num.5 486
Nouatio est species solutionis, n.19 439
Nouatio non inducitur, nisi hoc expresse agatur: & ex quibus coniecturis censeri possit inducta nouatio, remissiuè. n.103 & 104 536
Nouell.82. de Iudice §. nec aute.n, an habeat locum etiam in Iudicibus ordinarijs, n.2 91
Nullitas cōtractus non potest per tertium opponi, &

ei, & quando, remissiuè, n. 19 372
Nullitas deducta per se principaliter sine appellatione cognoscitur à Iudicibus superioribus ijs, qui sententias nullas tulerant, num. 6.
Intellige, vt n. 7 495
Nullitas deuoluit ad Iudicem, ad quem causam ipsius nullitatis, & causam iniquitatis, & iniustitiæ, n. 3 521
Nullitas, & iniquitas sententiæ tripliciter deducitur in appellatione, n. 1. 4. & 5 521
Nullitas euidens, siue promptuaria, quæ dicatur, remissiuè, n. 75 516
Nullitas ex defectu iuramenti calumniæ non præstiti respicit potius iustitiam, quàm processum, n. 22 184
Nullitas ex pluribus capitibus, post vnum caput deductum, potest ex iure communi deduci ex altero capite: secus ex statuto, n. 136 520
Intellige vt n. 137 520
Nullitas impedire valens executionem debet insurgere ex actis, & nullam admittere disputationem, n. 110 518
Nullitas non est propriè exceptio, sed defensio, num. 32 169
Nullitas non potest amplius deduci post terminum elapsum ad agendum de ea; etiamsi foret euidens, & notoria, n. 102. & n. 111 517
Et proueniret ex defectu iurisdictionis, & nu. 103. 517
Et an possit obijci per modum exceptionis? & n. 115. 117. 131 518
Et an per modũ replicationis? & n. 132 518
Et quid agendum in tali casu agere debenti? & n. 106 518
Nullitas non potest contra minores, & mulieres contractui inhærentes, etiam per ipsos contrahentes opponi, n. 21 372
Nullitas notoria omnem calumniam excludit, & per Iudicem omnino reuocanda est requiritur tamen in hoc casu citatio, num. 35. & 36. 513
Nullitas notoria, & euidens iniustitia, quoad dispositionem, æquiparantur, n. 19 188
Nullitas obligationis personæ detentæ in carceribus, n. 30 199
Nullitas ob non seruatam formam processus iudiciarij, plurimas nullitates in specie complectitur, vt num. 20. 21. 22. 23. & 26. pag. 463.
Et non tollitur per Constitutiones Pontificias, & n. 18 462
Nullitas per minorem, & mulierem communè hęredes proponitur, n. 20 372
Nullitas principaliter intentari non potest, nisi coram Iudice superiori, ex iure communi: nõ autem coram Iudice habente iurisdictionem limitatam ad causas appellationum, num. 14. & 16 460
Et proponitur per viam querelæ, & num. 15. ibidem.
Nullitas principaliter intentata contra sententiam, quæ transierit in iudicatum, ob non interpositam appellationem, non operatur effectum suspensiuum, n. 64. & 67 513
Nullitas probari potest per reum aliundè, quàm ex actis: tunc autem requiritur plena obseruatio terminorum, iuxta naturam causæ, & instantiam, in qua causa tractabatur, num. 37 & 38 513
Nullitas probata per processum, & acta primæ causæ dicitur euidens, & notoria, n. 33.
Et quid in tali casu pars agere debeat? & nu. 34. 513
Nullitas sententiæ secundæ, ob non transportationem actorum primi iudicij respicit merita causæ, & iustificationem sententiæ: & procedit in causis Ecclesiasticis, non autem in prophanis, n. 24. & 25 464
Nullitas si deducatur æquè principaliter via appellationc, quilibet Iudex appellationis potest de ea cognoscere, n. 2 494
Nullitas, si deducatur cum appellatione, potest de ea dici secus si deducatur per se directò, & sine appellatione, n. 8 485
Nullitatem allegare est idem, ac Iudicem adire per viam querelæ, n. 1 462
Nullitatis causa, quomodo protrahi possit vsque in biennium? n. 50. & 52 514
Nullitatis iudicium principaliter intentatum, altiorem indaginem requirit, n. 59 515
Nec potest differre summariam cognitionem executionis, & n. 60 ibid.
Nullitatis iudicium principaliter intentatum retardare non potest executionem, n. 57 ibid.
Intellige, vt num. 62. 63. 65. & 74. pag. 515. & n. 76. 84. 86. 87. p. 516. & n. 109 517
Nullitatum obiectio in genere non sufficit, sed requiritur specialis, nec sufficit eas exprimere, nisi etiam probentur tales, quæ non possint subsistere, n. 9. & 10 522
Nulliter gestum reuocari non debet, quando si ita factum non esset, fieri denuo deberet, n. 36.
Intellige, vt n. 37 199
Nullum quod est, nullum producit effectum. n. 50. p. 200. & n. 15 317
Nullus, dictio est vniuersalis negatiua, num. 15. pag. 425.
Nullus, dictio est vniuersalis negatiua, excludens omnes casus, n. 19 35
Numa Pontificem Maximum ex Patribus legit Numam Martium M. F. eique sacra omnia exscripta, exsignataque attribuit, nu. 131. 17
Numismatum valor quis; remissiuè, num. 139. pag. 571
Nummi argentei, & nummi aurei vsus, quando inceperit apud Romanos, num. 140. & 141. 571
Nunciatio noui operis fieri potest tribus modis, num. 1. 319
Nuncio credendum est ex iure communi, dummodo contrarium probari non possit, n. 7 537
Nuncio dicenti se fuisse verberatum à citato an credatur, n. 8 77
Nuncio, seu Apparitori creditur fidem facienti mobilia non reperiri, super quibus fieri possit executio, ita vt ex statuto contrarium probari non possit, n. 7. & 8 538

INDEX.

O

OBligans se mulier cum viro dicitur fideiubere, n. 105 357
Obligatio Cameralis in contractu euidenter nullo, est nulla, nec executionem habere potest, n. 85 429
Obligatio Cameralis, quibus exceptionibus impediri possit, n. 18. & 19 487
Obligatio de restituendo depositum fieri debet cum solemnitatibus statuti, n. 70 358
Obligatio euictionis procedit; etiam si in instrumento contractus emptionis, & venditionis nullum verbum tactum sit de promissione euictionis, n. 6 247
Obligatio facta per mulierem pro dote continetur sub dicto statuto, n. 13 348
Contrarium num. 16 358
Obligatio in forma Camerae continet confessionem debitoris: nec ab ea licet appellare, nisi quoad effectum deuolutiuum, num. 15. 17. & 21 487
Intellige, dummodo debitor non susceperit terminum ad soluendum, & n. 22 487
Obligatio instrumentalis sine causa, de iure communi non obligat, neque probat falcem plenè, num. 21 172
Obligatio minoris, & mulieris, sine solemnitatibus statuti nostri, æquiparatur obligationi pro viro, & cum viro per mulierem habitæ, non cum, & pro alij extraneis, num. 38. 421
Obligatio minorum pro dote, quando tenentur dotare, valet sine solemnitatibus, quando non fuit excessum, & de non excessu apparet, num. 9 368
Obligatio minorum pro dote statuto nostro subijcitur, n. 7. limita. vt n. 6. ibid.
Obligatio mulieris fideiubentis pro viro ipso iure nulla, n. 3 379
Obligatio mulieris pro viro, & cum viro est nulla ipso iure, n. 40 422
Obligatio mulieris sine solemnitatibus statuti nostri est nulla, n. 2 392
Obligatio mulieris, vel minoris recipientis pecuniam, & recognoscentis bonam fidem, valet sine solemnitatibus, n. 104
Contrarium, n. 107 357
Obligationi mulierum causa exprimi, & in scriptis redigi debet. n. 81 353
Obligatio mulierum, & minorum solemnis in nouam transfundi, sine solemnibus statuti potest, & valet, n. 29 421
Obligatio naturalis, vbi fistit, tenet obligatio fideiussoris, n. 44 427
Obligationes minorum, & mulierum, non seruata forma statuti, sunt nullæ, dummodo ij, in quorum fauorem inducta est nullitas, ita velint, & petant, n. 51 334
Et talis nullitas potest etiam allegari ab heredibus ipsorum, & n. 52 334
Obligationes munerum, vt sint validæ requiritur tantum, quod causa obligationis sit cognita, & vera, n. 30 332
Obligationes necessariæ, quæ dicantur, num. 23. 332
Obligatio nulla minoris, vel mulieris oritur ex contractu sine solemnitatibus statuti emisso; etiãsi ipsi receperint, intellige, vt ibi, n. 37. 341
Obligato pura, non conditionalis, requiritur ad liberationem consequendam à fideiussione, num. 5 438
Obligatio si nulla intercedit ex parte mulieris, vel minoris; contractus iudicatur ei vtilis, num. 32 340
Obligatio soluendi fructus est pura, licet solutionis dies non venerit. Item obligatio, cui fideiussor accedit, fundum scilet censum esse capacem, liberum ab omni alio onere, &c. num. 1. & 2 438
Obligatio vxoris pro viro etiã pro dote, & illius causa inualida, n. 6. contra, n. 7 367
Obligatur quilibet ex pacto suo, n. 33 426
Obstantium vno sublato, non tollitur aliud, num. 3 392
Odia sunt restringenda, n. 11 183
Officiales etiam iuxta iuris communis sanctiones, antequam officium exercere incipiant iurare debent de rectè administrando munere sibi commisso, n. 1 32
Idque seruatur etiam ex consuetudine totius Orbis, n. 2 32
Officiales, siue Magistratus iure syndicari non possunt, nisi de furto, barattaria, & omni pecuniarum, & munerum illicita perceptione, non de alijs, idque etiam ex consuetudine seruatur, n. 4 44
Officialis non dicitur principalis in societate; sed ille, qui recipit pecunias, num. 108. & 109. 357
Officialis etiam post finitum tempus officij exercet officium ante aduentum successoris, num. 14. 29
Quod tamen procedit in Iudicibus ordinarijs non autem in delegatis, cum definitione temporis, n. 15 30
Officia, quæ Senatum Vrbis, comparat feudis, quænam sint, n. 4 263
Et illis conuenit definitio feudi, & n. 5. 263
Officia solum interponuntur in societatibus ad colorandum contractum; & euitandam vsuram prauitatem, n. 110 355
Officia S. P. Q. R. exerceri debent ab ipsismet officialibus: qui nec possunt substitutos adhibere, n. 11 264
Officij titulus potest esse penes vnum, & dominium penes alium, n. 20 56
Officium Iudicis mercenarium, quod competit pro expensis finitur per sententiam ipsius Iudicis, n. 82 549
Officium Notariatus Capitanei Appellationum est vacabile, & ideo non recipit hypothecam, sicut recipiunt Notarij Primi, & Secundi Collateralium, n. 1 65
Nisi quoad pretium, & fructus, non autem quoad titulum. n. 2 ibid.
Quia non est in commercio sine licentia Principis, n. 3 ibid.
Et quia est vacabile, capax est societatum officij, vt super eo contrahi possint, n. 4 ibid.
Non tamen vacat per ingressum religionis, & emissam professionem, n. 5 65
Quia dicitur esse in commercio, & acquiritur titulo

titulo oneroso, & magis conceditur propter lucrum, quàm propter exercitium, n.6 65
Et licèt officium vacet, nihilominus scripturæ eius videntur spectare ad hæredes Notarij, num.7 ibid.
Transeunt enim ad eos cum suo onere, & habentur, tanquam res propriæ hæredum, nu.8. ibidem.
Licet ab officio, seu officij titulo separari non possint; ideo teneri hæredes illa vendere ijs, qui obtinent titulum officij, n.9 65
Officium publicum auctoritate, ac vtilitate, quando demandatur duobus, semper censetur attributa eis auctoritas insolidum, n.10 72
Omissio formæ statuti parit nullitatem, num.12. pag.98
Omissus non dicitur casus, sed expressus, quando eadem est ratio in omisso, quæ in expresso, num.13 339
Omne qui dicit, nihil excludit, n.13 164
Omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur, n.53 12
Oneribus necessarijs, qui succurrit, non donat, num.12 284
Onus omne ex legitima reijci debet, num. 44. pag. 305.
Opponens, seu proponens nullitatem ad receptorum restitutionem non tenetur, & quomodo, n.7 366
Optimi Maximi titulus Principibus attributus fuerit in antiquis inscriptionibus, n.143. 18
Optimus intelligitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet, n.144 ibid.
Optimus Maximus denotatur per hasce notas O. M. vel Opt. Max. n.145 ibid.
Oratio Ecclesiæ Catholicæ recitanda, pro conuersione hæreticorum, n.27 24
Ordinarii Iudices in Vrbe, qui sint remissiuè, num. 6 100
Ordo scripturæ indicat quisnam dignior sit, & præcedere debeat, n.5 30
Ordo scripturæ, non natura alternatiuæ attenditur, vbi constat id esse de mente disponentis, num.61 533
Ordo, vbi non est substantialis Iudicii, sed congruitatis tantum, eius omissio non reddit sententiam nullam, n.8 161

P

Paciscens de quota litis sit perpetuo infamis, n.11 243
Paciscentes de quota litis, quibus pœnis puniantur; remissiuè, n.5 243
Pacta contrahentium generaliter intelliguntur, nec restrictionem admittunt, n.46 545.
Pacti de non petendo vim habet confessio, num. 55. 351
Pactum continens remissionem, seu donationem comprehenditur sub statuto, n.11 348
Pactum cum vno ex correis debendi, an, & quando ex iure communi prosit alij? remissiuè, num. 6 454
Pactum de non diuidendo non tenet, nisi sit tempore coactatum, n.4 225
Pactum de non petendo est potius distractus, quam contractus, num. 6 339
Pactum de redimendo perpetuum valde minuit rei valorem, n.2 374
Pactum, & obligatio de vlteriùs non petendo, ex quietatione resultat, n. 21 420
Pactum factum à filia patri, quod dote contenta nullum regressum habeat ad bona paterna, nõ valet ex iure ciuili, n.2 299
Et dicitur esse contra bonos mores, & n.4.
Valet autem ex statuto, & num. 12. pag. 299. & n. 15 300
Pactum factum de redimendo alienanti per mulieres, & minores statuto nostro includitur, num. 1 374
Pactum inter creditorem, & debitorem, quod creditor debitorem capere possit, & in priuatum carcerem deducere, &c. non valet, num. 16. 524
Pactum intra certum tempus in communione, valet, n.8 210
Pactum liberatorium, seù remissiuum iurispetendi dotis restitutionem, statuto nostro comprehenditur, n.1 370
Pactum liberatorium Statuto nostro subijcitur, num. 1 365
Pactum, per quod Iudiciorum ordo tollatur, non valet, n.7 122
Pactum super dote extenditur etiam ad donationem propter nuptias, n.33 276
Pactum, vt post finitam generationem teneatur Prælatus Ecclesiæ emphyteusim renouare proximioribus agnatis vltimi defuncti, non valet de iure ciuili, n.43 259
Palmi constant quatuor digitis, n.106 568
Pandulphus Sabellus, & Hannibaldus, Petri Hannibaldi filius à Populo Romano, auctoritate Martini Papæ Quarti, Senatores delecti Romanam Ciuitatem optimè gubernarunt, num. 2. 23
Papæ potestas super personis, & rebus Ecclesiasticis est indubitata, n.62 13.
Papæ voluntatis defectus in obseruatione statutorum Vrbis considerari potest, vbi materia subiecta non permittit seruari ius ciuile, n.92. & 94 15
Papæ voluntatis defectus in statutis Vrbis considerari potest pro personis Ecclesiasticis, vt non veniant sub generali dispositione, quando aliàs reperiuntur à iure specialiter priuilegiate, n. 94 ibid.
Etiam vbi in dispositione apposuisset clausulas Motu proprio, & Ex certa scientia, n.78.14
Et obiici potest præcipuè in casu statuti Vrbis cap.124.lib.1 14
Papæ voluntatis defectu obiici potest, vbi verisimile sit Papam noluisse aliquid comprehendere sub generali dispositione, n.77 14
Papa in generali confirmatione statutorum non censetur ea velle confirmare, quæ sint contra libertatem Ecclesiarum, n.88 14
Papa vbi manum apposuit in beneficialibus, affectio, seu vinculum tale nascitur, vt alius à Papa omnino excludatur, ne se ingerere possit, n. 6 37
Papa si moriatur in mari, Cardinales pro futuri Pontificis electione conuenire debent in Ciuitate, per quam locus ille maris di-

INDEX.

stringitur,num.81. 367
Paragium nõ potest esse minus legitima,sed plus esse potest,vt femina nubat pari,num.18. 311
Paragium quid sit,n.19 ibid.
Pares Curiæ sunt alij vasalli eiusdem Domini, num.2. 265
Paria sunt,non respondisse,& minus sufficienter, quam requiritur,n.85 142
Paria sunt habere pro se rationem,vel auctoritatem,n.41 333
Pars petens,vel consentiens publicationi testiũ, dicitur tacitè renunciare productioni, & examinationi aliorum testium,n.3 159
Participium,Valentibus, resoluitur in relatiuum & verbum,n.95 413
participium valituris, resoluitur in relatiuum, & verbum,num.94 355
participium valituris,resoluitur in relatiuum, & verbum sui temporis,n.32 412
Passus est quinque pedum,& quare sic dictus,nu. 103.& 104 568
passus qua longitudine constet, & quibus mensuris,remissiuè,n.301 568
Paternitas præsumitur: ea data, præsumitur vtique patria potestas,n.91.&92 430
Pater potest iurare de calumnia pro filio,etiam abique mandato,n.5 129
pater,quando dicatur contrahere cum filio,n.73 237
Patibulum reorum mortis, significat iurisdictionem,& merum imperium,n.14.& 17 562
Patruus an præferatur neptibus in successione fratris,vel aui,posito casu statuti. n.6 310
Paulus Papa Quintus concessit Notarijs Curiæ Capitolij,vt eorum officia nulla ex parte sint vacabilia,sed spectent ad hæredes Notariorũ defunctorum tamquam bona stabilia.num.17. pag 56
Paupertas ad effectum alimentorum, probanda est à debitore,& quomodo probetur,num.28. 29. 525
paupertas,vbi probanda fuerit, testes gratis, & summariè examinari debent. n.10 61
paupertate impeditus non prosequens appellationem excusatur à desertione,n.18 473
Pauperum Aduocato,& Procuratori gratis ostendi debent etiam originales scripturæ, num. 9. pag.61
Pecunia certa si debeatur ex mandato superioris solui debet iuxta valorem de tempore solutionis,219 578
pecunia ex immobilibus redacta computatur inter mobilia,n.26 281
pecunia habetur pro re mobili,quamuis destinata ad emptionem immobilium,siue ex illis redacta,n.10 280
pecunia inter eas res obnumeratur, quæ seruando seruari non possunt,n.15 269
pecunia redacta ex re immobili dotali vendita, an sit restituenda statim tanquam subrogata in locum rei immobilis ; an verò post tempus à statuto præscriptum,n.9.&11 280
Pecunia sine peculio fragilis est,n.16 269
pecunia vbi debetur ex contractu,attenditur valor de tempore contractus,& obligationis. num.217 578
Pensiones vocabulum commune est tam locationi,& conductioni,quam emphyteusi, num. 5 pag.248
Licet magis propriè, & strictè ad emphyteusim adhibeatur vocabulum Canonis, num. 6. ibidem.
pensio reseruata in ducatis Cameræ est soluenda vel in ipsis ducatis in corpore, vel in tot aliis nummis,quibus totidem ducati emi possent, n.174 574
Perfectum dici non potest,cui aliqua particula deest,n.37 103
Periculum, vbi maius intenditur, ibi est plenius consulendum,n.14 175
Peritis in arte credendum est.n.118 550
Peritorum iudicio creditur,n.150 9
Permissa censentur omnia,nisi reperiantur prohibita, n.55 515
permissum ad tempus,post tempus videtur esse prohibitum,n.37 328
permutationem statutum comprehendit,num.5 pag.87
permutatio rerum minoris subiacet statuto vrbis cap.113.& 151.lib.1.n.57 351
personalia, quæ fuerunt ,defuncti non transeunt in hæredem,n.22 317
Petitio aliquando in iure ponitur pro libello, num.11 122
petitio Compromissi est exceptio declinatoria, seu dilatoria,n.29 205
Fallit vt num.60 208
petitio regulariter requiritur ex parte illius, ad cuius fauorem lex mandat aliquid fieri, nu. 21 pag.471
petitio requiritur ex parte illius, ad cuius fauorẽ lex mandat aliquid fieri,n.14 114
Petri, & Pauli Apostolorum encomia, num. 23. pag.22
Petrum elegit Christus Dominus in summum Sacerdotem,dum ei claues Regni Cælorum attribuit.n.126 17
Petrus Apostolus primus Pontifex in ordine constituitur,n.125 ibid.
Pia causæ,in dubio,fauendum est, n.25 252
Pignora in executione capta vendere pertinet ad iudicem,pro satisfactione creditoris,n.55 pag 533
pignus aliud est prætorium,aliud conuentionale & aliud legale,& aliud iudiciale, num. 1. & 5 pag 529
pignus conuentionale contrahitur solo partium consensu,inter etiam absentes,& quibuscumque verbis,etiam sine scriptura,n.3 ibid.
pignus, & hypotheca,quantum ad actionem hypothecariam nihil differunt inter se, num. 6. pag.529
Pignus prætorium quid sit.n.2 ibid.
pignus,quando dicatur adiudicari creditori: & est adiudicandum pro ea quantitate,quæ debetur,n.18.& 19. 530
Plinij locus de veterum numismatibus, nu.137. pag.571
Plura quando requiruntur ad esse rei,vel probationis,non sufficit alterum esse probari,n.101 pag. 431
Plus,& minus tempore soluitur,n.30 443
plus licet in secunda instantia, quam in prima, quoad probationes faciendas,n.15. 501

Plus

INDEX.

Plus offerre vt quis dicatur requiritur idoneitas facultatum, maior promissio, & vtilitas, & conueniendi facilitas,n.56 533

Pœna adiecta dationi quantitas præsumitur in fraudem vsurarum, n.7 455

Pœna dicitur actus annullatio, n.33 403

Pœnæ conuentionales permittuntur in compromissis;Et in casibus Pacis,aut treguæ, n.10.& 11.& quare n.12 455

Pœna dicitur annullatio actus,n.78 353

Pœnæ capitales sunt tres,313 377

Pœnæ conuentionales non debentur nisi quatenus concurrant cum interesse ex æquitate, num. 1.
Et tam ex iure communi, quam ex Statuto, num. 2.
Et procedit etiam contra Ecclesiam, num. 3. & 4.
Et in contractibus iuratis,n.8 455
Intellige,vt n.9 ibid.

Pœnæ negantium veritatem in multis casibus, num.1. 145

Pœnæ negantis veritatem in iudicio, remissiuè, num.24 173

Pœnę secundo nubentibus a iure ciuili impositę, sublatæ sunt a iure Canonico,n.14 296

Pœnæ non sunt extendendæ,sed restringendæ, num.35 543

Pœnæ pro delictis impositæ sunt taxatæ a iure, num.17 246

Pœna euictionis potest iuri communi deduci in stipulatum: & ex vsu solet a Notarijs apponi in instrumentis in casu euictionis, num. 3. & 4. 247

Pœna imposita a iure contra emphyteutam alienantem sine consensu *Domini*,habet etiam locum contra conductorem alienantem ad longum tempus,seu in perpetuum,n.2 250

Pœna in vno capite apposita,non videtur in alio repetita,n.24 459

Pœna non transgreditur delinquentes,n.4 62

Pœna qualibet corporalis,licèt minima, maior est quauis pecuniaria,n.10 524

Pœna reculantis iurare de calumnia,n.10 329

Pœnarum conuentionalium materiam qui tractarint,n.12 455

Ponens an possit reuocare confessionem suam factam in positionibus,& acceptare confessionem partis emanatam in ijsdem positionibus? num.135 145

Pons Sublicius fuit ligneus, nullo ære, aut ferro compactus; sacer habitus; & de illo plura,n.148 18

Pontes Romæ lignei diu fuerunt, donec ab Aemilio Quæstore lapideus constructus est, num. 149. 18

Pontifex à posse, & facere dictus est, vt alij voluerunt,n.153 ibid.

Pontifex ex vocabuli ethymologia dicitur, quasi pontem faciens,n.111

Pontifex dictus est, vt aliqui sentiunt,quasi pontem faciens, & primùm à Ponte Sublicio facto,n.146 18

Pontifex Maximus inde dictus apud Romanos gentiles, quod maximarum rerum, quæ ad Sacra, & Religionem pertinent, *Iudex* esset, & vindex contumaciæ priuatorum, & Magistratuum, num. 130. 17

Pontifex Maximus inter alios Collegij Pontificum, genere, & dignitate præcipuus erat, & aliorum longè princeps,n. 134 18

Pontifex potest iuramenta dimittere, & super eis dispensare,n.38 323

Pontifex Princeps Sacerdotum est, quasi via sequentium,n.142 18
Idem summam habet potestatem circa sacra, & Religionem, vti Pontifices alij habuerunt penes Hebræos, & Gentiles,n.152 ibid.

Pontifex Romanus B.Petri successor dici potest, & ipse quasi pontem faciens,nempe ad vehendos Subditos in viam exemplo vitæ,& Doctrinæ,n.151 ibid.

Pontifex Romanus B. Petri successor iure appellatur maximus, idem,& summus,n.141 ibid.

Pontificatus Maximi accessio multum conferebat ad *Imperatoriam* Maiestatem, & potestatem,n.139 ibid.

Pontificatus Maximi auctoritas erat supra Consules,& quæ alia *Præcipuè* possent Pontifices, num. 140 18

Pontificatus Maximi dignitas floruit etiam apud Romanos gentiles,n.129 17

Pontificem Romanum titulo Domini nostri antiquitas venerata est,n.115 16

Pontifices, Augures, & reliqui *Sacerdotes* fieri desierunt, cum reditibus omnibus à Christianis *Imperatoribus* mulctati essent,n.136 18

Pontifices Maximi apud Hebræos à Deo per Moysen instituti sunt,n.121 17

Pontifices Maximi Hebræorum quinquaginta sex ab Aaron in vniuersum enumerantur,num. 123. ibid.

Pontifices Maximi in nouo Testamento ex institutione *Iesu* Christi Domini nostri successerunt,n.124 17

Pontifices noui Testamenti indumenta Pontificalia bona ex parte mutuati sunt ab ornamentis Pontificum Testamenti veteris,n.127. 17

Pontificis Magistratus omni tempore sacer fuit, & sacrorum penes eum summa potestas,n.130 ibidem.

Pontificis Maximi munus, & auctoritas qualia fuerint apud Romanos gentiles ex pluribus auctoribus relatis,n.132 18

Pontificium dictum est apud veteres pro iure, & potestate faciendi,n.163 19

Pontificum Collegium ex quatuor primo institutũ,dein auctũ ad octo,& longe post ad quindecim,n.133 18

Pontificum Collegium permansit vsque ad tempora *Imperatoris* Theodosij *Senioris*, Christiana Religione omnia tum obtinente, num. 135. ibid.

Pontificum Magistratus pontem Sublicium restituere tenebatur, quoties collaberetur,num. 147. ibid.

Pontis Sublicij vestigia apparent medio in Tyberi è Regione Montis Auentini,n.150 18

Populus Romanus hodie non potest sine Pontificis auctoritate condere leges,n.29 11

Populus Romanus præcipuè semper fidem coluit,n.13 524

Populus Romanus, quando, & quomodo ius, potestatemque suam in augustum Cæsarem, con-

INDEX.

contulerit remissiuè,n.31 11
Positio an possit fieri cõtraria positioni datæ per aduersarium,n.132 144
positio de quantitate debet ad cautelam poni, si non credit de tanta quantitate, &c. num.69 pag.341
positiones adinuentę sunt ad faciliorem expeditionem litium,n.1 136
Et ad releuandum ponentem ab onere probandi, n.2 ibid.
positiones an sint admittendæ post publicationẽ testium, remissiuè, n.13 137
positiones datæ a procuratore possunt quandocunque reuocari per *Dominum*, & possunt corrigi in secunda instantia, si sint datæ a procuratore ex prima,nu.15.& 16 138
positiones debent esse simplices, & explicitæ, nu.58 140
positiones,& articuli habentur in statuto pro synonimis,n.15 137
In quibus differant, n.16. & 17 ibid.
positiones exhiberi debent per modum ponendi non per modum interrogandi,n.27 118
Et an exhiberi debeant cum iuramento, n. 28. 29.& 32 ibid.
positiones faciunt resultare confessionem contra ponentem,n. 17 137
Amplia in tutore,n.20 ibid.
positiones factæ super iure disponente,& super iure disposito,differunt inter se, n.100 142
positiones in causis ordinarijs exhibendæ sunt ante lapsum tertiæ dilationis,n.4 136
Et quid in causis summarijs,num.6. pag. 136. & nu.7 137
positiones negatiuè conceptæ, quando habeant implicitam affirmatiuam,n.97 142
positiones pertinentes,& impertinentes, quæ dicantur,n.91,& 93 142
positiones,seu articuli debent exhiberi parte citata,n.40 139
positiones,seu confessio an possit reuocari, n.21. 22.23.& 24 138
positionibus in casibus,in quibus recusari potest iuramentum litis decisiuum, non tenetur quis respondere,n.104 142
Et qui sint isti casus,remittiuè,num. 105. pag. 143
positionibus non respondens habetur pro confesso,ex statuto,num.74.82.& 87. 141
Et num.131 144
Limita vt num.90.91.94.95.96.98.99.101.103 pag.142.& n.106 143
Et quid in minore aduersus positiones in sui præiudicium factas 146
positioni iuris respondendum non est, num. 59. pag.140
positioni vnicæ comprehendenti plures articulos,non est respondendum,n. 62 140
Et quid,si in responsione vnum tantum de contentis in positione negetur, vel affirmetur, & de cæteris nihil dicatur,an reliqua omnia quę tacita fuere,censeantur negata, vel affirmata, nu.63.64.& 65 ibid.
Et quid,si positio multiplex sit in parte vera, & in parte falsa,n.66.& seq. ibid.
positionum materiam qui pertractarint, num.3. pag.136
positio qualis est, talis debet esse responsio,n.50 pag.139
Possessio capta alio existente in possessione, non potest impedire continuationem alterius possidentis,n.14 317
possessio cum clausula constituti importat præuentionem in possessione, n.6 224
possessio ciuilis,& naturalis transfertur in constitutarium per constitutum, num.33 340
possessio in casu statuti capta ab altero, antequã hęres suus hæreditatem adierit, an sit nulla, nu.12.& 13 317
possessio naturalis inhæret personæ, & per eius mortem extinguitur,21 ibid.
possessionis turbandæ modi,remissiuè,n.10.& 19 pag.458
possessio potest per consuetudinem,vel statutum transferri ipso iure sine apprehensione, quod alioqui iure fieri non potest, num. 1. 3. & 11. pag.316
Et appellatur artificialis,ciuilis,& ciuilissima, num.2 ibidem
possessio,quæ capi possit Romæ in feriis inductis per visitationem generalem,n.41 120
possessio quando dicatur interuerti, num. 22. pag.249
Exempla non excludunt similia, num. 23 ibidem.
possessio simpliciter probata, intelligitur de naturali,& ciuili simul,n.19 317
possessio sola ciuilis regulariter impedit præscriptionem contra habentem naturalem, n.23 pag.442
possessio tunc dicitur pacifica, cum cessat omnis controuersia iudicialis,vel extraiudicialis, iuris,vel facti,n.5 245
possessores quando dicantur turbari in suis possessionibus,n.9.& 11 458
possessores rerum immobilium non coguntur iudicare,n.1 194
Posteriora derogant prioribus, n.16 317
potentia probandi cui denegatur, denegatur pariter potentia ponendi, n.102 142
potestates sæculares pro fidei defensione tenentur præstare iuramentum de hæreticis exterminandis,è locis suæ iurisdictionis, num. 3. pag.23
potestati alienæ subiectus non potest alium in sua potestate habere, n.96 430
præcedentiam tribuit consuetudo, quæ quidem in materia ista potissimum attenditur, num.6 pag.33
præceptum in noui operis nunciatione per comparitionem citati resoluitur in vim simplicis citationis,n.2 319
præconii forma in subhastationibus adhiberi solita,remissiuè,n.49 332
Prælatio Antonii Contii,n.7 216
Præfectus Vrbis numerat milliaria suę iurisdictionis a continentibus ędificiis, num. 114. pag. 569
Prælatus non potest repudiare legatum rei immobilis Ecclesiæ suæ factum,n.14 239
prælatus potest repudiare hæreditatem delatam ad Ecclesiam,nec dum tamen eidem incorporatam,n.41 259
Et quid dicendum de legato,n.42 ibid.

Prælatus, si liberam habeat facultatem concedendi feudum ad Ecclesiam deuolutum, non potest cogi ad illud renouandum proximioribus agnatis feudatarij defuncti, n.49 260
Præludia generalia ad materiam statutorum, a qui nam iuris Interpretes conscripserint, n.1. pag. 4.
Præiudicij nomen latè patet ad omne factum contra Iustitiam, & iniurioſum, num. 129. pag. 416.
Præiudicij nomen latius patet, quàm lesionis, n. 130. ibid.
Præscrip tio æquiparatur inuestituræ, n.5 266
Præscriptio iuris municipalis subrogata est in locum præscriptionis iuris communis, num. 57. pag. 445.
Præscriptione statutaria si fuit interrupta iudicialiter, currit de nouo præscriptio iuris communis, n. 64. & 65.
At si interrupta fuit extraiudicialiter, incipit currere noua præscriptio statutaria, & nu. 66. ibidem.
Præscriptionis appellatione venit etiam vsucapio, sed impropriè, n.4 441
Præscritionis definitiones, n.2. & 3 441
Præscriptionum materia, tum in vtroque iure, tum à multis Doctoribus diffusè est tractata, num. 1 ibid.
Præscriptio pensionum non habet locum in fructibus dotis, n.7 447
Præscriptio quibus modis interrumpatur, n. 4. ibidem.
Præscriptio statutaria annorum sexdecim, fundata in præscriptione solutionis, in quibus casibus procedat, vel non, num. 40, 41. 42. & 43. 444
Præscriptio statutaria an opponi posset per eum qui debitum negauit? n. 34 443
Præscriptio statutaria comprehendit creditum tam ex contractu, quàm ex quasi contractu, num. 10.
Et actiones dumtaxat personales, & hypothecarias, & n. 19. p. 442. & n. 52 444
Non autem comprehendit actionem realem, & n. 20. & 21 442
Neque comprehendit causam Dotis, & num. 44. 444
Comprehẽdit tamen fructus dotis marito debitos, & n. 46 ibid.
Neque donationes propter nuptias: neq; tributa Cameræ Vrbis debita, & n. 48 ibid.
Neque Census, neque eorum fructus, & num. 54. ibid.
Neque habet locum contra creditorem non petentem debitum in præiudicium fideiussoris qui creditori soluerit, &c. & n. 55
Secus contra fideiussorem, qui pro confideiussore soluerit, & n. 56 444
Et comprehendit etiam personas forenses, & num. 61 445
Intellige, vt n. 62 ibid.
Præscriptio statutaria requirit, quòd debitor possessionem saltem naturalem retineat, num. 22. 442
Præscriptio statutaria sexdecim annorum subrogata est in locum præscriptionis triginta, vel quadraginta annorum, & illi conueniunt eædem limitationes, & ampliationes, conuenientes præscriptioni iuris communis, num. 191. & 194 576
Præsens esse non censetur, qui quod agitur non intelligit, n. 8 326
Præsentia partis est de substantia obligationis, num. 22 172
Præses curare debet, vt Prouincia, quàm regit, quieta sit, atque pacata, n. 1 190
Præsumptio doli, ex statuto specialis, excludit generalem iustitiæ contractus præscriptionem, num. 31 340
Præsumptio fauore debitoris inducta à statuto cessat, vbi probetur debitum non fuisse solutum, n. 33 443
Præsumptiones iuris dicuntur liquidissimæ probationes: & faciunt probationem euidentem, claram, & manifestam, n. 64. & 65 236
Intellige, nisi contrarium fuerit euidens, nu. 66. ibid.
Præsumptio iuris, & de iure dicitur, vbi lex, vel statutum aliquid decernit, & vetat, ne contrarium probari possit, n. 10 538
Præsumptio iuris, & de iure non admittit contrariam probationem, n. 29 434
Præsumptiones non habent locum in re clara, num. 30 233
Præsumptio non admittitur pro instrumento, nisi faciat mentionem de qualitate necessaria, num. 11 506
Præsumptio potentior tollit debiliorem, num. 65 261
Præsumptio validior, in dubio excludit infirmiorem, n. 26 272
Præsumptio validior superueniens excludit priorem, n. 58 546
Præsumptio solutionis censetur renouata contra creditorem, qui mãdatum obtinuit, & post illius relaxationem etiluxerint sexdecim anni: & aduersus hanc præscriptionem datur restitutio in integrum, ex capite ignorantiæ, num. 67. & 68.
Et an procedat etiam in muliere? pag. 445. & num. 72 446
Prætor eligebatur, qui haberet originem, vel domicilium in Vrbe, n. 26 28
Præuentio an inducatur, quãdo citatio, vel alius actus, quo nititur præuentio, præcesserit sententiæ prolationem, n. 44 104
Præuentio in constructione ædificij operatur, vt ædificium habeatur pro perfecto, n. 28 217
Præuentio iudicij facit cessare iurisdictionem iudicis, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, num. 12 124
Præuentio iurisdictionis per capturam rei inducitur, n. 88 567
Præuentioni locus datur inter Auditorem Cameræ, & Curiam Capitolinam, vbi agatur vigore obligationis Cameralis, n. 1 79
Præuentioni locus est inter Gubernatorem Vrbis, & Senatorem in omnibus causis, n. 17. 27
Praxis constituendi Actorem Iudicis auctoritate, n. 17 95
Pretium, cum exempto agitur, ab emptore offerri debet, n. 2 227
Pretium in dubio censetur iustum, & condignũ, num. 27 349

Pretium iustum in dubio declarari debet à Iudice; nec est declarandum inspecta oblatione aliquorum, sed quanti res valeat, vel ex peritorum æstimatione, n. 16. & 17 433
Pretium iustum quale dicatur, num. 42. 43. & 45. 532
Et non perpenditur ex cuiuslibet affectione, aut sumptu, sed ex communi hominum æstimatione, & n. 44 ibid.
Pretium rei emptæ debet consistere in pecunia numerata, n. 9 228
Prima charitas incipit à se ipso, nu. 50. pag. 260. & num. 68 261
Prima instantia causarum longior est, & difficilior, quàm cæteræ instantiæ, n. 63 587
Princeps potest licitè pondus, & valorem monetarum mutare, si accedat consensus populi, de cuius præiudicio agitur, ac huiusmodi consensus debet esse liber, n. 161. & 163 573
Potest etiam mutare ex iusta causa, quia scilicet materia monetæ effecta sit vilior, vel pretiosior, &c. & n. 166. & 169.
Necnon ex tempore publicæ necessitatis poterit augere pretium monetæ; dummodo cessante, fiat restitutio damni illati, & num. 167. 573
Si verò mutatio fiat sine iusta causa, sed pro libidine Principis, non est licita, & nu. 168. ibidem.
Princeps superiorem recognoscens legitimare non potest in locis, quæ in feudum obtinet, num. 8 308
Princeps tollit obligationem ciuilem, non autè naturalem, n. 36 426
Princeps, vbi manum apposuit, non potest alius quicquam statuere, n. 5 37
Principales dicuntur expromissores, & qui principaliter se obligauerunt, suppositis habilibus etiam in re, & ex re alterius, n. 4 418
Principales dicuntur omnes, qui vna contrahunt vel tales, licet res ad alterum suspectasset, num. 7 397
Principales personæ in Iudicio sunt ipsimet litigantes nomine proprio, n. 1 129
Principalis considerato effectu dicitur ille, ad quem verè pecunia, & vtilitas peruenit, nu. 3. pag. 418.
Principalis dicitur ille, ad quem pecunia, & commodum contractus peruenit, n. 6 397
Principalis dicitur ille in Societate, qui recipit pecunias, n. 108. & 109 357
Principalis, si est præsens, & requiratur, vt iuret de calumnia, tenetur iurare, n. 6 119
Principaliter, quod agitur, non quod venit in consequentiam, attendi debet, num. 34. & 35. 323
Priuatæ personæ loca publica inchoare interdictum est à legibus, n. 16 217
Priuatorum pactis dari non possunt, quæ sunt meri imperij, n. 18 524
Priuatus non potest sibi ius dicere, n. 2 243
Prinignus mortuo patre, vel matre, non est amplius prinignus, & soluta est affinitas, num. 22. 20
Priuilegiatis duobus veluti minoribus, contrahentibus inter se, cuiusnam causa censeatur potior ius, n. 99 239
Priuilegiatus non vtitur suo priuilegio contra alterum priuilegiatum, n. 63
Intellige vt n. 64 428
Probandi tempus est continuum, n. 8 218
Probare quilibet tenetur illud, quod est fundamentum suæ intentionis, n. 39 514
Probari debet per iuramentum, testes de nouo fuisse repertos, n. 19 501
Limita, vt n. 23. & 24. pag. 501. & n. 25. 502
Probatio admittitur contra præsumptionem iuris, num. 31 pag. 150. num. 67. & 68. p. 236. & num. 32 443
Probatio, contra officialem debet esse liquidissima; n. 2 483
Probatio contra præsumptionem iuris, & de iure vix potest admitti, n. 9 366
Probatio euidentissima quænam censeatur, num. 41. 270
Probatio ex confessione fieri potest in quacunq; parte iudicij; etiam post conclusum in causa, n. 10. & 11 137
Probatio incontinenti, quæ dici debeat, relinquitur arbitrio Iudicis, n. 74 516
Probationes in criminalibus debent esse luce meridiana clariores, n. 18 244
Probationes nouæ per scripturas admittuntur in qualibet instantia, n. 16 501
Intellige vt n. 17 ibid.
Probatio, nisi fit impedimenti, non admittitur contra præsumptionem iuris, & de iure, num. 15 467
Probationis nomen modos omnes probandi includit, n. 48 105
Probationum facultas ampliari, non coangustari debet, n. 17 122
Probationum facultas non debet coangustari, num. 47 105
Probatio per famam, & notorium, idem est, ac per vulgi opinionem, n. 32 270
Probatio per vicinos in rebus, quæ eis innotescere magis possunt, quàm personis remotis, est optimum genus probationis, n. 35 270
Probatio quæ fit per instrumentum authenticũ, dicitur probatio probata, n. 87 535
Probatio semiplena habetur pro plena in iudicijs possessorijs summarijssimis, n. 32 297
Probatio valida potest regulariter per statutum reddi inualida, n. 18 443
Probatio, vbi offertur incontinenti, cessat omnis præsumptio calumniæ, & malitiæ, n. 123. 519
Probatio, vt concludat per necesse, quid requiratur? n. 19 218
Processus Iudicis nullus valet, parte non opponente, n. 71 107
Processus per inquisitionem in omnibus delictis in foro Capitolino per statuta non permittitur, & quare, n. 23 35
Processus per inquisitionem iure ciuili permittitur, n. 24 36
Proconsulum Collegium extinctum fuit per Syxtum V. & eorum loco, quibus, & quando præsentari debeant *Protocolla* à Notarijs Curiæ Capitolinæ, n. 37 70
Proconsulum, & Correctorum officium sublatũ est per Constitutionem Syxti V. n. 1 76
Procurator absentis requisiti, vt respondeat positionibus, tenetur procurare, quod ille transmit-

INDEX.

mittantur ad ſuum principalem ex iure communi, n.123 144
Secus ex ſtatuto.n.124 ibidem
Procurator ad audiendam hæreditatem debet cõſtitui,cum ſolemnitatibus ſtatuti Vrbis cap. 151.n.32 349
procurator ad iurandum de calumnia, debet ex ſtatuto habere mandatum ſpeciale, num.2. pag.129
Intellige vt num.4 ibid.
procurator ad negocia pupilli,vel minoris poteſt conſtitui per tutorem, & dicetur procurator tutoris,vel curatoris, & n.15 95
procurator an poſſit cogi reſpondere poſitionibus,n.125.& 126 144
procurator diſi poteſt etiam patronus, & aduocatus,n.57 556
procuratores ad lites qui ſint, num. 20. & 21. pag.554
Et antiquitus appellabantur cognitores,n.22 ibidem
Et familiariſsimi defenſores, n.23 ibid.
Et quales eſſe debeant in Tribunalibus Vrbis, & num.24 554
procuratoris nomen conuenit tam conſtituto ad negocia, quàm ad lites:at in ſtatuto intelligitur tantum de procuratore ad lites,nu.17.18. ibidem.
procurator iurat de calumnia in animam ſuam, num.7 129
procurator propter ceſsionem ſibi à ſuo cliente factam punitur in duplicem pœnam, num.8. pag.243
procurator quando ex ſtatuto citari debeat,n.5, pag.113
procurator ſine ſpeciali mandato non poteſt facere, vt dominus in pœnam incidat, num.14. ibidem.
producens inſtrumentum, dicitur fateri omnia contenta in eo, n.46 341
productio iurium quomodo facienda,remiſsiue, nu.6 547
prohibitio ceſſat generaliter,ceſſante cauſa, cuius contemplatione quid prohibetur, nu. 124 519
prohibito aliquo, cenſetur pariter prohibitum omne id,quo peruenitur ad illud, num. 3.pag. 231.
prohibitum ad tempus, poſt tempus cenſetur eſſe permiſſum,n.1 240
prohibitus donare,confiteri prohibitus cẽſetur, num.2 361
promittere,& ſoluere paria ſunt. n.18 439
pronunciatio Iudicis poſt ſententiam definitiuã eſt interlocutoria non habens vim definitiuæ. num.15 475
proœmium indicat cauſam finalem, num. 1. pag. 321
proœmium ſtatuti declarat mentem,ac intentionem ſtatuentium,n.74 14
Et obtinet rationem cauſæ finalis,num. 75. pag 14
Et lumen præſtat ad repellendas omnes ſubſequentes ambiguitates,n.76 ibid.
proprietarii conſenſus, in alienatione rei emphyteuticæ,eſt neceſſarius,n.38 345
prorogatio cenſetur facta cum iiſdem facultatibus,quas habuit primus actus. n. 68 299
prorogatio iuriſdictionis habet locum etiam in cauſis criminalibus,n.11 124
prorogatio litium diſpendioſa eſt. num.69. pag. 493
prorogatio non cadit, vbi non eſt iuriſdictio. num.8
proteſtans ſe non conſentire in iuriſdictionem iudicis,& non repetens in quolibet actu eamdem proteſtationem, cenſetur in talem Iudicem conſentire.n.12 161
proteſtatio apoſtolos petentis,nec valentis habere,ei prodeſſe debet,n.15 470
proteſtatio de iuramento calumniæ præſtando, debet repeti in quolibet actu: aliàs cenſetur ab ea receſſum.n.28 130
Et quomodo poſsit repeti. ibid.
proteſtatio de non conſentiendo in iuriſdictionẽ excuſat comparitionem factam poſt recuſationem,n.27 39
Si tamen proteſtatio non ſit contraria facto, n.28 39
Et repetatur in quolibet actu,n.29 ibid.
proteſtatio in iudicialibus in quolibet actu repeti debet:ſecus in extraiudicialibus, num. 17. pag.161
Declara vt num.18 162
proteſtatio neceſſaria eſt impedito in probationibus faciendis,ad conſeruandum ius ſuum. n.1.pag 123
Limita remiſsiue,n.2 ibid.
proteſtationes an poſsint fieri diebus feriatis. n.25.& 26 119
proteſtatio collitur per actum contrarium, n.15. pag.161
Intellige vt num.16 ibid.
protocolli amiſsio quibus diligentiis probetur; remiſsiuè, n.25 70
protocolli nomine quid ſignificetur,n.1.pag.68. & num.3 69
protocolli requiſita non eadem ſunt,quæ in ipſis inſtrumentis requiri conſueuerunt ad effectũ, vt probent.n.7 69
protocolli ſubſtantia,n.5 ibid.
protocollo deperdito, ſtatur inſtrumento dato parti,& deperdito originali,ſtatur copiæ repertæ in actis,n.23 70
protocollum habere debet omnem ſubſtantiam inſtrumenti publici, n.34 ibid.
protocollum ſi non habeat omnia requiſita,non probat.n.6 69
Hæc vox protocollum an debeat ſcribi duplici ll.n.4 ibidem
protonotarius dicitur primus Notarius,ſic protomartyr primus martyr,& multa ſimilia, n.1. pag.50
protonotarius Senatoris licet a Conſeruatoribus eligatur,approbari tamen debet a Senatore,n.4 ibid.
protonotarius Senatoris non debet ſe immiſcere in cauſis criminalibus,neque fideiuſsiones recipiendo,neque mandata ſubſcribendo,num.7 pag.50
Quod tamen ſeruatur in prima inſtantia cauſarum criminalium,non autem in ſecunda, n.8 ibidem.
prouincia complectitur quoad effectum prædi-

&um

Q

Quæ procedant in fideiussoribus iudicij. num.37 52
Quæ sint decisoria,n.4 4
Quæ sint ordinaria,n.3 ibid.
Qualitas non datur sine subiecto, num.48. pag. 427
Et num. 6. pag.477.& num. 17. pag.498
Qualitas nulla fundari potest, vbi non est subiectum,n.119 596
Qualitatem inesse naturaliter, aut ex priuilegio, sunt paria,n.5 79
Quantitatibus in magnis requiritur maior obseruantia,n.24 327
Quantum petatur,non quantum debeatur, quærendum est,quoties quæritur de quanti tate, a qua pendeat iurisdictio,n.1 90
Quantum præstat restitutio minoribus, tantum præstat appellatio maioribus ad probandum, num.11 501
Quasi contractus non comprehenditur sub statuto de contractibus prohibitis, nu.16.pag. 425
Querela differt ab appellatione, & quomodo, num. 5 462
Querelæ nullitatum non sunt recipiendæ, si non sint de tribus,citationis scilicet,iurisdictionis, vel mandati,num. 6.11.14.15 463
Contrarium,n.8 ibidem
Quicumque,dictio generaliter cõprehendit omnes,n.9 35
Restringitur autem per leges, & consuetudines speciales,nu.10. ibid.
Quietantia de residuo, seu complemento temporis anteacti probat solutionem totius summæ debitæ pro anteacto tempore, n.5 447
Et impedit, ne plus peti possit, quamuis plus deberetur,& num.6 ibid.
Quietantia dotis facta per mulierem facere comprehenditur sub statuto Vrbis,cap.151. lib. 1. num.11 348
Quietatio est potius distractus,quam contractus num.6 339
Quietatio facta per mulieres, & minores recipiẽtes ab eo,qui nulla soluendi,& tradendi necessitate coactus erat,& quod ipsi non arctabantur recipere statuto nostro comprehenditur, num.25 421
Quietationes,vel obligationes,quæ fiunt per minores,vel mulieres,prohibitas sine solemnitatibus statuti contrahere, seu obligari, valent sine solemnitatibus, quando contrahunt, vel obligantur necessariò, ex legis auctoritate, & quatenus tantum legis necessitas vrget,nu.24 pag.420
Quintus Mutius P.F. inter Pontifices Maximos constituitur xxiiij.à Numa Marcio M. F. nu. 158 19
Quintus Mutius P.F.Pontifex Maximus ius ciuile primus constituit generatim in libros decem,& octo redigendo,n.155. ibid.
Idem complures habuit Auditores, qui insignes euaserunt Iurisconsulti, quorum responsa pro legibus recepta sunt.n.156 19

Idem

Idem,omnia loca,& ciuitates,ad quas porrigitur iurisdictio eiusdem Præsidis, n.23 52
Prouincia dicitur à Præside,& cum Præses iurisdictionem habet in pluribus prouinciis, illæ omnes dicuntur vna prouincia quoad vnum Præsidem; sicuti contra vbi diuersi sunt Rectores, diuersę prouinciæ censentur,n.24 51
Proxeneta creditur quando stylus fori mercatorum loci contractus recipit illius fidem,n.32. pag.435
Proxeneta iidem sunt ac Mediatores: & an, & quando teneantur ad restitutionem causa contractuum vsurariorum, num. 30. & 31. pag. 435.
Proximiores coniuncti, qui ex statuto interuenire debent alienationibus minorum,intelligũtur,tam agnati,quàm cognati, & qui,& quales esse debeant,& qui ex iis reiiciantur,remissiue num.38. & 39 234
Publica delicta sunt, quorum accusatio,vel persecutio commissa est cuilibet de populo, nu.39 pag.70
Publicæ vtilitati nemo renunciare potest, nu.11, pag.331
Publicatione testium facta, an, & quando liceat super iisdem,vel directò contrariis, alios testes examinare,remissiuè, n.4 159
Publicationis testium effectus,& alia, remissiuè, num.2 ibidem
Publicatio testium,quando dicatur facta,num.1. pag.159
Publicatio testium,quoad partes, censetur de ordine iustitiæ,non de ordine substantialis iudicii,n.6 ibidem
Publicè interest ciuitates ædificiis insignibus ornari, n.26 217
Puniri nemo debet sine accusatore. n.25 36
Pupillus an habeat obligata bona Actoris non legitimè constituti, n. 28 95
Pupillus cum auctoritate tutoris non potest constituere procuratorem quoad alienationem, bonorum;sed requiritur decretum Iudicis,nu. 31 96
Pupillus dicitur locupletior, quando vtilitas est in actu permanens,vel necessitas in actu transiens, seu consumpta,n.73 428
Pupillus,& quiuis alius,qui obligari non potest, tenetur tamen quatenus locupletior est factus,n.66.67.68.69. 428
Pupillus præsumitur alitus à tutore,ad quem cura alimentorum spectat,n.23 294
Pupillus pubertati proximus obligari potest sine tutore: & datur in eum vtilis actio, in quantũ factus est locupletior,n.17 312
Amplia,vt procedat pariter quoad obligãdam Ecclesiam,vel ciuitatem, num.19 ibid.
Pupillus sine tutoris auctoritate non obligatur. num.1 381
Etiam pubertati proximus,n.2 ibid.
Pythagoræ dicta neutiquam in dubium reuocabantur, n.59 13

INDEX.

Idem complures habuit Auditores, qui insignes euaserunt Iurisconsulti, quorum responsa pro legibus recepta sunt, n. 156 19
Idem obiurgauit Seruium hisce verbis, nempe quod turpè esset Patricio, & nobili, & causas oranti ius in quo versaretur, ignorare, num. 157. 19
Qui relatiuum appositum in rubrica restringit rubrum ad expressa in nigro, n. 85 355
Qui relatiuum restringit ad expressa, num. 101. pag. 356.
Qui semel periurauit, nec testis esse potest deinde, &c. n. 21 501
Quisque in in re propria est moderator, & arbiter, n. 25 217
Quod in actis causæ non habetur, planè dicitur non extare, n. 15 498
Quomodo de personis, & quomodo, & quo ordine in realibus fieri debeat excussio, remissiué, n. 56 52
Et quoad bona fieri debet excussio, etiam si sint litigiosa n. 57 52
Quot sunt capita, tot sunt sententiæ, n. 18 490

R

RAtificatio sponsaliorum non subiacet statuto Vrbis, n. 15 348
Ratihabitio eadē statuti solēnitates requirit, quas ipse contractus, n. 2. 377
Ratihabitionem ex l. fin. C. si maior fact. excludit dolus ex ifacuro præsumptus, n. 4 388
Ratio ad euitandas fraudes in statuto expressa est, & finalis, n. 2 359
Ratio de statuto disponens, vel lege, attenditur, non lex, vel statutum, n. 120 485
Ratio eadem vbi viget in casu omisso, quæ in expresso, tunc omissus dicitur expressus, n. 13. & 14 339
Ratio generalis statuti comprehendit casus omnes, n. 97 355
Ratio generalis in præfationibus emissa Statutum, & Constitionum extendit, & de ei disponere dicitur, n. 123 415
Ratio generalis, in præfationibus nostri Stat. cap. 151. lib. 1. posita, finalis est, & de Statuto disponit, ac illud extendit ad contractus in expressis minimè comprehensos, n. 124 415
Ratio in prefationibus, & proemio emissa censetur finalis, n. 122 415
Ratio in Statuto, & dispositione expressa eam, & illud, ad omnia extendit, in quibus ipsa viget, num. 116 415
Ratio legis vbi cessat, cessat etiam ipsa lex, num. 14. 151
Ratione finali statuti cessante statutum vtique non habet locum, n. 21 232
Rationes generales non extendunt constitutiones, nec de lege disponere dicuntur, sed vide infra, n. 117 415
Ratio quod dictat, non indiget alia probatione, num. 40 333
Ratio reddi non potest omnium, quæ à maioribus gesta sunt, n. 2 151
Ratio reddi non potest omnium, quæ à maioribus constituta sunt, n. 1 447
Ratio restringitur, ad expressa per relatiuum, num. 101 356
Ratio Statuti efficacius in vno casu militans, quàm in alio, dummodo in omnibus vigeat non impedit ad omnia relationem fieri, nu. 12. 16. & 17 487
Ratio Statuti est mens Statuti, n. 35 564
Ratio statuti expressa generaliter disponit de omnibus, quibus inest, etiam diuersis n. 27. 403
Ratio statuti nostri in censu vitalitio, & similibus viget, n. 13 394
Ratio statuti, seu l. comprehendit omnes casus, in quibus militat, tanquam genus suas species, num. 18 402
Ratio vbi eadem viget, eadem, & iuris obtinet dispositio, n. 6 361
Ratio vbi est eadem disponendi, ibi debet esse idem ius, n. 20 490
Ratio vbi est eadem, venit id omne, quod comprehendit, sublata significatione vocabuli. num. 31 442
Ratio vbi non est dispar, par debet esse potestas pacti, legis, statuti, vel consuetudinis, nu. n. 47. 277
Recepta ex contractu nullo pro modo versionis, & locupletionis restituuntur, n. 7 366
Receptio appellationis ponitur pro introductione eiusdem appellationis, n. 27 464
Receptio iuramenti testium, illorumq. examen in forma debet à Iudice committi Notario causæ, nu. 22 149
Et an testis examinatus absque tali commissione probet? remissiue, n. 23 150
Recipere non videtur, qui non vt habeat, recipit, num. 3 376
Recipiens minor, vel mulier, & recognoscens bonam fidem, non tenetur seruare solemnitates statuti, n. 104
Contrarium n. 107 357
Recipiens mulier, seu minor tenetur legis necessitate restituere, n. 106 356
Recipiens mulier, vel minor dicitur factus locupletior, n. 34 339
Recipiens pecunias in Societate respectu solutionis fructuum, & restitutionis sortis dicitur principalis, n. 109 357
Recognitio apochæ potest ex statuto fieri perfectis, etiamsi non fuerint præsentes scriptioni ipsius, n. 9 375
Idem ex stylo Sacri Palatij, & in communi vsu Romanæ Curiæ, & n. 12 375
Secus de iure communi, n. 10 375
Recognitio bonæ fidei mulieris simulata præsumitur, & quando, n. 39 350
Recognitio bonæ fidei mulieris, vel minoris recipientis pecunias valet sine solēmnitatibus statuti. n. 104.
Contrarium, n. 107 357
Recognitio manus non retrotrahitur in præiudicium aliorum habentium ius ad tempus ipsius scripturæ, n. 26 375
Recognitionis instrumentorum, & apochārum materia, à quibus tractetur, num. 18. 20. & 27. 375
Recognitio non dicitur probata ex enunciatiua Notarii facta in fide productionis, num. 25. pag. 176.

INDEX.

Recognitio per comparationem littetarum est remedium subsidiarium,n.16 175
Recognitio proprię manus potest fieri etiam per Procuratotem, speciale tamen mandatum habentem,n.14 175
Recognitio scripturarum an intelligatur petita in iudicio per solam protestationem generalem? num. 7. an verò requiratur specialis oppositio? & n. 8 174
Recognitio scripturarum non est necessaria, nisi pars contra quam producũtur, obijciat de recognitione facienda,n.1.& 3 174
Recognitio scripturarum potest fieri quandocũque etiam post sententiam,n.4 174
Intellige,vt n.5.& 6 174
Recognoicens bonam fidem in societate considerato effectu dicitur verè principalis, licèt Sociatas non contrahatur cum ipso,sed cum officiali,n.207.& 109 357
Reconuentio an detur in causis summarijs?n.25. & 26. 133
Et an detur in possessorio?n.28.& 29 138
Reconuentio assumit naturam ipsius conuentionis, n.13 132
Intellige, vt n.14 132
Reconuentio datur etiam contra Clericum coram Iudice Laico,n.18 132
An detur etiam coram Arbitro,n.19 132
Et an in criminalibus? n.20 132
Reconuentio dicitur Exceptio,n.11 132
Reconuentio, & Compensatio in quo differant remissiuè,n.3 131
Reconuentio in causis ordinariis fieri debet ante litis contestationem,n.5 132
Et an possit fieri incontinenti post litem contestatam?n.6 132
Idem in summariis,vbi lis habetur pro contestata,n.8 132
Reconuentio nõ datur in causaAppellationis n.30
Limita,vt n.31 & 32 133
Reconuentio non datur in causis executiuis ad effectum impediendi executionem,n.21 133
Intelligt,vt n.27 132
Neque datur in actione depositi,n.33 133
Reconuentio non datur in causis, quæ celerem requirunt executionem,n.23 133
Declara,vt n.24 133
Reconuentionis materiam qui tractarint, num. 4. 132
Reconuentio quando permittatur quoad processum simultaneum?n.35 133
Reconuentus non potest reconuenire,n.34 133
Recusari potest Iudex ex noua causa non probata sed tamen tali, quæ si probata foret,legitima esset ad recusationem,30 39
Recusatio censetur reiecta per processum ad ulteriora, quando non fuit appellatum, num. 23. 39
Recusatio cum appellatione sufficit ad nullitatẽ actorum, licèt appellatus non fuerit prosequutus appellationem,n.24 39
Etiam si obtentum fit rescriptum ad alium Iudicem,n.26 39
Recusatio fieri debet per procuratorem cum speciali mandato,vel per ratificationem ipsius principalis,n.33 40
Recusatio censetur renunciatum per compatitionem coram Iudice recusato,nu.25 39
Recusatio Iudicis censetur modici præiudicij, num.38 40
Recusatio Iudicis initio causæ censetur modici præiudicii,n.121 143
Recusatio Iudicis non habetur pro appellatione. num.14 490
Recursus remedium in quibus Tribunalibus concedatur in Vrbe,n.11 490
Reductio ad arbitrium boni viri potest ex iure communi peti intra triginta annos,n.10. 485
Redemptionis litium materia, à quibus pertractetur,n.20 244
Redemptores litium appellãtur crudeles, ac deprædatores,n.3.
An potest contra eos, vti dolosos, iurari in litem,&c,& n.4 243
Redemptor litium quis potest fieri dupliciter? n. 6.& nu.10 243
Redemptorum litium alienarum crimen multis variisque in locis à legibus improbatum reperitur,n.1 243
Referenti termino vis eadem tanta inest, quanta relato,n.105 414
Refutare, & donare dicitur, remittens, num. 2. pag. 347.
Refutatio continet remissionẽ iuris de futuro, & comprehenditur sub tractu,n.09 352
Refutatio est potius tractus,quàm contractus, num 6 339
Refutatio subiacet statuto Vrbis,etiam in consequentiã contractus non expressis,n.36. 350
Regionum Capita, ad quæ pro officio suo teneantur,n.6 46
Regionum Capita, ipsorumq; Capitũ Prior quomodo eligantur,remissiue,n.1 45
Regionum Capita referre videntur imaginem Tribunorum Plebis,n.2 45
Ita appellantur, quia eorum singuli propriam habet Regionem custodiendam,n.3 45
Regio,significat partem Vrbis certis suis viis, & finibus distinctam,n.4 45
Regula,Actiones hæreditariæ tam activæ, quàm passiuæ diuiduntur, non habet locum in causa dotali,in qua,si sint plures hæredes,potest quilibet insolidum conueniri,n.21 178
Regula, Cum quid vna via prohibetur per aliam permitti non debet, non procedit vbi actus prohibitus venit in necessariam consequentiã actus permissi,n.33.
Nec procedit, vbi diuersa est ratio inter prohibitum principaliter, & prohibitum indirectè,& n.37 323
Procedit autẽ,quando aliquid prohibetur alicui in odium ipsius prohibiti,& n.36 323
Regula, id quod nostrum habet locum, etiamsi prima venditio facta sit cum iuramento,n.4.
Nam si postea hæc altera,& eidem res tradatur is erit præferendus. 224
Et habet locum etiam in contractu locationis & conductionis,n.5 224
Regula l. de vnoquoque, 47. ff. de re iudic. non habet locum,vbi pars,quæ debebat citari,fuerit præsens,n.8 498
Neque vbi pars, quæ non fuit citata,nihil potuillet allegare, & n.10 498
Neque vbi actus nullum affert præiudicium parti

INDEX.

parti non citatæ, & num. 71. 498
Quæ limitationis sunt veræ, quando congruè suis casibus adaptarentur, & n. 72 498
Regulæ l. in pupillo, ff. de solut. est locus in mulieribus, & minoribus, stante dispositione statuti nostri cap. 151. lib. 2 412
Regula l. quod in hærede, §. eligere, ff. de tribut. act. habet locum in remedijs soluendi, non autem in remedijs cogendi, n. 35 526
Regula, Lite pendente nihil innouandum, in quibus casibus non habet locum, n. 12 245
Regulam qui habet pro se fundatam habet intentionem, n. 89 430
Regula, Prior tempore est potior iure, habet locum in creditoribus hypothecarijs, nõ autem in chirographarijs, & habentibus personalem tantum, n. 2 267
Amplia quoad vsuras, vtpotè accessorias debito principali, & n 3. & 4 267
Item habet locum in solutione facta à debitore posteriori creditori, n. 5 267
Et in nominibus debitorum, quæ data sint insolutum, vel delegata posteriore creditori, & num. 6 267
Amplia item, vt n. 9. remissiuè. 267
Fallit in Procuratore hæreditatis, qui pro mercede sua præfertur alijs creditoribus hypothecarijs, & anterioribus eiusdem hæreditatis, & num. 10 ibid.
Regula, quæ fiunt incontinenti, incisse actui censeantur; non habet locum in momentaneis, num. 38 104
Regula, Quæ sunt temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum, quomodo intelligatur, n. 128. & 129 519
Regula, Qui per alium facit, &c. non habet locũ in statuto loquente de facientc, n. 11 172
Limita, vt n. 12 ibid.
Regula, Quod exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, non habet locum in casibus similibus ijs, qui excepti sunt, n. 45 169
Regula, Quod obligatio fideiussoris est nulla, data nullitate obligationis debitoris principalis, explicatur remittiuè, n. 78 429
Regula, Quod non est probatum, non probabo, non habet locum in appellatione ab interlocutoria, n. 3 500
Regula, Quod statuta, quæ sunt contra ius commune, verè, & propriè, non fictè sunt intelligenda; non habet locum, vbi casus verus, & fictus à iure expressè æquiparantur, num. 6 274
Regula, Semper in obscuris, quod minimum est, sequimur, habet locum præcipuè in delictis, n. 210. & 211 577
Reipub. interest Ciuitatem repletam esse hominibus, n. 21 306
Rei, verbum generale est: & accipitur pro subiecto omni corporeo, vel incorporeo, seu promiscuo, n. 10. & 11 562
Relatio ad ea præcipuè facienda, ad quæ probabilius verba adaptantur, n. 48 410
Relatio ad omnia, etiam si aliàs fieri minimè deberet, clausulæ, ac verborum in fine positorum fieri debet, quando alias contra expressam rationem fauorabilis, & extendenda dispositio restringeretur, n. 44 409
Relatio ad omnia facienda, ad quæ, salua ratione recti sermonis, fieri potest, n. 47 409
Relatio ad omnia; vbi commodè fieri deberet, num. 46 409
Relatio clausulæ, & verborum in fine positorum non fit ad omnia, etiam si alias fieri deberet, quando contra disponentium mentẽ fieri videretur, n. 52 409
Relatio clausulæ in fine positæ fit ad omnia, etiã quando alias minimè fieri deberet, si rationes suadeant, n. 53 409
Relatio debet constare in actis causæ, aliàs nec citatio, nec sententia, nec totus processus valerer, n. 2. & 4 112
Limita, vt n. 5 112
Relatio eadem conueniente ratione, etiam in exorbitantibus ad omnia fieri intelligitur, etiã in, vt num. 13. & 14. imò, & in pœnalibus, num. 15 407
Relatio fit ad omnia, quando in omnibus est ratio, etiam si efficacius in vno, quàm in alio, num. 11. & 12 407
Relatio fit ad omnia, etiamsi aliàs non fieret, quando verba starent frustratoriè, vel aliud sequeretur absurdum, n. 53 450
Relatio fit ad proxima, n. 89 354
Relatio fit ad omnia, quando etiamsi continuatiuè verba starẽt ad proxima, eadem in omnibus ratio viget, n. 29 408
Relatio illorum verborum, ac semper, &c. contra re, &c. in Statuto nostro Cap. 151. lib. 1. ad proxima, & specificata, contra rationem, & mentem statuentium restrictionem operaretur, n. 36 409
Releuatio indemnitatis in obligatione pro alio tacitè videtur promissa, n. 4. & 7 380
Relatiuo in participio implicitum, est eiusdẽ potentiæ, ac explicitum; & eandem repetitionem ac relationem inducit n. 102. & 193 414
Releuationis indemnitatis permissio donationis præsumptionem elidit, n. 3 380
Relatio Nuncii de executa citatione non est necessario facienda in scriptis, ex iure communi, num. 2 112
Secus ex Statuto, n. 2 112
Relatio omninò ad omnia fieri debet, quando seruata ratione recti sermonis, ac verborum proprietate, ad proxima excluderetur restrictio, n. 49 410
Relatio verborum ad ea fit, ad quæ proportionabiliter fieri potest, n. 76 412
Relatio verborum, & clausularum in fine positarum fit ad omnia, etiam si alias fieri minimè deberet, vt euitentur absurda, n. 43 409
Relatiuum appositum in rubrica eam restringit ad expressa in nigro, n. 95 355
Relatiuũ etiã in participio implicitè cõprehensũ dicitur stare restrictiuè, & limitatiuè, n. 97. 413
Relatiuum non magis stringit, quàm per ipsam demonstretur, n. 100 414
Relatiuum non restringit contra rationem dispositionis, & mentem disponentium, n. 108. 414
Relatiuum non restringit generalitate termini relati, n. 507 414
Relatiuum Quæ, restringit generalitatem, cui adiungitur, vbi relatiuum sit sine copula, num. 28 327

Relatiuum, qui restringit rationem ad expensa., num. 101 356
Relatiuum qui, vbi non fit adiecta copula, restringit dictionem verbalem ad casus relatos, n. 2. pag. 432.
Relatiuum repetitionem inducit, cum omnibus qualitatibus, n. 101 414
Relatiuum restringit dispositionem ad relatum, num. 73 412
Relatiuum retentis terminis relati ex sui natura intelligitur, n. 106 414
Relatiuum, seu dictio, quis maiores, & minores refert, n. 9 372
Relatiuum sine copula dicitur limitatiuè, ac restrictiuè stare, n. 96.
Ampliat n. 97.
Limita n. 99. remissiuè, 414
Relatiuum suum refert, & exprimit relatum, & antecedens, cum omnibus suis qualitatibus, num. 104 ibid.
Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus, num. 9. pag. 286. & num. 5. pagina 506.
Remedijs superfluis nemo præsumitur velle uti; & maximè vbi remedia requirant impensas, & incommoda, n. 9. & 10 463
Remedium diuisionis est generale in quacumque communione, licèt pactum fuisset inter Partes de stando in communione perpetuò, num. 7 210
Intellige, vt n. 9 410
Remedium l. 2. C. de resc. vend. in diuisione locum habet, num. 2 388
Remedium procedendi per inquisitionem, siue ex officio Iudicis, quod antea dicebatur ordinarium, est hodie extraordinarium, num. 2, pag. 241.
Amplia, vt num. 8 241
Remedium speciale generale non adimit, licet speciale, alias de sui natura esset tale, quod in concursu generalis cessaret, n. 23 373
Remedium rescindens, & remedium rescissorium proueniunt à restitutione in integrum: & quænam sint, n. 64. 62. & 66 106
Remedium recuperandæ in continuatione possessionis non competit hæredi: sed competit tantum ei, qui vi deiectus est, num. 33. 34. & 35. 318
Remedium reintegrandæ competit ex statuto de continuatione possessionis, n. 36 318
Remedium retinendæ datur ad possessionem ciuilem retinendam; & remedium adipiscendæ ad naturalem adipiscendam, n. 32 318
Remissio interrogationis testium non datur regulariter in criminalibus, n. 15 158
Limita remissiuè, vt num. 16 158
Remissionem iuris continet transactio, & comprehenditur sub statuto, n. 52. p. 351, n. 66. 352
Remissio iuris de futuro lapit reuocationem, & comprehenditur sub statuto, n. 69 352
Remissio iuris subiacet statuto, etiam in consequentiam contractus non expressi, num. 36, pag. 350.
Remissiones ad Iudices extra Districtum, possunt dici Rogationes, n. 3 157
Remissio si continetur sub aliquo pacto, debent seruari solemnitates statuti, n. 21 348
Remissoria an sit arbitria Iudici in ciuilibus? n. 12. & 13 158
Remissorialium materiam qui tractarint, n. 1.
Remittere dicitur, qui consentit, n. 1 347
Remittere est refutare, & donare, num. 3. p. 359. & num. 2 347
Renunciare dicitur, qui consentit, n. 1 147
Renunciare dicitur successioni ab intestato, qui adit ex testamento, n. 34 350
Renunciare quilibet potest fauori suo propter priuatam vtilitatem principaliter inducto, licet etiam respiciat commodum publicum, n. 62. 467
Renunciare quilibet potest fauori pro se introducto, n. 17 84
Fallit in Clerico, n. 18 84
Renupciare Velleiano non potest mulier intercedens pro viro, n. 4 378
Renunciari Iudicio summario potest: sed renuncians non potest amplius ad illud redire., num. 8 122
Renunciatio etiam iuris futuri statuto nostro subest, n. 4 394
Renũciatio, & remissio statuto verbis specialib. ac implicitè, & ratione cõprehẽditur, n. 5. 394
Renunciatio in specificatis verbis, & generalibus, ac expressa ratione in statuto nostro comprehenditur, n. 5 395
Renunciatio in statuto nostro comprehenditur, num. 4 395
Renunciationes mulierum, sine solemnitate statuti nostri inualidæ, n. 2. limita n. 3. p. 193. sed contra num. 4 394
Renunciationes iuris quærendi solemnitates statuti nostri minimè requirunt, sed contra n. 4. pag. 394.
Renunciatio successionis ex testamento, ex petitione ab intestato inducitur, n. 4 374
Renunciatio Velleiani mulieris fideiubentis pro viro iuramento firmatur, n. 5 379
Reo faciendum est potius quàm Actori, quando iura partium sunt obscura, n. 33 103
Amplia, etiam si reus per accidens efficiatur Actor, n. 35 103
Reo sufficit probationem testium inuicem conquassari, n. 42 219
Repetitio, ac communicatio qualitatum inter copulatiuè posita fit etiam in statutis, num. 59. & 60 411
Repetitio, ac communicatio qualitatum, & conditionum inter copulatiuè posita, præcedentium in sequentia. & è contra fieri debet; maximè in eadem oratione copularis, num. 61. & 62 411
Repetitio fit quotiescunq; identitas rationis, ac mens disponentium eam suadent, quod & in Statuto non procedit, n. 63. & 64 411
Repetitio tripliciter inducitur, & qualiter, num. 95. ibid.
Replicatio est exceptio competens actori contra exceptionem rei, & est temporalis, sicut actio: n. 125. 127. & 130 519
Replicationes omnes, sicut, & exceptiones, sunt excluſoriæ, n. 126 519
Repræsentans vtitur iure repræsentati, n. 9. 314
Rerum nomine veniunt corpora, & iura, num. 9. 302

INDEX.

Rescindi nullum minimè potest, n.6 372
Rescisio contractus non datur sine lesione vltra dimidiam, n.84 354
Rescissio contractus præsupponit validitatem illius, n.34 350
Rescissio validitatem supponit, n.5 371
Rescripta, si non dant formam procedendi, censentur contra ire admonitionem, n.5 87
Rescriptum, vel Priuilegium deuians à stylo præsumuntur falsa, n.32 156
Res data in dotem æstimata transit in dominium mariti: qui in casu restitutionis tenetur tantum ad pretium restituendum, num. 23. & 25. 282
Reseruatio grauaminum quid operetur, & quid sit, n.21. & 23 476
Reseruatio in exceptionibus quid operetur, num.9 125
Res fiscales quasi propriæ, & priuatæ Principis sunt, n.8 221
Res iudicata accipitur pro veritate, n.78 482
Res passiuè vt plurimum significantur, & verba activè significant: & quandoq; res etiam activè significant, n.12 & 12 562
Respondens positionibus potest à Iudice compelli ad iteratò respondendum, n.129
Intellige, vt n.130 144
Respondens positioni, referendo se ad instrumentum, &c. an respondeat sufficienter? num. 70. 71. & 72 141
Respondens, si conuincatur de mendacio, vel in vna tantum positione præsumitur etiam mendax in alijs, n.131 144
Et quid de responsione qualificata, si tu mutuasti, ego restituì? n.56 140
Item quid in responsione, non credit habuisse aliquid, ad cuius restitutionem tenetur? num.57 140
Responsio, Accepi, sed restitui, facta positioni de mutuo non est admittenda, ex Statuto, num.55 140
Responsio ad positiones an possit fieri cum præsentia Aduocati, vel Procuratoris? n.118. 119. & 127 143
Responsio ex interrogatione suppletur, & declaratur, n.4 370
Responsio qualificata in quibus personis admittatur? n.60. & 61 140
Responsio simplex data vltimæ positioni, est referenda tam ad confessata, quàm ad negata; neque infertur ad præcedentia, si respondens in antecedentibus dixisset; nihil scire, num.136 145
Res quælibet præsumitur libera, non autem obnoxia seruituti, n.9 222
Restitutio ex capite ignorantiæ potest dari ex clausula generali, Si qua mihi, &c. n.69
Intellige de ignorantia probabili, & num. 70. 445
Restitutio fauorabilior censetur, quàm executio, num.4 103
Restitutio incidenter si petatur, & Iudex mandet ad vlteriora procedi, an possit reus eam denuo petere principaliter coram alio Iudice competenti, n.72 107
Restitutio in integrum an, & quando concedatur aduersus responsiones male factas positionibus? remissiuè, n.19 148
Restitutio in integrum competit non solum Minoribus, sed etiam Maioribus, n.2 100
Intellige, vt n.3 100
Ea tamen, quæ datur Minoribus, est fauorabilior, n.4 100
Et quando dicatur peti principaliter, & quando incidenter, n.5 100
Restitutio in integrum ex capite ignorantiæ conceditur tam minori, quàm maiori, & competit tam agenti, quàm excipienti, num. 74. & 75. pag.446.
Restitutionem in integrum petens an debeat eã iustificare ex actis causę, an etiam possit aliunde? n.46. 50. & 53. 105
Restitutio in integrum incidenter peti potest coram quocumq; Iudice, qui sententiam protulerit, n.6 33
Quia hęc per viam exceptionis deducitur, nu. 7. 33
Restitutio in integrum non datur ex capite nullitatis contractus, seu sententiæ, n.81 107
Secus, si sententia sit iniusta, n.83 108
Restitutio in integrum petita post executionem rei iudicatæ censetur calumniosè petita, num.57 492
Restitutionem petere an quis possit, sine aliqua saltem summaria cognitione Iudicis, num. 11. 101
Restitutione postulata, nihil est innouandum, num.19 102
Restitutionis in integrum materiam qui Doctores fusè pertractarint, n.1 100
Restitutionis in integrum remedium competit in Iudicijs possessorijs, n.76 177
Conatarium, n.77 ibid.
Intellige, vt n.78. & 80 ibid.
Restitutionis principaliter in integrum cognitio ad Iudices ordinarios dumtaxat pertinet, num.3 33
Restitutio non retardat executionem obligationis Cameralis, n.15 101
Restitutio quando petatur incidenter, num. 45. pag.104.
Et an detur in causis executiuis, n.31 103
Restitutio quando dicatur petita, n.26 102
Restitutio semel denegata in vna causa, amplius non conceditur, n.73.
Limita, vt n.64 107
Restitutio si petatur principaliter, & denegetur, an possit deinde peti incidenter? num. 75. ibidem.
Restitutio subsequitur causã, seu negocium principale. n.12 101
Retorqueri non debet contra creditorem, quod in illius fauorem inductum est, num. 33. pag. 525.
Retrodonatio comprehenditur sub statuto, cap. 151. n.43 350
Retronenditio subiacet statuto Vrbis, cap. 151 num. 35 351
Reus dimissus sub fideiussore non idoneo potest iterum capi; & per talem capturam non est liberatus fideiussor, n.12 50
Reus impedire volens executionem sententiæ, potest ex nouiter deductis detegere in astitã ipsius sententiæ, n.51 105

INDEX.

Reus in exceptionibus fungitur parte actoris: & est melioris conditionis, quàm actor in probationibus, seu facultate probandi, num. 30. & 31 525
Reus in excipiendo est actor, n. 114 143
Reus in excipiendo dictus actor. n. 21 184
Reus non tenetur ad expensas iudicij, nisi sit contumax, vel litiget, & vincatur, n. 22 198
Reus potest compelli mulcta indicta, & captis pignoribus ad recognoscendum manum suam, num. 19 175
Neque potest opponere de alijs exceptionibus, n. 21 175
Limita. vt n. 25 ibid.
Reus, vel illius Procurator, antequam admittatur ad excipiendum, vel defendendum, debet iurare de calumnia, n. 8 129
Roberti Bellarmini nomen, & dictum celebratur, n. 106 16
Rogationes Principum penes subditos habentur pro iussibus, n. 165 373
Romana Ciuitas Romanis Pontificibus subest etiam ex præscriptione octingentorum annorum, & amplius, n. 34 11
Roma, cum sit patria communis, eius Incolatus facilius acquiritur, n. 19. & 25 83
Romana Vrbs antiquitus in Regiones quatuordecim distincta fuit, sicut, & nostris temporibus distinguitur, n. 5 45
Romani authoritas magna, n. 19 420
Romani antiquitus horis matutinis solebãt seriis rebus vacare, n. 1 115
Romanorum cura in retinenda fide, ac integritate Aduocatorum ex Tacito, n. 17 553
Roman. cons. 280. & 394. quid quærat, & de eiusdem doctrinæ intellectu, latè in seq. num. 17. 420
Statuto stante minorum, sine certa solemnitate, & coniunctorum præsentia, bona sua obligantium obligationem non valere, validè sine dictis solemnibus recipientes, quietationem faciunt, & instrumentum liberationis, pag. 420.
Romanus Magistratus adhuc seruat antiquum decus sui nominis, nempè S. P. Q. R. referens imaginem florentis Reipublicæ Romanorum, num. 164 19
Romanus Pontifex iura omnia in scrinio pectoris censetur habere, n. 12 426
Rota concedit remissorias, quando prius fit in Curia nominatio testium, n. 6. 157
Rotæ decisiones non sunt vulgaritèr, & osciter accipiendæ, n. 3 365
Rotæ Romanæ sacro, supremoq; Tribunali reuerentia exhibenda, n. 6 163
Rotæ Romanæ maturitas, ac ponderatio commendatur, n. 6 365
Rota extra Tribunal latas sententias absque iustitiæ cognitione haud attendit, n. 2 389
Ratio in statuto, & dispositione expressa eam, & illud, ad omnia extendit, in quibus ipsa viget, num. 116 415
Rationes generales non extendunt constitutiones, nec de lege disponere dicuntur, sed vide infra, n. 117 415
Rubricæ sunt authenticæ, & de textu, num. 47. pag. 532.
Rubrica carens verbo non habet orationem perfectam, n. 93 355
Rubrica continens orationem perfectam, & generaliter loquẽs non restringitur à nigro specialiter loquente, n. 8 334
Rubrica de Cap. ciu. cens. eximendo, C. lib. 11. dicitur perfecta, nec carere verbo, n. 92 413
Rubrica de Cap. ciu. cens. exim. C. lib. 11. & perfecta, & decisiua dicitur, n. 89 414
Rubr. de Capit. ciu. cenſib. exim. lib. 11. orationem perfectam habere dicitur, ac disponere, n. 79. & 80 413
Rubrica generalis generaliter disponere omnino dicitur, quando, & verba nigri possunt generalia iudicari, ac ipsi rubricæ conuenientia, n. 84 416
Rubrica habens orationem imperfectam indefinitè loquens, stante rationis identitate, non restringitur per nigrum specialiter, sed vniuersaliter disponit; maximè si nigrum ita possit intelligi, vt rubro conueniat, num. 67. & 68. 412
Rubrica generalior nigro per nigrum restringi non debet, n. 80 415
Rubrica in sua generalitate disponit; generalitate, ac identitate rationis, cum ea congruenti, num. 83 415
Rubrica non declarat verba nigri, quando sunt clara, n. 91 355
Rubrica non dicitur imperfecta sine verbo, cum subintelligatur, n. 93 413
Rubrica non solum stat ad demonstrandum: sed etiamsi est perfecta, ipsius legis initium dicitur & pars, n. 109 414
Rubrica, quæcumque quarumcumque legum, & Statutorum textui contenanea, & consonans generaliter, & indistinctè pro textu haberi, & allegari certissimum est, n. 85 415
Rubrica quæ verbo caret, non dicitur continere orationem perfectam, sed vide infra. n. 71 411
Rubrica quando disponat, & orationem perfectã habeat, n. 77
Distinguitur remissiuè, 412
Rubrica, quando nigrum, ità intelligi potest, vt censeatur etiam generaliter disposuisse, & eidem generali conuenire, generaliter est intelligenda, n. 9 339
Rubricæ quantumuis imperfectæ ad nigri declarationem admittuntur, & deseruiunt, num. 86. & 110 413
Rubrica restringitur, & declaratur per nigrum, quando illa non habet orationem perfectam, num. 1 351
Rubrica, seu Titulus habens orationem perfectam, & consonans textui, potest allegari dispositiuè, n. 1 507
Rubrica statuti de contractibus indefinitè, & distinctè loquens non restringitur per nigrum, num. 4 378
Rubrica statuti nostri Cap. 151. lib. 1. perfecta, & decisiua videtur, n. 90 413
Rubrica statuti Vrbis, cap. 151. non habet orationem perfectam, n. 92 355
Rubrum declaratur per nigrum, num. 2. pag. 357.

INDEX.

Rubrum, etiam habens orationem perfectam, nisi & decisiuam habeat, non disponit, sed vide infra, n. 70 441

Rubrum etiam quoad aliqua perfectum, recipit quoad alia declarationem a nigro, num. 111. pag. 414

Rubrum restringitur ad expressa in nigro, quando in rubrica est appositum relatiuum, qui, nu. 95 355

Rubrum, vel perfectum, vel nigro consentiens disponit, vel imperfectum declarat, num. 91. pag. 413

S

Saeuitia viri ad effectum separationis thori quænam videatur intolerabilis, arbitrio Iudicis relinquitur, n. 12 293

Sæuitia viri est probanda concludenter, num. 17. pag. 294

Sæuitia viri in vxorem est delictum, num. 21. ibidem.

Salaria Aduocatorum, & procuratorum adiungũtur aliis litium expensis, n. 1 552

Salaria congruentius Honoraria dici deberent, & arbitraria, n. 2. & 3 ibid.

Salarium Aduocato debetur, licet non sit conuentum, n. 58 556

procuratori verò ad lites, si non sit conuentũ non debetur, nisi vbi adsit consuetudo, quod debeatur, n. 59. & 60 557

Salarium Aduocatorum, & procuratorum efficitur peculium quasi castrense, n. 56 556

Salarium aduocatorum pro singulis causis non debet ex iure communi excedere summam centum aureorum, n 42 555

Intelligo dummodo per clientem non sit promissum plus cum iuramento, n. 43 ibid.

Item, si datum sit sponte, tunc retinebit illud aduocatus in foro conscientiæ, num. 44. pag. 555

Item non procedit in causa de vita, num. 45. pag. 556

Neque in Aduocatis Episcoporum, vel Abbatum, n. 48 ibid.

Salarium conuentum debetur Aduocatis, & procuratoribus, n. 37 555

Et an possit peti etiam lite pendente, nu. 40. & 41 ibid.

Et quid circa hoc seruabatur antiquis temporibus, n. 38. 39 ibid.

Salarium debetur Aduocato, & procuratori, etiã si cliens transegerit cum aduersario: atque etiã si citra laborem, & librorum reuolutionem, clienti consilio suo cauit, n. 62 557

Salarium præcipuè refertur ad medicinam, nu. 5. pag. 553

Et ad procuratorem litium, n. 7 ibid.

Et generaliter ad quodcumque negocium cõmissum, n. 8 ibid.

Salarium propriè, quid significet, num. 4. & 10 ibidem.

Salomonis dictum ad fideiussorem, num. 17. pag. 439

Sanctissimi titulo Pontificem Romanum veteres omnes appellant, n. 105 16

Sanctitas in Romano Pontifice præsumitur, nu. 108 ibid.

Sanctitatis hæreditatem recipit Rom. Pontifex. num. 109 ibid.

Satisdatio de qua in statuto, tria continet, & quænam sint, n. 4 194

Satisfacere, verbum quid significet, num. 1. pag. 279

Scaccorum ludus licitus est etiam clericis, n. 14 pag. 58

Scientes, & consentientes non defraudantur, nu. 162 573

Scientiã habere præsumitur quilibet de eo, quod publicè scitur, n. 6 71

Scire, vel scire debere, sunt paria, num. 5. pag. 71.

Scripturam producens fatetur contenta in ea, num. 46 341

Scriptura omnis, cui de iure, vel speciali consuetudine creditur, dicitur publica, num. 8. pag. 167.

Scriptura originali testamenti deperdita, sufficit sola testamenti publicati fides, n. 24 70

Scriptura priuata est triplex, n. 2 171

Scriptura quælibet, etiam priuata, probat in iudicio, nisi contra eam apponatur, num. 4. pag. 174

Scriptura reperta in filza notarii cum attestatione eiusdem de rogitu alicuius instrumenti, an, & quando probet, num. 12. 13. 14. 15. & 16 pag. 69

Scutum monetæ species, prodiit in Gallia post Ducatum Romanum, n. 150 572

Secunda sententia si non confirmat, sed infirmat primam, tum licet appellare, num. 15 490

Sedere cur debeant Iudices, quando ius reddũt. num. 5 115

Sedere dicitur Prætor cum pro tribunali iuris dicendi causa sedet. ibid.

Sede vacante, quam iurisdictionem habeant officiales generaliter; & in specie de Pœnitentiario temporum Sedis vacantis, remissiuè, n. 13 pag. 29

Semel malus præsumitur semper malus in eodẽ genere mali, n. 20. p. 458. & n. 22 501

Seminaria clericorum puerorum erigunter in executionem sacri Concilii Tridentini. nu. 20. pag. 217

Semper, dictio vniuersalis, ita vt intelligatur, in omni tempore, & in omni casu, num. 40. pag. 409

Senator antiquitus esse poterat etiam, qui ciuis erat Romanus, n. 25 28

Senator dum à Summo Pontifice sceptrum eburneum suscipit in signum iurisdictionis, iuramentum præstat in manus Sanctitatis suæ, num. 3 32

Iuramenti prædicti forma, n. 4 ibid.

Senator post translatum Imperium Vrbis Romæ in Romanos Pontifices quot fuerint, & qua auctoritate diuersis temporibus constituti, nu. 3 26

Senator est legitimus Iudex appellationum a sententiis Capitanei: & est vnus ex Iudicibus habitis in Vrbe pro ordinariis, num. 3. 5. & 10. pag. 495

Senator ideo non tenetur in causis criminalibus adhi-

INDEX.

adhibere votum affectamenti, quod aliàs denegare non posset, n. 12 27
Senator in alijs functionibus coram Cardinalib. absente Pontifice primum post Cardinales locum tenet, n. 24 ibidem
Senator interesse publicis consiliis Senatus, Populique Romani, & digniori loco, num. 19. pag. 27
Ad quem effectum. ibid.
Quomodo invitari soleat à Conservatoribus ad publicum Consilium, num. 21. pag. 27.
Senatoris locus in Cappellis Pontificiis anteà tis temporibus erat proximè post Oratorem Cæsareum. 22 ibid.
Senator permittit Iudicibus Capitolinis, vt ad paucos dies ab Vrbe ex causa abesse possint. num. 1 36
Senator præfertur Gubernatori in cognitione causarum, vbi iidem concurrunt, num. 18. pag. 27
Senatori quæ competant, & conueniant iuxta statuta Vrbis. n. 9 ibid.
Senatoris nostrorum temporum vestimenta, & decora insignia, qualia Prætori Vrbano antiquitus concedebantur, n. 31 28
Senator quid debeat, & possit facere, nu. 5. pag. 32
Eligitur à Romano Pontifice, & iurisdictionē habet per litteras in forma Breuis, num. 6. pag. 29
Senator vigore specialis facultatis, quæ sibi conceni solet, in causis criminalibus decernere potest, vt rei in aliquibus casibus torqueãtur denegatis defensionibus, & ex processu informativo tantum. n. 14 27
Hæc tamen facultas magna cum moderatione intelligenda est, & ad certos casus restringenda, n 15 27
Senatorum antiquorum institutio, numerus, qualitas, & munera pro mutatione, ac varietate temporum, remittuè. n. 2 26
Senator Vrbis eligitur nostris temporibus à summo Pontifice ad suum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum, n. 8 27
Senator Vrbis censetur tamquam Prætor Vrbanus, n. 1. 26
Eligitur a summo Pontifice. ibid.
In Cliuo Capitolino residet, & ordinaria potestate ius dicit. ibid.
Quæ sit eius potestas, & in quibus eius versetur officium. ibidem
Eius iurisdictio, & officium. n. 2 30
Eligitur a summo Pontifice, & de ipsius iurisdictione expediuntur litteræ in forma breuis, num. 3 ibid.
Eius assertioni creditur, tamquam vni ex sublimioribus Magistratibus. n. 10 27
Eidem permitti solet à Romano Pontifice, vt in causis criminalibus non teneatur seruare formam statutorum Vrbis, sed prout sibi bene visum fuerit, & iuxta facultates Gubernatori Vrbis quomodolibet concessas, num. 11. pag. 27
Eidem adhuc per Cursores Pontificis Cappellę Pontificiæ denuncianeur, sicuti Cardinalibus, & Oratoribus Regum, n. 25 27
Senatusc. Macedon. non tollit obligationem naturalem, num. 35 426
Senatusconsultus Macedoniani remedium extenditur etiam ad nepotes, & pronepotes, nu. 93. pag 430
Senatusconsult. Macedonia restringitur dumtaxat ad contractum mutuæ pecuniæ, vel ad aliũ ex adhibita fraude recidentem in eum, nu. 13. pag. 425
Sensus legis colligi non potest, nisi verba prius intelligantur. n. 1 161
Sententia an ferri possit sine voto Affectamenti, quando pars, quæ protestata est, Nihil fieri nisi cum voto affectamenti, procedat postea ad alium actum ex intervallo, eadem protestatione non repetita, num. 11. pag. 161. & num. 14 & 19 162
Sententia confirmatoria prioris sententiæ prolata ambabus partibus præsentibus, si eodem tempore ambæ instent, altera pro mãdato, altera pro restitutione in integrum, quænam pars censeatur præuenisse. n. 34 103
Et quid si victor incipiat petere executionem, & nondum absoluta petitione, pars victa postulet restitutionem, n. 36 ibid.
Et quid vbi secunda sententia fertur a Capitaneo Appellationum, & eadem die victor petit coram Iudice ordinario restitutionem in integrum, n. 40. & seq. 104
Sententia, a qua est appellatum, in dubio præsumitur iniusta, n. 29 464
Sententia diffinitiua ferri non potest, si de iure litigantium non constet, n. 49 514
Sententia defertionis appellationis dicitur interlocutoria habens vim diffinitiuæ, & ab ea potest appellari, n. 9 481
Idem de reiectione appellationis, nu. 10. & 13. pag. 481
Fallit in appellatione a mera interlocutoria num. 14 ibidem
Sententia defertionis concernit merita, & est cõfirmatoria primæ: &c. n. 21 ibid.
Sententia defertionis est interlocutoria, quoad effectum, nec transit in rem iudicatam quoad Iudicem, n. 37 483
Sententiæ acquieuisse videtur, qui ab eius grauamine non appellat, n. 72 547
Sententiæ de consilio sapientum, &c. num. 13. pag. 506
& ad relationem petitorum, numquam transeunt in iudicatum. ibid.
Intellige, vt num. 16 ibid.
Sententiæ duæ conformes habent ex statuto vim trium; & faciunt rem iudicatam, num. 16. pag. 101.
Et an procedat in vna tantum sententia, quæ transitum fecerit in iudicatum. num. 17. pag. 101.
Sententiæ duæ conformes, de quibus statutum, debent esse diffinitiuæ, non interlocutoriæ, num. 20 102
Sententiæ duæ conformes faciunt ex statuto rem iudicatam, n. 4 489
Quod procedit etiam in Clem. vt calumnijs de re iudicata, nu. 5 ibid.

Con-

INDEX.

Contrarium,num.6. 489
Sententiæ duæ conformes habent ex statuto vim trium,& faciunt rem iudicatam,num. 27.pag. 482
Sententiæ interlocutoriæ,& sententiæ definitiuæ definitio,& num. 1 475.
Et in quibus differunt inter se,num. 2. 3. & 4. ibidem.
Sententiæ interlocutoriæ habentis vim definitiuæ,quænam sint,num.9.10 475
Et quomodo dignoscantur ab aliis interlocutoriis,n.11.& 12 475
Sententia interlocutoria iustificanda est ex iudé actis,non autem ex nouis,aut de nouo probandis,n.1 500
Et procedit tam ex iure Canonico,quàm ex iure Ciuili,n.2 ibid.
Limita vt num.4 ibid.
Sententiæ Iudicum, & arbitrorum, & lauda arbitratorum habent æquè executionem,ex statuto:atque eiusmodi executionis causæ sunt summariæ,n.7.& 9. 180
Et eius praxis; remissiuè,n.8 ibid.
Sententiæ nomine,in dubio intelligitur diffinitiua, & præsertim in statutis, num. 34. & 35. pag.491
Declara,vt vbi est eadem, vel maior ratio in interlocutoria, quæ in deffinitiua, tunc nomine sententiæ veniat pariter interlocutoria,nu. 41 ibid.
Sententiæ nomine venit tam diffinitiua, quàm interlocutoria,vbi non insurgat absurditas, num.42 ibidem
Sententia,& querela, seu dictio de nullitate æquiparantur,n.1 474
Sententiæ vis,& effectus plus ponderatur, quàm nomen,n.13 475
Sententia habet executionem paratam, num.14 pag.514
Sententia in scriptis ferri debet; alioqui est nulla & non meretur nomen sententiæ, num.2.& 3 pag.505
Amplia etiam in consiliis sapientum, seu consultorum,n.4 506
Sententia lata iudice pro tribunali non sedente, est nulla: etiam si sit interlocutoria, num. 9 pag.115
Declara remissiuè,n.10 ibid.
Sententia lata clauso consilio, est nulla, num. 8. pag.506
Sententia lata contra statutum redactum in volumine statutorum est nulla.n.9 161
Amplia,vt n.10. ibid.
Sententia lata non visis actis,est invalida,& nulla,n.1 497
Et vbi non iustificatur ex actis,dicitur notoriè iniusta.n 2 498
Et nulla,n.4 ibid.
Et iustificari debet ex iisdem actis, non ex nouiter deductis,n.3 ibid.
Et non sic iustificata numquam facit transitū in rem iudicatam,n.5 498
Et est etiam nulla ob non transportationem actorum. ibid.
Sententia lata sine consilio Sapientis, siue Consultoris, vbi requirantur, est nulla, num.16. pag.503
Sententia lata super conuentione,omissa cauſa Reconuentionis, an sit nulla. num. 15. 16. & 17 138
Sententia plura capitula continens, potest ex vno confirmari, & ex altero infirmari, num.54 pag.464
Sententia plures partes continens, potest in parte,seu partibus confirmari, & altera, vel aliis infirmari: & si sint tres sententiæ executionē habent paratam pro partibus conformibus, num. 17.& 19 490
Et idem de duabus sententiis,ex statuto,nu.21 pag.490
Intellige vt num.23 ibid.
Sententia prior inducit præsumptionem boni iuris pro parte appellati,etiam appellatione pēdente,n.15.& 16 481
Et habet locum,etiam in sententia interlocutoria habente vim definitiuæ, & num. 17. ibidem.
Et in sententia desertionis,vel reiectis appellationis,& num.20 481
Sententia quoad latinitatem verborum tantum, non quoad substantiam,emendari potest,n.24 pag.507
Sententia reiectionis æquiparatur sententiæ desertionis,n.22 482
Sententia,si apertè non tenuerit,reuocatur,n.57 464
Sententia si plura capita distincta contineat, & de nullitate vnius capitis fit dictum,in quo actor succubuerit; an possit idem dicere de nullitate alterius capitis,n.138 510
Sententia super desertione appellationis a definitiua censetur conformis primæ sententiæ, quoad effectum habendæ executionis,num.31 482
Et dicitur confirmatoria primæ, & num. 32. ibidem.
Separationis thori,& restitutionis dotis, & inde sequentium causa grauis est,& ardua,num.16. 294
Separatorum separata debet esse ratio, n. 139. pag.520
Sequestratio regulariter prohibetur, nisi in subsidium,n.6 195
Sequestrum contra aduenas transeuntes, quomodo faciendum,n.8 ibidem
Sequestrum reuocatur incontinenti, præstita cautione,n.7 ibidem
Seruitus acquiri potest per pacta, & conuentiones, n.2. 214
Seruitute cessante,ad fauorem alterius constituta, liberum est cuique vsque ad cælum ædificare. ibidem
Limita remissiuè,n.4 214
Seruitus altius non tollendi,ne venti excludantur in damnum publicæ vtilitatis,inducitur ipso iure,n.24 217
Seruitus ne prospectui officiatur, seruitus luminis,& seruitus vt prospectus præstetur,in quibus differant inter se, remissiuè, num. 1. pag 213
Seruitus parietis, est seruitus vrbana, num. 1. pag. 222
Seruitus pluribus modis imponitur,n.7 ibid.

INDEX.

Seruitus regulariter non habet causam naturalem, sed aut impositam, aut præscriptam, n. 10. pag. 222

Seruitus stillicidii est duplex, affirmatiua, & negatiua, n. 4 ibid.

Seruitutem allegans, eam probare debet, nu. 11 ibidem.

Seruitutes, quando, & quomodo acquirantur præscriptione temporis, n. 5 214

Seruitutum venditionis forma, remissiuè, nu. 8. pag. 222

Sigismundus Scaccia laudatur, num. 32 499

Sigismundus Scaccia, multarum, singulariumque virtutum meritis honestatus, non satis condignè pro illis commendatur, ac laudatur, nu. 9. pag. 397

Signa repræsentant signatum, & sufficit signum, licèt deficiat signatum, n. 16 562

Signatura Gratiæ rescribit in omni casu; & potest statutis ipsis derogare, n. 4 87

Signatura Iustitiæ quibus in caubus rescribat ad Iudices Capitolinos, n 3 ibid.

Significatio figuratiua communis est, & potest appellari vsitata, n. 26 563

Significatio propria desumitur, vel ab auctoritate, vel à definitione, vel ab etymologia, & horum exempla, n. 49. & seq. 565

Significatio quid sit, num. 18. & 19 503

Simile quod est, non est idem, n. 61 208

Similium ad similia idem est iudicium, num. 44. pag. 169

Simpliciter respondere positioni dicitur qui respondet, Non credit vt ponitur, & ad effectum ad quem ponitur, n. 47 139

Intellige vt n. 48 ibidem

Simpliciter respondere positioni quis dicatur, num. 49. 52. & seq. ibid.

Simulatio alienationis præsumitur iure, si alienàs possederit post alienationem rem alienatam, n. 32 240

Vel si alienatio fuerit facta in consanguineum nu. 33 ibid.

Vel si fuerit facta in limine decoctionis, nu. 34 ibidem

Vel si publice debitor vrgebat ad inopiam, n. 35 ibidem

Simulatio contractus generaliter non præsumitur, n. 27 ibid.

Simulatio contractus præsumitur ex statuto vbi venditor remansit in possessione rei venditæ, sed ex iure communi debet concurrere alia causa simulationis, num. 18. pag. 433. & nu. 19 434

Item præsumitur, quando res venditas redimi debet a venditore breui tempore, num. 20. pag. 434

Item si cum bonis pecunia sint admixtæ, qui contractus appellare vulgo solet Ciuantia, vel Stocco, n. 23 ibidem

Intellige, vt n. 26. & 27 ibidem

Simulatio in contractibus, de iure communi cognita, & reiecta est, n. 3 432

Simulatio obligationis vnius ex obligatis non trahitur ad obligationem alterius, nu. 1. pag. 376

Simulationem contractus allegans debet exprimere speciem, & causam simulationis, & eam probare, n. 5 432

Simulationis contractuum species, & quando præsumatur, & quibus coniecturis, remissiuè, n. 4 ibid.

Simulationis exceptio non tollitur per iuramentum simpliciter præstitum in instrumento de illi non contrauenciendo, n. 7 ibid.

Limita vt nu. 8 ibid.

Simulatio sine causa simulandi non procedit, num. 2 376

Simulatio vitiat recognitionem bonæ fidei factã à muliere, n. 39 350

Sixtus Papa Quintus per constitutionem suam erexit Collegium Notariorum Curiæ Capitolii numero triginta, nempe quindecim Primi, ac totidem Secundi Collaterales, num. 2. pag. 55

Quæ constitutio vsu recepta, & in viridi observantia est, præter quam in certo casu expresso. n. 13 ibid.

Et statutis expresse derogat, n. 14 ibid.

Ideo seruanda tamquam alia lex postea lata, num. 15 ibid.

Societas nostro statuto comprehenditur, num. 22. 340

Societas ad officium an fieri possit à Tutore, vel curatore pro pupillo absque decreto Iudicis, n. 15 232

Societas officii quoad quid cum censu vitalitio fraternizat, n 17 395

Societas super officio alterius, ad id per officialẽ Dominum accommodato, vel emendo, valet, nu. 8 397

Societas officiorum requirunt in re pecuniam numeratam. n. 28 434

Societatum in contractibus interponuntur officia ad colorandum ipsum contractum, & euitandam vsurariam prauitatem, num. 110. pag. 355

Socii habitationis de commodo, & vtilitate consocii participant, licèt in priuilegio non sint comprehensi, n. 21 217

Socio nolente reficere rem communem, potest consocius propriis expensis eam reficere; & acquiret dominium super parte ipsius socii, si ille intra quatuor menses non satisfecerit. num. 1 223

Et cautela pro reficiente, n. 4 ibid

Declara hoc procedere tam in ædificiis vrbanis, quàm in rusticis, n. 2 224

Solemnitas leuis, si omittatur, non vitiat actum: Dummodo non requiratur pro forma, num. 16 pag. 331

Solemnitas omnis, & substantialis forma est iuris publici, nu. 4 121

Nec potest mutari pactis priuatorum, n. 4 & 5 ibidem.

Solemnitate legis omissa, contractus non præsumitur vtilis, sed damnosus, n. 31 340

Solemnitates in contractibus inductæ per statutum faciunt cessare circumuentionem, & fraudis suspitionem, n. 12 331

Et sunt de forma contractuum: quæ non seruata, corruit actus, n. 13 ibid.

Etiam si in minimo non fuerit seruata, n. 14.

Intel-

INDEX.

Intellige, vt num. 14 17. 20 331
Solemnitates non requiruntur in relocatione emphyteuſis Eccleſiaſticæ, ſi ea ſolita fit concedi. num. 46 260
Solemnitates omnes præſumuntur adhibitæ, ſpatio triginta annorum, etiamſi non reperiantur enunciatæ. n. 6 266
Solemnitates requiſitæ præſumuntur, niſi tamen verba tabellionis patiantur. n. 10 506
Solemnitates ſtatutariæ an requirantur in donatione inter patrem, & filium, matrem, & filiã, & inter alios conſanguineos? & num. 10. 11. 12. 13. pag 321. & num. 14 322
Solemnitates ſtatutariæ non comprehenduntur in obligatione neceſſaria. n. 56. 207
Solemnitatis ſtatutariæ non ſunt neceſſariæ in contractibus minorum, quando contractus ipſis non ſint damnoſi, ſed vtiles. nu. 20. 22 pag. 232
Solemnitates ſtatutariæ ſunt neceſſariæ in omnibus contractibus, in quibus mulier, vel minor lædi poteſt. n. 38 333
Solemnitatis nomen poni etiam poteſt pro ſolẽnitate ordinis n. 6. 509
Solidum an accipiatur pro aureo? 47. 556
Solidus idem fuit, ac Aureus Romanus antiquus. n. 33 327
Et hodie in illius locum ſuffectus eſt Aureus noſtri temporis, & num. 34. ibidem
Contrarium vt num. 35. 327
Soluendo qui eſt, carceri mancipari non poteſt pro debito. 4 523
Solum vicini, regulariter, debet eſſe liberum vſque ad cælum. 5 222
Solutio indebitè, non dicitur propriè donatio. num. 57 329
Solutio integra facta per vnum ex correis debendi liberat alios correos. 5 454
Solutio probari poteſt per præſumptiones iuris num. 31 443
Specialiter quod iniungitur, plus timeri ſolet, quàm quod generaliter imperatur. 101 15
Specierum enumeratio, etiam antè generalem diſpoſitionem, illam non reſtringit, quando genus, & ſpecies cadunt inter caſus, ad quos diſpoſitio refertur. 21 408
Clauſula, & oratio generalis, ad ſpecierũ enumerationem, non reſtringitur ad illas quando genus; & ſpecies cadunt inter caſus, ad quos diſpoſitio refertur. 408
Specierum enumeratio in dubio præſumitur potiùs ex abundanti, quam reſtrictiuè. 20 408
Specierum enumeratio poſt generalem diſpoſitionem non reſtringit, ſed ſtat declaratiuè, & ex abundanti potius. 19 408
Specierum poſt expreſsionem, generis enumeratio generi non derogat. 28 403
Spoliatus etiam vi expulſus, reſtituitur, vbi notoriè ex actis conſtat eum ius nõ habere. num. 38 199
Spolium, & nullitas ſunt inſeparabilia. num. 134 pag. 520
Sponſalia, & Matrimonium, maritus, & ſponſus, vxor, & ſponſa, valde differunt inter ſe. num. 4 284
Sponſaliorum contractus ſtatuti noſtri ſolemnibus non eget, n. 1. 368
Sponſalium ratificatio non ſubiacet ſtatuto, n. 15 348
Sportulæ Iudicibus ordinarijs Vrbis prohibentur per Conſtitutionem Pauli Quinti, nu. 2. pag. 88
Et an etiam prohibeatur Iudicibus delegatis, num. 3 89
Sportulæ quæ ſoluuntur executoribus litium, & Præſidentibus Officiis publicis, atque Nunciis, ſiue apparitoribus, quomodo differant ab iis, quæ ſoluuntur Iudicibus, remiſſiuè, nu. 4. ibidem.
Sportulæ, vbi debentur Iudicibus, ſi per ipſos non ſtet, quo minus ſententiam proferant, iuſtè ab illis exiguntur, licet tum partes litigantes ad concordiam inter ſe deueniſſent, nu. 4. pag. 91
Sportularum materiam qui pertractarint, nu. 6. pag. 89
Sportularum origo. n. 5 ibid.
Spurii an per aliquam legem municipalem, poſſint perinde, ac legitimi, ad ſucceſſionem vocari. n. 31. & ſeq. 307
Spuriis debentur alimenta ſaltem ex æquitate Canonica, n. 7 305
Spuriis, ſeu quomodolibet illegitimis poteſt pater ex ſtatuto medietatem bonorum ſuorum inter viuos donare, & in vltima voluntate relinquere, n. 1 ibid.
Et quid de iure ciuili, n. 2 ibid.
Et ab inteſtato habebunt tantum duas vncias de hæreditate paterna, n. 3 ibid.
Intellige vt num. 5 ibid.
Spurius quis dicatur, n. 9 286
Spurius quis ſit, n. 16 284
Stadium eſt octaua pars milliaris Italici. nu. 102 pag. 568
Stare in communione nemo cogitur, num. 22. pag. 211
Stare non prohibetur, quod non muratur, nu. 12 pag. 64
Statuentes cenſetur velle ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis, n. 64 18
Statuentes cenſentur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis, n. 34 307
Statuentes, in dubio non præſumuntur velle corrigere eius commune, n. 15 496
Statuentes non præſumuntur velle corrigere, quod eſt diſpoſitum à iure communi, num. 59. pag. 261
Statuentes, qui non diſtinxerunt caſum, etiam maiorem in ſe rationem habentem omnia cenſentur comprehendere voluiſſe ſub generalitate ſtatuti, n. 24 256
Statuentes, qui non diſtinxerunt caſum maiorem rationem habentem, eum æque cẽſentur comprehendere voluiſſe ſub generalitate ſtatuti, num. 70 14
Statuentes, ſi indiſtinctè loquantur, ſtatutum etiam indiſtinctè intelligendum eſt, num. 21. pag. 83
Statuentium intentio regulariter eſt, prouidere ſuis ciuibus, non exteris, n. 10 425
Status coniecturalis ſæpe eſt valde incertus, & periculi plenus, n. 4 303

Statuta

Statuta ad euitandum absurdum, restringuntur ad id quod est rationis, n. 75 428

Statuta antiqua Vrbis varietate temporum perplexa, & confusa, n. 165 19

Statuta a summo Pontifice confirmata in forma specifica sunt valida, & in eis cessat omnis defectus potestatis etiam quoad personas Ecclesiasticas, n. 37 12

Statuta condere iurisdictionis est, & sine ea condi non possunt. n. 30 11

Statuta condi non possunt per subditos immediate Sedi Apostolicæ, & condita non valent sine confirmatione Apostolica, n. 35 12

Et ita seruatur etiam ex consuetudine, nu. 36 ibidem.

Statuta decisoria etiam in aliis foris, ac tribunalibus Ciuitatis, ac districtus generaliter seruari debent; quod in specie de statutis Vrbis traditur, n. 11 5

Statuta disponentia circa personam legitimandam ad aliquem actum, non ligant forenses, secus si disponant circa solemnitatem actus. num. 1 92

Statuta, & quæuis aliæ dispositiones interpretationem recipiunt ab obseruantia subiecta, num. 55 235

Ampliat etiam si verba dispositionis alium intellectum haberent. 236

Statuta in casu, de quo sit dubium inter ius ciuile, & ius canonicum, à quonam iure interpretationem recipiant. num. 5. & 6 86

Statuta in pœnalibus intelligenda sunt strictius, vt delictum, & pœna euitetur. 5 62

Statuta intelligenda sunt de casu vero, non de ficto. 7 183

Statuta intelligi debent in casu simplici, non autem in casu mixto. 135 510

Statuta interpretationem passiuam recipiunt à iure communi. 8 484

Statuta interpretationem passiuam recipiunt à iure communi, & eorum verba restringi debent ad id quod est rationis, ne sequatur absurdum, & nu. 16 17. 522

Statuta interpretationem recipiunt à communi vsu loquendi. 10 553

Statuta interpretationem recipiunt a consuetudine. 10 228

Statuta interpretationem recipiunt à iure communi. 10 132

Statuta ita debent intelligi, vt minus corrigãt ius commune. 65 13

Et vt reducantur ad concordiam cum iure cõmuni, quantum fieri poterit, n. 66 ibid.

Statuta ita debent interpretari, ne delicta remaneant impunita, 207 577

Statuta ita intelligenda sunt, vt quam minimum lædant ius commune, n. 12 495

Statuta ita intelligenda sunt, ne quid contrarium contineant. n. 69 236

Statuta ita intelligi debent, ne sequatur absurdũ. num. 14 64

Statuta ita intelligi debent, vt quàm minimum lædant ius commune. n. 26 36

Quod præcipuè de statutis Vrbis sentiri debet num. 27 ibid.

Statuta ita sunt intelligenda, vt aliquid addant iuri communi, ne superuacanea videantur. n. 17. pag. 542

Et ne quis indebitè damnum patiatur, num. 17 pag. 542. & num. 29 543

Statuta laicorum de bonis emphyteuticis comprehendunt etiam bona emphyteutica Ecclesiarum, quoad vtile dominium, non quoad directum, n. 28. 252

Statuta laicorum disponentia de valore monetarum non ligant personas Ecclesiasticas, n. 222 Italic in Statuto Vrbis, & n. 223 578

Statuta loci, vbi lis agitur, quoad ordinatoria iudicii ibidem omnino seruari debent, etiam si litigantes sint alterius fori, n. 5 4

Statuta locorum attendi debent circa ordinem, & modum executionum ibidem faciendarum, num. 21 539

Statuta minuentia appellationes respiciunt ordinatoria iudicij, non autem decisoria, n. 31. Intellige, vt n. 32 491

Statuta noua Vrbis in meliorem formam, & in vnam consonantiam condita sunt, atque præsentibus temporibus magis accommodata exteris statutis antiquis abrogatis, n. 166 19

Statuta ordinatoria Iudicij ligant etiam Clericos litigantes coram Iudice sæculari, n. 8 5

Statuta Papalia non extenduntur ad casus in quibus Ecclesia reperitur specificè priuilegiata à iure communi, n. 60 261

Statuta passiuam interpretationem recipiunt à iure communi, n. 26 24

Statuta præsumuntur iusta, & rationi consona, num. 35 307

Statuta quamuis generalia, interpretationem passiuam recipiunt a iure communi, & restringuntur vt euitetur eius correctio, n. 38 426

Statuta quomodo condi possunt etiam super his, quæ à iure naturæ, & iure gentium sunt disposita, n. 51 427

Statuta recipiunt interpretationem a communi vsu loquendi, 32 85

Statuta semper sunt valida, licet repugnent iuri positiuo, vel naturali mutabili: secus si repugnarent Iuri Diuino, vel Iuri naturali immutabili, n. 100 549

Statuta sicut non trahuntur ad lucra forensium, ita nec ad eorum dispendium trahi debent, 28 pag. 312

Statuta stricte intelligenda sunt in odiosis, non autem in fauorabilibus, 18 506

Statuta strictè sunt intelligenda, non autem extendenda. 18 102

Statuta Vrbis, auctoritate summi Pontificis condita sunt, nu. 1 582

Statuta Vrbis debent seruari à locis comprehensis in districtu, licèt exemptis à iurisdictione fori Vrbis, nisi habeant alia particularia statuta: num. 2 86

Statuta Vrbis dicta sunt Papalia, & ideo ligant pariter Clericos, ac laicos, Collegia, & Conuentus Religiosorum, & Ecclesias, quod tamen declaratur infra n. 95. & seq. 12

Et locum habent etiam, vbi agitur cum Ecclesia, n. 55 13

Et comprehendunt vtique clericos, & bona intuitu Ecclesiæ acquisita. 56 ibidem

Et pro-

INDEX.

Et procedunt pariter in causis spiritualibus, num. 57 13
Statuta Vrbis dicuntur Papalia,n.17 257
Statuta Vrbis etiã inter personas Districtus seruari debent,n.22 11
Statuta Vrbis iuri ciuili inhærere profitentur, vbi ipsa aliter non disponant,n.48 492
Statuta Vrbis potissimum fauent obseruationi iuris communis,& quare,n.28 36
Statuta Vrbis quoad personas, & res Ecclesiasticas ita debent intelligi, vt de ijsdem personis, & causis ab Ecclesiasticis, & competentibus Iudicibus cognoscatur,n.89 14
Statuta Vrbis Romæ confirmata fuerunt à Gregorio Papa VIII. cum clausulis ex certa scientia, Motu proprio, & De plenitudine potestatis.n.43 12
Statuta Vrbis robur accipiunt à confirmatione Papæ,n.50 12
Et dicuntur Papalia,ita vt eorum transgressor puniatur, tanquam transgressor statutorum Papalium,n.38 12
Et amplius verè sunt Papalia,quia Papæ mandato apparent condita,examinata,& recognita,n.51 12
Statuta Vrbis seruanda sunt in decisorijs, atque in ordinatorijs actibus, in suis casibus,& corã suis Iudicibus iuxta superius annot. in præfatione, n.5.& seqq.n.91 15
Statuta Vrbis vt essent valida, auctoritas Summi Pontificis necessaria fuit, & quare. nu. 28 pag. 11.
Statuti antiqui in reform. cap. 19. par. 2. tenor num. 1 371
Statuti antiqui nostri partis secundæ qui meminerint,n.2 371
Statuti antiqui pars prima,& cap. 151. in nouis, in omnibus contractibus locũ habent, in quibus expressa viget ratio deceptionis,& est nosfibilis læsio,n.7 372
Statuti antiqui pars secunda cap. 154. in nouis, eosdem contractus, habiles tamen, ac prima veteris, & cap. 151. in nouis comprehendunt, & n.11.cum seq. 372
Statuti antiqui pars secunda in maioribus,& minoribus cum solemnitatibus contrahentibus locum habet,n.10 372
Statuti antiqui secunda pars à reliquo separata, & in cap. 154.lib.1.in nouis conuersa, num.3. pag.371.
Statuti dispositio clara omnino seruanda est, num.11 56
Statuti 151. rubrica non habet orationem perfectam, n.92 355
Statuti nomen intelligitur de iure municipali in scriptis redacto,n.2 9
Statuti nostri antiqui secunda pars, & cap. 154. in nouis requirit læsionem actu, num. 3. pag. 361.
Statuti nostri antiqui pars secunda re ipsa,& actu læsionem requirit,n.4 371
Statuti nostri cap.151.lib.1.Intellectus,n.18.407
Statuti nostri cap.151.lib.1.ratio finalis, fuit, ad tollendas fraudes, & captiosas circumuentiones,n.115 414
Statuti nostri dispositio in quocunq.etiã per indirectũ læsiuo.contractu locum habet,n.1. 340
Statuti nostri ratio est ad tollendas fraudes, num.13 393
Statuti nostri solemnitas est de forma contractus, qui sine ea corruit,n.1 395
Statuti ratio generalis comprehendit omnes casus,n.97 355
Statuti, seu Constitutionis principalis intentio attenditur, non quod secundariò agitur, num.36 403
Statutis quibuscunque vti volens habere,ac seruare debet omnes qualitates ab eisdem statutis requisitas,n.12 5
Statuti solemnitatibus non seruatis, nulla ex contractu mulieris, vel minoris oritur obligatio, etiam si receperint. intelligè vt ibi, num. 37 341
Statuti, seu alterius dispositionis verba vbi non conueniunt,nec dispositio locũ habet,n.7.401
Statuti verba debent etiam impropriè intelligi, vt rationi,& & menti conueniant,n.29. 403
Statuti verba non debent esse superflua, nu. 80. pag.353.
Statuti verba vbi non conueniunt, nec statutum intrat,n.75 353
Statuti verbis standum est, nec ab eis recedendum,n.8 310
Statuto de contractibus,nec pacto,nec iuramento renunciari potest,n.10 331
Statuto nostro cap.151.& cap.154.minores,& mulieres vti possunt,& quomodo,n.5 375
Statuto nostro, & Constitutioni Marchiæ, eadẽ ratione,æquè locum fieri,n.5 303
Statuto nostro videtur, & in actu necessario locum fieri, quando in eo explicando deceptio potest contingere, & non est certus explicationis modus,n.5 388
Statutorum alia censentur ordinatoria iudicij, alia decisoria,n.2 4
Statutorum dispositio generalis restringitur ex verisimili mente statuentium, nu.83. 84. 85. & 86 11
Statutorum materiam qui nam Doct. ex professo pertractauerint,n.13 5
Statutorum verba quantumuis generalia restringuntur ad id,quod est rationis,n.15 64
Statutorum verba restringi debent ad id, quod est rationis,n.10 301
Statutorum vis,& effectus dependent à potestate,& voluntate statuentium,n.60 13
Statutorum Vrbis auctoritas,vt potè Papalium in quamplurimis decisionibus Sacræ Rotæ solum considerata fuit,non autem materia rei controuersæ, & in ea fundatæ decisionis, num.58 13
Statuto ti fraus fieri potest mulier, & minor nõ possunt confiteri,n.4 347
Statutum ad fraudes, deceptionesque tollendas publica vtilitate,reique publicæ fauore inductum dicitur,n.8 360
Statutum ad hoc, vt cognoscatur an sit fauorabile, vel odiosum, inspicienda est principalis intentio statuentium,n.4 330
Statutum ad obuiandum fructibus, quamuis exorbitans, & correctorium, est fauorabile., num.13 302

Statutum antiquum in 2. parte requirit læsionem actu, non potentia,n.23 349
Statutum antiquum lib. 4. cap. 19. habet locum, vbicunque mulier directè læditur,num. 22. 349
Statutum antiquum Reipublicæ fauore expressè emanauit,n.7 360
Statutum cap. loquitur de sportulis, quæ dantur Iudicibus,n.1 88
Statutum cap. 113. non includit casum iuratũ; sed declara num. seq.nu.3 385
Statutum cap. 113. & de solemnitatibus contractuum, procedit in quocunque contractu læsiuo,etiam per indirectum, nu. 39. p. 333. & nu. 49 334
Statutum cap. 113.etiam in filijsfamilias locum habet,n.2 385
Statutum cap. 151. lib. 1. habet locum in contractibus quibuscunque minorum, & mulierum, etiam si mulieres, & minores pecunias, vel aliud receperint,n.9 419
Statutum cap. 151. habet locum in diuisione, n.61.& 62 451
Statutum cap. 151.lib.1. non habere locum in contractibus,in quibus minores, & mulieres recipiunt,quibus authoritatibus, & rationibus comprobetur,n.7 419
Statutum ca.151.semper in alienationibus locũ habet, in minoribus concurrendo cum alio statuto 113. in maioribus mulieribus ratione deceptionis, & possibilis læsionis,n.6 392
Statutum cap.180.de duabus sententijs conformibus, &c. habet locum in omnibus Tribunalibus, Vrbis inter Ciues,Incolas, & districtuales,n.25 102
Statutum comprehendit pactum continens remissionem,seu donationem,n.21 348
Statutum conditum ad impediẽdas fraudes respicit bonum publicum,n.3 330
Statutum conditum ad lites dirimendas est fauorabile, & extendendum, num. 4. & 19. pag.204.
Statutum cõtractum annullans dicitur pœnale, num.26 403
Statutum contra ius commune loquens de filio non extenditur ad filiam,n.7 425
Statutum contra ius commune vbi potest operari vnum,vel plures effectus, ita intelligendum est, vt vnum dumtaxat effectum operetur,n.10 479
Statutum cur prohibeat secundo appellare, num.43 492
Statutum cur quoad instantiam nominauit expressè causas executiuas, & summarias? nu. 12.& 17 164
Statutum cur requirat cautionem à muliere de restitutione quarti dotalis, & non etiam à merito? n.43 277
Statutum de alienatione rerum pupillorum habet locum etiam in minoribus habẽtibus patrem, & vbi pater cum filio contrahit, nu.71. & 72 236
Et habet locum etiam vbi minor iurauerit,& num 74 237
Item in minore contrahente cum Communitate alicuius Ciuitatis,& n.76
Et in minoribus forensibus contrahentibus in Vrbe,n.79
Ac etiam vbi minor contrahit pro liberatione patris è carceribus, n.81 237
Statutum de alienatione rerum pupillorum intelligitur de alienatione voluntaria, non necessaria,n.1 230
Et locum habet etiam in oppignoratione, vel hypothecatione bonorum eorundem, & num.2 231
Statutum de appellatione à confessione debiti, est ordinatoriæ Iudicij,n.23 487
Statutum decernens executionem paratam instrumentis publicis, intelligi debet de liquidi nu.37 169
Statutum de Compromissis comprehendit minores, & mulieres,n. 49. 52. & 53. & an teneãtur seruare solemnitates statuti lib.1.cap. 151.n.54 207
Statutum de Compromissis est ordinatorium iudicij non decisorium,n.2 204
Et an de consuetudine seruetur etiam in omnibus Tribunalibus Vrbis? & num. 3. & 5. pag.204.
Statutum de continuanda possessione habet etiam locum in quasi possessione; & in possessione occupata per creditorem, donec fit ei satisfactum de suo credito, num. 25. & 26. pag.317.
Non comprehendit autem forenses, & n.27. pag. 318.
Statutum de continuãda possessione in hæredes suos,non habet locum in bonis feudalibus,& emphyteuticis,n.17.& 20 317
Statutum de contractibus cum filiofam. debet intelligi,ne filijfam.locupletiores fiant cum alterius detrimento,n.74 428
Statutum de contractibus, &c. censetur fauorabile, num. 2.
Et est latè interpretan.& n.6.& 7
Statutum de contractibus &c.ligat mulieres,& puberes masculos forenses,n.8 331
Sed non ligat contrahentes extra Vrbem, & eius territorium,& n.9 331
Nec habet locum in contractibus, in alienatione necessaria,& n.21 331
Statutum de contractibus prohibitis cum filiofam.impedit ortum ciuilis obligationis,non autẽ naturalis,n.25.32.34.p.429.& n.52.427
Contrarium, quod imò etiam naturalis, vt num.32 426
Statutum de executione sententiarum,est ordinatorium iudicij,n.10 180
Statutum de executione testamentorum est ordinatorium,n.5 179
Statutum de donationibus comprehẽdit donationes factas à Clericis,& factas à forensibus in Vrbe Roma, n.21.& 22 322
Et comprehendit donationem factam contemplatione matrimonij contrahendi, & nu. 43. 324
Et donationem præsumptam, n.44 324
Intelligo,vt n.45 ibid.
Statutum de donationibus, non comprehendit donationes remuneratorias,n.16. Contrarium. num. 20. Neque donationem reciprocam.
& num.

INDEX.

& num. 17. 322
Neque donationem, quę contineat grauamen vtriusque partis, & n. 18
Neque comprehendit donantes extra Vrbē, & eius territorium, & n. 24 322
Neque habet locum, quando donatio celebratur coram Iudice, & n. 46 324
Neque in donatione facta à marito vxori ob futuras nuptias, & n. 47. Nec in donatione facta ad fauorem pię causę, & n. 48. Nec habet locum in accessorijs ad alios contractus, & num. 47 324
Statutum de executione instrumentorum est ordinatorium, non decisorium, n. 1 166
Statutum de exemptione fideiussoris non habet locum in obligatione de euictione, n. 4. Nec in obligatione pro dote, & n. 6. Nec in obligatione ex causa tutelæ, & n. 7 438
Statutum de fideiussoris liberatione est decisorium, n. 14 439
Statutum de filijs illegitimis an procedat etiam in incola Vrbis, sicut in Ciue, & n. 15
Statutum de filijs legitimatis loquitur de legitimatis per rescriptum Principis, n. 4 308
Statutum de fructibus dotis mulieri debitis soluto matrimonio habet locum, etiam in donatione propter nuptias, n. 37. & 36. Et in dote promissa, n. 40. Per patrem tamen vxoris n. 41. & 42 290
Ac etiam si mulier agat pro fructibus præteritis, & n. 45.
Et habet locum etiam contra extraneum dotem promittentem, & n. 50.
Atque etiamsi vxor habeat vnde se alat, & Limita, vt non procedat in Acconcio, seu Parapherno, &c. n. 53 290
Statutum de lucro dotis est contra ius commune; & non debet extendi ad casus non expressos, sed accipi solum prout littera iacet, num. 1. & 2 274
Et dicitur correctorium iuris communis, & num. 3 274
Statutum de lucro dotis non habet locum in ipotesa, n. 5 286
Statutum de lucro dotis simpliciter loquens habet locum etiam in dote promissa, n. 9. 279
Statutum de maioribus est decisorium, & non ligat forenses, n. 14 93
Statutum de nullitatibus, non procedit in nullitate annexa spolio, n. 133 520
Statutum de præscriptione pensionum non habet locum in contractu iurato, n. 2 447
Statutum de præscriptionibus quomodo trahatur ad præterita, n. 63 445
Statutum de insinuandis donationibus an habeat locum, vbi pater donat filio, vel è contra, n. 16 327
Statutum de insinuandis donationibus est latè intelligendum. n. 21 326
Statutum de insinuandis donationibus respicit solemnitates tantum, & non habilitationem personarum, n. 51 329
Et seruatur etiam in retrodonatione, & num. 52. 329
Intellige, vt num. 53 329
Non habet autem locum in donatione reciproca, & ob causam, n. 54 329
Neque in donatione facta ex causa matrimonij contrahendi, n. 55 329
Neque in solutione indebitè facta scienter, num. 56 329
Statutum de solemnitatibus contractuum an procedat in omnibus contractibus, in quibus mulier, vel minor lædi possit? n. 46. 47. 48. & 50 334
Statutum de solemnitatibus, seruari debet etiam in confessione mulieris, vel minoris; quæ confessio donationem sapiat, n. 41
Intellige, vt num. 42 323
Statutum de subscriptione donantis intelligitur de instrumento originali, de eo quod partibus datur, n. 26 322
Statutum de successione fratrum, an habeat locum in hæreditate sororis defunctæ? num. 16 pag. 315.
Fratris appellatione non venit soror, n. 17. 315
Statutum de successione fratrum, non afficit successiones forensium, n. 13 315
Et considerat fauorem agnationis sexus masculini, & n. 14 315
Et excludit fœminas, siue dotatæ sint ab eo, de cuius successione agitur, siue à quocumque alio, & quomodocumque dotatæ fuerint, & num. 15 315
Neque comprehendit bona extra Vrbis districtum sita, & n. 8 315
Quod tamen limita non procedere in iuribus hæreditarijs, ac nominibus debitorum, & num. 19 315
Nec comprehendit hæreditatem delatam antè conditum statutum, & n. 20 315
Neque præfert fratrem vtrinque coniunctū consanguineo, sed illos pariter admittit, & num. 21 315
Statutum de venditionibus per consortes non habet locum inter dominum directum, & vtilem: Neque in habente pactum de retrouendendo, n. 2. & 3 225
Habet tamen locum in rebus mobilibus, & n. 9. & venditione voluntaria, non autem in necessaria, & n. 15 225
Statutum disponens circa solemnitates in contractibus minorum, vel mulierum, non habet locum, vbi adest causa necessaria contrahendi num. 55 207
Intellige, vt n. 57. 58 208
Statutum disponens famam sufficere ad plenam probationem, seruari debet. n. 16 244
Statutum disponens in materia iuris cōmunis, nihil addendo præter, vel contra, interpretari debet, vt ipsum ius commune, n. 44 544
Statutum disponens ne liceat bis appellare, an habeat locum in sententia Iudicis de reductione ad arbitrium boni viri? num. 12. & 13. 490
Statutum disponens non posse appellari, continet extensionem iuris, vt intelligatur prohibere appellationem etiam in casibus à iure permissis, n. 12 188
Statutum disponens, quòd contra instrumentū publicū opponi non possint, nisi quæde exceptiones expressæ, non videtur ideo prohibere

INDEX.

alijs exceptiones iustas, & similes expressis num. 45 169
Contrarium n.48 170
Statutum disponens, quod executio instrumenti fiat contra hæredem, sicut contra defunctũ, intelligitur, nisi hæres fecerit inuentarium, num. 58 170
Statutum disponens, quod fideiussor conueniri possit, etiam non discusso principali reo, non habet locum in fideiussore indemnitatis, num. 69 53
Statutum disponens, quod pactum lucri dotis censeatur appositum in instrumentis dotalibus, nisi partes expressè contrarium voluerint, quomodo declaretur, n. 51 277
Statutum enumerando certas species contractus non extenditur ad alios, n. 77 353
Statutum, & alia dispositiones, ad casus, & personas, in quibus diuersa ratio militat, nõ sunt trahendæ, n. 114 414
Statutum, & Cõstitutio in dubio fauorabilis iudicatur, n. 38 403
Statutum etiam pro decreto, seu lege generali accipitur in iure Canonico, n. 7 10
Statutum, & quælibet quantumcunque vniuersalis dispositio, declarationem admittit, per disponentem adiectam, n. 113 414
Statutum, & quæuis dispositio ad personas, & casus, quibus mens disponentium aduersatur minimè est trahenda, n. 113 414
Statutum excludens fœminas dotatas, intelligitur excludere eas solum à successione dotantis, n. 3 310
Statutum excludens fœminas, procedit quando sunt instituti filij, & descendẽtes masculi, non autem quando instituti sunt extranei, num. 31.
Et magis considerat qualitates hæredis, quam voluntatem defuncti, & num. 32. pag. 312.
Et excludit etiam neptes ab hæreditate patrui, & num. 35.
Neque habet locum, nisi quando adsunt filij, aut descendentes ex filijs masculis, & n. 36. pag. 213.
Et procedit etiam in emphyteusi hæreditaria num. 37 ibid.
Statutum excludens fœminas propter masculos, ad hoc, vt sit validum, debet habere subiectionem quoad personas, & quoad bona, num. 27 312
Statutum excludens fœminas propter masculum comprehendit etiam fœminam forensem quoad bona sita in Vrbe, vel eius districtu, & quando defunctus esset incola, vel ciuis, num. 25 312
Contrarium, quando qui succedere debent sunt forenses, & n. 26 ibid.
Statutum excludens fœminas propter masculos loquitur, quãdo adsunt filij, vel neptes, & agitur de successione ascendentium n. 7 310
Statutum excludens fœminas propter masculos non extenditur ad personas non specificatas, num. 26 300
Statutum exorbitans, certas species enumerãs, nõ extenditur ad alias, sed vide infra, n. 23. 403
Statutum fauorabile extendi debet ex identitate rationis ad casus alios, n. 3 321
Statutum fauorabile largè interpretari debet, num. 6 164
Statutum generale comprehendit etiam minores, absentes, furiosos, & similes, n. 16 256
Statutum generale in sui præfatione, & initio, censetur totum generale, n. 1 414
Statutũ generale restringi debet, vt minus quã fieri possit, lædat ius commune, n. 56 260
Statutum generaliter loquens, an comprehendat causam dotis, remissiuè in vtramque partem, n. 1 367
Statutum generaliter loquens, generaliter intelligi debet, n. 42 426
Statutum generaliter loquens non debet generaliter intelligi, quando non est eadem ratio omnium, quæ sub generalitate comprehendi possent, n. 38 544
Statutum habet locum in cessione, num. 17. & 20. 348
Statutum habet locum in concordia inita inter minores, n. 66 352
Statutum habet locum in contractu etiam de sui natura non lucruo, n. 2. p. 338. & n. 22 340
Statutum habet locum in receptione depositi, & obligatione de illud restituendo, num. 70. pag. 352.
Statutum habet locum in remissione iuris de futuro, quæ in reuocatione comprehenditur. num. 69 352
Statutum habet locum in simplici confessione minoris, secus autem in adminiculata, num. 12. 348
Statutum habet locum in transactione, nu. 14. pag. 148. & n. 49 351
Statutum habet locum, quando mulier, vel minor lædi potest, n. 33. p. 349. & n. 36 351
Statutum hoc comprobatur per Constitutionem Pauli V. super reformatione Tribunalium Vrbis, n. 5 62
Statutum hoc mutatum est per Constitutionem Sixti V. & per alium Pauli V. n. 1 73
Statutum Capituli prohibens Notarios non descriptos in matricula Capitolina, non posse ibi exercere suum munus, procedit in contentiosa, non autem in voluntaria iurisdictione, n. 14 67
Statutum includens casus aliquos, cæteros excludit, n. 74 551
Statutum in decisorijs non ligat forenses litigantes in loco Statuti, n. 36 138
Statutum idem habet locum in cessione, & concordia, n. 19 340
Statutum in donatione facta per Patrem, & Matrem filijs locum non obtinet, n. 1 163
Statutum in dubio censetur velle approbare dispositionem iuris communis, & cum ea se conformare, n. 24 416
Statutum inducens præscriptionem etiam cum mala fide debitoris, non valet, n. 6 441
Statutum inducens, quod positiones, &c. habeantur pro confessatis, dicitur rationabile, & vtile, non odiosum, n. 81 145
Statutum in nouis iuribus ciuilibus pro inremunicipali nuncupatum, n. 5 10

Et

INDEX

Et Iæpius in sacris canonibus,n.6 10
Statutum in omnibus,vbi ratio expressa militat, locum habet,& n.8 394
Statutum in omni contractu locum habet, in quo mulieres, & minores lædi possunt, num. 3. 388
Statutum, in quo non derogatur iuri communi, debet iuxta illud intelligi,n.3 152
Statutum 151.in contractibus comprehensis in cap.113.locum habet,& in omnibus alijs, in quibus viget ratio deceptionis, & læsio est contingens,n.5 386
Statutum 151. quod loquitur in contractibus iuratis,supplet Cap.113. & in eisdem contractibus concurrit,n.4 385
Statutum in possessorio sequestri est ordinatorium, n.31 189
Statutum intelligi non debet de casu ficto, sed de vero,n.9 172
Statutum interpretationem recipit ab alio statuto,n.30. Et intelligitur,vt concordet cum alio statuto,& n.31 301
Statutum ita est interpretandum, vt quantum fieri potest, fit conforme iuri communi, n. 9. pag. 164.
Statutum ita intelligi debet, vt aliquid addat iuri communi,n.19 251
Statutum ita intelligi debet, vt quam minimè lædat ius commune,&c.n.8 280
Statutum iurisdictionem dare potest, augere, vel minuere,n.9 508
Statutum Laicorum, quando est fauorabile Ecclesiæ,potest Ecclesia eo vti,n.103 16
Statutum, licet sit correctorium iuris communis, est validum, & seruari debet, num. 6. pag.225.
Statutum locum habet in damnosis contractibus, & in omnibus alijs, in quibus læsio contingere potest,n.4 391
Statutum locum habet in omnibus cõtractibus, in quibus intrat ratio in eo expressa,n. 52.393
Statutum locum habet, vbicunq; ratio viget in eo expressa,n.22 402
Statutum loquens de executione facienda pro debito principali habet locum etiam pro expensis litis,n.123 551
Statutum loquens de casu simplici non comprehendit casum qualificatum,n.2 211
Statutum loquens de pignore comprehendit etiam hypothecam,n.7 529
Statutum loquens in aliquibus contractibus cæteros excludit,sed vid.infra,n.1 400
Statutum loquens per verba generalia comprehendit etiã minores,furiosos,absentes, & similes personas, quibus à iure in aliquibus casibus aliqua prærogatiua cõceditur,n. 71.14
Statutum mandans aliquid fieri ad fauorem alicuius, intelligitur,si ille petat,n.64
Etiamsi verba statuti sint necessitatiua,& præcisa,& habeãt clausulam ipso iure, & decretũ annullatiuum,& n.65 493
Statutum non comprehendit emptionem. num. 30. 351
Statutum non comprehendit obligationem matris pro dotanda filia in subsidium necessario dotantis, n.5 367
Statutum non comprehendit venditionem, nisi sub nomine illius fiat donatio, num. 25. & 26. 349
Statutum non habet locum, quando minor contrahet cum muliere,n.18 348
Statutum non tollitur per non vsum,etiam spatio mille annorum,n.17 109
Neque per contrarium vsum, nisi interueniat scientia Principis,n.18 109
Statutum nostrum,ac reliqua, Iuris interpretationem non respuit,n.10 368
Statutum nostrum antiquum, & nouum in contractibus de sui natura damnosis specificè loquens;viterius locum habet in omnibus, in quibus damnum, & læsio potest contingere, ac intelligi deceptio,n.5 163
Statutum nostrum Cap. 151 lib. 1. Contractus etiam damnosos, ac præiudiciales minoribus mulieribusque permittit,n.133 416
Statutum nostrum cap. 151. lib. 1. in recognitione bonæ fidei minoris, vel mulieris recipientis, siue vti particulares, siue vti fideiussores considerentur, locum habet, eadem vigente ratione,n.6.& 8 418
Statutum nostrum Cap. 151.quatuor enumerãs & in alijs locum habet.n.1 380
Statutum nostrum causæ vtilitatem non requirit,n.2.& 6 391
Statutum nostrum contractus non expressos, in quibus viget ratio statuti, sicut expressos cõprehendere dicitur,n.20 402
Statutum nostrum, & Constitutio Marchiæ in omnibus contractibus locum habent, in quibus minores, & mulieres decipi,ac lædi possent, n.2 388
Statutum nostrum etiam quando mulieres, minoresque recipiunt,& quietant,locum habet, & quare,n.5 376
Statutum nostrum generaliter causam dotis cõprehendit.declara in seq.n.2 367
Statutũ nostrum habet locum in omnibus contractibus,ex quibus directè, vel indirectè læsio contingere potest,n.10 394
Statutum nostrum in actibus iudicialibus,& generaliter in omnibus quasi contractibus locũ habet,n.8 377
Statutum nostrum in actibus iudicialibus locũ non habet,n.8
Vide tamen num. seq. 377
Statutum nostrum in actu necessario cessat, num. 3 390
Statutum nostrum in contractu matrimoniali locum non habet,n.2 308
Statutum nostrum in contractu quolibet,in quo minores, & mulieres lædi possunt, procedit, num. 2 387
Statutum nostrum in dispositione approbatiua, nedum expressos, sed omnes alios, in quibus decipi possunt, mulieres, minoresque comprehendit,n.9 391
Statutum nostrum in diuisione,& permutatione locum habet,n.3 384
Statutũ nostrum in electione bonorum per hæred. benef.minorem creditorem anteriorem, seù mulierem coactè in iudicio facta locum non habet,& per totam,n.6 376

INDEX.

Statutum noſtrum in emptione, & venditione locum habet, n. 16 395
Statutum noſtrum in emptione procedere deciſione habetur, n. 6 381
Statutum noſtrum in fideiuſsione locum habet, num. 4. 396
Statutum noſtrum in omnibus contractibus locum habet, in quibus mulieres, & minores etiam indirectè lædi poſſunt, ac decipi, num. 1. 383
Statutum noſtrum in retrodonatione locum habet, n. 1 378
Statutum noſtrum in Societate officij procedit, num. 18 395
Statutum noſtrum in tranſactione locum habet, num. 2 367
Statutum noſtrum in tranſactione procedit, num. 1 369
Statutum noſtrum locum habet in ceſſione, num. 3 370
Statutum noſtrum locum habet, quoties minores, vel mulieres directè, vel indirectè, etiam in conſequentiam contractus extra quatuor ibi expreſſos, Ius ſuum remittunt, num. 4. pag. 374.
Statutum noſtrum locum obtinet, vbi minor, vel mulier lædi poſſit, n. 3 374
Statutum noſtrum non habet locum in dote, contra num. 4, Concilia num. 14. cum ſeq. num 3 368
Statutum noſtrum non prohibet donationes, & alios, &c. nec inhabilitat ad illos, ſed ad euitandas fraudes conditum, n. 7 361
Statutum noſtrum non ſolum in expreſſis, ſed etiam in omnibus alijs, in quibus eadem ratio ſubeſt, locum habet, n. 4 389
Statutum noſtrum obligationem mulieris pro dote ad dotandum obnoxia fraud comprehendit, num. 2 386
Statutum noſtrum obligationem mulieris pro dote minimè includit, num. 1.
Declaran. ſeq. 386
Statutum noſtrum quotieſcumque mulieres, & minores lædi poſſunt, locum habet, num. 2. pag. 395.
Statutum noſtrum regulariter obligationem pro dote, & illius augumento complectitur, nu. 7. pag. 360.
Statutum noſtrum regulariter in dote locum habet, n. 4. p. 368. & n. 19 369
Statutum noſtrum requirit cauſam veram, & Iudicis arbitrio ſufficientem, n. 3 391
Statutum noſtrum, ſolemnibus ſeruatis, continet diſpoſitionem actuum approbatiuam, & num ſeq. n. 7 391
Statutum noſtrum tàm in diſpoſitione approbatiua, quam annullatiua, vltra enumeratos, comprehendit omnes contractus, in quibus illius militat ratio, n. 11 391
Statutum noſtrum tranſactionem comprehederet, etiam ſi refutationem non contineret, ſicut alios contractus comprehendit, qui illam non continent. n. 2 369
Statutum noſtrum vbicumque mulier, & minor directè, vel indirectè læditur, aut ius remittit locum habet, n. 2 370
Statutum noſtrum vbicunque directè, vel indirectè ius remittitur, locum habet, n. 2 375
Statutum noſtrum vltra contractus in eo ſpecificatos omnes comprehendit, in quibus mulieres, & minores etiam indirectè lædi poſſunt, n. 4 381
Statutum noſtrum, vltra explicitè enumeratos, habet locum in omnibus contractibus, in quibus mulieres, & minores lædi poſſunt, & ſignanter in ſocietate officij, n. 1 396
Statutum noſtrum, vt minores, & mulieres cum alterius iactura lucrum facerent, non emiſſum, n. 6 390
Statutum nouum attenditur etiam in præteritis quando eſt declaratium, non noui Iuris inductiuum, n. 8 375
Statutum noum, Cap. 151. Reipublicę fauorem, num. 9 360
Statutum nouum, & declaratorium non trahitur ad præterita, quando expreſse pro futuris eſt confirmatum. n 9 375
Statutum ordinatorium dicitur, quando tollit, vel reſtringit ordinem iudicialem. n. 32 190
Statutum ordinatorium ligat litigantes, ſi ſint præſentes, in loco ſtatuti quintaxat, n. 35. 130
Statutum ordinatorium non ligat niſi litigantes in foro ſtatuti, n. 2 167
Limita quoad Forum Capitolinum, vt nu. 3. ibidem.
Statutum permittere poteſt appellationem, vbi iure communi denegetur, n. 5 161
Statutum plus non diſponit, quàm loquatur, num. 14 496
Statutum poteſt indirectè tollere vim iuramento, ſecus ſi directè, n. 15 284
Statutum prohibens appellationem ab interlocutoria, non intelligitur de interlocutoria habente vim definitiuæ, n. 7 475
Statutum prohibens bis prouocare, an procedat etiam in ſententijs interlocutorijs? & nu. 33. 39. 40. 45. 49. 53 491
Statutum prohibens contractus cum filijsfam. habet locum etiam in filijs arrogatis. n. 4
Et an procedat etiam in filiisfamilias? & num, 56 427
Et in fideiuſſoribus num. 40. pag. 426. & nu. 45. 427
Et etiam ſi cum alio filiofam. contractus hat, pag. 425. & n. 53. 58 427
Statutum prohibens contractus cum filiofam. eſt odioſum, n. 10
Et eſt correctorium Iuris communis, & num. 21. 425
Statutum prohibens contractus illicitos diſponit de venditione rerum mobilium, vel ſemouentium, n. 9 433
Statutum prohibens contractus illicitos impedit tantum ortum obligationis ciuilis, non autem naturalis, n. 6 433
Statutum prohibens contractus, non habet locum, ſi pater, vel auus contrahat cum filio, vel nepote, nec habet locum, ſi filijfamil. ſint mercatores. n. 97. & n. 99 430
Statutum prohibens generaliter appellationem intelligitur tam de deuolutiua, quam de ſuſpenſiua, n. 43 426

Statu-

INDEX.

Statutum pro iure municipali in antiquis legib. vſurpatum non reperitur, ſed pro ſtatuto dicebatur ius municipale,4 10

Statutum, quando contra ius commune poteſt operari vnum effectum, vel duos, ita interpretari debet. vt vnum dumtaxat operetur. num.57 260

Statutũ, quod extantibus filiis maſculis feminæ non ſuccedant, extenditur etiam ad neptes, num.19 306

Statutum, quod fideiuſſores petere poſſint, &c. non habeat locum in perſonis Eccleſiaſticis.n. 20. 437

Statutũ, quod fideiuſſor poſsit petere ſe eximi à fideiuſſione, habet locũ nedum in obligatione cenſus,ſed etiam ſi principalis debitor ſit idoneus facultatibus,n.3 438

Et procedit etiam, vbi fideiuſſor ſit condemnatus, vel diu ſteterit in obligatione, vel ſi principalis dilapidet bona ſua, num. 11. pag. 438

Statutum, quod filia ſit contenta dote ſibi à patre data, procedit tantum,vbi dos ſit congrua num. 18.pag.300

Et num. 34. pag. 301

Contrarium,quod procedat etiam, vbi dos ſit incongrua, nu.32.33 ibid.

Diſtingue,vt nn.35.36 ibid.

Statutum,quòd inſtrumenta dotalia poſſint exequi etiam contra tertios poſſeſſores, eſt deciſorium,n.1 176

Idem in alimentis, & fructibus debitis antereſtitutionem dotis etiam dote reſtituta,nu.4. pag.177

Statutum,quòd Iudex debeat iudicare ad conſilium ſapientis,valet,nu.14 503

Amplia etiam in conuentione partium, nu.15. ibidem.

Statutum, quod mater non poſſit extantibus filiis teſtari, niſi pro anima de tanta parte bonorum eſt validum, n.2 282

Intellige,vt num. 5 283

Statutum, quod mulieres, & minores non poſſint,ſine ſolemnitatibus obligari, non procedere,quando legis neceſſitate obligantur, eo caſu intelligitur, quando obligatio ex legis neceſſitate procedit, & legis neceſſitatem non excedit,n.25 420

Rom.conſ.280.& 394. intelligitur. ibid. num. pag.420

Statutum quando mulieres,minoreſque recipiũt ſecundum aliquos quietationem non comprehendit, n.4 376

Statutum quod procedi ſimul poſsit contra fideiuſſorem,& principalem,eſt concorde cum iure communi,n.1 437

Statutum quomodo cognoſcatur, ſit nè fauorabile,an odioſum. n.5 164

Et num.4 pag.321

Statutum reiiciens omnes exceptiones, non excludit exceptionem nullitatis inſtrumenti,31. & 33 169

Intellige,vt num.34 ibid.

Statutum remedii poſſeſſorii præſentis capituli eſt ordinatorium.n.5 190

Statutum ſeruandum eſt,licèt etiam fortè durum eſſet,n.26 311

Statutum, ſeu conſtitutio quæ emanauit ad ſubleuandos minores, & mulieres,non in odium eũ eis contrahentium, licet actus annulletur, & dd. contrahentes damnum ſentiant in conſequentiam quandam,iudicatur fauorabilis,&ex tendenda,n.37 403

Statutum, ſeu Conſtitutio Marchiæ loquens in venditione locum habet in emptione, num.3 pag.378

Statutum ſi mandat aliquid fieri, adiecta pœna nullitas actus, quando ceſſet, num. 11.pag. 98

Statutum ſi tolleret prorſus appellationem, non intelligeretur tollere ſupplicationem, ſiue recurſum,aut querelam,n.10 490

Statutum tantum diſponit,quantum loquitur;& non vltra,n,20 168

Et ſi ſit contra ius commune, reſtringi debet, & num.11. 168

Et num 47. pag.170

Statutum tollens alimenta iis, quibus debentur iure naturæ, non eſt validum, num. 9. pag. 299

Statutum tollens iuris ſolemnitates eſt validum. n. 99 349

Statutum transferens poſſeſsiones ſine apprehenſione eſt ſtrictè intelligendum, num. 4. pag.316

Statutum tribuens executionem apochæ,eſt ordinatorium iudicii: & non ligat extra forum Capitolinum,n.26 173

Limita, vt num. 27 ibid.

Statutum tribuens executionem paratam publicis inſtrumentis eſt contra ius commune,n.22 pag.168

Statutum,vel conſuetudo poteſt introducere, vt feriis in honorem Dei derogetur,in certis tamen caſibus, n.39 120

Statutum, vel conſuetudo, ſimpliciter loquens copmrehendit etiam minores, num. 50.pag. 207

Fallit,vt num.51 ibid.

Statutum,vel diſpoſitio de ratione diſponens attenditur,non ratio,n.119 415

Statutum vetans bis appellare, ligat etiam perſonas Eccleſiaſticas,&c.n.29 491

Sed tamen inter ciues,& incolas, ac diſtrictuales Vrbis,n.30 ibid.

Et eſt correctorium iuris communis,num.36. ibidem

Statutum Vrbis aduerſus potentiores moleſtantes Ciues, &c. eſt fauorabile, num. 2.pag. 457

Statutum Vrbis cap. 113. lib. 1. ceſsant coniunctorum præſentia, & conſenſu requirit vltra auctoritatem Curatoris,ſeu Tutoris generalis alterius Curatoris ſpecialiter ad id deputati conſenſum,n.1 385

Statutum Vrbis cap. 113. ſuppletur per aliud ſtatutum cap.151. quod habet locum in omni cõtractu,in quo minor læsi poteſt,num.58. pag. 351

Statutum Vrbis cap.150.lib. 1. mandat inſinuationem donationis vltra ſummam ducatorum 200.num.99 355

INDEX.

Statutum prohibens secundò appellare, fauorem publicum respicit; & intelligi debet de sententiis validis, & iustis, nu. 52. 54 492
Statutum prohibens secundo appellare an habeat locum, licet secundo appellatus non petat illud seruari, nu. 61. & 71 493
Statutum Vrbis cap. 151. comprehendit retrodonationem, n. 43 350
Statutum Vrbis cap 151. comprehendit mandatum ad adeundam hæreditatem, num 32. pag. 349
Statutum Vrbis cap. 151. lib. 1. est fauorabile, 14. pag. 402
Statutum Vrbis cap. 151. lib. 1. est fauorabile, & principaliter respicit publicam vtilitatem, n. 15 339
Statutum Vrbis cap. 151. habet locum in confessione receptionis pretii facta per minorem in instrumento venditionis, cum sapiat donationem, n. 8 347
Statutum Vrbis cap. 151. habet locum in contractibus, in quibus indirectè potest cadere læsio. num. 73 353
Statutum Vrbis cap. 151. habet locum in cõtractibus specificatis, etiam in consequentiã aliorum, n. 72 353
Statutum Vrbis cap. 151. non habet locum in cõtractu mulieri, vel minori vtili, num. 26. pag. 340.
Contrarium n. 29 ibid.
Statutum Vrbis cap. 151. habet locum in emptione, n. 18 340
Statutum Vrbis cap. 151. habet locum in omnibus contractibus, in quibus mulieres, & minores, directè, seu indirectè decipi possunt, nu. 3. pag. 339
Statutum Vrbis cap 151. habet locum in obligatione facta per mulierem pro dote, num. 13. pag. 348
Contra, num. 16 ibid.
Statutum Vrbis cap. 151. habet locum in quatuor tantum contractibus enumeratis, & in aliis, quando vnus ex illis comprehenditur, nu. 27, & 29. pag. 349
Et num. 100. pag. 355
Statutum Vrbis cap. 151. habet locum in quietantia dotis per mulierem facta socero, nu. 11. pag 348
Statutum Vrbis cap. 151. non comprehendit cõpromissum necessarium vigore statuti, num. 5. 347
Statutum Vrbis cap. 151. non habet locum in electione bonorum viri facta à muliere pro sua dote, n. 40 350
Statutum Vrbis cap. 151. lib. 1. non habet locum, quando mulier, seu minor recipit, & recognoscit bonam fidem, n. 104 356
Contrarium num. 107 357
Statutum Vrbis cap. 151. permittit contractus etiam damnosos, n. 85 354
Statutum Vrbis cap. 154. requirit læsionem actu, num. 102 356
Statutum Vrbis cap. 180. lib. 1. licet sit ordinatorium iudicii, seruatur tamen in omnibus Curiis Vrbis, etiam in Tribunali sacræ Rotæ, nu. 302 15
Statutum Vrbis circa ferias respicit ordinatoria iudicii, n. 42 120
Statutum Vrbis comprehendit ratione expressa omnes contractus, in quibus eadem inest, n. 16 pag. 339
Statutum Vrbis constitutioni Marchiæ loquenti vniuersaliter æquiparari, n. 24 373
Statutum Vrbis de alimentis mulieri præstandis, procedit, etiamsi de dote constet per apocham tantum, n. 8 292
Statutum Vrbis de alimentis viduæ, & vxori præstandis respicit decisoria iudicii, & seruatur etiam apud Rotam, n. 1 291
Statutũ Vrbis de causis nullitatum est decisorium num. 140 320
Statutum Vrbis de filiis positis in conditione, ligat etiam clericos, & comprehendit bona acquisita intuitu Ecclesiæ. n. 17. 304
Non tamen comprehendit bona sita extra territorium Vrbis ibid.
Et num. 18. pag. 304
Statutum Vrbis de itinere, actuque priuatis, pertinet potius ad interdicta, ne locis, & itineribus publicis, & ne quid in loco publico fiat, & conuenit dispositione iuris communis, n. 1. 6. 221
Statutum Vrbis de iuramento calumniæ præstando à principalibus, est ordinatorium, num. 34. pag. 130
Statutum Vrbis de pariete communi videtur cõforme iuri communi, n. 2 212
Intellige, vt num. 3 ibid.
Statutum Vrbis de præscriptionibus est decisorium. n. 76 446
Et an comprehendat etiam Clericos, ibidem.
Et num. 77. & 78 ibid.
Statutum Vrbis de renouatione emphyteusis, quomodo operetur, & addat aliquid vltra ius commune, n. 75. & 77 262
Statutum Vrbis de successionibus ab intestato, procedit etiam in casu testati, num. 2. pag. 310
Statutum Vrbis de venditionibus à decoctis factis non comprehendit casum repudiationis legati, n. 16 239
Idem de iure communi dicendum, & num. 18 ibidem.
Et ratio, num. 19.
Statutum Vrbis disponens seruari debere ius ciuile in defectu statutorum, quomodo intelligatur, num. 3 86
Et num. 7. & 9. ibidem pag.
Statutum Vrbis habet etiam locum, vbi sit mala fides, n. 7 440
Intellige vt num. 8 441
Et num. 9. pag. 442 86
Statutum Vrbis habet locum in confessione emanata in quolibet contractu, quando statuto potest fieri fraus, num. 30. & 46 350
Statutum Vrbis non habet locum in dote, & donatione propter nuptias, num. 16 348
Et num. 59. pag. 351
Declara, vt num. 60
Statutum Vrbis habet locum in omnibus, in quibus fraus donationis intercenire potest. n. 47. pag. 350

Statu-

INDEX.

Statutum Vrbis habet locum in permutatione & diuisione,& n.20 340

Statutum Vrbis habet locum in remissione, & refutatione, etiam in consequentiam contractus non expressi,n.36 350

Statutum Vrbis in cap. 113. & cap. 151. lib. 1. habet locum in permutatione minoris, num. 57. 351

Statutum Vrbis in obligatione mulieris pro dote, illiusque augumento locum non habet, quando mulier dotare tenetur, vel dos est specialiter priuilegiata, num. 5. & 6. pag.380.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. comprehendit fideiussionem, num. 91. pag. 355. num. 33. pag. 350. num. 48. & 63. pag. 351. & num. 67.& 91 352

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. habet locum in vxore vendente vna cum viro, num. 3. pag.347.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. vltra quatuor contractus in eo enumeratos habet locum in omnibus alijs, in quibus mulieres, & minores decipi possunt,n.16 339

Statutum Vrbis,licèt disponat in materia merè Ecclesiastica seruari debet, quia est Papale, num. 1 127

Statutum Vrbis non comprehendit causam dotis eo casu, quo specialiter reperitur priuilegiata, n. 3 367

Statutum Vrbis non habet locum in donatione facta filio,n.7 347

Statutum Vrbis non habet locum in mandato ad lites,quia non est actus læsiuus,secus si per illud remittitur ius, num. 6. pag. 347. & num. 37 310

Statutum Vrbis non habet locum in ratificatione sponsaliorum,n.15 438

Statutum Vrbis prædictum habet locum in deposito,n.21, 340

Statutum Vrbis prohibens dicere de nullitate, post annum, intelligitur de omni sententia, tam diffinitiua, quàm interlocutoria, nu. 50. pag.492.

Statutum Vrbis prohibere videtur exceptiones contra executionem instrumentorum, n. 50. pag.170.

Statutum Vrbis, quòd filiæ fœminæ, vel neptes, &c. non comprehendit proneptes, & alios descendentes,n.25 300

Statutum Vrbis, quòd filiusfamilias licitè contrahat de consensu,&c. patris extenditur etiã ad prouum,n.49 430

Statutum, vt nullus cogatur emere bona Camerę, emanauit ad moderandam affectionem iudicum, qui fisco nimium fauere solent,n. 1. pag.242.

Statutum in alienationibus minorum, & mulierum locum habet,n.8 392

Statutum super numero testium est ordinatorium iudicii, non decisorium,n.7 152

Statutum annullans iuramentum propter lęsionem vltra tertiam partem, habet locũ,quando adest sententia, vel euidenter, & notoriè constat de lęsione,n.11 436

Stephanus Gratianus laudatur,n.9 294

Stillicidium dicitur, quasi stillarum cadium, num. 1 222

Stillicidium porrigi potest secundum seruitutem impositam, & non vltra, num. 6. pag.222.

Stipulatio, si sit concepta in omnem, & quemcumque casum dotis restituendæ,comprehendit etiam casum, quo maritus vergat ad inopiam,n.24 269

Stylus tempore mutari potest, num. 17. pag. 155.

Stylus, vbi esset notorius, sufficeret quod Iudex ex officio extraiudicialiter se de illo informaret,n.19 155

Intellige, vt num. 21. pag. 155. & num. 25. pag.156.

Stylus contra ius commune non valet, nisi sit præscriptus,n.34 156

Nec potest induci à Iudicibus, & num. 35. ibidem.

Stylus debet esse manifestus, non autem obscurus, & incertus,n.36 156

Stylus differt à consuetudine. vt species à genere: vnum tamen pro alio aliquando ponitur,n.11.& 12 155

Stylus disponens de modo probandi,est decisorius,n.22 ibid.

Stylus excusat à falso,n.33 156

Stylus habet locum in libellis,n.7 155

Stylus non est plenè probandus, nisi vbi allegetur ad decisionem causarum, num. 20. pag. 155.& n.25 156

Stylus plenè, & exactè probatus est seruandus pro lege, n. 28.& 37 156

Amplia in stylo Cancellariæ Apostolicæ, & in stylo Sacri Palatij, num. 29. & nu. 30. ibidem.

Et acta contra eum erunt nulla, & num. 31. ibidem.

Stylus probari debet ab eum allegante, & est probandus de tempore actus, & in ijs terminis, in quibus est controuersia, num. 15.& 18. 155

Stylus quomodo accipiatur in iure, nu. 3. & 4. ibidem.

Stylus tamquam pro forma seruari debet, nu.6. pag.155.

Stylus vbi esset notorius, sufficeret quod Iudex ex officio extraiudicialiter se de illo informaret,n.19 155

Intellige, vt num. 21. pag. 155. & num. 25. pag.156.

Styli vocabulum propriè significat instrumentum ferreum, quo Antiqui vtebantur ad scribendum. 154

Stylus tempore mutari potest, numer. 17. pagina 155.

Subditus quis efficitur ratione quasi cõtractus, qui aliàs subditus non erat,n.7 4

Subhastatio inuenta est ad fraudes euitandas, num.70 534

Subiecta talia sunt, qualia prædicata demonstrãt,num.10 64

Subornatio testium non præsumitur in secunda instantia: & in casu l. fin. C. de testib. num.8. & 9 501

INDEX.

Et in causa restitutionis in integrum, vt num. 10 501
Subiecta talia sunt, qualia prædicata demonstrant,n.5 136
Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locũ subrogatur,n.193 576
Subrogatum sapit naturam eius,in cuius locum subrogatum est,n.10 299
Subscriptio donantis adhibenda donationi, requiritur tam ex statuto,quàm ex iure communi,n.27 322
Subscriptio non est necessaria,quando scriptura facta est de nomine illius,qui debuisset se subscribere,n.19 172
Subsidiarum remedium competere potest pro recuperatione melioramentorum, num. 92. pag. 517.
Substantialia iudicij quæ dicantur, remissiuè, num.19 463
Substantialia instrumenti illa sunt, quæ in contractibus solent apponi,n.9 69
Substitutus,quando censeatur deliquisse in concernentibus officium, remissiuè, num. 11, pag.57.
Suburbia sunt continentia ædificia Vrbis, num. 117 569
Succedens in locum alicuius, eo tantum iure vti debet, quo vti poterat eius prædecessor, num.6 314
Successores proximiores quibus in casibus præferantur extraneis in vtili dominio,remissiuè num.20 257
Successor debitoris est in bona fide, & iustam habet causam ignorandi debitum, num. 60. pag.445.
Successio fit in capita, & non in stirpes, vbi extant solum filij plurium fratrum sine patruis, num.8 314
Contrarium, num. 9. 314
Successoribus præiudicat confessio authoris num.45 ibid.
Successori fit iniuria, si denegetur ei priuilegium, quod prædecessori concessum fuerat, num.34 258
Suitatis definitio,n.4 356
Summaria causarum cognitio cur inuenta? num. 1 181
Summaria iudicia suas habere debent probationes,n.8 480
Summa Trinitas,& Fides Catholica, in his statutis eouem titulo cõiunguntur, sicuti antea factum apparet.tum in Decretalibus iur. canon. tum in Codice Iustin. Imperat. num, 1. pag. 21.
Summarijs in causis libera relinquitur facultas probandi quocunque legitimo modo,nu.50. pag.105.
Sumptus de publico nomen priuati operis totaliter excludunt,n.18 217
Suorum appellatione ea, & quando comprehendantur filiæ fœminæ? num. 6. & num. 7. pag. 316.
Superfluitas verborum toleratur ad dubitationem tollendam,n.7 72
Suspectus de fuga capi potest diebus quibuslibet feriatis,n.32.& 33 120
Suspectus de fuga nõ citatur in probatione creditti, n.7 197
Suspectus in iudicando non est suspectus in delegando,n.28 490
Suspicionis causa cessat mutato Iudice, ideoque processus à successore factus est validus, num. 32 40
Suspicionis causa præsumitur contra Iudicem, à quo est prouocatum,n.26 490
Syndicatus forma quoad processum à statuto tradita seruari debet,omissa forma iuris communis,n.2 41
Syndicatus materiam quinam Doct. ex professo pertractauerint,n.3 41
Syndici electi,quid facere debeant,præscribitur à statuto,n.1 41
Syndicorum materiæ,quoad eorum sententias à quibus pertractetur,n.10 484

T

TAbellionis officium est publicum auctoritate, ac veritate, num. 11. pag. 72.
Tale secundum quid non est propriè tale, num. 75 566
Tantum,dictio, excludit omne aliud præter expressum,n.31 349
Taxatio ad quinque pro centenario est conformis æstimationi tuctuum bonorum stabilitũ, num. 23 289
Taxatio expensarum est executio primæ sententiæ, & ab ea non licet appellare de iure communi,n.1 478
Contrarium, num. 2 478
Intelligo, vt n. 3. & 6 478
Ac ex statuto permittitur talis appellatio, facto tamen deposito,& n.4 478
Declara, vt n.8 478
Depositum in appellatione purgat omnem præsumptam calumniam appellantis. 478
Taxatio expensarum vim habet interlocutoriæ, num.167 510
Taxatio Iudicis præcedere debet iuramentum victoris,n.116.& 118 550
Taxationis expressæ valoris monetæ factæ inter contrahentes exemplum,n.199 576
Taxatio pro interesse dotali fieri potest per statutum,vel per consuetudinem:& solet ex mo re rationis constitui, num. 21. pag. 288. & num.22 289
Taxatio salarij Aduocati, & Procuratoris quomodo facienda: & non habet locum in causis arduis, vel implicitis, num. 54. pag. 556. & num 65 557
Temeritas generaliter loquendo sonat in delictum,& est punibilis,n.38 544
Tempus certum, vbi non sit adiectum,Iudicis arbitrio illud relinquitur,n.4 37
Tempus vbi est de substantia probationis,non supplentur dicta testiũ ex dicto alterius vnici testis,n.50 52
Tempus vtile quodnam sit,n.125 569
Tenuta nulliter data non reuocatur, vbi denuo esset danda,n.35 199

Ter-

INDEX.

Termini in Cœlo, & Aere positi fuerunt tempore Alexandri VI. n. 83 567

Termino ad probandum elapso, an quis teneatur respondere? n. 8. & 9 137

Termino ad dandum interrogatoria elapso, ijsque non datis, examen testium est validum, num. 7 153

Amplia etiam in præiudicium minoris, num. 9.

Termino à Iudice præfixo durante, aliquid fiat, an Pars sit citanda? n. 9. & 10 159

Termino pendente ad recipiendum apostolos, an possit aliquid innouari per Iudicē, aut per partem, n. 17 470

Terminorum habilitas semper requiritur, nu. 5. pag. 392.

Terminus ad appellandum à sententijs arbitrorum, &c. præscriptus à statuto, quare sit decem dierum, cum generaliter ab eodem dati sint octo dies ad alias appellationes prosequendas, n. 2 484

Terminus ad appellandum datus à iure communi, est decem, à statuto verò est octo dierū, num. 1 467

Quo elapso, & appellatione non interposita, sententia transit in rem iudicatam, & num. 14. & 16 467

Terminum ad appellandum prorogare, vel coartare, est de iure positiuo, n. 2 ibid.

Terminus ad probandum simpliciter, & terminus ad probatum habendum per omne genus probationis, differunt inter se: & eorum differentia, n. 52. 53. & 54 170

Terminus ad repræsentandum appellationem, est triginta dierum ex iure communi; & ex statuto, est quinque tantum, n. 1 470

Et est numero, & substantia idem cum termino ad petendum apostolos, & n. 2 ibid.

Terminus ad supersedendum in ædificando, &c. præfigitur trium mensium à iure ciuili: à statuto verò ad sex dies vtile: reductus est, nu. 3. pag. 319.

Terminus decem dierum ad soluendum sententibus debitum, concessum est de iure communi, num. 14 183

Terminus omnis iuris est peremptorius, nu. 41. pag. 514

Terminus probatorius præfixus est à statuto, absque ministerio Iudicis, n. 24 512

Terminus triginta dierum datus à statuto debitoribus ad reluendum pignora capta in executionem, censeri potest desumptus ex lege duodecim tabularum, n. 9 529

Terminus redeundi pro apostolis, est de iure communi triginta dierum, sed ex statuto dantur tantum quinque dies, n. 10. & 13.

Intellige, vt num. 14.

Et potest arbitrio Iudicis abbreuiari, nu. 11. non autem prorogari, & n. 12 469

Territorium dicitur à terendo, & districtus à distringendo, n. 16 32

Tertius æstimator eligi debet in casu, quo duo prius electi inter se dissentiant, nu. 32. & 33. pag. 511.

Et eligendus est ab ipsis partibus, seu iudice compellente, & n. 34 531

Intellige, vt num. 35. 531

Et standum est eius relationi, quando ipse neutri æstimatorum accedat, & num. 39. ibidem.

Testamenta condita in Vrbe iuxta dispositionē cap. cum esset, de testam. non sustinentur, ex efficacia statuti disponentis, seruari debere ius ciuile, n. 8 86

Testamentum habet executionem paratam, de iure communi: nō tamen contra tertium possessorem, n. 1. & 2 179

Testator, grauando filios decedentes sine filijs, non videtur grauasse filios filiorum, num. 27 300

Testes ad probationem in omni negocio, duo saltem requiruntur, n. 4 152

Contrarium in quibusdam casibus, remissiuè, num. 5 ibid.

Testes eandem probationem faciunt, ac Instrumenta, n. 25 452

Amplia, vt num. 26 ibid.

Testes esse debent graues, & fide digni, num. 9. pag. 151.

Testes examinari possunt die feriata, num. 27. pag. 119.

Testes examinati absque interprete, an, & quando possint repeti? n. 10. & 11 153

Testes examinati super articulis tantum, si Pars dedit in tempore interrogatoria possunt repeti super interrogatorijs, etiam facta publicatione testimoniorum, n. 12 153

Et cuius expensis sit facienda repetitio, n. 15. ibidem.

Et quando tale examen dicatur nullum, num. 13. & 14 153

Testes ex antiquo stylo Fori Capitolini præsumuntur iurasse eo tempore, quo illorum nomina eduntur, n. 24 150

Et quid iuxta communem praxim, num. 25. ibidem.

Testes in causa appellationis induci non possunt super articulis primæ instantiæ, num. 5. pag. 500.

Contrarium, n. 7 ibid.

Testes in causa turbatæ possessionis, parte non citata iuris probant, ex statuto. secus verò ex dispositione iuris communis, n. 17 458

Testes in dubio præsumuntur iurati, num 28. pag. 150.

Testes intra districtum vocantur ad se subijciendum examini ad locum Iudicis: & contumaces compellantur, n. 5 157

Testes parte non citata examinati non probant, num. 29 160

Intellige, vt num. 30 ibid.

Testes publicati in vltima hora instantiæ, quando non potuit dari copia, & terminus alteri Parti ad faciendas suas defensiones, non probant, n. 1 158

Testibus deponentibus pro reo, in dubio, datā paritate magis standum est, quam deponentibus pro actore, n. 40

Amplia etiam si essent numero pauciores, num. 41 219

Testibus verisimiliora deponentibus magis credendum est, n. 39. & 41 219

Teſti Collegio, quanta fides ſit adhibenda eſt arbitrarium Iudicis,n.12 151
Teſtimonia non ſunt verè,& propriè inſtrumenta,n.18 168
Teſtimonia per publicum Notarium ſcriptis excepta,& redacta in publicam formam,an comprehendantur ſub inſtrumentis? nu. 9.& 12. d.167.& 28 168
Teſti non creditur ſine iuramento, num. 27.
Teſtis habens cauſam lucri, vel gratiæ non admittitur,n.10 151
Amplia etiam in perſonis ſingularibus Collegii pro ipſo Collegio. 151
Teſtis recuſans reſpondere interrogatoriis, nihil probat,n.19 155
Fallit in interrogatoriis, crimen infamiæ, & turpitudinem ipſius teſtis continentibus, nu 20. 154
Et quid de interrogatorio, an teſtis eo tempore ſua peccata confeſſus ſit? num. 21. & 22. ibidem.
Teſtis ſine iuramento non probat,n.34 150
Fallit, re miſsiuè,num. 35 ibid.
Teſtium contrarietas cõtra producentem ipſos interpretationem recipit,n.37 219
Teſtium,& probationum fides relinquitur arbitrio Iudicis,num.2. 148
Et quomodo hoc ſit intelligendum, num. 3. pag.149.
Teſtium examen non fit ante litem conteſtatam. num.11 64
Teſtium examine commiſſo Notario cenſetur etiam commiſſum iuramentum ipſorum teſtium,n.114 550
Teſtium materiam licèt multi Doctores pertractarint,cõſultius tamen eſt eam videre in corpore vtriuſque iuris,n.1 148
Teſtium numerus ex iure communi relinquitur arbitrio Iudicis,num.1
Et ratio num.2 151
Teſtiũ numerus,quando dicatur eſſe natus,&c. remiſsiuè n.6 ibid.
Tiberius Imperator in more habuit continuare munera, ac plerosque ad finem vitæ in iiſdem exercitibus, aut iuriſdictionibus habere, num.31 28
Tranſactio comprehenditur ſub ſtatuto cap.151. num.14.& 49 351
Tranſactio continet iuris remiſsionem, & comprehenditur ſub ſtatuto Vrbis,num.52.& 66. pag.352.
Tranſactio continetur ſub dicto ſtatuto, num.19. pag.340.
Tranſactio etiam citra ceſsionem, & refutationem ſtatuto noſtro comprehenditur, num. 3. pag.369.
Tranſactio ex generali ratione, non ſpeciali tantum ceſsionis comprehenſionis ſtatuto ſubijcitur,n.5 369
Tranſactio inita inter minores ſine ſolemnitatibus ſtatuti,eſt nulla,n.66 352
Tranſactio noſtro ſtatuto non comprehenditur, num. 1 369
Tranſactio ſtatuto noſtro includitur,n.3 387
Tranſeũt bona ad hæredes cum ſuo onere,& habentur tamquam res propriæ hæredum, num. 8. 65
Tranſportatio actorum integra non eſt neceſſaria in cauſis prophanis, ſed ſufficit ea tantum tranſportare, quæ ſunt neceſſaria ad cauſæ cognitionem, n.45.
Secus verò in cauſis Eccleſiaſticis,& n.46.
Intellige,vt n.47 465
Tributum, Cenſus, & publica penſitatio,idem ſunt, num. 48.
Et de Iure communi nunquam præſcribuntur contra Principem,n.49.
Secus verò cõtra Dominos inferiores, p.444
Trinitatem ſummam, & fidem Catholicam pro fundamento ſuarum Decretalium, & Conſtitutionum primo loco collocarunt Gregorius Nonus, Bonifacius Octauus, & Clemens Quintus Romani Pontifices, idem fecerat Iuſtinianus Imperator titulo 4. ſui Codicis, num.17 22
Trinitas dicitur maxima omnium rerum,cum ab ea planè cuncta procedant,n.5 21
Et de ea non humano ore loquendum eſt, ſed diuino,n.6 21
De eadem dictum Diui Bernardi,n.9 22
Trinitas dicitur quaſi trium vnitas; & ſubijcitur ratio,n.3 21
Trinitas dicitur Summa, quia rebus omnibus maior, & prior eſt, eaque ſola vniuerſorum principium,n.4 21
Tunc. dicto, ſignificat eo caſu,n.12 477
Tutelæ materiam qui tractarint,n.7 94
Tutor abſolui non poteſt à tutela,neque ex cauſa tutelæ conuehiri à pupillo, niſi finita tutela,n.8.& 9 438
Tutor dandus eſt à Iudice, vel originis, vel domicilii pupilli,vel ab eo,ſub cuius iuriſdictione ſunt bona pupilli,n.4 94
Et quid ſi pupillus habeat plures Iudices? num.5 94
Tutores dantur impuberibus: Curatores verò puberibus,furioſis,prodigis,&c. 94
Tutores dare, ad quos Magiſtratus antiquitus pertinebat.n.1 94
Tutores hodie dare poteſt quilibet Magiſtratus & Ciuitatis, n.2.
Intellige quoad Magiſtratus, vt n.3 94
Tutores,ſicut Curatores, nõ poſſunt ex ſua perſona in rem pupilli, vel minoris procuratorem facere,ſed actorem conſtituere debent ante litem conteſtatam,n.9 94
Et ratio,n.13 95
Tutor,& teſtis non repelluntur, licèt de ſecundario eorum intereſſe conſtet,n.43 254
Tutor in conſtitutione actoris debet confocidi inuentarium,& alia, n.20
Intelligę,vt n.21 95
Tutor non impeditus pro pupillo agere,an poſſit deputare Actorem ad lites,n.11 95
Tutor, vel curator negligens in periculis minori,vel pupillo imminentibus tenetur ad omnia damna,& intereſſe,n.16 232

INDEX.

V

Vacationis nomen, vbi simpliciter profertur intelligi debet generaliter de omni specie vacationis, num. 11 pag 507.

Validitati fatendum est, n.5 386

Valor attendi debet de tempore contractus, & receptionis, n.4 390

Valor monetæ debitæ in testamentis attenditur iuxta tempus conditi testamenti, non autem mortis testatoris, & solutionis faciendæ, num.220 25

Declara, vt procedat in legatis particularibus; secus verò in fideicommissis, & legatis vniuersalibus, & n.221 578

Valor monetæ debitæ, quæ fit à Principe, post obligationem mutata quoad bonitatem intrinsecam, debetur inspecto tempore contractus: si vero moneta mutata sit, quoad bonitatem extrinsecam attenditur tempus solutionis, n.178.& 179 574

Amplia, vt n.180 574

Et quid si moneta mutata sit ante moram debitoris? & n.182 575

Vel post moram debitoris, vel creditoris? & n.183.& 185 575

Valor monetæ designatæ sub incerto numero attẽdi debet de tẽpore solutionis, n.200.576

Intellige, vt num. 201 576

Varietate reperta inter Protocollum, & instrumentum, stari debet Protocollo, n.10 69

Vassallus, licèt iuramentum non præstiterit, tenetur ad omnia, quæ sub iuramento fidelitatis continetur, n,24 264

Vendens eandem rem duobus, tenetur pœna falsi, n.7 324

Intellige, vt n.8 324

Vendere inuitus nemo cogitur, n. 22 458

Venditio, ac impositio census statuto nostro cõprehenditur, n.3 389

Venditio facta ab vxore cum viro requirit solemnitates, n.3 389

Venditio in statuto nostro antiquo, & nouo cõprehenditur, n.6 364

Venditionis sub nomine si fiat donatio, etiam cum decreto Iudicis non valet, num. 19. pag. 350.

Venditio non comprehenditur sub statuto, nisi sub nomine venditionis fiat donatio, nu. 25. pag. 349.

Venditio per virum, & vxorem pretio recepto emissa, statuto subiicitur, n.1 359

Venditor, pretio sibi non soluto in tempore promisso, potest rem venditam vendicare, vel ad pretii solutionem agere. Ita tamen, vt vna via electa, non possit ad alteram redire, num. 13. pag. 245. & num. 15. pagina 246.

Et ex quibus actibus censeatur vnam, vel alteram viam elegisse, n. 14 248

Venditor promittens emptorem defendere de iure, & de facto intelligitur, quod in iudicio cum defendere debeat, n.4 245

Venditor tenetur ad euictionem, etiam de facto auctoris sui, licèt dixerit se velle teneri de facto suo tantum, n.7 247

Intellige de facto auctoris vniuersalis, non particularis, n.8 247

Venditor tenetur de iure tradere emptori possessionem vacuam, & liberam, & eumdem in possessione manutenere, n.6 245

Venditor tunc demum cogitur rem tradere, quando eam potest commodè tradere, nu. 5. pag. 227.

Venditor, vbi contra eum agitur ab emptore, vt pacificè possideat, tenetur ad interesse, non excedens tamen pretii quantitatem, num. 16 246

Venter non recipit dilationem, n. 41 297

Venti Aquilonares refracti salubriores sunt, quàm si impetuosi liberè ingrediantur, num. 31 218

Venti collaterales Aquilonaris, vel participantes ipsius naturam, sunt æquè salubres, n. 34. ibidem.

Venti Orientales, & Occidentales, sunt valdè salubres, & præsertim Etheziæ, flantes tempore æstiuo, n. 35. & 36 218

Venti Septentrionales appellantur à Peripateticis Apogæi, n. 30 218

Verba ad augendum posita, & cum signo vniuersali, salua ratione recti sermonis, non restringuntur ad specificata, & proximiora, num. 52 450

Verba ad dubitationem tollendam emissa, non dicantur superflua, n. 55 450

Verba adhiberi solita in Decretis Iudicum super alienationibus, super omnibus etiam singulis tanquam ritè, & legitimè gestis, faciunt præsumere causæ cognitionem interuenisse, nu. 51. & 52 235

Verba attendenda, vbi sumus certi de mente, & ratione disponentium, n.21 402

Verba, & clausula generalis post enumerationẽ specierum adiecta ad eos restringi debet, sed contra, n. seq. n. 9 408

Verba etiam impropriè intelligi debent, vt rationi conueniant, n. 4 407

Verba ex quibus, quod tacitè inerat, vel generalibus verbis, & implicitè comprehendebatur, exprimitur, non dicuntur frustratoria, nec superflua, n. 54 410

Verba futuri temporis in dispositionibus legalibus important sententiam, non autem ipso iure, n.8 202

Verba generalia etiam in statutis comprehendunt pariter casus maiorem rationem habentes, n.69 14

Verba generalia, generaliter, & sine vlla distinctione sunt intelligenda. n.16 251

Amplia vt procedat etiam in dispositione statutorum, & n.17.

Et vt sint extendenda etiam in correctoriis, pag. 225. & n. 26 252

Verba generalia statuti restringi debent ad id, quod est ratio. n. 24 156

Verba impersonaliter prolata tribuunt ius agendi, tàm in legibus, quàm in statutis, num. 31. & 32 542

Verba in dubio intelligenda sunt de actu vanh do,

do, num. 9. 191
Verba in fine posita referuntur ad proxima, num.89 354
Verba inseruire debent intentioni,non intento verbis,n.44 365
Verba in statutis accipiuntur iuxta communem vsum loquendi,n 5 147
Verba in statutis sunt strictè intelligenda, num. 19 168
Verba intelligenda sunt iuxta mentem proferentis, non prout alioqui sonant,& inuenta sunt vt dicentis sententiam exprimant, num. 42 & 43 565.
Verba intelligenda sunt iuxta subiectam materiam,n.12 122
Verba intelligenda sunt secundum subiectam materiam,& eo modo quo stare possunt, nu. 5.& 6 435
Verba iuxta communem vsum loquendi accepta, potest dici quod propriè intelligantur, num.24. 563
Verba Legis vbi conueniunt, conuenit pariter dispositio,n.8 518
Verba nigri. vbi sunt clara,non recipiunt declarationem rubricæ,n.91 353
Verba non sunt ad eum sensum trahenda, ad quem salua ratione recti sermonis trahi non possunt,n.32 403
Verba, Prout sibi videbitur, important arbitriũ boni viri,n.15 518
Verba, quando stant ampliatiuè, vniuersaliter & præcisè,non restringuntur ad casus expressos,n.4 339
Verba semper contrahere, idem important, quod in omni contractu,n.30 403
Verba semper contrahere idem, quod in omni casu contrahere,n.1 407
Verba si etiam impropriè trahi debent,vt rationi congruant;multo,& quidem magis in proprio eorum significatu accipi debent,vt idem sequatur,n.5 407
Verba simpliciter prolata intelligi debent generaliter,n.67 13
Verba simpliciter prolata intelligi debent generaliter,n.11.p.256.& n.70 262
Verba si sint directa ad partes faciũt oriri actionem,n.23 542
Verba statuti non debent esse superflua, & frustratoria,n.80 353
Verba statuti, vbi non conueniunt, ibi nec dispositio,n.75 353
Verba statutorum intelligi debent propriè, & in casu vero,n.23 269
Verba statutorum quantumcunque generalia semper restringuntur ad id,quod est rationis; n.55.p.260.& 62 261
Verba, statutorum,sunt propriè,ac strictè intelligenda,n.119 519
Verba stipulationis strictè sunt intelligenda, num.22 269
Verba sunt notę passionum animi,& voluntatis, num. 2 561
Verba,vbi conueniunt, conuenit, & dispositio, num. 43 301
Verba vbi sunt clara, non admittitur quæstio voluntatis,n.19 554
Verba vniuersalia generaliter sunt intelligenda, n. 12. Et in materia stricta, n.13. idem & in statuto,n.14 372
Verba vniuersalia vniuersaliter sunt intelligenda,n.15 372
Verba,vt sibi videbitur,significat arbitrium regulatum boni viri,n.21 198
Verbis generalibus inclusum,dicitur expressum, num.12 339
Verbo quod quis non expressit,nec etiam mente videtur cogitasse,n.74 262
Verborum, & rerum significatio quomodo iumenda,n.46.47.& 48 165
Verborum superfluitas potius toleranda, quam mens disponentium lædenda,n.56 410
Verbum cauere, prolatum simpliciter,significat promissionem cauentis sine alia fideiussione, vel satisdatione,n.38 276
Verbum Credit à parte prolatum, veritatem exprimit,n.44 139
Et si veritas sit in contrarium, permittitur periurium,& n.45 139
Verbum debeat,importat necessitatem, nu. 83. pag.354.
Verbum dicitur pars orationis significans incompositum prædicatum, &c. & tumitur,aut strictè,aut largè,n.4.& 5 562
Et quomodo accipiatur in iure, & nu. 6.& 7. pag.562.
Verbum,Pereat,significat,vt actus amplius non reuiuiscat,n.46 514
Verbum, Possit, affirmatiuè prolatum, importat facultatem, & liberam voluntatem, num.17 175
Verbum præsentis temporis prolatum à lege, refertur ad futurum,n.44 120
Verbum sine mora in lege positum indicat causam esse debere breuem:ita vt appellationem excludat,n.10.pag.248.& n.12 249
Verbum,Sufficit, denotat quod fieri potest,non quod debet,n.34 499
Verisimile quod est in dispositione, pro dispositio habeti debet,n.22
Ampliat,vt n.23 306
Verisimile habetur pro dispositio,nempe vbi disponens ita verisimiliter respondisset,si fuisset interrogatus,n.81 14
Quod procedit, siue aliquid disponatur per modum conuentionis, siue per modum legis municipalis,siue per modum rescripti. n. 82. ibidem.
Verisimilitudo habetur pro lege, n.87. pag.14. & n.54 260
Verisimilitudo validior excludit infirmiorem, num.64 261
Veritas sæpius exagitata magis splendescit in lucem,n.1 299
Vestes indicant,qualis sit,qui eas defert,num.3. pag.59.
Vestes lugubres, & viduales, etiam præciosæ; debentur viduæ ab hæredibus mariti secundũ personarum, & mariti dignitates, tam ex statuto, quàm ex generali consuetudine,num.1. & 4 265
Et debentur vltra lucrum dotale, pag.285. & num.7 286

Intel-

INDEX.

Intellige, vt num. 2. & 3. 285
Vestes proprio congruentes ordini quilibet deferre debet, n. 1 58
Vestes variæ pro qualitate ordinum, & personarum omni tempore adinuentæ, n. 2 58
Vestis, victus vicem habet, n. 6 286
Viæ publicæ sunt de regalibus Principis, nu. 3. pag. 221.
Viæ vicinales non debent restringi, vel impediri, num. 10 221
Via inutilis electa non tollit aliam vtilem, num. 40 526
Via publica est, cuius solum est publicum, num. 3 221
Via quotuplex sit, n. 4 221
Victor appellare potest ab expensis, vbi Iudex victum expressè ab eis absoluisset, num. 75. pag 547.
Victor, cui Aduocatus gratis patrocinetur, an petere possit salarium eiusdem? num. 30. & 31. pag. 555.
Victor in quo casu non appellet ab expensis, num. 73. & 74. p. 547. & n. 84 548
Victor, qui intendit pro expensis an possit agere contra Iudicem, qui petitione non obstante, condemnationem rei victi ad expensas in sententia omisit? nu. 79. 80. 81. 83. & 85. pag. 549.
Victus non præsumitur iusta de causa litigasse, num. 56 546
Victus victori condemnatur in expensis: tam in Iudicio criminali, quàm in ciuili, & nu. 10. pag. 542.
Et tam in sententia diffinitiua, quàm in interlocutoria, & n. 11 542
Ampliat. & limita, remissiuè, vt n. 12
Et quid si victus cautam iustam habuerit litigandi? & nu. 13. 19. pag. 542. & n. 24. p. 543. & n. 97 549
Vidua vbi dotem receperit, non tenetur ei amplius hæres mariti alimenta præbere, nu. 10. pag. 310.
Vidua ad constituendum in mora heredem mariti, debitorem dotis, debet vti interpellatione iudiciali, n. 29 289
Vir bonus quis dicatur, n. 16 538
Vir dicitur vergere ad inopiam, quando incipit male vti substantia sua, num. 28. & num. 37. pag. 270.
Et quando videatur malè vti substantia sua, num. 38 270
Vir habet liberam administrationem bonorum, quæ à matre ad filios prouenerunt etiam vbi ad secundas nuptias transierit, num. 46 277
Vir tenetur regulariter ad alendam vxorem, ex æquitate, n. 3. & 4 293
Vis compulsiua quid sit, n. 40 199
Vitium cùm ex vna radice nascitur, consequens est, vt vna lege collatur, n. 6 500
Vis non fit in verbis, sed in modo, n. 10 94
Vis, vel metus, quibus modis, & quibus coniecturis præsumatur; remissiuè, n. 5 201
Vis, seu violentia, quotupliciter dicatur; remissiuè, n. 46 200
Vis, vel metus præsumuntur in eo, qui priuato carcere, aut non habente iurisdictionem detinetur, n. 4 201
Vna pars dispositionis alteram declarat, n. 10.
Voces consideratæ extra orationem, sunt significatiuæ, sed non affirmant, neque negant, num. 8 562
Voluntas coacta, voluntas est, n. 43 200
Voluntas testatoris, quæ colligetur ex ratione expressa, præfertur verborum significationi, num. 37. & 38 564
Voluntatis quæstio in claris non admittitur, nu. 34. 35
Vota, iuxta quæ fuit in Affectamento resolutum Statutum, vltra quatuor contractus enumeratos, in alijs locum habere, receptione non obstante, n. 15 398
Vox, Nomen, Dictio, Locutio, accipiuntur in iure pro synonimis, n. 3 562
Vrbis appellatio muris, Romæ continentibus ædificijs tuitur, n. 16 11
Vrbis nomine tunc alia a dictione, Roma intelligitur, n. 13 10
Vrbis Romæ Encomia varia, n. 14 10
Vrbis statutis tam Vrbs ipsa, quàm continentia ædificia subiiciuntur, n. 15 11
Vrbs, & Ciuitas Romana idem censetur, n. 18. ibidem,
Vrbs Roma suam habet Cameram, propriumq; Camerarium, n. 3 46
Vrbs vbi dicitur perinde est, ac si simpliciter dicatur Roma, n. 17 11
Vsura dicitur id, quod accipitur ratione lucri cessantis, vel damni emergentis: & hæc vsura licita est, & permissa, num. 8. pag. 287. & num. 10 288
Vsuræ definitio. n. 3 287
Vsura generale vocabulum est significans rem acquisitam rei alicuius vsu, n. 9 288
Vsura permutti non potest per statutum, etiam in dote, vbi vidua occasione retardatæ restitutionis dotis vsuras petat, n. 4 & 5. p. 287. & nu. 32 289
Contrarium est verius: & procedit etiam ad fauorem mariti propter moram commissam in solutione dotis promissæ, & num. 6. & 7. pag. 287. & num. 11. 14. & 15. pag 288. & nu. 33. & 36 289
Intelligè quoad maritum, vt n. 47. & 48. 290
Vsura per statuta humana permitti non potest, num. 2 287
Vsura vtriusque testamenti pagina condemnatur: & est vetita iure diuino, naturali, Canonico, Ciuili, &c. n. 1 287
Vsucapionis nomen comprehendit præscriptionem X. vel XX. annorum, n. 5 441
Vsus communis loquendi attendi debet in quauis dispositione, n. 130 570
Vsus communis loquendi attenditur in statutis, & præfertur cuicumque dispositioni legali, n. 13. pag. 167. & n. 17 168
Vtile per inutile non vitiatur in diuisis, n. 55. pag. 466.
Vtilis cõtractus non cõtinetur sub statuto, n. 26 Contrarium n. 29 340
Vtilis contractus, quatenus fine solemnitatibus sustineri teneatur, intelligitur, ù de vtilitate

euidentissimè constat, n. 30 340
Vtilis iudicatur contractus, ad effectum statuti, si ex parte mulieris, vel minoris nulla intercedit obligatio, n. 32 340
Vtilis non præsumitur contractus, sed damnosus; quando fuit omissa solemnitas legis in contractu requisita, n. 31 340
Vtilitas minoris non attenditur in his, quæ sunt de forma, n. 28 & 29 340
Vtilitas publica benè consideratur in Seminario Romano, num. 10. 14. & 15. pag. 216. & num. 17. 19. & 21 217
Vulgi appellatione venit omnis populus vndique collectus, n. 34 270
Vxor constante matrimonio habet ius retinendi, vel auocandi bona mariti vrgentis ad inopiam, sibi aliàs obligata: nec potest alius creditor posterior ea auocare, offerendo debitum dotis, n. 7 268
Declara, vt num. 8.
Amplia, vt num. 9. 16. & 11 269
Vxor cum viro vendere non potest sine solemnitatibus statuti Vrbis cap. 151. lib. 1. nu. 3. pag. 347.
Vxor existens extra domum mariti teneatur ipsa fœuitiam mariti probare, n. 19 244
Vxor facilè potest inire consilium cum marito fraudandi creditores, n. 26 240
Vxor in electione bonorum viri pro dote non tenetur seruare solemnitates, nu. 40. pag. 350. & 65 353
Vxor non potest fideiubere pro viro, ne fiat in fraudē donationis à iure prohibitæ, num. 44. pag. 350.
Vxor ob fœuitiam viri potest à marito discedere: & petere separationem thori, & restitutionem dotis, n. 5. & 6 293
Vxor potest, constante matrimonio, testari inter suos liberos de dote, ita vt post obitum mariti testamentum vxoris effectum habeat: Nec nō potest vni filiorum plus relinquere, quàm alijs, dummodo illis legitima reseruetur, & nu. 19 275
Item testari pro anima sua de decima parte dotis tantum, & num. 20 275
Vxor, quæ cum viro etiam principaliter se obligat; præsumitur pro illo fideiubere, nu. 105. pag. 356.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ERRATA.

Pag. 15.col.2. lin. 11. ita lege, expræsse fecerunt mentionem, vt in contractibus,
34.col.1.lin.24.quod, lege, quæ.
46.col.1. lin.2. semi iusta, semiusta.
51.col.2.lin.13.Venetiana, Veneta. & n.31.lin. 1. præstari, præstare.
54.col.2. lin. 24. etsi, & si.
63.col.1.text.lin.13. Iudicium, Iudicum.
70.col.2.lin.17. dicta, delicta.
74.in summ.n.5. antiquorum, antiquum.
77.col.1.n.4.lin.2.executore, executione.
82.lin.3.& 4.lege: & lib.3.cap.250.incipit: Item statuimus, cit. de forensibus, &c. & lin.9.dico, dici.
83.col.1.lin.1.dele, est.
85.col.1.n.34 lin.6.consensus, conventus.
95.col.2.n.26.lin.3. dic, dic.
102.col.2.n.25.lin.9. capta, cœpta.
106.col.2.n.64.lin.8.& contra secundo, & contra. Secundò.
107.col.2. lin.12. ex scribentis, ex scribentibus.
127.col.1.lin.1.præfigens, præfixus sufficiens.
130.col.2.n.31.lin.2.nec, ne.
132.col.1.n.7.lin.1. quidque, quod quæ.
137.col.1.n.12. lin.2. dic. ? dic.
139.col.1.lin.9. ante fin. inest, est in.
141.col.2.n.82.lin.1.proficiat pronunciat.
145.col.2.in summ. adde n. 12. videlicet: 12. Nemo potest se iuuare positione, quam negauit.
150.col.2.lin.1.cuius, cuius
157.col.1.in summ.n.8.lin 2.& n.6.lege, & n.9.
158.col.1.in summ.n.4.lege, Dilationes probatoriæ debent esse, &c.
164.col.1.n.14.lin.1.ditione, dictione.
165.col.1.n.35.dele totam lineam tertiam.
169.col.1.lin.1.examinat, examinati.
171.col.2.n.2.lin.3. Testium, Tertium.
172.col.2.n.16.lin.1.dele, importare.
176.col.2.in summ.n.23. Conditio, Condictio.
183.col.2 n.14.lin.6.medici, modici.
195.col 1.lin.1.lege sine ista expressa promissione non &c. & col.2.in summ.n.14.lin.2.suspicio, suspicionis.
199.col.1.n.28.lin.2. quæuis, quàm vis.
211.col.2.in textu, lin.2.ortum, hortum.
214.col.1.in diuis Constit.lin.6.ædificatur, ædificaturis.
215.col.1.§.Insuper, lin.5.obtinere in his, obtinere tam in his.
219.col.1.lin.1.& testes, testes, &.
220.col.2.lin.6.non professum, non professorũ.
223.col.1 n.4.lin.8.signa, ligna.
227.col.2.n.13.lin.3.quotque, quousque.
235.col.1.lin.5.contingit, contigit.
237.col.2.lin.3. Cap.CIX. lege, Cap.CXIV.
238.col.2.n.4.lin.5. solam, telam.
239.col.1.lin.7.opinionem, optionem.
241. col.1.adde textum Capitis cxvj. videlicet.
244.col.1.lin.1.fic quæ, ficque.
245 col.1.n.5.lin.7.nimirum, mirum.
246.col.2 lin.6.ante fi. inculpandæ, inculcandę.
247.col.1.n.6.Azor.de rubr. Azo in rubr.
249. col. 1.n.18. lin.2. intentauerit erit, intendere, disponere.
253.col.1.lin.6.patrono, patrone.
254.col.1.in summ.n.8.lin. penult. fieret, fuerit.
255.col.2.lin.4.ante num.5.actor, auctor.
261.col.1.n.62.lin.11. iure, iuri.
& lin. 12. ita lege: cùm iure communi Ecclesia in hoc, &c.
262.col.1.n.74.dele totam lineam quartam.
274.col.1.in summ.n.43.lin 3.merito, marito.
275.col.2.lin.10. effectum habeat, effectum non habeat.
276.col.1.lin.3.statum, Statutum.
& col.2.n.39.lin.4.tutoribus, tutioribus.
279.col.2.in summ.duo postremi numeri sunt in ordine, 6. & 7.
283. col.2. in summ.n.2. lin.5. remittitur, permitticur.
tauit -
250.col.2.in summ.n.29.sine vlla solemnitate.
284.col.1.n.5.lin.13.propter quàm præterquàm
col.2.n.8.lin.4.collegerit, collegit.
& lin.14.& lin.1.ius, vis.
286.col.2.in textu, lin.15.dele, & similiter cum duabus lineis sequentibus, & verba quæ sequuntur, computentur in sortem, & lin.20. percipiens, adde, fructus.
293.col.1.lin.1.teneatur, an teneatur.
299.col.1.lin.1.licita, licet.
305.col.1.n.2.lin.1: apparet, non apparet.
317.col.1.n.13.lin.3.possessione, possessio.
318.col.2.n.35.lin.6. statutum, statutum quod.
324.in summ.n.5: lin.2.lege, n.6.12. 13.
333.col.2.n.39.lin.8.proportione, propositione
334.col.2.n.50.lin.4. alius, alijs.
342.col.1.lin.3.adimplendam, adimplendis.
351.col.1.lin.2. vel, vt. & n.53.lin.1.in reliquorum, reliquum.
356. col.1. n.102. lin. 9. nullum verbum, adde, fecerit.
359. col. 1. lin. fi. Reipublicæ fauorem, adde, respicit.
360.col.1.n.10.lin.4.præstiterunt, perstiterunt.
383.col.2.lin.38.dimissio, dimisso.
391. col. 1. decis. 24. lin. 5. a e Dominorum, ac Dominis.
392.col 2.n.2.lin.penult.& vlt.dele verba, nulla fuisset comprehensum.
405.col.1.n.36.lin.3.operaretur, an operetur.
col.2.n.67 lin.1.præfectam, perfectam.
412.col.1.lin.18.Is. His.
414.col.2.n.110.lin.6.quia, qua.
415.col.1.n.110.lin.12.numeribus, numeris.
420.col.2.n.22.lin.9.dele, petendo.
421.col.1.dele totam lineam primam.
col.2.n.35.lin.8.ex sola, quia ex sola.
422.col.2.lin.12.mandanti, mandati.
425.col.2.n.14.lin.8.contra, contractu.
427.col.1.lin.7.ante fin.testator, testatur.
col. 2. lin. 1. modo hocmodo: modò hoc, modò.
431.col.2.in textu, lin.6.excogitati, excogitari.
437.col.2.lin.4.ante fin.text.aut supra, vt supra
441.col.1.n.64.Præscriptione, Præscriptio.

442.

442.col.1.n.13.lin.1.ſublatã,ſub lata.
443. col.1. nu.27. lin.9. conſtitutiones,conſtitutione.
col.2.lin.1.ita lege,Statuti diſpoſitio, & præſumptio.
444.col.1.lin.12.ad ſta- : ad Statutum noſtrum.
445.col.1.lin.penult.recipiãt,reſpiciat.
447.col.2.in ſumm.deleantur duæ priores lineæ.
451.col.2.num 12.lin.14 concluduntu r,Concludunt.
452.col.1.lit.C.in textu, & omnino , & fraudatores omnino.
463.col.2.lin.1. qui,quia.
468.col.1.n.24.lin.6.appellans, appellando auditur.
& lin.5.ante fin.moũ etit,monuerit.
471.col.2.n.23.lin.iſta,lege.Depoſitum, de quo in ſtatuto de depoſito,&c.
476.col.2.in ſumm.n.1.ib fin.& num.12.lege, & num.2.
477.col.1.lin.7.ante n.1.haberet,habent.
484.col.2.n.1.lin.4 iudicium, iudicum.
486.col.1.n.23.lin.2. ordinatoriæ, ordinatoriũ.
497.col.1.lin.3. ante fin.adde,& n. 6.
499.col.1.n.37.lin.4.non,ne.
506.col.2.n.17 lin.2. contrarius,contra ius.
521.col.2.n.12.lin.1.tua,tum.
524. col.1. lin. vlt. ante n. 13. deſeruerint deſeruierint.
525.col.2.n.32.lin,1.vice, viæ.
535.col.2.lin.6.ante fin,cretordi,creditor.
539.col.2.n.8.lin.3.ante fin.num.excepto quid, excepto quàm quilibet.
543.col.1.num.15.lin.8.actiones,actionis.
545.col.2.lin,9.ante fin.iuſtum,iſtum.
552.col.2.lin.12.ante fin,& id ei,& ibi ille.
& lin.8.ante fin.dignus,digains.
560.col,1.n.18.prua,prora.
567.col.1.lin.1.annum,annuum.
& n.77. lin.11. paces, pares.
572.col.2.lin.vlt.quibus ſuam,quibusdam.
574.col.2.lin.penult.in intrinſecam,alias,& extrinſecam.
575.col.2.lin.5.ante n.188. maiorisminoris.
577.col.1.n.203.lin.12. mulcæ,mulctæ.

Errata permulta, præſertim interpunctionis, orthographiæ, [illegible] in vna, & eadem ſententia characterum permutationis, quæ lectiora, emittuntur.

252
B in

INDEX RERVM
IN ROTAE ROMANAE
Decisionibus contentarum,

Quæ vt reperiantur facilius, numeris paginarum,& columnarum notantur,

Et in singulis columnis subintelligitur imaginaria littera A, quæ partem superiorem à principio vsque ad medium innuit; & imaginaria littera B, partem inferiorem à medio vsque ad finem significat.

ABSOLVTIO à iuramento an sit petenda in contractibus nullis ob non seruatas solemnitates,& quomodo liberetur à periurio, pagina 168. columna 1. littera b. & columna sequen.

Absolutionem à periurio solus Papa concedere potest in contractibus,pag.168. col.2. lit.a

Absurditas ex toto debet euitari, pag. 121. col.1. lit.a

Acta an sint necessario transportanda etiam quãdo vna pars,vel est negligens in transportando.vel declarat se illis nolle vti,pag.195,col.1 per totam.

Acta transportare tenenturne appellans,an appellatus pag.196 col.2.lit.b

Actor de consuetudine non tenetur cauere de stãdo iuri,& indicatum soluendo in causa reconuentionis pag.34.col.2.lit.b

Actorum integra transportatio probatur per attestationem Notarij prima instantia,præsumiturque in dubio pro eiusdem transportationis integritate,pag.199.per tot.

Actorum irrelenantium non transportatio an,et quando obstet validitati sententiæ, pag. 196. col. 2. per tot.

Actorum non transportatio in quo casu non reddat sententiam nullam,pag.198.col.1.lit.b

Aequitas canonica seruanda est,pag.28.colum. 1. lit.b

Aestimatio facit venditionem,pag.36. col.2. lit.a

Alienari qua possunt, hypothecari possunt,pag.18 col.1.lit.b

Alimenta à iure canonico filijs illegitimis constituta seruantur in vtroque foro, etiam quoad dotem assignandam filiæ spuriæ, & pro ea competit actio contra hæredem patris,pag. 35. colum. 1.lit.b

Alimenta,& dos inuicem alterius subeunt officium pag.56.col.1. lit.b

Alimenta petuntur iure actionis debita, pag.86. col.1.lit.b

Alimenta præstita muliери soluto matrimonio, quando veniant imputanda in sortem principalem dotis,pag 92. col. 1. lit. a

Alimenta præterita an debeantur,& an censeantur remissa per solutionem dotis,& donationes propter nuptias,pag.54 col.1.lit.b

Alimenta quando debeantur,vt fructus legitimos pag.36.col.1.lit.b

Alimentorum ius an competat collateralibus vltra primum gradum,& quid si sint illegitimi, pag.55. col. 2 lit.b

Alimentorum solutio non computanda in sortem, quibus in casibus habeat locum; Et interpellatio iudicialis quando fieri debeat. pag.9. col.1. lit. a

Et quando sit necessaria in consecutione fructuum.pag.91. col.1.lit.a.& b

Antidata suspicio quomodo remoueri possit in cõcursu creditorum.pag.51.col.2.lit.a

Apostillain instrumento apposita an probet.pag. 67, col.1.lit.a

Appellatio de iure ciuili non suspendit executionem mandati in iudicio possessorio, pag. 187. colum. 2. lit. a

Appellationis causa non diuersificat causam, pag. 196. col. 1.litt a

Arbitrio Rotæ(inter clausulas) quid importet. pag. 36. col. 2. lit.a

Argumentum de legitima ad dotem non valet, pag. 103. col. 1. lit. a

Articulans an censeatur fateri, pag.41.colum.1. lit.a

Auditor Camera an sit Iudex ordinarius, pag. 30. col. 1. lit.a

B

BOna à testatore alienari prohibita an possint alienari pro dote? pag. 101. col. secunda, lit.a

Bona contra prohibitionem possunt alienari causa dotis,pag.101. col.2. lit.b

Bona data mulieri loco pecuniæ in restitutione dotis possunt illam ladere pag 44.col.1. lit.a

Bona extra territorium statutensium sita non comprehenduntur statuto,pag.124 col.2.lit.b

Etiã si statutum sit fauorabile,p.123.col.2.l.b

Index rerum memorabilium

Bona hereditaria sunt obligata ei, qui negotia hereditaria vtiliter gessit, pag. 71. col. 2. lit. a

Bona recuperata per heredem grauatum in vim pacti de restituendo, veniunt in restitutionem fideicommissi, pag. 188. col. 1. lit. b

de Bonis fideicommisso subiectis debentur alimenta ijs, qui à fideicommittente descendunt. pag. 55. col. 2. lit. b

ex Bonis primogenitura debent ali descendentes ex primogenitura instituere, pag. 55. col. 2. lit. b

Bonorum incorporatio, quando probetur, pagina 101. colum. 1. lit. b

C

CApitula an instrumenta, cum discordant, præferri debeant, pag. 81. col. 1. lit. b

Casus in quibus præscriptio interrumpitur vel non, pag. 183. col. 2. lit. b

Causa appellationis, & causa nullitatis si aqua principaliter committatur, deserta causa appellationis non censetur deserta causa nullitatis, pag. 105. col. 1. per tot.
Et in hoc casu an exceptio nullitatis impediat executionem rei iudicatæ, ibid. in fine.

Cautio de iudicatum soluendo, & de iudicio sisti quo casu sit præstanda, vel non. p. 16. col. 1. lit. b

Census an extinguatur per immissionem in possessionem bonorum censuariorum, pag. 178. col. 1. a, & b

Cessante statutorum præsupposito cessat eorum dispositio, pag. 54. col. 2. lit. a

Chirographarius creditor quando proferatur instrumentario posteriori, pag. 51. col. 1. lit. a

Citatio ad sententiam an possit fieri ad hodis per totam, pag. 32. col. 2. lit. b

Citatio ad videndum pronunciari positiones haberi pro confessatis an sufficiat ex statuto, quod fiat domi dimissa copia, pag. 32. col. 1. lit. b

Citatio ad videndum relaxari mandatum quando fit necessaria vltra citationem ad sententiã, pag. 197. col. 2. lit. b

Citationis defectus ad videndum iurare testes an possit purgari, p. 48. col. 2. lit. b

Citationis omissio ad videndum iurare testes supletur per interrogatoria partis aduersæ, p. 49 col. 1. lit. a

Citatio per contradictas hodie requiritur necessario, pag. 33. col. 1. lit. a

Ciuilitas quomodo acquiratur, pag. 103. colum. 1. lit. a

Ciuilitatis priuilegium pro patre, filijsque an possit validè à filijs non acceptari. pag. 25. col. 2. lit. b

Ciuis ex priuilegio an gaudeat beneficio ciuilitatis, quando non habitat, & onera non sustinet pag. 22. col. 1. lit. a

Ciuis Romanus an debeat habere domum, & vineam in Vrbe, pag. 26. col. 1. lit. b

Ciuitatis priuilegium quo fine concedatur, p. 22. col. 1. lit. b

Clausula Arbitrio, quam vim habeat. pag. 33. col. 2. lit. a
An semper importet facultatem tantum prout de iure, pag. 204. col. 1. lit. a

Clausula, cum omnibus clausulis, & facultatibus in primo compromisso appositis an contineat obligationem Camerat. si hæc in primo compromisso erat apposita, pag. 61. col. 2. lit. b

Clausula Effectus. sed & omni alio meliori modo, in sententijs appositis. pag. 8. columna secunda lit. a

Clausula executiua non ampliant, alterant, aut mutant principalem dispositionem, pag. 170. colum. 1. lit. b

Clausula Saluo iure impertinentium, quid operetur, pag. 40. col. 1. lit. a

Clausula Sine præiudicio iurium, apposita in tribus factionibus quam vim habeat, pag. 52. colum. 1 lit. a

Collegium non impropriè dicitur Ciuis, pag. 3 colum. 2. lit. a

in Commissionum rescriptis non attenduntur petita, nec quæ in consequentiam veniunt, sed quod solum à Principe est concessum, pag. 70. vol 1. lit. b

Commissio sanatoria, cum clausula, Arbitrio Rotæ, quid operetur, pag. 49. col. 1. lit. b

Commissio super aperitione eris an importet absolutionem a iuramentis, pag. 69. columna 2. litt. b

Concordia post primum contractum an inducat nouationem, p. 52. col. 1. lit. a

Concubinatus quando permissus à iure ciuili, & requisita, pag. 120. col. 1. lit. b

Concursus masculorum cum fœminis, vel cum anunculo in hereditate auia, pag 135. colum. 2. lit. b

Confessio debitoris an probet exactionem, vel quasi possessionem exigendi, pag: 15. colum. prima lit. a

contra Confessionem, aut iuramentum veniens concludenter debet probare, pag. 19. col. 1. lit. b

Confessionem propria iurata qui contradicit, debet concludenter probare errorem confessionis, pag. 19. col. 1. lit. b

Confirmationis natura p. 7. col. 2. lit b

Confiscatio an faciat transferri in fiscum omnia ius actiuum, & passiua, pag. 100 col. 2. lit. a

de Conformibus duabus Statutum Vrbis comprehendit etiam Clericos, pag. 202. colum. prima lit. b

Coniectura fideicommissum inducendi, pag. 104. colum. 2. per tot.

Consensus subhastationi, & deliberationi quando suppleat solemnitates requisitas à statuto in executionibus, p. 206. per tot.

Constitutio Pij V. contra illegitimos non derogauit c. cum haberet, de eo qui duxit in vxorem. pag. 28. col. 1. lit. b

Consuetudo quibus requisitis probata concludenter probatur, pag. 129. col. 2. lit. a

Continuatio possessionis defuncti in suos heredes an ex statuto suffragetur forensibus, pag. 151. col. 1. lit. a

ex Contractu agens primum docere debet se adimpleuisse, pag. 16. col. 2, lit. a, & b

Contractus nominati an admittant locum pœnitentiæ, vel rescissioni ob non implementum alterius partis. pag. 16. columna secunda, litteræ a

Copia

Decisionum S. Rotæ Romanæ

Copia in actis reperta datur fides. pag. 21. col. 1. li. a

in Correis debendi unius confessio, etiam si sit iudicialis, alteri non nocet, pag. 42. col. 2. li. b

Creditorum in concursu prior in tempore præfertur, pag. 20. col. 1. li. a

Curialitas non est incompossibilis cum incolatus in statuto, pag. 202. col. 1. li. b

D

Damna an intelligantur remissa recipiendo principale debitum, pag. 86. col. 2. li. b

Debitor censuarius non potest cogi a præscriptore, vt cum liceret ab obligatione, quo ad sortem principalem, pag. 60. col. 2. li. b

Et quid de fideiussoribus exactionis, tutela, cura, & administratorum. pag. 60. col. 2. li. b

Declaratio ad statutum Vrbis cap. 146. lib. 1. p. 24 col. 2. li. a

Declaratur statutum lib. 1. c. 145. & quando dicatur vltrius procedi. pag. 121. per tot.

Declaratur statutum Vrbis cap. 150. lib. 1. pag. 64 col. 1. li. b

Decretum positiones haberi pro confessatis an sum perseruetur, pag. 46. col. 2. li. b

Decretum Visitatorum, quod pendentibus feriis Natiuitatis &c quam vim habeat in Iudicis causa pag. 38. col. 2. li. a

Dicto Parisio, quid importet, pag. 114. colum. 2. li. a

Dicto Persona & hominis includit vtrumq; sexum pag. 144. col. 2. li. b

Dyspaysium quoties C. de donat. in quo casu habeat locum. pag. 165. col. 2. li. a

Dispositio statuti Vrbis lib. 1. c. 42. in quo casu non habeat locum, pag. 28 col. 2. li. b

Dispositum in vno correlatiuo quomodo intelligatur dispositum in altero, pag. 99. col. 1. li. a

Domicilium originis an præsumatur desertum per habitationem in alio territorio, pag. 119. col. 2. li. a

Donatio ad pias causas non subiacet omnibus solemnitatibus. pag. 158. col. 2. li. b. & pag. 162. col. 2. li. a

Donatio causa matrimonij an egeat insinuatione. pag. 165. col. 1. li. b

Donatio in statuto legum etiam Ecclesiasticarum, pag. 152. col. 1. li. a

Donatio facta ob piam causam non egt insinuatione. pag. 172. col. 2. li. a

Donatio iurata an requirat subscriptionem donatis, & quid si fit facta coram Iudice, pag. 251. col. 2. li. b

Donationes inter coniuges in quo casu sint validæ pag. 161. col. 1. li. b

Donatio non seruata forma statuti quomodo sustineatur pag. 153. col. 2. li. b

Donatio inter virum, & vxorem est prohibita in iure quæsito non quærendo, pag. 160. col. 2. li. b

Donatio propter nuptias, cum conditione dummodo nubat, an sit sponsalitia largitas, & an soluto matrimonio reuertatur ad virum, vel heredem eius pag. 165 & 166. per tot.

Donatio quando in casibus dicatur impropria, & non faciat statuto, pag. 164. col. 1. li. a, &

Donator an, & quando teneatur de euictione, pag. 153. col. 2. li. b

Dos constituta femina ad effectum exclusionis statuti sufficit à quocumque, & quomodocumque veniat, pag. 141. col. 2. li. b

Dos debet assignari etiam viro non vergente ad inopiam, pag. 37. col. 1. li. b

Dos debita ex statuto exclusiua feminarum an succedat loco legitimæ, pag. 113. col. 1. li. a

Dos eo modo, quo traditur, debet restitui, pag. 43, col. 2. li. b

Dos (mortua muliere) non dicitur amplius dos, sed creditum, & in tali casu currit contra eam præscriptio statutaria Vrbis, pagina 190. per tota m.

Dotale lucrum an debeatur marito de dote soluta tantum, an etiam de promissa, pag 73. colum. 1. li. b

Dotale lucrum an debeatur vidua non secuta matrimonij consumatione ob impotentiam perpetuam viri defuncti, pag. 72. col. 2. li. a, & b

Dotales fructus non exactis constante matrimonio an possint ea soluto repeti, pag. 89. columna prima, li. b

Dotalis rei æstimatio an, & quando faciat emptionem, & venditionem, pag. 94. col. 1. li. a

Dotatas esse mulieres valde re ipsa interest. p. 87. li. a, & b

pro Dote an detur actio executiua contra tertios possessores. p. 52. col. 1. li. b, col 2. li. a

in Dote prælanda ad mensuram alimentorum regulandum est. pag. 27. col. 2. li. a

Dotis appellatione venit etiam lucrum dotale, pag. 79 col 2. li. b

Dotis excessiuitatis pœna præscripta à Sixto V. quomodo euitari possit. pag. 76. col. 1 li. b

Dotis fructus an debeantur à die promissionis. pag. 89. col. 2. li. b

Dotis fructus an debeantur post mortem. pag. 88 col. 1. li. a

Dotis fructus non exacti constante matrimonio, an possint ea soluto repeti, pag. 89. columna prima, li. b

Dotis fructus quando debeantur soluto matrimonio, p. 60. col. 2. li. a

Dotis fructus soluti tam viuente vxore, quam post eius mortem an veniant imputanda in sortem principalem, pag. 93. columna prima, per tot.

Dotis non soluta fructus an debeantur ab heredibus mariti, vel patris. pag 85. colum. secunda li. b

Et ad hoc Iudicis interpellatio, pag seq.

Dotis non soluta interesse an peti possint ab vxore soluto matrimonio, pag. 87. col. 2. li. a

Probari debet in quantitate, pag. eodem, colum. 2. li. a

Dotis vsusfructus marito acquisitus remanet apud illum vita durante, etiam si filij præmoriantur. pag. 77. col. 1. li. b

E

Ecclesia an teneatur locare, & præsertim quando res locata est deserta, & per industriam conductorum reducitur ad fertilitatem pag. 6. col. 2. li. b

Decisionum S. Rotæ Romanæ

Ecclesia an teneatur reinuestire feminas descendentes à primis emphyteotis pag. 67. col. 1. lit. b

Ecclesia in suis relocationibus maiori oblationi intendit, pag. 7. col. 2, lit. b

in Emphyteusi Ecclesiastica an filiorum appellatione veniant fœminæ, pag. 144. col. 1. lit. b

Idem argumentum; Et in quo casu masculinum concipiat femininum, pag. 131. per tot.

Emphyteusis concessa pro filijs, & nepotibus an comprehendat feminas, pag. 67. col. 1. lit. a

Emphyteusis quando intelligatur devoluta, ob alienationem, pag. 67. col. 2, lit. b

Enunciativa an, & contra quos probet, pag. 167. col. 1. lit. a

Examen nullum, ob defectum citationis ad videndum iurare testes, quomodo fiatur, pag. 49. col. 2. lit. a

Exclusio ex statuto, quæ est de sorore ab hæreditate fratris intestati non habet locum in hæreditate sororis, pag. 143 & 146. per tot.

Exclusionis statutariæ fœminarum causa sit nodus an agnatio, pag. 133. col. 2. & pag. seq.

Exclusio per statutum in sororibus dotatis intelligitur à bonis dotantis tantum, nisi aliter res proceda t, pag. 142. per tot.

Executio facta super re in mandato non comprehensa an sit valida, pag. 37. col. 1. lit. a

Executiua clausula, & earum efficacia, pag. 170. col. 1. lit. b

Exigere verbum quid importet in proprio, & stricto significatu, pag. 110. col. 1. lit. a

Extraneus dotans non transfertur in forum viri pag. 80. col. 2. lit. a

F

FAlcidia pertinet ad hæredem vniuersalem pag 108. col. 2. lit b

Fatalia ante acceptationem arbitri non suspendunt suos cursus, & an durante causa nullitatis possint interiabi. pag. 207. col. 1. & 2. per tot.

Feudo appositum personale seruitium reddas ne fœminam incapacem illius feudi. pag. 68. col. 1. lit. a

De Fideicommissi inductione, & de pacto resolutiuo multa, pag. 164. col. 2. lit. b

Fideicommisso subiecta bona alienari possunt pro fructibus dotis, pag. 98. col. 1. lit. a

Fideicommisso subiecta bona possunt distrahi in subsidium pro dotanda mentali etiam sparia, pag. 27. col. 1. lit. b

Fideicommissum præsumitur in ea parte, in qua dos legitimam excedit, pag. 139. col. 2. lit. a

Fideiussio recepta per notarium an possit à parte impugnari tanquam non idonea, pag. 17. col. 1. lit. b

Fideiussor consul an possit cogere debitorem principalem ad eum liberandum, qua ad fructus, pag. 61. col. 2. lit. b

Fideiussor de representando potest moram purgare, etiam post conuentionem, pag. 46. col. 2. lit. a

Fideiussor non potest cogere principalem, vt eum à fideiussione liberet, pag. 60. col. 2. lit. a

Filiabus naturalibus dos non debet constitui pag. 26 col. 2. lit. b

Filia dotata ab extraneo an excludatur ab hæreditate patris, quando frater, vel patruus sunt parati eam dotare, pag. 122. col. 1. lit. a

Filia dotata ab extraneo non excluditur ex statuto ab hæreditate paterna, pag. 120. col. 2. lit. b

Filiæ debent habere alimenta, tanquam fructus legitimæ, pag. 36. col. 1. lit. a

Filiæ exclusæ à statuto an impingunt legitimã masculis, pag. 114. col. 2. lit. a

Filiæ renuntiant, & earum an accrescat fideicommisso paterno, vel faciat partem ad fauorem masculorum, pag. 102. colum. 2. lit. a, & b

Idem argumentum, pag. 110 col. 2. lit. a, & b

Filiatio naturalis non legitima quibus coniecturis probetur, pag. 120. col. 1. lit. a

Filij familias obligatio quando teneat, pag. 103. col. 1. lit. a

Filij in conditione positi in facto iuris communi, quibus coniecturis censendi sint vocati, pag. 168. col. 1, lit. b

Non solum quo ad portionem patris, sed etiam patruorum, pag. 118. col. 2. lit. b.

Filij in conditione positi quando sint tacitè vocati pag. 154. col. 2. lit. b

Filij positi in conditione an censeantur semper tacitè vocati, pag. 105. col. 2. lit. a

Filij sunt reliquis matrimonij, & an dote matris alendi, pag. 99. col. 2. lit. a

Fisci omnia iura bannitis adimit, & passiui in se transferi, pag. 100. col. 1. lit. a

Fœmina à statuto exclusa propter masculos ab intestato an excludantur à bonis extra territorium statutentium sitis, pag. 24. colum. 1. lit. b

Fœmina dotata exclusa cum masculis an excludantur ab hæreditate fratris, & patrui pag. 140. & 141. per tot.

Fœmina dotata, quando possint agere ad supplementum legitimæ, pag 107. col. 2. lit. b

Fœmina exclusa in statuto à successione, quid operetur in emphyteusi concessa pro masculis & fœminis, pag. 132. col. 1. lit. b

Fœmina exclusa propter masculos ab hæreditate ascendentium an excludant masculos descendentes ex fœmina à successione auia materna, pag. 133. col. 1. lit. b.

Fœmina semel exclusa à statuto, in quibus casibus remaneat semper exclusa, pag. 122. col. 2. lit. a

Forenses quando ligentur statutis Vrbis, pag. 176 col. 1. lit. b

Et quid si debitor potuit in diuersis locis conueniri, pag. 176. col. 2. lit. b

Et si agatur in tribunali Vrbis, in quo statuta non seruentur, nisi inter cives, pag. 177. col. 2. lit. b

Forma non seruata actus sentus corruit, pag. 205. col. 2. lit. a

Fratres vtrinque coniuncti, & consanguineus tantum ex vno latere in successione fratris concurrunt æqualiter in statuto, pag. 143. per tot.

Fratrum

Decisionum S. Rotæ Romanæ

Fratrum appellatione quando veniãt sorores, & masculinum, quibus in casibus non comprehendatur femininum, pag. 145. col. 1. lit. a

Fructibus in non solutis competit actio possessorem principalem acceptam, pag. 86. col. 2. lit. b. vsque ad finem.

Fructus dotales decursi viuente vxore debentur illius haeredibus, secus de decursis matrimonio dissoluto, pag. 97. col. 2. lit. a, & b

Fructus dotis non veniunt ante interpellationem iudicialem, pag. 73. col. 1. lit. a

Funeraria impensa praferuntur creditoribus pag. 72. col. 1. lit. a

G

GEneraliter loquens, generaliter intelligi debet, etiamsi aliquando adsit maior ratio. pag. 115. col. 2. lit. a

Grauamen patens quid operetur circa iudices, pag. 59. col. 1. lit. a

Grauari non potest, qui non honoratur, pag. 113. col. 2. lit. a

Gravati filij primi gradus restituere fratribus, aut proprijs filijs non tenentur cautere, pag. 107 col. 1. lit. b

Gravato restituere non sufficit cautio iuratoria, sed debet dare fideiussores. pag. 107. colum. 1. lit. b

Gravatus hares an teneatur dare fideiussorem de restituendo, & an sufficiat cautio iuratoria pag. 108. per totam.

H

HAbitans foris à patre, & habitus pro patre familias validè obligatur. pag. 171. col. 2. lit. b

Haredes tui, & extranei multa decidentia quaestionem an possessio plenissima possit interuerti, pag. 148. col. 2. lit. a

Hereditaria bona sunt obligata ei, qui negotia hereditaria vtiliter gessit, pag. 71. col. 1. lit. a

per Hereditatis delationem ius est perfectè quaesitum filijs, licet expectet post se executionem mediante aditione, pag. 43. columna prima, lit. a

Hares grauatus an teneatur praestare substituto cautionem de restituendo, pag. 107. colum. 1. lit. a

Hares quando dicatur in mora constitutus in restituendo dotem. p. 96. col. 1. lit. b

Hares tenetur ad fructus dotis praestandos. p. 84. col. 2. lit. b

Hypotheca quibus verbis inducatur, p. 53. col. 2. lit. a

Hypothecaria an detur contra tertium possessorem pro fructibus dotalibus decursis ante restitutionem dotis, vel donationis propter nuptias, pag. 52. vol. 1. lit. a

I

IMmissio, & retentio contra vim expulsiuam, & compulsiuam, pag. 61. col. 1. lit. b

Impedimentum transportationis quomodo probetur. pag. 198. col. 2. per tot.

ad Incolatum contrahendum requiritur animus perpetuo habitandi pag. 25. col. 1. lit. b

Incolatus acquiritur, quando habitans habet ibi maiorem partem bonorum. pag. 23. col. secunda lit. a

Incolatus coniectura, p. 202. col. 2. lit. a

quomodo acquiratur. p. 25. col. 1. lit. b

Incolatus quomodo contrahatur ad effectum non soluendi gabellas, & an semper requiratur decennium, pag. 123. col. 1. lit. a

Incommodum qui non sustinet, non debet sentire incommodum, pag. 22. col. 1. lit. b

Incontinenti quando aliquid dicatur fieri. p. 11. col. 2. lit. b

in Indebiti condictione quibus nam incumbat onus illud probandi. pag. 166. col. 2. lit. b

Indebiti repetitio competit, quando quis per errorem solvit, pag. 167. col. 1. lit. b

Indebiti repetitio non competit solventi scienter, sed ignoranter, & à quo probanda sit haec ignorantia, pag. 167 col. 1. lit. b

Indebiti solutio non est donatio, p. 167. col. 2. lit. b

Indebitum, quando soluitur vtraque parte sciente an sit propriè donatio, requiratne insinuationem? pag. 167. col. 2 lit. b

Ingrati liberti ad seruitutis nexum reducuntur. pag. 156. col. 2. lit. b

Insinuatio an sit necessaria in transactione, p. 167 col. 2. lit. b

Instrumenta quando dici possint correspectiua inter se, pag. 200. col. 2. lit. b

Intellectus ad l. fin. C. de praescrip. 30. vel 40. annorum, pag. 183. col. 1. lit. b

Intellectus ad l. fin. C. si maior fac. alien. sine decret. pag. 29. col. 1. lit. a

Interdictum quorum bonorum datur vocato ex statuto contra possidentem pro haerede, p. 129. col. 1. lit. b

Iur expellatio extraiudicialis an, & quando importet praescriptionem negatiua solutionis ita, vt non intret praescriptio pag. 190. col. 1. lit. a

Interpretatio ad l. si vnquam, C. de reuoc. donat. pag. 157. col. 2. lit. a

Invaliditas contractus facit corruere accessoria. pag. 77. col. 1. lit. a

in Investitura renouationis an femina proximiores excludant masculos extraneos pag. 68. col. 2 lit. b

in Investituris attenditur veri similitudo contrahentium, pag. 39. col. 1. lit. b

Index datus super legitima executione an possit cognoscere super meritis causae, pag. 13. colum. 2. lit. b

Index subrogatus an teneatur seruare formam iudicij, in cuius locum subrogatus est, p. 17. colum. 2. lit. b

Iudicis decretum facit praesupponere actum esse, vt gestum, pag. 163 col 2. lit. b

Iudicis decretum non supplet defectum quarumcumque solemnitatum, p. 29. col. 1. lit. b

Iudicis praesentia in donatione non supplet defectum subscriptionis donationis, pag. 152. col. 1. litt. b

Iudicium amissionis an sit appellabile, pag. 31. colum. 1. lit. b

Iuramenti necessitas in obligatione Camerali, pag. 38. col. 2. lit. a

Index rerum memorabilium

Iuramenti vis,& clausula sublata, pag.69. col.2. littera b

Iuramenti vis,& efficacia,pag.9. col.1.lit.b

Iuramentum an suppleat defectus insinuationis, & subscriptionis,pag.153.col.1. lit.a

Iuramentū an suppleat solemnitates statutarias in contractibus omissas,pag.30.col.2. lit.a

Iuramētum in donatione appositum, an suppleat defectum donationis pag.12.col.1.lit.a

Iuramentum litis decisuum an sit peremptorium causa quo ad comprehensa in eo,pag. 45.col.2. littera b

Iura,vt sint de actis an debeant produci parte citata, & de stylo tribunalis Rom.Cur.pag.199 col.2.lit.b,& 200. per tot.

Iuri conditionali, vel in diem, quibus in casibus renunciari possit, pag.157. col.1.lit.b

Iuris communis appellatione venit statutum, pag.81. col.2. lit.b

Iuris quaerendi donatio an comprehendatur sub statuto de donationibus, & revocetur per superuenientiam filiorum,pag. 158. col.2.lit.b

Iurium productio dicitur realis, quando habet clausulam,quorum tenor,pag.17.col.1.lit.b

Ius municipale an,& quando veniat appellatione iuris communis,pag.81. col.2. lit.b

Ius nondum delatum,quomodo repudiari possit, pag.160.col,1.lit.b

L

Laborum augmentum in quo casu operatur augmentum salarij,pag.209.col.2.lit.a

Et quando non,pag.209. col.2.lit.a

Lasio enormissima pag.106.col.1. lit.b

de Lasione statutum an comprehendat causas spirituales.pag.70.col.2.lit.a

in Lasionis iudicio canon, & pactum de non alienando diminuunt pretium rei venditæ, de cuius lasione agitur, & considerantur vt duo contraria dissimilia,pag.192.col 2. per tot.

Lasio vltra tertium in statuto subrogatur in locum lasionis vltra dimidiam, pag. 14.col.1 litt. a

Lasio enormissima qua dicatur, pag.163. col. 2. lit.a

Laicorum constitutiones fauorabiles extenduntur etiam ad clericos, pag. 13. columna prima litt. b

Laicorum fauorabile statutum trahitur ad clericos, si volunt eo vti, pag. 13. colum. prima litt. b

Laudum proueniens ex compromisso cum iuramento,& obligatione Camerali non admittit appellationem,neque innouas primauam actionum pag.187.& 188. per tot.

Legitima an possit grauari fideicommisso,pag.111 col. 2. lit. a

Legitima debita matri in hereditate filij quanta sit,cum vocantur fratres ex vno tantum latere coniuncti ad successionem exclusa matre, pag.140.col.1.per tot.

Legitima augmentum in feminis ex statuto an spectet ad filios vti heredes, vel quia heredes, pag. 112. col. 1 lit.b

Legitima prohibitio, & prohibita Falcidia censentur ne prohibita Trebellianica, pag. 198. colum.2. lit.b

Legitima matris in bonis filij quanta esse debeat, & an possit per statutum diminui, pag. 143. per totam.

Legitima,nec eius augmentum venit in restitutionem fideicommissi, pag.110.col. 2.lit b

Liberorum appellatione an veniant nepotes in casu reseruationis dotis, pag. 74. col. secunda lit. b

Litis futuræ timeo sufficit ad sustinendam transactionem cum minore, & an per lasionem rescindi possit, pag.163.col.2.lit.a

Loci contractus ex statuto, quando sit inspiciendus quo ad solemnitates, etiam si forenses ibi contrahant, pag.29.col.2, lit.b

M

Maiorum viginti annorum statutum non comprehendit forenses contrahentes in eodem loco,pag.29.col.1.lit.a

Mala fides debitoris an semper excludat effectum præscriptionis,pag.184.col.2.lit.b

in Mandati executione circa dotem procedendū est via ordinaria contra tertios possessores non executiua,pag.17.col.1. lit. b

Mandati iutilitia in causa administrationis, pag.17.col.2 lit.b

Mandati relaxatio auget præsumptionem solutionis,pag.177 col.2. lit.b

Mandatum ad respondendum positionibus debet esse specialissimum, pag.47. per tot.

Mandatum expeditum sub certa die, non potest substineri cū decretis sub alijs diuersis diebus, pag.33.col.2. lit.a

Mandatum generale ad lites an sit sufficiens ad iurandum de calumnia, pag. 36. col.prima lit. a

Mandatum relaxatum contra bona hereditaria non citatis ys, qui principaliter læsi possunt, non iuuatur,pag.56.col.2.lit.a

Mandatum specialissimum.an requiratur ad respondendum positionibus,& quale dicatur esse, pag.42.col.2.lit.a

Manutentio an competat contra factum Iudicis motoriū iniustè procedentis, pag. 58. colum.2, lit. b

Manutentio cui nam competat finita emphyteusi inuestita ne ab vltimo emphyteota an potius domino directo,pag.207. col. 2. lit.b

Masculinum quomodo concipiat femininum, pag. 115. col. 1. lit. b

Masculorum fauore lata est lex, pag.134. col.1. lit.b

Mater exclusa ex statuto ab hereditate filij existentibus fratribus patris sui prædefuncti, non comprehendit amitas ad exclusionem eiusdem matris pag.154. col. 2. & 155. colum. prima per tot.

Mater ex statuto excludente fœminas propter agnatos,an excludatur à successione filij per solam existentiam agnatorum, etiam si illi sint exclusi per institutionem personæ extraneæ, pag.34.

Decisionum S. Rotæ Romanæ

pag.34.col.2.lit.a
Mercatorum liber pro memoria an probet, pag. 44.col.2.lit.b
Metus quando insisteret causam restitutionis in integrum,pag.71. col. 1. lit.a
Metus qui allegatur debet esse talis, qualis cadit in constantem verum, ibidem.
Minor an possit constituere dotem sorori absque interventu curatoris,pag. 169.col. 1. lit.a & *an solus interventus curatoris importet ipsius contextum expressum requisitum in alienatione rei minoris*, pag. eadem, col.eadem, lit. b
Minores possunt condemnari ad solutionem census pro restitutione dotis materna, etiam non exactè servata forma Statuti,pag.66.colum.1. lit. b
Idem argumentum.pag.66.col.1. lit.a
Minori iuranti se esse maiorem denegatur beneficium restitutionis in integrum,pag.30. col. 2. lit. b
In Minoris alienatione requiritur solemnitas & causa,pag 169.col.1.lit.a
Minoris obligatio non servata forma Statuti, an sustineatur propter iuramentum illi adiectũ pag. 170. col.2.lit.b
Minor si contrahat cum tutore, iudicatur ex dispositione iuris communis,pag. 66. col. prima, lit. b
Minorum contractus sustinetur solemnitatibus servatis.pag.65.col.1.lit.b
Monacus an, & quando sit capax annui redditus. pag.171. col.1. lit.a
Mora an possit purgari per factam executionem; & quid in fideiussore, si debitor est factus deterior,pag,46.col.2.per tot.
Mora tam regularis, quàm irregularis in solutione dotis promissa.pag.89.col.2. lit.a
Mulier an possit propria auctoritate ingredi bona dotalia, vel pro dote obligata,pag.43. col.2, lit.b
Mulier bona accipiens loco pecuniarum leditur, pag. 44.col.1.lit.a
Mulier censetur habere affectionem ad familiã sui viri, p.136.col.1.lit.a
Mulier cessionaria an uti possit contra prescriptionem remedio restitutionis in integrum, p.181.col.2 lit.b
Mulier extantibus liberis an possit testari de dote,p.74.col.1.lit.a
Mulier per transitum ad secunda vota an amittat commodum successionis, pag. 35.colum.2. lit.a
Mulier quando censetur habere bona mariti in solutum, vel loco pignoris, pag. 43. colum.2. lit. b
An circa dotem possit sibi praiudicare,ibid.
Munera quando dici non possint connexa inter se,pag.209.col.2.lit.b

N

NEpotes de iure communi sublata sexus differentia aqualiter admittuntur in successionem communis patrui in capita. pag. 21, colum. 2. lit. a
Nepotes in hæreditate patrui communis, quando succedant in capita, & quando in stirpes. ibidem.
Nominationis facultas in investitura an censeatur concessa in omni gradu vocatorum, p. 38. col. 1. lit. b
Notariatus Capitolij officia non recipiunt hypotheram, & dominij reservationem etiam absq; beneficio Sanctissimi,pag. 18. colum, prima. lit. b
Notario plurima adhibetur fides in testamentis, pag 5. col.2.lit b
Novatio pendet à voluntate contrahentium p.52. col. 1. lit. a, & b
Nullitas ob defectum citationis intra quod tempus ex statuto admittantur. pag. 204. per totam.
Nullitati aquiparatur iniustitia valde patens, pag.58.col.2.lit.b
Nuptialia lucra spectant ad filios,p.85. colum.1. lit.a

O

OBligatio Cameralis excludat ne purgationem moræ,p.49.col.1.lit.a
Obligatio filijfamilias est valida, si ipse habitet seorsim à patre, vel si eiusdem ratificatio, vel consensus accedat pag.171.col.2. lit.b
Obligationes commissa, & efficaces quales sint, pag.51. col.2.lit.a
Obligationis Cameralis ex vi agens an teneantur iurare de calumnia,pag.38.columna secunda. lit.a
Obligationis contractus de sui natura est lasinus,pag.170.col.2.lit.b
Officia Romanæ Curiæ an vendi possint cum dominij reservatione,p.20. col.1. lit.a
Officium Hebræorum in Vrbe an sit vacabile, & venale,pag.19.col.2.lit.b
Omissio solemnitatum requisitarum in donationibus ex statuto Vrbis an invalidet donationes factas extra Vrbis territorium, pag. 152. col.2.litt.b
Omissus casus in statuto non impedit effectum iuris communis, pagina 34. columna secunda. lit. b
Onera matrimonij etiam durant post mortem uxoris per existentiam filiorum,pag.96.col.2. lit. b
Orationes separata non possunt coniungi, sed distincte qualibet pars de per se intelligi debet. pag.33 col.1.lit.a
Originali deperdito an detur fides copiæ in actis reperta,p.21.col.1. lit.a

P

PActo potest contraveniri, vt attendatur statutum contractus, & domicilij mulieris, licet maritus sit forensis,pag. 92. colum.secunda lit.a
Pactum nudum an pariat actionem tam in contractibus stricti iuris, quàm bona fidei.

pag.

Index rerum memorabilium

pag. 9. colum. prima, littera a

pro Paraphreno competit tacita hypotheca, p. 44. col. 1. lit. a

Pars dando interrogatoria videtur examini consentire, pag. 49. col. 1. lit. a

Partita extracta lite pendente absque compulsorialibus, & parte non citata an faciant probationem, pag. 29. col. 2. lit a

Pater acquirere potest infanti incolatum, & domicilium, quando eodem tempore acquirit illi hereditatem, pag. 23. col. 1. lit. b

Pater an possit filias exclusas à statuto reintegrare ad suitatem, pag. 158. col. 2. lit. b

Pater an possit valide comparere in iudicio pro filia absque eius mandato, pag. 37. columna 2. lit. b

Pater sat est, quod filijs legitimam relinquat. pag. 113. col. 1. lit. b

Patruus an teneatur in subsidium dotare fratris filiam, & quid in auo paterno, vel materno. pag. 26. col. 2. per totam.

Pertio de consensu partium electo in relationem standum est regulariter, p. 182. col. 1. per totam & pag. 206. col. 2. lit. b

Petitorium quando cumulari possit cum possessorio, pag. 204. col. 1. lit. b

Pia loca, etiam si non comprehendantur in statuto Vrbis, tamen, si volunt, possunt frui beneficio statuti, pag. 14. col. 2, lit. a

Positiones ad hoc, vt habeantur pro confessatis, quæ requiratur, pag. 42. col. 1. lit. b

Positus in conditione censetur vocatus ex dispositione statuti, quod habet locum etiam in transuersalibus, pag. 115. col. 2. lit. a

Possessio bonorum defuncti censetur ex dispositione statuti continuata in heredes suos, pag. 136. col. 1. lit. b

Possessio defuncti an transferri possit in suos heredes à lege, vel statuto absque actuali apprehensione, & an illi competat remedium retinenda & recuperanda, pagina 147. 148. & 149. per totas.

Possessio in causa spolij quo modo sit probanda, p. 197. col. 2. lit. a

Possessio in Saluiano an probetur ex positionibus habitis pro confessatis, & quæ dicantur haberi pro confessatis, pag. 44. colum. 1. & 2. per totam.

Possibilitas non sufficit allegari, nisi probetur. pag. 17. col. 1. lit. a

Præscriptio ex statuto Vrbis ligat etiam forenses quando iudicium introduxerunt in Vrbe pag. 191. col. 2. lit. a

Præscriptio capta contra cedentem an currat etiã contra cessionarium, & contra creditorem cedentem. pag. 108. col. 2. lit. a

Et quid in fideiussore respectu confideiussoris? pag. 105. col. 2. per tot.

Præscriptiones ex statuto habent locum etiam in debito iurato p. 177. col. 2. lit. a

& cum obligatione Camerali. pag. 179. & 180. per totas.

de Præscriptionibus statutum tam comprehendit fideiussorem agentem contra confideiussorem, quam hereditatem iacentem, pagina 189. per totas,

Præscriptionis interruptio contra principalem non nocet fideiussori, pag. 185. col. secunda, lit. b

Præscriptio non currit contra pupillum, quando non constat de negligentia vera, & indubitata tutorum, p. 191. col. 1. lit. a

Præscriptio statutaria incepta contra parentem an post eius mortem perficiatur, & currat contra pupillum? pag. 75. columna prima, & secunda.

Præscriptio statutaria intrat post decennium in debito per scripturam priuatam, & post sexdecim annos in debito instrumentario, pag. 186. col. 2. per tot.

Præscriptio statuteria pensionum non habet locum in contractibus iuratis. pag. 191. col. 2. lit. b

Præscriptio statutaria Vrbis habet locum in quocunque contractu, etiam iurato, comprehendisque etiam forenses, pag. 183. 184. & 185. per tot.

Præscriptio statutaria Vrbis semel interrupta non intrat amplius, & ad eam interrumpendã sufficit quilis, qualis interruptio. pag. 178. col. 2. lit. b

Præscriptio Vrbis non habet locum in actione reali. pag. 187. col. 2. lit. b.

Præstatio annua an præscribatur, pag. 175. col. 2. lit b

Præsumptio præsumptionis datur, quando una venit in consequentiam alterius, pag. 23. col. 1. lit. b

Præsumptio solutionis, pag. 172. colum. prima. lit. b

Principis constitutio an, & quando per contrarium vsum censeatur abrogata. pag. 76. col. 2. lit. a

Priuilegia impensarum, & seruitiorum pro definienda hereditate, pag. 72. columna prima. lit. a

Probatio vbi adest, omnis contraria præsumptio euanescit. p. 31. col. 1. lit. a

Procuratoris scientia non facit inferre ad scientiam domini. p. 210. col. 2. lit. b

Procurator quibus in casibus possit substituere, pag. 4. col. 1. lit. b.

Productio verbalis iurium an resultet ex solacorum obligatione in protestationibus, p. 200. col. 2. lit. b

Promissio de soluendo fructus dotis soluto matrimonio est usuraria. pag. 98. col. 2. lit. b

Promittens post lapsum dicitur in mora constitutus, pag. 86. col. 1. lit. b

Protbenotarij habent facultatem creandi Notarios, & illos admittendi ad exercitium in Vrbe, sed seruata forma statuti, pag. 20. colum. 2. lit. b

Proxeneta quando fides adhibeatur etiam in casu proprij interesse. p. 173. col. 2. lit. a

Q

Quantitas quando censeatur esse in obligatione. pag. 94. col. 2 lit. a

Quarti dotalis vsusfructus mortua vxore non transmittitur ad heredes vsufructuaria,

Index rerùm memorabilium

ria, sed redit in hæreditatem coniugis prædefuncti, pag.84.col.1.lit.a

Quartum dotale an debeatur nepotibus ex filijs prædefunctis. Item an vxori superstiti deferatur quo ad proprietatem, pag. 2. colum. 1. lit. a

Quartum dotale in restitutione, an competat filijs, vti filijs, an vti hæredibus patris, pag.22. col.2. per tot.

Quasi possessio ad effectum manutentionis inducitur per vnicam solutionem, pag.150. col. 1. lit.a. Ex dispositione statuti Vrbis, cap.147. lib. 1. transfertur etiam in hæredes pag.151. col.2. lit. a.

Quasi possessio filiationis, per quos actus probetur, pag.150. col.1.lit.b

Quatenus, inter dictiones, conditionem importat. pag.162. col.1. lit.b

R

RAtificatio actus ab initio invalidi non præsumitur, nisi in certis casibus, pag.29.col.1 lit. b.

Relocatio in statuto Vrbis an comprehendat Confraternitates, pag.68. col.2. lit.b

Remedium l. fin. C. de edict. Diui Adr. toll. est executionum, pag.63. col.2. litt.a

Renuntiamus ea, quæ nobis nondum delata sunt. pag.160.col.1.lit.a

Renunciatio an requirat acceptationem expressam eius, ad cuius fauorem fit renunciatio, pag. 161.col.2.litt. a, & b

Renunciatio iuris quæsiti, & iuris quærendi. pag. 260.col.2.lit.b

Repudiatio cum iuramento facta parte præsente an, & quando sit species donationis, & requirat solemnitates statutarias, pag. 157. col. 2. lit. a

Res communis quando vendi possit irrequisito socio, pag.64.col.1. litt. b

Res domino perit, & augetur, pag. 211. col. 2. lit.a.

Respondere quis non tenetur illi, qui non habet mandatum indiuiduum, pag. 45. col. 1. lit. b

Responsio facta articulis non seruata forma statuti exhibitis, an, & quando præiudicet reo, pag. 39. col.2. lit.b

Responsiones factæ positionibus absque iuramento exhibita non præiudicant reo, pag. 207. col. 2. lit.a

Restitutio dotis, & donationis propter nuptias sint ne debita necessaria, pag. 66. col.2. lit. b

Restitutio in integrum an impedire possit per exceptionem transactionis, pag. 69. colum. 2. lit. a

in Restitutione dotis locus domicilij mariti, an vxoris attendi debeat, pag.80. col.2. lit.b

Restitutio non datur sine læsione, pag. 173. col. 1. lit. a

Restitutus tam ad bona, quam ad honores recipit etiam omnes actiones, pag.98. col. 1. lit. b

S

SAlarium licet non conuentum debetur ei, qui solet locare, & conducere operas, pag. 208. col.1.lit.a

Salarium non conuentum non debetur, pag. eadem, col.1.lit.eadem.

Salarium, si res est certa, & determinata taxatum præsumitur constitutum pro ea quantitate, iuxta quam solutum fuit, pag. eadem, col.2. per totum.

Scriptura priuata testatoris an, & quando dicatur esse in forma probanti, pag. 40. col. 2. lit. a

in Scripturarum concursu, cui nam magis sit credendum notationi dantis, an recipientis pecunias pag.174. col.1 lit.a

Sententia condemnatoria non transfert possessionem absque apprehensione, pag. 101. col. 1. lit. a

Sententiæ conformes quæ requisita habere debent, pag. 203. col.1. lit.a

Sententia quando dicantur conformes, pag. 3. col.1. lit.a

Sententia in gradu appellationis non transportatis actis an sit nulla, pag. 190. colum. 1. per tot.

Sententia lata ad fauorem actoris parte non præsente an valeat, pag. 38. col.1. lit. a

Sententia lata elapso termino est nulla, pag.193 col.2. lit.a

Idem post amissionem nouorum iurium absq; alia citatione, etiam si admissa fuerint sine præiudicio termini pro seruato habiti, pag.eadem col.2.lit.b

Sententia non publicata eadem die, qua fuit lata, est nulla, pag.17.col.2.lit.a

Sententia non visis actis probatorijs est inualida pag.194. col.1.lit.b

Sententia non visis actis probatorijs in quo casu non sit nulla, pag.196.col.2 lit.a

Solutio quibus coniecturis præsumatur, pag.185. col.1. lit.b

Spes potest donari, pag.161. colum. 2. lit.b

Spoliari non debet possessor per factum iudicis iniuste procedentis; & hoc casu datur manutentio, pag.58.col. 2. lit. b

Statuta Papalia quando afficiant Ecclesiasticos, pag.7. col. 2. lit. b

Statuta Vrbis concedentia hypothecam pro fructibus dotis an sint decisoria, pag. 54. col. 2. lit. b

Statuta Vrbis lib.1. cap.42. 124. & 134. an comprehendant personas Ecclesiasticas, pag.10 col. 2. lit. b

Statuentes, volentes in vno, quod in alio, id exprimunt, pag.141.col.1. lit.b

in Statutis ad euitandum absurdum permittitur interpretatio extranea, pag.114. col.1. lit. a

in Statuto aliquid inductum pro forma quomodo cognoscatur, pag. 92. col.2. lit.b

Statutum ad præiudicialia non extenditur, pag.103.col.2.lit.a

Index rerum memorabilium

Statutum correctorium facit propriam, & stri-ctam intelligentiam, pag.31. col.1.li.b

Statutum excludens proximiores an excludat remotiores, pag 104. col.1. li.a

Statutum de præscriptione non habet locum in actione reali, pag. 174. col.2. li. b

Statutum exclusiuum fœminarum an habeat locum tam in casu testamenti, quam intestati, pag.123. col.2. li. a

Statutum extantibus masculis non extenditur ad bona sita extra territorium statuentium, siue loquatur in rem, siue in personam; nec dici potest odiosum, nec comprehendit forenses licet in eius territorio bona sint sita, pag.124. 125 & 126. per to.

Statutum generaliter loquens non trahitur ad casus habentes priuilegium, pag.69. colum. 1. li. b

Statutum in quo casu possit determinare contra forenses. pag.330.col.2.li. a

Statutum nouum superueniens, non tollit alicui ius quæsitum per actos præteritos imperfectos, qui solum executionem expectant, pag.143. colum.1.li.a

Statutum originis an possit inhabilitare subditum, etiam in alienam iurisdictionem, pag. 126. col.2.li. a

Statutum prohibens, ne filia dotata à patre, vel ano quicquam aliud petere possit ab heredibus ipsorum, quem locum habeat, pag. 105. col.1 li.a

Statutum, quando dicatur alterius procedere, pag.141.c ol.1.li.a

Statutum, siue conceptum in rem, siue in personam afficit bona. pag.13.col.1.li. b

Statutum tollens facultatem relinquendi filiæ vni filio, quam alteri, an sit validum, pag. 13. col.1. li. a

Statutum Vrbis, cap. 96. & 157. locum habet, etiam in contractu census, sed quo ad fructus tantum, pag.63. col.1. li. b

Statutum Vrbis, cap. 100. lib.1. de compromissis an habeat locum in alijs tribunalibus. pag.63. col.1.li.b

Statutum Vrbis, cap. 146. lib.1. non ligat successiones forensium, quo ad bona in territorio Vrbis sita, pag.21. col.2. li. b

Statutum Vrbis de donationibus quomodo intelligatur esse Papale, & obseruandum à Clericis, pag. 154. col 1. li. a

Statutum Vrbis de duabus conformibus an liget Ecclesiasticos, & seruetur in omnibus Curijs, pag.5.col.1. li. a

Statutum Vrbis de duabus conformibus comprehendit Communitates, & Collegia. pag. 3. col.1.li. b

Statutum Vrbis de filijs in conditione positis est interpretatiuum non dispositiuum, pag.118. col.1. li.b

Statutum Vrbis de relocationis an comprehendat bona Ecclesiastica, pag. 7. colum.1. it: a

Statutum Vrbis extantibus non procedit in emphyteusi, quæ efertur ex conuentione, & iure particulari, pag.144. col. 2. li, b.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 17. est decisorium, pag. 174.col.2. li. b

Statutum Vrbis lib.1. cap. 66. non habet locum extra Curiam Capitolinam, pag. 36. col. 1. lit. a

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 114. excludens filias à successione parentum est conditum fauore agnationis, & in eius casu dos non succedit loco legitimæ; habetq; locum tam in successionibus ex testamento, quam ab intestato, p.137. & 138. per to.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 147. an ad fauorem heredum vltra remedium immissionis, & manutentionis producat etiam interdictum recuperandæ, & spolium, pag.155. col. 2. & 156. col. 1. per to.

Statutum Vrbis ligat morantes in Ciuitate Tiburtina, pag.96. col.2. li. b

Statutum Vrbis prohibens incolis, & districtualibus appellationem an debeat seruari in sententijs dotalibus, pag.52.col.2.lit.a

Statutum Vrbis prout confirmatum à Papa li. gat personas, & bona Ecclesiastica, pag. 3. colum. 1. li. b. Et ratio pag.4. colum. 1. li. a

Statutum Vrbis super liberatione à fideiussione non ligat personas Ecclesiasticas. pag.7. col.2. li.b

de Statu præsenti non præsumitur in præteritum, pag.6. col.2. li. b

Subiectionis qualitas vbi desinit, nihil possunt statuentes, pag.22.col.1. li.a

Substitutio si absque filijs masculis decesserit, quid importet, pag. 104. col.2. li.a

Suos an sit ipso iure heres absque immixtione. pag.148.col.2. per to.

T

TAcens in sui ipsius commodum assentit, & acceptasse censetur, pag. 101. colum. 2. lit.a

Terminus intelligitur remotus eo ipso, quod index admisit iura, pag. 197. colum. 2. li. b

Testamenti non scripti per manum notarij publicatio an debeat fieri examinatis testibus super toto tenore eiusdem, pag. 34. colum. 1. li. a

in Testamentorum aperitione non requiritur citatio, pag. 6. col.1. li. a

Testamentorum authenticatio multiplicitèr ostenditur, pag.5. col.1. li. b

Testamentum priuata scriptura conditum post mortem testatoris publicari debet examinatis testibus coram iudice, & per eum publicatis, pag.4. col.2. li. b

Testantes pro mentecapto, quam libertatem in testando habeant, pag.111. col.2. li.b

Testator an censeatur se conformare statuto loci; Licet bona, de quibus disponit, sint extra territorium, pag. 117. columna 2. lit.a

Decisionum S. Rotæ Romanæ

Testatoris dispositio vocantis alium in euentum delicti an operetur, pag. 100. col. 2. lit. b

Testes nouiter reperti an possint examinari tam super articulis in prima instantia datis, quàm super alijs de nouo dandis, p. 97. col. 2, lit. b

Testibus mortuis an sit adhibenda fides, pag. 49. col. 1. lit. a

Testium repetitio super interrogatorijs an, & quando sit censenda continuatum examen. pag. 34 col. 1. lit. a

de Transportatione actorum dispositio Conc. Tridentini an habeat locum in quocunque Iudice, pag. 194. col. 2. per tot.
Procedit tantum in causis Ecclesiasticis, non profanis, pag 195. col. 2. lit. b

Tribunal Rotæ non venit appellatione Curiarij, pag. 52. col. 1. lit. a

V

Validitas scriptura priuata, pag. 167. col. 1 lit. a

Valor moneta an attendi debeat de tempore facta obligationis, an locationis? pag. 250. colum. 2. per tot.
Idem argumentum, pag. 211. per tot.

Verba Si quis, Aliquis, Nullus, sunt communia, tam ad masculos, quàm ad feminas, pag. 155. col. 1. lit. b

Verbum Repudio, & Renuntio importat magnam differentiam, pag. 158. col. 1. lit. b

Veritas vincit præsumptionem, p. 106. col. 1. lit. a

Vidua non debentur fructus dotis, nisi postquam fecerit totum suum posse, contra haredes præmortui viri, pag. 88, col. 2. lit. b

Vidua petens fructus dotis an debeat prius dotē experiri, pag. eod. col. & lit. ydem.

Viro non vergente ad inopiam non est locus assecurationi dotis, pag. 37. col. 1. lit. b

Vltima voluntas est species alienationis, pag. 207 col. 1. lit. b

Voluntatem defuncti indagantes debent respicere consuetudinem loci, & regionis, pag. 117. col. 1 lit. a

Vsufructuarius de iure tenetur cauere, pag. 84. col. 1. lit. b

Vsusfructus morte vsufructuarij redit ad proprietatem, pag. eod. col. 2. lit. a

Vsura dispensatio non fit, & variatio, pag. 100 col. 1. lit. a

Vsura dotis sauentur à iure Canonico, pag. 89. col. 2. lit. b

Vsura non cadit nisi in mutuo vero, vel palliato, pag. 95. col. 1. lit. b

Vxore mortua, marito solus vsusfructus debetur ex statuto, pag. 76. col. 1. lit. a

Vxori quando statutum defert lucrum dotale decedente marito an comprehendit etiam casum separationis thori. pag. 78, col. 2. lit. a, & b

Vxor non potest disponere de sua dote in præiudicium mariti, excepta decima parte pro anima, pag. 77. col. 1, lit. b

FINIS.

Digitized by Google

ROMAE,
Ex Typographia Andreæ Phæi. M·DCXXXVI.

Superiorum Permiſſu.